ACTA
SANCTORUM
MAII.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1968


Dedit illi scientiam Sanctorum . Sap. 10
In planitudine Sanctorum detentio mea Eccl. 24
ACTA
SANCTORVM
MAII
collecta digesta illustrata
A GODEFRIDO HENSCHENIO
ET DANIELE PAPEBROCHIO
e Societate Iesu
TOMVS I
quo priores IV dies et Vita S. Bi V. continentur
Præmittuntur Ephemerides Græcorum et
Latinorum, horum figuratæ, istorum Metricæ
Notæ nec dditæ, et variis observationibus
illustratæ. Subiunguntur Acta Græca
eisdem dies Pertinentia.
ERVDITIO.
VERITAS.
ANTIQVA REDVCO.
OBSCVRA RESTELLO.
ANTVERPIÆ APVD MICHAELEM CNOBARVM. ANNO MDCLXXV



FERDINANDVS DEI GRATIA EPISCOPVS
PADERBORNENSIS ET MONASTERIENSIS.
Burggrauius Strombergensis, S.R.Imp.Princeps Comes Pyrmontanus, Dominus in Borcklohe et Lib.Baro de Furstenberg

Al. Voet iunior sculpsit

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI
FERDINANDO
EPISCOPO
PADERBORNENSI
ET MONASTERIENSI,
BVRGGRAVIO STROMBERGENSI,
S. R. I. PRINCIPI,

COMITI PYRMONTANO, DOMINO IN BORCKELOH

LIBERO BARONI
DE FVRSTENBERG &c.
MÆCENATI SVO,

Idibus Novembris anni MDCLXXIX Monaſterii ſolemniter excipiendo,

Godefridus Henſchenius & Daniel Papebrochius S. I.

Longa ac felicia tempora.

POſt Acta Sanctorum Aprilis CELSITUDINI TUÆ ante hos quatuor annos oblata, & (quod dignationis ſummæ fuit) accepta etiam probataque; tantus ad obligationes priores noſtras, tunc in fronte Tomi ſecundi expreſſas, acceſſit cumulus; ut Majo, ad publicam lucem properanti, alium

alium Patronum nuncupare nec velimus, nec poſſimus. Etenim quod antea gratitudinis eſſe videbatur officium, cœpit eſſe juſtitiæ; poſtquam illo Antverpienſibus ferali Autumno ſuperioris anni, qui vel ex ſola Profeſſorum Domo ſuſtulit animas quatuordecim intra hebdomades quatuor, & ad unum omnes morbis diuturnis implicuit, plus quam paterne fuiſti ſolicitus de nobis: quorum alterum intellexeras, malo inter ægrorum miniſteria hauſto, urgeri ad exitum præmaturum de medio vitæ atque operis curſu; alterum noveras, in gravi annorum prope octoginta ætate, orbitatis dolores haud diu laturum. Parum ſiquidem ratus, id agere precibus ad Deum Cæliteſque fundendis, ut productior utrique vita concederetur; niſi etiam curares, ut ne ea, ſimili occaſione ac modo, poſſet iterum periclitari; non credidiſti infra CELSITUDINEM TUAM fore, per litteras queri de noſtra Societate, quaſi de publico bono non ſatis meriturâ bene, niſi nos, cœptis circa Acta Sanctorum ſtudiis unice juſſos incumbere ſub umbra Muſæi litterarii, procul haberet ab arena & ſole communi ceteris: quemadmodum continuo decretum eſt; non conſilium, ſed imperium æſtimantibus Superioribus noſtris id, quod tanta Prudentia, ex tam ſublimi Faſtigio, ſuggerebat. Nempe quanto cum diſcrimine, tali in tempore, foris occupetur Caritas religioſa, poſt alios plures docuerat noſter Daniel Cardonus; qui totum ſeſe effundens in ſolatium auxiliumque civium, paſſim ægrotantium aut morientium, maximas noſtras omniumque operis noſtri amantium ſpes de ſe conceptas fefellerat, fato heu! nimium properato, & TUÆ etiam CELSITUDINI lamentato, ſubtractus è vivis, prius quam alicui parti Anni ſacri præfigendo

nomen

nomen ſuum, poſſet publicam famam mereri, nedum ſuccedere nobis, ad reliquos Menſes elucubrandos lampada tradituris. TVVM igitur nunc eſt, PRINCEPS CELSISSIME, quod ſecurius vivimus, TVVM quod ſcribimus expeditius: alterius proinde quam TVVM dici non debebit, quidquid ſumus deinceps in lucem daturi, viventes extra periculum, ſcribentes citra impedimentum, Auctore & ſuaſore TE. Quid? quod in hujus Maji limine compareat Moſcorum ſeu Ruthenorum Ephemeris figurata, à munifica TVA liberalitate accipiens, quod patrii ſqualoris hirſutam inamœnitatem exuta, ſeſe ipſa miretur elegantiori cælo ex ligneis ad æneas tabulas traductam, formaſque nec omnino nativas, nec à nativis alienas indutam. Fuerat quidem propoſitum nobis, ſub aſpectum CELSITVDINIS TVÆ non prius venire, quam totus hic Menſis eſſet abſolutus à prælo, in tomos omnino ſex grandes partitus; licet prævideremus id fieri non poſſe, niſi anno quarto poſt eum, qui huic decimo ſeptimo ſeculo æræ Chriſtianæ futurus erat octogeſimus. Sed conſilium iſtud mutare ſuaſit felicitas, TVA dicam, an noſtra? imo non tantum TVA & noſtra, ſed publica: quæ TE, Paderbornenſibus infulis ab annis octodecim clarum, deinde Monaſterienſi Epiſcopo BERNARDO τῷ MAKAPITHI adlectum Coadjutorem, nunc etiam Succeſſorem fecit in Cathedra S. Ludgeri, exultante VVeſtphalia, plaudente Germania, Europa tota gratulante. Etenim in tam feſtiva lætitia, quæ ſolemnem TVVM ad Monaſterienſes ingreſſum Idibus Novembris erat conſecratura, aut non apparere nos, tot titulis TVOS; aut comparere aſymbolos, nefas cum eſſet; & maturitatem, non quidem plenam, juſtam tamen videretur aſſe-

cutum opus, in tres tomos productum; non potuit noſtra CELSITUDINI TUÆ iterum ſe probandi cupido cohiberi, quin feſtinanter officioſa, præcerperet ſuâ adhuc in arbore pendentium fructuum partem hancce dimidiam, TVO illi capaciſſimo ſinui inferendam, quo litterarios ſuos proventus comportare geſtiunt, quicumque Eruditionem TVAM, & ſingularem pro ea in aliis promovenda munificentiam noverunt. Quid autem fructus dico? Flores dare Majus ſolet. Florum vero ea conditio eſt, ut quotquot ex uno naſcuntur culmo, non ſimul omnes pandendi adoleſcant, ſed ſecundi primis, ſecundis tertii ſuccedentes, cultorem ſuum dominumque oblectent. Sive tamen flores, ſive fructus dicantur hæc Acta Sanctorum Maji; flores propter multiplicem ſuam varietatem, fructus propter copioſam utilitatem; patere, CELSISSIME PRINCEPS, ut TVO inſcripta nomine ea accipiat orbis Chriſtianus, nunc dimidia, poſtmodum integra; qualia vel numquam erat habiturus à nobis vivis, vel multo ſerius habiturus, niſi TVA apud Deum accepta precatio, apud homines auctoritas gravis interceſſiſſent. Cum vero nominabimus FERDINANDVM FVRSTENBERGIVM, nihil ultra Lector expectet à nobis, quam plenum reverentiæ profundæ ſilentium, hac præſertim ſolemni die, PRINCEPS CELSISSIME, qua ad Exceptionis TVÆ feſtiviſſima hilaria, omni elegantiarum leporumque genere exornanda, & ad laudes TVAS pro viribus celebrandas, Artes univerſæ ſic Monaſterium concurrerunt; ut his cunctorum aures, oculos, animoſque tenentibus, & exquiſitiſſima titulis ac meritis TVIS encomia certatim producentibus, nullus relinquatur locus tenuitati noſtræ, tanto minus

ad ejuſmodi argumentum factæ, quanto diutius verſatæ in tractanda ſimplici ſine cultu antiquitate. Finem itaque præfandi facimus; & geminati deinceps Pontificii ac Principatus munus, SVAVITER, ut hactenus, ET FORTITER geſturæ CELSITUDINI TUÆ, diuturnitatem auguramur proſperandi uſque & uſque Regiminis, ex ipſa idem optantium multitudine. Nam, ut apte non minus quam eleganter cecinit Bernhardus tuus Rottendorphius, memor annorum triginta trium, quibus feliciſſimæ memoriæ THEODORVS FVRSTENBERGIVS Paderbornenſem Epiſcopatum tenuit:

Si TIBI fata pares tribuant virtutibus annos,
Ceu dedit imperio par Deus ingenium;
Non tamen æquabunt populorum vota, precantûm
Vt ſuperes PATRVI tempora lata TVI.

SVAVITER ET FORTITER.

Symbolum Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis

FERDINANDI

Paderbornenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi,

nobile Gentis Furſtenbergicæ Stemma

Virtute ac Doctrina illuſtrius facientis,

propemptico carmine explicatum

auſpicatiſsimo menſe Novembri,

SOLEMNIBVS VVESTPHALIA GRATVLANTE IDIBVS

QUiſquis parentum gloriâ ſuperbire,
Veteresque ceras atrium per excelſum
Gaudet repoſtas exhibere majorum,
Aliena jactans; videat HUNC, ſuæ ſtirpis
Grande decus, illuſtriſque columen illuſtre
Domûs, retro actis ſeculis perennantis.
FURSTBERGIUS hic eſt, Nobilis, Pius, Doctus;
FURSTBERGIUS, Princeps, Epiſcopus, Vates.
Quod plurimorum gloria ac decus ſummum eſt,
Stirps nobilis & antiquus ordo majorum,
Vix numerat ILLE inter ſua. Ingenî clarus
Doctrina fœtus, non avorum egens laude,
Laus ipſa avorum; nobileſque virtutes,
Animo profectæ, quidquid & mare & tellus
Divite recondit abditum ſinu parvi
Faciente, ſupra Nobiles Virum tollunt,
Homineſque ſupra; Heroibuſque, quos finxit
Antiquitas ſibi fabuloſa, Martive,
Apollinive, vel Jovi parem reddunt,
Mendacio excepto. Urbium, MIMIGRODA,
Formoſa princeps, nobilis, pia, & docta;
Pietatis alma mater; alma Muſarum
Phœbique nutrix jam tui; virorumque,
Probata quorum dextra non ſemel bello,
Ingens palæſtra; tolle, tolle formoſum
Caput: intuere Principem propinquantem

Ad

Ad te, expetitum, laureâ coronatum
Comam, decorum pectus aureæ insigni
Crucis, tenentem dexterâ pedum, lævâ
Glaudium manu, & (quod maximum reor donum)
Similem tibi ipsi, Nobilem, Pium, Doctum.
Nunc, quanta fueris, ille te repræsentat,
A te repræsentatus olim, amatusque,
Et concupitus. En venit, venit tandem.
Quodcumque doctum, aut nobile, aut pium est, tecum
Occurrat uni & Nobili, & Pio, & Docto:
Qui SUAVITATE SUAVITER PIA cives
Et FORTITUDINE FORTITER tuos DOCTA
Per arduam Virtutis atque Doctrinæ
Ducet volentes semitam, reducetque
Fors inde si quis degener deerrarit.
Fons Paderanus testis, inclitorumque
Neuhusa sedes Principum, & superbarum
Domino sub illo quidquid urbium est circum.
Non invidebit ulla vel suum Gallo
Clarum triumphis Principem, aut suum Hispano
Opibus potentem, aut Angliæ suum Regem,
Non ipsi avorum gloriam Leopoldum
Suum Viennæ, vel Pragæ suum: quid? quod
Nec invidebit tibi tuum Caput, Roma,
Licet sacrato vertice orbi adorandum.
Beata ter quaterque sub suo est, docta,
Pia, nobilisque, Principe. Hoc sat, hoc plus est,
Quam quælibet, vel maxima ambiens, ausit
Sperare. Padera, si redux tenet terras
Pax læta, pace SUAVITER, sub Hoc, gaudet;
Si Mars ferox, defensa FORTITER, tuta est.
Virtus ubique SUAVITER per Hunc regnat,
Vitiis ubique FORTITER per Hunc pulsis.
Sic SUAVITER, sic FORTITER juventutem,
Sic SUAVITER, sic FORTITER senectutem
Pietate, Virtutisque, Litterarumque
Exultat instructam artibus sub hoc quidquid
Aut civitatum Principe, aut colonorum est.
Hic te tuosque tantus, ô MIMIGRODA,
(Occurre gaudens) advenit beaturus.

Conradus Ianningus S. I.

APPROBATIO
CENSORIS
ORDINARII.

OPus de Actis Sanctorum Maji, per Reverendos Patres Godefridum Henſchenium & Danielem Papebrochium, Societatis Jesu Presbyteros, digeſtis atque illuſtratis, quod fel. mem. Aubertus van den Eede, nuper Antverpienſis Epiſcopus Illuſtriſſimus, dum adhuc Archidiaconus & Librorum Cenſor inter nos eſſet legere cœpit, & quouſque legerat vehementer ſibi placuiſſe demonſtravit, videre tamen perfectum non potuit morte præventus; id ego ultra medietatem productum voluminibus tribus, ex officio, poſt ipſum ſuſcepto, legi; & tanti Viri judicio etiam in ceteris, quæ deinde ad cenſuram datæ ſunt, partibus dignum omnino reperi. Utpote de quo, ſicut ille aliàs ad Aprilem à ſe ſimiliter recognitum dixit, Prudens Eruditio antiqua reducit, et Simplex Veritas obscura revelat. Quare hos etiam tres tomos, in quibus nihil deprehendi, quod orthodoxæ fidei boniſque moribus adverſetur, ſed uberem copiam pulcherrimorum ad omnem virtutem exemplorum, publicam lucem mereri tanto propenſius cenſeo, quanto accuratioribus Commentariis Obſervationibuſque ſingula invenio diſcuſſa atque expenſa. Tunc enim perfecte prodeſt Sanctorum Vitas ſcriptas habere, cum intelligitur qua fide & auctoritate unaquæque earum ſcripta ſit. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris, inquit Dominus per Jeremiam. Ori igitur Domini aſſimulari nituntur, qui certa ab incertis, vera à falſis (quantum quidem humana aſſequi diligentia poteſt) maturo ſecernentes examine, conantur Hiſtoriam Eccleſiaſticam ea parte excolere, qua magis intractabilem hæreticiſque contemptam eam reddidit præteritorum incuria atque inertia temporum. Quod ut præfatis Auctoribus, ſacrum ſuum Annum per menſtrua incrementa promoventibus, ex communi piorum atque eruditorum deſiderio, feliciter cedat, meum etiam votum eſt. Antverpiæ Idibus Auguſti MDCLXXX.

Antonius Hoefslagh, *Sacræ Theologiæ Licentiatus,*
Eccleſiæ Cathedralis Antverpienſis Canonicus Graduatus.
& Seminarii Epiſcopalis ejuſdem Præſes,
Librorum in civitate eadem Cenſor.

FACVLTAS

R.P. PROVINCIALIS FLANDRO-BELGICÆ

SOCIETATIS JESU,

ET SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CVm Acta Sanctorum, ad ſedecim primos dies menſis Maji pertinentia, cura & ſtudio Godefridi Henſchenii & Danielis Papebrochii, è Societate IESV, collecta, digeſta, & illuſtrata tres dicta Societatis Theologi legerint, Opuſque laboriosum, eruditum, ac luce publica dignum judicarint. Ego infraſcriptus Societatis præfata per Flandro-Belgicam Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reverendiſſimo Patre noſtro Ioanne Paulo Oliva Præpoſito Generali, concedo Michaeli Cnobbaert, Typographo Antverpienſi, facultatem eadem Acta excudendi.

Cumque Sacræ Cæſareæ Majeſtatis decreto cautum ſit, ne qui libri à Societate IESV conſcripti, in Provinciis Romano Imperio ſubjectis excudantur aut venales proponantur abſque ejuſdem Societatis conſenſu; hiſce declaro eumdem Typographum iſto privilegio legitime frui. In quorum fidem hiſce, officii mei ſigillo munitis, manu mea ſubſcripſi. Actum Antverpiæ 6 Auguſti 1680.

LVDOVICVS DE CAMARGO.

PROTESTATIO
AUCTORUM
AD LECTOREM.

QUod ante quatuor prægreſſos Menſes ſumus identidem proteſtati, nos in hoc de Actis Sanctorum argumento ſervatas velle URBANI VIII Pontificis Maximi Conſtitutiones; neque noſtris aliorumve huc referendis Commentariis aliud velle momentum ineſſe, quam eſt hiſtoriæ ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ; idem denuo proteſtamur. Obteſtamur etiam eos, qui meliora aut veriora ſe habere putaverint, ea ut dignentur communicare, cupientibus diſcere, & corrigi paratis atque corrigere quidquid emendationis egere cognoverimus; idque vel opportuna aliqua in progreſſu Operis occaſione, ut jam ſæpe fecimus, vel ea deficiente in faciendo poſtmodum totius Operis Supplemento. Deprecamur autem, ne mox ac re eriet aliquis diverſum quidpiam à ſenſu, in ſua Natione, Provincia aut Religione recepto, id ſibi prius ſtatuat eſſe improbandum, quam ſepoſito affectuum præjudicio rem totam expenderit; vel, ſi id eſt difficile, eruditorum paſſim alibi virorum liberiores de propoſita controverſia ſententias exquiſierit. Imprimis vero obſecramus, ne nos, quibus unice propoſita eſt major Dei gloria, per cultum Sanctorum in certiori veritate fundatum apocryphis qua fieri poterit ſecluſis; in hiſce diſcernendis notandiſque agi quis credat alieniori à ſe ſuiſque rebus animo. Si cui tamen ſecus videbitur, eoque juſtum arbitretur expoſtulationibus, etiam typo vulgandis, contra nos agere; non ſimul id efficere velit, ut vel non liceat vel non expediat ad objecta reſpondere. Quamvis nec putemus obligatos nos ſemper, ad reſponſum, eo quo voluerint modo ac tempore ſic expoſtulantibus dandum, quando ſatisfactionem expoſtulando prætenſam ipſi ſibi liberaliter præripiunt: & apud animos ſic comparatos, ut factione magis quam ratione moveantur, cauſam dicere, nihil aliud foret quam offenſas augere, fortaſſis in totius noſtræ Societatis injuriam & publica ſimplicium mentium ſcandala erupturas.

EPHEMERIDES
GRÆCORVM ET MOSCORVM,
HORUM FIGURATÆ, ISTORUM METRICÆ,
Latine redditæ & obſervationibus variis illuſtratæ.

PRÆFATIO COLLECTORIS D. P.

Vſus antiquus Faſtorum

FAſtorum libri appellantur, *inquit Feſtus*, in quibus totius anni fit deſcriptio. *Tales ſub eodem nomine verſibus ſuis illuſtravit Ovidius, Feſta & Ludos Romani populi, ortus item atque occaſus ſiderum notantes, nec non illuſtriora quædam geſta, quæ publicâ auctoritate judicata erant mereri memoriam quotannis populo renovandam. Eorum ſic appellandorum principium fuiſſe à tabulis quibuſdam*, Faſtos dies *&* nefaſtos *notantibus, nemo tam parum Romanæ antiquitatis peritus eſt ut neſciat; neque velim dubitare, quin ejuſmodi tabulis, idem* Faſtorum *nomen remanſerit, quamdiu ſub Romanis Conſulibus Imperatoribuſque gentilibus reſpublica ſtetit. Aliud certe nomen nullum, quod iis ſolis proprium fuerit, apud antiquiorum temporum ſcriptores invenio. Nam* Polemei Laterculus, *cujus ſpecimen, id eſt Prolegomena quædam, dedimus in Præfatione Generali ad vitas Sanctorum Cap.* 4 §. 3, *anno primum* CCCCXLVIII *conſcriptus fuit: quo tempore* Laterculi *etiam dicebantur Magiſtratuum vel civilium vel militarium catalogi, imo & Nomen-*

ſurdum fuerit credere, etiam in membranis cubitalibus aut bicubitalibus, ad uſum privatorum, ſimiles faſtos deſcriptos depictoſque: idemque æſtimare etiam de Kalendariis Chriſtianorum licebit, cum idem etiam hodiernus uſus obtineat. Vſum porro eumdem ad Græcos una cum Imperio tranſiviſſe cur dubitem, licet nullodum id teſte vel exemplo habeam comprobatum? Nam quod ad colorum diverſitatem attinet, de ea conſtat ex ipſorum omniumque Orientalium Ritualibus libris, impreſſis ac manuſcriptis, qui paſſim Rubrica reperiuntur diſtincti. Quod vero ſpectat formam unius chartæ membranave expanſæ, ſufficiens ea eſt illi Græcorum Kalendario *excipiendo, quod una cum aliis Orientalium Kalendariis exhibuit Pariſiis anno* MDXCII *G. Genebrard, ante Pſalterii Davidici vulgarem editionem.* Kalendarium *autem vocavit ipſe notiori nobis voce, quod Græci* Menæum *aut* Menologium *appellant. Hoc tamen nomine non ſolum intelligunt iidem Græci brevem aliquam Sanctorum toto anno quotidie recurrentium nomenclaturam, qualis in noſtris ſpectatur* Kalenda-

tranſlatus ad normam Eccleſiaſticam.

etiam apud Græcos ſub nomine Menæorum

ignorare me utrum hoc tempore talium uſus ſit in Græcia: fuiſſe, certum habeo: accepi enim eas ex Moſcovia; quo à Græcis invectas dubitabit nemo, qui gentem novit, eorum, à quibus fidem Chriſtianam primum accepit, ita uſurpantem ritus, litteras, & imagines, ut nihil in iis novum adjecerit, niſi pauciſſimos aliquot ſuæ nationis Sanctos, & barbariem informium lineamentorum in ſcriptura æque ac pictura. Quomodo autem tabularum iſtarum prototypa ad meas manus pervenerint, accipe.

Ad hanc facta tabula

5 *Anni* MDCLXXI *Autumnus Amſtelodamum me abſtulerat, invitatum illuc à* CL.V. *Ioanne Blavio, ad Aprilis noſtri impreſſionem offerente celeberrimos ſuos atque elegantiſſimos typos: quibus quo minus etiam prodierit, jam cœptus imprimi, fecit luctuoſiſſimum ac damnoſiſſimum incendium, circa finem Februarii ſequentis abſumens novam illius & undequaq; inſtructiſſimam Typographiam. Iſtic agenti longe à domeſtica bibliotheca, ſæpe autem neceſſe habenti ad auctores in Opere noſtro allegatos allegandoſque recurrere, nihil accidit commodius quam familiaritas cum duobus Fratribus Petro & Laurentio vander Hem, utroque Iuriſconſulto, utroque Philobiblo, ſi quis uſpiam. Laurentio hoc erat particulare, quod non ſolum optimos cuperet habere libros, ſed etiam in ſpeciem ornatiſſimos, nulli earum in rem ſumptui parcens. Affectum autem ejus, & oculos undique ſpectatum advenientium virorum illuſtrium imprimis detinebat Geographicum opus, quod à Ioanne Blavio in volumina undecim ſub nomine Atlantis diſtributum, ipſe jam tum deduxerat in volumina triginta, collectis & conquiſitis undique rariſſimis tabulis. Multas (præſertim novum orbem ſpectantes) redemerat ab autoptis ſeu oculatis auctoribus, manu exaratas pictaſque; ceteras omnes, quas ari impreſſas vel Blavius dederat, vel ipſe acquiſierat undequaque, curaverat elegantiſſima miniatura auroque exornandas, hominem habens uni iſti operi multis annis vacantem. Proprio etiam marte manuque addiderat eruditas commentationes iis, quibus deerant impreſſæ in eamque præſtantiam opus adduxerat, ut magni nominis Princeps pro eo, ſi venale fuiſſet, duo ſcutorum Romanorum millia offerri juſſerit. Sed vir & à fortuna opulentus, & à ceterarum omnium rerum, quibus alii animum relaxare conſueverunt, uſu abſtinens; negavit quantovis oblato pretio inducendum ſe, ut pecuniarum neutiquam egens, unica hac eaque honeſtiſſima recreatione & tot annorum fructu privari ſe ſineret. Quin potius multa parabat nova, in quibus Sicilia erat (quam unica hactenus tabula expreſſam habemus) medium forte volumen impletura: Bavaria item in viginti tabulas elegantiſſime delineatas diſtincta; atque Moſcovia, tum aliis rebus multis ornata, tum duodecim illis quas ſupra indicavimus tabulis.*

Inventa apud Laurentium vander Hem Amſtelod.

6 *Hæ poſtremæ ne ſimul in unum volumen conjungerentur, facievat defectus explicationis neceſſariæ; ad quam cum me veluti divinitus oblatum crederet, orabat obteſtabaturque, hanc ſibi ut conferrem operam, curaturo, ut interpretatio a me danda, regalis formæ typis quam magnificentiſſime impreſſa, auro deinde ſuper purpureum fundum inducto ſplendens, tota aurea videretur; ſicuti in dedicatoriis quibuſdam foliis jam factum oſtendebat ad exemplum aureorum iſtorum codicum, quos Conſtantinopolitanorum quorumdam Imperatorum curioſa circa litteras ſolertia adinvenit. Equidem negare nihil poteram viro, non ſolum de me, ſed etiam de omnibus per Hollandicam miſſionem Societatis noſtræ Patribus optime merito: ſed nec difficile erat ſcienti Græcas medii quoque ævi litteras, nomina ſupra cujuſque Sancti caput appoſita legere; quippe ſolis terminationibus barbara, & deſcripta litteris, prima quidem fronte ignotis, ſed quoad pleraſque origine Græcis, atque à noto paſim charactere non multo magis diverſis quam Germanicæ litteræ differant à Belgicis. Cœpi ergo ibidem Amſtelodami admovere manum operi, quod noſtra quoque Sanctorum Acta non raro juvare poſſet: ſed ſuperinducta miniatura & inauratio (prout non certa aliqua ratio, ſed ſua lubentia inexperto ad talia pictori ſuggeſſerat) multa alteraverat in veſtium paramentorumque characteriſtica quadam diverſitate, per quam à Clericis & Monachis Laici, iſti ab Epiſcopis, Epiſcopi à Patriarchis ſeu Metropolitis diſtinguendi erant, aliique nonnulli Sanctorum Ordines ſecernendi ab invicem. Ipſis quoque nominibus aliquando irrepſiſſe vitia deprehendi, quæ haud poſſent per meram conjecturam corrigi abſque erroris periculo. Ad hæc ſimplex illa Sanctorum nomenclatura, non ſatis digna futura erat aut tam pretioſa ſpecioſaque expreſſione, qualem ille promittebat; aut nomine meo, quod ipſi præfigere idem volebat. Quid quod in noſtris Ianuario, Februario, Martio atque Aprili, magnum inveniens præſidium ad illuſtrius aliquid utiliuſque commentandum; judicabam ad ceteros menſes non poſſe me pari paſſu progredi, niſi poſitus in Muſæo noſtro, & in conſpectu habens reliquum pro ceteris octo menſibus apparatum.*

poſt nova exempla accepta ex Moſcovia

7 *Inducias itaque poſtulavi & obtinui ab humaniſſimo viro, donec ego quidem rediiſſem Antverpiam, ipſe vero ex Moſcovia impetraſſet puras & nullis coloribus obſcuratas tabulas: quorum alterum citius quam optaveram contigit, ea quæ me Amſtelodami tenebat ſpe in cineres una cum prælis Blavianis collapſa; alterum longioris moræ fuit, dum ſcilicet iret in Ruſſiam extraordinarius Statuum fœderatorum Legatus indeque rediret. Quod tamen non obfuit, quominus, poſt Aprilem Antverpiæ editum, circa Paſcha anni* MDCLXXV, *promiſſo operi manus admoverem, juxta Nomenclaturam quam mihi Amſtelodami deſcripſeram. Succeſſit autem conatus iſte primus tam feliciter, ut allata poſt biennium circiter tabula, non multum eſſe mutandum probarint in iis quæ jam pridem divinando definieram: & totum quem promiſeram Commentariolum, prius abſolvi, quam menſe Iunio anni prædicti inciderem in morbum iſtum graviſſimum, qui bis ad portas mortis adductum me arcuit à ſtudiis per ſemeſtre integrum. His periculis defuncto, & negotiis quæ morbi tempore accumulata fuerant expedito, licuit promiſſum amico munus repræſentare: qui eo vehementer delectatus iterum iterumque ſcripſit Moſcuam, nec acquievit prius quam impetravit tabulas, ad extremam operi manum imponendam requiſitas.*

ejuſque regatu explicata,

8 *Duplicis ea ſunt generis: aliæ, inter ſe per latera conglutinatæ, longum conſtituunt volumen; & coloribus quatuor, purpureo, rubro, flavo ac viridi totæ, non dico pinguntur illuminanturque, ſed maculantur & obſcurantur; taleſque vulgo venales proſtant, & tales etiam fuerant illæ quarum deformem ruſticitatem videram Amſtelodami elegantiori miniatura obtectam: aliæ puræ ac ſimplices, vix poſt longam indaginem inventæ ac demum in Belgium allatæ ſunt. Celatura omnium, in ligno factæ, tam eſt inſulſa, ſive lineamentorum ductus ſive figurarum ſingularum poſituram ſpectes, ut quidquid in eo genere inſulſum poteſt toto Belgio inveniri, cum iſtis tabulis collatum, elegans valde videri debeat. Placuit ergo novas tabulas condere, quibus in æs transferendis non prorſus inutiliter pretium aliquod impenderetur; nihil autem deperiret de ſubſtantia argumenti totius; veſtium ſcilicet (quarum differentiam facile erat ſub rudi iſto ductu dignoſcere) formas eaſdem accipiendo partim ex elegantius expreſſis Diptychis Triptychiſque de quibus infra in Appendice, partim ex ſimilium figurarum Græcanicarum exemplis atque ectypis variis, quarum nonnulla apud nos copia eſt: ſic tamen ut menſura tabularum originaliter altior quam lata, & quinquefariam diviſa, facta ſit pro majori commodo noſtro latior quam alta; & quinque in ſingulis Sanctorum ſeries, ad quatuor ordines reformata.*

repræſentantur ari inciſa,

9 *Tum operis totius ſpecimen, uno alterove menſe ſic ſculptum, per Hiſpaniam, Italiam, Galliam, Germaniamque & Belgium judicio eruditorum ſubjectum fuit; & illis quidem ubique probatum eſt ac dignum viſum quod publico ſpectandum exhiberetur: Celſiſſimo autem Mæcenati noſtro ſic arriſit, ut quod ex parte noſtra requirebatur pecuniæ abunde largitus ſit, eadem liberalitate totius novæ deineationis ſculpturæque impenſas præſtiturus, ſi minus generoſum*

favente Celſiſſ. Paderborn. ac Monaſter. Epiſc.

ſum Typographum habuiſſemus, quam eſt Michael Cnobbarus, cujus unius ut prælis ſic & ſumptibus Opus noſtrum excuditur. Incredibile porro dictu eſt quantopere conſilii hujus noſtri primus auctor V. CL. *Laurentius vander Hem, viſis tam lætis principiis exultaverit: ſed haud longa hæc ei lætitia fuit. Cito enim fatalis ille Antverpienſibus Autumnus etiam mihi incubuit, tantumq; non è vivis abſtulit, ac totis quatuor menſibus habuit infirmum Lovanii: & ipſe interim, pertinaci quoq; correptus febre, Amſtelodami pientiſſime obiit in feſto S. Thomæ Apoſtoli, ad extremũ uſque ſpiritũ magis de vita ac valetudine meâ quã ſua ſolicitus, uti cunctis ſe viſentibus cũ multa tenerrimi affectus ſignificatione teſtabatur. Proinde nemini grave videri debet, ſi ejus erga me caritati hæc ſaltem gratæ commemorationis viciſſitudo nunc referatur. Inter iſtas variorum ſucceſſuum viciſſitudines conceptam natamque lucubrationem in fronte hujus Maji Lectori exhibeo, cujus majori commodo ut ſerviam; à Ianuario, more Romano, exordior annum; quem alias Græci, & horum exemplo Rutheni, à menſe Septembri auſpicantur. Addidi non ſolum obſervationculas aliquas nominibus ſingulis ſed etiam quas & quorum Sanctorum Græcas Vitas ſeu Paſſiones deſideremus, quas habeamus. Hoc quidem, ut Φιλέλληνες hujus noſtræ curioſiſſimæ ætatis, qui utiliſſimam publico operam præſtant protrahendo in lucem quæcumque anecdota veteris ac medii ævi monumenta, laborum ac ſumptuum faciant compendium, relinquendo nobis Sanctorum Acta, dignius in hoc ſuo proprio Opere proditura: iſtud, ut eorum laudabile ſtudium, qui in talibus conquirendis ſubmittendiſque adjuvare nos cupiunt, ſcopum habeat certiorem, quo diligentiæ ſuæ intendat aciem.*

cum obſervationibus opportunis.

In hîs Sancti quidam proprii Ruthenis,

10 *Nunc quoniam ſuperius dictum eſt figuratam iſtam Moſcorum Ephemeridem Sanctos quidem pleroſque habere à Græcis, à quibus ſatis certo nobis conſtat neminem fere coli, qui eum honorem non acceperit à priſca & adhuc in fide integra apud illos Eccleſia; paucos tamen iiſdem admixtos, nationi iſti patrios proprioſque; quid de iis ſentiendum putem breviter aperiendum videtur.* R. P. *Antonius Poſſevinus, Apoſtolicis ſuis itineribus, laboribus commentationibuſque optime meritus de Eccleſia, idemque Legationibus, anno* MDLXXXI *&* II, *Gregorii Papæ* XIII *nomine, ad Ioannem Baſilii Magnum Muſcoviæ Ducem obitis, clariſſimus; in primo ſuo de rebus Moſcoviticis ad Religionem ſpectantibus Commentario, ſcribit, quod* Moſci ante quingentos annos, Duce Volodomiro, Chriſtianam fidem à ſchiſmaticis hæreticis acceperunt: eaque imbuti, ac proinde maximo beneficio ſe devinctos putantes, facile crediderunt quidquid de Latinis Græci, Romanæ gloriæ atque pietatis æmuli, obloquebantur: in hac vero opinione alti & à teneris educati, chronicaque corrupta legentes, nec habentes, qui iſtas ex eorum animis calumnias ſerio poſſent abſtergere, à Catholicis valde abhorruerunt. Deinde, *inter difficultates Catholicæ Religionis in Moſcovia promovendæ, hanc penultimo loco ponit idem Poſſevinus;* quod Moſci corpora quorumdam, qui ſchiſmatici fuerunt, integra ſe habere gloriantur; per quos miracula frequenter edi, cæcis viſum reſtitui, ægrotos ſanari, conſtanter affirmant: ut plurimi periculi res eſſe videatur, ſi quis illorum corporum præceptam elevet animis ſanctitatem, aut quaſi dubius quærat, num ii vere Sancti Martyreſve fuerint. Inter alios autem numerantur Cleba & Boris, Petrus Metropolita, & Alexius; quorum corpora extare ajunt Moſcuæ. *Eâdem qua Poſſevinus perſuaſione imbuti Rutheni in Lithuania Catholici, cum propriorum typorum defectu iiſdem quibus ſchiſmatici utantur Synaxariis, verentur memoriam eorum facere, quos non inveniunt Græcorum Kalendariis adnotatos; ne forte in aliquos non Sanctos, ſed ſchiſmaticos impingant; uti ad me perſcribendum curavit R. Adm. P. Obilewicz, Ordinis S. Baſilii Provincialis, Romanus Theologus; cum eum ego rogandum curaſſem, ut ex Synaxario Rutheno, quo ſuus ibi Ordo utitur, Latine vertenda curaret elogia Sanctorum, in Ruſsia additorum antiquis è Græcia acceptis. Reſponſum autem iſtud mihi miſit per R. P. Albertum Kojalowicz, qui meum ipſi expoſuerat deſiderium, obſtrictum mihi ea opera, quam ſibi contuleram in hic edenda Hiſtoria Lithuaniæ. Vtrumque autem hic debui nominare, quia Alberti hujus Miſcellaneis, ad Statum eccleſiaſticum in eadem Lithuania pertinentibus, nonnihil adjutum me fateor ad ſequentia commentanda; nonnihil etiam prædicti Provincialis Baſiliani reſponſis.*

qui fidem Chriſti acceperunt à Græcis,

ut vulgo creditur ſchiſmatici:

11 *Ceterum cum ipſius & Poſſevini pace dixerim, quod hujus opinio, & illorum metus procedant ex opinione pro majori ſaltem parte erronea, de fide ad Ruſſos à ſchiſmaticis, & quidem hæreticis inducta. Quod hoc aliquando factum in alterius ullius nationis converſione ſit, numquam credidi: ſoli enim Catholicæ Eccleſiæ convenit, ut ad Gentium converſionem ſit vero effectu* Apoſtolica. *Proinde nec de Moſcis facile inducar ut credam, converſos à ſchiſmaticis, quantocumque præjudicio talis opinio fulciatur. De Gothis, qui Arianâ perfidiâ imbuti erant, quando Italiam, Hiſpaniam, Africam & partem Galliæ occupaverunt, demonſtravi ad diem* XII *Aprilis, ante Acta S. Sabæ Gothi; toto fere quarto ſeculo apud eos inſigniter floruiſſe Chriſtianam Religionem, abſque ulla Arianiſmi contagione, licet ſub Regibus uſque ad annum circiter* CCCLXX *paganis; donec eorum alter Fritigernes, adverſus rivalem regni Athanaricum Valentis Ariani auxilium demereri ſibi conatus eſt, fidem ejus ſeu verius perfidiam amplectendo. Ad Ruſſos quod attinet (quorum pars una Moſcoviam conſtituit, altera Poloniæ Regi nunc paret una cum Lithuanis) oſtendit Magiſter meus Godefridus Henſchenius, fidem Chriſtianam primum apud ipſos prædicatam aut ſaltem ſtabilitam eſſe circa annum* DCCCXC, *à* Michaele *quodam, qui miſſus illuc à Nicolao Chryſoberga, Patriarcha Conſtantinopolitano, vere orthodoxo, & unionis cum prima Sede retinendæ ſtudioſiſſimo, Wlodomirum baptizavit, eique in matrimonium conjunxit Annam Baſilii & Conſtantinæ orthodoxorum Imperatorum ſororem; ex qua natus Iaroſlaus, imperii ac fidei heres factus eſt, non tamen abſque fratrum & coheredum cæde atque injuria; & genuit Annam, Henrico I Galliæ Regi deſponſam anno* MLI; *quæ deinde eo mortuo vidua, ſecundis nuptiis juncta fuit Rodulpho II Crepiaci atque Valeſii Comiti, teſtibus Sanmarthanis in Hiſtoria Genealogica; tandemque hoc etiam mortuo in patriam rediit, utique optime Catholica, & fundata apud Silvanectum S. Vincentii eccleſia memorabilis. Prædictus autem* Michael *totius Ruſſiæ Metropolita in Sede Kijovienſi ordinatus, nonum vel decimum in eadem Sede ſucceſſorem habuit* S. Alexium, *circa annum* MCCCXXX: *contra quem miſſus quidem in Ruſſiam eſt à Patriarcha Conſtantinopolitano Schiſmatico Dionyſius Græcus; ſed intra annos non multos captus conjectuſque in carcerem non potuit plene ſtabilire ſchiſma, quod invexerat. Idem deinde facere conatus Photiey, homo ſimiliter Græcus, parem ſucceſſum habuit, à Synodo Novogrodenſi depoſitus anno* MCCCCXV, *quando in locum ejus ſuffectus eſt Gregorius Bulgarus, qui Concilio Conſtantienſi interfuit, ſicuti ejus ſucceſſor Iſidorus Florentino. Quamvis autem contra hunc Schiſmatici prævaluerint per novam Synodum, dicit tamen Albertus prælaudatus ſucceſſores ejuſdem fuiſſe Catholicos uſque ad annum* MDXX: *quando exciſum pœne ſchiſma reſuſcitavit Ionas Moſcus, tantumque non ſtabilivit; quemadmodum probari poteſt ex epiſtola cujuſdam Ioannis Metropolitæ, ad Romanæ Sedis Epiſcopum, apud Herberſtenium. Rurſum tamen ſub finem ſeculi* XVI *Hypatium & Ioſephum bene Catholicos Metropolitas Ruſſia habuit, multum ea cauſa à Schiſmaticis preſſos: ſed forte eodem tempore in Regia urbe Moſcua ſedebant iiſdem oppoſiti alii. Vt ut eſt, ſatis clare conſequi ex dictis videtur, quod extra ſchiſmatis hæreſeoſque ſuſpicionem haberi poſſint, quos gens illa primis quatuor à ſua converſione ſeculis habuit Sanctos, maxime quando eorum ſanctitas divinis mira-*

Sed hi tunc vere Catholici fuerunt,

& valde ſero ſuum ſchiſma ſtabiliverunt in Ruſſia.

miraculis fuiſſe probata, non ſolum creditur, ſed etiam probatur multitudine & antiquitate templorum, ſub alicujus nomine erectorum; uti probatur de iis, quos ſupra allegatus Poſſevinus, ex principio tam evidenter erroneo, à verorum Sanctorum numero credidit removendos.

12 *Verum, inquies, ut bene Catholici fuerint Graci ſub Imperatoribus Baſilio & Conſtantino; non tamen in unione Romana tenuere conſtantiam, ſed identidem relapſi ſunt in ſuum ſchiſma varioſque errores: Metropolitis autem Moſcorum in uſu perpetuo fuit, uſque ad medietatem ſeculi* XVI, *confirmationem ſuam à Patriarcha Conſtantinopolitano expetere. Sit ita ſane: ſed an continuo & toties ſchiſmatici Moſci, mox & quoties Graci a Romana unione reſilierunt? Non exiſtimo. Sequeretur enim toties iterum fuiſſe Catholicos, quoties ad eamdem iſti redierunt: de Græcis autem dixit Poſſevinus, quod omnino* quaterdecies publica confeſſione ſe nobis adjunxerint: *idque fere de ſeptem ultimis ſeculis intelligi debet. Vniverſim ergo de Moſcis videtur dici poſſe, & quidem jure multo majori, quod de Caſinatibus pronuntiavit Baronius ad annum* MCXXXVI, *cum narraſſet miraculum apertarum ſponte ad eorum preces januarum eccleſiæ, tum cum ipſi Anacleto II Antipapæ contra Innocentium II adharebant.* Non ſimul, *inquit*, ac Abbas vel Epiſcopus aliquis ſchiſmaticus eſt, neceſſe eſt omnes ſibi ſubditos pariter eſſe ſchiſmaticos: ſed illos tantum, qui certo ſciunt ſuum errare Præſulem. Ceteros autem dico non peccare, qui perſuaſibilibus rationibus putant ipſum recta incedere via, & ſe verum ſequi Paſtorem; nec tanta ineſt ipſis doctrina, vel adeo explorata rerum geſtarum cognitio: hoſque ſua ipſorum bona conſcientia reddi crimine liberos. Sicut & tunc eveniſſe putamus, nimirum quod, etſi Abbas & ex Præfectis aliquis apud Deum & ejus Eccleſiam rei fuerint; ſimpliciores tamen his ſubditi, bonâ fide & conſcientia purâ cuncta gerentes, divinis tantum rebus vacantes, omnis curioſitatis expertes, nullo modo (ut Canones docent) rei fuerint tanti criminis. *Si enim hoc valet in tam conjunctis quam ſunt cum ſuo Abbate monachi; quanto id magis valere debuit in Moſcis, qui lingua moribuſque diverſiſſimi à Gracis, plerumque nec ſciebant, conjuncti an ſejuncti eſſent Latini & Graci inter ſe; ſolum autem conſiderabant ſuam ab initio ſuſceptæ fidei erga Conſtantinopolitanum Patriarcham ſubjectionem?*

qua non debet conſeri fidem ſemper cum Græcus mutaſſe;

13 *Quid quod Ruſſorum Reges, intelligentes ſe ſuoſque, propter illam qualem qualem cum Gracis conjunctionem idoneorum doctorum defectu, exerrare in aliquibus, identidem ad Romanam Sedem ſe converterint pro remedio. Sic anno* MCCXXVII, *uti apud Odericum Raynaldum legitur, Gregorius nonus, Vniverſis Regibus Ruſſiæ ſcribens*, Gaudemus in Domino, *inquit*, quod nuntii veſtri, ad venerabilem Fratrem noſtrum Mutinenſem Epiſcopum Legatum à Latere noſtro tranſmiſſi, eum humiliter rogaverunt, ut partes veſtras perſonaliter viſitaret: quia cupientes ſana doctrina ſalubriter inſtrui, parati eſtis omnes errores penitus abnegare, quos propter defectum prædicatorum, ſicuti dicitur, incurriſtis. *Sic anno* MCCXLVI *Innocentius IV gratulatur Ruſſis, quod* nuper, gratiâ faciente divinâ, illuminata fuerint corda *eorum*, ut recognoſcentes Romanam Eccleſiam, matrem aliarum omnium & magiſtram, ac ſummum Pontificem ſucceſſorem Petri . . . . . ad devotionem & obedientiam Apoſtolicæ Sedis redire affectarent: *quibus propterea Archiepiſcopum Pruſſiæ atq; Eſtoniæ deſtinabat, ut* commiſſo ſibi iſtis in partibus plenæ Legationis officio *fungeretur. Iam vero ad Florentinum Concilium, ſub Eugenio Papa IV, venit uti jam diximus.* Iſidorus, Metropolita Kiovienſis totiuſque Ruſſiæ, *nec tantum decretis ejus circa fidem ſubſcripſit anno* MCCCCXXXIX, *ſed ut Graci quoque idem facerent inſigniter juvit: quare, ut majori cum dignitate rediret ad ſuos, Legatus ipſius Pontificis à Latere, Cardinalitia fuit dignitate ornatus. Licet autem ſui non receperint eum, ſed coacta ſchiſmaticorum Synodo damnarint carcerique incluſerint unione repudiata (fortaſſis quia Conſtantinopolim dumtaxat miſſus à ſuo Principe, auctoritate propria ſe contulerat Florentiam, ut* locum tenens Apoſtolicæ Sedis ſanctiſſimi Patriarchæ Antiocheni, Domini Dorothei) *non tamen proſus in vanum laboravit. Nam præter fructum inter Ruthenos Polonis ſubjectos factum, ea videtur etiam apud Moſcos ſemina reliquiſſe, ex quibus deinde ſecutum eſt, quod anno* MCCCCLXXII (*ſicut ex Ms. Archivi Vaticani accepit prælaudatus Raynaldus*) Joannes Baſilii, decretâ ad Sixtum ampliſſima legatione, ſignificavit, ſe Florentini Concilii ſancita admiſiſſe, atque à Conſtantinopolitano petere jura deſiiſſe, ex quo barbarico Turcorum jugo ille preſſus eſſet: Pontificem etiam ut Chriſti Vicarium veneratus, ut mitteretur Legatus, qui in Moſcovia corruptelas, ſi quæ irrepſiſſent, tolleret, flagitavit, &c. *Neſcio autem an ab hac legatione diverſa ea credi debeat, cujus meminit Albertus Kojalowicz ad annum* MCCCCLXXVI, *ut communibus Ruſſorum ac Lithuanorum comitiis circa idem tempus decreta, per Miſaelem Kiovienſium Pontificem.*

quin potius unionem cum Romanis identidem profeſſa eſt,

14 *Anno quoque* MDXIX Baſilius (*non is qui antea cum Sixto egerat, prout hallucinando credidit Raynaldus:* & *Duces hic enim* Ioannes *dicebatur*) Baſilius, *inquam*, Ioannis *ſuos. prænominati ex Sophia vel Zoe Thomæ Palæologi filia genitus*, Gabriel *ante Imperium dictus*, de redintegranda cum Romana Eccleſia Moſcovitica conjunctione pia agitavit conſilia; de quibus monitus ſummus Pontifex *Leo X*, Gardienſem Epiſcopum ad eum legavit, *quemadmodum ex lib. 3 Breviarii rerum ſub iſto Pontificatu geſtarum ſcribit Raynaldus: qui deinde anno* MDXXV *inſinuat, quod priori anno idem* Baſilius *à Clemente VII*, de Ruthenica Eccleſia Romanæ conjungenda ac Græcanico ſchiſmate damnando poſtulatus, bene ad id animatum ſe oſtendit; *quare jam dictus Pontifex ipſo anno* MDXXV *in Moſcoviam* legavit Franciſcum Epiſcopum Scarenſem Internuntium, ut de modo ac ratione conjungendarum eccleſiarum conveniret. *Non cum* Ioanne Baſilio (*uti hic iterum hallucinatur Raynaldus*) *ſed cum* Baſilio Ioannis *filio: qui uſque ad annum* MDXXXII *ſuperſtes, ſucceſſorem habuit* Ioannem Baſilidis, *puerum quadrimum. Hujus porrò patruus ac tutor Georgius nihil prius videtur habuiſſe, quam ut nepoti ſuo Romanum Pontificem conciliaret: id enim colligitur ex Galbutio in Vita S. Pii V, ad finem hujus primi tomi impreſſa, num.* 256, *ubi dicitur Pio Papæ injecta mens Legationem ad Moſcos deſtinandi*, quod olim ad Romanos Pontifices anteceſſores ſuos, Clementem ſeptimum, Paulum, & Iulium, utrumque ejus nominis tertium, à Moſcorum Principibus legati miſſi fuiſſent, qui certa munera, Regia videlicet inſignia, ab Apoſtolica Sede poſtularent, & ut Sacerdotes aliique pii viri civilium artium opifices in Moſcoviam mitterentur: *quod aliud profecto non erat quam ſuprematum Eccleſiæ Romanæ agnoſcere, cujus Antiſtes præ ceteris omnibus jus haberet etiam Reges appellandi. Sedit Paulus ab anno* MDXXXIV *uſque ad* MDXLIX, *cui anno proximo ſuffectus Iulius annis quatuor Pontificatum tenuit. In confinio autem utriuſque Pontificatus nata eſt concertatio de titulo* Czaris, *inter Moſcos & Polonos, quæ ſecundæ iſti ſub Iulio legationi occaſionem attuliſſe videtur.*

Hi etiam Czaris titulum à Papa petierunt,

per Epiſcopos

15 *Concertationem ipſam pluribus deſcribit Albertus Kojalowicz ad annum* MDXLVIII *& ſequentes, ubi ſic loquitur:* Slavonica ea vox non ſignificat Cæſarem aut Imperatorem (quemadmodum exterorum aliqui, ignoratione idiomatis adulationi mixta lapſi, vocitare ſolent Magnum Ducem Moſcoviæ) ſed Regem: Legati tamen Regii, quod homo arrogans privata auctoritate inſolentem titulum invaſiſſet,

Rege

Rege ſuo inſcio, recuſabant conſtanter eum fœderis tabulis inſerere. *Prudenter an ſecus diſceptatum eſt anno* MDL *in Senatu Lithuaniæ, pleriſque affirmantibus* obſecundandum ambitioni *faſtuoſi juvenis, annum tunc* XXII *agentis, & ſubacto Caſanenſi regno tumidi,* ne materia belli nova præberetur, negando id, quod nullo damno concedi poſſet: ſolus prope Mareſcalcus obſtitit. Si enim qua facilitate nuper Baſilio titulum Magni-Domini totius Ruſſiæ permiſerant, eadem nunc Ioanni (*Ivanum vocat ipſe*) conſentirent ut ſe Czarem Moſcoviæ ſcriberet; Moſcum procul dubio ſemper alios ſuper alios titulos ſibi arrogaturum, quibus falſæ invadendarum Lituaniæ provinciarum prætenſiones ad poſterorum memoriam tranſmitterentur ..... *Additum poſtea ab aliis eſt,* Cæſaris ac Czaris vocabula, ut litterarum ſimilitudine ſibi eſſe propinqua, ita ſignificationis ſenſu longe diverſa. Cæſaris titulum à Principibus variis honoris cauſa ſoli Romano Imperatori tribui, veluti primo inter Chriſtianos Principi; eum ab Ivano non appeti, ipſos Moſcos fateri: Czaris vero appellationem profiteri ſolos ſectæ Mahometanæ Principes: Lithuanos contra dignitatem Chriſtiani nominis facturos, ſi communes cum barbaris honores ei tribuant. *Econtra Moſci indignari ac fremere, Domino ſuo negari* Czaris *titulum*, quem *ejus* patri Clemens Papa ac Maximilianus in ſuis litteris attribuere non neglexerunt. *Lithuani nihilominus perſtiterunt dicendo*, quod Czaris titulum conferre neque eſſet ipſius Ivani ſibi arrogantis, neque unius alteriuſve Principis aſſentantis, neque arbitrii Regii: indigere omnino eam rem concordi omnium Principum conſenſu.

ſed opponentibus ſe Polonis

16 *Ita continuatum inter nationes eſt bellum uſque ad annum* MDLXXII *& Sigiſmundi Auguſti mortem: quando Ioannes, litigioſo forſan abſtinens titulo*, ſe Autocratora ſeu Monarcham univerſæ Ruſſiæ appellare cœpit; Lithuani vero, ne durante interregno novis turbis materiam præberent contradicendo, faſtu ac falſitate tumentem titulum ad tempus diſſimulare maluerunt: *quandonam vero etiam* Czaris *titulum ei ceſſerint, finiente hic ſuam hiſtoriam Alberto, definire nequeo. Certum eſt Romanũ Imperatorẽ etiam nunc eo titulo dignari Magnum Moſcoviæ Ducem, potius quam* Autocratora *appellet (quod ipſiſſima nominis apud Græcos uſitati notione* Imperatorem *ſignificat) ſicuti ante Ioannem ſe appellavit ejus pater Baſilius, cujus ad Clementem Epiſtola apud Iovium ex eoque apud Raynaldum ſic inſcribitur,* Clementi Papæ, Paſtori ac Doctori Romanæ Eccleſiæ, Magnus Dominus Baſilius, Imperator ac Dominator totius Ruſſiæ, nec non Magnus Dux Volodomeriæ, Moſcoviæ, Novogrodiæ .... Dominator & Magnus Princeps Novogrodiæ inferioris .... *quos etiam titulos primum ſibi uſurpaſſe Baſilii iſtius patrem Ioannem Baſilidem ſcribit Herberſtenius in Genealogia Ducum Moſcoviæ, anno* MDLXXII *ex ipſorum Annalibus excerpta, dicens, quod hic, Ruthenicis rebus in magnam claritatem elatis*, titulum Magni Ducis Wlodomiriæ, Moſcoviæ & Novogardiæ ſibi uſupare, ſeque Monarcham (ceu Czarum) totius Ruſſiæ appellare cœpit. *Imo idem auctor ex iiſdem Annalibus aſſerit, quod Imperator Baſilius, Monomachus cognomento, Wlodomiro primi Wlodomiri nepoti miſſis pro pace obtinenda legatis, tum alia munera regia obtulit, tum* Czaris *titulo eum donavit. Atque hinc quidem ſatis refelluntur Lithuani, dum titulos iſtos primum ſeculo* XVI *cœptos uſurpari dixerunt: non tamen ſatis docetur, quod eos Clemens Pontifex approbarit: quandoquidem Gregorius XIII, quantumcumque ſtudioſus demerendi Ioannis, eumque ad Romanam unionem adducendi, litteris ſuis apud Poſſevinum anno* MDLXXXI *non aliter inſcribi juſſerit, ex ipſiuſmet Poſſevini inſtructione, quam* Ioanni Baſilii, Domino Ruſſiæ, Magno Duci Moſcoviæ, Novogardiæ, Smolenſciæ, Vlodimiriæ, Domino Caſani & Aſtracani, multarumque provinciarum Principi magno & deſideratiſſimo. *Cum enim non legamus, eum, qui pro* Czaris *titulo ſic certaverat contra Lithuanos, de injuria queſtum cum Poſſevino Legato; probabile ſit deſiiſſe illum pro ipſo obtinendo dimicare. Sed neque antea Paulum aut Iulium, neque Pium V, immediatum deceſſorem Gregorii, quidquam in hac re indulſiſſe, pendente illius ſuper eo titulo controverſia cum Lithuanis atque Polonis, ſatis ex eodem in jam dicta occaſione Ioannis apud Poſſevinum ſilentio videtur apparere.*

non impetraverunt; uſurparunt tamen non invito Cæſare.

17 *Atque hæc tam prolixe deducere placuit, ad leniendam invidiam, quæ ſub nupero Clementis X Pontificatu Romanæ Curiæ Palatinos haud modica afflavit, dolentibus optimis quibuſque Cardinalium, quod* Czaris *titulo conſtantius quam par iis videbatur negato, ſuccisa fuerit ſpes ingentis fructus, quam faciebat legatio honeſtiſſima, anno* MDCLXXIII *miſſa ab* Alexio Michaelide. *Legationis caput Paulus Meneſes nuncupabatur, vir apprime Catholicus, gente Scotus, ſed pridem in Moſcovia habitans, domo autem nobilis; utpote frater Baronis de Pitſodels. Sed cũ hic attuliſſet litteras,* Clementi X *nõ aliter quam* Romanæ Eccleſiæ Directori *inſcriptas, & ea tituli tenuitas merito diſplicuiſſet; nõ potuerunt ii quos id ſpectabat unquam adduci, ut in reſponſi epigraphe aliam quam* Viri nobilis *appellationem redderent, aut ſaltem* Czaris *titulum adjungerent, ſine quo negabat Orator poſſe abs ſe deferri reſponſum, niſi ſuum caput certo perdere ipſique Catholicæ religioni periculum & damnum grande vellet creare; cui ubique ſi morte ſua poſſet prodeſſe, non dubitaret vitam impendere. Sed quidquid ille obteſtaretur atque rogaret, docens vocem non ſignificare gentibus illis aliud quam Regem, idque ex Euangeliorum verſione vulgata, ubi locus iſte,* Non habemus Regem niſi Cæſarem, *per* Czar & Keſar *explicatur: Palatini tamen non deſierunt, prætexere injuriam Romani Imperatori faciendam: qui ubi rem intellexit, miratus eſt Romanis potiorem eſſe dignitatis ſuæ curam quam ſibi, qui Moſco titulum eum dare conſueſſet.*

Eorundem nupera Romam Legatio,

18 *Iam quod attinet ad Moſcorum erga Romanam unionem animum; fuerant quidem illi ſub Ioanne Baſilide alieniſſimi a Latinis; ſed alienationis tam grandis potiſſimum fundamentum erat, quod non alios fere Latinos noſſent quam Lutheranos hæreticos, ipſorum judicio vix Chriſtianos: nec alia ipſi Ioanni cauſa fuit invadendi occupandique Livoniam, quam quod Rex Poloniæ & Imperator Carolus V impunita dimitteret eorum horrenda ſcelera ac ſacrilegia, qui deſolabant monaſteria, ſpoliabant templa, Ruthenorum eccleſias varie polluebant, blaſphema multa in religionem invehentes; quæ omnia illi vertebant in contemptum Romanæ fidei, in qua ſeptuaginta fides eſſent, interim dum ipſi tenerent unicam, à S. Andrea Apoſtolo, uti jactant, primo ſibi traditam, deinde ſub Vlodomero latius propagatam. In hac ne quid per novitates inductas alteretur, eorum Popi ſeu Parochi omni Catecheſeos publicique ad populum ſermonis uſu abſtinent, & ſola Euangelia, ſanctorum Patrum homilias, & Divorum vitas Dominicis ac feſtis diebus prælegunt: unde intelligimus, quam nihil vulgus ſciat de ſchiſmate, deque articulis in fide controverſis, per acceptam à majoribus traditionem domi potius privatim, quam publice in eccleſia diſcens ſola illa, atque utinam integra! fidei capita, quæ ſunt ad ſalutẽ neceſſaria, cũ crebro Crucis formanda, & aquæ ac aliarum rerum benedictarum uſu, nec non eximio cultu Sanctorum atque Imaginum ſacrarum, & rigida jejuniorum plurium obſervatione: quæ omnia cum Lutherani in magno haberent contemptu, mirum non eſt quod eos Moſci toto animo averſabantur. At poſtquam Religio in Polonia Lithuaniaque reſloruit, & frequentes è Scotia Catholici, fidei cauſa voluntarii à patria ſua exules v altitudine maxima in Moſcoviam migrarunt, alios paulatim de Latini ritus profeſſoribus ſenſus induit*

poſt diſcuſſa præjudicia quæ nobis crearat hæreſis Lutherana.

gens illa. Sane cum Casimiro Regnum abdicante, de successore ei dando disceptaretur, & primogenitum suum designatumque heredem speraret Magnus Dux Alexius prædictus posse ad coronam recipi, propter commoditatem quam utriusque gentis sub uno Rege conjunctio pollicebatur ad retundendos unanimiter Turcarum conatus (quod sperari non debebat nisi Latinorum non solum unionem profiteretur Princeps, sed etiam ad eorum ritus transiret) coacta super his Episcoporum Ruthenorum Synodus unanimi consensu declaravit, utrumque citra scrupulum fieri à Principe posse.

pem novam feci: redu cenda genti

19 Quid autem aliud judicassent homines pii magis quam eruditi? cum hinc intelligerent varietatem ritus non scindere, sed ornare Ecclesiam; utpote cum ipsis Apostolis cœptam: inde vero, sublatis, quæ Lutheranorum abominationes nobis creaverant, præjudiciis putarent nullam aut vix ullam esse sibi nobisque in fidei professione differentiam; eo dumtaxat excepto, quod Nicæna formulæ addamus verbum Filioque; ipsi vero id non putent faciendum: non tam quia mordicus sustinent à solo Patre Spiritum sanctum procedere (cum eorum Clerus, Regularis æque ac Secularis, omni Theologico studio careat domi, foris autem discere non permittatur) sed quia veteris suæ fidei retinentissimi, omnem in ea alterationem, etiam explicationis causa factam, reformidant; quod genti simplici non magno sane vitio verti debet. Istam porro istius, quam dixi, Synodi definitionem non est quidem secuta, quam sperabant Mosci, Polonorum assensio, siquidem ad eamdem coronam prensantibus etiam Lotharingo & Enguiano Ducibus, quorum hunc Rex Christianissimus, istum Imperator commendabant; potentes nimium corrivales justam formidinem incusserunt Polonis, ne pro uno quem eligerent Rege duos æque metuendos inimicos excitarent; mirabilique suffragiorum & animorum concordia, præter omnium expectationem Rex proclamatus est ex ipsa Polonica Nobilitate, die XIX Iunii, anno MDCLXIX, Princeps Michael Wiesnowisky, inusitato jam pridem exemplo. Propterea tamen non est extinctum in Moscis desiderium conciliandi Pontificis; sed anno, ut dixi, MDCLXXIII missa est Romam prænemorata Legatio: quam optato carere successu, propter causas de quibus meum non est judicare, ideo forsan permisit Deus, ut is honor Innocentio XI servaretur, nunc Romanæ Ecclesiæ Pontifici Maximo. Idem enim ille, qui nuper tam pronus erat ad meliora, nunc paternum æptus Imperium feliciter regnat, & instantissime agit pro fœdere adversus communem hostem Christianorum ineundo cum Polonis & Cæsare, Bellum certe futurum vix ambigitur, cujus occasione certum est multum posse promoveri causam Religionis, modo eruditendæ gentis, schisma ut dixi potius ignorantis quam tenentis, ratio commoda ineatur, qualem in suo Tractatu ad Gregorium XIII Possevinus præscripsit; optime animadvertens, fieri non posse, ut sola Synodorum convocatione, & unius hominis atque epistolæ missione (quemadmodum hactenus factum fere est) obtineatur solida Ecclesiarum unio, præsertim linguæ ac ritibus diversarum; sed opus esse variis illis modis, qui Christi Legatorum atque Apostolorum proprii semper fuere, & quos prælaudatus Gregorius XIII exinde cœpit tam utiliter quam successu patuit adhibere; erectis, non Romæ solum, sed etiam alibi per provincias variarum gentium seminariis, & prædicatoribus fidei quaquaversum directis, ex nostra Societate aliisque Ordinibus religiosis.

ignorantis potius quam pertinacis:

20 Interim ut eo, unde digressa est, revertatur oratio, & remotum maneat impedimentum, quod alias ferme insuperabile imaginabatur sibi Possevinus, ex parte eorum quos gentes Ruthenicæ colunt Sanctorum, quosque veteribus Græcis permixtos habent hæ figuratæ Ephemerides; videtur (salva semper majoris certiorisque auctoritatis reverentia, & posito semel principio nostro, de fide orthodoxa ab orthodoxis Græcis apud Russos constituta) videtur, inquam, dubitari non debere, quin vere Sancti Orthodoxique & extra schismatis culpam positi possint haberi ii omnes, quos nunc Moscovia, quantumvis schismatica, colit ut Sanctos. Numquam enim hanc de iis opinionem gens tota assumptura erat, nisi excellens quædam ac singularis virtutum Christianarum claritas, certis indubitatisque miraculis nixa atque post mortem probata eamdem induxisset. Si enim credimus (uti credere possumus, fortasis & debemus, nisi integræ maximæque nationi eam negamus fidem, quam putamus in re simili dandam nostræ) si, inquam, credimus frequentissima esse & vera miracula, quæ ad Deiparæ, Sanctique Nicolai & aliorum quorumdam nobis quoque notorum Patronorum religiosam invocationem patrantur (utpote non aliud quam orthodoxum Cælitum cultum affirmantia, neque ad stabiliendum schisma ullatenus trahenda) cur ea quæ apud Indigetum sepulcra fieri dicuntur, habebimus erroris impostura ve suspecta, quamdiu nulla affertur in contrarium ratio, quæ ejusmodi credulitatem evertat, nisi sola præsumptio schismatis, ut ita loquar, originalis, erroneo ut vidimus principio nixa? Cur in eo, de cujus contrario nobis non constat, ponemus simplici populo scandalum, & optatæ unionis impedimentum fere insuperabile, abrogari jubendo partem traditæ à majoribus religionis?

cujus interim Sancti,

non videntur debere rejici.

IANUA-

IANVARIVS.

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Kalend. Ἰανυαρίῳ πρώτῃ δάνες ὦ ΒΑΣΙΛΕΙΕ.
Ipſis occumbis Jani, Basilie, kalendis.

Magis ſolenniter colitur à Latinis die ſuæ Ordinationis ad Epiſcopatum Cæſareenſem in Cappadocia XIV *Iunii. De eo multa habentur Latine & Græce.*

Β'. XV Non. Θυμὸν ἀποπνέει ΣΙΛΒΕΣΤΡΟΣ δευτέρῃ ἠοῖ.
Spiritus efflatur Silvestri mane ſecundæ.

Latini feſtum ejus agunt XXXI *Decembris. Acta non ſolum Latine antiquitus habentur, ſed & Græco-Latina Combefiſius edidit.*

Γ'. III Non. Ἐκ ῥεθέων ΜΑΛΑΧΙΟΥ ἀπέπλατο ἐν τρίτῃ ἦτορ.
Tertia lux animam Malachiæ ex corpore tollit.

Hunc Prophetam nos recolimus die ſequenti.

Τιμηθὲὶς ἀμφὶ τρίτῃ πέσε ΓΟΡΔΙΟΣ ἐν κονίῃσιν.
Gordius in cinere cadit hac quoq; luce necatus.

Centurio hic fuit & Martyr Cæſareæ in prædicta Cappadocia, inſcriptus etiam hodierno Romano Martyrologio. Extat de eo S. Baſilii oratio, præterea nihil.

Pro duobus ſequentibus diebus deſunt in Menæis, utique non raro circa varias partes defectuoſis, hexametra ſingula, quæ nolo per conjecturam ſupplere; felicior forſan aliquis ea ex aliis Mss. eruet, ſicuti nos ex Chiffletiano Ms. Synaxario ſupplevimus defectus varios diſtichorum, quæ ſolent elogiis ſingulis præmitti. Interim, ſignatis initio punctis, notabo titulum, quo cujuſque diei, hexametro deſtituti, Officium hic & alibi præſignatur.

Δ'. XI Non. ..... Προεόρτια τῶν Φωτῶν, καὶ ἡ Ϛωάξις τῶν ἁγίων ἑβδομήκοντα Ἀποστόλων, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ.
..... Profeſtum Luminum, & feſtivitas ſanctorum ſeptuaginta Apoſtolorum, nec non S. P. N. Theoctisti.

Græci (qui Baptiſmum appellant Φωτισμόν, Illuminationem) *die Epiphaniæ ſolennes baptiſmos facturi, quales in Latina Eccleſia ante Paſcha & Pentecoſten ſolebant fieri, tres eis dies profeſtos præmittunt, quorum hic ſecundus eſt.* De LXX Diſcipulis *Chriſti, quomodo vocentur* Apoſtoli, *infra dicetur.* S. Theoctiſtus *nudum hic nomen habet, cum illa honorifica appellatione* Sancti Patris noſtri: *alias in toto Officio verbum de eo nullum. Quis ſit, an* Siculus Hegumenus in Cucumo *monaſterio, an* Magni Euthymii ſocius in Palæſtina, *non divinamus.*

Ε'. Nonis. ..... Προεόρτια τῶν Φωτῶν καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΘΕΟΠΕΜΠΤΟΥ καὶ ΘΕΟΝΑ καὶ τῆ ὁσίας ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΗΣ.
..... Profeſtum Luminum & Sanctorum Martyrum Theopempti atque Thonæ nec non Beatæ Syncleticæ.

Priores duo die III *adſcripti ſunt hodierno Romano, ambo ſub Diocletiano paſſi in Cilicia: quorum utinam extarent Acta! Tertia ſacrarum Virginum Antiſtita Alexandriæ, dicto Martyrologio adſcripta eſt hoc die. Vitam, ſeu potius ſpiritualium exhortationum ſyllogen, dedimus, jamque etiam Græcam edidit ex duplici Ms. Ioannes Bapt. Cotelerius, tom.* I *Monumentorum Eccleſiæ Græcæ, in Annotationibus ad eamdem dubium relinquens, utrum ſit vere S. Athanaſii, cujus nomen aliqui Codices præferunt. Ego in hujus Actis* II *Maji oſtendo auctorem, ſive is Athanaſius ſeu Polycarpus ſeu alio quocumque nomine dictus ſit, multo juniorem eſſe, totoque ſcribendi modo diverſiſſimum ab eo quem tunc colimus. Nota porro quod* Ὅσιος & Ὁσία *fere dicatur de Monachis & Sanctimonialibus;* Ἱερὸς *de Presbyteris & Epiſcopis,* Ἅγιος *univerſim de cujuſvis conditionis ac ſexus Sanctis.*

Βάπτισεν ἐν ποταμῷ ΧΡΙΣΤΟΝ Πρόδρομος κατὰ ἕκτην.
Prodromus in ſextâ baptizat flumine Christum. VIII Id.

Theophaniorum feſtum Græci appellant, quod hac die concurſu magno, peregrinorum præſertim, Græcæ Liturgiæ ſolennes ritus ſpectare cupientium, vidimus celebrari Romæ, in noſtro Græcorum Collegio, anno MDCLXI: *quando (ut ſub aſpectum unum proponatur totus Sacrorum ordo) ante ſacrificium fit Benedictio aquæ, quæ pridie ſub Veſperis fieri alias debuerat ante cœnulam, & hanc ſolito lautiorem; utpote in qua, non quidem lacticinia aut piſces, ſed buccellæ panis cum melle ad eſum, & vini aliquid ad potum permittunt jejuniorum monaſticorum Canones. Ritus autem benedicendæ aquæ ſimilis eſt noſtræ fontis Baptiſmalis benedictioni, in eo quod, uti Officians apud nos benedicto fonti immergit Paſchalem cereum in Vigilia Paſchatis; ſic Græcus Sacerdos in hac Vigilia immergat aquæ Crucem ab altari ſumptam, atque ad medium templum ubi proſtat vas aquæ benedicendæ delatam: cujus deinde aquæ aſperſione omnes præſentes ſanctificat, uti Rubricæ in Menæis loquuntur.*

Latini feſtivitatem hodiernam Græco quoque vocabulo nominant Epiphaniam, *id eſt* Oſtenſionem *ſeu* Manifeſtationem *Domini. Hanc autem ſimul triplicem venerantur, qua ſcilicet ipſius divinitas manifeſtata eſt Magis in Bethleem, Ioanni ad Iordanem, Diſcipulis in Cana Galilææ: ſed* quid potiſſimum hoc die factum ſit, *inquit S. Maximus,* noverit ipſe qui fecit. *Haud inutili tamen ratiocinio videmur tenere poſſe, ſolum Baptiſmum Chriſti ad hunc diem proprie pertinere, propterea quod totus Oriens, penes quem diſtinctior fuit hiſtoriæ Euangelicæ cognitio, nihil aliud hoc die factum agnoſcat. Aquæ in vinum converſio, quantum ex Ioanne intelligimus, ſecundo vel tertio poſt baptiſmum menſe debuit accidiſſe, puerorum vero Bethleemiticorum cædes (quam pari conſenſu Oriens atque Occidens celebrat exeunte Decembri) ſicut congrue ad Euangelium atque ad Stellæ tempus indicatum à Magis, dicitur accidiſſe uno poſt Chriſti nativitatem anno, ita non patitur ut multum anticipetur adventus eorumdem Magorum, & ideo eorum Adorationem Græci ipſo die natali colentes, verum ejus diem credi poterunt retinere. Manet interim quod dies* VI *Ianuarii apud Latinos trium Magorum cultui ſit dedicata, de iiſque agi potuerit ac pœne debuerit initio noſtri Operis. Quin igitur id factum? inquies. Noluit Bollandus noſter, in plurium controverſiarum pelagus præcipitare navim, vixdum è portu ſolutam, earum adhuc inexpertus ipſe; totumque diſquiſitionis prolixioris diſcrimen prudenter rejecit ad* XXIII *Iulii quo* Trium (*ut vulgo vocantur*) Regum Tranſlatio, *Mediolano Coloniam facta ſeculo* XII, *ſolenniſſime recolitur. Decennio poſt editum Ianuarium amicus ejus Hermannus Crombachius amplum de illis volumen edidit cum titulo Hiſtoriæ; ſed licet diligentiæ nulli pepercerit auctor, in ea tamen hiſtoriæ parte, quæ Euangelicum textum excedit, ad ſuos fontes reducenda, nihil reperit ſolidæ antiquitatis. Nam Dextri Chronicon, novitium ſeculi hujus figmen-*

AUCTORE D. P.

figmentum esse, satis superque nunc constat : & Bedæ operibus adjuncta Collectanea, Bellarmino Iudice, nihil fere habent, quod sit ingenio Bedæ dignum : nec alius ullus scriptor vel Græcus vel Latinus profertur per tot secula, usque ad Friderici Barbarossæ tempora, qui nomina nunc vulgata usurparit, nedum ea docuerit, quæ postea cœperunt narrari de Magorum post Christi mortem baptismo per Apostolum Thomam, ordinationeque Episcopali, & prædicato per ipsos populis Euangelio, ac morte denique pro Christi nomine illata à barbaris. Supereſt igitur adhuc integer labor, in ea disquisitione ponendus ; si tamen operæ pretium sit in tam obfirmato totius antiquitatis silentio posteriorum temporum divinationes hallucinationesque sectari atque colligere, & Ioannis Hildesiensis fabulosam *(ut ipse agnoscit Crombachius) de hoc argumento* farraginem *ventilare. Nobis certe, cum ad Iulium perveneriмus, satis erit prædicta Translationis fidem indubitatam reddere, Coloniensiumque in istis corporibus honorandis religionem tueri, tot illustribus monumentis miraculisque divinitus & humanitus confirmatam.*

Ζ'. VII Id. Μνήμη ἑβδομάτη ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ λάχεν ἀδοίοτο.
Septima Baptistæ memores jubet esse colendi.

Notandus hic Græcorum ritus, quo post singula majora Christi Domini aut Deiparæ festa, subjungunt memoriam eorum Sanctorum, qui propius ad mysterim concurrerunt. Ita post festum Hypapantes secunda Februarii, sequitur memoria Iusti senis Simeonis, qui suis ulnis Christum excepit : & sic de ceteris. Hic vero VII *dies Ianuarii eo etiam solennior erat Constantinopolitanis, quod pariter recoleretur memoria manus in urbem Regiam translatæ sub Imperatoribus Constantino & Romano Porphyrogenitis, id est seculo* X. *Dicitur autem Antiochenus quidam Diaconus, Iob nomine, eam attulisse ab Antiochia, quo eam olim ex urbe Sebaste, in qua sepultus Ioannes fuit, Lucas Euangelista detulerat. Notabilis quoque est ejus imago ad hunc diem, in Menæis excusis designata cum magnis ad humeros alis, propter titulum* Angeli *eidem ex Scripturis aptatum.*

Η'. VI Id. ΔΟΜΝΙΚΑΝ ὀγδοάτῃ πότμῳ λάβε νὺξ ἐρεβεννή.
Domnicam octavâ mortis nox abstulit atra.

Abbatissa fuit Constantinopoli, & habemus jam Vitam, Græce ac Latine dandam in supplemento Ianuarii, ad quod etiam optaremus Acta Græca SS. Juliani & Basilissæ, *pro die sequenti, qualia vidisse se Allatius ait ; eo quod, cum auctorem præsentem ac videntem præseferant, ficta tamen ea esse nunc arbitremur, ob causas facile à posteris vestigia nostra pressuris agnoscendas : quamvis ea in principio Operis nos latuerint, minus adhuc expertos ad talia secernenda.*

Θ'. V Id. Ἀμφ' ὀγδάτῃ, ΠΟΛΥΕΥΚΤΕ, τομὴ μέγα δῶκέ σοι εὔχος.
Grande tibi, Polyeucte, decus dat sectio nonâ.

Martyr Melitinæ in Armenia sub Decio : apud Latinos memoratur XIII *Februarii. Acta Græca triplicia habemus.*

Ι'. XV Id. ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ δεκάτῃ θανάτῳ τέλος ἀμφεκάλυψεν.
Gregorium decimâ mortis fors ultima obumbrat.

Nyssenus hic est, qui à Latinis IX *Martii colitur, ubi de libris ejus contra Eunomium, aliter quam hactenus editi sunt ordinandis, demonstrative disserui.*

ΙΑ'. III Id. Ἐν δεκάτῃ ὅλοὸν βίοτον λίπε ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΗΣ.
Undecimâ vitam dimisit Coenobiarcha.

Videlicet Theodosius *in Palæstina : cujus Vitam ab auctore coævo, non tamen à Cyrillo discipulo esse scriptam, certo jam nobis constat, ex chronologica Synopsi ipsiusmet Cyrilli de vita sui Magistri ejusque scriptoribus : quam Synopsim nunc habemus, æque ac alteram ab eodem Cyrillo laudatam S. Theodosii Vitam, auctore Theodoro Episcopo Petrarum, utramque dandam ad supplementum Ianuarii. Ipse autem Sanctus adscriptus est hodierno Romano.*

Τῇ δυοκαιδεκάτῃ ΤΑΤΙΑΝΗΣ αὐχένα κέρσαν. IB
Luce duodenâ Tatianæ colla resecuit. II Id.

Quæ hujus Acta habentur apud Græcos, eadem à Latinis leguntur sub nomine S. Martinæ, *& sic ea dedimus* I *Ianuarii, quo die hæc antiquitus colebatur, nunc translata ad diem* XXX, *pro commoditate majoris ac liberioris cultus. Acta ista, per licentiam plus quam poëticam adornata, si nunc à nobis examinari & edi deberent, severiori nota castigarentur.*

ΕΡΜΥΛΟΝ ἧΣ' ΕΤΑΡΟΝ δεκάτῃ πνίξε τρίτῃ ΙΓ.
Ἱερῶν.
Hermylus & Socius post hanc merguntur in Idibus. Istro.

Socius Stratonicus *est, Martyrii locus Mysia : ambo Romano hodierno sunt inscripti ex Actis à Lipomano primum editis, quæ habemus etiam Græce danda in supplemento.*

ΑΒΒΑΔΑΣ ἀμφὶ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ κλάνε χαλκός. ΙΔ'.
Abbates quartâ & decimâ dant colla securi. XIX K. Feb.

In Sinai *scilicet, primum* Sabbas, Esaias, *& socii* XXXVI, *sub Diocletiano a Saracenis occisi ; deinde ab iisdem aliisve barbaris alii ibidem & in* Raithu. *Primorum meminit, & secundorum Acta, quæ Græce habemus, pathetice descripsit Nilus Monachus, cujus filius Theodulus Martyrum unus fuit. Eorumdem quoque historiam Ammonium similiter & monachum & oculatum testem contexuisse, asserit Allatius in Diatriba de Simeonum scriptis, sæpius hic allegandæ : hanc autem historiam vehementer optamus habere, aut scire unde sit petenda. Simul omnes, non sine confusione aliqua, inscripti sunt hodierno Romano.*

ΒΛΑΣΘ Θηβαίδῳ πέμπτῃ κλάνε ΠΑΥΛΟΣ ΙΕ.
ἀμύμων.
Thebæus Paulus decimâ quintâque coruscat. XVIII Kal.

Latini hunc colunt die X, *& suas de eo Lectiones Romana Ecclesia sic orditur :* Paulus Eremitarum Auctor & Magister ; *& tamen numquam ille se obstrinxit votis quæ Religiosum (ut nunc loquimur) facerent, nullos discipulos constituta ab se regula informatos dimisit : sed (ut scitur ex Actis) fororii injuria & persecutionis metu, nullo hominum conscio, extra eorum conspectum secessit, atque ad interiorem eremum paulatim progressus usque ad mortem delituit, uni S. Antonio semel conspectus dum viveret. Quid ergo molesti nobis sunt aliqui, objiciendo Patres aliosve scriptores, qui* Eliam Propheram & Joannem Baptistam, *ut monasticæ Professionis* Duces, Principes, Auctores, Magistros *laudant ? quasi hæc eis competere non possint absque religiosorum nuncupatione votorum, neque solum vitæ solitariæ qualiscumque ab iis sumptum exemplum sufficiat ad ejusmodi encomia.*

Πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ καλύβῃ μελέπηξ' ΙΩΑΝΝΗΝ.
Tugurio sese Joannes clausit eâdem,

Hujus pervetusta memoria extat Romæ in insula Tiberina, quin & corpus ibidem haberi creditur. Hinc vulgari errori (cum quo etiam Baronius hodierno Romano ipsum inscripsit) data occasio, ejus historiam, primo Græce descriptam, quam suo etiam tempore daturi Græcam sumus, veteri Romæ ipsam adscribendi ; cum ex ipsamet evidentissimæ liqueat, eam novæ Romæ, id est Constantinopoli totam deberi, ubi natus fuit, & aliquamdiu Monachum inter Acœmetas

pro-

profeſſus; denique à longinqua peregrinatione redux, paternæ domus angulum ignotus incoluit. Vnde fit ut nec minimum quidem veſtigium Joannis *iſtius in ullis antiquis Latinæ eccleſiæ Martyrologiis inveniatur: & veroſimile ſit eodem tempore, quo Veſontionem in Burgundiam Caput, Romam quoque allatum fuiſſe corpus, id eſt poſt captam anno* MCCIV *à Latinis Conſtantinopolim. Idem qui* Kalybita, *ab eo quod habitavit in tuguriolo, etiam ὁ διὰ Χριστὸν Πτωχὸς,* Propter Chriſtum pauper *cognominatur.*

ΙϚ′. ΣΕΙΡΗΝ ϖροσκωνέω ΠΕΤΡΟΥ δεκάτῃ ἑνὶ ἑκλῇ.
XVII Kal. Dd decimam ſextam venerabor VINCULA PETRI.

Eudocia, Theodoſii Iunioris uxor, ſeculo Chriſtianæ æræ quinto, ex accepta Hieroſolymis Catena *partem Conſtantinopolim detulit, partem Romam ad filiam Eudoxiam miſit: quarum hæc ſimili quoq; feſto Kalendis Auguſti celebrando occaſionem dedit, cum applicata alteri catenæ, qua idem Apoſtolus Romæ fuerat in carcere Mamertino conſtrictus, ipſi mirabiliter inhæſiſſet: iſta vero hodie ſolenniter monſtrabatur Conſtantinopoli.*

ΙΖ′. Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΑΝΤΩΝΙΟΝ ἔνδεν ἄειραν.
XVI Kal. Septenâ decimâque ANTONIUS aſtra petivit.

Hujus ubique notiſſimi Vitam, à S. Athanaſio ſcriptam ſic illuſtravit Henſchenius, adeoque ſolide auctori ſuo vindicavit adverſus cavillos hæterodoxorum; ut vir eruditiſſimus inter eos Gerardus Voſſius, convictum ſe ingenue faſſus, numquam amplius hæſitaverit in ea ſub nomine S. Athanaſii alleganda.

ΙΗ′. Τάρχυσαν ὀγδοάτῃ δεκάτῃ νέκυν ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.
XV Kal. Mortuo ATHANASIO decima atq; octava parentat.

Vitam ejus ex propriis fere ſcriptis collectam daturi, præmittimus ordinem ſcriptorum ejus apologeticorum, ſatis diverſum à vulgato: & in fine quærimus diem verũ mortis: neq; enim quia in hiſce verſibus plerumque mors indicatur, ea ſemper in talem diem revera incidiſſe credi debet, quod ſemel proderit hic notaſſe. Celebratur ergo hodie tranſlatio quædam ei & S. Cyrillo, æque Patriarchæ Alexandrino, communis, communi etiam apud Græcos feſto: Latini ſeorſim ſingulos, Athanaſium II *Maji,* Cyrillum XXVIII *Ianuarii venerantur.*

ΙΟ′. Γῆ μακάρων λάχον οἰνέα καὶ δενάτῃ ΜΑΚΑΡΙΟΙΟ.
XIV Kal. MACARIUM nonâ decimâ capit aula beata.

Ex duobus hujus nominis inter Ægypti monachos celeberrimis, alter Ægyptius *cognominatur,* Alexandrinus *alter ſive* Romanus, *& utriuſque commemoratio ita hodie jungitur à Græcis, ut (niſi quod diſtincta ſint utriuſque elogia) totius Officii curſus procedat in ſingulari, tamquam de unico. Latini* Romanum II *hujus,* Ægyptium XV *colunt.*

Κ′. Λῆξε βίῳ ΕΥΘΥΜΙΟΣ τῇ εἰκάδι εὐγενέϛ.
XIII Kal. Vigeſimâ EUTHYMIUS vitam terraſque reliquit.

Abbas hic prope Ieruſalem vixit: ejuſque meliora, quam quæ hactenus extant, Acta Græca, ut vere à Cyrillo deſcripta ſunt, ſervamus pro Supplemento. Inſertus eſt autem hodierno Romano.

Præter hunc recolitur à Græcis memoria S.P.N. Euthymii Junioris IV *Ianuarii*; *&* II *ac* XVIII *Aprilis* memoria S.P.N. Euthymii Thaumaturgi: *accedit ex Allatio (qui Encomium auctore Gregorio Cyprio Patriarcha Conſtantinopolitano vidit)* S. Euthymius Epiſcopus Madytarum: *quæ unumne an tres diverſos ſpectent, non definimus; ſed expectamus ut aliunde accipiamus ipſum iſtud encomium, lucem haud dubie aliquam allaturum, ſimul cum diei notitia, qua poſtremo nominatus obiit colituque.*

Εἰκάδι ϗ πρώτῃ ϖότμῳ MAXIMOY δοσ' ἐκά- ΚΑ′
λυψεν.
Vigeſima & prima oculos tibi, MAXIME, clauſit. XII Kal.

Nihil nos in Ianuario noſtro de hoc inſigni ſub Heraclio contra Monothelitas Confeſſore, utpote nulla adhuc ejus Acta nacti, ideoque expectantes XIII *Auguſti, quando colitur à Græcis Tranſlatio ejus. Nunc illa habemus ex Ms. Ducis Sabaudiæ, nec illa tantum; ſed etiam omnia ejus opera in lucem duobus tomis edidit amicus noſter Franciſcus Combefiſius, X Kalend. Aprilis anno* LXXIX *Pariſiis pientiſſime defunctus. Addi iſtis poterit, ſi aliquando integra inveniatur, Vita alia brevior, cujus contextum variis corroſorum foliorum hiatibus interruptum, qualem habere potuimus, tranſcripſimus Mediolani ex quodam Rutienſis in Calabria monaſterii Codice, ante annos quadringentos exarato: ſic autem ea incipit.* Καὶ ϖῶς ἂν τλὼ ϖᾶδαὶ τῶν φιλοκάλων μέμψιν ἐγκλίνοιμδ, μὴ ϯ Ὁμολογητλὼ ϗ ϖολλὼ ἐν λόγῳ Μάξιμον τὸν κλεινὸν ϖροτιδέντες εἰς μέσον, ϗ τὰ τοῦ μεγάλυ τούτυ ϗ ὑπερφυῆ κατὰ ϯψ ἀρετικῶν ἀνδραγαθήματα;

Εἰκάδι δευλερίῃ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ βρόχον ἔτλη. ΚΒ′.
Paſſus ANASTASIUS laqueum eſt dein luce ſecunda. XI Kal.

Natione Perſa, *martyrium fecit in Palæſtina ſub Choſroë anno* DCXXVIII. *Acta ejus in Concilio II Nicæno recitata & laudata dedimus ex originali Latina, Græca pro Supplemento ſervamus; atque utinam interim accipiamus integra ejus miracula, ab auctore, anonymo quidem, ſed oculato conſcripta, quæ nobis finiuntur cum principio miraculi* XVII *De muliere, ſeu potius puella* energumena, *cujus liberationem Aſcalone impetravit mater, ad collum ejus alligans particulam ex nervo ſacræ manus, & corpus ungens oleo per ejuſdem tactum ſacrato.*

Εἰκάδι διετμήδητε τρίτῃ, ΑΓΑΘΑΝΓΕΛΑΕ, ΚΓ′.
ΚΛΗΜΗ.
Vicenâ caditis ternâque, AGATHANGELE, CLE- X Kal.
MENS.

Epiſcopus Ancyræ in Galatia Clemens, *cum tribus Diaconis* Agathangelo, Chriſtophoro ac Charitone & pluribus pueris, *Sub Diocletiano & Maximiano Martyrium ſubiit, cujus duplicia Acta Latina dedimus, Græca reſervamus.* Clementem & Agathangelum *Romano hodierno Baronius quoque adſcripſit.*

Οὐράνῳ εἰς ξενίῳ ΞΕΝΗ εἰκάδι ἦλδε τελάρτῃ. ΚΔ.
Vicenâ quartâ cæli XENA celſa petivit. IX Kal.

In Vrbe Roma, non illa veteri, ſed (ut ego quidem exiſtimo) novâ nobiliter nata, & in ſeculo dicta Euſebia, primo navi Alexandriam, ibique agnoſci metuens Mylaſſam in Caria petiit, mutatoque nomine ignota obiit, ſeculo Chriſti V. *Vitam auctore æquali Anonymo dedimus, textum Græcum daturi in Supplemento.*

Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ θεοφήμων ἕκλανε ϖέμϖτῃ. ΚΕ.
GREGORIUS, divina loquens, eſt deinde ſecutus. VIII Kal.

Cognomento Theologus, *& à patria* Nazianzenus, *colitur à Latinis* IX *Maji, quando Vitam ex ejus operibus atque aliunde collectam à Card. Baronio ex ejus Ms. damus, oſtendimus autem eumdem æque ac ſocium* Baſilium, *multo quam paſſim credatur citius natum, adeoque & ſeniorem obiiſſe. Conſtantinopoli colebatur tamquam illius urbis Archiepiſcopus, ſicuti revera fuit: ſed ipſe pacis communis cauſa cedere maluit, & Nazianzum reverſus ad ſuum ſuburbanum, carmen de vita ſua compoſuit, quod Latina proſa redditum exhibemus.*

Παισὶν ἅμ' ἠδὲ ἀλόχῳ ΞΕΝΟΦΩΝ ϑάνεν εἰκάδε ΚϚ.
ἕκλῃ.

VII Kal. Cum Pueris XENOPHON poſt illum Uxorque obierunt.

Vxor, Maria; *filii*, Arcadius & Joannes *nuncupabantur; Conſtantinopolitani omnes, & monaſticam vitam Hieroſolymis amplexi, tandemque in mutuam agnitionem adducti. Acta Latine dedimus Otthone Zylio noſtro interprete: Græce eadem in Supplemento dabuntur.*

ΚΖ'. Ἄπνων ἑβδομάτῃ κόμισαν δίμας εἰκάδι ΧΡΥΣΟΥΝ.
VI Kal. AURILOQUI corpus vigeſima ſeptima reddit.

Eſt hic dies delati Conſtantinopolim corporis (nam in exilio Sanctus obierat) non ſolum Græcis venerabilior, ſed ſolus à Latinis celebrari ſolitus: adeoque nunc erant nobis danda illius Acta. Sed cum ea valde prolixa eſſent, & longe ſupra opinionem excreviſſet ſub ipſis manibus Ianuarii moles, coacti ſumus in diem mortis, qui XIV *eſt Septembris, differre omnia. Neque conſilii pœnitet, quia interim prodierunt ſtudio Emerici Bigotii V.CL. qualia ab eruditis univerſis jam pridem expectabantur: & Godefridus Hermant totam vitæ temporiſque iſtius hiſtoriam eodem ſucceſſu, quo SS. Athanaſii, Gregorii, Baſilii atque Ambroſii res geſtas illuſtravit; lingua quidem Gallica, ſed annotatis accurate ad marginem locis unde deprompta ſingula, & obſervationibus opportuniſſimis ad calcem librorum adjectis: quibus utriſque libenter me adjutum fateor in Actis SS. Athanaſii atque Gregorii Nazianzeni.*

ΚΗ'. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ νόες ΕΦΡΑΙΜ θυμὸν ἀπηύρων.
V Kalend. Spiritus hinc EPHREM octava eſt ſublatus ad aſtra.

Colitur à Latinis I *Februarii: neutro tamen die mortuus, ſed æſtate vel Autumno. De eo poſt Gerardum Voſſium, per quam accuratum operum ejus interpretem & ſcholiaſten, prolixe in noſtro Februario agitur: ubi hoc ſolum addi deberet, Vitam SS. Abrahami & Mariæ neptis ejus alterius eſſe Ephræmi, non Edeſſeni, ſed Græci in minori Aſia, forſan Cariæ Epiſcopi, ſeculis aliquot junioris.*

ΚΘ'. Ἐννάτῃ ΙΓΝΑΤΙΟΙΟ ἐπάνοδ' εἰκάδι τύχθη.
IV Kal. IGNATII exuvias vigeſima nona revexit.

Roma ſcilicet, ubi ſub Trajano fuerat à leonibus laceratus, Antiochiam, ubi Epiſcopus fuerat: à Latinis poſt reliquias Romam relatas colitur I *Februarii, ubi de eo egimus, Græca in Supplementum operis aſſervantes; & epiſtolas, ſub ejus nomine editas, in tres claſſes diſtinximus, ita ut alias certo ipſius eſſe, de aliis minus certo oſtendamus conſtare, quaſdam veroſimilius fuiſſe ſuppoſitas.*

Λάμψεν ἐνὶ τριακοστῇ χρυσοτρισήλιος αὐγὴ. Α.
Sole nitet triplici menſis trigeſima Jani. III Kal.

Feſtivitate ſcilicet tribus præcipuis Eccleſiæ Græcæ Doctoribus communi, Baſilio *Magno*, Gregorio *Theologo ſeu Nazianzeno*, & Joanni *Chryſoſtomo*: *in quod feſtum varia variorum illuſtria encomia Græca reperiuntur, quas in unum corpus ſi quis omnes colligeret Græco-Latinas, juſtum & elegans Opus foret: multo autem grandius evaderet illud, quo quis omnium Sanctorum encomia ab Actis eorum diverſa & ab oratoribus illuſtribus Græcis ſcripta per ordinem anni digeſta evulgaret: quod tamen aliis cogimur faciendum relinquere, iis quæ immediate ad hiſtoriam ſpectant agre ſufficientes.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΝ σώντε τριακοστῇ ἐκλάνε ῥεῦμα.
HIPPOLYTUMQUE eadem ſub ponti gurgite merſit.

In operibus ipſi attributis & in elogiis Menæorum paſſim appellatur Papa Romanus, *& ſub* Claudio Imperatore *paſſus dicitur. Fuit is, ut ſummum*, Epiſcopus Portus Romani. *Sub Claudio perſecutio Chriſtianorum nulla fuit, cum prima omnium ſit Neronis; Baronius ergo ſubſtituit* Alexandrum, *ad cujus tempora ipſe perduxit ſcriptum aliquod de Canone Paſchali, qui Canon etiam cum ejus ſculpta effigie repertus in marmore eſt. Deinde non in mari, ſed in fovea, quæ adhuc monſtratur, paſſũ eſſe habet traditio Portuenſium. Hæc ergo omnia examinanda & illuſtranda erunt* XXII *Auguſti, quo colitur* Hippolytus *hic à Latinis: nam* Hippolytus *quem iidem Latinorum faſti hoc die ponunt, Antiochenæ Eccleſiæ Presbyter ſolum fuit, idemque Novatiano ſchiſmati aliquando implicitus.*

... Τῶν ἁγίων καὶ ἀναργύρων θαυμαθυργῶν ΚΥΡΟΥ καὶ ΙΩΑΝΝΟΥ. ΑΑ'.
... Sanctorum & ſine mercede miracula curationis patrantium CYRI & IOANNIS. II Kal.

Hic miles, iſte medicus & monachus, ambo Martyres in Ægypto ſub Diocletiano, etiam Latinis ob Reliquias olim Romam tranſlatas notiſſimi. Encomium utriuſque ſcripſit S. Sophronius; neque id tantum, ſed impetratâ per eoſdem ſanitate etiam miracula, tam prolixe, ut quæ de iis nos dedimus, epitome ſolum ſint: integrum ergo Opus Græco-Latine dandum ſervamus pro Supplemento.

AD FIGVRATAS EPHEMERIDAS

PRÆFATIO.

Via multi ex his figuratis in Ephemeride metrica nomen habent, de quibus jam ſupra dicta ſufficiunt: ut hinc eo recurrat lector, addito ad nomina ✠ ſignificabo; aliis qui nihilominus coluntur à Græcis, addetur † cum congrua aliqua declaratione. Hic vero quædam mihi præmonendus eſt lector.

I *Tam ſcrupuloſe obſervant Moſci nomina addenda Sanctorum imaginibus, ubicumque & qualitercumque expreſſis, ut contrarium nunc plerorumque Latinorum uſum neceſſe habuerit Poſſevinus excuſare, ſic ſcribens illorum Magno Duci.* Quod autem Rutheni tui mirantur, nos piis imaginibus nomina eorum Sanctorum, quos repræſentant, non ſemper, ut ipſi faciunt, adſcribere; ſcito, ſi nominum illorum adſcriptio ideo eſt neceſſaria, ut ex ea ſancti illi viri agnoſcantur; jam eam haud neceſſariam eſſe iis qui ipſos noſcunt. Catholicis autem primo aſpectu innoteſcere Chriſtum crucifixum, beatiſſimam Virginem, & pleraſque alias Sanctorum imagines quis dubitet? Præterea ſi nominis adſcriptio neceſſaria ſit, quid illa faciet idiotis, legere neſcientibus, quales plerique omnes ſunt Rutheni; cum potius ipſemet imagines, loco litterarum & ſcripti, idiotis adhibeantur? Quod ſi dixeris (ut mihi tui dixere) in ipſa nominis adſcriptione virtutem aliquam conſiſtere; tu ſapiens es, qui intelligas, in notis ejuſmodi nullam, ſed in ſenſu ac fide, ſitam eſſe vim atque virtutem. Attamen non improbamus eorum conſuetudinem, qui pietate, non ſuperſtitione adducti nomen imaginibus adſcribunt; ut alii (cum quod ignorant intelligant) ea etiam ratione pias à profanis imaginibus dignoſcant: quod ſane crebro Latini quoque Catholici faciunt. *Hactenus Poſſevinus, cui pro Moſcis reſponderi nihilominus potuiſſet pietatẽ eorum in hac parte, & ſcandalum quod ex nominum omiſſione accipiunt, procedere ex conſtantiſſima eorum*

eorum

eorum quos in principio ſemel acceperunt rituum obſervantia, qua eis addi vel detrahi nihil patiuntur: fuiſſe autem antiquiſſimum iſtum non ſolum Orientalium ſed etiam Occidentalium Eccleſiarum conſuetudinem, probare poterunt quotquot ſunt Romæ operis antiquioris muſiva ac tabulæ. Reſponſum dari poſſet quærenti cauſam, ob quam iidem Rutheni improbent ſculptas, quamvis Sanctorum, imagines, nec eas in eccleſiis ſuas tolerent: quia ſcilicet eas in eccleſiis ponere non acceperint à Græcis, alioqui ſtatuas nequaquam averſatis, uti apparet ex illa celeberrima ſancti Salvatoris imagine, Conſtantinopoli erecta ſupra portam ut vocabatur auream, de qua nobis agendum erit in Actis S. Theodoſiæ dandis XXIX *Maji.*

II *Laudat Moſcos Poſſevinus quia* pias imagines decentiſſime pingunt, nudas in iis corporis partes omnino exhorrentes (*niſi quatenus eas præciſa neceſſitas myſterii vel hiſtoriæ repræſentandæ exigit*) *uti in his tabulis videre eſt. Quare cum adducebantur à Poſſevino ex Moſcovia ad Pontificem Legati*, eos maxime offendebat, cum vel in hoſpitiis ſigna turpitudinum cernerent, vel imagines, etiam pias, ad laſciviam depictas; nudas vero ſtatuas & cetera diabolica figmenta in aliquorum domibus & hortis. *Quæ pictorum ſculptorumque noſtratium licentia, majora quotidie incrementa capiens, ſeveriorem profecto ſacri ac civilis Magiſtratus cenſuram meretur, quantocumque cum artis procacis damno id fieret: nec enim minus iſtiuſmodi picturæ ac ſtatuæ nocent quam libri parum caſti, & utriſque æqualiter flammæ debentur ſi non illis magis, quæ etiam idiotis offendiculum objiciunt. Proinde optabile omnino videtur, ut* Innocentii XI *caſtiſſimus zelus, quo Romæ invigilat ad verecundiæ & honeſtatis muliebris cuſtodiam, ſeveriſſime prohibens omne veſtium genus, colli & collo ſubjectarum partium ac brachiorum nuditates non obtegentium, ad publica iſtæc ſtatuarum ac picturarum ſcandala amolienda, aliquando etiam ſe convertat.*

III *Quæ hic in principio cujuſque tabulæ ad nomen ſingulorum menſium apponuntur verba, non explicabuntur hac vice, idonei interpretis defectu: quem ne valde anxie requirendum putarem fecit anno* MDCLXXIX *oblata commoditas, per ſplendidam illam, quæ Viennæ comparuit, Legationem Moſcorum; quorum interpres unus, cum quatuor poſtremorum menſium ſculptas hic tabulas explicandas ſuſcepiſſet, in duabus earum, Septembris ſcilicet atque Octobris, primam lineam ſic legit, ut* September *quidem diceret*, Septies ſi cadat juſtus, ſurgit: Proverb. 24. October *vero*, Fame mentis marceſcentes pane verborum ſuorum, unum credere Dominum panem vitæ noſtræ indixit. *Frigidæ profecto ſententiæ: quibus ceteras ſimiles eſſe cum poſſemus præſumere, non erat cur explicationis cauſa è longinquo petendæ (redierunt enim in Moſcoviam Legati) properantia præla ſiſteremus. Oro tamen mixtos Lithuanis Ruthenos, eos maxime, qui Vilnæ vivunt S. Baſilii inſtitutum profeſſi, ut illum qualemcumque defectum ſupplere velint: ſed multo inſtantius eos rogo, ut quæcumque aliæ vel ſcripturæ vel explicationis noſtræ errata, benigne correcta ad me remittant, ſaltem ad inſtructionem poſterorum. Addant etiam Signorum Zodiaci hic deficientia nomina, quia in ectypis noſtris omnino nequeunt diſcerni characteres quibus ea ſcribere debuiſſem, præſertim in paucis: quod ſi eadem ſigna non ſunt ad normam Moſcoviticorum exemplarium repræſentata, excuſare quæſo placeat pictorem, cui in hac parte (uti & in loculis pleriſque hiſtorialibus) indulgeri debuit, ne ſeſe omnino adſtringeret inſulſiſſimæ quam præ oculis habuit coordinationi figurarum atque invenuſtis omnino lineamentis. Hæc præfatus aggredior ſingulas tabulas, & ſingulorum in unaquaque loculorum epigraphas, quatenus poſſum explicare; conferendo eas nonnumquam cum* Kalendario Rutheno-rum, *quod Poſſevinus in ſuo Apparatu ad verbum* Ruthenі *legendum proponit, non ſatis peritum ubique interpretem vel lectorem nactus: nonnumquam tamen aliquid ſuggerens, quo mendoſa tabularum ſcriptura corrigatur.*

AUCTORE D. P.

IANVARIVS

MOSCORUM FIGURATUS.

CIRCVMCISIO D. N. IESV CHRISTI †
BASILIVS CAPPADOCIÆ ✠ Epiſcopus.

Quoniam omnes non ſolum Patriarchæ, Metropolitæ & Archiepiſcopi, ſed etiam Epiſcopi in hiſce tabulis exprimuntur palliati, abuſus hujus initium meretur hic ex Luitprando notari. Is in legatione ad Nicephorum Phocam ſic loquitur: Videmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum Pallio non uti, niſi ſancti Patris noſtri, *id eſt Papæ Romani*, permiſſu. Verum cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleverat, Romanam civitatem ſibi uſurparet; Dominumque Apoſtolicum *Ioannem XI*, quaſi ſervum proprium in conclavi teneret, *anno* DCCCXXXIV; Romanus Imperator filium Theophylactum Eunuchum, Patriarcham conſtituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis eo muneribus ſatis magnis effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate tum ipſe tum ſucceſſores, abſque Paparum permiſſu, Palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum Patriarchę, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ Palliis utantur.

II *SILVERTER* ✠ Romanus Papa.

Scribitur hic Selibeſtros, *ſed hæc aliaque ſimilia depravatæ ſcriptionis menda, genti Græcam linguam multoque magis Latinam ignoranti ignoſcenda, non eſt animus dein-*

ceps annotare in hac explicatione: ſi cui curioſius talia ſcrutari placet, tabulas ipſas inſpiciat, conferatque cum genuina ipſorum nominum ſcriptione hic exprimenda. Notanda hic potius eſt Patriarchalis & Epiſcopalis habitus differentia, & conferenda eſſet cum accuratiſſimis earumdem veſtium delineationibus apud Goarem in Euchologio poſt paginam 133, niſi etiam in Appendice his Ephemeridibus addendâ ejuſmodi tabella inveniretur, inter Epiſcopos duos SS. Nicolaum & Baſilium, medium exhibens Patriarcham S. Ioannem Chryſoſtomum.

MALACHIAS ✠. *GORDIVS* ✠. III

SYNAXIS SANCTORVM APOSTOLORVM LXX † IV

Latini Diſcipulos *vocant, eoſque communiter colunt* XV *Iulii. Catalogi apud hos & apud Græcos varii extant, addito cujuſque Epiſcopatu: ſed omnes pſeudepigraphi cenſentur ab eruditis. Certe nomina eorum multa conſtat fuiſſe aſſumpta ex Paulinis epiſtolis, ad numerum verorum quæ ignorantur nominum implendum. Poſſevinus* Concilium Theonciſtæ *ponit, quod alteri explicandum relinquo.*

THEOPEMPTVS ✠ *THEONAS* ✠ *SYNCLETICA* ✠ V

BAPTISMVS D. N. IESV CHRISTI ✠ VI

Hujus & primæ diei epigraphas & ſimiles alias accipere me oportet ex Poſſevino, donec eas aliquis verbatim expli-

cet, nam nomen Jeſu Chriſti *in tabula reperitur quidem, ſed intra picturam ; non vero in titulo. Hoc autem die, ſicut ſcribit Poſſevinus,* benedicit Metropolita flumini Moſcuæ, alii vero Sacerdotes aliis fluminibus. Tum in eo multi mares feminæque trina merſione toti immerguntur : equi item & imagines quaſi baptizantur, ac propterea id Chreſczenie eorum lingua, id eſt Baptizatio, dicitur. Qui mos ſive ritus, licet non præceptus ſit omnibus, plures tamen eum ex religione ſic ſervant ; ut ægroti quoque, qui ſibi ea ratione putant ad valetudinem conſulere, ſummo in gelu effoſſa glacie, per foramen in aquam demiſſi, eximantur.

VII *SYNAXIS ..... IOANNIS PRODROMI.* ✠

VIII *DOMNICA* ✠ *Poſſevino* Domna.
GEORGIVS † *cognomento* Chozebites

Cum titulo Sancti Patris noſtri *officium habet in Menæis, epitomen vitæ nullam, præter morem. Vitam ipſam ab Antonio diſcipulo ſcriptam tandem nacti ſumus; dandam in hujus Operis Supplemento, Interim ex hac docemus natum in Cypro, monaſterio Choziba prope Hieruſalem eſſe traditum à fratre monacho in laura Calamonis, ac floruiſſe eo tempore, quo Saraceni Duce Humar ſanctam civitatem occuparunt, id eſt anno* DCXXXVI. *Ea vita docebit multa circa ſtatum monaſteriorum Terræ Sanctæ & quorumdam etiam monachorum Martyria ; ſed de Carmelo omnino nihil ; nedum de ſeptem millibus cœnobiorum, quæ uſque ad annum* DCCXL *& ultra adhuc ſteterint, quando ea dicitur vaſtaviſſe alius Humar. Quod hic obſervaſſe ſuo tempore proderit, & confirmat dicta à nobis in parte* 2 *Propylæi Antiquarii ante tomum* 2 *Aprilis, ubi examinatur prætenſa antiquitas fundationis Florentinæ.*

IX *POLYEVCTVS* ✠ Martyr.

X *GREGORIVS* ✠ Epiſcopus Nyſſenus.
DOMITIANVS † Epiſcopus

Melitinæ in Armenia : cujus Vitam ex Theophylacto Simocatta dedimus, an alia ſeorſim ſcripta ſit ignoramus.

XI *THEODOSIVS* ✠ Cœnobiarcha.
MARCIANVS ſimiliter monachus.

Licet nullum talis nominis hac die in faſtis Græcis inveniamus, æſtimo tamen Palæſtinium quoque ipſum eſſe, in magiſtri ſui Theodoſii Vita laudatiſſimum, cujus diem proprium non invenientes Græci aliqui, & nihilominus dignum memoria cenſentes, huc retulerint. Si tamen indigenam Sanctum hujus nominis in Moſcovia oſtenderit quiſpiam, libenter ei hunc locum cedam. Interim notanda hic occurrit ratio quædam Moſcis propria in ſupputandis numeris à 10 *ad* 20. *Neque enim more Græco ſcribunt ια', ιβ' &c. ſed αι' βι' ut videantur in hoc preßius ſequi modum loquendi, quo eoſdem numeros Latini & Teutones efferunt, præponendo decadi minorem numerum* undecim, duodecim *&c. elf, twalf, dertien &c. uſque ad* εἴκοσι viginti : *exinde enim minor numerus poſtponitur, uti & ſcribitur.*

XII *TATIANA* ✠ Virgo Martyr.
PETRVS † Abeſelamites.

Martyr Eleutheropoli in Palæſtina, colitur à Latinis cum cognomento Balſami ſeu Abalſami III *Ianuarii. Acta ejus aliqua Latine reddidit Anaſtaſius Bibliothecarius : optaremus Græca inveniri, quia videntur omnino ex Proconſularibus Actis ſumpta atque adeo fideliſſima eſſe.*

XIII *HERMYLVS* ✠ Martyr.

Neſcio unde Hermogenes *Poſſevino poſitus ſit.*

COMMEMORATIO MVLTORVM SANCTORVM PATRVM IN SINAI ET RAITHV. †

In iis quæ Nilus ſcripſit Actis nominantur Theodulus, Paulus, Joannes, Proclus, Hypatius, Iſaac, Macarius, Marcus, Benjamin, Elias. *Sed non videmus quomodo ad hos pertineat hæc imago, quatuor monachos una in tumba collocatos repræſentans ; maxime cum litteras ad latus ac ſubtus ductas conſidero, in quibus hæc mihi videor legere,* Pambon, Hipabe, Berbinda, Hieroſchemon, μόναχοι πρῶτοι ..... ἱερ' λημσκι, *quod interpretor* Monachi primi ..... Hieroſolymitani : *forte ſub Choſroë occiſi ; de quibus tamen alibi nihil legi.*

SABAS † .... *RAITHV* † XIV

Conſtat temporibus Diocletiani Sabam & Eliam *atque alios ſimul* XXXVIII *Monachos occiſos eſſe à Saracenis, ut alibi jam dictum : ſed horum numerus non poteſt exprimi per* O' *quod eſſet* LXX. *Interpres autem Belga, qui has tabulas ut melius potuit explicavit, poſt* Raithu *ponit* cum centum Martyribus ; *quod debuit ex litteris pro quibus .... ſignamus eruiſſe : videtur hic autem eſſe confuſio aliqua.*

M. AGNE.

Sitne hæc Romana Martyr Agnes ; *quam Latini* XXI *Ianuarii, Græci autem* V *Iunii colunt, an indigena aliqua* Mater Agne, *nequeo definire. Crux, quam manu tenet imago, etſi plerumque Martyribus addatur, additur tamen etiam multis aliis, ut inde certi nihil haberi poſſit.*

PAVLVS ✠ primus Eremita. XV
IOANNES ✠ Calybita.

..... *APOSTOLI PETRI.* ✠ XVI

Imago ipſa loquitur quid ſibi velint Moſcovitica verba deſuper notata : interpres Belga ea ſic expreßit, Liberatio ex carcere per Angelum : *ſed vereor ne per conjecturam, ideoque malui ſignare ..... Duo armati milites ante carcerem jacebant extenſi ut mortui, ſignificabantque* duos quaterniones militum *quibus cuſtodiendum Petrum Herodes commiſerat : ſitum eorum mutavit pictor noſter, uti & circa S. Petrum nonnihil, qui videbatur non ex porta, vel oſtio, ſed ex ore furni educi.*

ANTONIVS ✠ Pater monachorum XVII

Nota Crucem caputio impreſſam, & recordare S. Pachomii, de quo Palladius : Fecit autem eis, *monachis ſcilicet Tabenneſiotis à ſe inſtitutis,* cucullas ... quibus juſſit imponi figuram Crucis purpureæ : *quod hodieque à Moſcis religioſe ſervari, probant eorum Hagioptycha, coloribus expreſſa, ſic ut caputia nigra, Cruces nunc in medio, nunc utroque in latere rubræ ſint. Non ita ſculptor barbarus, ſed monachis quandoque alba caputia reliquit (fortaßis non ſine cauſa nobis ignota) ſæpius etiam Cruces neglexit : noſter exemplum ſequi juſſus eſt ; neque cauſa uniformitatis, incertum an neceſſariæ, quidquam mutare.*

ATHANASIVS ✠ *CYRILLVS* † Epiſcopi. XVIII

MACARIVS ROMANVS. ✠ XIX
MACARIVS ÆGYPTIVS †

Non Epiſcopus, *ſicut mendoſa inſcriptio habet, ipſa veſte errorem arguente. Cur autem* Romanus *totus hic nudus & villoſus inſtar canis ? Diverſum ab utroque illo ſigna hæc indicant, eum ſcilicet cujus Vita (ſi tamen vere fuit aliquis) extat apud Roſweidum cum epitheto* Servi Dei, qui inventus eſt juxta Paradiſum, auctoribus Theophylo, Sergio & Hygino, *ubi cap.* 15, *dicitur quod* capilli capitis inſtar lactis candidiſſimi totum viri corpus

corpus operiebant : *Colunt eum Graci* XIII *Octobris, quando poterit Vita iſtac, etiam Roſweido ſuſpecta, ſeverius (ut meretur) examinari, tota veroſimiliter inter fabulas referenda ; quo & D. Hieronymus, acturus de Vita Pauli, retulit* hominem in ſubterraneo ſpecu, crinitum calcaneo tenus, *quem jactabant nonnulli primum monachum fuiſſe*, multa, quæ perſequi otioſum eſt, incredilia fingentes : *nec alia forſan aut de alio, quam quæ in iſta Vita leguntur : nam S. Onuphrii, ejus qui* XII *Iunii colitur, ſimilis nuditas, plus auctoritatis & veriſimilitudinis habet.*

XX *EVTHYMIVS* ✠ Abbas.

XXI *MAXIMVS* ✠ Monachus.

XXII *TIMOTHEVS* † Apoſtolus

Pauli Diſcipulus, binis illius ad ſe epiſtolis notiſſimus, Epheſi Epiſcopus, colitur à Latinis XXIV *hujus.*

XXIII *CLEMENS* ✠ Epiſcopus Ancyranus.

XXIV *Pr. M. PABELVS* † *XENIA.* ✠

De hac, quæ Poſſevino corrupte Euxemia, *jam ſupra actum: prior eſt* Presbyter Martyr Babylas, *cujus longum in Menæis extat excomium, ut Antiocheni monachi & Presbyteri, qui in Siciliam cum duobus diſcipulis perſecutionem fugiendo profectus, ibi martyrium cum iiſdem complevit. Confuſum hunc aut fictum ex famoſiſſimo Epiſcopo Antiocheno Babyla, qui hoc die colitur à Latinis, cenſet Baronius: Bollandus putavit poſſe diſtingui.*

XXV *GREGORIVS* ✠ Nazianzenus.
PROPHETA ISAIAS. †

Addunt Menæa, hujus ſancti Prophetæ Synaxim agi juxta eccleſiam S. Laurentii, *ſcilicet Conſtantinopoli.*

MARIA, ARCADIVS, IOANNES, XENOPHON. ✠ XXVI

Poſſevino perperam Sozon *dictus & ſcriptus.*

RELATIO CORPORIS S. IOANNIS CHRYS. ✠ XXVII

Imperator qui hic exprimitur, in porta civitatis ſacrum corpus excipiens, eſt Junior Theodoſius, *cujus anno* XXXI *res actæ, anno Chriſti* CCCCXXXVIII ; *Conſtantinopolitanum Epiſcopatum tenente* S. Proclo, *qui hic etiam exprimitur.*

EPHREMVS. ✠ XXVIII

Poſſevinus Euchremium *corrupte appellat, & diei præcedenti adſcribit, in eo qui ſubſequitur Sancto ſimiliter anticipando, die uno aberrans.*

IGNATIVS ✠ Antiochenus Epiſcopus. XXIX

HIPPOLYTVS. ✠ XXX

Hic vides Hippolytum *in habitu Patriarchali exprimi, ex eo ſcilicet vulgi Græci errore, quo* Romanus Epiſcopus *appellatur.*

BASILIVS, GREGORIVS, IOANNES CHRYS. ✠

CYRVS, EVDOXIA, ATHANASIA, THEODOSIA, THEOCTISTE, IOANNES. ✠ XXXI

Inter Sanctos Cyrum & Joannem *media* Athanaſia *cum tribus filiabus, cum iiſdem ab illis ad mortem pro Chriſto ferendam fuit animata.*

FEBRVARIVS.

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Ἐν Φεβρουαρίοιο ΤΡΥΦΩΝ πρὸ τομῆς θάνε πρώτης.
Kalend. Prima Februarii caput abſtulit enſe TRYPHONIS.

Hic ſub Decio Martyr Lampſaci colitur à Latinis X *Novembris. Multa habemus de eo Græce ac Latine : necdum tamen vidimus encomium à Theodoro Laſcari Duca compoſitum, cujus meminit Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis.*

Β'. Δέξατο δευτερίη ΧΡΙΣΤΟΝ Συμεὼν παρὰ νεῷ.
IV Non. In templo Symeon CHRISTUM accipit ecce ſecundâ.

Antiquiſſimam feſti hujus in Eccleſia tam Orientali quam Occidentali venerationem inſigni commentario vindicavit Henſchenius noſter, addita S. Sophronii in eam oratione, quæ lucem eatenus non viderat : Græcam eam facile dabit aliquis, prius quam ad hujus menſis Supplementum edendum deveniatur.

Γ'. Τῇ τριτάτῃ δεσμοῖς βίοιο λύθη ΣΥΜΕΩΝΗΣ.
III Non. Tertia corporeis vinclis SYMEONA reſolvit

Iuſtum hunc Senem colunt Latini VIII *Octobris*

Δ'. Ἐνδὴ ΙΣΙΔΩΡΟΝ ἔθεντο τετάρτῃ σήμαλι λυγρῶ.
II Non. In tumulo quartâ componeris, ô ISIDORE.

Presbyter monachus & ſcriptor inſignis, Peluſiota *cognominatus, etiam hodierno Romano inſcriptus eſt : cujus utinam Vita aliqua extaret.*

Πέμπτῃ ἐν φυλακῇ ΑΓΑΘΗ θάνε εἶδος ἀρίστη. Ε'.
Aſt AGATHE moritur formoſa in carcere quintâ. Nonis.

Hujus celeberrimæ per omnes Eccleſias Martyris ſub Decio utinam tam antiqua & ſincera extarent Acta, quam opus foret ad ſedandas contentiones, quæ inter Catanenſes atque Panormitanos tanto animorum utrimque incenſiſſimorum æſtu fervent, circa communis Patronæ patriam, ut difficile ſit, non dico definire quidpiam (quod aliàs forſitan haud difficile foret) ſed vel mediam tenere viam, quin vel uni querantur non plenam ſibi adjudicari victoriam, vel alii doleant adverſæ parti conceſſum quidpiam. Perſtrepunt etiam nunc in auribus meis Siculorum, etiam Religioſorum, cum eſſem in Italia importunæ vociferationes, quorum unis nihil ſatis, aliis nimis erat ſcriptum à Bollando, licet in nulla fere Operis ſui parte majori circumſpectione (quam ſemper maximâ adferebat ad ſcribendum) atq; in iſta controverſia uſo. Interrogatus aliquando à me Ferdinandus Vghellus, Italiæ ſacræ auctor, an de Epiſcopatibus Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ non eſſet eadem ratione editurus unum aut plures tomos ; reſpondit, paratam quidem eſſe ſibi materiam, ſed Inſulanos de Primatu aliiſque rebus, tam immoderatis diſſentire affectibus, ut decreverit ſenectutem ſuam in tantas tempeſtates non immittere, quantas ſuo eo labore concitandas prævidebat.

... Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΒΟΥΚΟΛΟΥ Ἐπισκόπου Σμύρνης. ς'.
... S.P.N. Bucoli Epiſcopi Smyrnæ. VIII Id

Vita (quòd dolendum) nulla habetur, ſed Canon dumtaxat de eo acroſtichus, opus S. Ioſephi Hymnographi.

Ζ'. ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ κατέδραθε λαχὼν μακρὸν ἑβδόμῃ ὕπνον. — Ἐν τριτάτῃ δεκάτῃ δίμας ἄϊδυ ΜΑΡΤΙΝΙΑΝΟΣ. ΙΓ
VII Id. Septima PARTHENIO longum dat morte ſoporem. — Tertia poſt decimam diſſolvit MARTINIANUM. Idibus.

Epiſcopus hic fuit Cyzicenus, cujus Vitam ſcripſit Criſpinus diſcipulus, quam Latinam dedimus, Græcam quoque ſuo tempore daturi. — *Eremita Palæſtinius, cujus nobiles de carnis tentationibus victorias auctor coævus deſcripſit, aliquando à nobis etiam Græce dandas.*

Η'. Οβριμον ὀγδοάτῃ ΘΕΟΔΩΡΩι ἀυχένα κόψαν. — Λῆψε βίον δεκάτῃ ΑΥΞΕΝΤΙΟΣ ἠδὲ τεἰάρτῃ. ΙΔ'
VI Id. Scinditur octavâ THEODORO nobile collum. — Et Vitam, AUXENTI, decimâ quartâque relinquis. XVI Kal.

Per Ducis *titulum diſtinguitur hic ab infra nominando* Tirone. *Illum Heracleæ ſub Licinio paſſum, & corpore Venetias tranſlato notum Occidenti noſtro, antiquiores Græci, & Latini etiam nunc, colunt die præcedenti. Acta dedimus famulo ejus Augaro adſcripta; ſed ut talia non magis nunc credimus recipienda, quam quæ S. Georgio ſimiliter ſub nomine Paſicratis famuli ſunt afficta. Quin & certamen utriuſque cum dracone, utrobique æqualiter fabuloſum credimus, & ſeculo* XI *primo cœptum credi, occaſione imaginum, generoſos iſtos milites Chriſti repræſentantium cum dracone ſub pedibus (ſicuti ſeipſum quoque in ſuo Palatio pingi permiſit Conſtantinus magnus) ad exprimendum quomodo dæmonem ſive idololatriam expugnarint. Videndus de his dies* XXIII *Aprilis noſtri. Quæ in ipſius Theodori qualibuſcumque Actis laudatur* Eulebia, *ipſa forſitan eſt, cujus cum agnomine ἡ ἐν Εὐχαΐτοις & titulo Ὁσιομάρτυρος, ſcripſiſſe encomium Ioannem Euchaitarum Metropolitam teſtatur Allatius. Hæc vero idcirco hic notamus, ut iſtud encomium, ubicumque eſt, communicetur nobiſcum, plus lucis de ea deque cultus die allaturum. Fortaſſis etiam lucem meretur encomium quod ipſi* Theodoro *Ioannem eumdem ſcripſiſſe, dicit etiam Allatius. Videre certe ut ipſum cupiam facit, quia in titulo eſt εἰς τὸν μνήμων τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἤτοι τοῦ Πέζου, id eſt* Peditis, *cujus epitheti ratio hactenus me latet.* — *Hodierno quoque Martyrologio acceſſit hic Archimandrita in Bithynia, & Vitam dedimus (quam Græcam habemus) ſcriptam à Synchrono. Præterea legimus apud Allatium quod* S. P. N. Auxentii *vitam quoque ſcripſit Pſellus: hujus an alterius neſcimus divinare, & ideo ipſam valde cupimus videre.*

Πέμπτῃ ὈΝΗΣΙΜΟΥ σκέλεα θραῦσαν δεκάτῃ τε. — ΙΕ.
Ad decimam quintam frangunt tibi, ONESIME, crura. XV Kal.

Fuit hic S. Pauli diſcipulus, ex epiſtola ad Philemonem notiſſimus, & die ſequenti colitur à Latinis, tamquam Romæ lapidatus: quæ ejus habentur Acta apud Lipomanum & Surium, excepto initio, haud dubie ad alium pertinent Puteolis cruriſragio mulctatum: & ſic, duobus in unum conflatis, compoſita Acta Græci hic & alibi ſunt ſecuti. Eadem videntur innotuiſſe Siculo illi, qui prolixas de SS. Alphio, Cyrino ac Philadelpho fabulas conſarcinavit, attractis undequaque in ſuum argumentum Sanctis aliis, inter quos etiam Oneſimus Puteolanus *eſt, cui ad* XXXI *memorando tutius applicabuntur (principio ſolo dempto) Acta iſta relata à Lipomano & Surio, modo eorum Græcum contextum nobis aliquis ſubminiſtret, necdum ubi exiſtat ſcientibus.*

Ἕκτῃ δὲ δεκάτῃ ξίφεσι τάμε ΠΑΜΦΙΛΟΝ ἀκμή. ΙϚ'.
PAMPHILUS ad decimam ſextam conſcinditur enſe. XIV Kal.

Presbyter Cæſareæ in Palæſtina, Martyr ſub Maximino: apud Latinos I *Iunii. Quod ejus Vitam tribus elegantiſſimis libris ſcripſerit Euſebius contubernalis auctor eſt Hieronymus, in Apologia adverſus Ruffinum, ad Pammachium & Marcellinum directa. Hi libri utinam extarent alicubi! Nunc ſatis nobis eſſe debebit ex ejuſdem Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica epitomen aliquam Paſſionis deſumptam dare.*

Ι'. Τῇ δεκάτῃ ΧΑΡΑΛΑΜΠΟΝ ἐὸν τμητὴς ἀπόλαμον. — Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ πυρὶ ΤΗΡΩΝΑ φλέγουσιν. ΙΖ'.
XV Id. Lictori jugulum præbet decimâ CHARALAMPUS. — Septima poſt decimam TIRONEM tradidit igni. XIII Kal.

Hic vero Antiochiæ in Piſidia martyrium Sacerdos tulit ſub Severo. Ejus & ſociorum Acta primi in lucem extulimus è Ms. Græco, aliquando cum aliis vulgando. — *Amaſeæ in Ponto paſſus ſub Galerio, colitur à Latinis* IX *Novembris. Corpus Branduſii eſſe creditur, caput Cajetæ. Acta Latine exſtant; habemus & Græce: nec non quædam ejus miracula, tum ſeorſim ſtrictius deſcripta, tum fuſius deducta in oratione Chryſippi Presbyteri. Extat de eodem Sermo S. Gregorii Nyſſeni: vidimus etiam laudationem ejuſdem ſcriptam à Niceta Paphlagone in Vallicellana Romæ, non tamen curavimus deſcribendam, uti nec alteram Nectarii Archidiaconi Conſtantinopolitani, jam Latine editam à Lipomano & Surio, Græce autem inventam Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ, quæ aliaque Mss. Græca utinam evaſerint flammas, quibus Galleriæ, ut vocant, pars deflagravit poſt noſtrum inde reditum.*

ΙΑ'. Ἑνδεκάτῃ ΒΛΑΣΙΟΥ τάμνω ἀυχένα χαλκὸς ἀτηρός. — ΙΗ'.
III Id. Undecimâ BLASIUS ſubmiſit colla ſecuri. — Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ τε ΛΕΩΝ ἐκπνεύσατο θυμόν. Octavâ decimâque LEONIS ſpiritus exiit. XII Kal.

ΙΒ'. Δωδεκάτῃ ΜΕΛΕΤΙΟΣ ἔδυ χθόνα πολυβοτείραν.
II Id. MELETIUS ſubiit duodenâ luce ſepulcrum.

Inſcribitur etiam hodierno Romano. Antiochiæ in Syria Epiſcopus fuit, & Conſtantinopoli obiit tempore Concilii iſtic celebrati ſub Theodoſio. Encomium ſcripſit S. Ioannes Chryſoſtomus. Vitæ Acta nos damus: ſed ex variis collecta. — *Est hic Romanus Pontifex, hujus nominis* I, *quem Latini* XI *Aprilis colunt. Vitam dedimus, qualem Petrus Caniſius com-*

compoſuit & una cum operibus juvenis edidit. Amplius aliquid egregia viri Sanctitas & inſignia de universâ Eccleſiâ merita poſtulabant. Defectum hunc noſtrum ſupplebit inſignis Diſſertatio de Vita & rebus geſtis ejus, ſervato annorum ordine, tum hæc, tum ſcripta ejuſdem ſingula recenſens, ipſo quo noſter Aprilis prodiit anno 1675 primum data in lucem Pariſiis ab eruditiſſimo viro Paſchale Queſnel, una cum ipſius Sancti Pontificis operibus in tomo Appendicum ad ipſum ſane utiliſſimarum. Certe ſi eam citius habuiſſemus, non dubitaviſſemus totam illam, quantumvis prolixam, prædicto Aprili noſtro inſerere, potius quam actum agere, novum commentarium noſtro marte texendo, qualem de S. Gregorio Magno Paulus Diaconus conſcripſit, Baronius de S. Gregorio Nazianzeno, nos poſt Harmantium de S. Athanaſio. Quod autem ne hoc quidem factum à nobis ſit, alia quædam impedimenta fecerunt, quorum nunc eo minus pœnitet, quo perfectius modo confectum eſſe hoc ipſum videmus, quod nec tentare impari longe ad rem tantam facultate voluiſſemus. Viderint poſteri, Aprilem iterato recogniturі, quid è ſuo publicoque commodo, pro majori S. Leonis gloria, præſtare tunc poſſint, illo Queſnellii labore utentes, & de ſuo ſi quid poſthac valeant adhuc reperire in Annotatis addentes, uti feci ad prædictam Nazianzeni Vitam.

ΙΘ'. ... Τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου ΑΡΧΙΠΠΟΥ ...
xi Kal. ... S. Archippi Apoſtoli .....

Colitur à Latinis xx *Martii*, *à S. Paulo in Epiſt. ad Philemonem* Commilitonis *appellatione dignatus, cui Canonem S. Ioſeph Hymnographus panxit, ſuo more acroſtichum.*

Κ'. ... Τοῦ ὁσίου Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΛΕΟΝΤΟΣ Ἐπισκόπου Κατάνης.
x Kal. ... S.P.N. Leonis Epiſcopi Catanenſis.

Cum titulo Thaumaturgi *etiam Romano hodierno adſcriptus: cujus Vitam à coævo ſcriptam dedimus ex Græco, & hoc ſervamus ad Supplementum.*

ΚΑ'. Εἰκάδι ΤΙΜΟΘΕΟΝ πρώτῃ κατὰ Cῆμα κάλυψεν.
ix Kal. Timotheum condit vigeſima prima ſepulcro.

Cultus hujus ſancti Anachoretæ, à ſuæ exercitationis loco cognominati ἐν Συμβόλοις, perquam celebris Conſtantinopoli, facile agnoſcitur ex Officio diei, ipſius ſolius nomen præferentis: eoque dolentius ferimus deſiderari Vitam. Interim ex Ode iv *ſtrophen* ii *conſiderare placeat, quâ dicitur,* Imaginem ſuſceptæ pro nobis à Chriſto carnis affectuoſe adorans, ô divina Sapiens, ſuſtinuiſti verbera eorum qui ipſam execrabantur, ô Timothee: *hinc enim intelligitur, ſub Iconomachis floruiſſe.*

ΚΒ'. ... Ἡ εὕρεσις τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Μαρτύρων ἐν τοῖς Εὐγενίῳ.
viii Kal. ... Inventio Reliquiarum Sanctorum Martyrum in Eugenianis.

Sanctorum ſcilicet cognatorum S. Pauli Andronici & Iuniæ, *qui coluntur à Græcis* xvii *Maji: ad quem diem agemus de jam dicta eorum inventione, ſeculo* vii *ſub Thoma Patriarcha.*

ΚΓ'. Εἰκάδι ἐν τριτάτῃ κατὰ φλὸξ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ ἐκαυσεν.
vii Kal. Et Polycarpum dat vigeſima tertia flammis.

Epiſcopus & Martyr Smyrnenſis colitur apud Latinos xxvi *Ianuarii, ubi Acta ex Græco dedimus, ipſum contextum Græcum daturi in Supplemento.*

ΚΔ'. Εἰκόσῳ ΠΡΟΔΡΟΜΟΙΟ φάνῃ κάρη ἀμφὶ τετάρτῳ.
vi Kal. Baptistæ caput hîc vigeſima quartâ revelat.

Caput hoc à duobus monachis in domo Herodis jam olim inventum Hieroſolymis, allatumque Edeſſam, denique in vaſe quodam figlino defoſſum, repertum dicebatur ſub Epiſcopo Vranio & Valentiniano Iuniore: atque de hac inventione aperte agunt Menæa. Latini poſt Vſuardum longe poſteriorem aliquam inventionem hic notant, quæ facta ſit tempore Marciani Principis, quando idem Præcurſor duobus monachis primum, ubi illud celatum jaceret, revelavit: *in quibus verbis perperam indicatum tempus* Marciani *obſervans Baronius, hodierno Romano Martyrologio inſcripſit* primam Inventionem Jeroſolymis *factam. Erunt hæc nobis operoſius tractanda in Auguſto ad diem Decollationis. Nunc ſolum addo, diſputari inter Francos utrum Angeliaci an Ambianis verum Præcurſoris caput ſervetur. Rem totam erudito Commentario, Gallice quidem ſcripto, ſed Græcis Latiniſque monumentis locupletato, tractavit in favorem Ambianenſium Carolus du Freſne, Dominus du Cange, amantiſſimus noſtri, cujus aliorumque eruditorum apud Gallos virorum ſuaſionibus inducti Majum hunc bifariam diviſimus, atque hos tres tomos præmittimus aliis, poſt annos paucos (ſi Deus dederit) ſecuturis.*

Εἰκάδι ἕκτῃ παράχοιο ΤΑΡΑΣΙΟΣ ἔπλατο πέμπτῃ. ΚΕ'.
Quintâ vicenâque Tarasius occupat aſtra. v Kalend.

Patriarcha hic Conſtantinopolitanus etiam hodierno Romano inſcribitur. Vitam auctore Ignatio Epiſcopo Nicæno dedimus; ſed originalem Græcum contextum non potuimus hactenus invenire. Latet ea fortaſis adhuc cum aliis nonnullis inter Mss. bibliotheca Vaticana. Quamvis enim omnem illius ſcrutandæ facultatē dediſſet Alexander VII, quædam tamen, quod dolemus, fuere prætermittenda, tum quod oculis noſtris ſubtracti fuerint codices aliquot ab eo, à quo id minime decuiſſet fieri: tum quod pecuniæ in ſumptus non plane neceſſarios deficerent. Quæ hic notata volui, ne arguamur negligentiæ, ſi quando fortaſis contingat aliqua ibi inveniri, necdum nobis viſa aut deſcripta.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΙΟ νέκυα χθὼν ἔκρυψε εἰκάδι ἕκτῃ. Κς'.
Porphyrii condit vigeſima ſexta cadaver. iv Kal.

Gazæ in Paleſtina Epiſcopus, etiam hodierno Romano acceſſit. Scripſit Vitam Marcus Diaconus & diſcipulus ejus, quam ſimiliter optamus Græcam nanciſci.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ΠΡΟΚΟΠΙῼ θέρμα φανέντι. ΚΖ'.
Procopio requiem vigeſima ſeptima donat. iii Kal.

Etiam hic Romano hodierno per Baronium adjunctus eſt, cognomento Decapolita, *Confeſſor Conſtantinopoli; cujus aliquam Vitam, quæ exciderit & merito deſideretur, aliquando extitiſſe mihi perſuadeo.*

Βαπτίσθης ΓΕΛΑΣΙΕ, τῇ ἑβδόμῃ εἰκάδι τμήθης.
Gelasiumque eadem baptiſmo & ſanguine tinxit.

Res hæc clarius ponitur ad nomen ipſum in titulo, ubi additur, qui baptiſmum juſſus irridere à Præſide, reipſa baptizatus eſt & capite plexus. *Elogium (quod mireris) nullum additur, ſolum brevis notitia loci ac temporis eruitur ex Chronico, quod perperam aliis Siculum, aliis Alexandrinum dicitur, cum vere ſit Conſtantinopolitanum, ſicut docui in tractatu Præliminari ad* 3 *Tom. Martii. Interim non poſſumus dubitare, quin is qui ita præter ordinem nomen habet in hiſce Ephemeridibus, valde ſolennem cultum habuerit Conſtantinopoli vel in ejus vicinia: unde ſuſpicio naſcitur corpus ex Heliopoli Phœnicia illuc allatum, cum aliqua notitia Paſſionis, circa idem fere tempus quo ſcriptum eſt Chronicon; quandonam vero hoc? Sciemus ſi quando prodeat integrum, quod nunc habetur fine ſuo mutilum, nec ultra Imperium Heraclii ejuſq; annum* xix *Chriſti* dcxxix. *Quid ni tamen ex antiquiorum omnium de Gelaſio iſto ſilentio conjectura fiat, & tranſlationem corporis*

poris ſatis recentem fuiſſe, & Chronicon compilatum etiam recentius, puta ſeculo IX *aut* X ?

KH'. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ σφάξαν καλάμοις ΠΡΟΤΕΡΙΟΝ.

II Kal. PROTERIUM calamis vicena octava necavit.

Alexandrini hujus Epiſcopi Acta, eo quod Vita nulla ſuppeteret, copioſo Commentario collecta damus, meritoque miramur præteritum hunc fuiſſe Baronio, Romanum hodiernum Martyrologium concinnanti, cum adeo illuſtre ejus martyrium ſit, invadente Eccleſiam Timotheo Æluro patratum anno CCCCLVII.

FEBRVARIVS

MOSCORUM FIGURATUS.

I TRYPHON ✠ Martyr.

II *DELATIO IESV CHRISTI IN TEMPLVM.* ✠

III *SYMEON* ✠ Juſtus.

IV *ISIDORVS* ✠ Peluſiota. *NICOLAVS* † Monachus.

Archimandrita Studitarum hic fuit Conſtantinopoli, ubi ſcripſit Vitam ſocii ſui S. Theodori Studitæ: ipſius vero Vitã, ab alio Studita ſcriptam, dedimus ex Græco, quod in Supplementum ſervamus.

V *AGATHA* ✠ Virgo Martyr.

Pro hac Poſſevino ab inepto interprete obtruſum eſt nomen S. Mart. Agapii.

VI *BVCOLVS* † Epiſcopus Smyrnenſis.

Minus recte hic Becylus, *& Poſſevino nihilo melius* Ucolius, *atque inverſo dierum ordine ſequenti* Parthenio *poſtpoſitus.*

VII *PARTHENIVS* ✠ Epiſcopus Lampſaci.

VIII *ZACHARIAS* † Propheta. *Colitur à Latinis* VI *Septembris.*

THEODORVS STRATILATES ✠ *ſive* Dux.

IX *NICEPHORVS* ✠ Martyr.

MARCIANVS † Epiſcopus Syracuſanus.

Colitur à Latinis XIV *Iunii, à Græcis multis* XXXI *Octobris; paſſim tamen etiam hoc die, verum à multis ſub nomine* Marcelli Epiſcopi Siciliæ. *Acta Græca prolixiſſima reperimus in Vaticano, eademque ex Sicilia accepimus Latine reddita; ſed ejuſdem prorſus farinæ, cujus & alia quædam iſtic licentius fabricata: quare neque digna judicavimus, quibus Græce tranſcribendis ſumptus fieret.*

X *CHARALAMPIVS* ✠ Presb. Martyr.

PROCHORVS Monachus.

In Pieczarenſi ad Kioviam monaſterio, teſte R. P. Ohilewicz. Vitam & ſanctitatis inſignia optamus ut aliquis ſubminiſtret.

XI *BLASIVS* ✠ Epiſcopus Martyr.

DEMETRIVS Monachus.

Hegumenum in Pryluka *fuiſſe idem Ohilewicz. nos docuit, & quod paſſim appelletur* Volohodenſis Thaumaturgus, *quo minus de ejus ſanctitate dubitamus, & optamus certius informari de miraculis ejus ac vitæ actis.*

XII *MELETIVS* ✠ Epiſcopus Antiochenus. *Poſſevino non bene* Mart. Melentius.

THEODORA ..... †

Licet deſit qui epitheta adjuncta nobis interpretetur, vix tamen dubitamus quin ipſa ſit Imperatrix, Theophili Iconomachi uxor, Orthodoxiæ reſtauratrix, de qua egimus præcedenti die, quando paſſim in Menæis commemoratur.

OBITVS ALEXII METROPOLITÆ MOSCOVITARVM SANCTI.

Ita ad verbum interpres Belga: cultum ejus & ſanctitatem probavimus: pleniora autem vitæ Acta, ſicubi extant, optamus: libenter etiam intelligemus, quis hic ad pedes feretri aſſiſtens Sanctus, quis ad caput Princeps admirabundus, exprimatur.

ANTONIVS † Patriarcha Conſtantinopolit.

Cognomento Cauleas, *tempore Leonis Philoſophi ſeculo* IX. *Vitam ejus (præter encomium, auctore Nicephoro Philoſopho jam editum) habemus etiam per alium Nicephorum, cognomento Gregoram deſcriptam, quam Græco-Latinam dabimus, una cum prioris Vitæ contextu Græco, in Supplemento.*

MARTINIANVS ✠ Eremita. XIII

SYMEON Monachus Serbus.

Ita R. P. Ohilewicz: plura ſcire cuperemus. Eſt autem Servia *regio trans Danubium Bulgariæ propinqua, forſitan & eadem Slavonica linguâ cum Moſcis, alioqui ſatis remotis, utens.*

AVXENTIVS ✠ Archimandrita. *Poſſivino non bene* Euagentius. XIV

CYRILLVS Epiſcopus.

Moravorum ac Bulgarorum Apoſtolus, antea Conſtantinus *dictus, cognomento* Philoſophus, *de quo atque de fratre ejus S. Methodio egimus die* IX *Martii, quando uterque communi feſto à Moravis colitur.* Cyrillum *autem hoc die obiiſſe credimus, vel tali die corpus ejus Romæ mortui revectum eſſe in Moraviam, & fraterno corpori conjunctum fuiſſe: ſed miramur quomodo Rutheni* Cyrilli *cultum exceperint, ſine ulla memoria* Methodii, *ſaltem in hiſce tabulis. Vtriuſque inſigne opus eſt novi ac veteris Teſtamenti aliorumque librorum plurium in Slavonicam linguam (quæ eadem Ruthenorum eſt) facta converſio. Ea hodieque in uſu eſt, qualem anno* MDLXXXI *impreſſam Oſtroviæ, quæ Volinię caput eſt, poſſidet Plantinianæ Typographiæ dignißimus heres Balthaſar Moretus Balthaſaris filius, inter rariora domeſticæ ſuæ Bibliothecæ cimelia, ubi invenitur addita Græco-Slavonice præfatiuncula & epilogus, quibus & Auctor impreßionis & Typographus ſuas ad Deum ſupplicationes concludunt: Auctor quidem in principio libri his verbis,* Et ego Conſtantinus nomine, in ſacro autem baptiſmate Baſilius nuncupatus, Gratia Salvatoris noſtri Dux Oſtroviæ, Vaivoda Kioviæ, Præſes Volindiæ, in Chriſto electis & dilectis Fratribus meis, non ſolum ſecundum carnem, ſed & in Spiritu ſancto, omnibus quotquot inveniuntur Slavonica utentes lingua, orthodoxe nobiſcum communicantibus ſecundum Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ normam, peramanter ſignifico, quod per Dei benedictionem, miſericordiam ac pietatem dignus ſim habitus initium facere ac finem videre præſentis operis, & vobis omnibus ſpectandum exhibere novum ac vetus Teſtamentum, impreſſum in hac noſtra divi-

divinitus custodita & Principali Volindiæ civitate anno creationis mundi VII ∞ LXXXIX, Nativitatis vero Christi MDLXXXI mense Augusti XII. *Typographus autem ad calcem libri.* Hæc Biblia divinitus accepta & animas dirigentia, novi & veteris Testamenti, impressa sunt per me peccatorem maximum Joannem filium Theodori ex magna Russia, in divinitus custodita civitate Ostrobia anno &c *Quæ Biblia diligenter inspiciens, & litteras cum forma capitalium seu quadratarum apud Græcos litterarum conferens, omnino credes, quod initio dixi, litteras Slavonicas, quando eas* S.Cyrillus *adinvenit, usu potius quam forma novas fuisse, si paucas excipias, quas ad Græcarum similitudinem difficulter retraxeris, quasque in Græcis Ephemeridum harum nominibus non reperio; ideoque puto excogitatas, quod Slavonica lingua sonos nonnullos habeat peregrinos à Græca, quibus exprimendis condendæ novæ litteræ fuerint.*

EVLOGIVS Monachus.

Indigenarum aliquis mihi esse videtur, & dignus de quo plura scire velimus: nam Patriarcha Alexandrinus hujus nominis, quem Menæa ad diem præcedentem commemorant, agre huc trahi potest, vestitus forma repugnante, nisi aliud argumentum accedat.

XV *ONESIMVS* ✠ S.Pauli discipulus.

Melius hic mihi videtur pingi absque habitu Episcopali: Episcopum enim fuisse haud satis nobis probant quæ de eo habemus.

XVI *PAMPHILVS* ✠ Presbyter.

Notabis hic Θ scriptum pro Φ, quia Moscis utraque littera idem sonat, nostroque F *respondet, uti iterum monebimus in Appendice de Triptychis, in quorum etiam uno* Θλῶρος *scribitur loco* Φλῶρος.

FLAVIANVS † Anachoreta.

Tempus ac locum ubi vixerit non indicant Menæa, quæ eum insigni elogio laudant, adeo ut vitam scriptam fuisse facilius optari possit quam credi. Corpus forte Constantinopolim advectum celebritatem cultus attulit, ob quam ita specialiter hic poni sit meritus.

XVII *THEODORVS TYRO* ✠ Martyr.

LEONTIVS, est Leo I Papa. ✠ XVIII
MAXIMVS † Martyr

cum sociis Theodoto, Hesychio & Asclepiodota *iterum à Græcis memorantur in Septembri, & ad diem* XV *ejusdem mensis in hodierno Romano, quando eorum Acta Græco Latina dabimus.*

ARCHIPPVS ✠ Apostolus. XIX

LEO ✠ Episcopus. XX

TIMOTHEVS ✠ Anachoreta. XXI

INVENTIO RELIQVIARVM IN ÆDIBVS EVGENII ✠ XXII

Sanctorum scilicet Andronici & Juniæ. *Possevini interpres nescio unde formarit nomen* S.Ugnifantii, *& Belga noster* S.Euphemiæ.

POLYCARPVS ✠ Episc. Martyr. XXIII

MEMORIA CAPITIS S.IOANNIS PRODROMI. ✠ XXIV
Ita noster Belga.

TARASIVS ✠ Patriarcha Constantinopol. XXV

PORPHYRIVS ✠ Episcopus Gazæ. XXVI

PROCOPIVS ✠ Decapolita. XXVII

BASILIVS † Discipulus Procopii. XXVIII
NESTOR † Episcopus Martyr

Pergæ in Pamphilia, colitur à Latinis XXVI, *quando Acta ejus ex antiquis Latinis Mss. dedimus. Græca & fideliora haberi dicit Baronius: sed ea nobis hactenus invenire non contingit.*

CASSIANVS † Auctor Collationum. XXIX

Solum colitur à Græcis quarto quoque anno, quem Bissextilem vocamus. Massiliæ in Galliis, ubi obiit, quotannis celebratur ejus festum XXIII *Iulii. Vitam nemo antiquorum scripsisse videtur: an recentior aliquis quidpiam tentarit hoc seculo, nescio. Guesnayus noster in suis Provinciæ Massilienses Annalibus obiter dumtaxat de eo agit, ut ab eo notam Semipelagianismi removeat.*

MARTIVS
GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Kalend. Μαρτίου ἀμφὶ πρώτῃ ΕΥΔΟΚΙΑ ξίφος ἔτλη.
Eudociæ primâ Martis caput abstulit ensis.

Inscripta est etiam Romano Martyrologio: nos Acta Latino-Græca ex vetustissimo Ms. dedimus; nec tamen multum iis nunc fidimus, planeque putamus multis eventibus ad miraculum exaggeratis aliisque circumstantiis, Trajani Imperatoris, sub quo passa esset, ætati nequaquam convenientibus aucta; imo veremur, donec certior aliunde confirmatio accedat, ne tota historia sit conficta.

Β'. VI Non. Δευτερίῃ ἕβδῃ ἀρανίης ΘΕΟΔΟΤΟΣ εἰς ὅρμης.
Theodotus cælos adscendit luce secunda.

Episcopus in Cypro fuit, & Martyr sub Licinio; cujus Acta utinam extent & inveniantur! Quædam Menæa habent ipsum VI *Maji, & sic inscribitur hodierno Romano, atque Operis hujus Tomo* 2. *Colitur etiam* XVII *&* XIX *Ianuarii.*

Γ'. V Non. Ἐν ξύλῳ ΕΥΤΡΟΠΙΟΣ ταυρῷ τρίτῃ προσεπήχθη.
In ligno Eutropium confixum tertia vidit.

Cum sociis Clenonico & Basilisco *in Ponto sub Maximiano passus hic est, simulque omnes referuntur in hodierno Romano: nos solius* Basilisci *Acta auctore Eusignio Latine dedimus, quæ mallemus Græce scripta inveniisse.*

Δ'. IV Non. Τῇ δὲ τετάρτῃ ΓΕΡΑΣΙΜΟΣ βιότοιο ἀπέπτη.
Gerasimus quartâ, vitâ migravit ab istâ.

Huic Anachoretæ ad Iordanem ministravit leo, qui errore vicini nominis ad S.Hieronymum (*Italis* S.Girolamum) *transiit: Baronius ad diem sequentem retulit, eoq; obiisse ostendit in notis ad Romanum Martyrologium.*

ΠΑΥΛΟΝ ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ τε τετάρτῃ ἔκλαγεν ἕορς.

Quarta nẽcat gladio PAULUM ſociamque SOROREM.

Sunt Martyres Ptolomaïde in Phœnicia paſſi, extantque eorum Acta ex Græco Latine reddita pro XVII *Auguſti, quando iterum recoluntur in Menæis & inſcribuntur Romano hodierno; quod ſequimur circa hujuſmodi dierum delectum.*

Ε'. Ὀξυτάτοις ΚΩΝΩΝ ἥλατσι πᾶρης πόδε πέμπῃ.
III Non. CONONEM clavus quintâ confixit acutus.

Hujus Bidanæ in Iſauria paſſi Acta, neſcio quomodo prætermiſſa, danda erunt in Supplemento Latino-Græca.

ϛ'. Τεσσαράκοντα κάρηνα δυοῖν ἅμα ἕκτῃ ἐτμήθη.
II Non. QUADRAGINTA DUÛM cervices ſexta reſcidit.

Fuerunt hi copiarum Duces ſub Imperatore Theophilo, captì à Saracenis in excidio Amorii. Acta Græco-Latine dedimus. Inſcribuntur etiam hodierno Romano.

Ζ'. ΕΦΡΑΙΜ ἑβδομάτῃ ξίφῳ ἔκλανεν Ἀρχιερῆα.
Nonis. Enſem poſt ſextam ſuſcepit Epiſcopus EPHREM.

Hic, cum ſociis Epiſcopis pariter & Martyribus, inſcriptus eſt hodierno Romano, abſque ſufficienti notitia loci. Hinc nonnullis idonei viſi ſunt quos Hiſpaniæ & Ordini Carmelitico adſcriberent. Oſtendimus nos ex originariis Græcorum fontibus, prædicaviſſe eos & paſſos in Cherſoneſo Taurica, non Hiſpanica, quæ gratis fingitur.

Η'. Ἦλυθεν ὀγδοάτῃ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ Θεοῦ ἄχετ.
VIII Id. Octavâ ad Dominum pervenit THEOPHYLACTUS.

Fuit Metropolita Nicomedienſis, gloria Confeſſionis clarus: cujus Vitam aliquam extitiſſe vix dubito, & opto nanciſci.

Θ'. Ἀμφ' ὀνάτῃ ἑάγη Cκέλη ΑΝΔΡΩΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ.
VII Id. Crura QUATER DENÛM contrivit nona VIRORUM.

Sunt hi quadraginta Martyres Sebaſteni in Armenia primum nocte tota in gelido lacu cruciati, deficiente uno; in cujus locum cuſtos ſuccedit, quadrageſimam coronam occupaturus. Coluntur etiam apud Latinos, ſed ad diem ſequentem ex Mandato Innocentii X tranſlati, propter S. Franciſcam Romanam.

Ι'. Ἀμφὶ τῇ δεκάτῃ ΚΟΔΡΑΤΟΝ ξίφῳ ἐγκατέπεφνε.
VI Id. QUADRATUM gladius decimâ ſub luce peremit.

Corinthi ſcilicet, ubi paſſus: Acta ex Græco & cum Græco dedimus. Invenitur etiam hodierno Romano adſcriptus.

ΙΑ'. Ἑνδεκάτῃ Cόφρων ἕδυ ΣΩΦΡΟΝΙΟΣ παρὰ τύμβον.
V Id. SOPHRONIUM tumulo dedit undecimus ſapientem.

Hic Hieroſolymitanus Patriarcha inſcriptus eſt etiam jam dicto Romano. Acta ejus collegimus tomo 2 Martii: optaremus nihilominus habere ejus encomium, quod à Ioanne Zonara compoſitum vidit & laudat Allatius. Illi Ioannes Moſchus dedicavit Pratum ſpirituale, unde factum ut errore lapſi quidam, ipſum ejus auctorem putarint. Scripſit autem ex voto miracula SS. Cyri & Ioannis, ut ſupra dictum.

ΙΒ'. Δωδεκάτῃ φθινύθοντος ἀπῆγε βίου ΘΕΟΦΑΝΗΣ.
IV Id. THEOPHANEM exemit miſeræ duodecima vitæ.

Presbyter Hegumenus hodierno Romano additus, ſcripſit Chronographiam, continuando opus Georgii Syncelli, ab Diocletiano ad Michaelem & Theophylactum ejus filium Imperatores, ſive ad annum vulgaris Æræ DCCCXIII. *Ad cujus operis illuſtrationem ordinata à nobis eſt una Exegeſium Præliminarium ante Tom. 3 Martii, multa utilia notans & errata corrigens. Acta ejus gemina ex Græcis dedimus.*

ϗς τρισκαιδεκάτῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ἄνυ ἐσύχθη. ΙΓ.
Tertius à decimo NICEPHORON intulit Urbi. III Id.

Scilicet Conſtantinopolitanæ, cujus fuerat Patriarcha, fidei cauſa in exilio mortuus, atque hodierno etiam Romano inſcriptus. Vitam ab Ignatio Diacono & diſcipulo ejus ſcriptam primi edidimus ex Græco.

Hac occaſione miſerat nobis R. P. *Franciſcus* Combefis *Vitam cujuſdam* S. Nicephori, Mileti Epiſcopi, *in hebdomada ſancta mortui, ignoto anno & die, ut Synonymi Sancti à nobis in Martio jungerentur. Sed quoniam nihil aliud de cultu addebatur: & is aliquando vixerat in* Latro monte, *cum nonnulla notitia* Pauli, *ibidem Eremitæ, cujus Vita danda erit* XV *Decembris, ad hunc diem maluimus ipſum differre pro poſteris, interim fortaſſe plus lucis accepturis.*

Κόψαν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΙΟ κάραν δεκατῇ γε τετάρτῃ. ΙΔ'.
Quartus ALEXANDRO & decimus caput abſtulit enſe. II Id.

Ne libera detur exerrandi facultas inter multos hujus nominis Martyres, additur in Typico ἐν Πιδνῃ (*perperam in Menæis* Πίδῃ) *quæ eſt urbs Macedoniæ. Tam celebris autem cultus Martyrem neſcio quomodo prætermiſerimus in Martio noſtro, ubi tamen ex Latinis Martyrologiis hac & præcedenti die, ſed cum ſociis utrobique diverſis, habemus aliquem* Theſſalonicæ (*quæ etiam Macedoniæ urbs eſt*) *& quidem ſemel cum titulo* Palatini. *Defectum hunc ſuppleant poſteri noſtri, conſulantque Galeſinium & notas Mſs. Raderi: gratulentur autem ſibi, ſi interim ejus aliqua Acta inveniant, nobis necdum reperta.*

Πέμπῃ χῇ δεκάτῃ τιμήθη ΑΓΑΠΙΟΣ, ἑταῖροι. ΙΕ'.
Eſt decimâ quintâ AGAPIUS diſſectus, amici. Idibus

Cæſareæ in Palæſtina cum Publio *& aliis ſociis paſſus, colitur à Latinis* XXIV *hujus, notitia ex Euſebio ſumpta; nec enim propria Acta videntur extitiſſe.*

Δένδρῳ ἐπικλονίοισι δέθης δεκάτῃ ΠΑΠΑ ἕκτῃ. Ις'.
Sexta ſequens decimam te vinxit in arbore, PAPPA. XVII Kal.

Laradæ in Lycaonia paſſus etiam Romano hodierno inſcribitur: non inventis autem, quæ forte nec extiterunt umquam, propriis Actis, diei hujus Officium ſeu hymnos exhibui Latine legendos.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ, ΑΛΕΞΙΕ, πότμον ἀνέτλης. ΙΖ.
Septimus à decimo tumulum tibi pandit, ALEXI. XVI Kal.

Cognominatur à Græcis Vir Dei Ἀνθρωπὸς Θεοῦ, *& ſic etiam notatur in Diptycho Conſtantinopolitano de quo infra. Fuit Euphemiani Senatoris filius, ſub ſcalis paternæ domus ignotus hoſpes, verum cæleſti voce & proprio chirographo agnitus poſt mortem coram Patriarcha & Imperatore, in templo S. Petri fuit honorificentiſſime conditus: quæ omnia Romæ acta paſſim creduntur. Sed multis de cauſis cogor opinari, idem huic quod S. Ioanni Calybitæ accidiſſe, & pro nova veterem Romam accipi. Hoc autem eo pronius fuit, quod corpus aut ejus pars notabilis ibi nunc habeatur, una cum parte ſcalarum ſub quibus vixit, in eccleſia SS. Alexii & Bonifacii, in qua eccleſia Latini ſimul & Græci monachi viventes, ſuo quique ritu faciebant ſacra, quando illuc advenit S. Adalbertus Epiſcopus & Martyr Pragenſis, à quo utriuſq; Sancti communia miracula habemus deſcripta. Suſpicor ergo, eccleſiã, quæ primũ ſolius S. Bonifacii fuerat, ſub utriuſq; nomine dici cœpiſſe, poſtquam Græci monachi advecti Con-*

ſtantinopoli cum prædictis S. Alexii Reliquiis illic recepti ſunt. Hæc eruditis viris volui conſideranda proponere, prius quam aliquid de iis ſtatuam, quod erit faciendum ad XVII *Iulii, quando Romæ* S. Alexius *colitur. Non alia tamen habentur Acta quam à Græcis accepta: quibus etiam & peregrinationis Alexianæ ratio, & plurimæ circumſtantiæ aliæ favere videntur.*

IH'. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ θάνατ῾ μέλας ἕλε ΚΥΡΙΛΛΟΝ.
XV Kal. Octavâ decimâ mors abſtulit atra CYRILLUM.

Epiſcopus hic Hieroſolymitanus etiam hodierno Romano inſcribitur; ejus ſemper recta fides ac libri defenduntur à nobis Tomo 2 Martii. Acta nulla habentur.

IΘ'. Χῶσαν ΣΥΖΥΓΙΗΝ δεκάτῃ σὺν ἄτῃ ΟΜΟΛΕΚΤΡΟΝ.
XIV Kal. CONIUGIUM CONCORS decimâ nonâ ſubhumatur.

Conjuges hi Chryſanthus & Daria *ſunt, qui coluntur à Latinis* XXV *Octobris: Acta eorum Græce ac Latine habemus.*

K'. Ἐνδόδι πυρκαΐας εἰκοσῇ βάλεν ΕΠΤΑ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.
XIII Kal. MATRONAS SEPTEM injecit vigeſima flammis.

Amiſi ad Pontum Euxinum hæ paſſæ, Alexandra, Claudia, Euphraſia, Matrona, Juliana, Euphemia, Theodoſia, *quibus nominibus etiam inſcribuntur hodierno Romano. Credibile eſt aliquando extitiſſe earum Acta.*

KA'. Εἰκάδι πρώτῃ δράμε ΚΥΡΙΛΛΟΣ χερσὶ Θεοῖο.
XII Kal. Ad Dominum transfert vigeſimâ prima CYRILLUM.

Epiſcopus Catanenſis hic fuit, ut putatur primus, Beryllus *veriori nomine dictus, & ſic hodierno Romano inſcriptus.*

KB'. Εἰκάδι δευτερίῃ συβλᾶις ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ἐτρώθη.
XI Kal. Bis undena acubus BASILIUM pungit acutis.

Sub Iuliano Presbyter & Martyr Ancyræ in Galatia hic fuit, cujus Acta ex Græco & Græce dedimus.

KΓ'. Εἰκάδι ᾗ τρίτῃ ΝΙΚΩΝ ξίφει κράτα δῶκεν.
X Kal. NICONEM gladio vigeſima tertia plectit.

Hujus & ſociorum monachorum CXCIX *prope Tauromenitanam urbem martyrium utinam nobis certius conſtaret, quam ex Actis quæ dedimus ſub nomine Charomeni eorum famuli atque diſcipuli. Severiori enim cenſura eguiſſe ea judicamus; & ipſis, quoad omnes circumſtantias tam fabuloſis, nolumus credere monachatus initia Diocletiani ætate vetuſtiora. Inſcribuntur etiam iidem hodierno Romano.*

KΔ'. Κρύψαν ὑπὸ χθόνα εἰκάδι ΙΑΚΩΒΟΝ γε τετάρτῃ.
IX Kal. JACOBUM tumulo vigeſima quarta recondit.

Epiſcopus ſub Iconomachis hic fuit, incertum cujus Eccleſiæ. Acta non extant, ſed laus in epiſtolis S. Theodori Studitæ, ex quo aliiſque de eodem egimus XXI *hujus, quando & Typico & Menæis juſto cum elogio adſcribitur.*

Γῆθεν τῇ ΜΑΡΙΗ ἔφατ' Ἀγγελ῾ εἰκάδι πέμπτῃ. ΚΕ'.
Nuntia verba tulit vigeſima quinta MARIÆ. VIII Kal.

D. N. Jeſum Chriſtum *eodem ipſo die quo* homo factus eſt, *etiam eſſe paſſum, ex totius antiquitatis conſenſu probavimus Tomo* 3 *Martii. Incarnationem autem factam eſſe anno ſexto ante æram vulgarem, ſic ut vere mortuus ſit Chriſtus* Coſſ. duobus Geminis *anno vulgaris æræ* XXIX, *ætatis ſuæ* XXXIII *expleto, ex ſimili quatuor primorum ſeculorum conſenſu demonſtratur in Diatriba præliminari ad Tomum* 1 *Aprilis.*

Εἰκάδι ἀμφ' ὕμνους ΓΑΒΡΙΗΛ χλίσιν ἕκτῃ ἐγείρει. Κς'.
Vicenâ ſextâ GABRIELIS perſonat hymnus. VII Kal.

Ex more ſcilicet jam ſupra indicato, ut qui myſterium præcedentis diei proxime attigerit. De vario ejus hoc ipſo menſe apud Latinos cultu, multa collegimus.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἔθανε ΜΑΤΡΩΝΑ σὺν ἁρπίλῃ. ΚΖ'.
MATRONAM in vinclis vigeſima ſeptima mactat. VI Kal.

Theſſalonicenſis hæc Martyr à Latinis colitur XV *hujus. Acta olim extitiſſe credimus, & ut adhuc ſuperſint optamus.*

Ὀγδοάτῃ ΙΛΑΡΙΩΝΑ κιχήσατο εἰκάδι πόρμ῾. ΚΗ'
Bis decimâ quartâ mors HILARIONA prehendit. V Kal.

Fuit hic Hegumenus monaſterii Pelicetes, Confeſſor ſub Iconomachis: credibile eſt Vitam prolixe ſcriptam extitiſſe.

Ἐπάφλαδεν σὺν ἄτῃ ΒΑΡΑΧΗΣΙΟΝ εἰκάδι πίσσης. ΚΘ'.
BARCHESUM pice lux vigeſima nona perurit. IV Kal.

Una cum Jona *fratre martyrium in Perſide tulit hic Sanctus, quod Eſaias Regius eques deſcripſit, & Latine ex Græco vertendum curavit Lipomanus, Venetæ Bibliothecæ codicibus Mss. uſus. Vtinam nobis quoque in ea civitate obtingeret, qui prætio rationabili tranſcriberet pauca quædam Sanctorum Acta, necdum alibi Græce reperta: nam qui anno* MDCLX *nobis operam ſuam prolixe obtulit, ſed deinde turpiter decepit, Bibliothecæ cuſtos, homo Græcus, aliquamdiu fecit nequid inde poſſemus obtinere, quantacumque interceſſione adhibita: deinde cum prona jam ſperabamus omnia, eorum ad quos id attinet conſenſu impetrato, nihil fieri potuit per Græculorum, qui manus mercenarias commodare rogabantur, ſordidam avaritiam. Nunc bibliothecæ cuſtodiam intelligo commiſſam eſſe erudito cuidam nobili Veneto ſimulque humaniſſimo D. Gradonico, de quo ſperamus quod, quem rogamus, modum inveniet nos juvandi in iis quæ nobis hactenus defuiſſe intelliget.*

Χαίρει ΙΩΑΝΝΗΣ τριακοστῇ ἐξαναλύων. Α'.
Gaudet JOANNES decimâ ter luce reſolvi. III Kal.

Eſt hic Monachus Sinaita, Climacus *vulgo dictus ἀπὸ τῆς κλίμακος, id eſt* Scala, *per ipſum ad Monachorum inſtitutionem deſcripta. Vitam dedimus à Daniele Monacho Raithuno exaratam.*

Πρώτῃ ΑΚΑΚΙΟΥ βιότου πέρας ἐν τριακοστῇ. ΑΑ'.
Morte ſed ACACII trigeſima prima ſacratur. II Kal.

Fuit Epiſcopus Confeſſor Melitinæ in Armenia, etiam Latinis antiquitus notus, apud quos aliqua ejus Acta extabant: ſed putamus magis integra & pleniora apud Græcos extitiſſe, quæ utinam etiam nunc ſuperſint.

MARTIVS

MOSCORUM FIGURATUS.

I EVDOCIA ✠ Martyr.

II THEODOTVS ✠ Episcopus Martyr.

III EVTROPIVS ✠ CLEONICVS ✠ BASILISCVS ✠ Martyres.

IV GERASIMVS ✠ Monachus.

V CONON ✠ Martyr.

VI SYNAXIS MM. IN AMORIO XLII. ✠

VII BASILIVS ✠ EPHREM ✠ CAPITON ✠ Episcopi Martyres.

VIII THEOPHYLACTVS ✠ Episcopus. *Possevino non bene* Theophanes.

IX SYNAXIS MARTYRVM XL SEBASTENORVM. ✠

Sculptor Moscus eo modo hic expresserat aquas gelidi lacus, ut a quantium undique flammarum globos videretur repræsentare voluisse; quatuor autem coronas omiserat suo loco notare: quid porro significet vox ΚΑΙΝΑΝΟΣ, *supra balneum in ripa positum scripta, explicet aliquis linguæ peritus.*

X CONDRATVS ✠ Martyr.

Scribendum erat Codratus, *& Latine* Quadratus, *Possevino ineptissime* Conradus.

XI SOPHRONIVS ✠ Episcopus Hierosolym.

XII THEOPHANES ✠ Presbyter Hegumenus.

GREGORIVS † Magnus, Papa Romanus.

Vitam quatuor libris scripsit Ioannes Diaconus: aliam breviorem & antiquiorem dedimus ex Mss. æstimatur maximi à Græcis propter libros Dialogorum, *unde & Διάλογος apud eos cognominatur (quos ipsis ex Latino vertit Zacharias Papa) & propter librum* Curæ Pastoralis, *ab Anastasio Episcopo Antiocheno Græce redditum.*

XIII RELATIO RELIQVIARVM S.P.N.NICEPHORI ✠

Facta post mortem impii Theophili, sub ejus filio Michaele Balbo, *& Constantinopolitano Patriarcha* S. Methodio, *qui ambo in hac tabula exprimuntur, una cum Diacono thurificante. Notatum id velim ab hujus seculi novatoribus, nescio qua animi præsumptione persuasis, sese divinitus illuminatos, ad correctionem plurimorum, quos sibi in Ecclesiam obrepsisse imaginantur abusuum, tum circa Sacramentorum administrationem & alia multa, tum circa religiosum Sanctorum cultum. Nam cum superiori æstate in nobili quodam Brabantiæ oppido antiquas altarium tabulas contemplarer, videremque in eo quod S Catharinæ sacrum erat sic repræsentatum Divæ martyrium, ut summo in aere anima ad cælum à duobus Angelis super expansum linteum efferri videretur; adstanti mihi Parocho dixi, in nostro ad secundum tomum Aprilis Propylæo pag.* XXXVII *repræsentari tumulum Venerabilis Tolandæ, ante annos ferme quadringentos sic sculptum, ut ejus anima similiter ab Angelis subvecta notetur; cum hoc solum discrimine, quod mei Angeli thuribulo singuli essent instructi, ad expressius denotandam istius animæ sanctitatem. Tum Parochus, homo alias minime malus aut inductus, neque earum quas Romani Pontifices damnavere sententiarum defensor pervicax, sed qui non potuerat in ea unde prodierat schola non hausisse aliquid Ianseniana fuliginis & præposteri ad reformandam Ecclesiam zeli; Parochus, inquam,* Non probo, *ait*: Notum est enim quod nato inter homines Christo Magi thus obtulerunt, ad ejus divinitatem demonstrandum; & ejus incensum soli Deo competere, ac propterea cum primum hanc Curam adiens, super illo altari juxta Sanctæ statuam in vertice locatam, invenissem Angelos duos parvulos, sic, ut dicis, thurificantes, eosdem removeri jussi; clam tamen & noctu *Non erat otium instruendi tunc hominis, cum ipse veniissem ab eo instruendus circa quasdam eo in templo antiquitates. Alio itaque flexi sermonem, ceteroquin amice eum interrogaturus simulque dedocturus errorem suum (quod per interpositam postea personam feci) an eadem ex causa mutaverit in Rituali suo seu Pastorali præscriptos Missarum solennium ac funerum ritus, quibus jubetur & feretrum incensare accepto de manibus ministri thuribulo, & Euangeliorum librum, atque ad omnem fere cujuscumque rei* benedictionem *solennem, puta* Cinerum, Palmarum *&c adhibere* incensum: *idque non alia ex causa & primo aspectu etiam rudibus obvia, quam ut intelligatur corpus defuncti Christiani, Euangeliorum liber, aliaque similia (quanto autem magis ipsi Sancti?) particulari quadam ad Deum relatione, aut esse aut reddi venerabilia, & ad cultum religionis (quæ tota denique ad Deum terminatur) accommoda. Si ille aut similis alius adhuc dubitat, legat in Rubricis Generalibus ad Missale Romanum, quintam de Introitu, ubi dicitur,* Si in altari fuerint reliquiæ sive imagines Sanctorum, incensatâ Cruce & factâ ei reverentiâ, Sacerdos, antequam discedat à medio altaris, primum incensat eas quæ â dextris sunt, bis ducens thuribulum; & iterum, facta similiter Cruci reverentia, incensat bis alias quæ sunt à sinistris.

BENEDICTVS † Pater Monachorum XIV

Occidentalium videlicet, propter Regulam ab eo scriptam, quam denique omnia fere antiqua apud nos monasteria susceperunt cum habitu nigro; sicuti S. Basilii Regulam omnes Orientales atque etiam Mosci nunc profitentur, sub habitu etiam nigro: unde fit ut Benedictinos à Basilianis multi non distinguant, ac nominatim ii qui de Moscovia scripserunt: in Italia vero eadem nunc omnino est utriusque habitus forma. Latini Sanctum ipsum colimus XXI *hujus, ubi verum annum mortis conati sumus definire, non item terminare controversiam de possessione sacri corporis, agitatam inter Italos & Francos.*

AGAPIVS ✠ Martyr. BECILVS XV

Eodem nobili ac militari habitu indutus, an pro socio Agapii Publio, *nomine perperam scripto, hic ponitur? Ita videtur.*

SABINVS † Martyr XVI

Nequaquam, ut putamus, distinguendus ab eo, quem etiam XIII *hujus colunt Græci, atque post eos ex hodierno Romano Latini.* Abibum *vocant alii. Acta an seorsim scripta sint, & ubi requirenda, hactenus ignoramus.*

ALE-

XVII *ALEXIVS* ✠ Vir Dei.

XVIII *CYRILLVS* ✠ Episcopus Hierosolym.

XIX *CHRYSANTHVS, DARIA* ✠ Conjuges MM.

XX *PATRES ..... SABÆ* † Martyres.

In Menæis hoc titulo indicatur festum Sanctorum Abbatum ab Abaris *(imo Arabibus)* interfectorum in monasterio S. Sabæ Sanctificati : *ubi Possevini interpres ipsius* S. Sabæ *festum perperam notavit, qui etiam hic videtur primus pingi, Regulam suam manu tenens. Acta ex Græco eruimus, ab eo qui interfuit scripta.*

PHOTINA, IOSES † Martyres.

Hanc esse Samaritanam Euangelicam, cum filio Iosè *seu* Iosepho, *fabulantur Græci, multa de utroque narrantes vix digna relatu. Hodierno Romano inscribuntur ambo : confusio forsitan ex eo nata sit, quod genere vel secta* Samaritani *ambo fuerint.*

CYRILLVS Martyr.

Quomodo huc spectet, aut quis sit, non possumus divinare. Habitus nihil barbarum indicat. Quid si corpus alicujus, nunc ignoti, ex Græcia in Moscoviam translatum, occasionem dederit hac die indicandi festi ?

XXI *IACOBVS* ✠ Episcopus.

Idem, ut credo, quem alias Græci colunt XXIV, *nisi inter indigenas Moscoviæ Episcopos Sanctos inveniatur alius, ad quem hic dies & honor magis proprie spectet.*

XXII *BASILIVS* ✠ Presbyter Martyr.

In tabulis male exprimitur instar Episcopi Palliatus, forsitan ex errore nominis ei cum Basilio Episcopo Cæsareensi *communis.*

XXIII *NICON* ✠ *cum DVCENTIS DISCIPVLIS.*

Ita Belga noster hæc verba legit : cujus explicationem probat littera Σ′, *ducenarium numerum significans : quod vero Niconi à tergo est ædificium magnum, non Tauromenium urbem, in cujus vicinia vixisse creditur, sed veteris balnei ruinas, quas putatur incoluisse, adducere in memoriam debet.*

XXIV *ARTEMIVS* † Episcopus

Seleuciæ in Pisidia, *Græcis ferme* Artemon *scribitur : cujus utinam haberentur Acta. Colitur etiam ab iisdem* Artemon *alius* Presbyter Laodicenus *sub Diocletiano, de quo quia iterum refertur* VIII *Octobris & tunc Romano hodierno inscribitur, agere distulimus, quamvis ibi breve, hic longissimum ejus elogium habeant Menæa, præter quod alia pleniora Acta numquam forte extiterunt.*

ZACHARIAS † Reclusus.

Talem certe invenimus in Mss. Menæis Taurini expressum, quamvis ei hic videatur habitus Episcopalis appingi : verosimile est, eum qui hic tam solenniter pingitur, ex Vita quæ aliquando extiterit notum Græcis fuisse.

ISACIVS Diaconus.

Talem quippe exprimit habitus : quis aut cujas ignotum nobis æquè ac R.P. Ohilewicz : qui tamen suspicatur hunc & alios nonnullos Sanctos, quos in Ruthenico suo Kalendario non reperit ad notatos hic dies, ad alios fortassis dies posse reperiri in Moscovitico, quod vix opinamur : cum id quod præ manibus habemus certo Moscoviticum sit.

ANNVNTIATIO MARIÆ. ✠ XXV

Ita interpres Belga, rem (ut mihi videtur) non verba exprimens.

SYNAXIS ARCHISTRATEGI GABRIELIS. ✠ XXVI

Hoc Archistrategi *cognomentum* Gabrieli *æque ac* Michaeli *tribuitur à Græcis, a quibus vix umquam unus sine altero pingitur, quod hic etiam observatur, Crux tamen datur Gabrieli, ut præcipuo Verbi incarnati & crucifigendi ministro, inter utrumque vero repræsentatur imago pueri Iesu supra Cherubim, sicut etiam infra* VIII *Novembris, quo crediderim significari id, quod Theologi nostri passim docent, Angelos in principio suæ creationis jussos subjicere sese Verbo incarnando, quod Lucifer cum suis facere detrectans cælo exciderit. Fit iterum de* Gabriele XIII *Iulii.*

MATRONA ✠ Martyr Thessalonicæ. XXVII

Latinis XV *Martii. Acta olim extitisse est verosimile, & optandum ut nunc invenirentur.*

PHILETVS † Senator, Martyr

In Illyrico sub Hadriano, cujus Acta non habentur : etiam hodierno Romano accessit.

STEPHANVS † Monachus Thàumaturgus. XXVIII

Variant in die Menæa : nos de ipso egimus XXVI, *sed Vitam requirimus.*

HILARION ✠ Hegumenus monasterii Pelicetes.

Menæa Juniorem *appellant, scilicet respectu ejus qui vixit in Cypro seculo* IV : *hic autem sub Iconomachis fidem confessus, totum hujus diei Officium implet : quæ celebritas tanta persuadet, Vitam satis prolixe scriptam fuisse.*

MARCVS † Arethusiorum Episcopus. XXIX

Cujus veram sanctitatem, quam Baronius in dubium vocabat, vindicavimus.

CYRILLVS † Marci Diaconus. *Simul passus & Romano hodierno inscriptus.*

IOANNES .... IN SINAI .... ✠ XXX

Synæum monasterium à tergo habens, monachis prædicat ex eo quem Κλίμαξα *inscripsit libro, Totam epigraphen verbotenus explicet peritior alius : tacet enim hic Belga noster. Existimo verba reliqua spectare ad* Crucifixum, *qui exprimitur in extremo loculi hujus amplioris angulo ; sed cur id fiat nescio, an forte ex sententia alicujus, qui tali die passum Christum credidit ?*

HYPATIVS Episcopus. † XXXI

Ita interpres Belga expresse ultimum verbum reddit. Sed cujus Sedis Episcopus ? Imago Deiparæ, quam manu tenet, expresse videtur significare, eum pro defensione imaginum insigniter decertasse sub Iconomachis. Atqui hoc non convenit S. Hypatio Gangrarum *Episcopo & Martyri, qui hodie prolixissimum elogium cum totius diei Officio in Menæis habet, iterumque elogium* XIV *aut* XV *Novembris, quando insertus est hodierno Romano, & Acta ejus ex Græco dabimus : hic enim* Hypatius *Concilio I Niceno interfuit. Dubitationem auget, quod* Typicon, *in quo totius Officii divini ordo per anni decursum notatur* (Cartabellam *hodie appellamus, quam &* Diptycham *medio ævo dictam invenio*) *notet festum* Ξ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν τοῦ Θαυματουργοῦ Ὑπατίου Ἐπισκόπου Ἀγκύρας S.P.N. & Thaumaturgi Hypatii Episcopi Ancyræ; *cum* Gangrensis *semper nominetur cum titulo* Ξ ἁγίου Ἱερομάρτυρος. *Hinc datur occasio conjectandi fuisse alium* Hypatium, *seculo* VIII

vel IX, *cujus quia non extabant Acta, facta ſit iſta in Menæis conſuſio, ut Officium, quod pro Novembri ſeniorique* Hypatio *compoſitum fuerat, ad hunc diem transferretur. Invenitur autem in Menæis ad* XX *Septembris* Hypatius *Confeſſor pro Imaginibus, idemque Epiſcopus ſub Metropolita Epheſino; & ad hunc forte imago hæc ſpectat.*

APRILIS

GRÆCORUM METRICUS.

Α′. Πρώτῃ Ἀπριλίου ΜΑΡΙΗ, θάνεν εὔχ⊙ ἐρήμῳ.
Kalen. Primâ Aprilis obit MARIA, gloria eremi.

Colitur à Latinis die ſequenti : ubi oſtendi ejus obitum pertinere ad tempus Theodoſii Iunioris ſeculo V, *non vero ſpectare ad ſeculum* VII *& ætatem Iuſtini ſenioris : hiſtoria vero ſcriptorem Sophronium, male confundi cum eo qui fuit Patriarcha Hieroſolymitanus, & Canonem de Sancta illa canendum compoſuit.*

Β′. Δευτερίῃ ΤΙΤΟΙΟ ψυχὼ ἄνω νόες ἦραν.
IV Non. TITI animam ſurſum Superi vexere ſecundâ.

Hegumenus in Gracia, & Thaumaturgi *cognomen meritus, cujus hodie cum extet tam ſolenne Officium, etiam Vitam olim extitiſſe crediderim.*

Γ′. ΝΙΚΗΤΑΝ καλέῳσι τρίτῃ ἐπὶ δῶμα Θεοῖο.
III Non. Tertia NICETAM jubet aulam intrare Tonantis.

Medicienſis in Bithynia Hegumenus, etiam hodierno Romano eſt inſcriptus. Vitam, auctore Theoſtericto diſcipulo, ex Græco dedimus.

Δ′. ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΘΕΟΔΟΥΛΩι ζωὲδυόν γε τετάρτῃ.
II Non. Mergitur AGATHOPUS quartâ ſimul & THEODULUS.

Hic Lector, *iſte* Diaconus *Theſſalonicæ, Martyres ſub Diocletiano : quorum Acta Græco-Latina dedimus.*

Ε′. Πέμπῃ ΚΛΑΥΔΙΟΥ κεφαλὼ τάμε χὲιρ φονέοσα.
Nonis. Cruda manus quintâ CLAUDI caput enſe reſcidit.

Idem cum iiſdem ſex ſociis Diodoro, Victore, Victorino, Papia, Nicephoro, & Serapione *memoratur etiam* XXXI *Ianuarii Martyr ſub Decio, ſed abſque ſolennii, ut hodie, Officio : Latini vero ipſum & ſocios colunt* XXV *Februarii, ſed* Claudianum *appellant. Ibi de iis agimus.*

ς′. Ψυχὼ ΕΥΤΥΧΙΟΙΟ πύλη γε πόλῳ ἄγεν ἑπτὴ.
VIII Id. Fert animam EUTYCHII cælorum janua ſextâ.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit; cujus Vitam Græco-Latinam dedimus, ſcriptam ab Euſtatio Presbytero ejus domeſtico.

Ζ′. Ζωὰν δ᾽ ἐκ θανάτοιο ΓΕΩΡΓΙΟΣ ἑβδόμῃ εὗρεν.
VII Id. Septenâ vitam invenies pro morte, GEORGI.

Solitarius hic vixit in monte Malæa in Laconia : cujus nullam Vitam inveniri miramur.

Η′. Ἤξελεν ὀγδοάτῃ γῆς ΗΡΩΔΙΩΝ φίλον ἦτορ.
VI Id. Octavâ HERODION carum cor intulit aſtris.

Nominatur inter LXX *diſcipulos ut Patrarum Epiſcopus, atque etiam hodierno Romano inſcribitur.*

Θ′. Φάσγανον ἀμφ᾽ ὀνάτῃ ΕΥΨΥΧΙΟΥ ἔκλανε λαμόν.
V Id. EUPSYCHII nonâ ſecuit pia guttura ferrum.

Martyr Cæſareæ in Cappadocia ſub Iuliano, etiam hodierno Romano additur. Latent Acta, quæ videntur ſat fuſe deſcripta fuiſſe.

Φασγάνῳ δεκάτῃ ὁ ΤΕΡΕΝΤΙΟΣ εὗρατο τέρμα. Ι′.
Per gladium decimâ finem ſortire, TERENTI. IV Id.

Paſſus hic eſt in Africa ſub Decio cum pluribus ſociis. Acta dedimus ex Lipomano : contextum Græcum, unde Latine reddita ſunt, Venetiis invenimus, ſed fruſtra petiimus eum nobis deſcribi : quod adhuc ibi aut alibi fieri opto.

Χάλκεον ⊙δεκάτῃ βληθὲὶς φλέγ᾽ ΑΝΤΙΠΑ σὺς ἐν βοῒ. ΙΑ′.
Undecimâ injectus tauro ardes, ANTIPA, aheno. III Id.

Pergami in Aſia Martyr, ſicut ex Apocalypſi conſtat, non item quod fuerit iſtius urbis Epiſcopus, uti paſſim dicitur.

Δωδεκάτῃ, ΒΑΣΙΛΕΙΕ, ταφήϊα δύσαο νεκρός. ΙΒ′.
Mortuus in tumulum BASILIUS abit duodenâ. II Id.

Parii in Myſia Epiſcopus, Confeſſor ſub Iconomachis: cujus utinam Vita extaret!

Ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ θάνε ΜΑΡΤΙΝΟΣ πεῤὰ πόντῳ. ΙΓ′.
MARTINUS ternâ decimâ trans æquor obivit. Idib.

Papa Romanus & Martyr in Cherſonenſi exilio mortuus, colitur a Latinis XII *Novembris. In cujus aliorumque plurimorum Pontificum chronologia ordinanda aliter quam factum à Cardinali Baronio, non tam certa quam nos documenta nacto aut ſecuto, haud inutilem operam poſuiſſe me reor : quam licet ad menſem Iunium differendam aliquoties dixerim in hiſce primis Tomis Maji, nunc decrevimus ante poſtremos hujus ipſius Maji tomos ponendam, quo citius ea fruatur lector ſtudioſus eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cujus baſis eſt chronotaxis Pontificia.*

... Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκ τῶ ο′ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ, ΙΑ′.
ΠΟΥΔΗ καὶ ΤΡΟΦΙΜΟΥ.
... Sanctorum Apoſtolorum ex LXX ARISTARCHI, XVIII Kal.
PUDÆ, & TROPHIMI.

Coluntur à Latinis ſeorſim ſinguli, Ariſtarchus IV *Auguſti,* Pudes XIX *Maji,* Trophimus XXIX *Decembris.*

Κάτθανε καὶ ΚΡΗΣΚΗΣ πέμπῃ δεκάτῃ πυρὶ λαύρῳ. ΙΕ′.
Et quintâ decimâ, CRESCENS, extingueris igne. XVII Kal.

Martyr Myræ in Lycia : cujus Acta deſiderantur.

ΧΙΟΝΙΑΝ ΑΓΑΠΗΝ ἑκτὴ δεκάτῃ καὶ ἑκαυσεν. Ις′.
Exurunt AGAPEN ſextâ decimâ atque CHIONIAM. XVI Kal.

Coluntur, cum ſua ſorore Irene, III *hujus apud Latinos, apud quos ſolos oſtendimus genuina Acta Martyrii inveniri, comprehenſa in Actis S. Anaſtaſiæ : Græca vero, contra quam exiſtimavit Baronius, prorſus depravata eſſe. Paſſæ ſunt autem Theſſalonicæ ſub Diocletiano.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΣΥΜΕΩΝ κατὰ αὐχένα ΙΖ′.
τμάθῃ.
Septena decima SYMEON dat colla ſecuri. XV Kal.

Epiſco-

Episcopus Seleuciæ & Ctesiphontis in Persidè, ac Martyr insignis cum variis sociis, colitur à Latinis XXI *hujus. Acta hactenus ex solo Sozomeno habentur.*

ΙΗ'. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πολαμῷ ΣΑΒΒΑΝ κλάνε ῥεῖθρον.
XIV Kal. Octavâ decimâ SABBAM hausit fluminis unda.

Gothus Martyr, obiit XII *hujus, quando Acta damus, secuti Romanum hodiernum. In Menæis perperam hic additur* Ὁ Στρατιλάτης, *Ducis, quod vel ex subjuncto elogio patet.*

ΙΘ'. Ἀμφὶ ὀγάτῃ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΩι ταυρὸς ἄεθλον.
XIII Kal. Crux decimâ nonâ certamen fit THEODORI.

Ejus aliorumque simul passorum Martyrium dilatum à nobis est ad XX *Septembris, quia ex Menologio in hodiernum Romanum istuc eos transtulit Baronius: Vtinam eorum interim Acta reperiantur! sin minus, sufficiet amplum ex Menæis compendium, unde intelligitur Pergæ in Pamphylia res acta esse sub Imperatore Antonino.*

Κ'. Εἰκάδι σὸς, ΘΕΟΔΩΡΕ, λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγλώως.
XII Kal. Mens tua vicenâ, THEODORE, est carne soluta.

Cognomento Trichinas, *à cilicii asperitate: floruit in eremo Thraciæ prope Constantinopolim. Dolemus nulla ejus Acta inveniri: nam & hodierno Romano adscriptus est.*

ΚΑ'. Τῷ ΙΑΝΝΟΥΑΡΙΟΙΟ κάρῳ τάμνυ εἰκάδι πρώτῃ.
XI Kal. Vicenâ primâ caput amittis, JANUARI.

Episcopus Martyr sub Diocletiano, Neapolitanorum nunc Patronus præcipuus, ubi festum (uti & in reliqua Ecclesia Latina) agitur XIX *Septembris: quando in conspectum sacri Capitis expositus in phiala sanguis, liquescere solet, sicut & aliis occasionibus; qualis ea fuit, qua anno* MDCLXI *similis gratia nobis quoque facta est, ut plenius narravi in Vita P. Ioannis Bollandi ante Tomum* I *Martii n.* 92.

ΚΒ'. Εἰκάδι δευτερίῃ ΣΥΚΕΩΤΗΝ δύμβος ἔκρυψε.
X Kal. SYCEOTEN abdit vicena secunda sepulcro.

Theodorus *hic est, ex Episcopo Anastasiopolitano plurium cœnobiorum Archimandrita, nuper Romano Martyrologio insertus: cujus extat Vita prolixa & pulcherrima, ab Eleusio Sancti discipulo, aliis Georgio, accurate conscripta: quam si potuissemus Græcam Venetiis adipisci, nova versione dignam judicabamus. Nunc ea cura posteris nostris relinquitur: juvabit interim ipsum Græcum contextum accipere.*

ΚΓ'. Ἦρε ΓΕΩΡΓΙΩι δεκάτῃ τρίτῃ αὐχένα χαλκός.
IX Kal. Vicenâ ternâ scinduntur colla GEORGI.

Passim Megalomartyr *dictus, primus (quantum existimo) excepit impetum persecutionis decimæ, ejusdemque omnium crudelissima sub Diocletiano & Maximiano, laceratis eorum circa Pascha edictis primis. Coli cœpit statim à Constantini Magni victoria de Licinio, erectis ecclesiis sub ejus nomine, translatisque reliquiis; habitus semper Orientalis Imperii defensor, & Christianorum contra Saracenos exercituum ductor. Explicui hæc omnia prolixe in Aprili, ubi etiam causam reddidi draconis passim ad pedes ejus pingi soliti, quam lubet hic confirmare exemplo Majoriani Imperatoris, ab anno* CCCCLVII *usque ad* LXI *cum Leone regnantis, qui sumpto sibi à Constantini Magni statuis exemplo, imaginem suam ita in nummis sculpi permisit, ut aversa facies repræsentaret Imperatorem, cruce quam dextera tenet potentem, victoria quam sustinet sinistra gloriosum, pede autem dextero caput nefandi proculcaret Draconis: ipsum nummum hic darem effigiatum, si non sufficeret eum passim extare apud nummariæ antiquitatis tractatores, & omnibus obvium esse apud Baronium ad annum* 325 *num.* 206.

Εἰκάδι ωνίξε ΣΑΒΑΝ ωοταμοῦ ῥόῳ ἀμφὶ ΚΔ. τελάστῃ.
Suffocatque SABAM vigesima quarta fluento. VIII Kal.

Hic quoque Martyr Gothus fuit, sed militum Ductor, Romæ (ut creditur) passus quidem, non tamen Romanæ Ecclesiæ fastis ante Baronium notus: idque haud sine confusione aliqua, quoad mortis genus, cum alio Sabba *superius ad* XVIII *relato.*

Εἰκάδι πέμπῃ ΜΑΡΚΟΝ ἐπὶ χθονὶ ἄρσονες ΚΕ. ἕιλκον. VII Kal.
Per terram MARCUM quinta & vigesima raptat.

Euangelistam hunc credimus verosimilius Latine scripsisse, & corporis Venetias allati historiam explicamus.

Εἰκάδι ἀμφ' ἕκτῃ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ξίφει αὐχένα Κϛ'. τμήθη. VI Kal.
Vicenâ sextâ feriunt BASILEA securi.

Amaseæ in Ponto Episcopus, Martyr sub Licinio, ob S. Glaphyram libidini ejus subtractam. Acta Græco-Latina dedimus.

Ξύλῳ ἑβδομάτῃ ΣΥΜΕΩΝ πάγη εἰκάδι. μάκρῳ. ΚΖ'.
Bis decima in ligno SYMEONEM & septima fixit. V Kal.

Episcopus Hierosolymitanus hic fuit, Christi consanguineus, sub Trajano crucifixus: cujus memoriam Latini recolunt XVIII *Februarii.*

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ τε λάβεν MEMNONA γε πότμος. ΚΗ'.
Vicenâ octavâ mors aufert MEMNONA nobis. IV Kal.

Hegumenus hic & à miraculorum gratia Thaumaturgus *cognominatus, ubi, vel quando vixerit ignoramus: eoque magis dolemus excidisse Acta, quo celebriorem fuisse vel hinc patet, quod solus fuerit huic Ephemeridi inscriptus.*

Εἰκάδι ἤδη ὀγάτῃ ΙΑΣΟΝ ἀπεβήσατο γαίης. ΚΘ'.
Vicenâ nonâ terras dimisit JASON. III Kal.

Discipulus S. Pauli colitur à Latinis XII *Iulii.*

Κτεῖνε μάχαιρα φόνυ ΙΑΚΩΒΟΝ ὃν τριακόσῃ. Λ'.
JACOBUM gladio trigesima mactat iniquo. II Kal.

Ipsum mortis genus satis indicat hic intelligi filium Zebedæi, Fratrem Joannis, *qui etiam in plerisque Menæis notatur, licet quædam exempla nunc repetant* Fratrem Domini: *colitur autem à Latinis* XXV *Iulii.*

APRILIS

MOSCORUM FIGURATUS.

PRESB. ZOSIMAS † MERETRIX MARIA ✠....

Quadripartita totius hiſtoriæ explicatio ſatis indicat, quam feſtiva apud Græcos fuerit, & ſit apud Moſcos etiam hodie, commemoratio utriuſque : ubi primo quidem loculo exprimitur Zoſimas Mariam *inveniens & cum ea loquens, cujus nomini præfixum* ΠΡ *poni videtur pro Græco* Πόρνη Meretrix, *& ſic notas illas explico : quid autem ſibi velint ultima verba, poſita ſupra ſecundum loculum (ubi exhibetur* Maria, *admirante* Zoſima, *inter preces ſurſum rapta) non divino : verba inſcripta tertio & quarto loculo interpres Belga ſic reddidit,* Zoſimas Mariæ ſacram Cœnam miniſtrat, *&* Miniſterio leonis ſepelitur Maria.

II TITVS ✠ Abbas Thaumaturgus.

Non debuit in habitu Epiſcopali palliatus exprimi : ſed forte per imperitiam acceptus hic eſt pro S. Pauli diſcipulo, quem XXV *Auguſti habent hæ ipſæ tabulæ.*

III NICETAS ✠ Abbas Medicienſis.

IV IOSEPH † Hymnographus monachus.

Vitam, quam necdum reperimus ſcripſit breviter diſcipulus ejus Theophanes : pro qua dedimus eamdem die præcedenti, quo paſſim à Græcis refertur, fuſius deductam à Ioanne Diacono eccleſiæ S. Sophiæ. Poſſevinus hic habet Ven. Iſidorum : *ſed quis hic ? Colitur quidem etiam hoc die* S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, *ſed quem Græcis atque per hos Ruthenis innotuiſſe, haud facile credidero.*

GREGORIVS, *imo* GEORGIVS. ✠

Nam Gregorius *hac die nuſquam ullus comparet,* Georgius *vero* in monte Malæo *celeberrimum cultum habet in Typico & Menæis, in Ephemeride autem metrica die* VII. *Sane nihil facilius quam* Georgii & Gregorii *nomina inter ſe commutantur. Vitam nullam invenimus, ſed elogium ex Canone ipſo conferimus, in cujus titulo etiam appellatur* ſanctus Pater noſter ; *nec tamen hic ut monachus exprimitur, ſed ſimpliciter in habitu talari.*

V THEODVLVS ET AGATHOPVS ✠ Martyres.

Primus Poſſevino non recte S. Mart. Theodotus.

VI EVTYCHIVS ✠ Patriarcha Conſtantinop. *Eidem Poſſevino perperam* Euchemius.

VII GEORGIVS ✠ Epiſc. Mitilenæ.

Ita recte nomen expreſſit Poſſevinus, quod hic perperam ſcribitur Sergius. *Vitam nullam invenimus, ſed mentionem perquam honorificam in Vita ſucceſſoris* Georgii Iunioris, *Græco-Latine danda in Supplemento.*

VIII HERODION ✠ novarum Patrarum Epiſc.

Hodierno Romano inſcriptus, creditus unus ex LXXII *Diſcipulis. Poſſevino* Radion *non bene dictus. Cum hoc pariter, ut* Apoſtoli, *coluntur à Græcis.*

AGABVS † RVFVS † Apoſtoli.

Uterque exprimitur ut Epiſcopus, ſicuti paſſim ceteri Apoſtolorum diſcipuli, in ſacris libris nominati. Hoc certum eſt, Agabum *ut Prophetam laudari & à Latinis coli* XIII *Februarii :* Rufum *vero*, Thebarum in Græcia Epiſcopum *creditum, nominari in epiſtola ad Romanos, & à Latinis iiſdem commemorari* XXI *Novembris.*

IX EVPSYCHIVS ✠ Martyr. *Poſſevino non bene* Sutiphius.

X TERENTIVS ✠ Martyr.

XI ANTIPAS ✠ Martyr.

XII BASILIVS ✠ Epiſcopus.
ANTHVSA † Sanctimonialis.

Filia Conſtantini Copronymi, à pluribus & antiquioribus differtur uſque ad XXVII *hujus, quando de ea egimus : quidam etiam ipſam referunt ad* XXVII *Iulii, quando & Romano hodierno inſcribitur.*

XIII ARTEMON † Epiſcopus Martyr.

Hodie in Typico cum titulo Hieromartyris *ſolus notatur : eſt ergo Epiſcopus Seleuciæ, diſcipulus Pauli : de quo ex Menæis egimus ad* XXIV *Martii.*

XIV MARTINVS ✠ Papa Romanus. *Non* Marcianus, *ut perperam dictatum eſt Poſſevino.*

ANTONIVS, IOANNES, EVSTACHIVS,

Ducis Lithuaniæ cubicularii, martyrio affecti Vilnæ poſt annum MCCCXXVIII : *de quibus plura vide in Kojalowicz & in Actis noſtris.*

XV ARISTARCHVS, ✠ PVDENS, ✠ TROPHIMVS. ✠

XVI AGAPIA, ✠ IRENE, ✠ CHIONIA. ✠ *Sorores Martyres Theſſalonicæ.*

XVII SYMEON ✠ Epiſcopus Martyr. *Male hic pingitur ut Abbas vel monachus.*

XVIII IOANNES † Diſcipulus S. Gregorii Decapolitæ, *non debuerat ut Epiſcopus exprimi.*

SABAS ✠ Gottus Martyr.

ATHANASIA † Vidua Sanctimonialis

In Ægina inſula. Hæc quia in Actis apud Lipomanum mortua dicitur XIV *Auguſti, ibi quoque repoſita eſt in hodierno Romano : idem dies confirmatur ex Græco quod habemus. Scripturam, quam manu præfert, legat qui poteſt.*

XIX IOANNES † Palæolaurita monachus.

Cur ei Poſſevinus hic addat nomen Eutychii *non divinamus, nec Vitam ſeorſim ſcriptam invenimus.*

XX THEODORVS, *Poſſevino* THEODOSIVS.

Neutrius nominis Epiſcopus invenitur hoc die : quare non invenio quid de illo ſtatuam. Eſt alias in Menæis S. Theodorus Martyr Pergæ in Pamphilia *cum longo elogio, in quo dicitur ſub Antonino Imperatore & Præſide Theodoto paſſus.*

IANVA-

XXI *IANVARIVS* ✠ Episcopus Martyr.
THEODORVS † Trichinas.

In tabula transpositus ordo figurarum, juxta ordinem nominum esset corrigendus.

ANASTASIVS † Sinaita monachus

Ab alio ejusdem nominis ac temporis Antiocheno Patriarcha, cum quo in hodierno Romano confunditur, bene distinguendus, uti & diversissima utriusque scripta; quibus optandum esset utriusque Vitam diversam addi posse. Hic certe vel solus habitus diversum arguit.

XXII *THEODORVS* ✠ Syceota.

XXIII *GEORGIVS* ✠ Megalomartyr.

XXIV *SABAS* ✠ Dux Martyr.

XXV *MARCVS* ✠ Euangelista.

XXVI *BASILEVS* ✠ Episcopus Martyr.
STEPHANVS Episcopus Permiensis.

Ita R.P. Ohilewicz, de quo Herberstenius in Itinerario à Moscua usque ad Obim fluvium, post descriptionem Permiensis Provinciæ, dicit, quod genti proprium idioma habenti, etiam characteres proprios invenit Stephanus Episcopus, qui eos in fide Christi vacillantes confirmarat: nam antea in fide adhuc infantes, Episcopum quemdam idem attentantem excoriaverant, *dignum profecto, cujus etiam nomen inter Sanctos relatum esse credatur, & hic alicubi locum habere inter eos, quorum nobis adhuc notitia deest, licet inveniatur locus. De ipso certe Stephano idem Herberstenius asserit, quod* Demetrio Joannis filio imperante apud Ruthenos, *circa annum* MCCCCL, in numerum Divorum relatus est.

SYMEON ✠ Episcopus Hierosolymitanus. XXVII

IASON ✠ *SOSIPATER.* † XXVIII

SYNAXIS MARTYRVM IX CYSICI. † XXIX

Horum nomina in Menæis sunt Theognides, Rufus, Antipater, Theostychus *sive* Eutyches, Artemas, Magnus, Theodotus, Thaumasius, Philemon. *Cur eorum medius hic ut Episcopus repræsentetur non capimus, eoque magis vellemus Acta inveniri.*

IACOBVS ✠ Apostolus, frater Ioannis. XXX

MAIVS
GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Πρώτη ἐν Μάιοο λίθοις κτάνον ΙΕΡΕΜΙΑΝ.
Kalend. Prima dies Maji saxis necat HIEREMIAM.

Colitur etiam antiquitus apud Latinos hac die: dicitur autem quod ejus in Taphnes apud Ægyptios sepulti ossa Alexandriam transferri fecerit ejus conditor Magnus Alexander. Hoc autem prudentius credi poterit, quam crederentur cetera, quæ circa Christum ex virgine nasciturum, Lignumque à cunctis gentibus adorandum, dicitur idem Propheta Ægyptiis Gentilibus pranuntiasse multo clarius, quam unquam Iudæis prophetata fuerunt. Tolerabiliora tamen ea omnia sunt, quæ ad hunc diem ex Menæis recitantur, à nobis autem pratermissa fuerunt ut apocrypha; quam sit fabula illa quæ in iisdem Menæis per integras undecim columnas extenditur, dum capta per Nabuchodonosorem Hierosolyma Babylonem migrasse Ieremias dicitur, ibique vixisse, quoad expletis annis Babylonicæ captivitatis septuaginta, accepit ex Iudæa epistolam ab Abimelech Æthiope, per totum istud tempus divinitus consopito sub ficu, & Baruch à mortuis resuscitato, ex Angelica jussione scriptam & collo aquilæ eam delaturæ alligatam: ea autem accepta noctu eduxisse populum ex Assyria, reduxisseque in Iudæam; ubi oblato sacrificio coram altari expirarit, ac tertio post die resuscitatus, quia de Messia nascituro ex Virgine manifestius vaticinabatur, lapidare eum volentis populi furorem eluserit, tantisper substituta pro se lapidea statua, donec prophetiam suam complesset; deinde mortem libens exceperit, ab iisdem Baruch & Abimelech prope Ierusalem tumulatus, unà cum lapide illo qui conversus in Statuam humana voce locutus fuerat. Hæc tamen in epitomen contracta placuit hic proponere, ut ipsa absurditate sua omnem quantumvis præoccupatum intellectum avertant à Thalmudicis circa vitas obitusque Prophetarum figmentis, etsi non semper æque absurdis, ad Historiam sacram locupletandam recipiendis; atque ita minus laborandum nobis sit, circa Eliam *prophetam, cujus honori nihil detractum volumus; nolumus tamen ex iis quæ simili fide narrantur de ipso vel nascente, vel inter mortales agente, aut in paradisum translato, & denique sub finem mundi comparituro, ad aliquid credendum affirmandumque compelli, quod in Scripturis sacris non invenimus expressum. Eodem fine etiam ad* XVII *Decembris notamus insulsissimam fabellam, de S. Daniele & sociis ex simili fonte sumptam.*

Δευτερίη νέκυς ΑΘΗΝΑΣΙΟΥ ἐσεκομίδη. Β'.
Corpus ATHANASII est illatum luce secundâ. VI Non.

Alexandria scilicet Constantinopolim: quomodo autem hinc Venetias sit translatum, exceptum, & miraculis glorificatum, declarant Acta ex monasterio S. Crucis in Iudaicâ, transcripta post Vitam, copiose ex operibus ipsiusmet collectam. In Appendice etiam ad tomum I *habetur Dissertatiuncula Paschasii Quesnel de ætate atque auctore Symboli Athanasiani,* Quicumque vult.

Σαυρῷ ΤΙΜΟΘΕΟΣ τριτάτη τανύδη ἅμα ΜΑΥ- Γ'.
PA.
TIMOTHEUM MAURAMQUE cruci lux tertia fixit. V Non.

Conjuges Martyres in Thebaide sub Diocletiano. Acta Græco-Latina damus.

Ἀμφὶ τετάρτη ΠΕΛΑΓΙΗ καύδη βοὶ χαλκῷ. Δ'.
Sub quartam in tauro PELAGIA flagrat aheno. IV Non.

Virgo Martyr Tarsi in Cilicia sub Diocletiano: etiam hodierno Romano inscribitur. Acta Græco-Latine exhibemus.

ΕΙΡΗΝΗ τμηθεῖσα ἀνέγγατο κὴ θάνε πέμπτη. Ε'.
Secta caput quintâ IRENE patitur moriturque. III Non.

Celeberrima Constantinopoli, quo corpus advectum Epheso, ubi sub Numeriano passa dicitur. Acta, in quibus Licinii Imperatoris filia fuisse dicitur, etsi Græca habuerimus, non tamen judicavimus inserenda huic Operi, adeo

fabuloſa videntur eſſe : quod neſcio quomodo aliis etiam quibuſdam inſignibus & in Occidente non minus quam Oriente cultiſſimis Virginibus ac Martyribus contigit: puta Barbaræ, Margaritæ ſeu Marinæ, & Catharinæ.

ς'. Ἕκτῃ ΙΩΒ ϖολύτλαν θανάτῳ τέλῳ ἀμφεκάλυψεν.
11 Non. Iob finem ſextâ vitæ invenit ærumnoſæ.

Colitur à Latinis x *hujus. Corpus, una cum lipſanis utriuſque Tobiæ & Saræ, Roma Ticinum creditur fuiſſe allatura; ante hos autem ſexaginta annos furto ſublatum. Optamus intelligere ubi nunc ſit, atque utinam iterum Ticini!*

ζ'. .... Μνήμη τοῦ ... ΣΤΑΥΡΟΥ, καὶ τῶν ἁγ. ΜΜ. ΑΚΑΚΙΟΥ καὶ ΚΟΔΡΑΤΟΥ.
Nonis. .... Memoria .... Crucis & SS. MM. Acacii & Codrati.

Prolixior titulus in Menæis ſic habet : Memoria in cælo apparentis ſigni venerandæ Crucis, hora tertia diei, ſub Conſtantio Imperatore, filio Magni Conſtantini, & Cyrillo Archiepiſcopo Hieroſolymorum. *Ad hujus autem Vitam* xviii *Martii, ex propria ipſius epiſtola, apparitio tota proponitur.*

S. Acacii Martyris Byzantini, *ſub Maximiano, Acta damus Græco-Latina : ſed die ſequenti, quando colitur à Latinis ſub nomine* Agathii.

S. Codrati Martyris Nicomedienſis, *ſub Decio & Valeriano paſſi, nomen hodierno Romano inſcribitur, ſed more Latino* Quadratus *ponitur : nobis potius viſum eſt, cum Synaxariis duobus Mss. antiquioribus, ipſum referre ad diem* ix. *Acta nulla haberi dolemus.*

η'. Ὀγδοάτῃ τελέσσι ῥοδισμὸν ΒΡΟΝΤΟΓΟΝΟΙΟ.
viii Id. Rore Tonitrugeni feſta eſt octava ſalubri.

Scilicet S. Joannis Euangeliſtæ, *quem* Boanarges, *id eſt* Filium Tonitrui *Chriſtus appellavit, ex cujus ſepulcro Epheſi manna ſcaturit. Colitur ipſe à Latinis die* xxvii *Decembris.*

θ'. ΗΣΑΙΑΣ δ' ὁράων μέλοντ' ἐνάτῃ χειρὶ ῥίζῃ.
vii Id. Esaias nonâ capitur, cui nota futura.

Colitur apud Latinos vi *Iulii.*

ΧΡΙΣΤΟΦΩΡΟΝ δ' ἐνάτῃ ὁ Σύγχρονος ἔκλανε χαλκός.
Christophorum nonâ mactavit ahenea veſtis.

Celeberrimus hic Martyr colitur à Latinis xxv *Iulii: cujus quam facile eſt probare cultum & giganteæ imaginis myſteria explicare; tam difficile erit ex fabuloſa ejus Legenda aliquid certæ veritatis elicere.*

ι'. Τῇ δεκάτῃ ΣΙΜΩΝΑ σαύρωσαν Ἀπόστολον ἐχθροί.
vi Id. Simonem decimâ Chriſti crucifigitis hoſtes.

Cognomento Zelotes, *colitur apud Latinos* xxviii *Octobris.*

ια'. ΜΩΚΙΟΣ ἑνδεκάτῃ κεφαλῷ τμήδῃ ἀγαθόφρων.
v Id. Mocius undecimâ ſapiens dat colla ſecuri.

Presbyter Martyr Byzantii ſub Diocletiano, Latinis eum xiii *hujus referentibus* Mucius. *Nos de eo agimus hodie, & Acta quædam ex Latinis Mss. damus, Græca nulla inveniri dolemus.*

ιβ'. Τῇ δύο καὶ δεκάτῃ ΕΠΙΦΑΝΙΟΝ ὁ μόρος ἔλε.
iv Id. Statæ lex mortis duodenâ Epiphanion aufert.

Epiſcopus hic Conſtantiæ in Cypro ſcriptis claruit, ex quibus aliiſque certiorem Vitæ hiſtoriam texui, quam quæ ante Opera paſſim extat fabuloſiſſime conſarcinata ſub nomine oculatorum teſtium Ioannis & Polybii.

Τῇ δεκάτῃ τρίτῃ τίς δάμασε ΓΛΥΚΑΙΡΙΗΝ; ιγ'.
Quis decimâ ternâ, Glycæria, te ſuperavit? iii Id.

Heracleæ in Thracia celeberrima Virgo & Martyr, inſcripta etiam Romano hodierno. Acta Græco-Latina damus.

Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ ΙΣΙΔΩΡΟΣ ἐλεύσεται. ιδ'.
Venit Isidorus decimâ quartâque colendus. ii Id.

Dux militum & Martyr ſub Decio, Acta Græco-Latina damus die ſequenti, licet hodierno Romano inſcriptus ſit v *Februarii.*

Πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ΠΑΧΩΜΙΟΝ ἔνθεν ἄειραν. ιε'.
Ad quintam decimam Pachomius hinc re- Idibus
vocatur.

Primus auctor vitæ cœnobiticæ, accepta ad id ab Angelo Regula, colitur à Latinis die præcedenti. Ejus & diſcipuli Theodori prolixiſſima Acta, à ſupparis ævi monacho ſcripta, damus Græco-Latina, nec non epiſtolam Ammonis Epiſcopi ad Theophilum Alexandrinum de iiſdem. Corpus ad Portum-Veneris in Liguriam tranſlatum dicitur, ſed tranſlationis iſtiuſmodi documenta necdum potuimus impetrare.

Τῇ δ' ἐξ δεκάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΣ ἀφοίσατο γαίης. ις'.
Tellurem decimâ ſextâ, Theodore, relinquis. xvii Kal.

Hunc S. Pachomii diſcipulum colunt Latini xxviii *Decembris : nobis conſultius viſum de ipſo ac magiſtro ſimul agere.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ δὲν' ΙΟΥΝΙΗ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ τε. ιζ'.
Junia poſt illam conjungitur Andronico. xvi Kal.

S. Paulus Cognatos & Concaptivos *ſuos appellat.*

.... Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΠΕΤΡΟΥ, ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, ΑΝΔΡΕΟΥ, ΠΑΥΛΟΥ, ΧΡΙΣΤΙΝΗΣ, ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ, ΠΑΥΛΙΝΟΥ καὶ ΒΕΝΕΔΙΜΟΥ. ιη'.
.... Sanctorum Martyrum, Petri, Dionysii, xiv Kal.
Andreæ, Pauli, Christinæ, Heraclii, Paulini & Benedimi.

Agimus nos de his xv *Maji, oſtendimuſque tres poſteriores quidem Athenis eſſe paſſos, priores Lampſaci in Helleſponto.*

Ἔννεα καὶ δεκάτῃ τάμε ΠΑΤΡΙΚΙΟΝ ξίφος ὀξύ. ιθ.
Patricium gladius decimâ nonâque peremit. xiii Kal.

Epiſcopus Pruſæ in Bithynia fuit. Acta Græco-Latina hic damus, licet alias etiam nominetur xxviii *hujus, & ſic in hodiernum Romanum tranſierit.*

Εἰκοστῇ ΘΑΛΙΛΑΙΟΣ ἑῷ κεφαλῷ ἀπεδμήτης. κ'.
Vicenâ, Thalilæe, tuum caput abſtulit enſis. xii Kal.

Martyr Edeſſæ in Syria, etiam hodierno Romano inſcriptus. Acta Græco Latina dabimus.

Σωύτανεν ἐκάδι πρώτῃ ΜΗΤΕΡΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ. κα'.
Mors Constantinum poſt hanc rapit atque Pa- xi Kal.
rentem.

Nos

Nos hac die de filio Imperatore agimus : mater Helena *ſuum ſeorſim cultum apud Latinos habet* XVIII *Auguſti, & corpus ejus adhuc Romæ haberi creditur in tumba porphyretica ad Aram cœli : econtra Gallia ipſum habere prætendit in monaſterio Altovillarienſi.*

ΚΒ′. Εἰκάδι δευτερίῃ ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ φάσγανον ἔλε.
XI Kal. Poſtera lux jugulum Sancti ſecuit BASILISCI.

Fuit hic Comanæ in Ponto celeberrimus Martyr ſub Maximiano : cujus Acta Euſignium auctorem, teſtem oculatum præferentia dedimus III *Martii, quando cum ſociis* Eutropio & Cleonico *ſolennius colitur, & optamus Græca eadem habuiſſe.*

ΚΓ′. Εἰκάδι ἥδε τρίτῃ ΜΙΧΑΗΛ νόες ἔνθεν ἄειραν.
X Kal. Vicenâ ternâ rapiunt Superi MICHAELEM.

Epiſcopus fuit Synadarum in Phrygia, Confeſſor ſub Iconomachis, etiam hodierno Romano inſcriptus : Acta non extant, fortaſſe nec extiterunt unquam.

ΚΔ′. Εἰκάδι ἥδε τεταρτῃ ὄρυς ΣΥΜΕΩΝ ἤμειψε.
IX Kal. Vicenâ quartâ SYMEON de monte migravit.

Stylites *etiam hic fuit, vulgo* Junior *&* de monte mirabili *cognominatus : cujus Vitam ex Græco dabimus, prolixe deſcriptam à Nicephoro Magiſtro Antiochia. Habemus etiam æque prolixam Vitam matris ejus* Marthę : *ſed quia hæc ſolennius colitur* V *Iulii, ipſam in illum diem differimus.*

ΚΕ′. Εἰκάδι τῷ ΠΡΟΔΡΟΜΟΙΟ ΚΑΡΗΝ εὖγεν καλὰ πέμπλων.
VIII Kal. BAPTISTÆ VULTUM vigeſima quinta revelat.

Tertia hæc eſt inventio, facta Comanæ in Cappadocia, unde ipſum dicitur allatum Conſtantinopolim, ſub Theodora Auguſta & Michaele ejus filio. Non eſt autem modica difficultas circa duplicis inventionis hiſtorias tales, ut vix poſſibile ſit utramque conciliare ; quemadmodum apparet ex Commentario Domini du Cange, utraque Acta referentis & examinantis, de quo mentionem ſupra feci XXIV *Februarii.*

Εἰκάδι ἕκτῃ ΚΑΡΠΟΣ ἀνέπλατο ἐκ βιότοιο. Κϛ′.
Vicenâ ſextâ volat hinc ad ſidera CARPUS. VII Kal.

Creditur fuiſſe unus ex LXXII ; *judicavimus autem diſtinguendum ab eo, qui* XIII *Aprilis in hodiernum Romanum tranſiit, ex Menæis aſſumptus.*

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ΕΛΛΑΔΙΟΝ ἔκλανε πυγμή. ΚΖ′.
HELLADIUM pugnis vigeſima ſeptima mactat. VI Kal.

Epiſcopus Martyr, hodierno Romano ad diem ſequentem inſertus eſt. Acta non videntur extitiſſe : quandoquidem ipſum Eccleſiæ, cui præfuit, nomen ignoretur. Vnde ergo celebritas ei hæc ? Suſpicor à corpore Conſtantinopolim ante tempus immemorabile tranſlato, cum iſta de mortis genere traditione.

... Τῷ ἁγίῳ Μάρτυρι ΕΥΤΥΧΟΥΣ, τῷ ἐν Μελιτίνῃ. ΚΗ′.
... Sancti Martyris EUTYCHETIS in Melitina. V Kal.

De hoc utinam plura extarent monumenta, quam Canon in quo dici videtur Apoſtolorum fuiſſe diſcipulus : alibi additur titulus Epiſcopi Melitines.

Εἰκάδι ἥδε ἐνάτῃ ΘΕΟΔΟΣΙΗΝ πόντος ἔμαρψε. Κϴ.
Vicenâ nonâ merſa eſt THEODOSIA ponto. IV Kal.

Eſt Cæſareæ paſſa, de qua egimus II *Aprilis, ubi ejuſdem miracula, Venetiis ad ipſius invocationem patrata, dedimus ex Mss.*

Θεῖον ΙΣΑΑΚΙΟΝ μόρος ἕλε ἑνὶ τριακοστῇ. Λ′.
Ultima divino ISACIO trigeſima lux eſt. III Kal.

Sanctus hic monachus, Valenti Ariano in faciem reſiſtens, exitium ei ſuum prædixit. Acta Græco-Latina dabimus ex Ms. Vaticano : alia item ex Lipomano, ſed quorum contextum Græcum ex Ms. Veneto adhuc deſideramus.

ΕΡΜΕΙΑΝ τριακοστὴ ἄορ κλῖνε ἑνὶ πρώτῃ. ΛΑ.
Suſtulit HERMIAM gladio trigeſima prima. II Kal.

Miles hic & Martyr Romano etiam Martyrologio inſcribitur : an ejus Acta aliqua extiterint nos latet.

MAIVS

MOSCORUM FIGURATUS.

I HIEREMIAS ✠ Propheta.

II *ATHANASIVS* ✠ Patriarcha Alexandrinus.

III *TIMOTHEVS, MAVRA* ✠ Conjuges Martyres.

OBITVS S. P. THEODOSII IN PETSERRA.

Ita ad verbum noſter Belga. R. P. Obilewicz interrogatus, reſpondit eſſe Theodoſium Kiovienſem, cujus virulentas contra Latinam fidem blaſphemias coram Izaſlao Ruſſiæ Principe penes ſe habeat in Ms. Codice, quo uſus olim Dux Oſtrogius ſchiſmaticus. *Difficile mihi eſt divinare, quem ille* Izaſlaum *intelligat : nam in Epitome Genealogica Ducum Moſcoviæ tres omnino* Iſoſlavos *invenio, quorum primus fuerit filius Wlodomiri, ſub quo fides Chriſtiana recepta apud Moſcos ; ſecundus ejuſdem Wlodomiri ex primogenito Iaroſlavo nepos item ſecundo genitus, ac denique prædicti Iaroſlavi ex primogenito ſuo Wlodemiro nepos rurſus ſecundo genitus, omnes Principes Ruſſiæ, Dux nemo, quorum ultimus vixerit circa annum* MCL. *Interim difficulter inducor ut credam ejuſmodi hominem, qualem indicat Obilewicz tam ſolennem cultum potuiſſe apud Moſcos obtinere ; & donec melius res examinata fuerit, opinabor potius diverſum eſſe ſcriptorem iſtius libri, à Sancto tam magnifice hic expreſſo. Qui feretro adſtat in habitu Metropolitico, veluti prætendens vaſculum Olei ſacri, unde accipit Chriſma adſiſtens Hegumenus, ſumi poteſt pro totius Ruſſiæ Metropolita Kiovienſi Epiſcopo ; qui autem monaſterium prætorlabitur fluvius, ſiquidem id ipſum circa Kioviam eſt, erit Boryſthenes. Plura à Ruthenis ipſis doceri petimus.*

PELAGIA ✠ Virgo Martyr. IV

IRENE ✠ Virgo Martyr. V

IOB ✠ Patiens. VI
ANDRONICVS, ATHANASIA † Conjuges.

Coluntur ſolennius à Græcis IX *Octobris, quando etiam Romano hodierno inſcribuntur & à nobis dabuntur Acta*

Græca, ſub nomine Abbatis Danielis reperta, quæ ſine auctoris nomine extant apud Lipomanum & Surium: nec non prolixius eorumdem encomium Græco-Latinum.

VII *MEMORIA CRVCIS APPARENTIS TEMPORE CONSTANTII IMP.* †

Tabella noſtra nil tale repræſentat, quale tunc in Golgotha accidit: ſed aliam prorſus apparitionem factam Magno Conſtantino, cum addito ἐν τῶτο νίκα, In hoc vince: *ubi in receſſu notatur Chriſtus Imperatori dormienti apparens: qui idem Imperator exhibetur ſuper oblato ſibi viſo conſultans, ac denique hoſtem in fluminis tranſitu fundens, quo victoria de Maxentio ad Tiberim & Pontem Milvium, in conſpectu urbis Romanæ, repræſentatur. Quin etiam prototypon Moſcoviticum, eumdem Imperatorem (neſcio quo conſilio) bis cum pari paucorum equitum comitatu pingit, licet eis fluvium non niſi unica hoſtilis turba ſpectetur, effuſo curſu fugam præcipitans. Poſſevinus hic ponit nomen* S. Mart. Acacii, *qui hodie etiam in Menæis notatur.*

VIII *IOANNES* ✠ Euangeliſta.
ARSENIVS † Magnus

Honorii & Arcadii præceptor atque inde monachus, in Vitis Patrum notißimus, cujus tamen propria quædam Acta Græce antiquitus collecta habemus. Colitur à Latinis XIX *Iulii.*

IX *IS IIAS* ✠ Propheta.
C *RISTOPHORVS* ✠ Martyr.
N. *COLAVS* Epiſcopus

An C/ iſtantinopolitanus relatus à multis XV *aut* XVI *hujus? an potius indigenarum quiſpiam? Examinent Rutheni, meque doceant, ſi poſſunt.*

X *SIMON ZELOTES* ✠ Apoſtolus.

XI *MOCIVS* ✠ Presbyter Conſtantinopolit.

Poſſevino notatur pro hoc die Converſio Conſtantinopolis. *Neſcio quid interpres ejus legerit vel legere ſe putarit in Kalendario Ruthenico, quod Latine reddidit: Græcos ſcio ſolenniſſimo hodie feſto celebrare* Natalem *ſuæ* à Deo cuſtoditæ atque urbium Reginæ civitatis, peculiariter commendatæ Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ Deiparæ, atque ab eadem perpetuo conſervatæ. *Canon autem* S. Mocii *ſic ordinatur, ut, quemadmodum ante ſimilares de illo Verſiculos tres, unus præmittitur de Vrbis dedicatione, ſic & initio cujuſque odes quatuor ſtrophas continente, prima ſit de Vrbe, ultima de Deipara: quibus hoc diſticho interluditur.*

Γενεθλίων ζῶν δεῖ με τιμᾶν ἡμέραν,
Ἐν σοὶ, πόλις, τυχόντα τῷ γενεθλίων.
Tuum decet me colere natalem, Urbs ſacra,
Nativitatis in te ſortitum diem.

XII *EPIPHANIVS* ✠ Epiſc. in Cypro.
GERMANVS † Patriarcha Conſtantinopol.

Inſeritur hodierno Romano. Vitæ aliquando ſcriptæ nec mentionem quidem invenimus uſpiam; reperimus autem Vitam alterius S. Germani Hegumeni monaſterii Coſinitres, *ſed ſine mutilam; unde nec divinare quidem valentes ad quem diem eſſet is referendus, iſtius primi ac potioris Germani Actis à nobis collectis, ſubjunximus etiam iſtam Vitam, ulterioris inſtructionis petendæ cauſa.*

XIII *GLYCERIA* ✠ Virgo Martyr.

XIV *ISIDORVS* ✠ Dux & Martyr.
ISIDORVS propter Chriſtum ſtultus.

Ita hunc Sanctum à gentilibus ſuis Moſcovitis ſolitum appellari, indicat Ohilewicz: de Vita & cultu plura ſcire cuperem.

PACHOMIVS ✠ Auctor Cœnobitarum. XV
ISAIAS Epiſc. Roſtovienſis.

Teſte Ohilewicz, de quo plura doceri peto, æque ac de S. Joanne Roſtovienſi, *quem poſt famoſos Sanctos antiquos Martyres, in Nobilis Rutheni habitu expreſſum, habet Triptychon iſtius gentis, de quo infra.*

THEODORVS ✠ S. Pachomii diſcipulus. XVI

ANDRONICVS ✠ Cognatus S. Pauli Apoſt. XVII

THEODOTVS ✠ Epiſcopus Martyr. XVIII

Hunc, non ut Epiſcopum, ſed ut militum Ducem hic expreſſerat ſculptor Moſcus, quod curavimus corrigendum in tabula noſtra. Acta damus auctore Nilo, teſte oculato.

PATRICIVS ✠ Epiſcopus Martyr. XIX

THALILÆVS ✠ Martyr. XX
INVENTIO RELIQVIARVM ALEXII METROPOLITÆ KIOVIENSIS.

Natalis ejuſdem eſt XII *Februarii, ubi pluribus de eo: hic noto ſolenne Moſcis hoc feſtum videri, quod tam ampla ornatur tabella: proinde operæ pretium foret plura de iſta Inventione diſcere, nec non quis ille Sanctus Epiſcopus ad loculi caput, quis item Dux circa pedes admirabundus.*

CONSTANTINVS, HELENA ✠ Imperatores. XXI

BASILISCVS ✠ Martyr. *Poſſevino minus recte* Baſilides. XXII

MICHAEL ✠ Epiſcopus. XXIII
INVENTIO RELIQVIARVM LEONTII EPISCOPI ROSTOVIEN IS.

Invenimus hunc Sanctum primo fere loco unius ex Triptychis Ruthenicis; unde, & ex præſentis imaginis amplitudine, accendimur majori deſiderio plura ſciendi, tam de vita quam de ipſa corporis elevatione, ac præſenti uſque hodie cultu, nec non aſſiſtentium hinc Ducis inde ſancti Epiſcopi nomina.

SIMEON, ✠ *NICETAS,* Stylitæ. XXIV

De priori jam egimus: an alter ſit hujus ſocius aut diſcipulus fuerit fortaßis ex Vita apparebit, cum ea reddita Latine fuerit: nec enim modo vocat prolixißimam hiſtoriam hac de cauſa pervolvere. Si nuſpiam ejus nomen ibi appareat, dabitur locus ſuſpicandi eſſe aliquem Indigenarum. Nam & ad Ruthenos tranſiiſſe Stylitarum inſtitutum atque etiamnum apud eos vigere, conſtat ex Rerum Moſcoviticarū Commentario Sigiſmundi liberi Baronis in Herberſtein &c. de mandato Ferdinandi Principis & Infantis Hiſpaniarum, Auguſtæ degentis, ſub annum MDXXVI *conſcripto: ubi ſub titulo* Religio, *dicitur quod* ſunt plures qui ex monaſteriis in eremum ſe conferunt, ibique tuguriola faciunt, quæ aut ſoli aut cum ſociis incolunt: victum ex terra & arboribus quærunt, nimirum radices & fructus. Hi autem STOLPNIKI appellantur: STOLP etenim Columna dicitur: domunculas autem anguſtas & in altum erectas columnis ſuſtinent. *Vide quæ multa de hujuſmodi columnis dicuntur à nobis* V *Ianuarii ad Vitam S. Simeonis, primi Stylitarum apud Antiochiam. Hic vero ex eodem Herberſteinio diſce,* monachos Ruthenos, *nedum eremitas ex eis profectos,* habere ſeveriſſimas leges ac regulas, nec audere uti ullo genere ſolatii: adeo ut ſeveriſſime puniatur,

apud

apud quem cithara inventa fuerit aut aliud muſices inſtrumentum. *Quid quod inter illos vigeat Apoſtolicus ad gentilium converſionem zelus, quo carent Schiſmatici Graci? ſic enim de iis idem Herberſtenius:* Monachi Eremitæ bonam jam olim idololatrarum partem, diu multumque apud illos verbum Dei ſeminantes, ad fidem Chriſti pertraxerunt. Proficiſcuntur etiamnum ad varias regiones, Septentrionem verſus & Orientem ſitas, quo non niſi maximis laboribus, fame, ac vitæ periculo perveniunt, neque inde aliquid commodi ſperant aut petunt, quin hoc unicum ſpectant, ut rem gratam Deo facere & animas multorum devio errore abductas (morte aliquando doctrinam Chriſti confirmantes) in viam rectam revocare ac eos Chriſto lucrifacere queant. *Similia de eorumdem ſevera diſciplina ſolidaque virtute, lege ſis in relatione Ioannis Fabri ſcripta anno* MDXXV. *Neque hæc credo ſuſpecta habuiſſet Poſſevinus, niſi occupatus fuiſſet præjudicio, quo exiſtimabat a ſchiſmaticis converſos fuiſſe Moſcos, & hactenus numquam ſincere Catholicos. Secluſa ergo ab ejus gentis monachis & eremitis ſchiſmatis, ſaltem ad peccatum imputabilis, labe, quid prohibet quo minus inter eos credatur, & jam olim fuiſſe multa, & hodiedum ſupereſſe aliqua vera ſanctitatis, aris & templis ac publico populorum cultu digna, diviniſque etiam miraculis teſtata?*

XXV *MEMORIA TERTIÆ INVENTIONIS CAPITIS IOANNIS PRODROMI.* ✠

Tabella hæc, uti fere eſt eadem cum illa quæ ponitur XXIV *Februarii: ita potius eamdem inventionem juxta Edeſſam, quam ultimam videtur repræſentare, una cum Marcello monaſterii Præpoſito & Monacho ejus Iſacio, per quos ea facta eſt.*

CARPVS ✠ Epiſcopus. XXVI

THERAPON † Epiſcopus & Martyr. XXVII

Videntur aliqua ejus Acta extitiſſe Sardibus, ubi Eccleſiam rexit: nulla tamen adhuc invenimus: reperimus autem miracula cujuſdam Therapontis Martyris in Cypro, *qui* XIV *Maji colitur: ſed quæ de ea plura optari poſſent adhuc deſideramus.*

NICETAS † Epiſcopus Chalcedonis. XXVIII

Deeſt in Menæis, ſed in Typico adſcribitur ei hujus diei Officium, unde intelligitur non admodum eſſe antiquum, eoque magis deſideratur Vita, ſi qua unquam eſt ſcripta.

IGNATIVS Epiſcopus.

Nullus nobis hoc die notus apud Græcos, qui id nominis ferat, neque inter Indigenas reperit quemquam R.P. *Obilewicz quem ſuggereret. Diſcrimen nationis indicaret nudum vel tectum caput, ſi in tanta prototypi ruditate diſcerni quidquam ejuſmodi poſſet, quemadmodum diſcernitur in accuratius pictis Triptychis, ubi videbis velato capite expreſſos Antiſtites Ruthenos.*

THEODOSIA ✠ Virgo Martyr. XXIX

ISACIVS ✠ Monachus. XXX

HERMIAS ✠ Martyr. XXXI

Poſſevino hic notatur nomen S. Apoſtoli Jeremiæ: *& vero* Jeremiæ *nomen potius quam* Hermiæ *prototypon noſtrum exprimit.*

IVNIVS

GRÆCORUM METRICUS.

A′. Kalend. Πρώτη Ἰουνίου ἑλλεβορίζει ΙΟΥΣΤΙΝΟΝ.
JUSTINUM helleboro Junî occidere Kalendæ.

Colitur Juſtinus Philoſophus *in Latinis Martyrologiis* XIII *Aprilis, etſi quo die obierit ignoretur: unde data occaſio ipſum ejuſque acta confundendi cum alio* Juſtino, *cujus cum ſociis Romæ paſſi memoria hoc die à Græcis inſtauratur, Officio & Canone proprio.*

B′. VI Non. Δευτερίῃ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ εὑρ᾽ Ἐδὲμ εὔφαλο μοίρῳ.
Sortem dein reperit NICEPHORUS in Paradiſo.

Patriarcha Conſtantinopolitanus hic fuit, & potiſſimum colitur XIII *Martii, quo die corpus in exilio mortui relatum in urbem eſt.*

Γ′. III Non. Τῇ δὲ τρίτῃ ΛΟΥΚΙΛΙΑΝΟΣ ϛαυρῷ τελάνυσο.
In cruce ſuſpendit lux tertia LUCILIANUM.

Relatus eſt in hodiernum Romanum cum quatuor pueris, ſimul paſſis Byzantii, ipſe Presbyter. Encomium ejus aliquod ſcripſit Photius Sceuophylax SS. Apoſtolorum & Logotheta, quod vidit Allatius, & nobis adhuc deeſſe querimur.

Δ′. II Non. ΜΗΤΡΟΦΑΝΗΣ δὲ τελάρτῃ ἕδυ χθόνα βωτιανείραν.
METROPHANES quartâ ſub terram conditur almam.

Etiam hic Romano hodierno inſcribitur, Conſtantinopolitanus Epiſcopus; cujus & ſucceſſoris S. Alexandri Acta habentur permixta Actis Conſtantini Magni, dandis XXI *Maji, niſi jam pridem apud Lipomanum & apud Surium* X *Iulii extaret eorumdem compendium, ſub hoc titulo,* Oratio hiſtorica de iis quę Nicæę geſta ſunt à Synodo propter Arii depoſitionem. *Hujus autem Orationis exigua fides vel inde apparet, quod cum conſtet ante Synodum obiiſſe Metrophanem, ad hunc tamen viſendum adducat Conſtantinopolim Epiſcopos à Synodo illa revertentes. Sane perquam imperite tota videtur conſuta ex Socrate aliiſque, & interpolata fabulis quibuſdam vulgari traditione adjectis.*

Ε′. Nonis. Πέμπτῃ ΔΩΡΟΘΕΟΙΟ δέμας πλήγαισι δαμάδῃ.
DOROTHEI quintâ ſubiguntur membra flagellis.

Docebimus ſuo tempore hunc Epiſcopum Tyri ab Antiocheno Presbytero diſtinguendum eſſe, nec non ab auctore puerilis rhapſodiæ de Vitis Prophetarum: & Diſcipulorum Domini. Fuit & alius Dorotheus Iunior in Chiliocomo, *cujus Vitam, Allatio teſte, ſcripſit Ioannes Metropolita Euchaitarum. Nos nec diem quidem ſcimus, eoq; magis ipſam cupimus nanciſci. Nec vero mirum ſi nullis Græcorum Faſtis hunc adſcriptum adhuc invenimus; quando nec celebris quidem* Abbatis Dorothei, *cujus præclaras Inſtitutiones Corderius noſter reddidit Latine; nec ſanctiſſimi diſcipuli ejus* Doſithei *nomina in iiſdem faſtis inventa ſunt hactenus.*

Βῇ δὲ ἐν Ὀλύμπου ΙΑΑΡΙΩΝΟΣ κέαρ ἄγνον ἐν ϛ′.
ἕκτῃ.

VIII Id. Cor mundum ſextâ petit HILARIONIS Olympum.

In monaſterio Dalmatarum Confeſſor ſub Iconomachis, Junior dictus cum reſpectu ad Magnum Hilarionem. Vita hactenus nulla nobis reperta eſt.

Ζ'. Ἑβδομάτῃ ΘΕΟΔΟΤΟΣ ἐὸν τμήθη ἀπολαμόν.
VII Id. THEODOTO jugulum ſecuit lux ſeptima Sancto.

De hoc agimus XVIII *Maji, quando Acta damus.*

Η'. Ὄλβιον ὀγδοάτῃ ΘΕΟΔΩΡΟΥ Ϛῶμα κομείδω.
VI Id. Lux octava ſacrum ferat huc corpus THEODORI.

Hic eſt Megalomartyr: cujus deinde corpus Conſtantinopoli Venetias tranſlatum eſt. Colitur primarie VIII *Februarii.*

Θ'. . . . Τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΚΥΡΙΛΛΟΥ Πάπα Ἀλεξανδρείας.
V Id. . . . S.P.N. CYRILLI Papæ Alexandrini.

Habentur ejus Opera ſeptem tomis diſtincta: Vitam, quod mireris, ſcribere nemo curavit. Dicitur autem Papa, *titulo Alexandrinis Patriarchis ſaltem poſteriorum ſeculorum cum Romanis Pontificibus communi, cujus uſus initium Eutychius, & ipſe Hieroſolymitanus Patriarcha ſeculo* X, *refert ad tempora Heraclæ, poſt S. Marcum duodecimi, ſeptimi vero ante S. Athanaſium. De quo quidquid ſit, conſtat paſſim Epiſcopos alios in Occidente æque ac Oriente Papas eſſe appellatos per ſecula aliquot, donec ad Romanum & Alexandrinum Patriarchas vox ea fuit paulatim reſtricta.*

Ι'. . . . . Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ καὶ ΑΝΤΩΝΙΝΑΣ.
IV Id. . . . . SS. Martyrum ALEXANDRI & ANTONINÆ.

Celebrem hoc die cultum Conſtantinopoli habent, propter tranſlatas illuc eorum Reliquias: in Actis vero, quæ damus etiam Græce, dicuntur paſſi V Nonas Maji, *& ideo ad diem talis menſis tertium inſcripti ſunt hodierno Romano, quod ſequimur.*

ΙΑ'. Ἐνδεκάτῃ ϛαύρωσαν ἔμφρονα ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΝ.
III Id. Undecima ſapiens crucifigere BARTHOLOMÆE.

Colitur Apoſtolus Romæ, quo corpus allatum ad inſulam Tiberinam XXV *Auguſti, alibi per Occidentales Latinorum Eccleſias* XXIV *ejuſdem. Ad quam diem agemus de prima corporis ex Oriente tranſlatione in urbem Beneventanam, & tractabimus etiam quæſtionem diſputantium an ipſe ſit* Nathanaël *in Euangelio nominatus, à patre vero cognominatus* Bar, *id eſt,* Filius Ptolomæi. *Videri interim poteſt Gavantus in Appendice ad Ritus Miſſalis Romani.*

ΙΒ'. Δωδεκάτῃ ἀχίτωνα ΟΝΟΥΦΡΙΟΝ ἐκ βίϐ ἦραν.
II Id. Bis ſexta inveſtem dat ONUPHRION hinc remigrare.

Hujus in Ægypto Anachoretæ Acta jam olim Latine reddita habentur: nomen autem in hodierno Romano. Acta illa ſcripſit Paphnutius, à quo in eremo interiori inventus hic Sanctus fuit: quæ & Græce proferemus.

ΙΓ'. Τῇ δὲ τρίτῃ δεκάτῃ λαμὸν τμήθη ΑΚΥΛΙΝΑ.
Idib. Tertia poſt decimam jugulum ſcindit AQUILINÆ.

Martyr hæc ſub Diocletiano Bibli in Paleſtina eſt paſſa. Acta habes apud Lipomanum & Surium. Nos etiam Græca dabimus.

ΙΔ'. Πότμῳ ΕΛΙΣΣΑΙΟΣ δεκάτῃ λάχεν ἠδὲ τετάρτῃ.
XVIII Kal. Condit ELISÆUM decima atq; quaterna ſepulcro.

Propheta hic magnus, Eliæ diſcipulus etiam antiquitus à Latinis colebatur hoc die. De corpore Alexandriam tranſlato agit Theophanes ad annum Leonis Imp. VII.

Πέμπῃ ἐκ βιότοιο ΑΜΩΣ δεκάτῃ τ' ἀποέπῃ. ΙΕ'.
Ex vita migravit AMOS quintâ decimâque. XVII Kal.

Colunt eum Latini XXXI *Martii.*

Ἕκτῃ ϗ δεκάτῃ κατερύκαχε γαῖα ΤΥΧΩΝΑ. Ις'.
Sub decimam ſextam ſuſcepit terra TYCHONEM. XVI Kal.

Amethuntis in Cypro Epiſcopus, etiam Romano hodierno inſcriptus, ſed cujus nulladum extat Vita.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ἴδε τρεῖς ἀνέρας ἀθλεύοντας. ΙΖ'.
Poſt decimam ternas conſpexit ſeptima luctas. XV Kal.

MANUEL, SABEL, ISMAEL *Perſæ, ſub Iuliano Apoſtata, paſſi Chalcedone, inſcribuntur etiam Romano hodierno. Acta Latina extant, Græca dabimus.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πλήγαισι ΛΕΟΝΤΙΟΣ ἐκῶνϛ. ΙΗ'.
Succumbis plagis decimâ octavâque, LEONTI. XIV Kal.

Martyr Tripoli in Phœnicia, cujus Acta Græce habentur deſcripta per Cyrum Commentarienſem, id eſt, Carceris cuſtodem; & nomen in hodierno Romano.

Ἔννεα ϗ δεκάτῃ θνήσκϛ βελέεσσιν ΙΟΥΔΑΣ. ΙΘ'.
Mors decimâ nonâ jaculis infertur JUDÆ. XIII Kal.

Colitur à Latinis cum ſuo Coapoſtolo Simone XXVIII *Octobris.*

Εἰκάδι Ἀρχιδύτης ΜΕΘΟΔΙΟΣ ϕαῶϊ μήθη. Κ'.
METHODIO collum decimâ bis luce ſecatur. XII Kal.

Epiſcopus Petrarum hic fuit, ſcriptis clarus. Vita ejus deſideratur.

Σάκκῳ ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ βύθον ἅσεδυ εἰκάδι πρώτῃ. ΚΑ'.
Vicenâ ac prima, mare, ſuſcipe JULIANUM. XI Kal.

Cilix Martyr, idem qui à Græcis etiam colitur XVI *Martii, & ſic invenitur in hodierno Romano: ſed Acta Paſſionis requiruntur.*

Εἰκάδι δευτερίῃ κεφαλὼ θλάσαν ΕΥΣΕΒΙΟΙΟ. ΚΒ.
Et caput EUSEBII fregit vicena ſecunda. X Kal.

Epiſcopus Samoſatenus, etiam in hodierno Romano notus, de cujus Actis deficientibus eadem nobis, quæ de aliis pluribus, querela.

Εἰκάδι δεινομόθῃ τριτάτῃ θάνεν ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. ΚΓ'.
Vicenâ & ternâ percuſſa obit AGRIPPINA. IX Kal.

Martyr Romana, etiam in hodierno Romano. Aſt in Sicilia, quo tranſlatum corpus, colitur XXIV *Maji.*

ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ ἀμφὶ τετάρτῃ εἰκάδι γείνατο μήτηρ. ΚΔ'.
Natalis PRODROMO vigeſima quartaque lux eſt. VIII Kal.

Huic feſto miramur à Græcis ſequenti die non ſubjungi, pro more feſtivitatum aliarum, memoriam SS. Zachariæ & Eliſabeth, *parentum Baptiſtæ. Utrumque Latini colunt* V *Novembris: Græci ſolum patrem, idque* V *Septembris.*

Δῶκε ΦΕΒΡΩΝΙΑ αὐχενα εἰκάδι πέμπῃ. ΚΕ'.
Vicenâ quintâ tendit FEBRONIA collum. VII Kal.

Martyr in Syria, Romano hodierno etiam inſcripta, cujus Acta antiquitus habentur Latine, qualia deſcripſit ſocia Thomais, & nos Græce habemus, nec non alia quæ ſub nomine Metaphraſtis Latine edidit Lipomanus. Sunt & alia Latina apud Mombritium, quæ Græca ſe vidiſſe ſcribit Allatius pag. 120: *nobis nondum ea ſic videre contigit.*

Εἰκάδι

Κϛ'. Εἰκάδι ἐξεπέρησε πύλας ΔΑΒΙΔ βίῳ ἕλλη.
VI Kal. Vicenâ ſextâque DAVID vitæ oſtia tranſit.

Fuit hic Theſſalonicenſis Anachoreta, tugurium habens in plantario amygdalino. Optandum eſt ut Vita extet.

ΚΖ'. Ξενοδόχῳ δὲ ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἔβαλε ΣΑΜΨΩΝ.
V Kal. Xenodochum SAMPSON vigeſima ſeptima tollit.

Floruit Conſtantinopoli, tempore S. Menæ Patriarchæ & Iuſtiniani Imperatoris: & Acta Latine extant, Græca habemus.

ΚΗ'. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΚΥΡΟΣ φάνη ἅδε ΟΜΟΑΘΛΟΣ.
IV Kal. Vicenâ octavâ CYRUS Sociuſque coruſcant.

Scilicet Joannes: *utriuſque autem corpora, ſub Arcadio Imperatore & Theophilo Patriarcha Alexandrino reperta, huic ſecundo feſto dederunt occaſionem: nam primum ut diximus, celebratur* XXXI *Ianuarii.*

ΚΘ'. ΤΛῆ ἐνάτῃ ϛαυρὸν ΠΕΤΡΟΣ εἰκάδι, ἄορ ὁ ΠΑΥΛΟΣ.
III Kal. Vicenâ nonâ PETRUS in cruce, PAULUS ab enſe.

Paſſos eſſe Sanctos Apoſtolos Romæ Coſſ. Nerva & Veſtino, *Neronis anno* XI, *vulgaris æræ* LXV, *poſt verum Chriſti Natalem* LXX, *demonſtravit Henſchenius ſtrictim in Exercitatione 4 ad Veteres Catalogos antiquiorum Pontificum: plenam totius vitæ eorum chronotaxin daturus ad hunc diem.*

Λ'. ΔΩΔΕΚΑ κύκλέας ΜΥΣΤΑΣ τριακόση ἀγείρει.
II Kal. BISSENOS feſte celebrat trigeſima MYSTAS,

Videlicet, Apoſtolos; *idque ex prænotato Græcorum ritu, majores quaſque ſolennitates veluti geminare conſuetorum, cultu perſonarum propius ad ipſas ſpectantium, ſicuti ad* SS. Petrum & Paulum, *veluti ad ſuos Principes, pertinere videntur* Apoſtoli *ceteri. Eſt autem dignum obſervatu, quod Græci in ſua Paracletica habeant octo Canones* de Apoſtolis, *ſecundum ſuos octo Eccleſiaſticos tonos, qui Canones in orbem recurrunt cantandi ſingulis Feriis quintis poſt Pſalmos Matutinos, una cum Canonibus* de S. Nicolao; *ſicuti Dominicâ alii* de Trinitate & Deiparâ, *Feria* II Compunctorius *unus, alter* de Incorporeis, *id eſt Angelis; Feria* III Compunctorius *unus, alter* de Prodromo *Ioanne; Feria* IV, de Cruce & Deipara; *Feria* VI, *iterum* de Cruce & Deipara; *Sabbato denique* de Sanctis *& pro* Defunctis *cantantur. Eſt autem* Paracletica *(ut hoc quoque obiter dicam) liber integer inter Græcorum Rituales, continens quotidiani Officii partem eam, quæ brevibus noſtris ad Veſperas ac Laudes Commemorationibus reſpondet, per ſeptem dies hebdomadis diviſam, idque octies ſecundum octo tonos modulationis Eccleſiaſticæ, ut tonorum & Canonum ſingulis tonis aptatorum diverſitas avertat faſtidium, quod ejuſdem toni hymnique repetitio ſingulis Feriis facienda cauſaret. Quo in genere copioſiſſimi Græci ſunt & in partibus aliis quoque divini Officii, quod inſuper prolixiſſimum habent: unde fit ut multis & magnis opus habeant voluminibus ad complendum totum illius curſum, numeris omnibus abſolutum; qualia Venetiis impreſſa habentur ſub finem ſeculi præcedentis, ſana omnia, ſi* Triodium *excipias (Latini* proprium de tempore *dicerent) cui multum ſchiſmatici fermenti admixtum eſſe à Nicephoro Calliſto Xantopulo, qui ipſum ordinavit, merito queritur Allatius, doletque ipſum ſic inquinatum permitti Græcis unitis legendum, non ſine frequenti eorumdem ſcandalo.*

IVNIVS
MOSCORUM FIGURATUS.

I *IVSTINVS* ✠ Martyr.
DIONYSIVS Monachus.

Quis aut cujas incompertum mihi eſt: propendeo igitur ut aliquem Indigenarum eſſe credam, & certius aliquid à Ruthenis ipſis doceri cupio.

II *NICEPHORVS* ✠ Patriarcha Conſtantinopol.
IOANNES Martyr, *ut videtur,*

Æque ac prior Dionyſius ignotus mihi: & tamen veſtitus forma non præfert Indigenam, ſed ex veteribus & apud Græcos cultis aliquem.

III *LVCILLIANVS* ✠ Presbyter.
PAVLA † Virgo.

His junguntur quatuor pueri, in martyrio ſocii, Claudius, Hypatius, Paulus, Dionyſius, *pariter in tabella expreſſi.*

IV *METROPHANES* ✠ Epiſcopus Conſtantinop.

V *DOROTHEVS* ✠ Epiſcopus Martyr.

VI *MARTIANVS* † Martyr in Ægypto,

Refertur in Menæis præcedenti die, nos ejus brevia Acta Græca habemus.

HILARION ✠ Junior Confeſſor.
BESARION † Thaumaturgus.

Ita hoc die appellat eum Typicon Græcorum, interim de eo nihil hodie in Menæis; ſed XX *Februarii &* XVII *Iunii nec non* XXIX *Novembris, quæ omnia loca an de uno eodemq; ſint, poterimus menſe Iunio quærere, & ſupplere defectum qui Februario obrepſit, ubi de Ægyptio hujus nominis Anachoreta, prolixe in Menæis laudato, nec inter prætermiſſos quidem facta eſt mentio. Poſſevino* Vicarius *male hic obtruſus eſt.*

THEODOTVS ✠ Martyr. VII

THEODORVS ✠ Megalomartyr. VIII

CYRILLVS ALEX. ✠ Patriarcha. IX
CYRILLVS Monachus.

Quis vel cujas ignoro: indigenam ſuſpicor & opto doceri.

ANTONINA, ALEXANDER ✠ Martyres

Ad ſequentem diem relati in Metrico; hîc errore ſculptoris, credo, ponuntur, non rectè tabellas partiti.

TIMOTHEVS † Epiſcopus Martyr. X

Pruſa in Bithynia ſub Iuliano, cujus utinam Acta extarent.

BARTHOLOMÆVS, ✠ *BARNABAS* † Apoſtoli. XI

Quorum poſterior etiam hodie à Latinis colitur: cur autem, præter morem aliorum Apoſtolorum cum Pallio Epiſcopali pingantur, non divino. Quod hic Poſſevinus habet S. Mart. Volphronii *nomen, neſcio unde vel quo errore obrepſerit.*

ONV-

XII *ONVPHRIVS* ✠ Anachoreta.

Non valde abludit hic expreſſa imago ab ejus Vita inter Vitas Patrum, ubi dicitur Tanta *ejus fuiſſe* capillorum prolixitas, ut corpus illius ipſorum diffuſione tegeretur; *quodque* pro veſtimento foliis herbiſque utebatur, quibus ſubtetiora renum tantummodo cingebat.

PETRVS † Athonites Anachoreta.

Talis in Typico Græcorum indicatur hodie ſimul cum Onuphrio, & ſimiliter nudum oſtendit Encomium, quod nobis ex Græco-Latinum fecit Franciſcus Combefiſius; cujus utinam ſanctior auctor eſſet quam fuit Gregorius Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis! Vtinam ſupereſſet etiam Vita illa antiqua & ſuccincta, quam ex majorum traditione ſcriptam exornavit ſtylo diffuſiore Gregorius! Ceterum nihil habet hæc laudatio quod carpas, proinde opto ut etiã Græcus contextus mihi mittatur, vel ut Combefiſii ſocius & ſucceſſor digniſſimus R.P. Iacobus Quetif, hanc gratiam præoccupet prius ipſam vulgando. Dolendum interim quod quo tempore vixerit nullo deprehendi indicio poſſit, nec exprimatur Romani Pontificis nomen à quo monaſticum ſuſcepiſſe habitum Petrus *dicitur, & Roma in Aſiam navigans tranſita Creta coactus ſubſiſtere ad montem Atho, ſanctum vulgo cognominatum. Sunt ibi adhuc plurima monaſteria, & in eorum aliquo forſitan adhuc corpus religioſe habetur, electo ad cultum propter vitæ ſimilitudinem die* S. Onuphrii. *Quoniam autem ex monachis, ad ſex fere millia eo in monte degentibus, accipiuntur fere omnes pro toto Patriarchatu Conſtantinopolitano Epiſcopi, conſequens videtur quod ibidem adhuc ſuperſit aliquis litterarum cultus: & fortaſis etiam reperiri poſſent plurium Sanctorum prolixiora Acta, quæ ſolum epitomata, aut etiam nominum tenus dumtaxat indicata, habentur in Menæis ac Synaxariis, quorum vellem aliquis nobis copiam faceret, aditum illuc & deſcribendi facultatem nactus.*

XIII *AQVILINA* ✠ Virgo Martyr.
TRIPHYLLIVS † Epiſcopus.

Leucoſiæ in Cypro, etiam hodierno Romano additur: Vita deſideratur, ſi fuit ſcripta.

XIV *ELISÆVS* ✠ Propheta.
METHODIVS PATRIARCHA † Conſtantinopol.

Meritiſſime inſeritur hodierno Romano, ut qui cum S. Theodora Imperatrice, mortuo Theophilo Iconomacho ejus viro, orthodoxiam inſtauravit. Vitam ejus aliquam Græcam habemus.

XV *AMOS* ✠ Propheta.

XVI *TYCHON* ✠ Epiſcopus in Cypro.

XVII *MANVEL, SABEL, ISMAEL* ✠ Martyres.

LEONTIVS ✠ Martyr. XVIII

IVDAS ✠ Apoſtolus, XIX

Cui cur hic Epiſcopale Pallium addatur, & quid ſibi velit additum cognomentum Gambratii, *conjectura nulla aſſequor.*

METHODIVS ✠ Epiſcopus Martyr. XX

Pro hoc Poſſevinus, haud dubium quin vitioſe, nomen habet S. Mart. Maphædii: *quia ſcilicet* φ *pro* θ, *ut pronuntiant ita etiam ſæpe ſcribunt Moſci.*

IVLIANVS ✠ Martyr. XXI

EVSEBIVS ✠ Epiſcopus Martyr. XXII

AGRIPPINA ✠ Martyr. XXIII
ARISTICLIANVS † Presbyter.

In Menais Ariſtocles, *cum* Demetrio Diacono & Athanaſio Lectore, *ſolo nomine tenus nobis notus, plus aliquid optantibus.*

NATIVITAS ... IOANNIS .... ✠ XXIV
ELISABETH, ZACHARIAS parentes.

Spectabilis in hac tabula eſt modus collocandi puerperam, velut totam faſciis involutam: ad cujus illuſtrationem aliquid fortaſſe conferet amicus noſter Caſparus Bartholinus, Thomæ filius, qui Romæ anno MDCLXXVII *typis Maſcardi vulgavit expoſitionem veteris in puerperio ritus, ex arca ſepulchrali antiqua deſumpti; quando in lucem dabit de eodem argumento quod promittit integrum* opus, ex omni antiquitate concinnatum, figuris ornatum, nummis, ſtatuis, inſcriptionibus illuſtre, *ad compenſandam jacturam ſimilis operis, quod multorum annorum labore pater ſuus compoſuerat, & pœne ad complementum adduxerat, cum illud totuſque ad ipſum apparatus ac reliqua bibliotheca infelici, quod luget, incendio deflagravit.*

FEBRONIA ✠ Virgo Martyr. XXV

DAVID ✠ Anachoreta. XXVI

SAMPSON ✠ Presbyter. XXVII

CYRVS, IOANNES ✠ Martyres. XXVIII

..... *PETRI, PAVLI.* ✠ XXIX

..... *XII APOSTOLORVM.* ✠ XXX

Nota autem adeo familiare Græcis eſſe Chriſtum medium collocare inter Deiparam & Ioannem, ſcilicet Præcurſorem, ut ne hic quidem id prætermitti voluerint harum tabularum auctores. Exempla dabunt inferius ponenda Triptycha.

IVLIVS

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Kalend. ....Τῶν ἁγίων καὶ θαυματούργων ἀναργύρων ΚΩΣΜΑ ϗ ΔΑΜΙΑΝΟΥ τῶν ἐν Ρώμῃ μαρτυρισάντων.

.... Sanctorum & prodigioſorum ac gratuitorum medicorum Cosmæ & Damiani, Romæ martyrium paſſorum.

Romano Martyrologio & antiquis Latinorum faſtis ignotum hoc Sanctorum par eſſe, mirum profecto videri poſſit, cum & Muſiva Romæ de iis ſuperſint in templis, & diſtinctiſſima horum ſub Carino atque aliorum alibi ſub Diocletiano paſſorum Acta. Quin & tertium par Anargyrorum ſic appellatorum, qui Martyres non fuerint, inveniatur: de quibus omnibus inſignem librum ſcripſit Simon Wagenereckius noſter; eumq; auctore mortuo abſolvit & vulgavit Vienna anno MDCLX *Reinoldus Dehnius, etiam noſter.*

Β'. .... Ἡ κατάθεσις τ῀ τιμίας ἐσθῆτ⊙ τ῀ ὑπεραγίας Θεοτόκυ ἐν Βλαχέρναις.
VI Non. .... Depoſitio venerandæ veſtis ſanctiſſimæ Deiparæ in Blachernis.

Præter ea, quæ hac de re Latine extant apud Lipomanum, quæ nos quoq; Græce habemus, invenimus etiam Florentiæ in Bibliotheca Laurentiana orationem Theodori Magnæ eccleſiæ Presbyteri, quæ incipit, Θεᾶ τινα καὶ μεγάλα μυστήρια: quam tamen deſcribendam necdum curavimus, quia necdum conſtitutum habemus de particularibus iſtiuſmodi Deiparæ feſtis ex profeſſo agere, eo quod alterius Operis potius id eſſe videatur.

Γ'. Ἐν τριτάτῃ ΥΑΚΙΝΘΟΝ κλῇνε λιμὸς τυφθέντα.
V Non. Poſt plagas, HYACINTHE, famem tibi tertia mittit.

Cæſareæ in Cappadocia Martyr ſub Trajano, cujus Cubicularius erat. Acta utinam haberentur, ſicuti pro XVII *hujus habentur Acta alterius* Hyacinthi, *Martyris Amaſtreni, auctore Niceta Paphlagone, edita & illuſtrata à Combefiſio.*

Δ'. .... Τῇ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΑΝΔΡΕΟΥ τοῦ Ἱεροσολυμίτυ, Ἀρχιεπισκόπυ Κρήτης.
XV Non. .... S.P.N. ANDREÆ Hieroſolymitani Archiepiſcopi Cretes,

Ejus Opera collegit & edidit prælaudatus Combefiſius: Vita, ſi qua fuit ſcripta, latet adhuc.

Ε'. Πέμπτῃ δὶ Ἀθανάσιον ἄγουσι νόες ἄστυ Θεοῖο.
III Non. Angeli ATHANASIUM ducunt ad ſidera quintâ.

In Menæis præter Canones, quibus Magno Antonio comparatur, ut Sanctorum monachorum Duci, ipſi eorumdem agmen claudenti additur honorificum cognomentum Deiferi Patris, *& à loco dicitur ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ, & in prolixo ejuſdem elogio indicatur ὁ ἐνδιάσκευ⊙ βίβλ⊙* locuples liber *de eodem conſcriptus, qui utinam aliquando emergat in lucem! Sed nec tam multum quidem ſcimus de altero* S. Athanaſio, *ἐν τῷ δένδρῳ, id eſt* in arbore, *cognominato, quem tamen poſt alios illuſtres Sanctos invenimus in Diptycho Conſtantinopolitano, nomen vero nullus uſpiam faſtis adſcriptum.*

Ϛ'. Βῆ γαῖθεν ΣΙΣΩΗΣ ἕμφρων εἰς ὄρανὸν ἕκλη.
II Non. In cælum SISOES ſextâ ex tellure migravit.

Addunt Menæa cognomentum Magni, *fuit certe Magno Antonio Synchronus, & in eodem cum ipſo monte habitavit; cujus plurima dicta & facta ex Vitis Patrum poterunt colligi, niſi hic ab illo diverſus eſſe deprehendatur: quod accuratiori diſcuſſioni reſervo.*

Ζ'. Ἑβδομάτῃ ΘΩΜΑΝ θάνατ⊙ μέλας ἔμφρονα ἕλε.
Nonis. Morte nigra THOMAM prudentem ſeptima tollit.

Ὁ ἐν τῷ Μαλεῷ *Laconiæ monte cognominatur; de cujus tamen Vita vix aliquid videtur ſcriptum fuiſſe, adeo jejunum eſt ipſius in Menæis elogium.*

Η'. Ὀγδοάτῃ ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ἀρητὸν κράτα κέρσαν.
VIII Id. PROCOPIO octavâ caput aufertur generoſo.

Martyr celebris in Paleſtina, etiam Latinis antiquitus notus: de quo multa habemus: necdum tamen reperimus ea ipſa Acta, quæ laudat Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, velut allegata in Synodo Nicæna II.

Θ'. ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΣ δὶ ἐνάτῃ εἰς Παγκρατέως δόμ᾽ ἀπέπτης.
VII Id. PANCRATIUS nonâ volat ad Sedem Omnipotentis.

Tauromenitanus in Sicilia Epiſcopus, colitur à Latinis III *Aprilis, quando encomium ejus dedimus, à Gregorio monacho Pagurienſi compoſitum. Acta ſcripſerat Euagrius diſcipulus, Theophani viſa: ſed pro his à poſteris ſubſtituta ſunt alia, valde prolixa ac fabuloſa, & hæc Græce extant in Vaticanâ: ſed pridem ab aliis prædamnata piguit tranſcribenda curare. Mirum eſt Canonem de eo nullum inveniri in Menæis. Nos unum dedimus ex Cajetano, compoſitum à S. Joſepho Hymnographo, quem vellemus etiam Græcum habere.*

Κτεῖνεν εὐρυσθενέας δεκάτῃ σὺν ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΣ. Ι'.
Flamma necat decimâ generoſos NICOPOLITAS. VI Id.

Intelligitur Nicopolis Armeniæ, *cujus Primores* Leontius, Mauricius, Daniel, Antonius *ſub Licinio paſſi ſunt. Acta necdum ulla novimus.*

Θέσκελον ἐνδεκάτῃ ὅρον ἐμπεδοῖ ΕΥΦΗΜΙΗ. ΙΑ'.
Doctrinam undecimâ divinam EUPHEMIA firmat. V Id.

Fidei ſcilicet definitionem, in Chalcedonenſi Synodo conſcriptam, contra Dioſcorum & Eutychetem, ſub Marciano & Pulcheria; eam approbando, per miraculum cujus hodie celebratur commemoratio. Ipſum alioqui feſtum ejus agitur XVI *Septembris: quando iterum de ea.*

Δωδεκάτῃ βέλ⊙ ἕλε ΠΡΟΚΛΟΝ, ξίφ⊙ ΙΒ'.
ΙΛΑΡΙΟΝ τε. IV Id.
Tela PROCLUM, HILARIUM gladius tollunt duodenâ.

Martyres ſub Trajano etiam hodierno Romano inſcribuntur, ſed poſterior Hilarion *dicitur, Acta deſiderantur.*

... Ἡ σωάξις τ῀ Ἀρχαγγέλυ ΓΑΒΡΙΗΛ, καὶ μνήμη τ῀ ὁσίυ Πατρὸς ἡμῶν ΣΤΕΦΑΝΟΥ τ῀ Σαβαΐτυ. ΙΓ'. III Id.
... Synaxis Archangeli GABRIELIS & memoria S.P.N. STEPHANI Sabaitæ.

De utroque nihil habent Menæa præter Canones: nos ipſius Stephani *Acta Græca prolixiſſima nacti, dolemus ea eſſe acephala, & libenter intelligemus alibi eſſe exemplum unde noſter defectus ſuppleri poſſit: libenter etiam diſcemus cauſam iſtius ſecundæ Angelicæ Synaxeos.*

ΑΚΥΛΑΝ δεκάτῃ γε τελάρτῃ τύμβ⊙ ἔκρυψεν. ΙΔ'.
Oſſa AQUILÆ tumulo decimâ quartâq; locantur. II Id.

Ex diſcipulis Apoſtolorum hic eſt, quem Latini colunt VIII *hujus.*

Πέμπτῃ ΙΟΥΛΙΤΤΑΝ δεκάτῃ τάμνυ, ΥΙΑ δὶ ἔκτανον. ΙΕ'.
Et NATUM & MATREM quintâ decimâque necarunt. Idibus

Scilicet Quiricum *tribunali alliſum, & Julittam gladio denique cæſam, ſub Diocletiano Tarſi in Cilicia: de quibus Græce ac Latine multa habemus, non tamen quæ de iis ſcripſiſſe Theodorum Epiſcopum aſſerit Allatius.*

Ὀξυ ΑΘΗΝΟΓΗΝΗΝ ξίφ⊙ τάμνυ ἐξ δεκάτῃ τε. ΙϚ'.
Enſis ATHENOGENEM decimâ ſextâque peremit. XVII Kal.

Epiſcopus Sebaſtenus fuit, Martyr ſub Diocletiano: cujus Acta etiam Græce habemus. Inſcriptus eſt cum diſcipulis ſuis decem hodierno Romano.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΜΑΡΙΝΑ δηοτομήθη. ΙΖ'.
Septima poſt decimam Sanctę fert flagra MARINÆ. XVI Kal.

Hæc eſt Martyr Antiochena in Piſidia, Latinis dicta Margarita, *& à pleriſque eorum culta* XIII *Iunii, nunc autem ex uſu Romano ad* XX *ejuſdem ſolita celebrari : de qua ut multa habeamus, necdum tamen quod Allatius indicat encomium ejus, auctore Theodoro Metochita, magno Logotheta.*

ΙΗ′. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φλογὶ ΑΙΜΥΛΙΑΝΟΣ ἐβλήθη.
XV Kal. Octavâ decimâ datur ÆMYLIANUS in ignem.

Doroſtori in Myſia Martyr ſub Iuliano, Poſſevino perperam Anulenus, *etiam Latinis olim notus, cujus acta aliqua Græca habemus.*

ΙΘ′. Τῇ δ᾽ ἐνάτῃ δεκάτῃ ΜΑΚΡΙΝΑΝ νόες ἔνθεν ἄειραν.
XIV Kal. Ad nonam decimam MACRINA hinc fertur ad aſtra.

Soror hæc fuit SS. Baſilii Magni & Gregorii Nyſſeni : quorum hic ejus præclarus laudes fuſe deſcripſit, ob quas etiam Romano hodierno addita reperitur.

Κ′. Εἰκάδι ΗΛΙΑΣ βήσατ᾽ Ὄλυμπον ὑπ᾽ ἠνίοχον.
XIII Kal. Quadrijugo ELIAS vicenâ hinc tollitur axe.

Raptus Eliani feſtum hoc toti Orienti ab antiquis temporibus eſt notiſſimum ac celeberrimum, Latinis tamen ante Romani Martyrologii recognitionem à Baronio curatam ignotum. Atque hinc factum puto, ut noſtrorum Patrum Carmelitarum Ordo, diem iſtum ignorans, & tamen Prophetam ipſum veluti inſtituti auctorem volens colere (nam ex ipſius revelatione primus Prior Bertholdus ſuos decem ſocios adunavit in Carmelo ad fontem Eliæ dictum) elegerit diem XVII *Iunii, incertum qua ex cauſa : quem & tenuit uſque ad Martyrologii innovationem prædictam. Græci ſolito prolixius Officium pro hoc feſto habent in ſuis Menæis, & (quod alias rarum) geminum Canonem, acroſtichicum utrumque. Primus auctorem præfert* Joannem Archiepiſcopum, *Wagnereckius noſter* Chryſoſtomum *eſſe ſuſpicatur, quod hic ad abolendas profanas ex ore vulgi cantiones, ſacras aliquas compoſuerit : ſed Acroſtichicarum litterarum ratio ab auctore ſervata, prohibet ne credatur eſſe ſeculo* IX *antiquior. Quid ergo ſi auctor* Metropolita Euchaitarum *fuerit ? pluribus encomiis in feſta Sanctorum ſcriptis notus, & veroſimiliter non multo ſenior juniorve quam ſit ſecundi Canonis auctor* Joſeph, *ſcilicet Hymnographus,* III *Aprilis apud nos commemoratus & mortuus anno* DCCCLXXXIII. *Seſqui ſeculo ferme ſenior eſt* S. Germanus *Conſtantinopolitanus, & tantumdem fortaſſe junior* Arſenius *monachus, quorum ſunt Verſiculi ἰδιόμελοι & προσόμοιοι aliæque ejuſdem Officii partes. Porro in iſtis omnibus tam Canonibus quam Verſiculis videbis quidem ſingula ſancti Prophetæ encomia factaque illuſtria, quæ liber* 3 *Regum complectitur, pluries inculcata, nec non eximias ejus virtutes, puta caſtitatem, zelum, fortitudinem, vitam denique Angelicam potius quam humanam ; videbis etiam à Ioſepho ne illa quidem prodigia omitti, quæ de infante referuntur ab auctore libri, S. Epiphanio temere ſuppoſiti ; ſed de monachatu ab Eliæ inſtituto propagatoque, deque diſcipulis ad vitam regularem vel eremiticam inſtitutis, verbum nullum, neque omnino quidpiam quod faveat zeloſis iſtis Eliani monachatus aſſertoribus. Id tamen hoc loco imprimis expectandum erat, præſertim à Ioſepho & Arſenio Monachis, non omiſſuris identidem appellare* Sanctum Patrum noſtrum, *ſi, quæ primi mediique ævi ſcriptores plurima dixere de Eliana anachoreſi, vitæque ſublimitate & exemplo Monachis poſt ſe extituris relicto, credidiſſent eo ſenſu accipienda, quo illi noſtri Sanctum Prophetam faciunt monaſticæ vitæ auctorem inſtitutoremque. Hoc tamen non obſtat quo minus Ordo Carmelitarum, optimo etiam veroque ſenſu,* Eliam *vocet* Patrem, *æque ac* Mariam Matrem.

Εἰκάδι ᾗ πρώτῃ ΣΥΜΕΩΝ ἔθανεν πυκινόφρων. ΚΑ
Vicenâ SYMEON prudens primâque quievit. XII Kal.

Cognomento Salus, *id eſt* Stultus *dictus, cujus Vitam, per* 63 *capita prolixe deductam à Leontio, Neapolis Cypri Epiſcopo, gaudemus nos habere. Inſeritur etiam hodierno Romano, ſed (neſcio per quem errorem) ipſis hujus menſis Kalendis, quaſi tunc eum habeat Græcorum Menologium, illud ſcilicet quod Sirletus collegit ; cum in eo quod excuſum extat, non niſi hoc die habeatur. Liceat hic addere, quod in Græco Mazariniana Bibliotheca codice invenerimus Vitam cujuſdam alterius* Simeonis Junioris, *Hegumeni in monaſterio* S. Mamantis in Xeracerio, *cum miraculis octodecim, & opuſculis ejuſdem moralibus, idque pro* XXVI *hujus menſis : quam tamen non curavimus deſcribendam, eo quod aliunde ignotus nobis eſſet, & prius optabamus de orthodoxa ejus fide certificari à Combefiſio, poſtquam is dicta opuſcula examinaſſet, quod etiam nunc ut fiat optamus.*

Δευτερίῃ ΜΑΡΙΗΝ μύσεν εἰκάδι ΜΑΓΔΑΛΗΝΗΝ. ΚΒ′.
MAGDALIN occuluit lux bis undena ſepulcro. XI Kal.

Etiam à Latinis antiquitus culta hoc die, ſed tamquam eadem cum Maria Sorore Marthæ & Lazari, *& cum* Muliere *illa* peccatrice, *cujus ad pedes Domini lacrymantis Euangelica hiſtoria meminit. Atque hæc ſententia auctoritate S. Gregorii & plurium poſt eum ſcriptorum fulcitur. Econtra Græci* Magdalenam, *mulierem Galilæam Chriſtum olim ſecutam, in comitatu Ioannis Euangeliſtæ Epheſi moratam mortuamque exiſtimant, unde corpus hoc die tranſlatum Conſtantinopolim ſit.* Mariam *vero* Marthæ ac Lazari ſororem *putant vixiſſe ſemper & obiiſſe in ſuo prope Hieroſolymam caſtello ; ubi* XVIII *Martii pedes Domini unxerit prius quam venderetur à Iuda, ideoque hanc ei diem ſacram faciunt : memoriam vero* Mulieris peccatricis *quæ idem officium Chriſto impendit in domo Simonis leproſi, iidem Græci recolunt* XXI *Martii, de cujus ſepulcro nulla uſpiam mentio. Quare tota controverſia, quæ inter Vezeliacenſes atque Maßilienſes in Gallia agitatur, Anonymam iſtam non attingit ; ſolumque ſpectat priores, duas ; ſi duæ fuerunt, quod ſane facilem litis deciſionem redderet. Erunt igitur hæc examinanda accuratius tempore ſuo, cum aliis eodem ſpectantibus quæſtionibus.*

Εἰκάδι ᾗ τριτάτῃ ϑάνε ΦΩΚΑΣ πυρολοίτρῳ. ΚΓ′.
Flammis occidit vigeſima tertia PHOCAM. X Kal.

Synopes in Ponto Epiſcopus, ſub Trajano paſſus, corpore Viennam Galliæ tranſlato, colitur à Latinis XIV *hujus. Acta vetera Latina habentur, Græca non item.*

Πέλτοις ΧΡΙΣΤΙΝΑ βλήθ᾽ εἰκάδι ἑβδόῃ τετάρτῃ. ΚΔ.
CHRISTINAM oppreſſit ſcutis vigeſima quarta. IX Kal.

Hæc Megalomartyr, *quam nota Græcis ac Latinis eſt, tam obſcura ſunt ejus Acta apud utroſque, nec levi examine ac cenſura egent, uti plurium Sanctarum hujus generis.*

Κυσσῶν μητρῶν Σωληρία εἰκάδι πέμπτῃ. ΚΕ′.
Matribus eſt gravidis vigeſima quinta ſaluti. VIII Kal.

Propter feſtivitatem ſcilicet S. ANNÆ, *Chriſti aviæ, quæ Conſtantinopoli in Deutero colebatur, Latinis eamdem antiquitus die ſequenti colentibus. Scripſit de ea exegeticon haud ineruditum Iacobus Polius Minorita, occaſione Capitis quod Marcoduri Iuliæ oppido colitur ; ac de genere quidem* S. Annæ *ſubſcribit Græcis, facientibus eam filiam Mathan Sacerdotis & Mariæ. Quidquid ſit de nominibus, placet Auguſtini & plurium Patrum ſententia, Regii ac Sacerdotalis ſtirpis concurſu in Deipara agnoſcentiũ, adeoq;*

S. An-

S. Annam *Leviticæ tribui adscribentium : quod etiam alibi jam insinuavi, de SS. Ioseph & Ioachimo agens. Neque me movet liber de ortu Virginis, Cyrillo Episcopo Alexandrino imputatus à Trithemio, ex quo sumpti* Stolanus & Emerentiana *de tribu Iuda* Annam Ilmeriamque *genuerint, hanc Prodromi, istam Christi aviam. Quanticumque enim magni faciant librum, qui nuspiam nunc extat, quidam scriptores Carmelitani, puto meliori antiquiorique auctore opus esse, quam sit Trithemius, ad prudenter credendum, in totius vetustatis silentio, talia à S. Cyrillo fuisse conscripta. Nec dubito, quin si liber extaret, haud minus facile foret ostendere, Opus esse scriptoris nec Græci nec antiqui; quam id ostendatur de similis farinæ libro, sub nomine Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani ab iisdem scriptoribus Carmelitanis laudato. Non possum igitur Neapolitanos quosdam amicos probare, qui præ studio erga cultum* S. Annæ *nonnihil indiscreto, etiam conantur inducere in populo cultum aliquem annuum* S. Emerentianæ, *omnibus Græcorum ac Latinorum sacris fastis ignotæ.*

Κϛ'. Τῷ ΠΑΡΑΣΚΕΥΗΝ ἔκλανεν εἰκάδι χαλκὸς ὀν ἕκτῃ.
VII Kal. Ense PARASCEVEN vigesima sexta trucidat.

Colitur eadem in utraque Sicilia sub nomine Veneræ ac Venerandæ (*nam* Feria VI, *ut Græcis* Paraseeue, *sic Latinis* dies Veneris *nuncupatur*) *sed quæ de ejus Vita Græce Latineque habentur prorsus sunt fabulosa, sic ut difficillimum futurum sit, aliquid solidæ verosimilitudinis ex tanta caligine prudenter ratiocinando elicere.*

ΚΖ'. Φάσγανὸν ἑβδομάτῃ ἔλαχ' εἰκάδι ΠΑΝΤΑΛΕΗΜΩΝ.
VI Kal. PANTALEONA dedit vigesima septima morti.

De hoc sancto Medico & Martyre, sub priori nomine Græcis, sub altero Latinis antiquitus notissimo, multa habemus utraque lingua, necdum tamen ea Acta, quæ ut genuinum Metaphrastæ opus, laudat Allatius.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΜΥΣΤΩΝ Χωελήλυθε ΤΕΤΡΑΣ. ΚΗ.
Vicenâ octavâ QUATUOR concurrite MYSTÆ. V Kal.

Cum titulo Apostolorum nominantur hi, PROCHORUS, NICANOR, TIMON, PARMENAS. *Sunt autem ex Sanctis septem primis Diaconis, post* SS. Stephanum & Philippum *nominati in Actis Apostolorum; quos Latini aliis diebus colunt:* Prochorum IX *Aprilis*, Nicanorem X *Ianuarii*, Timonem XIX *Aprilis*, Parmenam *in fastis nostris non invenio; in neutris vero* Nicolaum, *studio fortassis præteritum, quod Nicolaitarum hæresim ab eo adinventam putaverint veteres: hoc tamen refugit animus credere absque certiori probatione.*

Εἰκάδι ἀμφ' ὀγδάτῃ ΚΑΛΙΝΙΚΩΝ φλὸξ κατέδαψε. ΚΘ.
Vicena nonâ flamma exussit CALINICUM. IV Kal.

Gangræ in Paphlagonia passus, Romano hodierno adscriptus invenitur. Acta ejus Græca habemus.

... Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ΣΥΛΑ, ΣΙΛΟΥΑΝΟΥ, ΚΡΙΣΚΕΝΤΟΣ, ΕΠΑΙΝΕΤΟΥ, ϗ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ. Λ'.
... Sanctorum Apostolorum SYLÆ, SILVANI, CRESCENTIS, EPÆNETI & ANDRONICI. III Kal.

Ex his colitur à Latinis Silas XIII *Iulii, ceteri ab iis ignorantur.*

Δέχνυται ΕΥΔΟΚΙΜΟΝ πρώτῃ τάφῳ ὀν τριακόσῃ. ΛΑ'.
Tradidit EUDOCIMUM trigesima prima sepulcro. II Kal.

Ductor militum sub Theophilo, virtutibus in vita, miraculis post mortem clarus; cujus aliquam credo extitisse Vitam, unde sumpta sit epitome in Menæis.

IVLIVS

MOSCORUM FIGURATUS.

I COSMAS, DAMIANVS ✠ Martyres.

II *MEMORIA VESTIS DEIPARÆ IN BLACHERNIS.* ✠

Exprimitur hic S. Gennadius *Patriarcha Constantinopolitanus, &* Leo *Imperator; sub quibus peracta est ejusmodi depositio.*

III *HYACINTHVS* ✠ Martyr. *Possevino non recte* Accenthius.

IV *ANDREAS* ✠ Cretensis Episcopus.

V *ATHANASIVS* ✠ Monachus.
MARTHA † Vidua,

Marter S. Simeonis in Monte-mirabili *dicta in Menæis: habemus prolixam ejus Vitam Græcam, æque ac filii supra positi ad* XXIV *Maji.*

VI *SISOES* ✠ Anachoreta.

VII *THOMAS* ✠ Anachoreta.
ACACIVS † ὁ ἐν τῷ κλίμακι, In scala.

Ita Typicum Græcorum, Thomam ipsumque eximio San-

ctorum Patrum nostrorum *titulo appellans: quod sane singularem aliquem cultum ejus denotat, neque absque causa hic pictus videtur in habitu pæne Regio, aut saltem Senatorio vel Patricio: neq; tamen causa reddi facile potest quamdiu nulla prodit Vita aut vitæ epitome. Interim diversus plane ab hoc videtur* Acacius *alius, æque nobis ignotus, tamquam Monachus eunuchus, sculptus in diptycho Constantinopolitano τὸ τέκνον Πετῦς,* filius Petûs *cognominatus.*

PROCOPIVS ✠ Megalomartyr. VIII

PANCRATIVS ✠ Episcopus. IX

ANTONIVS PEZERSKIE Monachus. X

Indigena quin sit & quidem magni nominis, haud possum dubitare invenio enim eum expressum una cum S. Theodosio *æque* Presbytero monacho, *juxta imaginem quamdam Deiparæ, cum simili rotulo in manibus, ubi clare ipso in principio exprimitur nomen* MAPIH, *addito ad caput ex more nomine* Presb. Antonii, *& cognomine contractius scripto* Pĕrski: *habitus autem monasticus est, & caput ut Sancti diadematum, cucullus inductus capiti cruce insignitur & bipartite per humerum pendet à pectore & tergo: stola quoque Sacerdotalis sub pallio monachico insignitur cruculis, quas in spiram decussatæ lineæ complectun-*

tur. Ex tota autem imaginis forma datur intelligi, ipſum Antonium, *una cum prædicto* Theodoſio, *auctorem eſſe Sacrorum hymnorum in Deiparæ laudem cantandorum à Moſcis, à quibus de utriuſque Vita, ſcriptis, miraculis plenius doceri petimus, diem item quo referendus ſit iſte* S. Theodoſius.

XII *XLV MARTYRES* † Nicopolitani.

EVPHEMIA ✠ Virgo Martyr.

PROCLVS, HILARIVS ✠ Martyres.
MICHAEL MALINVS † Monachus.

Ex ſolo Græcorum Typico nobis hactenus innotuerat, ubi nominatur ὁ ὅσιος Μιχαὴλ ὁ Μαλεῖνος, an à monte Maleo *quem incoluerit aut aliunde, quis dicet, dum Vita latet? Interim opinari poſſumus, nec ex antiquioribus eum eſſe, qui alibi nuſpiam nominatur; nec inter ſui ævi Sanctos ignobilem, qui tam diſtincte notatur in Typico, non niſi pauciſſimos Sanctos, quorum quotidie cultus principalis ſit, adnotante.*

XIII *STEPHANVS* ✠ Monachus Sabaita.
GABRIEL ✠ Archangelus.

XIV *AQVILA* ✠ Apoſtolus.

XV *IVLITTA, QVIRICVS* ✠ Martyres.
BLADIMERVS, alias VLODOMIRVS.

Primus Ruthenicæ gentis Chriſtianus Princeps, circa annum MCCCXC. *Hiſtoriam Vitæ & ſanctitatis monumenta cujusvis ex antiquioribus Ruthenorum Mss. diſcere, nec non præſentem corporis vel ſepulchri venerationem ac ſtatum.*

XVI *ATHENOGENES SEBASTENVS.* ✠

Solis initialibus litteris nomen hoc expreſſum videtur: quæ ſequuntur ſex Synodorum picturæ, facile intelliguntur ex Typico cujus caput LIX *ſic habet.* Sciendum eſt quod XVI menſis Julii celebramus memoriam Sanctorum Patrum, Chalcedone in quarta Synodo congregatorum DCXXX; & in prima Nicææ, Deiferorum Patrum CCCXVIII; & in ſecunda in regnatrice civitate, CL; & in tertia Epheſi, CC; & in quinta, CLX; & in ſexta, CLXX. *Interpres Belga, qui primus haſce tabulas explicavit D. Laurentio vander Hem, ſic epigraphas loculorum ſingulorum expoſuit, ut primo nomen Imperatoris, deinde loci, tum anni ab Incarnatione ſecundum Alexandrinam æram ſumpti numerum, ac denique numerum Patrum in quaque Synodo congregatorum exprimat. Quam id ad verbum fecerit neſcio, numeros non omnes quos exprimit invenio, ipſaque Imperatorum nomina obſcuriſſime ſcripta. Nolo igitur immorari epigraphis: ſed iis, qualia reperio in prototypo, huc in æs tranſlatis, ſingularum tabellarum hiſtoriam paucis explano. Eſt ergo*

I SYNODVS NICENA, ſub Conſtantino Magno celebrata anno Æræ vulgaris CCCXXV, *in qua conſtituta fuit Verbi, ut Patri Conſubſtantialis, divinitas. Ea de cauſa hic exprimitur veluti triumphabundus Chriſtus, idque contra Arium, cujus ſuppliciũ, viſcera ſua per ſeceſſum emittentis, hic etiam repræſentatur.*

II CONSTANTINOPOLITANA, *ſub Theodoſio Magno anno* CCCLXXXI, *in qua damnata hæreſis Macedoniana, adverſus Spiritus ſancti divinitatem, & ſymbolum Nicænæ fidei confirmatum eſt.*

III EPHESINA, ſub Theodoſio juniore, anno CCCCXXXI, *adverſus Neſtorii Epiſcopi Conſtantinopolitani (cujus depoſitio & degradatio hic apte exprimitur) nefandam hæreſim, qua matri Chriſti titulus* Deiparæ *negabatur.*

IV CHALCEDONENSIS, *in templo & ad ſepulcrum S. Euphemiæ Martyris, adverſus Eutychetem Archimandritam & Dioſcorum Patriarcham Alexandrinum, duplicem in Chriſto naturam negantes, anno* CCCCLI, *ſub Marciano Pulcheriæ Auguſtæ marito.*

V CONSTANTINOPOLITANA II, *ſub Iuſtiniano Imperatore, anno* DLIII, *de tribus Capitulis atque adverſus Originiſtas.*

VI CONSTANTINOPOLITANA III, *ſub Conſtantino Pogonato, anno* DCLXXX *contra Monothelitas.*

Hæ ſex œcumenicæ Synodi paſſim cernebantur depictæ in templis; atque ab Iconoclaſtis abraſæ, ſtudioſius deinceps reſtauratæ fuerunt, primum ſub Conſtantino atque Irene, deinde ſub Theodora ejuſque filio Michaele; eorumque memoria ut quotannis ſingulari feſto inſtauraretur, eſt conſtitutum.

MARINA ✠ Virgo Martyr. XVII

ÆMILIANVS ✠ Martyr. XVIII

Neſcio cur in epigraphe addantur litteræ, quibus videtur appellari Presbyter.

PAMBO NITRIENSIS †.

Videtur eſſe Ægyptius ille, in Vitis Patrum nominatiſſimus, & S. Arſenio familiaris: interim (quod mireris) nullis hactenus Græcorum faſtis inſcriptum nomen ejus invenimus, niſi uni Synaxario Chiffletiano.

MACRINA ✠ Virgo Sacra. XIX
DIVS † Thaumaturgus.

In urbe Conſtantinopolitana celeberrimum fuit hujus nominis cœnobium; cujus an conditor hic fuerit, neſcio, quamdiu Acta nulla ſcripta inveniuntur.

ELIAS PROPHETA. ✠ XX

EZECHIEL † Propheta. XXI

In nonnullis Mss. hodie & in Menæis excuſis ad XXIII *relatus, colitur a Latinis* XIII *Aprilis.*

IOANNES † Socius ſequentis.
SIMEON ✠ Salus. *Referuntur ambo etiam in Romano hodierno.*

MARIA ✠ Magdalena. XXII

Græcis Μυροφόρος ἡ ἰσαπόστολος, Unguentifera *ad ſepulcrum, &* Apoſtolis æquanda, *quibus ipſam Chriſti reſurrectionem miſſa fuit nuntiatum.*

TROPHIMVS † Martyr XXIII

Cum Theophilo & ſociis ſub Diocletiano, etiam Romano hodierno inſcriptus: Acta non reperiuntur.

CHRISTINA ✠ Virgo Martyr. XXIV
BORYSSVS, GLEBVS, Principes Martyres.

Filii Vlodomiri, Chriſtianis nominibus Romanus & David, *hoc die videntur à fratre Iaroſlao, poſt victum fratricidam Suatopolcum, contumulati Wiſſegrodi; cum alias* Boryſſus XIV *Iulii,* Glebus V *Septembris ſit obtruncatus. Habemus hiſtoriam breviter conſcriptam & collectam ex monumentis Ruthenicis, una cum aliis ſimilium quorumdam Actis approbatam à Vilnenſis Archiepiſcopi Suffraganeo Georgio Epiſcopo Meſonenſi & Præpoſito Grodnenſi, anno* 1621. *Plura de miraculis ſi quis ſuggerat, bene de ipſis Sanctis merebitur. de quorum magno cultu teſtem etiam habemus Poſſevinum.*

ANNA ✠ Mater Deiparæ. XXV
OLYMPIAS † Virgo ſacra,

Præmortuis duobus ſponſis, S. Ioanni Chryſoſtomo devota.

EV-

EVPRAXIA † Virgo ſacra.

Multis Euphraſia *etiam dicta, eaque ipſa cujus Acta Græco-Latine dedimus* XIII *Martii, quando colitur à Latinis.*

XXVI *HERMOLAVS* † Presbyter Martyr.

Hodierno Romano ad ſequentem diem cum ſuo in fide diſcipulo adſcriptus.

XXVII *PANTELEEMON* ✠ Martyr.

PROCHORVS ✠ Apoſtolus. XXVIII

CALLINICVS ✠ Martyr. *Poſſevino perperam* Callimachus *dictus.* XXIX

SILAS, SILVANVS ✠ Apoſtoli. XXX

IOANNES † Miles Martyr: *Sub Iuliano, cujus Acta deſiderantur.*

EVDOCIMVS ✠ Tribunus Martyr. XXXI

AVGVSTVS

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Καῦσαν ἐνὶ πρώτῃ ΣΟΛΟΜΩΝΗΝ ἔπλατε Υἷας.

Kalend. Cum SEPTEM NATIS combuſſit prima SALOMEN.

Sunt hi ſeptem Machabæi, *quorum matri id nominis fuiſſe volunt, etiam antiquitus à Latinis hoc die culti.*

Β'. Δευτερίῃ νέκυος ΣΤΕΦΑΝΟΥ γίνετ' ἀνακομιδή.

IV Non. Transfertur STEPHANUS defunctus luce ſecundâ.

Hieroſolymis videlicet Conſtantinopolim. Hiſtoriam ab oculato teſte deſcriptam Græce vidit & laudat Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis, ubi etiam indicat Niceæ Rhetoris & Michaelis Pſelli de eodem argumento orationes: quæ omnia nobis deſunt. Latini ſequenti die primam corporis inventionem recolunt, quam habemus deſcriptam à Luciano Presbytero, uti & varias relationes Latinas de corpore aut partibus ejus Romam, Venetias & alio tranſlatis.

Γ'. ΑΛΜΑΤΟΣ, ΙΣΑΚΙΟΣ τριτάτῃ θάνε ἠδὲ τε ΦΑΥΣΤΟΣ.

III Non. Tertia DALMATIO, FAUSTO ISACIOQUE ſuprema eſt.

Præſides monaſterii Dalmatarum Conſtantinopoli ſucceſſive fuerunt Iſacius, *cujus Vitam damus* XXX *Maji, quando potiſſimum colitur*; Dalmatius, *cujus Acta habemus cum epiſtolis, ab hoc ad ſynodum Epheſinam & ab ea ad illum datis: hujus autem filius fuit* Fauſtus, *cujus Acta non videntur ſeorſim conſcripta fuiſſe.*

Δ'. Τῇδε τετάρτῃ νεκροέγερτοι ξυνάθανον ΕΠΤΑ.

II Non. Evigilant quarta SEPTEM, pariterque quieſcunt.

Et hac die & XXII Octobris feſtive coluntur à Græcis ſeptem pueri in Epheſo, *quos Latini* Dormientes *appellant & colunt* XXVII, *in nominibus aliquantum variantes à Græcis. Exiſtimat Baronius, quoniam quæ de iis circumfertur hiſtoria multimodis fabuloſa ac falſa eſſe oſtenditur, non aliud ipſam habere fundamentum, quam quod ſub Decio concluſi in ſpeluncam, & ſub Theodoſio Iuniore corporibus adhuc incorruptis, tamquam ſi dormirent, reperti ſint. Hic addiderim quod etiam Turonenſes in Gallia* IV *Novembris colant* Septem Dormientes, *fratres carne & ſpiritu: qui à S. Martino ad habitum monaſticum ſuſcepti, atque ejus deinde mortui crebra apparitione dignati, ſimul omnes pariter poſt ſacram communionem, de manibus Aichardi Abbatis ſuſceptam, obdormierint in Domino: & habetur epiſtola de iiſdem perquam fabuloſa, Sanctoque Gregorio Turonenſi imperite adſcripta, velut ab hoc ad B. Sulpitium Epiſcopum Bituricenſem data.*

Ε'. Πέμπτῃ ΕΥΣΙΓΝΙΟΙΟ κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Nonis. Miſcetur caput EUSIGNI cum pulvere quintâ.

Martyr hic Antiochiæ fuit ſub Iuliano: cujus jam Acta Græca habemus.

Μόρφωι ἀνδρομόλωι κατὰ ἕκτον ΧΡΙΣΤΟΣ ἀμεῖψεν. Ϛ'.

Humanam faciem CHRISTUS ſextâ variavit. VIII Id.

Σωὶ δυσὶν ἑβδομάτῃ Μυσαῖς ΔΟΜΕΤΙΟΣ ἐλεύθη. Ζ'.

Septima cum geminis Myſtis DOMETION affert. VII Id.

Cum duobus ſcilicet diſcipulis ſuis, in Palæſtina monachus fuit & ſub Iuliano paſſus, ſicut habetur ex epitome Actorum, quæ plenius deducta inveniri mallemus: interim hodierno Romano illius nomen adſcriptum eſt.

Ὀγδόῃ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ ὀστέα δέξετ' ἄρουρα. Η.

Octavâ tellus oſſa excipit ÆMILIANI. VI Id

Epiſcopus Cyzici ad Propontidem fuit, cujus Acta deſideramus, nomen hodierno Romano reperimus inſcriptum.

Ἥδῃ ἀμφ' ὀγάτῃ ξύλῳ ἰύδεϴ ΜΑΤΘΙΑΣ. Θ.

MATHIAS nonâ ligno ſuſpenditur alto. V Id.

Colitur à Latinis XXIV *Februarii: ubi de corporis tranſlatione Treviros, cruentoque Martyrio ab aliis aſſerto, ab aliis negato: quam opinionis diverſitatem etiam apud Græcos invenimus, quod poterit in Supplemento notari.*

Ὤπλησαν δεκάτῃ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΝ ὅτε ἰχθύ. Ι'.

Eſt aſſus decimâ piſcis LAURENTIUS inſtar. IV Id.

Notiſſima & certiſſima hujus Sancti Martyris Acta habentur. De corpore Romæ ad corpus S. Stephani juncto, deque variis partibus ejus, quæ variis in locis honorantur, multa nobis dicenda ſuperſunt.

Πλήγῃ ἑνδεκάτῃ ξίφει ΕΥΠΛΟΣ κοπιέντι. ΙΑ'.

Undecimâ gladio findenti ſubditur EUPLUS. III Id.

Martyr Siculus ſub Diocletiano, Latinis Euplius, *ſed die ſequenti. Acta antiquiora ſinceriora que & ex Proconſularibus immediatius excepta Latine (nec enim alia lingua uſos in Sicilia Magiſtratus Romanos facile crediderim) in variis Codicibus manuſcripta & à Bonono Mombritio excuſa habemus; eademque contractiora nonnihil edidit Baronius in Annalibus. Neque his prætulerim epitomen eorum Græcam, inter Monumenta Eccleſiæ Græcæ productam à Ioanne Baptiſta Cotelerio. Interim ei libenter aſſentior quod & Baronius ſenſit, longe inferioris notæ eſſe, quæ ex verſione Herveti habentur apud Lipomanum & Surium, quæque nova ac meliori verſione donavit ipſe, utpote licentius interpolata: potuit tamen ſcire* Metaphraſtæa *non eſſe, vel ſtylo indice, maxime cum Acta Sanctorum Auguſti*

non attigerit Metaphraſtes; neque debuit vocaſſe Bollandiana, *quando Bollandus nulla adhuc ratione ea fecit ſua, fortaſſe nec facturus erat ſi uſque eo ſuum opus producere potuiſſet.*

ΙΒ'. .... Τῶν ἁγίων Μαρτύρων ΦΩΤΙΟΥ καὶ ΑΝΙΚΗΤΟΥ.
11 Id. .... Sanctorum Martyrum PHOTII & ANICETI.

Paſſi ſunt Nicomediæ ſub Diocletiano, uti fuſe Menæa. Acta pleniora nos habemus, inſcribuntur Romano hodierno, ſed prior PHOTINUS *appellatur.*

ΙΓ'. ΜΑΞΙΜΟΥ ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ νεκρὸς μετέθηκε.
Idib. Tertia poſt decimam te nobis, MAXIME, transfert.

Vide quæ plura de eo, ipſo illius Natali, diximus XXI *Ianuarii.*

ΙΔ'. ΜΙΧΑΙΑΣ δεκάτῃ ξύλῳ ἥρδην ἥδε τετάρτῃ.
XIX Kal. MICHEAS decimâ ligno quartâque pependit.

Colitur hic Propheta apud Latinos XV *Ianuarii.*

ΙΕ'. Ζῇ ἀεὶ ΘΕΟΜΗΤΩΡ κἀν δεκάτῃ θάνε πέμπτῃ.
XVIII Kal. Mortua non moritur decimâ quintâque Maria.

Græci Κοίμησιν Dormitionem, *vel* Μετάστασιν, Tranſitum; *Latini* Aſſumptionem *appellant. Verba Vſuardi hoc die recitari ſolita (quibus ſimilia habet Ado, nihil alter de altero ſciens, atq; adeo ex antiquiori fonte utrimq; accepta) ante hos decem annos Pariſiis magnâ animorum contentione exagitata fuere, aliis abolenda, aliis retinenda cenſentibus. Extant editi utrimque anno* MDCLXX *libelli, ad quos curioſum & pium lectorem remitto. Verba hæc ſunt:* Dormitio ſanctæ Dei genitricis Mariæ, cujus ſacratiſſimum corpus etſi non invenitur ſuper terram, tamen pia mater Eccleſia ejus venerabilem memoriam ſic feſtive agit, ut pro conditione carnis eam migraſſe non dubitet. Quo autem illud venerabile Spiritus ſancti templum nutu & conſilio divino occultatum ſit, plus elegit ſobrietas Eccleſiæ cum pietate neſcire, quam aliquid frivolum vel apocryphum inde tenendo docere.

Ις'. Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ νέκυς ἐτμήθη ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ.
XVII Kal. Scinditur ad decimam ſextam corpus DIOMEDIS.

Martyrium paſſus Nicææ ſub Diocletiano, adſcriptus eſt hodierno Romano. Nos Acta Græce habemus.

ΙΖ'. Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΜΥΡΩΝΑ τάμε ξίφος ὀξύ.
XVI Kal. Enſe MYRONA ferit decimæ quæ ſeptima lux eſt.

Epiſcopus Martyr in Cypro, cujus ſimiliter Acta habemus, nomen vero in hodierno Romano.

ΙΗ'. ΦΛΩΡΩι ἁμ' ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φρέας εἴσεδυ ΛΑΥΡΟΣ.
XV Kal. Cum LAURO FLORUS decimâ octavâque necatur.

Statuarii hi fuerunt & Martyres in Illyrico ſub Licinio. Habemus quadruplicia eorum Acta Græca, & nomina in hodierno Romano legimus.

ΙΘ'. Ἔννεα καὶ δεκάτῃ τάμῳ ΑΝΔΡΕΟΥ αὐχένα λαμπρόν.
XIV Kal. Cervicem ANDREÆ decimâ nonâque reſcindunt.

Latinis quoque faſtis antiquitus notus fuit hic Tribunus Militum & Martyr ſub Diocletiano, cum ſociis Militibus MMDXCIII. *Acta autem Græca habemus.*

Κ'. Βῇ δ' ὁράων μέλοντα ΣΑΜΟΥΗΛ εἰκάδι ἔνδεν.
XIII Kal. Vicena hinc abiit SAMUEL, cui nota futura.

Corpus ejus jam olim Conſtantinopolim tranſlatum, antiquis quoque Latinis ipſum hoc die colendi occaſionem dedit.

Εἰκάδι πρώτῃ ΘΑΔΔΑΙΟΣ βιότοιο ἀπέπτη. ΚΑ'.
Vicena prima THADDÆUS ad aſtra volavit. XII Kal.

Quem Matthæus & Marcus Thaddæum, *Lucas in Euangelio & Actis Apoſtolorum vocat* Judam Jacobi: *colitur autem à Latinis* XXVIII *Octobris.*

ΒΑΣΣΑΝ σὺν τοκέεσι τάμε ξίφος εἰκάδι πρώτῃ.
BASSAM cum natis gladius confumpſit eâdem.

Hujus filii tres fuerunt: Martyrium autem Edeſſæ quidem inchoatum, non tamen in Syria conſummatum eſt (ſicuti obrepſit Baronio Romanum hodiernum augenti) ſed in Macedonia: hoc enim docent aperte Græca Acta, quæ habemus.

Ἕλκανε δευτερίη ξίφεϊ εἰκάδι ΑΓΑΘΟΝΙΚΟΝ. ΚΒ'.
Bis undena dies gladio necat AGATHONICUM. XI Kal.

Martyr fuit Nicomediæ ſub Maximiano, & nomen inſcriptum habet in Romano hodierno: nos vero Acta Græca habemus.

Εἰκάδι δὲ τριτάτῃ πέφνε ΛΥΠΟΝ φασγάνου ἄκμῃ. ΚΓ'.
x Kal. Enſe LUPUM ſævo vigeſima tertia mactat.

Menæis & Romano hodierno Λύπῳ, Luppus. *Martyr & Epiſcopus Sirmii in Pannonia fuit: Acta necdum apparuerunt.*

Εἰκάδι, EVTYXE, ἀμφεκάλυψε λίθῳ σε τετάρτῃ. ΚΔ'.
IX Kal. EUTYCHE, te ſaxo condit vigeſima quarta.

Alias Eutychius *Martyr, diſcipulus S. Ioannis Euangeliſtæ, qui Tomis in Scythia fidem prædicavit, & hodierno Romano inſcribitur.*

Σὸν νέκυν εἰκάδι πέμπτῃ, BAPΘΟΛΟΜΑΙΕ, ἔφευρον. ΚΕ'.
VIII Kal. BARTHOLOMÆI aperit vigeſima quinta cadaver.

Fuſe hic narrant Menæa, quomodo corpus ſacrum advectum Liparam, diuque ibidem cultum, tandem occupantibus inſulam Saracenis Amalphim in Italiam ſit tranſlatum. Hinc factum ut Latini, maxime poſt tranſlationem corporis ejuſdem Romam, ipſum hoc vel ſequenti die potius colant quam XI *Iunii, ubi alia vide notata à nobis, nec hic repetenda,*

Οὐράνιον δάπεδον λάχες εἰκάδι ΤΙΤ' ἐνὶ πέμπτῃ.
Cæli dat campos TITO vigeſima quinta.

Colitur à Latinis IV *Ianuarii, Apoſtoli Pauli diſcipulus, Gortynæ in Creta Epiſcopus.*

Χεῖρας ΑΔΡΙΑΝΟΣ ἐτμήθη πόδας εἰκάδι ἕκτῃ. Κς'.
VII Kal. Cum manibuſque pedes ADRIANO proxima ſcindit.

Inſcribitur etiam hodierno Romano, Martyrium ſub Licinio Nicomediæ paſſus. Præter Latina, quæ de eo multa habemus, ſunt adhuc quædam Græca in Vaticano, necdum nobis deſcripta.

Ποίμδνα εἰς μέγαν ἑβδόμῃ εἰκάδι ὄχετο ΠΟΙΜΗΝ. ΚΖ'.
VI Kal. POEMENA Pœmnarchæ vigeſima ſeptima ſiſtit.

Plurima de hoc ſancto in Thebaide Anachoreta leguntur in Vitis Patrum, quorum merito & Græcorum exemplo etiam

etiam inſcriptus eſt Romano hodierno. Acta ſeorſim Græce collecta habemus.

ΚΗ'. Θάψαν ἐν εἰκάδι ΜΩΣΗΝ ὀγδόῃ Αἰθιοπῆα.
v Kal. Æthiopem ſepelit vicena octava MOYSEM.

Hic quoque, ex latrone monachus, nomen in hodierno Romano habet; & Græca quædam Acta, ſed parva, habemus.

ΚΘ. Εἰκάδι ἀμφ' ὀγδάτῃ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ τάμβε αὐχένα ξίφος.
IV Kal. Cervicem PRODROMI vigeſima nona revellit.

De communi hoc Græcis Latiniſque feſto multa in notis ad Martyrologium Romanum Baronius; ubi & de Capite Romam allato pluribus agit: quæ expenduntur in alibi laudato tractatu Cangii, ſatagentis pro eo quod Ambiani eſſe creditur Capite. Cineres combuſtorum à Iuliano Apoſtata oſſium ſacrorum Genuæ eſſe creduntur. Leo Allatius allegat hiſtoriam feſti hujus, cujus hic ſit finis. Hæc omnia ſcripſi ego Eurippus Joannis diſcipulus, ſecundus ex ejus diſcipulis, diligenter, ut omnes Fratres in Chriſto celebrent ejus memoriam, & mortem Chriſti amantis Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris, menſis Auguſti XXIX. *Optaremus omnino hanc invenire, non quod credamus aliquid ad veræ hiſtoriæ notitiam conferri poſſe ab hujuſmodi figmentis, ſed quod ad veri falſique diſcrimen plurimum conferat, ipſa penitius haberi perſpecta, ex quibus alii forſan hauſere aliqua, quamdiu latet origo unde accepta ſunt, difficulter dijudicanda.*

ΦΑΝΤΙΝΟΣ βιότῳ ἀνεχάζετο ἐν τριακοστῇ. Λ'.
XII Kal. PHANTINUM ex oculis movit trigeſima noſtris.

Cum titulo Thaumaturgi celebris Theſſalonicæ obiit, ubi pleniorem vitam cum miraculis ſcriptam eſſe perſuadet adeo diſtincta locorum & perſonarum notitia, brevi elogio in Menæis comprehenſa.

Ἕνγε σόρῳ ΖΩΝΗΝ πρώτῃ ΠΑΝΑΓΝΟΥ τριακοστῇ. ΛΑ'.
XI Kal. Virgineam condit prima & trigeſima ZONAM.

Repoſitio ea facta eſt Conſtantinopoli in Chalcopratiis ſub Iuſtiniano Imperatore. Fuerat autem ipſa Sacra Zona illuc allata Hieroſolymis ſub Arcadio, una cum ſacra Veſte ejuſdem Deiparæ, de qua ſit feſtum, II Iulii hic indicatum. Hæc autem Repoſitio facta eſt ſub Leone Imperatore, cujus uxorem (Verinam ut exiſtimo) ſanitati reſtituit, ſuper eam explicata per manus Patriarchæ, puta S. Gennadii.

AVGVSTVS
MOSCORUM FIGURATUS.

I **MEMORIA CRVCIS CHRISTI.**

Ita interpres Belga: feſtum haud dubie Moſcovitis proprium, cujus originem & hiſtoriam ſi quis ex eorum monumentis explicuerit, cito intelligemus qui Sancti Epiſcopi, qui Reges aut Principes in hac tabella exprimantur: quis etiam ſit rivus ille dimanans à petra, & quid ſibi velit cadaver parvuli, cujus velut in eo meriſi ſuſcitatio videtur flebiliter poſtulari.

ELEAZARVS, SOLOMONIA cum VIII Mahabæis.

Quid ſibi velit additum ad latus Otrokob *explicet alius.*

II *STEPHANVS* ✠ Protomartyr.

III *ISACIVS, DALMATVS, FAVSTVS* ✠ Hegumeni.

IV *EVDOCIA* † Martyr in Perſide.

Reliquiæ ejus allatæ Conſtantinopolim ſunt, unde nata & in ſervitutem abducta fuerat. Hiſtoriam pleniorem ſi reperiri contingat, felicitatis id magnæ erit.

SEPTEM PVERI IN EPHESO. ✠

V *EVSIGNIVS* ✠ Martyr.

Poſſevino dictatum hic erat nomen Mart. Erenei, *qui dubitat an fuerit ſcribendum* Irenei, *neutrum placet.*

VI *TRANSFIGVRATIO CHRISTI.* ✠

Ita interpres Belga, idque & dies ipſa & tabella loquitur, epigraphen verbatim expreſſam non puto. Proph. Moiſis & Proph. Eliæ *nomina diſtincte lego, cum initialibus litteris nominum, ſub capite ſingulorum Apoſtolorum.*

VII *DOMETIVS* ✠ Monachus Martyr. *Non* Diomedes, *ut Poſſevino ſuggeſtum.*

ÆMILIANVS ✠ Epiſcopus Cyzici. VIII

MATHIAS ✠ Apoſtolus. IX

LAVRENTIVS ✠ Martyr. X

EVPLVS ✠ Martyr. XI

PHOTIVS, NICETAS. ✠ *Potius* Anicetus, *uti Græci ſcribunt.* XII

MAXIMVS ✠ Monachus. XIII

MICHEAS ✠ Propheta. XIV

Græci hoc die primo loco agunt Προεόρτια τ̃ Κοιμήσεως τ̃ ὑπεραγίας Θεοτόκυ Feſtum Dormitionis ſanctiſſimæ Deiparæ: *idem an Moſci faciant dubito, negat enim Poſſevinus eos* Pervigilia, *ut nos, habere (nulla certe habent quæ jejunio colant, præter unum de quo infra.) Addit autem quod* ante beatiſſimæ Virginis Aſſumptionem fluvio Moſcuæ Metropolita benedicit, alii vero Sacerdotes fluminibus aliis, *ſicuti VI Ianuarii in die Epiphaniæ, ſive ut aquis ſic benedictis ablutus populus feſtum hoc præcipuum ſanctius agat; ſive ut quos hiemale frigus non permiſit gelidas aquas ſubire, eo ritu poſſint ſine incommodo uti per æſtivos calores.*

ASSVMPTIO B. MARIÆ. ✠ XV

Ita Poſſevinus & interpres Belga: mallem legere epigraphen verbotenus expoſitam: interim funus thurificantem Petrum hic vide, & ringere, quiſquis defunctis fidelibus, imo certo Sanctis thuris honorem adhibitum culpas, cum hujus ritus uſum antiquitus etiam in Orientali Eccleſia receptum, indeque ad Moſcos traductum cogeris intueri.

MEMORIA IMAGINIS CHRISTI NON MANVFACTÆ. † XVI

Ita interpres Belgicus. Poſſevino dictatum eſt nomen Beatæ Veronicæ. *Sed quæ eo nomine appellatur imago, ſerva-*

ſervaturque Romæ, ut impreſſa ſudario, ab ſancta iſtius nominis muliere (de qua nos multis IV *Februarii) Chriſto crucem portanti oblato, diverſa eſt. Hic de ea agitur, quam, ſua item expreſſam è facie, Augaro Edeſſæ Regi, ipſum ad ſe invitanti, miſiſſe Chriſtus creditur. Quomodo ea Conſtantinopolim tranſlata ſit habemus a Baſilio Imperatore deſcriptum: ipſa nunc creditur extra muros Genuenſes ſervari, in eccleſia quæ olim Armenorum monachorum fuit, ad ejus cuſtodiam adductorum. De ἀχειροποιήτοις vero iſtiuſmodi imaginibus inſignem tractatum ſcripſit noſter Gretzerus.*

DIOMEDES ✠ Martyr.

XVII *MYRON* ✠ Epiſcopus Martyr.

XVIII *FLORVS, LAVRVS* ✠ Martyres.

Poſſevino hic obtruſum eſt nomen monſtroſum Throlachoni.

XIX *ANDREAS* ✠ Martyr.

XX *SAMVEL* ✠ Propheta.

XXI *THADDÆVS* ✠ Apoſtolus.
BASSA ✠ Martyr.

XXII *AGATHONICVS* ✠ Martyr.

XXIII *LVPVS* ✠ Epiſcopus Martyr.

XXIV *EVTTCHIVS* ✠ Epiſcopus Martyr.

XXV *TRANSLATIO S. BARTHOLOMÆI.* ✠

Poſſevino S. Apoſtoli Volphromi: *quæ eſt peregrina valde lectio, forſan in aliqua Ruthenica lingua proprietate fundata: cur autem Epiſcopi duo Diaconus unus, feretrum portantes, hic diademati pingantur, non divino.*

TITVS ✠ Pauli diſcipulus.

XXVI *ADRIANVS* ✠ *NATALIA* † Martyres.

Poſterior hæc Latinis faſtis adſcripta invenitur I *Decembris.*

EXCEPTIO ICONIS B. V. MARIÆ.

Apparet ex habitu Græcos eſſe Epiſcopos qui eam adferunt, & quidem diademati velut Sancti; Ruthenos vero eſſe qui eamdem cum ſuo Metropolita excipiunt: reliquam feſti originem & imaginis prædictæ hiſtoriam libenter diſcam à Ruthenis.

POEMEN ✠ Anachoreta. XXVII

MOYSES ✠ Monachus. XXVIII

DECOLLATIO IOANNIS PRODROMI. ✠ XXIX

Notat Herberſteinius, huic feſto ſingulare eſſe apud Moſcos, ut ejus Vigilia cum jejunio peragatur: qui honor nulli alteri Sanctorum habetur.

ALEXANDER, IOANNES, PAVLVS. † XXX

Simul Officium hoc die in Menæis habent, tamquam Patriarchæ Conſtantinopolitani, *ob aliquam ut credo communem tribus tranſlationem. Eſt autem* Alexander, *qui ſub Conſtantino Arium confecit precando, & colitur* XVIII *hujus menſis: Acta autem habet cum Actis deceſſoris ſui* S. Metrophanis, *& ipſius* S. Conſtantini Imperatoris *permixta: ſed qualia jam notavi* IV *Iunii.* Joannes *vel eſt* Cappadox, *& colitur ſeorſim* XVIII *hujus cum prædicto Alexandro; vel* Jejunator, *& colitur* II *Septembris.* Paulus, *cognomento* Junior, *colitur* VII *Iunii, quando dabimus gemina ejus ut Confeſſoris ac pœne Martyris Acta ex Græcis: docebimus autem veroſimiliter ipſum eſſe, qui poſt tranſlatum Venetias corpus, ibidem colitur* VIII *Iulii, tamquam* Martyr *non* Epiſcopus.

FELIX Martyr.

Hoc ut ſummum indicat habitus: quis aut cujas non eſt facile divinare: nam Menæa nullum hoc die nominant: aliquis hodie à Latinis colitur S. Felix, *ſed* Presbyter, *via Oſtienſi, occiſus cum S. Adaucto.*

COLLOCATIO ZONÆ B. V. MARIÆ. ✠ XXXI

SEPTEMBER

GRÆCORUM METRICUS.

A. Kalend. Ὑψιβάτης ΣΥΜΕΩΝ Σεπτεμβρίου ἔκτανε πρώτη.
Sublimis SYMEON primâ hinc Septembris abivit.

Auctor hic & exemplum Stylitarum, colitur à Latinis V *Ianuarii, quando ejus Acta Latine dedimus, Græcum textum daturi in ſupplemento. Prima eaque antiquiſſima auctorem præferunt Antonium diſcipulum; poſteriora alia Metaphraſten, qui hinc exorſus (utpote ab initio annî Græcanici) Sanctorum Vitas proprio elegantiorique adornare Stylo, aut potius de novo cœpit componere,* Μεταφράσης *appellans, unde ei, qui dignitate* Magnus LOGOTHETA *erat, factum inter Scriptores cognomen* Metaphraſtę. *Proprium nomen* Symeon *fuit, & encomium ejus Michaël Pſellus contexuit, quod etiam inter Sanctorum Vitas propateſcit. Tertio denique enumerat ultra centum Vitas, quas Metaphraſtæ eſſe certo audet pronuntiare: hæ autem fere omnes ad Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem pertinent, ſolum ſeptem ad Ianuarium, vix duæ aut tres ad Februarium Martiumque. Vnde intelligi datur, quam parum congruæ Vitarum Græcarum per totius anni ſeriem digeſtarum curſus adſcribatur Metaphraſti: cui tamen debetur laus incepti operis.*

XXIX *Novembris reperitur. De auctore iſto optime meritus Leo Allatius, in* Diatriba de Symeonum ſcriptis, *primo indiculum texit earum Vitarum, quæ inter Metaphraſtæ Opera ab ipſomet vel aliis tranſcriptæ reperiuntur, invariato auctoris cui intitulantur ſtylo. Deinde colligitur plurium aliarum Syllabus, quarum licet auctor ignotus ſit, auctorem tamen non eſſe Metaphraſten ipſo ſtyli indicio*

Δευτερίη χολάδες MAMANTOΣ χώτο τριάνη. Β′.
Fuſcina MAMANTIS diſperdidit exta ſecundâ. IV Non.

Toto Oriente celeberrimus Martyr Cæſareæ in Cappadocia, colitur à Latinis XVII *Auguſti: habemus antiquiſſima ejus Acta tam Græce quam Latine.*

ANOIMON ἐν τριτάτῃ ἀπέκλεινε ξίφεϊ ὀξύ. Γ′.
ANTHIMUS occubuit gladio ſub tertiam acuto. III Non.

Epiſcopus Nicomediæ, ſub Diocletiano paſſus, colitur à Latinis XXVI *Aprilis: ubi Acta Græce ac Latine dedimus.*

Δ'. ΠΑΙΔΑΣ ϗ BABYΛΑΝ ϖέφνε ξίφ@ ἀμφὶ τε-
τάρτῳ.
II Non. Quartâ cum BABYLA PUEROS tres ſuſtulit enſis.

Archiepiſcopus Antiochenus ſub Decio, colitur à Latinis XXIV *Ianuarii, quando dedimus Acta, tum ex veteribus Mss. Latinis, tum ex Græco Metaphraſtis: præ omnibus tamen optaremus habere ſcripta Leontii, Presbyteri ac deinde Epiſcopi Antiocheni (licet hic fuerit Arianus) qualia indicantur ab auctore Chronici, quod Radero noſtro placuit edere ſub nomine Alexandrini, cum revera Conſtantinopolitanum ſit, uti jam ſupra monuimus.*

E'. Πέμπῃ ZAXAPIAN δαπέδως φάξαν ϖαρὰ νηῷ.
Nonis. Poſt quartam in templo ZACHARIAS ſternitur ipſo.

S. Ioannis Præcurſoris atque Baptiſtæ patrem Zachariam, *virum Eliſabeth, ut Prophetam, ut Sacerdotem, ut Martyrem, totius diei Officio colunt hic Græci: deque eo Canon auctorem præfert S. Theophanem, ſub hac acroſtichide.*

Τὸν Προδρόμοιο τοκῆα χροτῶ ϑφὸν Ἀρχιερῆα.

Archiſacerdotem celebro Prodromiq; parentem.

Martyrii cauſa in elogio additur, quod filium occultaverit dum occiderentur infantes, quodque Deiparam venientem ad templum voluerit manere in loco Virginibus deputato. Vtrumque ex apocryphorum ſomniis hauſtum merito quis dixerit cum Hieronymo. Minus abſonum, imo veroſimile videri poteſt, ipſum eo tempore, quo ex prophetiis ſciri videbatur naſci debuiſſe Meßiam, pro hac veritate animoſius contra negantes defenſa, fuiſſe occiſum inter templum & altare, utque ita verba Chriſti, omnem ſanguinem juſtum ab Abel ad Zachariam venturum ſuper Iudæos comminantis, nullam obſcurioris explicationis violentiam paterentur; ſignificarent enim ſanguinem ab initio mundi uſque ad tempus Meßiæ injuſte effuſum; neque offendiculum objiceretur vel ex parte patris, vel ex parte temporis; cum nihil prohibeat etiam Ioannis genitorem filium fuiſſe alicujus Barachiæ. Ceterum non definimus quidquam: pleniuſque tractari ea quæſtio poterit die V *Novembris, quando Zacharias, pater Ioannis apud Latinos colitur.*

5'. ῥῶν MIXAHA ϖολαμῷ χώνευσε νόων ἄγ@ ἐλῃ.
VIII Id. Torrentis MICHAEL infudit flumina ſextâ.

De hoc inſigni & celeberrimo apud Laodiceam miraculo duplicia Acta Græca in codicibus Vaticanis notavimus: neutra tamen adhuc habemus tranſcripta: interim legimus quæ ſunt apud Lipomanum, ubi non recte prævenitur dies.

Z'. Ἑβδομάτῃ θάνε ΣΩZΩN, τυπτόμῳ@ χρόα
λαμπρόν.
VII Id. SOZONEM occidit flagris lux ſeptima cæſum.

Pompejopoli in Cilicia ſub Maximiano, etiam hodierno Romano adſcribitur. Acta Græca duplicia habemus.

H'. Ἐξάγαγε πρὸς φῶς ΘEOMHTOPA ὀγδόῃ ANNA.
VI Id. CHRISTIPARAM luci bis quartâ protulit ANNA.

Titulus hodiernæ diei in Menæis eſt Natalis ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ: *auctores vero Officii totius nominantur Sergius & Stephanus Hagiopolitæ, Germanus Patriarcha, Domini Andreas & Ioannes: plures autem in Mss. extant Græcæ orationes auctorum perquam celebrium, ac nominatim Leonis Auguſti, quæ unà cum aliis nonnullis Græco-Latine edita eſt in Auctario Bibliothecæ Græcorum Patrum à Franciſco Combefiſio.*

O'. Ἡδῇ ὀγάτῃ TOKEΩN ΘEOMHTOPOΣ εὗρε
V Id. Cωάξιν.
Invenias nona GENITORUM feſta MARIÆ.

Scilicet Joachim & Annæ, *qui à Latinis ſeorſim coluntur, hæc* XXVI *Iulii, iſte* XX *Martii.*

Τῇ νομῇῳ δεκάτῃ ΔΩPΩNYMOI ἔκτανεν αἰ Γ'.
ΤΡΕΙΣ.
TRES decimâ occumbunt quibus ultima ſyllaba IV Id.
DORA.

Scilicet MENODORA, METRODORA, NYMPHODORA, *Sorores Martyres ſub Maximiano in Bithynia: quarum & Acta habemus Græce, & in Romano hodierno expreſſa nomina.*

Ἐνδεκάτῃ ϖερατὸν ΘEOΔΩPH ὕπνον ἰάνῃ. IA'.
Dormiit extremum undecimâ THEODORA ſoporè. III Id.

Alexandrina pœnitens ſub habitu monachico, etiam hodierno Romano adſcripta. Acta Græca habemus.

AYTONOMOΣ δὲ λίθοις δύο ϗ δεκάτῃ κατε- IB'.
λεύϑη. II Id.
AUTONOMUS ſaxis duodenâ luce necatur.

Sub Diocletiano Epiſcopus & Martyr in Bithynia, cujus Acta habemus Græce, & nomen ex hodierno Romano recitamus.

.... Μνήμη τῶν ἐγκαινίων ϟ ἁγίας ϖῦ χριϖῦ ϗ IΓ'
Θεῦ ἡμῶν Ἀνασάσεως, ϗ ϖροεόρτια ϟ ὑψώσεως
ϖῦ τιμίου ϗ ζωοποιῦ Σταυροῦ, ϗ ϖῦ ἁγίου Μάρτυ-
ρ@ KOPNHAIOY ϖῦ ἑκατοντάρχου.
.... Memoria encœniorum ſanctæ Chriſti ac Dei Idibus
noſtri Reſurrectionis, & Profeſtum Exaltationis venerandæ ac vivificæ crucis, & ſancti Martyris CORNELII Centurionis.

Poſtremo nominatus colitur à Latinis II *Februarii, ubi Acta ex Ms. Græco dedimus. Dedicatio autem templi* ſancti Sepulchri *(ſic enim magis appellant Latini) facta eſt ſub Imperatore Conſtantino & Epiſcopo Hieroſolymitano Macario, cui totius fabricæ cura fuerat à Cæſare demandata.*

Ὑψώϑη δεκάτῃ ΣTAYPOY ξύλον ἡδὲ τετάρτῃ. IΔ'.
Tollitur ad decimam quartam venerabile LI- XVIII Kal.
GNUM.

Πέμπτῃ ϗ δεκάτῃ βλήϑη καμίνῳ NIKHTAΣ. IE'.
NICETAS decima quintaque immittitur igni. XVII Kal.

Martyr Gothus ſub Athanarico circa Danubium, cujus Acta Græca habemus, nomen autem hodierno Romano addidit Card. Baronius.

Τῇ ἕξ ϗ δεκάτῃ EYΦHMIAN κλάνεν ἄρκτ@. IS
EUPHEMIE decimâ & ſextâ mordetur ab urſâ. XVI Kal.

Martyr Chalcedone, antiquis faſtis Latinis æque ac Græcis nota, cujus præclara Acta & editis hactenus meliora habemus. Allatius ait vidiſſe ſe orationem Conſtantini Epiſcopi Tii in Inventionem ſacrarum ejus Reliquiarum, quam nobis non repertam, inveniri optamus.

Εδομάτῃ δεκάτῃ ΑΓΑΠΗΝ τάμῳ ΕΛΠΙΔΑ, IZ'
ΠΙΣΤΙΝ. XV Kal.
ELPIDA, PISTIM, AGAPEN decimam poſt tertia mactat.

Coluntur à Latinis I *Auguſti, Latinis nominibus* FIDES, SPES, CARITAS. *Sorores Martyres Romanæ: quarum non ſolum Latina Acta, ſed & Græca triplicia partim habemus, partim vidimus Venetiis ac Mediolani, quæ necdum nobis tranſcripta ſunt: habemus autem Græce quæ Latine reddenda Lipomanus curavit.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ϑάνε EYMENIOΣ μεγαλήτωρ. IH'.
Occidit EUMENIUS decimâ octavâ generoſius. XIV Kal.

Epiſcopus Martyr Gortynæ in Creta, inſcriptus hodierno Romano, cujus utinam Acta haberentur!

ιθ'. Ἐννεα καὶ δεκάτῃ ΤΡΟΦΙΜΟΝ τάμον ἡδὲ Συν-
ἀθλους.
xiii Kal. Cum Sociis Trophimus nonâ decimâque necatur.

Scilicet cum Sabatio & Dorymedonte, *Synnadæ in Phrygia ſub Probo. Acta Græca habemus: nomina in hodierno Romano legimus.*

κ'. Εἰκάδι ΕΥΣΤΑΘΙΟΣ γενεῇ ἅμα ὧν βωὶ καύθη.
xii Kal. Vicena Eustathius domus & tota in bene flagrat.

Vxor ſcilicet & filii duo, idque Romæ. Sunt & Latinis & Græcis celeberrimi ex Actis utraque lingua ſcriptis; quibus an non aliquid Poëticæ inventionis permiſtum ſit, erit ſuo tempore diſcutiendum. Legatur interim noſtri Athanaſii Kircheri hiſtoria Euſtachio-Mariana, qua admiranda D. Euſtachii ſociorumque Vita ex variis auctoribus collecta; locus, in quo eidem in Monte-Vulturello Chriſtus inter cornua cervi apparuit, noviter detectus; eccleſia quoque B.M.V. quam eodem in loco à Conſtantino Magno conditam, S. Silveſter Papa I ſolenni ritu conſecraſſe traditur, ſummo ſtudio inquiſita, deſcripta, nec non variis antiquitatum monumentis illuſtrata, è dentis quibus huc uſque delituerunt tenebris, in publicæ lucis bonum educuntur MDCLXV.

κα'. Εἰκάδι δὲ πρώτῃ τ' ΙΩΝΑΝ γᾶια κάλυψεν.
xi Kal. Primâ & vicenâ tumulo occultatur Ionas.

Hic Propheta Romano etiam hodierno inſcribitur.

Εἰκάδι δὲ πρώτῃ ΚΟΔΡΑΤΟΣ σὺν εὔρατο
ἄθλοις.
Certando invenit palmam Codratus eâdem.

Epiſcopus Athenienſis, Quadratum *Latini ſcriberent, qui eum hoc nomine colunt* xxvi *Maji: quando & nos de eo.*

κβ'. .... Τῷ ἁγίῳ Ἱερομάρτυρι ΦΩΚΑ.
x Kal. .... Sancti Hieromartyris Phocæ.

Idem de quo jam actum ad xxiii *Iulii, hic ſolum addo recentiora quædam Græca apud nos eſſe, in quibus ei & datur titulus* Thaumaturgi.

κγ'. Εἰκάδι δὲ τρίτῃ γαστὴρ λάβε ΠΡΟΔΡΟΜΟΝ
ἔσω.
ix Kal. Prodromon includit vigeſima tertia in alvum.

In titulo feſti ſcribitur Σύλληψις, Conceptio: *non quod ipſa proponatur uti ſancta in ſe, & cultu religioſo digna, ſicuti ex pio communique Eccleſiæ ſenſu proponitur* Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio: *ſed propter myſteria ipſius diei, qua vere ſancta nativitas Ioannis, cum munere Præcurſoris eidem divinitus conceſſo, indicata eſt Zachariæ patri ejus ab Angelo: quod & ipſa imagine expreſſum voluerunt Græci, à quibus hoc feſtum longe aliter pingere didicerunt Moſci, quam pingant feſtum Conceptionis Marianæ.*

κδ'. Εἰκάδι ἀμφὶ τετάρτῃ πέμψιν ἐδέξατο ΘΕΚΛΑ.
viii Kal. Vicenâ quartâ indulta eſt dimiſſio Theclæ.

Megalo-Martyra & Apoſtolis æqualem *appellant Græci: Latini eam antiquitus colunt die præcedenti. Acta ejus Baſilius Seleucienſis Epiſcopus, & poſt hunc Simeon Metaphraſtes, utraque (quamvis priora ſint uno, quem ſuppleri vellemus, loco mutila) edidit Græco-Latine Petrus Pantinus Decanus Bruxellenſis. Reliquiæ corporis Mediolani eſſe creduntur in eccleſia Cathedrali. Obiit autem incruenta morte, poſt varios cruciatus ſuperatos, quo alludit carmen.*

Εἰκάδι ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ κατὰ πέμπτου πότμον κε'.
ὑπέσχη.
Attulit Euphrosynæ mortem vigeſima quinta. vii Kal.

Alexandrina hæc Virgo, filia Paphnutii, in Ægyptio aliquo monaſterio ſub virili habitu latuit: nominatur autem in antiquioribus Martyrologiis Latinis i *Ianuarii; in aliis multis minus antiquis* xi *Februarii, quando elegimus ejus Acta (quæ Græce etiam habemus) dare, propterea quod eam tunc ſolennius colat totus Ordo Carmelitanus, etſi non inveniremus, quare, præ tam multis longeque illuſtrioribus Orientalis monachiſmi Sanctis, hanc Ordo iſte colendam ſibi aſſumpſerit. Nunc invenio apud noſtrum Albertum Kojalowicz* S. Euphroſynam Virginem, Ducis Poloniæ filiam, *quæ monialis facta, extructo in ſuburbiis S Salvatoris monaſterio, mortua eſt Hieroſolymis* xxiii *Maji circa annum* mclxxiii, *in monaſterio Deiparæ, vulgo Ruſſo, ſepulta. Hinc occurrit ſuſpicari, quod Rutheni aliqui ex eo monaſterio monachi, urbe ſancta capta à Saracenis, una cum Latinis Chriſtianis omnibus emigrantes, eyexerint ſecum in urbem Acconenſem, quæ deinde Patriarchæ Sedes fuit, iſtius ſuæ Sanctæ conterraneæ corpus vel reliquias ejus notabiles: quæ deinde beneficio B Alberti Legiſlatoris Carmelitarum, vel ſucceſſoris ejus alicujus, in eorum poteſtatem tranſierint, occaſionemque dederint ipſam confundendi cum antiqua* Euphroſyna, *colendique eo die quo inſcripta hæc erat Breviario Gallicano; ad eccleſiæ ſancti Sepulchri uſum traducto, atque inde à Carmelitis aſſumpto.*

Πρός γε Θεὸν μετὰ BP[illegible]ΙΤΗΣ-ΠΑΙΣ εἰκάδι κς'.
ἕκτῃ
Ge[illegible]ta Γονιτρυγενάν & vigeſima mittit ad aſtra. vi Kal.

Scilicet S. Ioannem Theologum *ſive* Euangeliſtam, *cui & Iacobo fratri Chriſtus impoſuit nomen* Boanerges. *Latini colunt tranſitum ejus* xxvii *Decembris.*

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ φάσγανον ΕΠΙΧΑΡΙΣ ἔτλη. κζ'.
Epicharin gladio vigeſima ſeptima tollit. v Kal.

Dicitur Romæ paſſa ſub Diocletiano, interim nulla ejus Acta Latina vel Græca habentur.

Εἰκάδι ὀγδοάτῃ ΧΑΡΙΤΩΝ θάνε γήραμα Χριστῷ. κη'.
Vicenâ octavâ Chariton tibi, Chriſte, ſacratur. iv Kal.

Celeberrimi in eremo Hieroſolymitana monaſterii conditor, cujus Vita cum in Lipomano & Surio extet (habemus autem eam etiam Græce) mirabar in Romani Martyrologii amplificatione fuiſſe à Card. Baronio præteritum Charitonem, præ tot aliis minoris longe notæ Orientalibus. Sed cum Acta illa inſpexi propius, vidi tantam in iis perſonarum ac temporum confuſionem, ut vix potuerim dubitare quin de induſtria eum prætermiſerit Baronius, eo quod ad Annalium ſuorum tomum tertium progreſſus, clare cognoſceret, quam parum ſolido fundamento nixus de Sancto iſto egerit in ſecundo tomo, quaſi ſub Aureliano Imperatore fidem confeſſus anno cc.lxxv, *diu ante ejuſdem ſeculi finem habuiſſet ædificatam Lauram & monachos in ea collectos, mortuus circa an.* ccciv. *Invenit enim Baronius, quod Sanctus iſte gloriaretur coram Præſide, ſe eſſe diſcipulum* Theclæ & Pauli, *& deinde vidit nominari Macarium Hieroſolymorum Epiſcopum, qui dedicavit eccleſiam à Charitone conſtructam, quod fieri non potuit ante ejuſmodi facultatem Chriſtianis à Conſtantino factam, certe non prius quam Macarius ordinaretur Epiſcopus, quod primū factum eſt circa ann.* cccxvi, *cum jam in Paläſtina floreret Hilarion,*

Hilarion, monachorum in eadem, Hieronymo teste, omnium primus. Fatetur Metaphrastes vitæ auctor, nihil eorum quæ narrat, scriptum invenisse se, sed solum per traditionem accepisse, seque eo nomine excusari petit. Quis autem ignorat, quam facile personas ac tempora confundat traditio? Exemplum habemus in eo, qui Baronium & alios sæpe torsit & hic Metaphrastem decepit, Aureliano, accepto pro hujus nominis Imperatore, loco ejus qui Princeps seu Comes utriusque Militiæ sub Trajano præfuit Isauriæ, cujus caput Iconium, patria Charitonis & Theclæ. Et sic Martyr Chariton, *passus ante annum Christi* CXVI, *ac forsitan die* III *Septembris, in vivæ calcis fornace consumptus, confusus fuerit cum alio multo juniore, non Isauro sed Palæstinio: qui potuerit juvenis sub Licinio fidem esse confessus, ac deinde circa annum Christi* CCCXXX, *sumpto ab Hilarione vitæ monasticæ exemplo, Laurarum construendarum feciſſe initium. Ecce quam modica in historiis tractandis discretio adhibita, vanum esse ostendat conatum eorum, qui undequaque colligunt paleas, ad monastici Status originem in Palæstina altius quam par est fundandam; seque existimant, contra expressissimam S. Hieronymi sententiam irrefragabile testimonium reperisse.*

Σκυλλβόρῳ δὲ ἐνάτῃ μύσει εἰκάδι ὁ ΚΥΡΙΑ- ΚΘ
ΚΟΣ.
CYRIACUM fecit vigesima nona silere. III Kal.

Fuit S. Euthymii discipulus, & in prædicto S. Charitonis monasterio Hegumenus, hodierno Romano inscriptus QUIRIACUS, *quod eodem redit: Habemus geminam ejus Vitam Græcam, quarum alteram composuit Metaphrastes, & in utraque dicuntur scyllæ coctæ ordinarius ejus cibus fuisse.*

Ἀρμενίης μεγάλης θάνε ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ τριακοστῇ. Λ′.
GREGORIUM Armeniæ tollit trigesima magnæ. II Kal.

Floruit tempore Constantini Magni, regionis illius Apostolus, meritoque adscriptus est hodierno Romano: sed quæ à Metaphraste conscripta apud Lipomanum extat prolixa ejus vita, contracta ex alia longe prolixiori quam sub nomine Aganthangeli veluti coævi habemus Græcam, vereor ne multis fabulosis additamentis prodigiosius amplificata sit quam verisimilitudo patiatur.

SEPTEMBER

MOSCORUM FIGURATUS.

I S. STMEON ✠ Stylites.

Primus hic ut Græcorum sic & Moscorum mensis est, in cujus tabulæ prima ac secunda linea, litteris ΓΡ, πατὴρ *significatur, per* ΟΜ *vero &* Μ. Ὁσιομάρτυς *&* Μαρτὺς *designatur: quorum deinceps cum ratio non habeatur, neque ego ejus rationem habere volui.*

II *MAMAS* ✠ Martyr.
IOANNES † Patriarcha Constantinopolitanus

Potnica, *id est* Νηστευτὴς Jejunator *cognominatus, vixit sub Iustino, Tiberio & Mauritio Imperatoribus. Vita utinam aliqua extaret.*

III *ANTHIMVS* ✠ Episcopus Martyr.
THEOCTISTVS † Monachus

Socius S. Euthymii, de quo ad hujus Vitam multa diximus XX *Ianuarii, illius vero seorsim scriptam Vitam extare nullam scimus.*

IV *BABYLAS* ✠ Episcopus Martyr, *cum tribus pueris: Possevino perperam* Bobilus.

MOYSES † Propheta. *Etiam à Latinis antiquitus hoc die colitur.*

V *ZACHARIAS* ✠ Pater S. Ioan. Bapt.

VI *SYNAXIS ARCHANGELI MICHAELIS.* ✠

Qui hic ante ecclesiam diadematus assistit velut Sanctus, est Presbyter Archippus, *cui ea revelatio facta est, cujus etiam Vita ipsi narrationi miscetur, & nomen cum titulo Sancti præfigitur eidem narrationi in quodam Bibliothecæ Ambrosianæ Manuscripto.*

VII *SOSON* ✠ Martyr.
EVDOCIMVS, an EVDOXIVS? † Martyr.

Priori nomine nullus hoc mense uspiam, posteriori reperitur unus, & quidem die præcedenti in Menæis cum sociis Zenone & Romulo, *quorum Acta Græce habemus: nomina autem Romano hodierno inscripta sunt die* V.

NATIVITAS VIRG. MARIÆ. ✠ VIII

IOACHIM & ANNA ✠ Parentes Deiparæ. IX
SEVERIANVS † Martyr

Sebastæ in Armenia sub Lycinio: nomen reperies in hodierno Romano, Acta Græca nos habemus, nova forsan Latinitate donanda.

MENODORA, METRODORA, NYMPHODORA ✠ X
Sorores Martyres.

Possevinus, nescio qua contractione, scribit nomen Mart. Ruidonæ.

THEODORA ✠ Pœnitens Alexandrina. XI

Nomini ejus ΓΡ *perperam præfigitur loco* ΜΡ; *id est* πολὴς, *loco* μήτηρ.

AVTONOMVS ✠ Episcopus. *Possevino minus recte* Autonechus. XII

CORNELIVS ✠ Centurio. *Creditur postea factus Episcopus in pace obiisse.* XIII

EXALTATIO SANCTÆ CRVCIS. ✠ XIV

PHILOTHEVS ARCHIEPISCOPVS. XV

Quod hic additur Nidagrada, *personamque notiorem facere deberet, magis confundit, persuadet tamen indigenam esse: licet enim Græci etiam habeant colantque hoc die* Philotheum *quemdam miraculis clarum, cujus Vitam inveniri multum optaremus; colunt eum tamen cum titulo* Presbyteri: *hic vero* Archiepiscopum *tum epigraphe addita, tum vestis ipsa loquitur. Habuit quidem etiam Constantinopolis Philotheum Patriarcham anno* MCCCLXVII *Romanam unionem professum, cujus variæ Orationes ab Allatio indicantur, sed neque à Græcis adeo recentes Sanctos agnosci & coli credimus, neque eo titulo quod eorum schisma conatus sit extinguere, putamus ab ipsis pro Sancto colendum fuisse* Philotheum *istum. Restat ergo ut fuerit Kijovienſium Metropolitarum Sanctorum unus, cujus corpus, in loco* Nidagrad *dicto quiescat, de quo plura con-*

veniat ex Ruthenis discere, una cum ætate qua floruit. Non enim audio Novogrodum *suggerere, urbem in Ducis Moscoviæ ditione opulentam, amplam & Episcopalem.*

NICETAS ✠ Martyr Gothus.

XVI *EVPHEMIA* ✠ Virgo Martyr.

XVII *FIDES, SPES, CARITAS, ET MATER SOPHIA* ✠

Inintelligibile est, quod Possevinus hic habet, nomen S. Mart. Versolinæ.

XVIII *EVMENIVS* ✠ Episcopus Martyr.

XIX *TROPHIMVS, SABBATIVS, DORYMEDON* ✠ Martyres.

Et hic Trochipeum *sibi finxit Possevini interpres.*

THEODORVS Monachus.

Ignotus mihi: suspicor autem vel indigenam esse, vel ad gentis conversionem aliunde advectum: quid enim aliud persuadere possint Reguli duo, velut discipuli, ac forsan ut Martyres, ante eum constituti? quorum etiam indicari videntur nomina NYAD *&* IEGO.

XX *EVSTATHIVS, TATIANA* ✠ Conjuges Martyres.

Verior nomine scriberetur Trajana: *filiorum autem hic adjunctorum nomina fuisse dicuntur,* Agapius & Theopistus.

MICHAEL PRINCEPS Zernichovienſis.
THEODORVS ejus famulus.

Horum sub Batyro Russiæ tyranno martyrium, habemus ex antiquis Gentis monumentis descriptum, & à Vilnensis Archiepiscopi Suffraganeo approbatum, sed brevi satis epitome. Prolixiorem historiam qui suggesserit, bene de patriis Sanctis merebitur.

XXI *CODRATVS* ✠ Apostolus.

An Condratum *pronuntient Moschi nescio, hic certe expressum videtur* N *& interpres Belga etiam sic legit: Possevino ineptius obtrusum fuit nomen* Apost. Conradi.

XXII *IONAS* ✠ Propheta.

Fortassis ad diem superiorem more Græcorum referendus, incuria sculptoris hic ponitur.

PHOCAS ✠ Episcopus Martyr.
IONAS PRESBYTER † Monachus

Inter Sabaïtas vixit, pater SS. Theodori & Theophanis Confessorum qui coluntur XXVII *Decembris: ipse autem à Menæis refertur die præcedenti, nec vitam habet ab Actis filiorum distinctam quæ habemus Græce.*

In triptycho Moscovitico, infra proponendo, post SS. Petrum & Alexium Metropolitas *Kiovienses, proponitur quidam* S. Ionas *eodem in habitu, ut videatur successorum esse aliquis, sed quo die colendus, quibus miraculis clarus, nos latet.*

XXIII *CONCEPTIO IOANNIS PRODROMI.* ✠

XXIV *THECLA* ✠ Virgo Martyr.

Possevinus hac omissa ceteros ex ordine sequentes uno die anticipat: atque ita in fine demum destitutus Sancto, notat, Deest.

XXV *EVPHROSYNA* ✠ Virgo sacra.

OBITVS SERGII RADOZNIESKAGO.

Ita litteratim legendum cognomen docet interpres Belga. Habemus inter alias huc spectantes Vitas, à Vilnensi Suffraganeo approbatas, Vitam hujus S. Sergii Abbatis: *qui Rostoviæ natus, cum parentibus* Radoznam *migravit (unde cognomen ei mansisse apparet) ibidemque extruxit cœnobium sanctissimæ Trinitatis: quod ab urbe Moscua distare* LX P.M. *scribit Possevinus, omniumque totius Moscoviæ celeberrimum opulentissimumque ac numerosissimum esse hodieque auctores docent, ad ducentos trecentosque monachos in eo commorari asserentes, ipso Magno Duce quotannis ad visendum incorruptum Sergii corpus egrediente. Vita (quam habemus à coævo, ex ore testium oculatorum imprimis Isacii discipuli, scriptam) mortem ejus consignat anno* VI∞ DCCC, XXV *Septembris: annus autem iste (secundum Allatianam tabulam, Dissertationi ejus de Dominicis & hebdomadibus Græcorum recentiorum præfixam, ex usu inter commercia & congressus familiares communi) est Æræ Christianæ vulgaris annus* MCCXCII. *Hinc apparet vel Possevinum vel interpretes ejus insigniter erravisse, quando sub annum* MDLXXXII *scripturo de cultu hujus S. Sergii, suggesserunt eum* unde viginti annis ab inde mortuum *fuisse, pro annis ducentis nonaginta. Quo errore correcto, extra suspicionem schismatis, juxta constitutum à nobis principium, manet fama tanti usque in hodiernum diem Thaumaturgi & integro etiamnum corpore spectabilis. Quare vehementer optamus miraculorum ejus seriem & prolixiorem Vitæ historiam, si qua extat, nancisci.*

IOANNES BOGOSLOB, id est, Theologus. ✠ XXVI

Ita enim Joannem Euangelistam *passim appellant Græci.*

CALISTRATVS † Martyr. XXVII

Baronius, Acta apud Lipomanum, quæ nos Græca habemus, secutus, ad sequentem diem ipsum inseruit Romano hodierno.

CHARITON ✠ Monachus. XXVIII

CYRIACVS ✠ Monachus. XXIX

GREGORIVS ✠ Armenorum Apostolus. XXX

Hic mensis uti primus Moscis est æque ac Græcis, sic habebat in fine quartæ quintæque lineæ (nam prototypa nostra quinque habent Sanctorum ordines, quos ad quatuor redegimus) habebat inquam, in fine duarum ultimarum linearum notatum Annum & Indictionem, qua tabulæ sculptæ vulgataque sunt. Ita scilicet ut supra quartæ seriei ultimum, post verba quibus conceptio Ioannis Prodromi *indicatur, inveniantur hæ litteræ ζ ϱ λ ϛ′ quibus notatur annus, Mundi juxta Allatium* VII∞ CXXXVI, *Æræ nostræ vulgaris* MDCXXVIII: *supra ultimum autē loculum quintæ seriei, qui in prototypo est duplo amplior, post nomen* Gregorii *legebatur* INΔIT. *βι′, id est,* XII: *quæ non usquequaque concordant: nam dicto anno tam Mundi quam Christi, secundum Allatium nostrumque usum, solum fuisset numeranda* Indictio XI. *Oportet ergo exiguam aliquam inter hodiernos Græcos Moscosque differentiam agnoscere, quoad combinationem Annorum Mundi & Indictionis, quæ non mereatur nos hic morari. Ad ejusdē* S. Gregorii, *Septembrē claudentis, pedem sinistrum scriptæ erant litteræ* Θ.M. *quas defectu loci nostro in ectypo permisimus omitti. An iis significetur* Mensis nonus *anni Græci ac Moscovitici, qui nobis* Majus *diceretur; an nomen sculptoris vel propolæ, per litteras initiales notetur; an aliud denique, non divino. Solum hic excuso & finio mensem, quod figuras in ectypo, quamvis rudi oblongas ac teretes delineator noster crassiculas omnes ac pusillas fecerit in hoc primo sui operis tentamento: quod deinde monitus, curavit emendare in aliis, seque magis conformare prototypo.*

OCTO-

OCTOBER

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Λεύδῃ ΑΝΑΝΙΑΣ Ὀκλωβρίου αἵματι πρώτῃ.
Kalend. ANANIAM Octobris tinxere cruore Kalendæ.

S. Pauli Apoſtoli Baptizator, colitur à Latinis XXV *Ianuarii. Allatius dicit quod Paſſionem ejus ſcripſit Barſaphta quidam, ac juxta Martyris cadaver repoſuit, quam cuperemus invenire: inventam tamen haud facile credemus auctoris coævi opus eſſe.*

Β'. Τμήδῃ δευτερίῃ Ζωὴ ΙΟΥΣΤΙΝΗΣ ΚΥΠΡΙΑΝΟΣ.
VI Non. Jungere JUSTINÆ gladio, CYPRIANE, ſecundâ.

Hic Magus, *illa* Virgo *fuit, Antiochiæ in Syria ſub Decio. Utrumque Damaſci pro fide Chriſti tortum ac capite plexum, cum jam* Cyprianus *eſſet* Epiſcopus Carthaginenſis, *traduni Græci in Menæis, & conſonat Gregorii Nazianzeni de his Sanctis oratio. Ingens ſane error, in ſola fundatur homonymia: nam* S. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus *tempore Decii, Afer fuit, colituique à Latinis, ignotus Græcorum faſtis,* XIV *Septembris: Antiochenus vero Magus cum Iuſtina dici ab iiſdem Latinis paſſus ſub Diocletiano,* XVI *jam dicti menſis, ſecundum meliora & antiquiora Acta; quæ Latina habemus, & in Vaticano Græca reperimus, ſed necdum curavimus tranſcribenda.*

Γ'. Ἀμφὶ τρίτῃ κεφαλῶι τιμηδὲις, ΔΙΟΝΥΣΙΕ, ἄρας.
V Non. Tertia ferre caput manibus tibi dat, DIONYSI.

In hoc verſu clare expreſſum vides Dionyſium Pariſienſem, *ſecundum id quod vulgo de eo fertur; neque dubitare ſinit epitome Actorum, qualia Metaphraſtes compilavit, perſuaſus* Areopagitam Dionyſium *eumdem eſſe, qui fuit Pariſienſium Apoſtolus, & à Latinis cum Ruſtico atque Eleutherio colitur* IX *huius. Res ea admodum controverſa eſt, neque hic volumus in partem alterutram præjudicare quidpiam, cum tot utrimque ſcripti libelli melius poſſint lectorum inſtruere de totius ſtatu quæſtionis, ſuo tempore opportunius dijudicandæ. Nihilo levior controverſia eſt de libris* Dionyſii Areopagitæ *nomen præferentibus, hujuſne revera, an alterius ſint. Pro affirmativa nuperrime ſcripſit* Petrus Franciſcus Chiffletius *noſter: pro negativa habeo epiſtolam eruditiſſimi viri Paſchaſii Queſnel, ejus qui Athanaſianum Symbolum,* Quicumque vult, *Vigilii Tapſenſis Opus eſſe indicavit. In hac epiſtola, perſtrictis ſummatim argumentis triginta quinque Ioannis Morini, in Opere de ſacris Ordinationibus, & aliis alterius eruditi viri quindecim additis, atque eorum aliquibus curioſius excuſſis, eo deducit concluſionem; ut non ſolum credat ſe pro demonſtrato habere Areopagiticorum auctorem, poſt exortas Neſtorii & Eutychetis hæreſes ſcripſiſſe ſeculo* VI, *ſed etiam probabiliter colligi à ſe putet, quod ex Iudæis prognatus, natione Ægyptius, profeſſione Monachus, diſciplina Platonicus fuerit, tantoque contra Neſtorianos zelo actus, ut pluſquam par ſit in contrariam Eutychianorum vel Semieutychianorum declinaverit ſententiam; phraſes eis familiares uſurpans, quas tamen Catholice interpretari quis poſſit, fortaſſis & debeat. Chiffletio vero, contra Morini argumenta velut præcipuam arcem occupanti, quod auctor, ſi vere Areopagita non fuit, ſed ejus ſolum perſonam ſibi ſumpſit, haberi deberet* reus ſimulationis ſacrilegæ, *ſuum Vigilium Tapſenſem revocat in memoriam, ante annos ſedecim ab eo vulgatum, in quem, Athanaſii aliorumque Sanctorum Patrum nomina perſonaſque aſſumentem, eadem caderet accuſatio ſi legitima foret. Hæc ſumma bene longæ epiſtolæ, brevi forſitan lucem viſuræ.*

Ποῖον σῆμα κάλυψε τετάρτῃ ΙΕΡΟΘΕΟΝ; Δ'.
Abdidit HIEROTHEUM qualem lux quarta ſepulcro? IV Non.

Proponitur hic tamquam Epiſcopus Athenarum, & prædicti Dionyſii magiſter: ſed neminem ipſo Dionyſio priorem fuiſſe Athenis Epiſcopum facile poteſt demonſtrari; & fictionem aliquibus ſapiunt omnia quæ de illo referuntur, ſcriptorum quoque illius fragmenta, in Areopagiticis producta, ut ejuſdem plane cum his ſtyli ſic & auctoris eſſe videntur: qui forte nonnihil peccat contra decorem ejus quam alloquitur perſonæ, quando primario S. Pauli diſcipulo ſcribit, quod Hierothei *Theologica elementa à* Timotheo *intelligi non potuerint, hancque ob cauſam ab eodem ſint remiſſa, quod eſt penultimum ex triginta quinque Morini argumentum. Interim ipſe* Hierotheus *Græcorum exemplo eſt hodierno Romano adſcriptus. Hiſpani quidam fabulatores ſub Dextri nomine, eumdem in Hiſpaniam protractum oneraverunt titulo primi Epiſcopi Segovienſis, cum injuria S. Fructuoſi, veteris ac certi iſtius urbis Patroni. Quam hujus injuriam eruditiſſimo Commentario amolitus eſt amicus noſter Agropolitanus tunc Marchio, nunc etiam Marchio de Mondexar & Comes de Tendilla atque utroque titulo Magnatum Hiſpaniæ prærogativæ ſpectabilis; amolitus eſt autem eam eruditiſſimo Commentario, primum edito ſub titulo Diſcurſus hiſtorici, deinde fuſius tomis duobus (quorum tamen alter necdum prodiit) ſub appellatione Diſſertationum eccleſiaſticarum, pro honore antiquorum Tutelarium contra fictiones modernas.*

Πέμπτῃ βλῆτο λίθοις ϗ θυμὸν ἀφῆκε ΜΑΜΕΛΧΟΗ. Ε'.
Obruiturſaxis quintâ, expiratque MAMELCHTHE. III Non.

Martyr in Perſide populari gentilium furore lapidata hæc eſt, cujus utinam Acta inveniremur.

Δίραιν ἑτάδη ΘΩΜΑΣ μακροῖσιν ἐν ἐγχῃ. ϛ'.
Bis ternâ longis THOMAS configitur haſtis. II Non.

Apoſtolus hic colitur à Latinis XXI *Decembris: quo die agendum erit de ejus corpore, quod pridem credebatur ex India Edeſſam tranſlatum; ſuperiori autem ſeculo dicitur repertum in primo ſuo ſepulcro Meliaporæ, ad oram Sinus Gangetici, ubi hodieque oſtenditur lapis, ſuper quem mactatus fertur; aliuſque, ad quem cum mare perveniſſet, adventuros è longinquo gentis externæ homines prædixit Sanctus, qui eamdem quam ibi prædicaverat fidem annuntiarent iis populis: quod per S. Franciſcum Xaverium & ſocios feliciter adimpletum fuit.*

ΣΕΡΓΙΟΝ ἑβδομάτῃ ξίφος ἔκλανε νεῦρα δὲ ΒΑΚΧΟΝ. Ζ'.
SERGION enſe, flagris BACCHUM lux ſeptima Nonis. mactat.

Martyres hi Auguſtæ Euphrateſiæ toto orbe celeberrimi, & antiquis etiam Latinorum faſtis adſcripti fuerunt. Acta Græca habemus, ſed expolita à Metaphraſte, ut fortaſſe ſinceriora ſint vetera Latina.

Ὀγδοάτῃ ὑπάλυξε βίῳ πελαγὼ ΠΕΛΑΓΙΑ. Η'.
Octavâ effugit pelagus PELAGIA vitæ. VIII Id.

Hieroſolymis pœnitens etiam hodierno Romano inſcribitur. Inter Vitas Patrum Vita extat quam ſcripſit Iacobus Diaconus : quamque etiam à Metaphraſte exornatam habemus Græce.

Ο'. Ἀμφ' ὀγδάτῃ ΙΑΚΩΒΟΣ ἐνὶ ϛαυρῷ τελάνυϛο.
VII Id. In crucis ad nonam, IACOBE, extendere ligno.

Eſt hic Alphæi filius, & Latinis nunc colitur I *Maji, propter confuſionem cum Iacobo fratre Domini, olim autem ut ab eo diſtinctum iidem colebant* XXII *Iunii.*

Ι'. Ἐπὶμήδῃ δεκάτῃ ΕΥΛΑΜΠΙΟΣ, ἐκθανὼν ΑΔΕΛΦΗ.
VI Id. Commoritur decimâ diſſecto EULAMPIA fratri.

Nicomediæ ſub Maximiano paſſi, hodierno quoque Romano adſcripti ſunt. Habemus Græce Acta per Metaphraſten, ut extant Latine edita apud Lipomanum & Surium.

ΙΑ'. ΖΗΝΑΙΣ ἑνδεκάτῃ ΦΙΛΟΝΙΛΛΗι ϛωθανε κυδνῇ.
V Id. ZENAIS undecima PHILONILLÆ juncta celebri eſt.

Dicuntur ex Tarſo Ciliciæ Pauli Apoſtoli diſcipulæ, Demetriade in Theſſalia virtutibus & miraculis claruiſſe. Habemus Acta Græca ſolius Zenaidis, *in quibus nihil de Paulo aut Philonilla, multoque junior illa eſſe videtur.*

ΙΒ'. Τμήθῃ δωδεκάτῃ ΠΡΟΒΟΣ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΤΑΡΑΧΟΣ τε.
IV Id. Bis ſena occidit PROBUM, TARACHUM, ANDRONICUM.

Martyres ſub Diocletiano Tarſi in Cilicia, etiam Latinis faſtis antiquitus inſcripti, ſed die præcedenti, quando Acta, etiam Græcè, dabimus.

ΙΓ. ΚΑΡΠΟΝ ϛὼ ΠΑΡΥΛΩι δεκάτῃ τρίτῃ ἐκθανε χαλκός.
III Id. Tertia poſt decimam CARPUM PAPYLUMQUE necavit.

Martyres habentur, prior etiam Epiſcopus Thiatyræ: coluntur que apud Latinos XIII *Aprilis, quando eorum Acta Græce ac Latine dedimus.*

ΙΔ'. Σὼ τρισὶ ΝΑΖΑΡΙΟΣ τμήθη δεκάτῃ γε τελάρτῃ.
II Id. NAZARIUS decimâ & quartâ tribus additur enſe.

Sunt hi tres; Celſus puer, *qui cum* Nazario *colitur à Latinis* XXVIII *Iulii; alii duo* Gervaſius & Protaſius, *fratres ac Martyres Mediolani, qui ab iiſdem Latinis coluntur* XIX *Iunii. Pro utroque die utrorumque Acta Latina diverſa habemus : hic autem conjunguntur nomina, quia de omnibus hiſtoriam unam conſtavit Metaphraſtes, cujus Græcum contextum etiam habemus.*

...Τῦ ὁσίυ Πατρὸς ἡμῶν ΚΩΣΜΑ Ποιητῦ.
...S.P.N. COSMÆ Poetæ (*ſubintellige*) memoria.

Diei hujus titulum in Menæis hic claudit. Melodum *cognominat Allatius, cjuſque Vitam à ſe viſam laudat: quam quia necdum invenimus hactenus, ideo nomen illius hic præter morem indicare volui. Quid autem ſi ipſe ſit Epiſcopus Majumæ, S. Ioannis Damaſceni condiſcipulus, & in reſtituendis locupletandiſque libris ſacrorum cantuum, partem fortaſſis haud modicam juxta illum ſortitus?*

ΙΕ'. Λιμῷ ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ δεκάτῃ θάνεν ἠδέ τε πέμπτῃ.
Idib. Eſurie moritur decimâ quintâ LUCIANUS.

Presbyter Antiochenus & Martyr ſub Maximiano, colitur à Latinis VII *Ianuarii, quando Acta illuſtravimus, Græcum textum daturi in Supplemento.*

Ἀμφ' ἕξ χὼ δεκάτῃ ΛΟΓΓΙΝΟΝ ἄορ κατέπεφνεν. Ις'.
LONGINUS ſextâ decimâ proſternitur enſe. XVII Kal.

Centurio hic eſt, Dominum ſub cruce confeſſus. Egimus de eo XV *Martii & Acta Græce ac Latine dedimus, neceſſe habentes eum diſtinguere à Milite, Dominici lateris confixore, quem à λόγχῃ haſta etiam* Longinum *appellandum antiqui ſtatuerunt, feſtum ejus tali die agentes.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ νέκων ΩΣΗΕ περιῆζον. ΙΖ'.
Septima poſt decimam OSEÆ circumvehit oſſa. XVI Kal.

Videtur aliqua tranſlatio indicari, de qua notitia quærenda nobis ſupereſt.

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πέρατον βίυ ἔμοιρε ΛΟΥΚΑΣ. ΙΗ'.
Octava decima vitæ finem accipe, LUCA. XV Kal.

Euangeliſta hic, antiquitus etiam à Latinis coli ſolitus hoc die, Medicus *fuiſſe ſcitur ex Paulo :* Pictorem *quoque eum facit pia fidelium credulitas, innixa variis Chriſtæ ac Deiparæ imaginibus, quæ Romæ & alibi venerationem habent, velut ab illius manu eſſent. Fuerit operæ pretium legere, quæ in hanc rem ſcripſit Abbas Paulus de Angelis in deſcriptione Baſilicæ Mariæ Majoris de urbe lib.* 12 *cap.* 2 *&* 3, *egent tamen illa examine aliquo, quod non eſt hujus loci.*

Ἐννεα χὼ δεκάτῃ μόρῳ ἀμφεκάλυψεν ΙΩΗΛ. ΙΟ.
Mors decimâ nonâ IOELEM ſuſtulit orbi. XIV Kal.

Commemoratur apud Latinos XIII *Iulii, Propheta inter duodecim minores ſecundus.*

Εἰκάδι ΑΡΤΕΜΙΟΣ ϖυκινόφρων αὐχένα τμήθη. Κ'.
Prudenti ARTEMIO ſecuit vigeſima collum. XIII Kal.

Dux Martyr ſub Iuliano, etiam hodierno Romano inſcribitur: Acta Græce habemus, qualia Latine jam extant: ſed non habemus ea quæ ex Philoſtorgio aliiſque collegiſſe Ioannem monachum indicat Allatius.

Ὕϛατα ΙΛΑΡΙΩΝ κομίσατο εἰκάδι πρώτῃ. ΚΑ'.
Vicenâ primâ HILARION ſuprema recepit. XII Kal.

Monachus hic in Paleſtina vixit, ejuſque mirabilem Vitam ſcripſit S. Hieronymus, unde etiam Latinis hoc ipſo die notiſſimus colitur. Alia quæ apud Lipomanum & Surium extant ex Græco Acta, jam Græca habemus, non item illa quæ indicat Allatius pag. 124.

Εἰκάδι δευτερίῃ ΑΒΕΡΚΙΟΣ ὤχετο γαίης. ΚΒ'.
Bis undena dies ABERCION inſerit aſtris. XI Kal.

Inſeritur etiam Romano hodierno, ut Epiſcopus Hierapolitanus in Phrygia, & Martyr ſub Marco Antonino. Acta Græca habemus.

Ἔθλον ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΝ τριτάτῃ ξὺλω εἰκάδι ΚΓ'.
πλῆξαν.
Optimum ADELPHOTHEUM vigeſima tertia ma- X Kal.
ctat.

Jacobus *ſcilicet* Epiſcopus Hieroſolymorum : *quem inter Apoſtolos ſupernumerarium, uti ſunt Paulus & Barnabas, & omnino diverſum eſſe à Iacobo Alphæi, uno ex duodecim, oſtendimus* I *Maji : quod & ante nos fecit Franciſcus Maria Florentinius Lucenſis, in Exercitatione* 2 *ad indiculum Apoſtolorum, ante vetus Romanum Martyrologium eruditiſſime illuſtratum.*

APE-

ΚΔ'. ΑΡΕΘΑΣ ζῶ γνωσοῖσι τετάρτῃ εἰκάδι τμήθη.
IX Kal. Cum notis ARETHAM quarta & vigesima cædit.

Martyr hic sub Dunaan tyranno Iudæo inscriptus est etiam hodierno Romano. Præter Acta quæ ex Græco Latine extant apud Lipomanum & Surium, habemus alia Græca, & forsan meliora; nec non Latinam paraphrasim, scriptam à S. Athanasio Iuniore, Neapolitano in Italia Episcopo.

ΚΕ'. Πέμπτῃ ΜΑΡΚΙΑΝΟΝ τάμον εἰκάδι ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ τε.
VIII Kal. MARTYRIUM & SOCIUM vigesima quinta cecidit.

Sub Constantio Ariano passi sunt hi Constantinopoli, Marcianus Lector, *ast* Martyrius Subdiaconus. *Acta expolivit Metaphrastes; qualia Latinè extant apud Lipomanum & Surium, nos vero etiam Græce habemus.*

ΚϚ'. Εἰκοστῇ μελίῃ ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ἔκλη ἀνῆλον.
VII Kal. Vicenâ & sextâ DEMETRIUM hasta peremit.

Megalomartyr sub Maximiano Thessalonicæ, colitur apud Latinos VIII *hujus. Multa sunt quæ de eo habemus Latine ac Græce. Parisiis tamen in Mazariniana bibliotheca adhuc plura notavimus Græca, per Ioannem Episcopum Thessalonicensem & Demetrium Chrysoloram composita, quæ necdum potuimus transcripta habere: vidimus etiam varia ejus encomia, sed nondum illud quod Allatius laudat à Nicolao Cabasila factum.*

ΚΖ'. Εἰκάδι ΑΜΦΙΠΟΛΟΝ τάμον ἑβδόμῃ ἠδὲ ΚΥΡΙΑΝ.
VI Kal. Cum DOMINA FAMULAM vigesima septima plectit.

Nempe Capitolinam *&* Eroteidem, *Martyres sub Diocletiano in Cappadocia. Acta utinam invenirentur!*

Δεκάτῃ ὀγδοάτῃ γε ΤΕΡΕΝΤΙΟΣ εἰκάδι τμήθη. ΚΗ
Vicenâ octavâ dat colla TERENTIUS ensi. V Kal.

Cum sociis in Africa sub Decio passus, colitur à Latinis X *Aprilis: quando cupiebamus Acta etiam Græca dare; sed ex Codice Ms. Venetæ Bibliothecæ, in quo ipsa invenimus, numquam potui obtinere, quantumcumque institerim.*

Τλῇ ΑΝΑΣΤΑΣΙΗ ἐνάτῃ ξίφος εἰκάδι ὄξυ. ΚΘ.
Cædit ANASTASIAM vigesima nona securi. IV Kal.

Publii Romani nobilissimi uxor, sub Diocletiano Martyrium passa, colitur à Latinis XXV *Decembris, cujus etiam die* XXII *iterum Græci* Anastasiam *colunt, non satis scio an ut diversam: Metaphrastes certe duas facit in eis quæ collegit Actis: sed Latina potiora nobis sunt, ex quibus non facile duas eliciemus.*

Τιμόθη ΖΗΝΟΒΙΗ ᾗ ΑΔΕΛΦΙΟΣ σὺν τριακοστῇ. Λ'.
ZENOBIÆ cælæ jungit trigesima FRATREM, III Kal.

Zenobium dictum, atque Episcopum in Cilicia, ubi ambo passi sunt sub Diocletiano, ambo etiam Romano hodierno inscripti. Acta Græce habemus.

Πρώτῃ σὺν τριακοστῇ ΕΠΙΜΑΧΟΥ αὐχένα κέρσαν. ΛΑ'.
EPIMACHI collum trigesima prima recidit. II Kal.

Martyr Pelusii in Ægypto, cujus habemus Græce scripta Acta, sicut hactenus Latine solum extant.

OCTOBER
MOSCORUM FIGURATUS.

I **POKROD VIRGINIS MARIÆ**

Sive Protectio à saxea pluvia. *Ita interpres Belga: cui potius quam interpreti Possevini, jam sæpius errasse deprehenso, & hic* Coronationem B. Virginis *dictanti, credere velim. Restat ut originem & historiam festi, Moscis ut apparet proprii, aliquis distinctius nobis explicet.*

ANANIAS ✠ Apostolus.

II *CYPRIANVS, IVSTINA* ✠ Martyres.

III *DIONYSIVS* ✠ Episcopus Martyr.

IV *HIEROTHEVS* ✠ Episcopus. *Possevino perperam* Erophius.

V *CHARITINA* † Virgo Martyr

Sub Diocletiano passa, etiam hodierno Romano inscribitur: & Acta, quæ Latine extant, Græce quoque habemus.

VI *THOMAS* ✠ Apostolus.

VII *SERGIVS, BACCHVS* ✠ Martyres.

VIII *PELAGIA* ✠ Pœnitens.

IX *IACOBVS* ✠ Alphæi, Apostolus.
ANDRONICVS † Monachus.

Idem qui supra VI *Maji cum* Athanasia *conjuge: erraverat sculptor Moscus &* Jacobo *monasticum,* Andronico *Apostolicum habitum dederat, quod jussus corrige pictor noster, idem vestis genus utrique dedit, neque id jam vacat mutare, utpote serius animadversum.*

EVLAMPIVS, EVLAMPIA ✠ Martyres. *Possevino non bene* Eulatipius. X

PHILIPPVS † unus ex VII Diaconis. XI

Baptizavit Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum & colitur a Latinis VI *Iunii. Interim vide quæ de quatuor filiabus ejus distinguendis à tribus Philippi Apostoli, unius e duodecim, diximus* I *Maji.*

THEOPHANES † Confessor.

Frater S. Theodori Grapti, *id est litteris fronti inustis notati sub Iconomacho. Habentur indistincta eorum Acta, quæ etiam Græce dabimus* XXVII *Decembris, quando simul commemorantur a Græcis, & hodierno Romano simul inscripti reperiuntur. Ceterum melius fuisset hic* Theophanes, *quamvis monachus etiã fuerit, expressus in habitu Episcopali, utpote Metropolita Nicænus. Idem etiam* Poëta *seu* Hymnographus *fuit, quod testari poterit nomen, pluribus Canonibus ejus præfixum in Menæis.*

MEMORIA S. SYNODI VII IN NICÆA †

Celebrata est hæc sub Constantino & Irene, *anno* DCCLXXXVII, *ad abolendam hæresim Iconomachorum, & abrogationem pseudosynodi Copronymianæ. Memoria ista agitur solennissime Dominica post* XI *Octobris (nisi etiam hæc Dominica sit) proxime sequente. Exhibetur autem hic* imago Christi ad Abgarum *missa, utpote quæ prima in testimonium irrefragabile adducta est ad stabiliendum sacra-*

ſacrarum imaginum cultum. Cur autem nullius deinceps Synodi memoria fiat à Græcis ex Poſſevino noſtro diſce, ad Magnum Moſcoviæ Ducem, in eamdem deceptionem protractum, ſic ſcribente. Cum Græci viderent ſine uno Paſtore viſibili .... ſeſe nulla umquam poſſe legitima Concilia cogere .... Romanæ autem Eccleſiæ cernerent auctoritatem ſuam in cogendis ac confirmandis Conciliis generalibus integram reſtare ..., propterea mendacio uſi veritatem tegere voluerunt; quaſi ſeptima Synodus aliorum Conciliorum deinceps cogendorum ſuſtulerit aut tollere potuerit facultatem. Ubinam Chriſtus hoc dixit? Ecquis alligavit verbum Dei? Quis Spiritum ſanctum obmuteſcere fecit, quin emergentibus erroribus & hæreſibus, Eccleſiæ, uſque ad extremum mundi diem, Chriſtianæ concordiæ conſuleret, ac per Concilia generalia generalibus morbis remedium adhiberet? *Ita ille.*

XII *PROBVS, TARACHVS, ANDRONICVS* ✠ Martyres.

Poſſevini Interpres mirabili contractione Protonarchi *nomen, unicum pro tribus Martyribus hic dictavit.*

XIII *CARPVS, PAPYLVS* ✠ Martyres. *Poſſevino* Pabilię *nomen ſuus Interpres obtruſit.*

PARASCEVIA † Virgo Martyr.

Hæc eſt illa quam Græci XXVI *Iulii colunt, quamque Latino nomine* Veneram *appellari ſuperius dixi: addo hic, reſpondere nomini utrique vulgare apud Ruſſos nomen* PIATANKA, *id eſt*, ſexta poſt Dominicam, *videlicet* Feria: *ſic enim Rutheni Ferias hebdomadæ numerant ac nominant. Hac autem die videtur celebrari tranſlatio corporis* Jaſſum, *urbem in finibus Walachiæ verſus Moldaviam, ubi inſigne monaſterium Baſilianorum conſtructum fuit, à quibus ipſum ſacrum corpus etiam nunc ſervatur, & hoc die ſolenni populorum ipſorumque Walachiæ Principum acceſſu colitur. Ibi illud ſe vidiſſe, ſpecioſiſſimis indutum veſtibus & adhuc integrum, anno* MDCXLIV, *quando pro Rege Poloniæ legatus ibat ad Magnum Cham Tartarorum, aſſerit nobis Ioannes Znini nunc Sacerdos, & procul à patria vitam tantum non ſolitariam in hac noſtra Antverpienſis urbis frequentia degens. Noveram, iſtic aut eſſe aut fuiſſe aliquam noſtræ Societatis reſidentiam: itaque in ſpem adductus plura diſcendi de hiſtoria vitæ, paſſionis, tranſlationis atque miraculorum, quæ iſtic frequentia fieri dicebantur, ſcripſi in Lithuaniam, indeque à R.P. Adamo Warelkowicz, in eadem miſſione aliquot annis verſato, reſponſum accepi; vera eſſe quæ jam dixi omnia; Conſtantinopoli advectam credi; ſervari in tumba, panno rubro obductâ, corpus procerum (cujus facies colore fuſca, collumque & pedes ac manus videantur) pretioſis indumentis more gentis indutum, annuliſque pretioſis & margaritis ac vario opere phrygionico ornatum: miracula multa jactari, nulla in particulari referri: feſtum agi menſe Octobri (diei non meminerat) & tunc lingua Græca Vitam legi. De Vita interrogatus, qui cum ſuo Principe & Proceribus Walachis feſtivitati interfuerat,* D. *Ioannes Bapt. Antonius Tinones, Medicus Venetus, vir prudens ac bene Catholicus, dixit multa ſe audiviſſe ibi talia quæ Sanctorum geſta & vitam dedeceant, multa etiam inconvenientia & abſurda animadvertiſſe: nullos denique è noſtris ibi amplius eſſe, propterea quod locus pœne deſolatus per peſtilentiam, Turcico inſuper jugo prematur: quo fit ut minor ſpes ſit inde accipiendi Vitæ iſtius qualiſcumque exemplar, uti optabam. Optabam id autem, uti cetera ejus generis alia, ad certius de re tota judicandum, deque iis quæ Græce ac Latine ſcripta habere nos dixi fabuloſitatis multa plena: quare etiam nunc pergo iſta Walachorum ſcripta optare. Ceterum quia rurſum infra die* XXVIII *recurrit* Paraſceviæ *figura ac nomen, dubium manet utrum tali die, an hac* XIII, *collatur Iaſſenſium Patrona jam dicta.*

NAZARIVS, GERVASIVS, PROTASIVS, CELSVS. ✠ XIV

Male procul dubio Celſus, *qui puer fuit, exprimitur à Moſcis in hac tabula in habitu Senatorio, ut vir bene barbatus: ſculptor noſter prototypon ſuum ſecutus eſt, ut juſſus fuit. Quid ſibi apud Poſſevinum hic velit nomen* S. Mart. Oſatii, *non capio.*

SANCTVS NICOLAVS Monachus

Ita pro voce Sbiatopſa *aut ſimili, quod ſuperne legitur, Belga noſter legit vocem* Sanctus: *an recte, judicabunt Rutheni, quorum proprius omnino mihi videtur hic eſſe, ac proinde ab iis expectanda notitia, quæ porro deſideratur.*

LVCIANVS ✠ Presbyter Martyr. *Poſſevino male ſcriptus* Lucrinus. XV

EVTHYMIVS Monachus.

Quis aut cujas, incompertum mihi eſſe fateor; & aliunde doceri peto: Menæa hic recitant hiſtoriam anonymi monachi ex Sceti, qui ſub excommunicatione exiſtens propter apoſtaſiam à monachatu, Martyr obierat Alexandriæ, ac poſtea ſub altari poſitus ut talis, conſpectus eſt cum Neophytis exire tempore Sacrificii, uſque dum ab eo vinculo ſolveretur per ipſum à cujus obedientia receſſerat: quod an huc referri poſſit, conſiderent alii.

LONGINVS ✠ Martyr. XVI

OSEAS ✠ Propheta. *Non* Ioſias, *uti apud Poſſevinum legitur.* XVII

ANDREAS † Monachus

Sub Copronymo fœde raptatus, amputatoque pede mortuus & ſepultus in Criſi *juxta* CP. *unde cognomentum ei manſit. Acta ejus Græca habentur ſcripta à Simeone Metaphraſte, & apud Lipomanum ac Surium Latine legenda, unde etiam in hodiernum Romanum tranſiit.*

LVCAS ✠ Euangeliſta. XVIII

VARVS † Martyr. XIX

Sub Diocletiano, cum ſeptem ſociis monachis, in Ægypto paſſus, hodierno Romano adſcribitur. Acta quæ Græca habemus Metaphraſtes adornavit.

IOEL ✠ Propheta.

SADOTH † Martyr Epiſcopus

Cum ſociis CXXVIII *Martyrium ſub Sapore pertulit, & à Latinis colitur* XX *Februarii, ubi Acta ex Græco Ms. dedimus: potuiſſet ei ſupra planetam ſeu caſulam Sacerdotalem Pallium Epiſcopale hic dari, ut Epiſcopis aliis, ſi ita in prototypo fuiſſet inventum*

ARTEMIVS ✠ Martyr. XX
CLEOPATRA Sanctimonialis.

Suum ante ſe filiolum nobiliter veſtitum hic habet: ſed quæ ſit & cujas necdum comperi, ac ne aliquam quidem ejus nominis Sanctam in hactenus viſis Græcorum faſtis. Quid autem ſi Martyrium fecerit cum prole ſub Batyro Ruſſiæ tyranno, & indigena ſit?

HILARION ✠ Monachus. XXI
HILARION Epiſcopus Mehlenſis.

Ita nos docuit R.P. Ohilewicz, & in Moſcovia eum eſſe Epiſcopatum ſcripſit: reſtat ut ejus ætatem, vitæque hiſtoriam

riam nos doceat aliquis. Torquet etiam me, quod Meblenſis Epiſcopatus in Ruſsia veſtigium hactenus nullum inveniam, nec urbem, cujus nomen huc accedat.

xxii *ABERCIVS* ✠ Epiſcopus Martyr. *Poſſevino ſatis inepte,* Arechmus.

IOANNES Monachus.

Si non eſt aliquis Indigenarum (quod veroſimilius cenſeo) fortaſsis eſt Chozebita, *quem Græci commemorant ad* xxvii *hujus. Vitam ejus propriam, ſi qua ſcripta extat optamus nanciſci, felicitate ſimili qua invenimus Vitam* S.Georgii Chozebitæ *dandam* viii *Ianuarii in Supplemento, quando etiam aliqua iſtius* S.Ioannis *notitia ex ipſa forſan eruetur.*

RESVSCITATIO VII PVERORVM IN EPHESO DORMIENTIVM CCCLXXII ANNIS.

Ita Belgicus interpres, & hunc annorum numerum exprimunt littere τοβ' : conſonant autem huic numero Acta, eoque ipſo quam ſint fabuloſa deprehenditur. Decius enim, ſub quo incluſi fuerunt anno vulgaris Æræ ccxlix *regnare cœpit; & Theodoſius junior, ſub quo dicuntur evigilaſſe, ultra annum* cccc *non pervenit. Imperatori in hac tabella Epheſinus Epiſcopus adſtat,* Maro *vel* Marinus *nuncupatus. Magis inter ſe diſcrepant nomina Sanctorum, in Græcis Latiniſque Mss. relata: cur autem bis commemorentur à Græcis, hac ſcilicet die & ſupra* iv *Auguſti, me latet; æque ac ratio ob quam Latini diem* xxvii *Iulii iis ſacrum habent.*

xxiii *IACOBVS* ✠ Frater Domini.

xxiv *ARETHAS* ✠ Martyr.
ATHANASIVS Metropolita.

Hoc ſaltem veſtis indicat; ſed inter Kijovienſes, quos Kojalowicz nominat, nullus ſic dictus invenitur: difficile eſt autem inter Patriarchas, alios ejus nominis quam Alexandrinos invenire: quorum primus ac celeberrimus cur hic dicatur poni, nulla apparet ratio.

xxv *MARCIANVS, MARTYRIVS* ✠ Martyres.
ABRAHAMVS Monachus.

Dum quis aut cujas ſit ignoratur, poterit uſque ad diſtinctiorem notitiam inter Indigenas collocari, & interim iila alicunde ſubmittenda ſperari.

xxvi *DEMETRIVS* ✠ Megalomartyr.

xxvii NESTOR † Megalomartyr.

Demetrii ſocius, nec aliunde forſitan quam ex hujus Actis notus: propria ſaltem Acta, quæ innotuerint, nulla habens.

TERENTIVS, NEONILLA † Conjuges Martyres. xxviii

Eſt ergo à Terentio Africano Epiſcopo, quem hoc die Græci primo loco colunt cum ſociis, ut vidimus in Metrico; eſt inquam ab eo diverſus, qui in Menæis poſt ipſum memoratur Neonillæ maritus, & ſeptem Martyrum ex ea pater: cujus Acta ſi extitiſſent, extitiſſet etiam loci ac temporis notitia certior in epitome brevi quam Menæa continent.

PARASCAVIA.

Sitne diverſa ab Iaſſenſium Patrona, hic ad diem xiii *laudata; &, ſi diverſa, utro die potius attribuenda ſit famoſior, non ſcio. Kojalowicz inter Lithuaniæ Patronos nominat* S.Praxedem *vulgo* Poroskawiam, *Græce* Paraſceuen, *Polocenſium Ducis filiam, quæ fundato juxta Polociam S.Salvatoris monaſterio Romam profecta, poſt ſeptem peregrinationis ſacræ annos ibidem* xii *Novembris obiit anno* mccxxxix, *& à Gregorio X poſt rigidum miraculorum examen anno* mcclxxiii *Sanctorum Catalogo eſt adſcripta. Cum ergo ſub eodem Metropolita olim Lithuani ac Ruſsi fuerint, quid prohibet opinari Lithuanam hanc, corpore in patriam relato, obtinuiſſe cultum alterutro dierum, quem* Iaſſenſis Paraſcevia *vacuum relinquet. Interim optandum eſt ut plena vitæ & examinis pro canonizatione inſtituti Acta alicunde ad nos perveniant.*

ANASTASIA ✠ Martyr Romana. xxix
ABRAHAMIVS † Eremita.

Cum Maria nepte *hoc die relatus à Græcis eſt: Latini colunt illos* xvi *Martii, quando Acta Græco-Latine dedimus, alia ab iis quæ concinnavit Metaphraſtes, quæque etiam Græce dari merentur in Supplemento. Oſtendimus enim ex his, eos non in Syria tempore S. Ephrem Diaconi Edeſſeni vixiſſe, ſed diu poſtea prope Helleſpontum, Vitamque ab Ephremo aliquo, non Syro, ſed Græco ſcriptam fuiſſe. Error autem ſculptoris Moſci fuit, quod huic Anachoretæ circumpoſuerit Pallium Epiſcopale.*

xxx *ZENOBIVS, ZENOBIA* ✠ Martyres.

Poſſevino per interpretis inſcitiam obtruſum hic eſt nomen S.Mart.Zenonis.

xxxi *EPIMACHVS* ✠ Martyr.
STACHYS, AMPLIAS † Apoſtoli.

Prior Poſſevino perperam Euſtachius; *poſterior nihilo melius in tabula noſtra* Ammuſplias *ſcribitur.* Stachys *quoque Byzantii primus fidem prædicaſſe, & Sedem Epiſcopalem ibidem collocaſſe creditur, eoque nomine inſeritur hodierno Romano.*

NOVEMBER

GRÆCORUM METRICUS.

α'. Πρώτη ἀκέσορε φῶτε Νοεμβρίῳ ἐκπλαγον ἐκ γῆς.
Kalend. Excedunt primâ Medicorum lumina terris.

Cosmas et Damianus videlicet, non Romæ paſsi ſub Carino ad i *Iunii, aut Ægeæ in Arabia ſub Diocletiano, quos Græci colunt* xvii *&* xxviii *Octobris: ſed Confeſſores in Aſia, filii Theodotes, quorum ab illo jam dicto gemino Martyrum pari diverſa Acta Græco-Latine edita, ſicut diximus, extant.*

β'. Δευτερίῃ ΑΦΘΟΝΙΩι ξὺ τέσσαρσι πῦρ, ἄορ ἄθλῳ.
Quatuor Aphthonio junctos necat ignis & enſis. iv Non.

Sunt hi Acindynus, Pegaſius, Elpidephorus & Anempodiſtus *in Perſide affecti martyrio: quorum Acta Græce habemus, & extant Latine reddita, unde etiam inveniuntur nomina in hodierno Romano.*

γ'. Τύφαν ΑΚΕΨΙΜΑΝ τριτάτῃ ; λεῦσαν δὲ Σωμάθλῳς.
Tertia fert uni plagas, & ſaxa duobus. iii Non.

Acepſimas & Socii Ioſeph & Aithalas, *Martyres in Perſide fuerunt ſub Sapore : quos Latini commemorant* XXII *Aprilis, quando Acta Græco-Latine dedimus, uti ea exornavit Metaphraſtes. Alia & forſan antiquiora reperimus gemina, in Bibliothecis Veneta ac Vaticana, quæ nunc vellemus non neglexiſſe; & commendamus requirenda poſteris, Supplementum iſtius menſis facturis.*

Δ'. Σῆμά σι ἔγγε τετάρτη, ΙΩΑΝΝΙΚΙΕ, χεῦσαν.
II Non. Quarta tibi tumulum ſtruxit, IOANICIE, dignum.

Abbas hic fuit in Bithynia celeberrimus, cujus habemus Acta Græca, non ſolum quæ Latine extant apud Lipomanum & Surium, ſed & alia gemina, auctoribus Petro & Saba monachis. Inſcriptus eſt ille Sanctus Romano hodierno.

Ε'. Τμήθη ΕΠΙΣΤΗΜΗ γε ΓΑΛΑΚΤΙΩΝ τ' ἐνὶ πέμπτῃ.
Nonis. Mortua EPISTEME eſt cum GALACTIONE quintâ.

Hos quoque Romanum hodiernum à Græcis accepit, Conjuges Martyres Emeſæ ſub Decio. Acta Græca habemus ea quæ apud jam dictos Biographos extant Latina : ſed requirimus quæ ab eorum famulo Eutolmio ſcripta vidit & laudavit Allatius : quamvis metuamus, ne, ut in aliis ſimilibus, ſuppoſitius auctor iſte ſit.

ς'. Οὕνεκα ὁμολογῆ ΠΑΥΛΟΣ Θεὸν ἄγχεται ἐκλῃ.
VIII Id. Sexta gulam PAULO Chriſti pro nomine clauſit.

Epiſcopus hic, Conſtantinopoli ſub Conſtantio Ariano Martyr, arumnis carceris maceratus, denique ſtrangulatus fuit. Acta ejus Græca habemus, & dabimus quando à Latinis colitur VII *Iunii.*

Ζ'. Οὐ δὲ ἑλάθ' ἑβδομάτῃ ΙΕΡΩΝ ξίφει αὐχένα τμηθείς.
VII Id. Septima non potuit cæſum occultare HIERONEM.

Cum Sociis Melitinæ in Armenia paſſus, Acta Latine edita jam habet, quæ nos Græca dabimus, interimque optamus deſcribi quæ ab his diverſa alibi extant.

Η'. Ὀγδοάτῳ Οὐρανίοιο κυδοίμῳ τάγματος Ἄρχων.
VI Id. Militiæ Princeps octavam cælitis ornat.

Titulus feſti in Menæis hic eſt, Synaxis Archiſtrategi Michaelis & reliquorum Sanctorum incorporeorum ac cæleſtium Ordinum. *Inſuper feria quavis* II *Græci, inter ordinarias, de quibus ultima Iulii egimus, Commemorationes, cum Catanyctico ſeu Contritionali Canone jungunt Canonem* de Incorporeis : *utrumque à S. Ioſepho Hymnographo acroſtichῶς ſeptifariam variatum, pro totidem tonorum diverſitate.*

Θ'. Τῇ δὲ ὀγάτῃ τύμβοιο ΜΑΤΡΩΝΑΝ δέξατο χώρῃ.
V Id. MATRONÆQUE locum patefecit nona ſepulchri.

Hæc inter monachos primum, ut eunuchus vixit; deinde monaſterio Virginum Conſtantinopoli præfecta, ea claruit ſanctitate quam narrant Acta, quæ Latine extant, & à nobis etiam Græce habentur : alia, neſcio an ejuſdem, invenimus Venetiis, ſed necdum potuimus deſcripta habere : uti nec invenire quidem Martyrium S. Matronç, Tyanis *paſſæ, ab eo qui vidit & interfuit ſcriptum, ut affirmat Allatius ; quin neque nomen hujus adhuc in Synaxariis ullis reperimus, eoque magis optamus deſiderata conſequi beneficio diligentiæ alienæ : ſicuti beneficio prælaudati Allatii accepimus prolixam Vitam tertiæ alicujus* Matronæ *ex* Chio, *ipſius Allatii patriâ, in quâ quia nullum obitus cultusve diem notatum reperimus, oportebit eam hic collocare, niſi interim aliquis Chius melius nos informet.*

Ἀχρίῳ ἀμφιδέδη δεκάτῃ ἵππῳ γε ΟΡΕΣΤΗΣ. Ι'.
Effero equo decimâ religatur ſanctus ORESTES. IV Id.

Martyr etiam his Thyanis in Cappadocia fuit ſub Diocletiano : & forſitan conjuncta ſunt ipſius & Matronæ jam dictæ Acta : nulla certe ſub ejus nomine vel obiter indicata alicubi legimus.

ΜΗΝΑΣ ἑνδεκάτῃ ξίφος ἔτλη γηθόσυνος κῆρ. ΙΑ'.
Undecimâ gladium MENAS fert pectore læto. III Id.

Martyr hic in Phrygia invenitur hodierno Romano adſcriptus: Acta Græca & varias variorum de ipſo habemus orationes: nec non miracula ſcripta à Theophilo Epiſcopo Alexandrino.

Ὤχελο ἐκ τεάνων δύο καὶ δεκάτῃ ΕΛΕΗΤΗΣ. ΙΒ'.
Exiit è vivis duodena luce ELEEMON. II Id.

Apud Latinos XXIII *Ianuarii colitur hic* S. Ioannes Eleemoſynarius, *Epiſcopus Alexandrinus, quando dedimus Vitam, a Leontio Epiſcopo Neapolis Cypriæ accurate deſcriptam, quam & Græce ſervamus dandam in Supplemento.*

Ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ σίγησε ΧΡΥΣΕΑ ΧΕΙΛΗ. ΙΓ'.
Tertia poſt decimam compeſcuit AUREA LABRA. Idibus

Videlicet S. Ioannis Chryſoſtomi, *Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui licet* XIV *Septembris obierit, celebritas tamen tanti Natalis differtur in hunc diem, ne ſanctæ Crucis potior feſtivitas impediatur. Vide quæ de Actis diximus in die Tranſlationis* XXVII *Ianuarii.*

Ἤρθης κακκεφαλῆς δεκάτῃ ΦΙΛΙΠΠΕ τετάρτῃ. ΙΔ'.
In caput decimam quartam appendêre PHILIPPE. XVIII Kal.

Apoſtolus hic a Latinis colitur I *Maji, ubi de filiabus ejus & reliquiis ſcitu digna lector inveniet : quid autem ſit ſuſpendi κακκεφαλῆς quæremus ad* XXX *diem hujus menſis, ubi idem de S. Andrea dicitur.*

Πῦρ πέμπτῃ δεκάτ' ΑΒΙΒΟΝ πέφνε χάλκῳ ΙΕ'.
ΕΤΑΙΡΟΥΣ.
Igne ABYBUM, gladio decima aufert quarta SODALES. XVII Kal.

Scilicet Guriam & Samonam, *Martyres Edeſſæ ſub Diocletiano, etiam inſcriptos hodierno Romano. Acta Latine extant cum encomio, quod Arethæ Archiepiſcopum Cæſarienſem præfert, & necdum Græce potuimus invenire, ſicut pridem invenimus Acta.*

Ἀχάμαλον ΜΑΤΘΑΙΟΝ πῦρ δεκάτῃ κλάνεν ἐκλῃ. Ις'.
MATTHÆUS ſtrenuus ſextâ denâ arſit in igne. XVI Kal.

Apoſtolus hic & Euangeliſta colitur à Latinis XXI *Septemb.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ τε μέγας θάνε ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΣ. ΙΖ'.
Poſt decimam magnum dat ſeptima THAUMATURGUM. XV Kal.

Gregorius *hic eſt, Neocæſarienſis in Cappadocia Epiſcopus : cujus habemus Vitam, à S. Gregorio Nyſſeno ſcriptam : encomium à Michaele Syncello compoſitum, quod Allatius vidit, necdum reperimus.*

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ΠΛΑΤΩΝΑ ἄορ κατέπεφνε. ΙΗ'.
Octavâ decimâ PLATONEM interficit enſis. XIV Kal.

Martyr Ancyræ in Galatia, colitur à Latinis XXII *Iulii, quando dabimus etiam Græce Acta, quæ Latina ſolum habentur hactenus.*

Ἔννεα καὶ δεκάτῃ βίον ΑΥΔΙΟΥ ἐξεπέρησεν. ΙΘ'.
ABDIAS vitam decimâ nonâque reliquit. XIII Kal.

Etiam hodierno Romano additur hic Propheta, ab antiquis Latinis præteritus.

Εἰκάδι

Κ′. Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ κεκλήσκετο εἰς ὥολον εὐρόν.
XII Kal. GREGORIUM ad latum invitat vigeſima cælum.

Decapolita *hic eſt, etiam hodierno Romano additus, cujus Vitam & miracula Græce habemus. Vtinam etiam haberemus pro hoc ipſo die* Martyrium SS. Anatolii, Euſtachii & Theopiſti *fratrum in Galatia, quod ſe vidiſſe ſcribit Allatius.*

ΚΑ′. Βῇ ἱερὸν. ΜΑΡΙΗ τεμλῴ ϖαρὰ εἰκάδι ϖρώτῃ.
XI Kal. Ad templum inducit vigeſima prima MARIAM.

Feſtivitas hæc, quam noſtra Societas hoc ſeculo plurimum excitavit per Belgium, apud Latinos non admodum antiqua eſt, ſed primum in Europa fuit recepta & Avenione celebrata anno MCCCLXXII, *quemadmodum conſtat ex monumentis repertis inter Scripta Philippi Mazerii Cancellarii Cypri. Monumenta autem illa, una cum altera Vita S. Petri Thomaſii Carmelitæ per Carmeſſonium ſcriptâ, anno* MDCLXVI *liberaliter donavimus* RR. PP. *Carmelitis, eadem typis vulgare cupientibus, uti etiam factum eſt. Atque utinam multo plura & illuſtriora monumenta ſuppeterent, quibus ſacer iſte Ordo ornari poſſit & locupletari! Ab hoc certe ſtudio non deterrebit importunus quorumdam zelus, quo me ſibi, ut hoſtem Ordinis implacabilem, depingunt, eo quod ineluctabiliter ab ipſiſmet adjuratus meam de ſuis originibus opinionem edicere, invitiſſimus id fecerim, efficacius multo quam facere me poſſe credebant. Sed de hoc ſatis dictum inveniet Lector in Commentario prævio ad Vitam B. Aloyſii Rabatà Carmelitæ Siculi* XI *Maji. Ad præſentem feſtivitatem facit, quod oblata in templo Hieroſolymitano Virgo, paſſim dicatur credaturque, prima inter mortales ſuam virginitatem ſub obligatione voti conſecraviſſe Deo. Hoc autem putamus multo glorioſius ita ſimpliciter dici, quam ſi ſub reſtrictione, neſcio qua, jam olim prophetico ſpiritu prænognita, aſſeratur, multis ante quam naſcerentur ſeculis, cauſa exemplaris fuiſſe caſtitatis ſic Deo offerendæ. Nam, etiam hoc poſito, verum maneret, quod ipſa vovendæ continentiæ non imaginarium quoddam, ſed verum & efficaciter movens exemplum acceperit ab Eliani inſtituti (quod fuiſſe præſumitur) ſectatoribus, quibuſcum & ipſa & parentes ejus atque avi fuerint in Carmelo familiares. Quod non diſſimulanter docent picturæ, tum alibi tum in Florentini monaſterii clauſtro à nobis conſpectæ, de quibus picturis, cum fierent, à Magno Hetruriæ Duce Ferdinando interrogatus loci Prior, an earum exempla alia vetuſtiora haberet, reſpondiſſe dicitur; Has, quæ tunc fiebant, poſt centum annos antiquas fore. Quomodo reſponſio ea ſatisfecerit Duci, viderit is, qui dedit: viderit etiam an picturarum iſtarum & ſimilium auctor obſervaverit Bullam Vrbani VIII, anno* MDCXLII *ſeveriſſime caventis*, ne quis .... imagines D.N. Jeſu Chriſti & Deiparæ Virginis Mariæ, Apoſtolorum, aliorumque Sanctorum & Sanctarum ſculpere aut pingere præſumat vel faciat, alio in habitu & forma, quam in Catholica & Apoſtolica Eccleſia ab antiquo tempore conſuevit, nec etiam cum habitu particulari alicujus Ordinis regularis. *Virginitatis perpetuæ, non dico votum, ſed vel propoſitum ſimplex quod attinet, quodque fuit uſque adeo contrarium ſummo in Lege antiqua per filiorum propagationem ſperando bono; ejus, ut Iudaiſmo ignoti, Chriſtianiſmo frequentatiſſimi magiſtram libenter faciam Virginem Mariam, & in hoc putabo me ſequi S. Ioannem Chryſoſtomum, qui Homil. 79 in Matthæum, ad feſtum S. Cæciliæ in Breviario Romano tranſcripta, docet ex eo debere æſtimari, quam* naturâ ſublimis res virginitas *ſit, quod* in veteri Teſtamento à priſcis illis ſanctiſque viris culta non fuit. *Eamdemque cæleſtem plane rem eſſe affirmaturus Ambroſius lib.* I *de Virginibus, in eodem Breviario ad Officium Commune de iiſdem relatus*, Quis, *inquit*, neget hanc vitam fluxiſſe de cælo, quam non facile invenimus in terris, niſi poſtquam Deus in hæc terreni corporis membra deſcendit: *Objicienſque ſibi* Eliam, nullius corporei coitus cupiditatibus permixtum, *ut hunc ſine ſequela fuiſſe oſtendat, reponit præmia ſingularia & unice ipſi reddita, qui* ideo curru raptus ad cælum, ideo cum Domino apparet in gloria, ideo Dominici venturus eſt præcurſor adventus.

Δευλερί᾽ εἰκάδι ΚΙΚΙΛΙΑΝ τάμον ἀμφὶ λόέλρον. ΚΒ′.
CICILIAM necat in balneo vicena ſecunda. X Kal.

Antiquiſſima & ſinceriſſima habentur hujus ſanctæ Virginis Acta, quorum notitia videtur admodam ſero perlata ad Græcos, per auctorem multo juniorem Metaphraſte: unde etiam nec in Moſcovitica tabula hæc Sancta reperitur: quod indicio nobis eſt Metricam hanc Ephemeridem trium aut quatuor ſeculorum ætatem vix ſuperare.

Εἰκάδι ᾧ τριτάτῃ θάνατ῵ λάβεν ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ. ΚΓ′.
Bis denâ ac ternâ mors AMPHILOCHION aufert. IX Kal.

Epiſcopus Iconii, etiam hodierno Romano adſcriptus, cujus Acta auctore Metaphraſte habemus: antiquiora tum ipſius tum aliorum omnium, ab eodem Metaphraſte exornatorum, mallemus invenire: placet enim nobis ſimplex prototypon, præ cujuſcumque ectypi, fallaci ſæpius, elegantia.

Εἰκάδι ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ θανάτυ νέφ῵ ἕλε τε- ΚΔ′.
τάρτῃ.
GREGORIUM involvit quarta & vigeſima morte. VIII Kal.

Eſt hic Agrigentinus Epiſcopus, cujus Acta, à Metaphraſte conſcripta, cum nobis haud parum fabuloſa viderentur; multo magis talia credi cæperunt, poſtquam ad eorum fontem pervenimus: alia ſcilicet longe prolixiſſima, nomen præferentia Leontii Sabaitarum Hegumeni, tamquam plurium rerum oculati teſtis. Tanti refert, etiam fabulas ſua in origine deſcriptas habere, ad veri falſique diſcrimen faciendum. Menæa, quamvis hexametron iſtud habeant, ipſum tamen cum Canone & Elogio eodem quo Amphilochium die referunt, & ſic etiam Moſcorum tabulæ uno utrumque die jungunt.

Πέμπτῃ ἄορ κατέπεφνεν εἰκάδι ῥήτορα κόρλω. ΚΕ′.
Facundam cædit vigeſima quinta puellam. VII Kal.

HÆCATERINAN *Græci, Latini* CATHARINAM *appellant. Acta apud utroſque quantum habent admirabilitatis, tanto etiam plus difficultatis patiuntur ad obtinendam fidem. Nihilo levior objicitur moleſtia circa ſacri corporis ad montem Sinai tranſlationem: indubitabilem illam quidem, quoad ſubſtantiam; ſed, quoad auctores ejus ac tempus, perquam obſcuram. Hoc certum; nullam eſſe Sanctam, cujus fama cultuſque primis poſt perſecutiones ſeculis ignotior, celebrior autem ætatibus poſterioribus fuerit, non ſolum in Orientali, ſed etiam Occidentali Eccleſia. In noſtro certè Belgio, ut de aliis taceam regionibus, haud facile reperias ullam urbem, ac ne oppidum quidem vel municipium, ubi hæc Sancta non habeat vel altare vel templum: quod factum eſſe non potuit, niſi propter illuſtria & frequentia ac nota paſſim miracula, ad ejus invocationem patrata, quorum habemus varia ſpecimina Mss. & imprimis Germanicam relationem perquam authenticam, de Reliquiis & cultu in Greverodenſi Canonicarum Regularium diœceſis Colonienſis monaſterio, unde non ſine miraculis aliquid communicatum fuit civitati Bruxellenſi. Plura & pluribus ex locis colligenda ſperamus, prius quam ad hunc menſem Opus noſtrum pervenerit, eaque tam certa atque teſtata, ut obmuteſcere faciant obgannientium hæreticorum ora. Quid enim ſi nomen ejus & ſepulcrum ſeculis aliquod primis à martyrio occultum habere voluit Deus, ſicut S. Roſalia corpus in Sicilia: an non poteſt illius, poſtmodum ut*

voluit revelati, veritatem reddere populis Chriſtianis per indubitabilia miracula certam? Non ita modica fidei ſumus: nec tamen etiam tam credulæ, ut religioni nobis ducamus dubitare de Actis acceptis per Græcos, quorum minus diſcreta facilitas varia de Sanctis commenta ſuſcepit Latiniſque communicavit ſeverioris examinis egentia. Expolivit ea Metaphraſtes: auctorem primum, ſub alieno tamen nomine latentem, videtur inveniſſe Allatius, quando Græca reperit hoc ſine terminata, Hæc ego Athanaſius ſcriba, famulus Dominæ meæ Æcaterinæ compoſui commentaria ipſius, in omni ſapientia. *Vtinam hæc nobis invenīat aliquis! Interim præſumere poſſumus, eádem fide auctorem prodire cum titulo famuli & ſcribæ ipſius Sanctæ, qua ſimilem titulum aſſumpſerunt auctores Paſſionum, quas habemus, de SS. Georgio ac Theodoro: de quibus fortaſſis præſtaret nihil ſcriptum fuiſſe, quam ſcriptum fuiſſe ſine ſolido veterum auctorum fundamento.*

Κϛ'. Εἰκάδι ἕκτῃ ἄλυπον ΑΛΥΠΙΕ βῆς εἰς οἶκον.
VI Kal. ALYPIUM abſolvit luctu vigeſima ſexta.

Monachi hujus Stylitæ, ſub Heraclio Imperatore Florentis, Vitam, hactenus intactam, habemus. Vtinam ſic etiam haberemus Acta ejus, quem hoc quoque die colunt Græci, S. Niconis Armeni, *cognomento* Μετανοεῖτε, *id eſt,* Pœnitentiam-agite! *Acta, inquam, laudata Baronio, viſa Allatio. Fruſtra ea Romæ quæſivimus in Sfortiana, ubi fuiſſe dicebantur, Bibliotheca.*

Κζ'. Εἰκ δι ΠΕΡΣΗΣ ἑβδομάτῃ Ϲφάγη ἐκμελιδέϛ.
V Kal. Membratim PERSAM vigeſima ſeptima ſcindit.

Videlicet Iacobum, *Interciſum dictum à martyrii genere, quod ſub Iſdigerde toleravit, hodierno Romano inſcriptus. Græca ejus Acta duplicia habemus: præter quæ adhuc alia in Vaticano reperimus, ſolis verbis modice diverſa: quin etiam quarta nobis indicat Allatius pag. 121, quæ non credimus multo plus diſcrepare.*

Κη'. Εἰκάδι ὀγδοάτῃ τε ΝΕΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ κράτα θραῦσαν.
IV Kal. Exculſit STEPHANO vicena octava cerebrum.

Conſtantinopoli ſub Copronymo id factum: præter Acta exornata à Metaphraſte, quorum merito locum accepit in hodierno Romano, habemus antiquiora ac proinde & meliora alia.

ΠΑΡΑΜΟΝΟΝ δὲ ἐνάτῃ κλάνον εἰκάδι ἔγχεα μάχεϛαι. Κθ'.
PARAMONUM tradit vigeſima nona necandum. III Kal.

Martyr ſub Decio, & Romano hodierno inſcriptus hic eſt: nos Acta habemus.

Στραῦρον κακκεφαλῆϛ τριάκοϛῇ ΑΝΔΡΕΑΣ ἕλκει. Α'
Ter decimâ ANDREAS Crucis ardet ſcandere lignum. II Kal.

De formâ crucifixionis ejus librum parare cœperat Ioannes Iacobus Chiffletius, Archiater Regius, libris editis & eruditione clarus: ſed mori ſe videns, multa in hanc rem collecta nobis in amicitiæ pignus donavit, ex picturis ſculpturiſque antiquis omnia; ſicuti & alia nonnulla ſedulitatis ad omne argumentum antiquarium ſe extendentis emolumenta. Edidit de eodem Sancto Apoſtolo librum integrum Andreas Sauſſayus, jam ſenior, adeoque & judicio maturiori longe quam quo Gallicanum Martyrologium, identidem nobis improbandū, junior coagmentavit. Quid autē ſibi vult in hexametro hujus diei τὸ Κακκεφαλῆϛ, *quod jā ad* XIV *hujus menſis, ubi de S. Philippo Apoſtolo, verti,* in caput? *An capite in terram verſo, ſicuti de S. Petro legitur, ſuſpenſum etiam* Andream *credidit Poëta? Si credidit, haud facile impetrabit aliorum aſſenſum, qui Acta à Presbyteris Achajæ conſcripta, ut ipſo eorum initio dicitur, pro legitimis recipiunt. Non enim cum tali crucifixionis modo ſtare poteſt biduana prædicatio ad populum circumſtantem, qualis ibi deſcribitur. Ipſa vox ex duabus contracta haud dubie eſt, diciturque κακκεφαλῆϛ pro κατὰ κεφαλῆϛ, ſicut καπεδίον pro κατὰ πεδίον apud Homerum Il. ζ, ſecundum explicationem Euſtathii. Si præpoſitio κατὰ æque cum genitivo atque cum accuſativo poſſet verti* ſecundum, *poſſet etiam Sancti* caput *non phyſicum ſed morale intelligi, Chriſtum ſcilicet, ſecundum cujus exemplum crucis ſupplicium ſuſtinuerunt* Philippus & Andreas. *Notandum eſt denique cognomentum* Protocleti, *id eſt,* primò vocati: *quo paſſim à Græcis indigitatur hic Apoſtolus, cujus etiam prolixum in Menæis* Ὑπόμνημα *ſuo tempore non erit negligendum: ſed neque encomium quod habemus ab Arſenio Epiſcopo Corcyrenſi conſcriptum.*

NOVEMBER

MOSCORUM FIGURATUS.

I — COSMAS, DAMIANVS ✠ Medici Confeſſores.

II — ACYNDVNVS, PEGASIVS ✠ & ſocii Martyres.

III — ACEPSIMAS ✠ Martyr. *Poſſevino* Acceximus *nomine corrupto.*

IV — IOANICIVS ✠ Monachus. *Poſſevino perperam* S. Mart. Onicius.

V — GALACTION, EPISTIME ✠ Conjuges Martyres. *Et hic ignotū* S. Mart. Iulacii *nomē obtruſū eſt Poſſevino.*

VI — PAVLVS ✠ Epiſcopus Conſtantinopol.
OBITVS BARLAAMI NOVOGRODENSIS.

Ita interpres Belga & conſentit Obilewicz. Eſt autem Novogrodum ex potentioribus & vetuſtioribus Moſcoviticæ monarchiæ urbibus, unde & ſibi titulum unum ex primariis Dux ipſe ſumit. Multa de ejus urbis fortuna hiſtorici, ſed nihil de Barlaamo, de quo propterea inſtructionem plenio-rem cupidiſſime expeto. Poſſevinus S. P. Vorlamam *ſcripſit.*

HIERON ✠ Martyr.
LAZARVS † in Monte Galiſio. — VII

Hujus Anachoretæ vitam & miracula, ſcripta per Gregorium Patriarcham, vidiſſe ſe ait Allatius: nos ea necdum reperimus, nec ubi ſint quærenda divinamus; gratias proinde multas debebimus ei, qui ipſa communicaverit, vel ſaltem indicaverit.

SYNAXIS ARCHISTRATEGI MICHAELIS ✠ — VIII

ONESIPHORVS † diſcipulus Pauli, — IX

Colophoniis (ut volunt) Epiſcopus datus, colitur à Latinis, cum ſervo ſuo Porphyrio, *Martyrii ſocio,* VI *Septembris: Poſſevino non recte* Aniſiphorius.

MATRONA ✠ Sanctimonialis.

ERASTVS

x ERASTVS, OLYMPION, RHODION, QVARTVS,

Omnes diſcipuli Apoſtolorum, dicti etiam Apoſtoli. *Ex his colitur à Latinis* Eraſtus *ut Philippenſis Epiſcopus* XXVI *Iulii*; Quartus III *Novembris: pro* Rhodione *Poſſevino dictatum eſt nomen* Radioni.

xi MENAS ✠ Martyr. *Poſſevino obrepſit nomen* Minſuiti.

VICTOR, STEPHANIA, *id eſt*, CORONA. †

Par Martyrum, ſub Antonino celebrium, hiſce nominibus Latini celebrant XIV *Maji*; *ubi docemus, plura hujuſmodi paria neceſſario admittenda videri, locis ac temporibus variis.*

VINCENTIVS † Diaconus Martyr,

Valentiæ in Hiſpania paſſus ſub Diocletiano martyrium, ubique gentium celeberrimum; *cujus hiſtoriam dedimus* XXII *Ianuarii, quando colitur à Latinis.*

THODORVS † Studita.

Celeberrimi apud Conſtantinopolim cœnobii Hegumenus, ſciptor & Confeſſor ſub iconomachis illuſtris; *quem in Romani Martyrologii recognitione nequaquam credo prætermittendum à Baronio fuiſſe, ſi tunc nota habuiſſet ejus Opera & Epiſtolas, quibus deinde à Sirmondo noſtro, tunc Romæ Theologicis ſtudiis operam dante, Latine ſibi ex parte redditis, uſque adeo ornavit Annalium ſuorum tomum* IX. *Defectum ſupplevit Vrbanus VIII*; *& Sanctum, de totâ Eccleſia optime meritum, juſſit inſcribi Martyrologio. Vitam habemus Græce ſcriptam à Michaele monacho: aliam ſub ejuſdem auctoris nomine indicat Allatius*; *quam ſi haberemus, diſcernere forte poſſemus, utra vere Michaelis ſit. Habemus præterea encyclicam de Sancti morte epiſtolam: nihil autem in commune bonum magis de eo deſideratur, quam operum atque epiſtolarum ejus omnium editio, cui rei ut intelligo Pariſiis nunc perquam ſerio incumbit aliquis ex noſtra Societate.*

xii IOANNES ELEEMON PATR. ✠ Alexandrinus.
NILVS † Monachus

Tempore Mauritii Imperatoris. Scripſit Aſcetica, quæ habemus Græco-Latine edita à Ioanne Franciſco Suareſio Epiſcopo Vaſionenſi: alias quaſdam ejus lucubrationes, eodem modo in lucem dandas, ibidem habet R.P. Petrus Poſſinus, noſtri laboris adjutor indefeſſus. Nili *autem nomen etiam hodierno Romano eſt additum.*

xiii IOANNES CHRYSOSTOMVS. ✠

xiv PHILIPPVS ✠ Apoſtolus.
GREGORIVS Epiſcopus.

Omnino ignotus nobis eſt, Indigenarum forſitan aliquis, de quo plura docere nos deberent Rutheni: interim pro eo, cum bona ipſorum venia, ſubſtituatur.

IOSAPHAT Epiſcopus Polocenſis Martyr.

Occiſus à ſchiſmaticis anno MDCXX, *& poſt accuratum cauſæ examen Beatis Martyribus adſcriptus ab Vrbano VIII. Vitam illius hoc die dabimus, nec non Proceſſus ac documenta alia, quæ Secretarius ſacræ Congregationis Rituum nobis dignabitur communicare*; *ſicuti facturum ſe nobis gratioſe obtulit Illuſtriſs. Bernardinus Caſalius, iſtud nunc officium gerens, ſed prius forſitan quam promiſſa valeat expedire ad* Purpuram Cardinalitiam, *ad quam communi Romanorum voto pridem deſignatur, evehendus, ſub hoc felici Innocentii* XI, *ſola promovendorum merita æſtimantis, Pontificatu.*

GVRIAS, SAMONAS, ABIBVS DIACONVS ✠ Martyres. xv

Poſſevino obtruſum hic monſtroſum nomen S. Mart. Utiniſati.

EVPATIVS Epiſcopus. xvi

Æque ignotus nobis ac præcedens Gregorius: *de quo vel ideo magis doceri cupimus, quod non ut hic ſecundo poſt Apoſtolum Philippum loco, ſed primo ante Matthæum inveniatur poſitus.*

MATTHÆVS ✠ Apoſtolus Euangeliſta.

GREGORIVS ✠ Thaumaturgus. xvii

Poſſevino perperam oblatus cum titulo Sancti Martyris

PLATON ✠ Martyr. xviii
ROMANVS † Martyr.

Antiochiæ in Piſidia, cum Barulo *puero, ſub Galerio etiam hodierno Romano adſcriptus, de quo extant duæ S. Ioannis Chryſoſtomi orationes.*

ABDIAS ✠ Propheta. xix
BARLAAM † Martyr.

Laudatur à S. Baſilio, & inſcribitur Romano hodierno: laudaſſe eumdem dicitur & S. Ioannes Chryſoſtomus, ſed ejuſmodi Oratio non invenitur.

GREGORIVS ✠ Decapolita Monachus. xx
PROCLVS † Patriarcha Conſtantinop. *Extant ejus Opera Græco-Latine edita: utinam etiam Vita!*

INTRODVCTIO IN TEMPLVM VIRG. MARIÆ. ✠ xxi

PHILEMON † Apoſtolus. *Etiam Romano hodierno inſcribitur.* xxii

AMPHILOCHIVS ✠ Epiſcopus. xxiii
GREGORIVS ✠ Epiſcopus.

ECATERINA ✠ Virgo Martyr. xxiv

Die ſequenti apud Græcos & Latinos. Apparet autem errore quopiam factum eſſe, ut locum & diem hæc Sancta mutaret, cum Sanctis Clemente & Petro, *qui ad hanc* XXIV *ſpectant, hic vero perperam adſcribuntur diei* XXV. *Ceterum non eſt hic error ſolius ſculptoris: idem enim in Kalendario Poſſevini invenitur. Antequam porro hujus* S. Ecaterinæ *cultus invaleſceret apud Græcos, primus in Officio divino locus erat ei, qui nunc ſecundum habet*, S. Mercurio, *cujus Acta à Metaphraſte exornata habemus, & his vetuſtiora Latina cum laudatione Nicephori Gregoræ. Habent autem etiam Rutheni ſuum* Mercurium, *apud Smolenskum, qui quantam intulerit Tartaris ſtragem anno* MCCXXXVI, *apparitione Deiparæ ad hoc excitatus, narrat Kojalowicz; ſed oblitus diem quo colatur notare. Erit interim aliquis forſan qui eum nos doceat, ut proprio ſuo loco detur à nobis hiſtoria de imagine Miraculoſa Korſunenſi B. Virginis Mariæ, cui ipſius Mercurii innexa geſta ſunt, haud uſquequaque (ut verum fatear) à fabuloſitatis ſpecie remota.*

CLEMENS † Papa Martyr. xxv

Quomodo ejus corpus à SS. Cyrillo & Methodio, Slavorum Apoſtolis, inventum ſit in Cherſoneſo, ubi exilium & martyrium tulerat, indeque allatum Roma, dictum eſt ad horum diem IX *Martii. Quomodo vero ejuſdem corporis pars notabilis delata paulo poſt ſit ad monaſterium, ſub ejus nomine in Piſcaria inſula, per Ludovicum Pium Imperatorem*

ædificatum, disci poterit ex historia loci, edita post tomum 6 Italiæ sacræ Vghelli. Quomodo denique idem Sanctus vere fuerit secundus Petri successor post Linum, & tamen usque ad Trajani tempora vixerit, sed depositio pridem Romano Pontificatu, jam dumtaxat Apostolicus Episcopus, vide sis explicatum ante tomum 1 nostri Aprilis. Simul omnia accuratius examinari & confirmari poterunt ad diem XXIII *Novembris, quando* S. Clemens *à Latinis colitur. Interim optamus ut ejus miracula, ab Ephremio Chersonis Episcopo scripta, quorum nunc solum habemus partem, inveniantur integra.*

PETRVS † Episcopus Martyr,

Imo Martyrum sigillum *dictus Græcis, quia ultimus Alexandriæ, sicut prædixerat, sanguinem fudit auctoritate publica. Acta ejus aliqua Græco-Latine Combefisius edidit, Latina antiquiora habentur, neutra sincera satis, uti apparebit cum ea examinabuntur die sequenti, quando à Latinis colitur. Interim vide quæ de anno mortis diximus* II *Maji in Vita S. Athanasii cap.* 2: *& ex duabus circa annum mortis sententiis propositis, elige quam lubet: mihi absque præjudiciis rem consideranti, posterior magis expedita faciliusque videtur: utpote nullam vim inferens Eusebianæ chronologiæ & finitæ cum Petri morte persecutioni.*

XXVI *ALYPIVS* ✠ Stylita;

Possevino Olympius: *nec mirum nam etiam in nostra tabula invenitur superposita ceteris littera* M, *in nomine hujus Sancti omnino redundans: antiquus ergo error est.*

GEORGIVS † Megalomartyr.

Idem qui XXIII *Aprilis, sed hoc die peculiarem cultum Constantinopoli habens, propter Encænia seu dedicationem templi in Cypariſſo.*

XXVII *IACOBVS* ✠ Intercisus, Martyr.
PALLADIVS Monachus.

Quis aut cujas nescio: nam hic suspicari eum, qui Græcis ad XXVIII *Ianuarii notus est, fundamento careret: ergo Indigenam potius opinabor, & ab indigenis expectabo doceri.*

STEPHANVS ✠ Monachus Martyr. XXVIII
IRENARCHVS † Martyr.

Sub Diocletiano passus est in Armenia. Habemus quædam ejus Acta Græca.

PARAMONVS ✠ Martyr. XXIX
ACACIVS † Presbyter,

Socius Martyrii Paramono, cumque eo hodierno Romano adscriptus, non debuerat uti monachus exprimi; licet ita habeat prototypon Moscoviticum.

ANDREAS ✠ Apostolus. XXX

Hunc primum Moscis prædicasse gloriatur coram Possevino Dux eorum Ioannes Basilides, eóque parem Romanis facit gentem suam, ut quæ nihilo serius quam ipsi fidem excepe-rit. Sigismundus vero Herberstenius, Rutheni, *inquit,* in Annalibus suis aperte gloriantur, ante Wlodimerum & Olham, *ejus aviam, quæ anno mundi* VI∞ CCCCLXIII *Christi* DCCCCLV *dicitur baptismi causa Constantinopolim profecta, eum ibi cum Helena nomine suscepisse, nec tamen potuisse filium Swatoslaum ad fidem quoque Christianam inducere:* gloriantur, *inquam, ante illos,* terram Russiæ esse baptizatam ab Andrea Christi Apostolo, quem ex Græcia ad ostia Boryſtenis venisse ipsi affirmant, & adverso flumine ad montes, ubi nunc Kiovia est, navigasse, atque ibi omnem terram benedixisse & baptizasse, Crucem suam illic collocasse, prædixisse-que magnam ibi gratiam multasque ecclesias Christianorum futuras. Post inde usque ad fontes Boryſthenis venisse in Wolock lacum magnum, & per fluvium Lowath descendisse in Ilmer lacum, unde per fluvium Wolchouw, qui ex eodem lacu fluit Novogardiam, inde fluvio eodem in Ladoga lacum & Heva fluvium, atque in mare usque, quod ipsi Waretzkoiæ appellant, nos Germanicum, inter Winlandiam & Livoniam, Romam navigando perveniſſe.

DECEMBER

GRÆCORUM METRICUS.

Α'. Πρώτη ἐκ βιότοιο Δεκέμβριος ὤχετο ΝΑΟΥΜ.
Kalend. Ex vita Naum pellit lux prima Decembris.

Prophetam hunc etiam hodierni Romani tabulæ receperunt.

Β'. Δευτερίη ΑΒΑΚΟΥΜ ἀνεβήσατο εἰς Θεοῦ ἕδη.
IV Non. Divina ascendit Abacuc ad templa secundâ.

Colitur à Latinis XV *Ianuarii.*

Γ'. Φαίδιμος ἐν τριτάτῃ ΣΟΦΟΝΙΑΣ ἦτορ ἀφῆκεν.
III Non. Cælo animam clari Sophoniæ tertia misit.

Hunc quoque recentius adscriptum Martyrologio invenimus.

Δ'. ΒΑΡΒΑΡΑ ἀμφὶ τετάρτῃ χερσὶ τοκεῦ ἐτμήθη.
II Kal. Ense feri patris jugulatur Barbara quartâ.

Sancta hæc Martyr, quam apud Græcos Latinosque ævi sequioris est celebris, tam fuit ignota antiquioribus, æque ac S. Catharina; *qui cum hoc etiam commune habet, quod Acta valde incerta sint fidei: sed minime incerta obscuraque sunt miracula, in favorem moribundorum ad ejus invocationem patrata. Corpus venerari se credunt Veneti, in templo olim Crucigerorum, nunc Societatis nostræ, ubi ipsum in proprio sacello super aram spectavimus, per crystallinam arcam, compage integra pretiose indutum anno* MDCLX. *Interim aliud corpus ex cœmeterio Calixti Romæ translatum Placentiam, ad monasterium S. Xisti, legimus; & translatio ea adscribitur Carolo Magno, qui dictum monasterium pro sorore sua Amelberga fundaverit; supponunturque Christiani, expeditione militari in Ægyptum Orientemque ducta, expugnasse* Nicomediam, *indeque illud Romam attulisse. Quæ omnia sic temere videntur consarcinata, postquam anno* MCCCLXXVII *recognitum est sacrum depositum fere integrum, excepto capite quod Romæ servatum sit, cum aliis nonnullis ejusdem Reliquiis. Sed uti Constantinopoli primum inclaruit hæc Sancta, postquam delatum eo fuit corpus, quod Veneti nunc habent: sic horum potior esse videtur causa. Encomium Græce scriptum à Georgio Grammatico laudat Allatius, quod necdum vidimus.*

Ε'. Θεσπεσίου πέμπτη ΣΑΒΒΑΣ πόλιν ἔντοθεν ἐνίχθη.
Quinta Sabam celsi perduxit ad atria cæli. Nonis.

Etiam ab Romanâ Ecclesiâ jam olim inter divina cultus fuit

fuit insignis hic in Palæstina monachorum ductor: quorum Romæ antiquitus monasterium Græci ritus fuit: nunc, reditibus Germanico Collegio applicatis, ecclesia perseverat. Vitam scripsit Cyrillus, idem qui vitam S. Euthymii: ejus genuinam phrasim, jam olim Latine redditam, in Basilicæ Lateranensis archivo reperimus, qualem antea ex vetusto codice Leodiensi acceperamus: restat ut Græcus ejus contextus inveniatur: nam quæ habetur apud Lipomanum & Surium Latina, estque etiam apud nos Græca; æque ac alia, in Vaticana & Florentina bibliothecis reperta, hoc principio, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς; *ut sensu forte conveniant, verbis diversa sunt; incertum quo auctore mutatis vel interpolatis, nec enim in alterutra Metaphrasten agnoscit Allatius.*

ϛ'. Ἕκτῃ ΝΙΚΟΛΑΕΩ γ' ἐφάνη βιότοιο τελευτή.
VIII Id. Niclai fato clarescit sexta supremo.

De hoc sancto Myrensium Episcopo, etiam per Occidentem nostrum celeberrimo, post corpus Barium in Apuliam translatum, plurima Græce ac Latine habemus, quæ longum sit enumerare. Prodigiosi autem liquoris, ex ossibus scatentis miraculum etiam alibi ostenditur. Nam Wormatiæ, in sacrario ecclesiæ Cathedralis, vidimus anno MDCLX *phialam, ejusmodi liquore plenam cum articulo digiti; ex quo ille sic dicebatur emanare, ut quantum eximeretur, tantum succresceret. Olim autem, antequam Magistratum loci invaderent hæretici, cum liberior & ferventior pietas civium pluries ex eo posceret aliquid, ipsumque copiosius & liberalius distribuebatur, etiam supereffluere solitum salutarem istum liquorem dicunt.*

ζ'. Ἑβδομάτ' ΑΜΒΡΟΣΙΟΣ ποτὶ ἄμβροτον ἦλυθεν ἕδας.
VII Id. Ad cœlum Ambrosium conscendere septima vidit.

Vitam ejus Metaphrastes Græcam fecit, Allatio judice, qualem nos habemus: ejus autem apud Græcos colendi æque ac S. Gregorii Papæ, occasionem primam esse reor, vel ipsas eorum vitas, vel illustriora quædam Opera, ex Latina in linguam ipsorum conversa. Neutrum Sanctis Hieronymo & Augustino obtigit; ideoque neuter horum fastis Ecclesiæ Orientalis adscriptus est. Cæterum anniversarius hic dies est Ordinationis Episcopalis, non mortis Ambrosianæ. Hic siquidem aut Paschali festivitate aut Quadragesimali jejunio solitus occupari, adeo paulatim obscuratus fuit, ut Eruditis viris magnum disputationis argumentum præbuerit, aliis aliter sentientibus de ipso die, deque anno quo mors illa contigit. Quæstionem definivisse videmur post Diatribam Præliminarem ad tom. I *Aprilis, ac demonstravisse, quod sanctus Doctor obierit anno vulgaris Æræ* CCCXCVIII, XVII *Aprilis, quinque mensibus post mortem S. Martini Turonensis.*

Η. Ὀγδοάτη ΠΑΤΑΠΙΕ χλόης πεῖδον ἀμφεπατήσας.
VI Id. Patapie octavâ viridantia circuis arva.

Floruit is Constantinopoli Solitarius, inscriptus etiam Romano hodierno. Vitam S. Andreas Cretensis composuit, ejusque illustre compendium fecit Metaphrastes, quod apud Lipomanum & Surium Latine extat, Græce variis in Codicibus vidimus, necdum curavimus excipiendum.

Θ'. Τῇ δ' ὀνάτῃ ΜΑΡΙΗΝ θεομήτορα σύλλαβεν ΑΝΝΑ.
V Id. Deiparam nonâ pia concipit Anna Mariam.

Immaculatam fuisse hanc Conceptionem ab originali humani generis labe, Catholicorum plerorumque adeo certa nunc tenet fides, gravissimis Pontificum Summorum decretis corroborata, ut ad piæ circa hoc sententiæ defensionem, etiam voto solenni se obstrinxerint pleræque in Europa Academiæ, & ad extremam ejus definitionem à Sede Apostolica petendam religiose conspirarint omnes fere Principes Christiani, peculiari autem studio fervoreque Austriaci. Latini festum hoc agunt die præcedenti.

Εὐκέλαδ' δεκάτῃ ΜΗΝΑΣ ξίφει αὐχένα δῶκεν, Ι'.
Famosus decimâ Menas dat colla securi. IV Id.

Martyr Alexandriæ hic fuit sub Maximiano, cum sociis Hermogene & Eugrapho, *cum quibus etiam inscribitur hodierno Romano: Acta Græca duplicia habemus, non item encomium quod Theophanii Cæsarienses Episcopi nomen apud Allatium præfert.*

Ἑνδεκάτῃ ΔΑΝΙΗΛ συλοβάμων εὕρατο τέρμα. ΙΑ'.
Undecimâ, Daniel, finem sortire, Stylita. III Id.

Habemus Acta Græca, quæ Metaphrastes scripsit, & Latina edidit Lipomanus. Nomen additum est hodierno Romano.

Ἀμφὶ δυωδεκάτῳ ΣΠΥΡΙΔΩΝ βίοτον λίπε ΙΒ'.
τόν δε.
Bissenâ Spyridon vitam hanc terrasque reliquit. II Id.

Colitur à Latinis antiquitus XIV *hujus, Episcopus in Cypro: habemus duplicem ejus Vitam Græcam, requirimus tamen adhuc unam, istis fortassis præferendam, quam vidit laudatque Allatius, ut à Theodoro Episcopo Paphi scriptam.*

Τοὺς γε σὺν ΕΥΣΤΡΑΤΙΩι δεκάτῃ τρίτῃ ἔκλαγεν ΙΓ'.
ἄορ.
Eustratium & socios decimâ post tertia mactat. Idib.

Socii fuerunt Auxentius, Mardarius, Orestes, *omnes Martyres in Armenia sub Diocletiano: referunturque etiam in hodierno Romano. Habemus Acta Græca, prout ea expolivit Metaphrastes, quæ apud Lipomanum & Surium leguntur Latina.*

Πρίσιν ἀλύξας ΘΥΡΣΕ θάνες δεκάτῃ γε τεταρτῃ. ΙΔ'.
Quartâ post decimam fuge serram, & occide, XIX Kal.
Thyrse.

Colitur à Latinis cum sociis Leucio & Callinico XVIII *Ianuarii, ubi eorum Acta ex Latinis quoque Mss. dedimus: omissis aliis, quæ Metaphrastes compilavit, Philemonis & sociorum Acta admiscens, qualia fere data sunt, ubi de Philemone egimus,* VIII *Martii. Habemus nihilominus ipsius Metaphrastes compilationem Græcam.*

Οἷον ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ δεκάτῃ πέφνε φάσγανα ΙΕ'.
πέμπτῃ.
Ensis Eleutherium decimâ quartâque necavit. XVIII Kal.

Illyricis Episcopus datus, & Romæ cum Anthia matre passus, commemoratur à Latinis XVIII *Aprilis, quando Historiam Passionis ejus multimodis fabulosam esse ostendimus: cultum apud Ænanenses & Reatinos probavimus. Nostrum de Actis illis judicium eatenus per litteras approbavit Ioannes Ludovicus Schonlebius, Carniolæ inferioris Archidiaconus, patriarum antiquitatum studiosissimus, ut putet magnam his tenebris affundi lucem posse, si Episcopus Illyrici à Romano Martyre distinguatur, cum quo male fuerit à Metaphraste confusus: Metaphrastis enim esse, quæ Græca habentur, censet Allatius.*

Ἕκτῃ κὲ δεκάτῃ ΑΓΓΑΙΟΝ γᾶια ζωὲσχεν. Ιϛ'.
Aggæum tellus sextâ decimâque recepit. XVII Kal.

Colitur hic Propheta apud Latinos IV *Iulii.*

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ΔΑΝΙΗΛ τάμον, ὃς βλέπε ΙΖ'.
μέλλον.
Septima post decimam Danieli colla rescindit. XVI Kal.

Iuxta fabulam scilicet relatam in Menæis, qua fingúntur

Tres

Tres pueri & *denique ipſe* Daniel, *poſt mortem Nabuchodonoſoris ac Regum ſucceſſorum ejus, à Rege quodam Attico ſucceſsive decollati mutua capita excepiſſe; cumque ea eſſent corporibus ſuis reſtituta per miraculum, omnes ab Angelo ſepultos eſſe in monte Gebal: ubi quadringenteſimo poſt Chriſti reſurrectionem anno etiam ipſi reſurrexerint, ac rurſus obdormierint. Omnia autem hæc conficta videntur occaſione pariter inventorum corporum: quæ de re pluribus agemus* XXI *Iulii, quando antiquitus à Latinis colitur Propheta Daniel. Sociorum nomina ab iiſdem Latinis hoc menſe Decembri, ſed die præcedenti commemorantur.*

ΙΗ'. Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ΣΕΒΑΣΤΙΑΝΟΣ ῥοπαλίδῃ.
XV Kal. Cæditur octavâ decimâque SEBASTIANUS.

Notiſſimus ſub Diocletiano Martyr, Defenſoris eccleſiæ titulo honoratus à S. Cajo Papa, colitur à Latinis XX *Ianuarii, quando ejus Acta illuſtravimus, variarumque reliquiarum ejuſdem tranſlationes & miracula.*

ΙΟ'. Ἔννεα καὶ δεκάτῃ ΒΟΝΙΦΑΤΙΟΣ αὐχένα τμήδῃ.
XIV Kal. Collum offert nonâ & decimâ BONIFACIUS enſi.

Colitur à Latinis XIV *Maji, quando ejus Acta illuſtrata damus.*

Κ'. Εἰκάδι ΙΓΝΑΤΙΟΣ δάνε γναμφηλῆσι λεόντων.
XIII Kal. Dentibus IGNATIUM laniat vicena leonum.

Vide quæ dicta de eo XXIX *Ianuarii, & Acta apud nos* I *Februarii.*

ΚΑ'. Ἕλαμον εἰκάδι πρώτῃ ΙΟΥΛΙΑΝΗΝ ἐραλεινῷ.
XII Kal. Dat IULIANAM vigeſima prima necandam.

Martyr Nicomediæ ſub Maximiano colitur à Latinis XVI *Februarii, quando corpus Cumas in Italiam tranſlatum fuit. Extant ejus Paſſiones quædam Græcæ in Mſs. Vaticanis, necdum à nobis tranſcribi curatæ. Colunt hoc die Græci etiam* S. Paulum in Latro, *cujus præclaram Vitam habemus, ſed deeſt nobis encomium ejuſdem cum enarratione miraculorum, ab Allatio viſa laudataque quod hic volui indicare.*

ΚΒ'. Καύθῃ ΑΝΑΣΤΑΣΙΗ πυρὶ διυλέϊ εἰκάδι λαύρῃ.
XI Kal. Plectit ANASTASIAM vicena ſecunda per ignem.



ΚΓ'. .... Σωάξις ὑπεραγίας ΘΕΟΤΟΚΟΥ καὶ τοῦ ἁγίου ΙΩΣΗΦ τοῦ μνήστορος.
VII Kal. .... Feſtum ſanctiſſimæ DEIPARÆ & S. IOSEPH Sponſi.

Rurſus autem Dominica infra Octavam Nativitatis, agunt Græci Memoriam Sanctorum & juſtorum Ioſeph Sponſi, David Regis, & Iacobi Fratris-Domini. *Hujus feſtum proprium agitur* XXIII *Octobris ab iiſdem Græcis, à Latinis autem nunc colitur* I *Maji, ut alibi dictum.* Davidis Regis *alia nulla apud Græcos commemoratio fit, diſtincta à commemoratione omnium progenitorum Chriſti,*

Vide quæ diximus XXIX *Octobris, hic autem nota peculiare ipſi cognomen τῆ Φαρμακολυτρίας; id eſt* Solutricis veneficiorum, *ſub quo ei hoc proprium feſtum, ſed commune cum* S. Chryſogono; *ut non aliam quam Romanam, Publii conjugem, ſciàs poſſe intelligi.*

Εἰκάδι καὶ τριτάτῃ ΔΕΚΑ δὲ ΚΡΗΤΗ τάμον ἄνδρας. ΚΓ.
Enſe DECEM CRETAS vigeſima tertia mactat. X Kal.

Nominantur hi in Menæis atque ex his in Romano hodierno, Theodulus, Saturninus, Euporus, Gelaſius, Eunicianus, Zeticus, Cleomenus, Agathopus, Baſilides, Euariſtus, *Martyres ſub Decio. Acta apud Lipomanum & Surium extant è Græco Metaphraſtis, antiquiora necdum vidimus, nec facile viſuros nos ſperamus, uti nec plura alia, quæ poſtquam ab illo ſic expolita fuerunt, deſierunt in Græcorum eccleſiis primigenia ſua phraſi uſurpari.*

Τετλαδὶ ΕΥΓΕΝΙΗ ξίφῳ εἰκάδι ἀμφὶ τελάρτῃ. ΚΔ'.
EUGENIAM gladio vigeſima quarta trucidat. IX Kal.

Hanc Romanam Illuſtriſſimam Martyrem Latini celebrant die ſequenti. Acta quoque ejus Latina habentur antiquitus, Græce deinde exornata à Metaphraſte. Eorumdem epitomen Iambico carmine expreſſam circiter ad ſexaginta verſus extendunt Menæa, exemplo vix alias in ipſis viſendo.

Παρθενίκη ΜΑΡΙΗ Θεὸν εἰκάδι γείνατο πέμπτῃ. ΚΕ'.
Vicenâ quintâ fit mater virgo MARIA. VIII Kal.

Huic myſterio jungunt Græci Adorationem Magorum, *& utrumque in ſuis Ritualibus libris ſic partiuntur, ut nocturno Officio præmittant imaginem recens nati infantuli, pannis involuti, jacentiſque intra ſtabulum in præſepi cum reliquis ſacræ noctis iſtius actis: diurno autem Officio præfigant imaginem ejuſdem velut pueri anniculi, atque in materno ſinu jam veſtiti, Magos excipientis in domo: ut licet eodem die, non tamen eodem anno rem actam videantur credidiſſe. Quam hoc ſit Euangelicæ hiſtoriæ conforme, ſecutaque poſt triduum Puerorum cædi, mox declarabimus: hic juvat ipſas utriuſque myſterii à Græcis acceptas imagines repræſentare.*



Chriſti, quam faciunt xix *hujus. Martyrologi Latini Vſuardus & Ado, neſcio quem antiquiorem ſecuti, & alii poſt eos, nomen adſcribunt* xxix *hujus. De* Ioſepho *quid dicam? Conatus ſum equidem* xix *Martii quando colitur à Latinis, feſto non valde antiquo, favere Petro de Natalibus, præſumenti ex Euſebii Cæſarienſis exemplaribus ſumptum illud videri in antiquis quæ allegat Kalendariis; ſed vereor ne quæ in Hieronymiano Martyrologio legebantur verba,* in Antiochia Ioſeph, *Martyrem aliquem Antiochenum ſignificent, juxta ordinarium iſtius Martyrologii ſtylum: quod deinde, omiſſo nomine* Antiochiæ, *applicaverint alii* Ioſepho Sponſo, *ideoque mallem inter Sanctos iſtius diei Martyres, ſaltem ſub dubio, actum fuiſſet à nobis de* Ioſepho Antiocheno. *Curioſa ſunt interim, nec vulgo obvia, multiſque eruditis viris hodie probantur, quæ ex noſtri Petri Poſſini Diallactico de ipſius ſanctiſſimi Ioſephi Genealogia deduximus; eam talem oſtendentes, ut Lucas quidem parentes ſecundum carnem enumeret, Matthæus vero ſecundum legem; fuerintque* Ioſephus *&* Ioachim *germani fratres ſecundum carnem ex patre* Heli; Ioſeph *vero ſecundum legem ſubſtituatur ultimo in linea ſua* Iacobo, *velut ex eo genitus ſicuti Ezechias Rex ex Achaz, Zalathiel ex Iechonia dicuntur geniti, cum ſolum fuerint filii legales. Atque ita probatur, quod Euangeliſtæ utroque modo exhibituri genealogiam Chriſti, eam formaverint aptiſſime, adſcendendo per* Ioſeph *potius quam per* Ioachim.

KZ'.

Εἰκάδι λαΐνεος ΣΤΕΦΑΝΟΝ μόρος ἑβδόμῃ ἔλεν.
vi Kal. Saxiferum Stephanum vigeſima ſeptima tollit.

Latini feſtum hoc agunt die præcedenti, & hodie colunt S. Ioannem Euangeliſtam: de quo Græci viii *Maji, tamquam mortuo tali die.*

KH'.

Ἀνέρας ὀγδοάτῃ κλάνεν εἰκάδι δισμυρίους πῦρ.
v Kal. Bis decies dat mille viros lux proxima flammis.

Nicephorus Calliſtus lib. 7 cap. 6 tot ferme fuiſſe ait promiſcui ſexus, ætatis & conditionis homines, qui ad celebrandum Dominicum natalem congreſſi in templum, ſimul cum eo flammis ſuccenſo, pro fide occubuerint Nicomediæ ſub Maximiano. Baronius Græcorum exemplo ſacris faſtis eos adſcripturus in hodierno Romano, maluit id facere die præcedenti; & immodicum eſſe videns numerum (quis enim credere poſſit Chriſtianos eo tempore habuiſſe eccleſias tam capaces) ſatis habuit multa millia *ſcribere. Metaphraſtes in Actis SS. Indes & Domnæ inducit Archidiaconum, congregatos hortantem ad Martyrium, qui ipſos,* multitudine pœne innumerabiles, *compararit tribus Pueris Babylonicæ fornacis: & his actis titulus eſt,* Μαρτύριον τῶν Ἁγίων δισμυρίων. *Vtinam originalia, & Metaphraſte antiquiora extarent Acta! Silentium enim Euſebii, haud facile omiſſuri martyrium, ceteris omnibus quæ ab eo commendantur longe memorabilius, vereri me cogit, ne ipſa ſint ex eorum numero, quæ fabuloſis plane circumſtantiis exaggerata invenit Metaphraſtes; ſuaque eloquentia ſic expolivit, ut primâ fronte non appareant manifeſte falſa. Magno certe examine adhuc egent Acta iſta.*

KΘ'.

ΝΗΠΙΑ ἀμφ' ὀγάτῳ τάμον εἰκάδι ϖαπάζονλα.
iv Kal. Lactentes Pueros nona & vigeſima mactat.

Eorum numerus, *inquiunt Græci in titulo, fuit* millia quatuordecim. *Non exiſtimo tantum fuiſſe, cum Bethleem oppidum parvum fuerit, non niſi* vii p. m. *Hieroſolymis diſtans, & fines ejus, in quibus omnibus occiſi pueri, non admodum magni poſſint concipi. Itaque ad ceteras Græcorum fabulas iſtum quoque numerum adjicias licet. Latini antiquitus eadem hanc recolunt die præcedenti, ut utriuſque Eccleſiæ circa hoc conſenſus veroſimile nobis faciat, proximis à Natali dominico diebus, licet non eodem anno, rem geſtam eſſe. Atque huc etiam facit, quod Græci, ſicut jam diximus, eodem die quo Chriſti nativitatem etiam Magorum adorationem colant; ut videantur credidiſſe, quod Magi (quibus primum apparuerat ſtella, quando nuntiante Angelo* Verbum caro factum eſt) *vigeſimo primo abinde menſe venerint Hieroſolymam* xxiii *vel* xxiv *Decembris, ipſóque natalis Dominici anniverſario ductu ſtellæ intraverint, non jam in ſtabulum, ſed in domum; in qua, non recens natus infans, ſed puer erat cum Maria matre ejus; ubi hoſpitati nocte illa, juxta acceptum in ſomnis reſponſum, ſequenti die per aliam viam reverterint in regionem ſuam. Horum abitum ſequenti mox nocte ſecutus ſit Ioſeph in Ægyptum fugiens, cum puero & matre ejus, oppertunoque peregrinationis ſubſidio quod Magi attulerant: Herodes vero, videns ſe deluſum, ſtatim in iram conſiliumque cruentum proruperit: neque enim plus biduo opus fuit, ut homo ſuſpicax & explorans omnia, deluſum ſe videret. Eadem autem fieri juſſit ſecundum tempus ſtellæ apparentis, quod exquieſierat a Magis, ſcilicet a bimatu & infra, quia ſcilicet ab initio ſtellæ apparentis uſque ad hanc diem ſoli tres menſes ad biennium deerant. Quid autem tam diu moratum ſit Magos varii varie conjectant. Suſpicor ego primis novem menſibus ſic apparuiſſe ſtellam, ut fixarum inſtar nullum proprium motum haberet, deinde planetæ ſimilem, ita paulatim promoviſſe, ſuo quotidiano curſu verſus Iudæam deflectendo, ut illuc videretur monſtrare viam ſpatio plurium menſium; ubi cum iterum figi videretur, tum primum ad iter ſe Magi accinxerint, Iudæam ingreſſi ſtellam amplius non viderint, niſi poſtquam Hieroſolymis egreſſi ſunt circa veſperam Bethleemum verſus, tum vero iterum apparuerit ſtella, & quidem jam non in cælo, ſed in aëre, donec veniens ſtaret ſupra ubi erat puer. Certe neque præceps furor Herodis patitur, ut longo tempore ab adventu Magorum dilatam eadem credamus; neque dies huic aſſignata concedit, ut facta ſit niſi uno à nativitate Domini anno. Et ſic optime conveniunt omnia, & ſaltem anniculus fuerit puer, cum juſſus eſt in Ægyptum deferri: ubi etiam annum egerit uſque ad* vii Ianuarii, *quando reportatio ejus recolitur, mortuo interim circa Paſcha Herode, & ſuffecto eidem Archelao. Hoc vero non otioſe notavit Euangeliſta Matthæus; quin potius ſignificans, quod etiam Archelaum formidans Ioſeph timuit ire in Iudæam, indicat nobis illic iturum fuiſſe potius quam in Galilæam, niſi metus ille prohibuiſſet. Cur autem Bethleemi potius quam Nazarethi habitare maluiſſent Chriſti parentes, non alia facile cauſa poterit aſſignari, quam quod nato Bethleemi Chriſto ibique à Paſtoribus adorato ac manifeſtato, inter cives omnia jam prolixe offerentes, habitare elegerint atque apud eos domicilium fixerint, quaſi non amplius Nazarethum rediturí: ex quo ſatis probatur annua ſaltem apud Bethleemitas commoratio, quam inter nativitatem Chriſti fugamque poſuimus. Tempora porro ſingula, in quæ digerenda eſt Vita Chriſti, vide per Conſules deducta probataque ante Tom. i Aprilis, in Exercitationibus prævíis ad veteres Catalogos Pontificum Romanorum.*

Πλευρὰν ΑΝΥΣΙΗΣ τριακοσῇ ἔγχϴ ἔνυξεν. **Λ'.**
Anysiæ latus haſtili trigeſima punxit. **iii Kal.**

Martyr Theſſalonicæ ſub Maximiano, adſcribitur Romano hodierno. Græca Acta duplicia vidimus, necdum nobis tranſcripta, Encomium à Philotheo Patriarcha CP. elaboratum, quod indicat Allatius, nuſquam adhuc reperimus.

Πρώτῃ ἐν τριακοσῇ ἀπῆρε βίοιο ΜΕΛΑΝΗ. **ΛΑ'.**
Melaniam è vivis trigeſima prima levavit. **ii Kal.**

Iunior hæc eſt, cujus Vitam habemus Græce expolitam à Metaphraſte, à Lipomano Latine editam: præ hac tamen mallemus invenire aliam, quam prolixe laudat Allatius, ut à domeſtico Presbytero ſcriptam hoc principio Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς. *Dicitur autem Iunior reſpectu aviæ ſuæ, quæ & ipſa admirabilis ſanctimoniæ mulier fuit, quamque ſic*

laudat S. Auguſtinus, ut dubitandum vix ſit, quin ante mortem reſipuerit ab erroribus, in quos ipſam Ruſinus Origeniſta pertraxerat. Ita tamen ut non videatur uſpiam adnumerata Sanctis, niſi forte eſt ea, cujus nudum nomen cum diſticho, ut in pace mortuæ, reperitur ad diem VIII *Iunii, in Synaxario Ms. Chiffletiano.*

DECEMBER

MOSCORUM FIGURATUS.

I NAVM ✠ Propheta.

II ABACVM ✠ Propheta.

III SOPHONIAS ✠ Propheta.

IV BARBARA ✠ Virgo Martyr.
IOANNES DAMASCENVS. †

Colitur à Latinis VI *Maji, ubi vitam damus ex Arabicis ſchedis Latine redditam à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano duobus forte ſeculis poſt ejus mortem: addimus in Appendice ad tomum 2 etiam encomium Græco-Latinum à Conſtantino Acropolita compoſitum.*

V SABAS ✠ Abbas in Palæſtina.

VI NICOLAVS ✠ Epiſcopus Myrenſis.

Quam ſingulari cultu Sanctum hunc venerentur Rutheni, non ſolum legimus apud Poſſevinum & alios, ſed etiam in eorum diptychis triptychiſque videmus, in quibus omnibus invenitur S. Nicolaus, *ac ferme primo & potiori inter Sanctos ejus Ordinis loco. Sed & hoc à Græcis didiciſſe eos probare poteſt pictura Græcanica ex Pariſienſi S. Genovefæ gazophylacio inferius exhibenda.* Eum, *inquit Poſſevinus*, non ſolum depictum, verum etiam pœne totum deſculptum (*res alioqui rara apud Moſcos, à ſtatuis formandis juſto alieniores*) vidimus apud Novogardiam magnàm. Vocant autem S. Nicolaum Czudothworetz, quaſi Θαυματοῤῥγον. *Itaque* de plurimis ejus Miraculis, *inquit Sigiſmundus Herberſtenius*, quotidie prædicant: quorum unicum, quod non ante multos annos contigit (*ſcribebat autem Sigiſmundus circa annum* MDXLIX) placuit hic adjungere. Michael quidam Kyſalitzki, vir magnus ac ſtrenuus, in quodam conflictu Tartarico, quemdam magni nominis Tartarum fugientem eſt perſecutus: quem cum citato equi curſu aſſequi non poſſet, Nicolae, inquit, perduc me ad hunc canem. Tartarus hæc audiens, territus exclamat: Nicolae, ſi hic tuo auxilio me aſſequetur, nullum miraculum facies: ſi vero me, alienum à tua fide, ab illius perſecutione incolumem ſervaveris, tum magnum erit nomen tuum. Ajunt, Michaelis equum reſtitiſſe, Tartarumque elapſum: Tartarum quoque deinceps Nicolao, ob incolumitatem ſuam, in ſingulos vitæ ſuæ annos, certas menſuras mellis obtuliſſe; totidemque menſuras miſiſſe Michaeli pariter, in memoriam liberationis ſuæ, adjecta etiam honoraria veſte ex pellibus Madauricis.

VII AMBROSIVS ✠ Epiſcopus Mediolan.

VIII PATAPIVS ✠ Recluſus CP.

IX CONCEPTIO S. ANNÆ. ✠

Non erit fortaſſis otioſum obſervare, diverſitatem phraſis, qua utuntur Græci, & poſt eos Moſci, agentes de Ioanne & Maria, *ſiquidem* XXIII *Septembris illius* Σύλληψιν, *id eſt* Conceptionem, *celebraturi, non dicunt* Conceptionem S. Eliſabeth, *ſed* Ioannis: *hic vero non* Mariæ, *ſed* Annę. *Quaſi voluerint inſinuare, hanc quidem in ipſo ſuo principio, ſeu in ipſo generationis actu, quatenus ad eum* Anna *virile ſemen excipiendo cooperata eſt, ſanctam fuiſſe; iſtam vero nullam in ſe habuiſſe ſanctitatem, ſed ab eo qui poſtmodum eſſet ſanctificandus in utero, veluti per denominationem extrinſecam meruiſſe, ut ejus memoria in eccleſiis recoleretur. Et hanc utriuſque feſti diverſitatem ipſa iconum diverſitas exprimit, dum hic ipſe conjugalis congreſſus, quatenus honeſte poterat, exprimitur, prout etiam in Menæis excuſis videre eſt; iſtic ſola apparitio Angeli, ſtantis ad dextrum cornu altaris, & Zachariam edocentis qualis ex eo filius naſciturus eſſet. Venerationem autem hujus tam amabilis myſterii, minime vulgarem apud Moſcos probare poteſt, etiam triptychon minus, quod infra exhibemus, cujus unam faciem ipſum ſolum occupat, quaſi præ omnibus Deiparæ feſtis genti iſti carum.*

MENAS ✠ Martyr. *Poſſevino non recte,* Minus. X

DANIEL ✠ Stylita. XI

S. Martyris *titulo minus recte ornatus apud Poſſevinum.*

SPYRIDON ✠ Epiſcopus in Cypro. XII

EVSTRATIVS, AVXENTIVS, EVGENIVS, MARDARIVS, ORESTES ✠ Martyres. XIII

THYRSVS, LEVCIVS ✠ Martyres. XIV

Poſſevinus perperam Furſum *ſcripſit: quia non intellexit* Φ *&* Θ *apud Moſcos confundi.*

ELEVTHERIVS ✠ Epiſcopus Martyr. XV

Non Eliſcherius, *ſicut Poſſevino ſuus interpres legit.*

STEPHANVS Epiſcopus Surozenſis.

Ita nos docuit R P. Ohilewicz, qui utinam plura nos de eo docuiſſet, ſimulque indicaſſet quid ſibi velit adjectum epithetum Nedparotecz. *Hoc nunc beneficium ab aliis patriarum rerum peritis præſtolamur.*

AGGÆVS ✠ Propheta. XVI

DANIEL ✠ Propheta. XVII
ANANIAS, AZARIAS, MISAEL †
ET ALII PATRES ANTE NATVM CHRISTVM. †

Ita noſter interpres Belgicus: & recte. Colunt enim Moſci commune omnium Proparentum Chriſti & Iuſtorum aliorum veteris teſtamenti feſtum eâ Dominicâ, quæ proximè præcedit Vigiliam Nativitatis: quæ ſi ipſamet in Dominicam cadit, tunc feſtum hoc agitur XVII *Decembris, id eſt Dominica præcedente. Menæa excuſa hujus Dominicæ Officium habent poſt* XIX *Decembris, & in Rubricis notant, quomodo faciendum ſit, ſi Dominica Sanctorum Patrum incidat in* XXIV *menſis ſeu Vigiliam ipſam Nativitatis. Quod, poſt communicatum Moſcis ſacrorum Ordinem, innovatum eſſe apud Græcos arbitramur. Ceterum turpiter erravit ſculptor barbarus, dum Patres iſtos habitu Patriarchali & Epiſcopali induit. Menæa præter Canones & Sticharia, de ſingulis nominatim diſtichon unum recitant, incipientes ab* Adam & Eva *& deſinentes in* Suſanna; *ita ut ſint centum & ſedecim diſticha.*

SEBA-

XVIII *SEBASTIANVS* ✠ Martyr.
MICHAEL † Syncellus

Hierosolymitani scilicet Patriarchæ, Confessor Constantinopoli sub Iconomachis, cujus Acta habemus scripta per Nicephorum Gregoram.

XIX *BONIFACIVS* ✠ Martyr. *Possevino* Vinsantus, *cui hic jungitur.*

AGLAIS Matrona Romana,

Domina ejus: quæ licet sui quondam amasii corpus excipiens, pœnitentem ad sepulcrum vitam egerit, nullis tamen, quod sciam, Græcorum Fastis inter Sanctos descripta invenitur: sed apud Latinos aliquos Martyrologos vocatur Sancta, *& corpus ejus cum corporibus SS. Bonifacii & Alexii honoratur, sicuti ad* XIV *diem post Acta S. Bonifacii dicemus.*

TIMOLAVS Martyr.

Verosimiliter is quem Menæa hodie Timotheum *appellant, in Mauritania passum.*

XX *IGNATIVS* ✠ Episcopus Martyr.
PHILOGONIVS † Episcopus Antiochenus,

S. Chrysostomo laudatus, aliam ejus notitiam antiquiorem hactenus non reperimus: est autem etiam Romano hodierno adscriptus.

XXI *IVLIANA* ✠ Virgo Martyr. *Possevino perperam* Ulnea.

OBITVS PETRI METROPOLITÆ

S. Alexii *in Kijovienſi cathedra decessoris, de cujus vitæ actis plura scire cuperemus. Ad verã ejus Sanctitatẽ & præcipuum apud Moscos cultum probandum faciet Triptychon de quo infra. Hic autem ille est* Metropolita Petrus, *qui circa annum Christi* MCCC, *teste Herberstenio, Duci Moscorum Ioanni Danielis filio, suasit transferre Moscuam Imperii Sedem, exemplum secutis posteris. Ipse enim* Petrus amore Alexii cujusdam, qui ibi sepultus clãruisse miraculis dicitur, eo loci Sedem sibi prius elegerat; eoque mortuo *(scilicet Petro)* atque ibidem sepulto, cum ad ejus tumulum miracula pariter fierent; locus ipse religionis ac sanctitatis quadã opinione adeo celebris factus est, ut posteri Principes omnes Ioannis successores ibi Imperii sui Sedem habendam esse duxerint. *Non idem fecerunt Metropolitæ successores Petri, nam primum eorum S. Alexium Kijoviæ resedisse ibique requiescere scitur. Resident illi nunc quidem Moscuæ, sed à quo tempore nusquam reperi adnotatum. Conjectura tamen haud inverosimilis videri potest, quod id factum sit postquam à Scythis sive Cosaccis occupata excisaque* Kijovia *fuit. Sed neque hoc excidium usquam notatur: solum ex Herberstenio scitur, non urbem sed urbis ruinas extitisse cum ille scriberet post medium seculum* XVI, *ut intra illud tempus & annos priores* L *vel* LX *res acta videatur. Cetera-rum* Alexius *ille* Moscuensis Sanctus, *Ephemeridibus hisce, quod mireris nusquam adscriptus invenitur, plura proinde doceri etiam de eo postulo.*

ANASTASIA ✠ Martyr Romana. XXII
CHRYSOGONVS † Martyr.

Vnicum Anastasiæ prædictæ solatium & auxilium, ab ipsa vicißim insigniter adjutus, ac tandem capite plexus Aquilejæ. Colitur à Latinis XXIV *Novembris.*

SYNAXIS X MARTYRVM IN CRETA. ✠ XXIII

EVGENIA ✠ Virgo Martyr. XXIV

NATIVITAS CHRISTI. ✠ XXV

Vides hic una in tabella Nativitatis mysteria cum Magorum adoratione conjungi, tamquam ad unum eumdemque diem pertineant utraque, saltem in opinione Græcorum, à quibus sua Mosci acceperunt.

SYNAXIS VIRGINIS MARIÆ. ✠ XXVI

Morem Græcum subjungendi festis præcipuorum mysteriorum Synaxim propriam ejus personæ, quæ primam in mysterio quolibet partem gessit, jam sæpe notavimus: an autem hac imago ultra aliquid significet quod Moscis proprium sit, ab ipsismet discere oportebit.

STEPHANVS ✠ Protomartyr. XXVII
THEODORVS † Confessor.

Vna cum fratre Theophane, *ab inustis fronti litteris* Graptus *cognominatus. Vtriusque nomen hodierno Romano inscriptum est, utriusque communia Acta à Metaphraste exornata extant apud nos Mss. Græce, Latine impressa apud Lipomanum & Surium.*

VIGINTI MILLIA SANCTORVM NICOMEDIÆ COMBVSTORVM. ✠ XXVIII

Qui hic admirabundus assistit sanctus Episcopus, Anthimus *nominatur in Actis.*

QVATVORDECIM MILLIA PVERORVM. ✠ XXIX
MARCELLVS † Acœmetarum Præses.

Vitam scripsit Metaphrastes, quam habemus, extatque Latina ut supra alia: nomen quoque in hodierno Romano.

ANTSIA ✠ Martyr Thessalonicæ. XXX
ZOTICVS † Presbyter CP.

Dictus Orphanotrophus, *in Menais & consequenter etiam in hodierno Romano relatus ad sequentem diem. Vitam ab aliquo scriptam esse necdum comperimus.*

MELANIA ✠ Junior dicta. XXXI

NOTA, *quod in Præfatione n.* 5 senioris Domini vander Hem *nomen indicetur* Petrus, *cum fuerit* Henricus, *uti post impressionem aliquousque jam progressam moneor. Hoc ergo vel mea vel aliena memoria erratum excusa & corrige: sic etiam in Vita P. Bollandi num.* 119 Ambrosius Chimentellus *appellatur, qui fuit* Valerius; *& num.* 147 Franciscus Dinghens, *qui fuit* Gaspar: *quod hac occasione corrigendum suggero.*

APPENDIX

De Hagioptychis Græcorum atque Moſcorum.

De antiquis Diptychis variis variis.

GAbriele Cardinali Paleotto hortante curioſum de Diptychis commentariolum ſcripſit vulgavitque Tarracone anno MDLXXXVII eruditiſſimus vir Ioannes Baptiſta Cardona, Epiſcopus Dertoſanus. Diptychon quoque Leodienſe, ex Conſulari factum Epiſcopale, *ante hos viginti annos elucidavit Alexander Wilthemius noſter, & duabus ſucceſſive Appendicibus augens, multa non paſſim obvia in eamdem rem docuit. Sed omnium in hoc argumento verſatorum conatus ſucceſſu feliciſſimo ſuperavit amicus noſter Carolus du Freſne, Dominus du Cange, in ſuo infinitæ propemodum diligentiæ eruditioniſq; Gloſſario, quo mediæ infimæque Latinitatis ſcriptores nuper ſic illuſtravit, ut Græcis quoque earumdem ætatum libris haud modicum luminis intulerit: breviſſime enim ſimul & clariſſime ſacrorum profanorumque Diptychorum uſum omnem explicavit; hactenus tamen ut vocis illius ſignificatum ſolis iis tabellis dederit, quæ erant ad uſum ſcriptionis comparatæ. Ecce autem è Moſcovia adſunt tabellæ ſacræ, non vivorum defunctorumve nominibus inſcriptæ, ſed imag'nibus Sanctorum pro uniuſcujuſque devotione diſtinctæ, aque plicatiles, quas pro numero partium licebit etian Diptycha, vel Triptycha appellare; donec aliunde do amur, quæ ſit earum nuncupatio propria apud Græcos, rum exemplo ipſas facere Moſcos credo. Interim ut comm ne omnibus nomen facerem, propiuſque earum uſum ac formam explicarem, novam iis appellationem condidi in titulo, &* Hagioptycha *ſcripſi.*

B *nos Hagioptycha damus dupla & tripla*

partim Græca 2 *Neque vero ex nihilo eſt, quod Græcorum exemplo plicatiles ejuſmodi tabellas fieri à Moſcis credam. Inter alia enim quæ nobis humaniſſimi eruditiſſimique Senis Ioannis Iacobi Chiffletii Archiatri Regii liberalitas ad ſui memoriam donavit Bruxellis, paulo ante mortem, tabellæ Græcanicæ duplicis ectypon fuit, accuratiſſime delineatum ex prototypo, quod compoſitum erat ex teſſellis jaſpidis viridis, eleganter celati, quas teſſellas compaginabant lineæ, forſan aureæ vel argenteæ, in quadrum ductæ, ad hanc quam vides formam. Hæ tabellæ ſi non ſunt inter ſe connexæ, invicem tamen ſic ſunt æquales, ut mutuo componi complicarique poſſint ſi connectantur, quemadmodum connexa ſunt Ruthenica quæ habemus Diptycha Triptychaque. Habemus autem hæc olim Bollando noſtro miſſa ab inſigni illo veroque ætatis noſtræ Horatio, Matthia Caſimiro Sarbievio: qui pro curata pœmatibus ſuis Plantinianæ elegantiæ impreſſione magnifica optime de ſe merito amico gratiam aliquam relaturus, varia Ruthenicæ pietatis*

C *partim Moſcovitica.* *cimelia miſit in Belgium; interque ea etiam iſtas, quas dixi, tabellæ. Perpetuum autem amicitiæ jucundiſſimæ monumentum extare voluit in auctiori operum ſuorum editione, lib. 3 Lyricorum Ode 29 ad Amicos Belgas, ubi Poëtico raptus œſtro vates ex Lithuania in Belgium, mox ubi viſus ſibi eſt videre Antverpiam, illum ut ſibi ante omnes obvium ſic alloquitur:*

At tu, meorum prime Sodalium
Bollande, ſalve! Non tibi frigido
Infundor amplexu: verenda
Colla tero. Juvat uſque ſacro
Hærere vultu: fidereum juvat
Multoque fœrum numine cernere
Pectus, redundantemque pleno
Ore Deum.

Horum forma, 3 *Sunt autem tabellæ omnes ligneæ, gypſo primum, deinde coloribus, ac denique gummea quadam litura ad ſplendorem durabilitatemque inductæ; incluſæ compagini æneæ, duobus deſuper annulis inſtructæ, ut complicatæ ad collũ geſtari, explicatæ vero etiam ex pariete poßint ſuſpendi. Ejuſmodi pyxidularũ (formã enim pyxidis referunt dum clauſæ manent) uſum hunc eſſe aiunt, ut orationem loco quocumque facturi, ubi ſacrarum imaginum copia non adeſt, etiam in itineribus, ad manus habeant iſta quaſi portatilia altariola. Nam ut teſtatur Herberſtenius,* nullus Monachorum nec Sacerdotum Horas Canonicas, ut vocant, orat niſi habeat imaginem præſentem: quam etiam nemo niſi magna veneratione attingit: *&* qui autem eam in publicum profert, manu in altum tollit: quam omnes prætereuntes aperto capite Cruce ſe ſignando plurimum venerantur. *Suntque in hoc genere tam religioſi Moſci, ut in loco ubi ſunt Sanctorum imagines, niſi bene occluſæ obtectæque fuerint, conjugali commercio uti non audeant: ex eodemque reverentiæ erga res ſacras affectu, maritus ad uxorem acceſſurus Crucem à collo deponit. Videor autem audiviſſe, alicubi apud Ruthenos uſu eſſe receptum, ut cum ſeſe mutuo* E *domi viſitant, ſuos quiſque Patronos ibi depictos promat, infimulque ſupra menſam reverenter locatis prius deferant religioſæ ſalutationis officium. quã ipsũ inter ſe alternatim exequantur. Vt ut eſt, non ſunt tales tabellæ ad hunc uſum neceſſariæ Moſcis, qui, ſicut Herberſtenius ait,* in ſingulis ædibus & habitationibus habent imagines Sanctorum loco honorificentiore: & cum alius alium accedit, ingreſſus, habitaculum continuo caput aperit, atque ubi imago ſit circumſpicit: qua viſa ter ſe Crucis ſigno munit, caputque inclinans, inquit, Domine miſere: deinde ſalutat hoſpitem his verbis, Deus det ſanitatem. *Sed haſce domeſticas imagines grandiores eſſe puto, & cubitum ut minimum unum æquare: talemque ipſi habemus Deiparæ iconem, filium ulnis tenentis, ipſiuſque mutuo amplexu collum innexæ: cum noſtræ, de quibus hic mihi ſermo, tabellæ non excedant menſuram in ectypo expreſſam: placuit enim ad diſtinctiorem notitiam ſingula æri inciſa exhibere ſpectanda.*

4 *Vides ergo hic primo Chiffletianum Diptychon, quod* ectypum hic curatum, *ille credebat Conſtantinopoli allatum, ſervatis menſuris omnibus; eo ſolum excepto, quod ubi in originali ſolum ſunt quatuor ſeries Sanctorum, ſingulæ in quinque cellulas diſtinctæ; hic, pro conformatione aptiori totius laminæ, digeſtæ cernantur ſeries quinque, ſic ut in unaqua-* F *que ſolum quatuor cellulæ numerentur: qui autem reliquus erat quintus inveniatur relatus ad ultimum quaternarium; non voluntate noſtra, qui juſſeramus ut quintus in prototypo inchoaret in ectypo ſecundum quaternarium, & ſic deinceps; ſed errore ſculptoris, qui mentem noſtram (ſatis ut putabamus explicatam) non intellexit: quod tamen non tanti faciendum credimus, ut propterea debeat opus jam factum aboleri, ac novum curari faciendum. Singulorum itaque genuinas imagines habere te ſcias, verum ordinem diſce ex ſequenti enumeratione. Sequuntur Triptychi, omnium quæ habemus copioſiſſimi minutiorique elegantia elaborati, tabellæ dumtaxat; reliquum enim ornatum capere non poterat anguſtia ſpatii in ære vacui: nec vero neceſſarium videbatur, quando Triptychon minuſculum aliud hic jungere placuit, in quo tota incapſationis (ut ſic loquar) forma, eadem prorſus quæ eſt in priori, ſed rudior aliquanto, videri poteſt. Quemadmodum vero duabus ſpinulis inter ſe nectuntur Triptychorum tabellæ, ſic unica ſufficit nectendis Diptychis, quæ habemus paulo grandiora, & unde acceptas tabellas duas infra exhibemus. His autẽ jam partim æri inciſis, partim in charta delineatis, una cum grandioribus Ephemeridum figuratarum tabulis duodecim, allatum eſt Antver-*

A *verpiam ſupralaudatum Gloſſarium Cangianum, in fine tomi tertii adjunctam habens diſſertationem de Imperatorum Conſtantinopolitanorum numiſmatibus: ad quam illuſtrandam varias Græcanicæ picturæ tabellas collegit auctor expreſſaſque repræſentavit, imprimis quadripartitam unam & huic noſtræ lucubratiuncula aptiſſimam. Ergo licet hæc apud eum videri poſſit, malui tamen hic inſerendam aptare, ſed ſpatio tertia parte contractiori, ut cellas quatuor capiat una lamina.*

& ſingularum tabellarum explicatio

5 *Porro Chiffletianæ tabellæ primus ordo continet Martyres antiquos quinque, ſecundus totidem Epiſcopos, alii duo monaſticarum inſtitutionem Auctores præcipuos decem. In altera tabella non facile diſcernere poſſis ordinem, quem auctor tenuerit: nam penultimus ordo totus fere ex antiquis Martyribus conſtat, antecedentibus & conſequentibus monachis aliquot celebrioribus. Omnium nomina, ſicut expreſſa vides, Græcis medii ævi litteris jaſpidi inciſa ſunt: proinde ſufficiet ea hic latine reddere: addito quo quiſque Sanctus colitur die, ac brevi cum opus videbitur annotatiuncula.*

TABELLA I.

S. Euſtathius xx Septembris.

Ita Græcus ſcribitur, qui Latinis Euſtachius *eſt,*

B *celeberrimus Trajani Imperatoris Dux atque gener, poſtea cum uxore & filiis Martyr Romæ; neſcio an diverſus ab eo, qui eam Polycarpo & Evangelo colitur Conſtantinopoli in Sibonia* vii Julii.

6 *Præter antiquos iſtos, invenio apud Theophanem, ad annum ultimum Leonis Iſaurici, quod ipſo mortis ejus anno,* Iſam Princeps Arabum captivos Chriſtianos, per ſingulas ditionis ſuæ urbes ad unum interfecit: inter quos B. Euſtathius, Marini ſpectabilis Patritii filius, multa paſſus tormenta, nec ſinceram ſuam fidem ob id ejurans, in Charan celebri Meſopotamiæ urbe, verus atque illuſtris Martyr illuxit: ubi venerandæ ejus Reliquiæ, gratia Dei opitulante, omnis generis præbent medelam. Sed & multi alii per martyrium effuſo ſanguine conſummati ſunt. *Non eſt autem valde abſimile vero, quod hic loco primo notetur, quia Conſtantinopolitanus fuerit, & has tabellas ſculpendas curaverit aliquis de eadem Marini Patricii familia: optandumque foret ut pleniora Acta & dies mortis cultuſque extaret.*

S. Euſtratius xiii Decembris.
S. Procopius viii Julii.
S. Artemius xx Octobris.

C S. Menas xi Novembris.
S. Petrus Alexandrinus xxiv Novembris.
S. Gregorius Magnæ Armeniæ xxx Septembris,
S. Gregorius Conſtantinop. xxv Januarii.

Scilicet apud Græcos, quorum ordinem hic ſequimur, juxta præcedentes Ephemeridas: quod ſemel ſufficiat indicaſſe, alioqui notandus nunc fuiſſet v Maji: *eſt enim is qui cognomento notiori paſſim* Nazianzenus *dicitur, vel* Theologus.

S. Spyridion xii Decembris.

In omnibus ejus imaginibus peculiare hoc capitis tegmen, quod veluti ex palmarum foliis contextum apparet, eidem tribuitur, & ita etiam in Menæis exprimitur: videtur autem hic etiam ſacra myſteria tenere manibus: quale quid alibi necdum vidi.

S. Dionyſius Areopagita iii Octobris.
S. Antonius xvii Januarii.

Videor mihi humero ejus dextero aſſutum cernere ſignum T. *Rotulus in ejus aliorumque ſequentium manibus involutus vel explicatus Inſtitutiones monaſticas ſive Regulas deſcriptas notare cenſendus eſt. Cucullus Ægyptii aut Syriaci ritus monachum notat, ceteri nudo vertice picti ritus Græci linguæque fuerunt, ſi excipiatur mox ſequens*

S. Paulus Thebæus xv Januarii. D

Sed hic in ſua palmea tunica exprimendus fuerat: nec tamen credere poſſum, alium ab eo Paulum *intelligi, puta diſcipulum Antonii cognomento* Simplicem. *Hic enim in nullis Græcorum faſtis nomen habet. Vide ergo an placeat conjectura, credique poſſit erraſſe in nomine tranſcribendo ſculptorem, &* Paulum *legiſſe notaſſeque, ubi legendus notanduſque (ſed nomine per compendium aliquod mutilato contractove)* Pachomius Thebæus xv Maji.

S. Euthymius xx Januarii.

Vt quid duplici inſtruitur rotulo? Credo, quia non ſolum Cœnobitis, ſed etiam Lauritis ſeſe impendit.

S. Sabas v Novembris.
S. Arſenius viii Maji.

Latino tamen hodierno Romano inſcribitur hic ad diē xix *Iulii, quando dabimus ejus Acta, quæ habemus Græca triplicia: prima ut apud Lipomanum & Surium Latina extant, alia ex MSS. Vaticanis deſcripta, tertia denique S. Theodorum ſtuditam auctorem præferentia; ſed quæ dolemus ſine mutila dumtaxat eſſe a nobis reperta.*

S. Theodoſius Cœnobiarcha xi Januarii.
S. Hilarion xxi Octobris.
S. Joanicius iv Novembris.
S. Joannes Climacus xxx Martii.
S. Ephrem Syrus xxviii Januarii.

TABELLA II. E

S. Alypius *Stylita* xxv Novembris.
S. Onuphrius xii Junii.
S. Daniel *Stylita* xi Novembris.
S. Macarius Ægyptius xix Ianuarii.

Video eum hic palmea tunica, & quidem corpori arctius adſtricta indutum, quod nuſquam legi. An forte hic lapis erat deſignatus tabellæ primæ, ut proximum à S. Antonio locum teneret, & nomine Pauli *inſigniretur; cui ſubſtitutus per errorem ſit lapis, Macarium in habitu monaſtico exprimens, ejuſque nomini inſcribendus?*

S. Simeon i Septembris.
S. Joannes Calybites xv Ianuarii.

Librum hic Evangeliorum manu tenet, cujus indicio ſe manifeſtavit matri: Crucem autem dextra, quia voluntarius ſine ſanguine Martyr pro Dei amore. Alias tamen in Ephemeridibus videas multos non Martyres Crucem prætendere.

S. Alexius Homo Dei xxvii Martii.

Et hic rotulum tenet ſive epiſtolam, ſui à morte indicem.

S. Ioannes Damaſcenus iv Novembris.

Perſico Capitis tegumento & hic, & in Menæis, & alibi F *ſpectabilis.*


S. Coſmas xiv Octobris.

Fuiſſe eum S. Ioannis ſocium, in ſacris hymnis componendis reſtaurandiſque, vel ex hac conjunctione veroſimilius redditur.

S. Theodorus Studites xi Novembris.

Notabilis enimvero ac ſingularis habitus, quem neſcio an debeam præſumere aliis quoque Conſtantinopolitanorum monaſteriorum Hegumenis fuiſſe communem: iterumque hæreo, cujuſnam materiæ globulos circum oras veſtis ductos eſſe cenſeam: nam gemmas credere in habitu monachali, quamvis ornatiori, quæ ratio patitur? Adde quod hujuſmodi ornatus etiam in Italia notus fuerit, unde ab annis circiter octingentis hujuſmodi picturam Caſini formatam exhibet Angelus de Nuce in ſuis ſuper Caſinenſe chronicon Commentariis, quam etiam hic Lectori meo exhibeo.

A



B

Vides veluti gemmatas veſtes hinc S. Benedicti, ſedentis in habitu Diaconali, & Regulam porrigentis; inde Ioannis Abbatis adſtantis, eamque excipientis: gemmatum quoqu utrique circa caput ornatum, cum hac diverſitate, quod Benedicto, ut æternitatem felicem adepto, caput ambia circulus, æternitatis ſymbolum: Ioanni vero, ut adhuc venti, quadratum quid poſt caput ſit, quo creditur firmitas fidei, velut quadro lapide immobiliter nixæ, repræſentari. Hanc diverſitatem aliis quoque exemplis firmabimus in Chronologica ſerie Romanorum Pontificum, danda non ante Iunium, ſicut in hujus Maji locis variis jam indicatum, ſed ante tres poſtremos tomos Maji. Interim fortaſis plus aliquid lucis affulgebit ad definiendum diſtinctius, quid ſibi velint illa quaſi ſerta ſeu lineæ globulorum, non ſolum in veſtibus, ſed etiam in ſella: in hac tamen ſculpturam arbitrariam facile poſſumus nobis imaginari, æque ac veras gemmas in veſtibus & circum caput Cæſarearum perſonarum, in numis earum vel picturis, qualis inter Cangianas tabellas quinta, ſexta ac ſeptima gemmatos inſigniter Imperatores atque Imperatrices, nec non eorum liberos exhibent, ſpecie viſu digniſſima.

S.Coſmas } S.Damianus } I Iulii, *vel* I Novembris.

C *Vtrique ut Medico, ſpatula dexteram, ſiniſtram implet volumen cataplaſmaticum.*

S.Panteleemon XVII Iulii.

Hic etiam Medicus cum ſpatula, videtur in manu ſiniſtra habere pyxidem pharmacalem, quomodo & Sanctos duos Anargyros jam nominatos, tum in Ephemeridibus figuratis, tum in Triptycho mox explicando videre eſt.

S.Hermolaus XXVI Iulii

S.Triphon I Februarii

Siquidem ſupponere libet penultimum hunc ſecundæ tabellæ ordinem totum eſſe antiquorum Martyrum, talis enim hoc nomine Lampſaci paſſus colitur. Veſtis forma aliquid haud facile obvium, quod conſideres, habet: magis autem lilium dexteræ inſertum, cujus rationem ab alio ſagaciori libenter diſcam.

S.Stephanus Iunior XXVIII Novembris.

S.Andreas Criſeos. XVII Octobris.

S.Athanaſius in arbore

Dedimus XXVI *Iunii ſimilem huic Davidem, cujus ſaltem diem inveniebamus notatum, hujus vero etiam diem requirimus, nedum Vitæ Acta.*

S.Euphroſynus XI Septembris.

Admirabilis plane eſt Hiſtoria, qua nobis de hoc Sancto ſui monaſterii coquo refertur in Menais, nec tamen fidem ſuperat, eo quod ſimilia legamus etiam in aliis indubitabilibus Sanctorum Vitis, puta SS. Franciſcæ Romanæ atque Lidwinæ Scheidamenſis, circa earum raptus in Paradiſum. Sed dolendum, quod ea hiſtoria habeatur, abſque ulla temporis vel loci nota, neque unde accepta ſit adhuc ſciatur, nec denique quid ipſi Sancto, poſtquam manifeſtatus profugit, acciderit.

D S.Acacius *ſive* Daccius filius Petûs

Virovis nomine (incertum enim eſt quomodo legi debeat: & poſtremum, licet barbarum, ex litteris hic expreſſis immediatius colligitur) utrovis, inquam, nomine ignotiſſimus nobis his Sanctus eſt, æque ac pater ſeu potius mater ſua Peto, *unde ei cognomen quo diſtinguatur ab aliis, quales in Menæis occurrunt unus* S.P.N. Acacius Iunior XXVIII Auguſti, *gladio caſus, veroſimiliter ſub Iconomachis; alius* VII Iulii *in Typico &* XXVI Novembris *in Menæis* S.P.N. Acacius ἐν τῇ κλίμακι; *aut denique* XXI Iulii, *aliis* XXIX *Novembris* S. Martyr Acacius ἐν τῷ Πασσάκλῳ, *ſeu verius* Ἐπλασκάλῳ, *quæ melius intelligentur de antiquo aliquo Martyre, cujus ibi reliquiæ ſint, & quales diebus variis apud Græcos ſe offerunt; quam de poſterioris ævi monacho, qualis hic exprimitur. Interim inſtructionis & diſquiſitionis ulterioris gratia hæc volui digerere, ſi forte quorumdam ex iſtis Vita alicubi inveniatur; niſi enim in Menæis extaret elogium Acacii τοῦ ἐν τῇ Κλίμακι, qui dicitur vixiſſe in uno monaſteriorum Aſiæ, ſolo nomine omnes noti eſſent.*

E *7 A Græcis ad Moſcos tranſeo, eorumque hic expreſſum Triptychum geminum. Media utrobique tabella, Chriſtum veluti judicem pro tribunali ſedentem repræſentat: quod etiam Romanis adeo uſitatum fuit, ut ab ejuſmodi operibus muſivo figuratis, baſilicarum abſides ſuprema hodie quoque corrupto vocabulo appellentur* Tribunæ. *Hic vero tamquam patrocinantes clientibus ſuis,* Mater Dei *&* Ioannes Prodromus *perorare videntur: & ſic etiam depictos variis occaſionibus vidi; habeo autem etiam in diptycho uno de quo infra, & habent S. Genovefæ Canonici in ſua quadripartita tabula. A tergo Chriſti poſt thronum aſſiſtunt etiam* Archangelus Michael *&* Archangelus Gabriel. *De reliquis potioris ac primi Triptychi Sanctis, quos gemino ordine ſic aſſiſtere vides, ut ſimul omnes faciebus ad thronum converſis ſuas videantur preces conjungere; paucis accipe ſingulorum nomina, Latinis deſcripta litteris. Prius tamen monendus es, Lector,* Triptycha *hæc per ſculptoris errorem, non niſi opere perfecto, nec propterea abolendo agnitum, alio prorſus ſitu comparere in imagine quam compareant in prototypo, ita ut quatumque ad ſiniſtram vides, concipere debeas ſtare ad* F *dexteram. Itaque etiam eam, quæ in prototypo dextera eſt,* Tabellam dexteram *nominabis;* Siniſtram *quæ ſiniſtra eſſe debebat.*

TRIPTYCHI MAJORIS

TABELLA MEDIA.

Leontius Roſtovienſis	XXIII Maji.
Tychon *Ep. in Cypro*	XVI Iunii.
M. Chr. Georgius	XXIII Aprilis.
M. Chr. Demetrius.	XXVI Octobris.
M. Chr. Boris M. Chr. Glebus	XXIV Iulii.

TABELLA DEXTERA.

S.Nicolaus *Epiſc. Myrenſis*	VI Decembris.
Stephanus *Protomartyr*	XXVII Decembris.
Petrus *Metropol. Kijovien.*	XXI Novembris.
Alexius *Metropol. Kijovien.*	XII Februarii.
Ionas *Metropolita Kijovienſis*	

Poſt Iſidorum, qui Concilio Florentino interfuit anno MCCCCXXXIX, *tertius* Ionas Hleſna *Catholicus fuiſſe perhibetur; ſed ab hoc quartus alius,* Ionas, *ſub annum* MDXX *ſchiſma pæne extinctum erexit. Priorem ergo hic intelligo,*

A *intelligo, ſed ita ut de vita ejus atque miraculis cupiam edoceri. Noto interim primum hunc eſſe inter ſuos qui mitram in capite ferat.*

Coſmas & Damianus 1 Julii *vel* 1 Novembris.
Florus & Laurus XVIII Auguſti.

Hi Martyres in Illyrico paſſi, tamquam Ruthenis viciniores, ſingulari apud eos in veneratione ſunt: in ſcribendo autem nomine Flori nota θ *uſurpari pro* Φ *quod in Ephemeridibus ſæpiſſime etiam accidit. Nam ſicuti Herberſtenii ad Lectorem Præfatio continet,* Th *fere per* Ph *proferre ſolent Moſci, &* Theodorum *ipſi* Feodorum *appellant.*

Joannes Roſtovienſis.

Nuſquam in Ephemeridibus nominatus, ipſo ſuo habitu Ruthenum nobilem ſe eſſe demonſtrat; quibus in vita meritis, poſt mortem miraculis inclaruerit, & quo anni die colendus veniat, hactenus habeo incompertum. Diſcere etiam velim in quem uſum ſerviant dextera manui ac brachio addita inſtrumenta.

TABELLA SINISTRA.

Baſilius *Magnus*, Gregorius *Theologus*, Joannes *Chryſoſtomus, communi ſimul feſto coluntur à Ruthenis atque ac Græcis* XXX Ianuarii.

B B. Zoſimas } *Indigenam eſſe utrumque Sanctum abſque*
B. Sabatius } *dubio cenſeo, ubi præfixas nominibus litteras* Π P. *&c.* Presbyterum *ſignificare credo: qui tamen hæc miſit latinis deſcripta litteris,* B *poſuit, quo notatur* Beatus. *Idem vero addit, hunc eſſe* habitum Sacerdotalem ad altare: *eſt autem ſuperioris veſtis color rubeus, inferioris flavus, capucii & pendentis à pectore ſtolæ niger, ſed cruculæ ſuper utrumque rubræ: quid autem ſibi velint decuſſatæ infra medium corpus lineæ nigræ, nondum aſſequor: alibi video ejuſmodi lineas non excedere ſtolam cui intextæ ſunt. Magnam autem utriuſque venerationem in ſua gente probat mihi Diptychon quoddam, apud nos exiſtens, cujus una tabella Chriſti thronum habet cum Deipara & Ioanne; altera tres ſolum Sanctos, ſcilicet* S. Nicolaum *& hos duos Sanctos. Ipſam tabellam totam exhibeo tum quia necdum omnes litteras aſſequor, ut eas peritiori cuipiam explicandas proponam, tum quia volo exhibere, ornatum æneorum lamellarum; quibus vacuum à figurarum pictura tabellæ fundum quandoque implent talium artifices. Simul etiam hic vides cujuſque Sancti nomen, argenteis lamellis ſeorſim inſcriptum,*



C

Similis formæ eſt Diptychon quod habemus alterum, cujus tabellam unam implet imago Deiparæ filium ante ſe habentis qualem hic exprimimus, alteram S. Nicolaus *&* S. Baſilius Archiepiſcopus Cæſarienſis, *nominibus ſic extenſe in una oblonga argenteæ lamellæ affixis. In hoc Diptycho notabilis eſt etiam forma diadematis, ſupra capita Sanctorum ex ære ducti, prominentiſque è fundo tabellæ, & encauſto variegati, quale diadema etiam videmus in quadam cubitali Deiparæ icone, ſimili modo pictæ & ornatæ ſed filium colla ſua ſtringentem geſtantis in ulnis.*

D



Redeo ad ſiniſtram noſtri Triptychi, ubi in ordine inferiori primum ſe offert,

Proph. Elias XX Iulii.

8 *Hujus cultum ſpecialem apud Moſcos probare videtur* Divi Eliæ monaſterium *haud procul à Wolga fluvio inter Vwer & Gerodin milliaribus* XXV *ab urbe Moſcua, cujus in ſuo ad hanc urbem itinerario meminit Herberſtenius.*

B. Sergius XX Iulii.
M. Chr. Piatenka, *id eſt,* Paraſceve XIII Octobris.
M. Chr. Æcaterina XXIII Novembris.
M. Chr. Barbara IV Decembris.

TRIPTYCHON MINUS.

E *Non multa explicatione eget hoc triptychon. Mediæ tabellæ argumentum ex præmiſſis jam notum eſt, notum eſt etiam myſterium* Immaculatæ Conceptionis, *quod hic in ala dextera exprimitur, adſcriptis nominibus* Joachim & Annæ. *Reſtat ſola ala ſiniſtra, ubi duplici ternario ſtant depicti,* Apoſtolus Timotheus, Epiſcopus Nicolaus, Archidiaconus Stephanus: *&* Chr. M. Piatenka, Florus, Laurus.

9 *Quod attinet ad tabulam quadripartitam, ſupra fol.* LXI *etiam expreſſam, aliud in ea nihil occurrit notandum, quam Diaconalis S. Stephani ſtola, ex humero pendens, perquam anguſta, & tertio intextam habens vocem* ΑΓΙΟΣ; *quod in Menæis ad* XXVII *Decembris notari poterit. Eaſdem ſtolas ſimili modo apud Moſcos inſcribi facile crediderim, licet Ephemeridum ſculptor, propter anguſtias ſpatii, nihil tale potuerit notare, ideoque maluerit Cruces fingere.*

10 *Quoniam vero gentis Moſcoviticæ religio erga Sanctos ſatis ex hactenus deductis pateſcit, non erit huic loco inconveniens ſubnectere, qua ratione Dux Moſcoviæ ad quædam ſingularioris devotionis loca annuas ſuas peregrinationes inſtituat, ex relatione anno præcedenti* MDCLXXIX, XV *Septembris ſcripta, per domeſticum quemdam Legatorum Cæſareorum, ad ſpectandam pompam*

A *pam in erectum ad id ſecus viam ſuggeſtum invitatorum. Propoſitæ peregrinationis terminus erat* Trowitzy. *Locus Moſcua diſſitus* XXX *circiter* P. M. *verſus Septentrionem.* Præmiſſa fuerat turba famulorum, ad mundandas qua tranſeundum erat vias: hanc ſtato die ſubſecuta ordine pompa eſt, adeo numeroſa adeoque magnifica, ut ſpecioſiſſimus triumphus duci videretur. Initium faciebat cohors Prætorianorum, qui ipſi, non minus quam equi eorum, tam ſuperbe induebantur ac ſplendide, ut id concipere aliquis vix animo poſſit. Sequebantur ducti ad manus equi ex pretioſioribus centum: omnibus ſellæ ephippiaque auro picta, omnibus circuli circum tibias anteriores aurei, omnibus è dextro ſellæ latere appenſus grandior enſis in vagina argentea, quam totam pallidulo virore Callaides diſtinxerant, Turkoſii vulgo appellati, omnibus denique ad latera famuli, qui ſingulos utrimque ducebant habenis ex ſerico laboratis. Tum comparebat Rheda Czari, vacua illa quidem & nihil præter ipſius panopliam continens, late ſpectabilem; undique tamen elegantiſſime ſculpta atque inaurata, quam equi ſex candidi

B protrahebant, ornati capita excelſis pretioſarum plumarum faſcibus. Claudebat agmen Czarus ipſe, cinctus præcipuis Imperii ſui Proceribus, generoſoque equo ſuperbe invectus: quorum tantus erat apparatus veſtium gemmatarum, imprimis mitrarum capita tegentium; ut qui Romanis ſæpe pompis adfuerant, faterentur eas nec è longinquo quidem poſſe cum Moſcovitica illa comparari.

11 *Hactenus illa relatio, primam Septembris hebdomadam indicans, qua egreſſus hic ſpectatus à Cæſareis Legatis ſit. Cum ergo oppidum* Trowitz *dictum, ſecundum chorographicam in Atlante Blaviano tabulam, diſtet Moſcua horarum dumtaxat octo vel decem itinere Boream verſus, & peregrinatio illa dicatur ſuſcepta prima hebdomade Septembris, quando Feſtum Nativitatis B. Mariæ cadebat in feriam iſtius hebdomadis* VI; *præſumi poteſt, quod eo loci ſit celebris aliqua Deiparæ imago, ad quam venerandam undique conveniant peregrini, eo ſucceſſu, ut ipſos quoque Magnos Duces ad ſe quotannis trahat; ſicuti de Cellenſi Thaumaturga in Styria quotannis audimus Auguſtiſſimum Imperatorem illuc proficiſci ſolitum. Veroſimile eſt autem non ſtatim reverti Moſcuam Czarum, ſed cœptam ſemel peregrinationem proſequi flexo in Occidentem itinere, verſus monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, duplo quam ſit Trowytz remotius Moſcua,* ad diem anniverſarium S. Sergii, XXV *ejuſdem menſis* Septembris celebrandum, *ut loquitur Poſſevinus; qui cum ex arce*

C *Staroviæ Pleſcoviam verſus diſceſſiſſet* XVIII Kal. Octobris, triduo poſt, *id eſt die* XV *Septembris, ex eadem arce, prædictam ob cauſam, illuc etiam* Princeps excurrit, *inde* in Slobodam Alexandri *oppidum (illud credo quod Paulo Oderbornius, propinquum Moſcuæ ſtatuit, & ſpecioſam magnorum Ducum habitationem appellat)* mox ad ſuam Regiam *(Moſcuam intelligo)* profecturus.

INDICULUS

Sanctorum Ruthenis propriorum.

Poſtquam explicando figuratas Moſcorum Ephemeridas, ſatis ſuperque jam demonſtratum habemus, pleroſque quos natio illa ut Sanctos colit, à Græcis acceptos fuiſſe; breviter colligemus indiculum eorum, qui ipſis proprii ſunt; ut talium paucitate conſiderata, manifeſtum fiat, non niſi raræ teſtatiſſimæque virtutis perſonis eum honorem fuiſſe tributum. Sunt ergo ſuis diebus aliqui noti nobis, aliqui ſub dubio tantum ſintne Rutheni an non, & his præfigimus *

* Marcianus *Monachus*	XI Ianuarii.
* M. Agne, *Mater an Martyr?*	XVI Ianuarii.
Prochorus *Monachus*	X Februarii.
Demetrius *Monachus*	XI Februarii.
Alexius *Metropol.*	XII Februarii & XX Maji.
Symeon *Monachus*	XIII Februarii.
Cyrillus *Ep. Moravorum Apoſtolus*	XIV Februarii.
* Eulogius *Monachus*	XIV Februarii.
* Cyrillus *Martyr*	XX Martii.
* Iacobus *Epiſcopus*	XXI Martii.
* Iſacius *Diaconus*	XXIV Martii.
Antonius, Ioannes, Euſtachius, *MM.*	XIV Aprilis.
* Theodorus *Epiſcopus*	XX Aprilis.
Stephanus *Ep. Permienſis*	XXVI Aprilis.
Theodoſius in Petſerra	III Maji.
* Nicolaus *Epiſcopus*	IX Maji.
Iſidorus *propter Chriſtum ſtultus*	XIV Maji.
Iſaias *Epiſc. Roſtovienſis*	XV Maji.
Leontius *Ep. Roſtovienſis*	XXIII Maji.
* Nicetas *Stylita*	XXIV Maji.
* Ignatius *Epiſcopus*	XXVIII Maji.
* Dionyſius *Monachus*	I Iunii.
* Ioannes *Martyr*	II Iunii.
* Cyrillus *Monachus*	IX Iunii.
Antonius Pezerskie *Monachus*	X Iulii.
Wlodomirus *Dux primus Chriſtianus*	XV Iulii.
Borys & Glebus *Principes*	XXIV Iulii.
* Felix *Martyr*	XXX Iulii.
* Philotheus *Archiepiſcopus*	XV Septembris.
Theodorus *Monachus*	XIX Septembris.
Michael *Zernichvienſis M.*	XX Septembris.
Theodorus *ejus famulus*	XX Septembris.
Sergius *Radoznenſis Abbas*	XXV Septembris.
Nicolaus Sbiatopza *Monachus*	XIV Octobris.
* Euthymius *Monachus*	XV Octobris.
Cleopatra *Sanctimonialis*	XX Octobris.
Hilarion *Epiſcopus Mehlenſis*	XXI Octobris.
* Ioannes *Monachus*	XXII Octobris.
Athanaſius *Metropolita*	XXIV Octobris.
Abrahamus *Monachus*	XXV Octobris.
* Paraſcavia *Virgo*	XXVIII Octobris.
Barlaam *Ep. Novogroden.*	VI Novembris.
* Gregorius *Epiſcopus*	XIV Novembris.
* Eupatius *Epiſcopus*	XVI Novembris.
* Palladius *Monachus*	XXVII Novembris.
Stephanus *Ep. Surozenſis*	XV Decembris.
Petrus *Metropolita*	XXI Decembris.

Atque hi ſunt, quorum annuus cultus ad certos dies determinatus, nobis innotuit ex Ephemeridibus noſtris: ex occaſione autem innotuerunt ſequentes, quibus vellem ſuam quoque determinare diem, ideoque hic collectos propono.

Anonymus *Epiſc. excoriatus à Permienſibus paganis cujus fit mentio ubi de* S. Stephano *Ep.* XXVI Aprilis.

S. Euphroſyna filia Ducis Polociæ, *mortua Hieroſolymis* XXIII *Maji, indicatur ubi de S. Euphroſyna in Ephemeride Græca* XXV Septembris.

S. Theodoſius *Presbyter Monachus, cujus mentio ad feſtum Pokrod* I Octobris & X Julii, *ubi de S. Antonio.*

S. Praxedis *ſeu* Paraſcavia, *filia Ducis Polociæ, Romæ mortua & canonizata* XII Novembris, *indicatur occaſione S. Paraſcaviæ* XXVIII Octobris.

S. Mercurius *Martyr Smolenſki, de quo nos ad* XXIV Novembris, *ubi de S. Mercurio Martyre antiquo.*

S. Alexius *Moſcuæ ſepultus: cujus mentio ubi de S. Petro Metropolita* XXI Decembris.

Ionas *Metropolita in dextra tabella Triptychi.*

Ioannes Roſtovienſis *nobilis Ruthenus, ibidem.*

Zoſimas } *in ſiniſtra tabella triptychi, itemque in*
Sabbatius } *diptycho.*

DIVIS

DIVIS SOSPITATORIBUS

EPIMETRON.

Nefas ſit manum tollere ab Ephemeridibus, complexis præcipuos totius anni Sanctos, quos Eccleſia Græca colendos ſuſcepit, atque ex ſe propagata Ruthenica tradidit; & non meminiſſe beneficiorum, per eoſdem Sanctos acceptorum eo quadriennio, quo inter manus fuit lucubratio, ipſorum honori deſtinata. Equidem, ut præfari cœperam, poſt abſolutam Aprilis menſis editionem, cum anno MDCLXXVI, *inter primas curarum ſumpſiſſem Moſcoviticarum tabularum explicationem; per Iunium ac Iulium menſes tam gravi correptus morbo fui, ut bis de vita mea actum crederent medici, niſi ſcriptori ſuo longiorem vitam à Deo impetrarent Cælites. Horum certe interceſſioni diſcuſſum periculum retulerunt amici; inter quos Iacobus Wallius noſter, meæ me erga eos obligationis admonuit, hanc Oden pangens.*

DIvûm beatos credimus ordines
Regnare cælo, votaque ſupplicum
Audire, damnatoſque votis
A medio revocare leto.
Quis eſſe curæ te neget his, Pater?
Io! ſuperſtes vivis, & igneus
Venaſque & arentes medullas
Letifero populatus æſtu
Conſedit ardor: vivis, & alterum
Inire pergis, quod Lacheſis tibi
Invidit, ævum: penſa reſtant
Longa, novo peragenda fuſo.
At nil medentûm contulit huc manus,
Nihil Machaon auxiliantibus
Hîc egit herbis: ſpes ſaluſque
Una fuit memoraſſe faſtis
Tot clara Divûm nomina, non prius
Famâ per orbem dicta, tot ſenes,
Viroſque, ſtipatiſque lætas
Virginibus pueriſque matres.
Per te colentur, dum poſitis honor
Feretur aris. Hos tuus hic labor,
Atque omnis æternabit ætas
Emerito celebres triumpho.
Hi quidquid iræ ſæva minantium
Sanxere regum, & terrificum fuit
Spectaſſe lictori, tulerunt
Impavidi indocileſque flecti,
Seu ſciſſa multo vulnera vulnere,
Sive alte adactas viſceribus ſudes,
Rogoſque, candenteſve lamnas,
Cauſa dabat pietaſque vires.
Illis ſacrorum cultus, & infulæ
Fecere nomen, prædaque Tartaro
Abacta, victuræque chartæ,
Digna lini monumenta cedro.
Nec in remotis inclita rupibus
Celata virtus. Hic Cilicum hiſpidis
Inhorruerunt trita ſetis
Corpora: ſæpe oculos madentes
Cæloque fixos vidit & Heſperus,
Et vidit idem Lucifer: hîc prior,
Magnoque major cenſa regno
Pauperies, tolerata parvo.
Sunt quas rubenti Virginitas roſa
Pudorque vinxit, queis pretium fuit
Mori, verecundumque corpus
Idaliis prohibere flammis.
Nec ſi qua triſtes in vidua domo
Eluxit annos, huic viduum fuit
Cubile famâ. Non vocatus
Rurſus Hymen; meliore tæda
Præluxit æther: pulchra pericula,
Gemmas & aurum, diripuit ſibi:
Narratur & noctem precantis
Sæpe torus maduiſſe fletu.
Quid his vetuſtas proferat ultima
Par aut ſecundum? Sed ſine te foret,
Pereſa deformi jacerent
Acta ſitu levibuſque blattis.
Quæ, quotque per te poſteritas ſequi
Exempla diſcet! Quæ memoras, leget:
Et lecta verſantem pudebit
Non eadem ſimilare factis.
Ne viſa quiſquam Miltiadis mihi
Trophæa jactet. Scilicet unius
Rupere ſomnos, cum juventam
Indecorem ſterileſque laudum
Damnaret artes, armaque poſceret,
Queis clade Perſas attereret nova,
Novumque jam victor ſuperbis
Indueret ſpoliis trophæum.
Majora præſtas: otia pluribus
Ignava faſti diſcutient tui,
Mentemque conſpectæ perurent
Acrius Indigetum coronæ.
Tum ſi quis Auſtros corporibus graves,
Horamque culpet peſtiferi Canis,
Aut prenſus Ægæo tumultu
Navita ſtet pavitans, manuſque
Cælo trementes porrigat, Africis
Victus procellis; protinus audiet
Cælum vocantes, & laborum
Grande feres pretium tuorum.
Ubique dives muneribus tholus,
Sculptiſque in auro caſibus aureus,
Ubique ſervatas loquentur
Exuviæ tabulæque vitas.
Probare, quantum conciliet tibi
Hæc cura Divos, non poteras valens;
Æger probaſti. Dura morbi,
Dura ſitis mala, dura lecti
Tuliſſe tanti eſt: victu inopes dies
Somnoque noctes, oraque torrida,
Senſimque vicina labantem
Morte animam meminiſſe dulce eſt.
Utcumque templis munera ſoſpites
Votiva ſolvant, tu tua ſcriniis
Excuſſa priſcis Acta ſacro
Fige tholo, Superiſque vitam
Redde obligatam: dum veniat manus
Suprema cœpto, tantaque res ſuos
Digeſta per menſes legatur,
Expleat & numerum December.

Ne ego humanæ conditionis non ſatis memor fuero, ſi vaſtiſſimi Operis, plurium vires laſſantis & laſſaturi, metam ultimam ſcribendo vivendoque attingere me poſſe ſperem. Quã à deceſſoribus accepi lampada, neque ſegniter aliquo tenus pratuli, eam aliis tradam, ac ſupplicibus votis expoſcã in eorum recipi ſocietatem, quibus nunc devotum ſtudiũ & vitam habeo occupatam. Hoc animo ad Acta Maji prælo aptanda me contuli: & quoniam ſedulitas P. Henſchenii, etiam in grandi ſua ætate, qua nunc annum octogeſimum numerat, operoſiſſima, magnam operis partem confecerat, interim dum abſolvendo, limando, & imprimendo Aprili intendebam ego; intra tempus non longum uſque eo promota res eſt, ut antequam annus MDCLXXVII *initium caperet, potuerit menſis Maji impreſſio inchoari, modicis progreſſura paſibus, dum alii aliique tomi paulatim abſolverentur. Ita ut ageremus, ſuadebat incenſum amicorum ſtudium, pergere porro jubentium. Sed nullius efficacius apud nos vel conſilium vel imperium fuit, quam Celſiſſimi ac Reverendiſſimi Principis*

A FERDINANDI *Furſtenbergii, tunc Paderbornenſis, nunc etiam Monaſterienſis Epiſcopi. Hic, ipſo quo iſtæc moliebar, anno* MDCLXXVI *ſingulari* D. Luciæ *beneficio ſervatus à morte, quam proximam intendebant dyſenteriæ & hæmorrhoidum acutiſſimi dolores; vitam, tot populis tantiſq; rebus adhuc neceſſariam, non eſt dedignatus eo quoq; ſibi relictam credere, ut hoc de Actis Sanctorum Opus munifica ſua liberalitate fulciret. Quare non publica modo Weſtphaliæ vota, pro Paſtore ſuo cariſſimo; ſed etiam privata noſtra, pro Mæcenate liberaliſſimo, valuiſſe gaviſus ſum tanto impenſius, quanto gravius me afflixerat fama, quæ de acerbo illius obitu vulgata fuerat creditaque. Accedebat autem ad lætitiæ cumulum, quod capitis tam cari ſalutem, non alius quiſpiam, ſed ipſemet nuntiaret litteris propria manuſcriptis, jubens gratias reddere Servatrici Divæ, Virgini & Martyri Syracuſanæ, à qua ſoſpitatem impetrarat voto, quod ſibi reddito hujuſcemodi verſibus illigare placuerat.*

O! quid, torminibus præſens medicina levandis,
Ferre laboranti, Virgo, moraris opem?
Tu mortalis adhuc, ægræ ſolatia matri
Diceris in tanto, Diva, tuliſſe malo.
Addita nunc cælo, potes omnia: pelle dolores,
B Qui miſeris urunt viſcera noſtra modis.
Quem non ulla queunt medicamina ſiſtere fluxum
Sanguinis, ah! votis ſiſte vocata meis.
Quodque Agathæ potuere preces, ſit fas mihi per te
Carmine votivo dicere, poſſe tuas.
Concordes animæ, quas nunc par junxit Olympi
Gloria, par olim virginitatis amor:
Eſte mihi faciles, & pro me jungite vota:
In manibus veſtris vita ſaluſque mea eſt.
Proſit, opemque ferat, ſiquid tamen illa merentur,
Muneribus me vos demeruiſſe meis.
Altera nunc à me * poſitas ſibi conſpicit aras:
Altera, ſi valeam, munera vota feret.
Solviſti meritas dotali munere grates:
Dos mihi, ne munus deſpice, carmen erit.
Carmine ſit vivax meritum: neque neſciet ætas
Poſtera, quod vivam, munus id eſſe tuum.
Vota etiam, pro me ſalvo tibi debita, reddet
Unanimis Vatum, qua valet arte, chorus.
Quam mihi præſtiteris teſtabitur ara ſalutem,
Et ſuſpenſa tuo ſacra tabella tholo.
In ſcribam, QUA TE, VIRGO, TRIBUENTE REVIXI,
LUX MIHI NATALIS SEMPER HABENDA LOCO.

* *Sacellum D Agathæ Virg & Mart. ad incolarum religionem amplificandam in Siddeſſe anno* MDCLXVIII *ſtructum.*

C *Equidem, à Poëticis ſtudiis jam pridem abductum animum habebam tunc cum hæc acciperem, vel maxime occupatum aliis & toto cælo diverſiſſimis curis, inter veteres membranas, tineiſque ac blattis ſubductas Sanctorum vitas. Vt tamen ſuaviſſimæ mihi epiſtolæ oſculum impreſi venerabundus, reſuſcitari ſenſi ſopitos amœnioris ſpiritus igniculos; urgeriq; me, ut etiam ipſe pangerem aliquid, ad gratitudinem tàm bene meritæ Sanctæ teſtandam. Itaque epigramma ſcripſi, quod is cujus amori & honori factum erat, cum luce publica non indignum judicarit, rurſum hic velut ſacratiori loco anathema figo.*

DIva potens, morbos ſemper miſerata fluentes,
Sanguine jam venas deſtituente ſuas:
Accipe ſervato meritas pro Principe grates,
Illimes Paderæ cui famulantur aquæ.
Ille ſacri fidus Cuſtos & Paſtor ovilis,
Ille decus patriæ deliciumque ſuæ
FERNANDUS, quam pœne fuit! Jam fama, fuiſſe
Dixerat: & paſſim credita fama fuit.
Triſtia defuncto jam pangebamus amici
Carmina, in exequias ultima dona pias.
Vivere cum ſeſe ſcribit mœrentibus ipſe:
Vivere ſed ſcribit munere, Diva, tuo.
Stringere quem nullæ potuere Machaonis artes,
Strinxerunt fluxum vota petentis opem. D
O bene, quod lucis teneas à nomine nomen,
Lux oculis per quam redditur illa meis.
Nunc elegos; dum magna ſuo ſequar ordine cœpta,
A tibi devoto pectore plura feres.
Venerit extremis tandem manus ultima faſtis,
Ipſe tua plenus laude December erit.
Sive tuo referam quæſitas ſanguine palmas,
Sive (quod ô!) numquam non ero, Virgo, tuus.

Nempe (ſicuti jam antea dixi) ſpes nulla mihi eſt attingendi Decembrem, ad cujus XIII *diem Sanctæ ipſius Virginis Acta pertinent: ſed deſiderium illuc transeundi, ubi Sanctorum magnalia, non ut nunc maligna ſub luce ſcriptorum veterum formidoloſo examine indaganda per partes; ſed ſimul omnia in divinæ cognitionis ſpeculo manifeſta offerentur, citra confuſionem beatis oculis contemplanda. Quid ergo? Poſteros, ea in parte laboraturos, commonitos volui, ut* S. Luciæ *clariſſimis maximiſque miraculis annumerare meminerint ſanitatem redditam Principi, de hoc Opere noſtro ſua beneficentia optime merito. Addant* P. Godefridum Henſchenium, *grate ac pie commemorare ſolitum, vitam ſe debere matris de ſe gravidæ & dyſentericæ voto,* S. Luciæ *nuncupato; adeoque patrocinio ejus prius ſe ſervatum fuiſſe quam natum.* E

Hæc porro una cum ipſius Principis Celſiſſimi *votivis Epigrammatis aliis, Walliique noſtri inſigni poëmate, Famam accuſantis quod optimum quemque acerbiſſimo nuntio in ſummum dolorem temere conjeciſſet, miſi in lucem ſingulari opuſculo: atque ita ad proſequendam Maji editionem me retuli, multo certiori jam ſpe ejus cito abſolvendi, quod totus proceſſurus eſſet ſub auſpiciis* Celſiſſimi Ferdinandi Furſtenbergii. *Sed ô incertas providentias noſtras! Annus qui ſequebatur* MDCLXXVIII, *ab æſtate in autumnum declinans, tam gravem Antverpienſi civitati aëris intulit corruptionem; ut vulgatis per omnes vicos ac familias brevi tempore morbis peſſimis, vix ullæ eſſent ſine funere ædes, nullæ ſine infirmo uno aut pluribus. Inter quæ dimiſſis ſtudiis noctu diuque verſantem me, idem qui Sociorum plures morbus corripuit: neque juvit infectum patrii ſoli aërem cum puriori cælo commutaſſe, quin mali jam penitus concepti vis etiam Lovanii proſequeretur quod cœperat operari, meque ad extrema urgeret. Ergo nec Majum quidem ſpes erat à me poſſe abſolvi: ſolicitudinem vero etiam graviorem injecerat funus immaturum* P. Danielis Cardoni, *qui ſi viveret poterat cœpta proſequi. Placuit tamen Superis* F *etiam hac vice mihi vitam ſervare, ſub patrocinio S. Franciſci Xaverii, ferventibus Lovanienſium ac Mechlinienſium votis in mei auxilium advocati. Sic diſcuſſum tunc quidem periculum eſt. Hærebat nihilominus in viſceribus pertinax ac violenta febris, nullique cedebat induſtriæ medicorum; nihil lætius ſperare jubentium, quam curationem lentam, & vires benignioris aëris beneficio reſtaurandas poſt hiemem, quæ tota reſtabat, tranſactam. Hoc metuens, atque intelligens quam incommoda ea mora foret prælis, jam pridem Acta Sanctorum Maji reposcentibus, proprio ipſe voto ſtatui invocare Sanctum, qui mihi tam propitius fuerat alieno. Sed ea fuit vel tenuitas fidei, vel verecundia petendi per miraculum ſanitatem, ut ultra facultatem ſacrificandi feſto ipſius Sancti die (qui ſolis novem diebus aberat) voti ſumma ſe non extenderit. Ille autem plus quam rogabatur præſtitit: & pulſa intra quatriduum febre, eas emaciato ac languido corpori vires feſtinanter reſtituit; quæ & diem tertium Decembris & omnes pòſt ſecutos, ab aurora in meridiem, poſſem implere quotidiano Sacrificio, Horario penſo, colloquio familiari, ſcriptione utili, aliiſq; nonnullis levioribus curis. Has inter etiam carmen fluxit, tædia noctium, quandoque propter febriculam inſomnium, fallenti poëtico iſto luſu, donec adeſſet hora, matutino Sacrificio, unde*

A *unde mihi diem inchoare mos tunc erat, deſtinata. Quod ægri capitis ſomnium potius, quam experrecti ingenii fœtum, oculis tuis erubuiſſem hic ſubjicere, Lector, niſi vel inde excitandum te ſperaſſem ad agendas mecum Divis ſoſpitatoribus gratias, magno imprimis Thaumaturgo Indiarum & Iaponiæ Apoſtolo. Proinde* Euchariſticon *accipe, quod ejus altari affigendum ſic ſcripſi.*

FRanciſci exuviæ, Goa quas, prædivite in arca
Compoſitas, largo thuris honore colit;
Vos ego, vos (toto vivam licet orbe remotus)
Supplicibus veneror ſtratus humi genibus.
Non tamen hinc optem, per mille pericula vitæ,
Trans maria ut portet me peregrina ratis:
Sufficit exilis pars corporis, ut ſtat in aris
Sive Malina tuis, ſive Lovaina tuis.
Nam media cum vix rapto de morte, valendi
Non niſi longinquam ſpem medicina daret;
Iſtic pro me alii, pro me hic præſentior ipſe
Xaverio vovi ter tria ſacra meo:
Poſt totidemque dies, totidemque ex ordine noctes,
Sic valui feſto, magne Patrone, tuo;
Nullus ut inde dies ierit, quin myſtica ad aram
Hoſtia ſit verbis rite ſacratá meis.
Interea quæ, parva licet, lentiſſima febris
Viſa eſt dimidios velle tenere dies,
Luce redux media, media ſe nocte recondens,
Et dubios inter ſpemque metumque tenens,
Verſa novam in formam, binis latitare diebus
Incipit, & quarto bella movere palam.
Quid facerem? Nova jam noto fero vota Patrono;
Sitque precor longi terminus iſte mali.
Nec mora. Devectus Perüanis pulvis ab oris;
Diluitur vino, fortis Ibere, tuo.
Illa quidem pugnat, tamquam quæ vincere poſſet
Pulvereumque hoſtem, Xaveriique manum:
Sed primo nimium certamine laſſa, ſecundum
Non tulit; & ceſſit, cedere juſſa, loco.
Scilicet unius ſpatio qui ſubvenit horæ
Sæpius, in ſubitum promptior auxilium;
Is, modicæ fidei, qualem me comperit, ægros
Sic juvat; ut vires temperet ipſe ſuas.
Ergo aliis velox, mihi lentus, amandus utriſque,
Et meritus laudis carmen utrimque paris,
Vivat, jo! & cunctis pro me qui vota tulerunt:
Perpetuo lætos donet habere dies. B

INDEX

NOMINUM HIS EPHEMERIDIBUS CONTENTORUM.

Nota I. *Sola nomina, in tabulis Moſcorum figuratis expreſſa, ſcribi litteris Romanis: ſcripta vulgaribus vel in Ephemeride Græca vel alicubi in explicatione referri.*
II. *Adjectas poſt menſem litteras* Gr. *Græcorum,* Mo. *Moſcorum Ephemerides,* A *Appendicem indicare. Ubi nulla littera additur, ſignatur utraque Ephemeris.*

A.

ABacuc Propheta 2 Decembris.
Abdias Propheta 19 Novembris.
Abibus cum ſociis M. Edeſſæ 15 Novembris.
Abibus, aliis, *Sabinus M.* 26 Martii. *Mo.*
Abercius Ep. M. in Phrygia 22 Octobris.
Abrahamus monachus 25 Octobris *Mo. & A.*
Abrahamius Anachoreta 29 Octobris *Mo.*
Acacius Presbyt. M. in Armenia .29 Novem. *Mo.*
Acacius Ep Melitinæ 31 Martii *Gr.*
Acacius M. in Armenia 7 Maji.
Acacius τὸ τέκνον Πετοῦς 7 Iulii *Mo. & A.*
Acacius ἐν Κλίμακι 7 Iulii *Mo, & A.*
Acepſimas cum ſociis M. in Perſide 3 Novemb.
Acindynus cum Pegaſio M. 2 Novemb.
Adrianus cum Natalia M. 26 Auguſti.
Æmilianus Ep. Cyzici 8 Auguſti.
Æmilianus M. in Myſia. 18 Iulii.
Agabus Apoſtolus 8 Aprilis. *Mo.*
Agape, ideſt, Caritas cum ſororibus M. 17 Sept.
Agape cum ſororibus Theſſalonicæ 16 April.
Agapius & Theopiſtus cum Parentibus 20 Sept.
Agapius cum ſociis M. 15 Martii.
Agathangelus Diac. M. 23 Ianuar. *Gr.*
Agatha V. M. Catanæ 5 Februarii.
Agathonicus M. Romæ 22 Auguſti.
Agathopus cum Theodulo M. 5 Apr. *Mo.* 4 *Gr.*
Aggæus Propheta 16 Decemb.
Aglaia matrona Romana 19 Decemb. *Mo.*
Agrippina M. Romæ 23 Junii.
Alexander Epiſc. CP. 30 Auguſti. *Mo.*
Alexander ὁ ἐν Πύδνῃ M. 14 Martii *Gr.*
Alexander cum Antonina M. 9 Julii. *Mo.* 10 *Gr.*
Alexander cum Sociabus 20 Martii *Gr.*
Alexius homo Dei 17 Martii *& A.*
Alexius Metropol. Kijovien. 12 Febr. *Mo. & A.*
Ejus Inventio 20 Maji. *Mo. & A.*
Alypius Stylita 26 Novembris *& A.*
Ambroſius Ep. Mediolan. 7. Novembris.
Amos Propheta 15 Junii.
Amphilochius Ep. Iconii 23 Novembris.
Amplias Apoſtolus 31 Octob. *Mo.*
Ananias inſtructor S. Pauli 1 Octobris.
Ananias, Azarias, Miſaël 17 Decembris *Mo.*
Anaſtaſia M. Romana 29 Octob. 22 Decemb.
Anaſtaſius Perſa. 22 Januar. *Gr.*
Anaſtaſius monachus Sinaita 21 April. *Mo.*
Anatolius M cum fratribus in Galatia 20 Nov. *Gr.*
Andreas Apoſtolus 30 Novemb.
Andreas Cretenſis Epiſc. 4 Julii.
Andreas Tribunus M. 19 Auguſti.
Andreas in Criſi M. 17 Octob *Mo. & A.*
Andronicus cum Junia Apoſtoli 17 Maji.
Inventio Reliquiarum 22 Febr.
Andronicus cum Proto & Taracho M. 12 Octob.
Andronicus cum Athanaſia 6 Maji & 9 Octob. *Mo.*
Andronicus Apoſtolus 30 Julii *Gr.*
Anna Mater Deiparæ 25 Julii & 9 Sept.
Anicetus M. cum Photio 12 Auguſti.
Anthimus Ep. Nicomediæ M. 3 Septemb.
Anthuſa filia Copronymi 12 April. *Mo.*
Antipas M. Pergami. 11 Aprilis.
Antonina cum Alexandro M. 9 Junii *Mo.* 10 *Gr.*
Antonius Magnus Abbas 17 Januar. *& A.*
Antonius Cauleas Patr. CP, 12 Februar. *Mo.*
Antonius Pezerſkie monachus 10 Iulii. *Mo. & A.*
Antonius cum ſociis M. Lithitanus 14 Apr. *Mo. & A.*

Anyſia M. Theſſalonicæ 30 Decemb.
Apoſtoli XII 30 Iunii.
Apoſtoli LXXII ſeu Diſcipuli 4 Ianuarii.
Aquila Apoſtolus 14 Iulii.
Aquilina V. M. in Palæſtina 13 Iunii.
Arcadius cum Xenophonte &c. 26 Ianuarii.
Archippus Apoſtolus 19 Febr. 22 Novemb.
Ariſtarchus Apoſtolus 15 Aprilis *Mo.* 14 *Gr.*
Ariſticlianus ſive Ariſtocles 23 Iunii *Mo.*
Aretas M. in Syria 24 Octobris.
Artemius Dux M. 20 Octobris *& A.*
Artemius ſeu Artemon 24 Martii *Mo.*
Artemon Epiſcopus 13 April.
Arſenius monachus 8 Maji *Mo. & A.*
Athanaſia cum Andronico 6 Maji 9 Octob. *Mo.*
Athanaſia cum filiabus M. 31 Ianuarii *Mo.*
Athanaſia Vidua 18 April. *Mo.*
Athanaſius Ep. Alexand. 18 Ian. 2 Maji.
Athanaſius Epiſcopus 24 Octob. *Mo. & A.*
Athanaſius Anachoreta in monte Atho 5 Iulii.
Athanaſius ἐν τῷ δένδρῳ 5 Iulii *Gr. & A.*
Athenogenes Sebaſten. Ep. M. 16 Iulii.
Autonomus Ep. M. in Bithynia 12 Septemb.
Auxentius Archimandrita 14 Februar.
Auxentius cum ſociis M. in Armenia 13 Decemb.

B.

Babylas Preſb. M. 24 Ianuar. *Mo.*
Babylas Ep. Antioch. M. 4 Septemb.
Bacchus cum Sergio M. 7 Octob.
Barbara V. M. 4 Decemb. *& A.*
Berchefes M. in Perſide 29 Martii *Gr.*
Barlaam monachus 6 Novemb. *Mo. & A.*
Barlaam Martyr 19 Novemb.
Barnabas Apoſtolus 11 Iunii *Mo.*
Bartholomæus Apoſtolus 11 Iunii.
Inventio ejus 25 Auguſti
Barulas puer 18 Novemb. *Mo.*
Baſileus Ep. M. in Ponto 26 April.
Baſiliſcus M. in Ponto cum ſociis 3 Mart. 22 Maji.
Baſilius Ep. Cæſareæ in Cappad. 1 Ianuar, *& A.*
Idem cum Nazianzeno & Chryſoſt. 30 Ian. *& A.*
Baſilius Ep. Cherſonis cum ſociis 7 Mart.
Baſilius Preſb. M. Ancyræ 22 Mart.
Baſilius Decapolita 28 Februar. *Mo.*
Baſilius Epiſc. 12 April.
Baſſa M. in Macedonia 21 Auguſti,
Becylus 15 Mart. *Mo.*
Benedictus Abbas 14 Mart. *Mo.*
Beryllus ſeu Cyrillus Ep. 21 Mart. *Gr.*
Beſarion Thaumaturgus 6 Iunii *Mo.*
Blaſius Ep. M. in Armenia 11 Februar.
Bonifacius M. Romanus 19 Decemb.
Boryſſus ſeu Romanus cum Glebo 24 Iulii *& A.*
Bucolus Ep. Smyrnæ 6 Februar.

C.

Cæcilia Virg. Mart. 21 Novemb. *Gr.*
Callinicus M. in Paphlagonia 29 Iulii.
Callinicus cum Sociis M. in Armenia 13 Decemb.
Calliſtratus M. Romæ 27 Septemb. *Mo.*
Capito Ep. Cherſonis cum ſociis 7 Martii.
Capitolina cum famula M. 27 Octob. *Gr.*
Carpus Apoſtolus 26 Maji.
Carpus cum Papylo M. 13 Octob.
Caſſianus auctor Collationum 29 Februar. *Mo.*
Catharina V. M. Alexandrina 24 Nov. *Mo.* 25 *Gr.*
Celſus puer cum Nazario M. 14 Octob.
Charalampius Preſb. M. Antioch. 10 Febr.
Charitas cum Sororibus 17 Septemb.
Charitina M. 5 Octob. *Mo.*
Chariton Diac. M. 23 Januar. *Gr.*
Chariton Ab. in Palæſtina. 28 Septemb.
Chionia cum ſororibus Theſſalon. 16 April.
Chriſtophorus M. 9 Maji.
Chriſtophorus Diac. M. 23 Januar. *Gr.*
Chriſtina V. M. 24 Julii.
Chryſanthus cum Daria M. 19 Mart.
Chryſogonus M. Aquileiæ 22 Decemb. *Mo.*
Claudius cum Lucilliano &c. 3 Junii *Mo.*
Claudius cum Diodoro &c. M. 24 April. *Gr.*
Clemens Papa M. 25 Novemb. *Mo.*
Clemens Ep. M. Ancyræ 23 Januar.
Cleonicus cum ſociis M. in Ponto 3 Mart.
Cleopatra .. M. cũ filia aut alumna 20 Oct. *Mo. & A.*
Codratus Apoſtolus Ep. Athenienſis 21 Sept.
Codratus M. Corynthi 10 Mart.
Codratus M. Nicomediæ 7 Maji *Gr.*
Conon M. in Iſauria 5 Martii.
Conſtantinus Magnus cum Helena 21 Maji.
Conſtantinus Philoſophus 24 Februar. *Mo.*
Cornelius Centurio 13 Septemb.
Corona cum Victore M. 11 Novembr. *Mo.*
Coſmas cum Damiano M. Romæ 1 Julii *& A.*
Coſmas cum Damiano Confeſſor 1 Novemb. *& A.*
Coſmas Poëta Majumæ Ep. 14 Octob. *Gr. & A.*
Coſmas Melodus 14 Octob. *Gr.*
Creſcens M. in Lycia 15 April. *Gr.*
Creſcens Apoſtolus 30 Julii *Gr*
Crucis apparitio ſupra Calvariam 7 Maji.
Feſtum Conſtantinopoli 1 Auguſti *Mo.*
Exaltatio 14 Septemb.
Cyprianus cum Juſtina M. 2 Octob.
Cyriacus Ab. in Palæſtina 29 Septemb.
Cyrillus Ep. Alexandr. 18 Jan. 9 Junii.
Cyrillus Ep. Hieroſolymit. 18 Mart.
Cyrillus Diaconus Arethuſ. M. 29 Martii *Mo.*
Cyrillus Slavorum Apoſtolus 14 Febr. *Mo. & A.*
Cyrillus M. 20 Mart. *Mo. & A.*
Cyrillus Monachus 9 Junii *Mo. & A.*
Cyrillus ſeu Beryllus Ep. 21 Mart. *Gr.*
Cyrus cum Joanne M. 31 Jan. 28 Junii.

D.

Dalmarius Præſes Dalmatarum 3 Auguſt.
Damianus cum Coſma M. Romæ 1 Julii *& A.*
Damianus cum Coſma Confeſſ. 1 Nov. *& A.*
Daniel Propheta 17 Decemb.
Daniel Stylita 11 Decemb. *& A.*
Daria cum Chryſantho M. 19 Martii.
David ſeu Glebus cum Romano 24 Julii *Mo.*
David Theſſalonicenſis 26 Junii.
David Rex 26 Decemb. *Gr.*
Demetrius Ab. Thaumaturgus 11 Febr. *Mo & A.*
Demetrius M. Theſſalonicæ 26 Octob. *& A.*
Diomedes M. Nicææ 16 Auguſti.
Dionyſius Areopagita 3 Octob. *& A.*
Dionyſius Monachus 1 Junii *Mo. & A.*
Dionyſius cum Lucilliano &c. M. 3 Junii *Mo.*
Dius Thaumaturgus 19 Julii *Mo.*
Dometius M. Perſa 7 Auguſti.
Domnica Abbatiſſa CP. 8 Januar.
Domitianus Ep. Melitinæ 10 Januar. *Mo.*
Dormientes ſeptem 4 Aug. 22 Octob. *Mo.*
Dorotheus Ep. Tyri Mart. 5 Junii.
Dorotheus Preſb. Antioch. M. 5 Junii *Gr.*
Dorotheus in Chiliocomo 5 Junii *Gr.*
Dorotheus Abbas ſcriptor 5 Junii *Gr.*
Dorymedon cum ſociis M. 19 Septemb.
Doſitheus diſcip. Dorothei 5 Junii *Gr.*

E.

Caterina V. M. Alex. 24 Nov. *Mo.* 25 *Gr. & A.*
Eleutherius Ep. Illyrici 15 Decemb.
Eleazarus Machabæus 1 Auguſti *Mo.*
Eliæ Prophetæ raptus 20 Julii *& A.*
Eliſabeth mater S. Joan. Bapt. 24 Junii 5 Septemb.
Eliſæus Propheta. 14 Junii
Elpis ideſt Spes cum ſororibus M. 17 Septemb.
Epicharis Mart. 27 Septemb. *Gr.*
Epænetus Apoſtolus 30 Julii *Gr.*
Ephrem Ep. in Cherſone cum ſociis 7 Martii.
Ephrem Syrus 28 Januar. *& A.*
Epimachus Mart. 31 Octob.
Epiphanius Ep. in Cypro 12 Maji.
Epiſteme cum Galactione M. 5 Novemb.
Eraſtus Apoſtolus 10 Novemb. *Mo.*
Eroteis cum Domina ſua M. 27 Octob. *Gr.*
Eudocimus 7 Septemb. *Mo. & A.*
Eudocimus Dux M. 31 Julii.
Eudocia M. in Syria 1 Mart.
Eudocia M. in Perſide 4 Auguſti *Mo.*
Eudoxia cum Matre & ſororibus M. 31 Januar. *Mo.*
Eugenia M. Romana 24 Decemb.
Eugenius cum ſociis M. in Armenia 13 Decemb.
Eulampius & Eulampia MM. 10 Octob.
Eulogius Monachus 4 Februar. *Mo. & A.*
Eumenius Ep. in Creta 18 Septemb.
Eupathius Epiſcopus 15 Novemb. *Mo. & A.*
Euphemia M. Chalcedone 11 Julii 16 Sept.
Euphroſyna Lithuana Hieroſolymis 25 Sept. *& A.*
Euphroſyna filia Paphnutii 25 Septemb.
Euphroſynus monachus *A.*
Euplius M. Siculus 11 Auguſti.
Eupraxia ſeu Euphraſia V. 25 Julii *Mo.*
Eupſychius M. in Cappadocia 9 April.
Euſebia M. in Euchaitis 8 Februar. *Gr.*
Euſebius Ep. Samoſathenus 22 Junii.
Euſignius M. Antiochiæ 5 Auguſti.
Euſtachius cum ſociis M. Lithuanus 14 April. *Mo.*
Euſtachius cum fratribus in Galatia M. 20 Novemb. *Gr.*
Euſtachius M. cum uxore & filiis 20 Sept. *& A.*
Euſtratius cum ſociis M. in Armenia 13 Dec. *& A.*
Euthymius Ab. in Palæſtina 20 Ianuar. *& A.*
Euthymius Iunior. 20 Ianuar. *Gr.*
Euthymius Thaumaturgus 20 Ianuar. *Gr.*
Euthymius Ep. Madytarum 20 Ianuar. *Gr.*
Euthymius monachus 15 Octob. *Mo.*
Eutropius cum ſociis M. in Ponto 3 Martii.
Eutychius M. Tomis 24 Auguſti.
Eutychius Patriarcha CP. 6 April.
Ezechiel Propheta 21 Iulii *Mo.*

F.

Auſtus Præſes Dalmatarum 3 Auguſti.
Febronia V. M. in Syria 25 Iunii
Felix M. Epiſcopus 31 Auguſti *Mo.*
Fides cum Sororibus 17 Septemb.
Flavianus Anachoreta 16 Febru. *Mo.*
Florus M. cum Lauro 18 Auguſti *& A.*

G.

Gabriel Archangelus 26 Mart.
Encænia ejuſdem CP. 13 Iulii.
Galaction cum Epiſteme M. 5 Novemb.
Gelaſius M. 27 Februar. *Gr.*
Georgius Ep. Mitilenæ 7 April.
Georgius Megalo-Martyr 23 Apr. 26 Nov. *Mo. & A.*
Georgius Chozebites in Palæſt. 8 Ian. *Mo.*
Georgius in Maleo Anachor. 4 April. *Mo.*
Geraſimus Anachor. ad Iordanem 4 Mart.
Germanus Patriarcha CP. 12 Maji *Mo.*
Germanus Ab. in Macedonia 12 Maji *Mo.*
Gervaſius cum Prothaſio M. 14 Octob.
Glebus ſeu David cum Boryſſo 24 Iulii *& A.*
Glyceria M. in Thracia 13 Maji.
Gordius M. in Cappadocia 3 Ianuar.
Gregorius Magnus Papa 12 Martii *Mo.*
Gregorius Nazianzenus 25 Ianuar. *& A.*
Cum Baſilio & Chryſoſtomo 30 Ianuar. *& A.*
Gregorius Ep. Nyſſenus 10 Ianuar.
Gregorius Thaumaturgus Ep. 17 Novemb.
Gregorius Magnæ Armeniæ Ep. 30 Sept. *& A.*
Gregorius Ep. Agrigentinus 23 Novemb. *Mo.* 24 *Gr.*
Gregorius Epiſcopus 14 Novemb. *Mo. & A.*
Gregorius Decapolita Conf. 20 Novemb.
Gurias cum ſociis M. Edeſſæ 15 Novemb.

H.

Helena Imper. cum Conſtantino 21 Maji.
Helladius Mart. 27 Maji *Gr.*
Hermias Martyr 31 Maji.
Hermolaus Preſbyter M. Nicom. 26 Iulii *Mo. & A.*
Hermylus cum Stratonico 13 Ianuar.
Herodion Apoſtolus 8 Aprilis.
Hieron ſive Hierax Armen. M. 27 Novemb.
Hierotheus Areopagitæ Magiſter 4 Octob.
Hilarion Ep. Moſcus 21 Octob. *Mo. & A.*
Hilarion Ab. in Palæſtina 21 Octob.
Hilarion Iunior monachus 6 Iunii.
Hilarion Ab. Pelicetes 28 Martii.
Hilarius ſive Hilarion cum Proclo M. 12 Iulii.
Hippolytus M. Portuenſis 30 Ianuar.
Hyacinthus M. Amaſtrenus 3 Iulii *Gr.*
Hyacinthus M. in Cappadocia 3 Iulii
Hypatius M. in Paphlagonia 31 Martii *Mo.*
Hypathius cum Lucilliano &c. 3 Iunii *Mo.*

I.

Iacobus Apoſtolus frater Ioannis 30 April.
Iacobus frater Domini 30 Apr. 23 Oct. 26 Dec.
Iacobus Alphæi ſive Minor 8 Octob.
Iacobus Epiſcopus Confeſſor 21 Martii *Mo & A.*
Iacobus interciſus M. in Perſide 27 Novemb.
Ianuarius Epiſc. Martyr 21 April.
Iaſon Apoſtolus 28 April. *Mo.* 29 *Gr.*
Ieremias Propheta 1 Maji.
Ieſu Chriſti Annuntiatio & Incarnatio 25 Martii.
Nativitas ejuſdem 25 Decemb.
Circumciſio 1 Ianuarii.
Hypapante 2 Februar.
Baptiſmus 6 Ianuarii.
Transfiguratio 6 Auguſti.
Imago Edeſſena 16 Auguſti *Mo.*
Ignatius Ep. Antioch. M. 20 Decemb.
Relatio Antiochiam 20 Ianuarii.
Ignatius Epiſcopus 28 Maji *Mo. & A.*
Innocentes ſub Herode 29 Decemb.
Ioachim Pater Deiparæ 9 Septemb.
Ioannes Baptiſtæ Conceptio 23 Septemb.
Nativitas ejuſdem 24 Iunii.
Decollatio 29 Auguſti.
Inventio capitis prima 25 Maji.
Inventio ejuſdem tertia 24 Februarii.
Commemoratio CP. 7 Ianuar.
Ioannis Evangeliſtæ obitus 8 Maji.
Feſtum ejuſdem 26 Septemb.
Ioannes Chryſoſtomus CP. 13 Novemb.
Relatio corporis 27 Ianuar.
Idem

idem cum Basilio & Nazianzeno 30 Ian. & A.
Joannes Eleemosynarius Ep. Alex. 12 Novemb.
Joannes Episcopus CP. 30 Augusti Mo.
Joannes Jejunator CP. Patr. 2. Setemb. Mo.
Joannes Damascenus 4 Decemb. Mo. & A.
Joannes Climacus 30 Martii & A.
Joannes cum Xenophonte &c. 26 Ianuarii.
Joannes Calybita 15 Ianuar. & A.
Joannes Palæolaurita 19 April. Mo.
Joannes Discip. Gregorii Decapol. 18 April. Mo.
Joannes M. 2 Iunii. Mo. & A.
Joannes cum Cyro M. 31 Ian. 28 Iunii.
Joannes cum Maria & Xenophonte 26 Ianuar.
Joannes M. sub Juliano 30 Iulii. Mo.
Joannes Monachus 22 Octob. Mo & A.
Joannes socius Simeonis Sali 21 Iulii Mo.
Joannes cum sociis M. Lithuanus 14 Apr. Mo. & A.
Ioannes Rostovienſis 15 Maji. Mo. & A.
Joannicius monachus 4 Novemb. & A.
Job patiens 6 Maji.
Joël Propheta 19 Octob.
Jonas Propheta 21 Septemb. Mo. 12 Gr.
Jonas Metropol. 21 Septem. Mo. & A.
Jonas Sabaita Presb. 22 Septem.
Josaphat Archiep. Poloc. M. 12 Novem. Mo. & A.
Ioseph cum Deipara 26 Decemb. Gr.
Joseph Hymnographus 4 April. Mo.
Joses seu Ioseph M. 20 Martii Mo.
Irenarchus M. Armenus 28 Novem. Mo.
Irene Martyr 5 Maji.
Irene cum sororibus M. Thessalon. 16 April.
Isacius Diaconus 24 Martii Mo. & A.
Isacius Præses Dalmatarum 30 Maji 3 Aug.
Isacius monachus 30 Maji.
Isaias Propheta 25 Ian. Mo. 9 Maji. & A.
Isaias Ep. Rostovienſ. 15 Maji. Mo. & A.
Isidorus Hispalen. Episc. 4 April. Mo.
Isidorus Peluſiota 4 Februar.
Isidorus Dux M 14 Maji.
Isidorus Salus 14 Maji. Mo. & A.
Ismaël M. cum sociis 17 Iunii.
Iudas Apostolus 19 Iunii.
Iuliana Martyr 21 Decemb.
Iulianus Cilix M. 21 Iunii.
Iulianus & Basilissa MM. 7 Ianuar. Gr.
Iulitta cum Quirico M. 15 Iulii.
Iunia cum Andronico Apost. 22 Feb. 17 Maji.
Iustina cum Cypriano M. 2 Octob.
Iustinus Philosophus M. 1 Iunii.
Iustinus M. Romæ 1 Iunii. Gr.

L.

Laurentius M. Romæ 10 Augusti.
Laurus M. cum Floro 18 Augusti.
Lazarus Anachoreta 7 Novemb. Mo.
Leo Papa 18 Februar.
Leo Ep. Catanensis 20 Februar.
Leontius Ep. Rostovien. 23 Maji. Mo. & A.
Leontius M. in Phœnicia 18 Iunii.
Leontius 18 Februar. Mo.
Leucius M. cum Thyrso 14 Decemb.
Longinus Centurio 16 Octob.
Lucas Euangelista 18 Octob.
Lucianus Presb. M. 15 Octob.
Lucillianus cum 4 pueris M. 3 Iulii.
Lupus Ep. M. Sirmii. 23 Augusti.

M.

Macarii duo Roman. & Ægyptius 19 Ian. & A.
Machabæi septem fratres 1 Augusti.
Macrina soror S. Basilii 19 Iulii.
Malachias Propheta 3 Ianuar.
Mamas martyr 2 Septemb.
Mamelchthe mart. 5 Octob. Gr.
Manuel M. cum sociis 17 Iunii.
Marcellus Acœmeta 29 Decemb. Mo.
Marcellus Ep. Siciliæ 9 Novemb. Mo.
Marcianus Ep. Syracusanus 9 Februarii. Mo.
Marcianus & Martyrius MM. 25 Octob.
Marcianus M. in Ægypto 6 Iunii. Mo.
Marcianus monachus in Palæst. 11. Ian. Mo.
Marcus Euangelista 25 April.
Marcus Ep. Arethusiorum 29 Mart. Mo.
Mardarius cum sociis M. Armenus 13 Decemb.
Maria Deipara 26 Decemb.
Ejusdem Conceptio, dicta S. Annæ 9 Nov. A.
Nativitas 8 Septemb.
Introductio in templum 21 Novemb.
Annuntiatio 23 Martii.
Puerperium 26 Decemb.
Purificatio 2 Februar.
Obdormitio 15 Augusti.
Coronatio. Moscis Pokrof, 1 Octob. Mo. & A.
Mariæ Vestis in Blachernis 2 Iulii.
Depositio zonæ CP. 31 Augusti.
Imago 26 Augusti. Mo.
Maria Magdalena 22 Iulii.
Maria Ægyptiaca Pœnitens 1 April.
Maria cum Xenophonte & filiis 26 Ianuar.
Marina seu Margareta V. M. 17 Iulii.
Martha mater Simeonis Stylitæ senioris 5 Iulii. Mo.
Martina V. M. Romana 12 Ianuar. Gr.
Martinianus Eremita 13 Februar.
Martinus Papa 14 April. Mo. 13 Gr.
Martyres XL Sebasteni 9 Martii.
Martyres XLII in Amorio capti 6 Martii.
Martyres XLV Nicopolitani in Armenia 10 Iulii.
Martyres Nicomediæ 20000 28 Decemb.
Martyres IX in Cyzico 29 April. Mo.
Martyres X in Creta 23 Decemb.
Martyres monasterii S. Sabæ 20 Mart. Mo.
Mathias Apostolus 9 Augusti.
Matrona in Chio 9 Novemb. Gr.
Matrona Monacha CP. 9 Novemb. Gr.
Matrona M. Thessalonicæ 27 Martii.
Matthæus Apost. Evangelista 9 Aug. 16 Novemb.
Maura cum Timotheo M. 3 Maji.
Maximus monachus Confessor 21 Ian. 13 Augusti.
Maximus M. cum sociis 18 Februar, Mo.
Melania Iunior 31 Decemb.
Meletius Ep. Antiochiæ 12 Februarii.
Menas M. in Phrygia 11 Decemb. & A.
Menas M. Alexandriæ cum sociis 10 Decemb.
Menodora & sorores M. in Bithynia 10 Septemb.
Mercurius M. in Ponto 24 Novemb. Mo.
Mercurius M. apud Smolenſkum 24 Nov. Mo. & A.
Methodius Patriarcha CP. 14 Iunii. Mo.
Methodius Episc. Patrarum 20 Iunii.
Methodius Apostolus Moraviæ 14 Februar. Mo.
Metrodora & sorores MM. 10 Septemb.
Metrophanes Episc. CP. 4 Iunii.
Michael Archangelus 8 Novem.
Ejus miraculum in Chonis 6 Septemb.
Michael Ep. Synnadarum 23 Maji.
Michael Syncellus Patr. CP. 18 Decemb. Mo.
Michael Dux martyr 20 Septemb. Mo. & A.
Michael Malinus 12 Iulii. Mo.
Micheas Propheta 14 Augusti.
Mocius M. Byzantii 11 Maji.
Moyseus Propheta 4 Septem. Mo.
Moyses monachus 28 Augusti.
Myron Episc. in Cypro 17 Augusti.

N.

NAtalia cum Adriano M. 26 Auguſti.
Naum Propheta 1 Novemb.
Nazarius cum ſociis M. Mediolani 14 Octob.
Neſtor Ep. Perge in Pamphilia 28 Februar. *Mo.*
Neſtor M. Theſſalonicæ 27 Octob. *Mo.*
Niganor Apoſt. cum Sociis 28 Julii *Gr.*
Nicephorus Patriarcha CP. 2 Julii.
Ejuſdem relatio 13 Martii.
Nicephorus in Latro monte 13 Martii *Gr.*
Nicephorus M. Antiochiæ 9 Februar.
Nicetas Ep. Chalcedonis 28 Maji.
Nicetas Ab. in Bithynia 3 April.
Nicetas Stylita 24 Maji *Mo. & A.*
Nicetas M. in Gotthia 15 Septemb.
Nicolaus Ep. Myrenſis 6 Decemb.
Nicolaus Epiſcopus 9 Maji *Mo. & A.*
Nicolaus Studita 4 Februar. *Mo. & A.*
Nicolaus Zbiatoſa 14 Octob. *Mo. & A.*
Nicon M. cum ſociis 23 Martii.
Nicon Μετανοεῖτε dictus 26 Novemb. *Gr.*
Nitus monachus 12 Novemb. *Mo.*
Nymphodora & ſorores MM. 10 Septem.

O.

OReſtes cum ſociis M. in Armenia. 13 Decemb.
Oreſtes M. Thyana 10 Novemb. *Gr.*
Olympias Virgo. 25 Julii *Mo.*
Olympius Apoſtolus 10 Novem. *Mo.*
Oneſimus diſcipulus Pauli 15 Februar.
Oneſiphorus diſcipulus Pauli 9 Novem. *Mo.*
Onuphrius Anachoreta 12 Junii *& A.*
Oſeas Propheta 17 Octob.

P.

PAchomius Abbas 15 Maji.
Palladius monachus 27 Novem. *Mo. & A.*
Pambo Ab. in Ægypto 18 Julii. *Mo.*
Pamphilus Preſb. M. in Palæſt. 16 Febr.
Pancratius M. in Sicilia 9 Julii.
Panteleemon ſeu Pantaleon M. 27 Julii *& A.*
Pappas Mart. 16 Martii *Gr.*
Papylus cum Carpo M. 13 Octob.
Paramonus M. 29 Novem.
Paraſcevia V.M. 26 Julii *Gr.* 13 & 28 Oct. *Mo. & A.*
Parmenas Apoſt. cum Sociis 28 Julii *Gr.*
Parthenius Ep. Lampſaci 7 Februar.
Patapius Solitarius CP. 8 Novemb.
Patres in Thebaide aut Raithu 13 Januar. *Mo.*
Patres ſancti ante Chriſtum 17 Decem. *Mo.*
Patricius Ep. Pruſæ. 19 Maji.
Paula cum Lucilliano &c. M. 3 Junii *Mo.*
Paulus Apoſtolus 29 Junii.
Paulus Patriarcha CP. 6 Novemb.
Paulus Junior Patriarcha CP. 30 Auguſti *Mo.*
Paulus cum Sorore Mart. 4 Mart. *Gr.*
Paulus primus Eremita 15 Januar.
Paulus Thebæus ſive Simplex *A.*
Paulus in Latro Anachoreta 13 Mart. 21 Novemb. *Gr.*
Paulus cum Lucilliano &c. 3 Junii *Mo.*
Pegaſius cum Acindyno 2 Novem.
Pelagia Pœnitens Hieroſolymis 7 Octob.
Pelagia M. in Cilicia 4 Maji.
Petrus Apoſtolus 29 Junii.
Ejuſdem catena 16 Januar.
Petrus Abeſelamites M. 12 Januar. *Mo.*
Petrus, Dionyſius, Andreas &c. MM. 18 Maji *Gr.*
Petrus Epiſc. Alexandrinus M. 25 Novem. *Mo. & A.*
Petrus in Monte Atho 12 Junii *Mo.*
Petrus Metropolita Kijovienſis 21 Decem. *& A.*
Phantinus Thaumaturgus 30 Auguſt. *Gr.*
Philemon Apoſtolus 22 Novem. *Mo.*
Philetus Senator M. 27 Mart. *Mo.*
Philippus Apoſtolus 14 Novem. *& A.*
Philippus Diaconus ex ſeptem 11 Octob. *Mo.*
Philogonius Ep. Antioch. 20 Decem. *Mo*
Philotheus Archiepiſcopus 15 Septem. *Mo. & A.*
Philotheus Presbyter 15 Septem. *Mo.*
Phocas Ep. M. in Ponto 22 Septem.
Photina Samaritana 20 Mart. *Mo.*
Photius M. cum Aniceto 12 Auguſti.
Piatenka ſeu Paraſcevia 13 Octob. 26 Nov. *& A.*
Piſtis ſive Fides cum ſororibus M. 17 Septem.
Plato M. Ancyræ 18 Novemb.
Pœmon Anachoreta in Thebaide 27 Auguſt.
Polycarpus Epiſc. Smyrnæ 23 Februar.
Polyeuctus M. in Armenia 9 Januar.
Porphyrius Epiſc. Gazæ 26 Februar.
Probus cum Taracho & Andronico 12 Octob.
Prochorus monachus 10 Februar. *Mo. & A.*
Prochorus Apoſtolus 28 Julii.
Proclus Patriarcha CP. 20 Novem. *Mo.*
Proclus cum Hilarione M. 12 Julii.
Procopius Decapolita 27 Februar.
Procopius M. in Palæſtina 8 Julii *& A.*
Protaſius cum Gervaſio M. 14 Octob.
Proterius Epiſc. M. 18 Februar. *Gr.*
Publius cum Sociis M. 15 Mart.
Pudes Apoſtolus 15 April. *Mo.* 14 *Gr.*

Q.

QVadratus M. *Nicomed.* 7 Maji *Gr.*
Quartus Apoſtolus 10 Novemb. *Mo.*
Quiricus M. cum Julitta 15 Julii.

R.

RHodion Apoſtolus 10 Novem. *Mo.*
Romanus M. Antiochiæ 18 Novem. *Mo.*
Romanus ſeu Boryſſus cum Davide 24 Jul. *Mo. & A.*
Rufus Apoſtolus 8 April. *Mo.*

S.

SAbas Gotthus M. Romæ 24 April.
Sabas M. in Gotthia 18 April.
Sabas & ſocii MM. in Sinai 14 Januar.
Sabas Ab. in Palæſtina 5 Novem. *& A.*
Sabatius Presbyter 1 April. *Mo. & A.*
Sabatius cum ſociis M. in Phrygia 19 Septemb.
Sabel M. cum ſociis 17 Junii.
Sabinus M. in Ægypto 16 Martii *Mo.*
Sadoth M. in Perſide 19 Octob. *Mo.*
Salomona cum VII Machabæis 1 Auguſti.
Samonas cum ſociis M. Edeſſæ 15 Novem.
Sampſon Xenodochus 27 Junii.
Samuel Propheta 20 Auguſti.
Sebaſtianus M. Romæ 18 Decem.
Sergius monachus 25 Septemb. *Mo.*
Sergius Presbyter 1 Aprilis *& A.*
Sergius cum Baccho M. 7 Octob.
Severianus M. Sebaſtæ 9 Septem. *Mo.*
Silas Apoſtolus 30 Julii.
Silvanus Apoſtolus 30 Julii.
Silveſter Papa 2 Januar.
Simeon Ep. Hieroſolymitanus 27 April.
Simeon Stylita ſenior 1 Septem. *& A.*
Simeon in monte mirabili 24 Maji.
Simeon Salus 21 Julii.

Simeon

Simeon Iuſtus 3 Februar.
Simeon Epiſcopus M. 17 April. & A.
Simeon monachus 13 Februar. Mo. & A.
Simon Apoſtolus 10 Maji.
Simon cum Iuda Apoſtolus 19 Iunii Gr.
Siſoes Anachoreta 6 Iulii.
Sophia mater Fidei, Spei & Caritatis 17 Sept.
Sophonias Propheta 3 Novemb.
Sophronius Patriarcha Hieroſol. 11 Martii.
Soſipater Apoſtolus 28 April. Mo.
Sozon M. Pompejopoli in Cilicia 7 Septemb.
Spes cum ſororibus 17 Septemb.
Spiridion Epiſc. in Cypro 12 Decemb. & A.
Stachys Apoſtolus 31 Octob. Mo.
Stephanus Protomartyr 27 Decem. & A.
Ejuſdem tranſlatio 2 Auguſti.
Stephanus Epiſc. 26 Aprili. Mo. & A.
Stephanus Epiſc. Moſcus 15 Decem. Mo. & A.
Stephanus Thaumaturgus 28 Martii Mo.
Stephanus Sabaita 13 Iulii.
Stephanus monachus M. CP. 28 Novem. & A.
Stratonicus M. 13 Ianuar. Gr.
Syncletica V. Alexandrina 5 Januar.
Synodus VII Nicææ an. 787 11 Octob. Mo.

T.

TArachus cum Frobo & Andronico 12 Octob.
Taraſius Patriarcha CP. 25 Februar.
Tatiana V. M. 12 Januar.
Tatiana ſeu Trajana cum ſuis M. 20 Septem.
Terentius cum Neonilla M. 28 Octob. Mo.
Terentius cum ſociis M. in Africa 10 Apr. 28 Oct.
Thadæus Apoſtolus 21 Auguſti.
Thalalæus M. Edeſſæ 20 Maji.
Thecla V. M. 24 Septem.
Theoctiſte cum matre & ſororibus M. 31 Jan. Mo.
Theoctiſtus 4 Januar. Gr.
Theoctiſtus Ab. ſocius S. Euthymii 3 Septem. Mo.
Theodora Imperatrix 12 Februar. Mo.
Theodora Alexandrina pœnitens 11 Septemb.
Theodorus ſeu Theodoſius 20 April. Mo.
Theodorus Studita 11 Novem. Mo. & A.
Theodorus Trichinas 21 April. Mo 20 Gr.
Theodorus Syceota 22 April.
Theodorus Graptus Conf. 11 Oct. 27 Decemb. Mo.
Theodorus Diſcipulus Pachomii 16 Maji.
Theodorus Dux Megalomartyr 8 Febr. 8 Jun.
Theodorus Tiro M. 17 Februar.
Theodorus M. famulus Mich. Ducis 20 Sept. Mo & A.
Theodorus M. in Pamphilia 10 April. Mo.
Theodorus monachus 19 Septem. Mo. & A.
Theodoſia M. CP. 29 Maji.
Theodoſia cum matre & ſororibus M. 31 Jan. Mo.
Theodoſius Metropol. Kijovien. 3 Maji Mo. & A.
Theodoſius Cœnobiarcha in Palæſt. 11 Jan. & A.
Theodoſius Presbyter 10 Julii Mo.
Theodotus Ep. Ancyranus 18 Maji Mo. 7 Junii.
Theodotus Ep. in Cypro M. 2 Mart.
Theodulus cum Agathopo M. 5 April. Mo. 4 Gr.
Theodulus M. 14 Januar. Gr.
Theonas & Theopemptus MM. 5 Januar.
Theophanes Graptus Conf. 11 Oct. & 27 Dec. Mo.
Theophanes Auctor Chronographiæ 12 Mart.
Theophylactus Metrop. Nicomed. 8 Mart.
Theopiſtus & Agapius cum Parent. MM. 20 Sept.
Theopiſtus cum fratribus in Galatia M. 20 Novem. Gr.
Therapon Epiſc. Sardium 26 Maji Mo.
Therapon M. in Cypro 26 Maji Mo.
Thomas Apoſtolus 6 Octob.
Thomas in Maleo monte Anachor. 7 Iulii.
Thyrſus M. cum Leucio 14 Decemb.
Timolaus M. 19 Decemb. Mo.
Timon Apoſtolus cum Sociis 28 Iulii Gr.
Timotheus diſcip. Pauli 22 Ianuar. Mo. & A.
Timotheus Epiſc. Pruſæ M. 10 Iunii Mo.
Timotheus Anachoreta 21 Februar.
Timotheus cum Maura M. 3 Maji.
Titus Apoſtolus 25 Auguſti.
Titus Abbas 2 April.
Trajana M. cum marito & filiis 20 Septem.
Triphyllius Ep. in Cypro 13 Iunii Mo.
Trophimus Apoſtolus 15 April. Mo. 14 Gr.
Trophimus cum ſociis M. in Phrygia 19 Septemb.
Trophimus M. cum Theophilo 23 Iulii Mo.
Tryphon M. Lampiaci 1 Februar. & A.
Tychon Epiſc. in Cypro 16 Iunii & A.

V.

VArus M. in Ægypto 19 Octob. Mo.
Victor cum Corona M. 11 Novemb Mo.
Vincentius Diacon. M. 11 Novemb. Mo.
Vlodomirus Princeps Ruſſiæ 15 Iulii Mo. & A.

X.

XEne V. in Caria 24 Ianuar.
Xenophon cum Maria & filiis 26 Ianuar.

Z.

ZAcharias Propheta 8 Februar. Mo.
Zacharias Pater Io. Baptiſtæ 24 Iunii 5 Sept.
Zacharias Papa 24 Martii Mo.
Zenobius Ep. & Zenobia MM. 30 April.
Zoſimas curator Mariæ Ægypt. 1 April. Mo.
Zoſimas Presbyter 1 April. Mo. & A.
Zoticus Preſbyter M. CP. 30 Decem. Mo.

FINIS.

INDEX SAN-

INDEX SANCTORVM
AD TOMUM PRIMUM MAJI.

A.

1 ACheolus Mart. Ambiani in Gallia. Eccleſia & Abbatia illi dicata. Corpus à S. Salvio conditum. Reliquiæ in S. Quintini, & Abbavillæ 44

1 Acius Martyr Ambiani in Gallia. Cultus ſacer. Corpus à S. Saturo conditum. Reliquiæ in S. Quintini, & Abbavillæ 44

1 Africanus Ep. juxta Vabrum in Gallia Narbonenſi. Acta *ex variis Collecta. cap.* 1 Oppidum & Eccleſia Collegiata S. Africani 64. *cap.* 2 Corpus & Reliquiæ S. Africani 65. *cap.* 3 Ætas & Epiſcopatus 67. Cultus & miracula 68

1 Agapitus Mart. Interamnæ in Umbria *ex Mart.* 45

1 Aldebrandus Epiſcopus Foro-Sempronienſis in Umbria. Tempus Sedis. An Portuenſis Canonicus? Corpus cum Cathedrali tranſlatum 158. Vita *ex MSS. edita ab Vghello.* Præpoſitura Ariminenſis. Epiſcopatus. Miracula 159

3 Alexander I Pontifex Mart. Romæ. § 1 Acta ſinceriſſima. Cultus ſacer cum variis elogiis 367. § 2 Tempus Sedis *ex Catalogis & Vitis Pontificum.* Dignitas Comitum utriuſque militiæ 369. § 3 Reliquiæ in variis eccleſiis 370 Acta martyrii. *Ex variis & optimæ notæ Codicibus MS. cap.* 1 A S. Alexandro converſus S. Hermes cum aliis. Hujus cum Quirino Tribuno diſſertatio de fide 371. *cap.* 2 S. Alexander è carcere ductus ad S. Hermetem & reductus. Hujus filius à morte reſuſcitatus & nutrix cæca illuminata 372 *cap.* 3 SS. Quirinus & Balbina filia & alii captivi à S. Alexandro baptizati. Martyrium SS. Quirini, Hermetis & aliorum 373. *cap.* 4 Varia tormenta inflicta SS. Alexandro, Eventio & Theodulo. Horum martyrium & ſepultura 374

3 Alexander Converſus Ord. Ciſtercienſis Fuſniaci. Acta *ex Cantipratano.* Cultus. Stirps regia 434

3 Alexander Vinciolus Ord. Minorum Epiſcopus Nuceriæ in Umbria, *ex Wadingo, Iacobillo & aliis* 777. Bulla Joannis Papæ XXII de Epiſcopatu 778

3 Alexander Martyr Conſtantinopolim tranſlatus & cultus 379. Acta martyrii *ex Græco.* Veſte commutatâ liberata ab eo è lupanari S. Antonina. Varia illata tormenta 381. Acta Græca *ex MS.* 744

1 Alexander Martyr in Africa *ex Martyrol.* 45

1 Amator Epiſc. Antiſiodorenſis in Gallia. Cultus, baſilica, Acta ſcripta. Tempus vitæ & mortis 50. Vita auctore Stephano Africano Presbytero, *ex pluribus MSS. cap.* 1 Ortus, ſtudia, ſponſa obtruſa & relicta. Aſſumptio in Clerum. 52. *cap.* 2 ſanati energumenus & paralytica. Dæmones depulſi 53. *cap.* 3 Epiſcopatus aditus, infamia diſſipata. Eccleſia nova comparata. Mortuus ſuſcitatus: incendium extinctum 55. *cap.* 4 S. Germanus poſtea ſucceſſor inſtruitur. Iter Auguſtodunum. Cæcus & 3 leproſi ſanati, pecunia recepta à fure 57. *cap.* 5 Germanus petitus ſucceſſor. Morbus, obitus, ſepultura S. Amatoris. Utriuſque encomium 58

2 Ambroſius Martyr in Catalonia, in monaſterio Rycollenſi *ex Domenecco* 185

1 Andeolus Subdiaconus Mart. in Territorio Galliæ Vivarienſi 35. Vita *ex variis MSS. & editione Boſqueti* 35. *cap.* 1 Iter ex revelatione Smyrna in Gallias 36. *cap.* 2 Fides Chriſti annuntiata. Compreheſio. Vulnera tolerata. Plagæ ſanatæ 37. *cap.* 3 Martyrium toleratum. Corpus à ſubmerſione liberatum & ſepultum 38, 755

4 Antonia Martyr Nicomediæ *ex Martyrologiis* 460. An aliis Antonina Niceæ paſſa 460 b caput S. Antoniæ Pragæ 460 d perperam fingitur eſſe Antima Maximilla 460 a

3 Antonina Martyr Conſtantinopolim tranſlata. Patria vicus Crodamnorum 379 Acta martyrii *ex MS. Græco.* E lupanari liberata, veſte cum S. Alexandro commutata. Ultroneus acceſſus ad Præſidem. Varia illata tormenta 381. Acta Græca 744

2 Antonius, ſive Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus Ordinis Prædicatorum. Epiſtola dedicatoria Antonio Magliabechio facta 310 & 766 d. *Commentarius prævius.* Varii vitæ & rerum geſtarum ſcriptores 311 & 766 d Vita auctore Franciſco Caſtilionenſi Sancti domeſtico *ex MSS. & Leandro Alberti* 313. Prologus 313. *Cap.* 1 Acta vitæ uſque ad Archiepiſcopatum ſuſceptum 314. *cap.* 2 Eximiæ virtutes in adminiſtratione Archiepiſcopali 317. *cap.* 3 Acta in Epiſcopatu & legationes 319. *cap.* 4 Aliæ virtutes: libri conſcripti 321. *cap.* 5 Pia mors. Exequiæ. Miracula 323. Epilogus 325. Additiones Leonardi de Serubertis Ordinis Prædicatorum, intra annum x ab obitu ſcriptæ, *ex MS. Florentino S. Marci.* Prologus 326. *cap.* 1 Virginitas illibata, ſancta converſatio, aliæque virtutes S. Antonii 327. *cap.* 2 Tentationes per merita ejus diſpulſæ: morientis gloria revelata 329. *cap.* 3 Varia beneficia ejus invocatione impetrata 330. *cap.* 4 Sterilis fœcundata, varii infirmi ſanati 332. *Appendix.* Varia beneficia præſtita 334. Analecta *ex ſummario Proceſſuum impreſſo. cap.* 1 Fama ſanctitatis, extaſes & revelationes divinæ 335. *cap.* 2 Zelus religionis & juſtitiæ ac publici boni in S. Antonio jam Epiſcopo 338. *cap.* 3 Caritas & liberalitas erga pauperes miraculis illuſtrata 340. *cap.* 4 Quædam viventis miracula & laus morientis 341. *cap.* 5 Miracula ad cadaver & ſepulcrum patrata 343. *cap.* 6 Naufragio, lapſu, paralyſi, phthiſi pericitantes voto facto à præſenti morte liberati 345. *cap.* 7 Varii morbi voto facto curati 347. *cap.* 8 Miracula ad contactum veſtium facta. Cereorum anathematum multitudo 348. Gloria poſtuma § 1 Proceſſus ad Canonizationem prævii ſub Leon X 351. § 11 Canonizatio ab Adriano VI celebrata, promulgata à Clemente VII 353. § 111 Officium proprium de S. Antonino 354. § IV Præparatio ad Tranſlationem corporis in novum Salviatorum ſacellum faciendam 355. § V Tranſlationis IX Maji peractæ ordo & majeſtas 356. Relatio *ex antiqua editione* 766 Alia relatio 768, 769, 770

4 Antonius Abbas primus monaſterii S. Juliani Turonibus. *ex Martyrologiis, Simone Martin, & monumentis inde acceptis* 498

4 Antoninus Mart. *ex Martyrologiis* 461

4 Antoninus Mart. Scythopoli *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459

4 Aphrodiſius Mart. Scythopoli *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459

1 Apollonius Mart. An Interamnæ? *ex Martyrol.* 45

3 Arabonus Martyr *ex Martyrol. Hieronymiano* 382

1 Arigius ſive Aredius Ep. Vapincenſis in Gallia. Tempus vitæ &Sedis.Laudatus à S.GregorioMagno:ejus patientia in adverſis , zelus contra ſimoniacos,caritas erga monachos in Angliam miſſos: conceditur uſus Dalmaticarum 107. Vita auctore coævo,*ex MS.Sirmondi eruta* 109 *& ſeq.*
1 Aſaphus Ep.in Wallia Boreali.Cultus,tempus vitæ. Lectiones *ex Breviario Aberdonenſi* 82
2 Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus.Vita *ex ipſius & aliorum veterum ſcriptis*.Prologus noſter186.*cap.* 1 Pueritia,collato ſodalibus per ludum baptiſmo memorabilis188.*cap.*2 Studia & prima cum Ario certamina Alexandriæ atque Nicææ in Concilio 189 & 756 f.*cap.*3 Concors electio ad Epiſcopatum & in eo virtutes 191. *cap.*4 Arianorum cum Meletianis conſpiratio contra Athanaſium.Iſchyræ calũnia & retractatio 193.*cap.*5 Calumnia de Arſenio Epiſcopo occiſo,& judicium hac de cauſa Tyri conſtitutum 194.*cap.*6 Publica refutatio calumniarum, Athanaſio coram judicibus objectarum 196.*cap.*7 Reſumitur calumnia de calice apud Iſchyram fracto, eiq; probandæ delegantur in Mareoten adverſariorũ ſuſpectiſſimi 198.*cap.*8 Legatorum inſolentia apud Mareoticos & Alexandrinos. Athanaſii diſceſſus à Tyro ad Imperatorem 199.*cap.*9Arianis in Synodo Hieroſolymitana receptis damnatur abſens Athanaſius 201.*cap.* 10 Exul in Galliis Athanaſius quædã Latine ſcribit 202 &757 a b c.*Appendix*.Symbolum vulgo S.Athanaſii cũ indicio ætatis & auctoris 757. Auctor videtur Vigilius Ep.Tapſenſis 759.*cap.*11Mors Arii,Reditus Athanaſii ab exilio 204 & 760. *cap.* 12 Nova Euſebianorum molimina tũ apud Conſtantium Imp. tum Romæ apud Julium Papam, quẽ Athanaſius ipſe adit 205.*cap.*13 Conciliabuli Antiocheni acta adverſus Athanaſium. Gregorii Alexandrini violentus in ejus eccleſiam ingreſſus 207.*cap.*14 Alia Gregorii intruſi contra Orthodoxos facinora 209.*cap.*15 Julio Pontifice & Conſtante Imper.adnitentibus,cogitur Synodus Sardicenſis:à quo ſe ſubducũtEuſebiani 211.*cap.*16 Sardicenſium Patrũ pro Athanaſio reſcripta.Euſebianorum violenta conſilia Conſtantio data:cui demum eorum pateſcunt calumniæ 213.*cap.*17 Multis Conſtantii litteris ad reditũ animatus Athanaſius,iter Alexandriam verſus capeſſit 760 & 215. *cap.*18 Glorioſus Athanaſii reditus ad ſuam Eccleſiam eumq; ſecuti multiplices fructus 217 & 760 *cap.*19Urſacii & Valentis pœnitentia.Novi motus propter Marcellum Ancyranum. Syllogus ab Athanaſio compilatus 219.*cap.*20 Mors Conſtantis & Julii:ſecutæ machinationes adverſariorũ apud Liberium & Conſtantium 221.*cap.*21 Mediolanenſe Concilium & perſecutio orthodoxorũ , Athanaſii damnationi ſubſcribere recuſantium.Liberii & Hoſii vexatio 223.*cap.* 22 Syriani contra Athanaſium nocturna irruptio. Heraclii edicta proponentis impietas & crudelitas 225.*cap.*23 Georgii Cappadocis crudelia initia , Conſtantii litteris approbata ex odio Athanaſii 228.*cap.*24 Athanaſii receſſus ad eremi monaſteria, ejuſq; latebræ per ſexenniũ 229 & 761 a b c.*cap.*25 Lucubrationes tempore ſexennalis receſſus editæ 231. *cap.*26 Alia in ſolitudine ſcripta 232.*cap.*27 Mors Conſtantii & Georgii. Regreſſus S.Athanaſii in Eccleſiam 234.*cap.*28 Alexandrina Synodus:cura Antiochenis impenſa 235.*cap.*29 Acceptis S.Joannis Baptiſtæ Reliquiis exilio damnatur Athanaſius,& uſq;ad mortem Juliani Alexandriæ latet 237.*cap.*30 Joviani Imperium. Athanaſii reſtitutio. Arianorum vani conatus 239 &761 d e f 362.*cap.* 31 Valentis Ariani Imp.conatus contra Athanaſiũ irriti:hujus cum S.Baſilio amicitia 241.*cap.*32 Athanaſii poſtremæ lucubrationes contra hæreticos.Vita S.Antonii ſcripta:an etiam S.Syncleticę? 243.*cap.*33 Mors, ſepultura, tranſlatio corporis, ſucceſſor Petrus 246.*cap.*34 Annus & dies mortis atq;cultus.Vitæ ſcriptores poſteriores 248.*cap.*35 De corpore S.Athanaſii Conſtantinopoli Venetias tranſlato & ejus ibidem cultu 250. *cap.*36 Quomodo Conſtantinopoli deportatum ſit corpus Venetias *ex MS.Italico* interprete Aloyſio Carnolio S.I.252.*cap.*37 Veritas ſancti Corporis à Patriarcha examinata & probata. Tranſlatio ſolennis ad eccleſiam ſanctæ Crucis 254.*cap.*38 Miracula præcipue poſt tranſlationem corporis 256. *cap.*39 De cultu ſacri capitis in Hiſpania & Gallia 258
1 Audardus Archiepiſcopus Narbonenſis à pag. 141. *vide* Theodardus.
3 Aufridus ſive Anfridus Ep. Ultrajectinus. Varii ejus Comitatus, Monaſteria fundata.Cultus ſacer 429 Vitæ pars *ex MS.* 431
3 Avitus Diaconus Antiſſiodori.*ex Martyrol.* 424

B.

1 BAtas Perſa Martyr in Meſopotamia. Elogia martyrii *ex Menol.Baſilii Imper.& MSS.Menæis* 46. *Græca* 739
2 Bellicus Martyr *ex Martyrologiis.* 179
4 Bellicus Mart.in Africa *ex Martyrol.* 460
4 Benedictus Ep.Æſernienſis in Italia. Elogia *ex variis* 495
1 Bertha Martyr Abbatiſſa Avennaci in diœceſi Remenſi. Varia Acta. Reſponſoria metrica cum ſynopſi vitæ.Cultus ut Martyris 112 Acta *ex veteri Officio Avennacenſi* 113. Relatio corporum SS. Gumberti & Berthæ conjugum 116
1 Blandinus in territorio Meldenſi *ex Martyrol.& Breviario Meldenſi*.Eccleſia & parochia illi dicata. 49
1 Briocus Epiſcopus in Britannia Armerica.Cultus. Tempus vitæ. Sedes Epiſcopalis.Tranſlatio corporis 91.Vita *ex Officio proprio Eccleſiæ S.Brioci* 92. Hiſtoria Tranſlationis 94

C.

2 CÆleſtinus Mart.Alexandriæ *ex Martyrol.*Etiam aſſertus Hiſpanus, & Romæ paſſus : *an recte?* 181
2 Cæleſtinus Martyr *ex Martyrologiis.* Alicujus Cæleſtini Reliquiæ Bononiæ. Alterius Calepti in diœceſi Bergomenſi 179
4 Cæleſtinus Mart.in Africa *ex Martyrol.* 460
4 Catharina ſanctimonialis Ord. Ciſtercienſis Parci in Brabantia 532. Vita *ex MS.& ex Cantipratano & Cæſario* 532
2 Cetinus Martyr *ex Martyrologiis* 179
1 Columba Martyr Turagii in Luſitania *ex Legendario antiquo,Vaſconcellio, Cardoſo & aliis* 44
1 Comminius ſive Comitius Martyr Catanæ in Sicilia. Nomen *ex Martyrologiis.* Acta *in Legendario MS.Lucenſi fabuloſa* 40
2 Conradus Martyr, fundator Montis-Angelorum Ordinis S. Benedicti apud Subſilvanos in Helvetia 309. Vita *ex Germanico Henrici Murceri* 309
4 Corcodemus Diac. Antiſſiodori *ex Martyrologiis in Vita S. Peregrini & S.Mamertini* 453
2 Cyriacus Martyr cum parentibus & fratre Attaliæ in Pamphylia. *Elogium ex Synaxario* 177. Paſſio *ex MS.Vaticano Græco* 178.Vita Græca *ex MSS.* 739

D.

3 DIodorus Martyr, lapidibus obrutus Aphrodiſiæ in Caria *ex Menæis* 382

E.

2 ELenara Virgo Martyr in Gallia, ſub Rictiovaro. Inventio corporis *ex Chronicis Centulenſibus* 181
1 Eleutherius Mart. in Africa *ex Martyrologiis* 45
3 Eventius Presbyter, Martyr cum S. Alexandro Papa Romæ, *ex hujus Actis ſinceriſſimis*. Cultus ſacer 367 e f 368 b Reliquiæ in variis Eccleſis 370. Pia exercitia 353 c d. Conſtantia in fide. Tormenta, martyrium 374 e f 375 a
1 Evermarus in agro Tungrenſi occiſus. Acta duplicia *ex MSS.* Cultus. Elogia *ex Molano & MS. Florario* 120 & 755 f. Acta Vitæ & martyrii *ex MS. Vltrajectino* 221. Hiſtoria tripartita *ex MS. Rubeavallis. Pars* I Vita & paſſio 122. *cap.* 1 Ortus, tentationes ſuperatæ, deſiderium martyrii. Peregrinatio Compoſtellam 122. *cap.* 2 Illuſtria ſanctitate & miraculis loca in Belgio viſitata. Hacconis tyranni feri mores 123. *cap.* 3 Cædes ejus & ſociorum. Martyrium illi adſcribitur 125. *Pars* II Inventio & Tranſlatio 1, 126. *cap.* 1 Triplex Angelica præmonitio. Inventio corporis 127. *cap.* 2 Tranſlatio corporis. Pœna dentem furato inflicta & remiſſa 129. *Pars* III Tranſlatio 2 & miracula 130. *cap.* 1 Miracula ad antiquum ſepulcrũ. Eccleſia erecta. Contracti & cæci ſanati 131. *cap.* 2 Corpus tranſlatum. Eccleſia nova ſtructa, & poſt paralyticum ſanatum dedicata 132. *cap.* 3 Fures injurioſi puniuntur. Corpus circumlatum. Pluvia obtenta: alia miracula 134. *cap.* 4 morbi inſanabiles ſanati. Dies natalitius divinitus indicatur 137
1 Euphemius Martyr. An Interamnæ? *Ex Martyrologiis* 45
1 Euphroſynus Epiſc. Panzani in Hetruria. Cultus, Reliquiæ, ſtola: *Ex Diaceto & Ferrario* 139
2 Eupolites Martyr Melitenæ in Armenia. *Ex Martyrologiis* 180
3 Euſebius Presb. Autiſſiodori *Ex Martyrol.* 423

F.

2 FElix Diaconus Martyr Hiſpali in Hiſpania. *Ex Breviario Gothico* 185
2 Felix Martyr. *Ex Martyrologiis* 179
4 Felix Mart. in Africa. *Ex Martyrologiis* 460
2 Flamina Virgo Martyr Davaiaci in Arvernia ſub Diocletiano. Tranſlatio ex Occitania. Ambræ primus ſepulcri locus. Miracula 181
2 Florentius Confeſſor ex Corſica Tarviſium advectus 270. Vita auctor Titiano Epiſcopo Tarviſino. *Ex MS. Reginæ Sueciæ* 271
1 Florianus Martyr, Laureaci in Norico Ripenſi 461. Acta martyrii *ex MSS.* 462. Alia ex MS. Carthuſiano 463 corpus in Poloniã tranſlatũ 466
4 Florianus Mart. in Africa. *Ex Martyrologiis* 460
1 Florina Virgo, Martyr in Arvernia. Memoria à Jacobo Branche Gallica collecta, hic Latine data 47. Caput Viverii 755 c d
3 Fortunatus Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 383
3 Fortunatus alius Mart. in Africa. *Ex Martyrol ibid.*
3 Fortunio Mart. in Africa. *Ex Martyrologiis ibid.*

G.

1 GAgas ſive Gajus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 45
4 Gajanus Mart. *Ex Menæis Græcis.* Cultus CP. 471
4 Gajus Mart. *Ex Menæis Græcis.* Cultus CP. 475
3 Genius Confeſſor Lactore in Vaſconia Aquitanica 583. Vita auctore antiquo. *Ex Collectione Bernardi Guidonis* 384
1 Geraldus Ordinis Canonicorum Regularium Anſedæ in Luſitania. Caput miraculis clarum ſepulcrum in monte cum ficu miraculoſa 756
2 Germanus Epiſcopus Martyr apud Ambianos in Gallia. Commentarius R. P. Joannis Bollandi 259. Vita *ex variis MSS.* 261 *cap.* 1 Ætas, baptiſmus 261. *cap.* 2 Religioſa adoleſcentia 263. *cap.* 3 Sacerdotium, prædicatio in Gallia 264. *cap.* 4 Varia miracula Epiſcopatus 265. *cap.* 5 Geſta Romæ, in Hiſpania, in patria 266. *cap.* 6 Miracula in mari & Normannia 267. *cap.* 7 Martyrium 266. Hiſtoria Tranſlationum auctore Joanne Cauchio 269
2 Germanus Martyr. *Ex Martyrologiis* 179
2 Germanus Martyr Alexandriæ. *Ex Martyrol.* 181
4 Godehardus Epiſc. Hildesheimenſis in Saxonia inferiore 501. Vita auctore Wolfhero diſcipulo *Ex MSS.* 502. *cap.* 1 Ortus, ſtudia, vita Clericalis, dein monaſtica 503. *cap.* 2. Vita in cœnobiis Altahenſi, Herſtfeldenſi & aliis Vita ejus privata, & ſub eo Guntheri eremitæ 505. *cap.* 3 Epiſcopatus Hildesheimenſis diu recuſatus, dein admiſſus. Controverſia de præeminentia in monaſterio Gandershemenſi 507. *cap.* 4 Illuſtres in Epiſcopatu virtutes. Baſilica conſtructa & ædificata. Juriſdictio circa Gandersheim defenſa 510. *cap.* 5 Miracula. Obitus Tadilonis & ſuus prædictus 512. *cap.* 6 Morbus, obitus, ſepultura 515. *cap.* 7 Miracula poſt mortem edita 517. *Appendix* De miraculis in vita patratis, & in Actis prioribus non indicatis. 519 Hiſtoria Canonizationis & miraculorum. *cap.* 1 Canonizatio ab Innocentio 2 facta. Corpus elevatum 521. *cap.* 2 Cæci, muti, claudi aliique ſanati. Submerſi, ſuſpenſi, captivi liberati 523. *cap.* 3 Mortui ſuſcitati, cæci illuminati, naufragi aliique adiuti. 526. *Appendix* 529
4 Gregorius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Veruculi 535. Epitome Vitæ *ex MS. Notariali* 535. Appendix *Ex Italico Cæſaris Ranuccii* 537. Syntagma Gratiarum *Ex inſtrumentis Notarialibus. cap.* 1 Gratiæ ab anno 1642 factæ 537. *cap.* 2 Gratiæ anno 1650 menſe Julio deſcriptæ 539, *cap.* 3 Gratiæ menſe Auguſto teſtatæ 542. *cap.* 4 Gratiæ menſe Decembris declaratæ 544. *cap.* 5 Gratiæ menſe Octobri deſcriptæ 546

H.

4 HElena Virgo Trecis, ubi Corpus & altare cum Capellania propria, ſed Acta fabuloſa 530. Miracula *ex Galliæ N. de Guerrois* 794. *Appendix* de S. Heleno Anachoreta: hujus aliqua geſta 531
1 Heleotherus Martyr in Africa *Ex Martyroll.* 45
2 Helpidius Martyr Melitenæ in Armenia. *Ex Martyrologiis* 180
4 Heraclius Mart. Fulginii. *Ex Iacobillo & Vghello* Eccleſia erecta 452 792 d
2 Hermogenes Martyr Melitenæ in Armenia *Ex Martyrologiis* 180
3 Hermogenes Martyr in Aſia de antiquis. *Ex Martyrologiis* 366
2 Heſperus Martyr cum uxore & 2 filiis Attaliæ in Pamphylia. Elogium *ex Synaxario* 177 Paſſio *ex MS. Vaticano Græco* 178. Vita Græca 739

1 Hypoleſtus Presbyter, Martyr Artipaldæ in regno Neapolitano 41. Acta Martyrii *ex vetuſto MS. cœnobii Montis-Virginis* 42. Acta Tranſlationis *ex MS. Abellinenſi* 43

I.

1 IAcobus Apoſtolus, filius Alphæi, Martyr Oſtracinæ. § 1 Natalis, electio, labores, martyrium, cultus ſacer 18 . . . § 4 Rationes collatæ ob quas diverſus ſtatuitur à Jacobo fratre Domini, & Epiſcopo primo Hieroſolymitano 24, & 754. § 5 Reliquiæ variis in locis aſſervatæ 29 755. § 6 Reliquiæ capitis Antverpiæ in Eccleſia Societatis Jeſu 29. Cultus Funchali in inſula Materia & inſula Capitis viridis 754. Acta martyrii & miraculorum *excepta ex encomio Niceteæ Paphlagonis* 30

1 Jacobus frater Domini primus Epiſcopus Hieroſolymis 18 . . . § 2 Genus, ordinatio, vita ſancte peracta. Epiſtola Canonica 20. § 3 Martyrium, tempus Sedis, cultus ſacer 22 & 755. § 4 Rationes collatæ ob quas diverſus ſtatuitur à S. Jacobo Apoſtolo ex duodenario numero, filio Alphæi 24. § 5 Reliquiæ variis in locis ſervatæ 27. Vita auctore Simeone Metaphraſte *cum MS. Græco collata* 31. *cap.* 1. Patria, epiſtola ſcripta & elucidata. Aliæ virtutes 31. *cap.* 2 Synodus Hieroſolymis habita. Æſtimatio ſingularis apud Apoſtolos & Judæos. Martyrium 33 & 735 b Acta Græca *ex MSS.* 735

4 Iacobus Diaconus Mart. Bergomi, *ex Breviario, Epitaphio & aliis* 472

1 Ieremias Prophæta in Ægypto occiſus. Actorum epitome; Cultus apud Orientales, Græcos, Latinos. Celebritas in loco nativitatis, in ſpelunca & fovea. Epitaphium 5

3 Inventio ſanctæ Crucis per SS. Helenam & Macarium Hieroſolymis. *cap.* 2 Helena loca ſacra adit, inventaq; Cruce exornat ædificiis 361. *cap.* 2 Fabuloſa inventæ Crucis Acta: alia quædam de eodem argumento ſcripta 362. *cap.* 3. Quibus diebus Crux Hieroſolymis oſtendatur: feſtum Inventionis apud Latinos quando cœptum? Oratio Alexandri monachi de Cruce qualis? 364

4 Joanna Recluſa Ripatorii in diœceſi Trecenſi. Corpus tranſlatum. Campanæ quotannis pulſantur 534

1 Iſicius in Novempopulania *ex Martyrologiis* 47

1 Iſidora apud Græcos *ex MSS. Menæis.* An hæc in Vitis Patrum laudata, quæ apud Tabennefiotas ſtultam ſe ſimulans in magna auſteritate vixit? 49

4 Judas Quiriacus Ep. Mart. Hieroſolymis. *cap.* 1 Cultus in Eccleſia olim & nunc varius 439. *cap.* 2 Reliquiæ S. Cyriaci Anconæ, ubi Patronus colitur 440, 792 d. *cap.* 3 Veteres de Epiſcopatu, ætate & martyrio opiniones 441. *cap.* 4 Veriſimilior de Epiſcopatu, ætate & martyrio conjectura 443. Acta apogrypha *ex MSS. & Mombritio. Pars* 1 in qua fingitur Crucem Domini indicaſſe, & Epiſcopus Hieroſolymis à S. Euſebio Papa ordinatus 445. *Pars* 2 in qua fingitur paſſus ſub Juliano apoſtata 449

1 Juſtinus ſeu Juſtus in Novem-populania. *Ex variis MSS. Martyrologiis.* Vita fabuloſa *rejicitur* 47

4 Juſtus Mart. Fulginii. *Ex Iacobillo & Vghello.* Eccleſia erecta 452, 792 d

1 Juvenalis Ep. Narnienſis in Umbria. Ut Confeſſor in pace quievit, ab aliis Martyr habitus 386. Vita *ex pluribus MSS.* Acta in Epiſcopatu Miracula in Vita & poſt obitum 387. Epitaphium 389. Sequentia 390. Corpus ab Adalberto Marchione Tuſciæ vi ablatū 391. Lucæ depoſitū 392. deinde Romam tranſlatum 392 f, inde Lucam relatum 393 a. Homilia in dedicatione eccleſiæ *ex MS. Narnienſi* 393. Bullæ Indulgentiarum anno 1287 & 1323 conceſſarum 393. Excerpta ex ſtatutis Narnienſibus ſub Gregorio XI factis 396. Elevatio ultima *Ex inſtrumentis Pauli Bucciarelli Ep. Narnien. cap.* 1 Inventio corporis intra aream lapideam, anno 1646 facta 398. *cap.* 2 Tranſlatio in novam lipſanothecam 399. *cap.* 3 Tranſlatio in alium locum. Expoſitio arcæ lapideæ & miraculum effigiei in ea apparentis 401. *cap.* 4 Tranſlatio ad majus altare anno 1649 facta 403. *cap.* 5 Deſcriptio veteris ſacelli & novæ Confeſſionis 405

K.

1 KEllacus Epiſcopus in Hibernia. Regia propago. Tempus vitæ, locus Sedis & mortis 101. Vita *ex MS. Hibernico Latine verſa* 104 *& ſeqq.*

L.

4 LAdiſlaus Gielnovius Ord. Minorum de Obſervantia Warzaviæ in Polonia 560. Vita auctore Vincentio Morawſki Ord. Minorum Polono 561. *Lib.* 1 Res geſtæ: virtutes. *cap.* 1 Nativitas, pueritia, inſtitutio 562. *cap.* 2 Ordinis Minorum de Obſervantia adventus in Poloniam 563. *cap.* 3 Ordo Cracoviam introductus, Warſaviam deducta colonia 565. *cap.* 4. B. Ladiſlai receptio in Conventu Varſavienſi: futura ſanctitatis indicia 566. *cap.* 5 Sacerdotium. Variæ Præfecturæ adminiſtratæ. Conſtitutiones conditæ 567. *cap.* 6 Miſſi Fratres in Lithuaniam 569. *cap.* 7. Humilitas profunda & caſtitas Angelica 571. *cap.* 8 Paupertatis & obedientiæ ſtudium 572. *cap.* 9. Zelus in quærenda ſalute proximi 574. *cap.* 10 In extremis Poloniæ periculis hoſtes profligati 575. *Lib.* 2 Labores ultimi. Extaſes. Obitus. Corporis elevatio. *Cap.* 1 Devotio ſingularis, potiſſimum in Corona Deiparæ Virginis recitanda 578. *cap.* 2 Locus, apparitione S. Mariæ & miraculis clarus, datus Fratribus Minoribus 579. *cap.* 3 Labores religioſi. Ordinis bonum nomen propugnatum 581. *cap.* 4 Prædicationes & extaſes 583. *cap.* 5 Extaſis in concione de paſſione Chriſti, ægritudo, obitus 585. *cap.* 6 Senſus ſanctitatis à morte relictus 587. *cap.* 7 Sepultura & decreta corporis elevatio 588. *cap.* 8 Solennis elevatio 589. *cap.* 9 Teſtimonia Sixti V, Cardinalium & Archiepiſcoporum Gneſnenſium 591. *cap.* 10 Teſtimonia Canonicorum & Senatorum Warſavienſium, Gelnovienſium & aliorum 592. *Lib.* 3 Miracula octoginta, per capita novem deducta *à pag.* 594 *ad pag.* 612. *cap.* 10 Concluſio operis 613. Oratio ad B. Ladiſlaum 614, *Appendix* Miraculum authenticum anni 1663.

4 Leontius Mart. Scythopoli *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459

4 Lupinus. Carcaſſone corpus, cultus feria 2 Rogationum 532

2 Lupus Martyr Melitenæ in Armenia *ex Martyrologiis* 180

M.

4 MAcarius Epiſc. & forte Lugduni Convenarum, mortuus Ligeni ad Garumnam, nunc oppidum eſt S. Macarii. Cultus in urbe & diœceſi

diœceſi Burdegalenſi *ex Breviario & monumentis tranſmiſſis* 492
4 Macarius Mart. *Ex Menæis Græcis.* Cultus Conſtantinopoli 471
4 Macrobius Mart. Scythopoli *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459
2 Mafalda Regina, Sancii Luſitaniæ Regis filia, Ordinis Ciſtercienſis Aroquæ 763. Vita *ex Vaſconcello, Henriquez & Cardoſo* 764
1 Magnus in Novempopulania *ex Martyrologiis* 47
4 Marcellianus Martyr *ex Martyrol. Caſinenſi* 461
4 Marcius Mart. *ex Menæis Græcis.* Cultus CP. 471
1 Marculphus Abbas in Conſtantienſi Galliæ diœceſi. Acta duplicia. Corpus, confraternitas, feſta Corboniaci. Eccleſia & Reliquiæ Melduni & Trecis. Tempus vitæ, Sacerdotii & mortis 70. Vita 1 *ex MSS.* 71. *Cap.* 1 Ortus, Sacerdotium, acceſſus ad Childebertum Regem, Miracula 71. *cap.* 2 Monaſteria Nantum & alia conſtructa. Vita in inſulis peracta. Dæmon abactus. Saxones interempti 72. *cap.* 3 Miracula. Alter acceſſus ad Regem. Obitus 74. Alia Vita *ex MSS. cap.* 1 Ortus, ſtudia, Sacerdotium, conciones 75. *cap.* 2 Acceſſus ad Regem Childebertum. Nantum monaſterium conſtructum. Energumeni liberati 76. *cap.* 3 Vita ſolitaria in inſulis peracta. Dæmon abactus. Prædones puniti. Monaſteria conſtructa 77. *cap.* 4 Miracula. Alter acceſſus ad Regem. Felix obitus. Tranſlatio corporis 78. Tranſlatio Corporis & fundatio monaſterii Corbiniacenſis 79. Tranſlatio Reliquiæ ad Abbatiam S. Salvatoris 80
3 Marianus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 383
4 Martialis ſeu Marcianus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 460
1 Martyr ſoror S. Columbæ Tugurii in Luſitania, *ex Legendario antiquo, Vaſconcelo Cardoſo & aliis* 44
4 Martyres diſcipuli S. Olbiani Ep. Aneorum in Aſia *ex Menol. Baſilii Imp.* 458 f
4 Martyres XL Laureaci in Norico Ripenſi 462
4 Martyres LX Scythopoli. *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459
4 Martyres XXXIX aut XL cum S. Silvano Ep. Gazenſi *ex Euſebio, Martyrologiis Latinis & Græcis* 468
3 Maura uxor Timothei Martyr cum ipſo in Thebaide, Conſtantinopoli colitur 375. Acta martyrii *ex MS. Græco cap.* 1 Ad martyrium animata 376. *cap.* 2 Conſtantia in tormentis admiranda 377. *cap.* 3 Pia in cruce mors cum marito 378. Acta Græca *ex MS. Vaticano* 741
1 Maurus Libycus, Martyr Romanus, Gallipoli depoſitus. Eccleſia & Abbatia S. Mauri. Vita *ex MS. Græco* ab Alexandro VII Papa ſubmiſſa 40
4 Maurus Mart. Fulginii *ex Iacobillo & Vghello.* Eccleſia erecta 452 792 d
4 Meldas Martyr Scythopoli *ex Synaxario & Menæis MSS.* 459
4 Michaël Gedrocius Ordinis Canonicorum Regularium S. Mariæ de Metro Cracoviæ 551. Vita à Joanne Trzuana ſcripta & ſtylo poſtea cultiori edita 553. *cap.* 1 Ortus, pia educatio, virtutes in ſeculari & monaſtica vita exercitæ 554. *cap.* 2 Viventis & mortui miracula: pius obitus 556. *Appendix* Poſteriora miracula 558. Inſtrumentum Inventionis & Tranſlationis 558
5 Michaël Giſlenius: *vide* Pius V
4 Miconius Martyr *ex Martyrologiis* 461
3 Milites triginta Martyres Lactoræ in Vaſconia Aquitanica 383. Vita *ex collectione Bernardi Guidonis.* Converſio, baptiſmus, martyrum 385
1 Milites XXXIII aut IV Martyres Interamnæ *ex Martyrologiis* 45
4 Mittunus Presbyter Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 460
4 Monica vidua, mater S. Auguſtini 474. Vita ex libris Confeſſionum S. Auguſtini à Waltero Canonico Regulari collecta *ex MS.* 474. *cap.* 1 Pia educatio, conjugium, viduitas, ſolicitudo pro filio Auguſtino 474. *cap.* 2 Diſceſſus S. Auguſtini in Italiam, & ad S. Ambroſium: ſecuta Monica, hujus gaudia in ejus convertione 476. *cap.* 3 Ultimum utriuſque colloquium. Morbus & obitus S. Monicæ: preces & ſacrificia mortuæ, ut petierat, impenſa 478. Epiſtola ſub nomine S. Auguſtini, ad ſororem ſcribentis, edita, de vita & virtutibus S. Monicæ *ex MSS.* 480. Hiſtoria Tranſlationis Reliquiarum Aroaſiam Auctore Waltero dicto *ex MSS.* 481. *cap.* 1 Occaſio profectionis ad Alexandrum III. Iter arduum uſque Piſam ac Walteri & Abbatis ſocii captivitas 482. *cap.* 2 Acceſſus ad Pontificem, & inde ad Oſtia Tiberina. Notitia accepta corporis S. Monicæ 484. *cap.* 3. Reliquiæ S. Monicæ ablatæ & poſt varia pericula maris uſque Genuam delatæ 485. *cap.* 4 Reliquiæ Aroaſiam delatæ, miraculiſque & viſibus cæleſtibus probatæ 487. Tranſlatio alia Romam ſub Martino Papa facta 488
Miraculum Ravennæ factum 792

N.

4 Neophytus Martyr *ex Menæis Græcis.* Cultus Conſtantinopoli 471
2 Neopolus Martyr Alexandriæ in carcere *ex Martyrologiis* 180
4 Neſtorius Martyr *ex Martyrologiis* 441

O.

4 Olbianus Epiſc. Aneorum in Aſia Martyr *ex Menologio Baſilii Imperat. Synaxario & aliis Menæis* 458. Acta Græca 753
1 Orientius Epiſcopus Auſciorum in Novempopulania. Cultus Auſci & Toloſæ. Acta varia: aliqua fabuloſa omittuntur 60. Vita *ex MSS. & editione Labbeana* 61. Alia Vita *ex MS. Toloſano & Breviario Albigenſi* 62

P.

4 Paulinus Diaconus Martyr Coloniam tranſlatus *ex Martyrologiis & monumentis Colonienſibus hic diſcuſſis* 499
4 Paulinus Ep. Senogalliæ in Italia *ex Ferrario & Brautio* 499
1 Pelagia Virgo Martyr Tarſi in Cilicia 453. Acta ſuſpecta *ex Græco* collata cum editione Lipomani *& alio MS.* 454. Acta Græca *ex MSS.* 747. Proprium de ea *ex Menæis Græcis* 751
1 Peleſtus Martyr Interamnæ in Umbria *ex Martyrologiis* 45
1 Peregrinus Confeſſor in Nucerina Umbriæ diœceſi. Vita *ex Iacobillo.* A peregrinatione Romana revertens frigore mortuus. Eccleſia illi conſtructa. 157
1 Philippus Apoſtolus, Martyr Hierapoli in Phrygia. § 1 Acta varia & cultus facer apud Latinos, Græcos & Orientales 7. § 2 Tres filiæ S. Philippi. Tempus vitæ & mortis 9. § 3 Sacræ Reliquiæ in variis Eccleſiis 11 & 754 d. Vita *ex pluribus MSS. Latinis & Breviariis Romanis* 11. Alia Acta *ex MSS. Græcis à Metaphraſte excepta, de novo tranſlata* 12. Miracula S. Philippi *ex Magnis Græcorum Menæis* 14. Tranſlatio brachii Hieroſolymis Florentiam *ex MS. Eccleſiæ Cathedralis Florentinæ* 15. Acta Græca *ex MSS. Vaticanis & Venetis* 733

3 Philippus Presbyter Cellæ in Palatinatu Rheni. Cellæ ſitus, memoria in Faſtis 423,771. Vita auctore coævo *ex MSS.* Ortus, peregrinationes. Miracula 429. *Appendix* de Eccleſia & fraternitate 771. Indulgentiæ datæ 772
4 Philippus Aquilanus Ord. Obſervantiæ S. Franciſci 548. Vitæ Epitome *ex Italico B. Bernardini* 549. Miracula *ex MS. Notariali Italico* 551
1 Phocas in Novem-populania *ex Martyrol.* 47
3 Petrus Thaumaturgus Ep. Argivorum in Peloponneſo. Res geſtæ & miracula *ex MS. Synaxario & MSS. Menæis* 428. MS. Græcum 746
4 Petrus Mart. in Africa *ex Martyrol.* 460
5 Pius V Summus Pontifex 616. Vita auctore Joanne Antonio Gabutio. Epiſtola dedicatoria facta Paulo V 817. Præfatio 618. LIB. I. Res geſtæ uſque ad Pontificatum & in eo circa Urbem & ditiones ſubjectas. *cap.* 1 Ortus & monaſtica diſciplina 619. *cap.* 2 Munus Inquiſitoris, etiam generalis, impoſitum 621. *cap.* 3. Dignitas Epiſcopalis & Cardinalitia & ſummi Inquiſitoris collata. Libertas in ſententia dicenda 623. *cap.* 4 Summa Pontificis collata dignitas 627 *cap.* 5. Res geſtæ Pontificatus initio. Eccleſiaſtica diſciplina reſtituta 629. *cap.* 6 Tridentinum Concilium inductum, ac primo circa res Eccleſiaſticas 632. *cap.* 7 Edicta de Regularibus, Eccleſiæ juribus, & aliis rebus 633. LIB. II *cap.* 1 Pro fidei Catholicæ in Germania reſtitutione & conſervatione varia præſcripta 635. *cap.* 2. Suppetiæ contra Turcas datæ: ſuccurſum inſulæ Melitæ & Pannoniæ. 637. *cap.* 3 Curata diſciplina Eccleſiaſtica in Gallia reſtitui, & hæreſis ſubrui 639. *cap.* 4 Avenionenſis ditio contra hæreſes protecta & Gallia adiuta 641. *cap.* 5 Horrenda hæreticorum ſcelera in Gallia, ad ea comprimenda auxilia præſtita 644. *cap.* 6 Auxilia Italiæ præſtita. Victoriæ de Hugonotis obtentæ 646. *cap.* 7 Contra hæreſes in Belgio monita & auxilia data 648. LIB. III *cap.* 1 Res eccleſiaſtica in regno Neapolitano reſtituta. Bulla cœnæ Domini ubiq; promulgata 651. *cap.* 2 Varia in Hiſpania & Indiis conſtituta 653. *cap.* 3 Acta contra Auguſtanam confeſſionem, pro jure Eccleſiæ Tridentinæ, & pro fide Catholica in Scotia 655. *cap.* 4 Acta pro conſervanda fide Catholica in Anglia. Anathema in Eliſabetham Reginam 658. *cap.* 5 Fides Catholica in Polonia & Pruſſia ſtabilita. Alibi hæreſis infirmata & Clerus reformatus 660. *cap.* 6 Eccleſiæ Mediolanenſis jura protecta. Ordo Humiliatorum deletus. Duci Florentiæ honores aucti 663. LIB. IV *cap.* 1 Cyprus à Turcis cœpta occupari: Pii I cura, ut ſuppetias à Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ acquirat 666. *cap.* 2 Chriſtiana claſſis conjuncta: fœdus tractatum 668. *cap.* 3 Joannes Auſtriacus electus Dux totius exercitus. Fœderis conditiones: pecuniæ ſubſidia comparata 670. *cap.* 4 Legatio Cardinalis Alexandrini ad Philippum Regem Catholicum 672. *cap.* 5 Legatio ejuſdem ad Reges Luſitaniæ & Galliæ 674. *cap.* 6 Legationes ad Cæſarem, Regem Poloniæ & Principes Italiæ pro ſuppetiis 677. LIB. V. *cap.* 1 Clades hoc bello Turcis illata. Chriſtiana claſſis Meſſanam conveniens 680. *cap.* 2 Poſt longam diſceptationem pugna decreta, inſtructa acies. *cap.* 3 Nunale præſiſ & victoria de Turcis reportata 684 *cap.* 4 Victoria divinitus Pio V indicata, qua gratulatione celebrata 688. *cap.* 5 Morbus & pius obitus 691. *cap.* 6 Sepultura & tranſlatio. *Appendix* Ordo tranſlationis *Ex Annalibus poſthumis Bzovii* 694 LIB. VI. *cap.* 1 Pietas & religio. Converſio Judæorum & hæreticorum 696. *cap.* 2 Beneficentia in egenos: magnificentia in extruendis ædificiis 699. *cap.* 3 Liberalitas erga bene de ſe meritos: lenitas & clementia erga omnes 701. *cap.* 4 Conſtantia juſtitiæ ſervandæ, etiam in honoribus deferendis 704. *cap.* 5 Fortitudo, prudentia, modeſtia animi, caſtimonia, frugalitas 606. *cap.* 6 Moderatus erga propinquos & domeſticos affectus. 709. *cap.* 7 Sanctitas vitæ etiam miraculis confirmata 711. ANALECTA Ex Relatione Auditorum Rotæ facta Urbano VIII Papæ anno 1629, 714. NOTULA miraculorum poſt mortem *ex Proceſſibus* 717. Carmen in ſtatuam & tumulum 719
4 Porphyrius Presb. Martyr Camerini *ex Iacobillo & Vghello* 451
2 Privata Martyr *ex Martyrologiis* 179
1 Proculus Martyr Interamnæ in Umbria *ex Martyrologiis* 45

Q.

1 QUintianus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 45
1 Quintinus ſeu Quintianus Martyr in Oriente *ex Martyrologiis* 45
4 Quiriacus Ep. Mart. Hieroſolymis *vide* Judas-Quiriacus

R.

2 RAchilda Virgo incluſa apud S. Gallum in Helvetia, diſcipula S. Wiboradæ, *ex Eggehardo juniore* 283. Ægra ſæpius à S. Wiborada ſanata & incluſa *ex Hepidanno* 302. Corpus divina revelatione tranſlatum 308
3 Rhodopianus Diaconus Mart. lapidibus obrutus Aphrodiſiæ in Caria *ex Menæis* 382
4 Romanus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 460
3 Rufina Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 383

S.

2 SAbas Epiſcopus Daphnuſienſis in Archipelago *ex MS. Synaxario* CP. 282
1 Sabas Martyr apud Græcos è ficu ſuſpenſus *ex MSS. Menæis* 46
1 Saturnina ſeu Saturninus Mart. Emeritæ in Hiſpania *ex Martyrologiis* 46
3 Saturninus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 383
1 Saturninus Martyr in Africa *ex Martyrologiis* 45
2 Saturninus Martyr Alexandriæ in carcere *ex Martyrologiis* 180
4 Secundianus Martyr *ex Martyrologio Caſinenſi* 461
2 Secundus Epiſcopus Abulæ. Cultus. Tranſlatio 169. Hiſtoria inventionis & tranſlationis *ex Hiſpanico Antonii de Cianca. cap.* 1 Inventio corporis in templo S. Luciæ anno MDXIX 170. *cap.* 2 Miracula ab anno 1543 ad 1550 proceſſu publico examinata & probata 171. *cap.* 3 Tentata fruſtra Tranſlatione ornatur ſepulcrum & ſtatua erigitur 172. *cap.* 4 Reſumitur & abſolvitur Tranſlationis deſideratæ negotium 173. *cap.* 5 Corporis inſpectio & tranſlatio ſolenniſſima. Os unum Philippo II datum 147. *cap.* 6 Oſſis unius tranſlatio ad Eſcuriale. Officii proprii approbatio & promulgatio 176
2 Sicharius Martyr Brantolmæ in Petrogorico. Corpus infantile à Judæis occiſi pueri, non ab Herode. 184
1 Sigiſmundus Rex Burgundionum, Sedes horum & primi Reges. Agaunenſe monaſterium fundatũ ſeu reſtauratum. Regula præſcripta. Epaonenſe Concilium celebratum. Miracula. Eccleſia. Tran-

Translatio corporis Agaunum 83. Vitæ compendium auctore S Gregorio Turon. 85. Alia Vita ex VII MSS. 86 Translatio corporis controversa inter Pragenses & Imolenses 88 & tribus seqq.
4 Silvanus Ep. Gazensis Mart. Ex Eusebio, Menol. Basilii Imperatoris, Martyroll. Latinis & Græcis 468. An ortu Lusitanus 792 a
2 Simplicius Martyr in Catalania, in monasterio Ripollensi ex Domenecco 185
2 Sponsaria Virgo Martyr in Gallia sub Rictiovaro. Inventio corporis ex Chronicis Centulensibus 181
3 Stanislaus Polonus Canonicus Regularis Lateranensis Casimiriæ ad Cracoviam 779. Vita auctore Martino Baronio, recognita à Friderico Szembek 779. Miracula CLXXIII primo anno post obitum patrata: ex MSS. ipsius monasterii 781 Appendices duæ 791.
4 Synesius Mart. depositus Lucæ in Hetruria, ejusque elevatio & variæ traslationes. ex monumentis Lucensibus 469

T.

1 THeodardus Archiepiscopus Narbonensis. Cultus. Tempus Sedis. Vita in aliquibus & quare suspecta 141. Vita ex MS. Tolosano & Catello. cap. 1 Ortus, studia: causa Judæorum exposita 142. cap. 2 Disputatio cum Judæis suspectæ fidei 144. cap. 3 Ordinatio in Archidiaconum, Sacerdotem & Archiepiscopum Narbonensem 147. cap. 4 Iter Romanum. Ecclesia Narbonensis restaurata. Egenis & captivis subventum. Selva Pseudo-Episcopus oppugnatus 149. cap. 5 Synodi provincialis Acta apocrypha 152. cap. 6 Triennalis febris: iter in patriam. Obitus, sepultura 155
1 Theodulphus Abbas S. Theoderici in Or Remorum monte. Acta duplicia: antiquiora dantur, Tempus Vitæ. Corpus in monasterio proprio, & post translationes Remos & Parisios, ad illud relatum 94. Vita ex MS. 86. cap. 1 Prior pars vitæ. Miracula ante dignitatem ereptam patrata 86. cap. 2 Miracula ab eo Abbate facta: pius excessus è vita 98
1 Theodulphus Presb. Treviris ad Mosellam. Inventio corporis & translatio ex Cantipratano 99 Creditus filius Regis 160 & 755 e. Cultus sacræ Manus Antverpiæ 100. Historia miraculorũ ex MS. 101
2 Theodulus Mart. cum parentibus & fratre Attalię in Pamphylia. Elogium ex Synaxario 177. Passio ex MS. Vaticano Græco 178. Vita Græca 739
3 Theodulus Presb. Mart. cum S. Alexandro Papa Romæ: ex hujus Actis sincerißimis. Cultus sacer 367 e f 368 b. Reliquiæ in variis Ecclesiis 370. Pia exercitia 375 c d. Constantia in fide. Tormenta, martyrium 374 e f 375 a
3 Timotheus Lector Mart. in Thebaide, Constantinopoli colitur 375. Acta martyrii ex MS. Græco. cap. 1 & 2 Tormenta tolerata 376 cap. 3 Cum uxore crucifigitur 378 Acta Græca ex MS. 741
4 Titianus Ep. Laudensis in Italia ex Ferrario, Bossio, Vghello 498

V.

2 VAlentinus Episcopus Genuensis ex Officiis propriis & Vghello 273
4 Valerianus Martyr Forolivii ab Arianis occisus 496. Acta martyrii ex Oratione MS. 496
4 Valerianus Mart. Scythopoli ex Synaxario & Menæis MSS. 459
4 Venerius Episcopus Mediolanensis. Cultus, amicitia cum SS. Anastasio Papa, Ambrosio, Hieronymo, Chrysostomo & aliis 494
3 Ventura Ordinis Crucigerorum Hispelli in Umbria. Acta ex Iacobillo discussa 432
2 Vindemialis Confessor ex Corsica Tarvisium advectus 270. Vita auctore Titiano Episcopo Tarvisino ex MS. Reginæ Suecię 271
2 Vindemialis Episcopus Martyr in Africa ex Greg. Turonensi & aliis 270
3 Viola Virgo Martyr Veronæ ex Martyrol. 383
1 Vivaldus eremita 3 Ordinis S. Francisci Montaione in Hetruria. Patronus loci. Tempus mortis. Vita ubi inventa 160. Vita auctore Dionysio Polinari de Florentia ex MS. Italico. Solitarius in cava castanea degit, miraculis clarus 161. Appendix de Ecclesia & Conventu B. Vivaldi 163
1 Ultanus Abbas Fossis & Peronæ. Elogia ex MS. item ex Beda, ex Actis S. Fursæi, S. Foillani & S. Gertrudis. Corpus Fossis 118
2 Urbanus Martyr ex Martyrologiis 179
4 Urbanus Mart. in Africa ex Martyrologiis 460
3 Ursius in agro Vicentino. Cultus, adjuncta de S. Juliano Hospitatore 426 Vita suspecta edita ab Antonio Verlo Vicentino 427

W.

2 WAldebertus Abbas Luxovienſis in Comitatu Burgundiæ 551. Cultus: tempus vitæ. Acta scripta. Diversi ab hoc Walbertus Comes Arquensis & alius Ep. Meldensis 274. § 2 Analecta ex variis diversorum Sanctorum Actis descripta 275. Vita auctore Adsone Abbate Luxovienſi ex MS. & Actis Benedictinis 277. cap. 1 de vita & obitu. Miracula viventis 278. cap. 2 Abbates à temporibus Ludovici Pii. Reliquiæ S. Waldeberti ad varia loca delatæ. Miracula patrata 279

Z.

3 ZAcharias Ordinis Minorum in Lusitania ex Francisco Macedo, Waddingo, Tossignacensi, Cardoso 775

INDEX CHRONOLOGICVS

ANte Christum Jeremias Propheta lapidibus obrutus apud Taphnas in Ægypto 7

SECULUM I.

Anno 29 S. Jacobus frater Domini ab Apostolis ordinatus, 27 Decembris Episcopus Hierosolymitanus 21 a
Anno 33 S. Paulus Hierosolymis agit cum SS. Petro & Jacobo fratre Domini 21 f
Anno 47 Synodus Hierosolymis habita ab Apostolis 22 a
Anno 60 S. Jacobus frater Domini Episcopus Hierosolymitanus obit Martyr 25 Martii 23 e f
Circa sec. 1 S. Jacobus Apostolus Martyr Hierapoli in Phrygia 7, 10 e
Sec. 1 S. Secundus Episcopus Abulæ in Hispania 169
S. Hermogenes Martyr in Asia 366

SE-

SECULUM II.

Anno 117 S. Alexander I Papa SS. Eventius & Theodulus Presb. Martyres Romæ 3 Maji 367 369 c
Trajanus Imp. 10 Augusti in Cilicia è vita discessit 369 c
Sub Hadriano Hesperus & Zoë conjuges, Cyriacus & Theodulus filii Martyres Attaliæ 177
Circa 133 S. Judas Quiriacus Episc. Hierosolymorum passus 439 444 c

SECULUM III.

Anno 207 S. Andeolus Subdiaconus Martyr in territorio Vivariensi 35
Sub Decio S. Porphyrius Presb. Martyr Camerini traditur obiisse 451
SS. Heraclius, Justus, Maurus Martyres Fulginii 452
Circa 270 S. Cominius seu Comitius Martyr Catanæ in Sicilia 40
S. Corcodemus Diaconus Antissiodori 453
Sub Numeriano S. Maurus Libycus Mart. Romæ 40
Circa 286 SS. Timotheus Lector & Maura uxor Martyres in Thebaide 375

SECULUM IV.

Sub Diocletiano S. Florianus Princeps Officii & socii Martyres Laureaci 461
S. Pelagia Virgo Martyr Tarsi coronata 453
SS. Elenara & Sponsaria Mart. in Gallia.
S. Flamina Virgo Mart. in Arvernia 181
S. Olbianus Episc. Aneorum & discipuli Mart. 458
Anno 303 Petrus Ep. Alexandrinus Martyr obit 189 a
S. Hypolistus Martyr Atripaldæ in regno Neapolitano 41
S. Columba ejusque soror Martyres Turagii in Lusitania 44
Anno 311 S. Silvanus Episc. Gazensis & alii 39 aut 40 martyrio coronantur 468
Anno 313 SS. Alexander & Antonina Martyres Constantinopolim translati 379 380 a
Anno 320 S. Athanasius Diac. subscribit damnationi Arii in Concil. Alexandrino 190 b c
Anno 325 Nicænum Concil. in causa Arii 190 f 191
Anno 326 Inventio sanctæ Crucis per SS. Helenam & Macarium Episc. Hierosolymis 361
S. Athanasius ordinatus Episcopus Alexand. 191 b e
Anno 335 Concilium Tyri coactum in causa S. Athanasii 196 a b
Dedicatio Ecclesiæ Hierosolymitanæ 196 b c 201 b
Anno 336 S. Athanasius exul commoratur Treviris 201 f
Anno 341 Alexandriæ, Ecclesiæ contaminatæ, Virgines & monachi abducti 208 f 209
Anno 347 Concilium Sardicense in causa S. Athanasii habitum 212 e
Anno 356 S. Athanasius effugit manus armatas & 6 annis in eremo latet 226 d 230 a
Anno 357 S. Athanasius scribit apologiam ad Constantium Imp. 186 f
Anno 360 Sophismatis hæreticorum respondet S. Athanasius 233 c
Anno 361 Constantio Imp. mortuo & Iuliano imperante revertitur Alexandriam S. Athanasius 233 235 e
Anno 366 S. Juvenalis Episc. Narniensis obit 386
Anno 371 S. Athanasius Ep. decessit 186 248 b
Anno 380 S. Jacobus Diaconus Martyr Bergomi in Italia 472
Anno 388 S. Amator consecratur Episcopus Antissiodorensis 51 e
S. Monica vidua, mater S. Augustini moritur 473
S. Genius Confessor & triginta milites Martyres Lactoræ in Vasconia Aquitanica 383
S. Africanus hoc aut 6 sæculo floruit Episcopus 64, 67 e 68 c.

SECULUM V.

Anno 408 S. Venerius creatur Episc. Mediolanensis 494 b
Anno 409 S. Venerius Episc. Mediolanensis moritur 494
Anno 418 S. Amator Episcopus Antissiodorensis obit 1 Maji feria 4 50,51 d 59 c
Anno 444 Gelasius Papa reprobat scripta de Inventione sanctæ Crucis 362 f
Anno 477 S. Titianus Ep. Laudensis traditur obiisse 498
S. Orientius Episc. Ausciorum in Novempopulania 60 e
S. Germanus Scotus Ep. Martyr apud Ambianos 259
S. Benedictus Ep. Æsernienſis videtur floruisse 494
S. Valerianus Mart. Forolivii ab Arianis occisus 495
circa 500 Vigilius Ep. Tapsensis in Africa videtut scripsisse Symbolum sub nomine S. Athanasii 579 b

SECULUM VI.

Anno 515 Agaunum monasterium à S. Sigismundo fundatum aut instauratum 83 f
Anno 524 S. Sigismundus Rex Burgundionum occiditur 83
Anno 558 S. Cassius Ep. Narniensis ad Dominum migrat 405 f
Circa 558 S. Marculphus Ab. obit 70,71 b
Circa 568 S. Aregius creatus Episcopus Vapincensis 108 a
Sec. 5 *aut* 6 S. Briocus Episc. in Britannia Armorica 92
Sub finem sec. 6 S. Theodulphus Abbas in Hor Remorum monte 94
Circa 600 S. Kellacus Episc. in Hibernia obiit 104

SECULUM VII.

S. Asaphus Episcopus in Wallia Boreali 82
Post an. 601 S. Aredius sive Aregius Episc. Vapincensis obit 107
Anno 625 S. Waldebertus Ab. Luxovii moritur 274
Anno 663 S. Waldebertus Abbas Luxôri moritur 274
Circa 680 S. Ultanus Abbas Fossis, moritur 118
Sub finem seculi 6 S. Bertha Martyr Abbatissa Avennaci, obit 112

SECULUM VIII.

Circa 701 S. Evermarus in agro Tungrensi occiditur 120
S. Philippus Presb. Cellæ in Palatinatu Rheni 423

SECULUM IX.

Anno 814 Nicephorus Confessor Hegumenus Medicienſis in Bithynia obit 500
Circa 850 Corpus S. Germani Ep. M. defertur Ribomontem 269 c d
An. 862 Abbatia Vabrensis in Gallia instituta 64 b
Anno 882 Corpus S. Theodulphi Ab. Remis deponitur 95 b
Anno 885 S. Theodardus consecratur Archiep. Narbonensis 148 e
Circa 893 S. Theodardus Archiep. Narbonensis decessit 142

SE-

SECULUM X.

Anno 920 B.Rachilda includitur ad S.Gallum 283 e 303 f
Anno 925 S. Wiborada Virgo incluſa apud S.Gallum Martyr obit 282 c 306 a
Anno 946 B.Rachilda incluſa moritur 283 e
Anno 960 S.Godehardus naſcitur in Bavaria ſuperiore 501 b 505 b
Circa 968 S.Evermari corpus inventum elevatur apud Tungros 129 130 e
Anno 976 Corpus S.Theodulphi Ab. refertur ad monaſterium S.Theodorici 95 d
Anno 990 S.Godehardus fit monachus Benedictinus in monaſterio Altahenſi 501 c
Anno 996 S. Godehardus creatur Abbas Altahenſis *ibid.* c
Sec. 10 S.Petrus Thaumaturgus, Epiſc. Argivorum in Peloponneſo 426

SECULUM XI.

Anno 1005 S. Godehardus fit Abbas Hersfeldenſis 501 c
Anno 1008 B.Aufridus Ep.Ultrajectinus obit 428
Anno 1022 S.Godehardus ordinatur Epiſcopus Hildesheimenſis Dominica 1 Adventus 501 c
Anno 1024 Francofurti Synodus habita coram Conrado Imp. Epiſcopis & Abbatibus hic indicatis 511 e f 512 a
Anno 1038 S. Godehardus Epiſc. Hildesheimenſis moritur poſtridie Aſcenſionis die 5 Maji 501 c
Anno 1047 S. Wiborada Virgo Mart. à Clemente II Sanctis adſcribitur 283 a
Anno 1097 Corpora SS.Elenaræ & Sponſariæ Virg. Mart. inveniuntur Centulæ 181 b
Sec. XI Corpus S. Syneſii Mart. depoſitum Lucæ 470 b

SECULUM XII.

Anno 1124 Corpus S.Syneſii Mart. elevatur Lucæ 470 c d
Anno 1125 B. Conradus fundator Montis Angelorum in Helvetia 309
Anno 1131 Innocentius II Papa degit Leodii, dein Remis, ubi Sanctis adſcribit S. Godehardum 29 Octobris 522. f 523 a b
Anno 1132 Corpus S.Godehardi elevatum transfertur 4 Maji 523 c d e
Anno 1160 S. Brioci corpus Andegavi ſolenniter transfertur 92 e
Anno 1162 Corpus S. Monicæ defertur Aroaſiam 20 Aprilis 487 d
Anno 1183 Corpus S. Floriani Roma tranſlatum Cracoviam in Polonia 467 e
Anno 1196 Prima oſtenſio Tunicæ Domini Treviris facta eſt Kalendis Maji 2 b
Sec. 12 S.Peregrinus in diœceſi Nucerina moritur 17
S. Aldebrandus Ep.Foro-Sempronii floret 158
B.Geraldus Ordinis Canonicorum Regulariũ 756 e

SECULUM XIII.

Anno 1204 Brachium S.Philippi Apoſt. Hieroſolymis Florentiam defertur 17 f
Anno 1210 S.Brioci variæ Reliquiæ Andegavo Briocum deferuntur 94
Anno 1225 B.Gregorius dein Ordinis Eremitarum S. Auguſtini naſcitur 536 a
Anno 1240 B. Gregorius cum matre Anna ſuſcipit habitum Eremit. S.Auguſtini 536 b
Corpus S. Theodulphi Presb. invenitur Treviris 100 a

S.Valentini Ep. Genuen. pars corporis transfertur ad ædem Cathedralem. 274 a
Anno 1246 Corpus B.Joannæ Recluſæ Ripatorium transfertur 534
Anno 1252 B.Mafalda Regina Ordinis Ciſterc. moritur 763 765 f
Anno 1462 B.Michael Gedrocius ingreditur Ordinem Regularem S.Mariæ de Metro 552 c
Anno 1267 Altare S.Valeriani Mart. conſecratur Forolivii 496 c
Anno 1283 Indulgentiæ Eccleſiæ Narnienſi ab Archiepiſcopis 3 & Epiſc. 12 conceſſæ 394 d e
Anno 1287 S.Juvenalis Conf. Foſſani in Patronum erat aſſumptus 414 e f
Anno 1289 Nicolaus Papa IV concedit Indulgentias Eccleſiæ Narnienſi 394 f 395 a
Anno 1290 Corpus S.Jacobi Diaconi Mart. elevatum Bergomi 472 f
Sec. 13 B.Alexander Converſus Ordinis Ciſtercienſis 439
B.Zacharias Ordinis Minorum in Luſitania 775
Ven. Catharina ſanctimonialis Ordinis Ciſtercienſis Parei in Brabantia 532
Circa 1300 B.Vivaldus Eremita 3 Ordinis S.Franciſci moritur 160 f

SECULUM XIV.

Anno 1314 Caput argenteum S.Juvenali Conf. do[illegible] a Philippo Principe Achaiæ 418 a b
Anno 1317 Epiſcopatus Vabrenſis in Gallia inſtitutus 64 b
Anno 1323 Joannes Papa dat Indulgentias Eccleſiæ Narnienſi 395 a b
Anno 1333 Corpus S.Theodulphi Presb. defertur Treviris ad ſacellum S.Gregorii 101 b
Anno 1338 B.Alexander Vinciolus Ord. Minorum ordinatur Epiſcopus Nuceriæ 778 d
Anno 1343 B.Gregorius Ord. Eremitarum S.Auguſtini Veruculi vita fungitur 535
B.Angeli de Gualdo corpus transfertur 228 e
Anno 1357 Innocentius VI Papa Beatis adſcribit Gregorium Auguſtinianum 538 e
Anno 1363 B.Alexander Vinciolus Epiſcopus Nuceriæ moritur 777 778 f
Anno 1365 Carolus IV. Imp. Agauno Pragam tranſtulit corpus S.Sigiſmundi Regis 88 f 89 b
Anno 1377 Reliquiæ S.Cyriaci traduntur Anconæ ad novam Cathedralem tranſlatæ 440 d
Anno 1383 B.Panacæa Virgo Agamii in Novarienſi diœceſi obit 164
Anno 1392 Transfertur Cathedra Epiſcopalis Foro-Sempronienſis cum corpore S.Adelbrandi Epiſcopi 159 a b

SECULUM XV.

Anno 1430 S.Monica traditur tranſlata ab Oſtia Romam 489 e f
Anno 1440 B.Ladiſlaus Gielnovius naſcitur 560 c 562
B.Michaël Gedrocius in Polonia naſcitur 552 c
Anno 1444 Collegium Canonicorum conſtitutum ad Corpus S.Africani 65 a
Circa 1477 Corpus S.Africani poſt altare majus poſitum 64 f
Anno 1456 B.Philippus Aquilanus Ord. S.Franciſci de Obſervantia obit 848
Anno 1459 S.Antoninus ex Ordine Prædicatorum Archiep. Florentinus moritur 311
Anno 1462 B.Ladiſlaus Gielnovius vitam monaſticam S.Franciſci profitetur 560 c 567 b
Anno 1464 In Crucigerorum unam religionem coadunantur plurium Hoſpitalium Fratres 433 e

Anno 1480 S.Monicæ Tranſlatio in novam Eccleſiam Romæ 491 e
Anno 1485 B.Michaël Gedrocius Canonicus Regularis S.Mariæ de Metro obit Cracoviæ 552
Anno 1487 B. Ladiſlaus Gielnovius eligitur Vicarius Provincialis 568 a
Anno 1489 B.Staniſlaus Polonus Canonicus Regularis Caſimiriæ moritur 779
Anno 1494 B.Ladiſlai Gielnovii Conſtitutiones approbantur 569 b c d
Anno 1499 B. Vivaldi conventus ab Obſervantibus Franciſcanis erigitur 163 e f

SECULUM XVI.

Anno 1504 B.Pius V naſcitur 17 Januarii 619 f
Anno 1505 B.Ladiſlaus Gielnovius Ordinis Minorum de Obſervantia moritur 560
Anno 1516 Proceſſus informativus de S.Antonino Florentiæ confectus mittitur Romam 352 e
Anno 1513 Corpus S.Syneſii Mart.transfertur Lucæ ad ædem Cathedralem 470 e
Anno 1519 Tres Cardinales referunt in Conſiſtorio de Proceſſu informativo S.Antonini 342 f
S.Secundi Epiſcopi corpus invenitur Abulæ in templo S.Luciæ 170
Anno 1521 Pro decernenda Canonizatione S.Antonini Conſiſtorium indicitur, ſed non habetur ob morbum & dein mortem Leonis x. 342
Anno 1522 Adrianus VI Sanctis adſcribit Antoninum 31 Maji 354 b
Anno 1523 Clemens VII edit Bullam Canonizationis S.Antonini 355 f
Anno 1526 S.Germani Ep. Mart. eccleſia & altare dedicatur Ambiani 260 d
Anno 1528 B.Pius V ordinatur Sacerdos 620 b
Anno 1555 B.Pius V creatur Epiſcopus Nepeſinus & Surianus 623 f 624 a
Anno 1557 B.Pius V creatur Cardinalis & Summus Inquiſitor 624 b c
Anno 1561 Corpora S.Jacobi & aliorum Bergomi transferuntur 472 f
Anno 1563 Tridentinum Concilium concluſum 625 e
Erigitur ſtatua S.Secundi Abulæ 173 a
Anno 1564 De S.Secundi miraculis proceſſus Abulæ inſtituitur 171 c d
Anno 1566 Pius V eligitur Summus Pontifex 4 Januarii 628 d, coronatur 17 Januarii 629 d
Anno 1568 Crucigerorum Ordinem reformat Pius V 433 e
Anno 1569 S.Carolus Borromæus ictu ſclopi illæſus 663 e
Anno 1570 Ordo Humiliatorum a Pio V extinctus 664 b c
Anno 1571 Navale prælium 7 Octobris & victoria apud Echinadas inſulas obtenta de Turcis ſub Joanne Auſtriaco 684 *& ſeqq.*
Anno 1572 B.Pius V Pontifex moritur 616, 691, ætatis 68 anno 692 d
Anno 1572 Corpus B.Michaëlis Gedrocii transfertur Cracoviæ 552 f
Anno 1577 Gregorius XIII facit altare S.Juvenalis privilegiatum 395 e f
Anno 1583 Corpus S.Juvenalis Conf. Foſſani viſitatum 409 f
Anno 1586 Erecta confraternitas S.Annæ Warſaviæ 591 d e
Anno 1588 Corpus B. Pii V transfertur ad S.Mariam Majorem, & in ſacello ad præſepe conditur 693 e f 694 f
Anno 1589 Corpus S.Antonini ſolenni pompa transfertur 355 f 766, 767, 768
Anno 1592 Eccleſia Collegiata Foſſani in Pedemontio in Cathedralem erigitur 406 f
Anno 1594 Corpus S.Secundi transfertur Abulæ ad ædem Cathedralem 173 *& ſeqq.* Os aliquod ad Eſcuriale defertur 176
Anno 1598 Irruptiones Turcarum & Tartarorum plures in Poloniam 576

SECULUM XVII.

Anno 1603 Canonici Varſavienſes teſtantur ſanctitatem B.Ladiſlai Gielnovii publico ſcripto 592, 593
Anno 1608 Miracula ab hoc anno ad ſepulcrum B. Ladiſlai Gielnovii uſque ad annum 1629 patrata 597 *& ſeqq.*
Anno 1611 B.Zachariæ Ord.Minorum in Luſitania corpus transfertur 776 f
Anno 1616 Corpus B. Mafaldæ Reginæ repertum incorruptum 766 b
Anno 1620 Corpus Juvenalis Conf. Faſſani è capſa extractum & inſpectum 409
Anno 1621 Corpus idem in capellam reſtauratam infertur 411
Anno 1624 Corpus B.Michaëlis Gedrocii elevatur 559 560.
An. 1629 S.Hypoliſti corpus invenitur Abellini 43 c
Relatio Auditorum Rotæ facta Urbano VIII de ſanctitate Pii V 714
Anno 1633 S.Hypoliſti caput & 12 corpora Sanctorum inveniuntur Abellini 43 d e f
B.Ladiſlai Gielnovii Vita ſcripta à Vincentio Morawſki 561
Anno 1640 Corpus S.Titiani Ep. Laudenſis inventum transfertur 498 e
Anno 1642 Gratia miraculorum facta invocato B. Gregorio Auguſtiniano 537 c
Anno 1642 Corpus S.Juvenalis Epiſc.in crypta lapidea Narniæ reperitur 398 403 f
Anno 1644 Corpora S.Syneſii Mart.& BB. Romæi & Avertani è Cathedrali Lucenſi referuntur ad eccleſiam S.Petri 471 a b d e
Anno 1649 Corpus S.Juvenalis Ep.ad Majus altare Narniæ transfertur 403
Anno 1650 Reliquiæ S.Germani Ep.M. cum arca in in hoſtili irruptione mire ſervantur 269 e
Gratiæ plurimæ miraculorum factæ interceſſione B. Gregorii Auguſtiniani 539
Anno 1660 Reliquiæ aliquæ S.Germani Ep. M.deferuntur Ambianum 269 f
Anno 1663 Deiparæ Virginis patrocinio, per B.Ladiſlaum Gielnoviũ implorato, ſurdus ſanatur 615
Anno 1672 B. Ladiſlai Gielnovii corpus elevatur Warzaviæ 560 f 589, 590
Anno 1676 Reliquiæ SS.Gregorii Magni, Luciæ Virg. & Mart. & Marculphi depoſitæ in eccleſia Antverpienſi S.Salvatoris 81

FINIS.

ACTA

ACTA SANCTORVM
MAII.
TOMVS PRIMVS.

ACTA *Sanctorum Maji complectitur pars hæc operis quinta. Menſem eum vulgo Floridum dicunt, quia florum proventu abundat præ aliis; ſed ſi fructuum cælis illatorum potior habenda eſt ratio, quam florum ornantium terras, Frugiferum jure meliori dixeris. Etenim collecta hic monumenta de Sanctis, numero & magnitudine plura, quam antehac uno in menſe prodierint, aut poſthac proditura videantur, pluribus digeſta tomis, ut horreis fruges, in ſpiritualem animorum eſcam proponuntur, ad publicam utilitatem. Quod ſi menſium eorum aliquis, qui hactenus mmorem de ſe ſpem faciunt, hoc ipſo Majo evadat locupletior; illorum id diligentiæ libenter referemus acceptum, qui uberiorem materiam, velut ſementem, in ſpem meſſis amplioris, nobis committere dignati fuerint; aut ſuis ſaltem adjuverint precibus ad majora, quam poſſe nos putemus, præſtanda. Interim optamus, ut memoria* RR. PP. *Heriberti Roſweidi atque Ioannis Bollandi numquam excidat lectorum animis. Licet enim eorum nomina non præferant horum librorum tituli, eo quod morte prærepti, aut nullam aut exiguam partem habere potuerint in Commentariis Obſervationibuſque, quæ ſunt velut anima quædam præſentis operis ac forma præcipua: agnoſcimus tamen, ſemperque agnoſcemus, non modicam à priore præparatam fuiſſe materiam, etiam huic menſi; à poſteriore autem non nihil perfectum & huc relatum, quod meruerit ipſi ut auctori adſcribi, prout ſuo loco apparebit.*

PRIMA DIES MAII.

SANCTI QVI KALENDIS MAII COLVNTVR.

Sanctus Ieremias Propheta, in Ægypto occiſus.

S. PHILIPPUS Apoſtolus, Mart. Hierapoli in Phrygia.

S. IACOBUS Apoſtolus, filius Alphæi, Martyr Oſtracinæ.

S. IACOBUS Frater Domini, primus Epiſcopus & Martyr Hieroſolymis.

S. Andeolus Subdiaconus, Martyr, in territorio Galliæ Vivarienſi.

S. Cominius Martyr, Catanæ in Sicilia.

S. Maurus Libycus, Martyr Romanus, Gallipoli depoſitus.

S. Hypoliſtus Martyr, Atripaldæ in regno Neapolitano.

SS. Columba ejuſque Soror, Martyres Tugurii in Luſitania.

S. Acius, S. Acheolus, } Martyres Ambiani in Gallia.

S. Quintianus, S. Eleutherius, ſive Heliotherus, S. Gagus, S. Alexander, S. Saturninus, } Martyres in Africa

S. Apollonius, S. Euphemius, } Martyres.

S. Proculus, S. Peleſtus, S. Agapitus, SS. Milites XXXIII aut XXXIV. } Martyres Interamnæ in Vmbria.

S. Quintinus ſeu Quintianus, Martyr in Oriente.

S. Saturnina ſeu Saturninus, Martyr Emeritæ in Hiſpania.

S. Sabas Martyr, apud Græcos.

S. Batas Perſa, Martyr in Meſopotamia.

S. Florina Virgo, Martyr in Arvernia.

S. Iuſtinus ſeu Iuſtus, S. Magnus, S. Iſicius, S. Phocas, } In Novempopulania.

S. Blandinus, in territorio Galliarum Meldenſi.

S. Iſidora apud Græcos.

S. Amator, Epiſcopus Autiſſiodorenſis in Gallia.

S. Orientius, Epiſcopus Auſciorum in Novempopulonia.

S. Africanus Epiſcopus, juxta Vabrum in Gallia Narbonenſi.

S. Marculphus Abbas, in Conſtantienſi Gallię Diœceſi.

S. Aſaphus Epiſcopus, in Wallia Boreali.

S. Sigiſmundus Martyr, Rex Burgundionum.

S. Briocus Epiſcopus, in Britannia Armorica.

S. Theodulphus, Abbas S. Theoderici, in Or Remorum monte.

S. Theodulphus Presbyter Trevirisad Moſellam.

S. Kellacus Epiſcopus, in Hibernia.

S. Arigius ſive Aredius, Epiſcopus Vapincenſis, in Gallia.

S. Berta Martyr, Abbatiſſa Avennaci, in diœceſi Remenſi.

S. Vltanus Abbas, Foſſis & Peronæ.

S. Evermarus, in agro Tungrenſi occiſus.

S. Euphroſynus Epiſcopus, Panzani in Hetruria.

S. Theodardus, ſive Audardus, Archiepiſcopus Narbonenſis in Gallia.

S. Peregrinus, in diœceſi Vmbriæ Nucerina.

S. Aldebrandus, Epiſcopus Foroſempronienſis in Italia.

B. Vivaldus, tertii Ordinis S. Franciſci, Montajonæ in Hetruria.

B. Panacæa Virgo, Agamii in diœceſi Italiæ Novarienſi.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Pater Macarius Presbyter *memoratur in Kalendario Ægyptiaco ſeu Coptitarum Chriſtiano, à Seldeno de Synedriis veterum Hebræorum lib. 3 cap. 15 adjuncto. Videtur is eſſe* Abbas *ſeu Pater &* Presbyter Macarius, *in Vitis Patrum laudatus, cujus Acta dedimus* 11 Januarii.

S. Severinus, Epiſcopus Septempedanus, *hoc die conſecratus traditur in Actis, quæ dedimus* VIII Januarii.

Dedicatio Eccleſiæ Trevirenſis, & depoſitio Tunicæ Domini in altari S. Petri, *facta eſt hoc die, & recolitur quotannis. Habemus quemdam ſermonem MS. in hac ſolennitate recitari ſolitum, ſed quem non judicamus huic operi inferendum. Ejuſdem* Tunicæ *poſt inventionem* prima hoc die publica oſtenſio facta eſt anno 1196. *Conſulendi Chriſtophori Broweri Annales Trevirenſes, & auctores ibidem citati. De eâ nonnulla dicta ſunt ad Vitam S. Agricii Epiſcopi Trevirenſis cap.* 4 *die* XIII Januarii.

B. Odoricus Martyr, Ordinis Minorum, *indicatur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Vitam ejus dedimus* XIV Januarii.

S. Joannæ, Ordinis Camaldulenſis, Tranſlatio Balnę *indicatur à Wione. De eâ egimus* XVI Januarii.

S. Baſſus Martyr, *indicatur in MSS. Menæis Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ. Videtur eſſe, qui cum aliis relatus eſt* XX Januarii.

Conſecratio eccleſiæ Blandinienſis, à S. Amando facta hoc die, *uti diximus ad hujus Vitam* VI Februarii.

S. Sabinus Epiſcopus & Romulus Diaconus, Atripaldæ in Italiâ, *occaſione* S. Hypoliſti Presbyteri & Martyris, *qui hodie ibidem colitur, referuntur cum illo in Catalogo Sanctorum Italiæ à Ferrario. Nos illorum Acta elucidavimus ad diem* IX Februarii.

S. Soteris, Virginis & Martyris Romanæ, aliquæ reliquiæ adſervantur in Monaſterio ſanctimonialium S. Mariæ Silvæ-Sezanæ apud Tricaſſinos: *ejuſque feſtum celebratur hoc die, teſte Nicolao Deſ-Guerrois in Hiſtoriâ Trecenſi fol.* 56. *Acta* S. Soteris *illuſtravimus* X Februarii.

S. Guilielmi eremitæ ſolennitas celebratur in Stabulo Rodis, *uti diximus ad ejus Vitam* X Februarii.

Waldegundis Virgo *inſerta eſt ſub finem Martyrologii Pragenſis MS. nobis hactenus incognita. Eſt nomen* S. Baldegundis Abbatiſſæ (*ſi forſan eſſet eadem*) *ex variis Martyrologiis, ſed abſque ullis Actis, relatum* X Februarii.

S. Walburgis, Virginis & Abbatiſſæ, elevatio & tranſlatio corporis Eyſtadium *celebratur magnâ veneratione in pluribus eccleſiis, & refertur in pluribus Martyrologiis manu exaratis & excuſis, uti latè diximus ad diem ejus natalem* XXV Februarii.

Comitiſſa Valentinenſis *vidua, à B. Coleta admiſſa ad religionem, ſanctè traditur obiiſſe in illius Vita à Sorore Perinna ſcripta; ſed dies obitus non exprimitur. Ab Arturo du Monſtier, in Martyrol. Franciſc. & Gynæceo Sacro, refertur ad hunc diem. Quæ in dicta Vita habentur dedimus pag.* 611 *num.* 54 VI Martii.

S. Franciſci de Paula, Ordinis Minimorum Fundatoris, Canonizatio *refertur à Balinghemio. Vitam illuſtravimus* 11 Aprilis.

Nicolaus de Pepulis } *Ordinis S. Franciſci,* Beati *cen-*
Guido de Bononia } *ſentur Bononiæ, ubi eorum corpora aſſervantur in eccleſia Sanctimonialium S. Bernardini. Arturus à Monaſterio, in ſuo Martyrologio Franciſcano,* Nicolaum *hoc die mortuum ait, cæcumque illuminaſſe ac mortuum ſuſcitaſſe:* Guidonem *prætermittit. Aſt Maſinus in ſua Bononia perluſtrata, utrumque ait* 23 *Aprilis mortuum; & huic magis credimus quam Arturo, jam ſæpius deprehenſo mortuales dies pro ſua commoditate definire: expectabimus ergo num quid inde de Vita, miragulis,*

culis, cultu utriuſque adferatur ; acturi de ipſis plenius in Supplemento XXIII Aprilis.

B. Philippus ſeu Philippinus, Ordinis Minorum, Columbarii defunctus, *indicatur in Martyrologio Franciſcano Arturi. Verum* in Monte-Ilcino, *quo corpus tranſlatum eſt, colitur die, quando ejus res geſtas dedimus,* XXV Aprilis.

S. Gualfardus Confeſſor, *in aliquibus Veronenſibus Kalendariis vetuſtis notatur hoc die : nunc fere feſtum fit proprio ejus die, quando vitam dedimus,* XXX Aprilis.

B. Peregrinus, Ordinis Servorum B. Mariæ, *hoc die, quo obiit, colitur Forolivii : aſt in toto Ordine, ob feſtum Apoſtolorum, colitur pridie, quando ejus Acta illuſtravimus,* XXX Aprilis.

Initium prædicationis Domini noſtri Jeſu Chriſti *memoratur ad hunc primum Maji primo loco in apographis Martyrologii Hieronymiani, Corbeienſi Pariſiis excuſo, Lucenſi & Blumiano : item in MSS. Tamlactenſi, Barberino, Auguſtano, aliiſque monaſterii S. Cyriaci, & Reginæ Sueciæ ; quibus adſtipulantur Notkerus & Wandelbertus. Curioſè hanc quæſtionem deducit Florentinius in ſuis Notis ad Martyrologium S. Hieronymi, ad quem lectorem remittimus.*

Mariamne & Philippa, ſanctæ Virgines & filiæ S. Philippi Apoſtoli, Hierapoli mortuæ, *referuntur à Franciſco Laherio in Menologio Virginum. De his infra in Actis S. Philippi* §. 2

Martyres plurimi, Cantuariæ paſſi, *recoluntur à Ghinio in Natalibus Sanctorum Canonicorum, qui multa de iis examinat. Coli jubentur hoc die Officio ſemiduplici à Canonicis Regularibus S. Auguſtini, in Officiis propriis Romæ anno 1613 excuſis. Sed omittuntur in eorumdem editionibus poſterioribus, per Gabrielem Pennottum Ordinis hiſtoriographum curatis & illuſtratis : ſilent etiam Martyrologia Anglicana.*

Arthuagus Gothus, Abbas Prior monaſterii Siſlæ Toletanæ, mortuus 1 Maji anno 593, *cum titulo* Sancti *indicatur ab Herrera in Alphabeto Auguſtiniano pag. 3 ſed nititur hic auctoritatibus Iuliani Petri, Eutrandi ſeu Luitprandi, & Maximi ; quæ apud eruditos Hiſpanos vacillant, tamquam nuper confictæ.*

Viennæ dedicatio ſolennis baſilicæ Salvatoris, ſub nomine & invocatione S. Petri omniumque Apoſtolorum, in quâ pro reverentiâ innumerorum Chriſti Martyrum & Confeſſorum ibi quieſcentium, locus ipſe ſanctitate & veneratione plurimum commendatur. *Ita Martyrologium Viennenſis Eccleſiæ, ſtudio Ioannis le Lievre reſtauratum, & aliud antiquius a Petro Franciſco Chifletio acceptum.*

Iſaacus, *in Kalendario Ægyptiaco, ſeu Captico edito à Seldeno, indicatur ante* S. Macarium, *de quo ſupra egimus ; & S. Ieremiam, quem infra primo loco damus : ſed cum plures ſint Sancti* Iſaaci, *ex nudo nomine difficile eſt ſtatuere, quis ille fuerit : maxime cum fieri poſſit ut ibi ponatur aliquis, ab omnibus aliunde notis diverſus.*

Apollinaris, Abbatis VIII Divionenſis ad S. Benignum, depoſitio Kalendis Maji celebratur. *Ita Sammarthani in Catalogo hujus Abbatiæ, non præpoſito titulo* Sancti, *quo eum honorat ad* XXXI *Martii Ferrarius in Catalogo generali, citato* Kalendario Eccleſiæ Divionenſis. *Nos varia Kalendaria ibidem deſcripſimus, ſed abſque mentione hujus Abbatis.*

S. Amator Epiſcopus *memoratur ad hunc diem in Breviario Trecenſi, & creditur ab aliquibus hujus urbis Epiſcopus : quod non ſatis conſtat, ut infra dicetur ad Vitam* S. Amatoris *Epiſcopi Autiſſiodorenſis.*

B. Martinus, Confeſſor Tolentini, *memoratur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum : ſed is hactenus nobis ignotus eſt.*

Reliquia Capitis ſancti eſt in magna veneratione Anſedæ, in diœceſi Portuenſi in Luſitania.

Ita pluribus Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitaniæ : addens per traditionem haberi, quod ipſum ſit caput cujuſdam D. Giraldi *Canonici Regularis, cum magna ſanctitate mortui in propinquo ejus Ordinis monaſterio.*

Magnus, Norwegiæ Rex, *ut* Sanctus *refertur in Martyrologio Richardi Witfordi, Londini anno 1506 excuſo. Omittitur à Ioanne Vaſtovio in Vite Aquilonia, & à Miſſali Aquilonari ante ducentos circiter fere annos excuſo : neque alibi de ejus cultu aliquid reperimus.*

Banbanus Epiſcopus *refertur in MS. Tamlachtenſi. Colganus, in Notis ad Vitam S. Patricii tripartitam ſive ſeptimam num. 67, plures* Sanctos *nomine* Bambani *indicat, & inter illos aſſerit* Banbanum Presbyterum coli primo Maji. *Agit de eodem* VI *Februarii ad Vitam S. Melis annotatione 8. Quare certiora de eo expectamus.*

Dichullus de Cluain-Brain *proponitur in eodem MS. Tamlachtenſi. De eo ex Annalibus Cluanenſibus, Vltonienſibus & Senatenſibus tradit Colganus* XVI *Ianuarii, ad tertiam Vitam S. Furſæi num. 6, hæc legi:* Anno DCC. Dichullus Abbas de Cluain-Eolas obiit. *Idem ad 6 Vitam S. Patricii, auctore Iocelino num. 148, ait,* S. Dichullum coli 1 Maji in eccleſia de Cluain-Braoin, quæ eſt prope Eccleſiam Luthenſem in Ultonia, & forte eadem cum eâ quam Vita tripartita vocat Ernatienſem ; cum dicatur eſſe in eadem regione Auſtralis Ultoniæ, in qua ſunt Luthenſis & Ernatienſis Eccleſiæ. *De aliquo Dichullo agitur in Vita S. Patricii à nobis edita num. 122, quæ ibidem legi poſſunt. Si Annales præcitati aliquando in lucem prodeant, de eorum fide poterit certius judicari.*

Aidgenus Fovarienſis *indicatur in MS. Tamlachtenſi. De monaſterio* Fovaria *ſeu* Fourrio *in Media provincia egimus* XX *Ianuarii, ad Vitam S. Fechini ibidem* VII *Secalo Abbatis. Colganus, in Appendice ad Vitam dicti Fechini cap. 3, enumerat Præſules dicti monaſterii, inter quos* S. Aidganius, Epiſcopus Fovarenſis & Abbas ibidem, obiit anno DCCLXVI. *Nec plura de eo ejuſque cultu reperimus.*

Nicodimus, Germanus, Petrus, Renovatus, Joannes, Frigia, Zefanus, *forte* Stephanus, *indicantur in MS. Tamlactenſi apud Hibernos, de quibus præter nuda nomina nihil ſcimus. Forſan erit qui plus luminis affundet.* Frigia *forſan pro regione ſumpta, ob S. Philippum Apoſtolum, Hierapoli in Phrygia coronatum.*

Colmanus, id eſt, Gobnenus ; *&* Oſſenus, filius Moelſneachte ; Monchenus & Romanus *indicantur in MS. Tamlachtenſi : de quibus nihil alibi legimus. Colganus, in Indice Sanctorum ad Triadem Thaumaturgam, indicat Sanctos dictos Colmanos viginti octo ad Acta Sanctorum Hiberniæ, quinquaginta. Referuntur utrobique etiam varii* Oſſeni, *unde difficile eſt aliquid de hiſce ſtatuere. Ita etiam* Manchani, Mancheni *aut* Manchini *viginti numerantur, & ſex* Ronani. *Cum ergo hic nuda ponantur nomina ; non poſſumus aliud facere quam ea ſimpliciter lectori indicare.*

Bernardus, è monacho Clara-vallenſi, titulo SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis, *refertur ab Henriquez & Bucelino, cum titulo* Beati, *omittitur a Chalemoto & aliis.*

Lupus, Marochiorum Epiſcopus, Ordinis Minorum, Cæſarauguſtæ in Hiſpania mortuus, *neſcitur quo die.* Cum relicto conventu priore Minores ad novum cœnobium migrarent ; corpora Lupi & Bernardi à Viridante ſolenniter tranſlata ſunt, & à Deo miraculis comprobata. *Hæc tranſlatio facta eſt* 1 *Maji anno* 1289, *ac propterea in Martyrologio Franciſcano*

Arturi ad hunc diem refertur Lupus, *cum titulo* Beati: *at* Bernardus à Viridante, XI Junii *relatus, dicitur ab eodem Arturo* Assisii sepultus: & res confusione plena *indicatur. Waddingus, anno* 1278 *num.* 37, *ubi de translatione agit,* Beatos *appellat. Haroldus num.* 11 beatos Fratres *vocat.*

Martha Virgo, in Ariaco monasterio diœcesis Lingonensis mortua, *cum titulo* Sanctæ *memoratur ab Arturo præcitato in Gynæceo sacro. Fuit hæc desponsata S. Amatori, postea Episcopo Autissiodorensi, cujus Vita infrà datur, in qua de ea agitur num.* 3 *&* 4: *& de ejus pio obitu & sepultura, à S. Amatore curata, num.* 15.

Jacobus Schuermans, ab hæreticis in Belgio an. 1579 *occisus;* & Felimeus, cum socio ab hæreticis in Hibernia interemptus, *indicantur cum titulo* Beati *in Martyrol. Franciscano Arturi.*

S. Sabas, Episcopus Daphnusiæ, *celebratur in Menæis Mediolanensibus & Taurinensibus. De eo agimus* 11 Maji.

Walbertus Abbas, discipulus S. Columbani, *inscriptus est Florario Sanctorum. Vitam ejus damus* 11 Maji.

Mafalda Regina, monialis in Arouca, *indicatur in Kalendario Cistercienſi, Divione anno* 1617 *excuso. De ea latius agimus inter Prætermissos* 11 Maji.

S. Judas seu Quiriacus Martyr, Episcopus Hierosolymis, *hoc die mortuus, est inscriptus variis Martyrologiis, ast colitur* IV Maji.

S. Titianus, Episcopus Laudensis, hoc die mortuus traditur: *sed, ob festum Apostolorum, ejus solennitas transfertur in diem* IV Maji.

S. Macarius Episcopus, *Ligeno Burdegalam translatus, ubi in ecclesia S. Andreæ Metropolitana pari cum ipso Apostolo honore colitur, hodie refertur à S. Saussaio: & seculo* 13 *adhuc diem hunc occupabat simul cum SS. Apostolis Philippo & Iacobo: deinde convenientius judicatum est, propriè de eo solo agi, quod & nos faciemus,* IV Maji.

SS. Calepodius, Palmatius & socii, Martyres Romani, *memorantur in MS. Strozziano: item à Greveno & Canisio: ab aliis cum Martyrol. Romano* X Maji.

S. Torquatus & socii, missi à SS. Petro & Paulo in Hispaniam, *celebrantur in Missali & Breviario Mozarabes dicto, & antiquo Breviario Burgensi; item* S. Torquatus *solus in Hagiologio Lusitano Georgii Cardoso. Consule quæ de iis dicimus* XV Maji.

S. Restitutæ, Virginis & Martyris Soranæ, solennitas celebratur Sueſſione in Arvensi Ecclesiâ, ob corpus eò translatum, *attestante Saussaio in Martyrol. Gallicano. Dies illius natalis est* XXVII Maji.

S. Alexander *inscriptus est MS. Kalendario Lugdunensi. Duo hujus nominis Martyres sunt, in Antonini persecutione Lugduni passi. Horum alter colitur* XXIV *Aprilis; sed quia Acta martyrii sunt juncta cum Actis S. Epipodii, ea damus* XXII *Aprilis: alter, cum S. Photino, colitur* II Junii.

S. Philippus, ex septem Diaconis, *indicatur in MS. Græco Taurinensi: in Martyrologio Romano proponitur* VI Junii.

S. Benignus Diaconus *refertur à Ferrario, fortè quia corpus ejus, non multo ante occisi, Mevaniam translatum est hodie à fidelibus, ut scribit Iacobillus in Sanctis Vmbriæ. Colitur tamen, cum S. Vincentio Episcopo Mevanensi fratre suo, Lucæ & Mevaniæ* VI Junii.

Mathildis, Regina Angliæ, pietate, humilitate & caritate in pauperes celebris, *ut* Beata *memoratur ab Eduardo Maihew in Addendis ad Trophæa Anglicana. Silent alii de cultu. Fuit filia S. Margaretæ Reginæ Scotiæ: ad cujus Vitam de ea erit agendum* X Junii.

B. Guidonis, Presbyteri Cortonensis, *Ordinis Minorum S. Francisci, inventio capitis, miraculoso lucis indicio ex puteo extracti, festo publico hoc die celebrata fuit. Verum eum festum diem, ex concessione Gregorii* XIII, *celebrant Cortonenses in tota diœcesi, quando de illo agendum erit* XII Junii.

Ven. Jacobus de Vitriaco, *ex Canonico Regulari primum Episcopus Acconensis, tum Tusculanus & S.R.E. Cardinalis, cum titulo* Beati *hoc die ponitur à Raissio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii. Quæcumque de eo fere dici possunt, petenda sunt ex libro* 3 *de Vita B. Mariæ Oigniacensis, ad duos priores à Iacobo compositos per Cantipratanum adjecto, dando ad illius Natalem* XXIII Junii.

Isaias Propheta, sub Manasse Rege interfectus, *refertur in MS. Florario. Ab aliis Latinis, cum Martyrologio Romano* VI Julii.

S. Amalbergæ Virginis translatio corporis, in Blandinio monasterio, *memoratur à Molano, Canisio, Saussaio, Wione, Menardo & aliis. Dies natalis est* X Julii.

Zoerardus, dictus Andreas, & Benedictus, Eremitæ in Hungariâ, *memorantur à Molano, Canisio, Wione, Menardo & aliis. Eorum etiam Acta ad hunc diem edidit Surius Verum* XVI *Iulii colunt eos Poloni, & sequenti Hungari, cum quibus referemus Acta* XVII Julii.

S. Liborii, Episcopi Cenomanensis reliquiæ hoc die avectæ, & XXVIII hujus mensis Paderbornam allatæ; *uti docuit noster Bollandus, tractatu peculiari de isto Sancto, & plenius dicetur die natali* XXIII Julii.

S. Mauri Episcopi, S. Pantaleemonis, S. Sergii, } Martyrum, Vigiliis in Apuliâ, inventio *celebratur hoc die in Officiis propriis. At dies natalis est* XXVII Julii.

S. Philosophi Martyris Alexandrini *elogium hoc die habet Synaxarium Chiffletianum: ipse est, quem sine nomine laudat Hieronymus in Vita Pauli, à nobis ad* X *Ianuarii data num.* 5, *quod molli in culcitra religatus provocanti ad libidinem meritricula præmorsam dentibus linguam in vultum expuerit. Nomen à facto sumptum arbitramur, quia proprium ignorabatur: quomodo eumdem alii* Nicetam *seu* Victorem *appellavere. Agunt de eo Martyrologia* XXVIII Julii.

SS. Orientius & Patientia Martyres, Oscæ in Hispania, *referuntur in Martyrologio hodierno Romano, cum hac Baronii annotatione:* In Flore Sanctorum Hispaniæ, ex veteribus monumentis Ecclesiæ Oscensis, leguntur hi parentes fuisse S. Laurentii Martyris. *Sed non habentur Martyres, quales tamen fecit, qui Chronicon sub nomine Fl. Dexteri nuper conflavit. Cum plures hic sint difficultates enodandæ, commodius id fiet ad Vitam S. Laurentii* X Augusti.

S. Arnulphi, Episcopi Sueſſionensis, translatio corporis, Aldenburgum oppidum Flandriæ, *celebratur in MSS. Centulensi & Florario Sanctorum: item apud Wionem, Dorganium, Menardum, Bucelinum. Dies ejus natalis est* XV Augusti.

S. Grata, vidua Bergomensis, aliquibus Virgo dicta, licet maritum habuerit, *refertur à Bellino, Maurolyco, Molano, Galesinio & in Martyrologio Romano. At colitur, ut vidua, in Ecclesia Bergomensi* XXV Augusti.

B. Jacobus Tifernas, Laicus Ordinis Minorum, sculpendi peritia insignis, virtute & miraculis clarus, Tiferni sub majori ara conditus: cujus corpus solitum fuisse ostendi hisce Kalendis Maji *scribit Angelus Conti de Sanctis & Beatis Tifernensibus. Verum Arturus du Monstier in Martyrol. Franciscano, & Iacobillus de Sanctis Vmbriæ referunt natalem* XVII Septemb.

S. Januarii Episcopi Translatio Neapoli *indicatur in Catalogo generali Ferrarii. Dies ejus natalis celebratur* XIX Septembris.

S. Matthæi Apostoli natalis *memoratur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani, item MSS. Richenaugiensi, Augustano & Labbeano, sed omisso nomine* natalis. *Colitur* XXI Septembris.

S. Benignus, S. Andochius, S. Thyrsus Diaconus, } Presbyteri } *occasione S. Andeoli socii, qui hoc die colitur, referuntur à Maurolyco, Greveno, Canisio, Ferrario; at seorsim coluntur.* S. Benignus X Novembris.

SS. An-

SS. Andochius & Thyrſus xxiv Septembris.
B. Vitalis, B. Gaufridi, B. Guillelmi, Abbatum, B. Petri, B. Haymonis, Monachorum, Saviniacenſium, elevatio corporũ, facta ab Epiſcopis Cenomanenſi, Abrincenſi, & Redonenſi, *memoratur à Menardo, ab Henriquez inter Omiſſa & à Sauſſaio. Ex his* B. Vitalis *Acta dedimus* vii Januarii.
Guilielmus, *cui poterit* Gaufridus *adjungi, refertur ab Henriquez.* xx Octobris.
Petrus, *cujus Acta MSS. habemus, ab eodem memoratur* xxiv Decembris.
Haymo, *ut diximus inter Prætermiſſos* 30 *Aprilis, indicatur in Kalendario Divione excuſo* xxvi Septembris.
Baruch Propheta, *occaſione S. Ieremiæ, qui hoc die colitur, ſubjungitur à Petro de Natalibus, & refertur à Witfordo in Martyrologio Anglicè olim edito. Verum is à Græcis in Menæis celebratur* xxviii Septembris.
S. Placidi & Sociorum exceptio reliquiarum, in monaſterio S. Benedicti de Padolyrone, *indicatur à Wione. Coluntur hi Martyres* v Octobris.
S. Gereonis Martyris Colonienſis & Sociorum memoria celebratur in Conventu S. Hieronymi Vallis-belle-factæ, territorii Penichii in Luſitania, ob ſacrum caput & alios pretioſas reliquias ibidem aſſervatas, *de quarum tranſlatione agit Cardoſo hoc die in Hagiologio Luſitano. Coluntur hi ſancti Martyres* x Octobris.
S. Joannis Boni, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Tranſlatio Mantuæ, *inſcripta eſt Auctario Greveni ad Vſuardum, & Martyrologio Germanico Caniſii. Dies ejus natalis cenſetur* xxiii aut xxiv Octobris.
S. Eliſabethæ viduæ elevatio capitis, facta anno 1236, *traditur in MS. Florario. Dies ejus natalis eſt* xix Novembris.
S. Clementis, Mediomatricę urbis Epiſcopi, Tranſlatio, anno 1090 facta, *memoratur in Kalendario Eccleſiæ Luxovienſis, ab aliis die ſequenti: at dies ejus natalis colitur* xxiii Novembris.
B. Galganus eremita, in Italiâ, *memoratur in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, in Martyrol. Romano* iii Decembris.
S. Tebredia Abbatiſſa *indicatur in Kalendario MS. Ordinis Benedictini. Eadem, in ſolo indice Bucelini reperta, indicatur coli* xi Decembris.
Sapientia, ſanctimonialis monaſterii de Remeia Ordinis Ciſtercienſis in Belgio, divino alloquio & cæleſtibus viſitationibus aſſuefacta. *Ita Chryſoſtomus Henriquez in Kalendario Sanctarum ac Beatarum Ordinis ante Lilia Ciſtercii, & iterum in Menologio, ac* Beatam *appellat.* Sanctam *vocat Chamelot: Sauſſaius Piis annumerat: Manrique ad an.* 1218 *num.* 8, *ab omni titulo abſtinet. Quæ de ea referuntur, in Vita B. Ida de Nivellis legi poterunt, quando de ea agemus,* xi Decemb.
S. Corentini, Epiſcopi Coriſopitenſis in Brirannia Armoricâ, Tranſlatio *celebratur hoc die in Eccleſiâ Coriſopitenſi; de Apoſtolis vero proximâ die non impeditâ. At per diœceſim fit de S. Corentino proximâ die non impeditâ. Memoratur etiam hoc die in MS. Barberiniano, Carmelitano Coloniæ adſervato; nec non apud Bellinum Pariſiis actum, Grevenum Molanum, Caniſium Sauſſaium & alios. Dies natalis eſt* xii Decembris.
Mochœmius de Tyrdaglaſſ *memoratur inter Sanctos Hiberniæ primo loco in MS. Tamlachtenſi: & dicitur à Colgano is eſſe, qui in Vita S. Fintani, à nobis edita ad diem* xvii *Februarii num.* 3, *dicitur* B. Mocumim, qui eſt cum S. Columba Magiſtro ſuo in civitate Tyrdaglaſſ, in terra Momoniæ, juxta flumen Sionna. *Quæ fere eadem narrantur in Vita S. Columbæ filii Crimthandi, datâ* xiii Decembris.
SS. Willibaldus, Epiſcopus Eyſtadienſis & Wunibaldus Abbas ejus frater (*occaſione* S. Walburgis *ſororis, quæ ob reliquias Eyſtadium tranſlatas, in multis Eccleſiis habet ſolennem venerationem, ut jam ſupra diximus*) *in variis Martyrologiis referuntur. Ex his*
S. Willibaldus *colitur* vii Julii.
& S. Wunibaldus xviii Decembris.

DE S. IEREMIA PROPHETA

IN ÆGYPTO OCCISO.

G. H.

1 MAII.

Actorum epitome

INcipimus *hunc menſem Majum à ſummis ſanctiſſimiſque viris,* Jeremia *antiquæ legis,* Philippo & Jacobo *ex duodenario numero Apoſtolis, & altero* Jacobo Fratre Domini, *Epiſcopo primo Hieroſolymitano, novi Teſtamenti Principibus: & ſubſequentur, quaſi meſſe per orbem univerſum accreſcente, quam plurimi Sancti. Proinde, ne moles hujus operis in immenſum excreſcat, quæ de* S. Jeremia *præclariſſima ſcribuntur, ea poterunt legi apud quamplurimos ejus prophetiæ Interpretes. Fuit autem* Jeremias, *ut paucis ejus geſta complectamur, fuit, inquam, Sacerdos, Doctor, Propheta & Apoſtolus; jam inde ab utero matris, ut plurimi cenſent, ſanctificatus, & ad id munus conſecratus. Decimo quinto circiter vitæ anno, teſte S. Hieronymo, prophetare cœpit, immediate à Deo miſſus ad prædicandum Iudæis ceteriſque nationibus adventum Regis Nabuchodonoſoris, excidium Hieroſolymitanæ urbis, & vicinarum provinciarum ac regnorum exterminium. Inter comminationes, increpationes ac lamenta, miſcet hinc inde læta promiſſa de reducendis ex Chaldæa Iudæis, de redimendo per Chriſtum mundo, de Gentibus in Eccleſiam reducendis, de multiplici gratia & felicitate novi Teſtamenti. Verum, pro omni labore ſuo, nihil ab ingratis civibus ſuis retulit, præter probra, vincula, carcerem & mortem, lapidibus obrutus. Quo nomine ut Martyr celebratur à Tertulliano, Epiphanio, Hieronymo, Iſidoro, aliiſque.*

2 *Sacra ejus memoria ad haſce Kalendas Maji recolitur apud Orientales, Græcos, Latinos. Nam quod habemus Martyrologium Arabico-Ægyptiacum, à Gratia Simonio Maronita pro nobis Latine redditum, iſta habet:* Primo die Maji memoria Jeremiæ Prophetæ ſanctificati. *In Typico S. Sabæ Abbatis, quod Syriacum haberi poteſt, indicatur* Jeremias Propheta. *Græci in urbe Conſtantinopolitana hoc die ſolenne feſtum S. Ieremiæ celebrant* in venerabili Apoſtolio ſancti & Principis Apoſtoli Petri, quod ſitum eſt prope ſanctiſſimam & magnam eccleſiam. *Vti indicatur in MS. Synaxario Græco Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis & in Menæis excuſis, ubi & laus ejuſdem Prophetæ hymnis, odis & canticis promulgatur. Nobis ſufficiat elogium, quod in pervetuſto Menologio juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris Conſtantinopolitani ſeculo Chriſti decimo conſcripto profertur, & eſt Latine redditum hujuſmodi.*

cultus apud Orientales,

& Græcos,

3 Jeremias, electus Dei Propheta, fuit ex Judæa regione; & multa quidem vaticinatus eſt, præſertim vero Hieroſolymæ expugnationem. Quapropter Arcam legis accepit, & ſacra omnia quæ in ea erant, & in petroſa cavea abſcondit, illos qui tunc aderant ita allocutus: Migravit Dominus ex Sina in cælum, ac rurſus veniet in Sina cum poteſtate: ſignumque erit vobis adventus ipſius, quando gentes omnes lignum adoraverint. Quæ cum dixiſſet, illico ſuper eam caveam, in qua Arcam abſconderat, nubes apparuit, locum illum per diem integrum obumbrans. Plures deinde ærumnas à Judæis ſuſtulit, quod eorum

in Menologio Baſilii Imp.

AUCTORE G. H.

ſcelera redarguiſſet. Cum vero poſtea in Ægyptum abiiſſet, prædixit futurum, ut omnia eorum ſimulacra concuterentur & conciderent, propter Salvatorem puerum ex Virgine in ſtabulo naſciturum. Ac demum cum Taphnis Ægypti urbe degeret, lapidibus à populo obrutus, è vita deceſſit, prope domum Pharaonis ſepultus. *Hæc in dicto Menologio.*

4 *Eadem fere omnia recenſentur in Chronico Alexandrino, uti illud Raderus appellat, & plura de ſepultura, miraculis ac tranſlatione Reliquiarum adduntur, his verbis:* Jeremias Anathotites, apud Taphnas Ægypti lapidibus à populo obrutus, occubuit. Jacet in eo loco, ubi Pharao habitarat. Ægyptii enim magna illum veneratione proſecuti ſunt, quod ab eo magnis eſſent beneficiis cumulati, dum eis bene precatus, monſtra, quæ crocodilos Græci, Ægypti menephoth appellitant, ab eis avertit. Porro quicumque etiam hodie, Chriſtum profeſſi, in eo loco precantur, & de loco illo pulverem colligunt, morſos ab illis homines curant, multique crocodilos ex aquis illis fugant. Accepimus nos ab Antigoni & Ptolomæi poſteris, viris magno natu, Alexandrum Macedonum Regem, cum Vatis ſepulcrum viſeret, & ea quæ de ſe prædixerat cognoviſſet, ejus cineres Alexandriam deportaſſe, illiſque illuſtre monumentum undequaque ornatum excitaſſe: unde factum ut aſpides inde arcerentur, uti & ex flumine. *Hæc in dicto Chronico.* *Ioannes Moſchus in Prato ſpirituali lib.* 10 *de Vitis Patrum cap.* 77 *hæc interſerit:* Tunc ajo, *inquit*, Domino meo Sophronio: Eamus ad Tetrapylum, & illic maneamus. Eſt autem locus ille Alexandrinis venerabilis: dicunt enim Jeremiæ Prophetæ oſſa ex Ægypto ſumpta, ab Alexandro conditore urbis illic fuiſſe repoſita.

Chronico Alexandrino,

& Prato Ioannis Moſchi,

B

5 *Non una ejuſdem Prophetæ memoria adhuc ſupereſt in Terra ſancta, & à Peregrinis religioſe viſitur. Nam primo inter Rama & Ieruſalem, decem circiter milliaribus ab urbe, occurrit in amœniſſima valle amplum templum (ut Quareſmius lib.* 4 *cap.* 7 *& nuper inde advectus Fr. Antonius Gonzales lib.* 2 *cap.* 6 *referunt) adhuc fere integrum, ſed tecto & ornamentis ſpoliatum, juxtaque Conventus olim Franciſcani parietinæ ac rudera, ſub titulo S. Ieremiæ, quem iſtic natum credunt incolæ. Neque valde obſtat quod vocetur*, Anathotites, Anathot *autem non fuerit hoc loco, citra, ſed tertio ſupra urbem ſanctam milliario, ſecundum Hieronymum: nec enim uſpiam dicitur Ieremias in Scriptura ſacra* Anathotites *vel* natus ex Anathot, *ſed ſolum dicitur fuiſſe* de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathot; *vel, ut Chaldæus habet, qui ſuſcepit* hæreditatem ſuam in Anathot, *quia ſcilicet ibi prædium emptum habuerit: quo non obſtante alibi & natus fuiſſe potuit & habitaſſe. Altera ejuſdem Prophetæ memoria eſt ad muros urbis ſanctæ, extra portam Damaſcenam. Specus ſcilicet quam Ieremiæ vocant, quod in ea credatur fleviſſe deſtructionem imminentem Hieroſolymis & Threnos dictaſſe. Eſt autem* antrum, *uti ait Quareſmius,* quadratæ formæ, amplum ac ſpatioſum, unica columna ejuſdem rupis ſuffultum, triginta circiter paſſus per quadrum continens: ſupra quod, *inquit Gonzales*, ad decem aut duodecim pedum altitudinem monſtratur locus inſtar lecti, qui Prophetæ pro cubili fuerit.

Celebritas in loco qui putatur nativitatis fuiſſe:

C

item in ejus ſpelunca

6 *Haud procul vero eſt alius locus, inſtar cavea ſive ciſternæ, uliginoſus & cœnoſus; qui putatur fuiſſe in quem conjectus eſt Sanctus. Quod ne contrarium Scripturæ videatur, obſervat Quareſmius quatuor omnino vicibus concluſum fuiſſe Prophetam: ac primo cap.* 10 *v.* 2 *quando* Phaſſur miſit eum in nervum, quod erat in porta Benjamin ſuperiori, in domo Domini, *intra civitatem in ejus meridionali plaga, pſeudoprophetis & templi miniſtris cum quid deliquiſſent deſtinatum. Secundo cum obſideretur Ieruſalem, quando* erat clauſus in atrio carceris qui erat in domo Regis Juda *Cap.* 32 *v.* 2. *Tertio cap.* 37 *v.* 14 irati Principes contra Jeremiam, cæſum miſerunt in carcerem qui erat in domo Jonathan Scribæ... in domum laci & in ergaſtulum. *Eſt hic etiam locus intra civitatem domui regiæ vicinus, ut inde clam accerſiri facile & adduci ad Regem potuerit. Quarto denique cap.* 38 *v.* 6. Tulerunt Jeremiam & projecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amelech qui erat in veſtibulo carceris... in lacum in quo non erat aqua, ſed lutum. *De hoc autem loco nihil additur quod diſſuadeat fuiſſe in parte Aquilonari, aut etiam extra muros civitatis: cum intra & extra potuerint eſſe carceres varii; & hoc loco ultimus iſte fuiſſe, in cujus lacum (nam tales foſſæ etiam in pleriſque carceribus hodie habentur pro facinoroſiſſimis reis) per funem tunc quidem fuerit dimiſſus Sanctus, poſtea vero ad memoriam Prophetæ paratus ingreſſus ſit per portam & ſcalas, quarum hodie viſuntur reliquiæ. Huc refer varia Scripturæ loca, ſimilem carceris modum apud Iudæos uſitatum indicantia. Pſalmo* 87 *v.* 7 Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & in umbra mortis. *Pſalmo* 39 *v.* 3 Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis. *Zachariæ* 9 *v.* 11 Emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. *Vtrum autem de poſtremo an de alio aliquo intra urbem loco intelligendum quod ait Nicephorus lib.* 8 *cap.* 9 *de Helena Conſtantini matre,* quæ in fovea Jeremiæ mirifica conſtruxit opera, *difficulter deſinieris.*

D

& vicina fovea ſeu lacus, in quem fuit poſt carcerem ter mutatum dimiſſus.

E

7 *Latini etiam hiſce Kalendis Maji celebrant* natalem S. Jeremiæ Prophetæ *in antiquioribus Martyrologiis, ſæpius à nobis allegari ſolitis, Caſinenſi, Barberino, Altempſiano, S. Cyriaci, Reginæ Sueciæ, aliiſque, tum quæ ediderunt Beda, Rabanus, Ado, Notkerus, Wandelbertus. At majus hoc elogium habet Vſuardus:* Kalendis Maji. In Ægypto Jeremiæ Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit: *additurque in hodierno Martyrologio Romano*, ibique ſepultus eſt: ad cujus ſepulcrum fideles (ut refert S. Epiphanius) ſupplicare conſueverunt, indeque ſumpto pulvere aſpidum morſibus medentur. *Citatur in Notis à Baronio liber, qui vulgo tribuitur S. Epiphanio de Vitis Prophetarum: in hoc autem fere eadem continentur de S. Ieremia, quæ maluimus dare ex Menologio Græco Baſilii Imperatoris & Chronico Alexandrino. Colitur quoque prima die non impedita, in Eccleſia Patriarchali & diœceſi Venetiarum*, S. Jeremias Propheta Martyr *ritu ſemiduplici. Hinc aliquæ* Reliquiæ *Pragam allatæ notantur in Diario Metropolitanæ eccleſiæ, tamquam repoſitæ* intra cryſtallum ejuſdem theculę argenteę inauratæ, *in qua continentur Reliquiæ S. Iacobi Apoſtoli.*

Cultus apud Latinos

8 *Placet addere Epitaphium à Saliano noſtro concinnatus.* Claudit hoc mauſolæum, Viator, non lipſana, ſed balſamum Lilio virginitatis odoratum; non oſſa arentia, ſed theriacam venenis, ſed amuletum fugandis ſerpentibus, lacertis, aſpidibus, crocodiliſque ſalutare. Hanc illi vim dedit, qui dudum contra cacodæmones, tartareos ſerpentes & eorum cultum, illiſque addictas Iſraëlitarum fæces Vatem invictum reddidit. Dederat quippe eum à puero in civitatem muniram, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram, adverſus Reges & Principes & Sacerdotes & populum terræ. Nil mirum autem potentem fuiſſe Jeremiam adverſus aſpidem & baſiliſcum, & conculcaſſe leonem & draconem; qui ex ipſo ſanctificatus utero, nihil illis in ſe juris in animo, nihil in corpore inquinatum toto vitæ decurſu admiſit: illi tota vita ſimillimus, qui mortalem neminem, aut etiam immortalium neminem, habuit parem. Pro quo & in cujus typum calumniis appetitus, irrioſinibus vexatus, circumventus inſidiis, jugum ſubiit & catenas; alapas item & flagella, tenebras & cœnoſum barathrum expertus eſt: & poſt deploratam multis aſſiduiſque lacrymis civitatem ac rempublicam Judæorum, gemina clade pereuntem; ſaxorum denique grandine ab impia fugitivorum turba obrutus, in Sancti Abrahæ ceterorumque Patriarcharum ſinum evolavit Maji primo, menſe à deſcenſu in Ægyptum ſeptimo. Prophetici muneris

F

Epitaphium ex Saliano.

anno

anno XLII, ætatis fere LV. *Philippus Labbe in Epitome Chronologica Hiſtoriæ ſacræ & profanæ par. 2, collocat necem S. Ieremiæ ad annum Mundi ter milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum ſeptimum, Romæ conditæ centeſimum quadrageſimum ſeptimum, ante Æram Chriſti vulgarem ſexcenteſimum ſeptimum.* *Tempus cædis*

9 *Concludat rem totam viſio nocturna, Iudæ Machabæo facta, qui eam libro ſecundo Machabæorũ capite* XV *deſcribens, dixit,* apparuiſſe *cum Onia* & aliũ virum ætate & gloria mirabilem & magni decoris habitudine circa illum. Reſpondentem vero Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator & populi Iſraël: hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa ſancta civitate, Jeremias Propheta Dei. Extendiſſe autem Jeremiam dexteram, & dediſſe Judæ gladium aureum dicentem, Accipe ſanctum gladium, munus à Deo, in quo dejicies adverſarios populi mei Iſraël. *Protectio S. Ieremiæ.*

DE S. PHILIPPO APOSTOLO

MARTYRE HIERAPOLI IN PHRYGIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

§ 1 Acta varia, & cultus ſacer apud Latinos, Græcos, & alios Orientales.

SUB DOMITIANO IMPERAT.

Elebris eſt ad Kalendas Maji memoria S. Philippi Apoſtoli *in antiquiſſimis Faſtis Latinis. Pervetuſtum Martyrologii Hieronymiani apographum, à mille prope annis exaratum, quo ab initio operis ut noſtro uſi ſumus, quodque Epternacenſibus ut ſuum exigentibus reddidimus, habet præfixum Indiculum de feſtis Apoſtolorum diebus, & referenda ad Kalendas Maji iſta ſuggerit:* Natalis S. Philippi Apoſtoli, in civitate Hierapoli provinciæ Aſiæ. *Verum in contextu Martyrologii ad Kalendas Maji hæc ſolum leguntur:* Natalis ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi. *In apographo Corbeienſi Pariſiis excuſo ejuſdem Martyrologii Hieronymiani ita habetur:* In Aſiâ Hierapoli SS. Philippi Apoſtoli & Jacobi. *De S. Iacobo, qui non ſpectat ad Hierapolim, mox ſeorſim agemus. Similia de utroque habentur in antiquioribus Faſtis MSS. quos non eſt operæ pretium indicare. Venerabilis Beda in genuino ſuo Martyrologio, quod ante tomum ſecundum Actorum Martii ex octo antiquis codicibus edidimus, iſta ſcribit:* In Hierapoli Philippi Apoſtoli, & Jacobi Apoſtoli Fratris Domini. *Addit Florus:* Quorum primus in Aſia in civitate Hierapoli provinciæ Phrygiæ paſſus eſt, ibique cum filiabus ſuis requieſcit. *Rabanus, ætate proximus, ſic ſcribit:* In Hierapoli Philippi Apoſtoli, qui Ebionitarum hæreſim extinxit, & quievit in pace. *Vſuardus ſcripto mandavit hæc verba:* Natale Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ex quibus Philippus poſtquam Scythiam ad fidem Chriſti convertiſſet, apud Hierapolim, Aſiæ civitatem, glorioſo fine quievit.

Cultus S. Philippi apud Latinos 1 Maji

in Faſtis S. Hieronymi,

Beda,

Flori,

Rabani,

Vſuardi,

2 *Ado Archiepiſcopus Viennenſis, in libello de feſtivitatibus Sanctorum Apoſtolorum, hoc elogium edidit:* Natalis beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi: ex quibus Philippus, cum pene Scythiam convertiſſet, Diaconibus, Presbyteris & Epiſcopis ibi conſtitutis, reverſus eſt ad Aſiam, ubi continua prædicatione per aliquot annos inſiſtens, multitudinem populorum Chriſto, laboribus piis ſemper inſerviens, lucratus eſt: quique apud Hierapolim Aſiæ civitatem dormivit cum patribus ſuis, beato fine ſepultus. *Hæc Ado:* quibus addit *Notkerus*, Extincta hæreſi Ebionitarum, qui Chriſtum Jeſum ante Incarnationis tempus fuiſſe negabant. *In hodierno Martyrologio Romano addantur nonnulla de ejus martyrio his verbis:* Natalis beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ex quibus Philippus, poſtquam omnem fere Scythiam ad fidem Chriſti convertiſſet, apud Hierapolim Aſiæ civitatem, cruci affixus & lapidibus obrutus, glorioſo fine quievit. *Hæc ibi, quibus ſimilia in ſuo Martyrologio tradit Galeſinius. At Maurolycus aliquanto plura interſerens,* Natale, *inquit,* beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ex quibus Philippus, poſtquam Scythiam ad fidem Chriſti convertit, ubi dejecto Martis ſimulacro erexerat Crucem, & venenoſum draconem extermi-

Notkeri,

in Martyrol. Romano,

Galeſinii, Maurolyci,

narat; apud Hierapolim civitatem Aſiæ glorioſo fine quievit: ſive ab Ebionitis cruci affixus & lapidatus occubuit: juxta quem duæ filiæ ejus Virgines tumulatæ ſunt: tertia Epheſi jacet. *Hæc Maurolycus: præter quæ Conſtantinus Felicius nonnulla miſcet ex Actis Græcis, de quibus mox agemus.* *Felicii.*

3 *Vocatio Philippi ad Apoſtolatum nonnullis etiam Faſtis ad* XXVIII *Februarii adſcribitur: ſed iſta ex* I *die Maji latius deducenda fuere, ut via ſterneretur ad Acta Latina, primo loco danda, in quibus omnia continentur, quæ in citatis Martyrologiis attinguntur. Eadem Acta habemus in tribus illuſtribus codicibus noſtris, quorum aliquis ante octingentos annos videtur exaratus. Præterea accepimus eadem deſcripta ex vetuſtis codicibus Trevirenſi S. Martini, duplici Audomarenſi Eccleſiæ Cathedralis, Vltrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris, Romano Cardinalis Baronii. Invenimus ipſa etiam in tribus Reginæ Sueciæ ſignatis numero 81, 482 & 1604, Pariſienſi Cardinalis Mazarini, Duacenſi monaſterii Aquicinctini, Bodecenſi in Weſtphalia, & in Codice MS. Hoſpitalis S. Nicolai prope Cuſam: neque ab hic diverſa ſunt, quæ habuit Auctor hiſtoriæ de Tranſlatione brachii S. Philippi Florentiam, infra danda. Legendaria ſi libuiſſet excutere, plura poſſemus indicare exempla. Sed imprimis memorabilis eſt nobis eadem Acta continens Codex pervetuſtus, quadratis litterarum ductibus & diſcrimine diphthongorum atque vocalium accurate ſervato exaratus, qui olim pertinuit ad monaſterium SS. Petri & Pauli in Wiſſenburg diœceſis Spirenſis, nunc eſt Ampliſſimi Baronis Blumii, ſæpius à nobis memorati, ob vetuſtum Martyrologii Hieronymiani apographum, quod ipſe ex eodem monaſterio acceptum pro ſua humanitate communicavit. Ex hoc vetuſto codice Acta virtutum & paſſionum Sanctorum Chriſti Apoſtolorum, Reinoldus Dehnius, Societatis noſtræ vir eruditus, deſcripta nobis tranſmiſit.* *Acta dantur ex vetuſtis MSS. Latinis,*

4 *Præfigitur huic Codici* epiſtola Melitonis, *aliis* Melliti, Epiſcopi Laodicenſis, ad univerſos Epiſcopos & Eccleſias Catholicorum, de quodam Leucio, qui quorumdam Actus Apoſtolorum ſcripſerat. *Notat hunc Melito* falſitatis titulo, *potiſſimum quia* dixit, eos docuiſſe duo principia boni & mali, & bona à bono & mala à malo ſubſtitiſſe Principe. *Eadem epiſtola præfigitur ante Acta S. Ioannis Euangeliſtæ apud Florentinium ad Martyrologium Hieronymianum. Mentio prædicti* Leucii, *aliis* Leontii, *videtur fieri in Tractatu de Fide ſive de Vnitate Trinitatis contra Manichæos, qui tomo 6 Operum S. Auguſtini continetur: verum non habetur in Retractationibus ejus, neque in Indiculo Poſſidii; aſſeritque Philippus Labbe de Scriptoribus Eccleſiaſticis,* eviciſſe Sirmondum in Hiſtoria Prædeſtinatiana ex fide MSS. codicum, præcipue Corbeienſis, *quod ſit* Euodii Epiſcopi Uzalenſis, *in Proconſulari provincia Africa, ad quem extant variæ S. Auguſtini epiſtolæ: ut vel tunc ante indicatus* Melito *ſive* Mellitus *Epiſcopus vixiſſe videatur.* *& ex MS. libro de Vitis Apoſtolorum forte Melitonis Epiſcopi,*

5 *Sunt*

AUCTORE G. H.

5 *Sunt hæc Apoſtolorum Acta poſtmodum varie aucta, & ſub nomine Abdiæ, Babyloniæ Epiſcopi ab Apoſtolis ordinati, ſæpius recuſa; quaſi ea ex Hebraica in Græcam linguam tranſtuliſſet diſcipulus Abdiæ Eutropius, & hinc in Latinam vertiſſe ſe dicat Iulius Africanus, qui tertio ſeculo florait ſub Imperatoribus Heliogabalo & Alexandro Mammææ filio. Baronius in Notis ad hunc diem*, Licet, *inquit* apocrypha cenſeantur hæc ſub nomine Abdiæ, vera tamen nonnulla ibi eſſe mihi facile perſuadeo: *maxime quando aliunde ea Acta, (ut hîc de S. Philippo) ſatis probantur. Extant eadem excuſa anno* MDXXXI, *inter Rhapſodias Anonymi Philalethi Euſebiani, in Vitas, miracula, paſſionesque Apoſtolorum, à Frederico Nauſea collectas: & in pleriſque horum non legitur quod Philippus* cruci affixus & lapidibus obrutus fuerit. *Verum inſerta ſunt illa verba apud Ioninum Mombritium, in Legendario ante ducentos annos excuſo; item in Breviario Romano anni* 1522 *atque eo quod juſſu Pauli Papæ* III *à Cardinale Quignonio ordinatum & Pii* V *juſſu poſtea editum hactenus aſſervatur, licet in hiſce Acta integra non dentur, ut in antiquiori Breviario. Prior pars Actorum integra habetur in Breviario anni* 1479, 1490 *& ſequentib. in eaque parte continentur illa, quæ inde Maurolycus ſupra tradidit de* venenoſo dracone exterminato, *aut forſan diabolo ſub tetri monſtri figura. Similia habent Petrus de Natalibus lib.* 4. *Catalogi cap.*107, *Philippus Ferrarius de Sanctis Italiæ, & plures alii.*

& ſub nomine Abdiæ excuſa t

eadem edita à Nauſea, & Mombritio

in Breviariis Romanis, &c.

B

6 *Actis Latinis ſubjungimus Acta ex Græco tranſlata: quæ nobis valde antiqua videntur, & à Symeone Metaphraſte inter Vitas Sanctorum potius tranſcripta quam de novo compoſita: cui vel ideo magis adſcribuntur, quia primus & antiquus auctor non eſt ſuo nomine notus. Extant ea, interprete Gentiano Herveto, tomo quinto Vitarum Sanctorum Patrum ab Aloyſio Lipomano vulgatarum: & ad has Kalendas Maji à Laurentio Surio tranſlata ſunt, unde cum Græco collata & notis noſtris illuſtrata damus; Ipſum autem Græcum in MSS. Vaticanis Venetiſque invenimus. Vixit eodem cum Metaphraſte ſeculo Nicetas Paphlago, qui & David, Rhetor diſſertiſſimus ac vir ſapientiſſimus: cujus orationes plures tranſtulit Franciſcus Combefis, & in ſua Bibliotheca Patrum concionatoria edidit. Earum duæ referuntur ad haſce Kalendas Maji, altera de S. Iacobo Alphæi è duodenario Apoſtolorum numero, quæ infra editur; altera de S. Philippo Apoſtolo, quam vel ideo omittimus, quia ſolum eſt metaphraſis jam dictorum Actorum, & ſatis habemus aliqua exinde in Annotatis obſervare.*

Acta alia ex vetuſtis MSS. Græcis,

à Niceta Paphlagone encomiaſtice dedncta:

7 *Dicunt porro Acta hæc Græca, Sacrum S. Philippi corpus depoſitum eſſe die* XIV *Novembris, quo ejus feſtum apud Græcos & alios Orientales ſolenni veneratione peragitur. In Menologio, Baſilii Porphyrogeniti auctorite ante ſeptem ſecula edito, ad dictum* XIV *Novembris hoc elogium habetur* Philippus, ex duodecim Apoſtolis unus, Bethſaidæ Galilææ natus, poſt Jeſu Chriſti Aſcenſionem, miraculorum frequentia inſignis, Trajano Imperatore profectus eſt Hierapolim, cum ſeptem filiabus & Mariamne Sorore ſua, & Bartholomæo Apoſtolo; ubi Jeſu Chriſti verbum nuſquam non diſſeminando, deducebat ab idolorum vanitate multitudinem Gentilium, qui eodem in loco, ſimul cum Nicanora uxore Proconſulis, hominis inter ſuos primarii, ſerpentem dignabantur cultu & honore divino. Quare cum Proconſulis juſſu Bartholomæus & Philippus ſublimibus è muro pedibus penderent; orante Philippo Gentiles omnes cum Proconſule, cum vipera, cum ſacerdotibus ejus, repentino terrarum hiatu hauſti ſunt. Verum omnes ſingulari Dei beneficio, præter Proconſulem cædis Sanctorum auctorem & viperam, emerſere in apertum aërem: ſolutoque Bartholomæo, Philippus eo cruciatu conſumptus eſt. *Hæc ibi.*

Cultus apud Græcos 14 *Novembris*

C

in Menologio Baſilii imp.

8 *In pervetuſto Græco Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad collegium Claromontanum Societatis Jeſu Pariſiis, epitome vitæ extat ad dictum* XIV *Novembris.* Memoria ſancti & inclyti glorioſique Apoſtoli Philippi, ex choro duodecim Apoſtolorum. Hic erat ex Bethſaida urbe, concivis Andreæ & Petri: qui multus erat in evoluendis libris Prophetarum, & Virgo permanſiſſe tota ſua vita traditur. Hunc Chriſtus poſt baptiſma ſuum in Galilæa repertum, ut ſe ſequeretur adhortatus eſt. Ille poſtea cum incidiſſet in Nathanaelem, Invenimus, inquit, Jeſum, filium Joſeph à Nazareth; aliaque multa ſcire volentibus de illo traduntur in divinis Scripturis. Hic poſt Ad ſcenſionem Domini ſortitus Aſiaticam terram, ſub Trajano Imperatore Hierapolim (quæ tunc Ophioryme, quaſi Serpentinus impetus dicebatur) acceſſit cum Mariamne ſorore ſua, & Bartholomæo Apoſtolo. Docebat autem Euangelium Chriſti, perſuadens infidelibus ut ab errore idolorum diſcederent: viperam namque inſtar Dei habebant. Multi autem fidem Chriſti ſuſcipiebant, inter quos erat Nicanora uxor Proconſulis, qui eos magna ignominia proſequebatur, volens plurimum ulciſci. Quare captum, calcaneis pedum perforatis, mandavit inverſo capite de ligno ſuſpendi, una cum Apoſtolo Bartholomæo, cui idem ſupplicium inflictum. Cum Philippus ita ſuſpenſus preces funderet, ſubito terra aperta abſorpſit omnes infideles Hierapoli exiſtentes, una cum Proconſule & vipera, hujuſque Sacerdotibus. Verum miſerante Chriſto omnes, excepto Proconſule & vipera, liberati, ſunt, & mox Bartholomæum diſſolverunt. Philippus autem eorum repreſſit conatum, atque ita in ligno vitam finivit. Hujus corpus cum Bartholomæus & Mariamne ſepulturæ tradidiſſent, in Lycaoniam diſceſſerunt. Feſtiva S. Philippi ſolennitas celebratur in ſacra Apoſtolorum æde, in Miltiadis regione. *Hæc ibi. Forſan illud Apoſtolorum templum fuit, quod Conſtantinopoli à S. Helena ejuſque filio Conſtantino Magno extructum fuiſſe, forma oblonga & tecto ligneo opertum, tradit Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 38. *De tempore martyrii infra agemus.*

D

MS. Synaxario CP.

E

9 *In Menæis excuſis & manuſcriptis illuſtre S. Philippi elogium eſt, in quo* perpetua ejus virginitas *laudatur, diciturque*, cum Apoſtolo Bartholomæo & Sorore Mariamne, Myſiæ & Lydiæ civitates prædicando Euangelium obiiſſe, & multa pericula & afflictiones ab infidelibus pertuliſſe; flagellis & virgis cæſus, carceribus incluſus, lapidibus appetitus, *etiam* cum S. Joanne Euangeliſta, qui id temporis Chriſtum in Aſia prædicabat, egiſſe. *Ibidem* Nicanor *appellatur ipſe* Proconſul, cujus uxor Chriſti fidem amplexa erat, *& additur mentio de* Stachy, cujus domus à Proconſule & populo incenſa erat: *diciturque idem* Stachys Epiſcopus Byzantinus creatus. *Colitur hic* XXXI *Octobris, quando illa poterunt diſcuti: interim noto, eadem haberi in Vitis Sanctorum à Maximo Cytherorum Epiſcopo collectis, & in Anthologio Græco auctoritate Clementis Papæ* VIII *per Arcudium ordinato. Notatur etiam S. Philippi Apoſtoli memoria ad dictum* XIV *Novembris in Menologio Græco, Kalendario Græcorum apud Genebrardum, figurato Moſcorum Kalendario apud V. CL. Laurentium Vander Hem Amſtelodami, Kalendario Ruthenico apud Poſſevinum; MS. Martyrologio Arabo-Ægyptio in Latinum per Gratiam Simonium Latine pro nobis tranſlato, & alio MS. Cophtorum per Athanaſium Kircherum nobis tranſmiſſo; item in ſecundo Kalendario Arabico apud Ioannem Seldenum cum libro de Synedriis veterum Hebræorum excuſo: in cujus priore Kalendario refertur, ſed forſan amanuenſium errore, pridie ſive* XIV *Novembris. Præterea in Arabo-Ægyptiaco Simonii alter dies feſtus ejus aſſignatur* XXVI *Maji, & appellatur* Certamen S. Philippi Apoſtoli.

Menæis Græcis aliiſque ſimilibus.

F


item apud Arabes, Ægyptios, Ruthenos.

10 *Alia Acta Græca deſcripſimus Romæ ex codice Vaticano, ſignato* 808, *ſed imperfecta; quæ non eſt operæ pretium edere: ſolum noto quod hic dicatur inter miracula,*

Acta Græca alia omiſſa.


præfatus

Ex gazophylacio Canonicorum Regul: S. Genovefæ Parisiis.



IESVS CHRISTVS.
MATER DEI. S. IOANNES PRÆCVRSOR


S. IOANNES CHRYSOSTOMVS.
S. NICOLAVS. S. BASILIVS.



S. STEPHANVS PROTOMART.
S. THECLA PROTOM. S. HÆCATERINA.

SANCTA BARBARA.
S. PARASCEVE. S. MARINA.


DIPTYCHON CONSTANTINOPOLITANVM



TRIPTYCHA MOSCORVM

ДЕКЕМВРІЙ ІТОСЛОВѢЗАКОПРЕИДЕДВѢЗІГІВДИИ Ѳ БЖЕГВЗВЧМѢСТОТВВНИ ша.

а. наумъ в. авакумъ гс софіи. д. варвара їѡнадама. е. саваа. ѕ. никола. ѕ. авросніи. пса́пїи. ѳ. зачатїи. ѯ. аннѣі. ї. мниа. аі. данн. ві. спурїдѡ.



гі. вусратїаѹзенлін. вугенї. мамарїнорестаі. ѳнрс. левкнї. еі. влеѳерій. слевнѣпѡтѣх. ѕі. агн. ѕі. данй. анаїа. азарїа. мїса́нлъ. нлй. вдъ рожествохвыс. ѡнъ.



ни. евалїа. михан. ѳі. внфакі. аглаїдаѯлімола. к. їгнатї. філогѡнї. ка. нулїана. ктѡдѡ. гретавї петрѕмнтропѡ. кв. натасїа. хрусогѡ. вг. слы. мучен. їнжевкрнѯ. ка. вугенїа.



кѣ. рожествѡ. хво. ѣф. кѕ. соборъ слы бца. кз. стефанѳеодр. кн. сй. вникомїан. сожежены. кѳ. смлнѣѹздї. маркелъ. л. анусїа. зшкъ. ла. меланї.



НЕБ ПАВЕЛ ПРЕВЕЛИЧЕНИЕ ВЕЛИЧЕБЛЖЕНАГО ПАВЛА ТОРАНКОЙ ДОСТОПАЛ ЧАКРЕСТЬ ВИВОМЗ ПОСЕЮЩИ БОЖИЯ,

а. Козма. Дамиан. в. Акиндинъ. Пигасий. г. Акепсимъ. д. Іоникий. є. Галактіонъ. Єпсимиа. ѕ. Павелъ Преставление Варлаамна Новгородскаго. з. Іеронъ. Лазарь.




и. Гобо. Архистратига. Михаила. ѳ. Онисиѳо. Марона. і. Ераст. Олимп. Родіонъ. Феоктистъ. аі. Мина. Викторъ. Стефанида. Викентій. Феодорзві. Іоа. мл. пр. Нилъ. гі. Іоа. зла.



ді. Филипъ. Григорій. єі. Гурій. Самонъ. Іавівзаіако. ѕі. Супатій. Матфей. зі. Григорн. иі. Платонъ. Романъ. ѳі. Аѵдіи. Варлаам. к. Григорій. Проклъ. ка. Введеніе Вурко Прмтьб. уа.



кв. Филимонъ. кі. Амфилохні. Григорі. кд. Екатерина. кє. Климентъ. Петръ. кѕ. Аліпиі. Георгій. кз. Іаковъ. Палладій. кн. Стефанъ. Нриначко. Парамонъ. Акакій. л. Андреи.



ОТЪРНЪ ГАДОМЪСЛЬНЪФВАДЕШИРХЪВСЛОВЕСВЪЙЛОКІѲЪДЪЄДЮГОВЪЄРТІ·ГЯ·ХЛЪБАЖЪТАНАШЄГОНАКАЗЯ·

а. Покро. ПРѴыа Бцы І. Янаніа. в. Кѵріанъ Ѵслініа. г. Діонусін. д. Іероѳіе Харіѵна. ѕ Ѳома Зергін. Вакхъ. и. Пелагіа. ѳ. Іаковъ. Анронік. і. Ѳулапін. Ѳуламп.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

аі. Філіпъ. Ѳеофанъ. Свеаікін. Собо. Семы собравоб Нікеві. Про Зарахъ. Анронік. гі. Карпъ. Папѵ. Параскєвіа. Ді. Иарін. Протасі. Келесі. Свалш. єі. Лукіан. Ѳуѳѵмінї.

11 12 13 14 ГЕРВАСІН НІКОЛА 15

ѕі. Логінъ. зі. Ѡсіа. Андрєи. ні. Лука. ѳі. Харъ. Іонаѵ. Садоѳъ. К. Арѳемій. Клеопра. ка. Іларіове. Іларіон. єп. кв. Аверкін. Іѡа. ѳ. семзотро. и. въ. ефсе спаша. кг. Іаковъ.

16 17 18 19 20 21 22 ТОВ 23

кд. Ареѳа. Аѳанасн. кє. Макіа. Матірін. Аврамъ. кѕ Дімнрін. кз Нестор. кн. Терентін. Неоніла. Параковіа. кѳ. Анастасіа. Аврамі. л. Зинові. Зинові. ла. Єпімахъ. Стахін. Анмзпиї.

24 25 26 27 28 29 30 31

Вага

СЕПТЕМВРІЙ СЕМИЧЮПЯДЪПРВЕДНЫЙ· ВЪСТЯЄТЪ· ПРИТЧЯ: КД

Я·Пр Симеѡ·Бм Мама·ІѲя Поѳн·Гюм· Яѳю·имъ Прѳсок·Ѵа·ѻм· Вавилъ· Моусе́н·Е Заха́рїа·Ѕ·Чюі Яхта́ Міха́м·З·м·Сзонтъ· Єѳкнмъ·И Рожево Прѣтыа· Бъя·

1 2 3 4 5 6 7 8

Ѳ·Іоакн· А́нна· Свнгна́нъ·І·м· Мі́нѻра· Мигора· Нѵѳ́ѳаѻра·Аі·пѵ·ѳєѻра· Ві·Яѳномъ·Гі·К·нна́лі·Аі·Вззкиніе Чтна́го· Крета: Єі·Філоѳ́е·М·Нікита·

9 10 11 12 13 14 15

Яхимкопъ нгнатіма

Ві·Єуфи́мі·Зі·Вѣра·любн·На лєѯа·ндрійскоі Ні·Єуме́н·Ді·М·Софімъ·Савати·Дрімен·Деорѳіего Кѣвста́фій· Татіа· Кнѕ Михаи́лъ· Фѳ́ѳо· Кѳ·Кодратъ·Кѣ·Пр·Іѡ́на·ѻм·Фо́ка·Прсвте Іѡ́на·


16 17 18 19 20 21 22

Кг·Зачя́тіе·Стоіѡана Пѣте́чи·Зрѕ·Кѳ·Фе́кла·Кѣ·Єѵфросі́нїи·Прставле́ніе Се́ргиа Рѳаонежскаго· Кѕ Іоа Бгос·Кз·Калі́ста·Кн·Харі́то·Кѳ·Куріак·Л·Григо́рин·


23 24 25 26 27 28 29 30

АВГУСТЪ НА ЗЕМЛИ И НА НЕБЕСИ.


а. Происхожденіе Чтагонжівотъ Крига. Елеазара Соломонія. в. Стефана. г. Іскаго. Далмата. Фауста. д. Евдокіа. Истыя отро. Кофс. сіб. є. Евсигніа. ѕ. Стое Преображеніе Гне.



з. Дометіа. н. Емиліа. ѳ. д. Мафе. і. Лаврета. аі. Евпла. ві. Фотіна. Никита. гі. Мазима. аі. Міхеи. еі. Успеніе Престыа Влчцы Ше Авча. ѕі. Нерукотвра. Аіому.



зі. Мироніа. Флора. Лавра. аі. Андре. к. Пр. Самвіла. ка. Ѳаде. Басса. кв. Агаѳоніа. кг. Лупа. ка. Евтіхіа. кѕ. Вовра. Моше. Варѳолм. Тутъ.



кѕ Дарія. Наталіа. Срѣтеніе. ікона. Пр. Бца. кз. Пимна. кн. Монсна. кѳ. Уконове́ніе. Ч. г. Іѡа. Пр. тчи. л. Алеѯандра. Іѡ. Павла. Финна. ла. Положеніе. Ч. пояса Пр. Бца.



ІЮЛЬ. М. ДѢЖИ. НАЧЕ ВЪ ЦЕ. ІЗЪЯ. ХРА. ХТОВА. СВЯ. ОТЦА. НАШЕГО. ВАСІЛІЯ. ВЕЛІКАГО. АРХІЕПИ. КЕСАРІЇ. КАПАДОКІЙСКІЯ

А. КѠЗМА. ДАМІА. В. ПОЛОЖЕНІЕ. РИЗЪ. БЦЕ. ЕЛАХЕРНЪ. ГУАКІНѲЪ. АНДРЕЙ. Е. ЛѲАНАСІЙ. МАРѲА. S. СІСѠЙ. ЗѲѠМА. АКАКІЙ. Н. ПРОКОПІЙ. Ѳ. ПАНКРАТІЙ. ГІАКѠНІ. М. МЕ. АІ. ЕУФИМІЙ.



ВІ. ІѠКЛЪ. ІЛАРІЙ. МІХАІЛЪ. МЕЛЕТІЙ. ГІ. СТЕФАЙ. ГАВРІІЛЪ. АІАКІДА. ЕІ. ІУЛІТА. ВЛАДІМЕРЪ. S. Ѳ. С. ВСЕ. СЪ. НІКЕСКІ. ЛѢТАНІА. ГНСУАКОСТАТІ. В. СЪ. Б. СЪ. КѠСТАТ. АГѠРѲКВАУГѠРНГГСЪ. ЕФЕСКІЙ. ѠРѲХВАУЛАСМА: ПРІВ. ЄЄС. УМАН



Д. СЪ. ХАКАѲСКІЙ. ѠРХЪАУГАСѠХА. Є. ВѲ. ВСЕ. КѠСТ. ЛѢ. ѠРѲС. ФОСТРЫІ. S. Ф. Ѳ. ЧРНГРАСКІЙ. АѢ. ѠРЧПВ. ІѠ. РѲ. ЗІ. МАРНІА. НІ. ЕМІЛІА. ПР. Б. ПАВѠТРІ. ДІ. МАКРІНА. ДІН. К. ІЛІА. ПРѲРѲК. КА. ЕЗЕКІ. ІѠА. СУМ.




КВ. МРІѢ. КГ. ТРОФѲМ. КД. ХРІСТІНА. ВОРИСЪ. ГЛЄВЪ. КЄ. АЙНА. ѲЛІПІА. ДА. ЄѲПРАЗІА. КЅ. Є. ЕРМОЛА. КЗ. ПАТЕЛЕМѠ. КІІ. ПѲХѠРЪ. КѲ. КАЛІНІКЪ. ГІЛАС. ГІЛѲАНЪ ІѠАННЪ. ЛА. Є. УДѲКІ.



ІѲНЬ· м҃. д҃. СКОНЧАСАКМА́ЛЕ·ИСПО́ЛНИЛЄ́ТА·МНО́ГА·ѲГОНА́ЬОБ҃Ѕ҃ ГЄ́ИДШІЯЄ́Й·КНЯ́Я·

а҃ Іѵстїнъ · Аѳонисїн · в҃ · Никифоръ · Іоаннъ · г҃ · Лоукїллїанъ · Павла · д҃ · Мнтофі́ · є҃ · Дороѳе́й · ѕ҃ · Мартіанъ · Іларіонъ · Висаріонъ · з҃ · Ѳеодо́тъ · и҃ · Ѳеодѡ́ръ ·



ѳ҃ · Кїрїллъ Алеѯ Курилъ · Антоніа · Алеѯа́нрь · і҃ · Тімоѳе́й · ія҃ · Вартоломе́й · Варнава · ві · Онѵфрій · Пе́тръ · гі · Жѵлина · Зіфиліи́н · ді · Єлісе́ · Меѳодій · Патр҃ · Еі · Аммѡнъ · ѕі · Тихонъ ·



зі · Манхлъ · Гавелъ · Ісмаилъ · нї · Леѡнтій · ѳї · Їѡаѳа́ва · к҃ · Меѳодій · ка҃ · Хлинъ · кв · Євсевій · кг · Агрнпіна · Аѳїстклі́анъ · ка · Рожде́ство Стаго Іѡа́нна Пре́теч҃н Єлиса · Заха



кє · Февронїа · кѕ · Давідъ · Солѹскнй · кз · Самѱонъ · кн · Кѵ́ръ · Іѡа́ниѕ · ко · Стзін · Верхо́внмна · Пе́тр҃ · Паве́л · Собо́р · Сты · Нелавны · ві · Апл҃ ·



МЯЙ ДЎГЎВЄНЎНЪ ЦЄНЎІПОНЄ ДЎНАНЯПАСТЬ СВОАМЪ НИТРПИСНЙДОСМРТИЗЛОСТЯЖ.


А. Иереміа. Б. аѳанасїи. Г Тимоѳєи. Мавра. Іресталеніе Іреп҃ Онѡ҃є Ѳеолосіа. грег. Д. Пелагіа. Е Ирина. S. Іѡвъ. Андроникъ. аѳанасіа. З. Накленіе наПС҃и Чнаго Крта прп҃ Константїн Црн.




Н Іѡа. Арсеній. Ѳ нсаїа, Христофоръ. Никола. І. Симозіло. аі. Моки. Ві. Епифаній. Герма. Гі. Глукері. Ді. Ісідо. Ісідоръ. Еі. Пахѡмій. нсаіа. Si. Ѳеодор.



Зі. Андроникъ ѳеод. Ѳі. Патрікій. К. Ѳаліей. ѡвр҃тєніе. моще. Алеѕіа Мтрополи. кіев. ка. Кѡстати. Царицлена. кв. Калникъ. кг. Михаилъ. ѡбр҃тєніемоще. леѡті еп. ростo.




Кд. Сумеѡнъ Никита. Кє. Третіи ѡвр҃ѣ. ч Главы Іѡанн Продром. Кѕ. Карпъ. Кз. Ѳерапо. Кн. Никіта. Нгнатє. Ко. Ѳеосіа. л. Исакій. Ла. Єремѣи.



Ꙗ҆рель бо́лшаго селобы́вника тожде и҃ма́ дѧ́ть до́бро свое́ю положи́ть дру́гиѧ свои́ѧ. ѕ҃ачало о҃ е҃і.

а҃ Прпб҃ Зо́сима. Прма҃ Прпзо́сима. Прпм҃мліса҃. в҃ Ти́тъ. г҃ Ни́кита. д҃ Іѡ́сифъ. Грігорі́и е҃ Ѳеодо́лъ. Агаѳоно́дъ. ѕ҃ Ерту́хіи. з҃ Серги́и.



и҃ Нрѡа́ѡ. Ага́въ. Руфъ. ѳ҃. Ерфухі́и. і҃ Тере́нті́и. а҃ Іанту́ріъ. е҃і Васи́лі́и. Анфѵса́. п҃ Арте́мо́д. Мартіи́ъ. а҃нтонії. Іѡа́ѳ. Ѵста́ѳі.



е҃і а҃ріста́рхъ. Пѵда́ъ. Трофі́мъ. ѕ҃і. Агапі́па. Нрни. Хюнна. з҃і. Сумеѡ́н. Нії. Іѡ. Ста́ѳа. Аѳанаси́а. ѳ҃і. Іѡа́. к҃ Ѳеодо́ѳ. кѳ҃ Іануа́рії. Ѳеодо́р. Анастаси́и



кв҃. Ѳеодо́ѳ. кг҃ Гѳ. ѳгнії. кд҃. Ста́ѳа. ке҃. Ма́рко. ѕ҃ Васи́лі́и. Гѳ Стефа́нъ. з҃ Сумеѡ́н. кн҃ Іассѡ́н. Сѡсіпа́тръ. ко҃. Г҃ Ты́ мѳ. Кѵсі́кн҃. л҃. Іа́ковъ.



МАРТЪ. ЄКА. ДАСОДАНЪ БЫ КСЕМЧИВЕГИ ОБЩЕВОСКРНІЇ ВСЕМІРНЫІ СА ИВСЕКОНЕЧНМУ ИНЕШРЫИММИСТА

ДЄУДОКІА ВЄОДОТ ГЄУТРОПІЙ КЛЕОНІКЪ ВАСИЛІСКЪ АГАПАСІМЪ Є КОНОНЪ С СТЕХЪ М ЄРЖЄОАМОРІ МВ З ВАСІЛІ ЄФРЄМЪ КАПИТОЙ Н ѲЄОФІЛА К Ѳ С М М СЄВАСТІЙСКІЙ



Г КОДРАТ АІ СОФРОНІЙ ВІ ФЄОФАНЪ ГРІГОРІЙ ГІ ПРИНЄСЄ НІГМОШЕМЪ СТАГОШЧЛ НИКИФОРА АІ ВЕНЕДИКТ ЄІ АГАПІЙ ВНКЛ СІ САВІНЪ СІ АЛЄКІЙ НІ КІРІЛЪ ѲІ ХРІСАНѲ ДАРІА



К ПРПБНЫЙ ІѠНВОБИТЕЛИ СА ВЫ ФОТНІЙА ІОСНІ КНРЛ КА ІАКОВЪ КВ ВАСЛІЙ КГ Н НКОНЪ НС ЧЕНИКЪ ЕГО КА ѦТЕМІЙ ЗАХАРІЙ НСАКІЙ КЄ БЛГОВѢЩЕНІЄ ПРЕТЫА БЦА




КЅ СОВОРЪ АРХІСТАТІГАГАВРІЛА КЗ МАТРѠНА ФІЛІТЪ КН СТЄФА ІЛАРІѠНЪ КѲ МАРКО КУРІЛЪ ЛІѠАНЪ ЛЄСТВІЧНИКЪ НАСІНАСТЕНГОРЪ РАІПАГЬЛЄАФА ЛА ҮПАТІНЄПКУПЪ




ФЕВРУАРІЙ. ПОСЛѢНАНАБДИНАЄ·ИЯ ПѢХИГРАФ ІИНѢАНТѢХРИСТИМНОЗИВШАЙѠСЄБОРАЗУМЕВАЄНАПОСЛѢННАЄСТЬ. М. Ко

а. Трїфонъ.в. Стрѣ.теніе.г.ншего Іс.Ха.г Сумеѡнъ.д. ісіпаоръ. Нікола.Е. Агаѳіа.ѕ. Викѵлъ. З. Парѳенъ.н. Захаріа. Ѳеодр. стра тіаѧ.



ѳ. Нікифо. Макіанъ. і Харалампій. Прохоръ. аі. Бласіи. Дімнтріи. ві. Мелетіи. Ѳеодѡра. вто. днь. прѣставлс. алѣкѣ. имѝрополнкнеік. мокочѵтво. Антонніи.



гі Матѳініанъ. Симеѡнъ. аі. Аѵѕентіи. Кнрілъ. Ѳѵлогіи. єі. Онисіи. ѕі. Паѳіліъ. Флавіанъ. зі. Ѳеодор. тнѵ. ні. Лєонтні. Маѕїмъ. ѳі. Архнппъ. к. Лєвъ. ка. Тімоѳєн.



кв. Ѡбрѣ. мощѣ. Г. М. Вѕєѵгєній. кг. Полукарпъ. кд. Ѡбрѣч. гл. Іѡ. Прѣчн. кє. Тарасній. кѕ. Порфнрній. кз. Прокопій. кн. Васнлій. Нєсторъ. кѳ. Касіанъ. рн



ІАННУАРИ ѲМЯГОВѢКЪ ѴДЎРАОЖИНЬСЕРТЯІѲЮЙЗБРАЖЛЄ ВНОВѢ КАСѢРѢЗАСАИМАЦЪМѲИМЕНЄГѢЛЪ·

а. Ѻбрѣзаніе Гне· Васілі́и капа· в· Геліѣстрѣ· г· Малахі́ин Гора́нї· д· гобо́рѣ Стыхъ Ѧпⷭҭлъ· о· є· Ѳеопе́нтъ· Ѳеѡна· Сѵнаи́ікіа· ѕ· Стыхъ· Бгоѹгавле́нїн·

Tome 3 maÿ pag XI

1 2 3 4 5 6

ІѠА

ІѠХ

з. Гобо́рѣ стаго́ ї҃ѡа҃н Ґрчнд· н· Дѡні́ка· Гевпи́н· ѳ· Полуе́ктъ· і· Грнгорні́· Дѡмети́а· аі· Ѳеѡси́н· Марті́анъ· бі· Латі́ана Ґе́тръ· гі· Гермулъ· стыи· шле́цѣ́ Сі́наи́ Раю́ѳ нзбіе-

ПАМВѠН ИПАВЄБЄРУНАЙ.

ІЄРОСХІМ. МОНАХЪ Ґеѡргѵ Ґабіепамскі

7 8 9 10 11 12 13

ѲІ ЄПІК

Ді· Гава о· Врайѣ́лѣо Лопи́нїѣ мѧгнѧ· єі· Павелъ· Ґѡа҃н· сі· Пѡаомрнне чнѣ́ід·го́апла Пера· зі· антонмі· нї· аѳанаси́н Кѵрі́лъ· Макарі́ина Ма́карїн· к· Гѵѳу́мні· ка· Маѕі́мъ· кѣ· Ѯимоѳеі· кг· Клнме́нті

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

ѲЄОДОТЪ ІСТИ

Кѣ· Пр· м· Па́вѣлъ· Зенї́іа· ке· Грнгорін Прорк ї҃саі́и· кѕ· Мі́а· Ка́деі· ї҃ѡ Зеніфѡнтъ· кз· Во҃ Бра́ще́ніе мощей· і· ї҃ѡ Злата́ кнⷭ· Ефѳмъ· ко· Ігна́тіл· і· Ипполѵтъ· Васі́лі· Грнгрі· ї҃ѡа Заа́ла· Кѵрѕ· Ѳѵд Зі· аѳанасі· Ѳеокст· ї҃ѡа·

24 25 26 27 28 29 30 31

A *præfatus* Stachys *à cæcitate liberatus, quam tulerat annis quadraginta : leopardus etiam & hœdus caprarum humana voce locuti. Minus edenda hoc loco videntur miracula, quæ ſub nomine* Philippi Apoſtoli *habentur in Græcorum Menæis, indeque apud Maximum Cytheræum. Decipit enim* Apoſtoli *nomen, etiam Apoſtolorum diſcipulis commune, & (ſi finem excipias, in quo continentur aliqua Hierapoli geſta) omnia ſpectant ad Philippum, è ſeptem primis Diaconis unum, de quo infra, uti ad* VI *Iunii apparebit. Idem intelligo de* Actis Philippi Apoſtoli *in MS. Græco Vaticano reperiendis, velut continentibus geſta* Athenis in Græcia, *cum* Adenæ in Arabia *potius conveniant.*

§ 11. Tres filiæ S. Philippi. Tempus vitæ & martyrii.

Num S. Philippus cœlebs vixerit?

11 NOnnulla in variis jam indicatis *S. Philippi obſcura occurrunt, ſibique invicem oppoſita quodammodo & contradictoria; Ac primo circa vitam ante Apoſtolatum inſtitutam occurrit dubium, num cœlebs vixerit, an vero matrimonio illigatus filias genuerit. Cœlibatus ejus indicatur in MS. Synaxario Græco Claromontano & in Menæis*

B *Græcis, in quibus eadem verba hæc leguntur :* Παρθένῳ διὰ βίε παντὸς ἐγνωρίσετο. Virginem tota vita fuiſſe pro certo habetur. *At contra in Menologio Baſilii Imperatoris dicitur habuiſſe* filias ſeptem, *quæ aliis* tres *ſunt : & ita habent Acta Latina ex tot pervetuſtis codicibus MSS. & Breviariis Romanis num.* 4. Erant autem ibi, *Hierapoli*, duæ filiæ ejus ſanctiſſimæ Virgines, per quas Deus multitudinem Virginum lucratus eſt. *Et relata ſepultura S. Philippi, additur* : Et poſt aliquantos annos duæ ſacratæ filiæ ejus dextra lævaque ſepultæ ſunt. *Etiam Florus ſupra dicit* Hierapoli quieſcere cum filiabus ſuis. *His plane conſona ſcripſit* Polycrates, antiquus Epheſinorum Eccleſiæ Epiſcopus, *qui in epiſtola ab Euſebio lib.* 3 *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 31 *relata*, ad Victorem Romanæ Urbis Epiſcopum (*præfuit hic ab anno* CLXXXVI *uſque ad annum* CXCVIII) Joannis ſimul ac Philippi Apoſtoli ejuſdemque filiarum mentionem facit his verbis : Nam & in Aſia, inquit, magna quædam lumina extincta ſunt, quæ ſuſcitabuntur in noviſſimo die adventus Domini, tunc cum de cælo veniet cum gloria, & univerſos Sanctos requiret : Philippum intelligo, qui fuit unus ex duodecim Apoſtolis, mortuuſque eſt Hierapoli cum binis filiabus, quæ in virginitate conſenuerunt. Altera quo-

C que ejus filia, quæ ſpiritualem quamdam vitam duxit, Epheſi ſepulta eſt. Sed & Joannes .... in urbe Epheſo conditus jacet. Et hæc quidem de illorum obitu.

An potius filias genuerit?

De filiabus agunt Polycrates apud Euſebium,

12 *Ita dicto loco Euſebius, qui iterum lib.* 5 *cap.* 24 *dictæ Polycratis epiſtolæ ad Victorem mentionem facit, in qua dicitur:* Philippus unus ex duodecim Apoſtolis mortuus Hierapoli & duæ ejus filiæ, quæ Virgines conſenuerunt, alia quoque ejuſdem, quæ Spiritu ſancto afflata vixit & Epheſi requieſcit, *ubi Græca in omnibus codicibus excuſis & manuſcriptis habent.* Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, *ſed Chriſtophorſonus non eſt boni interpretis officio functus, dum pro Philippo ex duodenario numero Apoſtolo*, Philippum unum ex ſeptem Diaconis *ſubſtituit, & in aliquem errorem abduxit Baronium, ut patet ex Annalibus ad annum* 58 *num.* 114.

Ruffinus,

Verum Ruffinus lib. 3 *Hiſtor. Eccl. cap.* 31 *Euſebii lectionem confirmat, ubi Polycratis verba profert hac phraſi :* Dico autem de Philippo, inquit, qui fuit unus ex Apoſtolis, qui dormivit apud Hierapolim. Sed & duæ ejus filiæ inibi Virgines conſenuere : & alia ejus filia, Spiritu ſancto repleta, permanſit apud Epheſum. *Ita ibi ex editione à Ioanne Schallo anno* MCCCCLXXIX *adornata, in poſterioribus vero editionibus eadem leguntur. Præterea Nicephorus Calliſtus lib.* 4 *Hiſt. Eccl. cap.* 36 *eamdem Polycratis epiſtolam tranſcribit, in qua iſta leguntur :* Philippus ex duodecim Apoſtolis unus, qui Hierapoli obdormivit, duæque filiæ ejus ad decrepitam uſque ætatem Virgines : & alia præterea filia ejus, in Spiritu ſancto curſu vitæ abſoluto, Epheſi quieſcit. *S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 45 *de Polycrate agens, & partem ejus epiſtolæ proferens, hæc ita eſt interpretatus :* Philippum loquor de duodecim Apoſtolis, qui dormivit Hierapoli; & duas filias ejus, quæ Virgines ſenuerunt; & aliam ejus filiam, quæ Spiritu ſancto plena, in Epheſo quieſcit. *Atque hæc dicta ſufficiant de vero ſenſu Polycratis, Epiſcopi ſeculo ſecundo Epheſini, in epiſtola ad S. Victorem Pontificem; cui quæ de Paſchate obſervato in Aſia ſcribit non potuiſſet probare, ſi à veritate aliena eſſe conſtitiſſet quæ dicit de Philippi filiabus, & porro ab aliis confirmantur.*

AUCTORE G. H.

Nicephorus,

& S. Hieronymus.

13 *Poſtquam Hierapolis erat à S. Philippo Apoſtolo fidei Chriſtiana initiis erudita, fuit etiam colluſtrata à S. Papia ſuo Epiſcopo, cujus Acta dedimus* XXII *Februarii. Hujus ſcripta commemorans Euſebius lib.* 3 *cap.* 39, *inter alia ſic ſcribit :* Philippum quidem Apoſtolum una cum filiabus Hierapoli degere ſolitum, jam ſupra demonſtratum eſt : *quæ ipſius Euſebii ſententia ita Græce profertur :* Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεραπόλιν Φίλιππον τὸν Ἀπόστολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατρίψαι διὰ τῶν πρόσθεν δεδήλωται. *Hac ſententia firmata, iſta addit Euſebius :* Nunc vero, quemadmodum Papias (qui eiſdem temporibus, *id eſt cum Apoſtolorum diſcipulis, aut forte cum S. Ioanne Evangeliſta* vixit) mirabilem quamdam narrationem à Philippi filiabus accepiſſe ſe referat, exponamus. Scribit is mortuum ſub eo eſſe revocatum ad vitam. *Videtur hic reſuſcitatus Hierapoli à S. Philippo, eſſe* Theophilus, *de quo inter miracula ex Menæis infra agitur. Sed huc ſpectat, quod ſecundum Euſebium egerit S. Papias cum hiſce filiabus, & ipſe forſan eas à dextra lævaque S. Philippi ſepelierit, ut impoſſibile videatur ipſum circa earum patrem falli potuiſſe. Nicephorus etiam lib.* 3 *cap.* 20 *jam relata ita exponit :* Quandoquidem Papias admiranda quædam in libris ſuis refert, à deceſſoribus ſuis per manus ſibi tradita; agedum de iis pauca dicamus. Statim enim Philippum (eum qui Hierapoli fuit, & filias Prophetiſſas, ut ante dictum eſt, habuit) unum ex duodecim Apoſtolis, non ex ſeptem illis Diaconis, quos in Actis recenſet Lucas, fuiſſe memorat : & ſe cum filiabus ejus collocutum eſſe ait, ex quibus intellexerit ea ætate mortuum quemdam reſurrexiſſe. *Hac ibi Nicephorus, qui ſupra* filias *non appellarat* Prophetiſſas, *ut verbum iſtud hic aut ab ipſo minus conſiderate appoſitum, aut ab aliis intruſum poſſit videri.*

S. Papias novit filias, citatus ab Euſebio,

E

& Nicephorus:

F

14 *Teſtimonia duorum tam antiquorum Epiſcoporum, Hierapolitani Papiæ, qui ipſas Philippi filias noviſſe dicitur, & Epheſini Polycratis, omnino perſuadent virginitatem, ipſi Apoſtolo adſcriptam in Menæis & Synaxario Græco, ad ipſum à filiabus ſuis, quæ Virgines conſenuerunt, perperam tranſlatam fuiſſe. Addi etiam poſſet Clemens Presbyter Alexandrinus, cujus teſtimonio etiam utitur Euſebius lib.* 3 *cap.* 30, *ex libro* 3 *Stromatum.* Clemens, *inquit*, enumerat Apoſtolos, qui uxores habuerant, propter aliquos qui nuptias damnabant. An forte, inquit, Apoſtolos improbabunt? Petrus enim & Philippus liberos ex legitimis nuptiis procrearunt. Philippus etiam filias nuptiis collocavit.

Conjugatum S. Philippum etiam aſſerunt Clemens Alexandrinus

Verum quia Clemens non æſtimatur adeo accuratus ſcriptor, & ideo ejus opera à Gelaſio Papa aliqua cenſura notata

 ſunt,

AUCTORE G. H.

sunt, de nuptiis filiarum, quarum alii non meminerunt, illi soli non acquieſcimus. Idem Euſebius lib. 3 cap. 31 *quartum teſtimonium habet Proculi apud Cajum, quem lib. 2 cap. 25 appellat* virum Catholicum, qui Zephyrini Epiſcopi Romanæ urbis temporibus (*ergo circa annum ducenteſimum*) floruit, & Dialogum adverſus Proculum ſectæ Cataphrygarum patronum ſcripſit: *in quo Dialogo Proculus iſta dixit*: Quatuor poſthæc Philippi filiæ Prophetides fuerunt Hierapoli, Aſiæ civitate, ubi etiam earum & patris Philippi ſepulcrum viſitur. *Verum duas ſolum filias Hierapoli conſenuiſſe, & apud patrem ſepultas fuiſſe, & tertiam Epheſi quieviſſe, ſupra eſt dictum.*

& Proculus in Dialogo Caji.

15 *Videtur igitur Proculus filias Philippi Apoſtoli à filiabus Philippi Diaconi non ſatis diſtinxiſſe: de quibus Lucas in Actis Apoſtolorum capite* XXI *iſta refert*: Nos, *inquit*, navigatione expleta, à Tyro deſcendimus Ptolemaidam, & ſalutatis fratribus manſimus die una apud illos. Alia autem die profecti venimus Cæſaream. Et intrantes domum Philippi Euangeliſtæ, qui erat unus de ſeptem, manſimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ Virgines prophetantes. *Hæc ibi. Prophetare autem in illa primitiva Eccleſia erat, non, futura prædicere, ſed revelatam doctrinam alios docere, & in audientium præſentia de divi-*

4 filia Philippi Diaconi.

B *nis myſteriis loqui: atque ita poteſt utriuſque Philippi filiabus intelligi communem fuiſſe prophetiæ gratiam: quia* per S. Philippi Apoſtoli filias Deus multitudinem Virginum lucratus *dicitur in Actis antiquis. S. Hieronymus in Vita S. Paulæ viduæ, à nobis ad diem* XXVI *Ianuarii illuſtrata, num.* 8 *deſcribens locâ Paleſtinæ maritima per illam viſitata, dicit quod ſit* mirata ruinas Dor, urbis quondam potentiſſimæ; & verſâ vice Stratonis turrim, ab Herode Rege Judææ in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam: in qua Cornelii domum Chriſti vidit eccleſiam, & Philippi ædiculas, & cubicula quatuor Virginum Prophetarum.

Cæſareæ in Paleſtina domicilium nacta:

16 *Sicut ergo Philippus Apoſtolus à Diacono Philippo diverſus eſt, ita videntur tres prioris Philippi filiæ diſtinguendæ à quatuor filiabus Philippi Diaconi; cum hæ quieverint Cæſareæ in Paleſtina, iſtarum duæ Hierapoli in Phrygia, ac tertia in urbe Aſiæ Epheſina. In Menologio Græcorum Baſilii Imperatoris refertur* Hermione, filia Philippi Apoſtoli, ſub Hadriano Imperatore capite amputato Martyr occiſa, die IV Septembris; *ejuſque* Soror *appellatur* Eutyche: *quod ſuo tempore latius examinabitur, &, ſi hîc erratum, emendabitur. Franciſcus Laherius in Menologio Virginum duas Philippi Apoſtoli filias, Hierapoli mortuas,* Mariamnam & Philippam

diverſæ à tribus filiabus Apoſtoli.

C *appellat, earumque memoriam hoc die refert. Verum videntur hæc nomina in ſilentio antiquorum excogitata per occaſionem Philippi patris & Mariammes amitæ, cujus Acta dedimus* XVII *Februarii. Porro de Philippo Diacono agitur. Eſt hic cum S. Stephano inter Diaconos aſſumptus, & Simonem Magum Chriſtianæ fidei præceptis informatum baptizavit, imo & Æthiopem Eunuchum Candacis Reginæ baptiſmo donavit: uti præclare explicat S. Iſidorus Peluſiota lib. 1 epiſtola* 447 *& tribus ſequentibus. Inſcriptus eſt autem Philippus Diaconus Martyrologio Romano ad diem* VI *Iunii, & Faſtis Græcorum ad* XI *Octobris.*

17 *Quod ad Apoſtolatum Philippi attinet*, Scythiam *Provinciam attribuunt ei Latina Acta*; *Græca*, Aſiam: *utraque conciliaveris, ſi* Scythiam *intelligas* Aſiaticam, *in quam trans Ciliciam & Cappadociam penetrarit*; *ita ut prædicationem exordiens à Colchide, adjectas Meoticæ paludi & Tanai fluvio gentes luſtraverit, tum hoc trajecto Scythas adierit Europæos: cum autem ſic annis circiter viginti laboraſſet, ut habent Latina*; *per Boſphorum Thracium redierit in Aſiam proprie dictam ſeu Minorem, in eaque Myſiis ac Lydiis prædicaverit, uti Græca quædam ajunt*;

Eidem prædicat Philippus in Scythia

ac denique venerit Hierapolim *in Phrygia, ad Meandrum fluvium, vicinas habentem alias eodem tractu celebres urbes Laodiceam & Antiochiam, ubi ea geſſiſſe potuit, quæ ex Menæis infra referemus; cumque eccleſiam Hierapolitanam ordinaſſet, etiam iſtic excepiſſe Mariamnem ſororem, una cum tribus neptibus Philippi filiabus Ioannem Euangeliſtam ſecutam, & prædicantis per eas regiones fratris cupidine allectam, ut Hierapolim ad illum accederet; tum in Lycaoniam uſque circumtulerit Euangelii facem; ac denique regreſſus Hierapolim ad compeſcendam, quæ iſtic invaleſcere cœperat, Ebionitarum hæreſim, ibidem glorioſam martyrii palmam tandem fuerit aſſecutus, tumulatuſque: quando etiam illuc venerint ab Epheſo ex filiabus ejus prædictis duæ, apud patrem poſtea tumulatæ.* D

& minori Aſia.

18 *De tempore obitus ſive martyrii variant auctores. Baronius ad annum Chriſti* LIV, *& Claudii Imperatoris* XII *iſta num.* 3 *ſcrib*: Hoc eodem anno, Olympiade CCVII, anno quarto, inquit Euſebius in Chronico: Philippus Apoſtolus Chriſti, apud Hierapolim Aſiæ civitatem, dum Euangelium populo annuntiaret, cruci affixus, lapidibus opprimitur. *Hæc ibi. Habemus nos duo magna antiquitatis Chronica Euſebii in pergameno, quorum unum ante annos mille conſtat eſſe conſcriptum; tertium item in charta diligenter exaratum, abſque ulla mentione S. Philippi. Deſunt eadem apud Scaligerum in Chronico tam Græco quam Latino, & apud Miræum in eodem Chronico cum variis antiquis codicibus collato. Arnaldus quoque Pontacus Epiſcopus Vazatenſis edidit Chronicon collatum cum octo & viginti MSS. codicibus, & alio charactere citata verba interſerens addit, in Notis,* deeſſe illa in octodecim MSS, *quæ exprimit*: unde, *inquit*, valde eſt probabile fuiſſe adjecta, cum apud Hippolytum de ſeptuaginta dicatur paſſus ſub Domitiano, & apud Metaphraſten anno ætatis LXXXVII. E

Paſſus eſt non ſub Claudio Imperat.

19 *Altera ergo ſententia eſt S. Hippolyti Martyris de* XII *Apoſtolis & aliis diſcipulis: ubi ita ſcribit*: Φίλιππος ὁ ἐν Φρυγίᾳ κηρύξας, κατὰ τὴν Ἱεραπόλεως ἐσταυρώθη κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ Δομιτιανοῦ, καὶ θάπτεται ἐκεῖ. Philippus cum in Phrygia prædicaſſet, Hierapoli capite inverſo crucifixus eſt ſub Domitiano, & ibidem ſepultus. *Regnavit Domitianus ab anno* LXXXI *uſque* XCVI. *At S. Hippolytus floruit ſub Alexandro Imperatore circa annum* CCXX *& ſequentes, inſcriptus tabulis ſacris ad diem* XXII *Auguſti. Dicatur ergo natus Philippus Apoſtolus circa initium Æræ vulgaris, & martyrio coronatus circa annum ejuſdem Æræ ſuæque ætatis* LXXXVII, *ita ſalva manebunt omnia, & ſolum corrigendum erit MS. Synaxarium Græcum, in quo loco* Domitiani *ſcriptum perperam videtur* ſub Trajano, *ad cujus tempora aut etiam diutius vixerunt ejus filiæ.* F

ſed ſub Domitiano.

20 *Neſcimus an operæ pretium ſit indicare commenta aliquot hodiernorum Hiſpanorum, fabulantium Eccleſias Hiſpaniæ celebre feſtum agere S. Philippi, propter favorem, quem eo mediante Hiſpani apud Hieroſolymam experti ſint: quia credi volunt Hiſpanos fuiſſe Gentiles illos, qui memoran-*

An Philippus Hiſpanis Ieſum oſtenderit?

in Euangelio S. Ioannis cap. XII, *ubi iſta leguntur*: Erant autem quidam Gentiles, ex his qui aſcenderant ut adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, & rogaverunt eum dicentes: Domine, volumus Jeſum videre. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rurſus & Philippus dixerunt Jeſu. Jeſus autem reſpondit dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis &c. *Quod autem Gentiles hi fuerint Hiſpani, probari certo putant ex Pſeudo-Dextri Chronico nuper excogitato: pro cujus inutili defenſione Franciſcus Bivarius, Rodericus Caru, Tamajus Salazar & ſimiles multum boni temporis, ſtudii, & olei nequidquam conſumpſerunt, neque adhuc conſumere ceſſant eorundem ſequaces, poſt tot tamque evidentes*

à nobis

A *à nobis aliisque ſapientioribus in ipſamet Hiſpania prolatas convictiones, necdum perſuaſi de iſtarum quiſquiliarum futilitate.*

§ III. Sacræ Reliquiæ S. Philippi in variis Eccleſiis aſſervatæ.

21 *Sanctum Philippi corpus Hierapoli, ubi paſſus eſt, poſitum fuiſſe; eique poſtea adjuncta corpora duarum filiarum, habent Acta Latina. Imo illius corpus à S. Bartholomæo Apoſtolo & ſorore ſua Mariamne ſepultura ibidem traditum fuiſſe, habent Acta Græca, & alia in MS. Synaxario & Menæis elogia. Videtur autem ejus Sepultura ibidem in honore fuiſſe, non ſolum cum Polycrates aut S. Hippolytus viverent, ſed etiam tempore S. Ioannis Chryſoſtomi, ſub cujus Patriarchatu erat Hierapolis. Hic enim, ad ſepulcrum ejus alludens in Homilia de duodecim Apoſtolis, ait*: Philippus Hierapolim conſervat miraculis. *Poſtmodum videtur corpus ejus inde ablatum, & detentis aliquibus reliquiis Conſtantinopoli, ut mox conſtabit, tranſmiſſum Romam, idque forſan cum corpore S. Iacobi Alphæi, ex duodenario numero Apoſtoli. Fuerunt enim hæc duorum Apoſtolorum corpora ſimul depoſita in Eccleſia Apoſtolorum, nunc Patrum Conventualium S. Franciſci; ubi etiamnum aſſervantur in altari majore* B *incluſa; & in arcula ſeu tabernaculo, ut vocant, ſepoſita ſunt S. Philippi aliqua oſſa, potiſſimum pes cum carne, quem Chriſtus in cœna noviſſima ante paßionem ſuam lavit, terſit, & oſculatus eſt. Reliqua infra ad Acta S. Iacobi § V relata Lector inveniet, ibi neceſſario dicenda, neque hic repetenda. Aſt brachii Conſtantinopoli in Palæſtinam, & hinc Florentiam anno* MCCIV *tranſlati hiſtoriam infra damus, ab auctore, qui iſtis temporibus vivebat, deſcriptam.*

Corpus diu Hierapoli aſſervatum,

deinRomam tranſlatum,

brachium Florentiæ,

22 *Adfuit eodem tempore Conſtantinopoli Garnerus Epiſcopus Trecenſis, cum Balduinus Comes Flandriæ in Orientis Imperatorem aſſumeretur, ibidem mortuus anno* MCCV. *Hujus beneficio ad Eccleſiam Trecenſem traditur à Camuzato, in Promptuario Tricaßino fol.* 116, *delatus* vertex ſeu corona capitis S. Philippi Apoſtoli, argenteæ thecæ, auri bracteis exterius inductæ, imagunculis ſigillariis ſubtiliore artificio elaboratis inſignitæ, incluſus. *Adeſt in eadem Theca dens S. Petri Apoſtoli, donum Henrici Comitis Campaniæ: & verſus in circuitu thecæ inciſi id ipſum teſtantur.*

vertex capitis Trecis in Gallia.

Si mihi pro pretio rubet aurum, gemma dieſcit;
Intus quod capio, pretii commercia neſcit.
Petre, tuo denti, capitique, Philippe, dicatum
Vas ego; dens ſumma, caput ima parte locatum.
C Hunc Romæ captum, Comes, huc, Henrice, tuliſti;
Hoc Græcis raptum, Præſul Garnere, dediſti.

23 *Sauſſaius in Martyrologio Gallicano ad haſce Kalendas Maji iſta ſcribit*: Toloſæ veneratio corporum beatiſſimorum Apoſtolorum Philippi ac Jacobi, in baſilica S. Saturnini quieſcentium. Philippi caput à corpore divulſum, hinc Lutetiam Pariſiorum tranſlatum fuit ad ſummum beatiſſimæ Virginis templum, ubi religioſe aſſervatur, procedendumque hodie exhibetur in lipſanotheca argentea auro illita. At in aurea pridem id obtulit votivo munere Joannes Dux Bituricenſis, Prorex Volcarum ſeu Landgothiæ. *Hæc ibi. Vaſconcellus in deſcriptione Luſitaniæ fol.* 555, *iſta tradit*: Oppidum Mons-major appellatum Divi Philippi Apoſtoli cranium habet, quod D. Fernandus Martinius Maſcareñas, cum à Sebaſtiano Luſitaniæ Rege ad Synodum Tridentinam legaretur, habita Pontificis Summi bona licentia, ſecum importavit, & in templo Divi Franciſci collocavit. *Hæc ibi. Sed an reliquiæ ſacræ cujuſdam Philippi Sancti, continuo æſtimari potuerint eſſe S. Philippi Apoſtoli, merito dubitamus: plures enim Sanctos Philippos novimus in Oriente, imprimis Diaconum.*

Reliquiæ Toloſæ, & Pariſiis,

Monte-major in Luſitania,

24 *Carolus* IV, *Romanorum Imperator Auguſtus & Bohemiæ Rex, in diverſis mundi partibus varias Sanctorum Reliquias magnis obtinuit precibus, eaſque præclare ornatas donavit Eccleſiæ Pragenſi, & ad dicti Imperatoris inſtantiam conſtituit Papa Innocentius* VI *feſtum Allationis Reliquiarum in diœceſi Pragenſi ſolenniter celebrari die ſecunda Ianuarii, uti diximus in Addendis ad tomum primum Ianuarii pag.* 1084. *Inter has Reliquias dicitur eſſe* brachium S. Philippi Apoſtoli, auro & argento ornatum, *uti memoratur in MS. Martyrologio Pragenſi ad haſce Kalendas Maji. In Diario Reliquiarum dicitur,* caput & brachium allata ex Italia anno MCCCLV: & dein fruſtula oſſium allata de Treveri anno præcedenti. Caput *vero* in argento deaurato *reperit anno* MDXV *Ioannes Stradomirius, Decanus Carlſteinenſis, Carlſteinenſium reliquiarum Inventarium texens juſſu Wenceſlai Regis: quod Phoſphoro Pragenſi pag.* 411 *inſeruit Metropolitanæ eccleſiæ Decanus Ioannes Peßina, idem qui Diarii auctor: rurſumque hujus Capitis meminit pag.*462.

AUCTORE G. H.

Praga in Bohemia

25 *Interim Bucelinus, in Sanctuario Benedictino poſt Menologiũ, ad Kalendas Maji dicit quod* S. Philippi Apoſtoli caput religioſiſsime aſſervatur in cœnobio Andecenſi, cum brachio ejuſdem, & duabus magnis partibus brachii alterius; cum digitis item, nec non aliis quatuor inſignibus de reliquo corpore portionibus. *Eſt Andecenſe monaſterium ex celebrioribus Bavariæ unum, ab ingenti ſacrarum Reliquiarum copia nomen Sancti-montis adeptum, de quibus ejuſque fundatione ſingularem librum prodiiſſe typis ſcribit idem Bucelinus parte* 2 *Germaniæ ſacræ: quem librum nanciſci optaremus. De jam dictis autem tum ibi tum alibi S. Philippi reliquiis ſintne Apoſtoli ex duodecim unius, an alterius, non definimus; ſolum ad ulteriorem inquiſitionem, vel ad notitiam ambigui inter plures juris iſta indicamus. Eodem ſiste additum volumus, quod anno* MCXLVIII *dedicatum eſt templum Trevirenſe monaſterii S. Mathiæ Apoſtoli ab Eugenio Papa* III *iſtic præſente Idibus Ianuarii, & conſecratum eſt majus altare in honorem S. Ioannis Euangeliſtæ & S. Eucharii, Apoſtolorum Philippi & Iacobi & Stephani Protomartyris, quorum etiam reliquiæ ibi continentur: uti legitur* XXIV *Februarii in tractatu de Reliquiis S Mathiæ Apoſtoli cap.* IV. *Apud Scheckmannum pag.* 56 *dicitur de* Philippi Apoſtoli theſauro ultra medietatem conſervari. *Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus celebrat feſtum S. Philippi ob varias particulas Reliquiarum, quæ in decem aut pluribus Eccleſiis notantur aſſervari, quod idem alibi de Eccleſiis variis dici obſervamus.*

Andecii in Bavaria

Treviris in Germania.

Coloniæ & alibi.

VITA

Ex pluribus vetuſtis MSS. Latinis, & Breviariis Romanis.

1 CUm *a* in ipſis initiis abſque ullo obſtaculo Euangelii ſermo uſquequaque percurreret, factum eſt ut repente, quaſi cælitus lumen oſtenſum, radius quidam ſolis erumpens totum orbem claritate ſuperni luminis illuminaret, ut compleretur illa propheria quæ dixerat: In omnem terram exivit ſonus eorum, Euangeliſtarum dumtaxat & Apoſtolorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ex tunc per omnes civitates ac vicos immenſæ multitudines, velut meſſium tempore frumenta ad areas, ita ad Eccleſias populi congregabantur; & quicumque illic, à parentibus traditi cibi [eſu damnati,] morbidæ ſuperſtitionis vinculis tenebantur; per doctrinam Chriſti ſimulque per virtutum miracula quæ fieri videbant, recepta Dei veri notitia, tanquam à tyrannicis dominis liberati, ad unum verum Deum & Dominum Creatorem, à vetuſtis pœnitentes erroribus, fideliter cum confeſſione veniebant.

Prologus.

Pſalm. 18, 5.

EX MSS. 2 *b* Cum igitur ſancti Apoſtoli Domini & Salvatoris noſtri ceterique Diſcipuli ad prædicandum verbum Dei per ſingulas quaſcumque orbis terræ *c* dividerentur provincias; Philippus Apoſtolus Domini Jeſu Chriſti, poſt Aſcenſionem Salvatoris, per annos viginti inſtanter prædicavit Gentibus per *d* Scythiam Euangelium. Ubi cum tentus eſſet à Gentibus, & ductus ad ſtatuam Martis compelleretur ad ſacrificandum; exiit *e* de ſub baſe, in qua ſtatua Martis ſtabat, draco ingens, & percuſſit filium Pontificis, qui miniſtrabat ignem ſacrificii. Percuſſit etiam duos Tribunos, qui præerant provinciæ: quorum officiales tenebant in vinculis S. Philippum Apoſtolum. De flatu autem draconis omnes morbidi redditi, vehementer ægrotare cœperunt. Tunc S. Philippus dixit omnibus: Audite conſilium meum, & recuperabitis ſanitatem; ſed & iſti qui ſunt mortui ſuſcitabuntur: draco quoque, qui vobis eſt noxius, in Dei mei nomine fugabitur. Dicunt ei omnes: Dic nobis, quid faciemus. Dixit eis Philippus Apoſtolus: Dejicite hunc Martem, & confringite, & in ejus locum, in quo fixus ſtat, Crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti figite, & hunc adorate. Tunc illi qui cruciabantur, cœperunt clamare: Recuperetur in nobis virtus, & dejiciemus Martem. Facto itaque ſilentio Apoſtolus dixit: Præcipio tibi, draco, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, exi de loco iſto, & vadens morare in loco deſerto, ubi non eſt acceſſus hominum, & nulla utilitas humanis uſibus miniſtratur, ita ut vadens nemini noceas. Tunc draco iſte ſæviſſimus exiens, cœpit ire feſtinus, & ultra nuſquam comparuit. Philippus autem filium Pontificis, qui miniſtrabat ignem ſacrificii, & duos Tribunos qui mortui fuerant ſuſcitavit: omnemque turbam, quæ morbata fuerat à draconis flatu, ſanitati reſtituit. *f*

b Hinc incipiunt Acta in antiquis Breviariis Eccleſiæ Romanæ, omiſſa particula igitur.

c MS. Baronii, dirimerentur.

d Antiqua Breviaria, Syriam. Sed alia MSS. Scythiam, & corrupte Sychiam, Setchiam, Setthiam. In hodierno Breviario Scythiam.

e Aliqua MSS. de ſub vaſe, & de ſubtus ara.

f Hic finiunt aliqua antiqua Breviaria Romana, & incipiunt Acta S. Iacobi Apoſtoli. In Breviario anni 1522 fere reliqua habentur, contracta autem in MS. Breviario.

5 Philippus prædicat in Scythia,

d

e

f

3 Unde factum eſt ut univerſi Philippum Apoſtolum, quem perſequebantur, pœnitentiam agentes, Deum hunc æſtimantes, adorarent. Ipſe autem per annum unum jugiter docebat eos, *g* quomodo mundo periclitanti adventus Domini ſubveniſſet, quomodo natus ex Virgine, quomodo paſſus, quomodo ſepultus die tertia reſurrexiſſet: quomodo poſt reſurrectionem eadem quæ ante paſſionem ſuam docuerat, iteraſſet: quomodo videntibus Apoſtolis aſcendiſſet in cælos: quomodo miſiſſet Spiritum ſanctum, quem promiſit, qui veniens ſuper Apoſtolos duodecim, omnium linguas & ſermocinationes mentibus Apoſtolorum ſuorum inſeruit: Ex quorum, inquit, ipſe numero huc miſſus, ſcire vos feci, idola iſta vana eſſe, & cultoribus ſuis inimica. Hæc & his ſimilia docente Philippo Apoſtolo, crediderunt ei multa millia hominum, & baptizata ſunt.

g In dicto Breviario anni 1522 ſequentia deſunt uſque ad verba, crediderunt multa millia hominum & baptizati ſunt.

exponit myſteria fidei:

g

B

draconem venenoſum exterminat.

3 mortuos reſuſcitat:

C

& multa millia baptizat:

4 Ordinatis autem Clericis, *h* Epiſcopis, Presbyteris & Diaconibus, atque Eccleſiis multis inſtructis, S. Philippus per revelationem ad Aſiam reverſus, in civitatem Hierapolim, illic hæreſim malignam *i* Ebionitarum extinxit, *k* qui docebant, quod non vere natus ex Maria Virgine Dei filius carnem aſſumpſiſſet. Erant autem ibi *l* duæ filiæ ejus ſanctiſſimæ Virgines, per quas Deus multitudinem Virginum lucratus eſt. Beatiſſimus autem Philippus, ante ſeptem dies migrationis ſuæ, vocavit ad ſe omnes Presbyteros & Diacones, ſed & vicinarum urbium Epiſcopos, & dixit eis: Hos ſeptem dies mihi Dominus in iſta vita conceſſit. Memores eſtote Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſtate viriliter: Dominus autem complebit promiſſum ſuum, & corroborabit Eccleſiam ſuam. Hæc & his ſimilia prædicans Apoſtolus Domini, annorum octoginta ſeptem, *m* tentus ab infidelibus, crucifixus, lapidatuſque perrexit ad Dominum: & in eadem civitate poſitum eſt ſanctum corpus ejus. Et poſt aliquantos annos duæ ſacratæ Virgines filiæ ejus dextra lævaque ſepultæ ſunt. Ubi præſtantur beneficia Dei, orante Apoſtolo Philippo, *n* omnibus qui credunt regnum Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, in ſecula ſeculorum. Amen.

h Aliqua MSS. Sed & levato eis Epiſcopo. Antiquiſſima MSS. cum Breviario conſentiunt.

i Ebion poſt excidium Hieroſolymæ ſuam hæreſim ſparſit. Conſule Baronium ad an. 74.

k Aliqua MSS. Qui dicebant non verum hominem natum ex Virgine Dei filium aſſumpſiſſe.

l De his Virginibus ſupra actum eſt.

m Hæc verba, tentus ab infidelibus, crucifixus, lapidatuſque, ſunt in MS. Breviario prædicto anni 1522, deſunt vero in MSS. pleriſque. In Breviario, juſſu Pii V edito, dicitur pro Chriſti nomine cruci affixus, lapidibuſque obrutus Kalendis Maji: quod factum fuiſſe ab Ebionitis, legitur in Breviario, juſſu Pauli III anno 1535 per Cardinalem Quignonium ordinato. Mombritius ita habet: Infideles ipſum tenuerunt, & cruci inſtar Magiſtri ejus, quem prædicabat, affixerunt

n In citato Breviario anni 1522 ita concluditur, omnibus credentibus in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum Amen. In aliquibus MSS. eſt paraphraſis longior trium Perſonarum divinarum.

i k

l

m crucifixus moritur

oppugnat Ebionitas:

ANNOTATA.

ALIA ACTA

Ex MSS. Græcis à Metaphraſte excepta.

Interprete D. P.

D

1 DEus Dei Verbum, ſemper coexiſtens Patri & nullo tempore circumſcriptus, propter naturæ noſtræ lapſum voluit nobis aſſimilari & tempori ſubjici: itaque & Virginis ventre concluſus eſt, & ſui communione deificavit quod aſſumpſerat. Quoniam vero hic ejus in carne adventus ſalutem erat operaturus omnibus, oportuit etiam ut haberet divinæ iſtius & ineffabilis diſpenſationis ſpectatores atque participes myſteriorum, per quos ſupernam vocationem generi noſtro copioſe miniſtraret. Poſtquam igitur omnem Jordani finitimam regionem pervaſiſſet Joannis prædicatio, & gratia ſpiritus operante multi per illum baptizarentur (quando etiam Chriſtus meus baptiſmum ſuſcepit) ipſum incomprehenſibile Dei Verbum urbanam frequentiam dimittens (eatenus enim videbatur Hieroſolymis habitaſſe) venit in Galilæam, in qua etiam tum commorabatur admirabilis Philippus.

E

F

Cum incarnatum Dei Verbum,

veniſſet in Galilæam,

2 Erat hic ex Bethſaida, civitate Andreæ & Petri, tunc vero in Galilea præſens: qui ſtatim ab ineunte ætate à parentibus traditus liberalibus diſciplinis, cum eſſet bonæ indolis, & ad quamvis laudabilem ſcientiam aptæ, ſtatim Moſaicos libros percurrit, & quæcumque de Chriſto erant prædicta imbibit, quomodo

ubi Philippus erat ſacris litteris inſtructus,

A quomodo ſcilicet venturus eſſet diebus noviſſimis, & ſalutem omnibus impertiturus : nec enim iis qui juventutem docebant, fas erat doctrinam aliam diſcipulis tradere, niſi prius Moyſen edidiciſſent.

3 Veniens igitur in Galilæam Jeſus, & magnum hunc Philippum reperiens, ſequi ſe jubet. Hic vero ut vocantem audiit, ſtatim venit in memoriam eorum quæ à puero perceperat collegeratque de Chriſto ; ipſumque eſſe cognovit, quem libri Moſaici venturum demonſtrabant. Exinde vocanti ſe magiſtro adhæſit, & paulatim proficiens in virtute, diſcipulorum præcipuis fuit adnumeratus. Quod autem adeptus erat bonum etiam aliis communicare voluit; illudque haud abſcondens, primo cui occurrit Nathanaëli (erat hic ei amicus & familiaris à longo tempore) præſentiam venientis, non ut futuram, ſed ut jam exiſtentem annuntiavit, dicens, Non jam amplius in ſpe conſiſtit Iſraelis ſalus: ſed quem propheticæ linguæ in ſpiritu prædixerunt Salvatorem, extremo in tempore ſuſcitandum, ipſe nunc adeſt. Hunc ergo cum invenerimus Jeſum à Nazareth, neque poſſimus eſſe increduli excellentiæ miraculorum ejus, aliis omnibus longum valere juſſis, converſationem illius ſuſcipiamus.

eum ad ſe vocat :

Hic Nathanaeli indicat inventum Meſſiam ;

B 4 His dictis poſt ſe Nathanaëlem trahens, licet ægre perſuaſum, & num ex Nazareth boni aliquid eſſe poſſet percunctantem, à cura Iſraelis abducit, Chriſtoque obſecuturum ſtitit, atque hoc primum ſinceræ ſuæ mentis argumentum præbuit. Nathanaël vero integra cum fide aſſiſtens, liberrime exclamavit, Rabbi, tu es Rex Iſrael. Quem ut ſenſit Chriſtus ex animi incommutabilis ſententia ſic loqui, manifeſtat ei quod magnorum conſcius eſſet futurus ſecretorum & regni Dei ſpeculator. Quid enim ait ? Amen, inquit, dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis. Ex illo ergo tempore ſanctiſſimus Philippus, ſacris myſteriis aurem accommodans, toto in illis erat animo; nullique alteri curæ eum advertens, lumine divinioris cognitionis in mente purgabatur; ac primam exuens ignorantiam, renovabatur quoad hominem interiorem. Progrediente vero ætate perfectiorem erga Chriſtum caritatem aſſumens, ejus viciſſim æqualem erga ſe recipiebat amorem, ut tamquam filius reputaretur, & loco heredis eſſet, atque in adventu Spiritus ſancti Princeps ſuper omnem terram conſtitueretur.

ipſumque ducit ad Chriſtum:

cui imprimis carus

C 5 Cum autem inſtaret tempus ſalutiferæ paſſionis, qua paſſibili naturæ comparanda impaſſibilitas erat, aderat ipſe continue Chriſto. Contigit vero tunc Gentilium legatos aliquos mitti Hieroſolymam ad diei feſti ſpectaculum: qui animo ſtupefacti, propter mira ſibi de Chriſto nuntiata (magna enim quædam tunc de eo & fidem omnem excedentia dicebantur, quia Lazarum ſuſcitarat à mortuis, & omnis turba eum laudibus extollebat, & millena alia operabatur miracula) cupiebant in ipſius venire alloquium. Huic porro tam honeſtæ obſequentes cupidini, Jeſum meum ſequuntur; & accedentes ad Philippum, cauſam ſui adventus exponunt : Philippus vero nuntiavit primum vocato Andreæ, & ſimul ambo indicarunt Jeſu : qui ipſis paſſionem ſuam & ſecuturam gloriam explicuit dicens, Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Gentiles videre Chriſtum cupientes,

adeſſe ſignificat.

poſt mortem vero ejus,

6 Et hæc quidem ipſis tunc dixit Chriſtus : cum vero paſſus & ſuſcitatus à morte, ſeipſum pluries manifeſtaret diſcipulis, eoſque faceret ſpectatores rerum humanum captum excedentium ; etiam hic magnus Philippus, tamquam ſocius & particeps ineffabilium myſteriorum, aderat iis quæ fiebant, eorumque unus cenſebatur. Quando autem Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus omnem ſuſceptæ pro nobis in carne diſpenſationis ordinem impleverat, & cæleſtibus terrena mirabiliter univerat, atque in cælum ſuſceptus cum gloria ad dexteram Patris conſederat, Spiritum quoque conſolatorem, prout pollicitus fuerat, in ſpecie linguarum ignearum miſerat iis quos habuerat vitæ mortalis ſocios & conſcios ſecretorum ; eodem Spiritu etiam plenus Philippus, accinxit ſeſe ad Euangelicum curſum.

EX MS. GRÆCO.

& aſcenſionem acceptо Spiritu ſancto,

7 Tum vero quibuſdam ex iis Orientales partes, aliis Occiduas aggredientibus, nonnullis etiam Borealia & Auſtralia climata pervadentibus, & prædicationem ſibi demandatam implentibus, admirabilis hic Apoſtolus, fortitus *a* Aſiam ipſamque circumiens, *b* & omnes in ea urbes oppidaque pervadens, innumerabilem multitudinem adduxit ad pietatem; quos univerſos lumine regenerationis conſignans, cæleſti adduxit Patri. Quin & infirmitatibus morbiſque afflictos, & à dæmone male inſeſſos, ſolo verbo ſanctæque manus impoſitione curabat; ipſos quidem adverſarios inviſibiliter pellens, viſibiliter autem ſalvans eos qui vexabantur, dum eos prædicationis magnificentia & operatione miraculorum ſtupenda, velut retiis quibuſdam, ad veritatis agnitionem brevi tempore adduxit. Sacerdotes *c* vero & altaria per omnia ibidem loca ordinans & conſtruens pro cruentis victimis docuit incruentam offerre hoſtiam, & Euangelii norman etiam in iſtis obſervare ; atque ita maximum credentium per ſe numerum adduxit Chriſto. Cum denique in eo res eſſet ſtatu, ut omnes quidem deberent tranſire ad fidem, ipſe vero tranſire ad Dominum, tale quid ei circa finem *d* contigit.

fortitus Aſiam.

a

b

multis ad fidem adductis

c

d

8 Civitas quædam Phrygiæ illuſtris, quæ ſancta *e* nominatur, & incolarum frequentia præcellit ceteras, atque aliarum mater dicitur, ſanctiſſimum Philippum, poſt innumeros pro fide labores, excepit. Cum autem huc veniſſet Apoſtolus ut etiam in ea prædicaret Euangelium, eamque vidiſſet simulacris & inter peſtifera venenata *f* viperæ cuidam monſtroſæ cultum deferre; divino ſuccenſus eſt zelo: & orationibus aſſiduis enixius incumbens Chriſtique nomen invocans, letiferam illam belluam, quæ multis fuerat mortis cauſa, neci dedit.

e

venit Hierapolim,

f

9 Poſtquam vero adverſus belluam iſtam crudelem tam bene ei ceſſiſſet Domini appellatio, cunctis exinde ſuadere cœpit, ut in cælis vivere Deum crederent, neque ſerpentibus per terram animantibus adhærerent : quando revera Deus eſt, qui ſemper exiſtens Deus perfectus & incomprehenſibilis, poſtquam viſibilem hunc mundum & inviſibilem produxiſſet, etiam hominem formavit ad imaginem magnificentiæ ſuæ; eumque voluntatis ſuæ libero ornans arbitrio, paradiſi bonis perfrui voluit, ſolum jubens ut à ſcientiæ ligno abſtineret. Mandata vero prætergreſſum ſuaque privatum gratia cum deſpicere nollet, primum quidem per Legem atque Prophetas eum erudiit, deinde & conſubſtantiale ſibi Verbum ex intemerata Virgine naſci voluit, itáque in humana apparens ſimilitudine, noſtriſque communicans paſſionibus impaſſibilis ipſe, ac die tertia reſurgens à mortuis, amanter ſe nobis manifeſtavit, atque ad cælos abiit unde deſcenderat: ipſum vero rurſus venturum credimus, ut figmentum ſuum reſuſcitet, & reddat unicuique ſecundum opera ſua: idipſum quoque ſcietis etiam vos, divino regenerationis lumine dignati; purgabitur enim mens veſtra ab omni paſſione turpi, ejuſque donis implebimini ad ſatietatem, ſi tamen eorum ſatietas eſſe poſſit, & bonorum promiſſorum hereditatem obtinebitis.

& ibi fidem prædicat :

10 Hæc & his plura divinus Apoſtolus diſſerebat publice ac privatim. Si quos vero præ ceteris videbat ſuſcipere verbum fidei, eos admovebat regene-

Ex ms. GRÆCO.

nerationis lumini *g*, & in ordinem recipiebat Sacerdotalem, faciebatque animata Christi templa. Ita feliciter progredientem veritatem inimicus ejus videns, cohibere se non potuit quin ei insidiaretur atque offendiculum objiceret. Eis itaque qui tunc in civitate primas tenebant sese insinuans, ipsorumque indignationē velut ignem accendens, primum comprehendi ab eis Philippum fecit, multitudinem in eum subito commovens, tum ei quidquid potuit molestum atque exitiale intulit. Nam qui eum comprehenderant duro incluserunt carceri, duriusque ceciderunt ac flagellarunt; deinde funibus per talos *h* trajectis suspenderunt in altum.

g pro qua captus suspenditur à talis,

h crucifigitur etiam Bartholomæus:

11 Et hoc quidem significare poterat statum animi, rectam ad superna viam tenentis: non ita tamen eum dimisit Dominus; sed quoniam tunc temporis divinus Apostolus Bartholomæus etiam Hierapoli erat, una cum ipso Euangelium annuntians, passionis eum consortem esse voluit ut fuerat prædicationis. Illo ergo, ut diximus suspenso è talis cruci addicitur *i* Bartholomæus. Soror etiam *k* Mariamne, corpore & animo virgo, neque magis natura fratri conjuncta quam animo, aderat patienti Philippo, cum eoque partiebatur ac sustinebat cruciatum. Dum autem hæc fierent contigit res omnino nova: concussa enim terra & tremorem insolitum patiente, cunctorum animis incubuit formido, qui oblectationis causa ad spectaculum convenerant. Subvertitur funditus locus omnis, atque in profundum i conspicuum dehiscit: simul autem absorbebatur populus, eratque in periculo miserrimæ perditionis.

i k

B

facto deinde terræmotu

12 Cum igitur omnes obstupescerent, neque consilium ullum utile expedirent; tandem, licet sero, agnoverunt vindictam se sustinere supplicii & injuriæ Philippo illatæ, eumque circumstantes suum appellabant salvatorem, atque rogabant dexteram eis suam porrigeret, neque despiceret animas ipsius solius causa periclitantes. Narratur autem quod cum ita insisterent precibus, multaque miserationi commovendæ idonea dicerent, neque ab orando cessarent; misertus eorum quæ fiebant Jesus, benignam ipsis aurem commodarit, subitoque apparuerit: quodque apparitione illa statim cessarit periculum, solumque eatenus tremulum constiterit firmum, & iis qui mortem expectabant miserabilem divinior quædam apparuerit virtus, scalarum vice serviens, & facilem sursum præbens ascensum. Atque ea res infidelibus facta via fidei ad salutem, magnum quidem esse monstravit Philippum, majorem vero eum quem ipse prædicaverat Dominum.

deprecantur veniam rei & convertuntur,

C

inter exhortationes & preces mortui corpus,

13 Qui autem salvati erant festinabant quidem Discipulos eximere è vinculis, eosque è ligno quantocius deponere; sed cum Bartholomæum solvissent, prohibuit Philippus ne idem sibi facerent, sciebat enim se jam jam emigraturum ad illum quem desiderabat: ideoque è ligno pendens, die tota loquebatur cum civibus de salute ipsorum, confirmansque eorum animos exhortando & preces pro iis fundens, sancte inter sancta excessit eloquia; atque ad Dominum quem amaverat transiit, animam suam in manus illius commendans.

sepelitur 14 Novembris.

14 Venerandum porro illius corpus à Bartholomæo & Mariamne, cum ea splendide persolvissent quæ fieri in sepulturis consueverunt, depositum est cum hymnis atque obsequiis sacris in loco sancto ac decenti, decima quarta die Novembris Bartholomæus autem & Mariamne, modico ibidem commorati tempore, cum iterum venerando illi corpori hymnorum atque exequiarum justa splendidius persolvissent, & præsentes amplius confirmassent in fide, ad propria reversi sunt, prædicando ubique Euangelium Christi: quia ipsi convenit omnis gloria, honor & adoratio, nunc & semper & in secula seculorum. Amen. D

ANNOTATA.

a *In aliquo MS. Græco, præter Asiam, indicatur* Lydia, *in Menæis Græcis* Mysia & Lydia, *sed hæ provinciæ sunt in ipsa Asia minore.*

b *Nicetas hæc ita exponit*: Asiæ plagas perlustrans, ac cunctis provinciis & urbibus vitæ doctrinam annuntians, eosque qui ad vitam erant ordinati, veræ per fidem vitæ reconcilians, captos omnes à diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos, sapientiæ divinæ sermonibus ac exhortationibus captivans, ac regenerationis aqua emundans, gratiæque spiritu illuminans atque consummans, in eum modum Patri qui in cælis est filios asciscebat. Cunctos vero, qui variis languoribus ac morbis tenebantur, aut obsessi à dæmonio erant, aut quovis alio siniſtro casu afflictabantur, solo sermone ac sacræ contactu manus sanabat.

c *Idem Nicetas*: Sacerdotes & Præsules fidelibus præfecit, altaria per loca Domino præfixit, ac sacram sanctorum Sacramentorum tradidit formulam.

d *Cum per viginti annos in Scythia laborasset, ut Acta Latina habent.* E

e *Idem Nicetas*: Hierapolis urbs Phrygiæ magna atque illustris, opum abundantia, gloriæque fastigio superba, civium robore ac multitudine nulli forte tunc magnarum per Orientem metropoleon primas concedens.

f *Iterum Nicetas ait*, Hierapolim portentosę cuidam infandæque viperæ tamquam Deo addictam, eamque hostiis non absque dementia placare.

g *In Menæis Græcis dicitur* conversa Nicanoris Proconsulis uxor, & Stachys domus à Proconsule & populo incensa. *In aliis Græcis MSS. dicitur* Stachys valde dives & urbis primarius, qui fuerat annis 40 cæcus, & à S. Philippo illuminatus. *An idem* Stachys *factus fuerit postea Episcopus Byzantinus, ut Menæa addunt, examinabitur ad 31 Octobris, quo colitur.*

h *Citatus Nicetas*, Funiculis è calcaneis vinctum, in sublimi verso in terram capite suspendunt.

i *Eadem de* S. Bartholomæo *habet Nicetas; & in Vita S. Bartholomæi Iosephus forsan Hymnographus, illustranda ad 24 Augusti.*

k *Colitur* S. Mariamna, *Niceta* Maria, 17 *Februarii, ad quem diem ejus Acta è variis collecta dedimus.* F

MIRACULA S. PHILIPPI.

Ex Magnis Græcorum Menæis.

1 *Quamvis prolixa illa miraculorum S. Philippi narratio, quæ in Græcorum Menæis ad* XIV *Novembris subjungitur ejus elogio, tota fere, judicio nostro, pertineat ad Philippum Diaconum, uti supra insinuavimus: ea tamen quæ proprie Hierapoli contigisse dicuntur, videntur ad hunc è duodecim Apostolis unum spectare: fidei quidem ipsa non maximæ, utpote accepta ab eis qui duos Philippos in unum conflarint; non tamen prorsus rejicienda, cum ex antiqua Hierapolitanæ Ecclesiæ traditione aut etiam vetustioribus scriptis haberi potuerint: imo quod hic potissimum continetur miraculum suscitati mortui, ipsum esse videtur quod supra diximus ex Eusebio narratum Papiæ Episcopo à filiabus Philippi. Sunt autem hæc.*

2 Cum Apostolus Philippus Hierapolim venisset, monuit eos qui ipsum sequebantur, ne tentationibus succumberent. Deinde incolæ decreverunt ipsum per dolum, ut præstigiatorem, de medio tollere, eo prætextu, ne & ipsorum uxores fascinaret, quemadmodum aliorum multas deceperat. E civibus tamen

Hierapolitani in sancti necem conspirantibus,

A tamen quidam, Heros nomine, ceteris conditione honoratior, voluit Apoſtolum à lapidatione eximere. Itaque idoneam perſuaſioni orationem ad ſuos habens, ita differuit: Accipite conſilium, inquit, cives mei, quod neque nobis neque hoſpiti noceat. Si videtur vobis probemus ejus doctrinam, utrum ad ſalutem animæ profutura ſit. Cumque Heroi viro illuſtri nemo auderet refragari, ipſe primus omnium pedes Apoſtoli complexus, invitavit Sanctum domum ſuam. Quam cum ambo ingreſſi eſſent; Marcella uxor Herois, irata viro ſuo, quærebat occaſionem ejiciendi domo hoſpitem, negavitque dotem, niſi Philippum eliminaret.

Heros ut ipſum audiant ſuadet eumq; domo excipit.

& uxore placata,

3 Philippus, poſtquam animadvertit Heroëm in ancipiti verſantem, hortatus eſt illum, ut in fide permaneret. Ipſe vero poſitis genibus deprecari Deum cœpit: & illam quæ paullo ante ferociebat, viro tractabilem & manſuetam exhibuit. Quæ allocuta virum, O dulciſſime vir, inquit, Unde admirandus hic vir eſt? quam dulcis ejus eſt ſermo, & quam grata morum converſatio? Et Heros: Magni inquit, Dei præco eſt iſte, conjux mea, & ſempiterni regni procurator: quare ſi placet, ſine ulla dubitatione ad colendum hujus Deum accedamus. Simulque ambo ad pedes Apoſtoli provoluti, cum tota domo, ex aqua & Spiritu ſancto regenerati ſunt.

baptizatur cum familia ſua.

B 4 Eo ex tempore multi ex vicinia ad Dominum traducti ſunt. Sed malitiæ repertor, quando ſe victum & ſuos, atque ab Apoſtolo captos vidit; excitavit quoſdam qui Herois ædes incendio populārentur. Quod cum Apoſtolus in ſpiritu cognoviſſet, intrepide ab illo exiit. Quem inhumaniter comprehenſum ad tribunal Senatus pertrahunt. Cui minaciter Ariſtarchus, idemque Exarchus conſilii Præſes, Scio inquit, te magicis artibus imbutum; quare niſi eas abdices, ego acerba te lapidatione in mortem dabo: quæ vero ad crucifixum tuum Deum pertinent, opportuno tempore diſquiremus. Tunc apprehenſa Apoſtoli coma ipſum per lutum impulit. Beatus autem Philippus, Ariſtarchi importunum facinus volens emendare, fortaſſe propter alios qui aderant, ut intelligerent ipſum eſſe potentis Dei famulum; audientibus cunctis hunc in modum exclamavit: Domine, qui corda noſtra ſingillatim efformaſti, & quocumque vis affectus eorum impellis; verba cordis mei, omnis iræ expertia, facto ipſo comple, ut omnes inde emendentur; & protenſa ſuper comam capitis, quod tu conſervaſti, manus debilitetur. Dixerat, cum ſecuta eſt illi importuno membrorum diſtortio; manus autem ſubito exaruit, oculus præterea excæcatus eſt, ambæque aures obſurduerunt. Hoc miraculo Senatus collectus obſtupuit, rogaruntque Philippum, ut peccanti ignoſceret. Quibus Apoſtolus; Membrorum depravationes humana ope curari non poſſunt: qui enim hæc corrigat, unus eſt, qui ex pulvere in principio formavit hominem; ad quem niſi accedatis etiam ipſi, ille diſtortus Ariſtarchus ſanitatem non recuperabit.

Quare in judicium vocatus Apoſtolum,

Ariſtarchum Præſidem, injurioſius agentem,

puniri impetrat ad exemplum aliorum.

C 5 Inter hæc funus efferebatur ad ſepulchrum; & Senatores qui cum Ariſtarcho erant, retento feretro, per ludibrium dixerunt Apoſtolo: Si hunc in vitam revocas, omnes cum Ariſtarcho Deum tuum adorabimus. Tunc Sanctus, ſublatis in cælum oculis, aliquandiu comprecatur: dein jacentem in ſandapila placida voce allocutus, Theophile, inquit. Et ſtatim mortuus reſedit, oculoſque aperuit. Cui Apoſtolus iterum; Chriſtus, inquit, jubet: ſurge, & liber abi. Ille, cum è funebri lectica deſcendiſſet, ad pedes Apoſtoli illico procubuit: &, Gratias, inquit, tibi Sancte Dei, quod me ex triſtibus inferorum faucibus hac hora eripueris: à duobus enim atris & monſtroſis & crudelibus cyclopibus rapiebar violente; quod ſi paullum moratus mihi non adfuiſſes in tempore, in tetrum & exitialem tartarum fuiſſem ab reptus.

& in nomine Chriſti juvenem qui ſepeliendus efferebatur reſuſcitat.

EX MENÆIS GR.

6 Tunc inexpectatum hoc prodigium omnes in ſtuporem dedit, &, Quomodo, inquiebant, hunc, quem nunquam noverat, nominatim compellando excitavit? Revera quem hic fortem dicit, & prædicat, & Deum annuntiat, potens & verax eſt: & nos ſine ulla dubitatione ad hunc currimus & credimus. Tunc Apoſtolus manu ſilentium, compreſſo tumultu, indicens; imperat Heroi, Super Ariſtarcho, inquit, manu tua ſignum Crucis exprime, & in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis membra illius, ex ipſius ſimplicitate læſa, corrige. Quod cum feciſſet Heros, Ariſtarchum articulis reſtauratis integrum effecit. Super quo miraculo omnes ad pedes Apoſtoli acciderunt, in quibus & Præfectus fuit, à mortuis ſuſcitati pater, qui Princeps Senatus erat, una cum uxore ſua: qui acceſſit ad Apoſtolum, & avide catecheſeos inſtitutione excepit, & in argumentum conſtantis fidei, duodecim Deos aureos quos colebat, præcepit Apoſtolo tradi, ut illos in uſum pauperum erogaret. Quin & reliqua omnia ſua bona ita bene diſpenſavit, ut ab recta fide ſuſcepta numquam avelli poſſe videretur.

ipſum quoque Ariſtarchum jubet ſanari ab Heroë,

omneſque convertit,

7 Apoſtolus autem, cum omnes illic ad orthodoxam fidem adjunctos in commodum ordinem re degiſſet; Heroëm illis Epiſcopum præfecit; ex ipſis vero Presbyteros & Diaconos adjunxit: curavit etiam templa excitari, eademque fundari. Deinde omnibus in fide rite inſtitutis, pacem illis impertiens, Deumque pro illis deprecatus, in Phrygiam, Lycaoniam & Aſiam profectus, illic prædicavit, & Chriſtum annuntiavit, cui gloria in ſecula. Amen.

& ordinata eccleſia

D

Heroem Epiſcopum ordinat.

TRANSLATIO BRACHII

Hieroſolymis Florentiam.

Ex MS. Eccleſiæ Cathedralis Florentinæ.

1 POſtquam Dei & hominum mediator ſe noſtræ carnis mortalitatem induit, & Deitatem ſuam pro redemptione humani generis humanavit; veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cælo proſpexit. Unde qui veritatis & juſtitiæ filii eſſe cupiunt, apertas inveniunt januas Paradiſi, quæ ante gratiam etiam bene operantibus clauſæ manebant. Veritatis namque filii & principales coheredes fuerunt Apoſtoli: qui propter infuſionem ſancti Spiritus orbem terrarum undique peragrantes, Incarnationis myſterium, paſſionem & reſurrectionem filii Dei excelſi populis infidelibus & colentibus idola nuntiarunt, incredulorum corda verbis, operibus & miraculis convertentes: & ita ſupernæ civitatis Jeruſalem cives, & domeſtici Dei, portabant pacem, illuminabant patrias, & repulſa incredulitatis caligine veræ fidei lumina credentibus conferebant. Iſti ſunt duodecim Apoſtoli, qui miſſi dicuntur, quorum ſonus in omnem terram exivit & in fines orbis terræ verba eorum, & quibus ex ore Altiſſimi collata fuit ligandi & ſolvendi poteſtas: hi ſunt duodecim candelabra, igne ſancti Spiritus radiantia; duodecim columnæ aulæ cæleſtis, quibus fides Catholica ſuſtentatur; & duodecim portæ, per quas ingredimur ad regna cælorum. De quorum numero fuit B. Philippus Apoſtolus: de cujus brachii tranſlatione [ſcribere aggredior], de licentia & mandato Joannis 4 Epiſcopi Florentini, qui propter ſapientiam & diſcretionem omnimodam quaſi aureum candelabrum in domo Domini relucet, Sour à Domino Venerabili Rainero, Priore Eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis Hieruſalem, qui de Florentina diœceſi

Inter 12 Apoſtolos à Chriſto electos,

E

EX MS. FLORENT.

diœceſi fuerat ortus, & Capellanus jam ſteterat in Eccleſia de *b* Puluento, audivi, cujus aſſertioni teſtimonium veritas perhibet: quoniam ipſe ſanctiſſimum Apoſtoli brachium tranſtulit prout in ſubſequentibus enarrabo.

b

2 Eo ſiquidem tempore, quo *c* Emmanuel, glorioſiſſimus omnium Imperator quos poſt adventum Chriſti terra ſuſtinuit, in urbe Conſtantinopolitana permittente Domino imperabat, quidam Clericus, nomine Monachus, de civitate Florentia oriundus, ſacroſanctum Sepulcrum Domini viſitavit: qui licet vocaliter Monachus diceretur, propter morum honeſtatem & laudabilem converſationem realiter monachus cernebatur. Hic nempe à primo juventutis flore fuit liberalibus artibus eruditus, & poſtmodum in ſacræ Scripturæ myſterio, Jure Canonico & Phyſicali ſcientia præpollebat. Quare Patriarcha *d* Hieroſolymitanus illum in ſuum elegit Cancellarium, ut ejus providentia Sedes Patriarchalis honeſtius regeretur. Procedente vero tempore Cæſarienſis Eccleſia, quæ ſecunda eſt à Hieroſolymitana, orbata Paſtore vacabat. Tunc univerſi Suffraganei & Capitulum, invocata ſancti Spiritus gratia, prædictum Cancellarium in Archiepiſcopum elegerunt: qui poſtea tam Archiepiſcopatum quam Cancellarii officium feliciter gubernavit.

c *Monacho Florentino,*

Cancellario Hieroſolymitano.

d

B *Archiepiſcopo Cæſarienſi,*

e

3 Non poſt multum vero temporis venit *e* Saladinus, tamquam alter Nabuchodonoſor, de Babylonia: cui tradidit Dominus terram promiſſionis propter peccata cohabitantium. Qui capto regno miſit manum ad omnia deſiderabilia Chriſtianorum, & poſuit iterum terram Jeruſalem in pomorum cuſtodiam, occidit infinitos, & projecit corpora interfectorum in eſcas volatibus cæli, & carnes populorum beſtiis terræ; effundi ſanguinem fecit ipſorum tamquam aquam in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret. Illi vero qui non perierunt gladio, ducti ſunt in captivitatem: & ſuper flumina Babylonis ſedent & plangunt, tenentes in manibus carmen damnandorum: quoniam illi qui eos captivos duxerunt, ſuper ipſos in verba cantionum prorumpunt, nec audent cantare canticum Domini inter barbaras nationes. Subjugato quippe toto Hieroſolymitano regno præter Tyrum, prænominatus Archiepiſcopus, tamquam exul & patrimonio eccleſiaſtico ſpoliatus ad propria rediit, & Florentiæ fuit quaſi per biennium commoratus. Sed poſtquam audivit quod C Chriſtiani civitatem *f* Accon recuperaverant, habuit propoſitum revertendi. Tranſfretavit domum, & rediit Accon: ubi poſt parvum ſuæ moræ ſpatium ab Archiepiſcopis, Epiſcopis & Capitulo, ex permiſſione Regis, fuit in Patriarcham *g* electus.

f *dein Patriarcha Hieroſolymitano,*

g

4 Hic ſiquidem ſciebat quod prænominatus Imperator Emmanuël largitus fuerat ſancti Apoſtoli Philippi brachium nepti ſuæ Curiæ *h* Mariæ, tempore quo eam tradidit Regi *i* Almarico in uxorem. Unde tam ipſam quam filiam ejuſdem Curiæ Mariæ Reginam Iſabellam, uxorē Ermerici *k* Regis, qui de Cypro in Accon venerat ad regnandum, fuit taliter allocutus: Filiæ Jeruſalem, regali diademate coronatæ, vobis terrenus Imperator, ex amore præcipuo & gratia ſpirituali, dotes contulit ſpiritales, Apoſtoli ſcilicet Philippi brachium: quod etſi vobis liceat, non tamen expedit cuſtodire: quia cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Legitur enim quod Joſias, ex eo quod divina tractare præſumpſit, inſanabili fuit plaga percuſſus: ergo ſi viris & terrenis Principibus contradicitur ſacra tractare, multo fortius mulieribus propter ſexum fragilem inhibetur: unde quæ ſunt Dei Deo reddere non tardetis, reſignando in qualicumque miniſterio ſuo Apoſtoli Philippi brachium, quod ex Imperiali largitione in regali Palatio retinuiſtis. Tunc illæ de D exceſſu veniam implorantes, ei ſanctum Brachium contulerunt: quod ipſe cum ſumma reverentia repoſuit in locum Sanctum.

h

i

k *neptis Emmanuelis Imperatoris*

ab hoc acceptum brachium S. Philippi donavit:

5 Poſtmodum piæ memoriæ Petrus *l* Florentinus Epiſcopus, hoc à quibuſdam intelligens, eidem Patriarchæ litteras direxit, ſuppliciter ſupplicando, ut Eccleſiam Florentinam dotare Apoſtoli Philippi brachio dignaretur. Ipſe autem petitionibus Epiſcopi ſtatim annuere voluit, niſi quod ad quorumdam diſſuaſionem hoc facere differebat. Denique cum ſibi videret diem mortis ſuperveniente funere imminere, Rainerio, quem in Prologo nominavi, qui tunc erat Decanus Joppenſis, in virtute ſancti Spiritus & obedientiæ veræ præcepit, ut beati Apoſtoli Philippi brachium, juxta ſuum votum, Florentiam deſtinaret, & in famoſo Joannis Baptiſtæ templo faceret magnifice collocari. Poſtmodum autem reverendæ memoriæ Patriarcha, Domino vocante, *m* debitum humanitatis exſolvit; & ex hac vita fluxibili & fugitiva ad immortalitatis tranſivit patriam, coronam gloriæ immarceſſibilis recepturus. Tumulato quidem corpore tanti Patris, Venerabilis Cardinalis E *n* Soffredus, qui tunc in ultramarinis partibus legationis officio fungebatur, fuit in Patriarcham electus: ſed ille poſtea electioni renuntiavit. Verum univerſi ad quos ſpectabat electio, de conſenſu Regis elegerunt Epiſcopum *o* Vercellenſem, ad quem reducendum jam dictus Prior fuit Legatus principaliter conſtitutus.

l *illud cum petiiſſet Petro Florentino Epiſcopo,*

à moribundo Patriarcha committitur Ratnerio,

m

n

6 Ille nempe, ultimæ teſtatoris voluntati ſatisfacere cupiens, ſancti Apoſtoli Philippi brachium ſecum deferre volebat. Tunc Rex & Capitulum ſuo propoſito cœperunt penitus contraire, dicentes, quod tanti Apoſtoli membra in alienam regionem non permitterent tranſportari. Sed Magiſter Gualterottus *p*, olim Canonicus Florentinus & in Florentino Epiſcopatu de nobili proſapia ortus, vir ſummæ probitatis & diſcretionis, qui tunc temporis iverat cum Cardinali & fuerat in Acconenſem Epiſcopum electus, ubi hodie honore Pontificali refulget, jam dicto Priori ſancti Sepulcri opem in omnibus contulit ſocialem: unde ambo pariter & Regis animum & fervens Capituli propoſitum taliter mitigarunt, quod eidem Priori transferendi S. Philippi brachium conceſſerunt plenariam poteſtatem. Profecto idem Epiſcopus, ante ſuam promotionem & F poſtea, plurimum laboravit, quod Florentina eccleſia tanti Apoſtoli meritis dotaretur.

fruſtra aliquamdiu obſiſtente Rege & Capitulo,

p

7 Prior autem, habito S. Philippi brachio, ipſum cum ſumma reverentia locavit in navi, & cœpit cum navigantibus navigare. Ceterum quot pericula ſuſtinuerit navigando, longum eſſet per ſingula enarrare: ſed ab omnibus periculis meruit per beati Apoſtoli Philippi merita liberari. Quid plura? Venit demum Florentiam, ſecum deferens brachium reverendum; & in introitu civitatis occurrerunt ei Joannes quondam Eccleſiæ S. Fridiani Lucenſis Prior, tunc Florentinus Electus cum toto Clero, & illuſtris Comes *q* Rodulfus eo tempore Florentinorum Poteſtas, cum multitudine virorum ac mulierum clamantium & dicentium, Benedictus Dominus Deus noſter, qui civitatem noſtram voluit Apoſtoli Philippi meritis decorare. Occurrebant etiam juvenes & virgines, ſenes cum junioribus, votivas & celebres laudes Altiſſimo referentes, qui civitatem Florentinam fecit tanti Patroni meritis reflorere. Electus namque, venerabile Brachium in ulnas recipiens, ipſum, ab ingreſſu civitatis uſque ad templum Baptiſtæ Joannis ac Præcurſoris Domini, cum ſumma devotione reduxit, & ibi ingenti celebritate locavit: unde gaudet Eccleſia, exultat Clerus, monachorum ordo lætatur,

transfertur navi,

q

& ſolenni apparatu Florentiæ exceptum & deponitur in eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ

A lætatur, Deo dicatæ Virgines ante Sponſi cæleſtis præſentiam gratulantur, tripudiat militia, cunctus populus jucundatur, & ex ore infantium & lactentium laus perficitur, quod Philippus Apoſtolus advenit, cujus preſentia & patrocinio civitas redditur glorioſa.

f 8 Profecto cælicum donum quadruplex, electio, confirmatio Ioanni tunc Florentino pariter provenerunt. Unde, tamquam alter Simeon, poteſt in Domino congaudere; quia, ſicut ille Chriſtum portavit in templo; ita iſte partem corporis illius, cui Dominus ipſe revelavit myſterium Trinitatis, portare in ulnas meruit, & collocare in templo Baptiſtæ Ioannis, cujus nominis, non æquivocatio, ſed paritas, gratiæ denotat incrementum. Inſuper ad maximæ auctoritatis favorē, dum ſæpe dictus ſancti Sepulchri Prior Vercellis cum Patriarcha electo rediret, Florentinam ingreſſus eſt civitatem, ubi Electus ipſe B. Apoſtoli Philippi brachium ſibi rogavit oſtendi: qui confeſtim flexis genibus ipſum deoſculans adoravit: nam hæc eſt miraculoſa ſucceſſio; quæ dum per hereditaria ſpiritualis juris itinera gradītur, mirabilem inducit adventum, & Succeſſorem novum facit Anteceſſoris vota firmare.

& B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano oſtenditur.

Depradicatur felicitas Florentinorum

9 Sed ô Florentia, quibus tuæ fortunæ munera laudibus efferam, quibuſve præconiis extollam ignoro: quia tollit facultatem ſermonis materia ungularis. Ecce brachium cæleſtis civis, de Imperio ad Regnum, & de Regno ad te devenit: unde merito Florentia diceris, quia ſicut lilium refloreſcis, & ex hoc es facta florida, & ex membris Apoſtoli tamquam margaritis ornata. Prius enim ædificare meruiſti de lapidibus pretioſis Præcurſoris Domini famoſum & celebre templum: ad cujus honorem tam glorioſe factum non reperitur in orbe, unde habebas illum ſpiritualem Patronum, de quo Dominus ait, Inter natos mulierum non ſurrexit major Ioanne Baptiſta: nunc autem unus de duodecim, Philippus videlicet Apoſtolus, manere in eodem tabernaculo præelegit, ut duplici Patrono & patrocinio ſuſtenteris. Hic eſt Philippus Apoſtolus, qui tamquam præſentium diſpoſitor & futurorum præſagus, ad confutandam hæreticorum omnium pravitatem Chriſtum interrogavit, ne de Trinitatis unitate in aliquorum mentibus dubietas remaneret; Inquit enim, Domine, oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis: & ne crederetur quod ipſe in aliquo dubitaret, dixit, Oſtende nobis, non, Mihi; quia ſciebat aliquos in Trinitatis articulis dubitare. Solet enim contingere, quod qui in menſa divitis reſederit ſatiatus, non pro ſe, ſed pro famelicis qui circumſtant, ſibi panem quandoque poſtulat elargiri, ut omnes & ſinguli ſatientur. Filialis fuit interrogatio & fiducialis, cum dixit: Oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis; id eſt ſufficientiam de Trinitate habemus, nec in aliquo ulterius dubitamus. Et Dominus ei benigne reſpondet & quæſtioni ſatisfacit, ei quærenti connumerando quos juxta interrogationem ejus noverat dubitare, cum dixit, Tanto tempore vobiſcum ſum & non cognoviſtis me. Et converſus ad interrogantem, quæſtionem ſoluit dicens; Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. Qualiter autem vocatus fuerit à Domino in Apoſtolum, Ioannes Euangeliſta refert, & quomodo poſtea Nathanael duxerit ad Jeſum: dicitur & in eodem Euangelio quomodo Jeſus tentavit illum, cum veniſſet ad eum turba maxima, nec haberet quod manducarent: ſed tentatio divinæ majeſtatis, virtutis eſt incrementum & collatio gratiæ plenioris, ſicut in Abraham poſſumus evidentius intueri. Hic eſt Philippus Apoſtolus, qui Scythiam in ſortem prædicationis recepit, & in nomine Domini præcepit draconi ut ad loca ſolitaria fugeret, ne ſuo flatu mortifero ulterius perderet homines: nam & tres mortuos legitur ſuſcitaſſe, ac alia feciſſe miracula, quæ in ipſius paſſione, ſed nimia brevitate, ſunt ſcripta.

S. Philippi fides.

Joan. 14, 8

& predicatio in Scythia & miracula.

EX MS. FLORENT.

10 Nunc vero primum miraculum, quod per beati Apoſtoli Philippi merita fuit in ipſo civitatis introitu perpetratum, deduco in medium; ut orthodoxæ fidei ſectatores in Domino collærentur, & damnabiles hæreticorum catervæ pavelcant. Bellundus aurifex, Florentinus civis, ex quadam febrili diſtemperantia non per pauci temporis ſpatium ſyncopen, id eſt defectum cordis patiebatur, à qua infirmitate medicorum non poterat ſuffragio liberari: nam diuturnus morbus radices propaginat, & ægritudo annos à ſe longi temporis præſcriptione tuetur. Affligebatur enim quandocunque proclinius jacebat, ac ſi laboraret morbo caduco. Ille autem videns in Electi ulnis brachium Apoſtoli conſittere, ipſius clementiam lacrymabiliter imploravit, ut vetuſtum morbum ſpiritali antidoto removeret. Ab ea ſiquidem hora, ſicut ipſo referente audivi, nullam ex predicta ægritudine paſſus eſt læſionem.

Pellitur diuturnus morbus cor affligens

11 Aquarum inundatione fluvius, qui dicitur Arnus, dum præter ſolitum excreviſſet, puella quedam, nomine Roſa, filia cujuſdam Florentini civis, qui appellatur Deodatus, quodam caſu in ipſum corruit. Et dum ſine ſpe liberationis, videntibus plurimis, inter horribiles aquarum decurſus volubiliter traheretur; mater, pro inenarrabili dolore filiæ medullitus ingemiſcens, almifico Apoſtolo Philippo devotiſſime ſupplicavit, ut ſibi periclitantem filiam reſtituere dignaretur. Tunc puella ſuper aqua miraculoſe comparuit, & de civitate uſque ad locum, quem vulgus Fontanellas appellat, qui poteſt eſſe quaſi ſpatium trium ſtadiorum, devenit: ubi patri & matri, per Apoſtoli Philippi merita, eſt incolumis reſtituta. Fuit autem ibi non parvus virorum ac mulierum occurſus, qui viſo miraculo glorificaverunt Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui talia miracula, per beatiſſimi Apoſtoli Philippi merita, operatur.

puella in fluvium lapſa,

& procul delata liberatur.

12 Homo quidam, nomine Pichius, jam ætate ſenili gravatus, dum ligna ſcinderet cum ſecuri, quædam ligni particula oculum repercuſſit; unde per annum & dimidium ſtetit ipſius oculi lumine deſtitutus: neque ſibi profuerat tentaſſe aliquas medicinas: Quare B. Philippi Apoſtoli patrocinium exoravit, & confeſtim viſum recepit optatum. Videat ergo Florentia, quomodo per Apoſtoli Philippi merita refloreſcit: illum Patronum ſummopere veneretur, per quem à Chriſti fidelibus aſſidue veneratur, cujus patrocinio & præſentia decorata conſiſtit, & coronam recepit de lapide pretioſo.

viſus auſtinus reſtituitur.

13 Tranſlatum eſt autem B. Philippi Apoſtoli brachium anno Dominicæ Incarnationis MCCIV, VI Nonas Martii, Pontificatus Innocentii Papæ anno VIII, nullo exiſtente Imperatore, quia pro adipiſcendo Imperio inter Philippum & Othonem orta prius erat contentio dignitatis. Eodem etiam tempore tradidit Dominus excellentiſſimam Urbem Conſtantinopolitanam in manibus Latinorum.

Tranſlatum eſt brachium anno 1204.

ANNOTATA.

a Joannes *Epiſcopus vixit uſque ad annum* 1230.

b Pulventum *videtur contractum, & à Geographis dici* Bon-convento.

c Emmanuel *ſeu* Manuel Comnenus, *Ioanni Comneno patri ſuo ſucceſſit anno* 1143: *ac moriens in habitu monachi anno* 1180, *habuit ſucceſſorē filium Alexium Comnenum.*

d Heraclius *Patriarcha, creatus anno* 1180.

e Saladinus *Rex Ægypti anno* 1183 *intercepit Aleppū, & paulatim plures urbes, ac tandē an.* 1187 *Hieroſolymam.*

f Accon *antiquis* Ptolomais, *recepta eſt a Chriſtianis anno* 1191.

g *Anno* 1194, *in locum Michaëlis Decani Pariſienſis, & facti Archiepiſcopi Senonenſis, creatus Patriarcha* Monachus.

AUCTORE G. H.

h Curia *Græce* κυρία. Domina.

i Amalricus, *frater Balduini* III, *filius Fulconis, ex Comitibus Andegavensibus Rex coronatus anno* 1163, *tursumque cum Maria conjuge junctus anno* 1167.

k Ermericus *Lusignanus, aliis fere* Almaricus, *frater Guidonis primi Regis Cypri ex ista familia, cui successit anno* 1193, *& anno* 1201 *duxit Accone* Isabellam *uxorem, & coronatur Rex Hierosolymitanus, uti pluribus explicatur lib.* I *Historiæ Regum Lusignanorum, ab Henrico Gibleto editæ Bononiæ* 1647.

l Petrus *rexit Ecclesiam Florentinam ab anno* 1189 *usque ad annum* 1203. Hujus temporibus, *inquit Vghellus*, brachium S. Philippi Apostoli delatum est cum pluribus aliis reliquiis, quæ in Cathedrali Ecclesia honorifice asservantur, *verum id factum post ejus obitum fuisse infra dicitur.*

m *Mortuus est Patriarcha* Monachus *anno* 1203.

n Soffredus, *in MS.* Offerens, *creatus Cardinalis an.* 1182, *mortuus an.* 1211.

o *Hic est* B. Albertus, *qui ex Episcopo Vercellensi creatus Patriarcha Hierosolymitanus in urbe Accone resedit. Acta ejus late examinata dedimus* 8 *Aprilis.*

p Gualterum *Acconensem Episcopum simpliciter vocat Vghellus in Epp. Vercell. col.* 1099 *ubi ejus & Alberti jam dicti sigillum penes se esse ait, subjectum instrumento anni* 1212: *fortasse ob staturæ proceritatem augmentativo nomine dictus vulgo* Gualterottus.

B

q *Ioannes Villanus, Chron. Florent. lib.* 5 *cap.* 31 *narrat, quomodo Florentina civitas, quæ antea à Consulibus indigenis per populum lectis Romano more regebatur, domestico regimini, multis incommodis obnoxio prætulerit externum, cœperitque ex aliqua vicina civitate quotannis nobilem aliquem accersere, cum titulo* Potestatis, *Latine* Prætorem *sive* Urbis Præfectum *diceremus, qui cum assessoribus suis causas capitales & civiles dijudicaret; exindeque cœpisse tempora Florentiæ, non per* Consules, *sed per* Potestates *notari: primum autem tunc lectum fuisse anno* 1207 Gualterotum de Mediolano. *Sed ex hoc scripto apparet primum revera fuisse* Rudolfum *anno* 1204 *ultimos autem Consules fuisse, quos Villanus pro anno* 1203 *nominat Capite præcedenti.* D

r *Dubites an legi non debeat* duplex. *Sed neque sic est integer sensus: forte sic legendum,* Profecto cælicum donum, cum quo duplex bonum, electio & confirmatio.

s *Fuit Innocentius* 3 *Electus Papa an.* 1198 *mense Ianuario, adeo ut annus ejus* 8 *cum anno* 1205 *inceperit: quia tamen Florentini incipiebant civiles annos cum sequenti Paschate, hinc adhuc notatur annus* 1204.

t *Anno* 1198 *mense Martio electi per Schisma fuerunt Philippus Suevia Dux frater defuncti Henrici* VI, *& Otto filius Henrici Ducis Saxoniæ.*

u *Scilicet in Paschate, inchoante annum* 1204, *prout hic anni numerantur. Villanus præcitatus lib.* 5 *cap.* 27 *rem gestam scribit an.* 1200, *ex quo apparet eum non esse valde accuratum circa hæc tempora, ut mirum non sit si erraverit in notando initio Potestatum.* E

DE S. IACOBO APOSTOLO,

FILIO ALPHÆI, MARTYRE OSTRACINÆ.

ET S. IACOBO FRATRE DOMINI,

PRIMO EPISCOPO ET MARTYRE HIEROSOLYMIS.

G. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ 1. S. Iacobi Alphæi, natalis, electio, labores, martyrium, cultus sacer.

SECULO I

C

Inter XII *Apostolos memorantur Iacobus Zebedæi, & Iacobus Alphæi apud Matthæum.*

Marcum.

Lucam

INter duodecim Apostolos duo nomine Iacobi designantur: Eos describit S. Matthæus, unus ex illis, Capite X Euangelii sui his verbis: Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus & Andreas frater ejus, Iacobus Zebedæi & Ioannes frater ejus, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi & Thaddæus, Simon Chananæus & Iudas qui & tradidit eum. *At Marcus Euangelista Capite* III *eos hoc ordine enumerat*: Fecit Iesus ut essent duodecim cum illo; & ut mitteret eos prædicare: & dedit illis potestatem curandi infirmitates & ejiciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petri: & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui: & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum, & Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. *Lucas Euangelista nomina & electionem Capite* VI *ita proponit*: Cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos vocavit, Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor. *Quo ultimo & in Actis Apostolorum misere extincto, reliqui Actorum primo, post Ascensionem Christi, dicuntur* reversi Hierosolymam: & cum introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione, cum mulieribus & Maria matre ejus & fratribus ejus. *En numerus Apostolorum cum suis nominibus quater indicatus: inter quos prior* Iacobus, *apud Matthæum & Marcum,* Zebedæi *cognominatur: at posterior* Iacobus, *ad majorem distinctionem,* Alphæi *cognomine ubique indicatur. Prior Iacobus suum cognomen à patre suo traxit, uti patet ex Matthæi Cap.* IV, *ubi* Iesus, *post vocatos Petrum & Andream,* procedens inde vidit alios fratres, Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem ejus in navi, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit eos. Illi autem, relictis retibus & patre, secuti sunt eum. *Quæ apud Marcum Capite primo eodem modo indicantur, &* Iacobus Zebedæi *appellatur, &* pater Zebedæus; *alibi etiam* Iacobus & Ioannes filii Zebedæi *passim vocantur. Hunc* Iacobum, fratrem Ioannis, gladio occidit Herodes *Agrippa, ut traditur Actorum* Cap. XII. *Annum tum fuisse Æræ vulgaris circiter quadragesimum tertium alibi ostendimus. Reliqua de dicto S. Iacobo Zebedæi, dicenda erunt die* XXV *Iulii, quo colitur.*

F

Iacobus Zebedæi à patre Zebedæo dictus.

ab Herode Agrippa gladio occisus.

a De

A 2 De Iacobo Alphæi, *inter duodecim Apoſtolos æque relato, hæc agimus: cui ſub iſto nomine eadem ſors obtigit, cum ſanctis Apoſtolis Bartholomæo, Simone Cananæo ſeu Zelote, & forſan aliis, ut videlicet eorum mentio non fiat in ſacris Libris, niſi quatuor ſupra allegatis locis. Dicitur autem* Iacobus Alphæi, *id eſt, ut omnes admittunt,* Alphæi filius; *ſicut alter* Iacobus Zebedæi, *quia* Zebedæi filius. *Apud Marcum Euangeliſtam Capite ſecundo,* Ieſus, *poſt paralyticum ſanatum,* cum præteriret, vidit Levi filium Alphæi ſedentem ad telonium: *ubi alii habent,* vidit Levi filium Alphæi, qui ſedebat in domo vectigalis. *Apud Matthæum Capite* IX, vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine: *qui alio nomine* Levi *dictus*, filius Alphæi *erat*. Alphæus *ergo nominabatur tam pater* S. Matthæi Apoſtoli, *cognomento* Levi, *quam pater hujus* S. Iacobi. *Quid ergo, an idem* Alphæus *utriuſque Apoſtoli pater cenſendus? An* SS. Matthæus & Iacobus *fratres, ambo Capharnai habitarint, ambo publicani fuerint? Theodoretus Epiſcopus Cypri eidem patriæ utrumque adſcribit, illud Pſalmi* LXVII, Principes Iuda Duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthalim *ita exponens:* Ex his namque tribubus ceteri Apoſtoli originem duxerunt. Et illi quidem, qui vocabantur fratres Domini, ex tribu Judæ plane genus traxerunt: Petrus autem & Andreas, & Jacobus, & Joannes, & Philippus ex vico Bethſaida fuerunt. Matthæus & Jacobus dicti ſunt habitaſſe Capharnaum. Simon Zelotes, Cananæus appellatus eſt. Omnia autem hæc loca Galilææ ſunt. Zabulon autem & Nephthalim ibi ſuam habuerunt ſortem. *Hæc Theodoretus, in cujus relatione* Jacobus & Joannes filii Zebedæi *tribuuntur vico Bethſaidæ*, Matthæus & Iacobus, *ut* filii Alphæi, *Capharnaum dicuntur habitaſſe: Fratres autem Domini, inter quos eſt* Iacobus, *de quo infra agemus, ex tribu Iudæ genus traxiſſent. S. Ioannes Chryſoſtomus homilia* 33 *in Caput* 9 *Matthæi, cum ordinem Apoſtolorum ex Euangelio ſupra à nobis relatum conciliaſſet, dein addidit iſta*: Animadvertamus, quo & quos miſit. Iſtos, inquit Euangeliſta, duodecim miſit Ieſus. Quos iſtos dicit? Piſcatores ſcilicet & publicanos. Quatuor enim erant piſcatores, *Petrus, Andreas, Iacobus & Ioannes*: duo publicani Matthæus & Iacobus: unus etiam proditor. *Hæc S. Chryſoſtomus, Iacobum una cum Matthæo ſtatuens publicanum, eo quod eſſet Matthæi publicani frater, ab eodem cum illo Alphæo patre prognatus; uti Theodoretus eumdem Iacobum Capharnæo adſcribit, quod Ieſus ibidem Matthæum fratrem ejus ex telonio vocaſſet.*

Alphæi filius Iacobus & Matthæus,

a S. Chryſoſtomo publicani dicti,

C 3 *Conformis eſt S. Chryſoſtomo & Theodoreto omnis Eccleſia Orientalis, tenetque hos duos Apoſtolos, Matthæum & Iacobum, fuiſſe fratres, Alphæi filios: ex quibus S. Matthæus apud ipſos ſolenni cultu celebratur* XVI *Novembris, &* 9 *S. Iacobus Alphæi die* IX *Octobris. Omittimus quæ ad S. Matthæum ſpectant elogia recenſere: cum eadem circa proſapiam ſatis indicentur in elogiis S. Iacobi Apoſtoli, unde etiam colligimus, in quibus regionibus Chriſtum hic prædicarit. In antiquo Menologio, quod juſſu Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo Chriſti decimo vulgatum fuit, ad dictum* IX *Octobris, ſub hoc titulo,* Certamen S. Iacobi Alphæi Apoſtoli, *iſta leguntur*: Iacobus Chriſti Apoſtolus, filius Alphæi, & Matthæi publicani & Euangeliſtæ frater, Chriſti converſationem & ea quæ ad æternum illius regnum ſpectant, omnibus promiſcue Iudæis & Græcis, palam prædicabat: magnamque hominum turbam in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti baptizabat. Quod Iudæi indigne ferentes, ejus interficiendi conſilium cepere. Quare in unum locum coacti, comprehenſum & varie crudeliterque cruciatum, demum ſcipionibus cæſum interemere: cum interim Sanctus ad extremum & laudes Domino noſtro Ieſu Chriſto tribueret, & gratias ſancto ejus nomini ageret, quod illius ope exceptum fortiter

& fratres habiti à Græcis ad 9 *Octobris.*

elogium ex Menologio Baſilii Imp.

B *ambo à Theodoreto Capharnæo adſcripti,*

diabolum ejuſque voluntatis miniſtros viciſſet: & reddita illi inter hæc verba anima, ſepultus eſt. *Hæc ex dicto Baſilii Menologio. In pervetuſto Synaxario Græco Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis, hoc elogium profertur:* Certamen ſancti Apoſtoli Iacobi Alphæi. Erat hic frater Matthæi publicani & Euangeliſtæ. Hic divino zelo inflammatus, egreſſus ad prædicandum Euangelium, omnia idolorum fana igne ſuccendit, morbos curavit, dæmones ex hominibus ejecit, & alia infinita miracula patravit. Qua de cauſa multitudo paganorum ipſum appellavit divinum germen. Itaque percurrens orbem, ut verus Chriſti amator ejuſque paſſionis ac mortis æmulator, indociles Iudæorum populos arguebat: à quibus varias inſidias paſſus, tandem captus, & in cruce fixus, ſuum Deo ſpiritum reddidit. *Hæc ibi, quibus ſimilia, ſed omiſſa Iudæorum mentione contractiora, habentur in Græcorum magnis Menæis excuſis & in antiquis MSS. codicibus bibliothecæ Ambroſianæ apud Mediolanenſes, ſignatis N* 103 *&* 176, *T* 364 *&* 393, *item in MS. Florentino monaſterii S. Marci, Taurinenſi Ducis Sabaudiæ & aliis; nec non in βίοις ἁγίων Maximi Cytherorum Epiſcopi, atque in Anthologio novo Antonii Arcudii, auctoritate Clementis Papæ* VIII *typis Vaticanis excuſo. Habentur etiam in dictis Menæis plurimæ Odæ, quibus explicantur ejus apoſtolicæ virtutes & labores. In aliquo Mediolanenſi codice refertur S. Iacobus Alphæi Apoſtolus ad diem* IX *Novembris.*

AUCTORE G. H.

MS. Synaxario

& aliis MSS. & editis Menæis.

E 4 *Floruit ſeculo Chriſti nono Nicetas David Paphlago, Photii adverſarius, cujus meminerunt Georgius Cedrenus & Ioannes Curopalates, uterque initio operis. Hic plures illuſtres Vitas Sanctorum conſcripſit, è quibus Raderus noſter edidit Vitam S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani.* Ejuſdem laudatio ſanctiſſimi ac celebratiſſimi Apoſtoli Iacobi Alphæi, *ex bibliotheca Cardinalis Mazarini eruta, & Latine reddita à Franciſco Combefis, extat in hujus Bibliotheca Patrum concionatoria ad has Kalendas Maji: unde præcipuam partem acceptam infra ſubjungimus, cum multum conferat ad totius rei propoſitam controverſiam. Nicephorus Calliſtus lib.* 2 *Hiſt. Eccleſ. cap.* 40 *ex dicto Niceta contraxit laborum ejus compendium hujuſmodi verbis:* Porro Iacobus etiam Alphæi filius, & ipſe ex duodecim illis unus, juxta ejus qui eum regebat Spiritus ſancti voluntatem & ductum, ab Apoſtolorum corpore ſejunctus, Gazæ primum, deinde Eleutheropoli, & in vicinis ibi eorumdem populorum civitatibus verſans, maxima quæque miracula edit; & cæleſtibus Spiritus ſancti ſermonibus, ab eo pacata quadam & inermi vi ad Gentes delatis, teſtimonium regni Chriſti maxima incrementa capit. Poſthæc ad Ægyptios extremamque eorum regionem perveniens, & Chriſtum Servatorem & Deum eſſe annuntians, ad urbem tandem, cui Oſtracinæ nomen eſt, adit. Atque ibi, cum ſatis longo tempore vixiſſet, periculiſque & certaminibus plurimis conflictatus eſſet, tandem ad confirmandam eorum quos docuerat ſalutem, cruci ipſe quoque à quibuſdam, qui verbo fidei adverſabantur, affigitur: ut & in ipſo non ita multum imitatio mortis Magiſtri ſui abeſſet. *Hæc Nicephorus. Eſt Oſtracina urbs Epiſcopalis, ſub Patriarcha Alexandrino, & metropoli Auguſtamnicæ primæ Peluſio, ſita ad mare, in confinio Ægypti, Arabiæ Petreæ, & Paleſtinæ. In hac nec procul ab Oſtracina ſunt Gaza & Eleutheropolis, urbes Epiſcopales etiam ipſæ, ſub Patriarcha Hieroſolymitano & metropoli Paleſtinæ primæ Cæſarea.*

Vita ejus encomiaſtica à Nicetæ ſcripta.

Compendium illius per Nicephorum.

F 5 *Occidentalis Eccleſiæ Latinorum Martyrologia peculiarem venerationem tribuunt huic Apoſtolo ad diem* XXII *Iunii: ac primo antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa tria, ſcilicet Epternacenſe ante mille circiter annos ex antiquiori apud Anglos exarato tranſcriptum, Corbeienſe in Gallia ſcriptum & Pariſiis excuſum, atque Lucenſe in Italia à Florentinio illuſtratum: hæc, inquam, tria ſic habent:*

Cultus ſacer apud Latinos 22 *Iunii.*

AUCTORE G. H.

In Perſida natalis S. Jacobi Alphæi Apoſtoli. *Eadem leguntur in vetuſtis MSS. Martyrologiis Aquiſgranenſi Eccleſiæ majoris, Trevirenſi monaſterii S. Maximini, Conſtantienſi in Suevia monaſterii Richenaugienſis ſive Augiæ divitis, & alio Corbeienſi in Gallia ante annos octingentos ſcripto. In MS. Romano Ducis Altempſii, loco* Perſidæ, *ſcribitur in* Gallia, *reliqua conſentiunt. Aſt omni deſignatione loci omiſſa, celebratur ad eumdem* XXII *Iunii memoria* S. Jacobi Alphæi Apoſtoli, *in Martyrologio B. Rabani Mauri Archiepiſcopi Moguntini, item in MSS. Auguſtano monaſterii S. Vdalrici, Pariſienſi Labbæi, Lucenſi bibliothecæ Canonicorum. Neapolitano ſub nomine Vſuardi, & alio monaſterii S. Cyriaci à Cardinale Baronio plurimum æſtimato, & ad Martyrologii Romani innovationem ſæpius adhibito atque citato: item in Martyrologio Bellini de Padua ſecundum morem curiæ Romanæ, ſed plurimum aucto, & Pariſiis anno* MDXXI *excuſo. Denique* natalis S. Jacobi Apoſtoli, *ad eumdem diem* XXII *Iunii, notatur in illuſtri MS. Martyrologio Cardinalis Barberini, & alio Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ num.* 130 *ſignato, item in MS. Kalendario adjuncto ſub finem Martyrologii Hieronymiani in autographo Epternacenſi. Quia autem ſupra* Perſiæ *adſcribitur hic* Jacobus, *credi poteſt etiam illam regionem luce Euangelica illuſtraſſe; ſed poſtmodum* Oſtracinam *reverſus, ibidem*

B *martyrii coronam obtinuiſſe. Quod in alio MS.* Galliæ *tribuatur, factum credimus ob reverentiam ibidem corpori ejus tranſlato exhibitam: de qua re in additionibus Carthuſianorum Bruxellenſium ad Grevenum iſta leguntur, ad dictum diem* XXII *Iunii:* Eodem die tranſlatio B. Jacobi Minoris in civitate Tololana, per Carolum Imperatorem. *De Tranſlatione corporis infra agemus. Solenniſſimus*

& 1 *Maji. cultus, cum feſto publico ſanctorum Apoſtolorum* Philippi & Jacobi, *peragitur hiſce Kalendis Maji; quemadmodum* SS. Petri & Pauli XXIX *Iunii, &* SS. Simonis & Judæ Thadæi XXVIII *Octobris; & ſic iſta paria Apoſtolorum conjunctim in Litaniis Eccleſiaſticis invocantur, ut nullus alius inter ſingula paria collocetur. Fuiſſe autem hoc feſtum* SS. Philippi & Jacobi Alphæi *in primitiva Eccleſia habitum, infra ex S. Gregorio Magno & antiquis Martyrologiis & Miſſalibus accuratius oſtendetur: ubi etiam explicabitur, qua occaſione ipſum à* S. Jacobo Alphæi *ad* S. Jacobum Fratrem Domini *ſit traductum.*

in 18 illuſtribus Martyrologiis.

apud Syros, Ægyptios, Maronitas,

6 *Cum Latinis & Græcis conveniunt Ægyptii, Arabes, Syri, Maronitæ & alii regionum Orientalium populi. Athanaſius Kircherus, noſtris ſtudiis addictiſſimus, deſcripſit nobis partem Martyrologii Coptici, in quo ad diem* X *menſis Mechir, id eſt* IV *noſtri Februarii, iſta leguntur:* S. Jacobus

4, 11 & 12 *Februarii,* C Apoſtolus, filius Alphæi, hodie patitur. *Ad eumdem diem in primo Kalendario Ægyptiaco, per Ioannem Seldenum in libro de Synedriis veterum Hebræorum excuſo, refertur* martyrium Jacobi, *& die* XI *Februarii* feſtum Jacobi Apoſtoli. *In ſecundo Kalendario idem* Jacobus Apoſtolus *memoratur ad diem* XVIII *menſis Anſchir, quem exponit eſſe* XII *Februarii. Eodem Athanaſio Kirchero procurante, aliquod antiquum Martyrologium Arabo-Ægyptium ex lingua Arabica in Latinam tranſtulit Gratia Simonius, collegii Maronitarum Romæ alumnus: in quo ad diem* IX *Octobris, quem huic Iacobo ſacrum à Græcis habitum ſupra*

& 9 *Octobris. diximus, celebratur* certamen S. Jacobi Apoſtoli minoris: *qui in Kalendario Syro-Chaldaico Romæ anno* MDCXXIV *excuſo refertur ad eumdem* IX *Octobris, & dicitur* Iacobus Apoſtolus ex duodecim. *In Kalendario tam Syrorum quam Græcorum, à Genebrardo ante Pſalterium excuſo, appellatur* Iacobus Alphæi Apoſtolus: *utque cum præcipuis feſtis emineret, rubro minio dicta verba exprimuntur, & dein* Iacobus frater Domini, *de quo mox agemus, ad diem* XXIII *Octobris communi nigra tinctura excuditur. In Ka-*

etiam apud Moſcovitas. lendario Ruthenorum apud Antonium Poſſevinum in Apparatu ſacro, etiam ad IX *Octobris celebratur feſtum* Sancti Iacobi Apoſtoli, *abſque dubio* Alphæi, *uti iterum ad diem* XXIII *Octobris., quando alias celebratur feſtum S. Iacobi fratris Domini & Epiſcopi Hieroſolymorum. Vtriuſque Iacobi mentio fit ad dictos dies in MS. Kalendario Moſcovitico, quod Amſtelodami apud V.C.L. Laurentium Vander Hem aſſervatur.* D

§ 11. S. Iacobi fratris Domini genus, ordinatio, vita ſanctè peracta, Epiſtola Canonica.

7 *Egimus hactenus de duobus Iacobis Apoſtolis inter duodecim, ſcilicet de Iacobo filio Zebedæi & fratre S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ; & potiſſimum de S. Iacobo filio Alphæi, & fratre S. Matthæi etiam Apoſtoli & Euangeliſtæ. Hîc jam quærimus in Acta & martyrium* S. Iacobi fratris Domini, *ac dein controverſiam clarius proponemus; num ſcilicet hic merito à variis ſtatuatur unus idemque cum Apoſtolo filio Alphæi. Prima hujus & aliorum fratrum Domini mentio fit apud Matthæum capite* XIII, *ubi*

S. Iacobi Fratris Domini & aliorum fratrum mentio apud Matthæum,

cum Chriſtus expoſuiſſet parabolas ſeminis, zizaniorum, ſinapis, fermenti, theſauri, margaritæ, & ſagenæ, veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Unde huic ſapientia hæc & virtutes? Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria? & fratres ejus Iacobus & Ioſeph & Simon & Iudas, & ſorores ejus, nonne omnes apud nos ſunt? *Vltima verba Græce ita ſonant:* Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; *quæ ita transferri poſſent. Et* nonne omnes ſorores ejus apud nos ſunt? *Marcus cap.* VI *jam dicta ita exponit:* Nonne hic eſt faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph & Iudæ & Simonis? Nonne & ſorores ejus hîc nobiſcum ſunt? *Tertius locus de fratribus hiſce, ſed nullius nomine expreſſo, eſt apud Ioannem capite* VII, *ubi iſta leguntur:* Poſthæc ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Tranſi hinc & vade in Iudæam, ut & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres ejus credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum advenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non adſcendo ad diem feſtum iſtum: quia meum tempus nondum impletum eſt. Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Ut autem aſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. *Hæc ibi. Imo cum Chriſtus mutum & cæcum antea à dæmonio liberaſſet & ſanaſſet, & Phariſæorum calumnias confutaſſet, ac ſignum requirentes arguiſſet;* adhuc eo loquente ad turbas, *inquit Matthæus capite* XII, ecce mater ejus & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manus in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. *Hæc ibi, quæ aliquantum contractiora leguntur apud Marcum capite* III, *& Lucam capite* VIII. *Apud Ioannem, poſt celebratas nuptias in Cana Galilææ capite ſecundo,* deſcendit Capharnaum ipſe, & mater ejus, & fratres ejus, & diſcipuli ejus; & ibi manſerunt non multis diebus. *Præterea apud Marcum, poſt electos duodecim Apoſtolos capite* IV, convenit iterum turba, ita ut non poſſent neque panem manducare. Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum, dicebant enim:

E *Marcum:*

& tacitis nominibus apud Ioannem,

F *& alios 3 Euangeliſtas,*

Quo-

A Quoniam in furorem verſus eſt, *ſcilicet fervorem ejus in prædicando interpretati furorem & mentis exceſſum.*

8 *Atque hæc ſunt quæ leguntur de fratribus Domini, partim nominatim, partim communiter deſignatis. Primus eorum eſt Iacobus, de quo hic agimus, ſecundus Ioſeph, Græce* Ἰωσῆφ *&* Ἰωσῆ *ſæpius ſcriptus, & horum duorum mater creditur nominari* Maria *apud Matthæum capite* XXVII, *ubi à morte Chriſti in monte Calvariæ* erant mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene; & Maria, Iacobi & Ioſeph mater; & mater filiorum Zebedæi. *At Marcus cap.* XV *ita illas deſcribit:* Erant autem & mulieres de longe aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene; & Maria, Iacobi minoris (*Græce* τῦ μικρῦ parvi) & Ioſeph mater; & Salome & cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum & miniſtrabant ei: & aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſolymam. *At S. Ioannes capite* XIX *aliquot ſolum mulierum meminit his verbis:* Stabant juxta crucem Ieſu mater ejus; & ſoror matris ejus, Maria Cleophæ, *Græce* Μαρία ἡ τῦ Κλεοπᾶ; & Maria Magdalene. *Nominatur autem,* Maria ſoror matris Ieſu, ἡ τῦ Κλεοπᾶ, Cleophæ uxor *in textu Scripturæ, qui eſt in Commentariis Euthymii & Theophylacti;* eademque

B Maria, Iacobi & Ioſeph mater, *à Matthæo & Luca appellata; & ſic dicti* Iacobus & Ioſeph *habiti eſſent* conſobrini Chriſti Salvatoris noſtri, *& habiti* fratres Domini; *& mater eorum à filiis accepiſſet cognomen: quo apud Marcum capite* XV, Maria Magdalene & Maria Ioſeph aſpiciebant ubi poneretur, *ſcilicet Ieſus in Sepulcro: & capite* XVI Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum. *Apud Lucam vero capite* XXIV erant Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ quæ cum eis erant. *Vbi,* Maria *tam apud Marcum quam Lucam, in textu Syriaco dicitur* Maria mater Ioſeph, *& Maria mater Iacobi; imo etiam in textu Perſico & Æthiopico legitur,* Maria mater Ioſe, Maria quæ mater erat Ioſephi. *Quis autem hic* Ioſeph? *Actorum* I *invenitur* Ioſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, *propoſitus cum Matthia ad ſuſcipiendum Apoſtolatum, de quo prævaricatus fuerat Iudas. Hunc ſi quis ut eodem cum Iacobo* Iuſti *cognomine appellatum, ſic & eadem* Maria *matre natum voluerit opinari,* Saba *patre* (*hoc enim* Barſabæ *nomen indicat*) *& hæc conjectura vera fuerit; inventus eſſet alius Frater Domini: de quo agendum nobis erit cum Latinorum Martyrologiis* XX *Iulii.*

Maria eorum mater,

& Ioſeph Barſabas frater uterinus?

C 9 *Et hæc hactenus ex Euangeliis deducta ſunt, quibus nonnulla ex Actis Apoſtolorum adjungimus; ubi capite primo, cum Apoſtoli poſt Aſcenſionem Chriſti, reverſi Hieroſolymam, in cœnaculum aſcendiſſent, ut ſupra diximus,* erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre ejus, & fratribus ejus . . . & cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco . . . & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis, *uti hæc latius Capite ſecundo enarrantur. Aderat ergo* Iacobus, *primarius* Frater Domini *habitus. Sed qua ratione* Frater? *Ea, qua ſoror Deiparæ* Maria Cleophæ. *Hæc autem quomodo? An quia maritus ejus* Cleophas, *qui Euſebio lib.* 3 *cap.* 31 *dicitur* θεῖος τῦ Κυρίε, patruus *vel* avunculus Domini *fuerit; id eſt Ioſephi frater, ſaltem uterinus, quemadmodum credidit Hegeſippus apud Euſebium lib.* 3 *cap.* 11 *ſub finem?* Non exiſtimo: *quia tunc* Maria, Iacobi *mater, Cleophæ uxor, juxta modum loquendi iſtius ævi, potius* cognata, *id eſt,* fratris uxor *diceretur, quam* Soror *Deiparæ. An quia ipſamet Maria, Cleophæ nupta, nata fuerit ex fratre aut ſorore S. Annæ, avunculo aut amita Deiparæ? atque ita ſicut matres inter ſe vocabantur Sorores, ſic etiam fratres dicebantur filii? Id mihi videtur congruentius, ſuam tamen cuique liberam opinionem relinquendo. Nam ita Davidicæ ſtirpis ſucceſſio,* (*cujus primus ac præcipuus ramus, à Salomone ductus, in Iechonia Rege defecerat*) *continuata per Nathanitas, rurſumque extincta quoad poſteros Zorobabelis ex primogenito Abiud, cum morte Iacobi avi legalis Chriſti Domini, etiam quoad alterum ramum, apud Lucam à Reza ad Heli ductum, credi poſſet ſic tota terminata in Chriſto; ut Iudæis, per aliam quamvis familiam aſcenſuris ad Davidem, non fuerit facile expedire certi quidpiam. Quamvis igitur Hegeſippus apud Ioſephum lib.* 3 *cap.* 15 *Nepotes S. Iudæ Apoſtoli, ejus qui ſe Fratrem Iacobi ſcribit & æque atque hic dicebatur Frater Domini, aſſerat ad Domitianum delatos quod eſſent ex Davide, idque eſſe confeſſos, nec dubium eſſe debeat quin id intelligendum ſit de eorum ſtirpe paterna: malim tamen credere, tam ipſos quam Iacobum ſuam cum Chriſto conſanguinitatem habere à matribus, quæ cum Deipara conjunctiſſimæ fuerint, quam à patribus. Conſanguinitatem autem matrum cum Deipara proceſſiſſe ex parte S. Annæ, quæ fuerit Leviticæ ſtirpis, atque ita Sacerdotalis ſanctimoniæ dignitatem, cum Regii ſtemmatis prærogativa conjunctam in filia Maria, transfuderit in natum ex ea Ieſum.*

an Cleophas pater?

an à patre,

10 *Atque hæc eo dicta ſint potius, ut appareat, non tam quid haberi certius poſſit, quam quid non poſſit niſi per conjecturam aſſeri. Manet interim Iacobo certus & indubitatus titulus, undecumque promanans, ut dicatur* ὁ Ἀδελφὸς τῦ Κυρίε *vel* Ἀδελφόθεος: *indeque profluxit ut Hieroſolymitana Sedes, in quam primo poſt aſcenſionem Domini anno ab Apoſtolis eſt ordinatus Epiſcopus, dicatur* Thronus Theadelphicus, *à Dei fratre; ſicut Romana* Sedes *dicitur* Apoſtolica, *à Principe Apoſtolorum Petro. Etenim* Eccleſiæ Hieroſolymorum primus Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatur Iacobus frater Domini; *uti ſcribit in Euſebii Chronico S. Hieronymus, qui in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cum de ſolo Petro egiſſet, cap.* 2 *iſta habet:* Iacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus; filius, ut nonnulli exiſtimant, Ioſephi ex alia uxore; ut autem mihi videtur, Mariæ ſororis Matris Domini, cujus Ioannes in libro ſuo meminit; poſt paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis Hieroſolymorum Epiſcopus ordinatus. *Erat autem dicta Maria, ſoror habita Deiparæ Virginis, uxor Cleophæ, ac mater Iacobi & Ioſephi, ut ſupra deduximus. S. Hegeſippus, qui Apoſtolorum temporibus vicinus fuit, & VII Aprilis ſacrum cultum in Eccleſia obtinet, in libro quinto ſuorum Commentariorum, teſte Euſebio lib.* 2 *Hiſt. Eccleſ. cap.* 23, *accuratiſſime ſcripſit de S. Iacobo his verbis:* Suſcipit ab Apoſtolis Eccleſiam Hieroſolymitanam Iacobus frater Domini, uſque ab ipſis Domini temporibus Iuſti nomine paſſim appellatus, quoniam multi nominabantur Iacobi. *Dein Sancta ejus vita, à juventute acta, ita deſcribitur.*

& Hieroſolymitana Sedes Theadelphica,

in quam primus ipſe eſt ordinatus Epiſcopus,

Joan. 19, 25

D 11 Hic autem ab utero matris ſuæ ſanctus fuit. Vinum & ſiceram non bibit, nec animatum comedit, nec novacula caput totondit, nec oleo eſt unctus, nec balneo eſt uſus. Huic ſoli in Sancta licebat introire: nec enim laneo utebatur indumento, ſed ſindone. Et ſolus ingrediebatur in templum; & flagitabat, ita ut illi continua geniculatio, in Dei adoratione & pro populo deprecatione, callum genibus cameli inſtar obduxerit. Propter ſuam porro præcellentem juſtitiam Saddik & Oz-liam appellitabatur, quod Latine præſidium populi & juſtitiam denotat, quemadmodum de illo Prophetæ ſignificant. *Hæc ibi, ex interpretatione Petri Halloix ad Vitam S. Hegeſippi, cum ſatis longa apologia contra quaſdam Ioſephi Scaligeri ineptias, quæ ibi videri poſſunt.*

qui ab utero matris ſanctus,

vivit in magna abſtinentia.

12 *Erat S. Iacobus, Iuſtus & Frater Domini, Epiſcopus Hieroſolymitanus ab Apoſtolis ordinatus, cum S. Paulus ad Chriſtum converteretur: qui* poſt annos tres, *ut inquit in epiſtola ad Galatas,* venit Hieroſolymam videre Petrum, & manſit apud eum diebus quindecim: alium autem Apoſtolorum vidit neminem, niſi Iacobum

viſitur à S. Paulo,

Gal. 1, 18

AUCTORE G. H.

aut potius à matre ha beat Iacobus ut dicatur frater Domini

E

F

AUCTORE G. H. fratrem Domini. *Annus is erat Æræ vulgaris trigeſimus tertius.* Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendit Hieroſolymam ... & contulit Euangelium cum iis qui videbantur aliquid eſſe. *Annus is erat* XLVII, *quando Synodus Hieroſolymitana fuit habita, in Actis Apoſtolorum capite* XV *deſcripta, in qua S. Iacobus ita locutus eſt*: Viri fratres, audite me. Simon narravit, quemadmodum primum Deus viſitaverit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo. Et huic concordant verba Prophetarum ſicut ſcriptum eſt, Poſt hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud, ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes ſuper quas invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Notum à ſeculo eſt Domino opus ſuum. Propter quod ego judico, non inquietari eos qui ex Gentibus convertuntur ad Deum; ſed ſcribere ad eos, ut abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, ubi per omne ſabbatum legitur. *Hæc S. Iacobus, cujus conſilium placuit: & ex ejus ſententia epiſtola confecta & miſſa eſt. Tunc, inquit Paulus, in citata ad Galatas epiſtola*, cum cognoviſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacob & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. *Eodem modo S. Petrus, cum ab Herode in carcerem intruſ[us], & Angelico eductus eſſet auxilio, & ad ſuos veniſſet, di[xit]*: Nuntiate hæc Iacobo & fratribus. *Ita omnis illorum ſolicitudo ac pia erga S. Iacobum reverentia erat.*

in Synodo Hieroſol. mitana ſententiam profert

Gal. 2, 1

B

Gal. 2, 9 *magni æſtimatur à SS. Paulo & Petro.*

Act. 12, 17

13 *S. Hieronymus, in citato ejus elogio de Scriptoribus Eccleſiaſticis, iſta addit*: Euangelium quoque, quod appellatur ſecundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe utitur, poſt reſurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cum dediſſet ſindonem ſervo Sacerdotis, ivit ad Iacobum & apparuit ei. Juraverat enim Iacobus non ſe comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis. Rurſuſque poſt paululum, Afferte, ait Dominus, menſam & panem. Statimque additur: Tulit panem & benedixit ac fregit, & poſt dedit Iacobo Iuſto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis à dormientibus. *Hæc S. Hieronymus. De hac apparitione Chriſti (de cujus veritate merito plurimi dubitant) poſſent forſan accipi quæ Apoſtolus Paulus in prima ad Corinthios epiſtola de variis Chriſti apparitionibus recenſet capite* XV *his verbis*: Reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc undecim; deinde viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus. Noviſſime autem omnium, tamquam abortivo, viſus eſt & mihi. *Hæc ibi. Porro Doctorum & interpretum communis ſententia eſt, hîc intelligi* Iacobum fratrem Domini, primum Hieroſolymorum Epiſcopum, *cujus magna erat, etiam apud Iudæos auctoritas, ut vel ideo apparitionem illi factam cenſuerit Paulus indicandam: ſed quia ibi nuntiatur poſt eam quæ facta eſt plus quam quingentis fratribus, utique in monte Galileæ pluribus poſt reſurrectionem diebus, ideo dixi merito dubitari ſaltem de circumſtantia temporis & jejunii, uſque ad apparitionem iſtam protracti, expreſſa apud Hieronymum. Idem* Iacobus, *ſcripſit* epiſtolam Catholicam *eamque inſcripſit* duodecim tribubus quæ ſunt in diſperſione, *ſui ipſius calamo dictus* Servus Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Qui auctorem faceret alium quam Iacobum minorem Hieroſolymorum Epiſcopum, nemo veterum aut recentium fuit, quod ſciam: ſolum apud Gonzalvum Davila in Theſauro Eccleſiaſt. Murcienſis Epiſcopatus, invenio ſub nomine Liciniani Carthaginenſis Epiſcopi ad Grecorium Magnum confictam epiſtolam, qua, veluti res toti Hiſpaniæ compertiſſima, affirmatur,* ſcriptam à Sancto Apoſtolo mox ubi ex Hiſpania reverſus eſt Hieroſolymam: *atque adeo à Iacobo majore filio Zebedæi, qui creditur in Hiſpaniam excurriſſe. Sed nihil moramur commenta iſtiuſmodi: potius noto quod ex ipſa Canonica plura inferantur Actis hujus* S. Iacobi Minoris, *quæ damus cum MS. Græco collata, quæque genuinum Simeonis Metaphraſtis fœtum eſſe agnoſcit Leo Allatius, in ſua de Simeonum ſcriptis diatriba pag.* 128. *Edidit illa Latine tranſlata Aloyſius Lipomanus, tomo* 6 *Vitarum ſanctorum priſcorum Patrum, & retulit ad* XXIII *Octobris, quo Græci (ut infrà dicetur) ſolenni cultu ipſum venerantur. At Surius tranſtulit ad haſce Kalendas Maji, quas nunc ejus honori conſecratas habet Eccleſia Latina. Titulus horum Actorum eſt hujuſmodi:* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰάκωβον, τὸν Ἀπόστολον καὶ Ἀδελφόθεον. Commentarius de S. Iacobo Apoſtolo & Fratre-Domini.

D

dicitur uſque ad apparitionem Chriſti jejunaſſe:

C

Epiſtolam Canonicam ſcripſit.

à Metaphraſte in Vita ejus laudatam.

§ III. Martyrium S. Jacobi Fratris Domini, tempus Sedis, cultus ſacer.

14 *Prædicto circa S. Iacobum Fratrem Domini Commentario, inferuntur multa ex S. Hegeſippi ſcriptis, maxime quæ ad obitum ejus ſpectant, quæ malumus ipſius auctoris jam dicti verbis referre, cum aliqua Iudæorum de Ieſu Chriſto diſceptatione, ex qua fuit aſſumpta occaſio martyrii: & ſunt ejuſmodi.* Quidam igitur è ſeptem hæreſeon populi Iudaici lectatoribus ex eo ſciſcitabantur, Quodnam eſſet oſtium Ieſu? Ille autem reſpondebat eſſe Salvatorem. Horum ergo nonnulli crediderunt Ieſum eſſe Chriſtum. Hæreſes porro, de quibus ante ſcripſi, non credebant neque reſurrectionem, neque eum qui venit redditurum unicuique ſecundum opera ſua: quotquot autem crediderunt, Iacobi opera crediderunt. Cum igitur plerique etiam ex Principibus crederent; tumultus concitatus eſt Iudæorum & Scribarum & Phariſæorum, dicentium perparum abeſſe quin omnis populus Ieſum credat eſſe Chriſtum. Itaque Iacobum convenientes dicebant: Rogamus te, inhibe populum: ſiquidem ad Ieſum, quaſi is vere eſſet Chriſtus, aberravit. Rogamus te, ut omnibus qui ad diem Paſchæ convenerunt, de Ieſu perſuadeas: nam tibi omnes fidem habemus. Nos enim proteſtamur & omnis populus nobiſcum una, te juſtum eſſe nec perſonam accipere. Perſuade igitur multitudini de Ieſu, ut ne erret: quandoquidem omnis populus & univerſi credimus tibi. Siſte proinde te ſupra templi pinnaculum, ut ex alto ſis conſpicuus, & exaudiri poſſint à toto populo verba tua: nam propter Paſcha tribus omnes una cum Gentilibus convenere.

E

Plurimos Iudæorum convertit:

rogatur ut ad populum contra Ieſum loquatur:

F

15 Statuerunt ergo nominati Scribæ & Phariſæi Iacobum ſuper templi pinnaculum, atque ad eum clamaverunt & dixerunt: Iuſte, cui omnes credere debemus; quandoquidem populus hic errat, Ieſum qui fuit crucifixus ſequens; annuntia nobis, quod eſt oſtium Ieſu, qui crucifixus fuit? Et reſpondit voce magna: Quid me interrogatis de Ieſu filio hominis? Ipſe enim ſedet in cælo à dextris magnæ Virtutis, & venturus eſt in nubibus cæli. Multis porro id perſuaſum habentibus, & Deum propter Iacobi teſtimonium glorificantibus & dicentibus, Oſanna filio David; tum ex adverſo iidem Scribæ & Phariſæi inter ſeſe dicebant: Male fecimus, qui tale Ieſu teſtimonium tribuerimus: verum aſcendamus, & illum præcipitemus, ut homines perterrefacti fidem illi non habeant. Tum exclamaverunt dicentes: Heu, heu, etiam Iuſtus erravit. Et Scripturam illam impleverunt in Iſaia deſcriptam: Tollamus juſtum, quoniam

è pinnaculo templi profitetur fidem Chriſti:

Iſa. 3. 10 juxta 70

A quoniam inutilis est nobis. Igitur fructus manuum suarum comedent. Ascenderunt igitur & dejecerunt Justum, & dixerunt invicem: Lapidemus Jacobum Justum: & inceperunt eum lapidare: præcipitatus enim non perierat, sed conversus & geniculatus dicebat: Precor te, Domine Deus noster, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Sic ergo lapidibus cum impeteretur, unus Sacerdotum ex filiis Rechab, filii eorum Rechabitarum qui Jeremiæ testimonio commendantur, acclamavit dicens: Cessate, quid facitis? Justus pro vobis precatur. Et quidam ex illis arte fullo, arreptum lignum, quo vestes premebat, in caput Justi impegit: atque ita martyrium obiit. Quem & eodem loco sepeliverunt, manetque etiamnum ejus columna prope templum. Testi. hic verus tam Judæis quam Gentilibus fuit, Jesum esse Christum. Statim exinde Vespasianus Judæam cingit, & Judæos in servitutem redigit.

dejecti pœna

Jer. 25, 5

& fuste fullonis occiditur.

16 *Hæc S. Hegesippus, cujus verba, ut supra insinuavi, noster Petrus Halloix satis defendit a cavillationibus Scaligeri; & quod in iis videri potest obscurum sic explicat, ut iis immorandum nobis non putemus. Quia tamen intelligo nuperum Eusebii interpretem Gallicum, sumpta à Scaligero audacia, vehementer se jactare in* pinnaculo templi, *super quod nec aves quidem consistere testimonio Iosephi potuerint;* B *& quo ridiculum erat adduci Iacobum, præ altitudine loci vix videndum à populo, nedum audiendum; lubet quærere ex homine illo, an etiam pro deridiculo habeat Euangelistam Lucam, cap.* IV *dicentem, quod diabolus Christum statuit* super pinnam templi, *dicens* mitte te deorsum? *Græce* ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, *qua etiam voce Hegesippus utitur. An non & hic & ibi commode intelligitur xystus, seu deambulatio spatiosa, in extima templi parte platea ad templum ducenti imminens, unde & populum alloqui facile fuerit, & non facile citra vitæ periculum desilire:* pinna *seu* pinnaculum *dictus, quia pinnali peribolo præmunitus ad avertendum inambulantium aut ex eo despicientium lapsum? Quid quod vox* Πτερύγιον *alam potius procurrentis ex latere ædificii, quam supremum culmen aptum sit ex suaorigine & prima notione significare?*

quod hic pinnaculum intelligendum?

17 *Sed hæc omittens, noto quod, eadem quæ Hegesippus, de Iacobi Iusti martyrio tradat Clemens Alexandrinus, & hunc allegans Eusebius lib.*2 *cap.* 1 *&* cap.23, *quo loco ista addit:* Porro Jacobus ob singularem justitiam adeo celebris apud omnes & admirabilis fuit, ut Judæorum prudentissimi hanc fuisse causam existimaverint secutæ mox obsidionis Hierosolymorum: quam quidem non ab aliud sibi contigisse, quam propter scelus in Jacobum admissum, ipse etiam Josephus scripto restari minime dubitavit, cum ait: Hæc omnia contigerunt Judæis propter Jacobum Justum fratrem Jesu, qui dicitur Christus: qui cum esset omnium consensu iustissimus, nihilominus à Judæis necatus fuerat. Idem in vicesimo Antiquitatum libro mortem illius commemorat his verbis: Comperta morte Festi, Cæsar Albinum Procuratorem in Judæam mittit. Interea Ananus junior, quem Pontificatum accepisse jam diximus, vir audax imprimis ac temerarius, & qui sectam Sadducæorum sequebatur (quos quidem præ ceteris Judæis in judiciis exercendis immites esse supra retulimus) opportunum sibi tempus adesse ratus; eo quod Festus quidem obiisset, Albinus vero adhuc iter faceret; concilium Judicum cogit, inductoque in judicium Jacobo fratre Jesu, ejus qui dicitur Christus, & cum eo quibusdam aliis, crimen illis violatæ legis impegit; statimque lapidandos tradidit. Sed quicumque inter cives modestissimi legisque observandæ studiosissimi habebantur, graviter id factum tulere. Itaque clam legatos ad Regem mittunt, hortantes, ut Ananum per litteras monere vellet, ne deinceps talia gereret: neque enim prius illud recte atque ex jure ab eo

ob hanc necem credita Hierosolyma obsessa.

C

& Ananus Pontifex auctor necis

apud Regem Agrippam accusatus,

factum fuisse. Quin etiam nonnulli eorum Albino, AUCTORE
ab urbe Alexandria iter facienti, occurrerunt; eum- G. H.
que monuerunt, non licuisse Anano, absque ipsius consensu, concilium Judicum convocare. Quibus auditis, Albinus litteras plenas furoris & iracundiæ ad Ananum scribit, minatus se de illo pœnas sumpturum. Proinde Rex Agrippa ademto ei Pontificatu, quem per tres menses gesserat, Iesum, Damnæi filium, Pontificem constituit. Et hæc sunt, *inquit Eusebius*, quæ de Iacobo narrantur: *neque pugnant cum ante dictis ex Hegesippo, sed solum supplent quod ibi omissum fuerat narrando, quomodo adductus in judicium sit, prius quam adduceretur in pinnaculum, si forte adhuc ex voto Iudæorum responderet de Christo, metu mortis sibi jam decretæ*

Pontificatu privatur.

18 *Tempus martyrii assignat in Eusebii Chronico Hieronymus* annum Imperii Neronis septimum: *& idem Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis ita suum de eo elogium concludit:* Triginta annos Hierosolymis rexit Ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum. *Annus is erat Æræ Christianæ sexagesimus, & à Chronologis statuitur septimus Neronis, absolvendo primum annum, licet non integro regnarit, cum anno Christi* LIV. *Hac autem ratione Hierosolymitanam ecclesiam rexit Iacobus annis triginta & mensibus fere tribus, ordinatus scilicet* XXVII *Decembris post Ascensionem Domini, Consulibus adhuc duobus Geminis Æræ vulgaris anno* XXIX, *& occisus in Paschate anni* LX *ejusdem Æræ. Solennis memoria ordinationis S. Iacobi in antiquis Ecclesiasticis Fastis celebratur ad diem* VI *Kalendas Ianuarii sive* XXVII *Decembris, de qua in quatuor pervetustis Martyrologii Hieronymiani apographis ista leguntur:* Ordinatio S. Iacobi Apostoli fratris Domini, qui ab Apostolis primus ex Iudæis Hierosolymis est Episcopus ordinatus. *In apographis Lucensi & Blumiano additur:* & medio Paschà martyrio coronatus. *In MS. Corbeiensi Parisiis excuso additur,* & tempore Paschali martyrio coronatus: *pro quo in codice vetustissimo Epternacensi legitur,* & in medio Paschæ martyrio coronatus Hierosolymis, cujus passio VIII Kalendas Aprilis. *Similia, aut integra aut abbreviata, habentur in aliis melioris notæ MSS. Martyrologiis, scilicet Romanis ecclesiæ Vaticanæ S. Petri, tum Bibliothecarum Cardinalis Barberini, & Ducis Altempsi, & eo quod olim monasterii S. Cyriaci; Constantiensi monasterii Richenaugiensis, Trevirensi S. Maximini, Tornacensi S. Martini, Lætiensi, Corbeiensi & aliis. Item apud Rabanum atque Adonem in variis MSS. & in Appendice, apud auctorem Bedæ supposititii aliosque recentiores. Verum, quod dictus* XXVII *Decembris sit sacer S. Ioanni Apostolo & Euangelistæ, & sequens Sanctis Innocentibus pueris pro Christo occisis, solennis veneratio dictæ ordinationis S. Iacobi Apostoli translata est ad diem* XXIX *Decembris in ecclesia Mediolanensi, ad normam & institutionem S. Ambrosii Episcopi: atque ita præscribitur in Missalibus ejusdem Ecclesiæ, anno* 1522 *& anno* 1560 *excusis; & in Breviariis quæ anno* 1539, *& aliis quæ jussu S. Caroli Borromæi anno* 1582 *impressa sunt.*

Præfuit annos 30 *phrasi Romanorum à Iacobi nuario annos incipientibus,*

E

occisus anno 60.

Colitur die ordinationis 27 Decembris,

& 29 Decembris.

F

19 *At memoria passionis S. Iacobi supra insinuata, adjuncta est, ad diem* XXV *Martii, illustri recordationi passionis Christi Redemptoris nostri, & quidem in apographo Martyrologii Hieronymiani Epternacensi his verbis:* VIII Kalendas Aprilis, Hierosolymis Dominus crucifixus est; Passio Iacobi Iusti fratris Domini. *Quæ aliquanto latius in apographis Lucensi & Corbeiensi exponuntur his verbis:* In Hierosolyma Dominus noster Iesus Christus crucifixus est, & passio S. Iacobi Apostoli, qui & Frater Domini, sicut in Actis Apostolorum continetur. *Eadem de S. Apostolo in Martyrologiis Rabani & Notkeri ita indicantur:* Et passio S. Iacobi Fratris Domini, qui in Paschæ solennitate Iudæis Christum testificans, de templi est culmine præcipitatus, ac fullonis vecte percussus. *Ejusdem S. Iacobi fratris Domini ad dictum* XXV *Martii celebratur memoria in pervetustis MSS. Constantiensi*

& 25 Martii cum Christo ipso die passo.

AUCTORE G. H.

tienſi Augia-diviti, Auguſtano S. Vdalrici, Trevirenſi S. Maximini, Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, Leodienſi S. Lamberti, Centulenſi S. Richarii & aliis. Iterum ad diem XV *Martii*

diem 15 Martii,

nomen S. Jacobi Apoſtoli Fratris Domini *legitur in prædictis apographis Martyrologii Hieronymiani, & alio MS. monaſterii S Cyriaci, ſed fere immiſtum Martyribus Carthaginenſibus, uti ad dictum diem diximus. At præcipua ſolennitas ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi notatur ad*

ſed potiſſimum I *Maji.*

haſce Kalendas Maji, etiam relata in prædictis apographis Martyrologii Hieronymiani, & aliis MSS. Sed nullo addito indicio quo ſignificetur, de quali Iacobo iſta ſint intelligenda, quod infra diſcutiemus. In MSS. Caſinenſi & Altempſiano appellatur expreſſe frater Domini. *Idem legitur in genuino Bedæ Martyrologio, ad quod à Floro plurima ex Actis adduntur: aliqua autem in MS. codice monaſterii S. Cyriaci brevius ſic leguntur:* Hieroſolymę paſſio S. Jacobi, filii Mariæ, quæ fuit ſoror Monx matris Domini, unde & frater Domini dictus eſt. *Eadem etiam apud Adonem habentur. Verum is in prævio libello de feſtivitatibus Apoſtolorum longius encomium habet, ex SS. Hegeſippo & Hieronymo ſupra relatis deſcriptum: quod dein in ſuum Martyrologium tranſtulit Notkerus. Pauciora leguntur apud Rabanum & Vſuardum. In hodierno Martyrologio Romano dicitur* Jacobus frater Domini & primus Hieroſolymorum Epiſcopus, qui è pinna templi præcipitatus,

B confractis cruribus, ac fullonis fuſte in cerebro percuſſus interiit, ibique non longe à templo ſepultus eſt.

Cultus ſacer 23 Octobris apud Græcos.

20 *Græci ſolenni veneratione celebrant feſtum S Iacobi, Fratris Domini, die* XXIII *Octobris, & in pervetuſto Menologio quod auctoritate Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris ſeculo* X *eſt vulgatum, ſub hoc titulo,* Certamen ſancti Hiero-martyris & Apoſtoli Jacobi fratris Chriſti, *iſta traduntur*: Jacobus ſanctus, primus Hieroſolymorum Epiſcopus ab ipſo Chriſt renuntiatus, & primus ab eodem edoctus, divini ſacrificii rationem compoſuit: quam latius fuſam poſtea Baſilius Magnus, & poſt hunc Chryſoſtomus, hominum infirmitati conſulentes, compendiariam reddidere. Jacobus autem, cum non contemnendam tam Judæorum quam Græcorum manum ſecum ad Chriſti cultum traheret, præſenti Judæos iracundia exardeſcentes in ſe adeo concitavit, ut coacti in unum è templi faſtigio deturbatum necaverint. *Hæc ibi, ex tranſlatione Petri Arcudii, & editione Ferdinandi Vghelli ad tomum ſextũ Italiæ ſacræ. Eſt autem hoc elogium longe concinnius, quam quod in eodem Baſilii Imperatoris Menologio habetur* XXX *die Aprilis, ipſo die quo alii Græcorum libri habent Iacobum fratrem Ioannis, utpote quod errore non uno inquinatum oſtendimus ad finem tomi* I *jam dicti Aprilis, ubi ipſum menſem Græce totum dedimus.*

C 21 *Eadem leguntur in Menæis excuſis, & in antiquis MSS. codicibus quatuor bibliothecæ Ambroſianæ apud Mediolanenſes, ſupra allegatis: item in MS. Florentino conventus S. Marci, Pariſienſi Cardinalis Mazarini & aliis: denique ἐν βίοις ἁγίων Maximi Cytherorum Epiſcopi, & Anthologio novo Antonii Arcudii auctoritate Clementis Papæ* VIII *typis Vaticanis excuſo. Ceterum in hiſce iſta addantur:* Quod autem ſit dictus frater Domini, ſive ἀδελφόθεος, ex traditione ita acceptum eſt. Joſepho, ſponſo Beatæ Virginis, agros ſuos ſeu terram filiis, quos ex priore conjuge ſuſceperat, partiente, volenteque filio Virginis & Deo ſuam portionem aſſignare, ſed aliis non admittentibus illum in ſortem hereditatis; Jacobus in partem ſuam illum adlegit: eamque ob cauſam non ſolum vocatus eſt frater Domini, ſed etiam Juſtus. *Hæc ibi. Verum cum ſacris Euangeliis & S. Hieronymo aſſerimus eum filium fuiſſe* Mariæ, Sororis Matris Domini *appellatæ. S. Epiphanius contra hæreſin* 78, Jacobus, *ait*, frater Domini appellatur, propter morum ſimilitudinem non ſecundum naturam, ſed per gratiam, *Græce διὰ τὸ ὁμότροπον, pro quo alii* Ὁμόφυλον *legentes*, coëducationem *ſive* communem educationem D *perterunt.*

22 *In pervetuſto Synaxario Græco Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis, multo plura de martyrio S. Iacobi leguntur, ex S. Hegeſippo tranſcripta, & ſub finem iſta adduntur:* Solennitas hujus Sancti celebratur in templo ipſi dicato, quod ſitum eſt in vicinia templi Sacratiſſimæ Deiparæ in Chalcopratiis. *De utroque agitur apud Georgium Codinum in Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 56. Templum, *inquit*, ſacri conditorii in Chalcopratiis Juſtinus & Sophia ædificarunt . . . Ibi depoſita eſt veneranda zona & veſtis ſanctæ Deiparæ . . . Prope ſupradictum templum idem Imperator eccleſiam S. Jacobi extruxit, ubi ſuis in conditoriis aſſervantur reliquiæ ſanctorum Innocentium, & Simeonis Theodochi, & Prophetæ Zachariæ, & Jacobi τοῦ Ἀδελφοθέου Fratris Domini. Ceterum in dextrâ parte ſacri conditorii poſita ſunt corpora ſanctarum mulierum, quę unguenta ad Chriſti ſepulcrum tulerunt; in ſiniſtrâ vero coma B. Joannis Præcurſoris. *Inter dictas mulieres fuit* Maria, Iacobi *mater. At horum templorum conditores fuerunt Iuſtinus junior, Iuſtiniani Imperatoris ex ſorore Vigilantia nepos, coronatus* XIV *Novembris Indictione* XIV *anni* DLXV; *ejuſque uxor Sophia, cui ille cum Auguſtæ dignitate coronam impoſuit, uti apud Theophanem legitur.*

templum illius Conſtantinopoli

& ejus ibidem reliquiæ.

E

Cultus apud Ægyptios, Syros,

23 *In vetuſto Martyrologio Arabo-Ægyptio, quod nobis ex lingua Arabica in Latinam tranſtulit Gratia Simonius Maronita, celebratur, ad ante dictum* XXIII *Octobris* certamen ſancti Apoſtoli Iacobi fratris Domini, *& additur hæc oratio:* Accepiſti Euangelium ut diſcipulus Domini, ô Iuſte, & eras ut teſtis irrefragabilis. Te lecet laus ut fratrem Domini, & precatio ut caput Sacerdotum. Deprecare Dominum Chriſtum, ut liberare dignetur animas noſtras. *Similes preces & odæ quam plurimæ recitantur in Menæis Græcorum excuſis. In Kalendario Syro-Chaldaico, Romæ anno* 1624 *excuſo, ad dictum* XXIII *Octobris memoratur* S. Iacobus frater Domini. *Additur in Kalendario Syrorum apud Genebrardum,* Hieroſolymorum Epiſcopus. *In Kalendario ſecundo Ægyptiaco, per Ioannem Seldenum in libro de Synedriis veterum Hebræorum excuſo, refertur ad eumdem* XXIII *Octobris* Iacobus frater Domini; *& ad* XXVI *Decembris,* Iacobus Epiſcopus Hieroſolymorum; *& in utroque Kalendario, ad diem* II *Octobris,* Iacobus filius Cleopæ: *quæ arbitramur de uno eodemque Iacobo ſumenda. In Kalendario Ruthenico apud Poſſevinum, & in MS. Moſcovitico etiam ad* XXIII *Octobris celebrari memoriam S Iacobi Apoſtoli, ſupra diximus.*

Moſcovitæ.

F

§ IV Rationes collatæ, ob quas diverſi ſtatuuntur, S. Jacobus Alphæi, ex duodenario numero Apoſtolus; & S. Iacobus, Epiſcopus primus Hieroſolymitanus, & Frater Domini dictus.

Diverſos credere ſuadent

24 *Aggreſſuri indicatam ſupra controverſiam, num prædictus* Iacobus Alphæi *à Chriſto inter duodecim Apoſtolos electus, & relatus dein* Iacobus frater Domini, *Epiſcopus Hieroſolymorum, debeant aut ſaltem poſſint pro uno eodemque viro cenſeri; nolumus nobis objici, quod communiorem nunc opinionem ſecuti, ad diem* XVIII *Februarii, quo colitur* S. Simeon *dicti Iacobi Succeſſor, Commentarium de eodem ſimus per hæc verba auſpicati:* Secundus Hieroſolymorum Epiſcopus poſt S. Iacobum Apoſtolum, Alphæi filium, vulgo Minorem dictum, S. Simeon fuit, multis Simon etiam appellatus. *Non enim omni loco quælibet controverſiæ tangendæ ſunt, imo nec difficultates occurrunt, niſi accuratius & ex profeſſo argumentum aliquod tractandum ſuſcipiatur, adhibito ad ſingula maturi judicii examine: quod ad haſce Kalendas Maji nunc primum*

A primum debuimus facere, quo S. Iacobi feſtum ſolenni cultu peragitur.

25 *Acta damus duplicia, alia à Niceta Paphlagone, alia à Simeone Metaphraſte ſcripta, ſed inter ſe plane diverſa: priora ſunt de* S. Jacobo Alphæi, *quem auctor aſſerit alium eſſe à* Jacobo Zebedæi *& etiam ab altero* Jacobo fratre Domini. *Metaphraſtes econtra hujus* Jacobi Fratris Domini *Acta illuſtrat, nulla* Jacobi Alphæi *facta mentione: & S. Hegeſippus de eodem agens monet lectorem, ipſum fuiſſe ab aliis diſtinctum, cognomine* Juſtum, *quoniam multi* Jacobi appellabantur. *Apparet autem maxima inter utrumque diſtantia, ab ipſo vitæ utriuſq; exordio uſq; ad martyrii diverſum genus. Eſt namq; prior* Jacobus *natus patre* Alphæo *ac frater S. Matthæi Apoſtoli, & cum eo dicitur habitaſſe Capharnaum (quæ urbs in finibus Zabulon & Nephthalim eſt) imo & telonium adminiſtraſſe. Aſt eos qui vocabantur Fratres Domini ex tribu Iuda genus traxiſſe omnino cenſuit Theodoretus, & ſaltem de uno eorum Iuda clarum eſt Hegeſippo præcitato. De patre autem Iacobi Minoris idem Theodoretus ita ſcribit in epiſtolam S. Pauli ad Galatas*: Jacobus vocabatur frater Domini, ſed non erat natura: ſed nec fuit Joſephi filius, ut quidam exiſtimarunt, ex priore matrimonio natus; ſed erat Cleophæ filius, Domini autem conſobrinus, habuit matrem Matris Domini ſororem. *Chryſoſtomus etiam in caput 2 epiſtolæ ad Galatas,* Iacobum fratrem Domini *bis appellat* Iacobum Cleophæ, *addens* hoc cognomen indicaſſe Euangeliſtam, *ſcilicet dum dicuntur* ſtetiſſe juxta crucem Ieſu mater ejus, & Soror matris ejus Maria Cleophæ, *quæ ab aliis Euangeliſtis* Maria Iacobi mater *appellatur. De qua pluribus actum eſt ad diem* 1x *Aprilis.*

B

25 *Deinde S. Iacobus Alphæi cum reliquis Apoſtolis, in noviſſima ante paſſionem cœna, Sacerdos à Chriſto conſecratus eſt; & in ejus aliorumque Apoſtolorum locum ſucceſſiſſe Epiſcopos declarat Tridentinum ſeſſione* 23 *cap.* 4. *At teſte S. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis,* Iacobus, qui frater Domini appellatur, poſt paſſionē Domi ab Apoſtolis ordinatus eſt Hieroſolymorū Epiſcopus. *Hujus ordinationis diē* xxvii *Decembris celebratū in antiquioribus Faſtis Eccleſiaſticis ſupra indicavimus. Meminerunt ejuſdē paſſim alii Scriptores, Euſebius lib.* 2 *cap.* 1, *Euodius antiquus auctor apud Nicephorū lib.* 2 *cap.* 3, *Venerabilis Beda de ſex ætatibus ad annum Tiberii* xviii, *Anaſtaſius, aut alius ſub eo nomine, in Notis ad actionem primā Synodi* viii *Oecumenicæ Conſtantinopoli contra Photiū habitæ; & alii. Præfuit ergo huic Eccleſiæ* S. Iacobus frater Domini *uſque ad annum ſexageſimum, annis omnino triginta & tribus circiter menſibus, ac tandem è pinnaculo templi in ſolennitate Paſchali dejectus, lapidatus & fuſte fullonis percuſſus occubuit glorioſus Chriſti Martyr. At* S. Iacobus Alphei *in diviſione Apoſtolorū, dimiſſus ad* longa itinera, *ut infra apud Nicetam legitur,* dubios caſus & pericula, multiplices Gentilium inſultus & graſſationes *perpeſſus eſt, maxime* Eleutheropoli, Gazę, Tyri, atque in vicinis alienigenarū oppidis atque urbibus, ubi Chriſtum prędicavit: *imo in Perſiam uſque progreſſus, & tandem* Oſtracinę *in crucem actus, glorioſus Chriſti Martyr in cælos evolavit. Denique uterque à morte celeberrimum cultum ubiq; terrarū obtinuit, &* Iacobus Alphæi *apud Latinos ad diem* xxii *Iunii; apud Græcos, Syros, Ægyptios ad* ix *Octobris, & aliquot dies Februarii. At* Iacobus Epiſcopus Hieroſolymitanus *apud Latinos* xv *&* xxv *Martii; & ob memoriam ordinationis ab Apoſtolis factæ die* xxvii *&* xxix *Decembris; apud Græcos vero, Ægyptios, Syros & alios Orientales* xxiii *Octobris colitur memoria martyrii illius: uti ſupra deduximus ex antiquis omnium Eccleſiarum faſtis ſacris.*

C

26 *Num prædictus* Iacobus Alphæi *poſſit cenſeri olim obtinuiſſe venerationem ipſis Kalendis Maji, hīc quæritur. Antiquiora Martyrologia Latina ſolum proponunt memoriā* S. Iacobi Apoſtoli, *una cum cultu* S. Philippi Apoſtoli, *ut videatur totum intelligi de duobus Apoſtolis, à Chriſto inter duodecim aſſumptis. Sunt autem quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani, item MSS. Caſinenſe, Richenovienſe in Suevia, Rhinovienſe in Helvetia, Trevirenſe S. Maximini, Auguſtanū S. Vdalrici & alia, in quorum præcipuis Faſtis* Iacobus, *expreſſo titulo* Frater Domini, *relatus eſt* xv *&* xxv *Martii. Sed præhiſce Faſtis videtur pondus Majus cōferre S. Gregorius Magnus in libro Sacramentorū, cujus exemplar antiquiſſimum extat in monaſterio Corbeienſi, quod Pariſios delatum conſpeximus in bibliotheca monaſterii S. Germani, unde dictum librum Sacramentorū edidit Hugo Menardus & Notis illuſtravit. In hoc ad Kalendas Maji celebratur natalis ſanctorum Apoſtolorū Philippi & Iacobi, & in Præfatione Miſſæ ſic legitur*: Qui Eccleſiā tuā in Apoſtolica ſoliditate firmaſti: de quorū conſortio ſunt Beati Philippus & Iacobus, quorum Paſſionis hodie feſta veneramur, poſcentes, ut ſicut eorum doctrinis inſtruimur, ita exemplis muniamur & precibus adjuvemur, Per Chriſtum Dominum noſtrū. *Hæc ibi: quæ potius Apoſtolo Iacobo, in collegiū duodecim Apoſtolorum adſcito, videntur applicanda. Rēliqua Miſſalia quarumcumq; Eccleſiarū, etiam Mozarabicum Eccleſiæ Toletanæ, Ambroſianū Eccleſiæ Mediolanenſis & reliqua, una cum Miſſali Romano, ita de SS. Philippo & Iacobo Apoſtolis agunt, ut nihil obeſſe videatur, quo minus quæ ibi dicuntur omnia poſſint S. Iacobo Alphæi applicari. Verum poſteriores Martyrologi reſpexerunt ad illuſtre elogium, à S. Hieronymo in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis concinnatum de S. Iacobo fratre Domini & Epiſcopo Hieroſolymorum, quod magna ex parte in Breviariis relatum eſt, & ex eodem encomia in Martyrologiis ſunt tranſcripta.*

D

27 *S. Hieronymus dictum* Iacobum fratrem Domini *non appellat* Apoſtolum: de quo *tamen, inquit,* & Apoſtolus Paulus ſcribit ad Galatas: Alium autem Apoſtolorum vidi neminē, niſi Iacobum fratrem Domini. *Baronius ad an.* 44 *n.* 37 *arbitratur,* plus ſatis *ex hoc loco* monſtrari, Iacobum fratrem Domini unum ex duodecim fuiſſe. *Verū non ita cenſuerunt olim S. Chryſoſtomus & Theodoretus, qui in ſuis ad dictum S. Pauli locum,* Iacobum fratrē Domini, *non* Iacobum Alphæi, *ſed* Iacobum Cleophæ, *&* Iacobum Cleophæ filium *appellant.* Verum *addit Chryſoſtomus,* quoniam Paulus exiſtimabat titulos Apoſtolorum eſſe proprios honoris, veluti ſeipſum honorans, ita & illum veneratur. *Sane ipſe S. Paulus, quamvis non fuerit ex duodenario Apoſtolorum numero, ſeipſum tamen* Apoſtoli *titulo honorat, dum ita Epiſtolas ſuas auſpicatur*: Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti; Paulus, vocatus Apoſtolus; Paulus ſervus Dei, Apoſtolus Ieſu Chriſti: Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominē ſed per Ieſum Chriſtum. *En, ſicut Paulus ſeipſum, teſte Chryſoſtomo, Apoſtoli titulo honorat, ita & Iacobum fratrem Domini, quamvis & hic ex duodenario Apoſtolorum numero non fuerit. Verum ipſe Iacobus valde modeſte Epiſtolam ſuam Canonicam auſpicatur his verbis*: Iacobus, Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.

E

28 *Aliud à Baronio loco citato proponitur argumentum, quo* omnem *afferit* dubitationis tollendum ſcrupulum. Nam, *inquit,* S. Hieronymus in Iſaiam, cum illorum recitat ſententiam, qui quatuordecim numerabant Apoſtolos, & poſt duodenarium numerum Iacobum fratrem Domini & Paulum addebant, agens contra Heluidium, duos tantum Iacobos, alterum Zebedæi, Alphæi alterum, eoſdemque Majorem & Minorem dictos, aliiſque differentiis inter ſe diſtinctos, affirmat & probat. *Hæc ibi. Verum diſtinguenda ſunt tempora, quibus iſta ſcripſit S. Hieronymus. Profitetur ipſemet in Prœmio libri decimi in Iſaiam ad Euſtochium Virginem, ſe ſcribere* ætate & corporis imbecillitate confectum: *& dein,* finitis in Iſaiam decem & octo explanationum voluminibus, aggreſſus eſt Ezechielem Prophetam, *uti in Prœmio ad eamdem Euſtochium præfatur; ac poſtea in Ezechielis Prophetæ Commentariis aſſerit, ſe* Romæ adverſus Heluidium, illius temporis hæreticum, in adoleſcentia non grandi, librum ſcripſiſſe; *proinde videtur non exigere libro illi ſummam fidem in ſingulis*

F

AUCTORE G. H.

diverſa ſcriptorum Acta,

parentes, patria, fratres.

prior eſt à Chriſto conſecratus,

alter ab Apoſtolis,

martyrium utriuſque generis & loco diverſum:

Cultus facer diverſis diebus.

At Kalendæ Maji videntur primo tributæ Iacobo Alphæi,

poſtea Iacobo fratri Domini.

Hic honoris cauſa à S. Paulo titulo Apoſtoli ſignitur.

S. Hieronymus, qui adoleſcentior duodecim Apoſtolis accenſuerat Iacobum fratrem Domini,

AUCTORE G. H. *adhibendam. Reſpiciendum ergo ad illa, quæ matura & ſenili ætate conſcripſit in caput* XVII *Iſaiæ, ubi poſt illa verba verſu* VII, In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi ejus ad ſanctum Iſrael reſpicient, *addit*, Duas olivas & tres & quatuor & quinque, *de quibus ante actum erat*, quatuordecim Apoſtolos interpretantur, id eſt duodecim, qui electi ſunt, & tertium decimum Jacobum, qui appellatur Frater Domini, Paulum quoque Apoſtolum vas electionis. *Hæc ibi. Quos vero antiquos Interpretes ſibi hujus ſententiæ auctores Hieronymus præfixerit, in Proœmio generali nominat, è Latinis* Victorinum, *è Græcis* Origenem, Euſebium, Didymum & Apollinarium: *de quorum operibus agit in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

Eum in matura ætate ab illis ſeiunxit,

29 *Ipſe etiam Hieronymus cum* Mariam Cleophæ *dixiſſet uxorem* Alphæi, *tandem magno cum candore dicta ſua in dubium revocat his verbis.* Verum in hac parte contentioſum funem non traho. Alia fuerit Maria Cleophæa, alia Maria Jacobi & Joſetis, dummodo conſtet non eamdem Mariam Jacobi & Joſetis eſſe quam matrem Domini: *quod pleno conatu omnes veri Catholici faciunt. Demum S. Hieronymus exponens epiſtolam S. Pauli ad Galatas, ad illa verba*, Alium Apoſtolorum vidi neminē niſi Jacobum fratrem Domini, *iſta ſcribit*: Memini me dum Romæ eſſem, impulſu fratrum librum de S. Mariæ virginitate edidiſſe perpetua: in quo mihi neceſſe fuit de his, qui fratres Domini dicti ſunt, diutius diſputare. Unde qualiacumque ſunt illa quæ ſcripſimus, contenti eſſe debemus. Nunc hoc ſufficiat, ut propter egregios mores & incomparabilem fidem ſapientiamque non modicam Frater dictus ſit Domini, & quod primus ei Eccleſiæ præfuerit, quę prima in Chriſtum credens ex Judæis fuerat congregata. *Hæc ibi S. Hieronymus, qui in libro tertio Commentariorum ad Paulam & Euſtochium, aſſerit* propter oculorum & totius corpuſculi infirmitatem *ſe iſta manu aliena ſcribere, & ſternit viam ad ea quæ poſt obitum Paulæ ad Euſtochium ſcripſit in Iſaiam ſupra relata, ut opponerentur citatis ex tractatu contra Heluidium: ex quo illud adhuc placet opponere dictum ejus:* Quod autem exceptis duodecim quidam vocentur Apoſtoli, illud in cauſa eſt, omnes qui viderant eum & eum poſtea prædicabant, fuiſſe Apoſtolos appellatos: *inter quos præcipuus fuit* Jacobus frater Domini.

ingenue corrigens & retractans prius à ſe ſcripta.

B

Iacobus frater Domini, parvus aut minor dictus quia non erat ex XII *Apoſtolis*

C

30 *Quod præterea aſſumebatur de duobus Iacobis, ſcilicet alterum* Jacobum *Zebedæi*, Majorem; *alterum* Jacobum *Alphæi*, Minorem *appellari*; *non ita, conſideratis verbis Euangeliſtæ, eſt accipiendum. Nam Marci* XV, erant, *Chriſto in cruce mortuo*, mulieres de longe aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria, Jacobi minoris & Joſeph mater; & Salome, *quæ Græce ita efferuntur*: Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ μήτηρ, *quaſi diceretur*, Maria quæ erat mater Jacobi cognomine Parvi: *& hic eſt Iacobus frater Domini, de quo hunc Marci locum ita explanat Gregorius Nyſſenus, Hieronymo aliquanto ſenior, oratione 2 in Chriſti Reſurrectionem verſus finem*: Marcus autem Jacobi Parvi & Joſe matrem eam vocavit: quoniam alter erat Jacobus Alphæi, Magnus ideirco, quia duodecim Apoſtolis connumeratus erat. Nam Parvus non erat de numero eorum. *Quæ ultima ſic Græce ſcripſit:* Ὁ γὰρ μικρὸς οὗτος ἐν αὐτοῖς ἐναριθμιος, *ſcilicet* τοῖς Ἀποστόλοις τοῖς δώδεκα. *Hic erat* Jacobus *iſte*, Parvus *dictus, quia non erat inter duodecim Apoſtolos: at* Magnus *dictus* Jacobus Alphæi (*quidni &* Jacobus Zebedæi?) *quia erant in numero Apoſtolorum duodenario.*

quorum mero ſeditur am à Cyllo Hieroymitano

31 *Eodem cum Gregorio Nyſſeno tempore vixit S. Cyrillus, Epiſcopus Hieroſolymitanus: qui Catecheſi* 14 *late de Chriſti Reſurrectione diſſerit, & explicans locum epiſtolæ primæ S. Pauli ad Corinthios, & in ea verſum* 20 *capitis* 15, *hæc ſua verba interponit*: Nunc vero, Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, & apparuit Cephæ, poſtea duodecim Apoſtolis: ſi enim uni teſti non credis, habes duodecim teſtes: deinde apparuit plus quam quingentis fratribus ſimul. Si illis duodecim non credant, quingentos teſtes recipiant. Poſtea viſus eſt à Jacobo fratre, primo hujus parœciæ Epiſcopo. Talis igitur Epiſcopi, qui ipſe coram vidit reſurrexiſſe Jeſum, tu cum ſis diſcipulus, ne diffidas. Sed dices quod Jacobus frater ad gratiam teſtatus eſt. Viſus eſt poſtea & Paulo inimico: quale autem ſit hoſtis teſtimonium ſcitis. *Hæc ille, Iacobum fratrem Domini cum Paulo omnino à duodecim Apoſtolis ſegregans & diſtinguens.*

D

Euſebio

32 *Idem jam ante ex Pauli teſtimonio fecerat Euſebius lib.* I *cap.* 12, *inter alia hæc aſſerens.* Inde Chriſtum Jacobo apparuiſſe teſtatur. Unus hic ex ſeptuaginta diſcipulorum numero, ac præterea ex fratribus Domini fuiſſe perhibetur. *Præterea Euſebius lib.* 2. *cap.* 9 *explicat* martyrium Jacobi Apoſtoli, *ſcilicet Zebedæi*; *at cap.* 23 *hunc titulum profert*: Quomodo Jacobus, qui frater Domini dictus eſt, martyrium ſubiit, *& nuſquam* Apoſtolum *appellat, ſed ei Epiſcopalem Hieroſolymorum Sedem ab Apoſtolis traditam dicit. Ex iis autem, qui perhibent S. Iacobum aſſumptum ex numero ſeptuaginta diſcipulorum, fuit Dorotheus Tyrius Presbyter & Martyr, aut quiſquis ſub ejus nomine ſynopſim de Septuaginta diſcipulis edidit, in qua primo loco iſta leguntur*: Jacobus frater Domini ſecundum carnem, qui & Juſtus vocatur & primus Hieroſolymorum Epiſcopus conſtituitus eſt, lapidibus ibi à Judæis obrutus occubuit, atque in templo prope altare ſepultus ſt. *Græci in Menologio Baſilii Imperatoris atque in Menæis variis: deſumptoque ex his Menologio Sirleti, nec non in Anthologio novo Clementis Papæ* VIII *auctoritate edito, ad* XIV *&* XV *Aprilis ſummis laudibus dictam Synopſin extollunt, in quam tamen aliqua* σφάλματα *irrepſiſſe ſubinde obſervamus. In Vita S. Euthymii, Magni Hegumeni in eremo ſanctæ civitatis, à nobis illuſtrata ad diem* XX *Ianuarii cap.* 16 Jacobus Epiſcopus Hieroſolymorum *dicitur* clarus in choro diſcipulorū, *cujus ſucceſſoribus alnumerandi prædicuntur Martyrius & Elias. Non eſt quidem hæc Vita, uti tunc putabamus, illa quam diſcipulus & coævus Cyrillus ſcripſit, de Martyrio & Elia prædictum aſſerens*, quod S. Jacobi Apoſtoli thronum eſſent ſuſcepturi; *auctorem tamen habet Metaphraſten, qui ſtylum Cyrilli ſolum mutavit, & qua ratione* Apoſtolus *vocetur Iacobus Hieroſolymitanus, iſta mutatione phraſis ſignificatum voluit.*

adſcriptus 70 diſcipulis

E

ab Apoſtolis ſecluſus à Glyca

33 *Michael Glycas Siculus, tertia Annalium parte, vitam & martyrium S. Iacobi fratris Domini enarrat, eumque à numero duodecim Apoſtolorum ſecludit.* Quamquam, *inquit*, diſcipulos illos duodecim Dominus primos elegit, quamquam honore majore dignatus eſt, quamquam ſe promiſerit illos ſupra duodecim ſedes collocaturū, ut duodecim tribus Iſraëliticas judicent... futurum tamen erat ut quidam exemplo Pauli Jacobi hujus, Domini fratris, certaminibus ſuis peractis, ejus participes honoris fierent, qui diſcipulis illis duodecim eſt promiſſus. Hoc enim & Chryſoſtomus pronuntiavit. *Hæc Glycas, fultus auctoritate S. Chryſoſtomi. Mirum eſt neminem prorſus à nobis lectum & hactenus productum, qui allegarit Recognitiones & Conſtitutiones Clementis Papæ, & tamen Baronium ita fidenter aſſerere, ex iſtis libris apocryphis* hanc ſententiam nimis imprudenter arreptam, & inconſultiſſime propagatam *eſſe. Nos aliquando Baronium ſecuti, unum eumdemque Iacobum eſſe diximus, filium Alphæi & fratrem Domini: nunc autem argumentis utrimque expenſis arbitramur neceſſario ſeparandos. Manet ergo, quem ſumme ſuſpicimus, cum omni reverentia amicus, ſed magis amica veritas: quam ſi hic aſſecuti non fuimus, libenter revertemur ad priorem Baronii & tunc noſtram ſententiam.*

F

auctoritate S. Chryſoſtomi.

34 *Epiphanius lib.* 3 *cap.* 79 *adverſus Collyridianos, enumerat duodecim Apoſtolos, & in illis Iacobum Alphæi: verbiſque clariſſimis excludens Paulum, Barnabam, & Iacobum fratrem Domini*; Petrus, *inquit*, & Andreas, Iacobus & Ioannes, Philippus & Bartholomęus, Thomas, Matthęus, & Iacobus Alphęi, & Iudas Iacobi, & Simon Cananæus, & Mathias qui in complementum

A mentum duodecim electus est. Hi omnes electi sunt Apostoli, ac sacram Euangelii functionem per orbem administrarunt, una cum Paulo & Barnaba ac ceteris; iidemque mysteriorum auctores fuerant, una cum Iacobo fratre Domini ac primo Hierosolymorum Episcopo. *Hæc ille, quibus efficaciter probat Apostolos duodecim cum Paulo & Barnaba destinatos ad Sacram functionem prædicandi, & cum Iacobo fratre Domini habuisse Pontificiam potestatem administrandi Sacramenta ac sacros ritus ordinandi. Fecit hoc imprimis* Iacobus frater Domini, *qui auctor divinæ Liturgiæ composuit preces, quarum usus fuit in sacrificio Missæ. Extat ea Missa tomo 2 Auctarii Græco-Latini, cura Frontonis Ducæi anno* MDCXXIV *vulgati sub hoc titulo,* Ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Ἀδελφοθέου Ἰακώβου. Sancti Iacobi Apostoli & fratris Domini divina Missa. *Hanc Græci supra relati à Basilio Magno & Chrysostomo abbreviatam tradunt: alii à posterioribus credunt ita locupletatam, ut non sit facile dijudicare, quæ pars ejus Liturgiæ S. Iacobum habuerit auctorem. De eadem, post alios plurimos, videri possunt Bellarminus & Labbæus de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

ab Epiphanio cum Paulo & Barnaba

ab eo Liturgia scripta.

& in Liturgia Æthiopum

35 *Egimus supra de cultu utriusque Iacobi apud Syros, Arabes, Ægyptios, & Coptos: placet ex Missa Æthiopum addere partem orationis, quæ pro absolutione celebrantium petitur, ut ministrantes absolvantur*, per os duodecim Apostolorum, & Sancti Iacobi Hierosolymitani, & Sancti Pauli, & omnium septuaginta duorum discipulorum. *Etenim etsi dictus Iacobus & Paulus sint extra numerum Apostolorum duodenarium, ipsis tamen Apostolis æquales habiti sunt & Ecclesiæ columnæ. Placet etiam audire verba S. Hesychii Presbyteri Hierosolymitani (de quo egimus* XXVIII *Maji) relata à Photio codice* 275. Quomodo prædicabo Christi servum & fratrem, novæ Ierusalem militiæ Principem, Sacerdotum Ducem, Apostolorum Præsulem, in capitibus verticem, in sideribus claritate vincentem *&c. Denique habemus Acta S. Iacobi Fratris Domini in quam plurimis codicibus MSS. sed eos ne enumerare quidam lubet, quia omnia desumpta sunt ex Hegesippo, prout Ruffinus lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ ea ex Eusebio descripserat: procedunt autem omnia absque mentione* Alphæi patris, *aut electionis in numerum duodecim Apostolorum.*

B

& à S. Hesychio laudatur.

§ V. Reliquiæ utriusque S. Jacobi variis in locis asservatæ.

36 *Distinximus ab invicem* S. Iacobum, Alphæi filium, *ex duodenario numero Apostolum, Ostracinæ in cruce fixum, ac martyrio coronatum*; & S. Iacobum, Cleophæ ac Mariæ filium, *honoris causa cum SS. Paulo & Barnaba Apostolum habitum, &* Fratrem Domini *appellatum, Episcopum primum Hierosolymitanum, qui ibidem è pinnaculo templi dejectus, lapidibus obrutus, & ligno fullonis occisus, Martyr Christi glorioſus obiit. Inquisituri modo ubi illorum adserventur sacræ Reliquiæ, de* S. Iacobo Fratre Domini *inchoamus. Hegesippus supra relatus asserit,* in loco martyrii sepultum ibidemque erectam columnam suo adhuc tempore mansisse. *Metaphrastes etiam tradit,* prope templum Domini sepultum. *In Martyrologio Romano dicitur,* non longe à templo sepultus. *S. Gregorius Turonensis lib.* 1 *Miraculorum cap.* 27 *tradit,* sepultum in monte Oliveti, in memoria, quam ipse sibi prius fabricaverat, & in qua Zachariam ac Simeonem sepelierat, *sive potius ex priori loco sepulturæ transtulerat jam pridem ante mortuos, quod idem de S. Iacobo videtur dicendū. Solennitas autem* translationis Corporum S. Iacobi fratris Domini & SS. Simeonis & Zachariæ *inscripta est ad Kalendas Decembris Martyrologio MS. Arabo-Ægyptio, à Gratia Simonio Maronita Latine translato. Inter* Συμμικτοὺς *Leonis Allatii à Bartholdo Nihusio edita, extat* Ἀπόδειξις *de locis Hierosolymitanis auctore anonymo, qui ait* non multum à Valle-Iosaphat distare monasterium S. Iacobi Adelphothei, ab Armenis habitatum. *De S. Theotonio*

C

S. Iacobus frater Domini sepultus Hierosolymis.

cum SS. Simeone & Zacharia.

ejus ibi monasterium.

Canonico Regulari, in Actis ad XVIII *Februarii illustratis,* AUCTORE *dicitur parte* 1 *num.* 14, *quod dum peregrinaretur per Terram-* G. H. *sanctam, tunc à Latinis occupatam, ex monte Sion* per viam sacram, qua Dei Genitricis corpus Apostoli detulere, *& sepul-* intravit ecclesiam B. Petri de gallicantu, & ad sepul- *crum.* crum Iacobi fratris Domini, descenditque in vallem Iosaphat, oravit ad sepulcrum beatæ Virginis Mariæ, de quo ascendens transivit ad oratorium Gethsemani.

37 *Quam diu ibidem tria corpora SS. Iacobi, Zachariæ & Simeonis permanserint, non constat. Delata postmodum fuisse* *Corpora SS. Iacobi, Zachariæ & Simeonis* *Constantinopolim, & in templo, ad honorem S. Iacobi fratris Domini à Iustino juniore Imperatore ejusque uxore Sophia constructo, depositā, supra retulimus; ubi* Simeon Theodochus, *qui Christum in ulnis tulerat, colitur die* VIII *Octobris, &* Zacharias, *qui hic* Propheta *vocatur, videtur esse pater S. Ioannis Baptistæ, cujus etiam ibidem coma asservatur; nam ipse* Zacharias *ad diem* V *Novembris quo colitur, etiam* Sacerdos & Propheta *compellatur. Fuerunt ad idem templum translata corpora SS. Mariæ Cleophæ, matris dicti S. Iacobi; & Salomæ, matris SS. Apostolorum Iacobi & Ioannis Euangelistæ, uti diximus ad istius Vitam* IX *Aprilis. Porro quemadmodum ablato corpore S. Iacobi sepulcrum tamen ejus in honore est habitum; ita &* Cathedr illius, *uti ait Eusebius lib.* 7 *Cathedra Hierosolymis,* *cap.* 19, ad sua tempora comervata fuit, quam fratres illius Ecclesiæ, jam inde à majoribus, magno prosequuntur honore; satis perspicue declarantes, qualiter tum antiquiores, tum sui temporis Christiani viros sanctos, ob ipsorum erga Deum amorem, debito semper honore venerati sunt, & adhuc venerantur. E

38 *Maurus Custella Ferrer, in Historia S. Iacobi Hispaniarum Patroni pag.* 229, *allegata veteri Historia Compostella-* *caput Comna MS. narrat, quod* tempore Alphonsi Imperatoris, ab *postellæ in Gallecia* Hierosolymis in Hispanias allatum est caput S. Iacobi; quod illud, post ejus veritatem cælesti revelatione comprobatam, collocatum in Carreonensi S. Zoyli ecclesia, Regina Urraca Alphonsi mater impetravit mittendum Compostellam; eamque translationem magna cum pompa curavit Didacus Gelmirez, *primus Archiepiscopus Compostellanus, ab anno* MCXX *usque ad* LII *ejusdem seculi.* Ipsum *porro* Archiepiscopus Berengarius, *qui Sedem illam ab anno* MCCCXVIII *ad* XXV *seculi tenuit,* argenteo capiti curavit includendum, & multis gemmis ac lapidibus pretiosis ornandum, quo decentius ad devotionem peregrinorum augendam monstrari possit, *sicuti scribit Gonsalvus Davila in suo Theatro* *Minorū Iacobi esse* *ecclesiastico. Hoc ne putaretur esse magni Hispaniarū Patroni* *probatum.* *(cujus caput una cum corpore pridem illuc advectum credebatur ab ipsiusmet discipulis) dicebatur quidem esse S. Iacobi minoris, sed numquam ita clare id probatum est, quam anno* MDL, *prout ex Mauro præcitato Latinis verbis refert Tamayus* F *in Martyrologio.* Nam cum D. Ioannes à S. Æmiliano, Tudensis Episcopus, forte devotionis intuitu Apostolicam ecclesiam tunc visitaret; & minister ad hoc deputatus in ecclesia sacras reliquias Episcopo demonstraret, & virgula Caput S. Iacobi Minoris ostenderet; Antistes de ejus veritate tenaciter dubitavit; dicens quod si illud fuisset S. Iacobis Minoris caput, necessario signum ictus fustis fullonis in cerebro deberet habere. Tunc minister cistam ex altari descendens, ab eaque caput extrahens, Episcopo dubitanti cerebrum totum contusum & quassatum ictu fustis indigitavit. Qua evidentia Præsul compunctus, effusis lacrymis veniam supplex deprecabatur. *Ob hæc Ecclesia Compostellana proprii prærogativa Officii etiam hunc S. Iacobum prosequitur, cujus Lectionē & Hymnos videre licet apud eumdem Tamajum: estque hic longe justior ejus sic venerandi titulus, quam quem inter Pseudo-Iuliani Adversaria nuperi fabulatores excogitarunt, quasi Hispaniarum ecclesiam, tamquam in Occidente primogenitam, ex commissione S. Petri & commendatione Beatæ Virginis specialius curavisset.*

39 *Obiit Regina Vrraca, secundum Marianam, anno* MCXXVI; *cujus filius Alphonsus, ex avito testamento Galleciæ*

AUCTORE G. H.

aliatam tempore Alphonsi Imperatoris.

Rex, ante matris quidem mortem à Statibus assumptus est in Regnum Castellæ, titulum tamen Imperatoris *Hispaniæ usurpabat, non ipse, sed vitricus Alfonsus, Rex Aragoniæ, exemplo Alfonsi soceri, ex cujus testamento Castellæ regnum se tenere ajebat, donec suffectum sibi privignum vidit & doluit. Cum igitur dicitur* Alfonsi Imperatoris *temporibus advectũ in Hispaniam caput S. Iacobi minoris, existimo Vrracæ patrem potius aut maritum quam filium intelligi; sub filio tamen adhuc puero, jam Galeciæ Rege, in gratiam instructoris regii Compostellani Archiepiscopi, translationem à dicto Benedictinorum cœnobio esse factam ad regiam urbem. Venerat autem ante finem seculi præcedentis Hierosolyma in manus Christianorum Principum; per quos, undequaque auxilia demereri ad bellum sacrum desiderantes, facile concedi potuit ut in Hispaniam ferretur sacra ista Reliquiæ, quæ sola ex Fratre Domini Hierosolymis remanserat, post corpus sub Iustino juniore translatum Constantinopolim ad ecclesiam propriam, sicuti supra dictum est.*

quis hic fuerit?

an etiam in oppido Trimariano caput?

40 *Honoratus Boache, in Vindiciis fidei & pietatis Provinciæ, Aquis Sextiis anno* 1644 *&* 1663 *excusis, conatur probare, cum Maria Magdalena, Martha, Lazaro & aliis etiam in Provinciam appulisse S. Mariam Iacobi & Salomam cum Sara pedissequa, & attulisse caput S. Iacobi Episcopi Hierosolymitani, illudque in Ecclesia S. Mariæ de mari in* Camaria *vulgo* Camargo *deposuisse, ibidemq; dictas matronas sancte obiisse. Idem Honoratus, lib.* 9 *Historiæ Provinciæ sect.* 4 § 2 *asserit, anno* MCCCCXLVIII *factam dicta in ecclesia inquisitionem sacrarum Reliquiarum, & inventum fuisse* caput grande, & creditum esse S. Jacobi Minoris, *item sacra corpora SS. Mariæ Iacobi, Salomes, & Saræ pedissequæ, uti illa latius deduximus* IX *Aprilis ad Acta S. Mariæ Cleophæ, matris S. Iacobi fratris Domini: ad quæ lectorem remittimus. At* XX *Martii, inter Acta SS. Grati Diaconi & Marcelli Subdiaconi Foro-Livii in Italia, dedimus inscriptionem in templo S. Stephani nunc S. Mercurialis appensam; in qua dicitur ibidem esse* mandibula B. Jacobi fratris Domini, cum quadam parte capitis Hieremiæ Prophetæ, quas de partibus Orientis secum detulit S. Mercurialis Episcopus. *Hujus Vitam illustravimus ad diem* XXX *Aprilis, in qua dicitur dictas Reliquias Hierosolyma attulisse. Habet etiam civitas Anconitana in Piceno instrumentum, Constantinopoli legitime scriptum anno* MCCCLXXX *die* IV *Martii, quo Paulus Palæologus, Patriarcha ibidem, Anconitanis magistratibus, in patriam suam auferendum donat* Caput S. Jacobi Minoris, fratris Domini & primi Patriarchæ Hierosolymitani, *quod una cum Clavo Dominicæ crucifixionis instrumento, brachio S. Antonii Magni, ac pede dextro S. Annæ matris, per alterum simile instrumentum* XIII *Aprilis donatis, Anconæ servatur: sed melius fortasse credetur esse pars de capite S. Iacobi Alphæi, unius è duodecim, uti mox dicemus de iis partibus, quas hic Antverpiæ nos habemus.*

Mandibula Foro-Livii.

pars capitis utrum Anconæ,

brachium Gemblaci.

41 Brachium *quoque* S. Jacobi primi Hierosolymorum Episcopi *esse Gemblaci in Brabantia, scribit Raysius in Hierogazophylacio Belgico. Sed uti ibi per confusionem additur cognomen* Alphæi, *quod jam ostendimus non convenire Hierosolymorum Episcopo: ita verosimile est etiam ubi aut hujus aut illius Reliquiæ esse dicuntur, pari modo sæpe esse erratum, nec operæ pretium est hac de causa ecclesiarum omnium particularium fastos excutere. Interim per homonymiam trium ejusdem Apostolicæ dignitatis Sanctorum datur occasio nonnullas difficultates expediendi, dum absque præjudicio Hispanicæ gentis, totum* Jacobum Zebedæi *filium sibi vindicantis, eæ reliquiæ, quæ commode dici nequeunt esse* Fratris Domini, *filii Cleophæ, alias* Minoris, *credentur esse* Jacobi Alphæi, *qui propterea quod fuerit inter duodecim, posit respectu prioris dici* Major. *Itaque hujus forsitan sunt Reliquiæ, requiescentes in Monte-Grigiano, ad sex milliaria extra Veronã urbem, inventæ anno* MCCCXCV, *& miraculis mox plurimis illustratæ, ubi ecclesia ampliſsima ad honorem S. Iacobi constructa fuit, & à Communitate Veronensi anno* MCCCCXLV *dotata. Quæ pluribus describuntur ab Augustino Valerio Episcopo Veronensi in libro cui titulus, Antiqua monumenta Sanctorum Episcoporum Veronensium & aliorum Sanctorum, quorum corpora ibidem habentur.*

Reliquiæ S. Iacobi Alphæi prope Veronam.

D

ejusdem & S. Philippi corpora Romæ

42 *Ejusdem* S. Jacobi Alphæi & Philippi Apostolorum *corpora, nescio quando aut quomodo conjuncta, habebantur Romæ seculo Christi sexto, incertum unde vel per quem allata. Solum scimus quod tunc in eorum honorem basilica Romæ extrui cœpta sit a Pelagio* I Papa; *cui anno* DLIX *substitutus Ioannes Papa* III, *eamdem perfecit, & nomine* Apostolorum Philippi & Iacobi *dedicavit; uti scribit Anastasius Bibliothecarius in Vita utriusque Papæ. Dein S. Gregorius Magnus in hac basilica beatorum Apostolorum habuit concionem ad populum Dominica secunda post Trinitatem; estque homilia* XXXVI *super Euangelium De cœna magna & invitatis se excusantibus. Octavius Pancirolus, in Thesauro abscondito Vrbis Romæ regione* 3 *ecclesia* 5, *arbitratur ad Kalendas Maji celebrari festum translationis corporum SS. Philippi & Iacobi ad hanc ecclesiam, quod alii dies horum cultui assignentur, uti supra ad Acta S. Philippi & hîc de S. Iacobo assignavimus. Asserunt præterea idem Pancirolus & Lucas Waddingus in Annalibus Minorum, ad annum* 1463 *num.* 121, *in quibusdam Martyrologiis MSS, in dicta basilica Romana SS. Philippi & Iacobi adnotari celebritatem omnium Apostolorum. Certe Micrologus, qui traditur* XI *seculo vixisse,* E *cap.* 55 *ait,* in Martyrologiis sive in Sacramentariis inveniri festivitatem SS. Iacobi & Philippi & omnium Apostolorum.

in ecclesia Apostolorum,

43 *Porro sive hac sive quacumque alia de causa,* basilica *dicta* SS. Philippi & Iacobi, *cœpta est dici* basilica Apostolorum, *uti etiamnum appellatur; atque ita hanc olim vocavit S. Hadrianus Papa primus in sua epistola ad Carolum Magnum de sacris imaginibus, ubi ista habet:* Pelagius Papa atque successor ejus Ioannes miræ magnitudinis Ecclesiam Apostolorum ædificantes, historias diversas tam in musivo quam in variis coloribus cum sacris pingentes imaginibus; & à tunc usque hactenus à nobis venerantur. Templum, *ut scribit loco citato Waddingus,* erat magnificum & frequens Canonicorum collegium: iis vero ad parvum numerum redactis & redditibus imminutis, Ecclesiam contulit Pius secundus Patribus Conventualibus Ordinis S. Francisci ... Martinus V insignem Columnensium domum adjunxerat. Sixtus IV tribunam sive absidam, Iulius II nepos porticum extruxit. Sixtus V emptam Columnensis palatii partem monasterio adjecit, nobile ibidem Collegium S. Bonaventuræ instituit, & redditus auxit. *In hac ergo Apostolorum basilica asservantur in altari majori corpora sanctorum Philippi & Iacobi Alphæi; & seorsim est dicti Iacobi brachium arculæ inclusum, atque in die festo ejus & stationibus hujus ecclesiæ exponi solitum.*

nunc Patrum Conventualium S. Francisci.

F

Reliquiæ item Tolosæ & apud Lingones.

44 *Saussaius in Martyrologio Gallicano ad hasce Kalendas Maji ista habet.* Tolosæ veneratio sanctissimorum corporum beatissimorum Apostolorum Philippi & Iacobi, in basilica S. Saturnini quiescentium ... Porro S. Iacobi brachium unum Lingonis in majori templo ante septingentos annos repositum, ibidem ea qua decet veneratione recolitur. *De his certius judicium ferri posset, si quæ habentur apud Tolosates reliquiæ exprimerentur distinctius, quam sub generali & nimis ample patenti appellatione* corporum: *cum qua distinctiori explicatione, optaremus etiam nancisci historiam translationis, aut aliquam auctoris temporisve notitiam. Hanc tamen debere operosius à nobis requiri, aut ex illo aut ex aliis mox nominandis locis, non existimamus; cum ab ipsis quorum interest, ejusmodi documenta, quæ ad summam rei non valde faciunt, posimus ultro mittenda sperare pro futuro operis, satis ubique innotescentis, supplemento. Abbatia Centulensis S. Richarii in ecclesia S Mariæ habet duo altaria, SS. Philippo & Iacobo Apostolis dicata; & in singulis sunt inclusæ aliquæ horum reliquiæ. De iis agitur* XVIII *Februarii in Vita S. Angelberti Abbatis num.* 14.

Centulæ cum altari.

§ VI. Re-

§ VI. Reliquiæ capitis S. Iacobi Apoſtoli Antverpiæ apud Patres Societatis Ieſu.

Tres capitis illius partes in eleganti theca nunc compoſitæ:

45 *INter illuſtres multas Sanctorum reliquias, quibus ornatur hujus noſtræ Antverpienſis Profeſſorum Domus eccleſia, dignum tulibus theſauris gazophylacium, ſunt tres notabiles partes capitis, quæ ab iis, qui duos ſolum Iacobos noverunt,* S. Iacobi minoris *eſſe creduntur: ſunt autem* Iacobi Alphæi *multo veroſimilius, & includuntur eleganti grandique ex ebeno thecæ, in eaque trans ſpecularia vitra conſpiciendæ offeruntur: ſic ut ipſa theca, pedes fere quatuor alta, ſerviat pro baſe, proportionatæ ex eadem materia Crucis, de viviſico Domini ligno portiunculam continentis. In ea ſic diſpoſitæ reliquiæ cernuntur, ut inferiorem capaciorem loculum occupet fragmentum ejus quod dixi capitis, grande atque palmare, pars minimum quarta totius cranii; ſuperiorem vero impleat pars dimidia unius ex inferioribus mandibulis, cui tres molares integerrimi adhuc inhærent. Tertia particula minus ſpectabilis eſt, ideoque reſervata ad inſtruendam aliam thecam, in qua plures diverſorum Apoſtolorum Reliquiæ conjunctim honorantur. Vnde autem & quomodo venerabilia pignora Antverpiam delata ſint, non poteſt cognoſci certius, quam ex publico inſtrumento, quod penes nos extat originale, confectum auctoritate Franciſci Reinſardi Gennepons, Notarii curiæ Archiepiſcopalis Arensbergenſis, ſub diœceſi Colonienſi, & eſt tale.*

B

publico inſtrumento probantur,

46 In nomine Domini, Amen. Tenore præſentis publici Inſtrumenti, cunctis hoc viſuris, lecturis ſeu legi audituris pateat evidenter & ſit notum, quod ſub anno à nativitate ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo, Indictione VII, die quidem Mercurii, XXVIII menſis Martii, hora III vel circiter poſt meridiem, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D Pauli divina providentia Papæ ejus nominis V anno II, in mei Notarii publici infraſcripti & teſtium fide dignorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, præſentes & perſonaliter conſtituti, nobiles & validi viri, Gaſparus & Chriſtophorus de Lohu fratres, Procuratores nobilis quoque & præſtantiſſimi viri D. Auguſtini de Trivios, Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis Hiſpaniarum ac Archiducis Auſtriæ Alberti in Belgio Officiarii, ad infraſcripta (ut aſſerebant) conſtituti ex una; nec non Venerabilis ac Eruditus Dominus Henricus Nieſchundt, modernus Paſtor ſive Rector parochialis eccleſiæ Buderich, præfecturæ ſeu diſtrictus Werlenſis, ex altera partibus.

C

ex Stormele in Buderich tranſlatæ;

47 Quibus ſic coram me conſtitutis, iidem Fratres de Lohu, Procuratores quo prius nomine, viva voce expoſuerunt, ad memorati Domini ſui Principalis notitiam antehac deveniſſe, qualiter caput B. Iacobi Minoris Apoſtoli, quod fuerat in cœnobio Monialium in Stormele longo tempore cum legitima veneratione aſſervatum; per quondam D. Ioannem Schmalbein, ejuſdem eccleſiæ Parochialis in Buderich ultimum Rectorem in Domino defunctum, ad modo dictam eccleſiam, de licentia ac permiſſione dictarum Monialium (præter adhuc aliud caput, quod S. Luciæ Virgini ac Martyri attributum fuit) ante annos aliquot delatum, ibidemque hactenus cuſtoditum, & pro tali veneratum fuiſſe & eſſe, ac cuſtodiri & venerari ad præſens; prout hoc ipſum ſcripto, manu propria dicti quondam Paſtoris ad memoratum ſuum Dominum principalem exarato, conſtare, aliaſque Dominum Paſtorem modernum non latere poſſe aſſerebant.

eum ibi coli digne non poſſent,

48 Cum autem idem ſuus principalis, propter frequentes invaſiones & deprædationes militum Belgicorum, Catholicæ & avitæ religionis hoſtium, hiſce in partibus huc uſque continuatas, debitæ venerationi Reliquiarum hujuſmodi plus æquo derogatum eſſe non dubitet; idcirco aliiſque de cauſis gravibus animum ſuum moventibus, communicationem earumdem jam pridem ſibi fieri poſtularit: priuſquam vero obtinere potuerit, dictus Dominus Paſtor diem obierit ſupremum. Hinc ſe, nomine procuratorio præfacto in præmiſſum finem ablegatos, obnixe petere, quatenus idem Dominus Paſtor modernus in petitam Reliquiarum communicationem conſentire non gravetur; ſe ad condecentem remunerationem, in eccleſiæ ſuæ decorem & ornamentum, viciſſim offerentes. AUCTORE G. H.

ex diſpoſitione Paſtoris defuncti

49 Ad quam quidem petitionem & inſtantiam, modo præmiſſo factam, prætactus D. Henricus Nieſchundt, Paſtor uti præmittitur præſens, ſeſe reſpondendo reſolvit, non tantum ex ſcripto ſui prædeceſſoris manu ſibi ſatis nota exarato, ſibique nuper oſtenſo, ſed etiam alias ſufficienter & abunde ſibi manifeſtum evaſiſſe, prætactas Reliquias, quæ S. Iacobo Apoſtolo attribuuntur, ex donatione Virginum Sanctimonialium in Stormele prædeceſſori ſuo proximo facta, ad prædictam ſuam eccleſiam in Buderich ante aliquot annos tranſlatas, ibidemque pro talibus pridem habitas ac veneratas fuiſſe; ſed propter tumultus bellicos, & hoſtiles invaſiones aliquot annis continuatas, & nondum, pro dolor! ceſſantes, cultum earumdem debitum omiſſum fuiſſe & eſſe prohibitum, prout ſe ingenue fateri dicebat. Quatenus itaque procuratores & ablegati prædicti venerationem, prætactis Reliquiis debitam, in locis ad quæ deferendæ erunt impendi debere ſpondeant & polliceantur, ſeſe earumdem communicationem non detrectare: prout etiam in continenti eaſdem, in eventum talem & non aliter, ipſis, libera donatione mediante, obtulit & præſentavit.

E

ab ejus ſucceſſore

donatæ Officiario cuidam curiæ Bruxellenſis,

50 Qui quidem ablegati & procuratores prædicti Reliquias, ſibi ſic oblatas & præſentatas, debita cum reverentia acceptarunt, ad Principalem ſuum honorifice (uti decet) referendas, inque debita habendas veneratione, prout ſe facturos & procuraturos ſolenni ſtipulatione, ad manus memorati Domini Paſtoris meaque Notarii, facta promiſerunt & addixerunt, ac promittunt & addicunt præſentis inſtrumenti ſerie .... Actum in ædibus Hanſonis Teckhauſen: præſentibus ibidem providis & diſcretis Ogero Brandts & Wilhelmo Schoeten telonario Werlenſi; teſtibus fide dignis. *Accedit atteſtatio Paſtoris de ſupraſcriptis ſignata* XXVIII *Martii anno* MDCVII: *qua etiam agit gratias pro triginta Philippieis, ad ſubſidium eccleſiæ inopis ſuiſque ornamentis ſpoliatæ donatis, aliiſque decem in compenſationem ſumptuum hac occaſione factorum adjectis.*

F

quia ad Rhenum hæreſis graſſabatur,

51 *Eſt* Stormele, *unde acceptæ primum Reliquiæ ſunt, inferioris diœceſis Colonienſis trans Rhenum vicus inter Noveſium & Meuriſiam, quorum oppidorum ultimum cum ad Auriacum Principem pertineret, primumque Hiſpanicis teneretur præſidiis; apparet Sanctimoniales Virgines, tamquam inter malleum & incudem poſitas, neceſſe habuiſſe præſidiū in munitioribus locis quærere. Qua in re fortaſſis expertæ auxiliū Paſtoris Budericenſis, hanc ei beneficii vicem reddiderint. Sed apud eum magno in honore eſſe Reliquiæ non poterant. Quamvis enim Buderica munitum ſit ad Rhenum oppidum è regione Weſaliæ, quæ ipſa munitiſſima loci natura eſt: uterque tamen locus, graſſante inter cives hæreſi Calviniana, plurimum ab avita religione deſciverat; periculum autem erat ne confœderati contra Deum ac Regem Status, ipſa illa loca juris ſui facerent, prætextu tuitionis propriæ; ſicut poſtea factum eſt, cum Religionis Catholicæ iis in partibus detrimento maximo.*

& recognitæ ab Epiſcopo Antverpiēſi.

52 *Caput quod S. Luciæ ferebatur eſſe, tunc quidem Budericæ apud Paſtorem remanſit, quo autem pervenerit poſtea incompertum eſt nobis. S. Iacobi Reliquiæ, cum prænotato inſtru-*

AUCTORE G. H. *inſtrumento, exhibitæ ſunt Ioanni del Rio, Eccleſiæ Cathedralis Antverpienſis Decano, qui ſe, tamquam Reverendiſſimi Epiſcopi Anverpienſis Vicarium, vidiſſe & legiſſe teſtatus eſt anno* MDCXIII, *menſis Iunii die* XV. *Cui atteſtationi ipſiſque inſtrumentis originalibus innixus, anno* MDCXXV, *Ioannes Malderus hujus urbis Epiſcopus, prædictas Reliquias retulit in catalogum ceterarum omnium hujus domus, à ſe die* XXX *Octobris recognitarum & approbatarum, rogatu R. P. Ioannis de Tollenacre tunc Præpoſiti. Cujus autem beneficio ad nos tam ſacra gaza pervenerit, in ſilentio domeſticorum omnium monumentorum nequit explicari.*

ACTA MARTYRII ET MIRACULORUM

S. Iacobi Alphæi Apoſtoli

Excerpta ex encomio Niceræ Paphlagonis

Latine edito à Franciſco Combefis.

Tomo VI *Bibliothecæ Patrum concionatoriæ.*

a 1 HEri nuperque Apoſtolorum beatiſſimus *a* Thomas ſuarum paſſionum, laborum, cruciatuum, migrationis memoriam prætendens, magnifice excepit, jucundiſſimo nos epulo ac delectatione adimplens ſpiritali. Nunc vero alia actio eſt, ac convivium aliud myſticum: alius denique nobis auſpex atque inceptor indictus eſt ſacræ ſolennitatis, qu ab illius ſplendore magnificentiaque nihil deficiat .. Vultis etiam ejus nomen audire, qui huJuſce lei præbet ſolennia? At quis neſcit Iacobum hodie ſacræ ſolennitatis ac Sanctorum lætitiæ auſpicem eſ ..? Iacobum, non qui Zebedæi nuncupatur, neque illum Ioſephi, ut & Dei frater appellatus ſit; ſed qui *b* Alphæi in ſacris Euangeliis celebratur. Hic nos hodie ad ipſius memoriam hoſpites colligens, crebroſque in Magiſtri gratiam ſuſceptos labores, deſudata ſacra certamina, crucem denique illius cauſa qui cruci affixus eſt fortiter toleratam apponens, ſplendidiſſimum animis convivium ac lautiſſimum inſtruit: nec in terra tantum conſtitutos homines ad ſuum illud feſtum ac gaudium invitat, quin & longe potius univerſos choros Sanctorum; nec vero illorum tantum, ſed & ſacrarum & intelligentium mentium mundo ſuperiores ordines ac principatus; quin ipſum quoque univerſorum Dominum, cui eximie placent ea quæ peraguntur, pariter adducit cogitque. Sic Apoſtolica nihil illuſtrius perfectione, nullumque honeſti lumen ſic cælos ſimul terramque recreat, ac unius è duodenario ſacrorum Dei filiorum choro, memoriæ cultuſque celebritas .... Qui tanta confertum ſuavitate pietatis fructum multiplicavit, ut ſublimiſſimo præſtantiſſimoque Apoſtolorum duodeno numero accenſeri debuerit.

2 Hic igitur magnus Iacobus ac admirandus, doctrinæ filius, id eſt vitæ (hoc enim Alphæi nomen ſignificat) cum legis prius litteris inſtitutus, inque umbris atque figuris, ut par erat eum qui vere Iſraelita futurus eſſet, prædoctus fuiſſet ac rudimento imbutus; ut ſolummodo ſpiritus vitæ Legiſlatorem vidit, ubi tantum cæleſtem vocationem ac cæleſtis Magiſtri vocem audire promeruit; mente fideque veritatem in eo ſpiritaliter enitentem perſentiſcit ... Hanc igitur ſpiritus legem divinus Iacobus ex ipſa Veritate cum audiſſet, non auditu offenſus, non corde gravatus eſt, non mandati ſublimitate animo hærente perculſus; quin innato deſiderio in eum prævolans, qui ea quæ ſaluris eſſent præcipiebat, à cunctis ſtatim quæ in cenſu ac numerato erant, abſcedit: à neceſſariis, parentibus, fratribus, cognatis, amitis, quotquot corpore contingebant, abſcedit: ipſa denique propria anima abnegata, omnique humili voluntate abdicata, unicum Ieſum ſpirabat, uni Ieſu vivebat, in unum Chriſtum ſuſpenſus, mente in Chriſtum intentus, totus in Chriſtum converſus erat. Illius totus, non ſui ipſe erat: ipſum Deum Dominum, Magiſtrum, Regem, Paſtorem, Patrem, Salvatorem, Præceptorem habebat. Suæ credebat animæ lucem ac vitam, ſanctificationem ac redemptionem, ſalutem ac juſtificationem. Ipſum poteſtatem ac caput habebat: unde etiam in eo jugiter ipſius oculi erant, mentis enim ſpeculo indeſinenter illum contuebantur ...

3 Verum præ argumenti tanta dignitate ſe ipſa contrahit oratio ... Abyſſum enim miraculorum, divinamque perſpicaciſſimi Iacobi ſapientiam, cæleſtis doctrinæ ac Theologiæ profunda quis inveſtigabit. Quis dæmonum emundationem ac expulſionem; humanorum affectuum atque morborum curationem, ac amotionem; mortuorum ſuſcitationem, claudorum firmatas baſes ac greſſus, cæcis redditum viſum, corporis labes omnes Ieſu nomine curatas, quis poſſit conſcribere? Quis longa itinera, dubios caſus, pericula, multiplices *c* Gentilium inſultus ac graſſationes; quanta vir ter beatiſſimus Eleutheropoli ab impietatis patronis ſuſtinuit; quanta Gazæ Tyrique ac vicinis alienigenarum oppidis, atque urbibus ubi is Chriſtum prædicavit? Quis eorum multitudinem, qui per eum Chriſto adducti ſunt, ac aqua & Spiritu emundati atque illuminati, qui denique per Epiſcopos ac Sacerdotes ab eo conſtituras in Eccleſias Deo ſanctiſſimo coaluere? Quis hæc atque his ſequentia veræ ſcientiæ (id eſt pietatis) verba atque opera ſermo queat dilucidare?

4 Verum his quidem illi dimiſſis, qui cuncta operatur atque novit, tuam illam, ter beatiſſime, crucem unicam celebro. Hanc enim pulcherrimam longe productis laboribus tuis ac certaminibus coronidem impoſuiſti. Crucem celebro, in qua pretioſis ſacriſque extenſis manibus, Deum tuum ac Dominum clarificaſti. Crucem celebro ac laudo, quod tibi fixa ſcala ſit, è terra in cælum recta tranſmittens... Etenim Ægyptum cum perrupiſſet, habitanſque in tabernaculis Cedar longo tempore apud Ægyptios, verus ipſe Iſraelita atque apud gentem tenebris obſitam, ipſe illuminatus incola fuiſſet; omneſque quos dignos repererat, filios lucis ac diei feciſſet; ſic tandem pro omnibus crucem conſcendit, in una quidem Ægypti urbe (Oſtracinam vocant) agnus jugulatus, cunctis vero urbibus & provinciis paſſionibus ſuis ac cruciamentis Chriſtum propitians. Nec tamquam grave aliquid pateretur, aut velut animo diſcruciaretur, in crucis ac ſupplicii miniſtros indignabatur; quin potius tamquam beneficium munuſque ex eis acciperet, ita alloquebatur blandeque arridebat, rogans ut ſaluti proſpicerent, hortans ut ab Ægyptiaco errore ac ſuperſtitione emergerent, monens ut cæli ac terræ Dominum agnoſcerent ... Ejuſcemodi ſermonibus, o homo Ieſu admirande, præclare philoſophans, inque longas horas aſtantes è cruce confirmans ... tandemque ab humano ceſſans colloquio ac tecum in ſilentio Domino confitens, perquam placide ac ſuaviter reſolutus, glorioſe è corpore emigraſti; inque locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei commigraſti; atque in voce exultationis ſoni epulantium, ad eum qui te eximia quadam ratione aſſumeret, inenarrabili ac glorificato cum gaudio ad Chriſtum introiſti ... crucis ſupplicio ſimilis Salvatori effectus: unde etiam majorem fiduciam atque favorem adeptus, ad Regem Deumque in Eccleſiæ gratiam intercedere ſufficis. *d* Potes, benigniſſime præſtantiſſimeque ac magnifice fili Dei, noſtræ etiam tenuitatis meminiſſe; atque Domino ſupplicem rogationem offerre: ut nos quoque,

Solennitas S. Iacobi

non Zebedæi, aut fratris Domini, ſed Alphæi, b

ex XII Apoſtolis.

A Chriſto vocatus,

omnibus dimiſſis

eidem adhærens:

claret miraculis:

multa patitur:

c Eleutheropoli,

Gazæ & Tyri:

plurimos convertit:

in cruce ſuſpenſus Oſtracinæ,

aſtantes in fide confirmans moritur:

Interceſſio ejus imploratur.

d

A quoque, ex Dominica voluntate inſtitutis; digne rationibus vitæ, efficiamur veſtræ participes gloriæ, ac cæleſtibus Dei bonis vobiſcum perfrui mereamur, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Thomas *Apoſtolus à Græcis* VI *Octobris*, *ac dein* IX S. Jacobus Alphæi, *quo die videtur laudatio recitata.*

b *Meminerit lector nihil ingeri de familia Cleophæ & Mariæ: non enim appellari fratrem Domini aut conſobrinum, ſed ab eo diſtingui.*

c *Nihil de Iudæorum inſidiis aut Epiſcopatu Hieroſolymitano, qui alteri Iacobo relinquitur. Verum videtur tunc etiam Perſiam acceſſiſſe, ut ſupra ex antiquis Martyrologiis deduximus.*

d *Non gratulatur Conſtantinopoli, quod ejus reliquias poſſideat, aut templum ejus honori conſtruxerit, ut ſupra de S. Iacobo fratre Domini diximus.*

VITA
S. JACOBI FRATRIS DOMINI
Epiſcopi primi Hieroſolymitani.

Auctore Simeone Metaphraſte.

PROLOGUS.

Vtilis & jucunda memoria Sanctorum,

1 NIhil eſt viro bono & virtutis amatori æque jucundum, & quod nulla minus ſatietate offendatur, atque juſti memoria, & maxime, ſi paſſus ſit propter Chriſtum. Ea enim illum magis excitat ad lætitiam, quam aurum pecuniæ amatores, & quæcunque ſunt viſu delectabilia novarum rerum cupidos. Adde quod ipſa juſti memoria non ſolum eſt jucunda, ſed etiam valde utilis; cum aliquem zeli & æmulationis ſtimulum immittat animis, & ad ſimilia aggredienda excitet. Agedum ergo nos quoque magnum Jacobum in medium adducentes (qui vere eſt Juſtus & nominatur, & ut Chriſti frater vocaretur eximie eſt aſſecutus) communem ex rebus illius utilitatem capiamus & voluptatem. Nam licet multi alii, qui in Eccleſiaſtica ſcribenda hiſtoria ſtudium poſuerunt, de hoc Juſto narraverint, & ante omnes Hegeſippus & Clemens: quorum ille quidem in quinto ſuo libro, hic autem in ſexta earum, quæ vocantur hypotypoſes, nonnulla ex iis, quæ ab ipſo geſta ſunt, aſſumentes, poſteris tradiderint: nemo tamen
C ſe extendit ad omnia, neque contendit de eo dicere ſingulatim. Cauſa autem eſt, quod non fuit eorum inſtitutum de ipſo ſcribere; ſed erat quidem eis aliud propoſitum argumentum: in parte autem, cum ita accidiſſet, illius meminerunt.

& inter hos S. Iacobi.

CAPUT I.

Patria, epiſtola ſcripta & elucidata. Aliæ virtutes.

a Patria Iudæus,

2 IAcobo ergo divino patria fuit Judæa, pater *a* Joſeph, qui propter inſignem virtutem & morum bonitatem, fuit ſponſus Virginis, quæ Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum peperit. Erant autem ejus actiones nomini convenientes: ajunt enim eum fuiſſe vocatum *b* Obliam, quod quidem vult ſignificare Juſtum. Oculus ejus lenis & placidus, & vere dignus qui conſequeretur à Deo miſericordiam: aures divinis verbis omnino apertæ: os, in quo, tamquam aliquæ deliciæ, lex erat perpetuo: manus, quæ ſemper movebantur ad benefaciendum: venter, qui omnino ſuis reſiſtebat appetitionibus: nam ab animatis & vino tota vita uſque adeo abſtinuit, ut aquam quidem

b

inſignis moribus,

abſtinentia.

exiſtimaret potum ſuaviſſimum, quemadmodum & alimentum panem, lacrymarum guttas abundanter miſcens cum potione. Norunt obdurata Juſti genua, & eorum velut emortua caro animi promptitudinem. Pannus erat ei gratum indumentum, & ſindon, quando erat ad ſacra aſcenſurus. Inter noctem & diem nullum erat ei diſcrimen: ſed noctu quoque lucis exercebat opera; & dies, vitæ tranquillitate & turbarum vacuitate, imitabatur plane noctis ſilentium. Suis erat jucundus, alienis venerandus: tantam enim laudem virtutis, non ſolum apud amicos, ſed etiam apud *c* pietatis ignaros fuit aſſecutus, ut nonnulli quoque eorum ejus conſcripſerint martyrium, & dixerint, non eos ſolum luiſſe pœnas qui Juſtum interemerunt; ſed civitatem quoque magnam accepiſſe calamitatem, in qua execrandum illud contigit facinus. Ei quod dico, fert teſtimonium Joſephus, in vigeſimo libro antiquitatum id referens.

AUCT. METAPHR.

precum aſſiduitate,

c

à Ioſepho Iudæo laudatus,

3 Quomodo autem & alia, quæ ad Juſtum pertinent, vobis virtutis amantibus pro dignitate recenſebimus? Poſtquam Dominus carnem noſtram aſſumere dignatus fuit, *d* magnus hic Jacobus tenuit clavum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Cum autem duo ſint, quæ hominem ducunt ad perfectionem, contemplatio, inquam, & actio, ex quibus vim accipiunt virtutes; examinandum eſt, quam hic eſſet in utroque eximius. Sed quoniam maxime per contemplationem ad Deum eſt aſcenſus, quoad ejus fieri poteſt, prius narremus de illius contemplatione, deinde etiam ejus actionem ponderemus pro viribus. Exiſtimo enim oportere Epiſcopi oculum ante alia delectari vi contemplandi, etiamſi actionem quidam putarunt eſſe aſcenſum ad contemplationem. Concedatur ergo, quod contemplatio præcedat actionem, quandoquidem juſti actioni conjunctum eſt etiam martyrium.

d delectatur contemplatione:

E

4 Quomodo Epiſcopus gregem cum ſcientia paſcere debeat, is aperte poteſt intelligere, qui Catholicam ejus legit Epiſtolam. Et primum quidem id, quod eſt in inſcriptione egregium, non eſt prætermittendum: protinus enim, &, ut dicitur, à carceribus, ſignificatur Sancti modeſtia. Sic autem habet: Jacobus Dei & Domini Jeſu Chriſti ſervus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem. Nam cum ei liceret ſeipſum vocare Apoſtolum, aut Epiſcopum, aut quod majus eſt, Fratrem Domini, quibus nominibus ipſum quoque Paulus ſignificavit ſcribens ad Galatas; videtur delectari humilioribus, Gal. 1.
ſe eſſe ſervum Chriſti Dei ſignificat tribubus Iſraelis,
vel maxime proprium magiſtri inſigne habens mode-
F rationem, & ea ſibi magis placens, quam Epiſcopatus atque Fraternitatis dignitate.

ejus modeſtia in inſcriptione Epiſtolæ;

5 Sed age, nonnulla, quæ leguntur in Epiſtola, quantum conceditur, perſequamur, per quæ erit manifeſta illius mentis puritas, & accurata doctrina. Nam cum fuiſſet in principio Epiſtolæ, & contemplante animi oculo conſideraſſet, ut eſt conſequens, quod quiſquis ad Deum accedit, incidit in tentationes: (Boni enim principium & radix, eſt Deus: bonum autem, eſt virtus: Via autem, quæ fert ad virtutem, eſt aſpera & difficilis, & multa habet adverſa: & ideo evenit omnino, ut qui ad Deum accedunt, in res incidant inæquales) exhortatur Sanctos ad invictam patientiam & numquam cedentem; bonos imitans puerorum præceptores, & qui convenienter legibus decertationis ſciunt decertare. Dicit enim: Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, quando in tentationes varias incideritis, ſcientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur: *e* [Patientia autem *e*
perfectum opus habeat, ut in nullo deficiatis. Si cui
autem veſtrum deeſt ſapientia, petat à Deo, qui dat Jac.
omnibus abſolute, & non exprobrat. Conſidera
autem,

& ſinceritas doctrinæ,

quin inculcat patientiam in tentationibus,

AUCT. METAPHR. autem, cum quanta hortatur ſapientia. Non enim ſolummodo ſuſtinere, ſed etiam gaudere ingruentibus jubet tentationibus: nec ſolum gaudere, ſed id etiam omne gaudium ducere. Neque vero dicit quaſlibet tentationes: ſed, Quando in varias incideritis tentationes. Cauſa autem eſt: Scientes, inquit, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Deinde ſubjungit, in fide debere eſſe firmitatem, & conſtantiam, & nullam dubitationem, dicens: Vir animo duplex, eſt inſtabilis in omnibus viis ſuis.

in divitiis & paupertate

6 Quod autem poſtea dicit, quantam cum venuſtate habet etiam profunditatem? Glorietur enim, inquit, humilis quidem in ſua altitudine: dives autem in ſua humilitate. Nam cum divitiæ quidem alliciant ad ſuperbiam, paupertas autem ad humilitatem & animi dejectionem; ille contra jubet facere, divitem quidem ſuam conſtituere altitudinem in modeſtis actionibus; pauperem vero hoc ipſum exiſtimare dignitatem non contemnendam, ſi magno & excelſo animo ferat paupertatem. Ita paupertatem & divitias, quæ ſunt ſæpe multis materia ad peccandum, materiam efficit ad Dei cultum. Deinde rurſus cum ſciret, cujus gloriæ, & quam multorum bonorum ſint tentationes conciliatrices iis, qui ſe fortiter gerunt, repetens dicit: Beatus homo qui ſuſtinet tentationem: quoniam cum fuerit probatus, accipiet coronam vitæ: beatitudine & ſpe coronarum efficiens, ut ſint viris bonis acceptæ tentationes, & eas propemodum tanquam lucrum exiſtiment, & cum voluptate excipiant.

B

nec Deo adſcribendam tentationem

7 Neque multorum morbum, qui ſuas defendentes cupiditates, peccatum dicunt eſſe à natura, & neque verentur exiſtimare Deum eſſe cauſam malorum, reliquit incuratum: ſed tanquam medicus præſtantiſſimus, auxiliis utens præſervantibus, huic morbo reſiſtit, dicens: Nemo qui tentatur, dicat: A Deo tentor. Deus enim non *ſ* tentatur à malis; ipſe autem tentat neminem: unuſquiſque vero tentatur à propria concupiſcentia attractus & inescatus. Deinde concupiſcentia cum concepit, parit peccatum: peccatum autem perfectum, parit mortem. Sic vir juſtus juſte judicavit inter homines & Deum: illi quidem ſuo teſtimonio tribuens, quod non eſſet auctor malorum, & linguis loquacibus perſuadens, ut tacerent; efficiens autem, ut homines ſuam agnoſcerent imbecilliratem & ſua peccata; & ut ſibi, & non Deo, aſcriberent delicta, quæ ex mala conſuetudine proveniunt & ſocordia; & ſic diſcerent ſe humiliter gerere, & petere veniam.

ſed propria concupiſcentia alliciente ad peccatum.

C

& omne bonũ à Deo procedere,

8 Præterea videbis Juſtum ſapienter perimentem arrogantiam & ſuperbiam, quæ ſequitur bonum recte geſtum, & perſuadentem Deo potius quam ſibi ipſis aſcribere, quod fuerit recte factum. Ne erretis igitur, inquit, fratres mei dilecti: Omne donum bonum, & omne datum perfectum, deſuper deſcendit à patre luminum, apud quem non eſt viciſſitudo, nec mutationis obumbratio: volens enim genuit nos verbo veritatis, ut ſimus nos primitiæ quædam ejus creaturarum. Hæc & exinaniunt arrogantiam, & oſtendunt Deum eſſe datorem bonorum, & eſſe immutabilem, nec in eum cadere alterationem: quodque is eſt eximius, ſi conferatur cum rebus creatis, & maximam videtur gerere curam hominis.

docet mores in converſatione,

9 Poſt hæc accedit ad admonitiones. quæ ad mores magis pertinent: Sit, dicens, omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Si enim velox ſermo eſt cavendus, quanto magis adhibenda eſt cautio. ne cito iraſcaris? Vide autem, quomodo figuram veri exprimit Chriſtiani. Religio pura & immaculata patri & Deo hæc eſt: Viſitare orphanos & viduas in afflictione eorum, immaculatum ſeipſum conſervare à mundo. Ex æquo jubet & à mundo recedere, & ad propinquum accedere: tunc enim vere ac ſincere fratrum miſerebimur, quando nos ſeparabimus ab affectione in mundum. Dicendo autem, Ne in perſonarum acceptionibus habeatis, fratres, fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriæ: tollit id quod fit ad oſtentationem, docens ne vivamus ut placeamus hominibus, neque quæramus gloriam ex hominibus, humilia & abjecta cogitantes: ſed Deum ſolum amemus, & ejus quod ſit habeamus ipſum laudatorem, & remunerationem ab eo expectemus. Dicendo vero eum legem implere regiam, qui diligit proximum ſicut ſeipſum, excitat ad fratrum dilectionem, ex ejus qui legem tulerat dignitate, ſciens hujus præcepti magnitudinem & pulchritudinem: & quod plane legis adimpletio, eſt dilectio in proximum; & hoc ipſum eſt ſumma bonorum.

D

rectam in Deum intentionem

10 Quomodo autem movet ad miſericordiam? terrens immiſericordi & inevitabili, quod illic eſt, judicio? Judicium, inquit, ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam: per hoc concedens, ut miſericordia glorietur plus quam judicium, quatenus illi dat victoriam. Quin etiam ita dicit fidem opus habere actione, ſicut corpus eget ſpiritu: abſque ea autem eſſe mortuam & inutilem, ut non confidamus in eo ſolum quod credamus, & inaniter gloriemur. Hoc autem probat ſtatim, Abraham & Raab adducens in teſtimonium: illum quidem, qui cum fide Iſaac quoque obtulit: hanc autem quæ ſpeculatores per aliam viam tranſmiſit. Et quid opus eſt, ut ſingula enumerem? Vix ullam prætermiſit ex virtutibus moralibus, ad quam non incitaverit virum pium ac religioſum, cum multa probabilitate, gratia ac jucunditate. Is linguæ legem dedit, ut qui & in tempore tacendum, & in tempore dicendum accurate doceret. Is patere ne docet ſequi quidem veritatem, à falſo autem abſtinere. Porro autem linguam quoque maledicam & calumniatricem plurimum acculat. Et de propinquo clanculum detrahere, aut etiam eum judicare, ab animis hominum procul propulſat.

dilectionem proximorum,

E

præſcribit leges linguæ

Jac. 3.

Jac. 4 & 5

11 Tuum opus eſt, ô Juſte, divites quoque rurſus & pauperes admonere: illos quidem, ne confidant in divitiis: hos autem, ut mala ferant patienter, ut qui ſint tolerantiæ accepturi mercedem, quæ non poteſt auferri: & illis quidem infidelitatis argumentum divitias objicere, ut qui in eis confidant, & non in Dei ſinu, qui nunquam exhauritur: his autem, tanquam prophetam annuntiare, quod pro foribus ſtat is qui judicat. Illud autem, non perjurium ſolum, ſed vel ipſum omnino jusjurandum declinari debere, cujuſnam alterius, quam linguæ juſtæ fuerit admonitio, dicentis: Ante omnia, fratres mei, nolite omnino jurare, neque per cælum, neque per terram, neque ullum aliud juramentum: ſit autem veſtrum, Certe certe, &, Non non, ne ſub judicio decidatis. Eos, qui ſunt ſereno & tranquillo animo, docet, ut ſe muniant oratione: eos, qui ægrotant, ut oleo utantur cum oratione Sacerdotis ad unctionem, & id habeant pro morbi medicina, utpote quod oratio, cui opera ferunt auxilium, maxima poſſit efficere. Quid opus eſt omnia perſequi, quæ hæc continet Epiſtola, cum eam poſſit qui velit legere, & illinc haurire tanquam ex fonte, & guſtando factis probare, & ita fide dignus eſſe teſtis eorum, quæ pulchre dicuntur à Jacobo?

divitiarum & paupertatis,

F

vetat juſjurandum.

ANNOTATA.

a *Hanc aliquorum Græcorum ſententiam ſupra rejecimus, oſtendimuſque fuiſſe filium Cleophæ, qui ſecundum aliquos erat dicti S Ioſephi frater, vel ſaltem maritus Mariæ, natæ ex amita vel matertera Deiparæ, ideoque dictæ* Soror Mariæ.

b Obliam

A b Obliam *etiam legitur apud Eusebium, unde hic locus acceptus, & ex hoc apud Rufinum atque Nicephorum: verum male hic ponitur* Oblias, *quasi significet* Justum, *cum Eusebius sic habeat* ἐκαλεῖτο Δίκαιος ἡ Ὠβλίας ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη· *quod commodum sensum habet, cum revera* Ophlias, *juxta Henricum Valesium Hebraice dicatur* arx populi. *Nicolaus tamen Fellerus lib.* 3 *Miscellan. sacrorum mallet sic legi,* ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὠσλιὰμ, ὅ ἐστιν δίκαιος καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ: nominabatur Saddic & Ofliam quod est justus & munitio populi.

c Judæos *scilicet, Christianorum mysteriorum expertes.*

d *Græce ad verbum,* Adhuc quidem Dominus particeps nobis factus est mysterii secundum carnem, & magnus hic Jacobus tenebat clavum: *quæ malui clariori paraphrasi explicare.*

e *Quæ hic sequuntur, uncis inclusa, desunt in nostro MS. Græco.*

f *Clarius hoc ex Græco quam quod Latina versio habet:* Deus enim intentator malorum est.

CAPUT II.

B

Synodus Hierosolymis habita. Æstimatio singularis apud Apostolos & Iudæos. Martyrium.

Act. 15 12 POrro autem hinc quoque sciri potest, quanta esset ejus auctoritatis & dicendi facultas. Fuit aliquando quæstio Antiochiæ, an oporteret eos, qui ex gentibus ad verbum veritatis accedebant, more Mosaico deinceps circumcidere. Fratres ergo, qui erant Antiochiæ, Apostolis commorantibus Hierosolymis permiserunt judicium, Paulo & Barnaba usi ministris ad proponendum id de quo quærebatur. Cum vero quæ Hierosolymis erat Ecclesia ad hoc esset congregata, & Petrus primus Apostolorum præesset fidei, & jaceret semina pietatis: Viri fratres, inquit Jacobus, Simon exposuit, quomodo primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo; & ei consentiunt Prophetæ. Deinde cum subjunxisset verba unius Prophetæ, de iis quæ quærebantur hanc tulit sententiam: Judico ego, dicens, non esse molestia afficiendos eos, qui ex gentibus ad Deum convertuntur: sed scribendum ad eos, ut se abstineant à contaminationibus simulacrorum, fornicatione, & sanguine, & suffocato. Sic dixit, & quod dixerat, deductum est ad effectum: & quod à Jacobo fuerat decretum, scriptum est ab Apostolis, & Ecclesiæ pro forma fuit traditum. Tanta apud Apostolos fuit ejus reverentia.

In Concilio Hierosolymitano præclare dixerit;

C

Gal. 1 13 Sed licet etiam audire, quidnam Paulus de eo scribat ad Galatas: Ascendi, inquit, Hierosolymam ad videndum Petrum. Alium autem Apostolum non vidi, nisi Jacobum fratrem Domini; utpote quod res esset magna, & digna quæ mandaretur memoriæ, videre Jacobum. Qualibus autem monitionibus ad Paulum usus sit Jacobus, aperte sciet, qui legerit Actus Apostolorum. Cum nos enim (inquit Lucas) venissemus Hierosolymam, exceperunt nos omnes fratres. Sequenti autem die ingressus est Paulus nobiscum ad Jacobum, & omnes accesserunt presbyteri: quos cum salutasset, exposuit singulatim unumquodque eorum, quæ Deus fecit gentibus per ministerium suum. Illi autem cum audiissent, glorificaverunt Deum, dicentes Paulo: Vides, frater, quam multa millia sunt inter Judæos eorum qui crediderunt, & sunt omnes legis æmulatores: de te autem audierunt, quod tu doces à Mose defectionem Judæos omnes, qui sunt in gentibus. Sed fac hoc, quod tibi dicimus: sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se: his assumptis, sanctifica te cum illis, & impende in illis, ut radant capita: & cognoscent omnes, quod quæ de te audierunt, nihil sunt. Oportet autem omnino existimare hæc verba esse Jacobi, ut qui esset princeps illius Ecclesiæ: propterea enim hoc egregie à Luca est additum: Paulus nobiscum ingressus est ad Jacobum. Tantum inter Apostolos tribuebatur Jacobo, & adeo erat clarus, & habebatur in tanto honore, partim quidem hoc habens ex virtute, partim autem hoc nactus ex eo, quod esset Frater Domini.

æstimatur à S. Paulo,

Act. 21

AUCT. METAPHR.

14 Judas autem, qui Catholicarum septimam scripsit Epistolam, quanam ex re seipsum significat, & quomodo facit inscriptionem? Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, iis qui sunt dilecti in Deo patre. Non ex imperatoriis & inanibus dignitatibus sibi tantum claritatis tribuunt, qui sunt in mundo splendidi, quantum ille sciebat gloriari ex eo, quod esset & diceretur frater *a* Jacobi. Si autem est Judæ gloria, dici fratrem Jacobi: quanto est ipsi Jacobo major, quod Christi frater nominetur? Ipse enim solus assecutus fuit hæc privilegia, & dignus est habitus, qui solus *b* vocaretur frater Domini.

& S. Iuda se fratrem ejus scribente.

a

E

b

15 Hic ergo magnus & divinus Jacobus erat sanctus (ut sacra dicunt eloquia) ex utero matris suæ. Quamobrem statim post Deum, primum Pontificem, accipit clavum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, & solus in Sancta *c* sanctorum perpetuo ingreditur. Non enim semel, sicut iis, qui legi & umbræ cælestium serviebant, concedebatur ingressus: sed sic ingrediebatur, ut qui solus posset ingredi propter puritatem. Ingrediens autem, se inclinabat in genua: & populo conciliabat remissionem peccatorum, melius quam Moses: adeo ut instar camelorum ei genua obdurescerent, eo quod ea flecteret assidue: sic enim nobis Deus, qui homo factus est, orandum tradit. Propter insignem autem justitiam vocabatur, Justus *d* Oblias, quod lingua nostra significat comprehensionem populi & justitiam.

Primus Episcopus Hierosolymis in Sancta ingreditur.

c

d

16 Cæterum, quomodo *e* Prophetæ prius significaverunt, quidam ex septem hæresibus, quorum dux erat *f* Ananus, *g* (Erat autem Ananus tunc sacerdos, quando Paulus appellato Cæsare, Romam à Festo vinctus missus est ad Neronem) cum essent frustrati spe insidiarum, quas struxerant adversus Paulum, convertuntur contra Jacobum fratrem Domini. Hæc autem in illum facere ausi sunt. Cum Justum intercepissent medium, petebant ab eo negationem fidei in Christum coram toto populo, & ex ipso sunt suscitati: Dic nobis, O Juste, dicentes, quodnam est *h* ostium. Ille vero verbum eorum confirmans, & qualis dicebatur Iustus volens videri, justam similiter vocem emisit. Hic est, inquiens, filius Dei Iesus Christus. Atque nonnulli quidem credebant iis, quæ dicebantur à Iacobo: alii autem minime credebant, & conradicebant, convenienter non rectæ traditioni & errori. Quædam enim hæreses apud Iudæos (ut divina dicunt eloquia) neque tenebant resurrectionem, neque credebant Deum venturum, ut redderet unicuique secundum opera sua. Atque multi quidem propter Iacobum relati sunt in numerum credentium: magna autem murmuratio exorta est inter principes Iudæorum, utpote quod dicerent Pharisæi & Scribæ in periculum venire universum populum, expectantem Iesum Christum.

e

f

Act. 23

interceptus à Iudæis.

E

fidem Christi profitetur.

h

AUCT. METAPHR.

17 Cum ergo acceſſiſſent ad Jacobum: Te valde rogamus, ô Juſte, dicebant, cohibe populum: in errorem enim inductus eſt de Jeſu, quòd ipſe ſit Chriſtus: & fac, ut iis, qui die Paſchæ convenerint, de Jeſu perſuadeas, ne de ipſo fallantur. Tibi enim nos credimus, & tibi ferimus teſtimonium, & univerſus populus, quod ſis juſtus, & perſonam non accipias: hoc autem teſtimonium, quod eſſet juſtus, & perſonam non acciperet, ideo illi tribuebant, ut ex hoc Juſti nomine eum ad ſe allicerent, & perſuaderent, ut illorum perſonas acciperet, corruptus aſſentatione. Aſcendens ergo inquiunt, ſta ſupra templi pinnaculũ, ut cernaris à toto populo, & verba tua audiantur: nam propter Paſcha convenerunt omnes tribus cùm *i* gentibus. Statuerunt ergo Scribæ & Phariſæi Jacobum ſupra templi pinnaculum, & alta voce dixerunt: Juſte, debemus omnes tibi credere. Quoniam igitur populus errat poſt Jeſum, quem omnes ſcimus paſſum eſſe mortem ſub Pontio Pilato, nobis enuntia, quid tibi videatur de Jeſu.

ſupra pinnaculum templi conſtitutus.

i

clamat Jeſum ſedere ad dexteram Patris

18 Cum ergo tempus vocaret, ut vir fortis reſiſteret mendacio, non eſt cunctatus, neque metu prodidit veritatem: ſed & animo & lingua liberrimus, & magnam protinus vocem emittens: Quid me rogatis, inquit, de Jeſu? Ipſe ſedet in cælo ad dexteram virtutis patris ſui, venturus poſthac in nubibus cæli, ut judicet orbem terræ in juſtitia. Cum multi autem fuiſſent perſuaſi ab hoc Jacobi teſtimonio, clamarentque & dicerent, Oſanna filio David: Scribas & Phariſeos ſubiit magna ejus, quod factum fuerat, pœnitentia, & inter ſe dicebant, Male fecimus, qui tale teſtimonium Jeſu præbuerimus. Agedum ergo Jacobum dejiciamus, ut populus metu retardatus non credat Jeſu. Cum ſic dixiſſent, magna voce clamarunt: O ô, Juſtus quoque erravit.

B

dejectus oratio,

19 Cum ergo aſcendiſſent in templi pinnaculum, eum ſtatim dejiciunt. Et ne ſic quidem deſiſtentes ab inſania, dicebant: Juſtum obruamus lapidibus. Et cœperunt in eum jaculari lapides, quoniam dejectus non erat mortuus. Sed converſus, (O ſanctam animam) figit humi genua dicens: Domine Deus pater, dimitte eis, neſciunt enim quid faciunt; eamdem vocem, quam Stephanus, divinus quoque emittens Jacobus. Cum ſic ergo eum appeterent lapidibus, unus ex ſacerdotibus, qui erant filii Recham, filii Rechabim, de quibus fert teſtimonium Jeremias *k* propheta, clamavit, dicens: Ceſſate: quid facitis? Juſtus pro nobis precatur. Quidam autem ex eis, accepto fuſte ex officina fullonis, quo comprimebat veſtes, valide infligit ejus capiti: & ſic Juſtus tradidit animam. Quem acceperunt & ſepelierunt prope templum Dei.

lapidatur, *k*

occiditur.

C

Ananus Pontifex deponitur.

20 Quicunque autem erant, in civitate moderati & probi, & videbantur leges accurate ſervare, hoc tulerunt graviter, & clam mittunt ad Agrippam, (erat enim is ſucceſſor tetrachiæ Herodis) rogantes, ut ſcriberet ad Ananum, ne talia auderet. Neque enim recte feciſſe dicebant, quod fecerat magno Jacobo. Quidam autem ex eis Albino quoque procedentes obviam, venienti Alexandria (ipſum enim poſt Feſtum elegit Cæſar procuratorem Judææ) eum docent, non licere Anano abſque ejus ſententia ſedere in concilio. Albinus igitur, credens iis qui dixerant, iratus ſcribit ad Ananum, minans eum daturum pœnas admiſſi facinoris. Rex vero Agrippa, Anano depoſito à Sacerdotio, cum fuiſſet Pontifex non plures quam tres menſes, alterum ejus loco conſtituit. Mala autem extrema invaſerunt Judæos poſt mortem Jacobi: horum teſtis eſt Joſephus Judæus, qui nihil celavit veritatis.

21 Hæc ita evenerunt, & Sanctus additus eſt Sanctis, Martyr Martyribus, Juſtis qui Juſtus erat & nominabatur, quique primus inter Epiſcopos fuit martyrica corona redimitus. Nam inter Diaconos quidem præceſſit Stephanus, inter Apoſtolos Zebedæi Jacobus: nunc autem Pontifex Chriſtum primum Pontificem eſt ſecutus: Martyr eum, qui pro univerſo mundo proprium præbuit ſanguinem. Quam multarum divinarum dignitatum quam multæ tibi debitæ ſunt coronæ, Diſcipulo, Pontifici, Juſto, Dei fratri, Martyri? qui quidquid boni dixerit quiſpiam, habet ex abundantia: ad gloriam Patris, Filii & Spiritus ſancti, quæ eſt una & inſeparabilis divinitas, & quam decet omnis honor & magnificentia, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

D

S. Iacobus primus Pontifex Martyr.

ANNOTATA.

a *Cum* Jacobo *ex matre* Maria *ſolus frater* Joſeph *aſſignetur in Euangelio, dicendum erit Iudam fuiſſe Iacobi fratrem, ex eodem quidem patre* Cleopha, *ſed ex altera matre.*

b *Interim Chriſtus Marci 6 vocatur à Nazarenis* frater Jacobi & Joſeph, & Judæ & Simeonis. *Paulus etiam 1 Cor. 9 v. 5* Fratres Domini *nominat,* Judam *verò ſimiliter &* Simeonem *intelligens, ex duodenario numero Apoſtolorum duos, ſed forte minus propinquos: ut* Jacobus *hic (nam de fratre* Joſepho, *qui potuit ante Chriſtum obiiſſe, nihil legitur) ſolus & antonomaſtice* Adelphothei *glorioſum cognomentum retinuerit.*

E

c *Græce* εἰς τὰ Ἅγια ἁγίων. *Aſt Hegeſippus, ex quo iſta deducta, ſolum habet:* Τούτῳ μονῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. *Erat* Sancta Sanctorum *locus, in quem ſemel in anno intrabat ſupremus Pontifex. At* Sancta *locus, in quem quotidie intrabant Sacerdotes. Et licet S. Iacobus non eſſet Sacerdos Iudæorum, tamen illi ſanctitatis exiſtimatio tantam conciliarat auctoritatem, ut intranti in Sancta nullus reſiſteret.*

d *Commodius dixiſſet* Saddic & Oblias, *ut duplex interpretatio ſequens, duplici Hebraicæ voci reſponderet.*

e *Hegeſippus apud Euſebium, hæc verba connectens periodo priori, de honorificis cognomentis Iacobo per Iudæos additis, ait,* ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ, ſicut Prophetæ de eo declarant: *nec facile eſt explicare quos iſtic Prophetas ſignificet: ſuſpicor applicata ei quædam loca, quæ alias de Meſſia ſub nomine* Juſti *inveniuntur: ut cum dicitur Sapientiæ* 2, Opprimamus & circumveniamus Juſtum.

f *Ioſephus lib. 13 cap. 8 trium dumtaxat hæreſeon meminit,* Phariſææ, Sadduceæ, *& Eſſenæ: at ſeptem à ſe prius deſcriptas in Commentariis hic ait Hegeſippus, cui credimus, & Ioſephum ſolum tres precipuas nominaſſe.*

F

g *Hic Actorum 23 & deinceps vocatur* Ananias, Princeps Sacerdotum.

h Oſtium *poni videtur pro* exitu *ſeu fine: intendebam enim, ut ſimpliciter reſpondendo quod obiiſſet in cruce, videretur ejus divinitatem negare.*

i *Non ſolum quarumcumque tribuum Iſraelitas, ſed etiam gentiles ad diem feſtum undequaque ſolitos Hieroſolyma aſcendere, notius ex Euangelio eſt, quam ut contra Scaligerum probari debeat: cujus etiam ſcrupulo de gentibus templum non ingredientibus facile ſatisfacit ipſe locus, in eam partem proſpectum habens, ad quam gentilibus quoque fas fuerit accedere.*

k *Aſt* Rechabitæ, *de quibus Hieremiæ 35, ex Madianitis inter Iudæos habitantibus erant, uti ex 10 Numerorum liquet; quomodo ergo ex iis Sacerdotes erant? Gloſſema igitur hoc de ſuo adjecerit vel Hegeſippus vel Euſebius, eo quod legeretur* filius Rechab, *adductus in hunc errorem: cum nomen hoc ferre potuerit etiam ex Aaronis familia aliquis, ſicut ex Iudæis multi geſſerunt nomen* Iſmaelis, *quos ridiculum foret* Iſmaelitas *dicere.*

D E

DE S. ANDEOLO SVBDIACONO

MARTYRE IN TERRITORIO GALLIÆ VIVARIENSI.

G. H

AN. CCVII.

Acta & MSS. & apud Boſquetum.

ACta vitæ & martyrii S. Andeoli *damus ex antiquo Legendario noſtro, quod aliquot tomis comprehenſum nobis comparavimus, ac ſæpius deinceps, quia ab hoc menſe Majo uſque ad finem anni plurimorum Sanctorum res geſtas continet, lectori proponemus. Conſentiunt hiſce Actis ea, quæ Franciſcus Boſquetus parte 2 hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ edidit à pag. 91. Capite primo contenta, leguntur plane eadem in Actis SS. Andochii, Thyrſi, & Benigni, nobis Autiſſiodoro ſubmiſſa à Petro le Venier Pœnitentario Eccleſiæ Autiſſiodorenſis. Eadem & contenta Capite ſecundo iterum deſcripſimus, ſed cum aliqua hinc inde varietate, ex antiquo MS. Trevirenſi monaſterii S. Maximini: reliqua deerant: ſed aderat Prologus, quem ex dicto codice ſolo damus. Similia Acta, ſed plurimum contracta, ſubmiſit nobis Ludovicus Nicqué Cæleſtinus Sueſſionenſis. Præterea, quæ jam dicto capite primo deſcribuntur, indicantur etiam in variis Actis MSS. apud nos collectis, tum S. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis, ad* XXVIII *Iunii dandis; tum SS. Andochii & Thyrſi, ad* XXIV *Septembris illuſtrandis; tum denique S. Benigni, qui colitur Kalendis Novembris.*

B

à quibus expungendum S. Polycarpi nomen,

2 *Ad temporum rationem quod attinet, implicatam eam reddit S. Irenæus, poſt cujus Martyrium dicitur Andeolus cum ſociis miſſus in Gallias à S. Polycarpo: quæ ſubſiſtere nequeunt: cum S. Polycarpus ad annum* CLXX *vivendo non pervenerit, & S. Irenæus ſolum paſſus ſit* III *ſeculo Chriſtianæ Æræ jam inchoato. Hanc difficultatem ſi removeas,* in reliquis ſtare poſſe S. Andeoli Acta *cenſet prælaudatus Boſquetus. Removebis autem, ſi credere velis, pro aliquo Smyrnenſi Epiſcopo, cujus nomen exciderat è memoria, uſurpatum temere nomen S. Polycarpi, eo in Gallia notius quod ejus diſcipulus fuerit S. Irenæus. Expungo igitur* Polycarpi *nomen, &* Smyrnenſis Urbis Epiſcopum *indefinite ſubſtituo: tum*

ut conſiſtant tempora.

cum bona lectoris ſic præmuniti gratia, tempora advenientis in Gallias Andeoli & pro Chriſto patientis ſic ordinata propono. Anno Severi Imperatoris X, *Chriſti* CCII *S. Irenæus apparuerit Epiſcopo Smyrnenſi, cujus nomen latet, eumque monuerit ut in Gallias mitteret* S. Andeolum, *quod eodem ipſo anno contigerit, aut aliquanto poſt. Hic ab ſociis ſejunctus ad ſiniſtram ripam Rhodani, ut mox dicemus, aliquot annis Chriſti Euangelium annuntiavit, & plurimos convertit. Dein anno Chriſti* CCVII *Severus Imperator illac tranſiit, &* S. Andeolum, *in fide Chriſtiana conſtantem, martyrio coronavit: cujus* oſſa tempore Lotharii Imperatoris ipſo revelante fuiſſe reperta, *traditur ab Andrea du Cheſne tomo 2 Scriptorum Hiſtoriæ Francorum pag.* 402.

C

Memoria in antiquis faſtis.

3 *Hujus martyrii paſſim meminerunt Martyrologi Latini, excerpto ex Actis ejus elogio: quod apud Adonem tale eſt:* In Galliis territorio Vivarienſi, in loco qui vocatus eſt antiquitus Gentibus, S. Andeoli Subdiaconi, quem miſit ab Oriente S. Polycarpus (*imo hujus ſucceſſor*) cum Beato Benigno & Andochio Presbyteris & Thyrſo Diacono, ad prædicandum verbum Dei in Galliam. Cujus prædicatione Cæſar Severus comperta, ſpinoſis fuſtibus crudeliſſime flagellatum in carcerem trudi præcepit: & alia die productum, cum videret ſuperari non poſſe, juſſit ad ſimilitudinem gladii, de ligno duriſſimo enſem fieri, & in crucis modum caput ejus ſcindi. Quod cum factum fuiſſet, eliſo in terram cerebro, glorioſa morte tranſlatus eſt. *Eadem ſed magis contracta, habentur apud Vſuardum, Notkerum, Bellinum & alios recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano. Omitto nominare Hiſpanicum Martyrologium Tamaji de Salazar, qui* S. Andeoli *in Hiſpaniam pertrahendi auctorem habuit Pſeudodexterum: hic vero non aliud funda-*

mentum, quam quod Petrus de Natalibus, poſt eumque Manrolycus, pro Vivarienſi *Galliæ* territorio *expreſſerint* Nivarienſe, *per errorem typographis aut librariis condonandum: quod ſatis ei fuit ut cogitaret de* Nivaria Carpetanorum, *ipſa forſan quæ hodie* Nieva *dicitur, Comitatus indidem appellati caput, Ortelio* Nipharia.

Burgum S. Andeoli.

4 *Ioannes Columbi libro de Rebus geſtis Epiſcoporum Vivarienſium pag.* 8 *aſſerit,* locum, qui dicebatur quondam Gentibus, nunc ab illuſtriſſimo Martyre appellari Burgum S. Andeoli: & in ipſo viſi carcerem ſubterraneum, qui clauſum habuit in vinculis, neque infrequentibus clarere miraculis. *Ceterum probare non poſſum nominis rationem, in Actis num.* 18 *propoſitam, quaſi à Severi ſarcaſmate impio, accepiſſent illud Chriſtiani. Forte* Gentii buſtum *antiquitus appellatus locus, ludendi in nomine occaſionem dedit vulgo, ex cujus traditione crediderim conſcripta Acta, poſt decurſum plurium ſeculorum, non abſque rhetorico aut potius juvenili ornatu ſermonum invicem habitorum, non à coævo auctore compoſita. Licet enim n.* 14 *legam,* Hæc ergo quæ in crypta geſta ſunt, *dum iſtic attineretur S. Andeolus,* cuſtodum relatione cognovimus: *non perſuademur tamẽ ea ſic cognita eſſe immediate. Nam ipſamet hæc* crypta, *ſub templo Martis extructa, antiquitatem non maximam ſapit: quia Chriſtianorum, & quidem jam pacate agentium fuit, non Gentilium, ædificandis templis cryptas ſubſtruere: & in fine Capitis* I *allegantur geſta Paſſionis SS. Benigni, Andochii, Thyrſi, tamquam pridem ſcripta, quæ tamen non videntur eſſe vetuſtiſſima, ut quæ ſimili laborent vitio, nominati perperam S. Polycarpi; & concluduntur Acta cum atteſtatione miraculorum* uſque hodie *perſeverantium; & ſtylus totus conformis Prologo, poſteriora ſapit ſecula: Prologus autem ita operoſe amolitur lectoris faſtidium & fabuloſitatis ſuſpicionem, ut vel ſolus ſufficiat ad elevandam majoris antiquitatis fidem.*

Actorum fides non omnino maxima.

E

Martyrium ſociorum.

5 *S. Andeoli ſocii, videlicet* Benignus, Andochius & Thyrſus, *in Actis antiquis à nobis Romæ in bibliotheca Patrum Congregationis Oratorii deſcriptis, dicuntur martyrio coronati, cum* defuncto Severo Imperatore ſucceſſiſſet Aurelianus, iniquior ſicut imperio, ita & malitia. *In Chronico Divionenſi apud Iſmaelem Bullialdum, in Diatriba de S. Benigno pag.* 17 *habes, quod* Imperator Aurelius, quĩ & Aurelianus vulgo dicebatur, ingreſſus caſtrum Divionem, S. Benignum vinctum & cæſum juſſit præſentari. *Qui ergo in Romano MS.* Aurelianus *appellatur, eſt* M. Aurelius Antoninus, *Severi ſucceſſor, ab uſitato ei veſtitus genere cognominatus* Caracalla; *quem aliquando* Gallias petiiſſe *teſtatur in ejus geſtis Ælius Spartianus. Caracalla occiſo ſucceſſit* Macrinus, *eoque non die poſtea ſublato,* M. Aurelius Antoninus Heliogabalus, *ſub quo in dicto Chronico dicitur* S. Benignus *occiſus. Quæ ad hujus & aliorum diem natalem erunt accuratius diſcutienda.*

F

VITA

Ex variis MSS. collatis cum editione Boſquetti.

PROLOGUS.

1 SAnctorum Martyrum geſta per ordinem exequi, atque triumphos veraci quidem ſed paupere referare ſermone, non tam ſcriptori laborioſum, quam legentibus veremur eſſe lacinioſum: Et cum Martyribus dolor vel labor non fuerit ſupplicia ſuſtinendo; timemus, ne forte legentibus, idipſum generet

EX MSS. ET EOSQUET. fastidium recensendo. Hæc idcirco præmisimus, quia Beati Andeoli Martyris passionem, qui ob gloriam cœlestis regni & nomen Domini nostri Iesu Christi, animam suam ad mortem, & corpus suum non dubitavit ad supplicium tradere, per ordinem scribere, atque ad posteros fideli relatione transmittere, Domino juvante, curavimus: non solum simplici relatione pandentes, quod vel in ipso intrepide usque ad mortem persistente, ac Dominum confitente, dictum gestumque cognovimus; sed & patriam ejus simul & causam deferendi patriam, similiter, ut comperimus, annectentes. Non ergo fabulosum narrare nos aliquis credat, si gesta Passionis ejus, ut diximus, sicuti jam à nobis comperta sunt, proferimus.

CAPUT I.

E revelatione iter Smyrna in Gallias.

2 IGitur posteaquam glorioſus Irenæus Episcopus, fidelissimum pro Christo martyrium consummans, *a* migravit ad cœlum; *b* medio noctis fere tempore, *c* vultu terribili, umbra pacifica, & cum multitudine Martyrum, ad *d* Smyrnensis urbis Episcopum, à quo doctus fuerat, veniens, ait ei: Agnosce filium quem erudisti, Pater: cognosce, sancte Sacerdos, Irenæum tibi fuisse ministrum. Ecce accepimus promissionem, quam nobis promisit Rex cælorum & terræ factor: nihil nobis de promissione sua fraudavit Redemptor noster. Nunc ergo, Pater, audi verba filii tui, & transmitte duos Sacerdotes, id est, *e* Benignum & Andochium, & Thyrsum Levitam, Gallia-

a b c d *Smyrnensis Episc. à S. Irenæo per visum monitus*

e *de mittendis in Gallias SS. Benigno Andochio & Thyrso*

rum urbibus prædicare, quos nosti virtutibus & sapientia plenos; quoniam oportet eos illic per martyrii gloriam instigante *f* diabolo triumphare. Sed quia in illis regionibus paucitas Christianorum est; præcipe ut baptismatis gratiam populis præbeant. Notum enim tibi sit, sanctissime Pater, quia gens illa inspirante Domino copiose desiderat ad viam veritatis venire, ac deserere idola, & servire Christo. Et cum hæc sancto suo sermone locutus fuisset, rediens *g* ad Martyres discessit ab eo. Mane autem facto, *g* Episcopus suos alloquitur Fratres, referens eis quæ viderat, & ut felix iter aggrediantur, hortatur simul & monet. Tunc sancti Sacerdotes Benignus & Andochius, una cum Thyrso Diacono, hæc audientes, gaudio magno repleti sunt; & præceptum Christi tam magnum cum omni alacritate suscipientes, ire quo jubebantur disponunt fiducialiter.

C 3 Adveniente vero nocte, vigiliis & hymnis Domino vacantes, & pro tanta visione gratias agentes, facta luce valedicentes sanctis Fratribus, iter arripere parant. Sanctus autem Episcopus cum lacrymis & gaudio deducens eos usque ad portum, ubi naviculam ascensuri erant, cum ipsis descendit, & valedicens eis ait illis, Angelus Domini comitetur vobiscum, Spiritus sanctus sit in visceribus vestris. Magna vos in cœlis gloria expectat, ô piissimi Fratres: vos ergo verbum Domini gentibus prædicate, adventum Christi omnibus annuntiate. Videte itaque ne in aliquo vereamini: multos enim habetis adjutores atque intercessores, qui pro vobis Dominum interpellare non cessant. Et hæc dicens, dansque eis pacem, reversus est. Illi vero ascendentes naviculam, divino favente auxilio, in Corsicam sunt delati: statimque tantæ tempestatis affuerunt procellæ, ut omnes nautæ dicerent, se non solum visu, sed nec auditu tales potuisse comperire. Tunc sancta inter eos erat ista collocutio: Forsitan non omnia, quæ ad divinum pertinent ministerium exhibemus, aut in his locis nos vult divina clementia prædicare: sed quantum cognoscimus, omnes qui in his locis versantur Chri-

eos ad navim deducit:

qui tempestate coacti in Corsica subsistere

stiani *h* manifestissimi sunt. Tunc S. Thyrsus taliter suos collegas alloquitur, dicens: Sanctissimi viri, vacemus hac nocte orationi, & studeamus psalmodiæ: forsitan Dominus Iesus Christus revelare dignabitur servis suis, qua ex causa tempestas insidiatur nobis, & videtur esse contraria; feceruntque ita, & illucescente die paululum declinaverunt capita sua somno. D *h*

4 Tunc S. Benigno beatissimus Irenæus apparuit dicens ei: Carissime frater, in patria ad quam dirigimini paucitas videtur esse Episcoporum, nec facile invenietis qui vobis ad divinum ministerium debeant ordinare solatium: proinde dignum est ut vobiscum ducatis omne officium, ut non una aut duæ civitates de vestris corporibus exornentur, sed multa loca de vestra præsentia possint illuminari. *i* Sustinete ergo hîc, donec Frater noster Andeolus Subdiaconus vestro subjungatur itineri. Surgens autem à somno beatissimus Benignus retulit sociis; illi vero Dominum glorificantes atque gaudentes tribus sustinuerunt diebus. Tertia vero nocte veniens ad Episcopum Beatissimus Irenæus, eo schemate sicut & antea, dixit ad eum: Pater sancte, adhuc nobis videtur ut dirigas Andeolum Subdiaconum post Fratres nostros, ut in unum juncti & simul pergentes, Euangelistarum in eis videatur impleri numerus. Mane autem facto Episcopus quæ viderat S. Andeolo narravit. Ille vero hæc audiens, exultans & gaudens dixit ad Episcopum: Pater bone, ne tardaveris implere Domini jussionem, sed quæ tibi præcepta sunt, ut bonus pastor fiducialiter accelera adimplere; ut cum ante Christi tribunal veneris, non solum de tuis meritis, sed & de nostris laboribus glorieris. Hæc autem B. Andeolo dicente, utrique descenderunt ad portum, ubi eidem navicula divinitus parabatur.

discunt expectandum S. Andeolum. *i*

E *Hoc etiam missso.*

5 Tunc talibus eum allocutus est verbis, dicens: Dulcissime Frater, ubicumque ieritis verbum Dei intrepide & incessabiliter prædicate, adventum Christi omnibus annuntiate. O quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium regnum Dei! Videte ergo ne vos longi itineris frangat austeritas, ne regionum longinquitate turbemini, aut parentum desideriis coacescat cor vestrum. Non vos ullæ minæ, non iniquissimi Cæsaris conturbet impietas: sit in cordibus vestris B. Pauli Apostoli sermo, quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur nobis, & valedicens cum lacrymis dixit ei: Paradisi gloria perfruamini, & ante tribunal Christi reportantes fructum laboris vestri vos ipse excipiat, & in illa felicium justorumque regione associet athletis suis, ubi lux permanet, & vita regnat. Et ascendens B. Andeolus in naviculam, tertia die feliciter sanctorum Martyrum affuit præsentiæ; qui pariter gaudentes, ac Domino vota solventes, ascendunt navim, properare cupientes ad Galliam, ubi fuerant destinati. Gratia autem Domini favente celeriter eos ad Massiliam unda maris advexit. Egressi vero ad terram, habito consilio, ad Lugdunensem properant urbem. Cumque venissent reperiunt S. *k* Zachariam Presbyterum, qui ob persecutionis procellam latenter in crypta inter Martyrum sepulcra latitabat: cum quo verbum Domini meditantes, atque in Spiritu sancto gaudentes, Dominum pariter precabantur, ut eorum dirigeret gressus.

F *prægressisque adjuncto* *appellunt,* *k*

6 Et dum ibidem morarentur, Angelo Domini adveniente, visum est sanctis Fratribus ut B. Andeolum ad *l* Carpentoratensem urbem prædicationis gratia destinarent. Tunc valedicentes sibi ac flentes oraverunt sic: Respice, Domine Iesu Christe, servos tuos in hoc loco nunc peregrinos; & præsta, ut quos nunc facit absentia corporalis esse divisos, in conspectu majestatis tuæ reportantes fructus justitiæ facias

& separantur. *l*

A facias adunatos. Tunc beatiſſimi Sacerdotes Benignus & Andochius, una cum Thyrſo Diacono, ad Auguſtodunenſem urbem properant feſtinanter. Quę autem miro modo de ipſis acta fuerint, geſta Paſſionis eorum manifeſte declarant.

ANNOTATA.

a *Migravit die* 28 *Iunii anno* 201.

b *In MS. Vita S. Irenæi, à nobis in Archimonaſterio Ciſtercienſi deſcripta; & in MS. Vita SS. Andochii, Benigni & Thyrſi, Romæ in Vallicellana reperta, interponitur* ſeptimo die *poſt obitum.*

c *MS. S. Maximini* vultu lætiſſimo, *in alio MS.* ore pacifico.

d *Hic expungimus nomen S. Polycarpi, uti temere uſurpatum vel intruſum: huic autem forſitan aptata ſunt reliqua, quibus Epiſcopum, ut ſuum olim Magiſtrum, alloquitur Irenæus: niſi hunc dixeris mortuo Polycarpo perſeveraſſe ſub diſciplina ſucceſſoris, quem proinde pari jure potuerit appellare magiſtrum.*

e *Coluntur* S. Benignus 1 *Novembris*; SS. Andochius & Thyrſus 24 *Septembris.*

f *MS. S. Maximini*, de diabolo triumphare.

g *Iterum hic & deinceps loco*, S. Polycarpus, *ponitur ſimpliciter*, Epiſcopus.

B h *Fidem in* Corſica *à S. Paulo Apoſtolo prædicatam aſſerit Primus Cabilonen. Epiſcopus in Topographia SS. Martyrum: eſtque ipſorum Inſulanorum traditio.*

i *In MS. S. Max. iſta adduntur:* quia dies erit, ut ſepulcra veſtra valde honorentur in terris, & animæ veſtræ ſeptuplum quam ſol fulgere videantur in cælis.

k Zacharias, *comes S. Irenæi, eum ſepelivit: ac dein factus eſt Epiſcopus Lugdunenſis; & teſte Adone in Chronico, præfuit tempore Paracodis Epiſcopi Viennenſis.*

l Carpentoracte *urbs Epiſcopalis & caput Comitatus Venuxini, in ditione Pontificia Provinciæ inſerta.*

CAPUT II.

Fides Chriſti annuntiata. Comprehenſio. Vulnera tol. rata. Plagæ ſanatæ.

Bergoiate Chriſtum prædicanti:

a C 7 SAnctus vero Andeolus ad urbem Carpentoracenſem feſtinans, & per aggerem publicum iter agens, uſque ad Rhodanum fluvium pervenit: ibique inventis negotiatoribus, cum ipſis navali evectione uſque ad locum, qui *a* Bergoiate vocatur, deſcendit; ibidemque ſubſtitit; quia diei noctis ſuccedebat initium, mane volens carpere viam, per quam ad locum ubi deſtinatus fuerat poſſet accedere. Interim nocte illa non ceſſavit hoſpites ſuos verbo veritatis imbuere, & adventum Domini inceſſanter prædicare. Mane autem facto non ſolum incolæ loci illius, ſed etiam vicini, fama Sancti hujus cito currente, cognoſcentes quæ ab eo ſalubriter dicebantur, ad audiendum Dei hominem avide concurrebant; ac verbum veritatis ab eodem cum omni exultatione ſuſcipientes, Domino quem cognoſcere merebantur, vota vovebant.

b ſuperveniens Imperator Severus

8 Dum hæc itaque agerentur, iniquiſſimus Cæſar *b* Severus ad urbem Valentiam properans, vidit in eodem loco ad audiendum Dei hominem turbas hominum convenire; & interrogans quam ob cauſam ibidem tam devote utriuſque ſexus concurreret multitudo, cognovit B. Andeolum Dominum Ieſum Chriſtum, Dei Patris filium, voce publica, & adventum ejus in quo judicaturus eſt vivos & mortuos, omnibus annuntiare. Sed invidus diabolus, tam præclaram Chriſti lucernam extinguere conatus eſt. Denique Severus, ſtatim hoc verbo audito, ira cum dæmonio repletus, accerſitum eum ad ſe adduci præcepit; atque ipſe, cum omni multitudine quæ ſecum erat, ad Sanctum Dei interficiendum feſtinus advenit; & deſcendens de curru ſuo, apprehendit lapidem manu ſua; tantaque eum invaſit furoris inſania, ut ante ullam interrogationem Dei hominem in capite crudeliter feriret. Quo facto ſtatim manus illius arefacta eſt. Tunc nequiſſimus Cæſar, cum ira- *jacto lapide ferit, & punitur.* cundia & furore, dolore conſtrictus, dixit ad eum: Dic mihi ſeductor, unde es? aut quod tibi eſt nomen? vel quare decipis homines bene viventes? & neſcio ad quam perfidam ſectam vis declinare? Cumque B. Andeolus teneret ſilentium; converſus ille ad ſuos, dixit eis: Credite mihi quia magus eſt iſte: nam ex quo de lapide eum attigi, brachium meum torqueri non ceſſat.

9 Et aſpiciens ad Sanctum Dei, dixit ad ipſum: Dic nobis, maledicte, unde es? vel quæ te cauſa huc *S. Andeolus Chriſti fidem palam profeſſus.* venire fecit? S. Andeolus cum omni patientia ac ſimplicitate reſpondit: De partibus Orientis ab Epiſcopo Smyrnenſi in iſtam provinciam cum Dominis & Patribus meis miſſus ſum, ut verbum Dei gentibus prædicemus, & adventum Ieſu Chriſti Dei ac Domini noſtri ignorantibus annuntiemus; & recedentes miſeri homines ab idolis manufactis, ac deſerentes inſanam culturam, & imagines quas diabolus B ad perditionem animarum adorari perſuadet, illum cognoſcant eſſe Deum qui in cælis eſt, qui nobis omnibus ſpiritum vivendi & animam contulit. Nomen vero meum, ſi ſcire vis, Andeolus vocor. Tunc Severus admirans ſuper ingentem patientiam ejus, dixit ad eum: Ergo propter hoc tantum in iſtam provinciam veniſti, ut diis noſtris contumeliam faceres, & ſequentes te ad tormenta patienda tibi aſſociares? Certe in regionibus iſtis, vana neſcio quæ & ſuperflua prædicando, vitam male finies. Sed audi conſilium meum, dimitte hanc ſectam, nuper à *non movetur promiſſis aut minis.* Chriſto neſcio quo adinventam, qui iſta prædicando crucifixus aſſeritur: tu vero ſi vis, primus poteris eſſe in palatio meo, & locupletem te ac ſplendidum, ſi mihi conſenſeris, faciam. Ceterum ſi in his quæ agis permanere volueris, diverſis tormentis faciam te ultimum vitæ tuæ finire diem.

10 Et converſus iniquiſſimus Iudex, interim, dixit ei: Dic mihi per Deum quem colis, ſi eſt tibi *c* ac- *c* queſtus auri & argenti dum iſta prędicas? S. Andeolus reſpondit: Divitiæ noſtræ non in auro atque argento, ſed in Chriſti gratia aut ejus regno conſiſtunt. Tunc Severus quaſi blando ſermone dixit ei: Crede mihi, quia ſi volueris ad deos noſtros converti, & cum humilitate ipſis ſacrificium offerre, ditiorem te & honoratiorem ceteris adſtantibus faciam. Nam dii noſtri miſericordes ſunt: cum enim vident contemptores ſuos ad ſe cum humilitate reverti, ſtatim omnes culpas & exceſſus remittunt. S. Andeolus reſpondit: Ego in iſta provincia non aurum & argentum, ſed animas hominum acquirere veni, quia rationabilius eſt illum coli qui cælos & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, fecit, quam idola muta & ſurda, quæ tu colendo projiciendus es in ignem inextinguibilem, qui paratus eſt diabolo, & vobis qui conſentitis ei. Infeliciſſime hominum, ſi tu colendo res vanas *divitias oſtendit eſſe vanas:* animam tuam occidiſti, vel hunc ſimplicem populum non ſubvertas, ſed permitte eum ad viam veritatis venire. Si velles miſer cognoſcere Creatorem tuum, divitias iſtas, quas per tempus habes, in æternum poteras poſſidere. Sic enim promiſit Dominus & Salvator noſter, quia quæ homo dereliquerit in hoc ſeculo, & ſecutus eum fuerit, cum vita æterna centuplum accipiet in futuro de theſauris ejus. Intellige, infelix, quia hæc quæ colis opera manuum hominum ſunt, tua autem ordinatione ad ſubverſionem hominum facta: melius vero faceres ſi omnium elementorum

EX MSS. ET BOSQUET.

factorem cognoſcens, ad lumen de tenebris perveni-
res, & non tot millia hominum tecum deduceres in perditionem: nam & divitiæ tuæ, quas mihi promittis, tecum erunt inter tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium.

in trochleis extenſus, fuſtibus cæditur:

11 Tunc iratus Severus juſſit eum inverſis manibus ad trochleas extendi, ita ut brachia illius arrecta viderentur; atque ſpinoſis vectibus eum crudeliter cædi præcepit, ſic vero ut quinquaginta fuſtes ad inſtar brachiorum à tergo illius frangerentur. Ille autem extenſus dum cæderetur, non ceſſabat Domino gratias agere, dicens: Gloria & laus tibi, Domine Jeſu Chriſte, quia jam initia paſſionis in me miſero & indigno dignaris oſtendere. Præſta Rex gloriæ, ut in his perſeverans cum victrici corona ante Majeſtatem tuam merear pervenire; S. Polycarpe, magiſter meus & amice Chriſti, gemma ſplendida, laus & corona mea, ora pro me ſervo tuo, ut tolerantia roboratus, cum venerim ante tribunal Chriſti, de tua doctrina & mea in Chriſto victoria, habeas cum gaudio mecum triumphare. Cum autem omnes illi fuſtes à
d tergo ipſius fuiſſent confracti, *d* Severus dixit miniſtris ſuis, Solvite eum, & quærite locum tenebroſum & ſqualliduin, ubi nullum lumen appareat, ibique
S eum recludite diligenter, ne forte aliqui de aſtantibus colloquantur cum eo, & perſuadeat aliquos ad ſuam vanam perfidiam declinare.

carceri inclujus,

12 Tunc unus de militibus, Cerecius nomine, dixit a Cæſarem: Domine, eſt in alia ripa fluvii cœptum eri templum invictiſſimi Martis, ſub ipſo eſt crypta conſtructa, in qua ſi jubet Magnitudo tua, tutiſſime poterit iſte recludi. Severus dixit: Optimam rem dixiſti. Convenit enim utilitati noſtræ ut non in tanta conſtipatione populi maneat, ne verbis ſuis, ad ſuperſtitioſam ſectam, quam prædicat, aliquos ingenio ſuo perſuadeat; ſed & nos, dum inimicum noſtrorum deorum ipſis vinctum præſentare videmur, gratiam eorum maximam poſſumus promereri. Jubente ergo Severo ductus eſt homo Dei, & in crypta dæmonibus dedita impie truſus. Vigilantibus vero ante cryptam cuſtodibus, medio fere noctis tempore viderunt lumen immenſum deintus, & multitudinem Sanctorum cum beato Martyre colloquentem apertiſſime audierunt. Hortabantur autem eum dicentes ei: Dulciſſime frater, forti animo eſto, ne timeas: craſtina enim die accipies coronam martyrii. Suſcipiet vero ille te, pro cujus nomine glorioſum certamen intrepide ſuſcepiſti. Securus ergo eſto
C de promiſſione Domini, quia te ſtatuet ante conſpectum ſuum, & fulgebis in regno ejus ut ſol, & poſſidebis habitaculum perenne, divitiaſque quas nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt. Recordare ergo Domini noſtri mandata, quia multa nos pati propter nomen ſuum promiſit: ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

à Sanctis apparentibus corrobo ratur,

13 Orantibus vero eis ac diſcedere cupientibus, valedicentes dixerunt ad Martyrem Chriſti: Ita, frater, cœptum curſum percurre, ut te Chriſtus cum gloria martyrii & triumphali corona intra portas paradiſi excipiat, & ad portum perducat, ubi naufragium nullum timetur, & ubi periclitationis nullus accedit caſus. Sanctus vero Andeolus perfuſus lacrymis, precabatur eos dicens: Suſtinete obſecro adhuc, ſanctiſſimi viri, quia ex quo ad me loqui cœpiſtis, & vulnera carnis meæ ſanata ſunt, & conſolationis maximus datus eſt locus. Orate itaque, Domini

& ſanatur.

mei, ut robur mentis mihi accreſcat, ut ſubſequentibus exemplum dignæ relinquatur provocationis; & gentibus, ſi in me tolerantiam viderint, credendi aperiatur aditus. Et his dictis, hymnum Domino modulata ſuavitate canentes, diſceſſerunt ab eo. Hæc ergo quæ in crypta geſta ſunt, cuſtodum relatione cognovimus. D

ANNOTATA.

a Bergoiate, Bergoate *ſeu*, Barbogate, *videtur è regione* Burgi S. Andeoli, *ad ſiniſtram ripam Rhodani, in Delphinatu hodierno fuiſſe. ubi mappæ notant* la Berreria.

b *Circa an.* 207, *cum per Gallias diſcederet in Britanniam: quæ porro hic ſequuntur de jacto in Sanctum lapide & jacientis brachio areſa. o, eo narrantur modo ut ſuſpecta merito haberi poſſint.*

c *MS. S. Maximini*, acquiſitio.

d *In MSS. Andainenſi & S. Maxim. hæc inſeruntur:* Cæſar præcepit miniſtris ſuis, ut decem ſubulas calidas in corpore infigerent. Cumque hoc factum fuiſſet, ipſe ſanctus Martyr illæſus permanſit, laudans & glorificans Deum, qui eum cuſtodivit à pœna. Tunc impiiſſimus Cæſar, non ferens injuriam, juſſit afferri rotam & alligari Sanctum, & ſub rota incendi flammam ſubter eum, & oleum deſuper fundi præcepit, ut celerius conſummaretur. Sanctus vero Andeolus alligatus eſt in rota: & cum ſolveretur rota, conquaſſavit totum corpus ejus. B. Andeolus aſpiciens in cælum, dixit: Benedico te, Domine Deus meus, qui in cælis es: gratias ago Pater meus: Jeſu Chriſte, ne me derelinquas in hoc certamine: ſed extende manum. *Hæc in dictis MSS. & deſunt in aliis MSS. neque eorum mentio fit in Martyrologiis. Reliqua porro deerant in MS. S. Maximini.* E

CAPUT III.

Martyrium toleratum. Corpus à ſubmerſione liberatum & ſepultum.

Eductus à carcere

14 MAne autem facto producitur ſanctus Martyr à cuſtodibus foras; & dum mora fieret Rhodanum fluvium tranſeundi, ſtans beatus Martyr ſuper ripam fluminis, oculis elevatis ad cælum & mente in conſpectu Domini conſternatus, oravit ad Dominum, ſic dicens: Domine Jeſu Chriſte, quia te toto corde confiteor, & à te auxilium contra inimicum veritatis expeto, in iſta hac die ſuſcipe ſpiritum meum, & in iſta fluvii ripa jube requieſcere corpuſculum meum. Tunc cuſtodes comprehendentes eum, ad iniquiſſimum Severum in alia ripa fluminis, ad vicum prædictum Bergoiate, ubi pro hac ſolummodo cauſa ſubſtiterat, perduxerunt. At vero militibus F Sanctum Dei foris tenentibus, ingreſſi ſeniores eorum ad tyrannum, retulerunt ei omnia quæ viderant, & qualiter cum beato Martyre multitudinem Sanctorum viderint colloquentem. Tunc Severus ait ad ſuos: Accelerate quantocius; & abſque mora interficiatur ſeductor iſte. Nam ſi audita fuerint quæ vidiſtis, vel quæ audiſſe vos dicitis, ſeditio fiet in populo, & deſpicientur Dii noſtri, & pro nihilo in poſtmodum habenda eſt traditio noſtra.

ſiſtitur Severo,

15 Procedens vero Severus ad campum non longe à ripa fluminis, juſſit Sanctum Dei Andeolum ſibi offerri. Ille autem oratione ad Deum præmiſſa, diruptoque fune, de quo poſt tergum manus ejus tenebantur ligatæ, elevans dextram manum ſuam, ſignaculo Crucis frontem & pectus munivit. Et cum ante Tyrannum cum omni fiducia adſtitiſſet, ſtupefactus Severus in aſpectu ejus, intuens ſimul & admirans dixit circumſtantibus ſibi; Conſiderate maleficum iſtum, & videte qua alacritate corporis & lætitia mentis, noſtræ aſſiſtit preſentiæ. Nobis quippe videtur, quod huc uſque ad epulas & convivia deliciis affluentia confederit. Ecce enim, ut intelligi datur, verbera noſtra ipſi omnino non nocuerunt: ſed fortiorem, ut videmus, in omnibus reddiderunt.

Sed

A Sed & ut veritatem me comperiſſe cognoſcatis, aſpicite, & videte quam læto nos conſiderat vultu. Per invictiſſimos deos noſtros, & noſtram juro potentiam, quia maleficus iſte eſt. Sed & quod ſentio dico vobis, quia ſi eum celerius interfici non fecerimus, vereor ne non ſolum nobis, ſed etiam patriæ noſtræ aliquod malum immittat.

16 Tali vero tyrannus repletus furore dixit ad B. Andeolum: Dic nobis maledicte, an tantum ad irritandam deorum noſtrorum potentiam, vel ad contemptum cenſuræ noſtræ in iſtam provinciam advenisti? Sanctus Andeolus reſpondit: Ego jam dixi tibi, quia miſſus ſum cum patribus meis à Smyrnenſi Epiſcopo in iſtam provinciam, ut verbum Domini noſtri Jeſu Chriſti gentibus & cunctis ignorantibus prædicemus: de quibus ignorantibus etiam tu, infelix, prior eſſe cognoſceris. Severus vero hoc audito *& occiditur* ſermone dixit ad eum; Per magnum Deum Martem, & per victorias ejus juro, quia amplius nec mihi, nec gentibus prædicabis. *a* Tunc juſſit ad ſimilitudinem gladii de ligno duriſſimo enſem fieri, & in Crucis modum caput ejus crudeliter ſcindi. Miniſtri vero tam impiam juſſionem explentes, ita caput ejus in crucis modum contriverunt, ut eliſo in terram cerebro, vivens in Chriſto, vitæ fecerit finem: ſicque B conſummans in Domino, ac glorioſum intrepidus complens Martyrium, laudans & benedicens atque glorificans Deum, cum gaudio emiſit animam.

17 Exanimato vero jam corpore, ac inhumato ad *Corpus lapidi annexum flumini injicitur:* omnium ſpectationem jacente, juſſit impiiſſimus Severus catenam in lapide complumbari; ibique beatiſſimi Martyris pedes, jam paſſione impleta, conſtringi; & in Rhodanum fluvium, ne à quocumque Chriſtianorum digne ſepeliretur, ſuæ ſævitiæ ſatisfaciens, præcipitari: & aſtans ſuper ripam fluminis, cum corpus ſanctum ipſo præſente eſſet jactum in flumine, quaſi jam victor interfecto inſultans, dixit: Vade nunc, ſicut te facere promittebas, & prædica gentibus. Ex ipſo enim ſermone maxime ad iracundiam impiiſſimus Cæſar contra Dei Sanctum excitatus fuerat, quia dixiſſet ei, Gentibus prædicare veni. Peracto vero jam ſcelere, & progrediente à vico ipſo Cæſare, occurrentes ei Senatores plurimi interrogabant eum, dicentes: Quid factum eſt de homine illo qui legem novam annuntiare venerat? Ipſe vero quaſi irridens, elatione & ſuperbia tumens dixit eis, Gentibus eum prædicare direximus. Ex hoc dicto appellatum eſt; nomen loci illius, ubi corpus beati *b* Martyris ſepultum eſt, Gentibus. *b* Cum autem corpus Sanctum cum lapide in flumine fuiſſet projeC ctum, ita per fluenta fluvii, ipſius gubernante dextra Majeſtatis, in ulteriore ripa recte tranſiit, ut omnes eum crederent non ob hoc ut lateret in aqua demerſum, ſed ad locum ipſum à Domino fuiſſe tranſmiſſum. Unda vero famulante perductum eſt corpus ipſum atque delatum in aridam, quaſi dextris *c* decem & octo ad ripam ipſius Rhodani fluminis fuiſſet *c in aridam defertur:* projectum. Quinta igitur jam advenerat dies, quo ubi nutu Dei jactatum ab aqua fuerat Sanctum corpus inſepultum, jacebat.

18 Cumque hoc factum incolæ loci illius cognoviſſent, venientes ad locum mirabantur valde, in hoc maxime ſtupentes, quod neque fera aliqua, neque avis ulla corpus ipſum audebat contingere. Et cum ad hujus facti ſpectaculum multitudo hominum conveniſſet; contigit matronam quamdam, nomine Tulliam, per *d* agrum publicum eodem prætérire *d* die ad agrum ſuum, ubi tunc temporis villam cœperat *à Tullia matrona* ædibus exornare. Hæc viſendi gratia properans, ad iſtum pervenit locum: & videns multitudinem hominum circa corpus ſtantem, ſtare juſſit carpentum quo vehebatur, & ait famulis ſuis: Ite quantocius, & videte quam ob cauſam ad hunc locum multitudo EX MSS. ET iſta convenit hominum: ſed & de aſtantibus illic ad BOSQUET. me adducite, ut ipſis referentibus veritatem cognoſcere poſſim. Tunc venerunt ad illam de multitudine illa, ut popoſcerat, viri duo. Quos cum illa, ob quam cauſam ibidem conveniſſent, interrogaret; illi dixerunt: Peregrinus homo hic jacet, interfectus à Severo, in *e* interiore Rhodani ripa, jactatus autem ipſo *e* jubente in aquam lapide ad pedes ligato; ſed mox *cognoſcente miracula,* catenæ diſruptæ ſunt, & corpus unda referente in iſtam jactatum eſt ripam. Nunc vero admiramur valde, quod jacens corpus neque feræ neque aves omnino contingant: ſed & paſtoribus referentibus, miracula alia in iſto loco quamplurimis demonſtrantur. Audiuntur ecce à multis nocte ſuper eum voces cantantium, cerea quoque ardentia cum magna claritate quamplures ſe ſæpius vidiſſe affirmant. Et hoc nobis inter cetera maximum videtur eſſe miraculum, cum in hoc loco rapidiſſimi fluvii prægrandia ſaxa aqua videantur devolui, taliter recte corpus ejus fuiſſe delatum. Nunc vero omnes verentur *f* perſecutionem *f* publicam, vel certe impiiſſimum Cæſarem, & nullus eſt qui ei qualemcumque ſepulturam audeat dare.

19 Tunc matrona illa, evidentius quæ acta fuerant cognoſcere cupiens, dixit illis: Rogo vos, filioli, veracius mihi ut cognoviſtis dicite: ſcire enim, ut E cernitis, cupio pro qua culpa homo iſte interfectus *& ob fidem Chriſti necem illatam,* aſſeritur. Reſpondentes duo viri illi dixerunt ei: Cognoſce, Domina, nos tibi veritatem narrare: Chriſtum Deum eſſe dicebat, & legem novam quam Chriſtiani habere dicuntur, in patria iſta docere volebat: ideo zelo ductus Severus, hæc audire non ferens, interfecit eum. Hæc illa audiens apud ſemetipſam retinuit, & nulli ſuorum quid animo cogitaret aperiens, ad agrum ſuum quo tendebat velociter acceſſit, quia ager ipſe in vicino ſitus eſſe videbatur. Ipſa vero nocte rediens cum fidelibus ſuis, & quos probatos in fide Chriſti habebat, corpus ſanctum in ipſo di- *ſepelitur.* gniſſime ſepelivit, ubi ſe multis & non paucis vicibus virtutibus plurimis Sanctus ipſe publicavit: in quo loco tantam gratiam Dominus obtentu Martyris ſui uſque hodie tribuere dignatur, ut quicumque ibidem triſtis advenerit, poſtulata percipiens, cum gaudio revertatur. Martyrizatus eſt autem Sanctus Dei Andeolus, pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Kalendas Maji; & VI Nonas Maji per beatiſſimam Tulliam ibidem, in loco qui vocatur Gentibus, ſepultus, præſtante Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto, honor, virtus, laus, imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA. F

a *In MS. Andaincnſi iſta interponuntur*: Sanctus vero Andeolus oravit ad Deum dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui nobiſcum es, & non deſeris timentes te, oſtende tua mirabilia, & jube hodie accipi ſpiritum meum. Et ſtatim vidit S. Andeolus venientem ſupra ſe gloriam Chriſti, & coronam ſuper caput ſuum, & ſtolam purpuream, & ante ipſum Archangelum cum ſuavitate odoramentorum & incenſorum cum hymnis. Tunc beatiſſimus Andeolus, ingemiſcens & reſpiciens ad cælum, oravit & dixit: Fili Dei inviſibilis & immaculate, qui deſcendiſti de excelſis cælorum, cum multa gloria & virtute & exercitu Angelorum, & donaſti mihi gloriam immortalem redemptionis, ſuſcipe in hac hora ſpiritum meum. Tunc impiiſſimus Cæſar juſſit &c.

b *In eodem Ms. additur*: Et adhæſit hoc nomen loco illi ab eo die & deinceps: *de hac autem etymi ratione jam diximus parum veroſimilem videri.*

c *Fateor me non capere vim hujus tam inuſitatæ locutionis: quid ſi extra aquam ſpatio* 18 *palmorum ejectum in terram corpus intelligatur?*

d *Mallem*

d *Mallem legere* aggerem publicum, *uti ſupra initio cap.* 2.

e *Forte legendum* ulteriori ripa: *nam* interior *idem eſſet quod* citerior: *atqui in altera ripa fuerat occiſus Sanctus.*

f *Idem MS.* Verentur publicum edictum ab impiiſſimo Cæſare prolatum, & nullus &c.

D.P.

DE S. COMINIO SIVE COMITIO

MARTYRE CATANÆ IN SICILIA.

CIRCA AN. CCLXX.

Nomen in Martyrologiis

OCtavius Cajetanus, *in ſuis tomis de Sanctis Siciliæ, deplorat ſæpius funeſtas Siciliæ clades, à Saracenis aliiſque barbaris illatas, per quas plurima monumenta & variæ Sanctorum memoriæ perierunt, magnæque tenebræ rebus ſacris ſunt offuſæ; confidens aliunde lumen aliquod ſuboriturum, quod nos ſubinde conamur accendere. Hoc faciet, quod Florentiæ ex MS. Medicææ bibliothecæ Martyrologio, & alio Caroli Strozzi Senatoris, atque ex tertio ibidem per Franciſcum de Bonaccurſiis Presbyterum anno* MCCCCLXXXVI *edito, eruimus memoriam* S. Cominii, *de quo ad baſce Kalendas Majas iſta leguntur*: Apud civitatem Catanenſium provinciæ Siciliæ, paſſio S. Cominii Martyris ſub Claudio Imperatore.

B *Acta in Legendario Lucenſi MS.*

2 *Deſcripſimus nos ex MS. eccleſiæ Cathedralis S. Martini in civitate Lucana Paſſionem* S. Comitii Martyris, *hoc principio*: In diebus illis, in Catinenſium civitate, Provincia (*correctius legerunt alii*, Provinciæ Siciliæ) in loco qui dicitur inter Primum, ſub Claudio Imperatore orta eſt perſecutio Chriſtianorum. *Finiuntur eadem Acta his verbis*, Celebratur autem natalis ejus pridie Kalendarum Majarum. *Hæc tam exigua diei unius & unius litterulæ differentia non perſuadet diverſos eſſe, hunc, cujus iſta habentur Acta; & eum, cujus mentionem faciunt prædicta Martyrologia, quorum auctores veroſimiliter habuerunt præ oculis MSS. alia, in quibus legebatur, non* pridie, *ſed* ipſo die Kalendarum Majarum. *Itaque trium librorum Florentinorum auctoritatem præponentes uni Lucenſi MS.* (*in quo, forſitan propter Kalendas Apoſtolorum cultu impeditas, Legenda iſta ad præcedentem diem retracta fuit*) *& in medio relinquentes* Cominius, *an* Comitius *legi debeat, ipſa Acta daremus hoc loco, niſi ea prorſus indigna noſtro opere judicaviſſemus ad* XXX *Aprilis: utpote ſic ſcripta, quaſi ipſe Imperator Claudius, in Sicilia præſens, hominem bubulcum, qualis fuiſſe Sanctus dicitur, oblato filiæ Claudiæ matrimonio voluiſſet à Chriſti fide avertere, in eaque conſtantem multiplici tormento tentaſſet pervertere.*

ſed fabuloſa.

C 3 *Conſideratione interim digna putamus Acta iſta, non quia veram contineant paſſionis hiſtoriam; ſed quia, ut multa ejuſmodi alia, certam quodammodo faciunt veritatem Martyrii, ab ejuſmodi nominis Martyre pro Chriſto obiti, ac vulgo per traditionem creditи, poſt plura autem ſecula infeliciter deſcripti. Hoc autem factum non fuiſſet, niſi Reliquiæ corporis olim in Sicilia publicum habuiſſent honorem, vel poſtea ſaltem, ad aliquam Hetruſci littoris civitatem delatæ, ibidem ſuam venerationem obtinuiſſent: tali enim occaſione deprehendimus ſæpe medio ævo conſcriptas Legendas, ab hominibus piis magis quam doctis; nequaquam abſurdum arbitrantibus, exigua hiſtoriæ ſemina per traditionem accepta extendere in formam narrationis ampliоris, qualem ſuo quiſque animo ex alibi lectis concipiebat.* *ex quibus tamen cultus antiquus confirmari poſſit,*

4 *Gallieno Imperatori à militibus interfecto ſuffectum Flavium Claudium, ad annum* CCLXIX *narrat Baronius; eumque oſtendit fuiſſe Chriſtianis infenſiſſimum: proinde fieri facillime potuit, ut etiam in Sicilia, ſub ejus nomine, Præfectorum aliquis reſuſcitarit perſecutionem, ab Impereratore Valeriano, Gallieni quondam Collega, cœptam, & cum ejus morte non penitus extinctam. In Actis autem SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini, Martyrum Leontinorum ſub Valeriano,* X *Maji examinandis, habemus* S. Donatum *quemdam, ex Iudæo Samuele Chriſtianum, qui poſtea Presbyter ordinatus, rei Chriſtianæ operam haud contemnendam navarit. Cum igitur Leontinis proximi Catanenſes ſint, potuit ad Donatum illum catecheſeos & baptiſmi cauſa veniſſe* Cominius *ſive* Comitius, *& ab eodem fuiſſe ſepultus, poſtquam erat* decollatus, in loco qui dicitur inter Primum, juxta Pontem lapideum. *nec non ex ætate Donati Presbyteri qui eum baptizavit & ſepelivit.*

E

5 *Ceterum illius loci ſitum Catanenſibus indagandum relinquens, hoc ſolum dico, ſolitum Præſidem & Iudicem Imperatorum Catanæ reſidere, qui inde ad vicina loca excurreret & Chriſtianos plecteret; idque cognoſci ex cæde Sanctorum* LXXV *Martyrum Mendenſium ab Apophraſio Iudice, qui Catanæ Commorabatur, morti addictorum, & ſectis ferro cervicibus coronatorum temporibus Diocletiani, qui quatuordecim poſt obitum Claudii Imperatoris elapſis annis regnare cœpit. Acta horum Martyrum habet dictus Cajetanus tomo* I *pag.* 103, *dies autem illorum martyrio ſacer eſt* XIII *Septembris.* *ac Sede Præſidiali Catanæ conſtituta.*

F

DE SANCTO MAVRO LIBYCO

G.H.

MARTYRE ROMANO, GALLIPOLI DEPOSITO.

SUB NUMERIANO

Eccleſia & Abbatia S. Mauri:

GAllipolis, *ſeu* Callipolis, *urbs Italiæ Epiſcopalis in territorio Hydruntino, ad mare Ionium, exiguo Iſthmo continenti adnexa, & ſcopulis magna ex parte vallata, atque expugnatu difficilis, eccleſiam habet* S. Mauro Martyri *ſacram, in cujus territorio verſus* Neritum, *vulgo* Nardum, *eſt* eccleſia & Abbatia conſiſtorialis S. Mauro dicata; *ubi Abbæ habet uſum mitræ & baculi cum jure conferendi Minores Ordines. Vicinus huic monaſterio eſt mons altiſſimus, cum crypta ibidem ad mille paſſu extenſa, in qua diverſis temporibus aliqui vitam eremiticam duxerunt. Ibidem colitur* S. Maurus Martyr *primo die Maji, cum magno accurſu undique advenientium, uti didicimus ex litteris Coſmi Archipresbyteri Galateni, miſſis anno* MDCXLIV *Monaſterium Weſtphaliæ, ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Fabium Chiſium, tunc Epiſcopum Neritonenſem & Nuntium Apoſtolicum ad tractum Rheni, Legatumq; pro pace Monaſterienſi, dein Pontificem Romanum, Alexandrum* VII *vocatum, qui dictas litteras, una cum* Vita S. Mauri *adjuncta nobis tranſmiſit. Eſt hæc deſumpta* ex Menologio Græco antiquiſſimo, in membranis ſcripto, & per Martinum Vincenti, Archipresbyterum terræ Calatenæ, linguæ Græcæ peritiſſimum, anno MDCIII in Latinum verſa. *Hanc ergo Vitam, ex ipſa charta nobis ab Alexandro* VII *donata, excudimus, & eſt hujuſmodi.* *Vita ex Græco tranſlata.*

cultus 1 *Maji:*

2 Fuit Maurus nobiliſſimis ac Chriſtianis ortus parentibus in Libya: ſub Imperio Numeriani floruit, & à tenera ætate in ſacris literis enutritus atque edoctus fuit. Adhuc autem adoleſcens ambos amiſit parentes: qui pauperibus erogare paternas atque maternas facultates, longinquas perquirere regiones inſtituit. Romamque ad Principes Apoſtolorum profectus, à Celerino Duce detentus, atque compulſus ad ſacrificandum, perſeveranter in fide Chriſti permanſit. *à Libya Romam profectus,* *martyrio coronatur.*

Propterea

A propterea martyrium ſuſcepit, atque inſepultus diu permanſit. Socii vero ejus, qui ex Libya eum ſecuti fuerant, Chriſti fideles, furati ſunt ſancti Martyris corpus. Videnteſque ventos proſperos eorum navigationi, condentes illud in arca, acceptoque navigio, in Tiberim prius, deinde ad mare devecti, Libyam, eorum atque ipſius patriam, verſus navigare cœperunt. Quod cum perlatum eſſet ad Celerinum, biremem munitam ad illos inſequendos enavigare præcepit, ut eorum temeritatem (quando ejus auctoritatem contemſerant) acriter puniret. At poſt longam inſecutionem, in locum Italiæ, quem Longobardi coluerant, & præcipue in locum, qui dicitur Ortholithon, quod Latine ſonat Rectum-ſaxũ, parvum navigium cum Martyris reliquiis & ejus ſociis prius, ac deinde biremis vento & undis delati fuerunt: Libyes autem, qui prius terram attigerant, habita parva temporis opportunitate, ſuſcipientes arcam, in qua Martyris condebantur reliquiæ, per arduа montis vel ferræ (loci more loquendo) fugientes, ad quoddam antrum deveniunt, ubi ſe & arcam cum beati Martyris reliquiis condiderunt. At milites biremis paulo poſt inſequentes ad eumdem ſe contulerunt locum; & cum inveniſſent ſocios ibidem occiderunt, & beati Martyris Reliquias (ut eis injunctum erat) comburere tentaverunt. Sed contra exuvias ſervi Dei, vim ſuam oblitus eſt ignis: nihil enim nocuit ſancto corpori. Peractis his rebus, miniſtri diaboli ad ſuum ducem & principem Romam redire

corpus fruſtra perſequentibus hoſtibus,

B *Callipolim delatum eſt.*

ſtatuerunt atque cœperunt: & cum deveniſſent ad inſulam civitatis Callipolitanæ (prope quam Civitatem hæc geſta ſunt) in mari cum tota bireme ſubmerſi ſunt, non ſecus ac Pharao, quando populum Iſraelis in mare Rubrum inſequebatur, ſubmerſus eſt. Nobiles ergo cives Callipolitani, cognita rei veritate, ibidem templum condiderunt ad Sancti martyris Mauri honorem, ac Summi Dei laudem: ibique ejus corpus ſervatur, ac ſociorũ duorum, qui pro ejus reliquiis ibidem mortui fuerunt, & Kalendis Maji ejus feſtum celebratur, ſicut Græca ſeu Orientalis Eccleſia celebrare conſuevit ac ſolet. AUCTORE G. H.

3 *Huc uſque Acta, quæ nobis dubium relinquunt, propriumne Martyri nomen fuerit* Mauri, *an ab Gallipolitanis ipſum ignorantibus, ex communi gentis nomine, aptatum: mentio autem Longobardorum iiſdem inſerta, per inſignem parachroniſmum (quia pluribus poſt Numerianum ſeculis eorum nomen in Italia primum audiri cœpit) manifeſte docet ipſa eſſe compoſita medio plane ævo. Græca ſi nanciſcamur in fine addentur. Interim nota, quod altiſſimum illud ſaxum ſeu mons Ortholithon nominatus mari immineat, ſitque terminus diœceſeon Neritonenſis & Gallipolenſis. At Numerianus Imperator patri ſuo Caro cum fratre Carino ſucceſſit anno* CCLXXXIII, *anno ſequenti occiſus habuit ſucceſſorem Diocletianum. Viguit olim in Eccleſia Gallipolitana uſus linguæ Græcæ, ac poſtmodum diu in more habuit, nunc originis gentiſque Græcanicæ, nunc Latinæ per vices Epiſcopum creare. Ejus Epiſcopos enumerat Vghellus tomo 9 Italiæ ſacræ.*

Vſus linguæ Græcæ Gallipoli.

DE S. HYPOLISTO PRESBYTERO G. H.

MARTYRE ATRIPALDÆ IN REGNO NEAPOLITANO.

N. CCCIII

Abellinum urbs, & Avellia, ſeu Velia dicta.

ABellinum *urbs eſt Epiſcopalis, olim Hirpinorum, nunc Principatus ulterioris (ut ea provincia in regno Neapolitano appellatur) ad Sabatum flumen, apud Montis-Virginis radices poſita; abeſt autem à Benevento Metropoli ad* XVI M.P. *à Neapoli* XXX. *Initium & nomen hujus urbis credunt aliqui ab* Veliæ, Velliæ, *ſive* Avelliæ *urbis finitimæ ruinis deſumptum. Habemus litteras à Canonicis Atripaldenſibus ad nos miſſas ac ſingulorum nominibus ſubſignatas, in quibus aſſerunt, dicta urbis prope Atripaldam ſpectari etiamnum antiqua veſtigia, integri capacia milliarii. Hanc* urbem ingreſſum S. Hypoliſtum *de quo hìc agimus*, converiſſe octo hominum millia, *quos Abellinum hodiernum, licet non ita pridem amplificari cœptum, capere nequiverit. Præterea in hodierno Abellino non eſſe* montem Capitolinum, *ex quo* S. Hypoliſtum præcipitatum *Acta indicant; eſſe vero juxta Atripaldam, inter ruinas dictæ* Veliæ, *vulgo nunc* Toppolo *dictum, & Sabato amni imminentem, quæ magis conveniunt Actis. Verum quia* S. Hypoliſtus *ſub Diocletiano eſt martyrio affectus, & memoria Abellini extat multo antiquior,* Ἀβέλλινον *Ptolomæo, & Plinio lib.* 3 *cap.* 11 Abellinates Hirpinorum *oppidani, & Frontino de Coloniis* Abellinum, ducta colonia lege Sempronia; *arbitramur nomen* Veliæ, Velliæ, *ſive* Avelliæ *potius datum ipſis ruinis, per aliquem contemptum, propriumque & integrum nomen ejus olim fuiſſe* Abellinum, *remanſiſſeque penes urbem è ruinis extructam.*

C

2 *Abellinenſes Epiſcopi vix ulli ante ſeculum duodecimum numerantur. Aliquis ſub Symmacho Papa refertur* Timotheus *nomine; alter, ſed non indicato nomine, in Chronico Fulconis Beneventani; ac tertius* Joannes, *ad annum* MCXXIV *relatus, cum ſuis ſucceſſoribus apud Vghellum tomo* 8 *Italiæ Sacræ, qui inter alia præmonet iſta*: Diœceſis Abellina, ſatis ampla, continet oppida decem & novem: inter quæ Atripalda, frequentia hominum & Sanctorum Martyrum cœmeterio illuſtris. Hic ſub Confeſſione ſeu Crypta ſupra mille & trecentos annos corpora Sanctorum Hypoliſti ſeu Hippolyti ac Sociorum, tum & Sabini Epiſcopi & Confeſſoris, ac Romuli Levitæ jacuerunt occulta: ſuperioribus vero annis reperta, decentiorem in locum tranſlata ſunt. Eorum inventionis atque tranſlationis hiſtoriam narrat doctus Bollandus tomo 2 Februarii die XIV. *Imo die* IX, *ubi agitur de SS. Sabino & Romulo, unde quæ ad S. Hypoliſtum ſpectant infra repetemus.*

ubi S. Hypoliſti corpus

in hujus diœceſi Atripaldæ.

3 *Colunt* S. Hypoliſtum *Atripaldenſes ut præcipuum Patronum, atque cum iis Eccleſia Abellinenſis, ad haſce Kalendas Maji: quo die in pervetuſto MS. Martyrologio Romano Ducis Altempſii iſta leguntur,* S. Hypoliſti Martyris. *In MS. Vaticano ita:* In civitate Avellina S. Ypoliſti Martyris, *neglecta aſpiratione. Ferrarius in Catalogo generali haſce Kalendas ita auſpicatur:* Apud Abellinum S. Hippolyti Presbyteri & Martyris ſub Diocletiano. *In Breviario Ordinis Montis-Virginis, à S. Guilielmo (de quo agendum* XXV *Iunii) fundati, anno* MDLV *Venetiis excuſo, celebratur feſtum* S. Hypoliſti pridie Kalendas Maji, *quod hic dies ſolennitate SS. Philippi & Iacobi impediatur. Iterum Ferrarius in dicto Catalogo generali eumdem refert ad diem* XI *Februarii his verbis:* Apud Abellinum in Samnio S. Hippolyti Presbyteri & Martyris, *& in notis obſervat etiam* Hippolyſtrum *appellari, itaque ſcriptum reperitur ſemper in Actis quæ dabimus. Ioannes Vincentius Ciarlantus, in memoria hiſtorica Samnii lib.* 3 *cap.* 5, *arbitratur ob corporis aliquam inventionem aut tranſlationem referri ad dictum* XI *Februarii. David Romæus, in Indice Divorum regni Neapolitani, conjungit cum SS. Atripaldenſibus Sabino & Romulo, & apponit diem* XVII *Februarii: ſed hi ſeorſim, ut dictum eſt, referuntur* XIV *Februarii. Denique* S. Hippoliti imago in muſivo S. Priſci Capuæ *viſitur, quam hujus* Hypoliſti *eſſe arbitratur Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag.* 570.

hujus cultus ſacer 1 *Maji.*

30 Aprilis, F

11 Februarii, & 17.

4 *Acta duplicia S. Hypoliſti extant in archivio citati monaſterii Montis-Virginis, in charta pergamena & characte-re Longobardico exarata: quæ inde fideliter extracta, & manu Caroli Antonii Taſcennæ Notarii publici ſignata, & à Ioanne Iacobo Iordano à Caſtello Abbate Generali Congregationis Montis-Virginis approbata, habuit*

Acta in MSS. triplicia

AUCTORE G. H. *Hyacinthus Rugerius de Atripalda Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ in regali Conventu S. Ludovici Aversæ Professor : a quo eadem aliquot notationibus illustrata accepit Silvester Aiossa, & Capua ad nos transmisit. Neutra admodum antiqua sunt : antiquiora tamen ea quæ damus, & forsitan ante seculum* x *scripta. Alia, in substantia eadem, verbis diductiora (ut forte pro Lectionibus totius Octavæ ad Matutinum usui essent) non habentur integra, sed solum primæ tres Lectiones : proinde non est visum operæ pretium ipsa dare. Sed nec tertia quædam, Romæ inventa & ex Vaticano Codice* 5334 *transcripta, visa sunt efferenda in lucem (quamvis secundorum Actorum defectum supplere potuissent, utpote sub eadem fere verborum serie ex ipsis accepta) eo quod in re nihil diversum contineant à primis : scripta cum jam Mons-Virginis religione nova insignis haberetur, ut colligitur exinde quod distantiam loci ab ipso monte explicent in principio. Ordiuntur autem hæc ab insigni parachronismo, quo adventum S. Hypolisti in Italiam sic notant :* Regnantibus Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Decio & Grato Consulibus, anno salutis ducentesimo septuagesimo septimo. *Exorsus est Diocletianus Imperator totis* XXXIV *annis post Consulatum* Grati & Decii, *qui annum vulgaris Æræ* CCL *signat : Maximianum autem allegit Imperii sui consortem, anno dumtaxat ejusdem Æræ* CCLXXXII, *regni autem proprii* III : *quod satis est indicasse, ut appareat, quam male in allegato Actorum ultimorum principio cohæreant singula.*

sola prima hic dantur.

B

5 *Vitam Italice scriptam capitibus quinque deduxit Paulus Regius Episcopus Equensis parte p. ima de Sanctis regni Neapolitani à pag.* 555 *ad pag.* 574. *Compendium extat in Breviario dicti monasterii Montis-Virginis, scripto in pergameno anno* MCCCCIII, *quod itidem inde accepimus : aliud habet Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* XI *Februarii.*

Italica extusa & Compendia indicantur.

ACTA MARTYRII

Ex vetusto MS. cœnobii Montis Virginis.

1 HYpolistus Sacerdos ex Anthiochia, divino nutu *a* Avellinum Samnitorum urbem venit : ubi mirifice Euangelium prædicavit. Cum sacrificium, quod uni Deo debetur, fieri dæmonum simulacris ferre non posset ; magnam gentium multitudinem, Dianæ templo immolantem, ab illa impietate removere conatus, eos ad Christianam religionem est cohortatus. Eius sanctitatem miraculis notam Deus fieri voluit : dæmones enim effugavit, cæcorum oculos aperuit, varios morbos & insanabiles curavit, solo invocato Iesu Christi nomine. Quibus sane miraculis *b* hominum millia fere octo fidem Christi susceperunt. Itaque ab eisdem Dianæ templum solatum, una cum ejus simulacro fracto, Christo erectum est. Quo audito innumera populorum multitudo ad eum audiendum confluxerunt ; qui auditis ejus verbis ad Christianam religionem conversi sunt. Postea precibus exoratus, Samnium (quod Beneventum dicitur Samnitorum caput) abiit, ubi & verbis & exemplo Christi fideles ad martyrii palmam adhortatus est ; qui præcepta divinæ legis optime eruditi, uni Deo cæli & terræ reddebant honores.

a

Octo millia prædicatione & miraculis ad fidem conversi :

C

b

2 Avellinum reversus, ædiculam prope Jovis templum sibi extruxit, ubi assidue prædicabat, die noctuque orationibus intentus. Cum autem in Jovis statua dæmon se responsa daturum negaret, dum ibidem Jesu Christi servus moraretur ; conquisitus inventus est Hypolistus, & alapis percussus, ad senatores Firmium, Fortunatum & Faustinum rapitur ; eique proposita capitali pœna, idolo nisi sacrificaret, libere negavit se dæmonibus eum honorem velle tribuere qui Deo cæli debetur. Quibus verbis commoti Jovis Pontifices, eum sputis & virgis cæsum nonnullis vulneribus plagaverunt : Qui postea vinctis post terga manibus, & ad *c* montem Capitolinum perductus, in foro dejicitur. Ibi ejus fidei constantia varie tentata est. Cumque idololatræ ipsum orantem circumdarent, Angelus Domini luce clarissima circumfusus apparuit, confortans eum ; qui postea evanuit. Quod magicis artibus Pontifices templi tribuentes, invidia moti suaserunt turbis, ut Hypolistum tamquam magum è medio tollerent. Interea Pontifex quidam ex illis, Batillus nomine, dissolutis ejus manibus, thuribulum ei porrexit, ut Jovis simulacro thus adhiberet. At ipse, dejecto thuribulo ac spreta illorum prava impietate, eos graviter increpavit.

inter tormenta cœlesti luce circumfusus,

D

c

3 Hinc accenduntur iracundia gentes, & ab eis sputis, luto, variisque contumeliis afficitur, ac fustibus inhumane percutitur. Qui dum eos hortabatur ut Christo servirent, templum fulgure è cælo tactum concidit, ac Jovis statua confringitur, & multi eorum opprimuntur. Quo facto majori ira succensi, eum acriter lapidaverunt : postea ligatis pedibus ad flumen Sabatum usque crudeliter per vallem raptari fecerunt : qui toto corpore lacerato, sacroque capite abscisso, migravit ad Dominum. Sanguis ejus, qui oram fluminis tinxit, aquam eo in loco salutiferam & pisces *d* mansuetos reddidit. Passus est post Christum natum circa annum *e* trecentesimum tertium, Kalendis Maji, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Marcellino summo Pontifice.

idololatrarum templo divinitus collapso

F

morti deditur :

d e

4 Quod ubi perpetratum est, Senatores edisserunt ne quis Martyris Corpus, canibus & feris devorandum relictum, humaret. Sed Deus, qui custodit ossa Sanctorum suorum, duarum mulierum animos disposuit, ut corpus ejus à quo baptizatæ erant sepelirent. Quæ nocte intempesta, spreto Senatorum edicto, dilaceratum corpus undique collegere ; & illud sindone involutum, eo in loco per spatium mille passum, ubi nunc Altripalda nobile oppidum condita est, in foveam, quam ligonibus effecerant, sepelierunt. Avellinum postea reversæ, id nonnullis Christianis prodiderunt : qui eo se contulere ut Martyris corpus asportarent : verum per subitum terræ motum & intrinsecum timorem non licuit. Quam ob rem ibi templum post persecutionem Diocletiani Imperatoris condiderunt, & corpus secreto Oratorio infra templi pavimentum in marmorea *f* urna locaverunt : quæ circa tres dies ejus festivitatis Manna *g* exsudat, quod innumeris confert salutem fidelibus.

corpus feris objectum, sed à fidelibus humatum,

manna sudat.

E

f

g

5 *h* In quo oratorio sive sacello, in progressu postea temporis, corpora Sanctorum Sabini Episcopi & Confessoris, & Romuli ejus Levitæ sepulta sunt. Anno Domini MDCIV Templum vetustum, sancto Hypolisto *i* dicatum, sumptibus totius communitatis Atripaldæ funditus instauratum, & magnificentissime constructum est.

h

i

ANNOTATA.

a *Rogerius mallet* Avellam *seu* Velliam *legi, de quæ supra actum.*

b *Hæc octo millia potuerunt esse etiam ex vicinis locis, & paulatim conversa.*

c *Asserit Rogerius se anno* 1644 *observasse fragmenta quædam, velut ingentia saxa templi Iovis, in dicto colle seu monte Capitolino, ideo sic dicto.*

d *Acta* 3 *his verbis rem explicant.* In loco etiam fluminis Sabati, ubi ejus aquas decollati Martyris sanguis intinxit, aquatilia, alias fugacissima, mansueta esse testantur, & aquam in loco ipso gurgitis jucundiorem & salubriorem esse utentibus asserunt.

A asserunt. *De præterito tempore nil dubitans Rugerius, de præsenti nihil audet asserere, addit tamen.* Franciscus Pascha, Civis meus, retulit mihi, piscatores aliquos id fuisse testatos, nimirum, in aliis ejusdem fluvii partibus aliquando pisces, vulgo Truttas nuncupatos, non potuisse capere: in ea tamen fluvii parte cepisse. At certe, non magni momenti res ista mihi videtur: consideratione tamen dignum censeo, quod, saltem circa martyrii tempora, anniversaria nocte festivitatis ejusdem Sancti (ut scripserunt quidam, referuntque alii) lumina quædam, veluti faces accensæ, intus aquam prædicti fluvii cernebantur; in illa nimirum parte, in quam projectum fuit caput sancti Martyris. Aliquid huic simile scribit Ferdinandus del Castillo, 1 parte Historiarum S. Dominici lib. 1 cap. 63

e *Annum* 303 *correxi, quo Marcellinus adhuc Summus Pontifex erat: nunc autem erat annus* 306, *& jam ante se Imperio abdicarant dicti Imperatores.*

f *Rogerius mallet legi*, in lateritio tumulo seu cementario, *quod in simili sit corpus inventum: sed potuit aliquando mutatum fuisse: & marmorum meminerunt Acta* 3.

g *Idem hunc sudorem attribuit corporibus SS. Sabini &*
B *Romuli. Sed cum aliis etiam Ciarlantus supra indicatus de corpore S. Hypolisti illud scribit. Acta* 3 *satis ambigue loquuntur*, In sequenti tempore fabricavere basilicam; & adytum secretius ibidem efficientes, absidam prope altare Martyris construxerunt, & aliorum Sanctorum ex utroque latere compositore sarcophaga. Ex illis autem marmoreis absidæ crustatis, in festo & post festum illius, dein toto ipso triduo ac quibusdam etiam aliis solennibus anni temporibus, guttatim aqua delabitur: qua epotata, languentes ex fide pristinam incolumitatem adipiscuntur. *Quomodo autem SS. Sabini & Romuli corpora liquorem emanent, vide accurate descriptum 9 Februarii fol.* 335 *num.* 27 *&* 28.

h *Reliqua nuper videntur adjecta, cum describerentur hæc.*

i *Ita hic semper scriptum fuerat, ex usu verosimiliter medii ævi, quando hæc Acta composita existimo; hoc enim suadet cura notandi num.* 1 *non tantum annum Christianæ Æræ, sed etiam Romani Pontificis tunc sedentis nomen.*

ACTA TRANSLATIONIS

Ex MSS. Abellinensi.

C 1 ANno MDCXXIX, in generali visitatione Illustrissimi Domini Bartholomæi Iustiniani, *Inventio corporis* Episcopi Avellinatis & Frequentensis, ob firmam civium traditionem sculptamque in tumulo S. Romuli inscriptionem, qua dicitur ANTE SPECUM MARTYRUM, supplicantibus Magnificis de Regimine ac Reverendo Canonicorum Collegio, licentiam concessit idem Illustrissimus Iustinianus in prædicta crypta effodiendi, ut ipsa Martyrum corpora inveniri possent; ipsoquemet Illustrissimo præsente, aliisque selectis ad hoc personis, inventum fuit ex musivo pavimentum, quod initio memorabatur; & super eo parvula quædam, quatuor ad palmos elevata muris, hinc inde testudo, sepulcraque; & in sepulcris Martyrum corpora: quæ tunc non EX MSS.
apparebant nisi numero quinque, à dextris ejusdem pavimenti composita. Quibus inventis ultra tunc procedere cives noluerunt: sed, eorum Præsule Illustrissimo consulente ac decernente, amplificare statuerunt cryptam, duas alias illi quas nuncupant alas, Septemtrionem versus, addendo, præter eam quæ pietate ac impensis Principis Camilli versus Meridiem prius addita fuerat.

2 Anno MDCXXXIII, quintadecima die mensis *& capitis* Martii, prædictis additis alis, ipso Illustrissimo Iustiniano, suoque Generali Vicario Ioanne Baptista Gripho (præsente imprimis Illustrissimo Archiepiscopo Tarentino D. Thoma Caracciolo, Præsule tunc Cyrenensi) ad corpus S. Hypolisti, quod in loco, secundum antiquam firmamque traditionem prius indicato seu digitis ostenso, ad ingressum sanctæ cryptæ dextera ex parte ingredienti jus occurrente, inventum fuerat, una cum aliis illis juxta ipsius loculum corporibus Martyrum, quæ cum S. Hypolisti corpore videbantur esse numero quinque, effodere facientibus, alia octo Sanctorum corpora inventa fuerunt. Caputque S. Hypo- E
listi, quo suum corpus à quibusdam carere credebatur, ob quosdam referentes illud abscissum tempore sui martyrii dejectum fuisse in flumen Sabati, nimia repertum fuit cretâ gypsoque involutum: nec multo post subtus illud, gypso pariter & argillâ prorsus involuta pars ea funis, sacrosancto cruore consperst, qua è colle Capitolino ad flumen usque præfatum, ferocis ad caudam tauri, Sanctum Dei virum ferociores raptaverant infideles. Modoque pars illa funis in ampullâ crystallinâ, è crystallo nimirum vulgo nuncupata di Roccâ, per Illustrissimum Dominum Thomam Caracciolum Tarenti Archiepiscopum (sicut & eodem tempore annulus aureus, in uno ex duobus Martyrum puerorum tumulo repertus) magna cum devotione servatur: & pro asservando in ea capite sancti Martyris, ut interim theca fieret argentea, conclusum fuit atque statutum.

3 Anno salutis MDCXXXIV, die prima mensis *ejusdem* Maji, ad primum ingressum quem fecit possessionis ad oppidum Illustrissimus & Excellentissimus *exaltatio.* Princeps Franciscus Marinus Caracciolus, Atripaldensium Dux; Illustrissimus & Reverendissimus Episcopus Cyrenes D. Thomas Caracciolus, Archiepiscopus nunc Tarentinus, Atripaldam venit: ac F
voluntate & expresso consensu Illustrissimi & Reverendissimi D. Bartholomæi Iustiniani, cum Sacrum feciset, caput sancti Martyris Hypolisti rite & solenniter in argentea theca reposuit; illudque asportari processionaliter per oppidum jussit, quod & fuit executioni mandatum.

5 Corpus autem glorioli Martyris, & alia duodecim corpora Sanctorum, juxta ipsius loculum reperta, Septemtrionem versus ad ultimæ alæ caput asportata fuerunt; & ligneis in capsulis, loco depositi, collocata super altare: in quo adest nunc icona Sancti ipsius Hypolisti ac sociorum, donec Deo dante decentioribus valeant monumentis asservari.

G. H.

DE SS. COLVMBA EIVSQVE SORORE

MARTYRIBVS TVRAGII IN LVSITANIA.

AN. CCCIII Borâ distat leucæ spatio templum Deiparæ, Turagium vocant: non longe videntur veteres parietinæ & aquæductus, quo in loco fama est, multos pro Christi fide sanguinem fudisse: quos inter Episcopus cum duabus sororibus animam feliciter egerunt; quarum una Columba nuncupata. Ubi vero alia cruore terram imbuit, fons statim profiliit, à nostratibus Fons sanctus appellatus: quamobrem multi adversa valetudine tentati in illo abluuntur. *Ita Antonius Vasconcellius in Descriptione regni Lusitaniæ num.* 14, *& ex eo Ludovicus dos Anios in Horto Lusitanico cap.* 17, *& Tamajus Salazar ad diem* XX *Augusti, ad Acta S. Columbæ Virginis & Martyris Conimbricensis. Diem venerationis* S. Columbæ ejusque Sororis vulgo Anominatæ, quasi Anonymæ dictæ, *assignat Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitano hunc primum Maji: at* fratrem Episcopum *appellat* Iordanum *asseritque eum coli solitum*
B *die* VI *Augusti*, *&* tempus martyrii *addit fuisse* annum CCCIII imperante Diocletiano.

2 *Extat, eodem Georgio Cardosoattestante, Lectionarium antiquum apud Antonium Mendez Priorem Ecclesiæ Turagiensis, in quo ista verba de ipsis leguntur*: Per prædicationem Vincentii, in triduo comprehensionis ipsius, multas animas Deum acquisivisse. Quare videtur certum multos alios tunc temporis sub Daciano Eboræ martyrium passos fuisse, inter quos Columba & Episcopus ejus frater &c. præcipue ubi dicebatur Cavea Martyrum. *Hinc ergo petenda ratio temporis, superius indicata: quæ si vera est, vehementer suspectum mihi redditur* Iordani *nomen, ne gratis eo fingatur appellatus S. Columbæ frater Episcopus. Hoc enim nullum umquam vocitatum invenio, nisi qui Teutonicæ gentis ac linguæ esset: ipsum certe aut ab origine Teutonicum est, aut ex nomine Latino* Gordiani *per Teutonicam contractionem formatum. Tale autem non penetrasset in Lusitaniam nisi seculis aliquot post extinctam gentilitatem. Quod Lusitanis proponimus excutiendum, ut aliquid certi ad diem* VI *Augusti proferri possit. Demum addit Cardoso brevem Relationem martyrii horum impressam esse Vlysipone, anno* MDCXLIV, *quam non vidimus.* E *Ante relatus* S. Vincentius Martyr Eborensis *colitur* XXVII *Octobris.*

G. H.

DE SS. ACIO ET ACHEOLO

MARTYRIBVS AMBIANI IN GALLIA.

1 MAII Ambianum, *urbs Galliæ Belgicæ antiquâ, Episcopalis, & hodiernæ Picardiæ ad Somonâ fluvium caput, Sanctos hosce Martyres colit: quorum memoria inscripta fuit antiquo Martyrologii Hieronymiani apographo Corbeiensi, Parisiis excuso, his verbis*: Ambianis civitate natalis SS. Agii & Acioli Martyrum. *Ex antiquo Martyrologio Ecclesiæ Cathedralis Ambianensis hæc ita solebant annuntiari.* Ambianis civitate depositio sanctorum Martyrum Acii & Acheoli. *Quæ etiam simili modo referuntur in aliis Martyrologiis MSS. & excusis. Saussajus in Martyrologio Gallicano, hoc eos elogio exornat*: Ambianis beatorum Martyrum Acii & Acioli, qui post nobile fidei certamen, ibi multarum opitulationum gloria coruscant.

Caltus sacer. 1 *Maji*

C 2 *Habemus antiqua Breviaria Ecclesiæ Ambianensis, anno* MDL *&* MDLIV *excusa: in quibus Kalendis Maji Officium totum fit de Sanctis Apostolis Philippo & Iacobo, postridie autem Kalendarum earumdem celebratur* Commemoratio Achii & Acheoli Martyrum, sub ritu Semiduplici cum novem Lectionibus: *in quibus explicatur hæc sententia*, Si Deus pro nobis quis contra nos; *quasi hæc unica vox Martyrum fuisset*, inter falsa opprobria & crimina objecta, inter ferrea vincula & carceres, inter ungulas & dilacerationes membrorum: *& pro dicti confirmatione adfertur illud Apostoli:* quia Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. *Hæc ibi. Festum istud modo translatum esse ad*
2 *Maji.* *&* 4 *Maji. diem* IV *Maji cognovimus ex Schedis D. Mauritii du Prés, Ordinis Præmonstratensis, inde transmissis.*

3 *Dedimus Vitam S. Salvii Episcopi Ambianensis, ad diem* XI *Ianuarii: ubi numero* XI *ista leguntur*: Sed & Sanctos Dei Firminum Episcopum & Confessorem, Aceum quoque & Aceolum Martyres Christi, in crypta orientali reverenter condidit, & decenter exornavit. *Floruit S. Salvius sub initium seculi septimi: Firminus colitur Kalendis Septembris, ab eoque dicitur extructum olim fuisse templum Deiparæ Virginis extra urbem, ad quod postmodum*

Corpora à S. Salvio condita:

corpus S. Acheoli ex ecclesia S. Petri translatum, *tot miraculis claruisse fertur, ut templum sit S. Acheoli deinceps appellatum. templum S. Acheoli*

Rorico Episcopus Ambianensis Canonicos Regulares S. Augustini anno MLXXXV *ibi constituit. Successor Roritonis Gervinus, confirmavit omnia, quæ iste in gratiam S. Acheoli concesserat, & superaddidit prabendam Ecclesiæ Cathedralis B. Mariæ, ita tamen ut tenerentur Clerici S. Acheoli & ipse Prior, pro vicibus suis, hebdomadam implere in Ecclesia Beatæ Virginis. cum Abbatia*

4 *Consuli circa hæc possunt Sanmarthani in Gallia Christiana, tam in Episcopis Ambianensibus, quam in Abbatia S. Acheoli, ubi exemplar constitutionis Episcopi Roriconis, è veteri tabulario desumptum, extat: excusum etiam à Luca d'Acherio tomo* 2 *Spicilegii veterum Scriptorum pag.* 601. *Primus Abbas hujus cœnobii fuit* Deodatus, *ut constat ex charta Theodorici Episcopi Ambianensis, qui dictum Priora-* F *tum anno* MCXLV *in Abbatiam erexit. Reliqua Acta horum Martyrum intercidisse indicavit nobis memoratus ante Mauritius du Prés.* Adventus reliquiarum SS. Acii & Acioli, in basilica S. Quintini die XIX Maji, *memoratur in MS. Martyrologio Latiensi. Aliquas eorum reliquias asservari in ecclesia Carthusianorum Abbavillæ tradit Ignatius Iosephus de Iesu Maria lib.* I *Historiæ Ecclesiasticæ Abbavillanæ cap.* 54. *Reliquiæ in S. Quintini. & Abbavillæ.*

5 *Andreas Saussajus, præter supra relata; iterum in Supplemento ista tradit*: Carpentoractę natalis sanctorum Martyrum Acii & Acioli, quorum venerandæ exuviæ ad Ambianos translatæ, insigne templum & cœnobium, quod ad muros pene civitatis visitur, sub eorum nuncupatione excitarunt. *Hæc ibi. Verum multum timemus, ne nomen* Carpentoractę *fuerit in aliqua MS. perperam huc translatum ex Actis S. Andeoli, quæ supra dedimus, idque Saussajus absque ullo examine huc transtulerit. Est* Carpentoractę *urbs Episcopalis & caput Venuxini Comitatus, in ditione Pontificia sub Metropoli Avenionensi, ab Ambianis magna parte regni Franciæ dissita: eoque minus verosimile redditur, quod sine antiqui ullius scriptoris testimonio primus asseruisse Saussajus invenitur.* *An Carpentoracta occisi.*

D E

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

QVINTIANO, ELEVTHERIO, SIVE HELEOTHERO, GAGO, ALEXANDRO, ET SATVRNINO. G. H.

1 MAII *Pographum Martyrologii Hieronymiani Epternacense, quod ab initio Ianuarii tamquam nostrum produximus, post relatos Apostolos Philippum & Iacobum, mox hanc classem Martyrum his verbis subjungit:* In Africa Quintiani, Eleutheri, Gagi, Alexandri, Saturnini. *Antiquum MS. monasterii Richenaugiensis sive Augiæ-divitis prope Constantiam in Suevia, duos ex eis ita adducit:* In Africa Quintiani, Eleutherii. *In MS. Helvetico Rhinoviensi solum lego,* In Africa Quinti, *pro* Quintiani. *In apographis Martyrologii Hieronymiani Lucensi, Corbeiensi & Blumiano, prædicti omnes, omisso loco, Apostolis Philippo & Iacobo quodammodo adjunguntur, & sic exprimuntur:* Quintiani, Heleotheri, Gagi, *sive* Gaji, Alexandri, Saturnini. *Origo erroris, quod palæstra martyrii* Africa *omittatur, videtur attribuenda culpæ amanuensium, per quam* Hierapolis, *ubi S. Philippus passus est, non* Asiæ, *uti debebat, sed* Africæ *fuerit adscripta. In Auctario Greveni ad Vsuardum refertur die* IV *Maji* S. Quintianus, *quem hunc esse arbitramur. In MS. Hibernico monasterii Tamlactensis memorantur,* Quintianus, Eleutherius, Alexander, Saturninus & Gajus, *cum magno consensu aliorum apographorum.* Gagi *nomen idem esse quod* Caji *plurimis exemplis monstrari posset, nisi ea toto hoc opere passim obvia essent.* Eleutherium *vel* Eleutherum *proprie scribendum, qui superfluæ aspiratione & diphthongo magis barbara in pluribus MSS. vocatur* Heleotherus *dubitabit nemo, qui Græcæ vocis, libertatem denotantis, usum noverit. De loco, tempore, & martyrii genere nihil definite possumus vel per conjecturam proponere, in silentio & defectu scriptorum antiquorum.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

APOLLONIO ET EVPHEMIO. G. H.

1 MAII *Elatis Martyribus Afris subjungitur in quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani hoc par Martyrum, nullo apposito loco, his verbis:* Et alibi Apollonii, Euphemii, *sive* Eufemi. *Hactenus plures dati sunt* Apollonii Martyres, *at nullus* Euphemius, *quantum recordamur. Sunt aliquot in sexu fœmineo* Euphemiæ, *ut lector ex Indicibus Martyrologiorum potest indagare & scire.* Apollonius *memoratur in MS. Tamlactensi. Quid si* Euphemius *huic junctus* Euphebius *sit, sive* Ephebus, *& ambo una cum Proculo relati* XV *Februarii, tamquam Interamnæ passi, hic rursum referantur occasione Martyrum Interamnensium jam jam referendorum?*

DE SS. PROCVLO, PELESTO, AGAPITO, ET MILITIBVS TRIGINTA ET TRIBVS SEV QVATVOR, G. H.

MARTYRIBVS INTERAMNÆ IN VMBRIA.

1 MAII Interamna, *Vmbriæ urbs antiquâ & Episcopalis, plures habet Sanctos, pro fide Christi Martyres effectos: inter quos jam insinuavimus ad diem* XV *Februarii à nobis commemoratos* SS. Proculum, Ephebum & Apollonium: *Præter hos majorem Martyrum Interamnensium numerum, eodem aut alio duce Proculo, exhibet apographum Martyrologii Hieronymiani Corbeiense Parisiis excusum, sub hac verborum forma:* Interamna milliario sexagesimo quarto Proculi, Pelesti, Agapiti & militum triginta trium. *Quæ eadem sunt in apographis Lucensi & Blumiano, sed* millia *seu* milliaria *notantur* LXIII. *In apographo Epternacensi, vitio amanuensium, ita corrupte legitur:* Et Interamnę militum XXIII (*lege* milliario LXIII) Proculi, Felisti, Agapiti & militum XXXIV. *Qui aliis anteſignanus indicatur* Proculus, Agapitus & Felestinus *memorantur cum* militibus XXVI *in MS. Hibernico Tamlactensi, item absque militibus solus* Proculus *in MS. Martyrologio Ecclesiæ Aquisgranensi & Auctario Greveni ad Vsuardum; sed adjuncto alio socio his verbis:* Item Sanctorum Ammonis Martyris & Proculi. *Prior eorum forsan est* Ammon monachus, *qui cum aliis hoc die refertur à Saussajo & Menardo in Martyrologio Gallicano & Benedictino.*

DE S. QVINTINO SEV QVINTIANO G. H.

MARTYRE IN ORIENTE.

1 MAII *Pographa quatuor Martyrologii Hieronymiani, supra à nobis memorata, celebrant hunc sanctum Martyrem, sed more solito his paucis verbis:* In Oriente Quintini: *sed in Epternacensi ecgrapho scribitur* Quintiani. In MS. Richenoviensi *legitur* In Oriente, *sed omisso* Quintino, *additur* Matthæi Apostoli. *De hoc inter Prætermissos egimus. In monasterio Tamlactensi refertur* Quintinianus cum aliis XXIII. *Quos socios omittimus indicare in titulo, non satis ausi fidere unico isti MS.*

G. H.

DE S. SATVRNINA SEV SATVRNINO,

MARTYRE EMERITÆ IN HISPANIA.

1 MAII Merita, *urbium Hiſpanicarum olim clariſſima & ampliſſima, ſubminiſtrat nobis ad hunc diem ſacram venerationem alicujus Cælitis, ſed qualem dixeris, virum num feminam, non ſatis conſtat. Antiquiſſimum apographum Martyrologii Hieronymiani, quod ad Epternacenſes ſpectat, iſta habet:* Emerita civitate natalis Saturninæ. *Conſentit MS. Blumianum. At contra duo alia ejuſdem Martyrologii apographa, Lucenſe ſcilicet & Corbeienſe Pariſiis excuſum, ita habent:* Emeritæ natalis S. Saturnini. *Silent Hiſpani cum Tamajo Salazar: quod horum antiquorum Martyrologiorum non habuerint notitiam.*

G. H.

DE SANCTO SABA,

MARTYRE APVD GRÆCOS.

1 MAII *Antiqua MSS. Menæa, quæ Divione apud Petrum Franciſcum Societatis Ieſu aſſervari reperimus anno* MDCLXII, *referunt hiſce Kalendis Maji* S. Sabam, in fico digitis ſuis appenſum, & ſic glorioſa vita functum, *& addunt hoc diſtichon.*

Ἦνεγκε καρπὸν πρωϊμῴης συκῆς
Κλάδος τὸν χειροδεσμοῖς ἐκκρεμαμῴον Σάβαν.

Attulit fructum præmaturæ ficus
Ramus, ſuſpenſum è digitis vinctis Saban.

DE SANCTO BATA PERSA,

MARTYRE IN MESOPOTAMIA.

1 MAII *Elogium ex Menologio Baſilii Imp.*

Certamen ſancti & Sacri Martyris Batæ Perſæ *indicatur ad hunc primum diem Maji à Græcis, in Menæis excuſis & apud Maximum Epiſcopum Cytheræum, his nudis & jam propoſitis verbis. At quale illud certamen fuerit, in Menologio Baſilii Imperatoris ſic exponitur.* Fuit Sanctus Martyr Batas ex regione Perſidos oriundus, ac fidem Chriſti à parentibus edoctus. Cum vero trigeſimum ætatis ſuæ annum ageret, relictis patre, matre, uxore, liberis, & omnibus quibus affluebat divitiis, peregre profectus, monaſticæ ſe ſubjecit diſciplinæ: atque in rerum divinarum ſtudio & converſatione verſatus, Martyr pro Chriſti fide occumbere exoptabat. Exorta igitur adverſus Chriſtianos perſecutione, cum reliqui qui cum ipſo erant monachi ex monaſterio aufugiſſent; ipſe ſolus in eo permanſit. Ubi deprehenſus ad Præſidem Niſibis abducitur, & ab illo jubetur Chriſtum abnegare, ſolemque atque ignem adorare. Non aſſenſit: ſed ſumma animi fiducia Chriſtum eſt profeſſus. Quocirca cum à decem ſatellitibus ambæ ejus manus fuiſſent extenſæ, ex nimia violentia humeri ejus ſunt diſrupti. Deinde cum partes genitales funibus eſſent arcte conſtrictæ, per terram raptatus eſt ac virgis percuſſus. Demum in omnibus plane corporis membris cruciatus, gladio cæſus occubuit. *Hucuſque Menologium Baſilii Imperatoris: quibus ſimilia habet antiquum Synaxarium Græcum Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis, in quo abſque mentione* ignis, jubetur adorare ſolem: *& in extenſione manuũ, dicuntur non ſolum* humeri diſrupti, *ſed etiam* reliqua corporis harmonia: *demum dicitur*, capite enſis ictu amputato, è vita deceſſiſſe. *Aliquod etiam elogium reperimus in MSS. Menæis Cardinalis Mazarini.*

MS. Synaxario

& MSS. Menæit.

2 *In ſupracitatis MSS. Menæis apud Petrum Franciſcum Chifletium, eadem aliquanto latius explicantur, quæ ideo placet addere, & ſunt hujuſmodi.* Memoria ſancti Martyris Batæ Perſæ. Erat hic ex Perſide, à parentibus fidem Chriſti edoctus. Cum annos ætatis circiter triginta nactus eſſet, audivit Chriſtum in Euangelio

Luc. 14, 26. dicentem: Qui non reliquerit patrem & matrem, aut uxorem, aut liberos, aut fratres, aut poſſeſſiones, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et repletus Spiritu ſancto, ac divino deſiderio totus exardeſcens, reliquit omnia: ac vitam monaſticam amplexus, auſteram & laborioſam vitam duxit: & omnes monachos in jejuniis & vigiliis ſuperavit: & nulla moderatione adhibita ſenſuum appetitum domuit: ſed omnem cuſtodiam ſui adhibens, deſiderabat vitam martyrio finire. Perſecutione ergo contra Chriſtianos mota, & omnibus qui cum ipſo degebant monachis ſecundum mandatum, quod vetat ſeipſum exponere periculo, recedentibus, ipſe ſolus permanſit, exoptans martyrio deſiderium ſuum explere. Ibi ergo comprehenſus, cum jam annum in monaſtica exercitatione trigeſimum ageret, ductus eſt ad Iaſdich fratrem Barſabanæ, tunc Præſidem Tzebii. Iuſſus vero adorare ſolem, non obedivit: ſed magna conſtantia ſe Chriſtianum eſſe pronuntiavit. Quocirca manus ejus ambæ à decem militibus tanta cum violentia fuerunt extentæ, ut humeri ejus diſrumperentur: dein fuſtibus percutitur, atque in pudendis partibus fune devinctus à viginti militibus humi jacens pertrahitur. Cumque adhuc in Chriſti fide profitenda perſeveraret, ſupinus collocatur, & ſuper ventrem magnam lapidum congeriem fuſtinere cogitur. Denique cum præcordia ejus & alia infra mamillas corporis membra eſſent gladio diſciſſa, capite amputato Martyr occubuit. *Hæc ibi. Eſt nota* Niſibis *urbs Meſopotamiæ, nec dubitamus, quin ibidem* Tzibium *fuerit, niſi hoc per errorem irrepſit pro* Niſibi. *At quo tempore ibidem vixerint* Barſabanas *&* Iaſdich *necdum potuimus ſcire. Factum id poſtquam Iovianus Imperator, pace cum Perſis inita, illis Niſibin an.* CCCLXIV *conceſſit. Elogio in eiſdem MSS. hoc diſtichon præmittitur*

Καὶ τῷ Βατᾷ τιμηθέντι κάραν ξίφει,
Βατὰ πρεπόντως ἔρανδε τὰ χωρία.
Etiam reſciſſus gladio caput Batas,
Ad alta cæli commode acceſſit loca.

Sed luſus eſt in voce βατὸς (*quæ* pervium *&* acceſſibilem *ſignificat*) *ad nomen proprium Martyris collata: qui luſus Latine exprimi non potuit.*

DE

DE SANCTA FLORINA D. P.

VIRGINE MARTYRE IN ARVERNIA.

Memoria à Iacobo Branche collecta,

Armandus Gerard, Sarlatenſis Canonicus, vir perquam eruditus ſacræque hiſtoriæ ſtudioſiſſimus, & jam inde à quo nos anno MDCLXII *Pariſiis vidit, juvando quod molimur operi impenſe deditus; inter alia ſubſidia, identidem ſubmiſſa, curavit etiam ut haberemus Vitas Sanctorum & Sanctarum Arverniæ & Velauni, Gallice collectas atque in tres libros diviſas à D. Iacobo Branche, Magno-Priore Conventus Dominæ noſtræ de Pebrac Ordinis S. Auguſtini, ac Podii impreſſas anno* 1652. *Hic magna cum diligentia deductum reperimus quidquid de* S. Florina *ſciri nunc aut ſperari poteſt, ſatiſque eſt ad probandum ejus antiquum atque præſentem cultum, quamvis nulli hactenus Martyrologio aut Kalendario nomen inſcriptum potuerimus reperire. Nam* S. Florina, *cujus Sauſſajus meminit in Gallicano ad* XXII *Octobris, tamquam à Ludovico Epiſcopo Lingonas una cum* S. Valeria *tranſlatæ, ſub finem ſeculi* XIV *aut initio ſequentis, è collegio fuit Vrſulanarum. De Arverna vero Sancta ita ſcribit Branche, ex Gallico fideliter Latine redditus.*

B

de ejus officio

2 Nihil de hac Sancta ſcriptum reperio, præter Orationem Officii in Breviario eccleſiæ S. Juliani Brioudenſis, quæ Virginem ac Martyrem colit. Vidi autem oſſa ejus in eccleſia Mazorienſi ſub diœceſi Claromontana, unius leucæ ſpatio ultra Ardes, intra capſam querneam valde antiquam & firmiter clauſam, longam pedes duos, altam unum, varieque pictam animalibus ac ſilvis. Ad probandam illius ſanctitatem oſtendunt incolæ prædium in appendiciis

corporeque,

Mazoriæ fundi, cui nomen Urſati, inter Septentrionem & Eurum, deſertis Arabiæ haud abſimilis, ubi inter alia videtur rupes, alta virgas quadraginta aut quinquaginta, ad cujus pedem Couſa rivulus fluit. In extima valle conſpiciuntur rudera veteris eccleſiæ, quæ, ſicut & ipſa vallecula tota, nomen S. Florinæ tenent: in quibus varia quoque monumenta ſepulcralia numerantur, opere antiquo laborata. Creditur

annuâ proceſſione ferri ſolito

autem eccleſia illa circumjectis vicis parochialis fuiſſe: eodemque ſingulis annis, prima die Maji, ipſius Sanctæ reliquiæ deferuntur pompa proceſſionali; eo quod ipſæ ſolitæ fuerint ultro in priſtinum locum reverti; cum tranſlata in Mozariam parochia, ipſæ quoq; eo eſſent tranſlatæ: idq; duraſſe dicitur, donec meliori conſilio decerneretur pompa iſta annua, qua

C

ad locum ubi olim eccleſiam habuit:

Sancta loco ſibi dilecto ſiſteretur. Experientia vero compertum eſt, quod ſi ad egreſſum procedentium fidelium cælum forte aut nubilum pluviumve, aut grandine fœtum fuerit, flante ſubito Borea totum ſerenetur, ut appareat gratum Deo eſſe obſequium quod ejus famulæ exhibetur.

3 Prædicti accolæ credunt antiqua traditione, cujus initium ignoratur, quod Sancta hæc fuerit indidem oriunda: neque tantum cauſa fidei, ſed etiam pudicitiæ, perſecutionem paſſa ab infidelibus, caſtitatis æque ac religionis Chriſtianæ oſoribus: è quorum manibus elapſa fugere ſolebat ab Eſtourgouxienſi vico (patria veroſimiliter ſua) ad hanc vallecu-

item de veſtigiis gemina rupi impreſſis.

lam, ipſius nomine dictam hodie, per ſentes ac rupes pene invias. Accidiſſe autem ſemel ajunt, ut cum jam pene manibus inſequentium teneretur, ex unius rupis, ad quadraginta vel quinquaginta virgas elatæ, præcipitio ſaltum per aërem faciens, ibidem impreſſum reliquerit ſiniſtri ſui pedis veſtigium; ſeque trans Couſam ſtiterit, ſupra rupem alteram in ſilva poſitam, eique pedis ſui dexteri veſtigium impreſſerit; prout utrobique etiam nunc cernitur, & gemina cruce defixa notatur.

E

Tempus vitæ incertum.

4 De modo ac tempore martyrii nihil habet viventium memoria: crediderim poſt Diocletiani perſecutionem, quando Alemanni & Hungari Gallias vaſtaverunt, atque imprimis Arvernenſem Provinciam, floruiſſe Sanctam. Quidquid autem hic notavi accepi, ipſo in loco exiſtens, à Domino Vicario Ardenſi, qui me videre fecit Reliquias & imaginem S. Florinæ, cum prædicta valle ac rupibus ad eamdem ſpectantibus; itemque à Domino Parocho Ardenſi, qui præſens adfuit quando Reverendiſſimus Claromontanus Reliquias Sanctæ viſitavit; nec non à Presbytero illius nepote, qui ſingula ut iſtic inventa ſunt ad memoriam meam ſcripto excepit.

5 *Hactenus Branche, qui ſi ipſam quoque orationem, in Breviario San-Iulianenſi repertam, curaſſet nobis deſcriptam exhibere; non video quid ad diligentiam ab eo collatam addi ultra potuiſſet. Ad tempus quod attinet, vanum videtur divinare: cum etiam quinto ſeculo multi in Galliis pagani ſuperfuerint; &, ſi pudicitiæ cauſa mortem fortaſſis oppetiit Sancta, potuerit ei corona martyrii etiam ſerius obtigiſſe.* Florinæ *nomen Romanum eſt, diminutivum à* Flora, *ut ante occupatas à Barbaris Gallias vixiſſe illæ ibidem potuerit, parentibus Romana lege ac lingua viventibus & utentibus nata; potuerit etiam poſtea floruiſſe, in pace eccleſiarum, etiam poſt Imperii mutationem: nec enim hanc continuo ſecuta eſt linguæ ac morum mutatio, præſertim in provinciis à Belgio noſtro, unde Franci in Gallias fecere tranſitum, remotioribus.*

æque ac genus & cauſa martyrii.

F

DE SS. IVSTINO, SEV IVSTO, D. P.

MAGNO, ISICIO, PHOCO,

IN NOVEMPOPVLANIA.

1 MAII.

Bigorra urbs Epiſcopalis,

Bigorra *regio* (*cujus populi* Bigerri, Bigernones & Bigerniones *ab antiquis appellabantur*) *adjacet Pyrenæis montibus, in Novempopulania, ad Aturum fluvium, Comitatus titulo honorata. In ea fuit &* Bigorra *civitas, urbs olim Epiſcopalis ſub metropoli Auſcienſi: cujus mentio fit in antiquis Conciliis unde & notitia Epiſcoporum quorumdam antiquiorum habetur. Ex his* Aper Epiſcopus Bigorritanæ civitatis *memoratur in Agathenſi Concilio, pro quo ſubſcripſit ab eo miſſus* Ingenuus *Presbyter an.* DVI. *At Concilio Aurelianenſi* IV *interfuit* Julianus Epiſcopus civitatis Bigerricæ, *circa annum* DXL. *Dein ſub Guntramno Rege Concilio Matiſconenſi* II *ſubſcripſit* Amelius, Epiſcopus Eccleſiæ Bigorritanæ. *Ante hos vero Epiſcopos unus* Antomarius *nominatur à Sammarthanis in Epiſcopis Tarbenſibus: nam civitas* Tarba *habetur modo Bigerrorum caput & Sedes Epiſcopalis. Arnaldus Oihenartus, in Notitiâ utriuſque Vaſconiæ lib.* 3 *cap.* 2, *poſt memoratum* Antomarium *interponit* Fauſtum & Licerium Fauſti diſcipulum.

2 *Verum &* Juſtinum, *aliquibus* Juſtum, *ſuggerunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa: ex his Corbeienſe*

AUCTORE *beiense Parisiis excusum eum cum tribus Sociis ita indicat:*
D. P. Bigorra civitate depositio S. Justini Episcopi, Magni, Isici, Phoci. *Epternacense ista solum habet:* Becora civitate S. Justini. *At MS. Blumianum*, Begorra civitate depositio S. Justi Episcopi. *Eadem sunt in codice Lucensi, sed* civitas Becora *scribitur. In alio pervetusto Corbiensi necdum excuso sic habetur*: Begorra civitate depositio S. Justi Episcopi, Magni. *In Appendice Adonis, apud Mosandrum & Rosweidum, hæc memoria proponitur*: Item depositio S. Justini Begorra civitate. *Idem, citato Adone, indicatur etiam à Ferrario. In ipsa diœcesi Tarbensi, versus Septemtrionem, visitur in mappis Geographicis* parœcia S. Justini, *probabilius ab hoc Sancto denominata. de quo videtur locutus S. Gregorius Turonensis lib. de Gloria Confessorum cap. 49 his verbis*: Infra terminum Beorritanæ urbis, in vico Sexciacensi, S. Justinus Presbyter quiescit: *at Martyrologia* Episcopum *faciunt. Et hæc de* S. Justino *ejusque Sociis hactenus reperimus in antiquis monumentis adservata.*

memoria horum Sanctorum apud veteres

3 *Antonius Dadinus Altaserra Rerum Aquitanicarum lib. 4 cap. 11, agens de S. Claro, Episcopo & Martyre in eadem Novempopulania apud Lactoram, ex aliqua ejus Vita MS. (quam pro 1 Iunii optamus nanciscì) ait eum ab Anacleto Papa ordinatum Episcopum, ad Euangelii prædicationem missum* cum sociis Justino, Severo, Geruntio, Polycarpo, Jona, Babilia: *dubitat autem an hic sit* Justinus, *de quo supra egimus. Dubitationem augere posset S. Eulaliæ parochialis ecclesiæ Burdegalæ, ubi legitur vetus inscriptio, ab Hieronymo Lopez in Metropolitana sua Burdegalensis descriptione, his verbis relata*: Carolus Magnus hanc capellam fundavit, & retro altare septem corpora sancta imposuit, qui pro fide Christi martyrio coronati sunt, quorum nomina sunt, Clarus, Justinus, Gerontius, Severus, Polycarpus, Joannes & Babilius: *addit autem ipse Hieronymus, quod* eadem omnia singulis annis, Dominica prima post festum S. Clari, in processione solenni circumferuntur. *Verum existimo ipsos Burdegalenses facile mihi assensuros, corpora hic dici pro parte aliqua notabili singulorum; neque tot aliis ecclesiis, ea apud se servari asserentibus probantibusque, controversiam super ipsorum veritate moturos; quod iterum dicendum erit* VI *hujus, ubi agetur de S. Gerontio. Quantum vero attinet ad S. Iustinum & socios ei adnumeratos, venerint ne ii simul omnes cum S. Claro in Galliam, & quo tempore, incertum mihi esse fateor; ipsum tamen Iustinum non libenter in duas personas distraxerim, nulla certa causa apparente. Quin nec ab hoc diversum esse crediderim eum cui invenitur afficta fabulosissima Vita, & ex Sanctorali Bernardi Guidonis impressa apud Philippum Labbe tom. 2 Novæ biblioth. pag. 579, sub hoc titulo,* Vita S. Justini Confessoris, cujus corpus in partibus Vasconiæ, in vico qui vocatur Partiniacus. *Quamvis enim addatur*, cujus transitus celebratur pridie nonas Maji; *omnino tamen existimo quod pro die Translationis seu Inventionis supposuerit Bernardus diem transitus, cum neutrum determinaret qualiscumque Vita; sed solum in fine jubeatur ipsa* ostendi & legi pridie Nonas Maji, ad confortationem omnium fidelium.

an socius S. Clari?

an is cujus Vita edita pro 4 Maji?

4 *Etenim* Partiniacensis, *non vicus est, sed regiuncula, Comitili insignis titulo, vulgo* Perdiac (*diversa longe à* Partiniaco *vulgo* Partenay *in Comitatu Pictavensi*) *pars olim occidua Comitatus Astaracensis, à quo per Arnaldum Comitem in gratiam minoris filii Bernardi rescissa, nomen à partitione videtur obtinuisse. Hæc autem regiuncula, ad extremum versus Bigorram & Tarbam angulum, continet vicum S. Iustini, Sexciacensem Turonensi dictum; ubi crediderim medio aliquo seculo, occasione inventi elevatique corporis, restauratum fuisse novo fervore Sancti illius cultum. Cumque quam notam antiquitus ejus nomen, tam ignota haberentur vitæ Acta, fuit qui, sive ex male consutis narratiunculis, sive ex ingenio suo, compilavit Legendam* pridie Nonas Maji, *in anniversario restaurati cultus die recitandam, cujus supra meminimus & hic satis est synopsim exhiberi, ut citra operosam discussionem fabulosa esse intelligatur.*

quando videtur post plura secula corpus inventum,

5 *In hac ergo dicitur Iustinus, in civitate Nicomediæ in Oriente, in lauta & opulenta fortuna natus, ex parentibus gentilibus, Christum septennis agnovisse; cumque octennis esset, temporibus Trajani Imperatoris, vocatus ex præscripto ad cultum Dianæ, non modo eum abnuisse, sed alios etiam ab eo revocans, jejuniis sese macerare cœpisse; atque parentes suos, cum esset annorum duodecim, una cum turba multa conversos prædicationibus suis, baptizandos duxisse ad S. Athanasium Episcopum: anno vero ætatis decimo quinto vale dicentem suis, die quarto jejunum venisse ad Tribunum Claudium; à quo exclusus diverterit ad servum ejus Frontonium; quem una cum uxore, miraculose multiplicatis modicis farina & vino, in fide erudiens, aliis deinde miraculis etiam Claudii ad eamdem perduxerit: unde digrediens cum venisset in partibus occidentalibus Galliæ, ibidem sumpto baculo cursum cujusdam fluminis percutiendo stitisse, donec ipse & qui sequebantur transirent; eoque & aliis pluribus miraculis Philosophum Tribunum aliosque plurimos induxisse ad fidem Christianam amplectendam: veniens denique ad locum sui tumuli ibi plantaverit baculum, qui die vicesima virescens talis permanebit usque in diem resurrectionis omnium justorum, invisibilis tamen & intractabilis pseudoprophetis & pseudoapostolis illuc forte accessuris, sicut Virga Moysi quæ manet in monte Sina: promissum autem esse loco, in quo S. Iustini corpus quiescit, ut nulla ibi aura mala, nulla grando, nulla persecutio, nullus impetus hostis aut famis aut sitis inquietudinem faciant.*

& Vita fabulosa scripta, cujus hic satis est videri synopsim

6 *Saussajus in Supplemento Martyrologii Gallicani cum ad hunc* 1 *Maji ita scripsisset*; In castro Bigorræ, quod & Tarbas, ad Atyrum fluvium in Novempopulania, depositio S. Justi Confessoris, talentorum gratiæ multiplicatione glorioſi; *rursus ad diem* IV, *velut de altero, meminit* S. Justini Natalis, apud Vicum Partiniacum in Vasconiæ finibus; qui à primis Euangelii prædicatoribus Christo per semen gratiæ regeneratus, concepto ingenti fidei dissemĭnandæ ardore, pro Domini Servatoris gloria multa fecit & passus est; demumque sub Trajano confessionem suam nobiliter consummavit. *Quæ omnia nituntur notitiæ ex prædicto Sanctorali acceptæ, & melius deinceps tacebuntur æque ac Legenda ipsa; præstat enim communi sanctis quibusvis Confessoribus cultu S. Iustinum prosequi, quam incerta & fabulosa commenta sectari. Interim expectabimus ut ex ipso loco, per Auscitani nostri Collegii Patres ad quos litteras misimus, responsum detur de præsenti corporis Sancti statu atque cultu, & recentioris memoriæ fideique miraculis, si quæ scripto consignata habentur: addet autem ad cumulum beneficii, si quis de cultu SS. Magni, Isicii, & Phoci, quos Corbeiense MS. socios S. Iustino assignat, in eadem regione conetur indagare an uspiam superſit aliquis.*

DE SANCTO BLANDINO G. H.

IN TERRITORIO GALLIARVM MELDENSI.

ANdreas Sauſſajus, *in Supplemento Martyrologii Gallicani, cum de S Iuſto ſive Iuſtino Bigorritano egiſſet, iſta ſubjungit*: In territorio Meldenſi S. Blandini, itidem Confeſſoris, qui in eccleſia ſui nominis, ſita in pago etiam ab ejus tutula nuncupato, requieſcit, coliturque frequenti fidelium concurſu. *In regiſtro beneficiorum diœceſis Meldenſis indicatur* Capella S.Blandini *in Decanatu Creſiacenſi; & ab aliis dicitur, ab oppido Creſiaco pagus* S. Blandini *abeſſe ſeptem leucis Gallicis: alii eumdem ponunt inter Creſiacum & Faræmonaſterium. Ejus antiquior memoria eſt in MS. Carmelitano Coloniæ adſervato, ex Trecenſis Eccleſiæ uſu olim deſcripto: item in MS. Florario & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo: apud Grevenum etiam, Caniſium, & Ferrarium his ubique verbis:* In pago, *ſeu* territorio Meldenſi S.Blandini Confeſſoris. *In Breviario Meldenſi anno* MDCXL *excuſo præſcribitur* Commemoratio S.Blandini Confeſſoris *ad diem ſequentem* 11 *Maji, & omnia de Communi Confeſſoris non Pontificis recitantur. Hactenus de hoc Sancto nihil aliud potuimus ſcire: neque Magnus Vicarius Meldenſis eccleſiæ Dominus C.Paſtel, poſt diligentẽ inquiſitionem in ipſo loco factã ad noſtrorũ Pariſienſiũ inſtantiã quidquam reperit, quo Sanctus hic notior reddi poſſet.*

DE SANCTA ISIDORA D. P

APVD GRÆCOS.

B ANtiqua *MSS. Divionenſia Menæa, quæ in collegio Societatis Ieſu apud Petrum Franciſcum Chifletium reperimus, nobis dederunt notitiam hujus* Sanctæ Iſidoræ, quæ vitam in pace finivit, *& additur hoc diſtichon.*

Ἐκ γῆς ἀπέπτη πρὸς Μελισσῶνας πόλιν
Μέλισσα χρηςῶν πράξεων Ἰσιδώρα.

Cæli alveare terris relictis petit,
Velut apis operum ſanctiorum, Iſidora.

An hæc in Vitis Patrum laudata?

2 *Raderus noſter parte* 1 *Viridarii Sanctorum cap.* 3, *ex Vitis Patrum, recitans hiſtoriam Anonymæ cujuſdam, propter Deum ſtultæ apud Tabenneſiotas, cujus eximiam ſanctitatem ſibi divinitus revelatam Sanctus Pityrum demonſtravit Sanctimonialibus Virginibus, ipſam contemptui habere & vexare ſolitis; aſſerit ſe in MS. Græco bibliothecæ Auguſtanæ reperiſſe, quod illa nuncupata fuerit* Iſidora. *Id ſi plura olim exemplaria habuerunt, veroſimiliter conjectabimus Menæorum collectores aliquos hunc elegiſſe diem, quo annue memoraretur, cum proprium Natalem ignorarent. Hac enim ratione plerique eorum, quorum memoriam faciunt vitæ Patrum, propter eminentis ſanctimoniæ meritum, invenerunt locum in Menæis ac Synaxariis, ut ſaltem diſticho uno laudarentur: quamvis alias de die, loco, ac modo mortis nihil conſtaret. Raderum ſecuti ſunt Lahierius, Nierembergius, Lancicius,*

C *Scriptores noſtræ Societatis: quibus antiquiores teſtes alios mallemus poſſe producere. Anonymæ autem iſtius hiſtoriam referens Palladius, Helenopolitanus Epiſcopus, lib.*8 *cap.*42, *eam ſic concludit:* Paucis autem poſt diebus, cum ab omnibus valde honoraretur & obſervaretur, non ferens Beata gloriam qua afficiebatur, clam exiit è monaſterio: & quonam iverit, aut quem locum ſubiverit, aut ubi obierit, nemo cognovit in hodiernum diem.

3 *Nullus porro eſt qui non videat, ſimilitudinem ſubvolantis ad cæleſtia alvearia apis, cum collecto operum bonorum melle, præcedenti expreſſam diſticho, cum hoc illius Sanctæ exitu vehementer congruere. Itaque non gravabor in fide Raderi, & ejus quem ipſe citat MS. Codicis, ex Anonymo Græco, quem Latinum fecit Pelagius S.R.E. Diaconus, eamdem hiſtoriam plenius & ab origine deſcriptam huic loco inſerere,*

quæ apud Tabenneſiotas ſtultam ſe ſimulans,

quæ in libello 18 *n.*19 *talis eſt, inter Vitas Patrum à Roſvveido vulgatas & illuſtratas lib.*5. Narravit S.Baſilius Epiſcopus, dicens: Fuit in quodam Monaſterio feminarum Virgo quædam, quæ ſtultam eſſe ac dæmonem ſe habere ſimulabat: quæ uſque adeo talis ab omnibus per errorem habebatur, ut nec cibum quidem cum ea caperent. Talem ſiquidem elegerat vitam, ut à coquina numquam recedens, totius illic miniſterii impleret officium: & erat ſecundum proverbium univerſæ domus ſpongia, impletum à ſe rebus probans, quod ſanctis libris ſcriptum legimus: Si quis E
1 Cor. 3. ex vobis putat ſe eſſe ſapientem in hoc mundo, ſit ſtultus ut ſapiens fiat.

4 Hæc igitur pannis involutum habens caput, ita quoque in omnibus ſerviebat: ceteræ autem Virgines tonſæ cucullis cooperiuntur. Nulla aliquando *& in magna auſteritate & contemptu omnium vivens,* potuit hanc de quadringentis Virginibus videre manducantem: numquam per omne ævum ſuum ſedit ad menſam: à nulla vel modicam partem panis accepit, ſed micas tantum detergens ipſarum menſarum & abluens ollas, his ſolis alimoniis contenta vivebat. Nulli unquam fecit injuriam: nulla ipſius murmur audivit: nulli aut parum aut ſatis locuta eſt unquam. Et ecce, cum ab omnibus cæderetur, in omnium odio viveret, maledicta omnium ſuſtineret, ſancto Pyoterio, cui hoc vocabulum erat, probatiſſimo viro ſemperque in deſertis viventi, adſtitit Angelus Domini quadam die, ſedenti in loco Porphyrite, affatuſque eſt his verbis: Vade ad Tabenneſiotarum monaſterium feminarum, & unam ex ipſis illic invenies habentem in capite coronam; ipſamque cognoſce te eſſe meliorem: quæ dum contra populum ſola diebus ac noctibus pugnat, cor ejus numquam à Deo receſſit: tu autem in uno loco reſidens, neque quoquam aliquando F
progrediens, per omnes urbes animo & cogitatione vagaris. *S. Pyoterio ſanctior eſſe.*

5 Statimque ad dictum monaſterium venit, & *ipſo coram omnibus Sororibus profitente,* Magiſtros Fratrum rogavit ut introducerent eum ad habitaculum feminarum. Quem mox illi, ut virum, non ſolum vita glorioſum, verum etiam & provectioris ætatis, cum fiducia grandi introduci fecerunt. Ingreſſus autem omnes Sorores deſideravit inſpicere: inter quas ſolam illam, propter quam venerat, non videbat. Ait autem ad poſtremum, Omnes mihi adducite, deeſſe mihi videtur aliqua. Dicunt ei: Unam ſtultam habemus intrinſecus in coquina: ſic enim eas quę à dæmone vexantur appellant. At ille: Exhibite mihi ipſam quoque, ut eam videam. Quo audito ſupra memoratam vocare cœperunt. Quæ cum nollet audire, ſentiens (ut credo) aliquid, aut fortaſſis hoc ipſum divina revelatione cognoſcens, dicunt ei; S.Pyoterius te videre deſiderat: erat enim vir famæ ac nominis grandis.

6 Cumque ad eum fuiſſet exhibita, vidiſſetque *& à ceteris culpam agnoſcentibus honorata,* panno frontem ipſius involutam, projecit ſe ad pedes ipſius dicens, Benedic me: quod rurſus ad illius pedes tunc & ipſa fecit ac dixit, Tu me benedic, Domine.

EX VITIS PATRUM. Omnes Sorores obſtupuerunt, ſimul dicentes, Noli, Abba, talem injuriam ſuſtinere, fatua eſt enim quam cernis. Et ſanctus Pyoterius ipſis omnibus ait: Vos eſtis fatuæ, nam hæc & veſtra & mea eſt Amma (ſic enim vocant illic matres ſpirituales) & deprecor Deum ut dignus ipſa in die judicii merear inveniri. Quo audito omnes ad pedes ipſius ſimul procideruntſingulæ varia peccata ei propria confitentes. Alia enim abluens ſordes catini ſuper ipſam ſe effudiſſe dicebat: alia vero colaphis eam ſæpe à ſe verberatam memorabat: alia nares ipſius ſinapi impletas à ſe eſſe deflebat: ceteræ quoque diverſas referebant ſe ei injurias irrogaſſe. Pro quibus omnibus Sanctus ille fuſis Deo precibus, egreſſus eſt.

clam ſeſe ſubduxit. 7 Poſt paucos autem dies, non ferens illa tantam ſui gloriam, tantoque ſe nolens Sororum honore cumulari, gravarique ſe credens excuſationibus ſingularum, egreſſa eſt de monaſterio illo occulte: & quo ierit, in quem ſe immiſerit locum, vel quo fine defecerit, ad nullius potuit notitiam pervenire. *Quis tamen finem illi, licet ſoli Deo notum, dubitet fuiſſe ſanctiſſimum? Eſt autem* Tabenna, *Nili inſula ad extremam Thebaidem, juxta Syenen.* Porphyrites *autem* locus *ab Euſebio lib.* 8 *cap.* 18 *dicitur eſſe in extremam Thebaide: & ex Palladii cap.* 77 *intelligitur omnino inhabitabilis fuiſſe, in quo vix herbas ſilveſtres ad victum invenire ſolitus ſit Abbas Poſidonius. Quod vero attinet ad* coronam, *quam pro indicio latentis Sanctæ dicitur accepiſſe Pyoterius, hanc Palladius* διάδημα *appellat, Gentianus Hervetus* redimiculum *vertit, & bene: nec enim videtur hic intelligi debere ſignum aliquod divinitus oſtenſum Pyoterio, ceteris inconſpicium; ſed ipſe ille vilis pannus, circum caput contortus, quo ſatis diſtinguebatur à ceteris, ex uſu monaſterii cucullatis.* D

G. H.

DE SANCTO AMATORE

EPISCOPO AVTISSIODORENSI IN GALLIA.

AN. CCCC XVIII B

Lurimi Sancti Autiſſiodorenſes ſuam hoc mense habent venerationem: inter quos ſunt ſex priores Epiſcopi, ſcilicet S. Peregrinus *primus referendus ad diem* XVI, S. Marcellianus II *ad diem* XIII, S. Valerius III & S. Valerianus IV, *ambo ad diem* VI, S. Eladius *ſive* Helladius V *ad diem* VIII, *ac dein* S. Amator VI, *de quo ad haſce Kalendas Maji nobis jam eſt agendum. Celebris eſt hujus Sancti memoria in omnibus pene Sacris Faſtis Latinis, quorum primum locum obtinent antiquæ Martyrologii Hieronymiani apographa, ex quibus Epternacenſe, ante nongentos aut plures annos exaratum, iſta adjuncta habet:* Autiſſiodoro civitate Amatoris Epiſcopi. *Quæ in Lucenſi & Blumiano latius hoc modo explicantur:* In Gallia civitate Autiſſiodoro depoſitio S. Amatoris Epiſcopi. *Titulus* Confeſſoris *additur ab Vſuardo, Bellino, & aliis, cum hodierno Martyrologio Romano. Alii, & maximè recentiores, ex ejus Actis addunt majora elogia, uti & Petrus de Natalibus lib* 4 *cap.* 113. *Sed præ hiſce Faſtis antiquum venerationis Eccleſiaſticæ teſtimonium exhibet Baſilica, Autiſſiodori ad ejus honorem & cultum erecta. Extat hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, à Philippo Labbe ex antiquis MSS. eruta & tomo primo Novæ bibliothecæ ejus edita, in qua ad Acta S. Aunarii (qui Eccleſiæ Autiſſiodori præfuit Epiſcopus circa annum* DLXXX) *indicantur Litaniæ ab eo conſtitutæ, per duodecim menſium capita celebrandæ, hoc ordine:* Kalendis Januarii Baſilica Domini Germani, Kalendis Februarii Baſilica Domini Amatoris, Kalendis Martii monaſterium Domini Mariani, *& ſic conſequenter. Idem S. Aunarius conſtituit, à quibus Vigiliæ in Baſilica S. Stephani cum Abbatibus celebrentur ſingulis diebus, hoc modo:* Dominica nocte Baſilica Domini Germani & monaſterium Decimiacenſe. Secunda feria Baſilica Domini Amatoris & monaſterium Fontanenſe &c. *In antiquis Breviariis Autiſſiodorenſis Eccleſiæ præſcribitur Officium de SS. Philippo & Iacobo Apoſtolis, cum commemoratione* S. Amatoris *in Veſperis & Laudibus: eaq; memoria continuatur per totam Octavam.*

Cultus facer ex antiquis Faſtis.

Baſilica Autiſſiodori conſtructa.

C

2 *Vitam S. Amatoris conſcripſit Stephanus, Africanus Presbyter, rogatu memorati S. Aunarii, cujus eſt hæc ad illum epiſtola.* Dilectiſſimo atque amantiſſimo & interno mihi vinculo caritatis connexo Stephano Presbytero, Aunarius gratia Dei Epiſcopus, in Domino æternam ſalutem. Tuæ nobis doctrinæ multis jam experimentis comprobata prudentia, compulit nos, quamdam tuis humeris imperioſam ſuperponere ſarcinulam; ſed eam quæ tibi non ſit oneris, ſed honoris; nec quæ deorſum iniquo pondere premat, ſed quæ potius cælum uſque ſuſtollat. Cognitum tibi eſt, cariſſime frater, & quæ ſit humanarum mentium diverſitas, & quemadmodum in ſtudia contraria non ſolum inane vulgus, verum etiam univerſa ſcindatur nobilitas: & quidam quidem profaico oblectantur ſtylo, quidam autem numeris ſe rhythmiſve ac cantibus verſuum delectari fatentur. Ergo, ut omnium votis occurrerem, & nullus ſuo deſiderio fraudaretur, placuit mihi, ut Vitas beatiſſimorum Confeſſorum quaſdam pede libero deſcriberes, quaſdam vero lege metrica impeditas digereres: ob quam rem obſecro unitam mihi tuæ dilectionis amicitiam, ut beatiſſimi Germani Epiſcopi Vitam in verſuum qualitatem commutare non deſiſtas: Sancti vero Amatoris proſaica modulatione deſcribas; ut ſectatores Apoſtolicæ prædicationis effecti, omnibus omnia efficiamur, & nulli quidquam debeamus, niſi ut invicem diligamus. Individuam mihi caritatem veſtram Divina cuſtodiat pietas, venerabilis frater. *Haclenus S. Aunarius; cui præfatus Presbyter hujuſmodi reſponſum dedit.* E

Vitam ejus petente S. Aunario Ep.

3 Domino beatiſsimo & Apoſtolicis infulis decorato Patri ſpirituali, Aunario Epiſcopo, Stephanus, omnium ſervorum Chriſti famulus. Decurſis litteris Apoſtolatus veſtri, quod ſancti deſiderii ardor ſumma alacritate prætendit, luce clarius approbavi. Eſt ergo devotionis veſtræ propoſitum, virorum opinatiſsimorum Germani & Amatoris floridæ vitæ nobiles actus deſcribi: ſed ad eos lepidiſsimi callis veſtri dirigatur intentio, qui poſſunt virtutum lumina æquiparis afflatibus inſpicere. Verum eo (cujus iners ingenium gemino rigore torpeſcit; & lingua balbutiens, fauciũ inter rancidulos curſus ſqualido ſitis impedita rigore, non loquitur, ſed potius ſtridet) quomodo potero divinitus inſpirata virorum ſanctiſsimorum munera polito expedire ſermone, qui nec privata poſſum humano caſu congeſta negotia explicare? Ridiculo, ni fallor, ac inexplicabili ludibrio ſemet impendit, quiſquis ultra virium ſuarum poſsibilitatem onus aſſumit. Nonne ferarum ſectatores, ſi minus captioſa induſtria formaverit, audax temeritas peſſumdabit? Numquam tiro victoriæ monumenta parmâ, quæ eſt picta, geſtavit, ſi eum docta veterani exempli manus non inſtruxit. Numquam etiam aëris ſibi conceſſum patulum iter ales tutius reſecavit, cui prævia dux penniger mater non fuerit. Jacebit profecto fluctuum eliſione truncatus, quiſquis ſuæ procacitatis fiſus auctoramento, indocilem ratis dexteram ingerit clavo. F

addicit ſe ſcripturum Stephanus Presbyter.

A clavo. Sic unuſquiſque in diverſum imperitiæ hamo inſcinditur, ſi doctorum favoribus minime adjuvetur. Ego, beatiſſime vir, quæſo, ut illa mihi culmen apicis tui imponat, quæ facile me poſſe perficere non dubitat; ſi tamen & in hoc opere, quidquid illepide aut infacete ruſtica garrulitas digeſſerit, æquanimiter feras, aggrediar; & faciam quæ paterna infert ac jubet auctoritas. Vale in longum tempus, Domine Papa. *Hæc Stephanus.*

hanc damus ex MSS.

4 *Comparavimus nobis Legendarium pluribus tomis in pergameno conſcriptum: ſed, quod hactenus indoluimus, defuerunt Acta Sanctorum ad quatuor priores menſes ſpectantia: nunc vero uſui nobis eſſe incipiunt, dum exhibent Acta Sanctorum ad Majum & ſequentes ſeptem menſes pertinentia: ex quibus, & duobus aliis codicibus noſtris ſatis antiquis, item alio monaſterii S. Mariæ Bonifontis, Vitam S. Amatoris damus: quam eamdem reperimus in MS. membrano Sereniſſimæ Chriſtinæ Suecia Reginæ numero* 81 *ſignato, item in MS. Nicolai Belfortii, quæ cum noſtris MSS. conferre non videbatur operæ pretium, cum paſſim occurrere eamdem cognoviſſemus ex Catalogo Codicis MS. & plurium aliorum. Petrus le Venier Pœnitentiarius Eccleſiæ Autiſſiodorenſis (cujus humanitatem & eruditionem ipſi Autiſſiodori anno* MDCLXII *experti fuimus, & illuſtrem ejus bibliothecam ſumus admirati) habet eamdem Vitam in tres partes diſtributam,*

B *cujus prior capite primo concluditur, duas ſequentes partes, in duo capita ſingulas dividimus. Cenſet vir iſte ſummi judicii, ſcriptam eam eſſe à ſupra memorato Stephano Africano Presbytero: & huic ſententiæ libenter ſubſcribimus. Auctor porro videtur, ex ſubminiſtrata Actorum materia, accurate ſelegiſſe ea quæ reperit magis authentica. Ita quæ numero* 18, 22, 24, 25, *&* 27 *referuntur, deſumpſit ex Vita S. Germani ſucceſſoris, ſervatis verbis Conſtantii Presbyteri, dictæ Vitæ auctoris, quam hic integro ſeculo citius, id eſt circa annum* CCCCLXXX, *conſcripſerat.*

Extant varia ejus compendia.

5 *Varia ejuſdem Vitæ extant compendia, in quorum aliquo, id quod Hiſtoriæ Epiſcoporum Autiſſiodorenſium inſeritur, cum hac poſt miraculorum narrationem clauſula,* Ut liber de Vita illius editus manifeſte declarat. *Quæ ibidem de tempore Sedis adjunguntur, mox examinabimus. Aliud compendium habemus ex MS. Vltrajectino S. Salvatoris, cui non abſimile extat Coloniæ apud Patres Carthuſianos; ex quo partem priorem, & quidem ſtylo mutato, edidit Laurentius Surius; pro reliquis lectorem amandat ad Vitam S. Germani. Tertium cenſeri poſſet, quod monachus Altiſſiodorenſis profert in ſua Chronologia, Pariſiis anno* MDCIX *excuſa folio* 55 *&* 60; *quod deſcripſit Bellovacenſis lib.* 20 *cap.* 13. *Quartum compendium ipſi Autiſſiodori deſcripſimus ex MS. pervantiquo Carnotenſi, quod plurimum laudabat, qui nobis communicavit Georgius Viola, monachus Autiſſiodori ad S. Germanum, vir in antiquitate hiſtorica eruditus: quod quia illuſtre eſt Sancti encomium, & aliqua alibi non indicata continet, inſtar elogii proponimus, hujuſmodi verbis.*

C *aliquod Vitæ elogium.*

6 S. Amator, Autiſſiodorenſis Epiſcopus, in juvenili ætate litteris optime eruditus, coactus eſt à parentibus virginem quamdam deſponſare. Sed cum tempus copulationis urgeret, ſe mutuo exhortantes, votum virginitatis fecerunt. Et ecce Angelus adfuit, qui duas eis coronas attulit, propoſitum laudans, & ad perſeverandum exhortans. Porro puella Virginum cœtui ſe tradidit, Amator vero in Clericatu tanto præconio canduit, ut poſt exceſſum S. Elladii mereretur in Pontificatu conſtitui. Factus ergo Pontifex multis effulſit miraculis; cæcos illuminans, paralyticos curans, mortuos etiam ad vitam reducens. Cum autem multos ſubjeciſſet jugo fidei, tum exhibitione miraculorum, tum ex inſtantia prædicandi; videns parvam adhuc ibi eſſe baſilicam, nec poſſe capere Chriſtianorum multitudinem tam ingentem; petiit à quodam Autiſſiodorenſi cive, Ruptilio nomine, ut ſibi concederet domicilium, quod intra clauſtrum urbis habebat amplum & excelſum: & ſtatim abnegavit. Sed non multo poſt graviſſime infirmatus, Sancto annuit quod rogarat. Tunc vir Dei eamdem domum Baſilicam conſecravit, in qua poſtea S. Germanum tonſoravit. Hæc eſt hactenus baſilica, in honorem Proto-martyris Stephani Chriſtianis populis frequentata, quam D. Willelmus, ejuſdem civitatis, poſtea Pariſienſis, Epiſcopus, deſtruens, eccleſiam mirabili opere fabricare incepit anno Domini MCCXV. Amator denique febre correptus, cum ſibi imminere obitum præſenſiſſet, Clerum & populum convocans, thronum Pontificalē aſcendit: & inter manus obſequentium Clericorum emiſit ſpiritū: quem quidem beatum ſpiritū viderunt multi in ſpecie columbæ ab Angelis in cęlum deferrī.

AUCTORE G. H.

Mortuus eſt 1 Maji feria 4,

7 *Ad ordinandam vitæ à S. Amatore ductæ chronotaxim, circa mortem ejus unicus character temporis offertur in Actis infra num.* 31; *ubi dicitur defunctus* Kalendis Maji feria quarta. *Ergo non anno* CCCCXXI, *ut Monachus Altiſſiodorenſis & alii poſt eum ſcripſerunt: tum enim Kalendæ Maji inciderunt in diem Dominicam, littera Dominicali* B. *Non etiam incidit obitus in annum præcedentem,* XX *iſtius ſeculi; quem Sanmarthani ſub dubio indicarunt cum anno* CCCCXVIII; *quem, cum Philippo Labbe & aliis, neceſſario aſſignandum anno* 418 *morti S. Amatoris arbitramur. Tunc enim cyclo Solis* VII, *littera Dominicali* F, Kalendę Maji *convenerunt in requiſitam* feriam quartam, *quæ cyclo Lunæ* I *incidit poſt tertiam Dominicam Paſchæ, tunc* VII *Aprilis celebrati: adeo ut S. Amator potuerit commode poſt feſta Paſchalia iter aſſumpſiſſe in urbem Æduorum, atq; reverſus fuiſſe ad propriam Sedem, uti in Actis explicatur. In hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium anni Sedis tribuuntur* triginta, *cum* menſe uno & diebus V: *proinde conſecratus fuiſſet circa Solennitatem Annuntiationis Deiparæ Virginis & Chriſti incarnati, an.* CCCLXXXVIII. *Et hactenus quidem ſatis apte omnia: ſed merito diſplicet in dicta hiſtoria, quod dicatur S. Amator fuiſſe* temporibus Conſtantii, & Juliani Apoſtatæ, atque Joviniani Imperatorum, ſub Pontificibus Romanis Felice, Damaſo, Siricio atque Anaſtaſio. *Nam primo, ita vixit ſub Conſtantio, Iuliano, & Ioviano ſeu Ioviniano Amator, ut etiam Valentiniani Valentiſque fratrum & Gratiani tranſcenderit Imperium, ac demum Valentiniano juniore & Theodoſio magno imperantibus creatus Epiſcopus ſit, mortuus ſub Honorio Theodoſii filio. Deinde, ultra prænominatos Pontifices (à quorum numero non erat excludendus Liberius, Felice* II *mortuo aut abdicante, rurſum verus Pontifex) vixit S. Amator, etiam ſub Pontificatu Innocentii. Hæc autem ideo explicanda fuere, ut conſtaret ab hiſtoria prædictæ auctore erratum in aliorum Epiſcoporum Autiſſiodorenſium geſtis ſimili modo anticipandis. De prima S. Amatoris ætate, certius videmur aliquid ſtatuere poſſe ex tempore nuptiarū ejus: nā ut eis aſſiſteret dicitur n.* 4 *evocatus S. Valerianus ſub finē Vitæ ſuæ, & mox S. Elladius ſucceſſor eumdem conſecraviſſe Levitam, n.* 7. *Ex dicendis autem ad Vitā S. Valeriani, hujus morti, & ordinationi S. Elladii aſſignā-dus eſt annus* CCCLXIV; *proinde videtur S. Amator ante* CCCXLIV *natus fuiſſe, & mortuus ante annum ætatis ſeptuageſimum.*

ad nuptias deſtinatus circa an. 364.

natus ante 344.

8 *Mira nda ſunt, quæ Romæ deſcripſimus ex Legendario MS. Cardinalis Barberini, & alio MS. in quo hic titulus præfigebatur:* Incipiunt miracula SS. Quirici & Julittæ, quæ Teterius Sophiſta eorum ſervus edidit, de corporibus eorum à S. Amatore Antiochiæ repertis: *poſt quem titulum iſta ſcribuntur.* Quoniam SS. Quirici & Julittæ matris ejus veneranda paſſio, diverſo quidem relatu, ſed vero & pari martyrio, conſtat eſſe nota populo Chriſtiano de inſuperabili miraculorum ſuorum profunditate, quibus in ſeculo diſponente Deo claruerunt, veluti quemdam rivulum deducens, pauca libare curavi, & ad honorem Eccleſiæ ſacris paginis indere ſtudui. Annorum igitur multorum excurſo tempore, poſt perceptam martyrii coronam, ſanctus Amator Autiſſiodorenſis Epiſcopus, clariſſimo viro Savino comite, fines Antiochię peragrans, ſacratiſſima corpora illorum Chriſti gratia reperit: quæ cum magno cultu, rediens, in partes galliæ attulit, ac

dicitur Antiochiam profectus

corpora SS. Quirici & Iulittæ detuliſſe,

AUCTORE G. H.

ac Auſtricæ urbi delata, ſolo tantum pueri brachio Sancti Savini precibus conceſſo, in domo qua iſdem Præſul meritorum gloria pollens à fidelibus veneratur, iterum honorifice tumulavit. Hoc enim incomparabile theſaurum à Deo civitas illa, multorum ſanctorum titulis exornata, ſibi dari ideo promeruit, ut & ſalus corporum & animarum inde populo ſuo perveniat: * & Dei ordinatio, qua idem Martyr Neverſium patet futurus erat, ea interim ſervatrice, quandoque lætius aſſidua ſuis fidelibus fieret. Amen. *Eadem uſque ad ſignum * leguntur apud Mombritium tomo 2 in Vita S. Quirici & Iulittæ ſub finem, & citantur à Baronio in Notis ad haſce Kalendas Maji. Forſan erit qui majorem lucem affundat, ut ad Acta dictorum proximo menſe Iunio exploratius aliquid dari poſſit. De S. Patricio, Hibernorum Apoſtolo, circa annum* CCCCXIV *à S. Amatore Autiſſiodori excepto, egimus ad hujus Vitam* § VIII. *De ejuſdem apparitione facta S. Mamertino, poſtea Abbati Autiſſiodorenſi, conſule Vitam illius Sancti* XX *Aprilis. De brachio S. Germani & dente S. Amatoris, tempore Caroli Magni delatis ad monaſterium de Cuſano in diœceſi Catalonia Helenenſi, egimus* V *Ianuarii in Actis S. Flamidiani Martyris, à Vincentio Domenecco collectis.*

9 *Magna fuit in ſacris officiis communicatio Eccleſiarum*
B *Trecenſis & Autiſſiodorenſis; hinc S. Helena Virgo, cujus corpus adſervatur Trecis in Eccleſia Cathedrali, etiam in diœceſi Autiſſiodorenſi ſolebat ſub ritu duplici coli, uti infra ad illius feſtum* IV *Maji indicatur: viciſſim autem in Eccleſia Trecenſi fiebat hoc die commemoratio S. Amatoris Epiſcopi, ſicut in Autiſſiodorenſi. Ex quo ſolum factum eſt ut habeatur* S. Amator Epiſcopus Trecenſis, *& quidem primus, quemadmodum videre eſt apud Camuzatum in Promptuario ſacrarum antiquitatum diœceſis Tricaſſinæ fol.* 152, *Nicolaum Des Guerrois de Sanctis Trecenſibus ad an.* 314, *Sanmarthanos, & alios in Gallia Chriſtiana.*

Cultus ejus in Eccleſia Trecenſi.

VITA

Auctore Stephano Africano Presbytero.

ex pluribus codicibus MSS.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia, ſponſa obtruſa, & relicta. Aſſumptio in Clerum.

C I AMator, vir ſummæ caſtitatis ſplendore perſpicuus, & ſui qualitate vocabuli Deo placitus atque dilectus; parentibus nobiliſſimis natus, & in cunis ſegmentatis educatus eſt atque nutritus. Ejus autem pater Proclidius civis Autiſſiodorenſis, mater vero Uſiciola eſt nuncupata; quæ non diſſimili genere de numero Procerum eſt Æduenſium procreata. Horum profecto ſupellex ac patrimoniorum poſſeſſio inæſtimabilis fuit. Tanta igitur locupletatio agrorum ejus bonis parentum acceſſerat, ut præ latitudine eorum & regionum diverſitate in quibus ſiti fuerant, quantitatem ignorarent. His ergo nulla alia proles fuit, quæ tantæ facultatis poſſeſſione frueretur, niſi prædictus Amator, vir Dei prudentia ab ipſis cunabulis præventus atque repletus. Hunc igitur tenere diligentes, & cum ſumma ſolicitudinis diligentia educantes, litteris non ſolum communibus verum etiam liberalibus tradiderunt. Cujus ingenium quoniam Deo fuerat dedicatum, ita intra breve tempus omnium artium doctrinam & diſciplinarum ſubtilitatem eſt conſecutum, ut poëticarum adinventionum ſchemata, oratorum enthymemata, juriſperitorum nodos atque ænigmata, Philoſophorum quoque ſyllogiſticas quæſtiones facili diſputatione penitus enarraret.

Nobilium ac divitum parentum

unicus filius,

inſtruitur liberalibus diſciplinis;

D

2 Erat autem eodem tempore *a* Valerianus, vir moribus probatiſſimus, præfatæ civitatis Antiſtes. Igitur ſæpiſſime antefatum juvenem percunctatus, admirabatur in eo non ſolum bonum naturæ, verum etiam tantæ capacitatis prudentiæque ſolertiam. Cumque per dies ſingulos ejus diſciplinæ proceſſus adſpiceret; cœpit intra ſui receſſus pectoris ruminare ac dicere: Quid putas erit hic juvenis, cui tanta ineſt prudentiæ claritas atque ſimplicitas? Credo equidem, nec vana eſt fides credentis, quod vas eſt prædeſtinatum electionis, & templum puriſſimum majeſtatis. Hujus itaque frequentiſſime ſæpe dicti juvenis larga manſuetudine vir venerabilis inſtitutor, Dei ſibi omnipotentis prece auxilium impetrans, aggreditur juvenē & ſalutaribus monitis adhortatur, ut Dei præceptis religionique Catholicæ magis ſuæ mentis intentionem, quam vanis ſuperſtitionibus, applicaret. Qui ita primordia ſanctarum ſuaſionum ejus fertili corde ſuſcepit, tamquam ſi in his fuiſſet à principio eruditus. Ex hoc jam præfatus Epiſcopus non deſtitit divinarum Scripturarum eum confirmare teſtimoniis, & Domini conſolidare præceptis. Hæc autem omnia clam parentibus agebantur.

a

à S. Valeriano Epiſcopo diligitur,

ad omnes virtutes incitatur,

E

3 Cumque adoleſceret, & ad eam ætatis poſſibilitatem perveniret, ut matrimonio copularetur; ajunt ad eum parentes ejus. Cognitum eſt tibi, fili, quod præter te aliam ſobolem non habemus, per quam generis noſtri germina propagentur. Idcirco, dilectiſſime, libentius parentum ſuaſioni attende, & conſensum devotioni noſtræ atque ardori citius præbe; ut ſimilis tui à nobis in conjugium puella deſpondeatur, quo poſſis & mundi oblectationibus frui, & tuæ propaginis per ſolennia nuptiarum progeniem renovare. Amator vero vir ſolertiſſimus, cujus animus cælum jam tendebatur; declivior præceptis Dominicis, ſibi à beatiſſimo Valeriano frequentius inculcatis, habebatur; quam in mundanis ſuaſionibus, quæ ei à parentibus moleſtiſſime ingerebantur. Videntes autem parentes ejus, acclivem eſſe eum & pronum in ſacratiſſimi Valeriani prædicationibus; cogitaverunt ei deſponſare puellam, honeſtiſſimo ſemine procreatam, & natalibus parem; ut per ejus conjunctionem mentem Deo deditam ad ſecularia declinarent. Deſponſata eſt autem ei virguncula, Martha nomine; ex oppido Lingonicæ civitatis, celeberrimis atque famoſiſſimis parentibus edita. Cum autem definitus nuptiarum dies ſecundum pactorum qualitatem inter ſe habitorum adventaret, invitantur de more eunctorum nobilium familiæ, exornantur ædes, thalamus intra ædiū ſplendidiſſima ſpatia rite conſtruitur. Cujus pars auro plumata nitet: alia vero cocco, ac ſerico non ſemel tincto, eboreque lucido coruſcat. Stat in foribus non ſegnis achates: jaſpis lumen obumbrat: onyx proſtratus calcatur, cunctarumque divitiarum illic copia reponitur, quibus natura ſpeciatim nomen impoſuit. Deinde virgo ornatricum certatim manibus comitur, quæ turrita corona frontem comprimunt, & laxos amictus balthei gemmis aſtringunt, nudatos etiam lacertos ſuppara præcingunt anguſta, & luteola flammea ſplendidiſſimos vultus obnubunt, ſicut ritus ac mos elegantiſſimorum fuerat Romanorum. Tunc reverentiſſimus juvenis thalamo adeſſe parentum auctoritate jubetur.

à parentibus ad matrimonium deſtinatur,

oblata Martha ſponſa,

F

4 Invitatur de more religioſorum, ad introitum thalami, illico Valerianus Epiſcopus, ut conjunctionis eorum auſpicium Dominicis invocationibus confirmaret. Qui dum appropians libellum ſacrarum precum dextera arriperet, divino jam inſtinctu atque providentia perennis naturæ humanæ opificis; pro ſocietatis coadunatione atque bono conjugali effundere

S. Valerianus ſuper eos recitat pro nuptialibus, preces ordinationis Levitica,

qua ſplendide adducta

A dere preces cum vellet, ſacro eos Levitarum dedicavit officio. Sed nullus aſtantium, quæ ab Epiſcopo geſta fuerant, niſi tantum hi qui benedictionibus fruebantur, cognoſcere potuerunt. Sed cum jam adveſperaſceret, & copulationis tempus urgeret; dum ſtrata fulcris mira pictura variatis ornantur, dum pro nuptiis unici filii ſui parentes oppido lætantur, talibus aggreditur vir Deo plenus ſibi divinitus aſſociatam Virginem verbis: Dic quæſo, immortali ſponſo dedita atque inclyta virgo; dic quæſo, Dei omnipotentis filia, putaſne intellexiſti, quæ per ora ſunt in nos effuſæ preces Epiſcopi? Cui reſpondens virgo ait: Intellexi, dilectiſſime, & nimio ſum proſtrata terrore formidinis. Cui rurſus adoleſcens: Ne quæſo paveas, nec te tui corporis rigor exagitet. Et hoc enim non eſt imperitiæ deputandum, ſed Dei potius potentiæ adſcribendum, quæ per os antedicti Pontificis ſuam in nobis pietatem exercuit. Proptrea obſecro, ut ſi voluntati tuæ inſidet, hoc munus conſervare illæſum, nobis miſericordia Dei prærogatum & datum, meæ notitiæ pandas. Cui ſacratiſſima virgo reſpondit: Jam enim, dilectiſſime frater, ex uno dependemus arbitrio, & ideo quæ tibi Deo favente ſunt placita libenter amplector. Ex eadem ſcilicet hora non jam conjugali ſe oblectatione fovebant, B ſed divinis potius alteruter eorum teſtimoniis fruebatur, ut ſacrarum Scripturarum, non conjugii amatores aſpiceres. O ineffabilis & inviſibilis Dei largitas, quæ non ſolum nomina horum Sanctorum, ſed cum nominibus etiam *b* coæquat merita. Incorrupta ſoror Lazari Martha, Domino diſcumbenti æquanimiter miniſtravit: hæc Martha, in cælo ſummo Regi regnanti mentis corporiſque puritatem exhibuit. Illa ſibi tantum ſimplicem pudoris coronam promeruit: hæc dum ſibi aſſociatum juvenem caſtitatis proventu exornat, congeminatam ſibi victoriæ pro munere palmam nobilitat.

b

quo animadverſo tractant inter ſe de virginitate ſervanda,

5 Illis ergo alternatim ſe præceptis Dominicis fo- ventibus, atque exemplis ſuæ radices dilatantibus perſeverantiæ; inuſitatus odor, in medio eorum fragravit, non vulgaris, ſed ſecreti luminis à Mediatore delatus. Cujus virgo repentinam admirata ſuavitatem, conſociatum ſibi juvenem talibus percunctatur ſermonibus: Narra obſecro, juvenis, cujus tanta ſuavitas ſit odoris. Nonne omnium florum ſuavitatem hiems procelloſi rigoris aduſſit? Et unde nunc tanta inſpirationis bonitas, in alieni temporis metas proſilivit? Ad hæc juvenis, Jam, inquit, ſæpe tuis, C virgo, mentibus inculcavi, quæ ſit divinæ potentiæ poſſibilitas. Hic profecto odor, qui eſt in naribus noſtris, non temporalium pratorum metis concluditur, ſed æternæ Eccleſiæ campis vernantibus propagatur. Propterea oportet nos corporum noſtrorum mentiumque inviolatam integritatem modis omnibus cuſtodire, quibus ſe divina Majeſtas in odoribus præbet, & caſtitatis amator per ſuæ creaturæ ſuavitatem apparet. Thorus igitur conjugalis, ſtrati tantum communis conſortium exiſtat, non in mundanis illecebris. Ego etenim *c* puellarum conſortium *c* ab infantia mea vitavi, & execratus ſum mundi blandimenta, quibus aſſolet caſtitatis exorbitare pudicitia. Et ut nunc tuo affectui, virgo caſtiſſimis ornamentis prædita, præbuiſſem aſſenſum, non voluntas mea, ſed parentum perſuaſit frequens impulſio: quorum nefas putavi juſſa contemnere, ſperans me perpetui patris, dum mortalibus obedio, imperium poſſidere. Iſti ſoli indeſinenter grates exſolvo, qui talem te mihi conjugem præbuit, de qua non terrenis actibus, ſed cæleſtibus complacerem. Et his dictis poſt longæ confabulationis eloquia utroſque ſopor oppreſſit.

& effuſa calitus fragrantia in propoſito firmantur,

6 Intempeſta autem nocte expergefactus vir Deo dilectus Amator, aſpicit haud procul à ſe Angelum conſiſtentem, duplex ſertum geſtantem in manibus, qui ultro his compellat juvenem: Suſcipite, juvenes, munus vobis Domini pietate conceſſum, & veſtrum in omnibus incontaminatæ mentis cuſtodite propoſitum. Has voces ex ore Angeli prolatas pervigil juvenis audiebat, & ſuis ſpeculabatur ora eloquentis obturibus: ſed illa quaſi per ſomnium geri, quæ vere dicta fuerant, exiſtimabat. Erant namque ibidem pediſſequæ duæ, excubantes in obſequium Dominorum: quæ cernentes ea quæ gerebantur, proſtratæ ſunt terribili viſione. Altero autem die diluculo conſurgentes, propter oſtenſum ſibi miraculum poſcebant ſe ancillas Dei fieri.

AUCTOR STEPHAN. AFRICANO EX MSS.

itemque viſione Angeli duplex ſertum offerentis.

7 Peractis vero diebus celeberrimis nuptiarum, alacres atque concordes ad *d* S. Eladium Epiſcopum, qui beatiſſimo Valeriano ſucceſſerat, greſſus Amator & Martha tendunt: & procidentes coram eo votorumque ſuorum deſideria depalantes, ille Clericum ſe fieri depoſcebat, illa religioſarum numero ſociari magis ac magis poſtulabat. Tunc Antiſtes, conſiderans atque contemplans Dei eos amore fervere, & propter ejus dilectionem velle ſecularem habitum commutare; utriſque impiger paruit, illum crinibus exonerans, illam caſtimonialium religionis cœtui devotiſſime jungens ac ſocians. Perfecto itaque in eis ſanctificationis officio, ſic eos *e* limpidiſſimis Pontifex exhortatur eloquiis. Gratias ago omnipotenti Deo, qui vos ſibi immaculatos atque incontaminatos elegit. Nam vere, filii, ſatis fuit in veſtra conjunctione proſtratus Epiſcopus mœroribus, quando pro conjunctionis veſtræ congruis precibus, ordinationis ac ſanctificationis Levitarum preces effudit. Sed quoniam illa præfigurate, propter hanc confirmationem, voluntate fortuita geſta ſunt; debetis, ſacratiſſimi juvenes, cognoſcere cui vos ſervitio mancipaſtis, & quem profeſſionis cultum hodie recepiſtis. Omnis enim qui Deo militat, debet ſe ab omnibus abſtinere; & ei tantummodo operibus complacere, cui ſe devovit, ac tradidit. Omnia quæ ſupervenerint æquanimiter ſuſtinete. Nulla vos tribulatio à caritate Chriſti ſeparet, nulla lucra ſecularia longanimitatis veſtræ hilaritatem obfuſcent: ſic denique bonæ retributionis mercedem conſequi poteritis, & hæreditatis juſtorum eſſe participes. Hoc dicens, Dei excitatus ardore, Amatorem ſanctiſſimum levitico gradui admovit, & ſacri miniſterii ſublimavit officiis. Revertuntur igitur ambo in diverſorio gratulantes, & omnipotentis Dei ſibi conceſſa miracula hymniferis vocibus collaudantes. F

d Deinde à S. Eladio Epiſcopo

Marthæ ſanctimonialis Amator Clericus ordinatur.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Valerianus *6 Maji.*
b *MS. Boniſontis*, largitur.
c *Vnum MS. noſtrum*, puellæ.
d S. Eladius, *aliis* Helladius *colitur 8 Maji.*
e *MS. Boniſontis*, lepidiſſimus.

CAPUT II. a

Sanati energumenus & paralytica. Dæmones depulſi.

8 NOn poſt multum tempus conſecrationis ejus, erat quidam, *b* Eraclius nomine, ex civitate *c* Æduenſi, excellentiſſimo germine progenitus. Cui uxor erat, nomine Palladia, moribus ac genere viro æquiparans, nec non & opibus copioſis opulentior. Hæc à culturis dæmoniorum abſcedens, veræ ſe religionis fidei tradiderat atque dogmatibus; & regenerationis lavacrum, viro ſuo in priſtinis erroribus commorante, adepta fuerat. Libuit autem eam, poſt con-

b c

Palladia Chriſtiana,

AUCTORE STEPHAN. AFRICANO EX MSS.

consummationem sacri baptismatis, in Autissiodorensium civitatem pergere, in cujus vicinitate patrimonium possidebat. Posita autem ea in suburbio, Paschalis dies advenit. Ipso autem die Dominicæ resurrectionis, utpote neophyta, ad sanctam Ecclesiam lampificis ornamentis obsita processit: ita enim diverso splendore gemmarum præfata Palladia perlucebat, ut nitorem solis obnubilaret, & lucem diei pretiosis ornamentis absconderet. Perfecto itaque sacrificio, dum Eucharistiæ libamina Sanguinis quoque Dominici hausto confirmare voluisset, accessit ad beatissimum Amatorem, tunc Diaconum, qui sacratissimum Calicem in vitam æternam populis porrigebat. Quam ille pomposis cernens cultibus exornatam, ita aggressus est: De hoc calice sanguinis Domini nostri Jesu Christi non gustabis, nisi à te onus ornamenti projeceris: scelus enim hac nocte pollutionis exercuisti, & oportet lugubri cultu indui, & profluvio lacrymarum nocturnum facinus abluere, & sic te sacratissimis epulis applicare. Non ita te pollicita es victuram, quando cum Deo pactum fecisti, renuntians diabolo & angelis ejus, atque illecebris & *d* incentivis quibus ille crassatur.

negat communionem Calicis

ob venum ornatum, & conjugii usum.

d

9 Hæc illa audiens, quoniam palam omnibus fuerat increpata; & quæ putabat absconsa, vulgata fuerant in populo & revelata, exarsit: & à crimine audaciam sumens, tamquã leæna gemitibus frendens, de ecclesia est egressa. Cum autem appropinquaret ad locum in quo illustris vir ejus consistorium habebat, cœpit singultibus ei suggerere, & suam lacrymis pulchritudinem defœdare, ut viri sui ipso quodammodo luctu ad iracundiam animum provocaret. Suggestionis ergo suæ tale principium fecit: Conjunx tua, siquidem tua sum, nescio à quo pseudodiacono, coram tota Ecclesiæ multitudine, lacerata sum. Ego enim, ut tuis conspectibus complacerem, & solito cultior cunctis festivitatem frequentantibus apparerem, quidquid vestimenti superbissimi habui induta sum libens, ac etiam aureis ornamentis, lapillorumve monilibus memet decenter exornavi atque curavi: ob quam rem graviter vulnerata sum, ac labefacta contumeliis. Suscepta namque Eucharistia, cum vellem sanctificati Calicis latices delibare, me bajulus Calicis exacerbans repulit, minatus quod nisi vestimenta simul cum ornamentis deposuissem, & pœnitentiam admissi nocturni suppliciter peregissem, nullatenus communicarem. Tu ergo, vere dilectissime, ne moreris ulcisci, quam te superstite tamquam viduam lacerari prospicis atque contemni. Cui maritus: Desinant paulisper, conjunx dulcissima, in pace lacrymæ tuæ, me nunc in sacrilegi cruore ultorem videbis.

ab ea incitatus meritus adhuc idololatra,

& machinatus necem S. Amatoris,

B C

10 Ex hoc jam cœpit, utpote Paganus, rimare causas, & apta insidiis loca requirere, quo possit facilius læsam conjugem vindicare. Hoc autem agebat per dies singulos, abjectis omnibus causis ac negotiis utilitatis eorum. Sed ne suæ cogitationis malę potiretur effectu, illico ille doli machinator nequissimo arripitur spiritu; illa vero lethifero morbo, qui membrorum compagem dissolvisset. Erant autem ambo jacentes sine ullius remedii aut consolationis adjutorio, quoniam Deus omnipotens per eos voluit in sæpedicto Amatore suam demonstrare virtutem, & ostendere quantum fuerit ei carissimus & fidelissimus famulis. Cumque in his languoribus versarentur atque suspiriis, paululum palpebris eorum somnus obrepsit: & ecce vox Domini Salvatoris in aures eorum insonuit his verbis, dicens: Adhuc in malitiis vestris versamini, & nefariis consiliis obcæcati atque hebetes facti, vestri estis immemores? Recordamini, quibus vos flagitiis afflixistis, vel quæ causa malitiæ super vos repente obvenit. Si vultis tandem aliquando hujus languoris vinculo, quo astringimini, ambo absolvi; revertimini ad cor vestrum, & scrutamini illud, quod in necem complaciti famuli mei Amatoris indecenter armaveritis; & cognoscetis, quoniam hæc malitia vos circumsepsit. Si enim non fueritis contrito corde ad eum conversi, ut pro vobis, *e* orationem effundat; scitote vos in vestris iniquitatibus atque in deteriori languore pariter consummari.

à dæmone obsidetur; & illa fit paralytica.

voce cælesti ad pœnitentiam excitati, jubentur ad S. Amatorem accedere,

D

e

11 His illi auditis, maturius consurgentes rogabant, ut ad Dei hominem pervenirent. Et quoniam ita fuerant diutinæ ægritudinis laqueis impediti, ut pedibus suis niti non possent, vectantur vehiculis; pergunt suppliciter tristes, & pugnis pectora contundentes. Verum ubi se recognoscunt jam propius esse Amatori viro sanctissimo; desilientes de tergo vehentium jumentorum, solo tenus prosternuntur, concordi voce clamantes atque dicentes: Miserere nostri, amice Dei: absolve nefandis vinculis colligatos tuis æquissimis meritis. Jam luce clarius tuæ virtutis fulgent insignia, & fidei firmitas latius propagatur. Fatemur nos, vir beatissime, velle propter redargutionem iniquitatis nostræ innocentem morti contradere, peccatum peccato adjicientes: Ne, quæsumus, malum malis retribuas: satis sit ultio quæ nos merito tui invasit. En, quæcumque habemus tuæ sanctitatis palmis offerimus, in quibuscumque volueris usus prærogare; tantum pristinæ nos tuis Deo placitis precibus sanitati restitue, & robur corporis animæque concede. Ad quos reverendissimus Amator sic exorsus est: Si credideritis in toto corde vestro, quæcumque petieritis concederentur vobis. Ubi enim sinceræ fidei splendor irradiat, ibi curationum integritas quoque conregnat.

ab eo veniam supplices petunt:

E

12 Tunc illi iterum cum ejulatu nimio, paululum faciem lacrymis irrigatam ad famulum Dei erigentes, dixerunt: Scis jam, Domine, qualis vel quanta sit fides ac credulitas in cordibus nostris: neque enim tibi occulta sunt, quæ à nobis miseris peraguntur. O investigabiles viæ Domini! ô admiranda potentia! quæ ita humanæ præsumptionis temeritatem redarguit, ut acquirat non perdat, ut salvet potius quam occidat. Vere in his evidentissime exorbitantibus claruit, quæ clamat & dicit: Occidam, & vivere faciam; percutiam, & ego sanabo. Promerentur illico sanitatem, ab eo cui injuste manus injicere conabantur: & provolvuntur ante pedes illius cum luctu prostrati, de cujus exitio pertinacissime cogitabant. Convocato itaque Presbytero, Sanctus Amator maritum quoque sæpe dictæ mulieris baptizavit. Quos *f* aliquotiens ita admonebat dicens: Cavete ne ultra voluntates vestras in die festivissimo faciatis, ne deterius vobis contingat. Tunc demum accepto oleo benedixit, & invocato nomine Domini corpora eorum perunxit: Et continuo ab illo spiritus nequitiæ est fugatus, & eam morbus contagii derelinquens, utrique sunt sanati. Hoc primum miraculum palam est Deus operatus per servum suum: qui occulte semper agit per singulos, & collaudatur jugiter, & benedicitur per universos.

illa sanatur, Deut. 32, 39.

F

vir baptizatur,

f

& ambo oleo inunguntur.

13 Post hæc, non post multi temporis curricula, *g* Auxentius, orthodoxę fidei inimicus, cœpit S. Martinum insequi, & multas ei ingerere molestias, ita ut eum ad capitale inquireret periculum. Tunc ille, quoniam divina præcepta non ignorabat, quibus concessum est propter exardescentem persecutionis rabiem de civitate in civitatem transire; de loco in quo fuerat, ad insulam quæ *h* Gallinaria nuncupatur commigravit: in qua Beelzebub princeps dæmoniorum, exclusis habitatoribus, cum militibus suis conregnabat. Sed statim ut vir Dei pedem illuc attulit, præsentiam ejus sufferre non valens, locum à se possessum

g

Dæmones à Martino ex insula Gallinaria pulsos

h

A possessum deseruit. Egressus est igitur, à præfati viri præsentia secessus, cum ululatibus nimiis atque fragoribus; & ad locum se cum universis comitibus
& in Altri coresidentes, suis, qui appellatus est Altricus, recepit: ibique non longe viarum in præcipiti caute consistentes, cœperunt per momenta gradientes invasione quadam ac feroci terrore graviter detorquere, maxime autem meridianis horis, ut impleretur quod scriptum
Psal. 90, 6 est; à ruina & dæmonio meridiano. Sic faciebant non per breve tempus, ita ut omnium pene hominum pectora opinionis pravæ terror invaderet, & illius viæ rectioris iter fortiter evitarent. Hoc S. Amator comperiens, quadam die illius viæ iter arripuit. Quo viso frequens populus civitatis glomeratim se portis proripiebat, signum Domini nostri Jesu Christi fronti infigens, per quod beatissimus
S. Amator advenions, triumphabat Amator. Nec non etiam hi qui ante dictorum spirituum tentationibus agebantur, certatim accurrebant; potentiæ Dei, quæ per famulum suum Amatorem operabatur, non diffidentes.

14 Tunc dæmones, voce magna clamantes, dicebant: Cur nos & hîc, famule Dei Amator, persequeris? cur nos non licet in quolibet loco quiescere? Huc nos Martinus de domiciliis nostris pepulit, &
B à nostris liminibus effugavit: nunc etiam Amator à peregrinis nuper locis possessis excludit. Ad quos B. Amator: Cedite huic loco, & loca à vobis temeranter arrepta relinquite. Non enim sinemini Christi possessionem, unde jam per lavacrum regenerationis expulsi estis, iterum possidere. Vere fidelis Dominus in verbis suis, qui ita se exemplum omnibus præbuit, ut quod ipse habebat per naturam, accommodaret subjectis per gratiam: meruit enim Amator per fidem, quæ in eo regnabat, audere quæ Christus operatus est potestate. Nam ipsi, prius vo-
in virtute Christi ciferantes ac confitentes Dominum esse totius creaturæ, dæmones conclamabant; Quid nobis & tibi est, Jesu Nazarene? venisti ante tempus perdere
Luc. 4, 34 nos. Increpans autem eos B. Amator dixit: Maturate fugam, & obsessa à vobis corpora illæsa abscedentes relinquite. Non ego vobis impero, sed Jesus Christus, qui sævienti pelago imperavit, & elatio fluctuum in semetipsam resedit; qui pigris nubibus im-
effugavit. perat, & præcipiti lapsu in terram defluunt. Quo nomine illi audito conterriti & soluti formidine, humilitate prostrati, non sine lacrymosis clamoribus, locum in quo esse cœperant reliquerunt: & exeuntes de loco, in quo corporeis imaginibus populos deterrebant, tamquam fumus in aëre defluxerunt.

C Tunc populus, lacrymoso gaudio exhilaratus, Domino, quantum possibilitatis habebat, grates exsolvit, dicens: Gratias agimus tibi, Domine Jesu Christe, quia omnibus te in curationum munere præstitisti: & personarum acceptio penes te nullo modo potest reperiri.

ANNOTATA.

a *In MS. codice D. Petri le Venier hic incipit secunda pars sub hoc titulo*: Incipiunt miracula.

b *MS. nostrum unum* Eraclitus.

c Civitas Æduorum *est* Augustodunum, *vulgo* Autun, *urbs proxima Episcopalis versus Meridiem, de qua infra 7 Maji agimus ad Vitam S. Placidi seu Placiti Presbyteri, & hactenus sæpius egimus.*

d *MS. Bonifontis*, incrementis.

e *Idem*, preces.

f *Idem*, alloquens. *Ex hac autem admonitione appareret, pollutionem eam, ob quam redarguta Palladia fuerat, venialem dumtaxat fuisse, ex sacri diei neglectu in usu conjugii alias licito, sicuti ipsa quoque ornatus vanitas solum erat delictum veniale.*

g Auxentius Arianus, *expulso è Sede Mediolanensi S. Dionysio Episcopo, uti in hujus Vita 25 Maji dicetur, à Constantio Imperatore Ariano substitutus*, S. Martinum, *qui* Mediolani sibi monasterium statuit, gravissime infestatus est, *uti in hujus Vita scribit Severus Sulpitius cap. 4.*

AUCTORE STEPHANO AFRICANO EX MSS.

h Gallinaria *Liguriæ parva insula, jam verius scopulus cum turri prope Albingaunum urbem, unde vulgo* Noletta d'Albenga *appellatur.*

i Altricus *sive* Autricus mons, *vicinus urbi Autissiodorensi, quæ etiam* Autricum *ab aliquibus dicitur: ac forte ab ipso nomen accepit, ut* Autissiodorum *quasi* Autricidorum *dicatur, nomine composito ex* dor, *torrentem seu rivum significante apud veteres Gallos.*

CAPUT III.

Episcopatus aditus: infamia dissipata. Ecclesia nova comparata. Mortuus suscitatus: incendium extinctum.

15 His ergo peractis miraculis, brevisque temporis curriculis transeuntibus, Elladius vir A-
Episcopus consecratur. postolicus corpus terræ, animam cælo transmisit. Tunc exorta est felix seditio populorum, concordi E voce clamantium, Pastorem basilicæ Amatorem succedere, & Elladii spiritalem hæreditatem suscipere. Quorum voces dignis sunt Dei ordinationibus confirmatæ, & eorum desideria B. Amatori dedita, inania non fuerunt, sed statim in Episcopatus est honorem *a* promotus.

16 Post tres autem annos Pontificatus ejus, adversarius spiritus, qui bonis semper invidet, & evitantibus callidi tates ejus letales laqueos tendit, in *b* Litini Archidiaconi ejusdē reverentissimi Amatoris pectus illapsus, cœpit eum aculeis suis stimulare, ut adversus eum aliqua detestabilia machinaretur. Tunc ille, aggregans secum nonnullos è Clericis, & ex laicorum numero quosdam temerarios, cœpit semina odii in populis jactitare, & adversus Dei Pontificem novæ adinventionis lubricamenta malitiæ, ita ut hæc eorum insania suasisset, conjugii maculam atque adulterii notam casto infigere. Dicebant enim: Sacerdotibus sancitum est ut in Clericatu virginibus socientur; postquam vero adepti fuerunt honoris præmium, non eis licet ulterius uxoribus jungi: hic autem noster Episcopus, non solum particeps mensæ, verum etiam lecti, quod nefas est, invenitur. His ergo in universa plebe rumoribus mortiferæ cogitationis virus evomentes, dicebant: Exite & separamini ab eo, & ne ultra participes sitis *c* communicationi ejus: quam enim nobis purgationis nostræ veniam promereri potest, qui quotidie in luxuria volvitur, & voluptatibus suis satisfacere palam omnibus pervidetur? Sed quoniam legale decretum sancitur, ut nullus audeat suum accusare Episcopum; venite, & sagaci vigilantia eum circumseptis copiis circumdemus: & qui se putat ignorari, ipso quodammodo experimento, dum à nobis in præterito vomitu deprehenditur, cognoscatur.

b ab Archidiacono & aliis diffamatur ut reus luxuriæ:

F

c

qui eum noctu observare præsumentes.

17 Hæc secum tali assertione solerter rimantes, nocte quadam defensi tenebris, clam lectulum ejus obsederunt. Quidam autem eorum fores observantes, copiosissimo numero convenerant. Sed Christus, qui sæpe in suis fidelibus operatur, & diligentibus se regni sui hereditatem promisit, ut servorum
divinitus castigantur. suorum sibi quidem cognitam, populis vero latentem castitatem omnibus demonstraret, illis clam insidiantibus & lectuli lateribus adhærentibus; ecce tunc, in specie agni, donum Divinitatis, ad evacuandam machinationem superborum, in medio famulorum suorum irrepsit; in tantum sui fulgoris coruscans miraculo,

AUCTORE STEPHAN. AFRICANO EX MSS.

miraculo, ut etiam hi qui insidiabantur, licet indigni, luminis insoliti splendorem haurirent. Illico igitur Archidiaconus, auctor pessimæ machinationis atque inventor nubilosæ cogitationis, oculos ob fulgorem amisit: ceteri vero consentanei ejus à tentatore spiritu arripiuntur: ac vehiculo nefario coarctari, torqueri, atque elidi pro suis pravis cogitationibus cœperunt. Quod cognoscens vir sanctissimus Amator, duplici modo lacrymabiles gemitus Deo profudit, qui eum & mala suspicantibus mundū ostendit, & eos per ejus intercessionem ab his quibus occupati fuerant tentationibus, liberavit.

ob multitudinem ad Christum conversorum,

18 Ipso etiam tempore, quo hæc contigerant, adhuc simul erat ecclesia ad portam quæ Balnearis à priscis auctoribus nuncupatur. Erat autem prospectus ejusdem Ecclesiæ contra alveum fluminis *d* Ycaunensis. Propterea enim amplæ ædificationis ecclesia non fuerat, quia adhuc novitas erat Christianorum, ab idolis ad Deum convertentium; quæ per prædicationem sæpedicti beatissimi Amatoris ita cœpit pullulare, & germen fructificare caritatis, Christianosque palmites propagare, ut præ multitudine eos intra angustias brevitatis non caperet ecclesia. Tunc igitur temporis fuit nobilissimus quidam, nomine Ruptilius, civis Autissiodorensis civitatis, qui habebat amplum atque excelsum domicilium, paterno sibi testamento dimissum; intra cujus claustra erat latior locus, amœnitate quadam divali circumseptus. Cui Ruptilio, dum quadam die beatissimus Amator ad eum venisset, ita locutus est: Novimus te, Deo auctore, sancti lavacri laticibus regeneratum fuisse; & debes ei, qui de erroribus te eripuit, & suæ veritati ascivit, in omnibus obedire. Nosti, clarissime vir, quod domus Dei parva sit, & non sufficiat populo Christiano; propterea, quoniam non est justum, ut arbitror, famulum melius Deo habitaculum possidere, conversorium facito decenter, ut hæc ædes Christo Domino in Ecclesiam consecretur, quo possis retributionem benevolentiæ Dei & largissimæ mercedis consequi bonitatem. Ille vero aspere sanctam admonitionem suscipiens, denegavit se posse hoc opus adimplere, propterea quod illustrium parentum suorum auctoritate ei fuerat legitime in hereditatem dimissa. Et his dictis, Sacerdotis suavissima verba decassans, respondit: Absit ut hæc domus, quæ parentes & me ab infantia enutrivit, & maximæ generositatis splendore cunctis præpollens apparuit, alterius in se dominium suscipiat, & pristinæ dignitatis honorem amittat.

d

at repulsam passus

C

19 Tunc dignus Deo Amator ab eo regressus, spiritales indixit excubias; & solo prostratus, deprecabatur Dominum dicens: Ostende, Domine Deus, quoniam omnium es Creator ac Dominus; & hic, qui mihi famulo tuo pro tuo nomine postulanti parere neglexit, signis & prodigiis tuis compulsus, ultro se polliceatur tuæ satisfactioni spatiosa ædium loca daturum, quas dudum me rogante dare noluit atque despexit. Dominus autem, qui fidelium suorum preces semper exaudit, famuli sui non est passus diu petitionem differri: sed statim denegantem redarguit, & inobedientem per doloris correptionem ad obedientiæ plenitudinem revocavit. Cœpit ergo ille corporis sui languore torqueri, & indesinenter doloribut affligi. Sed cum, inter tormenta corporea, somni oppressio quædam *e* surrepsisset; audit salutaria Domini minantis eloquia, dicentia sibi, Nisi protinus famuli mei Amatoris monitis acquiescas, deterioribus te *f* faciam affligi tormentis. Surge citius, & approperans Amatoris dilecti mei affatibus pare, & ne ulterius differas præfati domicilii tui loca in aulam mihi sanctificationis offerre. Quo audito, cucurrit, licet morbo impediente, ad habitaculum

ex domo Ruptilii amplam ecclesiam fieri petit,

ad preces convertitur:

deinde vero correptum morbo

e

f

beatissimi Sacerdotis: & eminus se solo prosternens, cum lacrymis has voces emisit: Accipe, Deo placite, quæ dudum poposceras: & ora, ut languoribus, quibus mea est caro gravata, celerius caream; insuper & hanc, qua Christi regia construatur, paratus sum conferre pecuniam; tantum convaleam. Tunc sæpissime denominatus Christi discipulus, Crucis signaculo frontem ejus attitulans, salutis integritatem roganti restituit.

D

domumque ultro offerentem

Crucis signo sanat:

20 Sed quoniam pars illius ædis semiruta pendebat, voluit carissimus Deo Amator prius fabricam solidari, & sic devotionis suæ votum, imo Dei voluntatem, in eadem implere. Cum ergo operarios aggregasset, ut dirutæ partis facerent fundamina; in ipsa exhaustione fundamenti antiqui, reperit non parvam summam solidorum: quam diligenter ac cautius ligans, eidem viro Ruptilio per portitores, suam esse asserens, direxit, eo quod in loco habitationis ejus reperta fuerat. Cui portitores: Hæc dicit noster Antistes: Hi thesauri in illa sunt parte ædium inventi, quam Christo libentissime deputasti: propterea, quoniam juste congruit, ut quæ in tuis propriis reperta sunt habeas, sume. Quibus ille: Reportate, quæso, pondus auri quod mihi apportastis, & Pontificis manibus tradite. Hoc enim non meriti mei gratia, sed ipsius est largitatis consecutum abundantia; ideoque quidquid ei libuerit peragere, peragat de propriis lucris: hoc tantum vestram deprecor bonitatem, ut meam ei suggestionem propriam deferatis, ut inter splendidissimarum precum ejus libamina, sui sit Ruptilii memor. Suscepit ergo regredientes comites cum pecuniis S. Amator, & quædam earum in curas pauperum, quædam vero in inchoati ædificii perfectionem prærogavit; quod effectum, secundum voti sui initiamenta, Christo Domino consecravit.

Pecuniam in fundamentis repertam mittit Ruptilio,

E

remissam in pauperes & ecclesiæ reparationem impendit:

g

21 Hæc est hactenus *g* Ecclesia à Christianis populis confrequentata. O indeficiens sancti Spiritus donum, quod largitate Dominica Apostolis rite collatum, numquam disparilitate credentium aut posteritate corda dissociat! Apostoli, gentibus prædicando, infidelitate repulsa, ad verum Dei cultum accedere facilius suaserunt: Amator autem superstitionis aras subvertens, convertentibus se ad ceremonias Christianas, tabernaculum testimonii, in loco quondam idololatriis polluto, purissimum parat. Concurrunt undique Proceres, & quicumque honorabiliores fuerant ad dedicationem *h* Ecclesiæ; & Deo gratias peragunt, qui per fidelissimum sibi famulum Amatorem, novi quodammodo habitaculi receptaculum acquisivit. Admirantur omnes in Dei famulo virtutes operationum veræ fidei, gratulantur ob ejus sanctissima merita, uberiore Dei gratia sibi concessa. Perfecta ergo Ecclesia non plures post dies peractos, sacrata Deo puella Martha, febribus admovetur, in agro cui nomen erat Arriacho, parentum suorum quondam subjacens dominio: ibique non diu ægrotans, purissimum spiritum casta virgo Domino tradidit coronandum *i*. Cujus corpus reverentissimus Amator, multis secum comitantibus populis, diligentissime institis redimitum collegit, & juxta Altricum in conspectu civitatis tumulavit.

in qua dedicata

h

F

Marthamj suam sepelit.

i

22 Postera autem die ibat beatissimus Amator, frequenti cultu ac more solito, loca Sanctorum circuiens: & ecce infans, acerba morte ablatus, fit ei obvius, annorum fere octo; cum quo erat multitudo hominum plangentium, & amaris sua pectora contusionibus tundentium. Quorum non ferens elatus, jussit stare corpus; & se in orationem inclinans, has preces in aures Domini dirigebat: Domine, qui es vita vivorum & resurrectio mortuorum, qui ducis ad portas inferni & reducis, qui Lazarum

puerum octennem & jam sepeliendum

quæ-

A quatriduana corruptione jam fœtidum ad ſuperos regredi præcepiſti, fac etiam nunc ſolitâ mirabilia in hoc infantis cadavere, & lugentibus eum tamquam mortuum, vivum parentibus & incolumem reſtitue. Vix orationis ſuæ devotionem ſuppleverat, & *precibus reſuſcitat.* mortuus illico ſuſcitatur, vigorem membra recipiunt ſenſuum, & officium tamquam numquam amiſſum corpori reddunt: loquitur qui fuerat mortuus, & ab omnibus reſuſcitatori Chriſto gratiæ peraguntur: dilatatur fides Chriſtiana, ac tanti miraculi velocitas atque viri Dei impetratio late latius divulgatur. Accurrit catervatim turba languentium, & ante veſtibulum Antiſtitis proſternuntur. Redditur omnibus ſanitatis integritas, infirmitas procul fugatur, reficiuntur vires, color verus ſpeciebus, ut ante fuerat, reſtituitur.

23 His rite tranſactis, quadam nocte, caſu neſcio quo, univerſa civitas flammis repente ſævientibus *ſiſtit incendium urbis.* circumdatur, ita ut nulla eſſet deinceps habitatoribus ſpes evadendi periculum. Inter ſubitos tamen cladium caſus, Amatoris Dei famuli recordantur, accurrunt præcipites, ſolotenus coram eo cuncti pariter proſternuntur, vociferantes ac dicentes: Succurre, famule Dei, periclitantibus: fer opem deſperantibus. In te omnis hujus civitatis inclinata ſalus B recumbit: te ſibi illapſæ ruinæ firmiſſimum obicem aſcire contendunt. Hæc audiens famulus Dei, injecit ſemetipſum, ſatis cum periculo, in medio flammæ ardentis, ubi poterat æſtuanti fomite animæ vivacis flatum amittere, niſi cito Dei fuiſſet conſolatus invisibili majeſtate. Statim igitur ut ille Dei cultor inſperate ſe rapaci incendio tradidit, nubes parva in imbrem defluxit, quæ & voracitatem ignis extingueret, & ſervi Dei auctoramentum ad plebis ſalutem coram omnibus confirmaret.

ANNOTATA.

a *Circa annum* 388.
b *MS. noſtrum unum* Licini.
c *Idem*, communioni.
d *Idem*, aſpectus.
e *Boniſontis*, ſurrexiſſet.
f *Idem*, affici cognoſcit.
g *Eſt eccleſia S. Stephano dicata, quam Guilielmus* II *hujus Sedis Epiſcopus anno* 1215 *deſtruens, mirabili opere fabricare incepit, ut ſupra relatum.*
h *Eſſe dedicatam* v Nonas Octobris *indicatur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium.*
C i Martha *cum titulo* Sanctæ *inſcripta eſt hoc ſæc. Gynæceo Sacro Arturi du Monſtier, quod apud alios auctores non legimus, niſi quod eam referat Sauſſajus in Martyrologio Gallicano* 22 *Maji, & etiam* Sanctam *compellet.*

CAPUT IV.

S. Germanus, poſtea ſucceſſor, inſtruitur. Iter Auguſtodunum. Cæcus & tres leproſi ſanati. Pecunia recepta à fure.

a 24 EO autem tempore quo hæc geſta ſunt, *a* Germanus quidam nomine, nobili germine procreatus, territorium Autiſſiodorenſe viſitatione pro- *S. Germanum addictum venatui.* pria gubernabat: cui mos erat tirunculorum potius induſtriis indulgere, quam Chriſtianæ religioni operam dare. Is ergo aſſiduo venatui invigilans, ferarum copiam inſidiis atque artis ſtrenuitate frequentiſſime capiebat. Erat autem arbor pyrus in urbe media, amœnitate gratiſſima, ad cujus ramuſculos ferarum ab eo deprehenſarum capita pro admiratione vena-

tionis nimiæ dependebant. Quem celebris vir *ejuſ-* AUCTORE dem civitatis Amator Epiſcopus, his frequens com- STEPHAN. pellabat eloquiis: Deſine, quæſo, vir bonorum AFRICANO ſplendidiſſime, hæc jocularia, quæ Chriſtianis offen- EX MSS. ſa, Paganis vero imitanda ſunt, exercere. Hoc opus idololatricæ culturę eſt, non Chriſtianæ elegantiſſi- *fruſtra admonens ne capita caprarum ferum arbori affigerat* mæ diſciplinæ. Et licet hoc vir Deo dignus indeſinenter perageret, ille tamen nullo modo admonenti ſe acquieſcere voluit aut obedire. Vir autem Domini iterum atque iterum eum hortabatur, ut non ſolum à conſuetudine male arrepta diſcederet, verum & ipſam arborem, ne Chriſtianis offendiculum eſſet, radicitus extirparet. Sed ille nullatenus aurem placidam applicare voluit admonenti. In hujus ergo perſuaſionis tempore, quadam die prefatus Germanus ex urbe in prædia ſui juris ſeceſſit. Tunc B. Amator, *eam exſciſdit, nihil illius iram metuens.* opportunitatem operiens, ſacrilegam arborem cum radicibus abſcidit; & ne aliqua ejus incredulis eſſet memoria, igni concremandam illico deputavit: oſcilla vero, quę tamquam trophei cujuſdam certaminis umbrâ dependentia oſtentabant, longius à civitatis terminis projici præcepit. Protinus autem [aliquis], greſſus ſuos ad aures ſæpedicti Germani retorquens, dictis animum incendit; atque iram ſuis ſuaſionibus exaggerans, ferocem effecit: ita ut oblitus ſanctæ E religionis, cujus fuerat ritu atque munere conſecratus, mortem viro beatiſſimo minitaret: & ne ei aliquo modo quorumdam Chriſtianorum conventus furenti reſiſteret, turbam ſecum agreſtem coadunans civitati improviſus advenit.

25 Hæc omnia dum à quibuſdam cognita Amatori ſanctiſſimo panderentur, ait: Ego *b* dignum me *b* eſſe judico teſtem fieri fuſo ſanguine Salvatori: hoc eſt quod Græci appellant Martyrem. Divina ergo revelatione ſuæ deceſſionis tempus agnoſcens, & *& Auguſtodunum abit.* Germanum ſibi futurum ſucceſſorem prævidens, Æduam profectus eſt, ubi Julius reipublicæ rector ac gubernator Galliæ præſidebat. Pergens igitur illo, ad locum adventavit, cui nomen erat Gubilium. Ecce autem ruricolæ, nutu divino, aſpicientes eum venientem, cœperunt ſpinas & tribulos, alii manibus, alii ferramentis, quo iter perageret, amputare: & cum eis eſſet ignotus, pulchritudine vultus & capſellari honore quo Reliquias incluſas pendulas collo geſtabat, cognoverunt Dei eſſe famulum ac cultorem. Accedentes autem cominus his vocibus clamare cœperunt: Proficiſcere, benedicte Domini, & ad nos uſque ne differas ap- F propiare: cognoſcimus enim, tam ex ſpecie quam ex habitu, quoniam tu Dei Pontifex es atque Sa- *in via ruſticano recreatus obſequio* cerdos: propterea, ſi non ſumus immeriti, de poculis noſtris ſorbillum, & de ferculis ſume licet ruſticis delibamentum. Ille autem, gaudens quod etiam in confortibus ferarum fidei Catholicæ ſumma regnaret, & ſanctus Dei timor ineſſet, non abnuit petitionem eorum; ſed ſummotenus libans calicis guſtum atque pulmenti, benedixit ac ſanctificavit, atque eis ad bibendum comedendumque porrexit, quorum ſuſceptione Chriſti ſunt protinus largitate repleti. Quibus inſuper ait: Deſcendat in vos benedictio Patriarchæ Jacob, & repleamini rore cæli & pinguedine terræ, & ſit vobis abundantia frumenti, vini, & olei.

26 Poſt hæc eventu quodam, ad revelanda tamen evidentius famuli Dei divinorum donorum in- *cæcum illuminat;* ſignia, cuidam ex eadem multitudine ruſticorum contagia cæcitatis acciderunt. Is vero qui percuſſus cæcitate fuerat, ad reverentiſſimi Amatoris cum lacrymabili gemitu plantas proſtratus, rogabat, ut amiſſam viſionem facinoribus propriis, ſancti viri interceſſio revocaret. Tunc B. Amator, more

AUCTORE STEPHAN. AFRICANO EX MSS.

solito, curvis genibus, unici medici, omnium medicorum magistri, deprecatus est Majestatem. Condsurgens ab oratione, orbem lumine defraudatum signaculo Christi ambivit; cum cujus ambitione digitorum, & dolor recessit, & lux propriam sedem revisit. Quo viso phalanx universa agrestium, ad B. Amatoris pedes cucurrit, præconia voce confitens eum Dei amatorem esse, ac dicens: Vere tu Dei excelsi es vir strenuissime atque sanitatum operator, & ipso jubente hodie tugurii nostri & mentis ac corporis salvator ingressus es. Amator vero, Dei cultor, gratias invisibili Creatori lætus exsolvens, illis relictis, viam quam cœperat ita perrexit.

c

27 Illo autem proficiscente, Suffronius quidam, generoso sanguine creatus, ex oppido *c* Alisensi, mœrore confectus curisque acrioribus sauciatus, iter carpebat: qui elevatis oculis prospexit Amatorem sanctissimum recto tramite gradientem; & equo dissiliens citius, licet tristis ac lacrymans, Pontificis est amplexatus vestigia. Cui Pontifex: Cur tristis est insolito facies tua, & genæ tuæ lacrymarum rivulis irrigantur? Cui Suffronius: Furtum, vir beatissime, violentiamque pertuli sic atrocem, ut argenti mei totius quantitatis vascula amiserim. Sed, ô bene! Quia beatitudinem tuam mihi Deus in lugubri itinere concessit, jam credo me tuis orationibus, quæ amisi, sine labe aliqua rursus recipere. Cui Amator sanctissimus: Deus secundum fidem tuam operetur, & non te sinat diu lamentationibus affici. Verum quia ita nobis Dei providentia concessum est, ut mutuis nos aspectibus speculemur: comitare nobiscum paululum, & postea regredieris. Pergentibus autem illis pariter transmeati sunt spatium pene trium millium passuum; & ecce accurrit visibus eorum noctivagus fur, adhuc furti sui sarcinulam vehens humeris, humillimo vultu. Quem aspiciens atque cognoscens Suffronius, hilari vultu, pectore securo, celsiori voce intonuit dicens: Speciale mihi hodie Dominus solatii gaudium præbuit, ut te, beatissime Amator, inter angustias meas invenissem: en prospicio mei metalli, quam dudum amisi, splendidissimam quantitatem, quam mihi exaudibilis oratio tua restituit, & sanctitas conservavit. Hæc audiens beatissimus Amator ita exorsus est: Ecce jam quæ amiseras recepisti, damnum rerum tuarum vel jacturam nullam es perpessus, filiole: ob quam rem obsecro te ut hi nullius deinceps culpæ teneantur obnoxii, qui sunt reperti factis propriis criminosi; sed pergentes simul ad beatissimorum Martyrum *d* Andochii & Thyrsi tabernaculum properate, ibique eos sacramentorum vinculis irretire non differas, ut se polliceantur ulterius facinus hoc non attentare: sed hoc adimplere clam curabis, propter avarorum judicum rapacitatem atque calumnias. Clare intuere, quia claret suis fructibus arbor, cælestis agricolæ, culturis spiritalibus instituta, quæ & tempore suo largitatis suæ copia inopiam amissæ facultatis implebit, solicitosque indebitis pomis exonerans securos satiari efficiet. His ergo & talibus beneficiis lugentem exhilarans, reos damnationis culpa absolvens, pernix ad urbem Augustudunensium venit.

B *pecuniam furto sublatam præditit recuperandam,*

C *d furem absq; molestia dimitti præcipit:*

e f à S. Simplicio Episcopo honorifice exceptus

28 *e* Tunc *f* Simplicius Episcopus, vir summæ simplicitatis atque caritatis, rumore adventus ejus præventus, ei cum omni ordine Clericali, nec non & cum Julio tunc Præfecto, officii sui turmis stipato, ire obvius non neglexit. Quem rite salutatum atque debitæ venerationis assentatione *g* purius honoratum, ad Æduam civitatem perduxerunt. Peracto autem caliginosæ noctis tempore, famuli Dei surgentes, ad *h* Symphoriani Martyris diversorium properant. Eo namque tempore nondum latis ædificiis ambiebatur, sed parvissimæ cellulæ angustiis obseratum erat spatium. Illic duæ olivæ & duo candelabra, luminosis lychnis præceptorum Domini perlucentia, pariter ingrediuntur: alternatim se orationibus præveniunt: votorum obsequia Martyris dignitati persolvunt. Licet enim jam diu præfata cella fuisset in honore Martyris constructa, non tamen fuerat canonico more Pontificis invocationibus dedicata. Tunc ante dictus Dei Sacerdos Simplicius B. Amatori postulatione incumbit, ut per ejus precum puritatem Symphoriani Martyris Deo consecraretur habitaculum. Perficiente ergo Domino per suum famulum, quæ fidelissimo Athletæ Symphoriano promiserat; protinus, præeunte ac subsequente turba populorum Deum collaudantium, in urbem regressi sunt. Et ecce subito, in ipsa brevitate itineris, tres leprosi, mundationis sui corporis integritatem cupientes, sese conspectui eorum præsentaverunt; poscentes ut solitam precum salubritatem eis impenderent. Antistes vero ex fluento Jordanis latices sumit, qui Reticio *i* quondam Episcopo jubente, ad Æduam civitatem allati fuerant. Ex his in ora leprosorum irrorans, insuper oleo benedictionis omne corpus eorum Crucis facto signaculo illinivit; & statim omnis morbus obsessos penitus dereliquit, ita ut sic pristino colori cutis superficies redderetur, tamquam si numquam fuisset lepraticæ inquinationis deteriorata languore. Proclamant omnes Deo gratias, & Symphoriano Martyri atque Amatori consona voce gratiæ peraguntur, & sanitatis redditæ opitulatio utrisque populorum præconiis deputatur.

cellam S. Symphoriani dedicat:

tres leprosos sanat.

D

h

E

i

F

ANNOTATA.

a *Hic est* S. Germanus, *ejus in Episcopatu successor, ex cujus Vita* 31 *Iulii danda sequentia, hoc numero relata, ad verbum sunt descripta, ut supra indicavimus.*

b *Vita S. Germani,* indignum.

c Alisa, *vulgo* Allize, *etiamnum oppidum est inter Autisiodorum & Divionem, sed huic propinquior.*

d SS. Andochius & Thyrsus *Martyres coluntur Augustoduni* 24 *Septembris: de quibus hoc die egimus in Vita* S. Andeoli *eorum socii.*

e *Iterum ex Vita S. Germani desumpta sunt, hoc numero relata.*

f *Colitur* S. Simplicius 25 *Iunii.*

g *Excusum in Vita S. Germani*, prius, *in MS. etiam* purius.

h S. Symphorianus *Martyr Augustoduni colitur* 22 *Augusti.*

i *In MSS. est* reticulo: *sed intelligendus omnino est* S. Reticius *Episc. Æduensis, qui colitur* 19 *Iulii & Concilio Arelatensi interfuit anno* 314: *de ejus autem in Palestinam suscepta peregrinatione conjectura haud absurda formari posset, ex hujus loci auctoritate.*

CAPUT V.

S. Germanus petitus successor. Morbus, obitus, sepultura S. Amatoris. Utriusque encomium.

29 *a* EX hinc postera die S. Amator ad prætorium Julii se velle ingredi asserit. Cujus adventum Julius cognoscens, citius in occursum ejus profectus est, & quemadmodum decebat fidelissimum Dei cultorem obsequiis intra tectum inducit; more Christianissimi filii, ingressus ipsius benedictionem

a

A Iulio Gubernatore Galliæ

A ctionem ſe poſtulat ſuppliciter promereri. Suppleta ergo oratione, ſic Sacerdos reverentiſſimus Præfectum alloquitur: Finem meum, Domino mihi innotescente, cognovi: & quia non eſt alter qui regimen ſanctæ Eccleſiæ ſuſcipiat, niſi illuſtriſſimus Germanus, ſicut mihi Dominus meus revelare dignatus eſt, poſco Celſitudinem tuam, ut licentiam tribuas mihi roganti, eumdem Germanum tonſurare. Cui Præfectus: Licet neceſſarius ſit atque utilis reipublicæ noſtræ, tamen quia Deus ſibi illum elegit, ſicut tua Beatitudo atteſtatur, contra Dei præceptum venire non poſſum. Tunc voti compos, cum lętitia ſuę eſt iterum redditus civitati. In quam cum veniſſet, præcepit univerſum populum in atrium domus ejus adeſſe. Qui cum veniſſet, his eum concionatus eſt affatibus: Animo attentiores eſtote, filii dulciſſimi; eſt enim operæ pretium veſtris ſenſibus allegare, quæ meæ mentis receſſus parturiunt. Deo revelatore diem tranſitus mei de ſeculo evidentiſſime ſcio atque cognovi. Proprerea hortor unanimitatem veſtram, ut diligentius perſcrutantes ex cœtu veſtro virum firmiſſimum eligatis, qui ſpeculator ſit domui Dei. Illi autem hoc audientes conticuerunt, & nullus eorum ei verbum reſpondit.

S. Germanum ſucceſſorem ſibi petit,

& ſuum prænuntians obitum

B 30 Tunc ille videns quod omnes ſilerent, iter direxit ad ſanctam Eccleſiam: in cujus comitatu omnis congeries profecta eſt populorum. Subeunte autem illo Eccleſiam, cum & populus ingredi voluiſſet, ita eum allocutus eſt dicens: Exonerate filii cariſſimi jaculis manus, & arma ex humeris veſtris rejicite, & ſic domum Dei ingredimini, quoniam hæc domus eſt orationis, non martis ſtatio præliantis. Illi vero hæc audientes, dicto citius, quidquid chalybis geſtabant, foris ſecus poſuerunt. Tunc B. Amator, videns Germanum nihil oneris truculenti portantem, præcepit oſtiariis ut fores Eccleſiæ clauſtris arctarent: ipſe vero glomerata ſecum turba Clericorum atque nobilium, injiciens manus, Germanum apprehendit; & invocato nomine Domini cęſariem ejus capiti detrahens, habitu religionis rejectis ſecularibus ornamentis eum promotionis honore induit, talibus exhortans verbis atque confirmans: Satagere te oportet, venerabilis frater, qualiter incontaminatum atque immaculatum cuſtodias honorem tibi commiſſum: quia me decedente tibi omnipotens Deus paſtorale commiſit officium. Deinde vero incipit jam beatiſſimus Amator obitus ſui incitamentis urgeri: & licet eſſet ægritudine ſaucius, numquam tamen omittebat prædicatione populum confirmare ac dicere: Filioli, nunc Dominus Deus meus, à quo huc uſque fueram peregrinus, animam meam ſuſcipiet: obſecro ut unanimes atque concordes, fratrem meum Germanum loci mei faciatis adipiſci officium. Cui omnis turba conſentiens, ad confirmationem perſuaſionis ejus, reſpondit, Amen, non tamen ſine lacrymis neque ſine dolore. Omnis namque ætas atque ordo vel ſexus lamentationibus afficiebatur, quia talem amittebat Paſtorem: erat tamen eis inter hæc ſolatii genus, quod non diſſimilem forent recepturi Pontificem.

Germanum nil tale exſpectantem attondet in clericum,

C *& ſuadet eligendum poſt ſe Epiſcopum.*

31 Igitur Kalendarum Majarum quarta feria, acrius cœpit urgeri, & corporis ſolutione fatigari. Sed nec ſic quievit etiam inter dolores à ſalutari predicatione; ſed omnibus ſalubrem admonitionem inculcans, ita loquebatur: Prohibete lamenta ſonare, vetate populos flere. Ibi profecto luctivagæ voces emittendæ ſunt, ubi meliori deterior fuerit ſucceſſurus: hic vero incaſſum lacrymas funditis, ubi optimis meliora ſuccedunt: iſtius namque vobis prædeſtinati Pontificis, non ſolum vita prodeſſe, verum etiam mors. Hoc dicens præcepit ſe ad ſanctam Eccleſiam provehi, ut ibi ſpiritum Datori

1 Maji feria 4 conſolatus populum

in eccleſia moritur hora 3.

redderet; ubi die ac nocte ei conſueverat profiteri. Progreditur cum eo dextera lævaque frequens multitudo, præcedit Clericorum chorus, matronarum caterva ſubſequitur. At ille ubi Eccleſiam eſt ingreſſus, Pontificalem thronum aſcendens, fere diei hora tertia emiſit ſpiritum. Cui continuo chorus Sanctorum, quod eſt ad dicendum mirabile, ſucceſſit, & ſpiritum ejus cum hymnis & laudibus in ſpecie columbæ vehebat ad cælum. Hoc à multis cernentibus & narrantibus eſt confirmatum, & maxime ab *b* Helena ſacratiſſima puella, quæ eodem tempore cunctis virtutibus ac miraculis præcellebat.

AUCTORE STEPHAN. AFRICANO EX MSS.

b

32 Bajulabant igitur corpus ipſius, ut eum juxta tumulum reverentiſſimæ memoriæ Marthæ ęponerent. Erat autem in itinere, per quod corpus fuerat tranſiturum, teterrimus carcer, ubi vincti non pauci pro ſuo admiſſo ſcelere tenebantur. Ante quod ergaſtulum cum feretrum, in quo corpus bajulabatur, veniret, illico arctamenta clauſtrorum franguntur, catenæ à corporibus obnoxiorum diſſiliunt, & vinculorum omnium genera relaxantur. Tunc hi qui carceris pedoribus ac vinculis coërcebantur, prodeuntes, feretro ſe quo corpus vehebatur ſubjiciunt. Ex ea ſcilicet hora nullus eſt jam auſus cuſtodum vel Judicum reis manus injicere; ſed libertatem, quam vivi corporis ſui facinore amiſerant, Amatoris viri ſanctiſſimi defuncto corpore receperunt. Facta eſt autem exultatio magna in populis, viventiſque dum geſta miracula, corporis mortui tranſitu multimoda laude firmantur. Creſcunt deducentium corpus gaudia, dilatatur vox pſallentium. *c* Exinde ad locum, qui appellatur Altricus, ad ſepulturam deducitur. Unde dum redeunt, ecce proſpiciunt quemdam hominem paralyticum, qui jam triginta fere annis ipſo morbo detinebatur, cervicibus hominum bajulari: erat autem ex territorio Biturico, quem ſanctiſſimi Amatoris opinio de locis propriis vehi, ac peregrinari compulerat. Accedunt hi propius qui portabant; viri Dei ſoſpitatem inquirunt; cognoſcunt ipſius fuiſſe, quam catervatim ex urbe proficiſci viderunt, pompam funeris deducendam. Tunc languidus exorat, ut vel illis aquis paululum frueretur, quibus lavatum fuerat Amatoris beatiſſimi corpus. Hæc comperiens reverentiſſimus Germanus, tunc Presbyter, admirans fidem illorum, juſſit ex eadem aqua paralytici membra perfundi. Mox autem ut de loti corporis lympha ægroti eſt membris allatum, protinus languor omnis diſceſſit; & membrorum compages, morbida reſolutione illico carens, ſuis eſt conſolidata medullis, atque nervis vigentibus reparata.

Ad corporis delationem aperto carcere

captivi liberantur:

c

paralyticus 30 annis ſanatur.

F

33 O vere digna ac præclara civitas quæ ſuis eſt fœcunditatibus mundo prælata! Omnes pene civitates patronatus jura accipiunt, tu largiris: illæ alieno reguntur ac ſtabiliuntur auxilio, tu non ſolum tuæ firmitati geminum protuliſti munimen, verum etiam mundo. Amator Auſtralibus *d* ſanitatum ſemina ſubminiſtrat, Germanus Occidentalibus ſoſpitatis ſemper largitur auxilium. Hinc tibi urbs, tantorum Martyrum genitrix, incolumitatis copia, inde fructuum opulentia miniſtratur. Non imparem te Romuleæ aſſeram civitati: ſiquidem ibi Petri & Pauli Apoſtolorum beneficio triumphat populus, hic Amatoris Germanique auxiliis gubernatur: ibi amicorum Chriſti notitia præmicat, hic fidelium ſervulorum. Inſiſte ergo frequens ſacratiſſimis tumulis, & officium grata mente exſolve, quæ meruiſti tantis ac talibus titulis exornari. Illic die noctuque ſinceri cordis excubias celebra, ubi multifariæ ſanitatum formæ evidentius declarantur: quarum impoſſibile eſt vocabula ſpeciatim retexere, quia facilius eſt immenſi maris fluctus vel littoris

Laudatur urbs Autiſſiodorenſis.

d

gemino duorum Sanctorum patrocinio comparanda Romana.

A arenas nominatim deprehendere, quam mirabilium profectus Amatoris Germanive mortali lingua percurrere. Hæc autem per eos & in eis operatur individua Trinitas, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Relata num.* 24 *&* 25 *ſunt deſumpta ex Vita S. Germani.*

b S. Helena Virgo *colitur* 22 *Maji*, *inſcripta paſſim omnibus iiſque antiquiſſimis faſtis.* D

c *Iterum ex Vita S. Germani ſunt hauſta, quæ ad finem hujus numeri* 32 *referuntur. In Vita metrica ejuſdem S. Germani Ericus lib.* 1 *ita celebrat S. Amatorem.*

Urbis amor noſtræ, ſacrique refector ovilis
Præſul erat, merito cognomine mactus Amator,
Doctor magnificus, meritorum luce coruſcus,
Signorum titulis longe lateque celebris.

d *Ita ſignificatur ad Auſtralem urbis partem Germanum, ad Occidentalem haberi & coli S. Amatorem.*

G. H.

DE SANCTO ORIENTIO

EPISCOPO AVSCIORVM IN NOVEMPOPVLANIA.

1 MAII

Auſci urbs Novempopulaniæ.

AUguſta Auſciorum, Auſcium *aliis*, Auſcii *&* urbs Auſcienſis, Auxis *etiam*, Auxium, *&* urbs Auxitana *dicta*, *eſt metropolis Arminiaci Comitatus, ad Ægircium fluvium, ſex leucis diſtans ab Eluſa olim metropoli Novempopulaniæ, ſub qua in veteribus Notitiis undecim collocantur civitates, inter quas, ſubinde ultimo, ſubinde proximo loco, conſtituitur* civitas B Auſciorum. *Vltimus Eccleſiæ Eluſanæ Epiſcopus cenſetur* Sennocus, *qui teſte Fredegario cap.* 54, *anno* XLIII *Chlotharii* II, *Chriſti* DCXXVI, *cum Palladio patre ſuo, quod rebellionis alicujus Vaſconum fuiſſent conſcii, in exilium retruſus eſt. Ab eo tempore dignitas metropolitana ad urbem Auſciorum tranſlata eſt, & hactenus ſuo ſe continet decem Epiſcopatus Suffraganeos. Hujus urbis Patronus tutelaris eſt* S. Orientius Epiſcopus, *vulgo* Sant-Orens: *cui in urbe eſt dicatum locupletiſsimum cœnobium Ordinis Cluniacenſis: in quo ſacrum ejus corpus cum debita veneratione aſſervatur.*

S. Orientius Epiſcopus, colitur ibidē & Toloſæ

1 *Maji*

2 *Celebris etiam ejuſdem* S. Orientii *cultus fuit apud Toloſanos, erecta ad ejus memoriam in ipſa urbe capella ſive oratorio, quod poſtmodum traditum monachis Crucigeris, cum hi ex ſuburbio, propter bellum Anglicum deſtructo, in urbem migrarent: ut autem antiqua ejus veneratio magis ſtabiliretur, aliquæ ejus Reliquiæ Auſcio delatæ ſunt Toloſam, &* XII *Iulii anni* MCCCLIV *oblatæ Religioſis ſanctæ Crucis, atque in eccleſia S. Orientii depoſitæ. Hinc* S. Orientius *uti Auſcienſi urbi tribuitur, ita & adſcribitur Toloſanæ. In pervetuſto Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi, ante nongentos & plures annos exarato, ad Kalendas Maji iſta leguntur:* Auſi civitate in Gallia S. Orientis Epiſcopi. *At tria alia ejuſdem Martyrologii ecgrapha, ſcilicet Corbeienſe Pariſiis excuſum, Lucenſe & MS. Blumianum,* C *adſcribunt* urbi Toloſæ: *quæ ſequuntur MSS. Richenovienſe, ſive Augiæ divitis, Romanum Cardinalis Barberini, ac Trevirenſe S. Maximini, cum Appendice Adonis. Vſuardus hoc eum elogio celebrat:* Apud civitatem Auſcium S. Orientii Epiſcopi, qui virtutibus ornatus ſancto fine quieviſſe ſcribitur. *Sequuntur Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Molanus, Galeſinius, Caniſius, aliique cum hodierno Martyrologio Romano, & variis MSS. Antiquum Cadurcenſe Breviarium* IV *Maji præſcribit cultum* Orientii Confeſſoris Pontificis. *Ejuſdem memoria celebratur ad diem* XIV *Maji in MS Florario & in Auctario Greveni, abſque mentione ullius loci. Atque hæc de antiquo cultu* S. Orientii, *ejuſque Epiſcopatu* Auſcitano, *indubitata ſunt. Vtinam tam certa de ejus progenie, vitæ tempore, aliiſque ejus rebus geſtis poſſemus proferre, idque abſque ullius nationis præjudicio. Vni veritati nos ſtudere profitemur.*

4 & 14 Maji.

3 *Acta S. Orientii triplicia habemus, ſed non æque ſincera omnia. Antiquiora & meliora primo loco damus, uti ex ex inſigni MS. Paſſionali in monaſterio Bodecenſi apud Weſtphalos nobis deſcripſit Ioannes Gamanſius; & Toloſæ inter collectanea Bernardi Guidonis Epiſcopi Lodevenſis apud Patres Prædicatores reperit Petrus Poſsinus; unde eadem etiam habuit Guilielmus Catellus, & præ aliis laudat lib.* 3 *Hiſtoriæ Occitaniæ in Theoderico Rege pag.* 461. *Contulimus autem ipſa cum eorumdem contractiori aliquantum editione Philippi Labbe, tomo* 2 *Bibliothecæ ſuæ novæ, profitentis ita accepiſſe ex Collectaneis Illuſtriſsimi & Reverendiſsimi D. Franciſci Boſqueti, Epiſcopi Monſpelienſis. Ex his Actis tempus, quo S. Orientius floruit, referendum eſſet ad ſeculum Chriſti quintum, cum Toloſæ reſideret Theodericus Rex Gothorum, & dominaretur late per Aquitaniam & Novempopulaniam, eiq; Regi ſubeſſet S. Orientius: ab illoque mitteretur ad Duces* E *Romanos Aëtium & Littorium, ut num.* 2 *indicatur. Conſentiunt autem circa hos Duces reliqui auctores, inprimis Idacius in Chronico ad annum* XII *Theodoſii Iunioris iſta de Aëtio habet:* Burgundiones, qui rebellaverant à Romanis, Duce Aëtio debellantur. *Deinde, quod potiſſimum huc ſpectat, anno* XV *ejuſdem Theodoſii iſta tradit:* Bello Gothico, ſub Theoderico Rege apud Toloſam, Littorius Dux Romanus inconſultius cum auxiliari Hunnorum manu irruens, cæſis his parte plurima, ipſe vulneratus à Gothis capitur, & poſt paucos dies occiditur. *Caſſiodorus in Chronico,* Theodoſio XVII & Feſto Conſulibus, *id eſt anno* CCCCXXXIX, *ita ſcribit:* His Conſulibus bellum adverſus Gothos Hunnis auxiliaribus geritur, & Littorius Dux Romanus ab eis capitur. *Quæ eadem latius deſcribit ad dictum annum Proſper in Chronico: & aſſentitur Iſidorus Hiſpalenſis in Hiſtoria Gothorum his verbis:* Littorius, dæmonum ſignis aruſpicumque reſponſis deceptus, bellum cum Gothis imprudenter iniit; amiſſoque Romano exercitu, miſerabiliter ſuperatus interiit.

Acta 1 *antiquiora ex MSS.*

ſecundum quæ legatus iviſſet pro Gothis ad Romanos

4 *Præclariſsime rem totam depingit Salvianus lib.* 7 *de Providentia Dei.* Cum Gothi, *inquit*, metuerent, nos præſumpſimus: nos in viribus ſpem ponere, illi in Deo: cum pax ab illis poſtularetur, à nobis negaretur: illi Epiſcopos mitterent, nos repelleremus: illi etiam in alienis Sacerdotibus Deum honorarent, F nos etiam in noſtris contemneremus: ita illis data eſt in ſummo timore palma, nobis in ſumma elatione confuſio; illis exaltatio data eſt pro humilitate, nobis pro elatione dejectio. Namque agnovit hoc ille Dux noſtræ partis, qui eamdem urbem hoſtium, quam eodem die victorem ſe intraturum eſſe præſumpſit, captivus intravit: qui prædatoris habuit fiduciam, præda factus eſt: triumphum præſumens, triumphus fuit, circumdatus, arreptus, alligatus, retorta brachia tergo geſſit: manus, quas bellicoſas putabat, vinctas inſpexit: puerorum ac mulierum ſpectaculum fuit: illudentes ſibi barbaros vidit: irriſorium ſexus promiſcui ſuſtinuit: & qui maximum habuit ſupercilium fortis viri, mortem ſubiit ignavi. *Hæc aliaque Salvianus de Littorio, ſed tacito ejus nomine. Per Epiſcopos autem miſſos ad illum, poſſet S. Orientius intelligi, ſi hæc cum relatis infra de hac legatione conferantur. Hinc porro exorta dici poteſt S. Orientii veneratio apud antiquos Toloſanos, ut, quaſi eſſet tutelaris ejus urbis Patronus, ita fuerit antiquis Faſtis Eccleſiaſticis inſcriptus, & propria eccleſia honoratus.*

paulo ante quam horum Duæ ab illis an. 439 *caperetur.*

5 *Alia Acta damus ſecundo loco, aſſervata Toloſæ in eccleſia*

alia Acta ex MSS. dantur.

A *ecclesia S. Orientii, quæ nobis indidem etiam transmisit supra memoratus Posinus. Contulimus ea cum aliis, quæ in octo lectiones distincta reperiuntur in Breviario Ecclesiæ & diœcesis Albigensis, in Aquitania prima sub Metropolitana Bituricensi, ut vel inde constet quam late sit veneratio dispersa dicti S. Orientii. Horum Actorum prior pars ex antiquo Breviario Ordinis Cluniacensis extat etiam apud Gononum lib.* 4 *de Vitis Patrum Occidentis pag.* 244. *In iisdem, quæ ab obsidionem & liberationem urbis Tolosanæ spectant, paucis narrantur, & ineptis additionibus augentur, ut ea vel ideo in Notata rejiciamus, aque ac alia nonnulla quæ ad obitum ejus spectant. Sauffajus eorumdem Actorum compendium edidit, omissis fere, quæ omittenda duximus. Reliqua ut probabilia relinquimus. Alia denique Acta Parisiis accepimus ex collectaneis Patrum Fullensium, quæ dicuntur* compilata ab anno MDCIX, post translationem quarumdam Reliquiarum ejusdem Oscam, de mandato Christianissimi Regis Franciæ Henrici IV & assensu summi Pontificis Pauli V. *Hic sub initium multa congeruntur de parentela S. Orientii: quibus postea reliqua ex secundis Actis adaptantur; sed absque ulla prorsus congruentia. Adornatur etiam legatio ad Aëtium sive Agentium & Littorium, quam factam constat ex supra allatis anno* CCCCXXXIX, *& tamen mortuus dicitur Sanctus anno* CCCLXXXIV, *ac frater S. Laurentii Martyris, eodem cum ipso partu editi: ad quorum parentes* Orientium & Patientiam Sixtus Papa, ob persecutionem fugiens in Hispaniam, divertisset, ecclesiamque ad honorem S. Laurentii, quem martyrio decorandum sciebat, consecrasset, & sic, post sibi assumptum S. Laurentium socium, secessisset Sixtus ad alias partes Hispaniarum. *Quæ plane nobis absona videntur: cum vix integros tres annos Sixtus Ecclesiæ præfuerit, neque istius itineris alibi notitia habeatur. Quid quod martyrium S. Laurentii ad annum* CCLVIII *spectet? Atqui erat is ætatis maturæ cum pateretur: quam grandævus ergo fuisset frater Orientius quando ivit legatus ad Ducem Romanum an.* CCCCXXXIX *natus annos plures quam ducentos; aut, si Legationem istam rejicias, ut minimum centum quinquaginta.*

tertia Acta omittuntur ut fabulosa,

donec certius probetur vere fuisse frater S. Laurentii.

6 *De hac fraternitate poterit exactius agi* X *Augusti ad Vitam S. Laurentii, si ad eam solide probandam antiqua monumenta suppetant. Aliqua allegat Tamajus-Salazar ad diem* XV *Martii, in quibus asseritur ab eo* primus Flavius Dexter, secundus Julianus Petri, *& his alii subjunguntur cum Breviario Oscensi, cujus nos auctoritatem multo potiorem illis duceremus, si ex similibus fabulosis auctoribus deprompta non fuerint ipsa illa lectiones. Philippus*

B *Labbe, post Vitam S. Orientii supra indicatam, edidit* ejusdem Orientii breve elogium, *sed ut præfatur,* fabulis refertum, *in quo similia de parentela ejus referuntur. Idem Tamajus celebrat die* XXVI *Septembris* translationem aliquot sacrorum pignorum S. Orientii, ex urbe Auxensi in Gallia, Oscam in Celtiberia Hispaniæ Tarraconensis, solenni pompa & celebri plausu peractam; *& dein Translationis Acta profert, quæ apud eum videri possunt, quæ eum etiam* SS. Orientii & Patientiæ conjugum filium, & fratrem gemellum B. Laurentii Archilevitæ, *fuisse habent.*

Monasterium S. Orientii.

7 *Meminit monasterii* S. Orientio *dicati apud Auscios Sauffajus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad Kalendas Iulii, in elogio* S. Clari Episcopi & Martyris, *ubi ait, hujus* Sacras exuvias in illo honorifice conservari.

VITA

Ex MSS. Bodecensi & Tolosano,

collatis cum editione Philippi Labbe.

BEatissimi Orientii Sacerdotis sacratissimos actus vel pro parte differere, non peritiæ profluitate, sed tantæ materiæ admiratione, compellor: ut quod EX MSS. loqui nesciam, tacere non possim. Igitur beatissimus Orientius, mundanæ lubricitatis squallore deposito, *Auscitanus Episcopus,* se totum casta mente Divinæ Majestati devovit & tradidit; & altioribus honoribus adeptis, Pontificalis Auxio civitate Cathedræ dignitatem ascendit. Ecclesiasticis namque dogmatibus apprime eruditus, commissum sibi populum sacro sermone correxit, Pagaorumque perversitatem destruxit: & ita plenissime *Paganos convertit;* doctus, tanta doctrina eos erudivit, ut spreta idolorum vilitate auctorem suum cognoscerent; & ad legem ejus, baptismatis gratiam accipiendo, pertingerent. Sic enim Pastor egregius de diabolicis faucibus populum periturum revocavit, ut illos quos vulneratos gladio invidi draconis acceperat, divinæ doctrinæ medicaminibus sanatos, Deo, cui jam pene perierant, reddidisset.

2 Ergo cum in ejus pectore fides devota ferveret, & talia gessisset ut virtus ejus ostenderetur in plebe; Narvejam petiit montem, attollentem verticem im- *Narvejam montem infestatione dæmonum liberat:* mensa proceritate conspicuum, qui ex fano à Paganis quondam dæmonibus consecrato hoc nomen accepit, ubi etiam infestatione dæmonum nullum iter pervium habere licebat, cujus montis fœcundissimas E radices incolæ Auxii non poterant laborare. Illuc B. Orientius pergit, præeunte Crucis vexillo, fanum ingreditur, & hospitibus incolis vi facta prorsus dæmones effugantur: & quod fuerat ante immundis spiritibus valde refertum, fit sanctis orationibus Deo pacificatum. Nullus exinde civium solitas infandorum spirituum insidias expavescit, nullus quolibet ritu deinceps contaminatur à pessimis. Denique S. Orientius totum locum sua oratione lustravit, ut omnem metum in securitatem converteret, & à nefandis spiritibus virtutibus suis evacuaret: ut etiam multi ejulatus eorum audissent, quod eis pro S. Orientio consistere in solito domicilio non liceret. Hac scilicet virtute comperta, cunctus populus Deo gratias egit, quod talem Pastorem eis Dominus donare dignatus est, qui ipsos ab infestatione diabolica liberaret. *a* Quo in loco personans psalmis, pernoctans vigiliis, orationibusque perseverans, largis eleëmosynis supernæ bonitatis gratiam cumulavit. *a*

3 Et cum præstante Domino vitam longam in *à Rege Gothorum invitatus,* sæculo produceret, accidit ut ab Imperatore Aëtius Patricius, & Littorius, ad debellandum Gothorum Regem *b*, cum exercitu mitterentur. Quorum ad- *b* ventu Rex ipse territus, cum armis resistere non pos- E set, maxime quod apud Dominum omnes ejus ante confidentia, propter fiduciam Arianorum viluerat; ita coactus, à Sancto Dei servo Orientio popposcit præsidium, & legationem ejus proponere destinavit, ut ejus auxilio terribilem impetum tantæ virtutis mitigaret. Quam supplicationem B. Orientius li- *ad Ducem Romanum accedit:* benti animo amplectens, non pro hæreseon erroris squallore contempsit, sed ut ejus tribulationibus subveniret, famulus Dei protinus iter arripuit: occurrit Aëtio simulque Littorio. Quo viso, Aëtius de equo desiliens, prudentia suadente, cum omni ve- *ab Aëtio benigne,* neratione humiliatus ei occurrit, & ut pro eo orare dignaretur specialiter supplicavit: quod in posterum quantum ei fides præstiterit, facti fama percurrit. Littorius vero ei occurrere dedignatur, & legationem sancti hominis hujusmodi despiciens, nihil de pace *à Littorio malevole exceptus:* respondit: sed in urbem Tolosam, exitium daturus, se introire promittit. Tunc orante S. Orientio Episcopo, Littorius, transmissa cælitus plaga, in tantum nebulæ obscuritate vallatur, ut profuturi sibi consilii utilitate deceptus, portis civitatis improbe periturus accederet: captusque à Tolosanis, qui B. Orientii patrocinia postulaverant, pœnas sanguine persolvisset: nam & Aëtium Patricium, qui orationem pro salute

EX MSS. popoſcerat, liſæſum cum omni exercitu ſanctus Pontifex liberavit: qui interventu tanti Pontificis ad propria remeavit. Sicque factum eſt, ut beato viro, quem antea contempſerat hæreticorum turba *c* Getarum, Deo gratias referens, occurreret, quod per ejus famulum ab extremo vitæ tempore, quo perituri erant, nunc fuerant liberati.

ſed hoc capto liberat Toloſam:

c

4 Beatus iſte & Deo dignus Pontifex Orientius, non ſolum in prædicatione, nec non & patriæ liberatione neceſſarius multum fuit, ſed etiam multorum hominum obſeſſa à dæmonibus corpora liberavit: ille providit reditum pauperibus & peregrinis: ille tribulantium animos in ſecuritatem tranſtulit: ille perituros à morte redemit: ille vinctos & carceratos redemit. Ejus temporibus, eo laborante pax & ſecuritas, pro qua multum laboravit, in orbem terræ introivit: profecit Chriſtianitas, annullata eſt hæreticorum fatuitas: auctoritates quæ cavendæ, & quæ obſervandæ ſint, teſtimonio divinæ lectionis Apoſtolicus præco non ſiluit. Nam dum non poſſumus tam multa profari, vel aliqua ex parte quæ agnoſcimus relegenda perſcripſimus.

promovet fidem:

5 Quidam igitur vir nobiliſſimus genere, ex Hiſpaniis, prædives facultatibus, invidiam peſſimi accuſatoris incurrit: apud quem Regis animus ita eſt aggravatus, ut eo jure ad occidendum exhiberetur. Ad ſancti itaque Orientii patrocinia tranſmiſſi ſunt fideles, qui eum, ut pro ejus vitæ ſpatio interveniret, depre ati ſunt. Tunc congratulabundus Sanctus ad Rege venit, & ab ipſo ad convivium eſt invitatus. Et cum initio regalis prandii, more ſolito barbarorum, menſa magnis fuiſſet carnium ferculis onerata; Rex ille humili prece popoſcit, ut S. Orientius, quod pro parſimoniæ conſuetudine non faceret, pro caritate carnalem ederet refectionem. Quod ſi faceret, quæcumque vellet à Rege obtineret. Tunc ipſe, ut Regalibus animis ſatisfaceret, ſuo tactu ſanctificavit epulas, & laudavit: & hinc fidem popoſcit à Rege, ut quæcumque vellet apud Regis animum obtineret. Contaminatis igitur carnibus inſolitus *d* cibus ſupermiſcetur. Quo viſo, ne hoc quod à Rege petebat impetrare potuiſſet, turba circumſtantium potentum ei comminari cœpit. Sed tamen B. Orientius pollicitum à Rege præmium poſtulavit: qui non auri argentique talenta, non prædiorum culmina, non agrorum ſpatia quæſivit: ſed vitam ejus Hiſpanienſis ſibi præſtari popoſcit, ante cujus faciem mors terribilis exitum vitæ prolato jam gladio minabatur. Cujus ſupplicationi Rex contraire non valens, conceſſit ea quæ petiit.

B

Hiſpanum invidorum machinatione occidendum

d

admittens epulas Regias liberat:

C

6 Intelligite quanta ille potuit pro abſtinentia obtinere, qui ſuis in cibis civibus ſalus & externis vita fuiſſe probatur. Nam quantas, nobis *e* videntibus, poſt vitæ tempore vivens virtutes fuerit operatus, turba Auxitanorum civium non ignorat, de quibus vel unum ad præſens enarrare curabimus. Quidam peregrinus, areſcentibus nervis vim debilitatis incurrens, & contractis genibus manibuſque conſtrictis longa pœna langueſcens, ad ſolennitatem B. Orientii Epiſcopi, virtutem cæleſtis medici dum requireret, invenit: ibique fideli oratione ſupplicare non ceſſat. Procedit virtus de tumulo, & in tantum ſanitas redditur arefacto, ut redivivo infuſo ſanguine, vitali calore membra ſanitatis gratia replerentur. Sic ergo præmortuæ manus in uſum priſtinum revocantur: quarum digiti ita fuerant ante conſtricti, ut etiam eorum veſtigia, palmis infixa debilibus, putrida apparerent.

e

à morte clarens miraculis

contractum ſanat.

7 Det ipſe S. Orientius mihi veniam, qui ab ætherea ſede, virtutem, quam à Deo accipit, hominibus oſtendit: quia ſi non potui expedire quæ volui, vel aliorum ad hoc animos invitavi, ut ex abundantia cordis ſanctum Pontificem ipſi adornent, quod ego ſummo ore vix potui delibare. Nunc reſtat, ut qui S. Orientio gratiam ſuæ pietatis præſtare dignatus eſt, nobis ejus orationibus veniam pro ſua majeſtate non deneget: cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

D

invocatur à ſcriptore.

ANNOTATA.

a *MS. Bodecenſe*: Ex illo vero tempore perſiſtens in eodem fano Antiſtes Domini Orientius, pſalmis & orationibus indeſinenter vacabat, & de die in diem proficiens, in augmento ſpiritualium donorum ſupernæ bonitatis gratiam pleniter indeptus eſt.

b *Hic eſt* Theodericus *ſenior, qui ab anno* 429 *uſq; ad annum* 451, *quo periit in campo Catalaunico in pugna contra Attilam Regem Hunnorum, imperavit: quem oppugnaturus Littorius in urbe Toloſana, captus eſt & occiſus anno* 439, *à cujus cæde Aëtius cum illo pacem iniit.*

c *Medii ævi ea imperitia fuit, ut* Getæ, *Sarmatiæ populi antiqui, cum* Gothis, *ad Danubium poſtea advenis indeq; in Romanum Imperium effuſis, iidem eſſe crederentur.*

d Inſolitus, *quia Epiſcopali benedictione conſecratus.*

e *Hic loquendi modus arguit ſatis magnam horum Actorum vetuſtatem, & auctorem multo antiquiorem quam ſit Bernardus Guidonis, qui obiit an.* 1331. *Nam* 12 *aut* 13 *ſeculi ſcriptor aliquis, qui multa ſuo tempore miracula fieri vidiſſet per S. Orientium, non fuiſſet uno referendo contentus; idque feciſſet in forma magis probante & authentica.*

E

VITA II

Ex MS. Toloſano & Breviario Albigenſi.

Prologus

1 EXultemus omnes in Domino, Fratres cariſſimi, & lætemur in ſolennitate beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Orientii Archipræſulis: ſiquidem ſanctiſſimi Patris egregii, Prælati benigniſſimi, Paſtoriſque ſoliciti, prædicatione facundiſſimi, ædificatione & aliis quibuſlibet virtutibus decorati, & Patroni noſtri piiſſimi. Eidem ergo laudes & gratias copioſas cum ſumma lætitia referentes, ejus vitam, converſationem, merita & miracula devotiſſime recitemus: ut ejus meritis & precibus delictorum noſtrorum veniam & gaudia conſequi mereamur æterna.

a

Ortu nobilis,

2 Beatus Orientius ex partibus Occidentis *a*; Urgellenſis Ducis, qui tunc temporis officio Proconſulis fungebatur, filius fuit, habens fratrem priorem ſe, qui poſt patrem in hereditate ſucceſſit. Ipſe vero parentum diligentia educatus, ſtudiis liberalibus traditur, ac orationi & lectioni vacans, non mediocriter eruditus effulſit. Qui tandem, defunctis parentibus & fratre, regimen Ducatus eſt adeptus. Animadvertens autem ſe non poſſe ſimul Deo & mammonæ deſervire, vitam ſolitariam decrevit aſſumere: omnia ſua diſperſit deditque pauperibus, & ſua mancipia manumiſit. Fuit vero ita divina gratia plenus, ut ſuis orationibus obtineret optata: & ab eo multa miracula fierent. Unde ad famam virtutis ejus quamplurimi confluebant, percipere cupientes ab eo beneficia ſanitatum. Sed ne illum favor popularis extolleret, dimiſſâ patriâ loca ſecreta petiit: ad quæ Spiritus Dei eum duxit, ſub ſpecie viſibilis brachii & manus, ipſum benedicentis, & ad *b* Bigorram in Vaſconia, ad vallem quæ dicitur *c* Levitania, dirigentis.

F

ſanctè vivit,

miraculis clarus.

fugit in Vaſconiam:

b c

3 Veniens ergo ad dictum locum, vitæ ſolitariæ congruum: ibi in devexo montis latere oratorium ſtatuit. Molendinum etiam in rivulo *d* Iſaurio, qui præ foribus oratorii præterfluit, diſſimili aliorum qualitate nihilominus conſtruere ſtuduit (de quo dicitur quod multo tempore durans, inconſumptum omnino

d

conſtruit oratorium & molendinum.

A omnino permanſit) certis temporibus ſe retinens & erumpens : bladum appoſitum opportunis temporibus reſtituens in farinam. In hoc loco dum maneret vir Dei Orientius, quadam die vidit ad ſe venientem multitudinem populorum : quod moleſte ferens, fugam arripuit; & rupi *e* veſtigium imprimens, divino nutu deſcendit, ubi chaos hians in ea permaximum apparuit, ut ad eum nullus haberetur acceſſus. Ubi per multos dies perſiſtens orationi, jejuniis & vigiliis, ſecum manens Deo devote vacavit. Omni namque die ſemel dicebat Pſalterium, manens in aqua frigida uſque ad umbilicum : & de labore ſuo panem manducans, & olera : aquam ſolum ad potum habebat : ſibi nuda terra pro lecto erat : noctes atque dies ducebat inſomnes, pallio & tunica ſola contentus, atque catena pro cingulo utens.

e fugit in rupem,

f S. Vrſiano Ep. Auxitano mortuo,

4 Eo tempore *f* S. Urſiano, Auxitanæ Urbis Archiepiſcopo, viam univerſæ carnis ingreſſo, populus Paſtoris deſolatus ſolatio, indicto ſibi triduano jejunio, apud Deum inſtitit, ut ſibi de Paſtore idoneo provideret. Sicque in oratione perſeverantibus vox audita eſt, ut B. Orientium eligerent in Paſtorem. Electione itaque celebrata B. Orientium adeunt, ipſumque laborantem invenerunt, & in ſuum

B Paſtorem humiliter ſalutaverunt, & negotium pro quo venerant indicarunt. Ad quæ vir Dei attonitus fugam paravit; ſed detentus fuit ab his qui venerant. Tunc humiliter preces ad Deum fudit, & ſi eſſet ſua voluntas, revelationem ab ipſo ſibi fieri poſtulavit. Qui cum virgam quam manu geſtabat fixiſſet in terram, ſubito virga illa fronduit & floruit, & genuinos ramos expandit, & in arborem magnam excrevit. Quo viſo miraculo vir Dei, cognovit ſe ad hoc à Domino vocatum; moxque divinæ voluntati ſe ſubdidit, & curam gregis illius humiliter reluctans ſuſcepit.

electionem de ſe factam admittit miraculo inductus:

5 Quo cum accederet, undique ad eum Clerus & populus concurrens, & qui indigebant ſanitatum beneficia, omnes cum maximo gaudio eum ſuſceperunt, gratias & laudes reddentes Domino. Suſcepto itaque curæ paſtoralis officio, Vaſcones tunc idololatras ad fidem convertit, & de quodam monte juxta Auxium, qui Narucia dicebatur, ad ſeptentrionem verſus urbem omnem idolorum ſpurcitiam extirpavit; & dæmones inde, varias hominum ſpecies deferentes, ſua virtute fugavit. Mons ille nunc habet

g eccleſiam in honorem Beatorum Citici *g* & Julitæ

h conſecratam. Quamdam etiam cujuſdam Galliæ *h* Principis filiam, Corneliam nomine, vexatam à dæ-

C mone liberavit. Recepit autem in donum à dicto Principe quatuor euangelia valde pulchra, & altare portatile, jaſpide argento incluſo cum Reliquiis ibi reconditis : quæ uſque hodie in ſua eccleſia reſervantur.

ethnicos convertit :

energumenam liberat:

6 Cumque ad ejus ex Gallia regreſſum omnis populus confluereret, iterum deſertum locum, ut Deo liberius vacaret, repetiit : & ad locum ſolitum remeans, vigiliis, jejuniis & orationibus inſtans, iterum ab Auxitanis requiritur, ut ad Sedem ſuam redeat. Ipſe vero Auxitanos duriſſime objurgavit, reditum omnino abnuens : ſed revelatione divina ſibi facta compulſus, eorum precibus annuit : & ad eccleſiam ſuam rediens, ipſam ſuis doctrinis, exemplis,

i meritis, ac orationibus fœcundavit .... *i* Beatus itaque Orientius gregis Dominici Paſtor, totius ſanctitatis amator, Angelicam vitam gerens in terris, ſpeculum bonorum operum factus, mundo virtutibus & miraculis renitens, efficaciſſime claruit.

à deſerto ad Epiſcopatum reducitur:

7 Denique cum beati viri ad Dominum tranſitus immmineret corpore ſeneſcente, ſpiritu roboratus; & ſacri Domini Corporis communione devote percepta, vidit Dominum Jeſum Chriſtum cum multitudine Angelorum atque Sanctorum ad regna cæleſtia ſe vocantem. Quod etiam duobus Fratribus ſimul aſtantibus oſtenſum fuit : & cum hoc odor ſuaviſſimus locum implevit. Ex quo vir Dei beatiſſimus lætus effectus, à Domino impetravit, in manu ejus ſuum reponi ſpiritum, & à ſibi devotis malignum fugari ſpiritum, & locum ſui ſepulcri ab adverſariis perpetuo eſſe tutum. Statimque duobus Fratribus ſibi aſtantibus divina vox audita eſt, dicens: Quod poſtulaſti adimplebo, & ſi quis nomen tuum digne invocaverit, à cujuſcumque infirmitatis vel anguſtiæ, ſive periculi aut tribulationis moleſtia, liberabitur, & bonis temporalibus non fraudabitur.

EX MS.

moribundus à Chriſto viſitatur:

8 Migravit autem beatiſſimus Pontifex Orientius anno pontificatus ſui quadrageſimo primo *k* ..... *k* ſepultuſque eſt apud Auxium in monaſterio B. Joannis Baptiſtæ, cum aliis ſanctis prædeceſſoribus ſuis, *l* videlicet Paterno, Servando, Optato, & Pompodiano, prima die menſis Maji. Nam poſt ejus felicem de hoc mundo exitum virtutibus & miraculis innumeris claruit. In loco autem in quo beatiſſimum ejus corpus requieſcit, tanta & talia ipſius meritis & interceſſione uſque in præſentem diem fiunt miracula, quod nullus ibidem devote ſuum patrocinium efflagitans unquam paſſus eſt repulſam. Ibi namque

ſepelitur cum prædeceſſoribus 1 Maji. l

E à dæmonibus obſeſſi liberantur; & epileptico morbo ac aliis variis languoribus laborantes perfecte curantur : ab ejus tumulo ſacratiſſimo redeuntes multoties jocundantur, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus, in ſecula ſeculorum. Amen.

E claret miraculis.

ANNOTATA.

a *Quid ſi pro* Occidentis *legamus* Occitanis ? *Occitaniæ certe proxima eſt Catalaunia, in qua eſt* Urgella *urbs Epiſcopalis, cujus Ducatus patri S. Orientii tribuitur in Actis Toloſanis, Breviario Albigenſi & apud Gononum. At Sauſſajus hæc ita in ſuo elogio habet :* Qui Oſchæ in Hiſpania natus, Proconſulis filius. *Eſt* Oſca, *vulgo* Hueſca, *urbs Epiſcopalis Aragoniæ, patria S. Laurentii Martyris habita, & hic in locum Vrgellæ ſubſtitutata ab iis, qui fratrem S. Laurentii dicunt S. Orientium. Imperite autem pro iſto tempore nuncupatur Vrgellenſis Ducatus, & quidem velut hereditarius.*

b Bigorra *regio Vaſconiæ ad Pyrenæos montes, cujus urbs præcipua & Epiſcopalis eſt* Tarba.

c Levitania vallis, *vulgo* Lavedan *ad duo milliaria porrigitur.*

d *Gononus & Breviar.* in aqua, quæ vocatur Yſauria.

e *Breviarium.* veſtigium imprimens duos hiatus aperuit, ut nullus ad eum haberetur acceſſus.

f *Idem.* Juliano. *Verum* Urſiano *ſucceſſiſſe ſcribunt Sauſſajus, Chenu, Robertus, Sanmarthani.*

g *Iam vidimus ante Acta S. Amatoris Ep. Autiſſiodorenſis num. 8 horum Sanctorum corpora ab eo Antiochia in Galliam delata credi : ex quibus partem forſitan Auſcenſes obtinuerint.*

h *In Actis tertiis dicitur,* Cornelia filia unica Regis Franciæ, *quod inter alia ſupra indicata menda reputari poteſt, cum Francorum Regum nomen tunc necdum in Gallia notum fuerit.*

i *Quæ hic interponebantur, rectius in priori Vita habentur, & à nobis explanata ſunt. Hoc loco ita corrupte referuntur in Breviario Albigenſi :* Poſt aliquod etiam tempus Imperator Maximianus duos Principes contra Olimbium, Regem Toloſæ, miſit, ſcilicet Agentium & Litorium, quibus ad liberationem Toloſanæ civitatis occurrens B. Orientius, cum uno eorum, ſcilicet Agentio, pacem obtinuit : Litorius autem in malitia perſeverans, aciem contra civitatem diſpoſuit : ſed precibus viri ſancti à Toloſanis ſuperatus occubuit. Et ipſe Rex Olimbius cum populo ſuo, cum eſſet in Ariana perfidia, ad fidē Catholicam ſunt converſi.

F

Hæc

A *Hæc ibi. In MS. Toloſano Imperator appellatur* Maximus, *ſed nullus cum Aëtio ſive Agetio & Litterio vixit* Imperator Maximianus, *aut* Maximus, *niſi* maximus *adjective ſumatur, & intelligatur* Valentinianus *tertius tunc Imperator Occidentis. Nullus etiam Rex Gothorum fuit* Olimbius *vel* Olimbrius *appellatus, ſed fuit* Theodericus. *Nam qui poſtea fuit* Olybrius *Imperator Romanorum, huc non ſpectat. Neque Rex Gothorum fuit tunc ab hæreſi Ariana ad fidem Catholicam converſus, ſed potuit Catholicis magis faviſſe.*

k *Addebatur in dicto Breviario:* Anno à Paſſione Domini 353, imperante Theodoſio primo anno 16 Imperii ejus, ac ſedente Felice Papa. *Quæ in MS.* D *Toloſano ita leguntur:* Anno Domini 394, imperante Theodoſio primo anno 6 Imperii ejus, & ſedente Siricio anno 9 Pontificatus ſui. *Sauſſajus ſolum aſſumpſit* annum nonum Siricii Papæ. *In MS. Fullienſi notatur* annus Domini 384, & decimus Imperii Theodoſii primi, & nonus Siricii Papæ. *Vixiſſe eum anno 439 ex bello & obitu Littorii conſtat; non item quamdiu poſtea ſuperfuerit.*

l *Hi quatuor à Sauſſajo in Indice topographico ut Sancti, qui hoc primo Maji ſuum cultum habeant, referuntur.*

D. P.

DE S. AFRICANO EPISCOPO

IUXTA VABRUM IN GALLIA NARBONENSI,

CAPUT I.

Oppidum & Eccleſia Collegiata S. Africani.

SEC. IV AUT VI B

Vaber villa, in qua an. 862 Abbatia,

Aimundus Comes & Marchio Toloſanus hujus nominis primus, anno Caroli Calvi XXIII, *Chriſti* DCCCLXII, villam, cujus vocabulum eſt Vaber, in pago Ruthenico, in Vicaria quæ dicitur Curienſe, *tradidit Adalgiſo Abbati ſuiſque monachis, barbarorum incurſione expulſis è monaſterio, nomine* Palmatus, *quod habuerant in Petracorio pago,* ad monaſterium conſtruendum in honorem S Salvatoris, & S. Mariæ Dei genitricis, ſive S. Dionyſii præcellentiſſimi Martyris, ſecundum Regulam S. Benedicti. *Hujus fundationis diploma, cum Privilegio Regis Caroli, ſub ſuam protectionem locum ipſum recipientis anno regni* XXIV, *videre licet apud Guilielmum Catel lib.* 1 *cap.* 10 *Hiſtoriæ Comitum Toloſanorum. Floruit exinde prædicta Abbatia uſque adeo, ut Paſchalis* II *Papa, anno* MCXVI *ipſam Pontificiis privilegiis communire dignatus ſit, fortaſſis & exemerit Ruthenenſis Epiſcopi poteſtati. Certe Ioannes* XXII, *cum cenſuiſſet Ruthenenſem diœceſim in duos Epiſcopatus dividendam, anno* MCCCXVII, *Sedem ibi conſtituit Epiſcopalem; Petro, qui Abbas fuerat, in Epiſcopum ordinato.*

an 1317 Epiſcopatus erectus,

2 *Ex hoc tempore caput circum jacentium oppidorum cœpit eſſe* Vaber, *cum ea villa antea ſubjiceretur* Vicariæ Curienſi. *Hanc autem Vicariam conſtitutam fuiſſe in oppido quod nunc dicitur* S. Africani, *probant multa antiquorum judiciorum monumenta, ibidem adhuc aſſervata: ampla que & magnifica domus rudera, quæ* Curiæ *nomen habens ipſi Vicariæ nomen olim dedit. Manſit igitur loco honor, ut novus Vabrenſis Epiſcopatus ſuum iſtic ſemper haberet Officialem, habeturque ſententia in ipſius oppidi favorem lata, qua declaratur quod Vabrenſis Epiſcopus teneatur ibidem conferre ſacros Ordines Chriſma conficere, Confirmationem impartiri, Synodos celebrare.*

olim Vicariæ Curienſi ſuberat,

C

3 *Initia & origo loci incerta, antiquitas magna eſſe, haud immerito præſumitur. De nomine hodierno teneri poteſt, necdum illud in uſu fuiſſe quando Vabrenſe monaſterium fundabatur; quamvis jam tum notus fuerit S. Africani cultus, corpore invento in æde S. Saturnini, tunc temporis aut ſola aut primaria, quam ipſe Sanctus credebatur conſecraſſe. Etenim invenitur inſtrumentum vetus cum hac in fine clauſula:* Actum fuit ſub die Jovis, in menſe Auguſti, Albiæ civitate, in eccleſia S. Africani, in præſentia Raymundi Comitis, anno primo regnante Ludovico Rege, poſt obitum Caroli Imperatoris, *id eſt, anno Chriſti* DCCCLXXVIII: *quo perſuademur, jam tum ab uno alterove ſeculo celebrem fuiſſe in iis partibus* S. Africanum.

in quæ S. Africani corpus.

ante 9 ſeculum etiam Albiæ eccleſiam habentis.

4 *Crevit tamen celebritas illa, poſtquam ei in ipſa Vicaria Curienſi ſub proprio nomine nova conſecrata eſt eccleſia, quod fuiſſe credimus ante annum* MCCXIV; *quando, ut in quodam vetuſtiſſimo inſtrumento legitur,* fit tractatus & accordum, cum quodam aurifabro iſtius urbis, de quadam reparatione capſæ eximii Doctoris & ſanctiſſimi Confeſſoris S. Africani; & promittuntur pro pretio viginti tria ſcuta in Saluts, Taſtarts, & Beſonds ſolvenda. *Fuit ſaltem eccleſia nova fundata ante annum* MCCLXI; *de hac enim, tamquam diverſa à priori S. Saturnini, mentio fit in quadam charta iſto anno ſcripta, cujus auctor ſic loquitur:* Recognoſco me habere quaſdam domos à Baylo eccleſiæ S. Africani, quæ confrontantur, *id eſt contiguæ ſunt,* cum eccleſia S. Saturnini. *Horum & aliorum omnium infra citandorum inſtrumentorum notitia, ſtudioſe ſed ordine nullo collecta per D. Dutaur, loci ipſius Præpoſitum anno* MDC XXVI, *communicata nobis eſt à noſtro Petro Franciſco Chifletio, cum qua ſi accepiſſemus integra ipſorum ecgrapha, longe certius poſſemus definire, an oppidum ipſum jam tum habuerit nomen* S. Africani. *Eodem facerent inſtrumenta, in quibus nominatur* Porta S. Rochi in S. Africano, *aut* Domus infirmorum S. Lazari villæ S. Africani, *aut* Hoſpitale nuncupatum S. Jacobi in dicta villa, *ſiquidem ea facta ſint ante annos prænotatos, de quo nihil indicatur in ſynopſi ſubmiſſa.*

& novam in ipſo loco ante an. 1261.

E

5 *Sufficiunt illa interim ad comprobandam loci celebritatem: quæ ſeculo* XIV *fuit vehementer aucta, quando* Raymundus Vabrenſis Epiſcopus ſecundus, conſtituit ut Presbyteri, de dicta villa oriundi & ibidem reſidentes, uſque ad numerum quadragenarium, unum corpus fierent & dicerentur, *quod circa annum* MCCCXL *accidit. Cum vero Ioannes Petri indidem oriundus & Vicarius ibidem ac caput dictorum Presbyterorum, aſſumptus eſt in novum Vabrenſem Epiſcopum anno* MCCCCXXI, *prima ei cura fuit pronam in lapſum S. Africani eccleſiam renovare à fundamentis; in quam pro parte majori abſolutam, ipſius Sancti corpus tranſtulit, & poſt altare majus circa annum* MCCCC XXVII *collocavit. Habetur enim inſtrumentum anni* MCCCC XXX, *in quo* agitur de reparatione ſacriſtiæ principalis eccleſiæ S. Africani, in qua tenentur jocalia, pretioſa paramenta, capſa & reliquiæ S. Africani: & promittuntur magiſtro operis ſeu lapicidæ loci de Bruſca quadraginta mutones auri. *Nec multo poſt Eugenius Papa* IV, *cum eſſet Florentiæ, anno Pontificatus ſui* X, *Chriſti* MCCCCXL XII *Kalendas Februarii, dicit inter alia,* quod dicta villa aliis locis omnibus in diœceſi Vabrenſi exiſtentibus notabilior & ditior exiſtit, ac in ea tam Regia Curia quam etiam officium Curiæ Epiſcopalis Vabrenſis tenentur; nec non alias in eccleſia ipſa S. Africani (quæ inter ceteras illarum partium parochialis eccleſia famoſa & inſignis reputatur) corpus dicti S. Africani (ob cujus merita Altiſſimus plura & manifeſta

F

ubi circa an. 1340 *Chorus* 40 *Presbyt.*

In eadem circa an. 1427 *reſtaurata*

poſitum Sancti corpus poſt altare majus

manifeſta in eiſdem partibus miracula operatus fuit & quotidie operatur) honorifice conſervatur ; ac propterea & ex aliis pluribus rationabilibus cauſis Chorus & Univerſitas prædicta provide conſideratur.

6 *Idem deinde rogatus pro fundando ibidem Canonicorum collegio, anno* MCCCCXLIV, IV *Kalendas Aprilis, Pontificatus ſui anno* XIV, mandavit Abbati S. Tiberii Agathenſis diœceſis, ut eccleſiam S. Africani, quæ parochialis erat, auctoritate ſua in collegiatam erigat, & collegialibus inſigniis decoret ; ac in ea, quadragenario Presbyterorum numero per ipſum Abbatem ſuppreſſo, unam Præpoſituram conſtituat, unamque Sacriſtiam loco perpetuæ Vicariæ, & viginti duo loca Presbyteralia quæ Canonicatus vocamus. *Huic commiſſioni ſatisfacturus prædictus Abbas, cui nomen Ioannes, primo proceſſum legitimum formari ſibique exhiberi petiit, circa cultum S. Africani in prædicta eccleſia : quem per omnia veritati conformem eſſe ſciens, ipſe, qui ex dicto loco oriundus ſcire optime poterat, tamquam teſtis à longo tempore oculatus, potiſſimum moveri ſe profeſſus eſt, præſentia & miraculis S. Africani, ad fundationem dictam proſequendam : quod & fecit. Vabrenſi autem Epiſcopo prænominato (qui eam Sedem ſecundum Sammarthanos uſque* B *ad annum* MCCCCLII *tenuit) in mandatis reliquit, ut novo Canonicorum collegio Inſtituta ſcriberet, prout ſe facere præfatur* ad laudem & honorem beatiſſimi Africani Epiſcopi & Confeſſoris, in cujus nomine prædicta eccleſia titulatur, & in qua corpus ipſius requieſcit. *Inter alia vero indictum eſt, ut Canonici Præpoſitum electuri ſub hac forma jurarent* ; Juramus & promittimus omnipotenti Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, ac B. Africano, ſub honore cujus præſens eccleſia eſt dedicata, in qua ipſius corpus requieſcit, eum eligere & nominare &c.

& an.1444 inſtituitum Collegium Canonicorum,

propter frequentia S. Africani miracula.

7 *Inſtituto Canonicorum collegio reſtabat fabricanda eccleſiæ pars anterior, quæ* cœpta eſt ædificari anno MCCCC XLVIII, ad hoc venditis redditibus confratriæ Procerum laicorum S. Africani, nobili viro Berengario Blanchi, Condomino de Vaulcauſino, per conſules patronos & gubernatores dictorum reddituum, conſenſu habito D. Joannis Epiſcopi Vabrenſis, pretio ducentorum mutonum auri, & dictum pretium recepit Pontius Gaſparus lapicida & magiſter ædificii novi operis. *Tanto autem fervore rem urgebat Epiſcopus, ut vix abeſſe ſuſtineret à loco ; jugiterque commorans in ſua Epiſcopali ibidem domo, vulgo* Baſchalaria, *à Vabrenſibus ſuis, haud ſatis aquanimiter id ferentibus, vocaretur* Epiſco- C pus S. Africani. *Porro ut opus abſolveretur* anno MCCCCLV, Pontificatus Calixti Papæ III anno primo, regnante Carolo Francorum Rege, & Bernardo Epiſcopo Vabrenſi præſidente ; idem nobilis Berengarius Blanchi omnes prædictos reditus vendidit diſcreto viro Magiſtro Bernardo de Bagiis, notario S. Africani, pretio centum & trium ſcutorum auri cugni Franciæ ; quod pretium converſum fuit in ædificium novi operis prædictæ eccleſiæ. *Denique anno* MCCCCLXXXIX *condita inſtrumenta fidem faciunt, actum eſſe de conſtruendis* Stallis *ſeu ſedilibus in choro S. Africani, &* Branchadis *ſeu ferculis deportandæ in proceſſionibus capſæ ſervituris. Hic notatu digna ſunt moneta in Gallia Narbonenſi uſitatæ, genera. Num. 4 enim leguntur* Saluts *à* Salutienſi *ditione dicti* ; Taſtarts, *à* Taſta *urbe Vaſconiæ vulgo* Dax, *&* Beſons, *id eſt* Gemelli, *ſic nuncupati à geminis faciebus eidem impreſſis ; uti apud nos dicuntur* Beſoirs (*à* beſer, *oſculari*) *aurei quibus Alberti & Iſabellæ Principum vultus, veluti oſculaturi repræſentantur. Hoc autem num. 7 nominantur* Mutons, *id eſt* Oves, *uti à* Pecude *impreſſa Latine dicta* Pecunia *creditur. Quibus aliiſq; omnibus ſignandis ſervit* Cugnus, *Gallice* Coign, *hic autem ſumitur pro* Moneta.

& 1455. applicatur pretium quorumdam reddituum venditorum.

AUCTORE D. P.

CAPUT II.

De corpore & reliquiis S. Africani.

8 *Ad corpus Sancti vulgo S. Afrigne. ante ſec. 9 inventum.*

Diu antequam prædicta eccleſia in Collegiatam erigeretur, celebrabatur in ea feſtum inventionis & revelationis S. Africani die XV *Ianuarii, Tranſlationis* VIII *Februarii, Natalis* I *die Maji. De hoc agendum, infra cap.* 4, *ubi magis ex profeſſo agendum de Cultu ipſius Sancti. Tranſlationem crediderim potius primam dici, qua ex veteri S. Saturnini æde, in qua ſepultum jacuerat corpus, in novam S. Africani delatum eſt, diu ante ſeculum* XIII *quam poſteriorem, factam ſub Epiſcopo Ioanne in eccleſiam à fundamentis reparatam. Inventionem arbitramur ante ſeculum* IX *contigiſſe : eique adfuiſſe Epiſcopum Albienſem haud vana ex conjectura ſuſpicaberis, quandoquidem ea eccleſia inſignem aliquam ſacri iſtius theſauri partem, una cum fragmento veteris tumbæ ſeu ſepulcri ex eo conſervarit tempore ; ipſique Sancto erectam habuerit parochialem eccleſiam. Adfuit fortaſsis & Nemauſenſis Epiſcopus (nam & in hujus diœceſi S. Africani villa & eccleſia eſt) & ex Caſtrenſi nunc* E *Epiſcopatu, tunc loco ſatis celebri, quidam, per quos in ipſorum territorio ſimilis eſt excitata erga Sanctum religio : ubique autem à vulgo nominatur* S. Afrigne ; *ut aliquando mihi in mentem venerit ſuſpicari, utrum primo nomine non fuerit appellatus* Afranius, *potius quam* Africanus. *Sed hoc retinendum eſt, quandoquidem hoc ſolum inveniatur in iis de quibus hactenus egimus monumentis.*

multa facta miracula,

9 *Tam religioſi cultus obſervantiam crebra metuerunt miracula : de quibus deque reliquis antiqui cultus argumentis juvabit legere proceſſum ad hoc formatum, ut Collegii Canonici dignitas loco tam digno impetraretur. Proceſſus illius tenor hic eſt.* Dominus Michael Gariberni, procurator & ſyndicus Univerſitatis ſeu Chori Presbyterorum S. Africani, propoſuit & expoſuit Reverendo in Chriſto Patri Joanni Abbati monaſterii S. Tiberii, Ordinis S. Benedicti Agathenſis diœceſis, quod in eccleſia S. Africani, quæ ſemper inſignior habita fuit in tota diœceſi, eſtque in medio illius ſita, requieſcit corpus, & ſunt reliquiæ ipſius glorioſiſſimi Patroni noſtri, qui . . . . zelans cultum & augmentum fidei Catholicæ ac ſalutem animarum Ruthenenſem adivit populum, ubique prædicans & hæreſes extirpans : & in fine, curſum ſuſcepti miniſterii impleturus, ad hanc noſtram urbem venit, Spiritu F ſancto monente : ubi diu vixit innocenter, in ſanctitate & aſperitate vitæ perſeverans ; & in dicta eccleſia corpus ſuum tumulatum fuit : in cujus tranſitu & ſepultura omnipotens Deus quam plurima operatus eſt miracula, & ex poſt operabatur, quotidie ad ſe recurrentes adjuvans. Aſſerit autem prædictus teſtis, quod ob ipſius merita, quamdiu vixit & poſt ejus obitum, numquam fulmen nec grando ceciderunt in tota parochia. Quæ omnia Raymundus Epiſcopus Vabrenſis conſiderans, & quod multa bona darentur ; conſtituit quod Presbyteri, de dicta villa oriundi & ibidem reſidentes, uſque ad numerum quadragenarium, unum corpus fierent & dicerentur.

aſſerunt teſtes juravi plures,

item ejus meritis villam immunem manere à fulmine & grandine,

10 *Sedit Raymundus iſte, poſt Petrum primum Vabrenſem Epiſcopum, ab anno* MCCCXXIX *uſque ad* MCCCXLVII, *ſecundum Claudium Robertum & Sammarthanos : adeo ut uno tantum ſeculo fundatio Chori præceſſerit fundationem Capituli. Audiamus porro teſtes alios.* Guillermus de Alcapis, Conſul prædictæ urbis, teſtatur, quod corpus S. Afri- *ſepulcrum elevatum & caput argento inclusum ſervari,* cani retro altare majus, in loco eminenti,

AUCTORE D. P. requieſcit ; & caput ejus in argento eſt, & ad preces prædicti Africani fiunt multa miracula. Petrus Arnaldi, frater Germanus ſupradicti Abbatis & Conſul ſupradictæ villæ, interrogatus pro verificatione contentorum in litteris Apoſtolicis commiſſionis prædictæ & articulis inſtructionalibus præinſertis (*unde intelligas non haberi hic proceſſum totum, ſed ſolum præcipuas quaſdam atteſtationes*) eadem exponit, teſtatur & aſſerit, cum D. Petro Pomarede, Conſule ; & Guillermo Linſaci, Notario, habitatore & Conſule dictæ villæ.

vota & donaria plura oblata,

11 D. Guillermus de Serres, Prior de Targiis, Cancellarius Domini Vabrenſis & Curiæ Officialatus, in S. Africano reſidens, dixit, quod bene ſcit & vidit pluries multa miracula ad preces S. Africani fuiſſe facta, & fiunt quotidie : & vidit multoties illos qui à periculis & infirmitatibus liberati precibus S. Africani fuerunt, adultos & parvulos, maſculos & feminas venientes, portantes ſudaria, intortitia & ceram, & alios munera reddentes & ſolventes vota quæ ipſi emiſerunt : & dum veniebant, reddebantur per Vicarium Petrum de Magringo & alios Eccleſiaſticos, cum ſolenni pulſatione campanarum, laudes Deo & B. Africano de miraculis & gratia impetrata. Dicit etiam verum eſſe, & hoc refert publica & antiquiſſima fama, numquam cecidiſſe fulmen & grandinem in villa & tota parochia S. Africani ; & hoc illius precibus. Et quod dicta eccleſia eſt de novo conſtructa, licet à parte pedis non ſit completa. Eſt in illa retro altare majus corpus S. Africani, in loco ſatis alto : & vidit illud, quando fuit eccleſia reædificata, transferri per D. Joannem Epiſcopum Vabrenſem ; & altare majus ſolenniter conſecrari. Et eſt caput dicti Sancti in argento, quod peregrinis & devotis, ac cunctis in diebus ſolennibus, oſtenditur. D. Anthoſius Blanchi Presbyter, Vicarius perpetuus de Bornacó, Bacalaurius in legibus, Procurator generalis D. Vabrenſis Epiſcopi, in S. Africano reſidens, & in curiis officialatus Vabrenſis & temporali Regi & Condominorum dictæ villæ Advocatus, eadem teſtatur & aſſerit.

miracula pulſatis campanis publicata.

B

delubratam tranſlationem,

altare conſecratum:

12 D. Guichardus de Rupeforti, Vicarius perpetuus S. Africani, Locumtenus D. Officialis Vabrenſis, dixit Corpus S. Africani & reliquias eſſe in dicta eccleſia & multa miracula fieri, & pro illis laudes & gratias referri ſolenniter, per Clerum & populum cum pulſatione campanarum & orationibus. Et eſt ipſa eccleſia noviter ædificata, & vidit ipſe

C

corpus S. Africani transferri de eccleſia veteri ad novam, retro altare majus in loco patenti, per D. Joannem Vabrenſem Epiſcopum, & poſtea dictum altare majus per ipſum D. Vabrenſem Epiſcopum ſolenniter conſecrari : & eſt caput dicti S. Africani in argento, & oſtenditur peregrinis & devotis & aliis generaliter in feſtis ſolennibus. Dixit etiam quod ipſe, ut Vicarius d. Eccleſiæ, recepit ſudaria, imagines cereas, intortitia & alia vota, quæ illi, qui ab infirmitatibus ſanati & periculis liberati precibus d. glorioſi Confeſſoris fuerunt, ſolvebant & afferebant : & ſcit pro vero quod numquam fulmen cecidit in parochia ſua & S. Africani. Nobilis Joannes Blanchi, Dominus caſtri de Monte-cauro & Burgenſis d. Villæ, dixit ſe vidiſſe reædificationem eccleſiæ S. Africani, quæ vetuſtate conſumpta erat, viditque transferri corpus S. Africani per D. Joannem Epiſcopum Vabrenſem & altare conſecrari ſolenniter. vidit multa miracula fieri & multos ſolventes vota & ferentes munera, liberatos à periculis & infirmitatibus ſuis Magiſter Joannes Arnaldus Notarius, conſiliarius ac habitator d. Villę, idem prorſus aſſerit.

13 *Hactenus illius proceſſus abbreviator: qui addit multos teſtes alios aſſeruiſſe, S. Africanum valde ſenem iſtic diem ultimum clauſiſſe : ac deinqne quod* ipſe Commiſſarius teſtatur ſe oriundum eſſe urbis S. Africani, & ſe tamquam teſtem oculatum à longo tempore ſcire ſupradicta omnia, & alia luce clariora : & ſic ſe paratum eſſe procedere ad executionem ſuæ commiſſionis : & quod potiſſimum miracula, corpus, & reliquiæ S. Africani ipſum moverunt ad fundationem eccleſiæ noſtræ antea ſecularis in collegiatam.

D

ob quæ omnia ipſa eccleſia facta ſit Collegiata.

14 Anno *deinde* MCCCCLXXI quidam ſacrilegi exſpoliaverunt furtive totam eccleſiam villæ S. Africani de omnibus jocalibus illius pretioſis, uſque ad damnum inæſtimabile : qui ſacrilegi, Deo permittente & B. Africano, fuerunt capti, incarcerati, judicati ad mortem, & ſuſpenſi in patibulis d. villę S. Africani : & hoc, *inquit Collector notitiarum nobis communicatarum*, legi, in quodam veteri libro iiſdem verbis. *Tum idem Collector verbis ſuis ſubdit*, intellexi ex veteranis rem eam cum miraculo conjunctam fuiſſe ; eo quod miſeri illi patrato ſacrilegio, neque fugere neque abſcondere ſe potuerint, ſed in loco hæſerint tamquam immobiles. *Inter jocalia autem predicta haud dubie fuit* brachium argenteum, ponderis quatuor marcharū, *quod anno* MCCCC LXI eccleſiæ collegiatæ S. Africani dat per teſtamentum Petrus Fabri Sacriſta, ad reponendum oſſa ſacri corporis S. Africani. *Iiſdem deinde decentius collocandis, & in proceſſionibus magnificentius circumferendis, fabricata eſt poſtea* argentea capſa grandis, valdeque ſpecioſa, & gemmis ac lapidibus pretioſis ornata. *Talem enim fuiſſe, inquit prælaudatus Collector*, à multis perſonalem habentibus cognitionem dicti.

hujus ſpoliatores miraculoſe puniti an. 1471

Alia de brachio & arca argenteis,

E

15 *Vivebant ergo cum hæc colligerentur anno* MDCXXVI *adhuc multi ex illis qui dictam arcam viderant, antequam ſacra omnia vaſtantibus per Galliam Hugonottis in prædam cederet, in prima eorum per Languedociam graſſatione circa annum* MDLXII. *Vivebant etiam adhuc* multi, *ſed* valde ſenes, *qui Collectori* aſſeruerunt, quod cum eſſent juniores pueri, ſæpius tranſierint ſub ſepulchro lapideo grandi, quod poſt altare ſtabat elevatum ſupra quatuor columellas, intra quod dicebatur & credebatur firmiter eſſe corpus S. Africani. *Proinde in prædicta argentea arca, ut jam inſinuavi, dici poteſt fuiſſe os aliquod ; hoc autem ut conſpici poſſit*, in media fronte ipſius capſæ patebat feneſtella, pellucido obducta vitro, ſicuti *eidem Collectori* affirmabat ſe recordari ſenior ipſius eccleſiæ Cantor.

deque ſepulcro teſtimonia.

16 *In illa porro eccleſiæ deſolatione, quam incendii Trojani nomine appellat Collector, non tantum direptæ lipſanotecæ argenteæ, ſed ipſum quoque ſepulcrum ſaxeum diſſipatum fuit* : corpus *vero* ſacrum injectum eſt puteo qui appellatur S. Joannis, prope ſacellum ſeu oratorium S. Africani, extra & prope majorem portam eccleſiæ : uti ex auditu & veneranda canicie habeo, *inquit Collector. Huic damno utcumque conſultum volens providentia divina, ſapienter ordinaverat*, ut anno MDXII die XIX Julii, D. Joannes Michaelis, Legum Doctor & eccleſiæ Mirapicenſis Præpoſitus, de conſenſu & libera voluntate Conſulum urbis S. Africani aliorumque honorabilium civium, in publico inſtrumento deſuper confecto nominatim expreſſorum, partem ex brachio S. Africani cum ſcypho argenteo donaret fundato à ſe Conventui Religioſorum Sanctiſſimæ Trinitatis Toloſæ, ea conditione, ut ipſius Sancti feſtum, quotannus 1 die Maji recurrens, quam ſolenniſſime ibidem celebraretur.

F

Sacris oſſibus per Hugonottos diſſipatis,

ex parte anno 1512 *Toloſanis donata,*

17 *Itaque* Canonici S. Africani, videntes ſe privatos eo theſauro, cujus partē aliis tam liberaliter communicaverant, prædictis Religioſis ſupplicaverunt

per

per dicti fundatoris heredem Mag. Abrahamum Guillermum de Pendaria, Canonicum & Syndicum ipsius Capituli, itemque per omnium ac singulorum subscriptionem, aliorum etiam fidelium Catholicorum Africanensium subscriptionibus roboratam; & tandem impetraverunt, ut Prior & Religiosi Conventus prædicti ipsi Mag. Abrahamo, ad ealdem sacras reliquias cum hymnis & canticis adducto, permitterent accipere inde partem fere tertiam, quam II Augusti anni MDCV attulit ad oppidum S. Africani, & coram testibus ad id vocatis tradidit reverenter in manus D. Mag. Guillielmi du Bent, sacræ Theologiæ Doctoris & Præpositi ecclesię collegiatæ S. Africani, intra sericum involucrum & capsulam speciosam ad id Tolosæ comparatam. Hane vero ipse Præpositus paulo post tradidit Sacristano S. Africani Mag. Joanni Galtier, ut eamdem conservaret cum reliquiis sanctissimi Patroni Albia receptis: prout hæc omnia constant ex instrumento Gallice confecto die XIII Augusti sub nomine Henrici per Dei gratiam Regis Franciæ & Navarrę.

ipsis Africanensibus redditur particula an. 1605,

sicuti paulo ante alia redditæ erat ab Albiensibus:

18 *Quod autem ad reliquias eodem anno Albia allatas attinet, de his quoque extat instrumentum Gallice scriptum* XXVI *Aprilis anni* MDCV, *sub nomine* Petri de Mouret, Presbyteri & Præpositi ecclesiæ Collegialis S. Salvii Albiensis, Protonotarii Apostolici, Consiliarii & Eleëmosynarii ordinarii Reginæ, fidem facientis, quod ex mandato Reverendissimi D. Alphonsi del Bene, Episcopi Albiensis, visitaverit Reliquias ecclesiæ Parochialis S. Africani, à sua Præpositura dependentis, in præsentia R. P. Dominici Bruni Prædicatoris ex Ordine S. Dominici, Mag. Joannis Crayere Prioris d. Ecclesiæ, Joannis Valeux pro anno illo Consulis Parochiæ ejusdem, Jacobi Gorsse Syndici, & Antonii Maignon Marguellarii, aliarumque honorabilium personarum: quodque inventis inter eas duobus ossibus de corpore S. Africani, cum particula monumenti, ex utroque osse ipsoque saxo acceperit portiunculas, & tradiderit prædicto P. Bruno offerendas Reverendissimo D. Francisco de la Valete Cornusson, Archiepiscopo Vabrensi, ut eas ipse reponeret in ecclesia S. Africani Ruthenorum, ad augmentum devotionis piorum fidelium in ista diœcesi. *Has vero à se* receptas, traditasque Mag. Joanni Galtier, Licentiato & Sacristano S. Africani, cum omni reverentia asservandas, *simili Gallico instrumento testatus est ipse Reverendissimus Vabrensis die* XXV *Maji.* Ego autem, *inquit horum omnium Collector Præpositus*, ipsas omnes aliasque complures Reliquias accepi, & reposui intra argenteam lipsanothecam.

quæ simul argento includuntur.

CAPUT III.

De ætate & Episcopatu S. Africani.

Historia vitæ admodum sero compositæ pro lectionibus,

19 *Proprium de S. Africano Officium, quod in veteribus membranis Manuscriptum & Lugdunensibus typis anno* MDXLII *excusum habetur, seculo dumtaxat* XIV *compositum, uti plenius infra dicetur, continet de Vita Sancti Lectiones novem, quibus dicitur* Africanus, *ortus alto sanguine Burgundiæ Ducum, &* S. Patienti Lugdunensi Episcopo traditus ad nutriendum, ejusdem ecclesiæ Primatum obtinuisse; ac deinde Romam profectus, cum paucis è Gallia Præsulibus, in fide orthodoxa constantibus, in Capitolio coram Senatu, magnam partem hæretico, disputasse contra Arianos, sacrilege asserentes Dei filium assumpsisse phantasticum corpus, dolentibus ad eorum blasphemam audaciam Catholicis Pontificibus in quibus bonæ Memoriæ Cæsariensis Eusebius, nec non sanctæ recordationis Pictavensis tunc urbis Antistes Hilarius affuisse dicitur. Tum vero, cum modis omnibus tentata Africani constantia non flecteretur, injuriose expulsum à concilio & carceri includi jussum, postridie iterum præsentatum Senatui; increpitumque & scissis vestibus publice cæsum, exilioque addictum, junxisse se S. Hilario ad propria revertenti; & apud hunc aliquamdiu moratum, ejusdem consilio Ruthenensem populum, in sua feritate durantem, verbo Dei excolendum assumpsisse: & perspecto tandem habili loco, prope fluminis alveum, qui ab incolis regionis illius Sorgia dicitur, in honorem S. Saturnini ecclesiam consecravisse; ibique tantis coruscavisse miraculis, quod gens regionis illius incredula ad fidem convolaret, & sub signis Christi Deo devote militaret; ac finitis tandem præsentis vitæ laboribus & ærumnis, quievisse ipsis Kalendis Maji. AUCTORE D. P.

20 *Hæc summa & ipsa pene verba dictarum Lectionum: in quibus S. Patientis, anno* CCCCLXX *florentis successor & discipulus, componitur cum ætate S. Hilarii, ante annos centum vita functi; & interim natus dicitur ex Burgundiæ Ducibus, non nisi post plura secula nominari cœptis; deinde Arianæ hæresi affingitur dogma, ab ejus placitis remotissimum, cum hæc in vera Christi humanitate asserenda excederet potius quam deficeret: & quæ de hæretico Imperatore Constantio utcumque dici potuissent, adscribuntur Romano Senatui; cujus in tota Arianorum historia nulla uspiam mentio apud antiquos scriptores invenitur. Deinde Hilarius* E *fingitur Romæ adfuisse, & pro Vercellensi Eusebio sancto (qui tamen nec ipse Romæ adfuit) supponitur Eusebius Cæsariensis, annis fere quindecim prius mortuus quam S. Hilarius Episcopus fieret. Adeo ut in his omnibus nihil sit, in quo tutò pedem figere possimus, nisi sola tempora SS. Hilarii & Patientis, sub disjunctione accepta; sic ut si S. Hilario coævum facias S. Africanum, nihil habuerit cum Patiente Episcopo Lugdunensi Burgundisque commune; si ex his natum, sub illoque educatum fuisse credas; intelligatur Hilarius pridem mortuus Pictavis excepisse Sanctum, sicut Athanasium Alexandria profugum diceretur Romæ excepisse S. Petrus.*

cum magna temporum & rerum confusione.

Iuxta hanc, pro una ex duabus partibus creditam,

21 *Primum admittens, non Romam ad Liberium, non Mediolanum ad Constantium, deducerem è Gallia Sanctum; sed ut summum Biterras cum Hilario, ibidem factione Saturnini Arelatensis Episcopi depositio ejectoque in exilium anno* CCCLVI; *vel potius unum fuisse crederem ex innominatis aliquibus, quos triennio ante constat Arelate mulctatos male, & una cum Trevirensi Paulino suis ejectos Sedibus. Nam Romam ad Liberium nulli sciuntur advenisse ex Gallia: qui vero Medioliani vim passi sunt, pauci ad extremum constantes, noti habentur nominatim. Quamvis autem nemo sciatur Biterris, præter Hilarium, depositus è Sede sua fuisse; verosimile est tamen aliquos in* E *eo fuisse numero, qui pro recta fide & Hilarii innocentia intercedentes, odium incurrerint Arianorum, etiam usq; ad exilium eis postea per calumnias accersendum, in quibus fuerit S. Africanus; & ad Hilarium, Sedi suæ redditum anno* CCCLX, *diverterit anno* CCCLXII, *cum Iulianus Imperator exulibus Episcopis reditum indulsisset: causa autem non statim repetendi propriam sedem eadem ipsi extiterit, quæ S. Dionysio Mediolanensi, S. Athanasio Alexandrino, aliisque nonnullis, in quorum locum ordinati Pseudo-Episcopi Arriani adhuc vivebant.*

vel vixisse cum S. Hilario sec. 4

Lugdun. Convenarum Episcopus.

22 *His sic positis per conjecturam, restaret ut divinaremus, cujus loci Episcopus Africanus fuerit.* Lugdunensem *asserunt omnia quæ de ipso habentur monumenta, vel in membranis scripta, vel tapetiis intexta, vel aliter expressa. Sed, ut dixi, posteriora omnia quam ut certam fidem facere nobis possint. Præterea triplex est* Lugdunum *in Gallia. De eo quod* Clavatum *dicitur, vulgo* Laon, *non potest esse hoc loco quæstio; quoniam Episcopatus ibidem constituendi auctorem primum satis constat fuisse* S. *Remigium, diu utique post hæc tempora: ipsum deinde longius ab Occitania distat, quam ut ejus hic liceat meminisse. At in vicina Aquitania habemus* Lugdunum

AUCTORE D. P.

Convenarum, *ſub montibus Pirenæis, vulgo* Cominges, *urbs antiquitus Epiſcopalis, etſi fere lateant Antiſtitum nomina paucis demptis, quæ Conciliis reperiuntur ſubſcripta. Pictavis autem redeunti Africano pronum fuit ad Ruthenos inſtruendos, non procul à via poſitos & Pictavenſi diœceſi confines, declinare: quod non ita apte conciperetur de* Lugduno *Secuſianorum, vulgo* Lyons, *hujus nominis præcipua hodieque nominatiſſima urbe ad Araris & Rhodani confluentes; quia ad hanc Pictavis citius venire potuiſſet Africanus, quam Ruthenorum urbem attingere. Præterea Lugdunenſium Præſulum diptycha inter Vaſium anno* CCCXIV *Concilio Arelatenſi præſentem, & Iuſtum anno* CCCLXXIV *Concilio Valentino ſubſcriptum, interpoſitos habent Maximum, Tetradium, atque Veriſimum: qui facile potuerunt implere, cum prænominatis duobus, totum intermedium temporis ſpatium, annorum circiter ſexaginta.*

vel fuiſſet diſcipulus S. Patientis,

23 *Atque hæc ex ſuppoſito quod S. Hilarii Pictavenſis coævum velimus credere Africanum fuiſſe. At ſi dimiſſo Hilario, tamquã occaſione urbis Pictavenſis ad quam confugerit Africanus, vel ejus propter quã pulſus eſt hæreſeos Arianæ, perperam in hanc hiſtoriam attracto, malimus reſpicere ad Burgundionum & S. Patientis tẽpora; cujus extrema memoria invenitur ad annũ* CCCCLXXV; *erant quidem Burgundi tunc adhuc fere Ariani, non ita tamen univerſim omnes, quin etiam primores*

B *aliqui Catholicã profiterentur unionẽ; imprimis Chilperici duo, Gunderici Regis frater ac filius; quorum iſte Genabæ ſedem Regni habens SS. Romano ac Lupicino monachis alimenta de*

ex Burgundionibus natus, *Regio fiſco conſtituit; junior filiarum alteram Deo conſecratam, alteram habuit Chriſtianiſſimam Crothildem, poſtea Chlodovæi Franci uxorem. Rex autem Gundebaudus, etſi ad extremum permanſerit in hæreſi Ariana, filium tamen S. Sigiſmundum ab ea non prohibuit, ipſeque haud levem de ſe ſpem faciebat S. Avito Viennenſi Epiſcopo: ut ex hac parte nihil obſit, quo minus ex aliquo Principe Chriſtiano inter Burgundos natus Africanus, S. Patienti tradi potuerit eccleſiaſticis imbuendus diſciplinis, niſi ſolum nomen nihil Burgundicum ſapiens. Sed nec ex Chronologia objici poteſt aliquid, quominus hic ipſi Patienti ſucceſſerit, nec enim uſque ad annum* CCCCXC *vixit Patiens (uti cenſuit Baronius) nec S. Ruſtici ad annum* CCCCXCIV *primum nominati in hiſtoria, adeo anticipanda initia ſunt, quin inter utrumque potuerit ſediſſe, non ſolum S. Lupicinus, ſed etiam alius aliquis, puta hic Africanus, ſi ulla ejus extaret apud Lugdunenſes memoria. Verum non apparet cur hic ſolus debuerit in oblivionem venire; multo minus quæ eum cauſa potuerit ab Epiſcopatu extorrem facere, ſub eo quem dixi Gundebaudo Rege, cui præ aliis poterat eſſe gratioſus ob ſanguinis Burgundici communionem. Ergo alii alibi quærendi ſunt Ariani, à quibus fuerit ſua Sede expulſus Africanus, aut ſaltem multa paſſus fidei cauſa.*

C 24 *Hi vero in Occitania, ſaltem ſub Pirenæis montibus, invenientur, Wiſigothi videlicet, ipſo quidem quo S. Patiens vivebat tempore tota pene Occitania pulſi à Rege Francorum Chlodoveo, in extremis tamen finibus haud dubie hærentes; ſub quibus commorantes Chriſtiani liberius poterant ex amico Viſigothis Burgundionum Imperio, quam ex Francorum Provinciis Epiſcopos petere & accipere: atque ita Lugduno Convenarum obtigerit Africanus fortaſſis inter Suavem & Præſidium, quorum primus anno* DVI *Concilio Agathenſi, alter* II *Aurelianenſi circa annum* DXXXV *interfuit; vel inter Amelinum & Ruſinum, quorum hic anno* DLXXXV *Matiſconenſi Concilio, iſte circa annum* DXLIX *Aurelianenſi* V *ſubſcripſit. Aſt ubi Burgundionum regnum totum etiam ad Francos venit, cum eſſent continua inter hos & Viſigothos certamina, multa pati neceſſe fuit, tam Convenarum urbem quam ejus Epiſcopum. Hunc autem nihil vetat deducere Pictavos ad S. Hilarium, pridem quidem mortuum, ſed nominis celebritate viventem; quomodo de S. Patricio explicuimus, quod dicatur Turonas ad S. Martinum profectus, & apud eum, id eſt apud ejus eccleſiam aliquamdiu commoratus: deinde in Rutenorum agro extirpandis idololatriæ atque Arianiſmi reliquiis operam dediſſe aliquam, dum ſuæ Lugdunenſi apud Convenas eccleſiæ pacatiora ſperat expectatque tempora; & ibidem obiiſſe, congruumque ſanctitati ſuæ cultum meruiſſe à poſteris.* D

& à Viſigothis Arianis Convenas infeſtantibus pulſus ſeculo 6.

CAPUT IV.

De cultu & miraculis S. Africani.

25 KAlendis Maji SS. Andeoli & Africani Martyrum *memoriam, Kalendario cuidam inſcriptam, legiſſe ſe quidem aſſerit Collector præcitatus, & huic titulo conformem videri imaginem tituli præfixi libello, ſub annum* MDXLII *impreſſo Lugduni & continenti officium proprium S. Africani; ubi hic Sanctus genuflexus repræſentatur, ad excipiendum gladium lictoris à tergo ſtantis & caput reſciſſuri. Sed obſtat quod in toto Officio nullum inveniatur indicium Martyrii, quin potius ubique uſurpetur nomen Confeſſoris: ut credi poſſit imago illa caſu adhibita, cum alia aptior apud typographum non haberetur. Colitur autem Sanctus ut Confeſſor, in ipſo quidem Africanenſi oppido, ſicut dictum, ter in anno, & pro feſtis ſingulis propriæ habentur Miſſæ; Albiæ vero & Toloſæ bis, in Majo & Februario. In Nemauſenſi quoque & Caſtrenſi diœceſi; forſitan & Rutenæ & Lugduni cultus ſimilis viguit: nam in illis eccleſias habet: in Rutenenſi autem MS. Legendario antiquo, eadem legenda invenitur quæ in Officio; & Lugduni putatur aliquod ejus ſacellum ſeu altare ab eo vocitari ſub nomine* San-Fric: *Ferrarius autem in Catalogo generali ad 1 Maji citat ejuſdem eccleſiæ Lugdunenſis tabulas, ex Campejo forſitan aut Demochare ſumptas, quibus inſcriptus reperiatur, eo quod dicatur Epiſcopus Lugdunenſis fuiſſe: & cum hoc titulo ac longo elogio refertur etiam ipſo hoc die in Martyrologio Gallicano Sauſſaji, atque Indiculo Sanctorum Lugdunenſium Theophili Raynaudi.*

Habetur de eo Officium vetus proprium ſub titulo Confeſſoris,

& cultus locis variis. E

26 *Idem officium, quod pro Africanenſibus proprium impreſſum diximus, etiam Albiæ in uſu eſt: ac præter multos hymnos rythmice compoſitos, continet Reſponſoria item & Antiphonas rythmo conceptas, una cum brevibus Actis vitæ in Lectiones novem diſtinctis, quarum ultima ſic incipit.* Hujus Sancti viri pauca, quæ breviter tango, à quodam valde venerabili viro didici & meminiſſe gaudeo: nam liber de vita & virtutibus ſancti viri plene editus, cum tota Lugdunenſi eccleſia pluribuſque inſigniis, à gentilibus igni traditus fuit. *Quiſquis auctor fuit, non videtur ante ſeculum* XIV *& Chori Africanenſis inſtitutionem vixiſſe: quod autem de libro cum Lugdunenſi eccleſia exuſto ait, per conjecturam dictum exiſtimaverim potius, quam quod illius aliquando viſi certum indicium hic ſcriptor habuerit. Itaque nec dolere quidem prudenter poſſumus quod non ſervatus ſit liber, qui veroſimiliter nullus unquam fuit.*

ipſum poſt an. 1400 *videtur compoſitum ex ſola traditione.*

F 27 *Melius fundatus eſt dolor Collectoris notitiarum, de amiſſione alterius libri ſic ſcribentis,* Diligentiſſima cuſtodia, in capſa communi Capituli, ſervabatur liber, in quo permulta miracula S. Africani deſcripta erant. Periit, pro dolor! ſacer ille liber, cum ceteris inſignibus eccleſiæ noſtræ non paucis. *Et hic liber idem videtur, de quo alibi idem Collector, poſtquam egiſſet de quodam inſtrumento anni* MCCXIV, *ita ſubdit:* Ibidem (*videlicet in dicto inſtrumento*) fit mentio de quodam magno libro, in quo deſcripta erant S. Africani miracula plurima; *veroſimiliter ea quæ vel poſt corporis ſacri inventionem primam, vel poſt ejuſdem ex S. Saturnini ade in propriam eccleſiam tranſlationem facta ſunt, diu ante inſtitutionem Capituli: quibus haud dubie major danda fuiſſet fides quam mereantur lectiones præmemoratæ.*

liber miraculorum antiquior periit.

28 *Quidni tamen ex iiſdem ſuſcipiamus miracula ea pauca, quæ eo vivente peracta, ſanctimoniæ famam ipſi apud Ruthenos conciliaſſe dicuntur? ſolent enim ejuſmodi fideliori memoriæ tradi, quam vitæ hiſtoria. Sic ergo habent:* Quodam tempore, dum in predicta *S. Saturnini, quam exſtruxerat vel ſaltem conſecrarat,* eccleſia, ſacra Miſſarum ſolennia celebraret Africanus, dum Dominici corporis Euchariſtiam perciperet, igneus circulus ſuper caput

In vita dicitur circulo igneo illuſtratus fuiſſe.

A caput ipſius, in modum coronæ, effulſit; quod non omnes, ſed qui digni fuerunt, viderunt.

illudentis ſibi manus contractas ſanaviſſe,

29 Quadam vero die, cum de pauperrimis facultatibus ſuis pauperibus ſubveniret; quidam joculari rei & petulantiæ deditus, alteram manum, curvam ſimulans, ût à S. Africano quaſi neſcio eleëmoſynam acciperet, pauperibus admixtus extendit: cumque recederet & irridens abiret, divina ultione percuſſus utraque manu diriguit. Reverſus autem vir ille ad ſervum Dei, quid ſibi contigerat indicavit. Vir autem ſanctiſſimus converſus ad Dominum dixit: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte Deus æterne, qui ſervorum tuorum humilitatem intueris, & ſperantibus in te ſemper auxiliaris. Reſpice nunc etiam Domine de ſede majeſtatis tuæ, ſuper hominem iſtum, erroris ſpiritu deceptum, ut de tuo beneficio lætus, diaboli laqueos evaſiſſe gratuletur. Finita autem oratione, atque Crucis ſignaculo, rediit humiliatus & ſanus ad propria, qui ſuperbus advenerat.

naufragum liberaſſe à morte.

30 Hiemis rurſus in tempore, inundatione aquarum facta, cum prædictus fluvius (*Sorgia*) alte intumeſceret, homo quidam navim aſcendens tranſmeare voluit: cumque necdum gurgitem ſuperaſſet, jam aquarum cumulus cum turbine veniens navem ſubvertit: & cum horæ unius ſpatio ſub aquis homo manſiſſet, corde cœpit invocare S. Africanum, cujus meritum mediis ſenſit in aquis. Ad ripam tandem perveniens ad eccleſiam confugit, & homini Dei gratias reddidit. Quid ultra? Talia ac tanta per eum effulſere miracula, quod gens regionis illius incredula ad fidem convolaret, & ſub ſignis Chriſti Deo devote militaret.

B

eadem fere recitantur in Reſponſoriis,

31 *Hæc eadem miracula antiquiſſimis tapetiis intexta cerni, teſtatur Collector noſter, ſibique obtigiſſe aliquando patinam æneam vetuſti operis, in qua eadem ſimiliter conſpiciebantur expreſſa. Reſponſoria quoque rythmo concepta, & quidquid in proſa legitur ſic exprimentia, ut dubites ex ipſiſne lectiones, an ipſa ex lectionibus acceptæ ſint, eadem miracula ſic proponunt.*

Resp. VI Quadam die vir pius, dum Miſſam cantaret
Corpuſque ſacerrimum Chriſti receptaret,
Super caput circulus igneus apparet *,
Cujus tota radio eccleſia claret. Allel.

Vers. Ad ſimilitudinem coronæ inſignis
Africani viſus eſt ſuper caput ignis *.
Cujus tota. Gloria Patri. * cujus tota &c.

Resp. VII Quidam homo petulans Sanctũ Africanũ
Tentavit decipere, incurvando manum,
Egenum ſe ſimulans & non bene ſanum:
C Dei tamen famulum non luſit in vanum*.
Ambas manu curvas videt
Dei Sanctum dum irridet. Allel.

Vers. Audi novum, audi mirum,
Dum implorat Sanctum virum
Reſtauratur ſanitati precibus viri beati*.
Ambas manus &c.

cum mentione miraculorum frequentium ad tumulum,

Resp. VIII Ad ejus tumbam viri fluunt bene multi,
Ubi fiunt liberi dementes & ſtulti,
Ægrique dum viſitant tumulum ſepulti,
Redeunt incolumes, ſoſpitate fulti. *
Tuis ergo famulis, o benigne Rector,
Sis pater propitius & pius protector. Allel.

Vers. Veneremur Deum verum,
Juſtum ſanctum & ſincerum,
Qui Paſtorem nobis dedit,
Quo gens unum Deum credit *.
Tuis ergo. Gloria Patri. * Tuis ergo.

32 *De hoc ultimo Reſponſorio notat Collector, ipſum, quoties aliquis nuntiatur infirmari, ſolitum cantari ſub Elevatione ſacræ Hoſtiæ tempore Miſſæ à Canonicis; & frequentia conſequi curationum exoptatarum beneficia. Sicut autem Reſponſoria omnia unum quaſi continuum inter ſe nexum habent; ſic etiam habent non ſolum hymni ad Veſperas, Matutinum & Laudes: ſed etiam Antiphonæ ad Pſalmos matutinales: adeo ut collectæ in unum, hymnum ipſæ quoq; conſtituræ ſint hoc modo.* AUCTORE D. P.

* Africanus vir beatus, Deo plenus fuit natus — *Antiphona ſummarium vitæ continent ad 1.*
De clara progenie. Allel.
Juxta mundi dignitatem, patrem habuit primatem
Unum de Burgundia. Allel.
Quamquam eſſet vir illuſtris ortus alto ſanguine,
Fulſit tamen mens ſublimis litterarum lumine. All.
* In ætate juvenili, Numinis præſidio, — *ad 2.*
Præcellenti & ſublimi floruit ingenio. All.
Datus fuit ad docendum & ad mores corrigendum
Lugdunenſi Præſuli. Allel.
Ægris fuit hic ſolamen, & Sophiæ moderamen,
Lucernaque populi. Allel.
* Africani per doctrinam fidem volat ad divinam — *ad 3 Nocturnum.*
Ruthenenſis populus. Allel.
Se divinis dedit totum Africanus, Sacerdotum
Et pudoris floſculus. Allel.
Hic ærumnas, hic labores ſæpe tulit, ſed errores
Hæreſeon abſtulit. Allel.
* Lugdunenſe civitate Africanus dignitate — *ad Laudes & horas.*
Archipræſul claruit &c.

33 *Omitto ceteras ad* Laudes, *per* Horas, *ad* Benedictus *&* Magnificat: *ſolum addo eadem omnia recitari in aliis duobus Sancti feſtis, omiſſo* Alleluia *& mutatis dumtaxat Antiphonis ad* Magnificat *&* Benedictus: *ita ut* in feſto Inventionis, XV *Ianuarii, ad* Magnificat *ſic canatur:* E

Gemma valde pretioſa inventa recolitur, — *Eadem recitantur in feſtis Inventionis & Tranſlationis.*
Margarita ſpecioſa revelata colitur.

Oratio

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſacra B. Africani Confeſſoris tui atque Pontificis membra, fidelibus tuis hodierna die revelare voluiſti; velis nos interceſſionis ejus auxilio, ab inſtantibus tribulationibus liberari, & futuris conſolationibus ſatiari. Per Dominum. *Eadem oratio recitatur* in feſto tranſlationis & relevationis, *die* VIII *Februarii, mutato verbo* revelare *in* relevare; *ſed pro hoc feſto propriæ habentur Antiphonæ, quæ in primis & ſecundis Veſperis ad* Magnificat *ſunt hujuſmodi:*

I Sacra pignora transferri Altiſſimo placuit,
Et nunc laudibus efferri ſolenniter voluit.
II Hinc tranferri, relevati pondere quo premimur,
Optamus; & elevati, cælo frui nitimur.

34 *Præter antiquos iſtos Rythmos, quibus conſtabat Officium, habebat Collector alios novem ſub initium præſentis ſeculi conſcriptos, ex voto pii cujuſdam ac docti viri; qui cum rogatus eſſet novos hymnos componere ad laudem S. Africani, neque ſatis prompte annuiſſet; ipſa nocte moleſta quadam indiſpoſitione correptum ſe ſenſit, & ſuæ lentitudinis eam eſſe pœnam cælitus immiſſam interpretatus, vovit, ſi ante craſtinum ea ſe liberatum inveniret, continuo facere quod erat rogatus; ſeque mox voti reum miratus, fidem opere ipſo explevit. Verum Hymnos iſtos communicare non curavit Collector, quod intelligeret ſolum vetera requiri; & Proſam antiquam ſive Sequentiam poſt Graduale olim cantari ſolitam ante Euangelium deſcripſit.* F *Alii 9 hymni recentiores ex voto compoſiti.*

35 *Hæc, licet hiſtoriam æque implicatam contineat quam ipſum, de quo hactenus egimus Officium, videtur non indigna huc tranferri.* *Proſa ad Miſſam antiquæ.*

Amiranda, ſed favoris digna, dies oritur;
Celebranda cunctis horis vita Sancti panditur
Africani Confeſſoris, cujus feſtum colitur.
Romæ jacens in erroris cultu plebs erigitur,
Verbo tanti Protectoris hæreſis depelli tur,
Alti dono Creatoris Antiſtes efficitur.
Ortu claro Burgundenſis mira laude floruit,
Quem doctrina Lugdunenſis, ſic Præſulis imbuit,
Ut Eccleſiæ fulgentis Primatum tenuerit.

AUCTORE D. P.

Dux electus Ruthenensis, locum hunc obtinuit;
Orans, laudibus immensis laureari meruit;
Cernentibus non offensis, Angelus apparuit.
Sed Deus, fidem infundens Africano; fœdera
Arianorum subvertens, horum fugat scelera;
Unde victoriam extollens, erexit ad sidera.
Quidam ficte curvans manum pia petit munera:
Punitur, & Africanum voce petit libera:
Quem reddens omnino sanum, evexit ad prospera.
Gaude Sion Africani prædita præsidio:
Laudes profer jucundanti in cæli palatio,
Ejusque dulcisonanti exulta præconio.
Gaude plebs universalis, funde preces hodie;
Hunc collauda mente pari Rectorem Ecclesiæ,
Qui meruit coronari fulgoribus gloriæ.

36 *Atque hæc forsitan omnia in Africanensi aliisque ecclesiis præmemoratis, jam quadamtenus correcta recitantur; habemus enim inter collectanea, unde hunc commentarium excepimus, & Lectiones & Hymnos quadamtenus correctos, manu & cura ipsiusmet D Præpositi Dutaur, agnoscentis præcipuos aliquos historiæ eatenus asservatæ errores. Malui tamen ipsa ut antiquitus recitabantur proponere; lectoris arbitrio relinquens, ut dispiciat quæ potissimum verba, & quem in sensum commutanda censeat; quamdiu nobis non liquet Patientisne an Hilarii mentionem excludere oporteat, dum simul utramque retineri veritas certioris historiæ non patitur, & enorme inter illos temporis intervallum unum eumdemque hominem complecti nequit: ventura ætas forsitan majus lumen his tenebris adferet.* D

Et hæc omnia egent correctione aliqua.

G. H.

DE S. MARCVLPHO ABBATE

IN CONSTANTIENSI GALLIÆ DIOECESI.

CIRCA AN. DLVIII

Acta S. Marculphi *duplicia habemus: priora descripsimus ex antiquo codice MS. Serenissimæ Christinæ Reginæ Sueciæ, signato numero* 141, *& alio codice nostro, in quo mutila sunt: alia habemus ex vetustissimo codice Domini Preudhomme nobis communicata, illa ipsa scilicet, quæ nte Normannorum incursus seculo* IX *scripta stylo mutato lidit Laurentius Surius, & stylo genuino restituta ex codi bus MSS. extant seculo primo Actorum Sanctorum Ordinis .Benedicti. In prioribus Actis non fit mentio corporis, à S. Aud ëno translati seculo septimo ad finem vergente, quemadmo um fit in Actis secundis, hoc solum supra prima addentibus, cetera nitidiori dumtaxat stylo exprimentibus: unde consequens esse videtur prima illa esse scripta ante S. Audoëni Pontificatum, id est ante annum* DCXL, *intra primum à S. Marculphi obitu seculum. Neque est cur scrupulum cuiquam moveat* Neustriæ *&* Neustricæ regionis, *in qua Sanctus floruisse dicitur, appellatio; quasi in eorum accepta sensu, qui Galliarum partem,* Normanniæ *nomine postea appellatam, quadam antiquitatis affectatione proprie appellandam Neustriam putavere. Nam sexto seculo appellabatur* Neustria, quidquid à Parisiis & Aurelianis interjacet inter Ligerim & Sequanam, *uti ex Chronico Turonensi scribit Hotomannus, & nos ad S. Sigebertum* 1 *Febr. num.* 16. *In ea tamen regione, quæ nunc proprie* Normannia *dicitur, & Bajocassina urbe natus Marculphus, Ordines Sacros cum Sacerdotio suscepit ab Episcopo Constantiensi, & in hujus urbis territorio* Nantum *monasterium construxit, in eoque vita mortali exutus habuit suam sepulturam: atque hactenus solenni officio colitur in tota diœcesi cum lectionibus propriis in secundo Nocturno recitari solitis; sed quæ, prout habentur in Breviario anno* MDCX *excuso, non satis fideliter videntur ex Actis contractæ.*

B

Acta dupli. cia ex MSS.

C

Compendium in Breviario Constantiense.

2 *Corpus olim translatum est in agrum Picardiæ superioris Laudunensem, & in oppidi Corbiniacensis ecclesia depositum: ad quod honorandum Christianissimi Reges Francorum, statim atque Remis inuncti sunt, proficisci solent. Dicuntur enim hujus meritis accepisse beneficium divinum suo attactu sanandi strumas. Erecta ibidem creditur à S. Ludovico Rege confraternitas, in qua ipse primus inscriptus, ejusdem hactenus habetur Protector. Est illuc accursus peregrinorum maximus, invocaturque S. Marculphus potissimum ab iis, qui strumarum incommodo laborant. Ad illius Confraternitatis similitudinem erectæ sunt aliæ pluribus locis, ac novissime anno* MDCLXVI *Bruxellis una in æde S. Mariæ de Sabulone, cum capella & altari proprio, ubi & aqua sub S. Marculphi invocatione intinctis ejus reliquiis benedicitur. Triplex autem Remis ejusdem Sancti festum celebratur; primum & præcipuum hisce Kalendis Maji, quando & Indulgentiæ plenariæ à Summis Pontificibus concessæ sunt: alterum observatur die* VII *Iulii, ac tertium* II *Octobris, prout indicatur in libello parvo Officii de S. Marculpho, Remis anno* MDCXXVIII *excuso. Ibidem excusa est Gallice his ultimis annis collectio insigniorum miraculorum per S. Marculphum hoc potissimum seculo patratorum, quam aut ipsa unde desumpta est instrumenta de singulis authentica communicari nobis petii, Latine reddendam, & vel hic post Vitam si mature advenerit, vel in Appendice referendam.* E

Corpus Corbiniaci,

confraternitas,

triplex festum.

3 *Memoria ejusdem ad hasce Kalendas Maji inscripta est variis fastis, atque inprimis antiquo Martyrologii Hieronymiani apographo Lucensi his verbis:* In Gallia, Nanto monasterio, translatus S. Marculfi. *Habemus etiam illustre apographum Vsuardi, quod præ ceteris magis sincerum, minusque interpolatum arbitramur, in quo sic legitur:* In pago Laudunensi S. Marculfi Confessoris. *Hinc colligimus ante ista tempora Reliquias Sacras Corbiniacum fuisse translatas. Eadem habentur apud Grevenum, Molanum, Canisium, & in MS. Florario. Longo encomio exornatur ipse Sanctus in Martyrologio Gallicano Saussaji, tum ex ipsis Actis, tum ex curatione strumarum Regibus Christianissimis concessa, & cultu in agro Remensi. Quibus ista adduntur, alibi non lecta:* Hujus beati viri pretiosa pignora, ob Normannicos incursus, interiorem in Galliam, cum Domardi Socii sacris ossibus, translata, Meduntæ reposita sunt, constructa in honorem tanti Cælitis basilica, quæ nunc usque ejus patrocinio & venerandis ipsanis est insignis. *Hæc ibi. Est autem* Medunta, *vulgo* Mante, *in provincia Insulæ Francis ad Sequanam fluvium,* XII *leucis infra Lutetiam versus Rotomagum, in ditione Vexini Francici. Idem Saussajus scribit ad diem secundum Maji,* Remis in cœnobio S. Remigii fieri officium depositionis S. Marculphi Abbatis, *uti etiam in diœcesi Constantiensi. Vincentius Bellovacensis lib.* 22 *Speculi historialis cap.* 11 *meminit Marculphi, sed* Abbatem Bajocassinensem *facit: secutus Vincentium Trithemius lib.* 3 *de Viris illustribus ordinis S. Benedicti cap.* 54, *addit, ejus* festum celebrari septimo Kalendas Maji, *ad quem diem dein retulerunt Wion, Dorganius, Menardus, & cum iis Ferrarius, qui iterum eumdem refert ad diem* XXVIII *Aprilis, &* Mantuentiæ in Normannia *tribuit, forsan* Manto *pro* Nanto *legit, sed tunc* Meduntæ in Vexino Francico *debuisset scribere. Aliquas ejusdem S. Marculphi reliquias asservari Trecis in Ecclesia S. Stephani, ejusque festum ibidem celebrari ipsis Kalendis Maji, tradit Nicolaus Des-Guerrois de Sanctis Trecensibus.*

Memoria in sacris fastis.

Ecclesia cum reliquiis Meduntæ.

F

cultus variis diebus.

Reliquiæ Trecis

4 *Inter characteres temporis, quibus definiri Sancti hujus ætas potest, eminet regimen Childeberti Regis Francorum & Vltrogodis Reginæ. Est hic Childebertus* I, *qui patre Chlodoveo* I *die* XXVII *Novembris anni* DIX *mortuo factus est Parisiorum Rex, vita functus* X *Kalendas Ianuari anni* DLVIII.

Tempus vi.

A DLVIII. *Sub hujus regimine* præclaris enituit moribus & actibus, & commorabatur S. Marculphus, *uti ejus Acta habent, jam pridem ante natus, circa annum forſan* CCCCXC, *& ſic anno* DXX, *cum eſſet* triginta annorum, Clericalem habitum accepiſſet à Conſtantienſi Epiſcopo Poſſeſſore *ſeu* Profeſſore, *atque poſt alios Ordi-*
Sacerdotii, *nes* Sacerdos & Concionator *fuiſſet inſtitutus. Omnis hujus Epiſcopi notitia hauſta eſt ex hiſce Actis, & ſtatuitur ſucceſſor Leontiani, qui Concilio Aurelianenſi* I *ſub Chlodoveo* I *interfuit. Ipſi autem Poſſeſſori ſucceſſor aſsignatur* S. Lauto, *qui S. Marculphum ægrum inviſit, & mortuum ſepelivit. Interfuit is Conciliis Aurelianenſibus ſecundo, tertio, quarto & quinto, fuitque Epiſcopus ſaltem ab anno* DXXXI *usque ad annum* DXLVII. *Imo quia S. Gildardus Epiſcopus à multis creditur è vita deceſsiſſe anno* DXXIX, *ante illud tempus fuiſſet S. Lauto Epiſcopus, utpote ab illo conſecratus. Porro cum* S. Marculphus *jam Sacerdos, aliquamdiu in diœceſi Conſtantienſi fuiſſet concionatus, & fama virtutum & mi-*
& mortis. *raculorum eſſet celebris, Childebertum Regem adiit, ac Nantum impetravit, cœnobiumque conſtruxit. Quid autem ſi adhuc vivente Poſſeſſore Epiſcopo hæc dicantur contigiſſe, circa annum* DXXVI? *Ita cum magna veri ſimilitudine poterimus, alios ut minimum triginta annos, eidem poſtea inter ſuos labo-*
B *res atque conſtructiones monaſteriorum actos, concedere, ut circa annum ſaltem quingenteſimum quinquageſimum octavum Regem Childebertum ac Reginam Vltrogothem pro ſecunda vice Compendii adierit, ab iiſque confirmationem donationum ſibi factarum impetrarit, & paulo poſt obierit, cum adhuc in vivis eſſet S. Lauto. Si quis certiores vitæ characteres repererit, libenter eoſdem ſequemur. Fuiſſe in illis Galliarum partibus multa monaſteria, etiam cum S. Marculphus naſceretur, liquet ex Actis S. Martini Epiſcopi Turonenſis, in cujus exequiis adfuerunt pluſquam mille monachi: quænam ex iis & quando præciſe S. Benedicti Regulam ſuſceperint, nobis incompertum eſt: neque id ad S. Marculphum putamus magnopere attinere.*

VITA I

Ex MS. Reginæ Sueciæ & alio noſtro.

PROLOGUS.

1 SAnctorum vitam, eorumque conſtantiam in bonorum actuum propoſito digne perſeverantem, ſummæ venerationis affectu, humanis auribus commendare debemus: nihil enim in hujus
C mortalitatis curriculo dignius agitur, quam ſi elinguitas noſtræ loquacitatis in Dei laudibus jugiter *a*
a moderetur. Laus, inquam, Dei excellentiſſime canitur, ſi prudentia Sanctorum, quam ipſo largiente acceperunt, auribus fidelium impendatur. Hinc ergo timor inanis propellitur, inde caritas perfectæ dilectionis ſolidius corroboratur; cum audimus fidem illorum firmiſſimæ petræ radicitus ita inſitam, ut nec perturbationis procella poſſit agitari, nec proſperitatis fortuna quidquam extolli. Plures quoque ex eorum numero, propter fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſpem regni æterni, diverſis pœnarum ſuppliciis affecti, vitam maluere paciſci, nonnulli etiam variis tormentorum generibus eamdem ponere quæſierunt, licet provocantes gladium non invenirent martyrium. Creſcente vero utrorumque caterva, Sancta cœpit ſtabiliri Eccleſia, fulgurans coruſcis lampadibus, fuſcata olim ſedulis perſecutionum turbinibus. Deſierat quidem atrox tyrannorum ferocitas ſævire adverſus Chriſtianos, ubi comperit illorum fidem magis augeri, cum immenſis pœnarum
b cruciarentur tormentis. *b*

ANNOTATA. EX MSS.

a *Ita MSS. mallem tamen legere,* moduletur.

b *Videntur aliqua deeſſe, ut applicentur dicta hiſce Actis. Additur interim in noſtro MS. illud ſolenne.* Explicit Prologus.

CAPUT I.

Ortus, Sacerdotium, acceſſus ad Childebertum Regem. Miracula.

2 BEatiſſimus igitur Marculphus, regnante jam Childeberto Chriſtianiſſimo Rege, in parti- *Ortu Bajo-*
caſſinus.
bus Neuſtriæ illis temporibus commorabatur. Hic oppido oriundus Bajocaſſinæ urbis, ideo ex nobilium genere progeniem traxit, ut Chriſti fidelis diſpenſator effici mereretur. Cujus pueritiæ ætas tantæ aſſeritur fuiſſe ſimplicitatis, ut vix ludifico, more parvulorum, vacaret officio; ſed licet tenellimus corpore, modum tamen perfectorum retineret in mente. Ubi ergo robur virilis animi metas exceſſit tenere juventutis, roboratioris fidei fultus ſoliditate, totis ſe viribus ſervituti expendit divinæ. Agebat E
enim maximam curam peregrinorum & pauperum, *benefacit*
peregrinis &
præbens illis neceſſaria, juxta modum ſuæ poſſibili- *pauperibus,*
tatis; congratulanſque eis, ut fratribus, affectu miræ dilectionis. Parcebat cibi potuſque voluptati, ſemper inſiſtens orationum vigiliis. Erat namque mente clarus, ut oſtendebat foris claritudo vultus; dulcis *virtutibus*
ornatus
affabilitate, mitiſſimus converſatione. Vitabat jactantiam gloriæ fallacis, ſpernebat honores pompaticæ poteſtatis. Talibus quoque ornamentorum coruſcans generibus, utpote aurum diverſis gemmarum ordinibus inſignitum, poſtpoſitis rebus ſuæ portionis, cœpit meditari habitum peregrinationis.

3 Eo namque tempore Sanctus *a* Poſſeſſor, ſummæ religioſitatis vir, Conſtantinæ Urbis præſidebat *a*
Eccleſiæ: quem S. Marculphus aggrediens, cum omni caritatis hilaritate ab ipſo ſuſceptus eſt, à quo etiam *à Conſtan-*
tienſi Epi-
ad publicandam fidem Dominicæ Incarnationis, ſub- *ſcopo inſtitu-*
limatus eſt gradibus Eccleſiaſticæ dignitatis. Quibus *tuitur con-*
cionator:
ita geſtis, dum aliquamdiu ibidem moraretur, tantam ei gratiam pietas Divina conceſſit, ut ab omnibus velut Pater, digna reverentiæ exhibitione, recoli mereretur. Gaudebat enim univerſa plebs virum eſſe tantæ manſuetudinis, quem omnium donis virtutum perſpiciebat exuberantiſſimum. Dictus vero Mar- E
culphus inde proficiſcens, circum vicinas provincias peregrinavit, prædicando omnibus veram remiſſionem percipere peccatorum, credentibus Patrem ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum quoque ex utroque procedentem, & terno Perſonarum numero unius Dei fore potentiam: hanc etiam fidem denuntiabat ſtabiliendam per bonorum operum exhibitionem. Talibus equidem prædicationum dogmatibus perſeverans, maximam populorum catervam in *miraculis*
patratis
fide ſolidavit Catholica. Amplexabatur ab omnibus verbum ſacræ prædicationis, quia ſubſequebantur miracula innumeris flagrantia ſignis. Reddebat enim lumen non videntibus, vocem non loquentibus, auditum ſurdis reſtituens, greſſus claudorum reformans, paralyticos autem, & quos morborum diverſitas fecerat imbecilles, reparavit antiqua ſanitate potitos: multarum itaque virtutum præclara magnaliis, divulgabatur ejus ſacratiſſima fama per omnes Occidentalium nationes.

4 Quadam igitur nocte, cum beatiſſima membra diuturnis macerata vigiliis exiguæ quietis ſopore reficeret, apparuit illi Angelus Domini, his eum alloquens verbis: Non te frangat, ô Chriſticola, labor

cœptæ

EX MSS. cœptæ afflictionis, quia maxima tibi præparantur dona condignæ remunerationis. Surge nunc quantocius, & perge ad Regem Childebertum; qui ſemper divino cultui deditus, famulorum Dei præſentia admodum delectatur. Eſt autem quidam locus ſuæ ſubjectus ditioni, quem religioſo habitu monachorum Chriſtus ſibi imperat conſecrari: ego comitabor tecum, & bene vias tuas diſponam. Sanctus ergo Marculphus, expergefactus Angelica viſione, iter ſibi cælitus deſignatum concito greſſu carpere diſpoſuit: delegit etiam ſecum in comitatu duos venerabiles viros, Cariulphum & Domardum, & ſic de more aſellum conſcendens cœpit proficiſci. Obviabat ei turba utriuſque ſexus non modica, quia videbant ab eo multa ſuper his fieri ſigna, qui ſua deſtituti virtute, diverſis morborum generibus paſſim afficiebantur.

Angeli monitus,

aſſumptis Cariulpho & Domardo ſociis,

5 Quadam denique die cum Rex Childebertus, maxima Palatinorum frequentia de more ſtipatus, divinis Miſſarum aſtaret officiis; veniens B. Marculphus cum duobus ſupradictis proceribus, in quodam ejuſdem eccleſiæ angulo precibus ſe, ut ſolitus erat, proſtravit divinis. Aderant autem ibi quidam homines, diuturnis immundorum ſpirituum vexationi-
B bus ita fatigati, ut non ſolum aliis juxta morem energumenorum qualicumque modo vim niterentur inferre, verum etiam proprios artus diris dentium morſibus atrociter dilaniarent. Cumque ſanctum Dei virum ibidem adeſſe ſentirent, exclamaverunt dæmonia magnis vocibus iterum iterumque, atque dixerunt: Quid nobis, & tibi homo Dei? Numquid parum tibi videtur nos expuliſſe tuis ex finibus, ubi tam magna multitudo populorum noſtro ſubjiciebatur numini, niſi etiam huc perſequereris. His itaque vocibus obſcœnis univerſa plebs admodum ſtupefacta, cœperunt ſciſcitari, Quis eſſet, quem hominem Dei dæmones appellarent. Inquirentes quoque diligentius, repererunt B. Marculphum, adhuc ut cœperat in oratione proſtratum: neque enim volebat Omnipotens tantam lucernam latere ſub modio, ſed ut ſuperponeretur candelabro, miniſtrans lumen his qui domum ingrediebantur.

allocutus Regē Childeberium,

orans in eccleſia à dæmonibus manifeſtatur:

6 Sanctus vero Marculphus ſurgens ab oratione, cum ſumma reverentia populi, ad præſentiam deducitur Regiæ poteſtatis. Intuens autem venerabilis Rex ſanctum Dei virum, immenſo gaudio totis repletus viſceribus, dixit ad eum: Appropinqua, Domine mi, multum quippe gratulamur in adventu tuo: erat enim à longo tempore cupiens videre eum, quia
C audiebat miracula, quæ fiebant ſuper his, qui pluribus languoribus ægrotabant. Beatus quoque Marculphus, clementiam Regis divinitus erga ſe intelligens eſſe benevolam, ita eidem reſpondit: Pax tecum, Rex, & juſtitia & veritas tibi cælitus miniſtrentur. Signo denique pacis ab utriſque peracto, dixit Rex ad illum: Unde te habemus, vir beatiſſime? & quæ cauſa tam deſiderabilem theſaurum noſtras advexit in partes? S. Marculphus reſpondit: Neuſtrica regione, non ſemel admonitus Angelica viſione, ad veſtram huc præſentiam acceſſi. Eſt ſiquidem locus, qui Nantus
b *b* nuncupatur, ſitus in littore Oceani maris, non valde procul ab urbe quæ appellatur Conſtantina; quem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ad gloriam nominis ſui, devoto monachorum cœnobio præcipit inſigniri. Hac de cauſa ab ipſo Domino ſæpiſſime monitus, noſtrum ad vos, ut jam dixi, acceleravimus iter.

à Rege benigne exceptus,

b Nantum pro cœnobio condendo petit:

7 His auditis devotiſſimus Rex immenſo perfuſus gaudio, quia talem Dominus dignaretur ad ſe mittere Patronum, dixit ad S. Marculphum: Totis niſibus paratus ſum adimplere quæcumque mihi Dominus per te famulum ſuum voluit manifeſtare. Verumtamen valeat, oro, mea apud te deprecatio, ut iſti D homines, qui jam diu feris nexibus ſatanæ tenentur obvoluti, tuis ſanctiſſimis precibus adiuti antiqua valeant perfrui ſanitate. Beatiſſimus vero Marculphus magnis vocibus ſe ad hoc proclamabat indignum. Attamen ad memoriam verba Dominica reducens, qui promiſit credentes in ſe ſpiritus immundos ab humanis corporibus poſſe fugare; extento corpore cum lacrymis ſe ad orationem proſtravit. Dum ergo ſanctiſſimi viri ob nimiam [moram] in longum protenderetur oratio; ecce ſubito dæmonum, ab obſeſſis corporibus exeuntium, indicia hujuſcemodi ſignis manifeſta. Nam tanta confecerant eos afflictione, quos precibus B. Marculphi relinquebant inviti, ut nullus circumſtantium exiſtimaret in eis halitum remanere, præſertim cum per nares & aures illorum ſanguinis rivuli crepuiſſe viderentur. Tunc vir Dei ſurrexit ab oratione, & quos univerſa plebs mortuos fore putabat, ſigno Crucis ſuper ipſos impoſito priſtinę reddidit ſanitati. Hoc itaque omnes ſtupefacti miraculo, magnificabant Deum; qui tantam gratiam homini conceſſit humano.

ejus rogatu

proſtratus in precesexer-gumenos liberat.

8 Venerabilis igitur Rex, auditis jam tot miraculorum ſignis, nec non etiam comperiens tunc viſu quod ante didicerat auditu; omnipotenti Deo gratiarum retulit actiones, qui nequaquam differt ſemper miſereri generis humani. Supplex quoque & humilis deprecabatur ſanctum Dei virum, ut ea quæ poſtulaverat, inſuper & ampliora, libenti animo ſuſcipere dignaretur. Ergo quia locus jam nuncupatus fiſcus habebatur regalis; juſſit inde fieri præceptum, ne unquam ab aliquo contumaci hoc poſſet violari donum. Tunc Beatiſſimus vir Dei Marculphus orationi procumbens, toto precordiorum conamine cœpit benedicere Dominum, quo miſericorditer diſponente, compos voti eſſe promeruit. Sic denique valedicens Regi, Principibus, & reliquæ Palatinorum plebi, gaudens & exultans iter, quo ante venerat, verſis greſſibus cœpit proficiſci. Miſit etiam Rex ſecum quemdam nobilem virum, nomine
c Leunutium, qui incolis illic indicaret, quod Sanctus c poſtulaverat à Rege, eſſe completum.

E

litteras donationis accipit.

ANNOTATA.

a *MS. Regina Suecia* Profeſſor, *at MS. noſtrum, uti & alia MSS. in ſecunda Vita & Breviario Conſtantienſi,* Poſſeſſor. *Sauſſajus in Catalogo Sanctorum, quorum Natalem ignoravit, rejecit eum in 21 Septembris, ut cum S. Lautone ſucceſſore poſſit conjungi.* F

b Nantus *vulgo* Nantevil, *pluribus locis commune nomen à Britannica voce* Nant, *rivum ſignificante. Conſtantiam autem urbem preterfluit auncis, duabus infra eum leucis oceanum influens, ad cujus oſtium an vero circum alius ejuſdem diœceſis rivum his locus ſit docebunt incolæ, nec enim in topographicis tabulis exprimitur.*

c Leunutius, *in alia Vita* Leontius & Leontinus.

CAPUT II.

Monaſteria, Nantum & alia conſtructa. Vita in inſulis peracta. Dæmon abactus. Saxones interempti.

9 CUm ergo rediret ad locum, miſerante gratia divina ſuis precibus taliter ſibi donatum; ecce obviam veniebat ei maxima turba virorum atque mulierum: qui tantum Patronum, tot miraculorum ſignis coruſcantem, ſuos audierant terminos penetrantē. Deferebant ſecum infirmos, propriis morborum pluralitate privatos officiis, quibus per orationem ſanctiſſimi viri optata ſanitas ſtatim reddeba-

à Nantuenſibus benevole exceptus,

tur.

A tur. Creſcebat quotidié numerus fidelium, quia augmentabantur diverſarum dona virtutum. Beatus itaque Marculphus, perveniens ad locum, quem Dominus monachica religione monuit redimiri; primo oratorium, pro virium qualitate, ibidem conſtruere fecit. Eligens deinde bonæ famæ viros, quorum probitas ab omnibus referebatur, conſtituit illos ejuſdem loci monachos, pro pace Regis ac ſtabilitate ſanctæ Eccleſiæ miſericordiam Domini aſſidue implorantes.

monaſterium conſtruit:

10 His ita ordinate diſpoſitis, ſolitariam malens aliquamdiu ducere vitam, navigavit ad unam inſularũ, quæ ruſtica lingua *a* Duę-liniones appellantur; ibique remotus ab aſpectu humano, in parva cellula, quã ſuis ipſe conſtruxerat manibus, ſub miro abſtinentię modo precibus inſiſtebat divinis. Duobus namque aut tribus diebus continuatim abſq; ullius cibi edulio peractis; cum jam acerrima fames plus æquo humanos afligeret artus, tunc modico hordeacei panis cum paucitate olerũ famelice utebatur; ne penitus totum corpus, ſua deſtitutũ natura, propria hujuſcemodi ſponte videretur appetere mortẽ. Vigiliarũ nec ęſtimo neceſſe deſcribere quantitatẽ, quia quem tã aſſidua afflixerat macies jejuniorũ, rarenter credo potuiſſe opprimi torpore dormitationũ. Lectus ejus nec etiam quidquam molliditatis habebat, ſed tantũ nuda jacens in humo,

a in inſula ſolus degit,

in magna abſtinentia ciborum & ſomni.

B durum cervical ſilicis, capiti ſupponebatur ipſius, talibusque vigiliarum atque jejuniorum vir Dei Marculphus abſtinentiis maceratus, mundo quidem juxta Apoſtolum mortuus, Deo vivebat. Gal 2, 19

11 Quadam itaque die ſanctę Quadrageſimę cum prę foribus ſuę cellulę fuiſſet egreſſus; ecce illi hoſtis antiquus, ſemper humano generi infeſtus, ſub ſpecie mulieris, quaſi naufragium perpeſſę maritimum, tremula voce dixit ad ſanctum Dei virum: Tranſmarinis, Domine mi, navigio adveniebamus de partibus, & jã terras antennis carpere læti videbamur.

dæmonem in femina ſpeciem transformatum

Cum ſubito eripiunt nubes cælumque diemque
Noſtris ex oculis, ponto nox incubat atra;
Intonuere poli, & crebis micat ignibus æther;
Hinc totum mare venti eruunt à ſedibus imis
Et vaſtos voluebant ad littora fluctus.

Ex hac quippe tempeſtate nemo noſtrorum evadere potuit, pręter me ſolã, quę puppim confractę amplexa navis, huc illucque devecta per undas, hodie primum terris adhęſi. Quamobrẽ deprecor te, vir Dei, ut magna pietas tua me cõcedere dignetur pauliſper requieſcere ſub tugurio tuo, quia oppido fatigata frigore, vix ſuper pedes conſiſtere valeo. Sanctus ſiquidem Marculphus non ignorans verſutias diaboli; quibus ſemper humanum genus conatur irretire; ingreſſus cubile ſuũ detulit cruſtulã panis, & ſic cum benedictione porrexit illi dicens: In nomine Domini Jeſu Chriſti hunc ſuſcipe panẽ, & ſi tentator acceſſiſti, à nobis recede. Tũc ille ſerpens venenoſus, commenta fraudis ſuę comperiens fore nudata, cum magno ejulatu ſe ſaltu præcipitavit in mare, per quod antea ſe mentiebatur remigaſſe. Beatus vero Marculphus fixis in terrã genibus, vocem revoluit ad laudem Omnipotentis, qui ſemper timentes ſe non deſinit & hic cuſtodire à malis, & in futurum munerari inenarrabilibus bonis: Unde ait Propheta: Timenti Deum non deficiet omne bonum.

nomine Ieſu pellit:

C

12 Appropinquante autem ſolennitate Paſchali; iterum navim conſcendens, reverſus eſt ad monaſterium inviſere Fratres, quia nefas eſſe putabat, ut in hac die dierum potiſſima ab eorũ ſegregatus haberetur conſortio. Audientes itaq; Fratres hujus ſancti cœnobii ſuum ad ſe reverti Patronũ, venerunt ei obviam cum cereis & choro pſallentium, & ſic admodum læti in monaſterium canentes deduxerunt. Narravit deinde illis, quę ſibi eodẽ tempore acciderant, quas illi ſatan inſidiarum machinationes molitus eſt inferre, & quomodo pręveniente gratia Divina victor ſuperſtitit omnium quęcumq; intulit inimicus. Igitur divulgata

reverſus ad monaſterium,

circumquaque hujuſmodi famã, quia B. Marculphus tantis floreret meritorum miraculis, properabant ad eum de externis & diverſis regionibus religioſi monachi, cupientes ipſius exemplis inſtrui, & ſancti dogmatis melliflua commonitione eruditi. At ille, velut pius Pater, cum gaudio ſuſcipiens eos, hortabatur unumquemq; ipſorum, ut in ea vocatione, qua vocatus quiſq; erat, juxta Apoſtoli pręceptum, fidei operibus Deo placere ſtuderet. Docebat, hujus ſeculi mordaces poſtponere curas, quę ſemper aſſueſcunt corrodere mentes humanas; atque ita fit, ut dum animus per diverſa corporaliũ contemplando partitur, in ſingulis ſpiritualium minimus inveniatur. Aſſerebat etiam non illos hîc habere manentem civitatem, ſed debere eos exquirere futurã. Maximis ſiquidem ac diverſis inſiſtens documentis, pandenſque ſemitam quæ ducit ad portã futurę civitatis, compeſcuit quoſdam illorum ab ambitione gloriæ fallacis.

undique advenientes monachos adhortatur:

Eph. 4, 1

13 Dum ergo aliquos dies peregiſſet in monaſterio; convocatis ad ſe Fratribus, indicavit ſe Britanniã velle proficiſci. Cumq; illi lamentarentur, flentes abſentiã tanti Paſtoris; lacrymabili voce dixit ad eos: Nolite Fratres, nolite, queſo, ſuper me contriſtari; quia vita comite non diu differam reverti ad vos. Oportet enim me per alia loca euangelizare verbum Dei, quia ideo miſſus ſum. Tunc quidã Sacerdos, nomine Romardus, vir religioſiſſimus, deprecabatur B. Marculphũ, quatenus ſui ſanctiſſimi itineris comes fieri mereretur. At ille, nolens inferre moleſtiã ipſius devotæ petitioni, aſcivit eum ſolummodo ſecũ in comitatu. Pergentes itaque in regionẽ Britannorũ, venerunt ad inſulã quę ab incolis loci illius Agna vocitatur; ibique aliquantulum morã facientes repererent quemdam Fratrem, nomine *b* Eletum, jam prolixo dierũ curriculo ſolitariam vitam ducentẽ. Tunc hi tres ſanctiſſimi viri, conferentes viciſſim quibus & quot modis maligni ſpiritus moliti ſunt impedire propoſitum ſuę religionis, & qualiter auxiliante gratia Divina ſemper ille coluber tortuoſus triumphatus abſceſſit; dantes inde gratiarum actiones Domino Jeſu Chriſto, congratulabatur unuſquiſque fratri ſuo: erant enim unanimitatis vinculo conſtricti, nihil aliud agentes præter abſtinentiam, & orationum aſſiduitatem.

cum Romardo abit in inſulam Britanniæ,

E

b Eletum eremitam reperit,

eique cohabitat.

14 Videns igitur hoſtis callidus, ab initio ſemper bonorũ operationi contrarius, hanc inſulam his tribus luminaribus undiq; coruſcantẽ; non immemor millenarũ artium nocendi, ſuſcitavit contra eam prædones, ferme tria millia Saxonicę gentis: erant enim in eadem inſula coloni numero nõ multi, ſed diverſis opibus & luxu pecorũ non modice referti. Mane autẽ novo ſurgentibus illis, ut unuſquiſque propria negotia juxta morem patrię exercendo properaret; ecce multitudo maxima Saxonũ jam littora prendere feſtinabant. At illi primo terrore perculſi, utpote de tanta inimicorũ caterva, cucurrerunt ad cellulã, ubi S. Marculphus orabat cum ſupradictis duobus; atq; adhęrentes pedibus ejus dixerunt, Adjuva nos, ſanctiſſime vir Dei, quia in manibus inimicorũ nunc poſiti ſumus, deeſt enim locus fugiendi, nec eſt nobiſcum virtus illis reſiſtendi. Quomodo nos prępauci numero, viriq; bellis inſueti, contra hunc populũ valebimus dimicare? Tunc B. Marculphus ſuſpiciens in cęlum, dixit ad eos: Filioli, nolite terreri ab hac multitudine: viriliter ergo agite, & confortetur cor veſtrum: Dominus enim pugnabit pro vobis. Facto ſiquidẽ ſigno ſanctę Crucis ſuper eos, pręcepit illis dicẽs: Ne timeatis millia populi circumdantis vos, quia Dominus percutiet adverſantes vobis, & ſuper vos benedictio ipſius erit. Ite multocius abſq; titubatione contra inimicos veſtros, quia nequaquam difficile eſt Domino ſalutẽ tribuere etiam in paucis.

F

ibi ab incolis contra Saxones prædones invocatus

eiſdem auxiliatis ad pugnam,

15 His denique hortamentis roborati, ponenteſq; in Domino Deo ſpẽ ſuã, perrexerũt obviã inimicis, quia nuſquam parebat facultas divertendi. Tunc ſanctus vir

victoriam impetrat,

EX MSS. Dei Marculphus toto corpore cũ lacrymis ad oratione prostratus, implorabat divinam opem in hoc illis discrimine cæli us advenire. Fertur enim, etiamque à multis asseritur, non plus triginta incolarum temporibus illis in hac insula demorari. Prospicientes igitur adversarii tot viros, quasi tantæ multitudini resistere prꝑparatos; cũ magno clamore de navibus prosilière, existimantes se uno spiculorum jactu omnes depopulari posse. Cumque pars aliqua jam siccam teneret arenam, reliqua multitudine adhuc navibus prꝑsidente; ecce subito maxima vis ventorum arreptas classes cum magno impetu revexit in altum, ibique invicem crebris ictibus ob turbinem ventorum minutim dissolutas, cum omni suppellectili in profundũ demersit. Videntes itaque habitatores illius insulæ precibus B. Marculphi pro se Dominum decertare; cohortantes alterutrum, direxerunt aciem contra reliquos, percusseruntque eos usque ad internecionem: atque ita factum est, ut ex hac multitudine, Domino pro illis dimicante, nullus evadere valeret. Reversi quoque ad cellulam, ubi vir Dei extento corpore adhuc humi jacebat; cœperunt magnis vocibus benedicere Deum, qui nõ deseruit sperantes in se, & qui meritis B. Marculphi eos ab hostium multitudine voluit liberare.

hostium aliis sub. mersis,

aliis interfectis.

16 Audientes quoque Britannorum populi magnalia, quꝑ per sanctum virum quotidie operabantur, conveniebat ad eum non modica turba illorum. Pervenit etiam hoc verbum ad aures Childeberti devotissimi Regis; unde totis visceribus exultans ait: Quis Deus magnus sicut Deus noster? ipse est Deus qui facit mirabilia. Tunc B. Marculphus quoddam oratorium in eadem insula construxit, ubi monachos omni vita probatos, ad serviendum Deo devotissime collocavit. Eo quidem tempore multa monasteria in honorem Domini nostri Jesu Christi ab ipso leguntur fundata.

B

construit ibi & alibi monasteria.

ANNOTATA.

a Duæ-Liniones, *sequens Vita* Induolinionis: *aliis* Duæ Liviones, Duolimonis & Dinolitionis. *In tabulis Galliæ nonnullæ parvæ, sed anonymæ, insulæ, Constantiensi littore oppositæ visuntur.*

b *In sequenti Vita* Helibertus *dicitur, ubi plura annotamus, de eo & loco.*

CAPUT III.

Miracula. Alter accessus ad Regem. Pius obitus.

Puerum rabidi canis morsu vulneratum sanat:

C

17 PEractis ergo in supradicta insula plurimis diebus, cum jam pene tota Britannia ejus sanctissimis documentis in cultu divino, quasi à quodam recenti Apostolo denuo fuisset reformata, ad pristinum monasterium visitare Fratres, ex se ipso solicitos, regressus est. Cumq; esset in itinere, occurrit illi quidam vir nobilis, nomine Genardus, deferens filium suum, morsibus rabidi canis atrociter ita dilaceratum, ut spiritus quo adhuc tenerrima membra vix vegetabantur, crudelior videretur morte futura. Ut autem appropiavit mœstus pater beatissimo Marculpho, procidens ad pedes ejus, cum lacrymis ajebat; Miserere, sancte vir Dei, patri infelici, quia jam sævissima mors hunc filium meum mihi miserrimo auferre componit. Sed si tu super eum saltem digitum tuum porrigere digneris, confido illum propriam sanitatem per hoc posse recuperare. Tunc B. Marculphus ad cælum oculis cum gemitu elevatis, imposuit manum super vulnera ejus, & confestim restitutus est puer antiquæ saluti: neque enim morbus illic permanere potuit; ubi talis medicus manum immisit.

Regem iterum adiunxit

18 Crescente igitur monachorum turba, quos per diversa loca Dei famulus in sancta religione coadunaverat, necesse duxit & modum stipendii victualis ad numerum coaugmentare. Hujusce cura negotii sedulis cor illius perforabatur aculeis; quia plus æquo penuria imminente statum religionis minui formidabat. Accersitis itaque sociis, cum quibus sanctissimus vir assuetus erat comitari, profectus est ad Childebertum glorioſissimum Regem, qui eo tempore Rempublicam in partibus agebat Gallicanis. Cumq; veniret super fluvium qui Isera appellatur, volens ibidem sopore aliquantulum reficere membra, ob longitudinẽ itineris nimium fatigata, audivit strepitum Regis venatorum, qui quendam persequebantur leporem cum magno concrepitu buccinarum. Tali susurro jam diu B. Marculphus accomodaverat aures; & ecce imbellis lepus, oblitus tot salutis viarum, urgente multitudine canum, cum appropinquaret Dei famulo, crebris saltibus cursum accelerans, abscondit se sub cappa ipsius. Canes vero totum circumquaque locum magnis replentes latratibus, procul omnes steterunt.

D

leporem sub cappa latitantem servat:

19 Tunc unus juvenis, immoderate agitatus stimulis furiarum, hac contumaci voce comminatus est Dei servum: Clerice, nisi nunc ocius venationem dimiseris, quam nobis furari voluisti, jam meus in te funeste deꝑviet gladius. Venerabilis vero Marculphus, utpote vir miræ mansuetudinis, nolens ergase fratrem suum scandalizare, sublata sursum cappa, præcepit bestiolæ suum repetere callem. Lepus deinde ad memoriam reducens, quꝑ sibi via alia vice vitam servavit, per medios canes fugam arripuit. Quos tanto ponderе illico beati viri defixit oratio, ut nullus eorum pedem pedi prꝑferre valeret. Ille etiam, qui Dei famulo nullius reverentiꝑ prꝑbuit modum, cum equum suum vivaciter vellet ascendere, tanto impetu in altiora sellulæ impegit, ut intima pars testiculorum, seissis vesicæ corticibus, foris penderet: sicque confectus cecidit de equo, ut velut mortuus esse videbatur. Reliqui vero sociorum, cernentes quæ fiebant, projecerunt se de equis, & tenentes pedes S. Marculphi dixerunt, Ignosce nobis, famule Dei, quia quidquid sceleris commisimus in te, quis esses ignorantibus accidit de te; sed & huic miserere juveni, quem pallidæ mortis imago jam pertrahere festinat sævi Acherontis ad undam. Sic vir Dei precibus illorum misericordia motus, jussit virilia, quæ extra folliculum pelliculæ naturalis foras defluxerant, in propriis naturæ recondere locis. Nec mora, & ecce qui comes mortis lamentabatur à reliquis, professus est se recepisse robur pristinæ virtutis.

E

& à venatoribus tutum dimittit:

aliquem ante sibi injurium & misere lapsum sanat

20 Nuntiatum est itaque Regi à dicentibus qualia à sancto viro perpetrata sunt. Venerabilis quidẽ Rex, relatione miraculorum intelligens esse Beatissimum Marculphum, maximo tripudio tota mente exhilaratus, perrexit mox in occursũ illius. Cum ergo appropinquaret ad eum, postposito fastu pompæ secularis, descendit de equo, prout citius potuit, & sic pronis cervicibus pervenit ad famulum Dei. Lacrymantibus illis, & mutuo ruentibus in osculum pacis, cœpit Rex dicere ad eum: Quæ causa, Domine mi, tuos sanctissimos gressus nostris nunc obtutibus retulit? Dei quippe providentia nolens privare gentẽ Francorum tanto lumine, te servum suum ad nos voluit remeare. Cui B. Marculphus, Est mihi, inquit, quedã petitiuncula ad te, o devotissime Rex, quæ mẽ tam longũ iter modo repetere compulit. Nam religiosus grex Monachorũ, quos in locis mihi divinitus designatis in honorem Domini nostri Jesu Christi te auxiliante constitui, quotidie prioris numeri quantitatẽ majori proportionalitate paulatim excedit. Unde, bone Rex, necessarium duxi te convenire, quatenus tuis solatiis proutcumque possint subniti; ne nimia ingruente penuriarũ molestia, ad nihilum videatur redigi devotio tantꝑ religionis: Tunc Rex ad Beatissimum virum: Properemus, inquit, domum, tandemque satisfaciemus tuꝑ sacratissimæ petitioni. Peragente ergo Dei famulo aliquantulũ temporis ibidem cum Rege, imperavit Rex, ut si quæ villæ quondam fuerant appendices ad loca, quò S. Marculphus ecclesias fidelium

à Rege honorifice suscipitur,

ac variis prædiis donatur.

A fidelium inſtituerat, cum omni integritate in uſibus monachorum, illic Deo militantium cederent.

21 His itaque peractis, benedixit Regi & reliquæ Palatinorum plebi; ſicque inde, gaudens & exultans, regreſſus eſt ad monaſterium ſuum. Ibi namque vigiliis deditus, orationibus ſedulus, abſtinentiis maceratus, eleëmoſynarum largitate præclarus, non exigens omnino quæ ſua ſunt, ſed quæ Domini Jeſu Chriſti, cunctos Galliarum Neuſtriæque populos, ſuo ſanctiſſimo irradiabat exemplo. Sæpiſſime quin etiam exquiſivit pro nomine Domini ſacratiſſimam animam ictu trucidantis gladii, aut diverſis tormentorum generibus, ſibi reſecari; ſed jam quieſcebat ferocitas tyrannorum, devicta omnimodis perſeverantia Chriſtianorum. Porro, etſi non acie mucronis, ut vir ſanctus optabat, fuerat interemptus; tamen juxta Pauli vocem ſe ipſum denegans martyrizabatur qui dicebat, Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Ei nempe veraciter vivebat, qui illius amore, non ſolum extrinſecus accidentia pro nihilo computabat, verum etiam ſecundum Euangelii præceptum animam ſuam odio habebat. Enimvero bene animam ſuam odiſſe narratur, quia ejus carnalibus deſideriis non adquieſcebat, ejus appetitum frangebat, ejuſque voluptatibus reluctabatur. Quid ergo? ſi homini humano fas eſt omnia impertiri genera virtutum, hunc profiteamur omnibus redimitum.

reverſus in omni ſanctitate vitam peragit:

Gal. 2, 20

Joan. 20, 15

B

22 Appropinquante autem die quo corpus ſuum, prolixis jam languoribus adtenuatum, viam univerſæ carnis ingredi ſentiebat; convenerunt ad eum Fratres de diverſis locorum ſitibus, qui ſuum audierant ægrotare Patronum: quibus ut ſolitus erat oſculatis, exhortabatur eos uti bonus Pater, ne cederent inſidiis diabolicæ fraudis, quas ille ab initio ſemper conjicit adverſus famulos Dei; Nec enim, inquit adverſarius veſter dormitat, ſed velut leo rugiens undique inveſtigat, quem vorare poſſit. Cui opportet vos fortiter reſiſtere per fidem, ne triumphatos retrudat in tenebras quaſi captivos. Eſtis namque vos Filii lucis ac diei, & non noctis neque tenebrarum. Quamobrem nolite ſoporari ſicut quidam, ſed vigilantes ſobrii eſtote. Illi tantummodo adhærete totis viribus, qui vos de tenebris aſcivit in admirabile lumen ſuum. Ego quidem jam reddere compellor hoc corpuſculum telluri, quod ex eadem ſumpſi, revocante Domino Deo noſtro ſpiritum meum, quia ipſe poſuit eum.

ager ſuo. contra inſultus dæmonis animat;

23 Cumque hæc lamentabili voce protuliſſet, ad cælum oculis cum manibus elevatis, reddidit ſacratiſſimam animam Angelorum choris, qui eam collocaverunt in ſedibus Hieruſalem ſupernæ civitatis. Beatiſſimus itaque Lauto Epiſcopus, qui his diebus illo advenerat, accerſitis ſuæ parochiæ Presbyteris, & omnibus Clericis reliqui ordinis, cum omni reverentia repoſuit corpus ſanctiſſimi viri juxta Cariulphum collegam ſuum; qui jam utebatur quiete dulciſſimæ pacis, expectans adventum noſtri Redemptoris. Explevit ergo ſacratiſſimus Confeſſor Dei curſum feliciſſimi agonis, primo die Kalendarum Maji, referens manipulos ſuos cum exultatione ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ab initio, nunc & ſemper regnat, cum Patre & ſpiritu Sancto unus Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

pie moritur

C

1 *Maji.*

ALIA VITA
Ex vetuſtis MSS. codicibus.

CAPUT I.
Ortus, ſtudia, Sacerdotium, conciones.

1 EO tempore igitur, quo glorioſus & Deo amabilis Rex Childebertus Francorum ſceptra ſtrenue honeſteque regebat, beatiſſimus Marculfus, ma-

EX MSS.

gnus & præclarus, enituit moribus & actibus. Qui cum ex nobiliſſimis ditiſſimiſque atque Chriſtianiſſimis Bajocaſſinis civibus exortus eſſet, ab ipſis puerilibus annis, toto niſu totoque deſiderio ad ſupernam cœpit anhelare patriã. Præferebatur in annis puerilis levitas, ſed vigebat in moribus ſenilis maturitas: nam ludicris omnibus, quibus ea ætas maxime occupari delectat, abjectis; ea quæ divinæ religionis erant, & avida aure percipere, & tenaci memoriæ commendare, & curioſa proſecutione perficere ſatagebat. Devitabat denique bonæ indolis puer, coætaneorum ſuorum vaniloquia laſcivaque conventicula, & ſeniorum ſemper intereſſe conventibus atque colloquiis expetebat, imitans jam ſine lectionum demonſtratione illud Moyſi præcipientis, Interroga patres tuos & annuntiabunt tibi, majores tuos & dicent tibi: dicebatque cum Pſalmiſta: Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Hujuſcemodi igitur cum ſeſe velut præludiis futuræ Chriſti militiæ exercitaret; à ſuis pædagogis pia proviſione (nam jam dudum ejus uterq; parens morte obierat) divinarum inſtruendus traditus eſt ſtudiis litterarum. Decebat utique ut quem taliter divina ſibi vendicabat gratia, non mundanis ſed divinis manciparetur negotiis. Sed cujus conſcientiam dator ſcientiæ Spiritus ſanctus à totius malevolentiæ ſordibus emundaverat, ei in diſcendo nulla potuit adeſſe tædioſa dilatio: nam infra brevis temporis intervallum, omnibus adeo divinis inſtructus eſt litteris, ut nulli ſuorum ſodalium reperiretur ſecundus.

Nobili Bajocaſſibus proſapia ortus,

pie educatus,

Deut. 32, 7

Pſ. 118, 115

litteris navat operam,

E

2 Poſtquam autem annos pubertatis attingens in robur virile evaſit, velut miles bene uſque à primis annis in Chriſti tirocinio exercitatus, cœpit viriliter atque infatigabiliter ad ſuperne vocationis contendere bravium; præterita cum Apoſtolo obliviſcens, & ſeſe in futura extendens; vacans orationibus, inſiſtens lectionibus, carnem vigiliis macerans, & jejuniis attenuans, omnibus humilitatem atque obedientiam præbens. Largus in eleëmoſynis, profuſus in miſericordiis, ſuſtentabat inopes propriis ſumptibus, pupillorum & viduarum ſubveniebat neceſſitatibus. Corrigebat denique vias ſuas in cuſtodiendis mandatis Domini: ſuas quippe corrigebat, & Domini ſequebatur. Talibus igitur moribus & officiis Chriſto dilectus, & hominibus gratus reverenduſq; habebatur: gaudebat quippe atque lætabatur tali concive omnis Bajocaſſina plebs, confidens totius ſuę reipublicę ſtatum per eum firmum ſtabilemque futurum. Nam beatiſſimus vir omnes crebris incitabat adhortationibus; ut, quę fundamentum bonorum eſt omnium, fidem firmiter tenerent Catholicam, ſpemque ſuam in Domino & non in hominibus conſtituerent; dilectionẽ integram colerent, ut Dominum ſuper omnia & proximos tamquam ſeipſos diligerent, & ut quotidianis virtutum profectibus, ad promerendam ſupernæ civitatis beatitudinem, properarent.

juvenis omni virtutum genere clarus,

Phil. 3, 13

F

alios viam ſalutis docet:

3 Denique cum rebus temporalibus hereditaria ſucceſſione prędictus vir Domini affluëret, cumque ſoli Deo ſervire cuperet, in eis & procurandis & diſponendis diu occupari nullatenus voluit: ſed illius Euangelici dicti non ſurdus auditor, quoniã qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt Chriſti eſſe diſcipulus; illius etiã Apoſtoli, ut nemo Deo militans ſecularibus ſe implicet negotiis; relicta domo rebuſque patris, nudus ex mundi naufragio evadens, optatã arripuit peregrinationẽ, factus pauper, ut Chriſtum pro nobis pauperẽ factum ſequeretur. Et quoniam jam dudum famam ſanctitatis beati Poſſeſſoris Conſtantiæ Civitatis Epiſcopi acceperat; eum recto tramite expetiit, cupiens ipſius doctrinis & exemplis inſtitui. A quo benigne ſuſceptus, apud eum per non modicum tempus manſit, atque ab eo tonſuratur cum eſſet annorum triginta. Clericalem

relictis omnibus,

Luc. 14, 33

adit Epiſcopum Conſtantienſem,

habitum

habitum recepit. Poſtmodum vero per reliquos Eccleſiaſticos Ordines digna promotione ſublimatus, tandem Presbyteratus gradum conſcendit. Cœpit denique, jubente prædicto Pontifice, pagum Conſtantinum peragrans, indeſinenter admonere populum, ut quod ſemel ſacro fonte profeſſi eſſent, & moribus tenerent & operibus exercerent, viaſque recte vivendi ſemper ſequerentur, vanamque gloriam mundi parvipenderent, & ad cæleſtem tota intentione tenderent. His igitur cæleſtium factorum inſignibus illuſtratus; ab omnibus quaſi pater colebatur, ſummaque laude efferebatur, atque ſuæ ſanctæ exhortationis dictis cuncti æquali devotione parebant. Erat namque vir ſanctus, profundus ingenio, diſertus eloquio, prudens in conſilio, maturus in facto, virtutum cultor, vitiorum extirpator. Sed hujuſmodi decorem animi forma etiam non obfuſcabat corporis. Licet enim ſtatura puſillus eſſet, aſpectu tamen erat decorus, membrorumque eleganti coaptatione compoſitus.

ex MSS.

ab eoque Sacerdos & Concionator inſtituitur.

CAPUT II.

Acceſſus ad Regem Childebertum: Nantum monaſterium conſtructum. Energumeni liberati.

B

4 QUadam vero nocte, dum poſt longam in orationibus Deique laudibus lucubrationem, membris fatigatis modicam indulgeret quietem, adeſt ei ſupernus nuntius, habitu fulgidus & aſpectu jucundus: qui eum excitans, his verbis alloquitur: Pax tibi, beatiſſime Marculfe. Omnipotenti Regi tua ſunt grata opera, grata utique ipſi per omnia tua eſt militia: ſciaſque te in hoc præcipue illius gratiam promeruiſſe, quoniam non modo circa tuam, verum etiam circa tuorum ſalutem proximorum ſolicite invigilas. Et quoniam per te plures à faucibus divelli dæmonum, ſibique Chriſtus vendicari diſpoſuit; feſtinus Childebertum Regem adeas, atque ab eo tibi dari poſtules locum quemdam in hoc pago Conſtantino, cui Nantus eſt vocabulum, cum omnibus rebus ad eumdem locum pertinentibus; in quo & monaſterium conſtruas, & aliquos Fratres, qui ſub tuo regimine Deo devote ſerviant, conſtituas. Cum autem cor Regis in manu illius ſit, cujus iſta eſt juſſio; nullo modo te fore impetraturum, quod poſcere moneris, diffidas. His dictis protinus diſparuit.

Juſſus ab Angelo pro monaſterio conſtruendo

Regem adire:

C

5 Mane igitur facto, aſello cui ſedere inſueverat aſcenſo, aſſumptiſque ſecum Fratribus Cariulfo & Domardo, iter imperatum arripuit. Cumque præfatus Rex cum ſua Regina, Ultrogode nomine, & cum multa ſuorum Procerum turba, quadam feſta die divini celebrationem Officii in eccleſia devote præſtolaretur; B. Marculfus ſupervenit: intranſque eccleſiam, non ſe continuò regalibus præſentavit obtutibus; ſed cui omnis ſubtus erat mundana levitas, & in quo humilis manebat gravitas, in quamdam abditiſſimam partem divertit, ubi ab omni tumultu ſemotus Chriſto ſecretas poſſet preces fundere: implens illud Euangelii, Cum oraveris intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum. Nolebat etenim vir ſanctus hypocritarum ſectari jactantiam, qui in ſynagogis lociſque publicis, ut ab hominibus viderentur, ſtantes orabant; de quibus Dominus, Amen, inquit, dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Sed quoniam lucerna Chriſti non poterat latere ſub modio; quem cuſtos virtutum celare ſatagebat humilitas, dæmonum ſuperata detegebat ſuperbia. Mox enim ut vir Dei eccleſiam introiit, per quoſdam, qui forte illuc adducti fuerant, obſeſſos utriuſque ſexus homines, magnis lacrymoſiſque cœperunt vocibus dæmonia clamare: Parce nobis, parce, Chriſti ſerve Marculfe: graviter enim cruciat nos tua præſentia. Sed ſi ab his nos ſedibus per te divina expulerit potentia, ne nos trudat in abyſſum, tua impetret ſanctitas.

cum Cariulpho & Domardo ad eum profectus,

& orans ſecreto in eccleſia, Matth. 6, 6

Matth. 6, 16

à dæmonibus proditur:

D

6 Super hoc autem Rex omneſque ſui vehementer attoniti, quis eſſet qui hoc nomine vocaretur, cui ſic acclamarent dæmoniaci, diligenter jubet inquiri. Invenitur tandem, moneturque ut ad Regem feſtinus accederet. Quo accedente, Rex eum officioſiſſime ſalutans, Bene, inquit, venias, benedicte Domini: per te enim certum eſt noſtram puſillanimitatem à piiſſimo factore omnium Chriſto viſitari. Quem contra beatiſſimus Marculfus reſalutans, Pax tibi, ait, & miſericordia ab ipſo Domino Jeſu Chriſto, Virorum illuſtriſſime, de cælis præbeatur: qui licet & dignitate præcellas & in ſolio regalis majeſtatis reſideas, tamen te unum eſſe mortalium conſiderans, non ſuperbia tumidus ſubjectos deſpicis, ſed humilitate tranquillus, utpote eis natura ſimilis, coæquaris; bene utique memor illius dicti Sapientis; Principem populi te conſtituerunt, noli extolli, ſed eſto in eis unus ex eis. Denique juſtitia inſignis nec pietate ſegnis, eiſdem tibi ſubditis, & cum juſtitia pareis, & cum pietate, ſi deliquerunt, corrigis. His igitur & ceterarum virtutum exhibitionibus Deo vivis, & ejus Sanctis per omnia places.

à Rege benevole excipitur:

ejus virtutes extollit: Eccli. 32, 1

E

7 Rex autem tanto laudum præconio non ad elationem, ſed potius ad humilitatem permotus, cœpit blando ſciſcitari alloquio, quibus ab oris vir ſanctus adveniret. Reſpondens autem beatiſſimus Marculfus, Urbis, inquit, Bajocaſſinæ indigena ſum, parentibus non infimis progenitus. Juſſione vero Domini admonitus, ab eiſdem occiduis partibus, tuam amplitudinem tuamque magnificentiam expeto, quatenus fiſcum in pago Conſtantino, qui Nantus dicitur, cum omnibus reditibus ſuis, non mihi, ſed Chriſto (quo donante multa temporaliter poſſides, & plura æternaliter poſſidenda expectas) ſolenni donatione concedas. Eſt enim vere ſcias Dei omnipotentis voluntas & juſſio, ut præfatus locus, non ulterius humano, ſed divino mancipetur dominio; ſcilicet ut ibi cœnobium conſtruatur, & Fratres qui diſtrictioris vitæ tramitem tenent, pro tua totiuſque Reipublicę ſalute, Chriſto ſedulo oraturi in eodē cœnobio conſtituantur. Qua petitione vehementer Rex hilaratus, Gratias, inquit, miſericordiſſimo Factori meo refero, qui per te dilectum ſuum mihi ſuorum infimo ſuę voluntatis deliberationem detegere condignatus eſt. Sua nempe terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & univerſi qui habitant in eo. Fiat ex omnibus, quæ mihi miſericorditer præſtitit, ejus voluntas & juſſio: ſed omnes in commune, vir venerande, depoſcimus tuam ſanctitatem, ut his miſeris tua ſubveniat pietas, quos nequam ſpirituum male torquet impietas.

Nantum prō condendo cœnobio petit,

& impetrat:

E

8 Vir autem Domini ad hoc nullo modo idoneum, imo ſe indignum obteſtans, tandem multorum victus precibus, curvatis ad terram genibus ac manibus in cælum protenſis & oculis, invocat Chriſtum hujuſmodi vocibus: Domine Jeſu Chriſte, Rex Regum potentiſſime, cujus imperio omnis ſubjacet creatura, qui es vita & ſalus & pietas, & gratuitâ gratiâ homo fieri dignatus es, ut nos à dæmonum ditione redimeres, quique diſcipulis tuis eorumque ſucceſſoribus poteſtatem dediſti ſupra ſerpentes & ſcorpiones & omnem virtutem inimici; his famulis tuis opem tuæ pietatis impende, quatenus à quibus crudeliter vexantur, fugatis dæmonibus, eorum, qui creator & redemptor es ſolus, poſſeſſor exiſtas; & ipſi priſtinę ſanitati redditi, debitas tibi laudes perſolvant & gratias. Hac igitur vix oratione completa, ſpiritus

Regis rogatu

oratione fusa.

A *energumenos liberat:*

ſpiritus immundi certa relinquentes veſtigia, in fugam verſi ſunt. Nam per eorum quos injuſte pervaſerant nares & ora, ipſis fugientibus, ſanguis uberrimus prorupit.

litteras donationis accipit:

9 Tantum igitur taleque miraculum, Rex & ceteri qui aderant admirantes, immenſas omnipotenti Deo gratias retulerunt. Accerſito denique ſcriptore, jubet ſcribi ſuper donum, quod vir ſanctus petierat, Regale teſtamentum. Quo rata aſtipulatione munito, tradidit idem Rex omnibus ſuffraganibus prædictum fiſcum, cum omnibus ad eum pertinentibus reditibus, Deo & ſancto viro ſuiſque poſteris, perenniter habendum & poſſidendum. Imperat etiam ut quidquid deinceps vellet ab eo, ſine ulla impetrandi hæſitatione, expeteret. His igitur ita geſtis, vir Domini in patriam redeundi poſtulabat licentiam: ſed Rex diutiſſime in ejus primum colloquio poſtremumque oſculo demoratur; ſeque cum uxore & filiis illius orationibus commendans, atque obnixe ut eum ſæpius reviſeret flagitans, tandem eum dimittit. Delegavit autem ei quemdam ſuorum, Leontium nomine, qui terras prædicti fiſci certiſſima finium deſignatione determinaret.

B *monaſterium conſtruit:*

10 Reverſus igitur locum excolere aggreditur. Conſtruxit autem monaſterium aptum regulari inſtitutioni & congruum. Rebus denique intus & extra prudenti diſpenſatione apparatis atque diſpoſitis, non paucos, cum quibus vitam monaſticam duceret, ſibi Fratres adſcivit. Quos aſſidue, non ſolum piæ exhortationis incitamentis, verum etiam divinæ profecutionis exemplis monebat, ut ſemper ardua & ſanctiora ſectarentur; quatenus de virtute in virtutem progredientes, Regem Regum in Sion contemplari mererentur. Monebat quippe, ut integra inter eos unanimitas maneret; quatenus ad formam primitivæ Eccleſiæ cor unum eis eſſet & anima una, nec ſibi quidquam proprium quiſquam præter peccatum venditaret; ſed eſſent omnia communia: otioſitatem denique velut virus fugerent vipereum; ſed certatim aut laboribus manuum, aut lectioni ſeu orationi incumberent. Inculcabat etenim eis, validius nihil otioſitate monachili officere perfectioni.

monachos inſtruit.

CAPUT III.

Vita ſolitaria in inſulis peracta. Dæmon abactus. Prædones puniti. Monaſteria conſtructa.

C *In Quadrageſima in inſulam ſolus ſecedit:*

11 RUrſus & illud eſt operæpretium lectioni inſerere, qualiter vir ſanctus antiqui Dei hoſtis prævenerit inſidias. Aliquando namque Quadrageſimæ obſervationis diebus imminentibus, cum beatiſſimus Confeſſor quotidianis provectibus ſemper ad altiora conſcendere, atque in dies, per carnalium affectionum ſalubrem decoctionem, velut aurum in fornace, mundior atque expurgatior fieri ſatageret; inſulam quamdam, cui vocabulum eſt Induolinionis, incomitatus expetiit; quatenus ibi, per illud ſacrum tempus quadragenarium, corpus rigidius ſolito maceraret; & quo ab hominum remotior eſſet conventibus, eo ad vigilias, orationes, jejuniaque exercenda aptior atque expeditior exiſteret.

dæmonem in feminam transformatum

12 Sed quadam die dum ante aditum caſulæ, quam pro tempore ſibi paraverat, hora ferme ſexta reſidens, divinæ lectioni incumberet, ecce malignus ſpiritus, infatigabilis humani generis adverſator, ſperans eum peſtifera fallere muſcipula, transformatus in feminam, adeſt ante eum: clamitanſque ſeſe naufragam eſſe, atque illuc caſu ejectam, prece lugubri ſupplicabat, ut eam tecto tegeret & cibo recrearet. Vir autem Domini, ut erat ad omnia providus atque circumſpectus, diabolicæ fraudis confeſtim deprehendens præſtigia; librum, quem tenebat, depoſuit; intranſque cellulam, panem accepit, Cruciſque ſuper eum ſignum depingens; Si non phantaſma, inquit, ſed vera es; ſicut profiteris, femina, ſume panem, quem porrigo Crucis minutum ſignaculo. Sed cujus perpetuus eſt inimicus, ejus nomen nequaquam ſuſtinere prævalens; illico tamquam fumus evanuit, atque ex alta rupe ſeſe in mare cum horrifico præcipitavit fremitu. Præcipitium namque ſemper ſibi debitum jure ſecutus eſt, qui quondam ob ſuam ſuperbiam de cæleſti culmine dejectus, tantam ſanctæ Eccleſiæ nitebatur columnam ſubvertere. Quod enim in noſtro capite Chriſto, ſervile ſcilicet in eum bellum movens, prius explere nequiverat; hoc aſſidua graſſatione in ſuis membris attentare non deſinit.

EX MSS. *Crucis ſignaculo fugat;*

13 Sed iſte vir ſanctus his *a* defenſaculis circumſeptus extiterat, quibus hoſtis hujuſmodi, Domino atteſtante, facile repellitur: jejuniis quippe & orationibus ceteriſque Chriſtianæ militiæ exercitiis indefeſſus inſiſtebat. Nullis etenim aliis cibis præter panem hordeaceum crudaſque veſcebatur herbas: tunica denique, qua utebatur, ſaccus erat cilicinus: veſtes autem aliæ, vervecinæ pelles. Somnum vero, ad quem ſolummodo laſſitudo cogebat, paululum ſuper nudam humum jacens, capitique lapidem ſupponens, carpebat. Taliter igitur Chriſti miles agonizans, omnes à ſe hoſtiles procul amovebat infeſtationes. Paſchali denique appropinquante ſolennitate, reviſere Fratres deliberans, monaſterium repetiit eiſque quod ſibi contigerat expedito, omnes immenſo repleti ſunt gaudio, cum pro ipſius nimium deſiderato reditu, tum quia ſalvum & incolumen ſibi divina reddidiſſet defenſio.

a Marc. 9, 28

veſcitur pane hordeaceo & crudis herbis

E *humi dormit;*

in Paſchate ad ſuos redit:

14 Fama autem beati viri longe lateque diſpergebatur, atque ad eum plurimi ex locis circumjacentibus concurrebant. Multi vero illius ſancta converſatione & doctrina accenſi, bona mundi penitus abdicantes, quæque habere poterant ei afferebant, & ut ſubeſſe ejus regimini poſſent humiliter depoſcebant. Vir autem Domini libenter eorum annuens devotioni, tamquam fidelis Chriſti œconomus, quæ ſibi offerebantur, partim in recreationem inopum, partim in redemptionem captivorum, partim etiam in cœnobiorum diſtribuebat conſtructionem. Nam plura præter primum fundans, rebus eorum, qui ad ejus confugiebant magiſterium, ditavit cœnobia.

oblata munera pie expendit

& plura condit cœnobia:

15 Venerabilis denique Sacerdos Domini Romardus, curis omnibus mundani negotii renuntians, ad eum convolavit. Cum quo B. Marculfus poſt non multum temporis ſpatium, aliquamdiu vitam eremiticam diſponens agere; Britanniæ regioni quamdam adjacentem inſulam, quæ *b* Agnus vocabatur, adiit. Incolebatur autem eadem inſula pauciſſimis colonis: in qua etiam religioſiſſimus vir, *c* Helibertus nomine, nimiæ rigore abſtinentiæ ſeſe macerans morabatur: cujus tugurium vir Domini Marculfus cum beato Romardo intrans, diu cum eo, aſperam cordis contritionem exercendo, vitæ ſpeculativæ inhæſerunt. Sed quantum qualeque in eadem inſula Chriſtus, per ſancti viri merita, patravit miraculum, non eſt ſilentio ſuperſedendum.

F *cum Romardo diſcedit in inſulam Britanniæ,*

b

c

& cum Heliberto eremita degit:

16 Aliquando namque piratæ plurimi, ad tria fere millia, ex inhauſtis ſeaturitionibus gentis Saxonicæ prorumpentes, aſcenſis navibus curſumque velocem remis & velis accelerantibus, ad prædictam inſulam deprædandam atque depopulandam tendere cœperunt. Quod inſulani, qui non plures quam triginta perhibentur fuiſſe, de longe deprehendentes, ſubito metu perculſi, quid agerent quodve confugium peterent, utpote mari circumſepti, omnino neſcientes; tandem ſalubri reperto conſilio, pariter ad B. Marculfi cucurrerunt præſidium: atque ejus genibus

contra Saxones piratas.

inſulanes ſuam opem implorantes.

EX MSS. obvoluti, ut eis ſubveniret implorant clamoribus. Quibus vir ſanctus, Filii, inquit, forti animo eſtote: *animat ad pugnam:* potens eſt Deus vos ab iſtorum manibus eripere. Quapropter ſi meis vultis acquieſcere monitis, arma conſtanter capeſſite, & animis intrepidis hoſtibus ad reſiſtendum occurrite. Spondeo enim vobis de ipſis adfuturam victoriam: nam pro vobis ipſe pugnabit, qui quondam Pharaonem ejuſque exercitum magnifica contrivit potentia. His igitur incitamentis animati, audacter corripiunt gladios, atque non ſua ſed in Dei confiſi gratia dextræ, virique ſanctiſſimi precibus, fortiter pugnaturi piratis occurrunt. Fit utrimque congreſſus acerrimus: ſed per Dei virtutem & beati viri obtentum, omnibus inſulanis illæſis, barbarorum paucis ferro necatis, plurimiſque marinis abſorptis gurgitibus, nullus ſuperfuit qui reliquorum caſum ſuam reportaret in patriam. Audiens autem ejuſdem inſulæ Dominus, tot millia hoſtium ita magnifice per B. Marculfi ſuffragium conſumpta; *ibidem cœnobium condit.* immenſas Deo gratias rependit, atque ejuſdem ſancti viri ditioni eamdem dimidiam inſulam devota traditione mancipavit. Conſtruxit etiam beatiſſimus Sacerdos ibi monaſterium, in quo aliquos, qui Chriſto conſtanter famularentur, conſtituit.

B

ANNOTATA.

a *Acherius* propugnaculis.

b *MS. Preudhomme*, Agnus, *ſupra in alia Vita etiam* Agn: *appellatur. Si detur conjecturæ locus eſt hæc inſula* Arn: *inter Garnſejam & Sarſejam inſulas ubi dicitur Franciſcan Fratribus ſedes fuiſſe. Eſt Græcis ἄρς, ἀρνὸς* agnus *aut* ag a, *ut videatur aliquis philologus ita vocem illam interpret tus. Conſule Spedum & Cambdenum, potiſſimum in explicatione, cum in mappis non* Arne, *ſed* Harme *legatur.*

c Helibertus, *ſupra* Eletus, *videtur* S. Helerius *eſſe, de quo egimus in Diatriba de Epiſcopatu Trajectenſi lib. 2 cap. 1, latius acturi 16 Iulii. Habemus ejus Acta, ſed non accurata. Dicitur veniſſe* ad S. Marculphum Abbatem Nanti, *& viviſſe ſub Childeberto juniore, quod Vincentius Bellovacenſis & Trithemius etiam de S. Marculpho dixerunt. Dein* cum Gomardo monacho vixiſſe in inſula Gerſich. *Quidni Gomardus iſtic monaſterio conſtructo præfuerit cum dicto* Heliberto *ſive* Helerio, *& ibidem à Saxonibus poſtea reverſis (qui Wandali appellantur) fuerit occiſus, & inſula à Garnſeja vicina, ſub qua erat, dicta fuerit* Gerſich. *Hoc nunc curioſo lectori proponimus, libenter ulterius edocendi.*

C

CAPUT IV.

Miracula. Alter acceſſus ad Regem. Felix obitus. & Tranſlatio corporis.

17 ELapſo denique pauco tempore, cum cœnobium quod primum conſtruxerat, reviſere properaret; pater quidam, Genaſtus nomine, filium ſuum, rabidi *a* lupi morſibus miſerabiliter laceratum; atque jam morti contiguum; ei obtulit, magnis poſtulans clamoribus, quatenus ne moreretur puer ſuis vir *Puerum lupi morſu lanatum ſanat:* Deo amabilis precibus obtineret. Sed qui pietatis viſceribus totus in Chriſto affluebat, quique ad ſubveniendum proximorum miſeriis ſemper erat promptiſſimus, protinus Dominum oraturus in terram proſternitur. Sed quanto terræ pronior, tanto cælo vicinior: mox ut ſurrexit de pulvere, puer ab omni ſanatus eſt vulnere. Magna circumſtantibus oboritur lætitia: patri pro reſtituto filio, reliquis autem pro inſperato miraculo.

18 Cum autem jam non longe ſuæ diſſolutionis terminum, ſancto revelante Spiritu, prænoſceret adfuturum, Regem Childebertum, priuſquam de hac vita migraret, adire decrevit; quatenus prædiorum donationes (quas cœnobiis quæ ipſe conſtruxerat multi fideles viri ſuarum pro ſalute animarum fecerant) ut abſque ulla poſterorum calumnia, inconvulſæ & incontaminatæ perpetualiter permanerent, Regali aſtipularentur auctoritate. Igitur apparato commeatu iter cœpit. Quas vero Chriſtus Dominus per eum virtutes obiter fecerit, non eſt reticere commodum. Nam priuſquam *b* Compendium caſtrum, quo tunc Rex morabatur, perveniret; ſuper fluvium qui Iſera dicitur veniens, ut paululum à fatigatione recrearetur itineris, in pratum quoddam divertit. Ecce autem venatores Regis leporem canibus immiſſis inſequebantur. Lepus autem per apertam camporum *leporem ad ſe confugientem* fugiens planitiem, jam jamque capiendus, mortem imminentem crebris flexibus differebat. Cumque hinc & inde campis patentibus nullum evadendo proſpiceret effugium, velut juſſus divinitus ſub Dei hominis confugit amictu. Unus vero miniſtrorum, mente ſuperbus & ore immoderatus, ad eum accedens; Qua temeritate, inquit, Clerice, venationem *à venatoribus tutum dimittit,* Regis invadere præſumſiſti? Redde eam, alioquin mox mox gladio interibis. Vir autem Domini, non periculum declinandi cauſa, ſed ut illius qui homines ſalvat & jumenta pateſceret magnificentia, beſtiolam dimiſit. Canes vero, qui ad eam capiendam parati circumſtabant, ita affixi rigidique effecti ſunt, ac ſi eis nulla eſſet vitalis mobilitas. Is autem qui virum Domini irreverenter & contumelioſe adorſus fuerat, *injurium ſibi, laſum ſanat:* ex equo, quem calcaribus utrimque fodiens, ut fugientem conſequeretur, inſtigabat, corruens, eſt adeo ad terram alliſus, ut venter ejus diſciſſus ſuis vacuaretur inteſtinis. Quo facto ſocii ejus ſtupefacti, ſcienteſque ob ſancto viro illatam injuriam id illi contigiſſe miſero; pedibus ejuſdem beati viri advoluti, ut jam morituro parceret, implorabant. Sed qui ad miſerandum potius quam ad ulciſcendum paratus erat, ubi ſemivivus jacebat protinus advenit; manibuſque propriis exta prominentia contrectans, ſuo loco recondidit. Ubi vero diutiſſime incubuit orationi, ſeſe de terra erexit: ſignoque ſuper eum facto, qui pene exanimis videbatur, ita incolumis effectus eſt, ac ſi nihil perpeſſus eſſet mali.

19 Rex autem venatu rediens, poſtquam quod factum fuerat audivit; vehementer, cum beatiſſimi Marculfi adventu, tum pro eo quod Deus per eum patraverat miraculo, gaviſus, feſtinus ad eum tendere cœpit. Ut autem primum de longe eum proſpicere potuit, mox de equo deſiliens, pedes maxima cum reverentia ad eum acceſſit; atque ut eum vir *à Rege honorifice excipitur:* ſanctus benedicceret, ſupplex flagitabat. Benedicat, inquit, tibi Dominus ex Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ, ſintque omnes tui benedicti à Domino qui fecit cælum & terram. Mutuis denique ſeſe complexibus diu deoſculati, poſtquam Regi cauſam ſui itineris intimavit, caſtrum pariter intraverunt prædictum. Interea ſole ruente nox venit. Poſtera vero die Rex teſtamentum de his omnibus, pro quibus vir Domini petierat, præ- *impetrat confirmationem donationum* diorum donationibus, fieri juſſit; atque illud, præſentibus Regina Ultrogode ceteriſque ſuis Optimatibus, omnibuſque atteſtantibus, ſuæ auctoritatis annulo ſubſignavit. Præterea Rex atque Regina plurimis eum donantes exeniis, ſupplices exoraverunt, quatenus Chriſtum pro eorum dignaretur interpellare ſalute. Quo facto beatiſſimus Marculfus domum reverſus eſt.

20 Sed quoniam jam dies inſtabat, qua Chriſtus ſudores illius reſpiciens, de hac corruptionis imbecillitate ad perennis incorruptionis ſanitatem migra- *æger ſuos* re eum diſpoſuerat, modica tactus moleſtia, gaudens *ſolatur,* & exultans ſuæ vocationis præſtolabatur horam.

In-

A Invaleſcentẽ denique languore vicinum ſui exitus terminum præſignante, Fratres undique, multaque populorum ex vicinis locis turba, inter quos etiam
c venerabilis urbis Conſtantiæ Præſul c Lauto, viſitandi ſtudio ad eum accurrit. Paſtor autem bonus blande gregem ſuum conſolans, utque ſancti propoſiti normam nullo modo deſereret admonens &
oratione facta pie moritur. exhortans, ſummo Chriſto Paſtori ſupplicabat, ut quos ſacratiſſimi ſui Sanguinis effuſione redemerat, eos jugi ſuæ protectionis munimine circumdaret. Tandemque oculis & manibus cælo intentis, Domine, inquit, Jeſu Chriſte, Patris æterni Fili unigenite, miſerere mihi ſeni jam fatiſcenti: & ſi jam ſatis eſt tuæ pietati, quod hucuſque tuæ militiæ caſtris interfui; merear deinceps, diu optata libertate donatus, civium ſupernorum admiſceri conſortio. His dictis ſpiritum, choris Angelicis ſociandum, exhalavit. Dolent omnes, turbantur univerſi: fit luctus omnium qui aderant intolerabilis, de abſentia tanti viri. Vir autem Domini Kalendas Majas hominem exuens, ſepultus eſt in monaſterio quod prius conſtruxerat, in loco qui dicitur Nantus: cum eo etiam duo Fratres, qui eodem tempore obierant, Cariulfus & Domardus, ſepulti ſunt in Chriſto.

B 21 Poſt non modicum denique temporis interſtitium, venerandus Rotomagenſis Eccleſiæ Pontifex
d d Audoënus, cum diœceſim ſuam curâ paſtorali circuiret, devenit in pagum Conſtantinum. Expetitus au-
Corpus ejus S. Audoënus transfert: tem eſt ab Ermino loci ſæpedicti Abbate, ut eumdem locum viſeret; & corpus beati viri, de loco in quo jacebat alium in locum, quem ipſe paraverat, transferret. Cujus petitioni prædictus Præſul libenter annuens, locum adiit, & ad quod venerat aggreditur negotium. Sublato autem de tumulo viri ſanctiſſimi corpore, licet conſumptis carnibus ſola cutis adhuc virtute Dei incorrupta hæreret oſſibus, tamen ita vividus ejus apparuit vultus, ac ſi vivifico foveretur ſpiritu. Quod miraculum ut multis fieret notum, detectus manſit per triduum. Beatiſſimus vero Audoënus præfatum Abbatem popoſcit, ut de ſancti viri corpore, tam pro ſui laboris compenſatione, quam pro ſanctitatis devotione, concederet aliquid. Cui rei
caput asportare prohibetur. ille libentiſſime conſenſit. Cum autem apud ſe caput tractaret auferre; chartula hujuſmodi verbis exarata manu ejus cælitus miſſa inſedit: Ceterorum membrorum beatiſſimi Marculfi ſumito, caput autem ejus nullatenus tangere præſumas. Præſul igitur ſanctiſſimus, hujuſmodi divino interdicto à propoſito revocatus, in loculo, qui paratus aderat, ſumma cum ve-
C neratione beatiſſimi Confeſſoris reliquias condidit. Quo in loco crebro patrata, virum ſanctum non eſſe mortuum, ſed vere vivere, teſtantur miracula. Nam ibi per beatiſſimi Marculfi merita, & viſum cæcitas, & auditum ſurditas, greſſumque recepit debilitas, omniſque à quibuſcumque languentibus procul eſt fugata infirmitas, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, cum Patre & Spiritu ſancto, in ſeculorum ſecula. Amen.

ANNOTATA.

a *Supra dicitur* morſus rabidi canis: *& nomen viri* Genardus *ſcribitur.*

b Compendium *caſtrum videtur Childebertus occupaſſe anno* 557, *cum Chlotharius Rex Sueſſionum, ad quem pertinebat, detineretur bello Saxonico. Conſule Gregorium Turonenſem lib.* 4 *cap.* 17.

c *Acherio dicitur,* Magno, *In noſtris MSS. ac priori Vita, & apud Surium, eſt* Lauto, *de quo ſupra egimus.*

d *Colitur* S. Audoënus 24 *Auguſti.*

AUCTORE D. P.

TRANSLATIO CORPORIS & fundatio Monaſterii Corbiniacenſis.

1 *Metropolis Remenſis hiſtoriam diligentiſſime colligens D. Guilielmus Marlot, S. Nicaſii Remenſis magnus Prior, & Finienſis cellæ prope Inſulas Adminiſtrator, primum ejus tomum in jam dicta Inſulenſi apud Flandros civitate vulgavit anno* 1666, *& lib.* 4 *cap.* 7 *agere incipit* de villa Corbiniaco, & Prioratu ibidem à *Carolo Simplici* Rege fundato occaſione Reliquiarum B. Marculfi: *ibidemque profert fundationis chartam, ex ipſius loci tabulario depromptam, quæ ſeriem rei in titulo appoſitæ clare explicans, meretur tota huc tranſcribi: eſt autem hujuſmodi.* *Carolus Simplex Rex Francia*

2 In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus, divina providentia Rex. Si ſervis Dei ac locis divino cultui mancipatis opem impendimus, id nobis profuturum omnino confidimus. Quocirca omnibus innoteſcat, quoniam ob nimiam atque diutinam Paganorum infeſtationem, quæ peccatis exigentibus per univerſam debacchando vagatur Eccleſiam, ſanctiſſimum vereque beatiſſimum Marculphum, proprio loco eadem peſte cum Clericis profugis pulſum, pro Dei amore ſuſcepimus, atque in
E fiſco noſtro Corbiniaco, prout tempus dictavit, repoſuimus. Et quoniam incertum manebat, utrum divina diſpoſitio tantum pignus nobiſcum manere, an iterum vellet ad proprium deportari monaſterium; à noſtris tam Epiſcopis quam laicis fidelibus reſponſa accepimus, ne ſine proprii licentia Epiſcopi pretioſum corpus detineretur. Salubri itaque uſi conſilio, & licentiam ab Epiſcopo Erlebodo retinendi nobiſcum, eo quod maneret regreſſus difficilis, impetravimus; & epiſtolam, ab eodem Præſule & ab Archiepiſcopo Guidone ac reliquis ſubſcriptam Coëpiſcopis, de eadem re ſuſcepimus. *corpus Sancti, Normannorum metu translatum, Corbiniaci excipit,* *ejuſque retinendi accepta ab Epiſcopis facultate,*

3 Hac igitur de re, divino inſpirati amore, noſtrorumque prædeceſſorum, non ſolum in humanis, ſed etiam in divinis, imitatores eſſe cupientes; ob animæ noſtræ remedium, in jam dicto fiſco Corbiniaco, in honore B. Petri Apoſtolorum Principis (eo quod in Baſilica, quæ eſt ipſius nomini dedicata, jam dictum corpus pretioſum foret locatum) monaſterium diſpoſuimus facere, & de rebus propriis dotare, Clericoſque ſeu miniſtros, ad laudes omnipotenti Deo perſolvendas, quique pro ſtatu Eccleſiæ noſtraque incolumitate totiuſque regni ſtabilitate inceſſanter exorent, inſtituere curavimus: & ut hoc ibidem famulantibus Deo delectabilius implere delectet, con-
F cedimus B. Petro Apoſtolo & S. Marculpho Confeſſori manſos duos in eadem villa in Comitatu Laudunenſi, ad luminaria ejuſdem loci; & in uſus & ſtipendia Fratrum inibi ſervientium manſos quatuor in eadem villa, in Craonna manſum unum & dimidium, in Albiniaco dimidium &c. *monaſterium condit & dotat*

✠ ſignum Caroli glorioſiſſimi Regis.

Ernuſtus Notarius, ad vicem Noſkerici Epiſcopi, recognovit & ſignavit. Datum VIII Kalend. Martii, Indictione IX, anno XIV regnante Domino Carolo glorioſiſſimo Rege, redintegrante IX. Actum Corbiniaco Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen. Amen.

4 *Annus hic notatur Chriſtianæ Æræ* DCCCCVI, *& indicata redintegratio initium habet ab anno* DCCCXCVIII, *cum Odo Rex, qui abdicato Carolo decem annis regnarat, diem ſuum obiiſſet, regnumque Carolus reſumpſiſſet.* Erleboldus, *à quo petita Corporis apud Corbiniacum retinendi licentia, Epiſcopus* Bajocenſis *fuiſſe debuit: ponendus inter* Erkambertum, *cujus ultima notitia invenitur in ſubſcriptionibus Pontigonenſis Concilii anno* DCCCLXXVI; *&* Heinricum, *cujus nulla reperitur memoria ante annũ* DCCCXXVII; *adeoque* *anno 906,*

AUCTORE D. P. *adeoque ex hoc Corbiniacensi diplomate suppleri poterit hiatus, qui in Catalogo Bajocensium Episcoporum apud Sammarthanos occurrit. Qui autem hic* Guido *dicitur Rotomagensis Archiepiscopus,* Wito *iisdem Sammarthanis scribitur, & ultimum subscripsisse invenitur Concilio Trosleiano, sub annum* DCCCCIX *celebrato.* Noskericus, *cujus ut Cancellarii vice firmatur diploma, cujus loci fuerit Episcopus hactenus non potui invenire.*

Idque una cum ipso Corbiniaco Reginæ Frederonnæ donat an. 907.

5 *Idem porro Rex, sequenti anno conjugem ducturus Frederonnam, Bononis Episcopi Catalaunensis sororem, inter fiscos* possidendos & pro libitu disponendos, *quos eidem dotis nomine attribuit, per chartam, apud Marlotum legendam,* in Attiniaco Palatio III Kalend. Maji, Indict. x, Regnante Carolo . . . xv, redintegrante x; *primo loco ponitur* Corbiniacum in comitatu Laudunensi, cum ecclesia quæ est in S. Petri Apostoli honore dicata, ubi Confessoris Christi Marculfi corpus quiescit. *Porro priusquam decimus à dotalitiæ paginæ signatione efflueret annus, vitæ suæ finem attigisse se Frederonna vidit; deque animæ suæ salute solicita, S. Remigii cœnobitis (nam qui S. Marculphi corpus attulerant Corbiniacum vel morte extincti, vel rebus pacatis reversi erant ad propria) ipsam villam, cum cella seu monasterio S. Marculphi, tradidit; utque traditionis auctor fieret Rex martius, eum rogavit: quod* XVI Kalendas Martii Indict. v, *id est anno Christi* DCCCCXVII, *post uxoris mortem Rex fecit in ipso* monasterio S. Remigii, *ita exordiens:*

& ex hujus demortuæ legato

B

6 Notum esse volumus omnibus, præsentibus scilicet & futuris, quia Frederonna, quondam Regina conjux mea carissima, pro Dei omnipotentis amore Sanctique Remigii Francorum Apostoli veneratione ante cujus sacratissimum pignus benedictione olei & consecratione in Reginam fuit delibuta, dedit monachis eo loci strenue militantibus, ad mensam illorum pro animæ suæ remedio, quidquid visa fuit habere in suæ ditionis dominio, quoad vita ejus artus rexerit, ex dote scilicet nostri Regalis connubii, hoc est Corbiniacum in comitatu Laudunensi; excepta cellula, quæ est in B. Petri Principis Apostolorum honore dicata, ubi etiam corpus Confessoris Christi Marculfi quiescit; quamque præfati cœnobitæ mihi in vita mea sub censu decem solidorum singulis annis solvendorum generaliter concesserunt . . . petens nostram obnixe munificentiam, ut sæpe fatis monachis secundum morem legalem traderem ac præceptum nostræ auctoritatis eis facerem, quo securius per successus temporum, absque ullius refragatione imo inquietudine, tenere valerent . . . Cujus spontaneæ petitioni, ut par erat, benigne per omnia faventes, prout petivit & anima ejus desideravit, Domino largiente, in omnibus executi sumus . . . .

an. 917 monachis S. Remigii confirmandam:

sibi servat sub annua pensione,

C

7 *Suspicatur Marlotus* cellulam, & quidem sacram, nomine dotis Reginæ præpotenti assignatam, quia frequentior indies peregrinorum turba Corbiniacum advolabat; quorum eleëmosynis B. Marculfi sensim ditatam ecclesiam uxori suæ donando, rebus suis consultum existimarit Carolus, & tantumdem ærario suo reservari, quod alias dotis nomine detrahendum fuisset. *Idem credo suspicaturum fuisse Marlotum, si ex eo quæsisset aliquis, cur ex toto Corbiniaco, solam illam Cellam servare sibi, sub annua licet pensione monachis præstanda, Rex voluerit: nam idem consequitur ex generali thesi, qua ponit, quod ea tunc* erant tempora, quibus nec ipsimet Reges parcerent altaribus, quorum reditus, ut & sublatas sacrilega manu fidelium oblationes, in proprios usus convertebant: quod & fecisse Carolum suspicandi locus est, *inquit:* percrebuerat enim miraculorum fama quæ Corbeniaci fiebant.

non ex avaritia ad usurpandas oblationes fidelium.

8 *Ego de Simplici quidem, sed pio tamen ac bono Carolo, aliisque ejusmodi Regalibus dispositionibus humanius censeo: illque ipsum non repugnantibus tabulis puto posse sustineri; ut scilicet in Cellam S. Marculfi, eique propriat possessiones,* D *sex scilicet mansos in villa Corbeniaco & alia alibi, non plus juris dederit Frederonnæ & hæc San-Remigianis à se attributum voluerit, quam quod ille sibi Fundatoris titulo retentum antea, postea potuit Reginæ cessisse; jus nempe Patronatus; per quod ipsi competebat confirmare electionem Prioris, aut etiam hunc designare, aliaque hujusmodi, nihil temporalis rei locis sacris detrahentia, sed solum servantia honorem Patronis competentem. Itaque dotales, quas dixi, tabulæ intelligendæ sunt cum respectu ad jus, quod in singulas Corbiniaci partes Rex obtinebat, sive tamquam Dominus, ut erat plerorumque fundorum; sive tamquam Patronus, ut erat Cellæ S. Marculfi, & non aliter.*

sed ad jus Patronatus, quod solum antea Reginæ cesserat, recipiendũ,

9 *Cur vero jus illud Patronatus, quod jam semel abdicarat & in Reginam transtulerat, hæc vero monachis San-Remigianis legarat, voluerit ad se retrahere Carolus, causa esse debuit, non avaritia, sed pius affectus erga locum à se fundatum. In quo tamen ne injurius monachis esset, non aliter quam sub censu eisdem pendendo voluit jus istud usurpare, ut ea ratione penes ipsos manere censeretur jus supremum, quod à Frederonna acceperant. Quid autem, si ob eamdem Regis erga S. Marculfum pietatem, ipsi ejusque posteris concessum divinitus fuerit curandarum strumarum privilegium; & quidem cælesti aliqua ac sensibili stipulatione, ut sic loquar, prævia? Numquid eo posito non magna causa fuisset Regi, ne eum locum penitus abdicatum vellet, unde tam singularis eidem obveniebat prærogativa? Scio esse qui à Chlodovæo I ejus potestatis initium faciant: sed quam nulla vetustatis suffragatione id nititur, tam facile rejici potest gratuita conjectura: nostra autem tanto videbitur verosimilior, quanto difficilius ostendi poterit arrogasse sibi eam potestatem Reges, ante Corbiniaci fundationem.*

ex pio affectu erga S. Marculphum,

à quo accederat strumas curandi privilegium,

E

10 *Sane quod non aliunde quam à S. Marculfo eam se habere illi putent, vel ex hoc probari potest, quod, sicut Marlotus ait,* statim post inaugurationem Remis celebratam, illuc à multis retro temporibus peregrinari solent, ubi novenam per se vel per unum ex Eleëmosynariis perficiunt, cultumque suum erga prædictum Confessorem testantur quibusdam donariis & immunitatibus, ecclesiæ ac civibus loci impertitis, cujus rei libellus extat editus ab Ascета Remigiano. *Hujusmodi etiam sunt ii qui adhuc loco isti deserviunt, interque eos* unus sacrorum pignorum Custos seu Thesaurarius, ad peregrinorum oblationes excipiendas, qui ex variis mundi partibus frequentes in prædictum locum advolant, sanitatem à scrofulis per B. Marculfi meritum recepturi. *Vt autem nunc ex oblationibus nihil ab ecclesia in regium derivatur ærarium; ita multo minus verisimile est id factum fuisse in ipso primo novæ pietatis ardore sub fundatore Carolo.*

quod videntur posteri Reges statim ut coronati sunt agnoscere,

F

TRANSLATIO RELIQUIÆ
Antverpiam ad Abbatiam S. Salvatoris.

Ad Reliquias an. 1672 translatas

11 *DE S. Maria Ægyptiaca agentes die* 11 *Aprilis, occasionem habuimus explicandi, quomodo tam illius quam aliorum* XXXV *Sanctorum insignes Reliquiæ pridem in Prioratu, nunc Abbatia S. Salvatoris Ordinis Cisterciensis adservatæ, postquam huc ex Lusitania allatæ fuerant, insigni cum pompa circumlatæ per Antverpiensem urbem, atque ad publicam venerationem expositæ sint die* VII *Augusti anni* MDCLXXII, *cura & studio Amplissimi Domini Francisci Diericx, Abbatis ibidem tertii. Harum autem cultus Reliquiarum quo firmaretur solidius, instituta in eadem ecclesia Confraternitas est, & Apostolicæ Sedis auctoritate annuarumque Indulgentiarum privilegiis, ad singulorum Sanctorum festos dies obtinendarum, ornata: quæ prædictæ translationis memoriam quotannis renovat Dominica prima Augusti, eamque solennitatem octiduo toto producit.*

12 *Id dum etiam agendum sic esset anno* MDCLXXVI, *fecit prædictus Amplissimus Dominus, ut novo addito ad*

sacrum

A *ſacrum iſtum theſaurũ acceſſu inſignium trium Reliquiarum de corporibus SS. Gregorii Magni, Marculphi Confeſſoris, & Luciæ Virginis Martyriſq;, nova etiam acceſſio fieret ad publicã Confratrum totiuſq; civitatis pietatem, fabricata elegantiſſima & pragrandi arca ex ebeno, argenteis bracteis figuriſq; ornata, in qua illæ per lucidiſſimã cryſtallum ſpectandæ proponerentur. Itaque primæ feſtivitatis ſolennitas per alteram continentem hebdomadem geminata fuit, poſtquam mature curatum erat, ut ipſæ Reliquiæ per Illuſtriſſimũ ac Reverendiſſimũ Epiſcopum noſtrum Fr. Ambroſium Capello, ex ſacrorum Canonum præſcripto recognitæ probarentur die* XV *Iunii; qui actus optimo ac religioſiſſimo ſeni, & annum ætatis* LXXX *agenti, ultimus pene in hoc genere fuit: ſiquidem non ultra diem* IV *Octobris ſupervixit, proſequentibus placidiſſimum ejus exitum votis pauperum, quos vivus largiſſimis eleëmoſynis ſuſtentarat, & moriens heredes teſtamento fecerat. Tenor Bullæ hic eſt:*

anno 1676 adduntur novæ SS. Marculphi Gregorii & Luciæ:

approbante eas Epiſcopo Antverpienſi,

13 Fr. Ambroſius Capello, Dei & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Antverpienſis, omnibus has viſuris ſalutem in Domino. Quoniam electorũ triumphantis Eccleſiæ civium relicta in terris corpora aliaſq; exuvias, Eccleſię militantis eſſe ornamenta, urbiũ contra hoſtes viſibiles & inviſibiles preſidia, publicę pietatis incitamenta, & recta ratione & innumeris experimentis omniumq; ſeculorum uſu comprobatum eſt: non poſſumus non eos peculiari benevolentia & caritate

B complecti, qui ſacros hujuſmodi theſauros pie aſſervant, publicæ venerationi legitime exponunt, ac quæ eorũ cultui indies amplificando conducunt ſingulari pietatis zelo proſequuntur & curant. Cum igitur tam ex parte adm. Rev. D. Franciſci Diericx Ordinis Ciſtercienſis Monaſterii S. Salvatoris in hac civitate Abbatis, ejuſq; venerabilis Conventus, quam ex parte viri prenobilis ac Domini Joannis Baptiſtæ van Horenbeke, Equitis Toparchæ de Alſingen & Receptoris generalis dominiorum Regiorum in Ducatu Brabantię, nec non Confraternitatis XXXVI Sanctorũ in prefati monaſterii eccleſia per nos inſtitutæ protectoris eximii, nobis eſſet expoſitum, quod perilluſtris ac Reverendiſſ. D. Petrus de Walenburg Myſienſis Epiſcopus, Sereniſſ. ac Reverendiſſ. Principis Maximiliani Bavariæ Ducis, Archiepiſcopi Colonienſis, ac Principis Leodienſis & Electoris Suffraganeus, ac in Pontificalibus vices gerens &c. prefato D. Abbati ac devotis ibidẽ Religioſis, eorumq; S. Salvatoris eccleſię gratioſe in perpetuum donarit os unicum rotundum, intus concavum, & foris Epiſcopali ſuo ſigillo munitum, S. Gregorii magni Papę; item partem oſſis & aliam partem minoris coſtæ S. Marculfi Abbatis; item partem nobilem ex mento S. Lucię Virginis &

C Martyris Syracuſanæ, in quo ante fuerunt conſpicui quinq; vel ſex dentes ejuſdem Sanctæ, omnes partes notabiles, à variis olim S.R.E. Præſulibus recognitas & approbatas, cujus approbationis ac donationis originale inſtrumentum, debite (uti infra) ſigillatum ac ſubſcriptũ, de verbo ad verbũ ſonat, ut hic inferimus.

tamquam donatas à Suffraganeo Colonienſi,

14 Petrus de Walenburg, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Myſiæ Epiſcopus, Sereniſſimi Domini mei Maximiliani Bavariæ Ducis, Archiepiſcopi Colonienſis ac Principis Leodienſis, & Electoris Suffraganeus adm. Rev. ac Ampliſſ. Domino D. Franciſco Diericx, monaſterii S. Salvatoris Ordinis Ciſtercienſis Abbati, ejuſq; devotis Religioſis in Civitate ac Diœceſi Antverpienſi, ſalutem in Domino. Veſtra in nos merita, vitæ probitas, antiqua in Chriſto familiaritas, imo vel maxime ſtudiorum & orthodoxæ religionis zelus & induſtria, quibus nuper contra hetherodoxos, ſanctorum ipſanorum fidem & antiquam omnium ſeculorum venerationem felici calamo demonſtraſti, nos impulerunt, ut Te ſpeciali favore & amore proſequi ſemper conati ſimus. Quandoquidem autẽ jam à multo tempore apud nos digniſſime remanſe-

rint quędam verę & genuinę Reliquię oſſium S. Gregorii Magni Pontificis Maximi, ſecundum quantitatẽ & ſitum in margine depictum, cujus feſtum colitur in Eccleſia IV nonas ſive XII die Martii; item S. Marculfi Abbatis Nantuenſis Ordinis S. Benedicti in Gallia, cujus præcipuum feſtum annuatim colitur ipſis Kalendis Maji, prima vero tranſlatio à S. Audoëno Rothomagenſi Præſule facta, ibidem colitur Dominica ſecunda Novembris, quamvis in Februario ſatis acciderit miraculoſa: tertio cum per obitum prędilecti noſtri germani fratris Epiſcopi Adrianopolitani, ad nos devolutæ fuerint binę partes oſſium S. Luciæ virginis & Martyris Syracuſanæ, cujus feſtum annue colitur in Eccleſia die XIII Decembris, primam & nobiliorem ex mento in quo conſpicui fuerunt quinq; vel ſex dentes, deſumpſimus, altera ex minori tibia apud nos etiamnum exiſtente. Nos igitur meritorum veſtrorum prędmiſſorum intuitu, os unicum rotundũ, intus concavum & foris Epiſcopali noſtro ſigillo munitum, prędicti S. Gregorii Magni Papę; item partem oſſis & aliam partem minoris coſtæ prædicti S. Marculfi Abbatis, utramque Epiſcopali noſtro ſigillo munitam; item primam & nobiliorem partem menti, in quo fuere quinque vel ſex dentes, ut ſupra deſcripſimus, noſtro ſigillo roboratam, prædictæ S. Luciæ virginis & Martyris, Tibi, vir Ampliſſime, ſecundum E ſitum & quantitatem in margine harum delineatam ſive depictam, & eccleſiæ S. Salvatoris in perpetuum donamus; ut illæ, inter alia ſacrarum Reliquiarum pignora, pro publica fidelium veneratione & fiduciali Sanctorum invocatione apud vos locum inveniant.

AUCTORE D. P.

declarante unde acceptæ ſint partes SS. Gregorii,

15 Quoniam igitur prædictæ S. Gregorii vere Magni reliquiæ, à Paulo V Pontifice Maximo anno MDCVI Romæ deſumptæ ac reſervatæ fuerint, ex Sacra Baſilica Vaticana, quæ Eccleſia S. Petri appellatur, quas pro veris & genuinis idem digniſſimus Pontifex donavit Eminentiſſimo Domino Franciſco Titulo S. Caliſti Presbytero Cardinali Rupifucaldio, Epiſcopo Claromontano &c. anno MDCX; eademque ſacra Reliquiarum pars deſignata, tamquam ſufficienter recognita & approbata, poſtmodum devenerit in manus cujuſdam ex Illuſtriſſima familia Chiſiana; ſic certificamus, eam felicitatem nobis obtigiſſe quod Illuſtriſſimus Dominus Fabius Chiſius, in qualitate Epiſcopi Neritonenſis ac Sedis Apoſtolicæ Legati à latere, & ad Tractum Rheni Nuntii, eamdem nobis ut talem donarit anno MDCLII. Inſuper certificamus Germanum fratrem noſtrum, D. Adrianum de Walenburg, Epiſcopum Adrianopolitanum piæ memoriæ, prædictas binas partes oſſium S. Lucię Virginis & F Martyris præfatæ, anno MDCLIII recognitas & ap- *& Luciæ.* probatas recepiſſe, ac munifico dono habuiſſe, è ſacratis manibus ejuſdem Illuſtriſſimi Domini Fabii Chiſii Epiſcopi Neritonenſis ut ſupra: qui in verbo ſuæ eminentis dignitatis proteſtabatur, ſeſe illas pro veris & genuinis dono habuiſſe à binis Illuſtribus Reipublicæ ac Status Venetorũm Proceribus, dignitate ac omni fide conſpicuis; uti & nos declaramus eaſdem uſque modo apud nos inviolatas remanſiſſe.

itemque S. Marculphi.

16 De prefatis vero S. Marculfi Abbatis Reliquiis declaramus valde antiqua & continua traditione conſtare, S. Audoẽnum Rothomagenſem Antiſtitem eas anno Chriſti DCLXXVII Coloniam tranſportaſſe, dum inter Auſtraſios & Francos altercantes & bellantes pacis concordiam firmaret. Unde & jure merito, ex valde antiquo & omni fide digno teſtimonio Domini Hildeboldi, ſacri Palatii & Caroli Magni Regis Archi-ſacellani, dato circa annum DCCC, conſtare declaramus, predictas S. Marculfi ſacras Reliquias eſſe ſeparatas de iiſdem veris & genuinis ejuſdem Sancti oſſibus, quæ prędecessoribus ſæculis primũ Corbiniaci,

AUCTORE D. P. dein Meduntæ ac Trecis in Eccleſia S. Stephani per partes tranſlatę, iiſdem locis publicę Chriſti fidelium venerationi exponuntur, ac innumeris mirandis ſignis (vel maxime in Gallia) clarent. Datum Coloniæ in Domo noſtra Epiſcopali, die XXII Auguſti, anno incarnati Verbi ſupra milleſimum ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, ſub manus propriæ & Secretarii noſtri ſignatura ordinaria, & minoris ſigilli impreſſione, ac ejuſdem quo donatæ & approbatæ ſupra Reliquiæ ſignatæ ſunt. In quorum præmiſſorum fidem &c. Signatum erat P. De Walenburg, Epiſcopus Myſiæ. Parum infra, De mandato Reverendiſſ. Domini mei, Joannes Cornelius Huberti Secretarius: & erat ſigillatum ſigillo minori ejuſdem Rev. D. Epiſcopi: in margine autem erant depictæ dictæ ſanctæ Reliquiæ, ſecundum formam & quantitatem, ut à nobis occluſæ, recognitæ, & ſigillatæ ſunt, & etiam nunc manent.

primo etiam indulgentias 4 dierum concedente in ipſorum Feſtis eas viſitantibus.

17 Nos igitur ex luculento hoc, omnique fide digno Myſienſis Epiſcopi teſtimonio, ac originali donationis approbationiſque inſtrumento, antiquiſſimam & in Eccleſia conſuetam prędictarum ſacrarum Reliquiarum per multa incarnati Verbi ſecula traditionem, per viros ſupranominatos, in ſupremo quoque eccleſiaſtico ſtatu ac dignitatis gradu conſtitutos, factam conſiderantes; deinde tam eminentium in Chriſto Sanctorum, ſuprema apud Deum merita devoto animo recolentes; ſimul ſerio perpendimus, quod illi qui ſanctis & electis Dei in militanti Eccleſia deferuntur honores, per piam ac fiducialem Sanctorum invocationem, ad Dei omnipotentis gloriam & Eccleſiæ redundant utilitatem & ſpiritualem invocantium fructum. Ea propter prædictas SS. Gregorii Papæ, Marculfi Abbatis, ac S. Luciæ Virginis & Martyris ſacras reſpective reliquias (ut in inſtrumento hiſce inſerto per partes deſignantur) debito examine prævio de novo recognoſcentes, harum ſerie pro veris ac genuinis approbamus, & ut taliter recognitas & approbatas declaramus. Dein, ut fidelium devotio erga dictos Sanctos, ad ſupremi Numinis gloriam intentius augeatur, omnibus Chriſti fidelibus, prędictam S. Salvatoris eccleſiam in annuo cujuſlibet trium Sanctorum feſto viſitantibus &c. XL dierum indulgentiam, ſecundum formam matris noſtræ Eccleſiæ conſuetam, in Domino conferimus. Inſuper & fidem facimus, ſupraſcriptas in inſtrumento inſerto ſacras Reliquiarum partes conſpicuas, minori noſtro ſigillo intus minutas eſſe per nos, repoſitas & clauſas in tribus diſtinctis capſulis, noſtro Epiſcopali ſigillo etiam expreſſe munitis, ut inviolata earumdem fides ſemper in Eccleſia permaneat. In quorū omnium fidē ac robur haſcē manu propria & majori noſtro ſigillo ac Secretarii ſignatura muniri juſſimus, Antverpiæ in palatio noſtro Epiſcopali, die XV Junii, anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto. ſign. Ambroſius Ep. Antverpienſis. Parum infra, De mandato Reverendiſſ. Domini mei præfati. P. de Biſthoven Secretarius.

Hactenus Approbationis inſtrumentum, de mandato Ampliſſimi Abbatis præfati deſcriptum: qui merito nobiſcum optaret expreſſum videre ipſum Hildeboldi Colonienſis præcitatum teſtimonium, propter venerabilem ejus antiquitatem.

G. H.

DE SANCTO ASAPHO

EPISCOPO IN VVALLIA BOREALI.

INITIO SEC. VII

LIntenſis provincia *Walliæ Borealis, adjacet mari Hibernico & æſtuario Devæ fluvii, in ea, ad confluentiam Elvvy & Cluidæ fluviorum, eſt Sedes Epiſcopalis, Britannis* Llan-Elwy *à fluvio, Anglis aliiſque urbs* S. Aſaphi *dicta, ob nominis vetuſtatem celebris. Huc*

S. Kentigerni diſcipulus

S. Kentigernus, Epiſcopus Glaſcuenſis (*cujus Acta illuſtravimus ad diem* XIII *Ianuarii*) è Scotia profugus venit, & ædificato apud Elgu cœnobio, Sedem Epiſcopalem conſtituit. Congregati ſunt in illo monaſterio novies centum & ſexaginta quinque

C Fratres, ſub regulari diſciplina in magna abſtinentia Deo ſervientes ..... Erat inter illos quidam, nomine Aſaph, genere & ſpecie clarus, ab ipſo pubertatis flore virtutibus & miraculis fulgens, qui vitam Magiſtri in omni ſanctitate & abſtinentia jugiter ſequi ſatagebat. Et cum S. Kentigernus more ſolito Pſalterium nudus perſolviſſet in aquis, nimio frigoris rigore correptus, juſſit puero Aſaph ignem, quo calefieri poſſet, ſibi afferre. Qui feſtinans ad clibanum, & non habens in quo prunas deferret, vivos carbones in gremio ſuſcepit; nul-

& ſucceſſor, loque aduſtionis ſigno in veſte apparente, coram Sancto projecit. Quem vir Dei in poſterum carum habens, curam monaſterii illi delegavit, & in Epiſcopatu ſucceſſorem inſtituit. *Hactenus ex capite quinto Vitæ S. Kentigerni, qui traditur capite ſequenti in Scotiam revocatus, quando* admonitione Angelica Sanctum Aſaph ſucceſſorem ſuum conſtituit. *Et hæc ſunt quæ de S. Aſapho ſciri poſſunt.*

floruit initio ſec. 7.

2 *Michael Alfordus, in Annalibus Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ, S. Aſaphi exordia collocat ad annum* DXLIII, *Epiſcopum conſecratum arbitratur anno* DLX, *& mortuum anno* DXCVI; *ſed nuda nixus auctoritate Martyrologii Anglicani, à Ioanne Winſono hoc ſeculo collecti. Adamus Kingh, anno* DCVIII *Aſaphum obiiſſe tradit. Dempſterus in Hiſtoria Scotorum pag.* 22 *Baronio imputat, quod cenſuerit anno* DCXV *obiiſſe; ſed hoc in eo non invenimus. Quamvis autem non admodum placeat ſuperius allegata S. Kentigerni Vita, quod tamen præ ea ſequamur nihil vel antiquius vel certius ſuppetit. Cum igitur, juxta hanc & mox referendas Breviarii Aberdonenſis Lectiones, Roma rediens Sanctus ab alloquio S. Gregorii Papæ, adeoque poſt annum* DXC, *priuſquam reverteretur in Cambriam ad ſuum Epiſcopatum, inſtituerit cœnobii prædicti Abbatem ac Walliæ Borealis Epiſcopum Sanctum Aſaph; neque ulla appareat ratio, cur is qui in Elgienſi monaſterio, circa annum* DXL *ædificato, puer educatus fuit, non potuerit prorogaſſe vitam multis poſt S. Gregorii Pontificatum annis; conſultius videmur facturi, ſi nullo præciſe anno determinato, Sanctum Aſaphum adſcribamus Chriſtianæ æræ ſeculo* VII.

F

nomen inſcriptum Martyrologio.

3 *Ejus memoriam hoc die propriis ſuis additionibus ad Vſuardum inſcripſit Ioannes Molanus his verbis*: In Scotia Aſaphi Epiſcopi, de cujus nomine nunc vocatur Epiſcopatus Sancti Aſaph. *In prima editione anni* 1568 *nihil de eo dixerat: ſunt autem ea verba editionis ſecundæ an.* 1583 *curatæ. Hanc editionem non vidit Baronius, Romanum tamen Martyrologium recognoſcens, de S. Aſapho & S. Walpurgæ* in Anglicana eccleſia ſimul agi, *percepiſſe ſe aſſerit in annotationibus; itaque legendum præſcripſit ad hunc* 1 *Maji:* In Anglia SS. Aſaphi Epiſcopi & Walpurgę Virginis. *De* S. Walburge *egimus* XXV *Febr. deque ejus tranſlatione* 1 *Maji facta ac Martyrologiis inſcripta; ſed quod nullum uſpiam ſimultanei iſtius cultus in Anglia potuerimus veſtigium reperire, etiam nunc fatemur. Non improbamus interim, quod Martyrologii Romani auctoritatem ſecuti ſcriptores alii recen-*

A *recentiores, huic diei Aſaphum adſcripſerint; quia illi non tantum adſtipulantur quas dixi additiones Molani ad Vſuardum; ſed & Breviarium Aberdonenſe anno* 1509 *excuſum, dum Vitam in Lectiones tres diſtributam ſub hac rubrica proponit*; Differatur ſemper uſque poſt feſtum Inventionis ſanctæ Crucis, niſi in eccleſia illi dedicata: *hoc ipſo ſatis innuens, in hac Sanctum coli proprio ſuo natali die. Lectiones Breviarii iſtius hæ ſunt.*

Lectiones Brev. Aberdonenſis.

4 Kentigerno Antiſtite reverendiſſimo, à ſanctiſſimo Gregorio Papa apud Romam, omnium civitatum facile [principem] urbem, rite & legitime conſecrato, Scotiam revertente, colendiſſimus pariterque reverendus Aſaph nomine, à teneris educatus cunabulis, Chriſtum & ejuſdem ſanctos viros clariſſimos inſectare & ſuper omnia amplectere conabatur; ad præceptorem tamen ſuum præſtantiſſimum & Deo cariſſimum Kentigernum, Glaſcuenſem Epiſcopum prænotatum, in doctrina, regula vivendi, & moribus præ ceteris inſequendum animum accommodavit. Is quippe vir Aſaph ab juvenili ſua ætate Deo conſecratus, ſuæ pueritiæ & mentis integritate, parentes, patrimonialia, & reliqua ſua quæcunque bona relinquens, pauperibus, viduis, debilibus, cæcis & claudis eadem ſua bona largiflue, pie, benigneque miniſtrando contulit. Sed nocte quadam, dum alta vehementer inſtarent frigora, & de cælo aëreo nimia congelatio his inferioribus ſatis acriter incubuiſſet; Reverendiſſimi Kentigerni præceptoris ſui admonitu, & juſſu paterno tamquam in filium, Beatus Aſaph ad cujuſdam ruſticuli domunculam, ignem deportandi cauſa, mittitur, ut inde Magiſtrum ſuum Kentigernum, & ejuſdem ſervulos qui ſecum fuerant, calefaceret. Poſtulante autem eo ignem, hic ruſticus, indomitus ſatis & imprudens, Beato Aſaph dixit: Niſi in chlamydis tuæ pannulo ignem tuo Magiſtro deportaveris, parum aut nihil inde reportabis. Divus autem Aſaph reſpondit: In meo pallio & chlamyde ignem Domino auxiliante accipiam, ut ad B. Kentigernum præceptorem meum citius revertar, qui me hactenus expectat algidus. At ruſticus mox carbonum ardentium multitudinem in ſinum Beati Aſaph cum impetu quodam acriter intulit; quos Divo Kentigerno attulit, cui B. Kentigernus dixit: fili mi, carbones quos in pallio defers in pavimento projice. Ubi poſtquam in pallio combuſtionis ſignum apparuit nullum; videns B. Kentigernus dicti viri ſanctitatem, & gratia Dei ſumma inditum, Cleroque & omni populo acceptabilem, ad Epiſcopatus culmen Spiritus ſancti gratia pro meritis promoveri fecit divinitus: & monaſterium, quod ipſe idem Kentigernus longe antea in Wallia regebat, Beato Aſaph mandavit: in quo omni clementia & vitæ ſanctitate, clariſque aliis per eumdem oſtenſis miraculis, dies ſuos traduxit extremos, & ibidem ſepultus eſt.

in quibus miraculum ignis, ſinu illæſo geſtati.

B

5 *Camerarius ſcribit*, Sanctum Aſaph cum S. Kentigerno è Scotia in Walliam veniſſe, *quod alibi non legitur: Dempſterus loco præcitato tribuit eidem libros aliquos conſcriptos, ſcilicet* Ordinationes Eccleſiæ ſuæ & Vitam S. Kentigerni Magiſtri. *Quam nos ex Capgravio edidimus, attribuunt Alſordus & alii Ioanni Tinnemuthenſi, qui ſeculo* XIV *floruit. Dempſtero autem, fingendis librorum argumentis aſſueto, nihil credere poſſumus; donec gravior auctor proferatur, qui eos ſibi viſos lectoſq; aſſirmet. Itaq; hic manum de tabula tollimus.*

quadam ei afficta.

E

AUCTORE G. H.

DE SANCTO SIGISMVNDO REGE BVRGVNDIONVM.

AN. DXXIV

Sedes antiquorum Burgundionum,

Ajus Plinius lib. 4 *Hiſtoriæ naturalis cap.* 14 *deſcribens* Germaniam, *ejuſq; incolarum* quinque genera *aſſignans, eorum primos nominat* Vindilos, *ſive, ut alii legunt*, Vandalos; quorum, *inquit* pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. *Horum* Burgundionum *ſedes dicitur fuiſſe circa majorẽ Poloniam ac Sedem Archiepiſcopalem Gneſnam. Eorumdem verſus Rhenũ migrationem indicat S. Hieronymus in Chronico his verbis:* Anno Valentiniani IX, Burgundionũ octoginta ferme millia, quod nunquam antea, ad Rhenũ deſcenderunt. *Meminerunt illorum etiam Ammianus Marcellinus lib.* 28 *& Caſſiodorus lib.* 12 *Hiſtoriæ tripartitæ. At ſecundum Proſperi Aquitani Chronicon, Lucio Conſule an.* CCCCXIII, Burgundiones partẽ Gallię propinquam Rheno obtinuerunt: *& paulatim plures provincias occuparunt. Rex illorum* Gundicarius *appellatur in eodem Chronico, ad Conſulatum Theodoſii* XV *& Valentiani* IV, *qui eſt annus Chriſti* CCCCXXXV. *Chilpericum eorumdem Regẽ Genevæ habitaviſſe circa annum* CCCCLXIII, *oſtendimus ad Vitam S. Romani Abbatis Iurenſis* XXVIII *Februarii, & Fratris ejus S. Lupicini* XXI *Martii. Chilperici frater ſtatuitur Gundericus, pater Gundebadi & trium fratrũ. Fratribus occiſis Gundebadus ſolus regnavit, Arii Photinique hæreſi infectus, in eaque mortuus, relictis filiis S. Sigiſmundo, de quo hîc agimus, & Godemaro Sigiſmundi ſucceſſore.*

C

primi eorum Reges in Gallia parte.

2 *Dedimus* V *Februarii Vitam S. Aviti Epiſcopi Viennenſis, &* § III *indicavimus familiarem ejus cum Rege Gundobado congreſſum, atque labores in hoc ad fidem orthodoxam adducendo impenſos. Iſte Avitus quod non potuit perficere in patre Gundobado, cum optimo ſucceſſu peregit in S. Sigiſmundo filio: nam teſte Agobardo, libro adverſus legem Gundobadi,* ipſo Gundobado in ſua perfidia perdito, ſucceſſorem ejus Sigiſmundum Regem ad fidem Catholicam convertit: in cujus converſione recitavit Homiliam in populo, ſenſuum ſuavitate pleniſſimam & verborum compoſitione dulciſſimam. *S. Sigiſmundum autem, patre adhuc diu ſuperſtite, Catholicam fidem amplexum fuiſſe, colligimus ex variis S. Aviti epiſtolis, quarum quæ* XXIX *inter editas numeratur, ipſius etiam zelum in coercendis hæreticis & præſervandis ab eorum fraude noviter converſis ſubditis indicat, ipſi* Domino Sigiſmundo *ſcripta hoc initio.* Omni quidem vitæ meæ tempore debitorem me aſſerendi famulatus agnoſco: ſed impenſius feſtivitate præſenti, quæ ſolicitudinem veſtram non minus explorandis hæreticorum conatibus, quam noſtræ partis occupat cultibus celebrandis. Siquidem per annuum quoddam contagiũ congregatis adverſis, attento vobis labore curandum eſt, ne alienæ calliditatis fraude pullulet, quod in Dei nomine jam veſtra victoria celebrabili virtute ſuccedit. *Sigiſmundi exemplũ ſecuti ſunt liberi, filius Sigiricus, & filia Theoderico Regi Francorum Auſtraſiorum poſtmodum nuptæ: de quibus agit titulus* VIII *inter Homilias Aviti perditas*; Homilia dicta in converſione Domini Segiſrici, poſtridie quam ſoror ipſius ex Ariana hæreſi eſt recepta.

ex his primus S. Sigiſmundus fidem Catholicam amplexus,

cum liberis

F

3 *Converſi ad fidem orthodoxam Sigiſmundi præclariſſimũ & memoria digniſſimum opus fuit id, cujus in Chronico meminit Marius Aventicenſis Epiſcopus, ita ſcribens*, Florentio & Anthemio Conſulibus (*annum hi ſignant Chriſtianæ Æræ* DXV) monaſterium Acauno à Rege Sigiſmundo conſtructum eſt. *Aliis magis placet ipſum à Sigiſmundo innovatum dicere, eoque ſpectat titulus homiliæ* VII *S. Aviti, dictæ* in Baſilica Sanctorum Agaunenſium, in innovatione monaſterii ipſius vel paſſione Martyrum, *Sancti ſcilicet Mauritii & Sociorum è Legione Thebæa, quorum Acta à S. Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo ſcripta illuſtranda nobis venient die* XXII *Septembris. Interim ex iiſdem hic notamus, quod* Acaunus ſexaginta ferme millibus paſſuum à Genavenſi urbe abeſt. *Porro ad diem* XI *Februarii de eodẽ monaſterio egimus, propter S. Severinum, ibidem Abbatem,*

fundat vel reſtaurat monaſterium Agaunenſe.

AUCTORE G. H.

seu verius Paſtorem vel Rectorem incolarum promiſcui ſexus ordiniſque : unde hic repetere placet quæ num. 5 *ſumpſeramus ex hiſtoria Abbatum Agaunenſium, ab S. Achivi tertii Abbatis diſcipulo conſcripta :* Cum Sigiſmundus Gundebadi Regis filius, jam honore Patriciatus accinctus, Arianæ pravitatis abjeciſſet perfidiam, fidem Catholici dogmatis conſecutus, animum ſuum erga religionis ſtudia intentiſſime commendabat. Eo tempore Maximus, Genavenſis urbis Antiſtes, omni ſanctitate & puritate conſpicuus, cunctæque induſtrię ſtrenuitate egregius, apud quem prædicatio divini ſermonis vehementer pollebat, ad hanc devotionem Sigiſmundi præcordia incitavit, ut de loco illo, quem pretioſa morte Thebæi Martyres & effuſione ſanguinis inclyti felicibus maculis roſea varietate ornaverant, promiſcui vulgi commixta habitatio tolleretur; & illi, cui ſplendor vitæ per paſſionis atrocitatem fuerat acquiſitus, nitor habitantium remearet; excluſiſque actionibus tenebrarum, dies perpetuus haberetur : ita fore ut iiſdem patrocinantibus & regno & regni integritate tutiſſime potiretur ... Igitur habito conſilio, quod univerſitati Dei inſtinctu complacuit, viſum eſt, ut omnes mulieres de loco eodem tollerentur, & remotis familiis ſecularibus, B Dei inibi, hoc eſt monachorum familia locaretur, qui die noctuque cæleſtia imitantes, cantionibus divinis inſiſterent pertractandis.

ujus conſilio Maximi Genavenſis Epiſcopi

4 *Regula, proprie præſcripta Agaunenſibus, dicitur* regula monaſterii Tarnatenſis, *nuper edita à Luca Holſtenio, parte* 2 *Codicis regularum : quam etiam inſeruit Annalibus Eccleſiaſticis Francorum Carolus le Cointe ad an.* 536 *num.* 200 *& ſequentibus, oſtenditque eam admodum conformem eſſe Regulis SS. Pachomii, Auguſtini, & Cæſarii. Ioſias Simlerus lib.* 1 *deſcriptionis Valeſiæ aſſerit*, Sigiſmundum Regem Burgundiorum in Agauno, in honorem Martyrum ibidem cæſorum cœnobium celebre conſtruxiſſe; & oppidulum Tarnadæ, juxta poſitum, mœnibus ampliatis cœnobio conjunxiſſe, atque ab eo tempore nomen Tarnadæ obſoleviſſe, & nunc vulgo S. Mauritium appellari : *plura de hac re diximus ad Vitam S. Severini. Dictam autem regulam cœnobii Tarnatenſis ſive Agaunenſis tempore S. Sigiſmundi ſcriptam fuiſſe colligimus ex Vita S. Eugendi Abbatis, à nobis ad Kalendas Ianuarias edita, quam ejus diſcipulus ſcripſit, eamque ita concludit* : Inſtituta quoque, quæ de formatione monaſterii noſtri Agaunenſis, ſancto Marino Presbytero, inſulæ Lirinenſis Abbate compellente, digeſſimus, deſideria veſtra tam pro inſtitutionis inſignibus, C quam pro jubentis auctoritate, Chriſto opitulante, luculenter explebunt. *Fuit* S. Eugendus in religione diſcipulus S. Romani, *ante annum* CCCCLX *mortui, & ipſe* ultra ſexagenariam ætatem ſex fere menſibus *vixit. Quid ſi moriente Romano S. Eugendus fuerit annorum viginti? ſequeretur quod annum Chriſti quingenteſimum ſolum vivendo attigiſſet : ut diſcipulus ejus videri poſſet circa ipſiuſmet Agaunenſis monaſterii fundationem iſta ſcripſiſſe : qui dum* monaſterium Agaunenſe, Noſtrum *appellat*; & inſtituta juſſu Marini Abbatis Lirinenſis digeſſit; *indicat magnam fuiſſe rerum communicationem inter tria iſta monaſteria, Lirinenſe ſcilicet & Iurenſe S. Romani atq; hoc de quo agimus Agaunenſe. Aſſerit porro idem Vitæ S. Eugendi ſcriptor, à ſuis* lectitari & perfici inſtituta S. Baſilii Antiſtitis, Patrum Lirinenſim, S. Pachomii, & recentioris Caſſiani, *circa annum* CCCCXLVIII *vita functi.*

Præſcriptam Agaunenſibus Regulam

5 *Illuſtravimus ad diem* XXVIII *Martii Acta S. Gunthramni Regis Burgundionum è familia Francorum Merovingica, eaque collegimus ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Gregorii Turonenſis, adjicientes Appendicem ex Chronico Fredegarii, in cujus capite primo iſta leguntur* : Anno XXIV regni ſui (*is eſt Chriſti* DLXXXIV) divino amore eccleſiam B. Marcelli ... mirifice & ſolerter ædificari juſſit, ibique congregatis monachis monaſterium condidit, ipſamque Eccleſiam rebus pluribus ditavit. Synodum XL Epiſcoporum fieri præcepit, & adinſtar inſtitutionis monaſterii Sanctorũ Agaunenſium (quod temporibus Sigiſmundi Regis ab Avito & ceteris Epiſcopis, ipſo Principe jubente, fuerat confirmatum) hujus Synodi conjunctione monaſterii S. Marcelli Gunthramnus inſtitutionem firmandam curavit. *Dagobertus primus Rex Francorum, teſte eodem Fredegario cap.* 79, *cum eccleſiam & monaſterium S. Dionyſii prope Pariſios condidiſſet*, Pſallentium ibidem adinſtar monaſterii Sanctorum Agaunenſium inſtituere juſſerat, ſed facilitas Abbatis Aigulfi eamdem inſtitutionem noſcitur refragaſſe. *Infra in Actis Gregorius Turonenſis aſſerit* S. Sigiſmundum *poſt occiſum Sigericum filium*, inſtituiſſe apud Agaunenſes pſallentium aſſiduum, *ſive ut in libro de Gloria Martyrum ait*, inſtituiſſe pſallentium quotidianum, *in Vita altera* choros pſallentium: *prout regula nona indicatur de Horis Canonicis die noctuque recitandis, inter quas præſcribuntur opera aſſumenda. Quæ fuerit dicti Pſallentii peculiaris gratia, ob quam ipſum ab aliis expeteretur, non ſatis convenit inter auctores. Aliqui vocant* aſſiduum, *quod, aliis atque aliis mutuo ſuccedentibus, die noctuque continuaretur, uti fiebat apud Acœmetas monachos Orientales, fundatos à S. Alexandro, ad cujus Acta* XV *Ianuarii hæc explicantur* § 2. *Alii ſolum peculiarem pſallendi formam intelligunt, certis horis diei & noctis præſcriptam.*

D

Dagobertus pro monaſterio S. Dionyſii.

E

6 *Dum hiſce rebus intendit* S. Sigiſmundus, *pater ejus* Rex Gundobadus obiit, *& ipſe* Sigiſmundus Rex levatus eſt in locum ejus, *obtinuitque totum regnum Burgundionum*, Petro Conſule, *id eſt anno Chriſti* DXVI, *uti tradit ſupra memoratus Marius. Anno autem mox ſequenti*, Agapito Conſule, *celebratum eſt Concilium Epaonenſe, in loco ſuper Rhodanum Ienna nunc dicto, uti latius expoſuimus ad Vitam S. Aviti Epiſcopi Viennenſis, ſub cujus & Viventioli Epiſcopi Lugdunenſis directione id peractum eſt. Quam latum fuerit tunc regnum ejus apparet ex dicti Concilii ſubſcriptionibus apud Sirmundum & alios, ubi enumerantur Sedes Epiſcopales ſeptem & viginti intra fines ditionum Burgundicarum, ſcilicet Tharantaſienſis & Octodorenſis, in Alpibus Graiis; Ebredunenſis, in Alpibus maritimis; Viennenſis, Gratianopolitana, Valentina & Genavenſis, in provincia Viennenſi prima; Cabellionenſis, Avenionenſis, Vaſenſis, Carpentoractenſis, Arauſicana, Dienſis, Tricaſtina & Vivarienſis, in provincia Viennenſi ſecunda; Sequeſteronenſis, Aptenſis & Vapincenſis, in provincia Narbonenſi ſecunda; Lugdunenſis, Matiſconenſis, Lingonenſis & Cabilonenſis, in provincia Lugdunenſi prima; Nivernenſis, in provincia Senonenſi ſeu Lugdunenſi quarta; Veſontionenſis, Aventicenſis, Vindonenſis & Bellicenſis, in provincia Maximâ Sequanorum ſive Lugdunenſi quinta. Quæ in memorato Epaonenſi Concilio & alio Lugdunenſi, forſan eodem anno habito, de morum diſciplina & regulis Eccleſiaſticis, præclare ab Epiſcopis conſtituta ſunt, ibidem videri poſſunt.*

patre mortuo,

celebrari permittit concilia

Epiſcoporum regni, Epaonenſe.

F

& Lugdunenſe

7 *Sequentibus annis, cum omnia feliciter & proſpere ſuccederent, & inducta eſſet in thorum ejus ſecunda uxor; ex novercalibus inſidiis* filius Sigericus, ejus juſſu injuſte occiſus eſt, Symmacho & Boëthio Conſulibus, *id eſt anno* DXXII; *& ſecutum eſt bellum Francicum, in quo anno ſequente*, Conſule Maximo, S. Sigiſmundus Francis à ſuis Burgundionibus traditus eſt, & in Franciam in habitu monachali perductus, ibique cum uxore & filiis in puteum projectus, *ut apud Marium legimus. Ea cædes ſpectat ad haſce Kalendas Maji, anni ſequentis* DXXIV, *quo* frater ejus Godemarus Rex Burgundionum ordinatus *traditur in ejuſdem Matii Chronico.*

poſt filium occiſum,

& ipſe à ſuis traditus occiditur.

8 *Hactenus indicata confirmamus infra in aliquibus ejus Actis, deſumptis ex Hiſtoria Francorum Gregorii Turonenſis lib.* 3 *cap.* 5 *& 6, quibus ſubjungimus alia Acta, deſcripta ex pluribus vetuſtis codicibus, ſcilicet Trevirenſibus S. Martini & S. Maximini, Fridlarienſi eccleſiæ S. Petri, Ebersbergenſi Societatis*

Vitæ epitome ex Greg. Turonenſi.

A *Societatis Jesu, Corsendoncano prope Turnhoutum Canonicorum Regularium, item ex alio codice in Gallia adservato, præterea ex Legenda Sanctorum Patronorum Bohemiæ, anno* MDXI *Cracoviæ excusa, & ex antiquo Breviario Pragensi. Habemus etiam aliquod eorumdem compendium ex MS. Pragensi. Acta hæc suam apud Adonem Episcopum Lugdunensem auctoritatem repererunt: qui inde aliqua decerpsit. Reliqua in Notis observamus; omittimus autem rythmum, ex Missali Cracoviensi nobis submissum.*

aliis ex variis MSS.

9 *Antiquissimum venerationis Ecclesiasticæ vestigium apparet ex prælaudato Gregorio Turonensi, qui libro* 1 *de Gloria Martyrum cap.* 75 *ista habet*: Sæpe Dominus arrogantiam contumacis mentis virga correctionis enervat, ut eamdem cultus sui generatio restituat, sicut quondam de Sigismundo Rege manifesta fides gestum profert. Hic etenim, post interemptum per iniquum consilium conjugis filium, compunctus corde Agaunum dirigit, ibique prostratus coram sepulcris beatissimorum Martyrum Legionis felicis, pœnitentiam egit, deprecans ut quæcumque deliquerat, in hoc ei seculo ultio divina retribueret; ut scilicet habeatur in judicio absolutus, si ei mala quæ gesserat, priusquam de mundo decedat, repensentur. Ibique & psallentium quotidianum instituit, locumque

Missa in ejus honore celebrata,

B tam in territoriis, quam in reliquis rebus affluentissime ditavit. Postea vero captus ab Chlodomere Rege cum filiis, interfectusque ejus jussu, ad eumdem locum delatus, sepulturæ mandatus est; quem in consortio Sanctorum adscitum, ipsa res quæ geritur manifestat. Nam si qui nunc frigoritici in ejus honore Missas devote celebrent, ejusque pro requie Deo offerant oblationem, statim compressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati pristinæ restauran: tur. *Eadem habet Aimoinus lib.* 2 *cap.* 4 *& Aimoinum secutus Sigebertus in Chronico ad annum* DXV.

miracula,

10 *Locus in quo patrata cades, teste eodem Gregorio Turonensi,* Columna *dicebatur*, Aurelianensis urbis vicus: *quis autem hic sit, minime ambiguum esse asserit Carolus Sausajus lib.* 3 *Annalium Ecclesiæ Aurelianensis: nam* adhuc puteum remansisse, in quem S. Sigismundus cum filiis & uxore est projectus; & febricitantes, ad eum puteum accedentes, sumpta aqua convalescere (quod ipse febricitans anno MDCXI expertus est) esseque

ecclesia,

ibi capellam nomine Columellam, parochiam in confinio, unam vocatam Columieram, & alteram cui nomen S. Petri de vico Columbæ (quod est loco Columnæ, usu mutata littera, cum adhuc vulgari lingua fabri lignarii Columnas vocent Columbas) hocque loco ædificatam esse ecclesiam, quæ S. Sigis-

C mundi vocatur cum Prioratu Ordinis S. Benedicti, cujus collatio pertinet ad Abbatem Miciacensem: Memoriam item S. Sigismundi agi in Capella, quæ Campus-Roseus dicitur, ubi primum captivus adductus est. *Ita Carolus Sausajus.*

memoria in sacris fastis

11 *At celeberrimus cultus permansit apud Agaunenses, indicaturque in quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: quibus ista verba fuerunt adjuncta*: Agauno passio S. Sigismundi Regis, *quæ passim in antiquioribus fastis MSS. & apud Rabanum, Vsuardum & alios leguntur. Ado Lugdunensis hoc eum elogio ornat*: Item civitate Sedunensi, loco Agauno, passio Sigismundi Regis, filii Gundebaldi Regis Burgundionum: qui cum se cerneret non posse Francis resistere, solus fugiens, coma deposita habitum religionis suscepit; & jejuniis, vigiliis ac orationibus die noctuque vacans, captus à Francis est cum uxore ac filiis, in puteumque demersus occubuit. Post vero Abbati cuidam revelatus, & ab eo reverenter sepultus, etiam miraculis claruit. *Nonnulla ex Gregorio Turonensi Notkerus addit.*

Translatio corporis Agaunum.

12 *Notabilius est quod suggerunt Acta, videlicet* Sancta corpora per triennium in limosi gurgitis aqua illæsa jacuisse, *usque dum scilicet ab Agaunensi Abbate, Regis Theodeberti permissu, inde extraherentur*, ad Sanctorum Thebeorum limina deferenda & dignissimæ sepultu- AUCTORE G. H.
ræ tradenda. *Diem hujus Translationis cum Acta non exprimant, nescio an satis secure credi possit fuisse* XXIX *Aprilis, quando ea notatur in nostro Florario MS. Quamdiu porro ibi sic corpora sepulta latuerint aut quonam anno fuerint elevata de terra, nusquam reperio indicatum. Elevata fuisse vix potest dubitari: nec melior ulla conjectura occurrit, quam ut id factum fuerit ipso eodem* VI *seculo, cum scilicet miracula crebrescentia admonuerunt, ampliorem honorem sacris pignoribus esse deferendum.*

VITÆ COMPENDIUM

Auctore S. Gregorio Episcopo Turonensi

lib. 3 *Historiæ Francorum cap.* 5 *&* 6.

a Agaunense monasterium condit:

1 MOrtuo *a* Gundobado, regnum ejus Sigismundus filius ejus obtinuit, monasteriumque Agaunense solerti cura cum domibus basilicisque ædificavit. Qui perdita priori conjuge, filia *b* Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat, nomine Sigericum; aliam duxit uxorem, quæ valde contra filium ejus, sicut novercarum mos est, malignari ac scandalizare cœpit. Unde factum est, ut una solennitatum die, cum puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, ut hæc indumenta tua terga contingerent, quæ Dominæ tuæ, id est, matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succensa, instigat verbis dolosis virum suum, dicens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teque interfecto id usque in Italiam dilatare disponit: scilicet ut regnum quod avus ejus Theodoricus Italiæ *c* tenuit, & iste possideat. Scit enim, quod te vivente non potest adimplere; & nisi tu cadas, ille non surgat. His & hujuscemodi ille incitatus verbis, uxoris iniquæ consilio utens, iniquus extitit parricida. Nam sopitum vino dormire post meridiem filium jubet: cui dormienti lorum *d* sub collo ejus positum, ac sub mento ligatum, trahentibus ad se invicem duobus pueris, suffocatus est. Quo facto, pater sero jam pœnitens, super cadaver exanime ruens, flere cœpit amarissime. Ad quem senex quidam sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida sævissimus. Nam hunc, qui innocens jugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu & jejuniis durans, veniam precabatur: psallentium ibi *e* assiduum instituens, Lugduno regressus est, ultione divina è vestigio eum prosequente. Hujus *f* filiam Rex Theodoricus accepit.

filium Sigericum ab hujus noverca persuasus occidit:

c

d

agit pœnitentiam.

e

f

2 Crotildis *g* vero Regina Clodomerem & *h* reliquos filios suos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, carissimi, vos dulciter enutrisse. Indignamini quæso injuriam meam & patris matrisque meæ mortem sagaci studio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, *i* & contra Sigismundum & fratrem ejus Godomarum dirigunt: devictoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit: *k* Sigismundus vero, dum ad saltus Agaunos fugere nititur, à Clodomere captus, cum uxore & filiis captivus abducitur, atque intra terminum Aurelianensis urbis in *l* custodia positus detinetur. Discedentibus his Regibus, *m* Godomarus resumptis viribus Burgundiones collegit, regnumque recepit. Contra quem Clodomeris iterum disponens, Sigismundum interficere destinat: cui à B. *n* Avito Abbate decimo Miciacensi, magno tunc temporis Sacerdote, dictum est: Si, inquit, respiciens Deum emendaveris consilium tuum, ut hos homines interfici non patiaris; erit

g h

i

k

l

à Francis captus carceri includitur

m

n

ex mss. Deus tecum, & proficiſcens victoriam obtinebis. Si vero eos occideris, tu ipſe in manu inimicorum traditus, ſimili ſorte peribis: fietque tibi & uxori & filiis tuis, quod feceris Sigiſmundo & conjugi ac liberis ejus. Sed ille auſcultare deſpiciens conſilium ejus, ait: Stultum enim conſilium eſſe puto, ut inimicis domi relictis, contra reliquos eam; eiſque à tergo, hoc à fronte ſurgente, inter duos hoſtium cuneos ruam. Satius enim & facilius victoria patrabitur, ſi unus ab alio ſeparetur: quo interfecto, facile & alius morti poterit deſtinari. Statimque interfecto Sigiſmundo cum uxore & filiis, apud *o* Columnam, Aurelianenſis urbis vicum, in puteum jactari præcipiens, Burgundias petiit, vocans in *p* ſuppetias Theodoricum regem. Ille autem *q* injuriam ſoceri ſui vindicare volens, ire promiſit. Cumque pariter apud Viroſontiam *r*, locum urbis Viennenſis conjuncti fuiſſent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertiſſet, & Clodomeris inſequeretur, ac de ſuis non modico ſpatio elongatus eſſet, aſſimulantes illi ſignum ejus, dant ad eum voces, dicentes: Huc huc convertere: tui enim ſumus. At ille credens, abiit, irruitque in medium inimicorum. Cujus amputatum caput & conto affixum elevant in ſublime. Quod Franci cernentes, atque cognoſcentes Clodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamque in ſuam redigunt poteſtatem. *ſ* Godomarus iterum regnum recepit. *ſ*

occiditur cum uxore & filiis.

o *p* *q* *r* B

ANNOTATA.

a *Mortuus eſt* Gundebadus *anno* 516, *quo vivo cœptum conſtrui monaſterium Agaunenſe, ut ſupra dictum.*

b Theodoricus Rex Gothorum *ingreſſus eſt Italiam*, Probino & Euſebio Coſſ. *anno* 489, *& occidit Regem* Albino & Euſebio Coſſ. *anno* 493. *Ita Marius. Ejus filia & conjux S. Sigiſmundi ab aliquibus appellatur* Amalberga.

c *Imo adhuc tenebat, mortuus Olybrio Conſule, Indictione* 4. *Ita idem Marius.*

d Symmacho & Boëthio Coſſ. *anno* 522, *quod autem hic* lorum *dicitur, id in vetuſtiſſimo Trudonenſi MS. cum quo Gregorii hiſtoriam collatam habemus, vocatur* orarium.

e *Idem Gregorius lib. de Gloria Martyrum*, pſallentium quotidianum *appellati: de quo ſupra egimus.*

f *Hic eſt* Theodericus, *filius Chlodovæi primi, Rex Francorum Auſtraſiorum, ut poſtea fuerunt dicti. Aſt ejus uxor ab aliquibus* Eſleura, *filia Sigiſmundi ex priore conjuge. Conſule Sanmarthanos.*

g *Hæc eſt* S. Crotildis *ſeu* Clotildis, *uxor Clodovæi* 1, *Regis Francorum, filia Chilperici Burgundionum Regis, qui à fratre ſuo Gundebado, patre S. Sigiſmundi, fuerat cum uxore & duobus filiis occiſus. Colitur S. Crotildis* 3 *Iunii.*

h *Ii ſunt* Childebertus *Rex Pariſienſis &* Chlotharius *Sueſſionenſis. Nam Theodericus habuit aliam matrem, & gener erat S. Sigiſmundi, ut jam dictum, & infra ipſe Sigiſmundus vocatur ejus ſocer.*

i *Evocatos etiam Gothos, ſed ſtudio veniſſe tardius, probat Procopius lib.* 1 *de Bello Gothorum cap.* 12 *&* 13, *imo tunc occuparunt Gothi varias civitates, quorum Epiſcopi ſubſcripſerunt in Concilio Arelatenſi* 4, *anno* 524 *habito.*

k *Anno* 523, Maximo Conſule, Indictione 1, Sigiſmundus Rex Burgundionum à Burgundionibus Francis traditus eſt, & in Francia habitu monachali perductus. *Ita Marius.*

l *Ibi* Capellam ad honorem S. Sigiſmundi erectam fuiſſe, quæ Campus Roſeus dicitur, *vulgo* Camp-Roſier, *ſupra diximus.*

m *Anno ſequente* 524, *id refertur à Mario.*

n *Hic eſt* S. Avitus Abbas *Miciacenſis, errore Amanuenſium* Nutiacenſis *dictus. Eſt autem monaſterium, S. Maximini in agro ſuburbano, vulgo* S. Meſmin de Micy pres d'Orleans. *Colitur* S. Maximinus *Miciacenſis* 15 *Decembris, &* S. Avitus 17 *Iunii.* D

o Columna, *perperam impreſſum* Colonnia, *verſus Comitatum Dunenſem, prope oppidum Pattæum, & parochiam* Columeli. *De cultu S. Sigiſmundi ibidem ſupra actum.*

p *Aliis* ſolatium.

q Injuria *facta, quod à Burgundionibus fuerit traditus Francis.*

r *Duabus leucis Vienna diſitum, vulgo* la plaine de Veſeronce.

ſ *Demum tamen anno* 532 *Godemaro fugato, Franci Burgundiam obtinuerunt, ac deinceps retinuerunt.*

ALIA VITA

Ex VIII *codicibus MSS. & antiquis editionibus.*

1 TEmpore *a* Tiberii ſenioris Auguſti (qui ſicut reliquas regiones, ita Gallias regebat) egreſſa eſt quædam gens de inſula quam mare Oceanum cingit, cui vocabulum eſt *b* Scandania, qui ex vocabulo quoque regionis Scandinii nuncupati ſunt. Cumque alia regna vel regiones cum mulieribus & filiis ſuis penetraſſent, & Rhenum fluvium uſque perveniſſent, ibi juſſione Imperatoris Tiberii burgos ultra flumen Rhenum, per multorum ſpatia annorum cuſtodire coacti ſunt. Unde & *c* Burgundiones nuncupati ſunt, & uſque hodie Burgundiones vocantur. Qui tempore *d* Valentiniani Auguſti egreſſi de ipſis burgis, Gallias perierunt, & more barbarico terras & populos Imperialibus ditionibus ſubjugatos invaſerunt: atque ex ſuo genere levato Rege, nomine *e* Gondiocho, Romanos Galliarum habitatores, quos ab ipſorum conſpectibus fuga non celavit, gladiorum manus interfecit: pauciſque relictis & ſuis ditionibus ſubjugatis, ipſi ſub eorum dominatione poſiti ſunt.

a *b* *Burgundionibus in Gallias profectis,* E *c* *d* *e* *imperat Gundiocharus avus S. Sigiſmundi.*

2 Defuncto autem Gondiocho, ipſius filii Gundebadus, & Gondegiſilus regno ſuſcepto, Galliarum phalanges terraſque inter ſe diviſerunt: ita ut Gondebadus duas portiones ſuis ditionibus vendicaret: tertia Godegiſilus eſſet contentus. Unde inter ipſos magnum jurgium eſt exortũ, adeo ut ab invicem & à fraterna caritate diſcederent. In ipſis temporibus cum Sicambrorũ gens, illicita convaleſcens manu, multas regiones & gentes finitimas cum ſuis Regibus propriis, & ſubditas ſibi ditiones proſtraſſet, atque devaſtaſſet: inter alia occidentis regna, Galliarum quoque fines invadẽdos audacter, *f* licet inviti, petierunt. Quibus adjunctus Gondegiſilus frater Gondebadi Regis, preliandi voto, cum Germanorum ſolatio, contra eumdem fratrem, natu & poteſtate majorem *g*, arma arripuit. Quo fraudulenta belli factione fugato, regnum Galliarum paucis diebus ſibi ſubjugaſſe viſus eſt.

ei ſuccedit Gundebadus pater, F *f* *& à fratribus per Francos adjutis pulſus* *g*

3 Non poſt multum vero temporis reſumptis viribus, Gondebadus Viennam obſedit: dejectiſque portis ejuſdem civitatis, cum multo exercitu captum fratrem ſuum Gondegiſilum cum uxore ſua igne concremavit. Alium quoque fratrem Chilperum interfecit, uxorem ejus ligato ad collum lapide in aquam immerſit, duos filios eorum gladio trucidavit; duas nihilominus filias exilio condemnavit. Quarum ſenior, *h* Sedeolenica nomine, mutata veſte ſe Deo vovit: junior autem, quæ Crotildis vocabatur, *i* poſtea Clodoveo Regi Francorum nuptiali more deſponſata nupſit, eumdemque barbarum ad fidem Chriſti per doctrinam S. Remigii Pontificis convertit. Præterea predictus Rex Gondebadus, Francos, fratris ſui auxiliarios, in præfata urbe in quadam turre

recuperat regnum, *h* *i* *fratrem ſuum interficit cum uxoribus & liberis.*

A turre congregatos ferro trucidavit, pluresque Burgundionum morte condemnavit, nihil postea jam dicto Regi Clodovæo reddere disponens: sicque omne regnum, quod perdiderat, sibi vendicavit.

S. Sigismundus fidem Catholicam amplexus,

4 Nati sunt autem ei duo filii, Sigismundus & Gundemarus: & quamvis ipse Gundebadus rex, omnisque gens Burgundionum tunc temporis *k* Gotticę legis viderentur esse cultores, filiis suis Christianę & Catholicæ religionis cultui *l* deservire permisit. Qua lege percepta, illustris atque venerabilis Sigismundus puer, cum jam ad perfectam veniisset ętatem, tanta devotio circa ecclesias vel limina Sanctorum ipsum accendit, ut die noctuque in vigiliis, jejuniis & orationibus incessanter persisteret. Defuncto autem genitore suo Rege *m* Gundebado, licet incredula circa fidem Christi, omnis gens Burgundionum, una cum paucis Romanis (qui cum ipsis in Galliis, eorũ morsibus laniati, divertebant contempti) excellentissimum virum Sigismundum sibi Regem elegerunt. Qui accepto Principatu super Galliarum incolas, qualem se circa cultum divinum vel suis Optimatibus prębuerit, seu quæ illi in jejuniis, abstinentia, & eleëmosynis liberalitas, in judicii severitate discretio fuerit, lectio subsequens edocebit.

k l

m

& patre mortuo in Regem assumptus,

B 5 Itaque cum in talibus semper ipsius animus incessanter videretur esse intentus; sic de patriæ exercitusque sui salute videbatur esse solicitus, ut tamen velut apis prudentissima, aditum illum, per quem ad ęlestia regna posset pervenire, requireret. Hæc vir Deo plenus in corde suo die noctuque pertractans, & non ab aliò nisi à Domino nostro Jesu Christo, qui dixit, Qui receperit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, præmium boni operis recipere cupiens; ita semetipsum circa Martyrum limina impendere conatus est, ut mercedem Martyrum accipere mereretur. Interea sortitus conjugio filiam Theodorici Regis Italiæ, ex qua genuit filium nomine Sigericum; hac mortua duxit aliam uxorem: cujus nequissimis deceptus consiliis, prioris uxoris filium *n* interfici jussit.

aternam salutem inquirit:

Mat. 10,40

ob filium occisum,

n

6 Postea corde compunctus, cum multa Sanctorum loca perlustrasset, pervenit in eum locum, qui Agaunum vocatur, ubi S. Mauritius cum suis sociis commilitonibus, pro amore Domini nostri Jesu Christi, martyrii palmam accipere meruit: & tam itinere quam jejuniis fessus, meditabatur qualiter pretiosis Sanctis deservire deberet, ut eorum agminibus sociari potuisset. Tunc, non aliter nisi nutu Dei, ut credimus, Angelo nuntiante ipsi revelatum fuit, ut ad instar cælestis militiæ psallentium choros institueret. Quo divinitus accepto consilio, sanctos atque Apostolicos viros consuluit, utrum salubriter cogitaret an non? Qua interrogatione inter se ventilata, sancti Antistites, licet *o* inusitatum opus, tamen Domino annuente unanimiter corroboraverunt.

agit pœnitentiam,

C *Agauni instituit choros psallentium.*

o

7 Quod sanctum opus, servitutis videlicet Dei, cum fuisset perfecte institutum, & confirmatum pari consensu omnium; quid adhuc superesset ei, qualiter cælestis patriæ regnum perciperet, devote exorabat, ut ei divina pietas ostenderet. Sed quia Dominus noster Jesus Christus laboris ipsius remunerationem diutius non patiebatur differri, ad palmam martyrii eum eatenus dignatus est vocare, ut Sanctorum Thebæorum Martyrum collegio, quorum se officio in Dei laudibus sociaverat devotione, paradisi quoque sociaretur amœnitate. Verum ne prolixior narratio legenti fastidium generet, ad beatissimam passionem, quamvis imperito sermone, veniamus.

fecedit in monasterium,

8 Igitur cum Franci plurima fere regna devastarent Galliarum, gentesq; & urbes vehementer depopularentur, multitudo maxima Burgundionum se Francis sociavit. Tunc Sigismundus, videns se hinc inde coangustari, *p* Versallis montem expetiit: ibique ex MSS. ad instar Eliæ Thesbitæ, quatenus crudelissimæ gentis barbarorum ferocitatem evaderet, singulariter habitare elegit: quia sibi imminebat discrimen vitæ, juxta illud quod egregius prædicator, de suis tribulationibus scribens, ait: Pericula in falsis fratribus. Tunc diversimode Burgundiones, necessitate magis quam voluntate, Francis ex integro se dederunt; promittentes quod sanctum virum Sigismundum, Principem suum, perquirerent diligenter, & eis vinctum traderent.

p

2 Cor. 11, 26

habitum sumit,

9 Hac promissione audita sanctus vir Sigismundus, comperta eorum nequitia, cervicem capitis sui totondit, & se à Laicali vestitu in Religionis habitum mutavit. Qui dum in supradicto loco jejuniis & vigiliis maceratus quiesceret, ibidem pauci ex Burgundionibus ad ipsum convenientes, quasi causa amoris, ad sepulcra Sanctorum *q* perducere promiserunt. Cumque ad clausuras ipsius Agaunensis monasterii perveniissent agmina Burgundionum una cum Francis, ad instar Judæ traditoris, Burgundiones in eum manus *r* injecerunt; & vinctum catenis tradiderunt Francis eorumque Regi Clodomero: qui postea, divina exigente ultione, pro eadem re à Burgundionibus in prelio est interemptus. Tunc Franci, pertimescentes ne manus eorum effugeret, usque ad locum deputatum, sub alta custodia una cum conjuge & filiis *s* Gystaldo, & Gundebaldo, vinctos ad locum, cui *t* Belsa vocabulum est, perduxerunt. Ibique puteum ab antiquis [effossum] invenientes, ut vesaniâ crudelitatis suæ satiarentur, capitali sententia adjudicatum, jussu fratris Regis *u* Glodomeri, capite deorsum dimerso, cum conjuge & filiis in puteum jactaverunt.

q

& à suis proditus capitur:

r

E

s t

& in puteum projicitur cum uxore & filiis:

u

10 Ubi per triennium sancta corpora, in limosi gurgitis aqua, illæsa jacuerunt: In quo nocturnis temporibus à sanctis viris divinitus lampas accensa, per totum illud triennii spatium, per quod ibi sancta corpora jacuerunt, visa est. Transacto autem triennio, sanctus ac venerabilis monasterii Sanctorum Agaunensium *x* Abbas, per Angelum admonitus in visu est, ut sacra corpora, sicut animæ eorum in cælestibus beatæ Legioni merentur conjugi, ita etiam eodem loco sepulturæ sociarentur. Vir vero Dei venerandus Abbas supradictus, angustia plenus, qualiter Dominicam jussionem impieret, nesciebat. Tunc ad Ansemundum Burgundionem, qui usque in diem passionis sanctis viris fidem firmissimam visus est conservasse, missos suos direxit, ut ad glorioſum Principem *y* Theodebertum Regem Francorum suam petitionem pariter & suggestionem deportaret, quatenus sancta Martyrum corpora ad Sanctorum limina Thebæorum deferri permitteret. Quam petitionem piissimus Princeps indulsit.

x

divina admonitione sacra corpora deferuntur Agaunum:

F *y*

11 Tunc cum magna admirationis veneratione, sancta eorum corpora de puteo extrahentes, cum psallentium choris Agaunensi monasterio, in ecclesia quæ est in honore S. Joannis Apostoli & Euangelistæ dedicata, dignissimæ sepulturæ tradiderunt. In quo loco tantas assidue virtutes Domini misericordia cum fide precantibus præstare dignatur, ut si quis quaterno typo, id est morbo febrium *z* invasus, fideliter Sanctorum cineribus fuerit advolutus, statim integra sanitate recepta incolumis revertatur. Nihilo minus & reliquę infirmitates, quæ genus hominum invadere solent, creberrime per Dei misericordiam, intercedentibus sanctis Martyribus effugantur, & infirmi ad pristinam sanitatem reducuntur: adjuvante Deo & Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, & gloria, & potestas, per omnia secula seculorum. Amen.

z

sanantur febri laborantes.

ANNO-

ANNOTATA.

a *Iſidorus lib. 9 cap. 2 etiam credidit,* Burgundiones à Tiberio Cæſare per caſtrorum limites poſitos.

b Scandinavia *aliis &* Scandia, *proprie cenſetur pars Danici regni Septentrionalis ultra Balticum mare. De Sede prima & vera Burgundionum, ex Plinio ſupra actum.*

c Burgundici *nominis ratio potius ex antiquo Slavico ſeu Vinido idiomate eſt ſumenda. Luitprandus lib. 3 cap. 12 aſſerit, etiam* Burgundiones domorum congregationem, quæ muro non clauditur, Burgos vulgo vocare, *& conſentiunt Oroſius lib. 7 cap. 22 & Iſidorus ſupra.*

d *Ammianus Marcellinus lib.* 28 *ſcribit, Burgundiones à Valentiniano evocatos, prope Alamannos ſedem fixiſſe, ſcilicet in hodiernâ Haſſiâ. At* Lucio Conſule, *anno* 413, *teſte Caſſiodoro in Chronico,* Burgundiones partem Galliæ Rheno conjunctam poſſederunt : *Marius addit* Joanne & Varana Conſulibus *anno* 456 Burgundiones partem Galliæ, *interioris ſcilicet,* occupaviſſe, terraſque cum Gallicis Senatoribus diviſiſſe.

e Gundiochus, *aliis* Gondiothus, Gundovicus *&* Gundericus, *& traditur regnaſſe ab anno* 452 *uſq;* 473.

f *Alia MSS.* licet invitati. Sicambrorum *autem gentem intellige* Francos, *ſic dictos à terris quas in veterum* B *Sicambrorum finibus tenuerunt, priuſquam Moſam tranſirè & in noſtra Taxandria habitare à Romanis permitterentur. Iidem infra vocantur* Germani, *quod lingua Teutonica Germanis communi uterentur, unde etiam Belgium noſtrum* Germania inferior *appellatur.*

g *Ad bellum Marius deſcribit, factum* Patricio & Hypatio Conſulibus, *anno* 500.

h Tucutuna *dicitur Andreæ du Cheſne lib.* 1 *Hiſtoriæ Burgundionum cap.* 4, *mutato forte cum veſte nomine.*

i *Imo diu antea nupta fuit Chlodovæo, qui anno* 494, *invocato* Crothildis *uxoris Deo, vicit Alamannos.*

k *Intelligit hæreſin Arianam, Photinianam, & Bonoſianam, qua erat ea gens infecta. Conſule dicta ad Vitam S. Aviti* 5 *Februarii num.* 20.

l *Alia MSS.* cum filiis ſuis Chriſtianos & religionis cultum Catholicæ viſi ſunt tradidiſſe.

m *Anno* 516.

n *Anno* 522.

o *Secundum hunc loquendi modum, omnino dicendum videtur, Pſallentii à Sigiſmundo inſtituti rationem, ab eatenus nota diverſam, & Angelicæ doxologiæ quam humanæ ſimiliorem fuiſſe : quam ſimilitudinem, & inuſitatæ rei novitatem præſtare poteſt ſola Officii numquam interrumpendi continuatio, tripartitim diviſo monachorum cœtu, ſicut de* C *Acœmetis dictum, aliiſque & aliis per vices ſuccedentibus : Sed hoc non potuit niſi in numeroſiſſimis Regiarum fundationum locis obſervari, qualia fuerunt SS. Marcelli & Dionyſii monaſteria, à Dagoberto & Guntramno erecta, ſub eadem forma ut ſupra dictum. Idem ætate noſtra S. Amandi Abbas Nicolaus du Bois facere cogitabat, ut* Laus perpetua *haberetur in ſuo, quod à fundamentis reſtaurarat, monaſterio. Sed res aliæ bene cogitata impedierunt.*

p *Alias* Veriſalis: *vix dubito quin locus Lugdunenſi Regiæ urbi propinquus fuerit In proximo Dombenſi Dominio eſt quidem locus* Verſallia *dictus, & quatuor ſolum leucis diſtans: ſed an eo loco mons ſit neſcio; ſi eſſet, in rem præſentem quadraret.*

q *Agaunum videlicet, tridui quadriduive itinere diſtans à Lugdunenſi territorio & Dombenſi Dominio.*

r *Ita Marius tradit anno* 523, à Burgundionibus traditur & in habitu monachali abductum.

s Gyſtaldus, *aliis* Sigladus, Giſgaldus, Giſclades. *At* Gundebaldus, *&* Gundebadus *ſcribitur.*

t Belſa *ſeu* Belſia *regio eſt in qua eſt Aurelianenſis ditio.*

u *Iam diximus fratres ei fuiſſe Childebertum & Clotharium æque Reges. Gregorius ipſi Clodomero factum tribuit.*

x S. Innemundum *dicunt Sanmarthani ſub Sigiſmundo Rege præfuiſſe, & huic ſucceſſiſſe* Ambroſium *iſtius nominis ſecundum. Nos neque nomen, neque Sancti titulum prioris reperimus, neque annum quo ſecundus cœperit.* D

y Theodebertus, *filius Theoderici Regis Auſtraſiorum & nepos ex matre S. Sigiſmundi, forſan in Aurelianenſi ditione poſt mortem Chlodomeris præfuit. De* Anſemundo, *autem Burgundione alibi nil comperimus : fuerit in aula Gundemari Regis potens.*

z *Gloſſema hoc, explicationis cauſa ab aliquo in margine additum, videtur in textum irrepſiſſe : neque enim ſimpliciter de febri, ſed de quartana febri, videtur auctor voluiſſe intelligi.*

TRANSLATIO CORPORIS

controverſa inter Pragenſes & Imolenſes.

1 *Hactenus ſatis certa, nec à quoquam in controverſiam revocata, deduximus : de ſacro capite Sancti Martyris facile etiam aſſentientur omnes, illud Pragæ in Bohemia haberi, Agauno allatum à Carolo* IV *Imperatore ſub annum* MCCCLXVI. Sane anno Domini MCCCLXVIII die XVIII menſis Auguſti, honorabiles viri & Domini Wratigovius Decanus, Heinricus Theſauri, & Franciſcus Decanus Omnium-Sanctorum, Canonici S. Eccleſiæ Pragenſis, per Capitulum Eccleſiæ prædictæ, quoad actum infraſcriptum, ſpecialiter deputati, ad faciendum inventarium de Sanctorum Reliquiis, ornamentis, libris & aliis rebus eccleſiæ prædictę, mandatum eis injunctum ſunt fideliter executi, *& ſub* Rubrica de Capitibus Sanctorum *num.* XXI *ſic notarunt :* S. Sigiſmundi Martyris Regis Burgundiæ de puro auro, cum duabus coronis; quarum una eſt pretioſior, plena gemmis & perlis, quam pro capite hoc decorando donavit filia Imperatoris Marchioniſſa Brandeburgenſis : altera eſt quoad pretium inferior, quæ diebus Dominicis ponitur ſupra caput S. Sigiſmundi. Eſt etiam una fibula deaurata pro pectore S. Sigiſmundi, ab eadem donata, habens 19 perlas, 3 ſapphiros, 5 ſmaragdos, 7 palaſſios, 6 adamantes. *Hactenus inventarium, quod totum exhibet Thomas Ioannes Peſſina de Czechorod, Metropolitanæ D. Viti Eccleſiæ Decanus, nunc etiam Epiſcopus Samadrienſis, in Hungaria, in Phoſphoro ſepticorni, quem anno* 1673 *vulgavit de Majeſtate & gloria dictæ eccleſiæ pag.* 467. *Neque de hujus capitis certitudine quiſquam eſt qui contradicat Pragenſibus. Pro reliqui corporis poſſeſſione Imolenſes decertant; quos prius quam audiamus, producenda ſunt ex parte Pragenſium quæ pro illis faciunt.* E

Caput S. Sigiſmundi Pragæ exornatum extat.

De corpore Pragam tranſlato F

2 *In Chronico MS. Beneſſii Krabicze de Weitmille, Viri Illuſtris Familiæ, Canonici Pragenſis & Archidiaconi Zatecenſis, Scriptoris coævi, iſta leguntur libro* 4, *ad annum* MCCCLXV. Eodem anno, coronatus eſt Dominus Imperator corona Regni Arelatenſis, quod Romano ſubeſt Imperio, in civitate Arelatenſi, cum maxima ſolennitate. Poſtquam igitur Imperator diſpoſuiſſet cum Domino Papa negotia ſua & Sacri Imperii, pro omni ſua voluntate, recepta ab eo licentia, proceſſit abinde cum omni jocunditate atque gaudio, & venit in Agaunum cauſa devotionis viſitandi limina SS. Martyrum Thebæorum : ubi tunc temporis requieſcebat pretioſiſſimus theſaurus, videlicet, Corpus S. Sigiſmundi Regis Burgundiæ : quod impetravit ſibi dari, & attulit ſecum Pragam, & ſuſceptum eſt proceſſionaliter in eccleſia Pragenſi in die B. Auguſtini. Quod quidem corpus S. Sigiſmundi magnis ibidem claruit miraculis, quę fide dignorum ſufficienti teſtimonio nobis relata, & coram nobis probata inferius deſcribuntur. Et de his miraculis S. Sigiſmundi habetur ſpecialis tractatus vel libellus in Sacriſtia Pragenſi.

teſtimonium antiqui Chronici

A Pragenſi. *Ita ille qui tunc vivebat & hæc videbat, valde ſolicite notans quod Regnum illud Romano ſubeſſet Imperio. Verum, præterquam quod Arelatenſis civitas jam inde à tempore Friderici formam ac libertatem Reipublicæ ſibi arrogarat, uti nunc Imperii liberæ civitates; immediatum illius ac reliquæ Provinciæ dominium Reginam Neapolitanam Ioannam ſpectabat: quare cum hæc de iſto Caroli actu queſta eſſet, ipſe reddita facti ſui ratione, totum quod prætendebat jus ceſſit Ludovico Andegavenſi, fratri Caroli Regis Franciæ. Aſcenderat autem Arelate Avenionem Imperator, unde per Delphinatum & Sabaudiam iter habenti verſus Helvetiam facile fuit in tranſitu Agaunum luſtrare.*

3 *Habemus antiqui Martyrologii Pragenſis apographum, ſcriptum circa annum* MCCCCLX, *ex antiquiori aliquo, annum quidem* MCCLIV *præferente, ſed novis identidem acceſſionibus aucto, potiſſimum occaſione Reliquiarum ſpectatiſſimarum complurium, quibus undique & ſtudioſiſſime conquiſitis eccleſiam S. Viti locupletavit prælaudatus Carolus. In hoc ſic aucto Martyrologio, iſta leguntur:* Civitate Sedunenſi
& Martyrologii antiqui, natalis S. Sigiſmundi Regis, qui captus à Francis, cum uxore & filiis, in puteum demerſus occubuit. *Sequuntur deinde, quæ verbotenus inveniuntur excuſa per modum Rubricæ in Breviario Pragenſi Venetiis anno* 1517 *pag.* 361 *hoc tenore:* Cujus, *ſcilicet Sigiſmundi*, corpus Carolus Rex de Avenione veniens in Octodorum, alias in Agaunum, in diœceſi Sedunenſi, magnis preci-
B bus & muneribus impetravit, & abinde ad Eccleſiam Pragenſem tranſtulit ſub anno Domini MCCCLXV. Qui quidem Sanctus Pragæ ſepultus maximis & inenarrabilibus claruit miraculis: ita ut ad ejus tumulum Pragam fierent concurſus de omnibus mundi partibus: & propter præclara & grandia miracula annotatus eſt cum aliis Patronis Eccleſiæ Pragenſis & regni Bohemiæ. Regina conjux Caroli Imperatoris præfati circumdedit caput auro puriſſimo & ornavit gemmis pretioſiſſimis. Hujus feſti fit ſpecialis memoria in diœceſi Pragenſi, tam in Officio quam in celebratione, die ſequenti poſt Philippi & Jacobi. Quia cum per miraculorum magnitudinem ſit factus Patronus Bohemiæ, decens fuit ut ſpecialem pro ſe feſtivitatis habeat diem. *Hactenus Martyrologium ex eo, Breviarium Pragenſe, cujus Martyrologii originali primo appendix illa jam olim videtur adjecta, ſaltem ſub Imperio Sigiſmundi ante annum* MCCCCXVII, *quo graſſari in res ſacras incipientes Huſſitæ, augendi Sanctorum cultus ſuſtulerunt facultatem Imperatori Capitulo, Pragenſi, quibus, ut infra videbitur, cogitandum fuit potius, quomodo Sanctorum Reliquias in tutum ſubducerent.*

4 *Perſeverat hactenus ad diem* 11 *Maji cultus S. Sigiſmundi in Archidiœceſi Bohemica ſub ritu Duplicis ſecundæ*
C *hodierni Breviarii Pragenſis, claſſis, & recitantur tres Lectiones propriæ de Vita ipſius Sancti, quarum ultima ita concluditur*: Sacri corporis reliquiæ, ad Agaunenſe templum delatæ, in eodem jacuere, donec à Carolo Quarto Cæſare Pragam advectæ, glorioſum ibidem tumulum invenere. *Ioannes Dubravius Epiſcopus Olomucenſis libro* 22 *Hiſtoriæ Bohemicæ*
in Hiſtoria Dubravii de hac tranſlatione iſta ſcribit: Carolus poſtquam ex Italia rediit; & ex hoc itinere Agaunum divertens, ibi, præter reliquias Divi Mauritii, corpus inſuper Sigiſmundi Burgundiæ Regis multis inclytum miraculis jacere cognovit; ibi inſtat oppidanos pro illo poſcere, tamquam populari ſuo, propter linguę Wandalicæ commercium: nec deſtitit incepto, quam illud impetrat, ſecumque Pragam cum maxima omnium veneratione apportat.

& Hagecii. 5 *Wenceſlaus Hagecius in Hiſtoria Bohemica ſub annum* MDXL *edita addit*, altare ad honorem S. Sigiſmundi ab eodem Carolo erectum fuiſſe, atque ipſum tam illud quam mauſolæum corporis ejus curaviſſe auro decenter exornari, & panno aureo contegi. *Prælaudatus Decanus, in eodem ſuo Phoſphoro texens Diarium reliquiarum in Pragenſi eccleſia aſſervatarum pag.* 508, *dicit quod ſanctum corpus* demum in vigilia S. Wenceſlai, *id eſt* XXVII *Septembris*, devote & honorifice fuit in ſacello, in quo hodieque requieſcit, depoſitum, *utique per ipſum Imperatorem Carolum, de quo prælaudatus Hagecius ſic pergit loqui*: Cumque illi anno MCCCLXVIII naſceretur filius, *ob ſingularem erga S. Sigiſmundum affectum*, voluit eum in ſacro baptiſmate Sigiſmundum appellari, ac centum marcas argenti per Eccleſiarum Antiſtites in pauperes diſtribui, ut pro filii ſui ſanitate Deum deprecarentur. *Eſt hic Sigiſmundus poſtmodum etiam Imperator coronatus, qui idem fuit Rex Hungariæ, Bohemiæ, & etiam Rex Poloniæ deſignatus, ſed rejectus, imo & Marchio Brandeburgicus; qui dictum Marchionatum dedit Friderico Burggravio Norimbergenſi, in qua familia hactenus perſeverat. Simul cum hoc Imperatore Sigiſmundo (ſub quo cultum S. Sigiſmundi credimus vehementer auctum, aliiſque Bohemiæ Patronis æquiparatum) nomen iſtud celeberrimum manſit in omnibus vicinis regnis & provinciis: fueruntque tres Reges Sigiſmundi in Polonia, & varii Duces ac præclari viri in dictis regionibus.*

Ob nomen Sigiſmundi inditum Sigiſmundo Imperatori & Regibus.

6 *Andreas Sauſſajus, in Martyrologio Gallicano de* S. Sigiſmundo *agens*, tandem, *inquit*, à Carolo IV Imperatore & Boëmiæ Rege cum in Galliam venit, ſacratiſſimum ejus corpus pretioſo munere acceptum, inque Boëmiam tranſvectum, Pragæ, in æde metropolitana ... eximia devotione & reverentia collocatum eſt.
E *Caput in Polonia adſervatur* *Et hæc præcipua ſunt, quæ de corpore S. Sigiſmundi Pragam tranſlato reperimus. Addo ex litteris Thomæ à Czechorod Decani Pragenſis, ſcriptis* XXIV *Iulii anni* MDCLXXIV. *ſervatur* Corpus S. Sigiſmundi hodieque in Metropolitana Eccleſia, in ſacello honori ejuſdem Sancti dicato, in tumba marmorea ad primarium altare poſita eique contigua, ac ſuperne holoſerico rubro tecta, aliiſque ſericeis velis ornata, piè veneramur: ubi etiam lampas ardet perpetua. Caput Wenceſlaus II Rex Bohemiæ dono dederat Sigiſmundo I Regi Poloniæ, fratri ſuo germano; quod modo ſervatur in Polonia, in urbe Poloyko, ſeu Ploſci (hęc ad dextram Viſtulæ ripam, inter Varſſaviam & Turonium, ſita eſt) in Baſilica arcenſi, ſub titulo ejuſdem Sancti erecta, à Sigiſmundo III eidem Baſilicæ donatum, thecæ auri obryzi (ut ſcribit Starovolſcius ſcriptor Polonus, in Maſovia prope initium) incluſum, & plane regali munificentia, gemmis & lapidibus pretioſis exornatum. *Vtinam nunc ſupereſſet ille miraculorum libellus, cujus meminit Beneſius ſupracitatus: ſed, pro dolor! arſit cum incenſa ſacriſtia ac templo, vel inter manus hæreticorum periit: itaque optari facilius poteſt quam ſperari, ut ejus exemplar aliquod alibi extiterit, & in hunc uſque diem ſervatum veniat*
F *aliquando in lucem.*

7 *Interim ex Georgii Crugerii noſtri inſigni opere de ſacris cineribus Regni Bohemiæ, & triumphis in eo Majalibus an.* 1669 *Litomiſſii vulgatis accipe, hæc pauca.* Inter ce- *cum prius partum Imperatrici expediviſſet,* tera *S. Sigiſmundi in Bohemiam tranſlati miracula*, Sigiſmundi Hungariæ ac Bohemiæ Regis, tum etiam Romani cæſaris, ortus & nativitas computatur. Laborantis ad partum periculoſe Eliſabethæ Imperatricis capiti, Canonici Pragenſes venerandum S. Sigiſmundi caput apposuerunt; & quia ex anguſtiis mortis ea ceremonia infantem regium expediverunt, ideo ipſi Carolus pater Martyris nomen in ſacro baptiſmate imponi mandavit. A filio poſt paulo ſoſpitator Burgundus convertit beneficium in patrem ipſum Cæſarem Caroloſteinæ (arx eſt, coronæ quondam & reliquorum cimeliorum Regni ſervatrix) ita lecto affixerat, quia afflixerat, morbus capitalis Carolum loci fundatorem, ut ex eo aſſurrecturum deſperarent quantumvis peritiſſimi medici. Uxor Eliſabetha, experta proxime in filio ſuo Sigiſmundi Celitis potentiam, auſa fuit & in ſervando marito ejuſdem auxilium maximis donariis ſolicitare. Ut ergo præcipitantem in mortem fiſteret divinitus, Caroloſteina

AUCTORE G. H. steina Pragam usquè pedes Imperatrix Martyris sepulcrum supplicabunda adiit, & ut obtineret sanitatem Cæsaris, Cæsarea omnino dona, duodecim aureas lances, cælesti Adjutori præsentavit. Vix deposuerat in sacro tumulo dona soteria, fuderatque cum lacrymis preces; cum Carolo eo ipso momento redire vires, morbus cedere, sanitas denique ex integro caput, cor, totum corpus occupare. Quapropter duodecim illæ aureæ lances liquefactæ, atque in coronam, quæ caput S. Sigismundi ornaret conversæ sunt. Prostiterunt deinceps sacerrimæ Reliquiæ totius Regni venerationi, auro fulgidæ: & quas Reges Cæsaresque experti sunt salutares, ab iisdem centeni subditi, genus omne sexusve, depulsionem quorumvis morborum, postquam supplices expetiverant patrocinium, certis nimirum miraculis, impetraverunt. Propter hæc tot & tanta prodigia, festum Sigismundi Regis & Martyris solenniter in Pragensi diœcesi celebratur. Ubi hæresi postmodum regnante infrixit Bohemorum fides, Sigismundus, quia amplius ut par erat non colebatur, suam quoque ad neminem deinceps dexteram beneficus extendit.

cum alii plurimi sanitatem recepissent.

8 *His præmissis transeo ad alteram de corpore S. Sigismundi contendentium partem. Anno* MDCLX, *Romam profecturi, venimus Bononia Imolam seu Forum-Cornelii, ut antiqui appellabant. In ea urbe post alia templa lustrata, etiam accessimus ad ecclesiam Patrum Olivetanorum, ubi affirmabatur nobis esse S. Sigismundi Regis Burgundionum sacrum corpus, quod in sacello ad chorum sinistro, marmorea in tumba, super altare elevatum, operculo ligneo elegantius celato atque inaurato tegebatur: & hoc sustinebant ejusdem operis Angeli, inauratis prædicti altaris gradibus insistentes. Reducto autem velo, quod inter prædictos Angelos sub hac lipsanotheca erat appensum, legi poterat testimonium translationis Imolam factæ. Ejusdem Divi brachium ad dexteram chori pilam adservabatur in conditorio pereleganti, cui ex altero altaris medii latere imago Deiparæ Virginis miraculosa respondebat.*

B *Imolæ in Italia etiam dicitur corpus esse,*

9 *Ferdinandus Vghellus, tomo 2 Italiæ sacræ columna 687, in Litho Episcopo* XXXII *Imolensi, ista de S. Sigismundo habet*: Sedente eo Episcopo anno MCCCLXXV, Ubertus Abbas S. Mariæ in Regula, ordinis Benedictini, sepulcrum reparavit, ubi Sigismundi Burgundionum Regis lipsana sacra quiescunt. Celebris est in sacræ ædis sacello arca ex lapide non ignobili. Armatus Rex insculptus adstat. Dextrum habet monachum genua flectentem cum Pastorali, & codicem apertum manibus præferentem: sinistra vero sunt hæc verba:

C *cum hac inscriptione*

Sigismundus vocor, Rex Burgundionum
Christi Martyr noscor ictibus eorum:
Devotis meis patientibus aufero febres,
De Ausonia Imolam me transtulit Abbas
Sepultus in terra. in hac me posuit arca
Egregius Doctor Ubertus Novariensis,
Cœnobii hujus Abbas, fundator, reparatorque
secundus. Anno MCCCLXXV.

Arca in capite & pedibus signa ostentat, triplicem leonem, alterum alteri impositum, & diadema regium. In thecâ, quâ brachium conservatur S. Sigismundi, & solus digitus à brachio divulsus, scriptum legitur: Hîc est brachium S. Sigismundi, MCCCLXXXII. Quo vero anno Imolam translatum fuerit corpus non inveni. Martyris diem celebrari ibidem VI Nonas Maji affirmat Secundus Lancelottus, libro 2 Historiæ Olivetanæ.

ejus ibi cultus 2 Maji.

10 *Hæc Vghellus, quorum aliqua exponit Petrus Laurentius Galassus Olivetanus, in folio expanso de Vita S. Sigismundi anno* MDCL *excuso. Ac primo in inscriptione non* Ausoniam, *sicut Vghellus. sed* Amsoniam *legit, asseritque* esse civitatem Burgundiæ, apud Sonam fluvium, *vulgo* Auxon *dictam: sed hæc est* Aussona *ad Ararim fluvium vulgo Saone, in confinio Comitatus Burgundiæ, quatuor à Dola, quinque à Divione leucis dissita. Sed quando, aut qua occasione, aut num corpus S. Sigismundi ad illam delatum fuerit, nusquam legimus. Deinde secundum Galassum Aussonâ* anno MCXLVI, Rodulphus Abbas, Ravennæ natus, qui postea fuit Episcopus Imolensis, Eugenio Tertio Pontifici summe carus, Imolam detulit, & in Ecclesia sua Abbatiali S. Mariæ in Regula collocavit. *Verum sexennio ante, Bennoni anno* MCXL *vita functo successisse Rodulphum Ravennatem in Episcopatu, scribit Vghellus, idemque supra ait se de anno translationis nihil invenisse.*

an Aussonâ ea translatum anno 1146

D

11 *Postmodum idem Galassus addit*: Anno MDCXXXVII, feria sexta majoris hebdomadæ, cum demolirentur ea, quæ in honorem & custodiam sanctissimi Corporis Domini nostri feria quinta accommodata fuerant; & à trabe, quæ præceps & casu sepulcrum supradictum percussit, rima quædam satis æque patens contracta fuisset; ex ea nedum ossa glorioси Martyris, serico purpureo superposita, immisso lumine, oculis patuerunt; sed inde etiam odoris fragantia talis exivit, quam nardi, balsami & cujuslibet terrenæ suavitatis odorem longe superasse & celestem fuisse, testes quamplures examinati juramento deposuerunt. Quorum etiam testimonio constat, ossibus prædictis si brachii ossa addideris, quæ in hac eadem ecclesia extra sepulcrum argenteo vase clauduntur, E tot ea numero ac tanta esse, ut nihil fortasse desit ex illis, quæ integrum solent constituere corpus. Excipe tamen duo: Caput videlicet, quod anno MCCCCLXV, ut referunt, à Carolo IV hujus nomine Imperatore Pragam delatum, ibi nunc etiam summa Bohemorum veneratione colitur; & digitum, quem Smolenschi (civitas est regni Poloniæ inter Lithuaniam & Moscoviticum imperium) honorifice custodiri ab ejusdem civitatis Episcopo, dum anno MDCXVII Imolâ pertransiret Romam, ad limina profecturus, audivimus. *Hæc Galassus. Verum Carolum Quartum Imperatorem dici integrum Corpus Agauni accepisse, & Pragam detulisse, supra ostendimus.*

an. 1627 ex aperta tumba

suavis odor emanat:

corpus ibi integrum

excepto capite & digito.

12 *Quid ergo in hac controversia dicendum sit, malumus ab aliis ulterius discuti & resolvi. Hoc unum suggeri posset, elevatis de prima sepultura apud Agaunenses Sanctorum corporibus, atque per altaria distributis ac multa miracula facientibus, ossa uxoris S. Sigismundi, in Burgundiam interiorem postea fuisse translata, postulante forsitan sancto Rege Gunthramno; atque ea Aussonensi civitati obtigisse, sed absq; capite; unde postea eadem fuerint translata Imolam, creditaq; fuisse ipsius S. Sigismundi, dum scilicet distinctior memoria nominis minus noti ad nominis celebrioris fulgorem paulatim* F *devanescit; & quia capite deficiente (quod Agauni mansit & cum corpore sancti Regis dicitur Pragæ servari) deficiebat etiam argumentum discernendi sexus. Cur autem id potius esse de corpore uxoris quam filii alterutrius suspicamur? Quia scilicet brachium, quod Imolæ est, arguit corpus adultæ plenaque ætatis; filii autem S. Sigismundi admodum pueri erant, annis aliquot post regni paterni initium sive annum* DCXVI *nati, si eos secunda uxor peperit, ut est verosimile. Porro eadem virtus in sanandis iis, qui febre sunt correpti, cælitus utrique corpori concessa fuit: hanc enim teste Galasso,* millies ac millies experti fuere Bohemi. Idem præstat aqua Smolenschi, quam Episcopus ipse super Digitum antedictum dederit fluere, & quam infirmis civibus ac Lithuanis quolibet anno distribuit. Imolenses etiam pulverem, à Martyris sepulcro subtiliter erasum, aqua vel alio liquore miscentes, potiunculam inde, implorantes salutem, devote sumunt, & liberantur à malo, sicuti quotidiano experimento vel miraculo declaratur. *Hæc Galassus. Gloriosa S. Sigismundi memoria videtur obfuscasse, ut jam insinuavimus, venerationem uxoris, imo & filiorum: interim omnes in Actis secundis appellantur* Martyres, & Sancta eorum corpora: *& in pervetusto Martyrologio Remensis Ecclesiæ SS. Timothei*

an corpus uxoris posset censeri?

cujus digitus Smolenschi fit miraculis clarus.

Uxor etiam Martyres habetur.

A *mothei & Apollinaris de omnibus elogium tale ſolebat recitari*: Civitate Sedunenſi, loco Agauno, paſſio ſanctorum Martyrum Sigiſmundi Regis & uxoris ejus & duorum filiorum. *Hi infra in Actis* Giſtaldus & Gundebaldus *appellantur.*

13 *Vxoris nomen nullus antiquorum exprimit*: *Decanus Pragenſis in ſuo Phoſphoro pag.* 499 *enumerans reliquias*, quæ in ſacriſtia S. Michaelis ſervantur, pro faciliori ad eas acceſſu, dum ſolennioribus diebus, præſertim Patronorum, publice in ſummo altari aut alibi exponendæ ſunt; *nominat* caput S. Conſtantiæ, conthoralis S. Sigiſmundi Regis. *Sane quod pœnitentia inſigni, juxta mariti exemplum, & morte Chriſtiano animo obita, expiaverit crimen odii novercalis, meritoque etiam ipſa colatur ut Martyr, perſuadet indiſcriminata corruptio atque tranſlatio corporis, & communis oſſium ipſius æque ac aliorum elevatio: cui antiquum & omni exceptione majus teſtimonium habemus pag.*480 *de* anno MCCCCXXI feria VI poſt feſtum SS. Tiburtii & Valeriani, *id eſt, die* XX *Aprilis cum littera Dominicalis eſſet* E, *adeoque feſtum ipſum die* XIV *recurrens caderet in Dominicam. Etenim tunc* Fr. Ulricus, Prior Provincialis monaſterii montis-Paracliti, alias in Owin, Pragenſis diœceſis, Ordinis Fr. Cæleſtinorum per Bohemiam, Nicolaus Supprior, & ceteri Fratres monaſterii antedicti, *per litteras ſuas in jam dicto Phoſphoro pag.*481 *relatas, notum fecerunt*, quod ad

B monaſterium *iſtud* perſonaliter accedens honorabilis vir D. Raczko de Byrzkow, Archidiaconus Litomericzenſis ac Sacriſta in eccleſia Pragenſi, cum Reliquiis, quas propter tyrannidem Wicleffiſtarum & Huſſitarum de eccleſia Pragenſi, de ſcitu & mandato & voluntate D. Sigiſmundi Imperatoris, & D. Decani ac nonnullorum DD. Canonicorum dictæ eccleſiæ Pragenſis abduci gnaviter ſub ſalvo conductu procuravit; eaſdem cauſa rei ſervandæ in tribus ciſtulis clauſas, obſeratas, & ſigillo minori capituli Pragenſis ſigillatas depoſuit *dictis Religioſis: inter nomina vero earum quæ deſcribi poterant, numeratur ab illis ibidem* caput Conthoralis S. Sigiſmundi, carens mandibula. *Denique pag.*524 *in Appendice ad Diarium, ubi nominantur Reliquiæ Sanctorum, quorum dies feſtos in anno invenire auctor non potuit, ponitur* S. Gunebaldi Martyris pars inſignis, *quam eſſe de corpore unius filiorum S. Sigiſmundi haud temere ſuſpicaberis.*

14 *Tamajus Salazar Martyrologio ſuo Hiſpanico inſcripſit S. Sigiſmundum, ob triplicem Viccenſium in Catalonia de eo traditionem ſive fidem. Prima dicitur eſſe, quod ipſe juvenis in vicinis montibus per biennium vitam eremiticam egerit: ſecunda eſt, quod duas imagines ſanctæ Crucis ibidem reliquerit, quarum alteram Narbonæ emiſſet, alteram ſuis manibus feciſſet: & hæ ſunt quarum inventionem deſcribit Domeneccus, eaſque in templo ad honorem S. Sigiſmundi conſtructo ait fuiſſe depoſitas. Tertia traditio ſtabilitur in Adverſariis Luitprandi, ubi n.* 61 *iſta leguntur*: Corpus S. Sigiſmundi Regis Burgundiorum & Martyris, ablatum ab urbe Seduno, ad tractum Barcinonenſem creditur delatum, & in monte Tesbiade depoſitum, quem monte Mauri voce decurtata vocant Monſeve. *Excipit Tamajus* caput Pragam à Carolo Imperatore delatum. *Verum integrum corpus Pragam tradi tranſlatum fuiſſe ſupra diximus. Potuerunt aliqua oſſa, ſive S. Sigiſmundi ſive filiorum aut etiam uxoris, ad locum prædictum fuiſſe delata: atq; hac occaſione reliqua, nimia cum credulitate aut fingendi licentia, fuiſſe in vulgo recepta. Adverſaria ſub nomine Luitprandi hoc ſeculo fuiſſe protruſa, jam ſæpius cum aliis viris eruditis oſtendimus: qui autem ea commentus eſt, videtur habuiſſe aliquid ex Actis, ubi n.* 8 *dicitur Sanctus* Montem petiiſſe ad inſtar Eliæ Thesbitæ.

15 *Simili modo etiam alibi ſacra S. Sigiſmundi, aut uxoris, aut filorum oſſa videntur in honore eſſe, velut ſi integrum corpus foret. Ita Paulus Morigius in Sanctuario Eccleſiæ & diœceſis Mediolanenſis, & Vghellus in Præfatione ad Archiepiſcopos Mediolanenſes, ſcribunt, abſque ulteriore probatione, Mediolani in eccleſia Ambroſiana eſſe* corpus Sigiſmundi Regis & Martyris. *Ita Guilielmus de la Croix, in Serie Epiſcoporum Cadurcenſium ait, tempore Stephani primi Epiſcopi, qui ſeculo* XI *exeunte floruit, ibi* condita corpora Sigiſmundi Regis geminorumque filiorum. *Præterea Chriſtophorus Hartmannus, in Annalibus Eremi Deiparæ Matris monaſterii in Helvetia, aſſerit ad annum* MCCCLIII Carolum IV Imperatorem dimidiatum S. Sigiſmundi Burgundiæ Regis caput obtuliſſe: *quod negare nolim revera factum fuiſſe, cum is è Gallia rediret in Bohemiam: neque enim novum eſt capita dici, quibus pars bona deſit; nihil autem nos cogit credere, ipſum quod Pragæ eſt plane integrum eſſe. Denique obſervo quod* duo Sigemundi *apud Hermannum Crombachium inter Vrſulanæ Societatis Martyres pag.*653 *numerantur, forſan à poſteris ita appellati, cum eorum nomina laterent. Potuit interim ejuſmodi nominis, à Sigiſmundi nomine vix abludentis, inſtitutio, occaſionem alicubi dediſſe, quo de eorum corporibus pervenerat aliquid, ut de S. Sigiſmundi Regis corpore id eſſe cenſeretur.*

AUCTORE G. H.

Veneratio in Catalonia.

nomen Conſtantiæ fuiſſe dicitur

& caput haberi Pragæ.

Mediolani.

E

Cadurci.

& in Helvetia.

DE SANCTO BRIOCO

G. H.

EPISCOPO IN BRITANNIA ARMORICA.

SECULO V VEL VI.

BRiocum *ſive* urbs-S. Brioci *in ea parte Britanniæ Armoricæ, quæ vergit ad Oceanum Britannicum, inter* Maclovium *vulgo* S. Maló, & Trecorium *vulgo* Land-Triguier, *urbes ad Oceanum Epiſcopales ſitas,*

Cultus ut primi Patroni.

nomen debet S. Brioco, *qui iſtic Epiſcopus in monaſterio à ſe condito vixit ac mortuus eſt: & ſolenni veneratione ut primus Briocenſis diœceſis Patronus colitur prima die menſis Maji: in qua totum Officium Eccleſiaſticum recitatur de S. Brioco, & per Octavam continuatur, feſto SS. Philippi & Iacobi tranſlato in primam diem non impeditam feſto novem Lectionum. Eſt autem illud* Officium, Brioci anno MDCXXI

Vita ex Officio proprio.

excuſum, auctoritate Andreæ le Porc Epiſcopi Briocenſis; *qui* Lectiones proprias, *quas pro S. Brioci Vita damus, aſſerit* eaſdem in antiquiſſimis Breviariis haberi. Sed quoniam, *inquit*, non ea ſermonis erat puritas, quæ legentes non offenderet, recitantibuſque faſtidium non ingeneraret, quod erat inſolens & barbarum, germanæ Latinitati ſic reſtituere conati ſumus, ut & humilior non eſſet oratio, & ab Eccleſiæ lenitate non abeſſet. *Adjunxit hymnos, ſed ex ipſis Lectionibus delibatos, quos omittimus. Oratio autem propria talis eſt.* Beatiſſimi Confeſſoris tui atque Pontificis Brioci, quæſumus Domine, precibus adjuvemur: in cujus meritis ſemper es glorioſus & vehementer glorificandus.

Oratio.

2 *Eadem Acta S. Brioci edidit Gallice Albertus le Grand, in tractatu de Vitis Sanctorum Britanniæ Armoricæ, additis hinc inde nonnullis: citat præterea Breviarium Leonenſis diœceſis in eadem Britannia Armorica, in quæ aſſerit feſtum ejus celebrari* XXIX *Aprilis. Hinc forſan Sauſſajus tranſtulit ejus feſtum ad diem* XXX *Aprilis. Allegat idem Albertus Breviarium Coriſopitenſe; in quo tradit feſtum ejus celebrari die* II *Maji. Verum ad hanc diem primam Maji refertur ejus ſolennitas in antiquis MSS. Caſinenſi S. Benedicti & Romano Ducis Altempſii, item apud Molanum & alios. At feſtum Tranſlationis Reliquiarum ad propriam Eccleſiam agitur* XVIII *Octobris, ex dicto die in alium non impeditum tranſlato Officio S. Lucæ Euangeliſtæ: cujus Tranſlationis hiſtoriam ex jam dicto Briocenſi Breviario ſubnectimus: juxta quod, tempus vitæ colligi deberet ex tempore Sedis & mortis S. Germani Epiſcopi Pariſienſis, à quo litterarum & virtutum ſtudiis eruditus dicitur, eidemq; à parentibus oblatus, necdum annum ætatis decimum agens: & poſtea ab eodem in Sacerdotem*

Cultus 29 *& 30 Aprilis*

1 & 2 Maji

& 18 Octobris.

AUCTORE G. H.

dotem consecratus, non diu ante ejus obitum, qui contigit anno DLXXVI, *ut dicetur ad hujus Vitam* XXVIII *Maji. His admissis posset statui, S. Briocum circa annum* DL *aut paulo*

tempus vitæ

serius natum esse: & quia attigit nonagesimum ætatis annum, mortuum esse circa annum DCXL *aut etiam paulo serius.*

3 *Saussajus & alii nonnulli integro seculo seniorem faciunt S. Briocum, dum pro S. Germano Parisiensi substituunt Autissiodorensem, qui colitur* XVI *Iulii. Hinc suspicamur in Actis antiquis, quæ maluissemus genuino stylo, quantumvis barbaro, accepisse & dare, simpliciter nominari Germanum Episcopum. Ipsa Claromonte in Arvernis apud Carmelitas Discalceatos invenienda, indicaverat nobis olim Ludovicus Iacob Carmelita, etiam libris editis notus Parisiis. Dedit igitur operam ut ea inde nancisceremur R. P. Iosephus Ignatius à S. Antonio Carmelita Discalceatus ex Toparchis de Robec: sed responsum accepit,* adeo antiquato & detrito charactere scripta esse, ut à nullo legi possint, nisi pauca hinc inde verba, unde sensus nullus haberi queat: impossibilem proinde descriptionem censeri. *Interim veremur, ne pluribus post mortem Sancti seculis scripta, uti Armoricorum Sanctorum pleraque, multum habeant admixti furfuris, quod Officii auctor non secreverit, sed auxerit. Etenim placere non potest, quod S. Briocus parentibus idololatris natus dicatur, eosque cum sua* Corriticiana gente *deinde convertisse ad fidem Christianam. Britannia enim, quæ quidem Romanis subdita redactaq; in Provinciam, famoso illo*

B

uti net Acta, quibus male dicitur è gentilibus natus eos ad fidem convertisse,

muro dirimebatur à Pictis, erat tota Christiana tempore S. Germani Autissiodorensis, qui ad extirpandam Pelagianam hæresim illuc missus cum S. Lupo Trecensi, magnam ibidem reliquit sui nominis æstimationem; ut vel hoc fundamento Saussajus aliique videantur inducti ad S. Briocum illius disciplinæ adscribendum. Tempore autem S. Germani Parisiensis ingens quidem multitudo Saxonum ethnicorum effusa in insulam nova ibidem regna condiderat, quibus convertendis S. Augustinus & socii à S. Gregorio Papa missi utilem deinde impenderunt operam; sed Britones, qualis Brioci saltem pater erat, persistebant in avita fide, etsi eam fortasse aliqui inter barbaros remissius colerent.

4 *Quid igitur? Aliquam indagandæ veritatis ansam præbere videtur gentis nomen, ex qua natus Briocus fuisse dicitur: quamvis ipsum quoque non absque mendo sit scriptum.*

cum patrem saltem habuerit Britonem ex Cereticis vel Coretanis,

Cereticam *gentem in ea Britanniæ parte notunt omnes, quæ Hiberniæ objecta fidem Christianam semel acceptam semper retinuit, & Britonibus ceteris, Saxonum dominatu oppressis, perfugium præbuit:* Coretanos *etiam, seu* Coretavos *fuisse scimus Britanniæ populos sub Romanis, eamque tenuisse partem ubi deinde Merciorum fuit amplissimum regnum, ab oceano usque ad* Cereticos *extensum. Legimus deinde apud Westmonasterienses, ad annum Christi* DLXXXVI, *quod*

C

Archipræsules Theonus Londonienſis & Thadiocus Eboracenſis, cum omnes eccleſias ſibi ſubditas ſolotenus deſtructas vidiſſent... diffugerunt in Cambriam, *cujus pars Ceretica erat: exemplum vero secutos ex Clero & populo multos, adeoque ex Coretanis seu Coritavis qui erant Thadioco subjecti, dubium nullum est. His autem positis habemus fundamentum duplicis de ætate & natalibus S. Brioci conjecturæ.*

5 *Prima est, ut S. Germano Autissiodorensi in Britannia agenti & prædicanti, circa annum* CCCCXXIX, *fuerit à parentibus commendatus, ductusque in Galliam, & usque ad annum* DXX *vitam protogarit: & tunc potius inter Coretanos quam Cereticos natum crederem Briocum fuisse; quia labores & famam S. Germani ad hos usque pertigisse vix credo, cum nec Pelagianæ hæreseos virus illuc penetrarit, utpote incultiores & ceteris Britonibus barbaros magis, licet Christianos: quare nec de illis domandis soliciti postmodum fuere Saxones.*

fuerit autem vel S. Germani Autissiodorensis discipulus seculo 5,

Altera conjectura est ut exeunte sexto seculo Briocus floruerit, aut ex Cereticis natus in Cambria, nunc Wallia, aut ex Coretanis ibidem exulantibus: verosimilius tamen ex Coretanis, si verum est quod Albertus le Grand, forte ex antiquis Actis, dicit, Eldrudan *dictam S. Brioci matrem: hoc enim nomen Saxonicum est. Quidni enim Saxonica gentis mulier, & forsan adhuc ethnica,* Cerpo *(sic enim vocat Albertus) Britoni nupta, cum eodem Episcopum suum sequente, migrarit ad Cambros, ibique filium Briocum pepererit. Tunc vero*

D

vel in Hibernia sec. 6 sub aliquo S. Germano educatus, non Parisiis.

vixerit ille tempore S. Germani Parisiensis sed quia hic nihil cum Britonibus scitur habuisse commune, potius quâ illi credâ commendatum fuisse S. Briocum, putabo in vicinam Hiberniâ deportatum, communem tunc fere palæstram litterarum tam Britonibus quam Gallis, postquam illuc fidem intulerat S. Patricius; ubi plures Germani *seu potius* Gormani *floruerunt; quorum alicui puer datus in disciplinam, & adultior in patriam suam reversus, primum quidem inter consanguineos utiliter laborarit extructo ibidem cœnobio; deinde ad Armoricos trajecerit, quo tempore partem ibi aliquam Comes Rigual gubernabat; cujus ætas si aliunde innotesceret, certius aliquid de Brioco doceret.*

& adultior in patriam suam reversus.

6 *Ordini Benedictino ipsum Sanctum & condita ab eo monasteria adscribunt, Arnoldus Wion, Porganius, Menardus, Bucelinus in suis Martyrologiis, & Antonius Yepez in Chronico Benedictino ad annum* 556. *Verum Ioannes Mabillon, in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti quos refert ad primum seculum Benedictinum, maluit eum inter Prætermissos collocare, quod, ut ante præmonuerat, monasteria in Britannia Armorica, nondum passim Ordini essent subjecta. Ex dictis autem sequeretur ipso S. Benedicto, qui solum anno* CCCCLXXX *natus est, seniorem multo fuisse Briocum, si fuit Autissiodorensis Germani discipulus: si autem in Hibernia*

an Ordinis Benedictini.

E

posuit vitæ religiosæ tirocinia, & in Ceretica monasteria condidit; ejusdem illa extiterint disciplinæ, cujus alia ibidem à S. Davide Menevensi extructa: idemque censendum de Aremoricis monasteriis aliis, quotquot advecti è Cambria Britones ædificarunt.

7 *Censent Sanmarthani, circa annum* DCCCXLIV *in dicto S. Brioci monasterio, constitutam fuisse Sedem perpetuam Episcopalem per Nomengium, aliis Nomenoium Ducem horum Britonum: cui anno* DCCCLXII *mortuo successit filius ejus Herispogius, infra Tlispodius dictus, anno dein* DCCCLXVI *interfectus. Hujus tempore, ob infestationem Normannorum, corpus S. Brioci translatum fuit ad monasterium SS. Sergii & Bacchi, quod seculo Christi septimo prope urbem Andegavensem constructum etiamnum extat. In hoc monasterio solennis aliqua postmodum facta translatio ita describitur in charta ejusdem monasterii à Mabillono edita.* Henricus Rex Anglorum, & Dux Normannorũ & Aquitanorum, & Comes Andegavorum, omnibus sanctæ, Eccleſię Dei filiis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod anno ab Incarnatione Domini MCLXVI & regni noſtri X, pridie Kalendas Auguſti, Luna XXX, die Dominica, me præſente tranſlatum eſt corpus S. Brioci Confeſſoris Epiſcopi in eccleſia B. Sergii, quæ eſt Andegavis, & honorifice repoſitum in eadem eccleſia, officium præbente Guillelmo Andegavenſium Epiſcopo, aſſiſtentibus Guillelmo ejuſdem Eccleſiæ Abbate, Guillelmo B. Albini, Hugone S. Nicolai, Guillelmo B. Mauri Abbatibus, cum multo Cleri populique tripudio, Guillelmus Omnium Sanctorum Abbas huic Tranſlationi interfuit, & Conanus Comes Britannię. *Hæc ibi. De aliquibus S. Brioci reliquiis, anno* MCCX *ad propriam ejus Eccleſiam relatis, hiſtoria infra datur, ex ſupra citato Officio S. Brioci.*

Sedes Episcopalis Brioci stabilita.

Corpus ad Andegavos translatum.

Translatio ibidem facta an. 1166.

F

VITA

Ex Officio proprio Eccleſiæ S. Brioci.

1 BRiocus nobilis genere, ex gente *a* Corriticiana, non ſine alto Numinis conſilio, editus eſt. Ut enim futura viri ſanctitas ſigno portenderetur, apparet matri dormienti, nec minus erroris gentilitii quam noctis profundę tenebris involutę, è cæleſtibus ſpiritibus unus: qui eam de filio, quem Deo carum, divinis muneribus inſignę, Chriſtianę religionis fautorem & propugnatorem paritura erat, admonet; eam amplius jubens à vana idolorum religione maritum ſuum deterrere. Obſtupeſcit mater: quę ſibi ab Angelo credita commiſſaque fuerant ipſius beatiſſimi ſpiritus

a Prænuntiatur ab Angelo parentibus

A ritus juſſu viro ſuo exponit. Qui nocte ſubinde tertia ſolutus in ſomnum, Angelo ſibi eadem prænuntiante fruitur, ab eo nonnihil infidelitatis inſimulatus; quod ſuæ ſiquidem conjugi, quæ circa viſionem non ſemel audierat narranti, fidem non habuiſſet. Recedente itaque Angelo & diluculo illuceſcente, amicis ſuis quæ
b viderat cuncta narravit. Statim igitur idola *b* quę habebat univerſa comminuit, & pauperes dimidia bonorum ſuorum parte recreare cœpit.

per hoc converſis:

2 Tempore à natura conſtituto mater ſit puerpera. Infans cæleſti monitu Briocus nominatur, qui cæleſtem & vere Angelicam vitam inſtituit. Mirum quam maturis moribus ætate nondum matura extiterit, quã ſenilem animũ in juvenili corpore monſtrarit. Nam neq; cum coęvis ineptire, neq; nugas pueriles agere, ſed ad meliora feſtinare cernebatur. Cum autẽ annos, quibus ad bonas artes puerilis ætas informatur, attigiſſet; mater ejus, mandati quod prius ab Angelo acceperat memor, Briocum B. *c* Germano Pariſienſi Antiſtiti credere ſatagit erudiendum: ſed pater eum domi continere contendit: ne ſacris initiaretur, quem fortunarum ſuarum heredem relinquere optabat. Interim Angelus, quod divinæ voluntati ſuam opponeret, parentem arguit: & ut Germano filii ſui inſtitutore utatur, præcipit.

puer eximiæ virtutis,

traditur erudiendus S. Germano Ep. Pariſien.

c

B 3 Nulla mora, dantur puero comites, qui eum ad D. Epiſcopum deducant: cujus limina cum jam propius urgeret, adeſt Germanus qui Deo plenus, quis puer quo ex ſanguine & patria, quantũ in orbe Chriſtiano jubar, quam ſublimis ſacri Euangelii propalator foret, prædicit. Ecce autem dum Briocus ſanctum Antiſtitẽ ſalutat, & ad ejus pedes demiſſius inclinatur, albæ cujuſdã columbę ſpecies advolare, & ſacro Brioci vertici inſidere viſa eſt. Hoſpiti exinde recens accedenti congratulatus eſt ſanctiſſimus Pręſul, idem magiſter & hoſpes. Dici vero vix poteſt quã brevi tempore bonas artes, laboris improbitate & bonitate ingenii, puer Briocus adeptus ſit. Nec minus pietatis operibus quam optimis artibus invigilabat. Cum enim nondũ decimũ ętatis annum excederet, res ſuas, quantulącumq; eſſent, vel ad veſtes quibus corpus amiciebat, egenis diſtribuebat. In quibus illud celebre & ad memoriã inſigne, quod cum die quadã vaſculum hauſturus aquam deferret, occurrerunt quidam leproſi, eleemoſynã ab eo petentes: ille, intimo cordis dolęre ex hominũ miſeria commotus, urnã (cum nihil aliud haberet in promptu) leproſis dedit. Agitur idcirco Briocus reus apud Germanũ, tamquam rei ſuæ & monaſterii temerarius profuſor. Quid faciat pius adoleſcens in tam ancipiti rerũ anguſtia? Procumbit ad altare, fundit preces & lacrymas, interim vaſculũ ęneum mirę pulcritudinis videt divinitus allatum, quod magiſtro ſuo porrigit.

honoratur volatu albæ columbæ,

imbuitur doctrina & virtute,

leproſis donat vaſculum,

aliud divinitus accipit:

C

4 Acerrimos hominũ hoſtes aptiſſimis armis juvenis & ſtrenuus miles afflixit, carnẽ aſſiduis jejuniis, dęmonẽ crebris orationibus. Quapropter cũ aliquando quemdã probum & egregium juvenẽ horribili idolo & ſpectro improbus ſpiritus terrefeciſſet, necnon invaſiſſet; unus omniũ Briocus fudit belluã & liberavit adoleſcentẽ. Eodem tempore quidã juvenis, cui ſpina pedi infixa miros cruciatus infligebat, pręſentẽ Brioci opem efflagitavit, cui ſanitatẽ brevi oratione & aquę luſtralis aſperſione feliciter impetravit.

damonis technas eludit:

ſanat pridem ſpina læſum.

5 Agebat annos obeundo Sacerdotio maturos, cum duo ſacrorũ ordinũ candidati B. Germanũ Antiſtitem conveniunt, quorũ explorato captu tertium cum ipſis ordinat Briocũ. Affulget interea divinę benevolentię non vulgare argumentum: nam dum inauguratur Sacerdos, & ſacrę Pontificis manus ordinandorũ capitibus imponuntur, è ſummo tẽpli tholo columna ignea Brioci cervici inſtare viſa eſt. Divinus ille Spiritus, qui hanc famuli ſui ordinationẽ ſigno ſuo comprobat, ſimul intimo ſapientię lumine & inuſitato caritatis fervore pectus ejus cumulat. Quo fit ut poſt non multo monitus ab Angelo, iter in patriã, magiſtro valere juſſo, cum uno comite meditatus ſit, parentes alioq; nõ paucos Gentiliũ errore captos ad fidem Chriſti converſurus. Jam ad littus maris accedebat, cum navẽ ibi adverſa tempeſtate per ſeptem continuos dies remoratam, nautaſque mœſtos invenit, quos ſic amice conſolatus eſt: Confidite, amici, cras ſimul navigabimus, æquor, Deo dante, miteſcet.

conſecratus Sacerdos

columna ignea apparente.

ex MSS.

prædicit malaciam maris:

6 Altera die Briocus navẽ conſcendit, ſolvit portu vento ſecundo & tranquillo mari: verũ ecce delphines & ingentes belluę navẽ circumſtant, fluctus excitant, & exiliunt quaſi nautas voraturi. Pallent omnes, unus omniũ Briocus alios imperterritus confirmat, & precibus ſuis caterva immanem avertit. Fruuntur tandem optato littore, ex quo Briocus una cum comite lætus paternã domũ pervenit. Tunc vero parentes ejus lautum & opiparum conviviũ celebrabant, quod ſingulis quibuſque Januarii Kalendis conſueverant inſtruere. Agebantur per multos dies ludi profani, perſonabant ędes canticis, ducebantur choreę; in quibus dum inſolentius quidam exultaret perfringit ſibi femur, & luctuoſis clamoribus vociferatur. Inde campus Brioco aperitur impios & nefarios ritus Paganorũ objurgandi, & aſtantes omnes ad fidẽ, reddita ex tempore viro ſanitate, convertendi. Contigit eodẽ tempore ut puer quidã, canis rabidi morſu in furoręactus, linguã ſuam dilaniaret, cum alia ſibi aliiſq; nocendi prærepta eſſet occaſio. Ad Briocũ, cujus fama meritorũ jam late per provinciã invaleſcebat, adducitur, quem digito in os ejus inſerto ſedat & ſanat. His peractis, ſeptiduanoq; indicto jejunio, parentes ceterique Corriticiani vetus gentilitiũ abdicare, fidẽ amplecti, & doctrina fidei prę-
E miſſa baptiſmoq; ſuſcepto totos ſe Chriſto mancipare.

navigat in patriam:

ſanat femur fractum:

& morſum rabidi canis:

convertit multos.

7 Fide per univerſam provinciã propagata B. Briocus templa in honorẽ Dei & ſanctorũ locis opportunis curat ædificari: ipſe vero templũ in vaſta quadam ſolitudine conficit, ubi cum plurimis Religioſis diu noctuq; Deo deſervit. Hoc diabolus ægre ferens, modo terret operarios in fabricam templi incumbentes, eorumq; uni, dum ligna ſecat, pollicẽ pręſcindit, quem Briocus virtute divina reſtituit: modo ſanctum ipſum vultu horrendo verbiſque & clamoribus importunis aggreditur, quẽ tamen deſpicit & à ſe ſuiſque procul amandat. Urgebat aliquãdo fames univerſam provinciam: quapropter multi inedia compulſi confluunt in monaſteriũ: quos Briocus humaniter excipit, reficitq; panibus, quot in Fratrum alimoniam reſidui ſunt. F Verum Deus hanc eleemoſynam ubere annona & ad proximam fertilitatem ſufficiente compenſat.

templa conſtruit:

pollicem abſciſſum reſtituit:

in fame publica multos alit:

8 Nocte ſacra Pentecoſtes, cum forte poſt expletum officiũ in choro lenis ſopor eum invaſiſſet, admonitus fuit ab Angelo, ut minorẽ Britanniam peteret, novo pietatis & eruditionis ſuę lumine eam conſperſurus. Paruit Deo, & ductis ſecum centũ ſexaginta octo comitibus vela fecit: navis vero in medio curſu obſiſtente diabolo ſiſtitur, cujus conatus Briocus frangit. Rapitur deinde navis celeri fuga & in littore Armorico conditur. Ut terram tenuerunt, *d* locum monaſterio ſortiuntur, quod brevi Fratrũ piorumq; Armoricorũ opera conſurgit & perficitur. Interea peſtis ingens Corriticiam univerſam labefactabat, cui fugandæ accitur Briocus, cujus adventu purgatur aër lueſq; penitus extinguitur. Mox igitur ad Fratres ſuos reverſus reviſoq; monaſterio, quo patriã repetens exceſſerat, ad fidẽ & pietatẽ diſſeminandã alio ſedẽ mutat, & ad eam ſoli Armorici partem, quę poſtea de ejus nomine Briocenſis dicta eſt, cum octoginta quatuor viris appellit. Ibi Comitis *e* Rigualis liberalitate, primum oratorium in valle nemoroſa juxta fontẽ amœniſſimũ, non procul à flumine quod in portũ Ceſſoniũ influit, deinde monaſteriũ in ędibus ipſius Comitis ab eodẽ ſibi tũ ſanguinis tum reddite ſanitatis gratia conceſſis ædificavit.

Angeli monitu in Armoricam diſcedit.

d monaſterium condit:

peſtem pellit

e aliud monaſterium extruit.

AUCTORE G. H.

9 Floruit ibi Briocus Pontificali dignitate, floruit miraculis & insigni pietate. Itaq; post nonagesimum ætatis suæ annum, videns ultimũ sibi vitæ diẽ instare, Fratres universos convocat, quos piis & sapientibus verbis exhortatus est: tum indicto & servato ab omnibus sex dierum jejunio, sacris Ecclesię symbolis prę-munitus, migravit ad Dominum. Non citius autem excessit spiritus, quã corpus exanime domum totam suavissimo odore, per id temporis quo inhumatũ jacuit, complevit. Eo die Marcanus vir probus & religiosus se, Deo ita concedente, vidisse animã B. Brioci in cęlum, quasi columbã à quatuor Angelis, aquilarum speciẽ referentibus, evectã, testatus est. Eodem ipso die Simanus, vir etiã religiosus & S. Brioci discipulus, tunc Corriticianus incola, se per somnium scalam ad cęlum usq; productã, atq; per eam magistrum suum, prœuntibus & sequentibus Angelis, ascendentẽ vidisse retulit. Quapropter cum hac visione permotus in minorẽ Britanniã properaret, eique dæmon in puppi sub media nocte dormientĩ spiritũ præcludere vellet, ille nominato & invocato Brioco liberatus est. Multa sunt & illustria miracula, quæ Deus servi sui Brioci meritis, sive quis nomẽ ejus inclamaret, sive ad ejus tumulũ quis accederet, edidit. Hinc est quod multus honos ejusdẽ *f* corpori, in basilica SS. Sergii & Bacchi prope Andegavum collocato, in hodiernum usq; diem habitus sit.

pie moritur, visus in cælum ferri.

claret miraculis.

B

f

ANNOTATA.

a Corriticiana gens, *male in Hibernia ab aliquibus locata, pro* Coriticis *vel* Coretanis *Britonibus accipienda est.*

b *Patrem aut gentẽ S. Brioci fuisse idolis addictã nõ credimus.*

c *S. Germanus sedit Parisiis an.* 555 *aut sequenti usq; ad an.* 576 *quo mortuus; & colitur* 28 *Maji.*

d *Traditio est appulisse ad portũ* Trecorium, *ubi dein urbs Episcopalis* Trecora *seu* Trecorium *constructa est.*

e *Le Grand scribit hunc Comitẽ* Rigualem *primo obfuisse, verum morbo occupatum destitisse, & dein sanatum præstitisse favorem.*

f *Eo translatum inter annum* 862 *&* 866, *quo præerat Ylispodius Britanniæ, ut supra monuimus, & infra habetur.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

Anno 1210,

1 ANno supra millesimum ducentesimo decimo, Philippo Gallorũ Rege, & Petro in Episcopũ Briocensem cooptato, translatæ sunt Reliquiæ Beati Brioci in Ecclesiã suam Briocensem. Novũ Antistitẽ novus ardor incessit, piũ Parentẽ & Patronũ suę diœcesis religiose colendi. Quapropter vocato Fratrum suorũ Collegio, uno eorũ ore dicit corpus sanctissimi Prœsulis in Ecclesia SS. Sergii & Bacchi, in suburbio Andegavensi sita, conservari, nullumq; aliud B. Brioci monumentũ sibi relictũ fuisse, præter cymbalũ & insulã. Hoc audito pergit Rev. Pater Andegavũ, aliquid de sacris Reliquiis rogaturus. Sed ut in agendo prudentissimus erat, ne repulsam pateretur, prius Episcopum primoresq; Cleri Andegavensis supplex adit, ut Cœnobiarchã Cœnobitasq; SS. Sergii & Bacchi convenirent, favorẽ & opẽ quibus quisq; valebat adhibituri. Audiunt omnes: & venerabilẽ Episcopũ in Cœnobium deducunt. Adveniente itaq; crastino horaq; Capituli, ipse tanto lepore tantaq, urbanitate sermonem de divina Scriptura instituit, ut si vel majorem monasterii partem petiisset, volentes concessissent.

C

Petrus Episc. Briocensis

adit Episc. Andegavensem

D

deim Abbatem & monachos SS. Sergii & Bachii,

2 Finito sermone, Abbati primisq; monasterii Patribus mentẽ suam aperit Episcopus: adjiciens insuper quod si voto satisfeciissent, Briocensem Ecclesiam firmũ deinceps perpetuumq; fœdus cũ ipso monasterio percussurã, mutuas & auxiliares manus prębituram, & Abbatibus defunctis tamquã Episcopis suis justa persoluturã. Secedit interim Abbas, rationẽ cũ Fratribus initurus: agebatur enim dubie, veritus primũ ne iram Beatissimi Pontificis, corpus ejus integrum & tale tot seculis servatũ imminuendo, in seipsum provocaret: deinde indignum existimabat tanti Prœsulis voto non obsecundare. Re serio & mature cogitata, vox omniũ fuit, Pontificis animo satisfaciendũ: verum ne tumultus excitaretur in monasterio, placuit rẽ secreto peragere. Dum itaq; finito Matutino Fratres dormitoriũ petunt, Abbas Patresque rerum conscii, albis amicti, capsulã argenteã, sacrum pignus concludentẽ, è summo altari, prœsente Episcopo, deponunt; qua aurificis ingenio & labore aperta, suavissimus odor astantes perfudit. Tunc apparuit beatissimi Pontificis corpus cervino corio inclusum, ex quo venerandus Abbas brachium alterum, duas costas, & cervicis nonnihil detraxit deditq; Episcopo Briocensi. Reperta fuit etiã in eadẽ capsula tabula marmorea, in quam litteris aureis hæc incisa fuerant: Hic jacet Corpus Beatissimi Confessoris Brioci Episcopi Britanniæ, quod detulit ad basilicam istam, quæ tunc temporis erat capella sua, Ylispodius Rex Britannorum.

re serio prompsita & considerata,

è corpore S. Brioci

E

accipit brachium 2 costas & partem cervicis

3 Episcopus Petrus pretiosum munus in loculo decenti reponit; sacreq; sarcinulę studiosus, suum pignus apud Thesaurarium Andegavensem familiarem suum deponit. Mane autẽ facto, voti sui compos effectus, audita Missarum solennitate patriã cogitat, & se sancti depositi vigilantissimus custos ad iter accingit. Per id igitur temporis Andegavensis Antistes beatissimi Prœsulis Reliquias usq; ad portas urbis longo & eleganti totius Cleri ordine prosequitur. Cum autẽ de nocte Episcopus Petrus somnum caperet, astitit ei B. Briocus multa luce circumfusus, Cura, inquit, cura Fili mi, ut membra mea cum honore in mea Ecclesia recipiantur. Monitis sancti Prœsulis bonus Prœsul obtemperans, nuntios præmisit qui Clerum cunctumq; populum Briocensem paratos juberent, ut luce Divo Lucę sacrą sancti Patroni plebẽ suam visitantis Reliquias honorifice exciperent. Parantur universi occurritq; numerosa & lęta multitudo; atq; inter alios Comes Alanus, qui cum sacras Reliquias in Ecclesiã deferret, ac limẽ ejus pulsaret, ita exilire & moveri cœperunt intra loculum suum, ut certo constiterit, gratissimum esse beato Pontifici membra sua eum in locum afferri, quem vivus plurimum dilexerat.

cum solenni apparatu discedit,

F

& ad propriam eadem transfert 18 *Octobris.*

DE S. THEODVLPHO ABBATE

S. THEODERICI IN ORE MORVM MONTE.

G. H.

SUB FINEM SECULI VI.

Acta duplicia habentur ex Mss.

Acta S Theodulphi *duplicia habemus, alia ex codicibus Mss. monasteriorũ Bonifontis in diœcesi Remensi, & Clarimariſci prope Audomaropolim, atq; alio nostro, uti & ex quodam MS Reginæ Suecię, signato n.* 1456, *quæ omnia contulimus cũ editione Lucæ Acherii inter Acta Sanctorũ Ordinis Benedictini seculo primo, & Historia Ecclesiæ Remensis à Flodoardo conscripta: nam ex hisce Actis pleraq; inseruit lib.* 1 *cap.* 25 *Alia habemus Acta ex MS. aliquo nostro & aliis Mss. Trevirensis Carthusiæ & Nicolai Belforții. Fuerint ha prius multo copiosius conscripta, ex isq; aliantiana effoemata, quæ quia apud Lucã Acherii l. g: possunt omittin us, ante magno labore collata, & alia ut antiquiora sũ damus, forsan adhuc ex aliis plenioribus Actis decerpta. In Ms. Trevirẽsi annectebãtur ista quæ infra damus de S. Theodulpho Trevirensi, ab hoc Remensi plane alio: cum eo tamen hic conjungendo, ut diversitas illa clarius appareat.* *antiquiora dantur.*

2 *Floruit S. Theodulphus seculo sexto, & nonagenarius è vivis excessit: in juventute Clericatui adscriptus sub Ecclesiastica professione vixit, dein in monte Or, in monasterio S.* Theoderici, *vulgo* S. Thiery, *prope urbem Remensem monachus effectus est, sed num à S. Theoderico an ab ejus successore admissus, dubitatur. Mortuus est enim S. Theodericus circa an.* DXXXII, *ad sepulturã delatus à Rege Francorũ Austrasiorũ Theodorico sub S. Romano Episc. Remensi successore* S. Re-

Tempus vitæ & obitus.

A *S. Remigii: Sanctus vero Theodulphus, cum annis duobus supra viginti monachus terram coluisset, in Abbatem electus est, & in senectute magna jub finem dicti seculi videtur vita functus, hisce Kalendis Maji: quo die memoria ejus inscripta est MSS. Martyrologiis, Remensi Ecclesiæ SS. Timothei & Apollinaris, Trevirensi S. Maximini, Leodiensibus S Lamberti & S. Laurentii, Bruxellensi S. Gudilæ, his ubiq; verbis.* Remis depositio S. Theodulphi Presbyteri, *quæ eadem leguntur apud Grevenum & Molanum in Additionibus ad Vsuardum, item apud Galesinium, Canisium, Ferrarium, Wionem & alios. Menardus* Abbatem *appellat, uti etiam Saussajus: qui deinde dicit, quod* ob splendidiorem Apostolorum coronam, *id est propter festum SS. Philippi & Iacobi hunc diem sibi vindicans*, transitus *S. Theodulphi Remis* colitur die sequenti, *quo die plures de S. Theodulpho Trevirensi agunt. De monachatu ejus legatur Carolus le Cointe ad annum 533 num. 56. Interim ipsius monasterii Prior infra citandus asserit primum fuisse Adalberonem Archiepiscopum, qui istic Benedictinos collocarit, eoque manifesti erroris putat convictum Trithemium. Flodoardi tempore, Clerici ibi, non monachi erant.*

memoria in sacris Fastis.

Corpus in suo monasterio honoratur

B 3 *Primus quem legimus S. Theodulpho honoris aliquid detulisse, fuit Sonnatius Episcopus Remensis, qui an.* DCXXXVII *obiit, & testamento suo (quod Flodoardus lib. 2 cap. 5 exponit) legavit* argentum, ad sepulcrum Domni Theodulphi fabricandum vel exornandum. *Corpus tamen primum sub Adalberone Archiepiscopo fuisse de terra elevatum, adeoque decennio post mortem Flodoardi, habent quædam monasterii MSS. narrantia S. Theodorici elevationem. De hac suo tempore videbimus: de Theodulpho mox contrarium ex ipso Flodoardo parebit: interim quod ad honores eidem in ipso monasterio delatos attinet, doceri de iis potest aliquid ex Actis S. Rigoberti Remensis Archiepiscopi, datis* IV *Februarii, ubi ejusdem translatio describitur, & aliquoties mentio fit S. Theodulphi. Cum enim dictum esset, quomodo anno* DCCCLXIV *ad monasterium Theodorici delatum sit corpus S. Rigoberti ab Archi-*

ultra annum 864,

episcopo Hincmaro; dicuntur num. 7 tres candelæ unius quantitatis accensæ sub nomine S. Theoderici, S. Rigoberti, & S. Theodulphi. *At Hincmari successor* Fulco, anno Sedis primo, *Christi* DCCCLXXXII, in eccle-

dein Remis in S. Mariæ an. 882,

sia felicissimæ Mariæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis, decenter almos collocavit duos Christi Confessores, Theodulfum & Basolum hinc & inde, medium autem B. Rigobertum, *ita ibidem dicitur num.* 11 *& eadem transcribens Flodoardus lib. 2 cap.* 15, *sub finem addit:* Ecclesia S. Dionysii extra murum civitatis, Canonicorum Remensium studio sumptibusque restructa, ibidem, cum B. Theodulfi pignoribus, honorifice venerantur illata, *scilicet S. Rigoberti & aliorum ossa: quod ab Heriveo Archiepiscopo factum tradit idem Flodoardus lib. 4 cap. 13 his verbis*: Remis ecclesiam in honore S. Dionysii constructam consecravit; ubi &

C

in S. Dionysii anno 919.

membra Sanctorum, B. Rigoberti Episcopi & S. Theodulphi, servanda tradidit, *utique jam pridem elevata de terra, ut supra insinuavimus, & in portatili arca collocata.*

4 *Sedit Heriveus ab anno* DCCCC, *usque ad* XXII *secuti seculi* X, *cujus tempore* Hungari Gallias ingressi, cædibus, incendiis ac rapinis pene cuncta vastarunt, ipsumque monasterium S. Theoderici flammis exusserunt, *uti testatur Flodoardus lib. 1 cap. 26, in Chronico ad annum* DCCCCXIX. *Hac occasione est verosimile etiam ipsius S. Theodorici corpus illatum in urbem, & ad eamdem forte S. Dionysii ecclesiam, in quam Heriveus transtulerat SS. Rigobertum & Theodulphum. Interim Trevirense quoddam MS omnia confundens, S. Theodorici est Theodulphi corpora ipso eodem tempore dicit esse Treviros translata; & hu etiam paulo post eversis, latuisse, donec anno* MCXL *corpus S. Theodorici repertum proprio restitueretur loco ab Adalberone Archiepiscopo, anno autem* MCCXL *corpus S. Theodulphi inveniretur. Etenim uno eodemque tempore, ut ex Cantipratano constabit, inventum est Trevitis cujusdam S. Theodulphi cor-*

Treviris ipsum numquam fuit:

pus & fratris ejus Theodorici, & utrumque Treviris mansit: AUCTORE G. H. *sed diversum ab iis corporibus quæ Remis in honore erant. Manifeste autem se prodit falsitas figmenti, quo ei Treviros dicuntur translati; dum constat Treviros prius ac sæpius ab Hungaris vexatos quam Remos; hos vero nec captos ab iisdem fuisse; & nisi jam Remis fuisset corpus S. Theodulphi, ingruentibus hostibus eo ferendum fuisse; sicut tunc factum de corporibus SS. Basoli & Remigii scribit Flodoardus lib. 2 cap. 3 & lib 4 cap. 21. Simili figmento ex alio Trevirensi MS.* legitur apud Mediolanum (*imo* Mediolacum) sub quibusdam versibus, quod S. Liutwinus Præsul Trevirorum & Remensium, *idemque fundator Mediolacensis monasterii*, corpus S. Theodorici & S. Theodulphi in ecclesia S. Eucharii posuit: *obiit enim S. Luitvvinus, juxta Brovverum, anno* DCCXVIII, *quando sepulcra quidem in honore erant, sed necdum forte elevata corpora.*

5 *Accedit quod, ut annotat Mabillon,* anno DCCCCLXXVI, Lothario Rege præsente translatio *ex urbe ad monasterium celebrata, solenni ritu quotannis* XV *Aprilis cum officio* proprio hactenus commemoratur. Deinde vero, ob pestem anno MC ingruentem, una cum S. Theoderici Abbatis corpore per vicos circumpositos delatæ sunt reliquiæ S. Theodulphi, ac postmodum anno MDCXXIX, Annâ Austriacâ felicis memoriæ, Regis Christianissimi Ludovici XIV matre præsentiam suam dignanter exhibente, thecæ argenteæ includuntur, excepto capite quod anno MDCLVII in argentea effigie compositum est. *Hæc Mabillon, quibus similia invenio in epistola quadam, anno* MDCLV *data à Theodoriciani monasterii Priore R. D. Ioachimo le Contadi, ad quemdam ex Ordine Prædicatorum virum eruditum, Trevitis agentem: in qua addit, translationem novissimam factam esse ab Episcopo Cataulaunensi, scilicet Henrico Clausse, cum Remensis Archi-*

sed rursus in monasterio an. 976 & 1100.

E

nova theca inclusum an. 1629.

episcopus Gabriel à S. Maria, eo anno mortuus, aut in extremis ageret aut necdum successorem consecratum haberet; ad fuisse autem Athanasium Mongin, Visitatorem Congregationis S. Mauri per Franciæ Provinciam; & inventum esse corpus S. Theodulphi integrum, ossaque omnia suis quæque locis decenter composita, excepta carne quæ incinerata est reperta. *Deinde MS Legendarii parte 1 docet, quod* Abbas Ramboldus loculos duos novos, anno Christi millesimo centesimo, fieri fecit: in quibus eorumdem Sanctorum pignora sacra collocavit, *forte post pestem eorumdem circumlatione repressam, ex eleemosynis vicatim collatis.*

6 *In altero deinde ejusdem sui Legendarii tomo reperisse se ait idem Prior, quod,* cum in pago Catalauno ad Tessam, qui milliari uno distat à monasterio, lues inguinaria maximam hominum partem absumpsisset; F illi qui restabant Abbatem tunc Radulfum supplices accesserunt, & rogarunt, quatenus Sanctorum Theodorici & Theodulphi loculos processionaliter ad locum infectum & circumcirca perferri permitteret: quod cum factum fuisset, Sanctorum meritis & precibus omnis continuo morbus cessavit. Ex quo tempore in locis vicinis ad eosdem Sanctos populi devotio plurimum aucta fuit, ita ut pagi aliqui S. Theodulphum (Gallice Saint Thiou) in patronum singularem sibi delegerint. Sciendum quoque, in monasterio nostro, ab antiquissimo tempore usque in præsens, singulis annis, Paschæ die altera, processionem valde solennem institui, in qua feretrum ejusdem S. Theodulphi pientissime circumfertur, ad eamque maximum semper concursum fieri omnis generis hominum. *Hactenus ille, sed Gallice scribens: qui si ipsa Latina Legendarum verba nobis exhibuisset, in iisque Ramberti Abbatis nomen cum anno* MC *conjunctum; certius judicaremus erratum in Catalogo Abbatum apud Sammarthanos, ubi* Raimbaldus *an.* MLXX *rexisse, successisse an.* MLXXVIII Rogerius, *huic porro anno* MLXXVIII *Radulphum dicitur, & usq; ad* MCXII *vixisse. Quod si annum ex sua conjectura*

quod sub Abbate Radulfo sec. 13 luem inguinariam repressérat.

ad eciq

A *adjecit Prior, tutius erit existimare pestem anni* MC, *cujus meminit Mabillon, esse ipsam quæ à Priore vocatur inguinaria: & novas sub Raimberto capsas annis pluribus citius fuisse confectas.*

VITA

Ex vetustis MSS. Codicibus.

PROLOGUS.

Laudatur sanctissima Trinitas

1 BEatæ, benedictæ, glorioſæque Trinitatis natura una eſt, ſed ſine diſcretione; opus trium Perſonarum unius, & unius trium: Eccleſia quippe Catholica Patrem confitetur eſſe Deum, factorem cæli & terræ, viſibilium & inviſibilium; & Filium

1 Cor. 12. 11 eſſe Deum, per quem omnia facta ſunt; Spiritum ſanctum quoque eſſe Deum, de quo Apoſtolus, Omnia, inquit, operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. Et Pater in voce ſonuit, Filius in homine, Spiritus ſanctus in columba apparuit. Sed videſne quod natura unitatis communicat ſingulis indiſcrete omnia, & concordia trinitatis cooperatur in ſingulis propria? In officiis vero Eccleſiæ Spiritus ſanctus gratias dividit, Filius miniſtrat,

B Pater operatur: de quibus pauca dicenda ſunt ad evidentiam eorum quæ ſequuntur. Fides, ſpes, caritas, & ceteræ virtutes, gratiæ vocantur: quoniam fidelibus à Deo gratis dantur. Quarum quidem donum ſimplex eſt: quoniam non danti, ſed accipienti ſuffragatur. Effectus vero duplex; quoniam dum accipientes eas proximo miniſtrat, ejus ſalutem & augmentum ſuæ virtuti operatur. Earum dona perſonæ

1 Cor. 12, 4 Spiritus ſancti Apoſtolus apte attribuit, Diviſiones, inquiens, gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: nam Spiritus ſanctus ſpiritalitas & ſanctitas Patris & Filii eſt, & creatrix gubernatrixque omnium Trinitas, hominem condens, ſpiritalitate, id eſt, rationabilitate; & ſanctitate, id eſt, ſimilitudine ſua eum

1 Cor. 12, 5 inſignivit. Ipſe quoque Apoſtolus gratiarum miniſtrationes perſonæ Filii convenienter annotavit: Diviſiones, inquiens, miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. Nam filius hominis homo factus, miniſter circumciſionis, nec miniſtrari ſibi, ſed miniſtrare voluit. Et quoniam natura eſt patris ut filiis ſuis

1 Cor. 12, 6 benevolentiam impendat; conſequenter idem Apoſtolus, perſonæ Patris operationes adſcribit; Diviſiones, inquiens, operationum ſunt, idem vero Deus.

C Diſtribuit ergo chariſmata Spiritus ſanctus, miniſtrat

2 Cor. 5, 20 vero ea Filius per adjutores. Et item. Pro Chriſto legatione fungimur. Operatur autem ea Parer in nobis filiis, dum ex donis ad merita, ex meritis autem ad beatitudinem nos perducit. Indiſcreta tamen operatio Perſonis eſt, quibus identitas eſſentiæ invariabilis eſt.

ejus donis collaborant, qui Vitas Sanctorum edunt.

2 Cum ergo chariſmata virtutum proximis noſtris, adjutores Dei & Vicarii Chriſti, doctrina & operatione miniſtramus; profecto, ut ex donis ad meritorum augmenta proveniant, eos animamus. Cum vero vitam illorum, qui ex meritis beatitudine donati ſunt, ad excitandam fidem eorum ſcribimus, & ſcribentes laude attollimus; proculdubio ſalutare poculum, quo ſpiritali deſiderio inebrientur, illorum ori apponimus. Hujus autem ebrietatis lætitia tunc maxime in eis convaleſcit & innovatur, cum revoluto temporum curriculo, annua vel feſta dies, qua beatitudinem adepti ſunt, celebratur. Fit enim frequens concurſus ex devotione fidelium, reſonant choris alternantibus pſalmi & laudes hymnorum, recitantur Spiritus ſancti gratiæ; id eſt, virtutes, quas gratis diſtribuit Sanctis, ex menſura ſibi placita; & ex virtutibus, prout vult diſtributis, procedentia merita. Quibus omnibus hinc juſti proficiunt; hinc rei, nexibus peccatorum gravati, interventu ipſorum precantur à delictis abſolvi; orant alii ut ſanentur infirmi, genitorum vita continuetur, natorum ſoſpitas comitetur; temporum tranquillitas, pax diuturna rerumque neceſſariarum optata ſuccedat affluentia. Quoniam ergo ex chariſmatibus (ut dictum eſt) profluunt Sanctorum merita; ex meritis non modo beatitudo provenit, ſed & in vita eorum & in morte ſtupenda fiunt miracula. Quorum alia malinas *a* æquiparant *a* immenſitate, ledones alia numeroſitate, alia rivulis conveniunt parcitate, quæ ex ſcriptorum provenit negligentia vel raritate. Peritioribus ergo nautis alta relinquentes, rivulum ejus tranare cujus porticum incolimus, eodem mentium noſtrarũ [imbecillitatem] ſuſtentante, id eſt, pauca geſta & miracula ſcribere, ſatagemus: ut ad portum ejus, id eſt, beatitudinem, pervenire valeamus: cujus amatoribus ſtylus noſter, etſi incultus, importunus (ut reor) non erit, ſi modo vera narrare ſtuduerit. *b* *b*

D

ANNOTATA.

a *Ad Vitam S. Hermelandi 25 Martii num. 14 diximus ex Beda,* Omnes curſus maris in Ledones & Malinas, id eſt, minores & majores æſtus, dividi: *pleniorem rei explicationem ibi vide.*

E

b *Pleraque hujus Prologi in MS. Trevirenſi contracta, bona pars etiam omiſſa fuit.*

CAPUT I.

Prior pars vitæ, miracula ante dignitatem acceptam patrata.

S. Theodulphus in Aquitania nobili proſapia ortus. *a*

3 SIcut topographia docet, ſinus Aquitanicus à flumine Ligeri protenditur uſque ad Garumnam fluvium: ex quo ſinu, ſicuti à majoribus noſtris accepimus, ortus fuit vir Domini Theodulphus, ex orthodoxis orthodoxus. Qui ab ipſis cunabulis, ſecundum nomen ſuum *a*, Dei dulcedine perfuſus, & Dei dulcedini infuſus eſt: ut evidenter clareret, quod non fortuito, ſed divinitus, hoc vocabulum ſortitus ſit. Effulſit proſapia ſua, velut radius ſolis ab excelſis montibus, aulicorum Optimatum generoſitate, Præſulum dignitate, monachorum religioſa humilitate: cujus proſapiæ alteram partem, ſcilicet aulicorum procerum pompam, ut Sanctus poſthabuit; alteram imitatus eſt & moribus excoluit. Nam inter rudimenta pueritiæ ſtupendus erat geminus vigor mentis ejus, quo præduce honeſtati majorum ſuorum jam uniebatur, & litterarum ſcientia coætaneos ſuos præibat; & notandus erat greſſus corporis, index religionis, qua velut ex lineari ſucceſſione ingrediebatur. *b*

puer litteris imbuitur: F *b*

deinde in cœnobio Montis Or monachus,

4 Adoleſcentiam ingreſſus, pudicitiæ labem velut ictum ſcorpionis abhorrebat: ad quam tamen occaſio non minima offerebatur, ex natalium hereditaria dignitate, quam ephebus prudens jam frequentare cogebatur. Super quibus multum diuque cum deliberaſſet; tandem coma capitis depoſita, pompæ natalitiæ abrenuntiavit; & paludamento Curiæ abjecto, diſcipulus effectus eſt Eccleſiaſticæ profeſſionis.

5 Poſtquam parentibus orbatus eſt, facultatibus ſuis Chriſtum veſtivit; & affines cognatoſque poſtponens, de patria ſua, ut Abraham, exivit. Erat ea tempeſtate montis Or eccleſia, velut arbuſcula recens, plantata & inſerta gnari cultoris induſtria. Nempe B. Remigius, ex demonſtratione Angelica, plantaverat; integerrimus vero nivei pudoris cuſtos Theodericus, collateralis & coadjutor, eodem jubente, inſeverat. Hanc vir iſte ſanctus, ceteris quas per-

A peragrarat aptiorem ſibi judicans, *c* ingreſſus,humi-
c litatis habitu recepto,ſtuduit competens propoſitum aſſumere. Quoniam ergo extremæ dementiæ eſſe judicabat, monachum habitu, non actu, profiteri: voluit abjectiſſimę ſervituti ſubjugari, raſtro ſcilicet humum fodere,& vomere aratri terram proſcindere.
2 Theſſ.3, 10 Pſal.127, 2 Legerat ſiquidē Apoſtolum Theſſalonicenſibus intonantem, Qui non vult operari, nec manducet; nec minus illud Pſalmiſtæ,Labores manuum tuarum manducabis. Hac intentione flagranti Theodulpho, commiſit Pater cœnobii juvencos binos: cum quibus ipſe agriculturæ inſudavit bis undecim annos. Cujus duris laboribus, pro variis ſcilicet paſſionibus aëris & commotionibus temporum, rudemus annectere quiddam, geſtum divinitus & memoratu dignum. Placuit enim illi, cui nil impoſſibile eſt, iſto annorum ſpatio, juvencos ejus nec ætati ceſſiſſe, nec laſſitudine defeciſſe. Et quod non minus mireris, ipſe cum duobus iis, infatigabilis cum infatigabilibus, opus rurale exercebat, quod alius quilibet cum quatuor vel ſex ſive octo perficere vix valebat. Denique adeo intentus erat labori, ut, cum paulum aratro indulgeret mora fugæ neſcia, *d* raſtro manuum inſiſteret. Quodque non minus eſt ſtupendum, cum diem totum intenſus labori continuaſſet; & veſpertinus ab agro rediret, pſalmis & hymnis inſiſtebat ſolicitudine non remiſſiori: adeo ut frequenter unam,frequētius duas inſōnes noctes ultroneo labori adderet.

terram colit annos 22.

d

B *noctes ducit vigil in ſtatione.*

6 Interea mundus quidem, qui ſemper ſiniſtrum arbitratur quicquid dextre accidit, iſta hominis non ſani capitis eſſe judicabat; cum his potius agricolis dominari ille ex progenitorum uſu debuiſſet. Nonnulli tamen quibus mens ſanior, quoſque peccatoris non movebat manus nec pes ſuperbię,ejus reverentię deferebant. Quorum diverſorum judiciorum divinus tandem intuitus,quæ veriora eſſent, inopinato indicio comprobavit. Nam die quadam,cum ex agricolarum conſuetudine à loro boves ſolviſſet, ac tempus eſſet domum redeundi; inter cœnobium & villam Melfigiam,incubuit neceſſitas aratri corrigendi. Ob hoc, depoſita quam collo ferebat ſarcina ruralium utenſilium, ſtimuloque ſpineo terrę infixo, qui annorum multorum intervallo exaruerat, prout oportuit,agricola ſanctus aratri correctioni opportune incubuit. A qua ſurgens,domum expetivit, ſtimuli ſpinei forte,imo divinitus, immemor, quem ſolo infixerat. Mira res! Idem ſtimulus,ſub eadem nocte,altis terrę viſceribus radicem infigit, gemmis turget, foliis dilatatur. Voluuntur tempora, & eadem ſpina exerecſcit: redduntur anni,& robore ſuo invaleſcit,factumque circumquaque innoteſcit. Tabeſcit ſuper hoc hoſtis antiquus invidiâ, qui ſede ſua Protoplaſtum privavit per vetitam arborem; & nunc viatorem quemlibet mittit, cujus ſecuri ſuccidit ſpinam comantem. Sed ut parens propter guſtum amiſit paradiſum; ſic ille cum ultimo ſecuris ictu oculorum perdidit viſum. Ecce lampas pridem contempta apud cogitationes divitum, candelabro imponitur: & qui laboris ejus utilitatem,ut locuſtæ Ægypti,corroſerant; nunc tumore cordis ſubmoto, virum Dei extollunt & humilitati ejus optant conformari.

ejus ſtimulus terræ fixus aſſurgit in arborem,

cujus exciſor factus eſt cæcus.

C

7 Inter hęc,dum ſpina comans & annoſa necdum ruiſſet ſuceiſa, laborum viri Dei annus viceſimus ſecundus volvebatur: cum ecce Montis Or Eccleſia ſuo Paſtore viduatur. Is reverentiſſimo Patri Theoderico ſucceſſerat,& ei de quo ſcribimus præceptor acceſſerat. Quo mediis excedente, clerus, monachi, & plebs univerſa concurrunt, & quem ſpina dignum teſtabatur,loco regiminis inthronizant. Quaſi enim tiro rudis recenter erueretur ſeculo,priore ab mundo converſione arctiorem ſumit,& jam prioribus laboribus ruris duriores clauſtri inſueſcit curas; omnibus

Conſtituitur Abbas,

ſubditos exercitat ſuo exemplo:

prędicans prącepta ſalutis,convertenſque eos qui de- ex Mss.
viaverant per anfractus lubricę carnis,& revocans ac reducens ad viam paſcuæ paradiſi ſemper florentis. Erat namque quietis impatiens,& ſicut ad opera manuum indefeſſus extiterat,ita ſe in divinis exercens,in nullis ſibi parcebat. Nam in oratorio ſuo, mox ut horarum audiebatur ſignum, Fratribus exoccupatis occurrentibus, occurrebat una & laudes concelebrabat: ſed ut duplex eſſet meritum,quaſi nihil ante ſolviſſet,eadem indefeſſus vota iterabat. Fabrificaverat namque Eccleſiam *e* in honorem S. Hilarii Confeſſoris Chriſti: in qua duplicabat curſum officii ſui & laboris. Quod ſi quis pertæſus laborum ejus, protuliſſet illud illius notiſſimi auctoris dictum,

tenſum horarium bis legit:

e

Quod caret alterna requie durabile non eſt;

ſibi parcentium ethnicorum remiſſioni conſuluiſſe teſtabatur. Si vero illud alterius.

------Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus ------

ſuæ intentioni competere dicebat.

8 Dum autem clam mundo cuncta ageret,non aliter quam ut ſoli Deo placeret intendens; Deo tamen non aliter placuit,niſi ut cultorē ſuum mundo palam faceret,antequam ęterna ei tribueret. Eo enim curam Paſtoralē ſortito,& ideo ab agricultura ceſſante; villā Colobroſam incolentes,aratrū ejus ſuſtulerunt, & in Eccleſia ſua ſuſpenderunt; & donec vorax flamma, impellente inimico,eamdē Eccleſiā concremavit,ibidem ſuſpenſum religionē eorum augmentavit. Nam quiſquis dolorē dentium patiens ex eo aſſulā prędiciſſet,ac per eam de loco doloris ſanguinis quantumlibet parum fluere feciſſet, extemplo ſanitatē conſequebatur: quod beatiſſimi viri meritis fieri nulli dubium videbatur. Hęc autē beneficia,non modo audita; verum & à noſtrūm quamplurimis ſunt viſu approbata, & ab iis qui ſanabantur promulgata. Ceterum Melfigienſes combuſti aratri irreparabile damnum primo viſceraliter doluerunt; deinde loco ligni, invidia diaboli exciſi,domum ædificant; & victorioſæ *f* Crucis ſignum in ea figunt & ei dedicant.

ejus aratrum dentium doloribus medetur.

E

cujus amiſſi loco Crux erigitur.

f

Membra ſui capitis apodixim ſic imitantur,
Excidio ligni dum per lignum medicantur.

ANNOTATA.

a *Seculi ſui ſtylum etymologia hæc ſapit; quando in uſu erat ſingulas ſyllabas proprii nominis captare,ad ſignificationem fingendam quæ placuiſſet, uti hic fit, diviſo ſic nomine,* Theo-dul-fus. *Interim ipſum totum ac vere Teutonicum, ex* Theod *&* Hulf, *interpretatur* Auxilium populi, *ſeu* Populi auxiliator: *quod non vacat pluribus probare.*

b *In MS. Trevirenſi iſta ſimilitudo interponitur:* Sicut F
plerumque nonnullos mortalium naturaliter pugiles videmus aut curſores,& antequam exteriori diſciplina imbuantur cauſidicos vel cantores; ita iſte priusquam plenę formaretur ætatis robore, vel qua imbuebatur litterarum ſcientia,coætaneos ſuos præibat naturę ſuę ingenti induſtria.

c *Idem MS.* Ingreſſus eſt,& regię ſecularis penitus oblitus, dignitatem natalis ſui humilitate deſpexit,& ultimę ſervitutis famulatui ibidem ſe ſubjugavit, raſtro humum fodiens, & aratro arva ſcindens.

d *Apparet* raſtrum *hic ſumi pro ea aratri parte, quæ manu prehenſa aratori pro gubernaculo eſt:* Stivam *Varro & alii Latini ſcriptores vocant: iidem vero* raſtrum *proprie appellant dentatum ad glebas frangendas inſtrumentum, cujus uſus eſt poſtquam eſt aratro proſciſſa humus.*

e *Extat etiamnum illa eccleſia, vici S. Theoderici paræcialis, S. Hilario ſacra, inquit Mabillon.*

f Crucem *fuiſſe* lapideam *& adhuc conſpici; aſſerit Mabillon: ſed verſus hi indicant fuiſſe* ligneam. *Forte, in loco exciſæ arboris, de qua ſupra, erecta Crux lapidea perſeverat: nam hæc intra eccleſiam, loco aratri, poſita eſt, & pridem videtur periiſſe.*

ex MSS.

CAPUT II.

Miracula à Sancto Abbate patrata : pius excessus è vita.

9 ANte fores basilicæ, quam idem Sanctus in honorem S. Hilarii fundaverat, puteus est montem incolentibus valde necessarius, cujus altitudinem pedum centum esse perhibent. *a* Animal grunniens dum discurrit juxta, in hunc ruit; illo nimirum agente, qui ruinæ princeps est. Conturbati montani accurrunt, Sanctum Dei cum suis accersunt, & quid facto opus sit discutiunt. Quid tamen agerent? semul illapsum adhuc transnans, aquarum violentia paulo post absorbendum, non erat facile revocari; & eo absorpto atque corrupto, fontem suum dolebant inquinari. Hac difficultate pius Pastor permotus, asylum petit, extra quod nemo securus est: asylum dicimus Dei auxilium, quo nos tutari debemus, quando deest hominum. Res miranda! Extendit manus, oculos cælo inserit; volat justi oratio, ictu oculi ocior; valet oratio, omni gladio ancipiti penetrabilior. Nam citius dicto, aqua profundi excrescens, summas putei oras supergreditur; & animal illæsum ante pedes Sancti famulante unda reducitur. Monachi vero in stuporem versi, gratias egerunt Deo, qui tantam gratiam contulerat suo fidelissimo servo.

a *Porcum in puteum lapsum oratione recipit;*

B

10 Quodam die, non longum à Monasterio iter agens, reperit agricolam, suum jus transcendentem, & publicum iter aratro proscindentem. Quare justitiæ cultor, quod erat veritatis reticere nolens, Injuste, inquit, ô homo, quod juris tui non est, sed plurimorum, tuis usibus deputas. Dixit, & quo intenderat, gressum inflexit: sed obstinationem cupiditatis non emollivit verbo, assertor veritatis. Expletis pro quibus abierat, regreditur: & eadem via ingrediens, aratorem negligentem & inobedientem reperit. Surdum auditorem sanctus vir increpat: & propius astans, manuque sancta caput rustici attingens, per illud obtestatur, ne publicum iter arandi ulterius ei cupido subrepat. Manu vero ejus à capite viri semota, pars tacta instar lanæ candens apparuit, & tali canitie insignitus est quamdiu mediis interfuit. O virum plenum Deo: qui decalvare hominem noluit, sed signo facti hujus insignivit! ut appareret causa ejus inobedientiæ non modo illi, sed & successuræ ipsi familiæ. Nam eadem parte capitis qua canuit, successio ejus tota canere visa est, quamdiu ex ea quisquam supererat, vel superfuit.

arantem viam publicam manet frustra,

& tactu suo capillos ejus albos efficit.

C

11 Juvenis quidam, dum negotio suo intentus nemus pertransiret; ibi, ut assolet frequenter fieri, ramus arboris oculum ejus percussit. Nulla ex hinc dabatur requies misero super miserabilis punctionis dolore, nec spes erat de visus recuperatione: donec unum arbitratus est sibi fore remedium, si pro se oraturi hujus sanctissimi viri adiret cœnobium. Venientem ad se clementissimi cordis lenitate Pater excepit & consolatur: ac qualiter possent tortiones ejus annullari, torquendo seipsum meditatur. Ex divina ergo inspiratione, docet eum venerationi Sanctorum insistere, loculos eorum inquirere, & coram eis orationum libamina offerre, altaria deosculari, & cetera devotionis munera explere. Non segnis ille auditor, loculis Sanctorum & velaminibus altarium saucium oculum involvebat, & Christi servus interim pro eo orationi insistebat. Ut aurem faciem lacrymis perfusam levavit à pavimento; juvenis oculus curatus est momento eodem, fugato totius doloris impedimento. Qui ut dignum erat, Deo gratias in suo famulo referebat, & cum gaudio ad propria reversus est.

altero oculo cæcum sanat:

D

12 Cœpit interea Sanctus idem prophetiæ spiritu insigniri; Super quo cum suis temporibus plurima dederit indicia, ex iis unum apponimus. Austrasiorum primores, negotiis regni exigentibus, Francorum Regi miserunt legationem; qua functus est quidam non extremus eorum, quem vocabant Offonem. Is ea tempestate confidebat in virtute sua, & in divitiis suis gloriabatur. Ingressus itaque cœnobium viri Dei, patrocinia Sanctorum, altaria singula circumiens, expetebat. Tune vir sanctus labore vigiliisque confectum *b* corpus quantulacumque somni requie forte recreabat. Ille vero Austrasiorum causidicus bile conteritur; typoque superbiæ ignitus limat *c* circumstantes, indignans quasi Abbas præcurrere debuisset sibi occurrendo. Itaque amaro animo discedebat in Sanctum Dei, convitia evomens, & se illi facturum multa mala comminans, prout ira consulebat. Indigne abeunti cumulus igneus additur: puer enim occurrit, & intimat potentissimum equum ejus mortuum esse tam subito, ut nemo quivisset subvenire. Nuntiantur hæc Abbati: qui statim ad barbarum hominem properat accedere, & cum irato blanda quæque solito more profari, animos efferos mitigare, convenientia famulari. Ad orationem invitat, monet spem in Deo ponere, super equo non turbari, sed cum beato Job datorem omnium Deum laudando gaudere. Basilicam Christi Confessoris Hilarii subintrant simul (jam enim Sanctorum ceterorum pignora lustraverat) ac redeuntes medio itinere fixæ Cruci genua flectunt, & dant orationem. Cum ecce, Spiritu sancto suggerente, vultu verso ad barbarum necdum super damno suo sedatum, sic ait; Noli turbari; quoniam super equi tui, ante fores oratorii stantis, incolumitate debes potius gratulari. Si, ut dispposueras, furibundo animo discessisses; equi cadavere nobis invitis residuo, emolumentum nullum reliquisses.

b

c *Legatum ira commotum*

E *blando allo-quio mitigat:*

13 Non adhibet dictis fidem Austrasius; præsertim cum toto corpore turgidum equum & mortuum viderit ipse idem, licet jam magnificare incipiat gratiam comitis sui. Cum ecce nuntius occurrit, vix eloquens præ gaudio miraculi, & prophetiam unius probat, alterius fidem firmat. Sic legatus, Theutonici furoris exuta immanitate, animi corporisque gestu condigne humiliatus, Audieram, inquit, te præcipuum cultorem Christi ideoque veni ut cognoscerem, & orationibus tuis me commendarem: nunc autem oculis intueor, vix media ex parte facta tua mihi fuisse intimata. Cui beatus ille. Non ascribas, inquit, meæ pusillitati: sed age gratias divinæ largitati, & Sanctos venerare qui tibi possunt auxiliari. His & hujusmodi monitis instruxit hominem, & abire permisit benedictione confirmans, & perseverare in bonis exoptans. Liquet igitur hunc beatum virum prophetiæ spiritu claruisse, qui nullo adhuc sciente, equum vivere prænuntiavit. Liquet etiam quantæ pietatis fuerit, qui ne Austrasius ille inconsultus rediret, animal extinctum tacitis precibus absens vitæ reddiderit. Cum gaudio ille ad propria properavit, & monasterio viri Dei multa bona contulit.

& equum ante mortuum eidem sanum sistit.

P

14 Nunc sufficiat nobis hæc dixisse, ultima de primis, minima de maximis, succincta de profusis. Nam præter hæc, ô quot & quanti, febribus sive languoribus variis detenti, ejus interventu plenissimâ receperunt sospitatem! Ille solus novit, qui præstat fidelibus suis ea juste petere, quę ipse nullius indigens, vult eis pro indigentibus annuere. Huic igitur

febribus & aliis morbis medetur.

memo-

A memorabili viro, ætate jam nonagenario, pedetentim excreverat cum ætate claritudo eximia meritorum. Ut enim erat insignitus canitie, hilaris facie, jucundus aspectu; ita in corde gestabat simplicitatem columbæ, prudens in verbis, eloquio comptus, caritate diffusus, in eleëmosynis largus, contemptor seculi glorioſus, omni morum honestate redimitus. Inter ceteras quoque ejus virtutes illud summopere est laude dignum, quod nullo ignito jaculo hostis acrius infestantis, nullo febrium dolore, nulla corporis lassitudine, nullo rerum ingruentium casu conciderit, nulla anima molestia motus fuerit, neque vel modicum ab oratione vel meditatione spiritum relaxaverit.

nonagenarius omni virtute claret,

& indefessus in servitio Dei,

15 Cum autem placuisset Deo, jam senio detentum, ut diximus, pro laboribus suis remunerare; subito artuum & medullarum dolore, febriumque calore vehementer æstuare cœpit. Interea revelante spiritu totius sanctificationis & consolationis, meruit præscire diem suæ vocationis. Super quo vehementi gaudio animatus, ingreditur sanctuarium, conventu Fratrum solennia hymnorum matutinalium celebrante. Ubi corpus debilitatum terræ proſtravit, preces intimas continuavit: animam, quam ex revelatione sanctorum Præsulum cognoverat maturius ergastulo carnis esse solvendam, benigne eisdem commendavit. Inde, aurora noctis tenebras fugante, cellam repetit, aliquot Fratribus eum comitantibus,

febri corripitur,

B

proſtratus humi orat;

& imbecilla membra non sine gemitu sustentantibus. Ipse autem duplici gaudio agebatur super duplici consolatione, altera scilicet revelationis, altera in revelato sibi transitu subventionis. Nam sacrosancta loca Sanctorum, quasi ultimum valefaciens visitaverat, quos affore præstituto exitui ad sui munimem impetraverat.

16 Cumque gaudii hujus affectio cordis ejus arcula volueretur, & volventi suæ resolutionis hora jam immineret; Fratribus astantibus pacem imperans & offerens; oculos cum manibus ad cælum levavit; & sanctissimam animam, mundi naufragiis ereptam, Deo conditori lætus repræsentavit: & sic Paradisi amœnitas animam sociavit beatorum cætui Spirituum. O verè terque quaterque beatus, qui in valle plorationis meruit præscire tempus, quo à morte mundanæ captivitatis transitum faceret ad vitam æternæ felicitatis! Felix & vere sapiens, qui seipsum cum suis terrenis contempsit; & quos ferret in gaudio præmiorum, in lacrymis laborum manipulos seminavit, fructuque centuplicato Dominica horrea cumulavit. Qui athleta Dei, cum ob hoc omne vitæ suæ spatium occupasset laboribus, Kalendis Maji oriente sole migravit ad Dominum, confectus senio & repletus odore bonorum operum.

EX MSS.

lætus moritur

1 *Maji.*

17 Illius ergo officiosi sedulique agamus memoriam, ut nostris delictis apud Deum imploret veniam. Mediator enim Dei & hominum, qui nobis talem Patronum instituit, piis ejus precibus placandus est; ne gehennæ cruciandos tradat, quos sanguine suo redemit, & salubri fonte abluit: quin potius pellat pœnas, quas ex culpis contraximus; & gaudia restituat, quæ peccando amisimus: quod annuat ipse Dominus universorum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

invocatur à scriptore.

E

ANNOTATA.

a *MS. Trevirense*, porcas.

b *Idem MS.* Cum vir beatus contemplationi vitæ inhæreret, & eidem non occurreret, *& reliqua hujus numeri valde succincte indicantur, in eodem MS.*

c Limare, *est, limis sive obliquis oculis aspicere. Hinc* collimare.

D S. THEODVLPHO PRESBYTERO,

TREVIRIS AD MOSELLAM.

D. P.

SEC. VII

Corpus integrum à nobis in altari visum,

ANno MDCLXVIII *Treviros profecti, inter alia quæ ibidem lustravimus Sanctuaria, etiam ad ecclesiam Fratrum Prædicatorum deducti, vidimus etiam in arca, specularibus vitris cum valvæ removebantur tralucenti, supra altare quoddam elevata, hujus Sancti corpus; carne, exucca quidem, sed integra venerabile; cui, preter brachium unum & caput, nihil deerat. Brachium nostro Belgio communicatum dicebatur, caput ibidem haberi argenteæ inclusum hermæ: ita tamen ut cranii vertex, resciſſus & argento ornatus, usum præberet poculi, unde sumpta aqua, in nomine ipsius Sancti benedicta, febribus aliisque morbis frequenter medebatur. Addebant iidem Patres, secunda hujus mensis die, quoniam prima Apostolorum festo impediretur, cultum apud sese fuisse hunc Sanctum, usque dum oportuit eodem die colere S. Antoninum Episcopum, Officio per totum Ordinem recepto: tunc vero instituisse Fratres & in Capitulo generali Romæ anno* MDCXII *etiam impetrasse, ut S. Theodulphi festum cum Officio prævenire, &* XXVIII *Aprilis possem celebrare. Officii autem lectiones ostendebant, quales infra describam, ea fere tantum parte probandas, quæ desumpta ex Cantipratano est, vel miracula continet postmodum facta. Ipse autem Cantipratanus lib.* 2 *de Apibus cap.*53 *num.*2 *sic scribit.*

C

2 Vidimus & corpus cujusdam Sancti, quod annis ferme sexcentis integraliter manserat incorruptum: qua autem occasione hoc viderim, breviter enarrabo. In urbe Germaniæ Treverensi, totius Europæ antiquissima civitate, structura quædam mirabilis erat, quæ Helenæ Constantini matris

cujus inventionem describit qui præsens fuit Cantipratanus,

palatium dicebatur. Hoc ne ab inimicis præoccuparetur in præjudicium civitatis, à civibus est destructum. In cujus latere, à parte Aquilonari, oratorium parvum inventum est, in quo altare ex alabastro candidissimum erat, & in latere dextero sepulcrum: hęc vero scriptura super sepulcrum in pariete legebatur: SANCTE THEODULPHE NOSTRI PETIMUS MISERERE. Ad sepulcrum igitur civibus pariter adunatis, vocati sunt Fratres Prædicatores, & ego casualiter superveni. Depoſito autem lapide, corpus invenimus incorruptum; & apto schemate, ad cooperiendum naturæ secreta, manus super verenda demissas. De permissione vero civium, manum ejus dexteram, quam in sacrificio corporis Christi vivens extenderat, mox abscidi, & in Lovanium Fratribus Prædicatoribus dedi. Hujus reliquias capillorum & unguium, in antiquissimo monasterio jam dictæ civitatis, quod Horreum dicimus, cum superscriptione veteri & aliis Reliquiis Sanctorum inveni.

F

& translatum ait ad eadem Prædicatorum

3 De hoc beatissimo viro & fratre ejus Theoderico, qui in alia parte structuræ prędictæ incineratus inventus est, fama antiquissima ferebatur, fuisse ambos filios sororis cujusdam Imperatoris Romanorum; quorum B. Theodulphus adhuc puer, jussu avunculi filiam Regis Britannię desponsaverat. Cumque adolescens factus, spe gratioris vitæ, sponsam nollet accipere in uxorem, sed virgo in perpetuum remanere; Cæsar indignatione permotus illum de patria expulit. Qui Treverim veniens & habitum monachalem suscipiens, quasi in arctissimo specu, in

credi autem Nepotem unius Imperatoris Romani,

AUCTORE D. P.

loco, quem diximus, ſe recluſit. Erat autem & lectus ejus lapideus & cum cervicali lapideo, juxta oratorium, quod prædixi. Hunc vero ſecutus creditur frater ejus, vitamque beatam in eodem loco duxiſſe. Decreto autem & conſilio civitatis, ſacrum corpus in eccleſiam Fratrum Prædicatorum tranſlatum eſt, & retro altare digna veneratione locatum. Revolvi autem poſtea Chronicam temporum, & de his duobus Fratribus ſcriptum reperi, quod ſub Chlodovæo Rege Francorum hi viri beatiſſimi floruerunt. Credo autem, ſalvo meliori judicio, digne quidem B. Theodulphum, pro ſigno incorruptę virginitatis in carne, incorruptionis gloriam etiam in corpore ſuſcepiſſe.

qui nuptias fugiens cum fratre Theoderico vixerit ſolitarius.

Inventio illa adſcribitur anno 1240

4 *Hæc ut puto antiquior certiorque notitia eſt, quæ de hoc ſancto haberi poteſt: ejus autem corpus inventum eſſe* anno MCCXL Idibus Martii *habetur in Trevirenſi Carthuſianorum MS. mox citando: ad quem annum, inventionis prædictæ Browerus meminit. Erat tunc Trevirorum Archiepiſcopus Theodericus* II, *& diœceſis in metu, propter inquietum Walerami Lutzelburgii ingenium, Trevirenſibus numquam conſtanter pacati. Ceterum quia non niſi obſcura valde notitia habebatur hujus Sancti, manſit apud Prædicatores abſque honore per annos fere centum; quando allata Treviros hiſtoria S. Theodulphi, ejus qui Remis* I *Maji obierat, credita eſt hujus eſſe ſancti: ipſeque à Fratribus, inflictas ſibi ob neglectum ſacri corporis pœnas agnoſcentibus, in majori honore cœpit haberi, miraculiſque clareſcere: quæ mox ex prædicto Carthuſienſium MS. dabimus.*

poſt hanc reperta vita S. Theodulphi Remen.

B

occaſionem dedit longe alia ſentiendi de Trevirenſi:

5 *Quod autem Hiſtoria jam memorata Remenſis, non hujus Theodulphi fuerit, probat hoc, quod dixi, MS. ubi poſt ſupra relatam Vitam, narratur qua ratione Hungaris Gallias vaſtantibus ac Remorum urbi imminentibus, viro cuidam pio apparens S. Theodulphus, præceperit ſuum corpus inde auferre: quod ille, una cum S. Theodorici Abbatis corpore, deportarit Treviros; quibus non multo poſt etiam incenſis, ignota manſerint ſacra pignora, donec anno* MCXL *inveniretur corpus S. Theoderici, & ab Adalberone Trevirorum Archiepiſcopo reſtitueretur ſuæ ſedi; anno autem centeſimo poſt revelaretur corpus S. Theodulphi, ut dictum. Sed hæc omnia per conjecturam fingi, fundatam in falſa identitatis hypotheſi, perſuadet auctoritas Cantipratani, longe diverſa ex ſinceriori Trevirenſium traditione narrantis. Cui etiam circa tunc pariter inventos Theoderici cineres tamquam oculato teſti, fidem habentes, parum movemur ejuſdem MS. verbis, aſſerentis anno* MCXL *inventum ab Adalberone Epiſcopo corpus S. Theoderici, & ſuo loco, id eſt monaſterio prope Remos, fuiſſe reſtitutum. Imo nec admittendum putamus quod de Remenſi Theoderico ac Theodulpho ſcribit Browerus, à Luituino Epiſcopo eorum corpora allata Treviros. Sed hoc iterum poterit examinari ad diem S. Theoderico Abbati natalem* I *Iulii: nunc ſatis eſt utroſque, nominibus eoſdem, diverſos perſonis oſtendiſſe.*

& duos etiam Theodericos confundendi.

C

Sacellum in quo repertum corpus,

6 *Idem Browerus lib.* 15 *num.* 167 *aſſerit, id, quod Palatium Helenæ appellat Cantipratanus, fuiſſe* quadripartitam veteris basilicæ molem, quæ portam Albam aperiebat ex adverſum amphitheatri: *quod autem* in ejus boreali latere ſtabat oratorium, olim ab Arnoldo Præpoſito Majore, Egelberti & Brunonis temporibus, *id eſt intra annum* MLXXVII *&* MCXXIV, ſanctæ Crucis honori extructum fuiſſe. *Quo eodem tempore credere poſſumus, in utroque latere collocatas arcas illas, in quibus Cantipratano præſente contigit S. Theodulphi corpus, & Theoderici cineres inveniri: & eadem occaſione fieri potuit, ut Horreenſibus ſanctimonialibus obvenirent Reliquiæ capillorum & unguium, præ reverentia miraculoſæ integritatis in dicta tranſlatione refectorum.*

ſuadet illud elevatum fuiſſe circa an. 1100

Quid ſi Theodulphus Ataulphi Gothorum R. ex Galla Placidiæ filius fuerit?

7 *Quod ad ipſorum genus attinet, non uſque adeo mira nobis videntur, quæ habet de eo Cantipratanus. Scimus enim Gallam Placidiam, Honorii Imperatoris ſororẽ ac Valentiniani junioris poſtea Imperatoris matrem, ab Ataulpho Gothorum Rege, una cum urbe captam abductamque anno* CCCCXI, *& pro uxore habitam fuiſſe, donec is anno* CCCCXIV *ab ipſiſmet Gothis Barcinone occideretur una cum ſex filiis.* D *Quidni autem ex hoc matrimonio nati fuerint filii, quibus ob propter matris Cæſareæ reverentiam tenellamque ætatem parcitum ſit ab iis, qui pacem cum Romanis ambiebant, eamdemque mox impetrarunt reſtituentes fratri Imperatori ſororem ſuam. Certe* Theodulphi *ac* Theoderici *nomina Gothica ſunt: & congruum fuit ut fructus ventrem ſequeretur, matrem filii: quorum tamen in Auguſta hiſtoria nulla fiat mentio, quia nullam Romanæ Reipublicæ partem attigerunt, in primo adoleſcentiæ flore ſubmoti ab oculis; fortaſis etiam, quod nati eſſent ex barbaro patre, captiva matre, huic ipſi, injuriæ memori, cum jam eſſet Auguſta, parum amati, nec multum æſtimati in aula.*

8 *Eodem anno, quo Romam cum ſorore amiſſam dolebat Honorius; exercitus ejus, in Britannia victor, eidem reſtituit poſſeſſionem inſulæ, in qua per annos aliquot Conſtantinus cum filio ſuo Conſtante, a ſeditioſo milite Imperator proclamatus, tyrannidem obtinuerat. Hujus filia aliqua, ad Cæſareum gynæceum adducta, potuit progreſſu temporis, ob commiſerationem fortunæ paternæ, Theodulpho puero, ſimilem in patre fortunam paſſo, deſponſari. Quid quod Britanniæ pars, quæ necdum à Romanis erat redacta in provinciam, ſuos adhuc haberet Regulos; cum quibus credibile eſt non ſemper bella, ſed aliquando fœdera fuiſſe, quæ potuerint firmari etiã obſidibus filiabus & affinitatibus contrahendis, ad quas idoneus erat præ aliis Theodulphus, barbaris* E *æque ac pater adnumeratus. Qui ut ad Chlodovæi uſque tempora perveniſſet, non debuiſſet ſeptuagenario major fuiſſe. Verum exiſtimo Chronicas illas, quas conſuluit Cantipratanus, non admodum magnæ auctoritatis fuiſſe, fortaſis nec de hoc Theodulpho intelligendas. Similiter* annos ferme ſexcentos, *quibus corpus à morte manſerit incorruptum, ex modeſti conjectatoris arbitrio potius definitos, quam ulla certa chronologia: nam ab ætate Chlodovæi uſque ad ſeculum* XIII, *ſecula fluxerant integra ſeptem.*

eique deſponſa filia Conſtantini Britanniæ tyranni?

unde dictus ſub Clodovæo floruiſſe?

9 *Vt ut ſit, habetur & colitur Treviris S. Theodulphus aliquis, à Remenſi diverſus: cujus tamen, quia ignorabatur natalis dies ſumptus ab altero eſt dies primus Maji; & hoc impedito dies* II. *Itaque in MS. Florario Sanctorum, in quo primo die relatus fuerat Theodulphus Remenſis, cum memoria manus Lovanium tranſlatæ, propter errorem prænotatum; poſtridie, tamquam de altero, legitur,* Treviris S. Theodulphi Confeſſoris. *Molanus eum appellat* Presbyterum & Monachum: *& in habitu monaſtico nunc Treviris pingitur. Sed non arbitror id alio fundamento fieri, quam quo cum Remenſi eum confudit Trithemius lib.* 3 *de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, & alii pridie Kalendas Martii, quando Treviris inventum corpus dicunt, relati inter Prætermiſſos ad iſtum diem. Martyrologium Coloniæ & Lubecæ excuſum anno* 1490 *ſimili modo habet ſecundo Maji* Treviris natale S. Theodulphi Monachi & Confeſſoris, *& additur* Nepotis Caroli Magni Imperatoris: *quod videtur excogitatum, occaſione* Romani Imperatoris, *cujus meminit Cantipratanus; hunc enim apud Francos Teutoneſve, potius quam apud Latinos Græcoſve, quærendum eſſe, perſuadebat nominis barbari ratio: quare neque Grevenus neque Caniſius eum titulum omittendum putarunt.*

nomen faſtis inſcriptum, 2 Maji

& 30 Apr. non ſine errore aliquo.

F

10 *Raizzius in Hieroſazophylacio Belgico pag.* 192, *meminit manus adhuc apud Lovanienſes Prædicatores ſervatæ. Libuit ergo etiam nunc quærere, an ibi adhuc, & quo ſtatu eſſet: reſponſumque eſt, ab eo qui ſpectatum ivit* P. *Iacobo Mols Societatis noſtræ, in hæc verba:* Eſt illa incluſa argenteæ thecæ per modum remonſtrantiæ, ut vocant: in cujus medio vitrum rotundum ipſam erectam & undique ſpectabilem exhibet, cum inſcriptione, rubricatis litteris vetuſtis exarata, S. THEODULPHI EPI. Eſt autem prorſus integra, ſed contractior & ſubnigra exuccaque: apparent tamen clariſſime & diſtinguuntur articuli & ungues omnes, ſed admodum teretes & delicati: rimis etiam nonnullis hiat cutis, non tamen tantis ut ullo modo forma manus obſcuretur.

Manus Lovanii

retur. Hujus tam notabilis reliquiæ cauſa feſtum agit Conventus annue cum Officio proprio novem lectionum: aſt, quod mireris, tamquam de Confeſſore non Pontifice, cum inſcriptio clare Epiſcopum notet. *Ita ille admirationem ſuam, ubi Cantipratanum legerit conſcripturus in temeritatem ejus, qui titulum* Epiſcopi *ſine fundamento adjecit. Officium ex conventu Trevirenſi accepimus: cujus duæ Lectiones pro die feſto ad* II *Maji, nunc* XXVIII *Aprilis, ſunt de S. Theodulpho Abbate: tertia quoque de eodem incipit: ſed mox tranſit ad inventionem ex Cantipratano: ex quo deinde, pro* XV *Martii feſto Tranſlationis, ſub ritu item duplicis agendo, Lectio* IV, V *&* VI *integre ſumuntur; alia autem tres, pro* III *Nocturno, ex ſequenti Hiſtoria uſque ad num.* 4. *Lovanii ſolus dies feſtus ſive natalis recolitur, ſed in* XXVIII *Aprilis tranſlatus, ex communicatione privilegii Trevirenſibus conceſſi, facta anno* MDCXL *a Magiſtro generali Ordinis Nicolao Rodulpho, ad interceſſionem Provincialis Capituli apud Gandavenſes celebrati.*

Officium pro 2 Maji & 25 Martii.

HISTORIA MIRACULORUM

Ex MS. Carthuſiæ Trevirenſis.

B 1 TRanſlato corpore B. Theodolphi ad eccleſiam Prædicatorum, & in capſellâ ligneâ collocato, nulla tunc miracula ſuæ ſanctitati teſtimonium præbuiſſe [dicuntur]. Quapropter Fratres loci nullam reverentiam ei habuerunt, tum quod Legendam ipſius minime, tum quod feſtum ipſius in Martyrologiis Sanctorum non invenerunt. Propter quod multi ex eis populo pro deriſo oſtenderunt. Diverſi tamen ex eis maximis plagis ſunt percuſſi, quos ad præſens prætermitto: quidam autem ex eis, qui ejus Sacratiſſimum corpus retro *a* altare Sancti Joannis amovit, hydropicus ac phthiſicus, nec non & morbo S. Antonii circa lumbos exuſtus, in brevi vita privatus eſt.

Abſque cultu ſervatum corpus

a

An. 1333 2 Anno vero Domini MCCCXXXIII quidam Frater, miſſus de Virduno Treviris, quoddam Antiphonarium antiquiſſimum ſecum attulit, in quo hiſtoria S. Theodulphi continebatur. Quam quidem Fratres perſcrutantes, & miracula ibidem ſcripta attendentes, & Divinam ultionem timentes, eum ad digniorem locum collocare diſpoſuerunt. Conſulto autem ſuper his Priore domus, corpus ſacrum ad capellam B. Gregorii ad tempus poſuerunt; ut auxilium ibidem pro tumba præparanda à fidelibus in ſeptimana pœnoſa poſtularent. Cumque à peregrinis auxilium implorarent, & miracula ipſius, quæ ex hiſtoria *b* colligere poterant prædicarent; ac eũ eumdem eſſe propalarent; cœpit continuo clarere miraculis glorioſis, quorum aliqua breviter pertranſibimus.

defertur ad ſacellum S. Gregorii,

C *b*

3 Quædam peregrina, habens maximam inflaturam in collo, quæ in tantum invaluit, ut duobus diebus vix ſpirare valeret; veniens ad capſam S. Theodulphi, in momento curata eſt. Quidam etiam multo tempore jacens paralyticus in *c* Braymbach, eidem Sancto voto facto ſanatus eſt. Quemdam virum, inſaniam patientem, ad priſtinum ſenſum revocavit. Quamdam mulierem, capitis vertiginem patientem, voto emiſſo, vermis rubeus unius palmæ de cerebro per nares egrediens [dimiſit, & ipſa] mirabiliter curata eſt. Quemdam hydropicum in Waltraco à portis mortis revocavit. Cuidam etiam mulieri, quatuordecim fiſtulas in collo & in pectore habenti, beneficium ſanitatis præſtitit. Multos inſuper pueros ſqualentes ac ſibi oblatos, incolumes parentibus reddidit. Quemdam puerum prope S. Paulinum *d*, monſtruoſe contractum, à parentibus voto facto in momento conſolidavit. Inſuper & infinitos

Curantur inflatura colli,

c

& plures alii morbi,

d

febricitantes curavit. Surdis multis auditum præbuit: aliis, quotidie devote ipſum implorantibus, auxilium præſtare non deſiſtit. Per omnia Benedictus Deus, qui ſic ſanctum ſuum mirificavit. EX MS.

4 Cum autem quotidiè S. Theodulphus miraculis clareret, quidam Fratres, non ingrati beneficiis Sancti Dei, ad laudem ipſius ea, cum devotione, prædicare cœperunt. Quædam Begina hoc audiens, obſtomachans ad conſedentes dixit: Fratres noſtri neſciunt modo alia prędicare, quam de ſancto ipſorum. Vix verba finierat, & ecce mox invaſit eam febris acutiſſima: in ſe autem reverſa, ad eum quantocius adiit, & veniam poſtulans de commiſſo, incolumis ad propria remeavit. Quidam in Treviri vixit, porta S. Joannis, nomine Thylmannus de Welm: [hic] cum febribus continuis detineretur, una cum uxore ſua & filia, audiens ſanctum Dei clarere miraculis, vovit ſe eidem cum devotione. Mirandum ſpectaculum! Vix voto commiſſo, ipſe cum uxore ſua & filia incolumis effectus eſt. Quidam Sacerdos in *e* Confluentia, Wernerus nomine, cum quartana per ſexaginta ſeptimanas detineretur, audiens S. Theodolphum clarere miraculis, vovit ſe eumdem viſitaturum: mox voto facto reliquit eum febris continue: qui ſtatim ad Sanctum Dei properavit, & quæ ſibi acciderant, ibidem revelavit.

obſtrepens punitur & ſanatur:

cum aliis febricitantibus:

e

E

5 Non ſilentio prætereundum eſt, quod cum idem Sacerdos poſt hæc totaliter cæcus efficeretur, S. Theodolphum, ut prius, precibus adiit, & viſum totaliter accepit: quod miraculum per ſe ipſum in Confluentia in publica prædicatione incolumis retulit. Quædam vetula nonagenaria, prope vicum S. Remigii, cum per triennium ex annoſitate viſu caruiſſet, deducta in feſto B. Theodolphi ad tumbam ipſius, continuo clare videre meruit: quod omnibus qui aderant innotuit. Quemdam etiam puerum cæcum in Waltraco, Jacobum nomine, cum à matre ad tumbam S. Theodulphi cum lacrymis oblatus fuiſſet, continuo illi viſum reſtituit.

cæci illuminantur;

6 Quidam ruſticus, volens depravare miracula S. Theodolphi, in furiam tantam raptus eſt, quod ſe ipſum manibus & dentibus dilaniaſſet, niſi à ſuis funibus vinctus fuiſſet. Cumque per triduum continue vexaretur, amici ipſius Sanctum Dei precibus adierunt. Quo facto ad priſtinum ſenſum rediit. Qui ſtatim ad Sanctum Dei veniens, & quæ ſibi aciderant & cicatrices funium in manibus & pedibus ibidem oſtendens, incolumis ad propria remeavit. Quidam etiam ſcholaris comatus, detrahens S. Theodolpho, cum de nocte ſe ſopori lætus dediſſet, apparuit ei per viſum Sanctus Dei; & eum per capillos trahens, cum evigilaſſet, invenit ſe totaliter decaluatum. In ſe autem reverſus, ad Sanctum Dei cum lacrymis cucurrit; & veniam poſtulans de commiſſo, accipienſque de aqua, in qua intinctæ fuerant Reliquiæ ipſius, & caput cum eadem abluens, ſtatim ei recreverunt capilli, ac ſi cum novacula raſus fuiſſet: quæ poſtea in publica prædicatione in area Fratrum omnibus ibidem exiſtentibus propalavit.

obganniens punitur inſania,

F

alius caluitie.

7 Cum quidam Fratres eſſent Prædicaturi . . . ſuper Suram in Steinheim prope Ẽpternacum *f*, accidit ut quædam mulier, ad cujus domum declinaverant, haberet filium ethicum *g*, & totaliter ita conſumptum, quod cutis ſuper oſſa obducta videretur, ſolo ſpiritu in pectore palpitante. Ea ad inſtinctum Fratrum Prædicatorum, in craſtino ſummo mane, puerum humeris ad S. Theodolphum detulit, & eum ſuper ipſius tumbam Sancti cum lacrymis poſuit: quę cum ibidem auxilium imploraſſet, ac de aqua, in qua intinctæ fuerant Reliquiæ S. Theodolphi, ori ejus infudiſſet; puer ſtatim ad ſe rediit, & eum incolumem cum gaudio ad propria reportavit. Quędam puella,

f g

curantur, lethalis morbus,

EX MS. nomine Margareta, filia cujuſdam fullonis extra portam *h* Simeonis, cum haberet gingivam ſuperiorem fœtidam, & corruptam, ac vermibus putridis defluentem; cum à matre S. Theodulpho oblata fuiſſet, in momento cecidit ei ex ore ſuo illa corruptio, & gingiva cum dentibus miraculoſe apparuit, ſanitate integraliter percepta.

h

gingiva fœtida,

8 Cum lues inguinaria populum apud Welſpillige proſterneret, quædam mulier ibidem, Catharina nomine, habuit filium fere ad extrema deductum, qui etiam duobus diebus jacuerat tam debilis, quod non gutta aquæ per ejus guttur deſcendere poterat. Quæ audiens S. Theodulphum clarere miraculis, vovit ſe pro filio ipſius tumbam cum oblationibus viſitaturam, ſi filio ſuo adeſſe dignaretur. Vix verba finierat; ecce filius incolumis ſurrexit, & eadem die in admiratione omnium aratro laboravit. Quidam juvenis in Brupach prope Trevirem, cum quartana detineretur continue per triennium, nec ullorum medicorum auxilio poſſet relevari; audiens S. Theodulphum clarere miraculis, fecit ſe deduci ad tumbam ipſius: cumque ſe ſub tumba orationi dediſſet, & de aqua qua intinctæ fuerant Reliquiæ Sancti, cum devotione ſumpſiſſet: ſurrexit incolumis, ita ut nec veſtigia remanerent in eo priſtinæ infirmitatis.

lues inguinaria,

quartana triennalis,

B 9 Cum adhuc S. Theodulphus minime in reverentia haberetur, & corpus ſuum ſuper presbyterium ſtaret; quidam ruſticus tranſiens, & audiens ibidem ſtare corpus incorruptum, aſcendit ad capſam; & eam aperiens, Sanctum Dei cum pedibus extrahere ad ſpectandum nitebatur: ſtatimque incidit in tremorē omnium membrorum, ita ut manus ad ſe retrahere non valeret, ſed per brachia ſe ſuſtentans pendebat immobilis. Cumque diu cruciaretur, dixit: Si ſanctus Dei es quicumque, ignoſce quæſo quod ignoranter feci: & promitto tibi omni anno te viſitaturum. Cumque votum compleviſſet, reſtitutus eſt priſtinæ ſanitati. Quidam inſuper peregrinus, in ſeptimana pœnoſa aſtans ad tumbam S. Theodulphi, per cancellos manus intromiſit, tangens ſacrum corpus. Mox coram omnibus paralyſi percuſſus, permanſit immobiliter ſtans: qui votū in corde ſancto Dei fecit quod loqui nequierat, quod ſi dignaretur eum curare, quamdiu ſupereſſet, omni anno cum oblationibus eum viſitaret; cujus ſuſpiria Sanctus Dei de alto proſpexit, & eum ſanitati priſtinæ integraliter reſtituit.

ſanantur ob irreverentiam puniti, alius tremore,

alius paralyſi,

10 Cum quidam Fratres pariter cœnarent, & de miraculis S. Theodulphi ad invicem conferrent; unus ex iis cœpit ea annullare. Cumque poſt horam ſic ſediſſent, cœpit eidem lingua intumeſcere, ac puſtulis nigris ſuperexcreſcere, ac loquelam totaliter amittere. Qui conſiderans quod, quia miraculis Sancti Dei detraxiſſet, loquela privatus eſſet; ad terram cecidit cum lacrymis, & veniam à S. Theodulpho implorans, ſtatim incolumis ſurrexit: qui in craſtino Miſſam in honore Sancti Dei celebravit, & poſtea in ſermone Fratrum quæ ſibi acciderant omnibus manifeſtavit. Multi inſuper qui miracula S. Theodulphi depravare præſumpſerunt, diverſimode periêre. Nam alii ſquallentes effecti, alii febribus detenti, alii paralyſi diſſoluti, alii morbo caduco percuſſi, alii ſubitanea morte prę̃venti, manifeſte perceperunt condigna quæ deliquerant loquendo perverſa.

alius loquela amiſſa,

C

alii aliis morbis.

11 Multi etiam, qui corpus ſacrum in reverentia habuerunt, larga ab ipſo beneficia perceperunt. Inter alia compertum eſt, quod numquam aliquis illorum niſi devotiſſime ab hac luce ſubtractus ſit. Quidam autem Frater fuit antiquus & bonus, qui eum ſemper in reverentia habuit, ita ut numquam quamdiu poterat & intererat, ſacrum corpus illotis manibus tractari permiſit; & poſtea Fratres conſideraverunt, quando Legendam Sancti Dei perlegerunt, quod eadem die eademque hora, qua S. Theodulphus, lætus cœlum tranſiit, ſcilicet Kalendis Maji *i* idem Frater feliciter in Domino obdormivit. Quidam puer in *k* Stocheim, cum diris inteſtinorum cruciatibus multo tempore quateretur, ita ut omnes qui ſecum in domo erant ac vicinos per lamentabiles clamores quieſcere non ſineret; parentes ejus, audientes S. Theodulphum noviter clarere miraculis, ejus auxilium implorabant. Iiſdemque votum patrantibus, puer ſtatim incolumis eſt effectus. Cuidam etiam alii puero, Baldewino nomine, in *l* Pelling eamdem infirmitatem patienti, beneficium ſanctitatis præſtitit.

D *i* *k* *Curantur inteſtinorum cruciatus.* *l*

12 Quædam nobilis Domina in Comitatu Luxenburgenſi, dum quemdam partum edidiſſet deformem & aſpectu hominis totaliter immunem, & anxia præ dolore, quid facere deberet ignoraret; admonita eſt à quadam muliere ut auxilium S. Theodulphi imploraret, quod Deus multis miraculis illuſtraſſet: quod ſtatim facere non diſtulit. Quæ dum votum perfeciſſet, ad ſpectaculum omnium qui ibidem aderant, in momento forma venuſtiſſimi pueri in eo apparuit: ita ut non veſtigium deformitatis priſtinæ in eo remanſerit. Hoc miraculum matertera pueri, monialis exiſtens in *m* Boferdia, duobus Fratribus Prædicatoribus cum gratiarum actione retulit. Quidam in Kurret, retro Sanctum Maximinum, cum haberet quamdam hereditatem pro annuali penſione à Dominis de Summo *n* in Treviri, & cum illa hereditate privare eum niterentur; ad diem ſtatutum ipſe una cum uxore, cum omnes noti ejus à longe ſtarent, ad S. Theodulphum tamquam ad propitiatorium inclinata cervice properavit, ac ipſius cauſam devotiſſime eidem comendavit. Cumque ad Dominos cum tremore & timore amiſſionis hereditatis perveniſſet, contra ſpem omnium quibus innotuit cauſa, pacati recepti ſunt, ac hereditate perpetuo ab iiſdem firmiter per litteras ſunt ſtabiliti.

deformitas faciei, *m* *hæreditas ſtabilitur.* E *n*

13 Quidam juvenis juxta Berren-Kaſtel *o*, cum nimio dolore capitis cruciaretur, parentes ejus audientes S. Theodulphum clarere miraculis, miſerunt pro aqua, in qua intinctæ fuerant Reliquiæ ipſius. Cumque puer de ipſa aqua parum ſumpſiſſet. & capiti ſuo de ea aliquantulum infudiſſet; ſtatim exierunt per ejus aures tres vermes hirſuti, & ſic reſtitutus eſt integraliter priſtinæ ſanitati. Quidā alius puer in Witligh *p*, cum morbo cancri in facie torqueretur, ita ut pars naſi ac ſuperior pars labii corroſa appareret, & quaſi larvata facies videretur; Sacerdos loci, Nicolaus nomine, cum Treviris perveniſſet, compatiens puero, tulit ſecum de aqua, in qua intinctæ fuerant Reliquiæ S. Theodulphi, & faciem pueri cum eadem aqua devote abluit. Quo facto, ſtatim puer convaluit, ſanitate integraliter percepta.

o *Aqua reliquiis ſacrata tollitur dolor capitis,* *p* *& morbus cancri.* F

14 Cum multi homines in Palatiolo *q* Moſellam navigio tranſirent, & jam ad medium fluminis perveniſſent, quidam equus è navi exiens, præcipitem ſe dedit in fluvium. Cumque diu in aqua fuiſſet, & jam ſubmergi cœpiſſet; ei non ſuccurrere valentes, implorabant omnes divinum auxilium ac diverſorum Sanctorum. Cumque ſic minime profeciſſent; quidam Fratres Prædicatores, in navi exiſtentes, dixerunt ad illos: Invocate S. Theodulphum cum devotione. Qui cum altis vocibus hoc feciſſent, ſtatim equus de aqua exilivit, & ante eos ad littus incolumis pervenit. Cum quidam carnifex *r*, prope murum Judæorum, intolerabili dolore dentium torqueretur, & ex nimia paſſione inſanire videretur; uxor ejus ad S. Theodulphum properavit, & pro marito ſuo auxilium ab eo irremediabilibus lacrymis imploravit. Cumque Miſſam in honore ipſius celebrare feciſſet, & ad domum revertiſſet; invenit maritum ſuum incolumem omni dolore penitus ſedato.

q *equus à ſubmerſione liberatur.* *r* *Curantur dolor dentium,*

Sancto devotus eadem die & hora moritur.

Quædam

A Quędam mulier in Lyvę, cum auditu per ſeptennium totaliter privata fuiſſet, audiens S. Theodulphum *ſurditas,* clarere miraculis, ab eo auxilium continuo implora-vit. Quo facto ſtatim per merita Sancti Dei audire integraliter promeruit.

15 Quidam Heymzo candelarius, commorans in Treveri in vico S. Theoderici *s*, habuit quemdam puerum, qui totaliter privatus fuit viſu ſuo, ita quod *cæcitas,* oculos ſuos aperire nullatenus potuit : ſuper quo ipſe, una cum uxore ſua matre pueri, multum dolentes, puerum cum magna devotione & multis lacrymis ex voto facto ad S. Theodulphum portaverunt; auxilium ab ipſo ſuppliciter poſtulantes, ut puero ſuo viſus meritis ſuæ ſanctitatis redderetur, & oculi ſibi clauſi aperirentur. Mox ut puer, coram pluribus fide dignis, tactus eſt de Reliquiis ipſius Sancti & lotus de aqua ſancta, viſum clarum recepit, & oculi ſibi pulchre ſunt aperti ſine omni læſione & dolore.

16 Puer quidam, ad S. Paulinum extra muros *contractio cruris,* Treverenſes, erat contractus in crure, ita ut inferior pars cruris reflexa fuerit ad ſuperiorem : Unde ex hoc maximum dolorem ſuſtinuit, nec uſquam ire potuit, cum tamen eſſet novem annorum, niſi portaretur : ſuper quod parentes ejus nimis contriſtati, B in vigilia Beatorum Petri & Pauli, voverunt puerum de mane ad S. Theodulphum deportare; & annuum cenſum promiſerunt ſibi dare, ſi puerum ſuum de illa pœna curare dignaretur. Mane igitur facto parum ante diem puer clamavit ad patrem, cum adhuc in lecto eſſet, dicens : Pater, ſurge, vadamus ad ſanctum, ad quem ſero me portare promiſiſti. Ad quem pater, Quomodo illuc ibis cum ambulare non poſſis ? Cui puer reſpondit, Optime poſſum, quia ex toto curatus ſum, & bene poſſum ire. Surrexerunt pueri parentes, & ipſum ſecum uſque ad Sanctum, ex illa hora ex toto curatum, adduxerunt ipſo die Apoſtolorum Sanctorum.

17 Quædam devota Begina, nomine Aleydis Deyrac, mirabili plaga circa collum & pectus horribiliter gravabatur, ita ut [haberet] horrenda foramina videlicet XIII, multum magna ac deformia nimis *foramina colli.* in exceſſu, exceptis aliis quam plurimis : de quorum dolore frequenter tam graviter fuit inflata, & de inflatura adeo punita, ut vix potuerit reſpirare. Quæ ſtetit complete tribus annis in hoc miſerabili ac horribili infirmitate, deſolata & incurata; cum tamen pro ſanitate recuperanda limina multorum Sanctorum longe & prope viſitaſſet, & ſemel iviſſet ad S. Quirinum, nec ſic gratiam ſanitatis obtinuiſſet; ut C vovit ſe S. Theodolpho, beneficium ſanitatis ſtatim fuit conſecuta. *Hactenus MS. abſque ulla mentione erecti poſtea ſacelli & altaris, adeo ut appareat omnia & contigiſſe & ſcripta eſſe cum adhuc in S. Gregorii ſacello corpus ſtaret: quod utrum nunc mutato nomine S. Theodulphi dicatur, non vacavit quærere; nec puto ipſos Fratres docere poſſe, quo præciſe tempore altare quod nunc cernitur conſtructum eſt. Nam ante annos circiter triginta quidam inter ipſos vir eruditus Lovanii, bene longum de ipſo Sancto conſcripſit commentarium, quo ejus hiſtoriam illuſtrare conatur ipſumque à Remenſi diverſum oſtendere, in quo non prætermiſit notare quomodo viderit ipſe anno* MDCXXXV, *in die Nativitatis B. Mariæ devotos peregrinos circumire altare & ſubtus arcam reverenter tranſire, & quidquid circa hoc argumentum aut per ſe indagando invenire, aut Trevirenſes interrogando diſcere potuit. Hunc commentarium nobiſcum benigne communica-vit Fr. Franciſcus Joyeux, ex eoque libens fateor nonnulla me* EX MS. *accepiſſe quæ Trevirenſem Theodulphum, plura quæ Remenſem ſpectabant, accepta a Theodericiani monaſterii Priore, ut ſupra dictum.*

ANNOTATA.

a *Cantipratanus altare, retro quod collocatum honorifice corpus fuerat, non nominarat; nomen hic habes, prout idem antea in parte hujus MS. à nobis omiſſa nominatum etiam legebatur : infra autem indicatur num.* 9 *corpus inde amotum fuiſſe, & in Presbyterio, id eſt ſacriſtia depoſitum.*

b *Erat quidem hiſtoria illa alterius S. Theodulphi, ut diximus; bona tamen fides, qua hujus eſſe credebatur, valuit ad excitandam populi devotionem : Deus autem, non erroneam illam credulitatem, ſed veram ejus cujus id corpus erat ſanctitatem, cenſendus eſt conſequentibus miraculis approbaſſe.*

c *In alio MS. lego* Brauwbach : *ſed Tabulæ topographicæ nec hunc nec alia quædam loca exprimunt; neque auſim præſtare fidem recte ſcripta hic haberi nomina omnia : uti nec credibile loca ſingulæ in tabulis accurate expreſſa : puta,* Waltrac, Welspillig, Brapach, Kurretz, *infrà occurſuræ locorum, in Trevirenſi diœceſi veroſimiliter requirendorum, appellationes.*

d Eccleſia S. Paulini *ſuburbana, multorum Epiſcoporum & Sanctorum Trevirenſium ſepulcris ornata, nuper à Francis ſubverſa.*

e Confluentia, *à Rheni & Moſellæ confluxu nomen habens, in confiniis diœceſis Colonienſis.*

f Epternacum, *celeberrimum monaſterium, à S. Willibrordo extructum,* 3 *leucis ab urbe verſus Occidentem.*

g Ethicus *loco* Hecticus, *paſſim imperiti uſurpant.*

h Simeon, *qui Treviris* 1 *Junii colitur, templum, ſui corporis depoſito ornatum, habet ad eam portam quæ Romanis* Porta nigra *ſeu* Porta Martis *nominabatur, inſigne priſcæ magnificentiæ monumentum.*

i *Scriptori perperam obrepſerat,* Martii : *Maji tamen dies* 1, *non hujus S. Theodulphi, ſed Remenſis natalis erat, cujus & Legenda.*

k Cocheim *oppidum, ad Occidentalem Moſellæ ripam, medio fere inter Treviros & Confluentiam itinere.*

l Pelling, *duabus Leucis ab urbe Meridiem verſus.*

m *Tribus ultra Epternacum leucis invenio notatum* Beſſert, *ſed an ibi ſit aut aliquando fuerit hic indicatum monaſterium & cujus Ordinis, necdum comperi.*

n *Quæ & unde familia* Dominorum de Summo *libenter à Trevirenſibus diſcam.*

o Bernkaſtel, *quaſi dicas* Bernonis Caſtrum, *inter Treviros & Cochemium prædictum via media, ad ripam Moſellæ orientalem.* F

p Witlich, *ad Leſeram fluvium, à jam dicto* Bernkaſtel *trans Moſellam tribus circiter leucis diſtans, à Treviris quinque.*

q Palatiolum, *una infra Treviros leuca, ad ripam fluminis occidentalem : ubi monaſterium condidit Adela, S. Irminæ ſoror, Dagoberti* 2 *filia, uti alibi dictum.*

r Carnifex *pro* lanione *dici videtur : ubi autem ſit aut fuerit* Murus Judæorum, *intra vel extra urbem, aliis quærendum relinquo.*

ſ *Quis & ubi ſit* Vicus S. Theodorici *non requiro : ſed indico eum mihi potius appellatum videri à celebri ejus nomine Abbate Remenſi, quam ab hujus S. Theodulphi fratre : eoque confirmari poſſet ſententia, de illius corpore aliquando Treviros allato.*

DE SANCTO KELLACO

EPISCOPO IN HIBERNIA.

G. H.

CIRCA ANNUM DC

IOannes Colganus *in Actis Sanctorum Hiberniæ, ad diem tertium Februarii profert Vitam* S. Colmani *vulgo* Macduach, *& in Appendice cap.* 2 *colligit* Sanctos ex familia S. Colmani sive domo Hy-Fiachiorum oriundos, *& eorum dies natales ex Martyrologiis Tamlactenſi, Dungallenſi, Mariani Gormani, Cathaldi Maguir & S. Æingusii deſignat: ubi inter alios Sanctos hic Epiſcopus, de quo modo agimus, iſtis verbis profertur.* S. Kellacus Episcopus, filius Eugenii Beli, filii Kellani, filii Alildi Molt, filii Davidis, filii Fiachrii &c. 1 Maji. *Refertur in Martyrologio Tamlachtenſi* Cellanus Hua-Fiachrach. *Idem Colganus cap.* 1 *dictæ Appendicis, explicat hanc generationem his verbis:* Habuit prædictus Fiacrius duos filios, Davidem Hiberniæ, & Amalgadium Connaciæ Regem. David quippe ex Rege Connaciæ, Nello Magno, patruo suo, immediate succedens in monarchia, totam administravit Hiberniam annis viginti tribus, & post ipsum Alildus, similiter ex Rege Connaciæ Monarcha factus, annis viginti. *Hæc Colganus: quæ cum exordio Vitæ S. Kellaci satis conveniunt.*

Cultus 1 Maji.

regia progenies.

B

2 *At quo tempore floruerit S. Kellacus statui potest ex obitu Eugenii patris, qui in pugna cum Ultonibus saucius non nisi aliquot diebus dicitur vixisse. Dicuntur in Vita* bellici Ultonum Duces Fergusius & Domnaldus, ex Muchertaco Ercæ filio progeniti. *Iacobus Vsserius in Antiquitatibus Ecclesiarum Britannicarum pag.* 947 *ex Ultoniensibus Annalibus profert successionem regiam, ubi ad annum* DLXV *ista leguntur:* Fergusius & Donaldus Murcheartachi filii, Ercæ nepotes, anno uno *regnarunt. At quot antea annis citatum horum prælium cum Eugenio patre S. Kellaci contigerit, videtur posse colligi ex Vita S. Kierani Abbatis Cluanensi, sad* IX *Septembris elucidanda: sub quo Abbate, tempore dicti prælii & obitus Eugenii patris, degebat monachus S. Kellacus. Memoratus Vsserius in Indice Chronologico asserit,* Kieranum anno DXLVIII cœnobium Clonense sive Cluan-mac-nois in Midia proximo ante obitum suum anno construxisse: & anno DXLIX annotat, Kieranum, annos tantum XXXIII natum, in Clonensi sua civitate obiisse.

Tempus vitæ

3 *Verum occasione Vitæ S. Endei, Magistri S. Kierani, à nobis ad diem* XXI *Martii editæ, observavimus quædam plenius examinanda die* IX *Septembris; scilicet ab aliis dici, Kieranum fuisse annorum ætatis viginti novem, cum dictum monasterium Cluanense fundaret, adeoque quatuor illud annis vexisset, si solum annos vixerit triginta tres, & non potius annos septuaginta tres, quod suo tempore definietur. Porro in Cluanensi S. Kierani monasterio Sacerdos S. Kellacus ordinatus est ac dein* Episcopus Aladensis: *quam ut Sedem Episcopalem in Connaciæ Borealis extrema regione Tiramalgadiâ, trans Muadium fluvium, indicat Colganus* 15 *Febr. annot.* 21 *ad Vitam S. Forannani vulgo* Kill-Alaid. *Sed dignitatem ei pridem sublatam existimo, cum in Catalogis Episcopatuum nusquam comparet: ipse autem ait ibidem juxta Hibernica Martyrologia* 1 *Septembris coli* S. Muredachum *ut loci Episcopum. Monasterium* Eilcreach, *in quo S. Kellacus tumulatus est, & Sanctorum cultu honoratus dicitur, ubi sit inquirentes, didicimus ex Minoritis Hibernis, qui Lovanii degunt, esse in Comitatu Galvienſi, qui totius Connactiæ veluti umbilicus est, super fluvium Succa. Hunc quidē fluviū non nominant Spedi tabulæ, uti nec alios plurimos à se descriptos: ad unum tamen, qui ex parvo ibidem lacu prope Kilboran oriens in sinum Galvienſem brevi cursu se exonerat, invenio notatum* B, *id est,* Baroniam Cragh, *ubi istud monasterium fuisse crediderim.*

C

locus Sedis

4 *Dubitamus de tempore mortis seu martyrii S. Kellaco illati; quomodo scilicet connitente Guario filio Colmanni fuerit occisus. Nam si posset Colgano credi, in Notis ad Vitam priorem S. Fechini ab ipso ad diem* XX *Ianuarii editam num.* 11, Guarius, filius Colmani, Rex Connaciæ, juxta Annales Hibernicos obiit anno DCLXII, uno nempe aut altero anno ante mortem S. Fechini: *& ab eo ob singularem liberalitatem sæpius ita laudatur, ut proverbii modo dicatur aliquem* ipso Guario esse liberaliorem. *Quid ergo, an S. Kellaco danda tam longa vita, ut ultra annum sexcentesimum obierit; & dictus Guarius plane juvenis procuraverit ejus necem, ac dein usque ad annum* DCLXII *vixerit? Difficile nobis semper fuit antiquitates Hibernicas ad solidam chronotaxim reducere, idque ob defectum auctorum coævorum.*

& mortis.

5 *Vita S.* Kellaci, *quam hic damus, est nobis submissa à R.P. Thoma Sirino, in Lovaniensi conventu provinciæ Hibernicæ Theologiæ Lectore jubilato, quam asseruit* ex MS. Codice Hibernico Dundoigrensi *acceptam ac Latine versam. In hac quæ dicuntur de cervis, ad subvectionem occisi corporis operam ultro offerentibus, nec confirmare nec omnino reprobare est animus. Multa solemus legere æque aut magis peregrina in Hibernicorum Sanctorum Actis, majori plerumque admirationis captandæ quam fidei obtinendæ studio conscriptis. At quæ de Muredachi Regis facinore, ad ultionem occisorum à paludstri bellua sociorum, in lacum ingressi, ac demum cum ejusdem à se mactata capite regressi, indeque cognomen glorioſum ut* Conghelt *diceretur consecuti; cum sint accepta, non ex majorum de ipso Sancto traditionibus, sed ex poëticis gestorum regiorum commentis, neque ad rem nostram omnino faciant, putavimus posse prætermitti; ne Lectori, talia nauseaturo, gratis molestiam ingeramus, id referendo quod præteriri poterat, salva integritate historiæ qualiscumque ad Sanctum pertinentis.*

Vita ex MS. Hibernico versa.

E

& cultus.

VITA

Ex MS. Hibernico Latine versa.

Eugenio Belo Regi Connaciæ.

1 EUgenius cognomento Bêl, Kellaci filius, nepos autem Alilli Molt, qui annis viginti; pro nepos vero Dathiæ sive Davidis, qui viginti tribus annis Hiberniæ monarchiam tenuerunt; ad Connacię solium evectus, ut erat vir strenuus, animosus, gloriæ cupidus, & rerum agendarum peritus, tuendo suo regno vigili cura, successu etiam felici, magnaque suorum lætitia incubuit; plurima, intra annos circiter triginta sex quibus supervixit, ex finitimis provinciis hostiliter incursantia agmina, nunc à devastatione provide coërcens, nunc glorioſiore victoria fundens, quandoque etiam in eorumdem fines prorumpens, & illata per eos dispendia paribus damnis spoliisque compensans. Dum sic secundante ejus molitiones, non fallaci fortuna, sed dispositione Divina, persisteret; coorta est inter ipsum, & posteros Conalli & Eugenii filiorum Nielli Magni, ceteroſque Ultonię proceres magna animorum divisio offensioque; eo demum progressa, ut hi, conscripto undique copioso exercitu, in Connaciam irrumperent, belli Ducibus Fergusio & Domnaldo, ex Murchertaco Ercæ filio genitis. Quibus usque ad a Muadum fluvium omnia populando progressis, occurrit cum Connacensium copiis Eugenius, initoque paulo post acri utrimque conflictu, Eugenius tandem graviter saucius, suorum opera super militaribus pilis lanceisque, transversim in cratis formam dispositis, è præli-

F

ex vulnere morientis.

a

loca

A loco avectus,quorumdam ſententia ſolo triduo,aliorum ſeptiduo ſupervixit.

2 Interea temporis Connaciæ Optimatibus eum crebro viſentibus,ejuſque caſum, & quam inde ſecuturam extimeſcebant patriæ calamitatem impenſe lu-
ſuccedit filius Kellacus gentibus,cum propediem è vita abiturum adverterent, multa ſecum & cum illo conſultatione tractabant, præſertim qui O-Fiachrianæ familiæ erant, quem ejus loco Regem ſubſtituerent. Ad quos ille: Magno in diſcrimine poſitam video rem veſtram: ſuperſunt quidem mihi duo filii, Kellacus & Muredacus; ille ætate provectior,ſed jam monachus eſt, &
tum monachus Cluanenſis S.Kierani Cluanenſis alumnus:alter ob teneram ętatem regno capeſſendo immaturus, & in præſenti periculo inidoneus. Vos,ſi meo conſilio acquieſcitis, Kieranum adibitis,& impenſe rogabitis, ut in tanto rerum noſtrarum diſcrimine Kellacus bona ejus venia regnum capeſſat. Hæc cum ille ſuaſiſſet,& paulo poſt oppetiiſſet;delecti ex Optimatibus viri Cluaniâ
b ſeu *b* Cluainmacnoſiam perrexerunt; ubi à Kierano perbenigne accepti, nec tamen ad votum exauditi, binoctium in deputato iis hoſpitio tranſegerunt. Ultima autem nocte cum eos Kellacus inviſiſſet,multis eum ſuaſionibus adorſi,ita demum flexerunt,ut cum
B iis poſtera die, non captata Præſulis venia, diſceſſerit. Kieranus eo alumni diſceſſu admodum offenſus, Malum,inquit, Kellacus elegit, ideoque maledictionem incurret, & tandem armorum cuſpide occumbet; optoque ut providentia Numinis ſic oppetat, ſimilemque finem habeat quivis religioſæ diſciplinæ deſertor.

3 Porro Kellacus,ita per ſuos abductus, Hi-Fiachriæ Rex inauguratur. Cumque id muneris aliquamdiu geſſiſſet, Hi-Fiachriorum Aidhnenſium
ſed pœnitentiæ ductus, in ſilvam ſecedit: Ducem,ab eo diſſidentem, ad concordiam flexurus permultis comitatus adivit; habitoque publico conventu invicem fœdus icerunt, Kellacus quidem candide,alter vero (ut eventus patefecit) ſimulate & ſubdolè. Nam in ſuam munitionem introducto benevolentiæ & honoris ſpecie Kellaco, quotquot ſequacium ejus comprehendere poterat,interemit; ipſum vero Kellacum,cum ter novenis ſuorum,fuga latenter ſuſcepta,ferro necique ſubduxit. Sub hæc Kellacus, velut vexatione capacior jam diſciplinæ; reducta in memoriam imprecatione adverſus ſe ſevera S.Kierani, vehementi pavore cohorruit; cœpitque ſuſceptæ dominationis celſitudinem faſtidire, averſari; & qua maturitate,quove modo deferenda ſit ſecum volvere. Dein meliora conſilia, quæ ei clementiſſimus Salvator infudit, toto corde amplexus, retinacula cuncta
C ſimul abrupit, & in avium cujuſdam ſilvæ ſeceſſum protinus ſe ſubduxit, ubi velut alter Petrus flevit amare,acerrima cordis contritione damnans,exècrans, & in ſe ulciſcens,quod ſanctioris vitę inſtitutum cauſa amicorum deſeruerit, tremendum Numen offenderit, & pavendam ſancti Præſulis Kierani maledictionem in ſe conciverit.

4 Qua in exercitatione anno integro ſancte exacto,cum ter novenis illis,quibuſcum corporalis vitæ diſcrimen nuper evaſerat, Cluaniam perrexit. Sed conſcientia prioris delicti & Kierani reverentia perculſus,nec auſus civitatem intrare,prope eam ſubſtitit; donec in eum incidère quidam ſui antea commonachi: qui officioſa ſalutatione & pacis oſculo acceptum,blanda caritate introduxerunt, & qua par erat
Cluanæ ab Abbate receptus, cura miniſtrari fecerunt, adventu illius non detecto ſancto Abbati in diem poſteram. Quæ cum adolevit, qui in ſanctiſſimo illo monachorum cœtu eminebant, reverſum è regione diſſimilitudinis minorem filium,qui mortuus erat & revixit, perierat & inventus eſt,ſanctiſſimo Patri Kierano repræſentant;ſedula interceſſione rogantes, ut pœnitentem clementia

dignetur & venia; idque ipſum Kellacus in terram provolutus impenſe obſecrat. Ad hæc benigniſſimus Præſul, lætior tum de alumni reditu, quam ante de abitu temerario triſtior; eum placide accipiens, Utinam,ô fili,non te aberrantem maledictione feriiſſem; ſed ea tametſi à me irrevocabilis, tuæ tamen apud Deum mercedi & gloriæ nihil detrahet; tantum in prima vocatione perſiſte & profice; impigre ferens onus leve & jugum ſuave Chriſti, cujus caritate nihil blandius, cujus famulatu nihil ſalubrius,nil in quantalibet Regum pompa aut voluptate glorioſius. *ex MS. HIBERN*

5 Kellacus igitur Kierani tum prompta placatione,tum eloquio dulciore ſuper mel & favum, in pleniorem conſequendæ ſalutis fiduciam erectus, & ſuperinfuſâ ſancti Spiritûs gratiâ in propoſito bono corroboratus; ſecularium affectarum agmine ad germanum Muredacum, tunc adoleſcentem, & apud nutricium ſuum Lugniæ *c* Ducem verſantem,remiſ- *c ſancte vivit:*
ſo,juſſoque ei deinceps adhærere; interjunctam religioſæ vitæ telam novo ſpiritu, novo ardore reſumpſit, eoque ſucceſſu inſtitit promovere, ut multos eruditione, plurimos religioſa obſervantia & inſigni pietate anteiſſe compertus,omnibus eſſet amori ipſique in primis Kierano, cujus nutum ſequebatur in cunctis. Quare ad Sacerdotalem gradum promotus E
eſt,& paulo poſt, convenientibus in eum Cleri ſuffragiis, conſecratus Aladenſis Eccleſiæ & diœceſis *ordinatur Sacerdos dein Epiſcopus Aladenſis.* Epiſcopus. In eo dignitatis culmine poſitus, quamquam deſponſatæ ſibi Eccleſiæ ſolicitudinem ſedulus ageret, maximam tamen temporis partem in ſuo Cluanenſi cœnobio per intervalla tranſigebat: fructuoſas Marthæ curas,& jucundiora Mariæ otia, ſolerti diſcretione alternans; & utriſque ſe alteris ſanctius obeundis adaptans. Temporales vero proventus pie impendebat, multa præbens ſolatia egenis & liberalium ſtudiorum ſectatoribus, qui crebri ad eum confluebant, exciti fama ſanctimoniæ & liberalitatis ejus per Hiberniam diffuſa.

6 Quadam autem vice ſanctus Antiſtes, volens *viſitat diœceſim* pro ſui muneris ratione diœceſim viſitare, Killmoram Muado fluvio vicinam, bona Clericorum turma ſociatus tendebat, iterque carpſit prope Durlus, ubi tunc contigit Guarium Colmani filium, cum ſuo filio Naro, & Nemedio Fercoghæ filio, magnaque amicorum caterva, moram trahere. Nemedius autem cum comperiſſet ſanctum Præſulem juxta locum tranſiſſe; Inofficioſe, inquit ad Guarium, minuſque amice Epiſcopus Kellacus, nos velut averſatus, præteriit. Non refert,inquit Guarius, eum præteriiſſe: nam mittam ego qui ipſum F
meo nomine invitent, ut huc ſuo nos alloquio dignaturus adveniat. Miſſus illico unus earorum Guarii, cum ad Kellacum jam confecto itinere pauſantem perveniſſet. Ægre, inquit, habet Guarius, quod ipſo inacceſſo iter protuleris, ideoque rogat ut vel nunc ad eum venias. Ad hæc Epiſcopus: Quia jam ſabbatum inclinavit in veſperum, mihi fixum eſt non hinc digredi uſque ad exactam diem *ad Guarium invitatus non revocedit:* Dominicam, quæ omnibus eſt vacatione ſancta, nobis inſuper divinis officiis, ſacriſque Miſſarum ſolenniis celebranda: quibus Guarius, quia vicinus eſt, intereſſe poterit, eaque occaſione quæ volet hîc mecum tractare. Quod ſi emanſerit, ego eum feria ſecunda lubens adibo. Regreſſus nuntius,non quæ Præſul ſanctus prætexuit, ſed quæ mens prava livorque ſuggeſſit Guario renuntiat: Kellacum ſcilicet omnimode inficiatum venire, nec in eum eſſe benevolum. Tum Guarius, ira & indignatione percitus, Adito, inquit, eum rurſus, & edicito,niſi mox ex hiſce finibus moliatur diſceſſum, Eccleſiam,in qua verſatur, circa ipſum ſuoſque nocte iſta comburendam.

EX MS. HIBERN.

7 Abit ille,nec mitius quidquam nuntiat Episco-
po;qui nihilominus, invocato Dei adjutorio,perstitit
in loco usq; ad auroram diei lunę,qua movit in villã
de Loch-con,ubi & sequentem noctẽ transegit. Inde
porro ad stagnũ vocabulo *d* Claon-loch progressus,
dum sitam in eo lacu insulam Etgair(sic enim appel-
latur) meditabundus spectat, videt supra eam in aëre
magnam bonorum Angelorum frequentiam. Qua vi-
sione illectus,cum suis in insulã trajecit;factaque in-
quisitione sedula,cum comperisset, nec ullum ibi lo-
cum sacrum, nec ullius Sancti extitisse unquam mo-
numentum vel memoriam ; arbitratus illa Cęlitum
apparitione sese invitari ad illic solitariæ vitę incum-
bendum,statuit non indè pedem referre. Quod con-
siliũ qui ex Ecclesiastico ordine eum comitabantur,
primũ derisere, deinde dissuadere frustra conati sunt.

d ab eodem expulsus degit in insula Etgair

8 Revertuntur ergo illi,ut Sanctus mandarat,quis-
que ad suę curę Ecclesiam;solis cum Episcopo rema-
nentibus quatuor junioribus Clericis , Moelcronio,
Moeldalvano , Moelsenacho, & Mac-Deoradio, seu
Deoradii filio,ipsius collactaneis. Traduxerunt itaq ;
in eo deserto totam quę instabat Quadragesimã Di-
vinis officiis aliisq; sacris exercitationibus intenti; ex
iis latebris interim in omnes Hibernię fines micantius
B erumpente fama Antistitis sancti, qui Pontificii cul-
minis honorẽ eremi rigoribus postposuit.

cum 4 sociis Clericis :

9 Ceterũ S.Kellaci frater Muredacus crebro ipsum
in ea eremo visebat, ejus se instructionibus & consi-
liis accommodans. Quod Guarius Colmani filius cum
intellexisset, cœpit infensiori animo ferri in sanctum
Pręsulem ; cujus instinctu & industria pertimescebat
Muredacum,regiam prolem, & multa bonitate con-
spicuum,nisurum ad Connacię regnum capessendum.
Poterat nihilominus vir princeps & ad pietatem pro-
nus,flecti ad benevolentiam erga sanctissimum Prę-
sulem concipiendam,nisi obstitissent consultores pessi-
mi,Narus filius, & supramemoratus Nemedius ; qui
diu noctuq;falsas fictasque criminationes afferentes,
apud eum instabant,ut Kellacum è medio tolleret. A
quo tam atroci & sacrilego facinore cum Guarium
abhorrere comperissent, inita inter se consultatione
pessima de Kellaco venenata potione necando,id tan-
dem impetraverunt , ut ad solenne convivium ejus
gratia instruendum reconciliandus invitaretur.

Muredacum fratrem instruit, cum offensa Guarii :

10 Missi igitur nuntii Kellacum rogarunt die con-
dicto adesse;quod cum ille renuisset,prętexens se aliã
jam vivendi normam methodumque amplexum
quam non decebat mundana consolatione interrum-
pere ; illi, prout in mandatis acceperunt, institere
, ut saltem dignaretur jubere suos socios Clericos
C adesse,quorũ Guarius & prętentia delectaretur,& di-
scretioni referenda committeret quę illi communica-
re volebat. Ad hęc sanctus Episcopus,Ego,inquit,eos
adesse nec jubeo,nec inhibeo: faciant ipsi quod sug-
gesserit Deus.Socii ergo permissi sua ipsorũ discretio-
ne uti , cum nuntiis Durlusium ubi Guarius agebat
profecti,magno honore magnaq; lętitia excipiuntur.
Et post regias epulas in secretũ tricliniũ deductis,cir-
cumq; Guarium à dextera levaq; locatis, ex præstan-
tiori qui in arce erat potu abunde propinatur:protra-
ctoq; aliquamdiu symposio,ventũ est ad seductorios
sermones & machinosa consilia,quibus improvidi de
eremo hospites ad Kellacum extinguendum magna
urgentur instantia,designato iis pactoque,si id faxint,
f operę pretio,tota *f* Tir-Amalgadia,numerosis equo-
rum , boumque armentis,& sponsabus, quas ipsi ex
omni puellarum numero deligerent,decoris.

à quo socii Clerici convivio excepti,

f

11 Istarum (eheu!) rerum cupidine & spe excęcati
& in necem S. Kellaci inducti accedunt : misselli,oblitiq;qui nuper fuerint,suo consensu firma-
ta pactione impia & multifarie sacrilega,securi dor-
miunt;posteraque die sobrii & jejuni ratificant.Tum
armis, facinori exequendo opportunis, sub Clericali
veste muniti;eremum, non jam eremitę,sed jurati la- D
trones & sacrilegi homicidę repetunt; inventaque ad
marginẽ stagni Claón-loch quam ibidẽ reliquerant
navicula,ad insulã trajiciunt; ibique sanctum Antisti-
tem,recitando tunc Psalterio intentum, conveniunt.
Quibus ille, donec cœptas preces absolvit, nihil re-
spondit. Postea vero eos contuitus, arbitratusque ex
oculorũ motibus vultuumq; mutatione,quod animis
conceperant, Alium, inquit, ô juvenes, vultum hinc
tulistis, alium affertis , qui vos prodit à me aversos,
pactosq;Guario mihi necẽ inferre. Resipiscite filii,&
quod amplexi estis consiliũ pessimum, vobisque ipsis
damnosissimum,ocius abjicite ; sublimius præmium,
quã quod Guarius promisit,mihi acquiescendo con-
secuturi. Ad hęc illi,conspirationẽ quidẽ fassi sunt,sed
ab ea exequenda desistere renuerunt,id solum obten-
dentes,nullum ipsis,si à compacto resiliant,invenien-
dum in Hiberniâ munimem contra vim & potentiam
Guarii.

in Silvam abductum

12 Itaque in malo obdurati,sanctum Dei famulum
pariter aggressi,ad oram insulę trahunt,in continentẽ
evehunt,indeq; ad interiora vicinę silvę interimendũ
abducunt:ipso interea eos à prosequenda malignita-
te dehortante,& promittente iis,modo desistant, se-
curum vel Cluaniæ,vel,si malint,apud Hiberniæ Re- E
ges refugium. Qui demum videns se surdis & vecor-
dibus ceciniisse,rogat ut saltem à se perimendo in po-
steram diem abstineant.Quod ægre annuentes,illum
nocte ingruente in vasti roboris caudicem, ad caveæ
similitudinẽ vacuatum,compingunt; ipsique ad ostiũ,
ne quo ille eventu elabatur,advigilant.Sed cum noctẽ
ad finem vergente gravis eos sopor oppressisset, Kel-
lacum id advertentẽ,crebra pulsabat capessendę fugæ
cogitatio;quã exeutiens,Quoddã,inquit ad seipsum,
incredulitatis aut diffidentiæ genus reputo velle Dei
judicium effugere , & conari declinare necem ab eo
mihi,Sancto Patre Kierano vaticinante, destinatam ;
adeoq; pręstat ut hîc eam constans & tranquillus prę-
stoler,quam (ut forte accideret) in fuga,cui diu con-
tinuandæ, defectis inedia & lassitudine viribus , par
esse non possum,velut meticulosus occumbã. Mansit
igitur in loco, sacris meditationibus ad crepusculum
intentus. Tunc vero ne quem ei pavorem ingereret
lux surgentis aurorę,ultra quam mortis inducias non
obtinuit,caveam occlusit:sed mox ejus rei pœnitens,
suamque pusillanimitatem reprehendens,aperuit.

robori includunt:

13 Brevi post,cum prænuntii lucescentis aurorę,sil-
varũ volucres,canoros funderent sonos, Vir Dei, re- *constanter in laude Dei cantanda*
vocato in memoriam quod nocte antecedentis feriæ
quartæ somniavit,se nimirũ à quatuor molossis fero- F
citer invasum,dire discerptũ, raptumq; per filicetum,
in saltuosam proruisse voraginem,unde non successit
emergere;intelligens id non tam somniũ,quam præ-
sagium imminentis sibi lanienę extitisse;cœpit & ipse
modulabundus Creatorẽ in creaturis vernaculo ser-
mone in hunc sensũ laudare. Amem ardenter Factorẽ,
tuique nobis Datorem , ô cara mihi aurora candida,
victoriosa, jucunda lucis filia , cognata solis amœni,
qua voluminum paginæ redduntur legibiles,qua do-
morum fastigia,summaque montium juga,& lęta ru-
ris spatia fiunt aspectabilia. Dein vaticinatum cædis
suæ circumstantias, & inter has corpus & sanguinem
suum à feris avibusque delibatum iri, è caudiceo er- *crudeliter occidunt,*
gastulo educunt sacrilegi grassatores , feriuntque sæ-
vissime,primus quidem Mac-Deoradius,ipsius Sancti
fratruelis,tum Moeldalvanus amitinus, inde Moelse-
nachus cujusdam viri justi filius , denique intimam
ejus in se dilectionem liberalitatemque multifa-
riam expertus Moelcronius. Enecto in hunc mo-
dum sanctissimo cognatoque Præsule , immanes &
nefandi discipuli ad Guarium regressi , benigne hila-
riterque excepti sunt.

Ad

A 14 Ad corpus autem viri Sancti, quod inhumatum reliquere, ferarum volucrumque rapacium greges, prout ipſe futurum prædixit, convenerunt: quorum quotquot ejus carnem aut ſanguinem delibarunt, illico virtute divina & meritis Sancti Preſulis interierunt. Ipſo autem die quo hæc truculenta tragœdia peracta erat, Princeps Muredacus, fratrem ſuum Kellacum, à quo velut patre, magiſtro, conſultore, & ſpirituali directore totus pendebat, pro more viſurus, in Conenſem inſulam trajecit: ubi cum, eo minime reperto, in memoriam revocaſſet, diſcipulos Kellaci nuper ante apud Guarium diverſatos fuiſſe; inde ſuſpicatus eſt, illum & Guarii ſuaſu, & illorum opera interemptum. Quare inſula confeſtim egreditur, movenſque cum ſuis, quæſitum per avia ſilvarum valliumque receſſus Pontificem ſanctum, iter carpſit inter duo ſtagna Loch-Con & Loch-Cuilinn.

Corpus feris expoſitum

à Muredaco fratre,

15 Ita demum pervenit ad quercum, in cujus cavitate pernoctârat Kellacus: & dum undique circumſpiciunt, vident cominus ſanctiſſimi Præſulis exanime corpus, humi inhonorè porrectum, ſuo inſperſum cruore, & hinc inde à feris avibuſq; modice demorſum comeſumque. Acerbum id, dirumque ſpe-

invenitur:

B ctaculum feriit profunde corda eorum mœrore amariſſimo, luctumque excivit undantem, maxime Muredaco, qui vernacula nænia orbitatem & dolorem ſuum cum Kellaci laudibus tranſmiſit ad poſteros. Auxit porro mœrorem incommoditas ipſa non modo digno honore celebrandi funeris, verum etiam ex aviis ſaltibus evehendi ad ſacram ædem. Quo tamen modo potuere, Dunmoram, quæ nunc Turlach dicitur, ſepeliendum apportarunt. At loci incolis, Guarii metu perculſis, non ſinentibus iſtic ſepeliri, inde detulerunt ad Lis-callain. Verum qui ad Eccleſiam de Kill-callain habitabant, Guarium ſimiliter veriti, non permiſerunt apud ipſos ſacrum funus deponi. Quod ægre quidem accepit Muredacus, ſed Deo vindicandum remittens, aliorſum non procul abſceſſit. Cum ecce; ipſo ſuiſque ſpectantibus, igne ſuperne lapſo ea eccleſia conflagravit, numquam exinde reſtaurata.

à cervis divinitus ſubmiſſis deferuntur in Eiſcreach;

16 Parvula inde mora ſecuta eſt, cum ecce alia nimis miranda res evenit. Ad globum enim illum nobilium virorum, qui pretioſum beati Martyris funus laborioſe & incommode vectabant, duo cervi, nemine mortalium ducente vel agente, manſuete venerunt, commodo loculo onerati; qui ad ſacrum uſ-

C que corpus penetrantes, ipſa ibidem mora & loculi in terram demiſſione, ſat indicarunt, ſe à Deo miſſos, ut illud ad congruum ſepulturæ locum deferrent. Quamobrem viri illi, magnopere exhilarati, miratique tantam Numinis curam circa famuli ſui pulverem, ſacrum pignus in capulo componunt, & cervis vehendum permittunt. Qui cum ad locum, Eiſcreach dictum progreſſi fuiſſent, ad offenſi illic aſceterii oſtium ſubſiſtentes, ſacrum onus depoſuerunt; & templi campanæ, nullo trahente, inſonuere. Congregati igitur qui in eccleſia vel aſceterio erant, comperto cujus funus allatum & divinis prodigiis honoratum eſſet, prompta devotione cum pſalmodia & congruis ritibus honorifice tumularunt, ſanctorum Angelorum multitudine celebritatem ſua ipſorum præſentia non modicum augente. EX MS. HIBERN.

ibique ſepelitur,

17 Porro præmemorati cervi in eo loco manſere deinceps, & habitatoribus aratione, aliiſque laboribus, perinde ac domeſtica jumenta, de die ſerviebant; veſperi autem à jugo laxati, ſepulcrum Sanctiſſimi Antiſtitis adibant, & quaſi venerantium affectu lingua lambentes ad teneriorem ejus venerationem cultumque homines provocabant. Et hic fuit finis mortalis vitæ, ærumnarum, & martyrii S. Kellaci, quibus ad ſempiternam beatæ vitæ poſſeſſionem pervenit, gratia Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cui cum Pa-

manentibus ad tumulum cervis.

E tre & Spiritu ſancto ſit honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Muadus, *alias* Moadius, *Spedo* Moy, *in Comitatu Slegenſi, qui Connactiæ verſus Vltoniam ad mare Oceanum ultimus cenſetur.*

b Cluania *in Occidentalibus finibus Mediæ verſus Connactiam.*

c Lugnia. *Colganus* 20 *Ianuarii ad Vitam* 2 *S. Fechini, ait eſſe Connactiæ regionem ſatis notam Comitatus de Sligeach, in qua Sedes Epiſcopalis Achadenſis.*

d *Videntur hæc loca in dicto Sligenſi Comitatu haud longe à Muadio fluvio quærenda.*

e Durbuſſium, *arcem in Conactia eſſe notat in Indice Topogr. ad Acta Sanctorum Colganus, ſed numeris ita depravatis, ut locus ubi de ea agitur nequeat inveniri: quæ typothetarum negligentia, utinam nec in noſtris aliquando obreperet.*

f Tir-Amalgadia, *extrema Connactiæ trans Muadium ad ejus ripam borealem regiuncula, uti apparet ex Vita S. Patricii Tripartita apud Colganum lib.* 2 *num.* 76. F

DE S. ARIGIO SIVE AREDIO

EPISCOPO VAPINCENSI IN GALLIA. D. P.

POST ANNUM DCI

VApincum *ſive* Vapingum, *vulgo* Gap, *in Notitiis antiquis provinciarum* Civitas Vappincenſium, Vapenſium & Vapecenſium, *urbs Galliæ Narbonenſis in hodierno Delphinatu apud Alpes Cottias, Epiſcopalis ſub metropoli Aquenſi, ſolenni cultu veneratur hiſce Kalendis Maji, quibus obiit,* S. Arigium *ſive* Aredium *ſuum olim Epiſcopum: cujus ſacram memoriam ad hunc diem reperimus in quinq; diverſis MSS. Martyrologiis Romano Ducis Altempſii, Gallicano monaſterii Cluniacenſis, Divionenſi Domini du Cheval, item MS. Adone Reginæ Sueciæ, & alio monaſterii Aquicinctini: ejuſque commemoratio fit in antiquo Breviario Eccleſiæ Forojulienſis in Provincia. Vitam illius edidit Philippus Labbe tomo* 1 *Novæ Bibliothecæ, quam olim deſcripſerat Iacobus Sirmundus ex codice Silviniacenſi, ſed pluribus mendis & barbariſmis inquinato. Ita tamẽ ut transcribentium ea potius incuria, quam auctoris videatur eſſe culpa: nam ſi lineas ac voces quaſdam, fœde tranſpoſitas, ordini ſuo reddas, quem habere deberent, ut commodus ſenſus inveniretur; & pauca hinc inde per benevolam conjecturam emendes; non omnino invenuſte ſcripta apparebit, & auctori coævo minime indigna. Quare cum ſatis ſit, invariatum quidem, ſed vix intelligibilem MS. Silviniacenſis contextum in jam dicta Labbæi Bibliotheca extare; credidimus haud ingratum lectori futurum, ſi idem ex noſtra conjectura hic proponeretur correctus. Interim optamus ut aliunde ſubmittantur nobis, ſi ſuperſunt uſpiam, exemplaria alia, aut confirmatura correctiones noſtras aut meliores ſuggeſtura. Auctorem recte coævum dici demonſtrat* § 4 *Vitæ, ubi laudatur comes nocturnarum orationum* Probus Clericus, qui tunc temporis, *cum Sanctus Epiſcopatum inierat,* Lectoris agebat officium; *cum autem Vita ſcriberetur, erat* in ſacris Sacerdos admiſſus myſteriis: *qui deinde etiam* ſtylo percurrente narravit viſionem, *ſibi à ſancto Epiſcopo narratam ſub exitum vitæ.*

Cultus ſacer.

Vita ſcripta.

ab auctore coævo.

2 *Ætatis qua vixit Arigius chronotaxim nullo certiori*

AUCTORE D. P.

Episcopatus circa an. 568 initus,

post Morgecen. Parochiam 14 annis administratam.

characterе fundare possumus, quam tempore Concilii Lugdunensis anno DLXVII *celebrati, quando* Sagittarius, *Vapincensi Episcopatu digne privatus, ipsius electioni locum fecit: ante quam* tessares-decada *regimini* Ecclesiæ Morgecensis *impendit, anno proinde* DLIII *ad eamdem promotus. Est hæc ecclesia in Arvernis, ad cognominem sibi fluviolum,* Morges *vulgo dictum una cum oppido, quinque circiter leucis à* Claromonte; *cui tunc Episcopus præerat S.Gallus, D.Gregorii Turonensis patruus, vel successor Cautinus. Interim dubitare non possumus quin ad parochiam Claromontanæ diœceseos regendam assumptus Aregius sit ex Cleri Claromontani corpore, adeoque sub ipso S.Gallo (qui eum Episcopatum* XXVII *annis tenuit) fuerit ad sacros Ordines promotus. Fortasis etiam* B.Desiderius, *qui puerum baptizavit & erudiendum suscepit, non fuit* Episcopus Cabillonensis *(nam utrum hoc nomine fuerit Cabillone aliquis vehementer est ambiguum, uti patet ex dictis ad* XXX *Aprilis, ubi egimus de ipso & S.Desiderato ibidē Presbytero) sed is quem* XI *Februarii ut suum colunt Claromontani, sepultum in ecclesia S.Illidi, appellantque* S.Delideratum, *affini utique & facile alternabili nomine cum* Desiderio. *Hujus namque nullum certum invenitur tempus; possetque inter S.Quintianum, qui haud diu post annum* DXVI *Sedem Claromontanam tenuit, & S. Gallum qui eam circa* DXXV *duntaxat suscepit, medius fuisse iste* Desiderius *seu* Desi-

B deratus. *Nec obest, quod bimulus* ante altare S.Vincentii Cabillonensis urbis *oblatus fuerit Aregius à parentibus: Cabillone enim natus, potuit cum iisdem in Arverniā migrantibus migrasse etiam ipse ibiq; baptizari; & migrasse aliquando dicendus est, quē constat in Arvernis, fuisse promotū.*

S. Gregorius Aregio scribens

3 *Subscripsit sub Guntramno Rege Conciliis Valentino* II *& Matisconensi* II, Aridius *sive* Aredius Episcopus Ecclesiæ Vappicensis. *De ejus itinere Romano & benevola amicitia cum S.Gregorio Magno agitur in Vita num.*10 *Addimus hic epistolas ejusdem S.Gregorii ad illum, quarum prima extat lib.*7 *Registri epist.* III *scripta Indictione* 2 *anno* DXCIX, *& est hujusmodi.* Gregorius Aregio Episcopo de Galliis. Fraternitatis vestrę afflictio, quā de amissione vestrorum vos hominum habuisse cognovimus, tantam nobis causam mœroris injecit, ut quia nos de duobus caritas unum fecit, cor nostrum in vestris specialiter uri tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad annum reducta discretio, quam & patienter ferre tristitiam, & decet de morte spe vitæ alterius longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente remaneat, hortor quiesce dolere, define tristis esse. Nam indecens est de illis tædio afflictionis addici, quos credendum est ad veram vitam moriendo perveniss̄e... Hac itaque, Frater

C carissime, ratione perspecta, studendum nobis est, ut, sicut diximus, de mortuis non affligamur; sed affectum viventibus impendamus, quibus & pietas ad utilitatem & fit ad fructum dilectio...

consolatur de obitu suorum.

Dalmaticarum usum permittit:

4 Præterea communis filius Petrus Diaconus nobis innotuit, quod Fraternitas vestra, tempore quo hic fuit, poposcerit, ut sibi & Archidiacono suo utendi Dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit, ut nec ipsum mœror incumbens diutius, ut dignum erat, & res desiderata poscebat, sineret imminere; & nos in multis implicitos Ecclesiasticæ rationis consideratio novum hoc inconsulte & subito non permitteret indulgere; idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc vero caritatis tuæ bona revocantes ad animum, hujus auctoritatis nostræ serie petita concedimus, atque te & Archidiaconum tuum Dalmaticarum usu decorandos esse concessimus, easque Dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco Abbate deferente transmisimus. Præterea in ea Synodo, quam contra Simoniacam hæresim per Fratrem & Coëpiscopum nostrum Syagrium decre-

vimus congregari, Sanctitatem vestram volumus in- D
teresse, atque eidem Fratri Pallium, quod transmisimus tribui: si prius se promiserit illicita, quæ pro-
hibuimus, per definitionem Synodicam à sancta Ec-
clesia removere. De qua Synodo omnem nobis sub-
tiliter ordinem tuam Fraternitatem volumus scriptis
decurrentibus nuntiare, ut ipse, cujus nobis sanctitas
valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.
Hæc ibi. De Synodo indicata legi possunt, quæ habentur XII *Martii lib.*3 *Vitæ S.Gregorii num.*2 *&* 3. *Quo die etiam dedimus Vitam S. Petri Diaconi; quem tamen existimamus ab hic nominato & Vapincensi Clerico diversum fuisse. Archidiaconus Valatonius erat, ipsius deinde Sancti successor juxta S. Gregorii prædictionem. At S.Syagrius Episcopus Augustodunensis colitur* XXVII *Augusti. Altera S.Gregorii ad S.Aregium epistola habetur lib.*9 *ep.*51, *scripta anno* DCI, *& est hujusmodi.*

jubet ut Synodo contra Simoniacos cogenda inter-fit:

laudat ejus patientiam in adversis,

5 Cum in fraterna dilectione unum cor, unus sit animus; sicut in alterius prosperis mens lætatur, ita in adversis affligitur: quia in utroque participes esse lege caritatis adstringimur. Atque ideo major nos de tristitia vestra mœror invaserat, ne fortasse prolixi luctus afflictio assiduo cor vestrum dolore pulsaret, & vitam gemitibus oneraret. Sed susceptis Caritatis vestræ epistolis, optato sumus gaudio consolati: & omnipotenti Deo gratias egimus, quia & humanitatem vestram incolumem, & animum ad consolationem rediisse cognovimus. Nec enim aliter de vobis fuerat existimandum, nisi quidquid adversitatis esset, Sacerdotali sine dubio patientia vinceretis. Qualiter præterea in abscindenda Simoniaca hæresi Fraternitatis vestrę zelus olim exarserit bene recolimus. Unde hortamur, ut operam studiosius impendentes, districtā inter alia quæ scripsimus Concilii definitione damnentur: quatenus dum voluntatis nostræ intentio solicitudinis vestræ fuerit ope completa, & omnipotenti Deo oblationem gratissimam de vitiorum correptionibus offeratis, & ad aliorum ædificationem, qualiter in vobis Pastoralis officii cura fulgeat, ostendatis. Experientia autem vitæ vestræ nos provocat, quam valde multis præminere cognovimus, ut de vobis hac in re grande solatium præsumamus. Et ideo fervorem vestrum, sicut Deo auctore cœpistis, explete, ut bona, quæ in vobis recta intentione cœpta sunt, juvante Deo creatore omnium rectius impleantur.

zelum contra Simoniacos,

caritatem erga monachos in Angliam destinatos:

6 Præterea monachis, quos ad reverendissimum F
Fratrem & Coëpiscopum nostrum Augustinum transmisimus, caritatem suam Fraternitas vestra, ut consuevit, impendat: & ita eos, tam per se quam per alios quos potuerit, ad proficiscendum solatiari studeat, ut dum vobis providentibus nullas illic difficultates vel moras habuerint, & nos quod de vobis confidimus sentiamus, & Deus vobis omnipotens pro conversione animarum, pro quibus transmissi sunt, suam gratiam recompenset. *Hac ibi. Memoratus* Augustinus *est Cantuariensis Episcopus, & colitur* XXVI *Maji. Inter monachos autem hic commendatos fuit S. Laurentius, dein Episcopus Cantuariensis, cujus res gestas & itinera dedimus die secunda Februarii. Est præterea epistola* 62 *ejusdem libri noni, in qua splendor virtutum S.Arigii elucet, & est hujusmodi.*

indicat mutuam dilectionem,

7 In quanta apud nos memoria Fraternitatis vestræ sit caritas, cordis vestri secreta requirite, & ex eo quem circa nos habet amorem colligetis. Et quoniam sincera in dilectione nec vires absentia, nec locum habet oblivio; ita sibi imaginata vestræ Fraternitatis præsentia mens nostra reficitur, ac si corporeis vos oculis coram nobis sisti cernamus: quia nec abesse credendus est, qui per dilectionis vinculum animis inhæret. Quia ergo tanta in vobis Sacerdotalis gravitatis ornamenta conspeximus, ut de vestro omnino

instituto

A instituto & moribus lætemur, multa animis noſtris de ſolicitudine veſtra promittimus. Unde quia ſic ea quæ Dei ſunt agitis, ſic in commiſſi vobis gregis cuſtodia vigilatis, ut tamen ea quæ ex latere ſunt prudenti moderamine diſpenſetis ; latorem vobis præſentium Candidum Presbyterum communem filium commendamus, ut opem illi in quibus neceſſe fuerit pro utilitate pauperum impendatis : quatenus dum Fraternitatis veſtræ fuerit, ſicut confidimus, fultus auxilio, in ejus vos conſolatione nos inveniſſe ſe ſentiat. *Hæc S. Gregorius, quamdiu deinde poſt hunc annum* DCI *vixerit S. Arigius, non conſtat.*

& Candidum Presb. ei commendat.

VITA

Auctore coævo, ex MS. Silviniatenſi eruta à Iacobo Sirmondo S. I.

Nobiliter natus & pie educatus,

1 SAncti atque præcipui viri Arigii, Wapincenſis urbis Antiſtitis, non phaleratis neque dialecticis, ſed ſimplicibus tantum venerabilis vita narratur eloquiis. Ideo non vereor quod idioticus auſteritatem auſcultantibus ingerat ſermo : quia ſi promptus attendit animus, illico ſacer ſociatur auditus. *a* Pater illius ex præclariori Francorum progenie oriundus Aprocaſius vocabatur, mater Sempronia : qui etiam filium primogenitum Arigium, cum eſſet biennium ſuæ nativitatis [egreſſus] Deo offerentes, ante altare Cabillonenſis urbis S. Vincentii *b* exhibuerunt. B. Deſiderius *c* Epiſcopus, prælibatum filium cum gaudio ſuſcepit & baptizavit, quia præſcivit ſibi futurum omni obedientia reverentem filium, modeſtiæ & humilitatis intelligibilem, & omni ſanctitate pollentem. [Hic deinde ætate & ſcientia maturus] ad regimen eccleſiaſticum, annuente Chriſto pervenit ad honorem *d* Eccleſiæ Morgecenſis, ubi non modicus inhabitantium cernitur vicus : ibidemque una tantum temporis *e* teſſares decada peracta, omnium Wapincenſium Clericorum ac monachorum virorumque ſanctorum conſenſu, atque cum exultatione gaudii maxima, poſtulatum eſt promereri ſibi à Domino, ut Arigius, vir *f* Deo plenus, Eccleſiæ ſanctæ Wapincenſis urbis *f* conceſſam ſibi teneret Sedem.

a

B

b

c

poſt regimen eccleſiæ Morgecenſis,

d

fit Epiſcopus Vapincenſis.

e

2 Interea deterſa de corde caligine, ad cælos animum intente appoſuit, cumque ob [fervorem] deſiderantis animi S. *g* Marcelli Martyris eccleſiam adire deſiderium arripuiſſet ; dum urbi Cabilonenſi ſe beatiſſimus vir adjungeret, infeſtante inimico, Regina quædam valuas, liminibus Sancti appoſitas, Brunichildis *h* iniqua, feris firmare præcepit. Sed Sanctus Dei ſignaculum Chriſti faciens, ejuſque intercedentibus meritis ſanctis, ubi Arigius venit, oratione defixa clauſtra patefacta ſunt. Narrata virtute Regibus *i*, munera indeſinenter ad Sanctum miſerunt ; quę cum iſte vidiſſet, chlamyde ſua recepit projectiſque in terra ſolidis, exhorruit cum deteſtatione dicens, Dona iniquorum reprobat Altiſſimus ; & taliter divina inſpiratione vir beatus repletus eſt, ut ſicut Eliſæus Propheta, contemnendo aurum & argentum, leproſos mundaret.

g

oratione clauſtra eccleſiæ aperit:

C

h

i

munera reſpuit.

3 Cumque penſaret, ob conſervandi gratiam Dominicum ſibi fuiſſe commiſſum gregem ; ita omnium curam ſuſcepit animarum, ut ſolida conſervaret, alligaret contrita, errantem reduceret, nullam penitus extra caulas erroneam omitteret ovem. Clericorum autem ſic niſus eſt in omnibus, ut ſpiritalem aſſumeret curam, ut induſtriæ ſuæ affectum bonitate miſceret. Sui quippe moris erat, neminem contemnere : & ſi quempiam ad erudiendam ſuſcepiſſet indolem, primo quidem ob rudimenta infantiæ blando commendans intimabat magiſtro, ut teneram inſtruens foveret infantiam ; & ſic demum ſpiritualibus raſtris ad excolendos animos ſuo præcipiebat reſervari labori. Cumque eoſdem intra ſuæ recepiſſet Eccleſię ſepta, ita pro ipſis in omnibus induit curam, ut ſub ipſius ditione reverentiſſime commorantes, in legis Domini meditatione diei ac noctis tempora non tranſirent, quatenus & perſonaret lectio cum inſtructione, & denuo cum exultatione Davidicam canerent modulationem.

Magnam curam gerit juniorum Clericorum.

EX MS.

4 Quos intra conclavis ſui clauſtra conſervandos, oratione Domino facta, nocturnis horis relinquens ; ipſe B Pontifex [adibat] caſtrum, quod Wapincenſium eſt non procul ab urbe, cum uno tantum Clerico, nomine Probo, qui tunc temporis Lectoris agebat officium, & nunc in ſacris Sacerdos admiſſus noſcitur eſſe myſteriis : [nam] quia eum non invenerit reprobum, ideo in ſpiritualibus auſis detinebat probatum. Hunc in ſuo adſumens obſequio cum ardenti fidei devotione, nulla intermittens nocturna horarum ſpatia, arduum montis conſcendens ſupercilium, ad S. Mammæ *k* Martyris properabat Eccleſiam, in qua ſacratiſſimi ſepti *l* peſſulum ex more reſerare conſueverant. Nam claves clam auferre faciens, ſimiles protinus præcepit fieri ; ſicque acto noctis ſilentio, cum prædicto puerulo, qui ſuo vacabat obſequio, cauto ac pendulo, tamen fixo animo, in ſancta ſanctorum ingerens greſſum, ab ſummæ noctis exordio orationem agens, cum gemitus modulatione, cum lacrymis in laudem Domini perſeverat : ſic cum hymnis, & laudibus, & canticis ſpiritualibus peracto officio, deinde Chriſto prævio ad ſubjectam monti repedat urbem.

nocte in S. Mammæ eccleſia orat.

l

k

E

5 Sed dum templum B. Andreæ Apoſtoli, ardenti deſiderio exercendo, prope oppidum ipſius civitatis fuiſſet ingreſſus, quod late Chriſtianis conceſſum eſt, ibi incurſum *m* meridianum reperit ſuæ iniquitatis fungentem officio. Hoc ipſe Pontifex ſub Angelica reſpiciens ex more viſione, intulit, ut ubicumque in ſuo nomine quis hominum properaret tutum iter ab eo poſtulans, eum in nullo noceret, & una cum ſatellitibus ſuis ſibi cohęrentibus ageret itineris curam. Et quia jam tempus aderat ut gallus cantaret, & Clerus [conveniret,] coërcens ipſos quietè agebat. Nullus tamen hominum, à quibus vel de quibus venerat, præter Dominum ſcivit ; & ſpectantibus Angelis, quid ageret penitus ignorabant. Elegit namque diverſis atque exquiſitis laboribus, in ſemetipſo dicando martyrium, ſanctum affligere corpus ; tamen dum valuit ab iſto exercitio non ceſſavit dirigere greſſum, nec ante cujuſquam patuit auribus, ſed nec revelatum eſt oculis, niſi cum ſuſpicientes ad ejus ſanctam confeſſionem, quo ſancta referabat clauſtra cernerent *n* ferrum.

coërcet damones :

m

corpus affligit.

F

n

6 Scientes ad memoriam & neſcientes nunc ad ſcientiam revocabo operum Domini, qui virtutem ſuam in tribulatione fideli famulo nec horrendo negavit in gurgite *o*. Cumque ſolito beatiſſimus vir ad ulteriorem fluminis *p* Druentiæ ripam ſe vellet navali evectione transferri ; fortuitu inſidiante diabolo, & agente fluminis curſu carbaſa, inopinanter navicula rupi mediæ prępcipiti incidit lapſu, volventibus undis protinus conterenda : ex cujus mortis imminenti periculo per Angelicam adprehenſus vir Dei dexteram, cum Diacono ſuo, qui Januarius vocabatur nomine, inimico ſuperponitur ſaxo. Ex tunc itaque ipſum habuit ſuæ ſalutis in omnibus defenſorem, quem incurrere viſus fuerat in gurgite ſubmerſorem. Interea dum dextera lævaque gurgitum imminentes reſonarent lymphæ, clarę noctis tempore, corde ſancto & ore canebat, dicens : Expectans expectavi Dominum & reſpexit me, & ſtatuit ſupra petram Pſalm. 39, 1

o

p

à naufragio eripitur ab Angelo:

EX MS. tram pedes meos, & direxit ad progrediendum greſſus meos. Cum igitur turba ingens Clericorum famulorum ac civium ex utraque parte littorum imminentes adſtarent, & lugentes liberandi inſtantia perenni fatigarentur; propinquus inclaruit dies, præcedens inclaruit virtus Chriſti, adducens eum cum exultatione obtentæ gratiæ.

q 7 Tria *q* item geſſit beatiſſimus vir magna miracula, quæ nec ſilenda putabo in ſecula. Cum immaniſſimus ac ſævus ex opacis ſaltibus aper non procul fuiſſet ab urbe, cumque ſolitis venantium conſtipatus fuiſſet catervis, atq; vibrantes tenenteſque dexteris in perimendâ beſtiâ tela dirigerent ferrata, & incaſſi omnium invenirentur intendentium ictus; tunc demum ſanctus Pontifex baculum, quem in manu alma gerebat, in ferino & in inſano poſuit ore: ſic illico naturali caruit virtute, optatamque qui aderant omnes ſimul venationis capiunt prædam. Et ſic factum eſt, ut omnium appareret obturibus plus facere potuiſſe ſanctitatis audaciam, quam puerilis armatam temeritatis inſtantiam.

aprum mittens reddit.

8 Dum cujuſdam Sabinæ illuſtris feminæ, eo quod in timore Domini ſacra & certe vera vidua eſſet, benedicendi gratia domum fuiſſet ingreſſus; progrediens inde venenoſus viantibus apparuit ſerpens. Cumque cæruleus ex triſulcâ ſibilum depromeret lingua, atque per flexuoſos ſe traheret globos, ut letales infigeret morſus; & cum mortiferum omnes effugerent caſum, atque fuſtibus ac ſaxis anguem obruere meditarentur; ſed nullus eorum ipſum interimere potuiſſet; tunc vir Dei, virtute animi magis quam corporis, maligni caput ſancto attrivit calcaneo: ſicque proſtratus nequiſſimus anguis, deinceps numquam valuit ex ore nefario mala exundare venena. Sed hæc omnia ad tuam referunt omnes, Chriſte, virtutem, qui conculcaſti leonem & draconem. Propterea benedicimus, laudamus, & ſuperexaltamus nomen tuum ſanctum in ſecula: quia confidimus in te, qui fideliſſimo tuo Arigio tanta dediſti virtutum inſignia, ut & ſerpentis inimica contereret membra, & Paſtorali baculo ſingularis feræ aperiret inſaniam.

ſerpentem conterit:

B

operario deſidi maledicit,

9 Alterum vero miraculum vir Dei noſcitur intuliſſe. Exigenti enim jam tempore, dum marcida flueret *r* præparata inciſioni herba, eò quod ſolis ardor aduſtus jam aduſſerat fœnum, miſit beatiſſimus Antiſtes operarios in prædia ſua. Et cum ad horam ſextam veniſſet, unus ex operariis inerti animo, corde impedito *ſ*, dicendo ſe laſſum vix corpus pertrahere [vacabat ab opere]. Tunc demum athleta Dei ad ipſum venit, & dum inveniſſet eum non lucrantem mercedis opera, ſed inique gerentem ex [dæmone] conſorte; maledixit ei in nomine Domini, ut probaretur oppreſſio inimici. Et dum ſe in terram volueret cum intentione iniqua, adveniens iniquiſſimus ſerpens, genua ejus rabiens incluſit; & dum avida fauce venenum ipſi evomuiſſet, cœpit clamare; Miſerere, piiſſime Paſtor, quia qui me ſuaſit tibi mentiri, ipſe me certiſſime decepit. Cumque concurſus populi ad ejus acclamationem factus fuiſſet, venit S. Arigius Epiſcopus. At illic ut vidit deceptionem inimici, & hominis illius ruinam, & jam corpus ejus exanime jacere; projecit ſe in terram, atque cum lacrymis oravit, dicens: Domine Deus omnipotens, qui feciſti hominem ex nihilo, & periit primus homo per aſtutiam ſerpentis, & reparaſti eum per unicum filium tuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; tu repara hunc famulum à morte, quam ipſe diabolus per ſinum venenoſum in ejus membra transfudit, ut in nullo ei noceat. Et quia tu dixiſti; Marc.16,18 Qui in me credunt, etſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ita iſti famulo tuo per preces ſervi tui reddere dignare priſtinam ſanitatem. At ubi orationem compleſſet, ſignum Chriſti ſuper plagam manu ſua faciens, ita venenum evomuit corpus, ut nihil malum homo ille ſe inclamaret fuiſſe perpeſſum. D

r

ſ

C

& ideo à ſerpente læſum ſanat:

10 Quodam interea in *t* tempore, cum vir Deo plenus Romam ad Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum limina, orationis cauſa, pro amore Dei in Chriſti nomine properaſſet; tanta eſt à beatiſſimo Gregorio Papa veneratione receptus, ut cum eſſet Eccleſiæ Romanæ tam meritis quam privilegiorum ſupereminens poteſtate, atque Sacerdotalium infularum ceteris Sacerdotibus honore præpollens; taliter beatiſſimum Arigium Epiſcopum cum caritatis ſubjectione atque ſummo venerationis portabat affectu, ut non ſolum honoribus, ſed & moribus, & ſcientia, ſanctitate, modeſtia, caſtitate ſibi coæquandum putaret. Sed nec unquam ſe à finibus Galliarum in illis partibus talem ſe proteſtabatur omnimodis Sacerdotem vidiſſe. Nam cum apud eum aliquantiſper, tam ex devotione orationis, quam pro inquirenda Gregorii Papæ ſermonum ſcientia ſingulari, ſpiritales innecteret moras; & jam valedicendi utriſq; inoptata adveniſſet dies; cum tanto ſe amore ac profluvio lacrymarum fletuumque ſibi ſummi Pontifices viſi ſunt ſancta oſcula tradidiſſe, ut adſtantes, libri Geneſeos recordantes, [intereſſe ſe] obſequio Joſephi Patriarchæ, cum lacrymis colla unici fratris oſculantis, putarent. Sed tunc, beatiſſimus Gregorius Papa ſanctum ac venerabilem Arigium Epiſcopum viſus eſt conſolari eloquiis fidei, cum non modica ſpe, quod Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui curam habet de omnibus, protinus eos in Paradiſiacam faceret adunari ſedem, laboris præmia centeno fœnore percepturos. Et ſic placido oculo ac ſereno animo ſuis omnibus tradens munera, oratione facta flentes ab invicem viſi ſunt diſceſſiſſe.

Romam profectus à S. Gregorio benigne excipitur:

E

Gen. 45. 4

diſcedens quis ſibi ſit ſucceſſurus intelligit:

11 Ergo & Beatiſſimo viro Valàtonio, qui tunc temporis Archidiaconus ſub ſæpedicto Pontifice Wapincenſem regebat Eccleſiam, viſus eſt Dalmaticâ cauſa muneris indulſiſſe. Et quia compererat, quod eſſet ſacris litteris decoratus, ideo maluit ut eſſet ſuis munificentiis ſancto velamine circumdatus: & quod ipſe in ſui Magiſtri ſuccederet Sede, *u* beatiſſimus Gregorius Papa palam ſuis pronuntiavit oraculis. Qualis autem & quanta fuit ſancti viri perfectæ vitæ operatio, felix *x* commutatio fidelium oculis declaravit.

u

x

12 Dum per quadragintaduanam obſervationem diebus ac noctibus perageret officia, ut macerato corpore præveniret ſanctæ Reſurrectionis diem celebrando ſuſcipere; advenere in trino numero elephantioſi: quos cum vidiſſet, in ſua cella adire præcepit; ibique, adpoſita pelui, præcinctâque ſindone, pedes eorum lavare cœpit; & lectulos, ubi membra putrida atque defeſſa requieſcerent, ſuis manibus adornavit. Illic tribus diebus detentus per noctis ſilentia pedes & capita eorum vel manus cum fletu & gemitu irrigabat, [donec illuxit] veniens ſanctus dies Cœnæ Domini. Tunc eum Dominus exaudire dignatus eſt, ut ſicut per Magiſtrum lotis pedibus diſcipuli paradiſi amœna introierunt, ſic feſſi properantem de ſeculo beatiſſimi Arigii laudarent virtutem, *y* & deterſa putredine carnis, vocis laudarent eum clamore, quia ſe cognoverunt per Sanctum Dei Arigium Confeſſorem lepræ evaſiſſe ſupplicium, & poſtulantes viaticum [diſceſſerunt].

F

tres leproſos poſt triduanum miniſterium mundat,

y

13 Sed dum in lectulo ſtratus ſui requieſceret, evigilans poſt quietem, chorum Angelicum modulatis vocibus ante altare B. Mariæ ſemper Virginis audivit: ſtratumque, omnibus ſuis obſequio *z* cubiculi vacantibus, dereliquit; & curſu concito inter eoſdem introivit.

chorо Angelorum intereſſe viſus

z

A introivit. Sed dum Probus Clericus, qui ſuo perpetim vacabat obſequio, evigilaſſet; & pergens ad cubiculum, eum illic non inveniret; ſtatim ad oſtium ſanctæ eccleſiæ properans, & eum cum Angelico choro intuens, metuit, & penitus non introivit. Cumque prædictus Pontifex ad cubiculum rediret, cum magna humilitate, Probus eum interrogavit qua ex cauſa greſſu intimo retrocedebat, dum inter eos pſalleret, & coram obſequia ex more reciproçando repeteret. Sed ipſe Pontifex hanc viſionem ei ſilere præcepit. Igitur ſic inchoavit, ut finiret: ſic finivit, ut quod quæſierat, perpetuo retineret. Nam cum jam ſuæ vocationis ultimum pertingeret tempus, *aa* & ſolitum Angelici panis ſumeret cibum, cum ex ſummo doloris impetu feſſa Sancti membra ſtratu jacerent, mens tamen amplius ex more erecta cæli Dominum intuebatur dicens: Jeſu bone, Salvator Domine, non tradas beſtiis animam confitentem tibi, neque eam derelinquas in inferno; quia in terrena teſtudine clauſa ſemper te deprecata eſt in cælis. Sic jugem per multorum dierum ſpatia, dum ſanctum ſpiritum cælo redderet, orationem cum gemitibus permiſcebat.

decidit in morbum:

aa

B 14 Sed neque hoc quidem, quod ex fideli debitore narrare neceſſe eſt, ſilendum omnino putabo. Cum vir Sanctus anhelum pectus paululum ſopori dediſſet, ante magni Regis tribunal ſe cum gaudio magno cernebat adſtare, & niveo peplo ſemetipſum, ipſo præcipiente Rege indutum, percepiſſe [conſidendi] poteſtatem. Et deinde Iſicium *bb*, quondam Gratianopolitanæ urbis Antiſtitem, intendit [eadem] ſemita, qua venerat, alacrem properare; ac pari modo à reſidente in ſplendoribus Rege miratur eſſe ditatum. Cumque vir Dei à blando evigilaſſet ſopore, Beatiſſimo viro Valatonio, tunc temporis Archidiacono, & Diconcio provectæ ætatis Presbytero, & Probo Diacono adſtante etiam ultimo, qui iſtam ſtylo percurrente in ſuo amore narravit viſionem, quam ſpiritalibus vidit oculis, certe audientium auribus indicavit, & ſic auſus eſt in veritate dixiſſe, quod omnes ſuæ Eccleſiæ filios Domino commendavit, omnibus benedixit, & abſolutione profuit cunctis.

in extaſi ante tribunal Chriſti latus excipitur

bb

cc 15 Nudato corpore, ante altare S. Euſebii *cc* cum cinere & cilicio jacens, cum Viaticum Corporis & Sanguinis Chriſti de manu Iſicii Epiſcopi & Diconcii Presbyteri accepiſſet, ait: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quia jam video tempus reſolutionis meæ. Et ſurſum erectis oculis expanſiſque manibus, ait: Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, nudus revertar illuc. Obiit autem ipſo die Kalendarum Maji; & continuo advenit [urſus] *dd* de remotis montibus, ipſe, qui quando de Roma redibat vir ſanctus, concito ictu percuſſit & devoravit bovem [ſubjugatum plauſtro, in quo cum ſarcinulis erant Reliquiæ] ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & multa patrocinia Sanctorum [quæ] ibi erant reperta, & denique caligæ B. Mariæ ſemper virginis. In Chriſti [autem] nomine vocavit Epiſcopus urſum: [qui] inclinato accurrit capite [&] jugo ligatus ad feretrum onera perduxit Wapinco, [&] vixit uſque ſenio. Ipſe autem obviavit corpori: [& ſingulis annis] ad ipſam ſanctam ſolennitatem veniebat, uſque dum canus vixit. Et multi gaudebant qui videbant eum, & victum præbebant ei. *ee* Amen.

sumpto viatico

C

dd

moritur 1 Maji:

accurrit ad exequias urſus.

ee

ANNOTATA.

a *Quas hic primo loco legis lineas, fœde tranſpoſitas invenimus, poſt alias plures ſequentes, uſque ad verba, ad integrandum ſenſum à nobis inſerta & [] incluſa. Loco autem principii invenies apud Labbe aptatum titulum, ſcriptoris multo recentioris,* In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Incipit Vita S. Arigii Wapincenſis Epiſcopi, qui oriundus &c. *Nos ſub levi correctione videmur omnia primogenio ſenſui & ordini reddidiſſe.* EX MS.

b *Eſt etiamnum eccleſia Cathedralis* S. Vincentio *ſacra Cabillone.*

c Deſiderius *hic, Cabillonenſis, an Claromontanus Epiſcopus intelligi debeat, jam ſupra quæſivimus: in impreſſis apud Labbe, dum ſic legitur,* ante altare S. Vincentii Cabillonenſis urbis B. Deſiderius Epiſcopus, *ambiguum manet, ad utrum referatur* τὸ Cabellonenſis urbis.

d Morgecenſis eccleſia, *in tabulis* les Martres Morges, *in diœceſi Claromontana apud Arvernos.*

e Teſſares-decada, *intelligo ſpatium 14 annorum.*

f *Poſt annum 576 depoſito Sagittario.*

g *S. Marcellus Presb. & Mart. Cabillonenſis, colitur 4 Septembris.*

h Brunechildis, *uxor Sigeberti Regis Auſtraſiorum; quo moriente anno 575 venit illa in Galliam ad mariti defuncti fratres, inter quos S. Guntramnus Burgundionum Rex, & monaſterii S. Marcelli fundator: apud eos autem varia fortuna ac fama vixit reliquo hoc ſeculo.*

i Guntramnum *intelligo &* Chilpericum *Neuſtriis imperitantem: ut communis aliqua conſultatio eos cum Brunichilde ibi conjunctos tunc habuerit: quando Cabilonem venit S. Arigius, natalem ſuam urbem.* E

k *Hic eſt celebris Martyr,* Mamas, *relatus ad 17 Auguſti.*

l *Impreſſum,* ſacratiſſima ſepta claveſque peſſulum, *quæ modica correctione & tranſpoſitione viſum eſt corrigere.*

p m *Dæmonem intellige: ita* Pſ. 90 *v.* 7, *protegendum ſe Propheta ait* ab incurſu & dæmonio meridiano.

n *Puto intelligi clavem oratorio appenſam, quam ſibi ad reſerandas noctu eccleſias fabricari fecerat, ut ſupra dicitur.*

o *Ita viſus eſt corrigi poſſe tranſpoſitis lineis perturbatus ſenſus verborum, levi dumtaxat correctione egentium: quod iterum paulo poſt facere oportuit, ut videbit qui volet impreſſa apud Labbe legere.*

p *Impreſſum* Durantia: *tranſit haud procul Vapinco.*

q *Interponitur,* inquit, *quaſi ex alicujus ore aut ſcripto hæc referrentur; quod hic & alibi adhuc ſemel iterumque mutavi in* Itaque & Item, *vel plane omiſi.*

r *Labbe* floreret, præparatam --- herbam --- adduxerat.

ſ *Senſui explendo addita hic & alibi verba lector his* [] *dignoſcet.*

t *Circa annum 598, uti ex Epiſtola S. Gregorii ſupra relata conſtat.*

u *Sanmarthani non inveniunt quem ſubſtituant Aridio, niſi* Potentiſſimum, *qui Concilio Cabilonenſi anno 650 interfuit: ſed per hunc* Valatonium *opportune ſuppletur manifeſtus hiatus.* F

x Commutationem *intelligo, qua pro Arigio ſubſtitutus eſt jam dictus Valatonius, ſua virtute monſtrans, quam efficax in eo fuerit ſancti deceſſoris exemplum.*

y *Omitto hæc verba intermedia, tamquam hic otioſe iterata,* Ita Domini miſericordia præſtare dignata eſt.

z *Id eſt,* dormientibus.

aa *Iterum omitto* in quo oblationis omitteret diem: *quia ſenſum non faciunt, & ſine his cetera recte cohærent.*

bb Iſicius, *aliis* Eſicius & Heſychius, *qui Epiſcopus Gratianopolitanus, ab anno circiter 570, pluribus Conciliis interfuit: videtur autem hac viſione indicatum, quod paulo poſt S. Arigium etiam ipſe ad eamdem gloriam eſſet admittendus. Quare merito dubites, an inter hunc & Clarum, qui an. 650 Concilio Cabillonenſi interfuit, non debeant collocari aliqui ex illis, qui apud Sanmarthanos collocantur poſt Clarum ſine ulla nota temporis.*

cc S. Euſebium Vercellenſem *hic notari crediderim, qui colitur 1 Auguſti.*

dd *Impreſſa* advenit vir ſanctus: *ſed de urſo hic agi oſtendunt cetera, & verba,* vir ſanctus, *alio ſpectare.*

ee *Non videtur hic plane finis fuiſſe.*

DE S. BERTHA MARTYRE

D.P. *ABBATISSA AVENNACI IN DIOECESI REMENSI.*

SUB FINEM SECULI VII

UMberti *ſanctiſſimi Martyris, apud* Avennacum *in Campania culti, memoriam illuſtrantes ad* XXIX *Aprilis, neceſſe habuimus præmittere Actis notitiam brevem, de ipſius ac Sanctæ uxoris ejus* Berthæ *geſtis, ex Flodoardi Hiſtoria Remenſi acceptam; ſimulque indicavimus uſum eum antiquis S. Berthæ Actis, uno poſt ejus mortem ſeculo ſcriptis, cum venerabile corpus inventum fuiſſet integrum atque incorruptum. Ea Acta, ut tunc erant, fortaſſe etiam nunc extarent ſincera indivulſaque, niſi ille, cui poſt ſolennem Corporis revectionem Avennacum, factam ſub Artoldo Remenſi Archiepiſcopo circa annum* DCCCCL, *commiſſum erat ordinare Officium eccleſiaſticum pro cunctis utriuſque Sancti feſtivitatibus, viſum fuiſſet amplificare Legendam amplificatione varia, eamque ſic auctam diſtrahere in plures partes. Ac primum quidem excerpens quæ ſolum fere Gumbertum ſpectabant, ea ſic extendit, ut pro die feſto habuerit Lectiones* XII *de vita ejus Remis acta, & pro die Octava Lectiones* VIII *de ejuſdem peregrinatione & martyrio.*

Epitome Actorum apud Flodoardum,

antiquior legenda interpolata

B *Quæ nos in unum colligentes, uti tunc interpolationibus rejectis antiquæ ſimplicitati conabamur reddere; idem nunc quoque intendimus facere, tanto ſolicitius, quanto potior ſemper A[v]niacenſibus fuit ſuæ ſanctæ Fundatricis veneratio, numeroſ[i]ori prolixiorique feſtivitate teſtata.*

& per lectiones plurium feſtorum diſtracta eſt,

2 *Quin etiam communem utriuſque Legendam, ſcriptam olim, [i]iſſe ſub nomine ſolius S. Bertæ colligimus ex prologo, qui in principio Lectionum pro die feſto notatur iis verbis conceptus, ut appareat auctorem, ipſius dumtaxat cauſa ſcriptionem aggreſſum, ex qua ſicut dictum eſt, amplificata poſtmodum, accepta ſunt, primum Lectiones* VIII *de vita Sanctæ Berthæ uſque ad monaſterii Avennacenſis extructionem, pro die Natali, hoc* I *Maji; deinde pro ſex diebus infra Octavam quotidie lectiones tres, quibus continetur vita ejus monaſtica, ac potiſſime miraculum deducti Avennacum fontis. Sequebatur hiſtoria mortis per privignos illatæ, diſtributa in* VIII *lectiones pro die* VIII *& pro Dominica infra eamdem. Sed hæ neſcio quomodo amiſſæ ſunt. Amiſſarum defectum ſupplevit poſteritas; pro Dominica quidem infra Octavam uſurpando eaſdem* VIII *Lectiones, quæ reſervatæ fuerant & etiam nunc recitantur pro* Commemoratione S. Berthæ, quæ fit XII Octobris: *pro ipſa autem die Octava, eaſdem quæ* dicuntur in feſto Tranſlationis, quod celebratur ultima die Auguſti.

I *Maji*

12 *Oct. &* 31 *Auguſti.*

C 3 *Ita diſcimus ex rubrica, ante Officium Dominicæ & Tranſlationis prænotatæ præfixa in prima Avennacenſium Officiorum editione, facta anno* MDLVII, *curante Ludovica de Linange Abbatiſſa. Lectiones quidem hæ continent hiſtoriam delati Avennacum S. Gumberti & juxta uxoris corpus ſepulti, recentioribus quibuſdam ex Flodoardo additamentis auctam: dicitur tamen ſolius Bertha Commemoratio, quod argumento nobis eſt, ejus ſolius annuum cultum eatenus fuiſſe apud Avenniacenſes: quas etiam credimus ſecundam illam feſtivitatem annue agendam aſſumpſiſſe, quando corpus ejus ut dixi elevatum fuit; & quoniam integrum prorſus erat, ſeorſim ipſum à mariti oſſibus collocaſſe. Pro tertia vero quam diximus Tranſlationis feſtivitate compoſitæ ſunt* VIII *lectiones novæ ſub novo exordio; quod exordium incuria poſterorum à ſuo abſtraxit corpore, tamquam legendum ad calcem Lectionum pro die Commemorationis præſcriptarum.*

cum officio poſt tranſlationem compoſito:

4 *Harum poſtremarum Lectionum auctorem libenter eum credam, qui antiquam Legendam interpolavit atque diſtraxit in duas; & utriuſque Sancti reliquum Officium compoſuit: proprias ſcilicet nec inelegantes Antiphonas, Reſponſoria, Orationes diverſas pro ſingulis Horis. Vtriuſq; Officii Reſponſoria, verſu Hexametro compoſita, fortaſſis antiquiora ſunt, ideoque ea juvat hic in unum colligere, cum iis tota Actorum contineatur ſubſtantia.*

cujus reſponſoria metrica ſynopſim vitæ continent

Sancta Dei Bertha, prædulcis Franciæ alumna,
A ſummis Procerum generoſum protulit ortum,
Cum carnis genere mentis proba nobilitate.
Sponſa fuit ſponſo conjuncta beata beato,
Par inſigne animis Gumberto Bertha fidelis;
Prole tamen caſſa, latet an ſit & inviolata.
Deſolata viro migrante beata virago,
Cuncta fere ſpreto pede repulit infima ſeclo,
Permutans pullo rutilantia flammea velo.
Dum ſancta explorat quo diva habitacula condat,
Angelico viſu ſuper hac re certificatur,
Monſtraturque locus Vallis prius aurea dictus.
Omnibus extructis, dum Mater tractat herilis,
Quiſnam illuc Domini famulatu militet Ordo,
Virginibus ſepta viſa eſt ſibi virgo Maria,
Sic monſtrando locum monialibus inſtituendum.
Temporibus priſcis aqua deerat ſedibus iſtis;
Vnde gravata Deum dum Sancta expoſceret almũ,
Fons certuſque locus ſibi cælitus inſinuatur,
Qui Virtus dictus jacet ad tria millia paſſus. E
Illuc cum libra nummorum Sancta profecta,
Poſtquam pro pretio fuit illam ſolvere præſto,
Per-trahit-arva colum, ſic ducens ad ſua rivum,
Qui fluit uſque hodie ſervans cognomina Libræ.
Felix & Domino gratiſſima Bertha ſupremo,
Dum per multiplices mundo obluctata labores,
Teſtata eſt, Chriſti quantum victoria poſſit;
Tandem martyrium peragens petit alta polorum:
Quæ divina videns, & jam ſine tempore gaudens,
Chriſto, cui placuit, precibus nos jungere poſcit.
Chriſte, ſalus noſtra, tibi laus & gloria cuncta,
Qui nobis oriens lux atque redemptio vera,
Nos tantæ Matris donas prædivite glebâ:
Cujus nos precibus pius abſtrahe mortis ab umbra.

5 *Hactenus antiqua proſa ſive ſequentia, continuo ſenſu, ut apparet, compoſita, ſed ab auctore Officii in plures diſtracta partes, ut pro totius diei feſti Reſponſoriis omnibus ſufficeret. Nihilo minus antiquus eſſe videtur Hymnus de Sancta, proprius ad utraſque Veſperas & Matutinum, qui talis eſt:*

uti etiam hymnus.

Decus futurum gloriæ, jubar micat eccleſiæ,
Claris orta natalibus & ſanctis Bertha teſtibus.
Conjuncta matrimonio Gumberti nũc clariſſimo,
Se non fœcundam partubus Deo ſacravit actibus; F
Dehinc contemnens fœtida mortalis ævi gaudia,
Pium convertit conjugem, ſectantẽ vitã cœlibem.
Fundans ſacrum cœnobiũ greges ditavit virginũ,
Fit ipſa Mater omnibus, præeſtque militantibus.
O Mater ſplendidiſſima, potens virtutum gratiâ;
Poſt carnis hujus exitum, concede vitę prẽmium.

Et hic quidem defectus prolis ſic indicatur, ut ipſa vitæ cœlibis ſeu continentis auctor fuiſſe viro ſuo ſimpliciter indicetur: ſed præcedens metrum, ſuſpicionem ingerit perfectioris caſtimoniæ, ubi dicitur:

Prole tamen caſſa, latet an ſit & inviolata.

cum aliquo indicio ſervatæ virginitatis.

Quidni autem virginem vixiſſe ſuſpicemur, quæ corporis per integrum ſeculum incorrupti privilegio, de ſolis fere virginibus legi ſolito, divinitus illuſtrata fuiſſe cognoſcitur? Certe intelligens ſponſum ſuum (cui non deerant ſiili, ex legitimo, ut credere malumus, conjugio antea nati) ſola conſanguineorum importunitate & divinæ vocis imperio cedentem, ſubiiſſe rurſus vinculum conjugale; facile eumdem potuit perpuliſſe, ut ſervandæ virginitatis gratiam ſibi indulgeret; ſicut eidem perſuaſit ut bonorum ſuorum heredes, quatenus per jura licebat, ſpirituales mallet filios quam carnales habere.

6 *Quid-*

A 6 *Quidquid ſit de laureola virginitatis, palmam titulumque martyrii ipſi tribuunt quotquot de ea agunt, non ſolum Aveniacenſes in omnibus ſuis de ea Officiis, ſed & alii.* *ejuſdem ut Martyris eulius apud Remenſes,* *Eccleſia Metropolitana Remenſis, quamvis Kalendas habeat ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi cultu feſtiviori occupatas, tamen in primis Veſperis Laudibuſque, juxta Breviarium anno* MDCXXX *excuſum, præſcribit* memoriam S Berthæ Martyris, *cum Antiphona & Oratione* Deus qui inter cetera, ut in communi Virginum. *In pervetuſto eccleſiæ SS. Timothæi & Apollinaris Martyrologio notatur* Kalendis Maji, in territorio Remenſi, loco qui vocatur Avenniacus, paſſio S. Berthæ uxoris S. Gumberti. *Sigebertus in chronico ad annum* DCLX, *ita ſcribit:* S. Bertha, Martyr & Abbatiſſa, ſanctitate floret in Francia. *Sequuntur Ferrarius & alii cum Sauſſajo: qui ex prædictis Officiis eidem prolixius elogium texuit, non abſque* *errores Sauſſaji.* *errore, dum ipſam attribuit* Avenæ, cœnobio Cataulaunenſis diœceſis. *Vulgariter quidem monaſterii locus* Avenáy *dicitur; ſed illud, ut ſimilia omnia Francicorum locorum nomina in* ay, *ex uſu Latine ſcribentium, juxta formam antiquam eorumdem nominum, terminandum Latine erat per* acum *aut* acus. *Abeſt autem locus haud multo longius Catalaunis quam Remis, ad hanc tamen non ad illam diœceſim pertinet, ut eſt notiſſimum.*

B 7 *Gabriel Bucelinus nihilo levius erravit, quando prolixius ejuſdem S. Bertha elogium finivit his verbis:* re- *& Bucelini* quieſcit autem juxta maritum olim ſuum, in monaſterio S. Petri Remenſis: *diverſiſſimum enim hoc cœnobium eſt, à Baldrico in ipſa urbe Remenſi extructum eodem ſeculo, de quo egimus* XXIV *Aprilis ad Vitam S. Bovæ, primæ ibidem Abbatiſſæ. Diverſiſſimum fuit etiam alterum, cujus nunc (ut in Breviario Remenſi legitur ad feſtum S. Gumberti) ſolum ſupereſt* aula, ſacellum & capella S. Patricii, *olim in porta Collaticia ſeu Baſilicari* in honore S. Petri *extructum à dicto Sancto*, quod Regale ſeu Fiſcale *vocabatur. Monaſterium vero Aveniacenſe, quamvis ipſum quoque S. Petro ſacrum eſſet, octo fere Leucis diſtat Remis, & proprio nomine* Vallis-aurea *dicitur. Trium iſtorum monaſteriorum diſcrimen potuerat diſcere Bucelinus ex ipſo quem citat Flodoardo, diverſis capitulis de unoquoque ſucceſſive locuto; ſi paulo majorem accurationem quam feſtinationem libris in publicam lucem producendis adhibuiſſet: quod ſane inviti reprehendimus: ſed oportet ſubinde hæc animadvertere, contra eos qui moleſte ferunt, quod non omnes continuo, quos tales ſcriptores admiſere, recipiamus in Ordinem Benedictinum.*

An fuerit ordinis Benedictini? 8 *Ioannes Mabillon, in Actis Sanctorum ſui Ordinis, videtur eorum judicio circa S. Bertham diffuſus fuiſſe, quando ſeculo ſecundo omiſit ejus Acta referre, contentus eam retuliſſe ad indicem Prætermiſſorum: quod tamen ne ægrius ferrent ſui, præpoſuit * aſteriſcum, quo voluit indicatos* qui C germani Benedictini eſſe videntur, *utique non tam ipſi quam aliis, quibus nolebat contraire. Dicitur quidem in* II *Lectione diei* III *quod S. Bertha conſtruxit ædificia officinarii*, ſicut S. Benedictus præcipit; *ſed oſtendimus in annotatis quam ineptum gloſſema iſtud ſit. Multo efficacius iſtud probaret Altivillarienſis cœnobii à S. Nivardo inſtituti diſciplina, ſi ea probaretur Benedictina fuiſſe: vix enim dubitare poſſumus, quin in monaſteriis ædificandis Regulaque legenda, exemplum ſancti illius Antiſtitis ac fratris ſui ſecuti ſint pii conjuges Gumbertus & Bertha. Alioqui ſecundum Regulam S. Columbani inſtituta fuiſſe quædam vicina Remis monaſteria, dubitare vix ſinit Adzo Dervenſis Abbas in Vita S. Baſoli, dum ait, quod is Viriziacum adveniens, adjunxerit ſe numero duodenûm Fratrum*, mores & actus, B. Columbani imitantium, ſicut in antiquariis reperiſſe, *ſe ait: quod ſane non reperiſſet, niſi ſaltem in novo poſt S. Baſoli mortem cœnobio, ipſo de quo agimus ſeculo* DCC, *ejuſmodi inſtitutio obtinuiſſet; eſto id forte non fuerit trahendum ad tempus quo Baſolus appulit.*

9 *Flodoardus cum lib.* 4 *cap.* 47 *multa de S. Bertha ex antiquiori ejus Vita, ut credimus, deduxiſſet, deque illius ac*

viri communibus apud Avennacum miraculis; tandem ſubjungit, velut ſuo tempore, id eſt ſeculo X *geſtum.* Quædam præterea mulier, ab altari hujus monaſterii linteum nuper furata, ferre ſecum voluit; ſed egredi eccleſiam nullo modo potuit, donec ſuum confeſſa reatum, ſublatum reſtituit ſuo altari velum. *Idem pluribus verbis deduxit auctor officii proprii*, noſtra *inquiens* ætate: *& ſimiliter ex Flodoardo accepit finem præcitati capitis, ut impleret numerum Lectionum pro die Tranſlationis hoc modo:* Monaſterium vero, quod Sancta ipſa maximis ſumptibus inſtruxerat, & Abbatiam ejuſdem domus, Dominus Fulco Præſul ab Odone Rege concedi Remenſi eccleſiæ, per paginam præceptionis Regiæ, obtinuit; & pro confirmando eo eidem Eccleſiæ à Formoſo Papa privilegium Sedis Apoſtolicæ impetravit. *Intra annos videlicet* DCCCXCI *quo electus Formoſus, &* DCCCXCVIII *quo mortuus Odo, quamvis ipſe Fulco ab anno* DCCCLXXXVIII *uſque ad* DCCCC *Sedem ſuam tenuerit. Vltimam illam obſervationem omiſit Monachus San-Remigienſis, qui Sanctorum Gumberti & Berthæ Vitas, quales in eorum Officiis repererat, novo ſtylo expolivit forte poſt* XII *ſeculum: quam ejus ſcriptionem habemus, ſed ſtylo rurſus per Guilielmum Duiatium Canonicum Regularem S. Ioannis Sueſſionenſis mutato: nec operæ pretium fuit requirere Remis ſtyli primigenii ecgraphum, cum nihil ibi reperiatur notatu dignum, niſi quod ait, poſt Tranſlationem ſub Artoldo factam*, utrique Martyri deinceps Officium particulare decretum inſtitutumque fuiſſe. E

AUCTORE D. P.

quædam Actis addita ex Flodoardo.

ACTA

Ex veteri Officio Avennacenſi.

1 CUm ſanctorum præcedentium Patrum vita nobis ad memoriam reducitur, miramur quod [ſimiles] nunc temporibus noſtris inveniri minime queant. Sed divina clementia actum eſt, ut lumen juſtitiæ nobis oſtenderetur in arcta vita Beatorum, ne à veritatis tramite poſſimus pedem retrahere, velut neſcientes quid debeamus ſequi quidve vitare. Omnipotens namque Dominus, petens propter nos ima, non relinquens ſuperna, non ſolum virili ſexui contulit victoriam erga venenatæ fraudis nequitiam; ſed etiam in fragili ſexu muliebris conditionis magna præbuit exempla virtutis: ut ad ipſum ſemper mentis attollamus oculos omni cunctatione poſtpoſita, qui os mutorum aperit & linguas infantium facit diſertas, qui per ſenſatos modos humani colloquii, diſtinxit immenſos brutoſque rugitus aſinæ. Nec mirum ſi feminam fragilis materiei dedit in exemplum: qui veritatem ſuam etiam cum voluerit narrat per ora jumentorum. Ad conſortium namque coheredum Chriſti nos confugere oportet, velut ad tutiſſimi portus ſinum, ictus terreni æſtus tempeſtatemque vitando, ut Deum deorum mereamur videre in Sion; ubi ſanctiſſima Bertha, ob cujus memoriam recolendam hæc prælibavimus, potitur præmiis bonorum, aſcita conſortio ſanctorum ſpirituum. *Vitæ Sanctorum in exemplum propoſitæ,* *imo & Sanctarum:* F

2 Hæc namque orta ſanguine nobilium parentum, ut decebat tantæ nobilitatis lineam, juncta eſt ſanctiſſimo, ſicut legitur, & omni laude digno Gumberto in conjugium: non ardore nefandæ libidinis, ſed amore propagandæ poſteritatis. Dum vero ſimul juncti fruiti ſunt mundo, ſemper Deo placere ſtudebant, & de die in diem ad perfectionis culmen conſcendere feſtinabant. *b* *a* *nupta S. Gumberto*

3 Cum autem jam tempus immineret, ut, diſpenſante miſericordia ſummi Dei, ſeſe dividerent, quo quirent eſſe ex Dei cultoribus, quibus ipſe dicit, Vos qui reliquiſtis omnia & ſecuti eſtis me, centu- *b* *mutuo conſenſu ſeparant,*

EX MS. plum accipietis & vitam æternam poſſidebitis ; .... *c*
c Domina & venerabilis Bertha ſpiritum ſanctæ pauperatis libentiſſime ferebat : & in hereditate magnæ dotis, quam jure maritali attigerat, ſicut prius pariter egerant in *d* porta Remenſium, aliud deſiderabat conſtruere monaſterium. Cumque diutina cogitatio hæc animo verſaretur, apparuit ei Angelus Domini, dubietatis jubens deponere obſtaculum, & mentis oculum ad Patrem omnium erigere, locumque ab ipſo præparatum deſignare *e*, menſuraſque monaſterii conſtruendi metiri. *f*..... Cumque ancilla Dei hæc vidiſſet, quaſi in exceſſu mentis effecta, læta viſione deſiderii ſui, properat ad partes ſibi oſtenſas: & ſicut ſibi cælitus revelatum fuerat, ſic juſſit ſignari loca conſtruendorum fundamentorum. *g*

d *& locum ſtruendi monaſterii divinitus edocta.*
e
f
g

4 Cum autem ancilla Chriſti cœpiſſet conſtruere monaſterium, ut ſibi à Domino fuerat imperatum, in vico qui vocatur Avennacus *h*, cœpit cogitare cujus ſexus cujuſve ordinis Deo militantes ibi adunaret. Dum hæc verſaret animo, tempore opacæ noctis, quando nimium laſſata membra daret modicæ quieti, aſtitit ei glorioſum diadema Virginum, ſcilicet beata Virgo Maria, confortans eam dicenſque, ut quod Summo polorum jubente inceperat, totis niſibus corporis uſque ad perfectionis culmen perduceret, & in eodem monaſterio puellarum cœtum congregaret. *i*

h *in eodem*

Deipara juſſu puellas colligit.

B *i*

5 Completo autem opere, quod Domino oſtendente amore ipſius accenſa, inceperat, multis donariis ditavit eumdem locum, magniſque appendicibus terminos ipſius dilatavit. *k* Ibi vero, ut ſibi revelatum fuerat à Domino, puellarum multitudinem undique aſcivit : *l* quas & fragiles corpore, & mente robuſtas, verbis & exemplis ad bene vivendum informabat. *m* Confortabat namque in Domino adoptivas filias, ſcutoque juſtitiæ eas munitas reddebat, docendo ut divitias caduci ſeculi reſpuerent, & nulla ejus adverſa formidarent. *n*

k
l
m
n

6 Omnia autem ædificia officinarum ſanctiſſima mater *o*, circa ædes Deo militantium conſtruxit, excepto molendino : quia illis adhuc temporibus indigentia maxima *p* aquæ habebatur. Cumque ancilla Chriſti per dies temporum * videret triſtari, ac nimium lamentari famulas Chriſti ob indigentiam liquentis elementi, cœpit & ipſa compati doloribus earum. Repleta quoque ſancti Spiritus gratia, quadam nocte, dum omnes Sorores ſe ſopori dediſſent, ſancta Mater, longa ſuſpiria trahens ab intimis cordis, lento pede de eadem domo egreſſa eſt, ac oratorium pedetentim intravit. Quæ proſternens ſtravit

o *ob aquæ penuriam,*
p * *an* temporum ?

nocte ſuppliCans

C

ſe terræ, effuſoque lacrymarum imbre, rogabat Dominum cæli terræque auctorem, ut qui olim per deſertum populo ſitis indigentia feſſo, largiri dignatus eſt pocula ex ſilice per manum Moyſi & Aaron, *q* miſertus largiretur ex terræ viſceribus ſibi liquentia aquæ. Dum completa oratione famula Chriſti exiret de oratorio, antequam perveniret ad limen oſtii, vox cælitus delapſa dixit ad eam : Dilecta Dei, depone anxietatem mœroris : quia quod fideliter quæſiiſti, efficaciter conſecuta es. Cumque hæc audiſſet, terrore nimio repleta, viribus deſertis, devenit ad pavimentum ſoli, ſemiviva effecta ; apparuit autem ei B. Petrus *r* dicens ei : Luceſſente proxima die, vade ad locum, qui Domino jubente tibi monſtrabitur ; & quidquid ipſo diſpenſante * contigerit, perage : ipſum vero ſcito ſemper eſſe tecum.

q *confortatur voce cæleſti,*

& S. Petri directione:
r
* *an* cogi taveris ?

7 Domina vero Bertha, dum aurora emicans cœpiſſet reddere coſmo lucem, & illuminaſſet in umbra opacæ noctis ſedentes, properat ſola cum ſola puella ad locum ſibi à Domino demonſtratum. Quo cum perveniſſet, cœpit Deum omnipotentem invocare precibus lacrymiſque, ut eam dignaretur compotem

ſonem repetit.

voti ſui facere. Quæ dum luſtraret ſitus loci illius, pervenit ad quemdam hortum in quo erat fons miræ pulcritudinis. Quem ut vidit Deo devota femina, minime concupivit ; [ſed] poſſeſſoribus ipſius prædii ſic locuta eſt : ſ O fratres in Chriſto dilecti, hunc fontem prædii veſtri vendite mihi : & accepta digna pecunia cedite noſtris uſibus. Cui ſic ajunt : En præſto ſumus, ſi tamen detur pretium à nobis taxatum. *t* Sancta autem videntibus qui aderant, libram unam denariorum poſuit ſuper lapidem qui erat ſuper os ejuſdem fontis : domini vero ac venditores receperunt æs. *u* Tunc ſancta mater Deo plena, colo, quam manu tenebat, cœpit terram fodere, & in modum ſulci rigam facere, orans ac dicens : Oſtende nobis domine miſericordiam tuam & ſalutare tuum da nobis. Revertens namque ad monaſterium, colum eadem poſt ſe trahebat, tantaque abundantia aquæ eam ſequebatur, ut ad uſus omnes hominibus pertinentes, ſufficeret : ſicut uſque hodie apparet. *x* Nomen quoque ſancta mater fluviolo ipſi compoſuit, dicens : Libra vocaberis : quia una libra pro emptione tui data eſt. Tantam ergo gratiam illi conceſſerat Dominus, ut in terris poſita corpore, menteque habitans in cælo, mirabilia ingentia faceret.

D

emptumque t

u

poſt ſe ducit.

x

E

8 .... Privigni denique ipſius Domnæ Berthæ inſurgentes contra eam illam interemerunt ..... *y* Poſtquam S. Bertha de hac luce migravit ad Dominum ſæpe dicti privigni, filii videlicet Domini Gumberti, invaſi à dæmoniis * defeciſſe referuntur, indignam vitam digna morte claudentes.

à privigno occiſa.
y
* *al.* deceſſiſſe

9 Tranſactis vero multorum annorum curriculis, quadam apparuit nocte per viſionem S. Bertha, cujus ſepultum erat corpus in monaſterio Avenniacenſi, ipſi Munciæ, quæ fuit conſentiens in ejus nece, dicens : quod ſi vellet remiſſionem tanti facinoris habere, tunc iret ad locum ubi Dominus Gumbertus jacebat, eumque inde referret, ac juxta corpus ſuum locaret. Quæ dum talia audiret, reſpondit : O Domina, quomodo ſcire potero, quod mihi ſit dimiſſum tam ingens peccatum ? Ipſa denique dixit : Siquidem quando corpus ejus juxta meum fuerit poſitum, ſtatim exiet ſanguis à naribus & ab ore tuo. Ut iſta audivit ſurrexit mente libenti, ac juſſa ſanctæ Matris citius adimplens, corpus ſancti Patris Gumberti cum magno honore ad idem monaſterium detulit, & juxta ſæpedictam Dominam poſuit. Prædicta vero Muncia quærens an adhuc laxata eſſent delicta, S. Berthæ corpus levare ſtuduit : quod dum levaretur, ſtatim unda ſanguinis ab ejus cœpit ore & naribus fluere.

mandat corpus S. Gumberti ad ſuum tranſferri.

10 Poſt rotationem vero centum annorum, dum mauſolæum ſanctiſſimi corporis Berthæ aperiretur, ita inventum eſt ſanum atque integrum, omneſque plagæ ejus recentes, ac ſi eadem die ultimum diem clauſiſſet. Cum vero corpus beati viri Gumberti poneretur juxta pignus aſmæ Berthæ, loca, quibus ſancta Dei mortis acceperat vulnera, ita cœperunt ſanguinem emittere, ac ſi eodem momento perforata eſſent cuſpide. Omnis namque multitudo, quæ aderat, cœpit laudare Deum, qui oſtendebat tam inauditam rem. *z* Multa quidem ſigna Dominus operari dignatus eſt ob merita SS. Gumberti & Berthæ, in loco ubi corpora eorum venerabiliter inhumantur : quæ per negligentiam deſidum non ſunt codicibus commendata. Sed Dominus, cui pura mente ſervierat, tranſvexit eos de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de labore ad requiem, tribuens illis immarceſſibile munus cum ſupernorum civium agminibus, cui laus & imperium permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

F

Ejus corpus poſt 100 annos incorruptum.

ſanguinem emittit.

z

& claret miraculis.

ANNO-

ANNOTATA.

a *Non dubitamus quin hic ſit ſincerus atque antiquus prologus veteris Legendæ, ideoque credimus ipſam ſolius Berthæ nomen prætuliſſe; licet initio plura haberentur de S. Gumberto, & ab ejus natalibus inchoaretur narratio, qualis data à nobis eſt 29 Aprilis.*

b *Hunc articulum putamus eſſe interpolatoris: qui poſtquam veteris Legendæ totum initium reſecuerat aptaveratque pro officio S. Gumberti, neceſſe habuerit novum hoc exordium texere.*

c *Signavimus puncta: quia hoc loco exempta credimus, quæ de receſſu Gumberti fundatoque per eum monaſterio, alibi jam dedimus.*

d *De hoc monaſterio Rhemis conſtructo vide Flodoardum lib. 4 cap. 46.*

e *Monachus San-Remigienſis ait, dixiſſe Angelum*, Vallis-aurea (quæ poſthac Aveniacum vocabitur) divinæ providentiæ conſilio præelecta, condendo cœnobio opportuna erit, *ita ſcilicet ei perſuaſerat auctor præcitati metri hoc verſu*, Monſtraturque locus, Vallis prius aurea dictus. *Nos* Aveniaci *nomen antiquius eſſe credimus, alterum ipſi monaſterio dum conderetur inditum: unde etiam vulgo dicitur* Val d'or d'Avenay.

f *Importunam huic loco digreſſionem intruſerat Interpolator, quibus totam Lectionem 6 & bonam partem Lectionis 7 ſic implevit*: Sanctiſſima vero Bertha ſupernis civibus interſeri appetebat; & adhuc corpore in mundo poſito, mente extra mundum ibat. Exercitatione namque ſanctæ inquiſitionis fatigata, meditatione cordis in Conditoris ſui ſpe & contemplatione requieſcebat; ærumnam exilii quam toleramus deplorabat, & ad patriam ſublimem ſe amoris ſtimulis inceſſanter excitabat. Cum ergo dolens videret id eſſe æternum quod nos perdideramus; invenit ſalubre conſilium, temporale hoc ſeculum deſerere, quod videbat ad nihilum devenire. Satagebat ergo inter Orientales magna effici (*debent hic intelligi* Auſtraſii, *non ab* Auſtro, *ſed ab* Oſt, *Oriens, nuncupati, reſpectu Occidentalium Francorum*) quando eis ſpiritibus qui orienti luci inhærent, preſſa corruptionis carnalis nebula, diſcretionis ſuæ radiis, in quantum poſſibilitas ſuppetebat, ſociabatur; ut jure poſſet dicere cum Paulo Apoſtolo, Noſtra converſatio in cælis eſt. Non quærebat inter actiones ſuas ima & fugitiva, quæ non proſunt; ſed inter choros cæleſtium civium proficere conabatur.

g *Quæ ſequitur Lectio* VIII, *tota ejuſdem farinæ & calami eſt: ipſam hic exhibemus.* O quam fulgentem ſtellam Dominus propter exemplum multorum in cælis poſuit, ſcilicet B. Bertham, ut veſtigia ipſius ſequendo poſſimus ambulare iter noſtræ noctis, inoffenſo pede operis. Dignum quippe erat ut in tenera femina Dominus oſtenderet virilem animum, quæ erat futura mater & ductrix Deo ſervientium puellarum multarum. Holocauſta ſui cordis quotidie Domino offerebat, blanda perſuaſione infirmos refocillando, quatenus eorum mentes, & magna per contemplationem docens, paſceret; & parva per hiſtoriam tradens, quaſi lacte nutriret. Simplex erat Deo devota femina in opere, recta in fide: ſimplex in bonis, quæ inferius peragebat; recta in ſummis, quæ in intimis ſentiebat. *Et hactenus quidem Lectiones pro die feſto: ſequuntur ternæ pro ſingulis ſex diebus infra Octavam.*

h *Apparet connexum ſatis eſſe ſenſum, quem nihil neceſſe erat interrumpere his verbis*: Sicut geſſerat cum ſæpedicto Domno ſuo Gumberto. De rebus quas habuerat partem maximam ad opus conſtruendi monaſterii diſpenſabat, aliamque partem pauperibus tribuebat: magna quippe in terris agebat, & tamen apud ſemetipſam de magnis actibus fiduciam non habebat: exhortatione ſua exemploque ſancto auditorum mentes ad bene agendum inſtigabat, ne remiſſę in malum aliquod defluerent, nec ſeſe per illicita ſpargerent, nec ſparſim cordis oculos deprimerent; ſed quaſi ad unam intentionem colligerent, ut ad ipſum mererentur pervenire, qui eſt fundamentum ſalutis æternæ. Completo itaque opere, quod amica ſummi Dei inceperat ipſo jubente . . .

i *Ecce rurſum interpolantis verba, importune adſcita*: Obedientiæ namque virtutumque omnium amatrix erat, atque ſoli Deo placere geſtiebat, ne occultis hoſtis jaculis ſubderetur. Recta quoque mente curas diſpenſationis ovilis æterni ſuſceperat: quia non quod ſibi ſolum, ſed quod proximis debebat, attendebat; & non negligebat ſtudia ſancta, quæ ſunt alimenta perpetim viventis animæ, per immoderationem alienæ ſolicitudinis; nec per vigilantiam ſuæ propriæ utilitatis, aliarum neceſſaria poſtponebat; ſed omnibus omnia facta erat, ut omnes lucrifaceret.

k *Ab eadem manu iterum ſunt hæc*: Nam idem cœnobium rebus magnarum opum adornavit; quarum pars (quamvis parva) uſque hodie habetur in eodem loco.

l *Item hæc*: Quia dignum erat, ut exercitium dictæ pugnæ, quod ſancta Mater adverſus venenatæ fraudis nequitiam inceperat, per eumdem ſexum perpetim in eodem loco haberetur. Ipſa vero Mater ſpiritualis extitit multarum filiarum beatarum.

m *Et iterum*: Callidi vero venenum hoſtis eas fugere docebat, dicens; quia adverſarius humani generis, dum ſe repelli conſpicit à cordibus bonorum bonarumve, rimas cordium diligentius exquirit, oſtendendo illecebras blandientis ſeculi; ut dum vi alicujus fallacis amoris cor perforaverit, ſtatim ictu peſtiferi gladii munimina intimæ rectitudinis confringat. Flendo namque ajebat, quod amore preſentis ſeculi à dilectione noſtri auctoris receſſeramus; & perverſa mens, dum dilectione ſe ſubdit creaturæ, disjuncta eſt à ſocietate ſui creatoris.

n *Denique hæc*: Ajebat enim: per culpam primi parentis diſcordes extitimus à Deo, dignum eſt ut ad pacem illius, dura & aſpera tolerando, redeamus: ut dum unaquæque res bene condita nobis vertitur in dolorem, mens ad Auctoris pacem humiliter reformetur.

o *Additur*, ſicut S. Benedictus præcepit. *Merum gloſſema Benedictini alicujus, hoc unum ſpectantis ut crederetur cœnobium S. Berthæ ſub regula Benedictina à principio fuiſſe: à quo ſi requiram quanam Regulæ ſuæ parte quidquam de numero vel ordine officinarum, ac nominatim de Molendino præcipiat S. Benedictus, debebit cum rubore fateri, S. Benedicti nomine nihil à ſe aliud cum veritate potuiſſe intelligi, quam uſum receptum in monaſteriis, tunc, cum iſta adderentur, Benedictinam Regulam profitentibus.*

p Aveniaci *nomen, æque ac cetera in* acus *aut* acum, *ipſo S. Berthæ monaſterio antiquius eſſe omnino perſuaſus; nihil etiam poſſum dubitare, quin fluvius cujus* aquæ *poſtremam nominis prædicti partem dederunt, iſtic fluxerit ab omni hominum ante Bertham memoria. Topographica diœceſis Remenſis tabula, deſcripta in Atlante Blaviano per Ioannem Iubrianum Catalaunenſem, atque adeo ſolis ſex leucis ab Aveniaco natum, ita exprimit hunc fluvium, ut originem debeat duobus aut pluribus rivulis, decurrentibus partim à Borea, ubi* S. Baſoli *eſt* monaſterium; *partim ab Occidente, ubi locus* Saint-Ymoge *dictus notatur; qui una ſupra Avennacum leuca, tribus vero leucis infra monaſterium S. Baſoli concurrentes, communi deinceps alveo deferuntur verſus Matronam, eoque abſorbentur una infra Avennacum leuca. Hinc intelligas prænarratum miraculum nulla veroſimili ratione ſic poſſe accipi, quaſi talem aquarum decurſum ex fonte, prope*

A *prope S. Baſoli monaſterium ſito, derivaſſet Sancta. Quid igitur? Infra prædictorum rivulorum confluentiam & in eadem occidua fluminis ripa, ad quam monaſterium à S. Bertha ædificatum ſpectat, notatur vicus* Fontaine *dictus, utique à fonte iſtic emergente. Ex hoc fonte ad quem egrediens ſuo monaſterio Sancta venire potuit infra horæ ſpatium, ſuſpicor miraculo deductam ad cœnobium aquam, quæ ſatis eſſet uſibus domeſticis & molæ vertendæ, ac dein egreſſa monaſterio illabatur in fluvium ipſum Avenacenſem. Conjecturam hanc oculatæ incolarum fidei ſubjiciens, per eamque cupiens informari de veritate; reſeco interim à veteri contextu ea omnia, quibus factum eſt, ut de ipſo fluvio intellecta narratio omnino fabuloſa haberi debeat. Tali admonitione præmiſſa aggredior ipſum Lectionum Avenacenſium contextum expurgare, ac primum deleo verba quibus indigentiam aquæ ultra monaſterium extendere voluit interpolator, cum addidit,* Penuria vero lymphę colonos ipſius vici nimium angebat.

q *Delevi parentheſim, importune & ſatis inſulſe adjectam,* qui typum ſanctæ Matris Eccleſiæ tenent.

r *Item hanc:* In cujus memoria omnia, quæ ſuperius narravimus, conſtruxerat.

ſ *Longa circumductione rem geſtam extendens interpolator, dum reddere mirabilem magis voluit, pene incredibilem fecit hoc modo:* Utinam venali mercimonio
B fons iſte mihi ſororibuſque noſtri cœnobii concederetur! Quod cum audiſſent heredes ejuſdem fontis, aviditate pecuniæ ducti, non putantes, quod impoſſibile videbatur corporeis oculis, poſſibile fore ancillæ Chriſti, ſic inquiunt. O venerabilis Domina & omni laude digna, ſi extiterit, taxatione recta à nobis conſtituta, cauſa quæſtus tanti firma ac rata, libenti animo cedemus, chartamque perpetim habendi faciemus. Hæc audiens Sancta Dei, En dixit progreſſu pedeſtri properemus ad Fratres noſtri Ordinis, videlicet cœnobitas S. Baſoli, ob cujus amorem Dominus in ſummo montis vertice aquam produxit ex ſilice. Ipſe namque Pater extitit & Ductor multorum Deo militantium; ipſe poterit impetrare precibus egregiis apud Patrem æterni filii, ut vobis ſolvam vinculum hujus deſiderii. Locus vero, ubi oritur ipſius laticis emanatio, non longe diſtat à ſancti Patris Baſoli monaſterio, tantum uno milliario. Quo dum perveniſſent proſtraverunt ſe pariter ad orationem, factaque oratione Rector ejuſdem loci gratanter ſuſcepit eam, mitique affatu ſtudiis æternæ vitæ ſe pariter animabant. Inter pia eorum colloquia, Sancta Dei pervenit ad animæ ſuæ deſiderium, quod ei narrare ſtuduit, & qualiter ei B. Petrus apparuit; & quo-
C modo juſſerit ut veniret ad ſupradictum locum, & ibi Deo adjuvante compleretur ejus deſiderium. Quod audiens prædicti monaſterii Pater, blanda allocutione ſic eam affatur: O Domina & omni laude digna, dominante juſſu Domini mutatur natura in adverſos modos. Nam qui ex arente metallo, populo Hebræo moranti in deſerto protulit undam laticis, poterit tibi ancilliſque tuis, ſub tua tuitione degentibus fluenta aquæ dare, ut poſſit finis eſſe neceſſitatis tantæ. Eamus nunc ad locum, à Domino tibi monſtratum, & præſtolemur ibi auxilium de cælo. Situs vero loci illius vocatur Virtus, quia, Domino operante in famula ſua, oſtenſa eſt virtus tanta, cui modernis temporibus ſimilis non eſt audita. Quo dum perveniſſent cœperunt locum illum circuire, ubi ſæpe dictus fons erat. Nec mora heredes ejuſdem advenere, quibus venerabilis Domina ait: &c.

t *Ac rurſum:* Aderant vero ibi cœnobitæ almi Baſoli cum Patre eorum, vexilla ſanctæ Crucis in manibus ferentes; & Domina Bertha cum congregatione ſibi ſubdita, & magna populi multitudo utriuſque ſexus, undique tamquam ad ſpectaculum D
concurrentes. Sancta Mater, non amatrix pecuniæ aut caducæ pompæ, dixit: Quantum cupitis dabo, & orate Dominum omnium mecum ut impleatur meum deſiderium.

u *Et iterum*, Tunc omnes qui aderant cum ſancta Dei famula proſtraverunt ſe ſolo, orantes ac dicentes, Impetu fluminis lætifica nos Domine. Ubi conſummata oratione ſurrexerunt, ſancta Mater &c.

x *Diſcipulis ſuis, Marci* XI, 23 *ficum arefactam mirantibus*, reſpondens Jeſus, ait: Habete fidem. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti tollere & mittere in mare; & non hæſitaverit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. *Fides ergo, quæ montes transferre, etiam fontes potuit, nec id in Sanctorum geſtis novum. Ius quoque ejuſdem fontis, joco addictum à poſſeſſoribus, ſerio emptum fuiſſe à ſancta credibile eſt: ſed eam rem actam tanto cum ſtrepitu, per publicas tabulas, coram utriuſq; cœnobii conventu, & accolis undique ad ſpectaculum aſcitu, nemo ſibi prudenter perſuaſerit. Idque hic tanto credi debet minus, quod* ſola cum ſola puella *ad locum divinitus oſtenſum abierit Sancta, utique oſtentationis fugitans. Noſtrum in hac re judicium confirmat Flodoardus*, duobus
ſolum millibus, *id eſt non integra leuca, dicens locum* E
abfuiſſe à monaſterio. Verba ejus hæc ſunt: Dum inibi, *ſcilicet in monaſterio à ſe conſtructo, S. Bertha* aquam non haberet, impetravit à poſſeſſoribus proximæ ſilvæ, argenti libra data, fontem quemdam, duobus fere millibus à ſuo monaſterio diſtantem: ex quo fonte mox rivus egreſſus ſecutus eſt eam ad cœnobium remeantem: qui adhuc largiter effluens, pro eo quod tantumdem fuerit emptus, Libra vocatur.

x *Clauſula hæc ſic fuſius explicatur in tertia ſextæ diei Lectione:* ſcilicet cæcis reddendo viſum, multis loquelam, ſurdis auditum, claudis greſſum, aliaque inſignia exercendo: quia erat lucerna ardens & lucens, in domo Domini ſita, ut ab orbibus intrantium depelleret tenebras caliginum.

y *Sequebatur haud dubie, quomodo tum ipſos privignos tum facinoris complicem Munciam excitaverit ſathan contra Sanctam, & qua ratione ſepultum ſit corpus; quæ poterant ex MS. San-Remigienſi accipi, ſi primigenius illius textus ad manum fuiſſet: nunc ſatis nobis fuerunt verba Flodoardi. Videtur autem Muncia ſucceſſiſſe in regimine monaſterii: adeoque valde clam faviſſe percuſſoribus, quorum forte proxima conſanguinea erat, puta cognata germana ex parte matris ipſorum.*

z *Addit interpolator*: Mirum valde erat atque ſtupendum, quod corpus tot diebus exanime tam recens videretur & roſeo cruore madefactum: præſertim cum moriens corpus deferatur liquore ſanguinis. Ipſe vero cui inhæſit mente devota, ad demonſtrandam magnitudinem gratiæ, quam habebat in cæli cacumine, voluit eam illæſam cuſtodire, ut fieret exemplum generationi venturæ. F

RELATIO CORPORUM

Remis Avennacum ex Officio.

11 CUnctipotens Dominus, qui omnia diſpo-
nit ſuo nutu, quique ad ſibi ſerviendum *Sancti ibi poſteris in ſtimulum virtutis relicti.*
ſanxit multos egregios Patres, ut lumen ſanctæ vitæ per eos oſtenderet generationi venturæ: Dominum Gumbertum Dominamque Bertham in candelabro ſanctæ Matris Eccleſiæ dignatus eſt erigere, ut intrantibus in eam oſtenderent callem arctæ viæ. Nam qui digne ſervierit ipſi degens in hac convalle lacrymarum, exutus mortali tegmine induetur veſte juſtitiæ,

A justitiæ, ac locabitur heres cælestis patriæ. Non potest mens carnali onere pressa, pensare talia, quibus fruuntur electi in æterna requie; dum vident ad eorum, extincta corpora divinitus crebra agi miracula.

mandant corpora sua honestius collocari

12 Longe vero post venerabilem finem Domini Gumberti, dum quadam nocte quidam Bernardus, sanctis actionibus operam dans, requiesceret in stratu suo, apparuit ei S. Gumbertus cum alma Bertha dicens, quod iret ad Archiepiscopum Artoldum, eique indicasset ut eorum corpora levaret à loco, in quo erant humata. Adjecerant ergo, quia qui coram summo Deo honore potirentur maximo, cum tali dedecore non deberent custodiri. Eorum autem sancta corpora jacebant tunc in S. Mariæ ecclesia, eorumque memoria minime celebrabatur veneratione digna, sed ipsorum sepulcra plena erant aqua. Quod

apparendo semel ac bis:

dum vidisset, timore perterritus, cœpit cogitare quidnam deberet agere: an adhuc expectaret, si Dominus dignaretur secundo aut tertio demonstrare: aut statim ad jussum sanctissimi viri prædicto Præsuli indicasset? Cui talia meditanti, apparuit iterum B. Gumbertus, dicens, non bene fecisse, quod celaverit visionem sibi divinitus ostensam. Qui mane consurgens cœpit ire ad locum ubi sciebat morari Pontificem Artoldum. Sed cum

B

jam non longe esset ab eodem vico, cœpit intra se cogitare quid deberet facere, an viam cœptam peragere, aut præstolari ternam visionem.

ac tertia vice cum ingenti luce.

13 Accidit autem post revolutionem unius mensis, ut idem Bernardus, Deo plenus, sederet in basilica, ubi jacebant prædictorum Sanctorum pignora; & subito circumfulsit eum lux ingens, & in coruscatione tanti splendoris apparuerunt ei sæpe dicti Sancti; & quasi tristi vultu alloquuntur sic: Quare dubitasti perficere quod tibi imperatum est à nobis? Ex splendore vero coruscæ lucis, duroque affatu illorum semivivus est effectus; atque in tantam infirmitatem incidit, ut vix putaretur ex ea relevare. Qui extitit propalator coactæ hujus visionis sanctæ, & prædicto Præsuli indicare curavit, quæ ter Domino monstrante vidit. Do-

transferuntur ab Archiepiscopo,

minus vero Archipræsul Artoldus ad locum eumdem venit: & sancta eorum corpora à loco, in quo

C

jacebant, levavit: & in monasterio B. Petri cum magno honore transtulit: ubi postea Domino in eis operante, multa miracula ostensa sunt, quæ commendata non sunt litteris negligentia dictantis.

demens sanatur,

14 Post illorum vero sanctam translationem quidam juvenis mente captus, nomine Almanus, ad tumbam eorum adductus est, à quodam Presbytero vocitato Amalberto: ibique orantibus Deo sacratis Virginibus, Decanissa ejusdem congregationis aquam super eumdem jecit: sicque immundus spiritus vas, quod iniqua dominatione invaserat, deseruit, & Dei famulum vexare destitit. Insidiator vero humani generis non cessans ovile Christi circumire, quærens quem devoret, semper servientibus summo Deo bellum ingerit; ut possit aliquem, à veritatis tramite deviando, abducere. Quadam die ignifer invidiæ oriri fecit tumultum, surgentibus globis flammarum, in vico Avennacensium, ubi herilis celebratur memoria prædictorum Sanctorum. Nam maximam partem ejusdem vici victrix flamma consumpserat, rogi quoque immanitas lambebat jam monasterii ædes. Tunc ancillæ Christi inibi degentes, accepto corpore S. Berthæ, pergunt ei obviam: tantaque velocitate ignis fuga labens abcessit, ac si nihil ibi dominationis habuerit.

EX MS.

incendium sistitur:

energumenus violente adductus,

15 Aliud quoque miraculum modernis temporibus operari dignatus est Dominus in eodem loco, quod præterire minime convenit. Quidam Sigebaldus nomine, de villa Turno, exigentibus culpis propriis, dæmone vexatus, à parentibus ad idem deducitur monasterium, pressus pondere catenarum: ut precibus Sanctorum ibi jacentium posset liberari ab infestatione dæmonum. Cum vero ad cœnobium perductus esset; dicebat dæmon clamans in misero, se non audere appropinquare ad sanctas ædes templi, in quo sciebat talem thesaurum esse absconditum, videlicet corpora sæpe dictorum Sanctorum. Sed emittens rugitus leonum, sibilos draconum, aliorumque monstrorum

E

voces imitans, nil requiei capiebat per dies noctesque. Dum hæc agerentur, sancta Mater ejusdem congregationis Sororibus suis sic loquitur:

post preces & jejunia sanctimonialium,

Dilectæ meæ in Christo, compati oportet fratri nostro: recurramus ad medicum, omni petenti paratum præstare suffragium, & præveniamus faciem ejus in confessione: jejuniis corpora nostra lassemus, ut Factor omnium creaturarum miseratur creaturæ, ad imaginem & similitudinem suam creatæ. Jejuniis & orationibus ipsa die, secundum Abbatissæ suæ imperium, devote operam dantes: post Missam hora nona celebratam conveniunt in unum, jubent implere vas, quod usu rustico vocatur dolium, aqua, & super eam invocare nomen Domini sanctum. Quod & factum

insepositus aquæ benedictæ

est secundum præceptum sanctarum Virginum: & miser ipse plenus dæmone missus est in fontem benedictæ aquæ. Cumque diu laborasset in ipsius emundatione, immundus spiritus, qui eum invaserat iniqua dominatione, discerpens eum semivivum dimisit. Post hæc ancillæ Dei ad mensam una cum Matre pergunt, & unaquæque portiun-

F

culam sui cibi per Decanissam suam miserunt ob amorem Dei & S. Berthæ. Ipsa denique Decanissa tunc temporis magnis pollebat virtutibus:

cibo sumpto

quæ dum perveniisset ad miserum, qui jacebat vinctis post tergum manibus, offam panis in os ejus misit, invocato nomine Domini, Sanctorumque Gumberti & Berthæ: & statim immundus spiritus, non habens vires amplius resistendi, per

liberatur.

fluxus ventris exivit. Quo exeunte tantus fœtor remansit, ut vix ibi aliquis morari potuisset. Ipse vero, assumpta sanitate integra, remeavit ad propria, laudans Deum, qui per servos suos operatur talia.

DE S. VLTANO ABBATE

G. H. *FOSSIS ET PERONÆ.*

CIRCA AN. DCLXXX

Culius 1 Maji:

elogium ex MS.

ANtiquiſſimum *publicæ venerationis Eccleſiaſticæ teſtimonium de* S. Ultano *profertur in MS. Martyrologio, quod ſub nomine Adonis, ſed à poſteris auctum, extat in cœnobio Leodienſi S. Laurentii, & tranſcriptum legitur in MS. Florario Sanctorum, ubique cum hoc illuſtri elogio: quod loco Actorum, quæ ſeorſim de eo ſcripta non reperimus, lectori proponimus: & eſt ejuſmodi ad haſce Kalendas Maji legi ſolitum* : Ipſo die S. Ultani Confeſſoris, fratris Sanctorũ Furſei & Foillani: qui poſt exceſſum fratris ſui Furſei, cum Foillano, Sanctæ Gertrudis (cujus multa in Eccleſiis ſanctitatis clarent monumenta) ſancta adeptus eſt contubernia. Quorum ſancta Virgo agnita ſanctitate, per manus eorum obtulit Deo partem hereditatis ſuæ, ſcilicet villam vulgo Foſſis dictam, quam ipſis tradidit in ſervorum Dei alimoniam: ut in eo loco conſtruerent monaſterium, ad perpetuale peregrinorum hoſpitium: quatenus adventantes ex longinquis regionibus ibi
B competens ſibi ſumerent ſolatium. Qui ædificato monaſterio atque ſervientium Deo adunata ibi collectione, S. Ultanus in eodem Rector reſedit cœnobio; Foillanus vero in ſanctæ Virginis contubernio, ſuo ſe eddidit officio: cui cum aliquando incidiſſet cogit. io, ut S. Ultanum fratrem ſuum reviſeret; in medic itinere poſitus, à viris diabolicis interimitur. Quæ ; s cum nulli hominum innotuiſſet (omnes quippe comites ejus cum ipſo interierant) hæc viſio S. Ultano oſtenſa eſt. Viſa eſt ſibi adeſſe columba, niveo corpus colore dealbata, ſed fluido roſeoque ſanguine alas perfuſa, ac leni volatu ſcandens ſupera. Cumque intra ſe meditaretur quid portenderet hæc viſio; ipſe & S. Gertrudis Angelicâ allocutione docentur, Foillanum martyrio tranſiſſe ad Dominum, corpuſque ejus indicio columnæ, à loco quo jacebat corpus exanime ad cælum uſque porrectæ, eſſe requirendum. Quod hoc ſigno inventum, in villa quę ex ſitu loci Foſſas nuncupatur defertur, & à S. Ultano in monaſterio à ſe communiter ædificato ſepelitur. [Unde S. Ultanus recedens, locum hunc S. Foillano reliquit, & ad Parronam tranſivit]. *Hæc ibi, quorum ultima verba uncis incluſa, erant antiqua manu ſubſtituta. Qui in dicto elogio referuntur Sancti fratres,*
C *ſuum habent in Eccleſia cultum, Furſeus die* XVI *Ianuarii, cujus tunc Acta varia edidimus, & Foillanus* XXXI *Octobris, de quo habemus Acta ad dictum diem edenda. At S. Gertrudis Vitam edidimus ad diem* XVII *Martii, è quibus omnibus elogium jam datum elucidamus.*

nobili genere in Hibernia natus,

2 *Inter Vita S. Furſei ſcriptores eſt Venerabilis Beda, de eo elogium texens lib.* 3 *Hiſtoriæ gentis Anglorum cap.* 19, *aſſeritque eum* fuiſſe de nobiliſſimo genere Scotorum & de Hibernia ſuperveniſſe in Anglorum provinciam, ibique prædicans verbum Dei monaſterium nobile conſtruxiſſe. Quibus rite geſtis, cupiens ſe ab omnibus ſeculi hujus & ipſius quoque monaſterii negotiis alienare, reliquit monaſterium & animarum curam fratri ſuo Fullano, & Presbyteris Gobbano & Dicullo: & ipſe ab omnibus mundi rebus li-

in Anglia ex monacho anachoreta,

ber in anachoretica converſatione vitam finire diſpoſuit. Habuit alterum fratrem, vocabulo Ultanum, qui de monaſterii probatione diutina ad eremiticam vitam pervenerat. Hunc ergo ſolus petens, annum totum cum eo in continentia & orationibus, & in quotidianis manuum vixit laboribus. *Hæc Beda, ſecutus Anonymum Vitæ ſcriptorem, apud quem n.* 37 *ultima verba de S. Vltano ita proferuntur*: Habuit Furſeus alterum fratrem Ultanum anachoretam, diuturna monaſterii probatione ad eremiticam vitam inſtructum, multis jam annis ab eodem electam. Relictis itaque omnibus curis & rebus, nudus ad fratrem ſuum Ultanum, qui jam theorica paſcebatur vita, ſolus profectus eſt. Qui labori quotidiano & orationibus continuis deſervientes, annum integrum ibidem philoſophabantur. *In Hiſtoria* 2 *Miraculorum num.* 12 *dicitur* Furſeus Ultanum, alterum fratrem ſuum, cœnobitarum honeſtiſſima vita & religioſis moribus probatum, quod multoties ab eo petierat, permiſiſſe ad eremum ire. *Hæc ibi.*

ſuſcipit curam monaſterii cum S. Foillano:

3 Furſeus *deinde, ut antiquus Vitæ ſcriptor n.* 38 *tradit,* ad Galliarum littora navigavit: ibique à Francorum Rege Chlodoveo & Patricio Erchenoaldo honorifice ſuſceptus, monaſterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, conſtruxit: *ſcilicet, ut in ſubjunctis Miraculis num.* 4 *dicitur*, cum omnia ſua gubernacula *in Britannia* propriis ſuis germanis Foillano & Ultano ad cuſtodiendum dereliquiſſet. *Tunc, ut num.* 15 E *additur*, poſt ſpatium aliquot annorum contigit ei ut reverteretur in Saxoniam *Britannicam*, viſitare proprios germanos ſuos, id eſt Foillanum & Ultanum, quos dimiſit ad regendum ſuum monaſterium: ſed infirmitate correptus ad æterna migravit regna; *ſolitus* ſuos germanos Foillanum & Ultanum pia ſolicitudine vocare ac cæleſtibus imbuere documentis, *uti in altera illius Vita num.* 22 *legitur. Et hæc de natali ſolo & rebus in Britannia factis eruimus ex Beda & Actis S. Furſei.*

cum hoc abit Romam ad S. Martinum Papam:

4 *Poſtmodum* ſtatu regni *apud Anglos* labefactato, *ut Auctor Vitæ S. Foillani habet*, Foillanus cogitatum ſuum in Domino jactat, & communicato conſilio cum fratre ſuo Ultano, & eo aſſumpto in comitatum peregrinandi, relicta Anglia, primo expetivit Romam, ut Apoſtolicæ auctoritatis conſilio directi, expeterent etiam Galliam, jam prædicatione fratris ſui Furſei illuſtratam. Apoſtolicæ Sedi eo tempore præſidebat Martinus. Illi cor ſuum aperiens Foillanus, ſe totum cordi ejus infudit. Papa ſentiens fervere Foillanum deſiderio prædicationis, in Epiſcopum eum conſecravit, & ei officium prædicandi injunxit. Roma egreſſi Foillanus & Ultanus Gallias adeunt, ut expetant Latiniacum, ubi frater eorum Furſeus cœnobium fundaverat .... Inde Peronam, ubi fratrem F
juſta S. Furſeo Perona perſolvit, ſuum ſepultum eſſe audierant, non tam pede currunt, quam animo volant, ut fratris ſui juſta præſentialiter abſolvant ... Erant multæ in femineo ſexu nomen Domini benedicentes, inter quas lucebat ſancta Virgo Gertrudis Nivellenſis, velut inter ſtellas luna minores: Quæ comperiens Foillanum eſſe Epiſcopum, moribus ſanctiſſimum, benigna eum familiaritate percoluit, præbens ſibi ſuoque fratri Ul-
à S. Gertrude de Foſſis acceptus, tano quæcumque carnis neceſſitas exigebat. Porro ipſa quotidie à B. Foillano reficiebatur ſpiritualibus cibis: & tandem conſulta matre Iduberga, B. Gertrudis tradidit S. Foillano de rebus proprietatis ſuæ locum, quem indigenæ Foſſas vocant, jure perpetuo: ubi Sanctus conſtruxit eccleſiam, & Fratrum per cellas habitationem diſtinxit: quorum curam fratri ſuo Ultano committens, ad B. Gertrudem reverſus
præficitur monaſterio ibi extructo. eſt. Accidit autem quadam die, ut ad germanum ſuum Ultanum properare volens gratia viſitandi, cum tribus diſcipulis ſuis incideret in latrones .., ubi primum beati Preſulis caput amputarunt, & diſcipulos pariter illius in ore gladii percuſſerunt ... Interea

Virgo

A Virgo Gertrudis ſanctiſſima crebris ſolicitabatur inſomniis, quod Patroni ſui diuturniorem, quam putaverat, pateretur abſentiam: & miſſis equitibus ad B. Ultanum, qui Foſſenſi cœnobio præerat, ſciſcitabatur quare frater ſuus redire ad eam tardaret. Quibus ille reſpondit: Oranti mihi in eccleſia columba nivei candoris apparuit, plenis ſanguine alis. Quo ſigno arbitror fratrem meum per paſſionem migraſſe ad Dominum. Quod cum S. Gertrudi nuntiatum fuiſſet, indixit jejunium triduanum; quo expleto Angelus Domini ei apparens, ordinem locumque paſſionis lucide declaravit: viditque columnã igneam à loco, in quo corpus jacebat, pertingentem ad cælum. Et continuo convocato Clero & plebe fidelium ad locum perrexit, & corpora ſancti Præſulis diſcipulorumque ejus invenit. Deferunt Nivellam, ponunt in eccleſia, Miſſas celebrant cum devotione populorum. Dubitantibus illis utrum ibi an alibi debeant ſepelire, Abbas Ultanus adeſt, ſic eos aggrediens: Ex divino, ait, conſilio voluntas fuit Præſulis & fixum propoſitum, ut poſt ejus obitum Foſſis eum colligat ſepultura: quem ſi quis alias intenderit & contenderit ſepelire, tam Dei quam Præſulis voluntati videbitur contraire. Conſentit Virgo, conſentit & populi multitudo. Itaque

divinitus novit martyrium S. Foillani,

ejuſque corpus Foſſis ſepeliendum.

B corpus Martyris Foillani Foſſenſi cœnobio perlatum eſt, ibique ſepultum.

5 *Hactenus excerpta ex Actis S. Foillani, quibus iſta ex Vita S. Gertrudis adjungimus: quæ num.* 8 *ita leguntur:* Cum appropinquaret dies aſſumptionis animæ illius, vocavit unum de Fratribus & præcepit ei dicens: Vade feſtinanter ad illum peregrinum, qui nomine vocatur Ultanus, qui eſt remotus in monaſterio, quod appellatur Foſſuenſe, & dic ad illum: Virgo Chriſti Gertrudis miſit me ad te, interrogare, quali die migratura ſit de hac luce, quia valde ſe timere dicit, ſimiliterque congaudet: & ille tibi dicturus eſt quid debeas renuntiare mihi. Vade, noli dubitare. Mox ille impleta juſſione, quod ei fuerat mandatum interrogavit. At ille ſervus Dei Ultanus ſine mora ei ipſi miſſo reſponſum dedit, & dixit: Hodie decimus * ſextus Kalendas Aprilis eſt dies. Craſtino autem die inter Miſſarum ſolennia illa Dei ancilla & Chriſti Virgo Gertrudis de corpore eſt migratura. Et dic ei ut non timeat neque trepidet de obitu ſuo, ſed læta pergat: quia B. Patricius Epiſcopus, cum electis Angelis Dei & cum ingenti gloria, parati ſunt eam recipere. Vade & tu velociter. Interrogavit autem eam ille Frater qui fuerat tranſmiſſus, ſi hanc cauſam per revelationem divinam vidiſſet, ut ei per ordinem indicaret. Et ille ſervus Dei Ultanus in reſponſo dixit: Vade Frater, feſtinans, & ſcias hoc quod die craſtina migratura ſit ad Dominum. Quid me plus interrogas? Qui reverſus nuntiavit famulæ Chriſti, quod fuerat dictum ad eam. Aſt illa quaſi ex ſomno evigilans, hilarem præ gaudio reddidit vultum, gratias agens Deo, eo quod per ſuum ſervum ſuam ancillam dignatus ſit conſolari ... Craſtina autem die Dominica, hora quaſi ſexta juxta viri Dei verbum ſacratiſſimum Chriſti Corporis & Sanguinis viaticum accepit. Et quando Sacerdos Dominicam ſecretam ſententiam habuit finitam ... Deo deſideratum reddidit Spiritum. *Hæc ibi.*

S. Gertrudi id petenti

** imo* decimus ſeptimus

prædicit diem & horam obitus

C

6 *Mortua eſt S. Gertrudis ſicut in Exegeſi Dagobertina ante* 3 *tomum Aprilis num.* 38 *oſtendimus, corrigendo quod antea ſtatueramus in Martio, anno* DCLIX *die* XVII *Martii. At quæ poſtmodum à S. Vltano peracta ſunt, indicantur in elogio ex MS. Leodienſi ſupra dato, in quo antiqua manu erant iſta addita.* S. Ultanus recedens *Foſſis*, locum hunc S. Foillano, *ibidem ſepulto ac miraculis claro*, reliquit & ad Peronam tranſivit. *Nam Acta S. Amati Archiepiſcopi Senonenſis, quæ ex variis MSS. danda erunt ad diem* XIII *Septembris, id requirunt. In illis quippe dicitur* S. Amatus juſſu Theoderici Regis ad Peronam, quæ eſt urbs regia in pago Veromanduorum, uſque perductus: qui ibidem ſub honorifico Abbate Ultano perſtitit mancipatus: *ubi* S. Furſeus, in Hibernia ex regali proſapia oriundus, eſt tumulatus. Poſt cujus deceſſum duo germani ejus, S. Foillanus Epiſcopus & ante monſtratus Abbas Ultanus, fraterno ducti amore, imo divina ordinatione, ſubſequentes, Foillanus Foſſenſis cœnobii privilegio potitus, Ultanus quoque cura paternitatis de Peronenſi monaſterio implicatus, & moribus viguerunt, & actibus valuerunt. Enimvero Pontifex Amatus Sede Præſulari cum toto ſublimitatis decore depoſitus, & in eodem loco ſub cuſtodia poſitus ... ad ſui juvamen ſacrum B. Ultani experiebatur ſolamen: cujus providentia decentiſſime in verbis gratiæ & ſubſidio alimoniæ proficiebat aſſidue. Permanſit itaque ſacer Præſul Amatus in hoc loco non parvo temporis ſpatio, & exulavit ſub Abbate ſæpe dicto, vere ſancto & per omnia Dei ſervo: donec pro meritis meritam in aſtris percepturus coronam, Ultanus Pater ab Angelis veheretur ad ſideream palmam. *Hæc ibi. Quo autem loco obierit incertum eſt.* AUCTORE G. H.

Perona excipit S. Amatum exulem:

E

7 *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii aſſerit eum* quieſcere prope Foſſas, quę ſunt oppidum Leodienſe, in eccleſia quam ad honorem B. Agathę fundavit, & Natalem habere Kalendis Maji. Quem tamen Foſſenſe collegium, propter biſeſtum diem Apoſtolorum, transfert in tertium Nonas Maji. *Quæ fere eadem ante in Indiculo Sanctorum Belgii idem Molanus ediderat. Mabillon ſeculo* 2 *Benedictino ſcribit* Peronenſes rejicere feſtum in ſextum Nonas Maji, una cum monachis Monti-Quintinenſibus, qui Ultanum Abbatem ſuum primum agnoſcunt. *Diſtat hoc monaſterium vix integro à Perona milliari: ſed hoc* antiquitus extructum fuiſſe, *ait Mabillon*, diligenti indigere inquiſitione: nihil enim de cœnobio Montis-S. Quintini apud ullum auctorem decimo ſeculo antiquiorem reperiri, ex quo juſtæ dubitationi locus relinquitur. *Sub nomine Doctorum Duacenſium, in editione Molani anni* MDCXVI *adduntur iſta:* An autem ibi, *Peronæ*, quam Foſſis celebrior ſit ejus memoria, & major Reliquiarum portio, ex utriuſque loci collatione foret cognoſcendum. *Hinc Authertus Miræus qui in Faſtis Belgicis ad has Kalendas Maji ejus elogium habet, ſub finem adjungit*, ſacra ejus oſſa partim Peronę, partim Foſſis à Canonicis adſervari. *Eadem, ſed phraſi mutata, leguntur apud Sauſſajum in Martyrologio Gallicano. Verum dum aliquas ejus Reliquias eſſe Peronæ certius conſtet quam ex ſola dubitatione Duacenſium, malumus Molano aſſentiri ſimpliciter dicenti, eum* quieſcere prope Foſſas.

quieſcit Foſſis.

an aliquæ Reliquiæ Peronæ?

F

8 *Ioannes Trithemius, lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, hujus Sancti meminit ſub nomine* Altani, *& ea ſolum ſcivit, quæ ab eo in Anglia geſta ſupra indicavimus. Trithemium ſequuti Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus eumdem Ordini Benedictino adſcripſerunt. At Conſtantinus Ghinius ipſum celebrat in Natalibus Sanctorum Canonicorum. Ioannes Deſmarus, in Vita S. Furſei à ſe Gallice edita, negat baſilicam Peronenſem aliquando monachis paruiſſe, ſed à principio Canonicos ei fuiſſe impoſitos aſſerit: contra quem inſurgit Mabillon. Sed eſto, & Foſſis & Peronæ fuerint monachi, non continuo ſequitur eos fuiſſe Ordinis Benedictini. Cur enim potius non credantur SS. Foillanus & Vltanus ſervaviſſe & aliis ſervandam tradidiſſe eamdem quam in Anglia tenuerant vivendi normam, aut quam S. Columbanus itidem Hibernus præſcripſerat regulam? Nihil lubet pronuntiare in ſilentio antiquorum: neque cupimus hodiernis Benedictinis contradicere: habeant ipſi ut ſuum S. Vltanum, ejus memoriam celebrent, & virtutes imitentur.*

An fuerit Ordinis Benedictini?

D E

DE SANCTO EVERMARO

IN AGRO TVNGRENSI OCCISO.

G. H.

CIRCA ANNUM DCC

INter illuſtres Belgii noſtri bibliothecas, *in quibus plurima Sanctorum Acta ab interitu ſunt conſervata, cenſeri poteſt ea, quæ in Soniâ prope Bruxellas ſilva, in cœnobio Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Rubea-valle dicta, etiamnum extat. Vixit ibidem Supprior Ioannes Gillemanus, qui teſte Andrea Valerio in Bibliotheca Belgica, collegit & ſua manu deſcripſit* Hagiologium Brabantinorum duobus tomis, Novale Sanctorum tomis item duobus, & Sanctilogium tomis quatuor, *ac tandem hiſce laboribus immortuus eſt an.* MCCCCLXXVII. *Ex jam indicato tomo ſecundo Hagiologii Brabantinorum damus* Acta S. Evermari, *in tres partes diſtincta, quarum prior continet res ejus in vita geſtas, &, ut Auctor loquitur,* Paſſionem Martyris, in partibus Hasbaniæ martyrizati. *Pars ſecunda explicat hiſtoriam inventi corporis circa annum* DCCCCLX, *ſub Euraclo Leodienſi Epiſcopo, ſeculis quatuor & dimidio poſt mortem ipſius Sancti; quando vel ab ipſo* Ruzelino *Presbytero*, quem Dominus per Angelum ſuum de nomine & vita Martyris edocuit, cui ſeriem vitæ ejus curſumque martyrii retexuit, cui quo loco humatus jaceret oſtendit, *uti dicit 1 initio partis 2; vel ab alio qui Ruzelini relationem fidel 1 exceperit*, Vita quamvis ſuccincte ſcripta eſt, *cujus apud Epiſcopum Theodwinum meminit Archidiaconus parte 1 num.* 14, *centum fere annis poſt Inventionem prædictam.*

Acta ex MS. Rubea-Vallis tripartita,

B

2 *Hanc igitur præ oculis habuit auctor, & amplificatione verboſiſſima in eam dilatavit amplitudinẽ, qua primas duas partes habemus: & quia ipsã nobis videmur in MS. Vltrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris inveniſſe, ipſam præmittimus prolixiori hiſtoriæ: cujus pars tertia ibi, intacta, exponit cauſam, ob quam ab æde S. Martini, in quam repertum corpus tranſtulerat Euraclus, ad veteris ſepulcri locum, lignea inſtructum ædicula, referendum ipſum cenſuerat Abbas Porzetenſis, villæ ut apparet Ruttenſis dominus. Narrat etiam quomodo ex accumulatis ob miracula oblationibus ibidem extructa eccleſia lapidea, ab Epiſcopo Theodwino poſt annum* ML *dedicata fuerit* XXV *Iulii, ordinatumque ut is S. Evermaro, cujus Natalis ignorabatur, annue ſacer haberetur. Invaluit tamen poſtea, abrogato prædicta diei ſingulariori cultu, ut die* 1 *Maji coleretur hic Sanctus, poſt nocturnam quamdam viſionem, quæ relatis miraculis ſubnectitur*, ex publico Rutenſis villæ teſtimonio, *id eſt, ex nota incolarum traditione ſeu aſſeveratione; cui etſi fidem certam dari non petat auctor, petit tamen ne improbetur, quod eidem innixi Rutenſes dictam jam diem feſtivam ſuo Patrono habeant, qui eumdem etiam omni Feria* VI *frequentare conſueverunt, viſitando ſacellum quod ex ſplendida olim magnaque eccleſia nunc ſolum ſupereſt, ſatiſque honeſte conſervatur piorum peregrinorum eleëmoſynis.*

antiquiora ex MS. Vltrajectino.

Cultus primum 25 Iulii deinde 1 Maji.

C

3 *Scripta eſt autem prolixior hiſtoria ſeculo ut minimum* XII: *nam Ægidius Aureæ vallis monachus Ordinis Ciſtercienſis, qui hiſtoriam ſuam Leodienſem anno* MCCLI *finivit, multum eidem ex ipſa inſeruit primo in additionibus ad Anſelmi Canonici Leodienſis hiſtoriam cap.* 48 *agens de Epiſcopo Eraclio, deinde in ea parte quæ proprie tota eſt ipſius c.* 4, *uti videre eſt apud Ioannem Chapeaville to.* 1 *&* 2. *Qui in Annotationibus ad priorem Ægidii locum, notat quod S. Evermarus* honoratus inter Martyres à Ruthenſi eccleſia & à vicina Tungrenſi, ad quam ſingulis annis ſacrum corpus defertur: *idque in arca eleganti, quæ (ſicut nobis ſcripſit anno* MDCLXXVI *D. Portugaels, Canonicus Ruttenſis nuper & Paſtor) decenter ornata continet majorem ſacrorum oſſium partem; & crebris miraculis reddita rum petentibus ſanitatum illorum ſanctitatem probare non definit uſque in preſentem diem, teſte quodammodo oculato, præfato Canonico, quamvis eorum legitime notandorum nulla amplius cura habeatur, ut fit in iis quæ ſuæ frequentia deſierunt admirationi eſſe. Caput ab immemorabili tempore eſt in Abbatia Porcettana prope Aquiſgranum. Crediderim id fuiſſe à reliquo corpore ſeparatum in ipſa tranſlatione præmemorata, & diu poſtea Ruttis fuiſſe prius quam Porcettum auferretur, occaſione forſitan bellorum Leodienſi in agro ferventium; poſt quæ Abbati viſum fuerit, remiſſa ad ſuum locum arca, caput apud ſe retinere. Solebant olim ex eadem Abbatia Ruttas mitti religioſi, qui cantu & præſentia feſtum ejuſque Octavam honeſtarent, uti ex partis* 3 *num.* 20 *&* 36 *intelligitur.*

Acta quando ſcripta?

Corpus quotannis Tungros fertur.

Caput Porcetis in honore eſt.

4 *In antiquo Breviario Tungrenſi, ad haſce Kalendas Maji, in Officio Eccleſiaſtico de SS. Philippo & Iacobo Apoſtolis, præſcribitur* Collecta S. Evermari martyris. *Aſt in Martyrologio hoc ejus elogium datur:* In territorio Tungrenſi, villa, quæ Ruthis dicitur, S. Evermari Martyris, qui ab injuſtis innocenter occiſus eſt. Hujus mors pretioſa crebris miraculis illuſtratur. *Hiſce addit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, hæc ſequentia.* Fuit autem, ut in Eccleſiaſtico officio legitur, nobilis Friſo, qui ſucreſcentibus cum ætate meritorum virtutibus ad ſancta loca peregrinabatur. Cumque Trajectum iret ad S. Servatium, divertit in territorio Tungrenſi apud Hacconem quemdam in ſilva Harſclopia cum ſeptem ſuis comitibus. Qui ut erat tyrannus, beatum virum cum dictis comitibus interfecit. Honoratur verò inter Dei Martyres à Ruthenſi eccleſia, & à vicina Tungrenſi, ad quam ſingulis annis corpus ejus defertur. Oſſa elevavit circa annum nongenteſimum ſexageſimum octavum Heraclius Epiſcopus Leodienſis: quam elevationem tot ſubſecuta ſunt miracula, quod deſcripta integrum volumen conficerent. *Eſt autem, uti ſcribit citatus antè Ægidius monachus,* Villa quæ Rutis dicitur (*Gallice* Ruchon) non longe à dirutis urbis Tungrorum mœnibus, *ſcilicet antiquis cum urbs eſſet ampliſſima, quorum aliqua veſtigia in ruderibus extant: nam quæ hoc ſeculo fuere mœnia, & nuper ab amicis Gallis parum amice everſa ſunt, una ut minimum leuca diſtant à loco, vulgariter dicto* Rutheim, de extirpata ſilva, *uti inſinuatur initio partis* 2, nomen retinens. *Nam* Heim *domum*, Rote *ſeu* Rute *ſilvam notat*: Ruyten *vero Belgis, Germanis* Reuten *Kiliano teſte, extirpare eſt atque evellere: unde plurima locorum in erutis ſilvis extructorum nomina paſſim occurrunt terminata in* Roy *ſeu* Rode, *quod ab iſta radice deducitur, aut in* Ray *vel* Rade *pro dialectorum varietate.*

E

nomen ſacris faſtis inſcriptum,

elogiũ apud Molanum

F

5 *Officio* Martyris *colitur S. Evermarus, ut ſolent omnes Sancti qui violenta morte interierunt, quod hoc toto opere ſæpius diximus. Celebrantur una cum S. Evermaro ſocii ejus, qui numero ſeptem fuerunt, in MS. Florario Sanctorum, ubi hoc profertur elogium:* Apud Harſtalliam, in confinibus Brabantiæ & Lotharingiæ, paſſio ſancti Evermari, ſociorumque ejus. Hic tyrannicè cum ſuis occiſus, à venatore Pippini Ducis Brabantiæ repertus, partito in duas partes proprio clypeo venerabiliter in villa Ruthis prope Tungrim, pro loci & temporis opportunitate, ſepelitur anno ſalutis ſeptingenteſimo. Quem poſtea Eraclius XVI Epiſcopus Leodienſis elevatum à terra honorifice transfert, admonitus per venerabilem Presbyterum Enſelmum, qui ter ſuper hoc per viſum divinitus eſt inſtructus: & mira odoris fragrantia de corpore Martyris proceſſit, anno ſalutis nongenteſimo ſeptuageſimo.

& in MS. Florario.

Hac

A *Hæc ibi. Verum quia de corporibus & cultu Sociorum nihil vel Acta habent vel Ruttenſium obſervatio, non audemus propter incertam Florarii auctoritatem eiſdem dare Sanctorum titulum. Alia S. Evermari elogia habent Bartholomæus Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, Autbertus Miræus in Faſtis Belgicis: meminerunt ejuſdem Sancti etiam Galeſinius, Caniſius, Ferrarius, Gelenius & alii. Quin etiam accepimus pleniorem hiſtoriam Gallice redditam impreſſamque Leodii anno* MDCLXX.

An reliquiæ Burgis in Hiſpania?

6 *Ægidius Gonſalvus Davila, in Theatro Eccleſiarum utriuſque Caſtellæ, agens de Burgenſi Eccleſia pag. 36 ait, quod anno* MDVI *Burgos illatæ ſint Reliquiæ* S. Everemarii & S. Gerſonis, *quæ utrum hujus Sancti ſint dubitare forſitan poſſet aliquis, eoque titulo feſtivam ibidem habendam hanc aut ſequentem diem contendere. Sed talia cogitantem facile reprimet memoria undecim capitum ex Societate urſulana, cum pluribus aliis oſſibus tunc pariter allatorum: quia veroſimilius eſt etiam illos ex eadem ſocietate haberi, nominibus ut alia pleraque, pro donantium vel accipientium arbitrio jam olim fabricatis: quibus Hermannus Crombachius ſuum certiſſimo auxiſſet catalogum, operoſe collectum & propoſitum lib. 8 Vrſulæ vindicatæ cap. 21, ſi Davilæ opus videre potuiſſet.*

B

ACTA VITÆ ET MARTYRII

Ex MS. Vltrajectino S. Salvatoris.

a Nobiliter natus in Friſia,

1 GErmaniæ monarchiam, à ſilvâ Carbonariâ uſque Rhenum, & à Moſa uſque Moſellam, tenente mediano *a* Pippino, ex S. Begga Anſigiſi Ducis filio, B. Evermarum ex nobiliſſima radice edidit Freſia: quem ex genitricis utero conſecratum ſibi Omnipotens jam totum ſancti Spiritus gratia perfuderat. Sucreſcentibus autem cum ætate meritorum virtutibus, in ſpeculum totius ſanctitatis effulſit. De cujus profectu invidens inimicus, multis eum tentationibus ab intentione ſancta dejicere conabatur. Sed fortis Chriſti athleta claudebat aurem ſuam, ad nihilum deducendo inimicum. Cum vero Deo dante, tentationibus hujuſmodi ſopitis ſanctiſſimam duceret vitam, cœpit ad martyrium aſpirare, ſine quo metuebat ſe coram Deo imperfectum manere.

& ad magnam proficiens ſanctitatem,

peregrinus obit Sanctorum loca,

2 Statuit igitur pro Deo peregrinari, ut ſicuti ignotus martyrium aſſequi potuiſſet. Ingreditur itaque vir Dei viam quæ Galeciam tendit ad S. Jacobum. Ingreſſuſque eccleſiam S. Jacobi & expetitis ejus ſuffragiis, regreditur ad partes Galliæ inferiores, ubi Sancti recenter mundo ſubtracti refulgebant miraculis, Foillanus ſcilicet Martyr, Furceus & Ultanus fratres ejus, B. Remaclus Pontifex, Trudo venerabilis Confeſſor, & Virgo Dei Gertrudis. Quorum Sanctorum ſuffragia per ſingula eorum loca B. Evermarus devote requirens, cum apud Trajectum adire vellet S. Servatium, cum ſeptem comitibus venit ad primos aditus ſilvæ, quæ Rutis nominatur.

C

& noctu diverſans ad domum Hactonis

b

3 In qua cum nocte inſtante, ne ſe tenebris committens per ignotæ ſilvæ anfractus erraret, ad proximam villam quæ Herſtaplia dicebatur, divertit. Quam villam quidam tyrannus nomine *b* Hacto fecerat ſuam, & in ea manebat. Qui publicus hoſtis, ferali temeritate & ſociorum confœderata immanitate, tranſeuntes per ſilvam & vias publicas ſpoliabat vel interficiebat. Qui etiam aliud ſibi juxta Moſam erexerat domicilium, cui Hactoletum à ſuo nomine nomen indiderat, quaſi Hactonis lectum, in quo tranſeuntes videret & audiret, & navigantes ſpoliaret. Vir itaque Dei Evermarus, ad domum

ab ejus uxore benigne excipitur:

præfati Hactonis divertens, ignorans cujus eſſet, declinavit. Quo abſente uxor ejus, timorata & pere-

grinorum neceſſitatibus accommodata, ſanctum virum Evermarum cum ſuis comitibus grataanter excepit, monuitque eos ante ſolis ortum viam arripere, ne in craſtinum ſuperveniens maritus ejus, cujus crudelitatem noverat, ſi eos inveniret, occideret. Sic illi, data fideli mulieri benedictione, mane ſunt egreſſi, & ſilvam quam reliquerant ſunt ingreſſi. EX MS.

mane diegreſſum inſecutus ille,

4 Interea Hacto domũ revertitur, & de hoſpitibus ſuis qui apud ſe pernoctaverãt edocetur. At ille, pene exanimis factus, in hæc verba prorupit: Quo aufũgerunt? Velociter, inquit, proſequamur eos, ne ſi manus meas effugerint, dicant occurrentibus, Hactonem quaſi inertem & dormientem ſe impune tranſiſſe. Poſt hæc cum ſuis ſilvam ingreditur, inſequens eos per invia & abrupta. Ex improviſo autem offertur illis locus, in quo illi decumbebant, ſupplentes ſomnum quem fuga rũperat matutina. Quos prior Hacto increpat, quod terram ſuo primatui ſubjectam præſumpſerunt ingredi: arguit etiam eos quod tributo, pro lege terræ ſibi debito, liberum iter non redemerint, ſed eo retento ut fures aufugerint: hoc autem reatu dicebat eos contra jus publicum obligatos, quo non poſſent abſolvi niſi ſanguinis eorum effuſione. Sic locutus, in B. Evermarum, eo quod honeſtiore & compoſitiore habitu corporis ceteris præſtare videbatur, inſilit; & telo confoſſum ſive gladio tranſverberatum proſternit.

occidit cum ſociis ſeptem.

E

5 Ceteri comites ejus ferro plectuntur, ſed neſcio ſi pro merito ſuo, pro ſocietate tamen tanti viri & pro dignitate martyrii in quolibet diverſarum manſionum cæleſtium diverſorio ſpiritus eorum ſunt recepti. Itaque quod præcipuum fuerat, carnifices Sanctos expoliant. Quorum corpora inhumata manſerunt Angelicis tutata excubiis, quouſque præfatus Pippinus ad illos fines acceſſit: qui ingreditur Rutim ſilvam gratia venandi. De cujus convenatoribus pars quædam, dum luſtrat invia ſilvæ, incurrit loco quo Sancti jacebant. Quos dum cernunt exanimes ex vulneribus & ſanguine, miſericordia moti ſepeliunt: Beatum vero Evermarum, decore vultus & egregia compoſitione membrorum digniorem aliis creditum, peractis exequiis honeſte ſepelierunt, & partiti clypei *c* ſui medietate illi ſuppoſita, alteram medietatem corpori ſuperpoſuerunt.

inhumata corpora ſepeliunt venatoris Pippini.

c

6 Tempore quo Leodienſis eccleſiæ præſidebat Euraclius Epiſcopus, erat in villa, quæ jam de extirpata ſilva nomen retinuerat Rutis, eccleſia S. Martini honore dedicata: In qua Presbyter, Ruzelinus nomine, vir magnæ ſanctitatis, deſerviebat. Hunc Dominus per Angelum ſuum de nomine & vita B. Evermari martyris edocuit; huic ſeriem vitæ ejus curſumque martyrii retexuit, & quo locorum jacebat humatus oſtendit; cui etiam præcepit in ſomnis, ut ad Epiſcopum Euraclium vadens, ex parte Dei ad id negotium evocaret, & adduceret ut ſanctum Martyrem Evermarum de ſinu terræ efferret, cujus ſpiritus ab hora martyrii cælum poſſidebat. Sacerdos autem hæſitans de viſione, illo anno mandatum Dei non explevit. Secundo anno, eadem nocte, ab eodem Angelo culpatur, quod mandato non paruerat: ſed Sacerdos, hac etiam vice inobediens perſeverans, tertio anno, nocte qua duæ viſiones præceſſerant, apparente Angelo correptus & flagellatus, tandem credidit viſioni: quam per ordinem recitans prædicto Epiſcopo, livores & plagas in teſtimonium oſtendebat. Cui Presbytero Epiſcopus commiſit ut S. Evermarum effoderet, & tunc Epiſcopus veniens eum à terra levaret. Quod & factum eſt. De corpore autem ſancti Martyris tantus odor ſuavitatis exibat, quod aſtantes ſibi viderentur paradiſum intraſſe. Levavit ergo ſanctum Martyrem Epiſcopus, eumque in eccleſia S. Martini cum magna gloria, congregato

Evermarum Euraclius Epiſcopus

F

poſt ternam revelationem elevat:

multis miraculis conſequentibus.

populo terræ, collocans, plebi & patriæ Patronum instituit. Tanta enim post sacri corporis elevationem subsecuta sunt miracula, quod scripta per se ingens volumen efficerent.

EX MS.

ANNOTATA.

a Pippinus, *pater Caroli Martelli, de quo infra ad Historiam tripartitam : quo etiam referimus cetera quæ essent ad hanc Vitam notanda.*

b Hacto, *in sequenti historia* Hacco.

c *Ipsius Evermari hunc fuisse clypeum, militari cultu militem præferentis, credibilius est : nam venatoribus eum fuisse ad manum non est verosimile.*

HISTORIA TRIPARTITA

Ex MS. Rubeæ-vallis prope Bruxellam.

PARS I.

Vita & passio S. Evermari.

PROLOGUS.

B

Exempla Sanctorum utilia,

1 SIcut pluribus Sanctorum exemplis priora tempora instituta fuerunt & erudita, quæ per singulas ætates deducta in studiosis amatoribus suis profecerunt ; in desidiosis vero & in otiosis contempta & vacarunt & delituerunt : sic inter studiosos & otiosos varie comportata, sed differenter susceptа fuerunt ; quia studiosis grata, & otiosis invisa ad nos usque descenderunt : apud quos etiam cum à quibusdam deberent suscipi, repulsa ab illis fugiunt & discedunt ; in quibusdam vero susceptа gratanter requiescunt. Quæ nobis sive scribendo sive loquendo proposita vel monstrata, non quærunt linguam nostram ad dicendas laudes suas : sed potius oculos nostros quibus videantur, & memoriam qua teneantur. Nec enim nostra intercessione indigent [Sancti] apud Deum, si quid de adimplenda eorum perfectione remansit : sed se incessanter recensendo memorari & imitando complecti volunt, ut suo conductu aspectibus Christi fideliter nos inducant. Omnium namque prædicatorum sermonem confirmant exempla Sanctorum : & ubi deficiunt, ubi non proficiunt sermonum verba exhortatoria ; ad perorandum substituta, supplet & adjuvat bonorum historia. Unde ad audientium & legentium commodum scribimus vitam B. Evermari : quam audire salus est audientium, quam legere salutaris est doctrina legentium & disciplina : cujus miracula, etsi compendiosa narratione succincta sunt, tamen non inferius propter hoc æstimet quis meritum ejus ; cum prædicat Dominus se dicturum his qui de virtutibus à se factis gloriaturi sunt, Discedite à me operarii iniquitatis, quia nescio vos unde sitis. Miraculorum vero virtus approbanda est, non copia verborum, non plausu manuum, non favorabili acclamatione populorum ; sed sanctæ vitæ testimonio & Dei attestatione : qui sic ea communicat sancto homini, ut opus sanctum, quod fit per meritum boni hominis, procedere credatur ex virtute divina.

ad Christum adducunt:

C

uti & S. Evermari Acta & miracula.

Luc. 13, 27

CAPUT I.

D

Ortus, tentationes superatæ. Desiderium martyrii, peregrinatio Compostellam.

2 GErmanicæ partis monarchiam, à silva Carbonaria usque ad Rheni fluvium, & à Mosa usque ad Mosellam, tenente mediano *a* Pippino, ex Begga Ansgisi Ducis filio, B. Evermarum ex nobilissima nobilium parentum radice ulterior edidit Frisia (quem ex genitricis utero consecratum sibi dextera Omnipotentis jam totum sancti Spiritus gratia perfuderat) & veluti fragrantis aromatis unctione delibutus, odorem sicut agri pleni, cui benedixit Dominus, cœpit dulcissimo oris affatu aspirare ; & ita maturum se exhibere, ut adhuc ætate primæva puerum, intellectu vero & sapientia crederes senem longævum. Et ut primitias ejus omni ætati ostendam spectabiles & præstantiores, ætas illius, coævis suis comparata, in eorum æqualitate non se continuit ; sed senibus comparata, senilem gravitatem in bene vivendo mutuavit, & senilia verba in loquendo sapienter assumpsit. Enimvero ex vivaci ingenio, & ex sanis & ejus ætatem supergredientibus verbis & moribus, vel se Joannem ostendebat parentibus. Parentes vero suos, quasi cum Joannis parentibus, audiebat de se colludere ; & hæc vicissim reciprocis vocibus ingeminare : Quis putas puer iste erit ? etenim manus Domini erat cum illo.

a

Ortus in Frisia

in adolescentia maturus.

E

3 Et cum jam Christi tirunculus in annis floreret adolescentiæ, vernante in eo fœcundissimo germine virtutum ; antiquus hostis, sicut primo homini Paradisi amœnitatem, sic huic invidit fœcundi seminis viriditatem. Qui sicut consuevit hujusmodi ætatem validius oppugnare, virtutem animi ejus elidere nitebatur : sed divino præsidio victus recessit, & quasi nullus advenerit disparens exolevit. E diverso ille pro se vigilantior exurgit, certus hostem suum propediem acriorem ad concertandum sibi affuturum. Quo exhortante se cum Propheta, Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem meam, iterum revocata ira hostis eum aggreditur : nec sensim, nec alternatim suis eum impetit fraudibus ; sed multiplex in dolore multiplicem in virtutibus perurget. Timebat enim, ne, si ei per intervalla incumbens vicissim tentando vexaret, per hæc spatia remissionis ille redintegraret sibi virtutem repugnandi, ideoque sine retractione totus in eum impegit. Sed athleta Dei illo perurgente inconcussus stetit, & forti animo perduravit : non enim hostilis terror eum exanimavit. Hinc hostis confusus ab eo resiliit, & spiritus à mortali homine victus aufugit, & refuga & apostata Angelus ab apostolici hominis infectatione mœrens & gemebundus etiam hac altera vice cessavit.

à dæmone oppugnatur,

Isai. 21, 8

F

sed victor persistit.

4 Ut autem celebrius fieret ejus præconium Dominicæ tentationis exemplo (quod externa pugna hosti superato fuerat exitiabile, Christo vero ex trina victoria fuerat triumphale) tertium Christi athletæ, bellum indicit, tertium æque etiam sibimetipsi detrimentum conquirit : & dum laborat ut is quem expugnat labatur, ipse in foveam confusionis ab illo impulsus præcipitatur. Denique per adolescentulos & coævos claris natalibus glorioſos, militem Domini, emeritorum egregio generi parem, sed egregia fide superiorem, de attentando usu & exercitio venandi, equitandi & joculandi creberrimè compellabat : illi namque indecens fore asserebant, elegan-

ad venationem, & equitandi exercitium invitatur.

A elegantiam formæ ejus & proſapiæ decus aboleri otio & deſidia, & præclaram ſpectabilis adoleſcentiæ induſtriam torpore & mollitie conſopiri. Verum fortis Chriſti athleta non immemor ſanctæ Sapientiæ ſic præcipientis: Fili mi, ſi te lactaverint peccatores Prov. 1. 10 ne acquieſcas eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum; claudebat aurem huic periculoſæ exhortationi, nec inducebatur in rete captivante adeò ſimplicem & fraudis ſubrepentis improvidam animam: quorum errorem miſeratus, deteſtatus etiam nocivam eorum ſuggeſtionem, abhorruit illorum admiſceri ſocietati, quos in hac parte non recognoſcebat ſodales; quamvis eos & dilectione caros, & genere ac dignitate ſibi congratularetur æquales. Intelligebat præterea in eis notam ſibi & frequenter expertam ſui hoſtis aſtutiam, qui pro ſe offerebat ei & in ſeductionem ſui perſonas, & venuſtate conſpicuas, & nobilitate famoſas, & eloquentia facundas, & omni modo ad deceptionem ejus ſibi configuratas *ut damoniacas tentationes rejicit:* & imaginatas. Itaque in nitente cute eorum, & in albente cæſarie, & in perſuaſis luſibus, & in exercitiis telorum miſſilium intelligens, ut diximus, dæmoniacam tentationem; ſano conſilio & oratione ad Deum fuſa, repulit eam à ſe & exinanivit. Sic ergo B tertio hoſtilis recurſus conflictu ſuperato, liber & triumphator emicuit: neque vero ulterius quiſquam de his quæ mundana ſunt animi ejus qualitatem exploravit; nec nequam ſpiritus, ſic efferatus & tam vehementer ut conſueverat, ad ejus irruptionem machinamenta ſuæ malignitatis admovit.

5 Igitur amotis omnibus impedimentis, tanta ſecuritatis firmitate ſubnixus erat, ut ſolidum greſſum animi per juſtitiæ tramitem dirigeret: ſecuritas enim in illo conſtanter ſtabat, cautela vero in ipſo ſedula excubabat. Cum ergo dediſſet ei Dominus pacem per circuitum, & nulla ſpiritualium hoſtium incurſione turbaretur; poterat per hanc gratiam intelligere Dei gratiam ſe habere, & hanc pacem eſſe ſibi ſpem cæleſtium præmiorum & viam eundi ad Deum. Sed uberior ſupernæ remunerationis appetitus ferventius ejus deſiderium accendebat: martyrii *aſpirat ad lauream martyrii,* enim votiva ſagacitate ad cęleſtia aſpirabat, per quod gaudium ſuum implendum prævidebat: ſine quo videlicet non conſecuto coram Deo ſe apparere imperfectum metuebat. Sciebat enim Chriſtum mercedem cujuſque electi proprio merito metiri; martyC rii vero præmium fructu multiplici cumulari. Noverat & hoc commercium habere Chriſtum cum Martyre, ut, pro ſanguine martyrii ſuo ſanguini refuſo, faciat eum ſibi conſedere, ſibi conregnare, ſua illuſtrari gloria, Patri ſuo illum adoptari filium cariſſimum, ſibi vero fratrem hereditarium. Sed tam laudabilem cupiditatem conſequendi martyrii, tempus abnuebat, Chriſtiana pax prohibebat: Chriſtiana enim profeſſio [mundum] ab idolatria correxerat & emundaverat: Eccleſia etiam fidelium loca ſingula ſanctificaverat. In aliud ergo negotium deſiderium ſuum transfert. Volebat ſe Deo utcumque martyrem offerre: ſed deſperabat id poſſe compleri, eo quod hac tempeſtate in omnibus locis videbat Chriſtum timeri, ipſum quoque in ſuis membris venerari.

6 Statuit igitur pro Deo peregrinari, ſperans in hac peregrinatione ignotam faciem ſuam ignotis gentibus ſuſpectam fieri, & primo cum injuria fortaſſe ab eis longius arceri: quin etiamſi exiſtimaretur *queſturus martyrii aliquod genus,* ad exploranda aliena veniſſe, ſperabat ad ſe ſpoliandum ſub occaſione ignotæ faciei ignotos provinciales ſpe prædæ accendi, & poſt prædam hoſtili gladio in mortem ſe poſſe proſterni. Quod ſi hoc modo contingeret eum occumbere, hoc martyrium crederet ſe Deo dedicaſſe: quod & peregrinatio rerum ſuarum commendaret & mors illata ceteris Martyribus eum conjungeret & annumeraret. Ingreditur itaque vir Dei Evermarus viam, quæ Galliam *c* tenEX MS. dens ad S. Jacobi Apoſtoli patrocinium peregrinantes adducit. Hanc viam omni impedimento liberam, & omni difficultate invenit expeditam, & nulla inſidiantium prædonum conſpiratione obſeſſam. Hæc via tam fideli peregrino Evermaro pluſquam volebat opportunior & abſolutior fuit. Hæc via etiam nolentem eum in omni proſpero eventu ſervavit, & ei invito ab omni impedimento & maxime à martyrii decertatione pepercit. Igitur ingreſſus eccleſiam, & expetitis beati Apoſtoli ſuffragiis, ſi quid pro peccatis ſuis ſupplicandum fuit, oravit Apoſtolica interceſſione expiari: martyrium quoque quandoque gratia Dei & obtentu illius ſupplicavit ſibi provideri: quod ei à peccatis, ut certiſſime confidebat, per Apoſtolum abſoluto, fieret totius beatitudinis ſumma, & ſanctorum Martyrum quaſi contribuc *ad S. Iacobum Compoſtellam proficiſcitur* lis gloria. Deinde multis precibus quæſito ſibi con- *& per Gallias revertitur.* viatore ipſo ſancto Apoſtolo, regreditur ad partes Galliæ, eodem duce quo venerat, videlicet Chriſto, iter ſuum proſperante: & deſiderabat in redeundo ſibi triumphalis palmæ gloriam obvenire, quam intelligebat in veniendo ei ſalubriter diſtuliſſe. Sed Chri- E ſtus votum ejus non fraudavit, quod ei paucis poſt diebus fructuoſum & voluntati ejus adæque contemperatum procuravit.

ANNOTATA.

a Pippinus *habuit avum maternum* B. Pippinum Landenſem, *cujus Acta dedimus 21 Februarii: & ipſe avus fuit* Pippini Brevis Regis Francorum: *hinc* Medianus *appellatur. Præfuit Pippinus ab anno 687 uſque ad 714. Sed ante illa tempora videtur natus fuiſſe Evermarus.*

b *MS.* terna nocturna *quod ſenſum non facit.*

c *MS. Vltrajectinum,* Galaciam, *imo* Gallæciam: *per* Galliam *autem iter erat, & ſic mox infra viſitata Compoſtella* ad partes Galliæ *regredi dicitur.*

CAPUT II.

Illuſtria ſanctitate & miraculis loca in Belgio viſitata. Hacconis tyranni feri mores.

7 SUperato igitur multarum regionum valde proF lixo interſtitio, inferiores partes Galliæ attigit multum famoſas & celebres; quæ auribus ejus inclamabant ſonoras laudes, poſtremo menti ejus gratiſſimam delectationem infundebant. Effulgebant enim in illis partibus luminaria ſplendidius ſideri- *In Belgio* bus radiantia, quibus illuſtrabantur omnes erroris tenebris depreſſi, in quibus etiam virtus miraculorum & medicinalium potentia ſignorum eminebat. Erant autem ſancti viri, recenter à mundo abſtracti & à Deo aſſumpti: qui quaſi adhuc in terra virtutibus & miraculis relicti, & ad gloriam & meritum ſuum in cælum tranſlati, reliquêre mortuis corporibus ſuis ut mirabilius viverent exanimata, quam vixerant cum ea ſpiritus vivificaret & anima. *a* Foil- *a* lanus ex his unus, quem triumphalis claritudo mar- *veneratur S. Foillanum,* tyrii inſignitum attollebat, ſuum *b* Foſſenſe oppi- *b* dum cum finitima regione decorabat. Cujus laus & præconium, quaſi vox tonitrui, omnium ora implebat & in omnium auribus perſonabat: ipſi autem ſancto viro Evermaro præ ceteris admirabilis erat, quod per eam quam deſiderabat ſanguinis effuſionem, in ſanguine Agni ſtolam ſuam laviſſet; & hoc exemplo ad ejuſdem purificationis lavacrum hortaretur eum, ut ſtolam ſuam præpararet.

8 *c* Gertrudis Virgo clariſſima, & nomine virgi- *c* nitatis & fama virtutis præpollens, illuſtrabat eam, *S. Gertrudę*

ex MS. quam nativitati & primitiis ſuis elegit villam Nivellam; quam etiam & ſe Virgine & multiplici Virginum ſucceſſione dum vixit communivit, & mortua Deo aſſignavit. Hanc villam tunc adveniente viro Dei Evermaro, meritis & miraculis inſigniebat, & non mediocribus virtutibus omnes confines & etiam remotas longe nationes accerſiebat ad admirandam ſuæ virgineæ propagationis fœcunditatem. Præterea

d *d* Furſeus, viſionibus ſuis magnificus, & repulſis objectionibus inimici victorioſus, cum fama nomi-

ss. Furſeum nis ſui & præconio virtutum in auribus S. Evermari venit: quem in admiratione ſuſceptum, quodammodo credebat eum, Sanctum videlicet Furſeum, paſſim diſcurrere, quem ſic auditoria omnia & confertiſſimos hominum conventus audiebat inceſſanter

e nominare: *e* Ultanum quoque fratrem ejus in eadem

& Vltanum, laude mirabatur eminere & tertio fratri S. Foilliano appropinquare: ſanctam quoque Gertrudem, eorum in his quæ Dei ſunt conſecretalem, ob meritum & dignitatem virginitatis in illorum ordine primam ſtationem tenere.

f 9 *f* Trudo quoque ille Hasbaniæ indigena, ille, inquam, Hasbaniæ & genere filius & virtutis defen-

B ſione Patronus, quaſi linguis & vocibus mirabilium operum, & quaſi fragrantia medicinalium curatio-

& potiſſimũ S. Trudonem multis miraculis clarum, num, omnem penè mundum advocabat; & poſt famam eum ubique prædicantem, experimentum ſui oſtendebat. Non erat regio, non erat natio nominis ejus ignara: non erat urbs aut villa, vicus aut oppidum, in quo claudus, per virtutem Trudonis exiliens, non ambularet; in quo cæcus, orbatus luminibus ad videndum, oculis lucem non videret; in quo febricitans, compreſſo tremore membrorũ, non quieſceret; in quo ſenſu & amentia efferatus, ad naturalem & rationalem ſanamque ſui cognitionem, per Trudonem non rediret. Hic rumor S. Trudonis B. Evermarum animavit ad eum viſendum & certius cognoſcendum; ut fama cognitum ipſe à longe veniens humiliter ſalutaret, & cominus appropinquans devote & reverenter adoraret, & exquiſita converſatione & qualitate vitæ ejus, æmulatione illius laudabili, in Chriſto

g ſe plenius informaret. *g* Remaclus etiam Ardennam

& S. Remaclum. ſuſceperat tuendam, & Stabulaus monaſterium corporali amplexu confovebat & meritis tuebatur: famam quoque virtutum ſuarum nomenque ubique terrarum tranſmittebat per omnes angulos terræ, & in ſuo mortuo corpore virtutibus ſe vivere comprobabat. Hoc ejus factum mirabile adduxit illo virum

C Dei Evermarum, ut admiraretur illum & veneraretur, & ex hoc impenſius Chriſtum glorificaret, qui ſic in ſervis ſuis operatur.

10 Poſtquam ergo vir Dei Evermarus his Sanctis, quos præmiſimus, viciſſim obſequium veneratio-

h nis impendit; decrevit Trajectum adire, accitus nomine & virtutibus *h* S. Servatii. Hic aliquando Tun-

itum ad S. Servatium, gris, dum haberet nomen urbis, Epiſcopatu potiebatur, quando Hunnos ad ejus everſionem feſtinantes oratione facta retinuit. Quo poſtmodum decedente, ipſi effrenata rabie in ipſam urbem feraliter graſſati, nihil reliqui victis fecere. Sepulcrum ejus hoc evidens oſtendit miraculum, quod omni terra compluta & nive reſperſa, privata & ſpeciali reverentia ſervi ſui, Dominus illud nec nive operiri nec pluvia permittit infundi: cetera quæ ab eo vivo vel mortuo mire patrata ſunt, non ſuſcepimus enarrare. Quæ tunc inſinuata beato viro Evermaro fuerunt ſtupori & veneration: qui eo volebat contendere, ut adorando & ſupplicando virtutem ejus experiretur, accepta remiſſione eorum peccatorum quæ plangeret nunc ſibi eſſe timori, & quæ timeret quin loque examinari. Sed obſtitit ei voluntas divina, demonſtrans ei non eſſe in homine viam ejus.

11 Progreſſus itaque cum ſeptem comitibus uſ- D que ad primos aditus ſilvæ, cui ab antiqua vetuſtate inditum fuerat nomen Ruttis, inſtantis noctis vicinia *venit ad Ruthenſem ſilvam,* inhibetur, ut nec noctis tenebris ſeſe committat, nec nocivis vel perplexis ignotæ ſilvæ amfractibus ſe immergat: noctis enim cæcitate oculi excæcantur & ſilvæ confragoſis diſpendiis pedes vinciuntur. Erat in proximo villa, *i* Halſtaplia dicta, ſive ad communitionem ſilvæ cominus ſita, ſive ipſa villa ſuo uſui ſit, habens eamdem ſilvam vicinam, quam & pro dominio & opportuna ſibi manſione quidam Hacco fecerat ſuam. Hic perverſæ mentis homo, primum ſe in omne facinus præcipitem dederat, deinde omnibus pernicioſus crudelitatem, cædem, omnem rapinam, incendia & cetera malignitatis facinora ex- *ubi Hacco crudeliter dominabatur.* ercebat; nihil inexpertum relinquens, quod poſſet excogitari ad humanæ afflictionis tormentum. Hunc feralis temeritas & ſociorum conſœderata unanimitas publicum hoſtem fecerat: hunc latronem improbum ſilva de proximo tranſeuntibus exponebat ad aviditatem ejus explendam, plus hominum ſpoliis quam venatoria præda exuberans. Præter illa ſpolia, quæ publica via & obſtruſa ſaltuoſis aſ- E peritatibus loca comportabant ei; etiam fluvius Moſa magnis impendiis avaritiam ejus implebat nec explebat. Advectos enim navigiis diripiebat: igne etiam abſumebat eos, quorum vitam ferro, manu, ſpoliis nequibat abrumpere.

12 Hac tyrannide ſic per ſe, per ſocios, per ignem, & per aquam, in innocentes homines ſæviebat; qui abſque eo, quo diximus eum manere, loco, aliud ſibi juxta Moſam erexerat domicilium, cui Hacco Hacletum nomen indiderat: quod nomen à ſe auctore confictum, ſe etiam interpretante eſt expoſitum, ſcilicet quod Hacconis lectulus ibi ſit poſitus; in quo recubans & tranſeuntes videret, & remigantes audiret, ſicque patriæ noſtræ & vigilans & dormiens terrori omnibus eſſet. Hoc dominium, & hanc in parte regni à Principe Pipino acceperat providentiam, qua crudeliter abutens ſe tyrannum pro Domino, & pro proviſore prædonem exhibebat: cujus feritas eo intolerabilior erat, quo indifferenter & indiſcrete bonum malo in pœna ſociabat, juſtum cum impio, pauperem cum divite ejuſdem judicii examinatione involuebat. Quia enim Ducis Pipini late per regnum deducta ſolicitudo, hanc partem regni, ſub Haccone periclitantem, ab intuitu cuſtodiæ ſuæ excluſerat; ideo hic tyrannus præſumptione aſſumpta, dum credit ſe ſolum principari, in omni- F bus ſe Principem crudelitatis oſtendit; & exiſtimans ſe natum in regno, putabat pro poteſtate regia dare ſe quibus vellet abundare, & quibus vellet egere; quibus vellet vivere, & quibus vellet interire.

13 Vir itaque Dei Evermarus, noctis inſtantia ab ingreſſu ſilvæ prohibitus, ad ſupradictam villam *ad hujus domum divertit:* Harſtaphiam divertit: & non vilem caſam, non humile tugurium ad hoſpitandum elegit; quaſi vilitate hoſpitioli excuſaretur, nihil honeſtum, nihil appetibile apud ſe poſſe ſuſpicari; ſed ad ditiorem domum divertit, muratis parietibus ſubnixam, & proceritate ſua teſtantem non niſi potentis alicujus eſſe municipium. Hæc erat domus Hacconis, qui tunc abſens forte in villa ſui nominis navalium mercium prædas agebat, vel in proxima villa tranſeuntes obſervabat, ſuſpicatus illos fugam differre in noctem, quos prævidebat apparere per diem. Uxor verò ejus timorata, & pauperum hoſpitum peregrinorumque neceſſitatibus compatiens, eos *benigne ab uxore ejus excipitur,* gratanter recepit; & Chriſti recordata, qui in hoſpite dixit ſe ſuſcipi, in Evermaro venerabatur Chriſtum, & ſe alteram Martham in miniſterii ſedulitate

A sedulitate exhibebat. Intellexit autem in persona viri generosam illum fudisse genituram ; nec de claritudine generis illum quidquam obscuravisse, quem & decora facies, & sermo modestus, & ordinatus incessus, & cetera corporis affectata honestas omnibus videntibus gratificabant.

14 Hæc viri Dei habitudo, bene composita bonę matronæ dilectioni & venerationi fuit : sed maritum suum prævidit pro eis maligna æmulatione posse morderi, & intoleranda indignatione irritari, & iritatum non nisi spoliis eorum & morte placari. Idcirco sic eos adorsa est exhortari : Carissimi Deo, mihi etiam præcordiali effectu excolendi, auroræ ortum maturiore fuga prevenite : hic crastino rediturum Dominum meum præstolari, de vita est pericli tari : quem effugientes & vos de morte, & illum eripite de scelere. Novi ego malitiam viri : cum vos auditurus est homines innocentes advenisse, reputabit vos super se quasi hostes irruisse ; & auditis vos impune, transisse, credet se pro impunitate vestra spiritum efflare. Quapropter properanter discedite, & pro caritate hospitii, qua debuistis à nobis etiam inviti retineri ; suscipite patienter, quod pro caritate conservandæ vitæ vestræ videmini à nobis salubriter B repelli. Sic illi, data fideli mulieri benedictione, non expectato matutinæ lucis crepusculo, egressi hospitio, silvam, quam sero propter prolixa dispendia & propter vicinam noctem non attigerant, ingrediuntur. Aliquantulum itaque emensi iter saltuosum, l juxta rivum *l*, grato & leni decursu defluentem, accumbunt ; & tempestivum matutini temporis processum otio reparant, & quiete corporum solantur.

& hujus hortatu summo mane discedit.

ANNOTATA.

a S. Foillanus *occisus eo loco, ubi jam est Abbatia S. Foillani Ordinis Præmonstratensis, prope mœnia Rhodiensis oppidi in Hannonia ; colitur* 31 *Octobris.*

b Fossa, *oppidum ditionis Leodiensis in vicinia Hannoniæ, ubi idem Sanctus dono S. Geitrudis construxit monasterium, quod nunc est Collegium Canonicorum.*

c *Vitam* S. Gertrudis *illustravimus ad* 17 *Martii : mortua est non anno* 664, *uti ad ejus Vitam notavimus ; sed* 659, *uti declaravimus ante tomum* 3 *Aprilis num.* 38.

d *Acta* S. Fursei *varia dedimus* 16 *Ianuarii : mortuus est circa annum* 653.

e *De* S. Ultano *hisce Kalendis Maji jam egimus.*

C f *Colitur* S. Trudo, 23 *Novembris, floruit circa annum* 660 *& sequentes.*

g S. Remaclus *creatur Episcopus Trajectensis anno* 650, *quo Episcopatu relicto migrat Stabulaum & Malmundarium, ante à se extructa monasteria, anno* 660. *Quæ latius in Diatriba de Episcopis Trajectensibus olim deduximus, & iterum ad incudem revocata exhibemus ante hujus mensis tomum* 2.

h S. Servatii *res gestas illustramus* 13 *Maji.*

i *In nostro ecgrapho perperam* Halstallia, *Vita Gallica* Herstap, *Molano* Harschapia, *& infra* Harstaphia *dicitur : cujus aut similis appellationis nullum ibi nunc vestigium supereſt.*

k Haccoletum *nullum nunc invenias ad Mosam ; sed neque* Haccourt, *quod Vita habet Gallica, notant tabulæ.*

l Jekoram *vocant incolæ, qui deinde Tungros alluit.*

EX MS.

CAPUT III.

Cædes S. Evermari & sociorum. Martyrium illi adscribitur.

15 INterea Hacco domum revertitur ; & de hospitibus suis qui apud se pernoctaverant, & de benedictione data qua domum ejus sacraverant, edocetur. At ille pene exanimis factus & mentis hebetudine dementatus, tremens labiis, belluinam etiam rabiem vultu prætendens, in hæc verba prorupit : Quo aufugerunt ? quo nostro hospitio elapsi evaserunt ? Fuga nulla à nobis eos tam properanter abripiet, quin nos properantius illos insecuti fatigationem nostram in illos vindicemus. Intelligent se nihil profeciſſe in fuga, cum eos paulo post tarditatis suæ arguet assecuta sententia. Itaque mecum milites ordinati, clientes vero undique sparsi, velocius prosequamur eos : & inventi nostrum judicium sustineant, qui secum meum contemptum portant, dicturi ut putant omnibus occurrentibus, si tamen manus meas aufugerint, Hacconem quasi inertem & dormientem se impune transisse. Hæc locutus, cum copiis militum & clientum pedestrium silvam ingreditur, eo illos consedisse æstimans, & in occultis ejus recessibus delituisse, qui solummodo fugientibus necessitate vitæ conservandæ pervii sunt & accessibiles. E

Ab Haccone insequente,

16 Insequentes ergo eos æque invia & pervia nullo discrimine metiuntur, difficultates omnes pertranseunt, non illæsi, sed tamen propter celeritatem viæ legionis suæ erant ignari. [Ita discurrentibus] ex improviso offertur locus, in quo illi decubabant, reparantes quiete corpora defessa labore, & quasi meridiana pausatione supplentes somnum quem ruperant matutina fuga. Quos prior Hacco de contemptu suo increpat, quod suam terram, suo primatui subjectam & suo ærario confiscatam, præsumpserint ingredi : arguit etiam eos quod tributo, pro lege terræ sibi debito, liberum iter non redemerint, sed eo retento ut fures aufugerint ; & pro hoc facinore omnibus pœnis, & postremo ignominiosæ morti se addixerint. Hoc autem reatu dicebat eos contra jus publicum obligatos, quo non possent absolvi nisi sanguinis eorum expiatione & rerum suarum proscriptione : quarum rerum partem exigebat ipse pro tributo suo, alteram pro præsumptuoso eorum adventu, & pro pace & salutatione non oblata, & F pro non petita veniendi & redeundi jussione & licentia.

inventus, objurgatur.

17 Sic locutus in B. Evermarum, eo quod honestiore & compositiore habitu corporis ceteris præstare videbatur, insilit, & telo confossum sive gladio transverberatum prosternit : qui ex hoc apud tyrannum despectior & damnabilior fuit, unde omnibus bonis acceptius & specialius placuit. Pro venustate enim corporis, quæ eum omnibus commendaverat, *occiditur.* istius homicidæ judicio improbatus, ad mortem prior deligitur : quasi qui fœdior & inconcultior aliis, ejus fœdaret aspectus ; & ideo citius morte absumptus, non esset dignus diutius apparere oculis illius. Sic sanctus vir falsis criminibus impetitus perimitur : quorum falsorum criminum, quantum ad immunitatem ejus pertinuit, istud venialius fuit, quod tributum non solvit, quia non portabat merces de quibus tributa penduntur. Aliud crimen fuit de contemptu ipsius Hacconis, quo videlicet querebatur ipse Hacco se ab illo despectum : in quo contra illum nihil offensionis contraxit, cum ipse vilibus & etiam infimis personis soleret humiliari. Tertium crimen fuit de præsumptuoso ejus adventu in terram illius & fugaci

ab omni culpa innoxius.

EX MS. fugaci diſceſſu; quo immunis fuit: cum publica via, ſicut civibus, ita etiam libera & gratuita ſit peregrinis.

18 His, ut diximus, criminibus ſanctus vir Evermarus falſo culpatus, innocenter occubuit: magis vero credo eum occubuiſſe, ſic diſponente Deo, pro diuturno deſiderio martyrii: cui deſiderio ſubſervivit conjectura & avara cupiditas ſanguinarii prædonis. Ita ſancta anima (non tunc exequente Deo voluntatem ejus in aſſequendo martyrio, cum ille temperius voluit, ſed cum Deus ipſe conſultius ordinavit) præſentata Chriſto, ſanctis Martyribus admiſcetur; & omnibus bonis, quibus ſancti Martyres cum Chriſto perfruuntur, etiam ipſa indifferenter participat. Ceteri comites ejus & ipſi ferro plectuntur: ſed neſcio ſi pro merito ſuo, pro ſocietate tamen viri, & pro nomine & dignitate martyrii, in quolibet diverſarum manſionum cæleſtium diverſorio ſpiritus eorum ſunt recepti.

Martyribus adjunctus.

cum Sociis occiſis.

19 Itaque quod ſupremum reſtabat occiſis, quodque præcipua fuit materia occidendi illos, expoliantur: & quod Romanorum Principum decreta ſanxerunt, ut occiſi occiſor ſpolia tolleret, hic tranſgreſſum eſt; cum omnis præda ad avarum & inexplebile ſolius Hacconis comportata ſit ærarium. Infelix qui ad prædam & ſpolia tollenda uſus eſt mortis myſterio, non advertens quod maximum peccatum morti maximo peccato prædæ accumulatur; quem ſi perpetuo interire Deus prævidit, ſola occiſio Sanctorum ad meritum ejus ſufficere poterat; ſi vero prædæ & ſpolia Sanctorum ad augmentum interitus ejus aſſerint, ecquis menſuram damnationis ejus æſtimaverit? Corpora ergo Sanctorum intecta & inhumata remanſerunt; nec enim humana nec communi miſeratione occiſores eorum in hanc modicam pietatem adducti ſunt, ut vel foliis ea conſpergerent, vel virgultis ſeu frutetis tecta, avibus & feris ſilveſtribus occultarent; credo volentes ut illis abſumptis ſui ſceleris nulla veſtigia remanerent. Sed impietas eorum peracto ſcelere perdurat in ſceleris voluntate, parata ſceleſtius agere, parata etiam manus officiales præſtare ſi res ſceleſte agenda ponatur eis in oculis & in facie. Ecquis ab hujuſmodi impietate poſtulet obſequium humanitatis, quæ ſemper indefeſſa perſeverans in crudelitate, nec immutari nec transferri novit in eam miſerationem, cujus numquam accepit diſciplinam?

Corpora ſpoliata

nuda remanſerunt, avibus & feris expoſita.

20 Corpora itaque eorum expoſita, & humanam ut reor dedignantia cuſtodiam, tutabantur Angelicis excubiis: quæ ſic erant ſtudioſæ & aſſiduæ, ut ſtudium earum nullum ſuſciperet tædium, nec aſſiduitas ullas variaret vices. Hæc cuſtodia interim nec noctu nec interdiu à Sanctorum corporibus abſtitit: donec Pipinus, quem principari in toto regno diximus, fines illos acceſſit. Ubi dum plurimis intendit, & plurima circuit; ingreditur ſilvam Ruttim venandi gratia, hoc delicioſo exercitio allevans faſtidia intolerandi laboris. De cujus, ut ita dicam, convenatoribus pars quædam, dum luſtrat invia quæque, & ſolicita indagatione profundos ſilvæ receſſus penetrat & explorat; incurrit loco illi, qui Sanctos Dei, initio quaſi cubicularios ſuſcepit, deinde ſuper Martyres exultavit, nunc ut domeſticos cohabitatores cuſtodit. Quos dum cernunt exanimes ex vulneribus & ſanguine, erat eis perſpicuum ferro illos cecidiſſe: ſed utrum pro criminibus ſuis in eis vindicatum eſſet, vel pro ſpoliis facilius tollendis prædones eos extinxerint, incertum fuit. Sed ſive laudabiliter ſive criminoſe oppetierunt; illi tamen venatores, non crimen in eis, ſed miſerationem penſantes, ceteros nudos terra operiunt.

à Ducis Pipini aulicis ſepeliuntur,

21 Sanctum vero Evermarum, decore vultus & egregia compoſitione membrorum digniorem aliis creditum, accuratioribus exequiis proſequuntur. Denique unus illorum, ad miſerandum pronior, egeſta humo honeſtiori corpori honeſtiorem tumulum parat; & partiti clypei medietate illi ſuppoſita, alteram medietatem corpori ſuperponit: & quodam modo quaſdam ſupplicationes immurmurans, terra operuit. Credimus Deum ſervum ſuum etiam in hac parte dilexiſſe, quem his ſupremis obſequiis non privavit: cui loco ſepulcri, pro vili & laicali perſona, tumulum per timoratum hominem providet, qui eum ſepelivit. Non judicavit Dominus illum apud ſe contemptibilem eſſe, cui poſtmodum locum ipſum in ſanctificatum convertit atrium, & à nemoroſo ſqualore commutavit in pulchram orationis domum.

honorificentius autem corpus S. Everemari.

22 Sic S. Evermarus Martyr, emenſo hujus mundi faſtidioſo excurſu, integritatis perfectionem aſſecutus eſt; cujus mortalis homo, ſicut perfectè vixit in Deo, ſic nunc unus factus in illo, regnat & triumphat cum ipſo: ceteris Sanctis ut ſocius admiſcetur, ut comparibus cohæret, ut Confeſſoribus conſidet, ut conſortibus communicat, ut concivibus cohabitat, ut convivantibus ipſe conviva in uno convictu conveſcitur. Sed & cum ſanctis Martyribus ipſe Martyr in ſanguine Agni ſtolam ſuam lavat, cum Martyribus palmam victoriæ portat, diademate regni inſignitur, gloria & honore coronatur, opere fortitudinis armatur, & omni perfectione & virtute ſanctis Martyribus copulatur & counitur. Adjuvent ergo nos merita ejus, cum ſuffragiis ſeptem ſociorum illius: quorum ipſe octavus octavam beatitudinem ſibi ſociiſque dandam deſignat. Quæ beatitudo perfecta & ultima, & nullo fine terminanda octo beatitudinibus Euangelicis deſignatur. Quæ octava beatitudo, hac ſeptima quæ nunc eſt ætate tranſlata, in octava ætate ſubſequitur: & ſic cum octava ætate ejuſdem numeri beatitudo S. Evermaro ſociiſque ejus & omnibus ſine fine extendetur, præſtante eo qui nec initio inchoatur, nec fine concluditur, Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum Amen.

qui ut Martyr laudatur,

& invocatur.

PARS II.

Inventio & Tranſlatio I eamque ſecuta miracula.

PROLOGUS.

1 BEatus Apoſtolus Paulus, in conſideratione divinorum operum admiranda contemplatione ſuſpenſus, dicit: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Hac admiratione ſua Apoſtolus, qua admiratur Deum, nos in admirationem ſuam adducit; quod ipſe tam perſpicax explorator myſteriorum Dei aliquando deficit, non penetrans & non intelligens quædam ſecreta Dei, quæ ſuæ ſolummodo cognitioni reſervat ipſe Deus, & homini non innoteſcit. Si ergo pleriſque arcanis Dei tantus Apoſtolus non appropinquat, & multa ei occultantur quæ apud ſe judicat Deus non oportere hominem ſcire; quid tantopere nitimur cognoſcere, quod probitate vitæ non meremur? & quid adeo conamur ſcientia attingere, quod à magiſtro non diſcimus, poſtremo quod revelatione Dei non edocemur? Inquiri etenim poſſet, ſi valeret inquirendo

Rom. 11. 33.

Judicia Dei incomprehenſibilia,

A rendo addiſci, quid cauſæ eſt, quod pene omnes Sancti, ſtatim poſt mortem tumulis ſuis incluſi, tam diu ibidem occultantur; quaſi nulla bona habuerint, quorum gratia Deus tempeſtivius eos de tumulis educat, & eos omnibus populis in veneration-em & omnibus peccatoribus in ſalutem exponat.

quod Sancti à morte diu lateant,

2 Si quid in eis emundandum fuit, lacrymæ eorum abluerunt, pœnitentia digna purgavit, emundata vita abolevit, & ad putiſſimum tranſitum puriſſimæ vitæ conſummatio adduxit. Quid ergo punit in eis tam diuturna clauſura ſepulcri? & cum in ſepulcro corpora diſſoluta diffluxerunt, quid eſt quod per tanta tempora eorum oſſa tabo & pulvere demoliuntur? & quod de judiciis Dei magis ſtupendum eſt, quid eſt quod Martyres, pœnis confecti, ſanguinis effuſione Deo conſignati, cum plagis, cum aduſtione, cum ſanguine tumulis ſuis includuntur, & per multa ſecula tot ibidem teſtimonia veritatis celantur? Inde eſt quod Dei judicia admiranda ſunt, quæ Paulus Apoſtolus cum inveſtigabilibus viis ejus incomprehenſibilia admirando appellat. Quapropter miramur Deum tam tarde voluntatem ſuam de revelatione fidelis ſui Martyris Evermari oſtendiſſe, quem tunc cum funereis terræ finibus fecit abſcondi. Si famam & nomen & virtutem ejus per terram, quaſi ad prædicandum, miſiſſet; potuiſſet multorum funereas & tumulatas in peccatis reſuſcitaſſe animas: ſed illum à ceterorum lege & ordine non diſcrevit, qui ſicut illos, ita etiam ipſum occulto judicio quamdiu voluit abſcondit, quando vero voluit hoc ordine manifeſtavit.

imo & Martyres,

& inter hos S. Evermarus.

B

CAPUT I.

Triplex Angelica præmonitio. Inventio corporis.

3 TEmpore quo Leodienſi Eccleſiæ præſidebat *a* Euraclus Epiſcopus, ſicut in *b* fabricandis eccleſiis ita in Sanctorum cultu & propagatione devotus erat; in villa, quæ jam de extirpata ſilva nomen retinuerat Rutis, eccleſiam S. Martini honori & nomini dedicat. In hac quidam *c* Ruzelinus Sacerdotali officio deſerviens, probata vita totum in ſe Sacerdotem oſtendebat: in quo etiam ſi Diaconum quæreres, devotum Euangeliſtam invenires: ſi ceteros Ordines, per ſingulos eum inoffenſe currere videres: ſi in die exercitium ejus explorares, prædictis officiis rite expletis clamantem in prædicatione audires; in nocte vero, quam mature relicto accubitu pervigili inſtantia pernoctare deprehenderes. Ad hoc accedebat quod corpus ſuum jugi inedia attenuabat; perſequens in ſe ingluviem, quam non patiebatur hoſtem; & gratuito ſe affligens pro peccato, quod non fecerat: ſed tamen ne ſubreperet, per hanc afflictionem præcavebat.

a
b
c

Ruzelinus pius Sacerdos in Rutis,

C

4 Hunc tantæ probitatis virum Dominus, cui ſuas viſiones revelaret, dignum judicavit. Hunc præſagum futurorum inſtituit: hunc veridicum nuntium revelationis corporis S. Evermari Martyris elegit: hunc Dominus per Angelum ſuum de nomine & vita ipſius Martyris edocuit: huic ſeriem vitæ ejus curſumque martyrii retexuit: huic quo locorum humatus jaceret oſtendit. Quem Angelus domini dormientem verbis alloquens hac legatione & obedientia obſtrinxit, ut ad Epiſcopum Euraclum vadens, ex parte Dei ad id negotium revocaret & adduceret, ut S. Evermarum de ſinu terræ efferret; & cujus ſpiritum ab hora martyrii cælum poſſidebat, de ſepulcro quoque eum exponeret, & Eccleſiæ filium Matri Eccleſiæ redderet; de tenebris ad lucem filium lucis reduceret, & oculis hominum redderet. Decere hoc dignitatis privilegium ſuum Pontificale officium, ut cum pluribus Sanctorum miraculis, quæ in diverſis partibus habet ſeculum, per ipſum Epiſcopum à Deo proviſum addatur adhuc iſtius Sancti Martyris oraculum: præteriſſe diu multos anteceſſores ejus, quos non dignatus ſit hoc honore; reſervaſſe vero illi in laude & in honore, ut per eum in periculis habeat mundus S. Evermari præſidium.

ab Angelo monetur ut curet elevari corpus S. Evermari per Epiſcopum

EX MS.

5 Hanc viſionem Sacerdos experrectus ſecum retractans, variis ſomniis ſe illuſum credidit: reputans hanc naturam ineſſe quibuſdam ſoporatis mortalibus, ut ſpiritus eorum ab aëreis ſpiritibus dum dormiunt fatigentur. Confabulantur enim eis, colludunt & blandiuntur, interdum colluctantur illis, aliquando collætantur, aliquando gementibus congemiſcunt. Sic Sacerdos, eo quod à lege & amore Dei frigidum & diſſolutum putabat ſe gerere corpus & animum, idcirco in tempore quietis æſtimabat ſe phantaſticis ſeductionibus agitari, effigiatis imaginibus deterreri, captioſis retiaculis devinciri, & pluribus irriſionibus deludi. Propter hoc incredulus viſioni, quod viderat & audierat omnimodo non approbavit: & ideo Epiſcopo mandatum, ex parte Dei per Angelum directum, non annuntiavit. Timebat enim mendax inveniri, ſi ſomnum ſuum appellaret viſionem. Præcavebat etiam ſibi hoc objici cum inſultatione, & his verbis irrideri: Omnes viſiones ceſſaverunt, ex quo Prophetæ dormierunt. Ecce hic ſubito apparens quaſi unus ex videntibus revixit. Eamus, inquient, ad Videntem, & inſultantes adjicient, Numquid tu es Videns? Verebatur etiam ad irriſionem ejus adjungi, Angelos modo mortalibus per viſionem aut numquam aut rariſſime apparere; Chriſtum etiam modo non viſionibus loqui hominibus, ſed verbis & ſermonibus Euangelii. Nulli igitur quod dormiens audierat & viderat manifeſtabat: non conſiderans ſe in hoc ſancto Martyri plurimum gratiæ detrahere, & multum in hoc nobis obeſſe, quod eo tacente Angelicum mandatum, ſepulcrum ejus illum diutius retinuit, & terra eum nobis tardius expoſuit.

cui incredulus & inobediens,

E

6 Primam itaque viſionem ſuppreſſit donec eâdem ſequentis anni nocte Angelus dormienti apparuit. Primo igitur ſevera in illum correptione invehitur: mandatum ſuum non eſſe impletum conqueritur. Deinde ad perferendum Epiſcopo plenius replicat, & auribus ejus inſtanter inculcat. Præterea minatur verbera, ſi detrectet implere quod præcipit; ſed ab illo ſponſione implendi præcepti data, Angelus ſuſpendit manum & pepercit. Hac etiam altera vice elapſus Sacerdos de manu adhuc ei parcentis Angeli, perſeverat in incredulitate viſionis: nihilque prima, nihil ſecunda apud illum viſio Angelica profecit. In prima viſione Angelum blandiendo, illum alloquentem & ei mandata divina ad Epiſcopum dantem ſprevit, non obſervans quod ei injunxit. In ſecunda vero comminando præcipientem nihilominus contempſit; cum quod viderat & audierat dormiens, non niſi aut ſomnium putabat eſſe aut mendacium.

altero anno iterum cum nimis monetur;

F

& nihilominus viſa reticens,

7 In tertii anni recurſu, eadem nocte, qua due viſiones præceſſerant, tertia viſio convênit Sacerdotem, non ſic blandiens ſicut ceteræ, ſed minax & vindicans in ipſum Sacerdotem, quod à prioribus viſionibus averterit auditum & intellectum, pro quibus reddiderit incredulitatem & contemptum. In qua apparuit eidem Angelus, aſperior vultu, verbis minacior, judicio ſeverior, manu deſtrictior, vindicta auſterior; affectanſque ſibi omnem ſimilitudinem irritatæ & perturbatæ poteſtatis, judicio examinavit contemptum ſui, manu flagellavit contemptorem, vindicta caſtigavit vel punivit, quod dixit viſionem hanc non veritatem eſſe, ſed mendacium vel ſomnum. Itaque judicio examinatus, manu flagel-

tertio anno caſtigatur plagis & verberibus,

ex ms. flagellatus, vindicta caſtigatus; judicio docetur veracem eſſe nuntium, quem vidit & audivit & ei non credidit; per manum ferientem intellexit, verax eſſe & evidens mandatum Angeli, quod contempſit; per vindictam vero didicit, quod non fallaciter ſomniat, qui ſub verberibus dolens & plorans ſuſpirat. Flagellis itaque & doloribus in diſciplinam veritatis & credulitatis adductus Sacerdos, evigilans & ſuſpirans, corpus plagis diſſectum proponit in teſtimonium, tribunalibus magnæ poteſtatis ſe adſtitiſſe, quamvis in cubili ſuo viſus fuerit corpore decubuiſſe.

8 Perſpicuum ergo erat indiciis laniati corporis, pœnis illum ſubjacuiſſe, & quietem lecturi tranſiſſe in dolorem: quod erat ſtupendum ipſi Sacerdoti plagis detrito, quia ſuper ſtratum mollius corpus ſuum, quaſi virgis & fuſtibus contuſum, intumuerat & obduruerat. Sed recordatus non phantaſticam ſe viſionem vidiſſe, tandem ſublata incredulitate, aſſerebat ſe flagellati corporis confeſſione ſub ſpirituali vindicis animadverſione corporaliter vapulaſſe. Victus ergo doloribus, & faciens fidem viſioni, atteſtantibus tunſionibus *d* corporis, venit ad Epiſcopum Euraclum, & enarravit ei quid tertio viderit & audierit, & quanto tempore animus ejus in dubietate pependerit: pro qua dubietate, quaſi ſub lictore, parricidales pœnas; vel ſub grammatico, ſcholaria verbera ſuſtinuerit. Accipe, inquit, ſancte Pater, teſtes dictorum meorum, pœnas corporis mei: accipe vade legationis meæ, ſcapulas meas: qui ſi me legatu mendacem inveneris, eas verberibus ſubjice, ut ſicut præcedentibus, ita ſequentibus plagis liventes atque ſanguineas videas.

d itaque accedit ad Epiſcopum:

9 Cum his paucis verbis magnam ſeriem prolixæ viſionis abbreviaſſet, quaſi dolore nimio afflicti corporis interrumpente exilem vocem, conticuit. Cujus verbis & ſubita taciturnitate attonitus, & ejus doloribus compaſſus Epiſcopus. Quid eſt, inquit, quod narrationem tuam tam compendioſe ſuccinxiſti? quid in loquendo brevis, magna verbis paucis extenuaſti? Numquid ex debilitate membrorum afflictorum vix reſpiras, ut quaſi anhelus neceſſaria verba ſuccidas, ut ex locutionis tuæ primis exordiis intellexi materiam magnam locuturum? Non decet te loquentem dimidia verba proferre, nec nos audientes quaſi imperfecta ſuſurria auſcultare. Quapropter recipe animum, quem pro recentibus plagis ad nos veniendo pene efflaſti; & recollige vires, quæ ex illo dolore effluxerunt & elanguerunt: & ſic integram locutionem proſequere.

& animatus ab illo,

10 Tunc Sacerdos, Felicia ſunt, inquit, tua tempora; quia dum juſtitia terris exceſſit, exeerans conſortia corruptorum hominum, in te ſolo veſtigia ſua reliquit, & ſic te herede ſuperſtite penitus non diſparuit: cujus veſtigia relicta dum ſuſcepiſti & confoviſti, quaſi fœcunda mater totam juſtitiam terræ refudiſti; & ſub te, ſicut ſub fidiſſima nutrice, reſpiravit & adolevit. Inde eſt quod felicitas annitente juſtitia in terra tua radicavit, & erumpens quaſi in arborem exerevit, & ramis ſuis te obumbravit, ut dicas, Sub umbra ejus quam deſiderabam ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Ad hanc gratiam magnæ felicitatis addit tibi Deus gratiam magnæ beatitudinis: quod ſicut per terram tibi in omni proſperitate proſpexit, ita de ſub terra ſalubrius & uberius aſpirabit tuæ ſaluti & Eccleſiæ tuæ profectui; [quia] duabus viſionibus admonuit, & tertia viſione cum graviſſimis verberibus inculcavit nuntiare tibi, ut in villa Ruttis quæratur & efferatur corpus cujuſdam ſancti hominis, cujus ne ſit anceps inquiſitio, nomen Evermari deſignatur; & villa in qua ſitus eſt, Ruttis nuncupatur; & locus qui eum humatum tenet *e* Maritimus, ab aqua adaquandis gregibus collecta appellatur. Invenitur præterea indicium unum quod omnibus indiciis majus erit, ſcilicet ſuper ſepulcrum ejus arbuſculam accreviſſe, per quam cognoſcent quærentes, ſub ipſa corpus ejus certiſſime inveniendum. Cui mandato cælitus tranſmiſſo oportet te & ſtudium & operam maturitatemque impendere, ut ſtudio ad hanc rem ſoliciteris, opera accingaris, maturitate properanter exequaris.

Cant. 2, 3

viſionem expenit:

11 Hæc Sacerdotis proſecutio Epiſcopo fuit magnæ ſecuritatis & ſolicitudinis occaſio: quod tot indiciis veritatem ſubnixam non poſſe immutari ſecurus erat; ſolicitabatur vero quod jubebatur properanter ignota loca ſcrutari, cum Sanctum neſciret hominem quærere. Quod negotium Sacerdoti committit, ut qui hæc dictabat agenda, ipſe ſtudioſius proſequeretur; nullum minus in hac re errare ſperans, quam illum qui ſic noverat ordinare & alii facienda imponere. Commiſſa itaque illi inquiſitione loci & tumuli, ipſe Epiſcopus retinuit ſibi hoc extremum myſterium, ut ipſe de tumulo efferret ſanctum corpus, & transferret in locum, jam non appellandum ſepulcrum, ſed ſanctuarium. Gratulabatur itaque de promiſſa ſibi & ſuo tempori reſervata ſancti Martyris revelatione: lætabatur pro injuncta & tranſmiſſa ſibi à Deo hujus officii obedientia. Itaque conſiderata viſione, & conſiderato omni eventu viſionis; de Angelo ſcilicet, qui mandatum à Deo ad Sacerdotem attulit; & de Sacerdote, qui dubitans ſprevit, & poſtmodum flagellatus ſuſcepit; de nomine ſancti Martyris, de ſitu ſepuleri ejus; hæc & cetera credidit eſſe certiſſima ſigna veritatis. Tunc Sacerdoti præcepit ut ſe in hoc opere præveniret, & hoc opus prætentaret; locum quæreret, & ſecundum fidem viſionis omnia inveſtigaret; inventumque ſanctum Martyrem immotum cuſtodiret, & à contactu illius manus abſtineret; ſibi vero efferendum & exponendum ſervaret.

accepto mandato Epiſcopi,

12 Sacerdos ab Epiſcopo digreditur: rem, pro qua pene mortem inciderat, ſtudioſe proſequitur, ut juxta fidem viſionis, finis eam conſummet veritatis: locum inquirit, & arborem quæ ſancto ſepulcro dicebatur ſupercreviſſe ſtudioſe perſcrutabatur. Et cum plures arbores videret, ſciebat quod ſi circa ſingulas quod deſiderabat quæreret in pluribus manus ejus & inquiſitio erraret. Ductis itaque circumquaque oculis, arbuſcula una ejus oculis offertur proxima illi loco, quem ſupradiximus vocari Maritimum, quæ fortaſſis ex merito Martyris ſub terra jacentis ceteris viridior, foliis venuſtior, & (ſi fructifera erat) fructu onuſtior, & ramis late diffuſis profuſior ſtabat. Sub hac arbore accinctus, & infirmitatis verberati corporis oblitus, fodere cœpit. Cumque egeſta humo non multa profunditate introrſus deſcenderet, apparuit media pars clypei ſuprajecta corpori ſancto: apparuit etiam quædam pars intecta corporis, de quo mira fragrantia erumpens Sacerdotem anhelantem perfudit. Lætatur Sacerdos, & quod plagatus dolebat, hoc odore refectus contemnebat; & diſcurrente odore ſancto per venas corporis ejus, languentia membra convaleſcebant.

quærit ſacrum corpus,

13 Mandat Epiſcopo viſionem veram dixiſſe, ſe verum nuntiaſſe, locum inventum, ſepulcrum arbuſcula prodente manifeſtatum. Hoc ſupereſt, inquit, ad ſanctum Martyrem oculis hominum demonſtrandum, ut venias, & illi ſummam manum imponas. Explevimus circa illum ea quæ ſunt quaſi ſervilia opera: ex more mancipiorum loca luſtrando, arbores ab arboribus diſcernendo, terram fodiendo & egerendo laborioſum finivimus famulatum: reſidua hujus operis pars honeſtior, id eſt eductio Martyris de ſepulcro, te requirit, te poſcit advenire, te poſtulat pro Pontificali dignitate ſanctificatas ſibi imponere

& invenſum indicat Epiſcopo:

A imponere manus te pro Deo præſidentem populo Chriſtiano te, inquam, ſolum decet contingere Sanctum & decet proclamare; populum vero ſubclamare ſancto Martyri gloriam & laudem: te oportet hunc Sanctum populo proponere in laude & veneratione, ut eum ſicut interceſſorem invocet, & ſemper ſibi patrocinari efflagitet. Hunc Deus, jam ſanctis Martyribus admixtum, ſtatuit ut exoratus pro peccatoribus intercedat: vide ergo ne interceſſor ſileat, ſi te non præcipiente orator ſiluerit.

ANNOTATA.

a Euraclus, *aliis* Eraclius, *&* Everacus *ſedit ab anno* 959 *uſque ad annum* 970.

b *Conſtruxit eccleſiam S. Martini cum collegio Canonicorum, inchoavit eccleſias S. Pauli & S. Laurentii: & cenſetur fuiſſe auctor ſcholarum Leodienſium.*

c Ruzelinus, *Ægidio Aureæ vallis monacho*, Ruſcelmus *dicitur, ſupra in MS. Florario* Enſelmus.

d *Ecgraphum noſtrum* viſionibus.

e *Similis locus Antuerpiæ, olim extra, nunc media in urbe, vocatur* Meer, *id eſt*, mare; *etiam poſtquam coërcitis intra canalem fornice obductum aquis, contectus &* B *ſaxis conſtratus ambulationi publicæ ſervit.*

CAPUT II.

Tranſlatio corporis. Pœna furato dentem inflicta, & remiſſa.

14 HOc mandato audito, Epiſcopus ſurgit cum Officialibus ſuis: illo accedit, procumbit, adorat, illacrymando ſupplicat, & populo quid amplius ſancto Martyri debeat, quid ab illo quærat, hoc ſuo exemplo demonſtrat. Hanc Epiſcopi devotionem æmulatur devotus populus, animatur etiam ad ſancti Martyris venerationem ſuaviſſimi odoris fragrantia quæ exurgebat de odorifera ſancti corporis tumba. Imponit Epiſcopus ſancto corpori manum: pars clypei, qua tempore humationis ejus venator miſeratus eum obtexerat, removetur, & tumulo extrahitur, cum altera ſubjecta corpori parte clypei; & cum laudibus & gaudiis, cum fletibus & precibus indiſcrete permixtis, in eccleſiam S. Martini *a* defertur; ibi ab Epiſcopo Patronus populo inſtituitur: ibi in laude eſſe & veneratione Pontificali edicto præcipitur: ibi ei in Eccleſiaſticis officiis deſerviri & decantari mandatur: ibi pro miraculis & virtutibus ejus expediendis populus invitari præcipitur; non defuturum aſſerens, quin Deus, qui eum martyrio decoravit, debeat addere ad hanc gratiam merita virtutum.

Sacrum corpus inventum elevatur,

a & transfertur ad eccleſiam S. Martini,

C

15 Epiſcopus ipſi Martyri ſe fideliter & ſuppliciter committit, ei ſupplicationem ſuam ad Deum injungit, quam ipſe per ſe incipiens ferre, plangebat ſe ſolum non poſſe perferre: commendat ei regendum Clerum ſuum, orat donari eis doctrinam meritis & precibus ipſius Martyris, quam non ſuſcipiebant Sacerdotali locutione & prædicatione, neque librorum lectione vel mutua collocutione: orat intercеſſione illius negligentias eorum dilui, quæ aut nimis erant veterinæ aut nulla poterant aboleri pœnitudine: ſupplicat & pro populo ſuo, cui ipſe ut Paſtor multo tempore providentiam adhibuit, ſed non profecit; cui diſciplinam obtulit, ſed ille non ſuſcepit; quia corruptus vitiis, non potuit providentia cohiberi nec diſciplina coërceri: his & omnibus qui peccatis & criminibus erant oppreſſi, Epiſcopus oratione ſua S. Evermarum interceſſorem & Patronum conducit: de ſe quoque ora-

ab Epiſcopo, qui S. Evermarum invocat Patronam pro ſe & ſuo.

tionem concludit, ut huic ſancto miniſterio non ingratus, ſicut eum de terra eduxit corpore, ſic ſe de terra abſtrahat mente, & adjuvet eum hanc vitam finire, ſi non Martyrem, ſaltem humilem & juſtificatum peccatorem. Sic perorans Epiſcopus Leodium revertitur: gaudens linquit Hasbaniam fundatam genimine vivi germinis, & non tantum vivi, quantum triumphalis. Quis enim neſciat omnes Sanctos, mortuos corpore, meritis vivere? & quis ignorat ſanctos Martyres, pro Chriſto ferro proſtratos, non tantum vivere, quantum triumphare. EX MS.

16 Lætatur Hasbania fœcundo proventu *b* meſſium, ſe filiis ſuis copioſe victualem panem dare: ſed felicius non dico gaudet, immo gloriabitur, ſe uberius fructificaſſe cum B. Evermarum, non genuinum filium, ſed Martyrem edidit adultum & maturum. Lætatur, inquam Hasbania, quod indigenis ſuis de ſinu terræ ſuæ panem ſalutis producit, cum ipſi indigenæ veraciter pane Hasbaniæ cibantur, quando miraculis, meritis, præſidio & interceſſione B. Evermari ſubſiſtunt. Preterea omnes Sancti panes ſpiritualiter appellantur, qui Chriſto pani cæleſti uniti, in quantum cum illo unum ſunt, nomen panis ſortiuntur. Beata igitur Hasbania, quæ cum in filio ſuo Evermaro panem protulit, cum illo etiam Chriſtum, qui panis vivus eſt, generavit. Quid de Ruti dicam? quæ ſecundum nomen ſuum, dum inter ceteras convicaneas & finitimas villas rutilat quaſi clariſſimum ſidus, omnia lucentibus ſignis inumbrat & obſcurat? Cum olim fuerit hiſpida & parricidalis ſilva, nomen ſilvæ retinens, de matre ferarum tranſivit in matrem hominum; & pro merito Martyris Evermari, qui tunc in ſilva oppetiit, in nomen villæ tranſivit: quæ ex magnitudine ſua & habitantium dignitate etiam nomen civitatis obtinuiſſet, niſi ei hoc vetuſtas antiqua invidiſſet, propter reverentiam vicinæ Tungris: quæ jam nomen perdiderat urbis, ſed facile hoc nomen honoris invidentibus ſibi ignoſcit: quia conſecuta tantum Martyrem Evermarum nec villis nec oppidis cedit, ſed & ipſis civitatibus libera ſe fronte componit.

b Scriptor gratulatur Hasbaniæ,

D

& Rutoſi loco,

17 Ut autem tranſlati corporis S. Evermari reliquias perſtringendo colligamus, duæ partes clypei, quarum una fuit ſuperpoſita, altera ſuppoſita ſancto Martyri, eidem eccleſiæ, in qua & ſanctus Martyr, illatæ ſunt: quæ ne vacarent & quaſi nihil ſignarent, ante ſanctuarium, quod ex ſuſcepto ſancto corpore ſanctius erat, ſuſpenſæ ſunt; ubi oculis omnium expoſitæ, deſignant ſe ſancti Martyris linguam & teſtimonium eſſe; & quia deſervierunt illi in ſepulcro, traxerunt pro mercede aliquid de virtute ejus: quæ viſæ ab ignotis quæruntur cur appendent, ſive ad laudem virtutis ſive ad opprobria hebetudinis: & dato eis reſponſo, S. Evermaro eas pendere, quis ſit, quis fuerit, quantus deceſſerit, innoteſcit. Cum vero quilibet gnarus rei intervenit, viſis partibus clypeorum, Evermari meminit; & recolligens quantus fuerit in opere, fiducialius eum invocat ut pro ſe intercedat.

Clypei partes, in quas corpus inventum,

E

in eccleſiæ ſuſpenſæ viſuntur.

18 Ut autem pauca ſupra repetam. Cum ſancti viri corpus eccleſiæ inferretur, quidam vir, Tegeno dictus, perverſi animi adjungit ſe portantibus corpus, ultro offerens ſe ad auxiliandum. Hic autem conceperat animo de hoc ſancto corpore poſſe ſibi grandem quæſtum obvenire, ſi de eo aliquid potuiſſet ſubripere. Lucrum autem de venalitate hujuſmodi aut ignorabat eſſe peccatum, aut in Sanctos peccare credebat eſſe proximum veniæ, quia jam non eſſent Sancti dicendi, ſi ſanctitatis ſuæ obliti nollent placari niſi vindicati. Hæc cogitans, quaſi

Furatus dentem è corpore ſancti,

EX MS. ad corrigendum aliquid in compoſitione corporis ſancti, manum latenter injecit, & dentem à maxilla ejus evulſum ſubripuit, & in ſinu ſuo abſcondit: deinde à confertiſſimo hominum conventu digreditur, & cum quibuſdam comitibus furtivam mercem portans, Hoyum *c* ire diſpoſuit, ut ibidem proponeret pro una particula venalem totum ſanctum Martyrem; infelix in hanc amentiam deductus, ut forenſe mercimonium crederet conſtare ex venditione Sanctorum. Aliquantiſper confecto itinere, ſubita nebula totam aëris claritatem obnubit, & eos ſe contuentes & viciſſim verba conferentes ſic obtexit, ut cum ſibi eſſent præſentes corpore & auditu, putarent ſe ſibi eſſe abſentes viſione; ſicut de Saulo & conviatoribus ejus dicitur, Audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Socii quidem terrentur & admirantur tam ſubitum fuiſſe in claritate aërea diei occubitum; ille autem cujus reatum lux fugerat & dies abhorruerat, ariditate gutturis æſtuabat: præterea oculi ejus melius evolaſſent à ſedibus ſuis, quam ipſius infeliciter immorati, inceſſanter rotali vertigine circumferrentur: facies cum capite tota invertitur, & tamen cum non niſi anteriorem partem cognoſceret ejus contuitus, reducta ad humerum poſterioribus intendit.

c *ut quæſtum faceret,* *punitur tenebris,* Act. 9, 7. *ariditate gutturis,* *inverſione oculorum & capitis:*

B 19 Reatus ejus penes ſe abſconſus, id eſt dens ſancti Martyris furtive ſubreptus, in vindicta illius manifeſtatur. Conferunt invicem & conjectant quid portendat hæc caligo tam ſubita, pro infuſis tenebris inimica oculis eorum, patentem viam pedibus claudens, & exorbitantibus eis omne quod erat pervium in invium convertens. Ille pro manifeſta vindicta, quæ occultatam ejus nequitiam detegebat, quod ipſum ad detegendum cogebat, ſociis dixit. *fatetur culpam,* Hæc confuſio turbati aëris me ſpectat; meo reatui obviat; jam mihi ſententiam dictavit, quæ me pœnaliter ferit. Vos pro meo peccato ſub hujus nebulæ tenebris diſparuiſtis, ſed paulo plus diſcuſſa nebula videbitis in me pœnam quæ exigit denudari culpam meam. S. Evermarum, quem integrum reſtituit terra, uno maxillæ diminui dente: & cum eum Deus integrum remiſerit Eccleſiæ, neſcio quem de tribus plus offenderim, utrum Deum qui eum remiſerit, Eccleſiam quæ illum recepit, an ipſum qui remiſſus & receptus integer non eſt inventus.

20 Hæc enim culpa pœna mea plectitur: hoc eſt ſcelus meum, quod pretio diſpoſui tranſigendum, cum Sancti ſola fide debeant emi, & gratuitæ caritatis mercede æſtimari. Cum voce adhuc & oratione C ſonem hominem, ſine figura & habitu communi porto humanam faciem: omnia mea inverſa & monſtruoſa ſunt, & portentuoſa (credo) majorum tormentorum totius corporis mei prænuntia, ſi non fuerint ſancti Martyris Evermari pietate & miſericordia remediata. Revertar ad ſanctum Martyrem, plangam peccatum meum in furto ſuo, monſtrabo vindictam ſuam in afflictione mea: fortaſſis miſerebitur mei, quia cum Deus omnes miſericordes beatificavit dicens, Beati miſericordes quoniam miſericordiam conſequentur; etiam ipſum S. Evermarum miſericordem fore prævidit, & ipſe de miſericordibus vivis pro minore miſericordia non erit extremus. Quaprôpter fiducialiter ad ipſum redeo, ut reum ſuum videns pœnitentem, excuſet ſcelus crudelitatis; oſtendens, reatus mei fuiſſe quod percuſſit, & miſericordiæ ſuæ quod pœnitenti indulgebit. *reſtitutionem promittit:* Matth. 5, 7

21 Sic locutus regreditur; & mox recedente caligine à ſociis, præ deformitate abhorretur & aſpernatur. Erat eis admirationi, pro plaga hactenus inexperta; erat dolori, pro comparatione humana; erat pudori, pro caſuali eventu ſocialis itineris; pro quo etiam, ſicut Aaron pro ſorore, ad Deum ex- *regreſſus:* Num. 12, 11

clamaverunt: Obſecramus, Domine, ne fiat hic quaſi mortuus, & ut abortivum quod projicitur de ventre matris ſuæ. Denique perveniunt ad ſanctum Martyrem, quem in ultione ſui peccatoris in itinere experti ſunt fuiſſe ſibi conviatorem. Ille terræ proſternitur, peccatum confitetur: ipſam rem, quæ erat peccati teſtimonium, de ſinu exponit; & per manus Sacerdotum loco ſuo reſtituit. Inde petit abſolvi: pœna qua puniebatur, poſcit relevari: Sancto ſervum ſe perpetuum devovet, ſi convaleſcat: de opere, de meſſe, de fructibus condignam ſpondet portionem, ſi actualibus miniſteriis oculos, faciem, corpuſque reformet. D *dentem Sacerdoti tradit:*

22 Ut peroravit, ſecundum orationis votum ſecutum eſt ſalutis remedium: & multis gratiis conclamatis, poſt preces precibus ſubmurmuratis, poſt laudes laudibus decantatis, multorum ora in laudem Dei & ſancti Martyris laxavit, & in jubilum exultationis aperuit. Et ſic ſanctus Martyr hanc ſuam primam virtutem conſummavit, ut ſicut Dominicum, ita & iſtud miraculum laude populi commendaretur, quia omnis plebs, ut vidit, dedit laudi laudem Deo. Commendatus itaque ſancto Martyri, de ſe ſervituti eius addicto, & de rebus ſuis vectigali more illi compartitis, addidit adhuc beneficia, & ſerinium ejus operuit ære, quod fabricatura & ſculptura omnibus fuit ſpectabile. Non contemnenda pauperis hominis oblatio, quam maluiſſet auro & argento feciſſe, ſi ſaltem pro hac ſua erga S. Evermarum devotione voluiſſet eum Deus auro & argento abundare: & quia regnum Dei tantum valet quantum habes; quantum habuit, tanto ſanctum Martyrem nobiliter honoravit, & ſibi regnum Dei pro tam divite voluntate comparavit. *& ſanatur* E

ANNOTATA.

a *Hanc elevationem contigiſſe circa annum* 968, *annotant ſuprà Molanus & Ioannes Chapeaville ad geſta dicti Euraclij ſive Eraclij Epiſcopi: at* 970 *annus indicitur in MS. Florario.*

b *Frumenti ſiquidem feraciſſima eſt regio.*

c Hoyum, *ſive* Huyum, *oppidum ad Moſam & vel* 7 *leucis diſtans Tungris.*

PARS III.

Tranſlatio II & miracula eam prægreſſa ac ſecuta. F

PROLOGUS.

Utilitati hominum ſcribenda Sanctorum miracula,

1 GLorioſi triumphatores mundi ſic huius vitæ tramitem percurrerunt, ut quod vixerunt, quod egerunt, & quod locuti ſunt, fuerit vita & opus & doctrina eorum, qui ſibi convixerunt. Cum autem & vita & actus & verba eorum ſcripta poſteris legenda traduntur, in deſcriptione eorum legunt quomodò vivant, quomodo operentur, quomodo prædicent, ſive quomodo mutua collocutione de Sanctis verba conſerendo colloquantur: & cum Sancti vivant cum Deo beatitudine & gloria; ſi recenſeantur vel ſcribendo vel legendo quæ egerint, eis conferunt ad cumulanda præmia quæ perceperunt, Sic autem quidam enituntur in ſcribendis actibus eorum, quaſi ignorantiam Dei neceſſe ſit iuvari, & tamquam non meminerit Deus quid & quantum Sancti promereantur, niſi ſcripto & locutione doceatur. Non exigunt ergo jam ut ſcribantur quæ geſſerunt, cum adhuc viventes [eſſent: quia] etſi multum ſuduerunt *quamvis eo ipſi non egeant*

A studuerunt, ut coram Deo bene operarentur, majus tamen fuit eis studium ne proderentur. Si autem eis defunctis, & à vana laude jam liberis & securis, hi qui sunt devoti in memoria & laude eorum, in quantum possunt comminisci, vitam eorum dant lectioni; patiuntur ipsi Sancti eos ad hoc favori suo alludere, ut non ipsi in eadem lectione sæpius nominati prædicentur, sed ut illi se sequentes ad similia agenda provocentur. Inde est quod vitam & miracula B. Evermari scribimus: qui quidem, quantum ad laudem pertinet, mallet ignorari; quantum vero ad caritatem spectat, contendit se ut imitetur salubriter cognosci. Hunc ergo gratia Dei de sinu terræ eductũ, ut declaret eum signis & virtutibus, non expedit occultari silentio; sed & oportet quod cum eum & ceteros Sanctos à Deo confidimus electos, nostra etiam attestatione ostendamus præclaros. Ecquis malevolus conetur celare, quos de sub terra [Deus] evocat, super terram mirificat, in cælo coronat? Cesset invidia, quæ Evermarum putat minorari & obscurari, subtractis litteris & suppressis apicibus. Certe superabit invidiam gloria, cum miraculis & virtutibus, non solum nota, sed etiam ignota perlustrabit regna.

qui in vita optaverunt latere.

B

CAPUT I.

Miracula ad antiquum sepulcrum. Ecclesia erecta. Contracti & cæci sanati.

Fama S. Evermari latè divulgata,

2 POstquam de sepulcro, in quo post martyrium S. Evermarus humatus decubuit, Episcopo Euraclo devehente in ecclesiam S. Martini transivit; primum per totam Hasbaniam, quasi tuba sonora increpuit, deinde per totum *a* Lotharingiæ regnum quasi tonitruum universale intonuit. Fama nominis ejus ubique terrarum discurrit: urbes, oppida, villas, vicosque penetrat: nullum angulum terræ patitur esse, aut ignarum sui aut se ignotum illi: suam Rutim in magna nititur promovere dignitate, dum occasione sui diversas gentes deinceps ad ipsam Rutim adventantes, quodammodo videbitur facere ei appendicias & tributarias. Ibi qualibet debilitate dissoluti veniunt; quovis vulnere saucij ibi medicinam, omnem vini succum saporemque herbarum superantem, inveniunt, cujus medicinæ fragrantia spirat odorem omni aromate salubriorem. Quisquis auxilii medicinalis eget, Rutim accedat, ubi inveniet corpus beati viri Evermari omnibus medicis virtute spirituali & corporali medicinæ præstare. Ibi non inanis advenit, qui cum fide venit, & dum percipit quod quærit, ex merito fidei suæ reparato corpore fidelior recedit. Ibi ad sanctum Martyrem fit concursus populi magnus, alii ad intercessorem pro peccatis, alii ad medicum pro infirmitate, alii ut probent si hac tempestate posset aliquis sanctificari; cum jam multo tempore desierit hæc virtus in terra apparere, per quam antiqui justi, Martyris vel Confessoris nomina sortiebantur.

a

adveniunt agri & sanantur.

C

& sanantur.

3 Igitur is locus, qui eum servavit humatum; quamvis corpore ipsius vacuus remansisset, magnam tamen ex ipso corpore retinens prærogativam, crebrioribus enitebat virtutibus. Illic vero ubi translatus est, in ecclesia videlicet B. Martini, præsens corpore nihil volebat operari. Propter hoc homines illius villæ, devoti in obsequio ejus & in reverentia loci ipsius, quem ex patratis ibidem virtutibus intelligebant ab eo magis diligi, ligneam & brevissimam super ipsum locum ecclesiam erexerunt. Quæ ecclesia, pro removendis brutis animalibus, locum ipsum contaminantibus, oportune facta est; ut ab hac injuria & immunditia defensus, venerabilius ab ipsis incolis & à transeuntibus frequentaretur.

potissimum in loco prioris sepultura, fuerat adiculæ ibi erectæ;

4 Quadam igitur die quædam mulier, locum sanctum nesciens non esse polluendum, sed potius extollendum aut scienter contemnens; congregavit oves suas juxta ipsam ecclesiam, ut tonderet eas: & hoc studiosè factura, ibidem loci amœnitate delectata consedit. Quæ conventa à quodam superveniente, cur contempto sancto loco, Dominum quoque loci S. Evermarum contemneret; corripientem proterve despiciens, in prosequendo contumelioso opere procaciter perstitit. Dum igitur huic operi pertinaciter immoratur, & minus caveret sibi; ecce forfices, quas in tondendis ovibus circumducebat, repente utriusque partis acumine manui ejus infixæ, partem carnis ejus abruperunt. Quo dolore illa pene exanimata, sero doluit, hominem se corripientem non audisse; & tarde intellexit, Deum Sanctorum injuriam à se vindicandam suscipere, dicente ipso Domino, Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? dico vobis quod cito faciet vindictam illorum. Quam Deus non sic vindicandam suscepit, ut hunc cruciatum ejus ante mortem terminaret; sed ut eum illâ patiente temperaret, non autem penitus auferret. Nam manus ejus intumuit, & quoad vixit incessanti dolore contabuit, & sic in dolore viventi, ut ita dicam, convixit & duravit, ut ipsa testem haberet manum suam tumidam, quia quod in sanctum Martyrem peccavit de tumido corde processit. Denique flante vento vehementi, vellera ab ovibus detonsa, quia levia sunt cedere ad flatum venti, subito evanuerunt: & sic mulier quæ peccavit, infirmitate manus suæ paulatim in mortem defluxit; & res, hoc est vellus, quod fuit materia peccati, per aëra dispersum non comparuit. Sic Deus injuriam servi sui ultus in vindicta unius vitam multorum servavit; dum in pœna istius didicerunt, ut temere non peccarent in sanctum Martyrem, habentem Deum ultorem etiam in veniali culpa.

Ex Ms.

prope quam mulier tondens oves,

& monita spernens,

Luc. 18. 7 punitur læsa manus tumore.

E

& jactura vellerum:

5 Sancti Martyris diximus in proterva muliere injuriam vindicatam; nunc subsequimur ejus virtutem in alterius mulieris curatione manifestatam. Hæc Aldeindes dicta, ipsius villæ Rutis erat indigena: quæ nervis emortuis, humore exhausto, calore extincto, tota emarcuerat, & sicut vulgo appellatur contracta per terram miserrime rependo ibat. Hæc in Apostolorum Philippi & Jacobi vigiliis cum pernoctantibus pernoctabat. Hanc autem noctem pervigilem non solum sanctis Apostolis, sed etiam S. Evermaro assignabant; & sicut illis, id est, sanctis Apostolis laudibus celebrem, ita isti faciebant hilaritate solennem. Illa autem, jam parte noctis aliquando decursa, dum forsitan plus sibi, minus vero attenderet lusibus populi; repente distensis nervis, succo & viriditate resumpta, à tarditate reptandi ad mobilitatem usumque gradiendi resolidatur: & erecta, virtutem suam operatum in se S. Evermarum evidenter ostendit: & hoc miraculum per se gloriosum, laude & clamore populi, in hymnis præconii Divini excrevit.

F

sanantur contractæ mulieres duæ,

6 Aliud huic simile miraculum ostensum est in Lamburge muliere, quæ ejusdem villæ Rutis municeps erat; non quidem eadem nocte, sed sicut divinæ placuit voluntati, per intervalla temporum famuli sui Evermari merita publicando extendere. Hæc, sicut & superior, quam præstrinximus, communi ambulandi usu privata, alterius evectione aut

EX MS. ſcabellorum ſuorum ſuſtentatione ad ſepulcrum S. Evermari venit: eumque, exemplo illius quæ ſupra ſanata eſt, orabat ſui miſereri: quæ paulo poſt multis orationibus ambulandi copiam à ſancto Martyre erecta recepit.

7 Experta eſt etiam virtutem hujus Martyris mulier cæca de *b* Curtericiâ, quæ prævio duce ſubambulans, ad ejus venit eccleſiam. Oravit ut diſcuſſis tenebris lux ejus reaccenderetur oculis, & de hac una in ſe oneroſa virtute clareſceret, quam erga ceteros infirmos mirus & præcipuus eſſet in omnibus virtutibus. Audivit eam ſanctus Martyr: oculos ejus tenebris exuit, lumine veſtivit, & ad ſe redeuntem omni tempore quo vixit, habuit præconem ſuæ virtutis, & oculos ejus teſtes ſui ſalutaris auxilii.

b *item duæ cæcæ,*

8 Hanc ad lucem reductam ſequitur altera de *c* Gladuus, quæ ad eccleſiam prædictam veniens, erecta facie monſtravit frontem ſuam ab oculis vacare; hominem vero ſuum exteriorem, non niſi tenebras videre, cum magis palpari poſſent tenebræ quam videri. Oravit ergo oculis ſuis lucem refundi, quam neſcio quo caſu contigerat infuſis tenebris extingui. Sanctus Martyr oranti intendit, non videnti condoluit, & lucem virtutis ſuæ cæcis oculis ejus irradiavit: & clare videntem, ad ora multorum pro illuminatione ſua laude Dei implenda, remiſit.

c

B

9 Acceſſit ad hanc medicinalem eccleſiam vir de Vilario *d*, nomine Giſlebertus, nihil de integro & ſano homine habens præter manus & faciem. Suræ ejus femori conjungebantur, poſteriora illius pedibus quaſi ſedilibus inſidebant: venter & pectus deorſum acclivia ſuper genua dependebant, & non niſi globus per multiplex involucrum collectus apparebat. Et fortaſſis ob hoc tali deformitate contigit eum eſſe in una maſſa collectum, ut quo eſſet deformior, eo reformantis & curantis eum virtus appareret glorioſior. Ergo coram ſepulcro Sancto, non dico decubuit, ſed ſuper reflexos poplites ſedit; & interdum ſubſiſtens propter reverentiam ſancti Martyris, & interdum appropinquans confidens de clementia ejus, S. Evermare adjuva, S. Evermare ſuccurre, ingeminabat: inſtanter orabat pro nodoſitate membrorum ſuorum diſſolvenda; & eum ceteris miſericordem, ſupplicabat etiam ſibi fore clementem. Hanc dicebat non Sanctorum eſſe pietatem, ut aliis molleſcant quaſi mitiores, aliis indurentur tamquam auſteriores; illum eſſe de Sanctis unum, non oportere eum à Sanctorum conſociali pietate differre. Audivit Sanctus precem infirmi: & concordante fide infirmi cum virtute Martyris, ſequitur effectus remedii. Nam is qui in una mole totus conſtiterat, ſubito in tantam longitudinem extenditur, quantam poſcebat ejus naturalis ſtatus. Percepta ſalute Salvatorem ſuum magnificat & collaudat, Chriſtum vero communem omnium Salvatorem benedicit, qui in Evermari & ceterorum Sanctorum virtutibus cooperator exiſtit. Itaque pro hoc beneficio omne tempus vitæ ſuæ in ejus obſequio explevit, & ejus famulatui non ingrata viciſſitudine inſervivit.

d *ac vir contractus toto corpore.*

C

ANNOTATA.

a Lotharingiæ regnum, *à Lothario Rege Lotharii Imperatoris filio nomen accepit, ut ſit* Lotharii regnum, *Belgis* Lother-rijck. *Erat duplex tunc Lotharingia, ſuperior ſeu Moſellana, etiamnum Lotharingia dicta; & inferior, in hodierna Brabantiâ, agro Leodienſi, & vicinis locis; & de hac videtur hic agi.*

b Curtericia *vulgo* Corterſem, *media inter Tongros & Haſſeletum via, Collegio Canonicorum nobilis locus.*

c Gladuus *dici hic videtur, qui ſeſqui leuca Tongris duabus Leodio diſtans, vulgo* Glou.

d Vileer *in Confinio Brabantiæ & Hasbaniæ, 4 leucis diſtans Rutis, Hannutum verſus.*

D

CAPUT II.

Corpus tranſlatum: eccleſia nova conſtructa: & poſt paralyticum ſanatum dedicata.

10 IGitur Præſule urbis Leodii *a* Theoduino, octavo ab Euraclo (qui divina viſione revelante, Sancti Evermari corpus de ſepulcro tranſtulerat in eccleſiam Sancti Martini) his virtutibus, quas præmiſimus, idem ſanctus Martyr circumquaque percrebuit: quibus excitata tota Hasbania & finitimæ regiones confluunt, pars acquirere ſibi interceſſorem pro peccatis ſuis, pars medicum infirmitatibus ſuis, multi tutorem in omnibus quibus hæc incerta vita perteritur. Non erat advenientium modus: frequentiſſimi erant vicini, confertiſſimi peregrini, arctabantur in vicis ignoti populi, in plateis denſabatur vulgus utriuſque ſexus. Lignea eccleſia & placebat & diſplicebat: pro veneratione ſepulcri, & pro reperta ibi ſalute quæ quærebatur, placebat; diſplicebat vero pro brevitate & anguſtia, quia excludebat intrare volentes, ſuſceptos autem arctiſſime exhibebat: & cum ſanctus Martyr ubique diffuſus eſſet fama, magnus nomine, virtutibus longinquus & ſpatioſus; mirabantur eum omnes tam anguſtæ clauſuræ conſtringi termino, quamvis hic locus, evacuatus corpore, appareret ſepulcrum ejus fuiſſe.

a *Tempore Theoduini Epiſcopi Leodienſis*

ob frequentem accurſum.

E

11 Ea tempeſtate Wedericus Abbas S. Joannis Baptiſtæ de *b* Porzeto, Deo probata vita acceptus, & S. Evermaro carus (pro eo quod idem Sanctus, cum parte villæ quæ ex præſentia illius nobilitatur, proprietatem ſui & redditus ſuos S. Joanni & prædicto loco, id eſt de Porzeto, dependit) eccleſiam ſepulcro ejus ſuperductam ampliare inſtituit, & non tantum parietibus muratis, quantum pariete corporis ejus: ut ſepulcrum, mirabile per ejus ſanctum pulverem, mirabilius fieret per ſuum aliquando funeretum obſidem, nunc exhumatum & vivificatum Martyrem. Congregatis itaque fidelibus, ad id negotium expediendum operam ſtudiumque ſuum offerentibus, ad eccleſiam S. Martini venit; ubi, quaſi ad reverentiam ipſius ſcilicet B. Martini, S. Evermarus virtutum ſuarum habenas retinuerat, nulla miraculorum ſuorum vela erexerat, ſed hæc ſepulcro ſuo facienda tranſmiſerat: ſic B. Martino in omnibus cedens, ab omnibus ſignorum effectus continuit, & coram ſancto Confeſſore ſe Martyrem ignoravit. Hunc ergo Abbas prædictus inde cum laudibus & cum multorum monachorum jubilo, cum plebis innumeræ plauſu & clamore, ad ſui ſepulcri ligneam reportat eccleſiam, ut de utroque virtus uberior emineat, & ſi quid minus eſt alter alteri pro vicinitate ſuppleat. Componitur itaque in lignea eccleſia corpus, & mox major populi frequentia acreſcit: quia quæ de uno, id eſt, de ſepulcro ante provenire conſuevit, modo de ſingulis, id eſt & Martyris corpore & ſepulcro ejus, ſalus procedit.

b *Abbas Porzetanus,*

F

corpus S. Evermari ad ligneam ſepulcri eccleſiam tranſfert.

12 Itaque aliquando præveniente Sancto miraculis ſuis beneficia populi, aliquando autem præcedente populo beneficiis ſuis miracula Sancti, oblatio admodum larga comportatur, & quælibet res profutura vel decori vel uſui eccleſiæ confertur; nec ulla hora vacans ab hac impenſa, intercidit offerentium votiva donaria. Nullus ita fuit vacuus ut excuſaret ſe paucitate aut paupertate, ſed pro quantitate ſubſtantiæ aut

& ex donariis oblatis,

A aut obæratam duobus Euangelicis minutis aut calice aquæ frigidæ onuſtatam attulit manum. Non autem dicimus aliquam attuliſſe materialiter, ſeu neceſſarium fuiſſe ſancto operi calicem aquæ frigidæ: ſed, pro hac vili ſubſtantia, quamlibet rem minimam, attamen neceſſariam, ſi quis obtulit, non fuiſſe repudiatam. Qui fuit mediocris ſubſtantiæ, placuit ex bona voluntate, dum ex eo quod habuit quantam voluit portionem devovit, & ex ea nihil minuit: dives, qui ex multa ſubſtantia quod voluit dedit, & ex hac quam plura retinuit, non peccavit; dum ad ſanctum corpus vel ad ſepulcrum ejus fideliter cum promiſſa oblatione acceſſit.

eccleſiam conſtruit:

13 His oblationibus prudenter collectis, & conſiderante Abbate ex his ſancto Martyri multum decoris poſſe aptari, conſtituit eccleſiam conſtrui, ut haberet ipſe Sanctus domus ſuæ proprietatem, quem hactenus coëgerat paupertas ſua in domo aliena fuiſſe hoſpitem. Cœpit ergo eccleſia inchoari, & pro impenſis ſufficientibus opus in brevi tempore profecit; &, ut credimus, ipſo Sancto præſente & manus apponente, mature in altum ſurrexit: & paulo poſt conſummatum, quamvis nomen eccleſiæ falſo non uſurpaverat, tamen hoc nomen ſibi dedicari non niſi Epiſcopali benedictione expectabat. Sed in hoc

B *quam nolens Theoduinus Epiſcopus conſecrare,*

Epiſcopus Theoduinus nolebat aſſentire; dicens, nihil religionis eſſe in parietibus dealbatis, nihil venerationis in tectura, in laquearibus, in pavimentis, niſi hæc, ſicut cetera eccleſiaſtica Sanctorum reliquiis fulciantur, & Sanctorum patrocinio ab urbanis & villaribus domibus differant. Præterea nihil eſſe veritatis in hoc homine: nomen ejus novum, vitam ignotam: illum fallentis populi ficta adinventione creatum, mentientis vulgi celebratum opinione, & ideo non eſſe conſilii fidem accommodare falſitati.

c fruſtra ab Archidiacono inſtructus;

14 Econtra Gosbertus Archidiaconus, hujus loci Chriſtianus *c* tutor & animarum ſpiritualis proviſor, affirmabat nihil falſitatis eſſe in homine: vero etiam nomine cenſeri: è vita, quamvis ſuccincte ſcripta, patere quis ſit, quid fuerit; agnoſci poſtmodo, martyrio ad Chriſtum tranſiſſe: in quo ſolo, ſi non in aliis atteſtationibus, poterat veritati concedi: ipſum vero Epiſcopum, refragrantem tam veris teſtimoniis & miraculis ejus, quaſi illius vocibus eum defendentibus, dicebat in Deum & in ipſum ſanctum hominem inconſiderate peccare. Sed Epiſcopus in rem nullo modo potuit induci, donec in die Nativitatis S. Mariæ, victus probabili experimento, veritati acquievit. *d* Prandente enim Epiſcopo Tun-

d

C *eum Tungris adeſſet*

gris, qui locus S. Mariæ dedicatus ipſum Epiſcopum ad prædictam Nativitatem ejus invitaverat, de Evermaro inter prandendum mentio incidit, & alii fideliſſimum fuiſſe certiſſimis indiciis dicebant approbari, alii ab illo populum phantaſticis ſeductionibus dementari affirmabant.

e & videret paralyticum,

15 Accumbebat *e* tunc coram Epiſcopo quidam languidus, Adulphus nomine, à parte inferiori uſu membrorum per paralyſim deſtitutus; cui ex occaſione infirmitatis paratior erat cibus, & præ oculis ipſius Epiſcopi, obtentu & interventu ægritudinis, quaſi alter jacebat Lazarus. Cumque ſuggereretur Epiſcopo ut voluntatem ſuam voluntati Dei coaptaret, & domum Sancti domum orationis faceret; ille hac conditione conſenſum ſuum ſuſpendit, ut ſi in hoc ſuo paralytico ſe Sanctum, & ut dicebatur, ſe Martyrem eſſe Evermarus oſtenderet, protinus ejus domum in venerabile commutaret ſanctuarium. Præcederet teſtis ſanctitatis ejus infirmi hujus curatio, ſequeretur profecto teſtis credulitatis ſuæ domus illius benedictio. Mittitur protinus illuc infirmus, & ipſe etiam virtutis illius incredulus, ſic conſiderans in infirmitate ſua ſe longo tempore invete- EX MS.
raſſe, ut diffideret (niſi per ſolum Deum) ſe poſſe convaleſcere.

pro ſigno Sanctitatis voluit hunc ſanari.

Hic miſſus, & quidem incredulus,

16 Aſſiſtens ergo ſancto corpori, cœpit inſultando plus provocare indignationem, quam ſupplicando implorare ſibi miſericorditer ſuffragari. Evermare, Evermare, inquit, diceris virtutibus pollere, diceris ſanctitatis nomen tibi arrogare, diceris tibi nomen meritumque Martyris aſſumpſiſſe: ſed præteriti ſeculi fuit hoc homines percepiſſe, moderni autem temporis non eſt ad hanc gratiam aliquando aſpirare: unde miramur ſi poſſit tibi hoc meritum attribui, ut Martyr ſanctus, patrator *f* virtutum credaris; *f*
& cur, cum ſis ignotus & regionis noſtræ inquilinus, partem terræ noſtræ invaſeris. Ecce adſum contractus & paralyticus: expone quidquid habes virtutis, effunde quidquid noſti medicinæ: fac me experiri, utrum alios infirmos veraciter curaſti, an fallaciter decepiſti. Ecce, inquam, adſum, aut propere confirmâre per me in uſurpata tibi virtute ſanctitatis & nomine Martyris, aut hac domo diſcede: cujus benedictionem poſtpoſuit Epiſcopus curationi meæ; ſic facta ab ipſo Epiſcopo conditione, ut ſanitas à te mihi reddita impetret benedictionem domus tuæ. Nunc ergo, ſi potens es in miraculis, apparebit: nunc, ſi potens es aut nullus in virtute, in mea danda vel neganda ſalute luce clarius erit: nunc, ſi potens es in curandis infirmis, perſpicuum erit. E

& irreverenter inſultans S. Evermaro.

17 Mox Sanctus, non impulſus, imo perſuaſus inſultatione ejus, oſtendit quid poſſit, non ſuper contumelioſum, ſed ſuper infirmum. Nam mox nervos ejus extendit, & compages genuum illius connexas diſcopulat: crura cum pedibus ſubrigit, & erectum hominem in proceram ſtaturam ſuſtollit. In extenſione nervorum ſtridor, ſtrepitus, fragorque inſonuit; ſanguis etiam abunde profluxit; per quæ omnia patuit infirmum redditum eſſe ſanitati. Inter hæc infirmus, incredulus & contumelioſus, hac ingrata & dolenda ſanatione (ut putabat) plus ſauciatus quam curatus, his querulis vocibus in S. Evermarum invehitur. Quid agis, Evermare, quid tantopere ſævis in me? Sanas me pariter & crucias. Obſecro te, nec ſanes, nec crucies. Oro, ceſſa ſanare pariter & cruciare. Quæſo, deſiſte curare pariter & torquere. Supplico, deſine vivificare pariter & occidere. Concedo tibi, Evermare, ſis ſanctus Martyr, miraculis polle. Quid in me probas virtutes tuas? Nolo beneficia tua, quæ mihi ſunt duriſſima tormenta. Heu mihi! ut quid me tibi curandum obtuli? Nec revera volui curari, ſed diffidens te mihi potuiſſe mederi, veni tibi inſultare, ut non ſanatus rediens F
me omnibus in teſtimonium monſtrarem te vere fallacem & ſeductorem eſſe. Parce mihi, precor, ab hac ſanatione, per quam jam nec ſanus, nec infirmus, ſed pene appareo mortuus.

ſanatum ſe ſed cum tormento queritur:

18 Hæc dicens, baculo pro ſcabellis ſubnixus pedetentim domo egreditur, & vectore aſinulo ſuo ad Epiſcopum revertitur, & ſe ab Evermaro non tantum ſanatum quantum excruciatum conqueritur. Et licet doleret & ingemiſceret; monſtravit tamen in ſe pariter cum dolore ſanationem rediſſe; prædicans in ſanatione ſua, Evermarum fuiſſe medicum potentem; in dolore vero, tortorem inclementem. Quo viſo Epiſcopus pœnituit ſe tam obſtinate contra virum ſanctum obfirmaſſe, & ad ultimum in hunc offenſionis reatum decidiſſe, ut tentaverit eum propoſita conditione, quod ſanato infirmo ſua credulitas & eccleſiæ ejus conſecratio conſequeretur. Quapropter valde compunctus, & in favorem ſancti Martyris affectuoſiſſime adductus, obtulit ſe in conſecra- *eccleſiam conſecrat* tione eccleſiæ ejus officialem miniſtrum, & oppor- *25 Iulii.*
tunum huic rei deſignavit diem VIII Kalendas Auguſti,

quo viſo Epiſcopus,

MX MS. Auguſti, in quo ipſam eccleſiam conſecravit, & ipſum ſanctum Martyrem vicinis gentibus Patronum & intercesſorem apud Deum delegavit, & cum eccleſia ſua annuatim frequentabilem & feſtivum inſtituit, ut omnes advenientes à Deo per illum juſtificari, & in domo ejus benedicta mereantur æternaliter benedici. Amen.

ANNOTATA.

a Theoduinus *præfuit ab anno* 1048, *uſque ad annum* 1075. *Hujus virtutes deprædicant Raderus tomo* 2 *Bavariæ Sanctæ pag.* 210, *& Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis ad diem* 23 *Iunii, & potiſſimum Ægidius Aureavallis monachus, tomo* 2 *de Geſtis Pontificum Leodienſium, ubi cap.* 4 *hic relata deſcribit.*

b Porzetum, *aliis* Borzetum, *&* Burtetum *cœnobium olim virorum, hodie Virginum Ciſtercienſium prope Aquiſgranum in diœceſi Leodienſi. Fundator & primus Abbas Gregorius ut Sanctus habetur: de quo agendum erit* 4 *Novembris.*

c Chriſtianus Tutor *hic videtur appellari, quomodo nunc* Decanus Chriſtianitatis, *certum ſub ſe habens Parochiarum ruralium diſtrictum.*

d *Expungo hæc male cohærentia*, & primo meminimus B. Mariæ per quam ſancto viro credentur,

B e *Sequentia eiſdem verbis à dicto Ægidio monacho narrantur.*

f *Al.* Paſtor.

CAPUT III.

Varii fures, in S. Evermarum injurii puniuntur. Corpus circumlatum. Pluvia in magna ſiccitate obtinetur, alia miracula patrantur.

Euraturus ornatum eccleſiæ,

19 IN hac aliquando ſolennitate, quæ ſemper annua revolutione innovatur, convenit multus populus: inter quos affuit quidam, expers timoris & amoris Dei & ſancti Martyris Evermari; immemor etiam ſalutis ſuæ, improvidus periculi ſui. Hic abſque diſpendiis, quæ multa multis in hac populoſa frequentia intulerat, præſumebat etiam de ornatu eccleſiæ ſancti viri ſibi multum furtim lucri obvenire, ſi oculos ejus, manus, & animum adjuvarent tempus, hora, & ſilentium; & ſi ſuppeteret conatui ejus ſolitudo, & (quod præcipuum erat) cuſtodum ſolicitudo labore feſſa & ebrietate conſopita. Itaque illis ad ſtudia ſua vacantibus, iſte etiam ſtudium ſuum
C otio torpeſcere non ſivit: ſed in ipſa eccleſia latebram quærens, ibidem delituit, donec nox adveniens cuſtodes feſſos & bene cibatos, vino etiam *ſique de nocte incluſus,* ante ſomnum ſoporatos, ad quietem vocavit. Cumque quieviſſet, ille de latebris prodiens, oculis & animo ferebatur ad ſanctuarium, exerturus paulo poſt manus ad ſacrilegium. Igitur ingrediens oſtium Chori, hæſit: voluit progredi, non potuit: voluit retrocedere, non valuit: voluit exilire, moveri nequivit: attentavit ab utroque latere verſari, in neu- *immobilis perſiſtit:* tram partem potuit converti: voluit ad terram concidere, in ſtatu ſuo retinetur. Sic fixus tota nocte perſtitit: nec orans, quia amentia cordis ei tulerat rationem & memoriam orationis; nec furtum faciens, quia membra ſic ligata non ſe membra furis, ſed oſtendebant membra eſſe nocturni oratoris.

20 Evigilantes autem Fratres cum cuſtodibus, ut matutinalibus hymnis prævenirent lucem diei, invenerunt iſtum, ingreſſui ſuo oppoſitum, quaſi ſimulacrum. Admirati ſubſiſtunt, ignotam ignorantes perſonam: ſuſpicantur unum eſſe de timoribus nocturnis, aut unam de phantaſiis quibus ſolent homines terreri per ſomnium: unde ipſis pene exanimatis, intremuerunt pili carnis eorum, ſteterunt comæ, D vox faucibus hæſit; manus, qua ſibi invicem ſignabant, tremula & ut ita dicam enervata concidit. Altera ſuſpicio incidit, vigilem ſcilicet deſcendiſſe de cælo, & hac domo curæ ſuæ commiſſa, in cuſtodia illius noctibus excubare. Tertia ſuſpicio incidit, quę & probabilior ex parte fuit, ex populo ſcilicet qui pridie confluxit, hunc aut pro devotione in eccleſia remanſiſſe, aut eſſe nocturnum furem, & ad faciendum furtum tenebras expectaſſe noctis; ſed S. Evermarum obſtitiſſe, ne id quod moliebatur potuiſſet attentare. Hinc illi reſumpto ſpiritu animati, vident illum hærere, & quaſi terræ radicatum immobilem ſtare, & tamquam phreneticum ceteris membris immotis caput circumrotare, & labiis invicem concurrentibus verba informata plus frangere quam ſonare.

21 Requiritur quis ſit, quid velit, quid quaſi radicatus terræ in hæreat, quid ſic aditum objectu corporis ſui obſtruxerit, ut vel regredi vel progredi aut *fatetur ſuam culpam:* nolit aut non poſſit. Tunc ille peccatum ſuum confitetur, ſe furem eſſe, non oratorem; coram S. Evermaro ſe aſtare, non ut preces dicat aut lacrymas fundat, ſed ab eo ſe ligatum teneri, quia eum expoliare tentavit. Sed ſi pius & miſericors eſt, prius eum his compedibus expediat, & ſic puniat: & non ideo à E morte ei pareat, ut in hac colligatione relinquat, quod ſibi omnibus mortibus gravius eſſe conſtat. Audivit Sanctus confeſſionem ſui peccatoris, audivit petitionem pœnitentis, & hac compede eum abſolvit: & ne moreretur audivit, & indemnatum abire *Sanctum invocat & liberatur.* permiſit. Illi vero qui judicium Sancti de illo expectabant, ut viderunt eum ab illo abſolutum, nullum ſuper eo dederunt judicium; dum ille cui peccavit, pro pietate ſua & à compedibus abſolvit, & à morte eum liberavit.

22 Duæ mulieres veniebant aliquando ad S. Evermarum, accerſitę creberrima nominis ejus mentione, portantes ſecum ſarcinulam ſuam: in qua & victualia ſua impoſuerant, & quam Sancto delegerant votivam ſuæ paupertatis impenſam. His in via conjunctus eſt quidam fraudulentus conviator, quas dum *Doloſe ſe adjungens duabus peregrinis,* videret ex longo tractu itineris anhelas, & ex onuſtate commeatuum ſuorum defeſſas; obtulit ſe eis ultroneum ſubvectorem, ut ipſo vicaria ſucceſſione imbecilles mulierculas ſublevante, illæ interim reſumerent vires, quas crebro anhelitu videbantur efflare. Quem illæ ex occaſione itineris credentes ſe habere ſodalem, & ex mutua confabulatione veracitet fidelem, imponunt ei fiducialiter onera ſua. Hinc F grandi faſce levatæ præcedunt, tamquam leves, levius *earumque ſarcinas ferendas ſuſcipiens,* conficientes iter, & ſecuræ de ſubſequente eas ut putabant fideli comite. Ille, quaſi gravi retardatus pondere, fingebat ſe non poſſe aſſequi præcedentes: cauſabatur ſecum impediri ſe debilitate corporis, ſub magno onere fatiſcentis: queritur de difficultate itineris: ſuſurrat de veloci progreſſu ſodalium ſuarum, quæ muliebri loquacitate potuiſſent & onus grave & viam difficilem tolerabiliorem feciſſe.

23 Sic apud ſe murmurans, dum longum viæ intervallum illas prægreſſas ſuo aſpectui eripuiſſet; relicta via qua potuiſſet iterum conjungi mulieribus præcedentibus; aliam viam ingreditur, qua abductus ab illis ſi regrederentur, non occurreret eis. Vide- *à fuga quam inierat* batur enim quia, ſi regredientes occurrerent ei, fraudem meditati furti in eo arguerent, & errorem viæ illius corrigerent; & ſic ſuper ſe ſarcina ſua tranſpoſita, voluntatem ejus fraudulentam exinanirent. Itaque mulieres Rutim pervenerunt, & divini præcepti memores, non apparebis coram Deo tuo vacuus, ſubtraxerunt ſe ab acceſſu eccleſiæ, donec veniente earum comite ſecurius accederent ad ſanctum Martyrem:

A tyrem ; volentes impensius gratificari ei pro oblatione & visitatione sua, & sic clementius ab eo in oratione exaudiri. Cumque ille diu expectatus non appareret, intellexerunt illum pro auferenda sarcina à longe restitisse,& fortassis voluntarie deviasse. *ſeà invocato S. Evermaro, revocatur,* Tunc ingressæ ecclesiam, S.Evermaro primum pro votiva oblatione,à doloso conviatore subtracta, querelam offerunt ; prius plangunt fidem, quam fundant orationem ; primum lacrymantur Sanctum in sua præda fuisse expoliatum : oportere ergo eum & se ipsum, quia vir virtutis est, & invalidas mulieres & pauperculas vindicare.

& ablata restituit. 24 Sanctus igitur Evermarus supplices mulierculas exaudivit, & earum vindictam sibi ab ipsis injunctam pia compassione suscepit, & promptissime exercuit. Denique ille earum dolosus comes in hanc amentiam devenit, ut recta via relicta commutaret viam pro via, valles pro vallibus, montes pro montibus,vicos pro vicis;& omnia pervia & invia lustrans, per multa errando excurreret ; & in eumdem gyrum revolutus frequenter,se in primo loco erroris sui inveniret. Sic itaque sensu captivus & mente alienatus, vel captivatus virtute sancti Martyris, ignarus & invitus appulsus est Rutim. Quem visum mulieres,ad
B circumstantes accusant eum de fraude fictę societatis, quod dolose substiterit,quod deprædari eas voluerit, quod earum oblationem Sancto retardaverit, & quantum in illo fuit penitus abstulerit. Tunc ab omnibus illo exprobrato & de villa expulso,mulierculæ sarcinulam suam receperunt,& S.Evermaro suam votivam oblationem humiliter & reverenter persolverunt : gratias, quod in illa adversitate exauditæ sint ab illo, egerunt : pro peccatis suis oraverunt,quorum remissionem,ut credimus, per tantum intercessorem consecutæ,non sine laude & admiratione ejus,alacres domum reversæ sunt.

a 25 Dum S.Trudoni templum suum *a* ædificaretur, & ex multis partibus multa impendia huic operi mitterentur ; ab illa parte quæ est inferior Ruti, plaustrum onustum lapidibus adducebatur. Cujus auriga, dum sic casus offerret ut per mediam Rutim *Lapides ad S.Trudonem advecturi,* ejus transitus panderetur, ante ecclesiam S.Evermari veniens, volentibus ductoribus substitit : donec ipsi ductores cibati & paululum spatiati, paulo post iter cœptum perficerent. Cumque ab astantibus vel à transeuntibus rogarentur, ut hos lapides ecclesiæ S. Evermari condonarent,qui pauper abundantia divitis Trudonis indigeret; recusarunt, & rogantes à se
C turbida repulsione abegerunt. S.Trudo, inquiunt,si *coguntur eos S.Evermaro dare,* abundat, opulenter & honeste abundantia sua decoretur : S.Evermarus, sua paupertate contentus, quæ alterius sunt non concupiscat ; ut liber à concupiscentia, de paupertate sua ad abundantiam S.Trudonis ascendat : sua quisque habebit: diviti vel pauperi injustitiam fieri, constat injustitiæ & peccato assentiri : deducemus S.Trudoni, quod suum est ; augeat Deus S.Evermaro, quod ei minus est ; acceleret ei dare, quod daturus est. Hæc dicentes ad progrediendum boves stimulis agunt, sed non moventur ; virgis *bobus immobiliter subsistentibus.* feriunt, sed non proficiunt ; crebris punctionibus cruentant, sed quasi simulacra fixa tenentur. Quod illi advertentes divinitus fieri,& S. Trudonem velle S.Evermaro id parvæ caritatis largiri ; lapides deponunt, S.Evermaro offerunt ; & sic bobus ad ambulandum solutis,cum ipsis & vacuo plaustro revertuntur, & in utriusque laude,& S.Evermari virtutem, & S.Trudonis caritatem & mutuam eorum dilectionem & concordiam, omnibus sibi occurrentibus narraverunt.

26 Aliquando terra,omni humore exhausto,omnino exaruerat ; ita ut in pulvereas minutias tota dissiliret, & ad tenuem flatum venti subito excitata purum & clarum aërem obtenebraret. Herbam EX MS. nullam, nullam frugem fructumque germinabat : quia constrictis nubibus siccitate, nec pluviis infundebatur, nec imbribus irrigabatur ; ideoque, quasi effœta, & inculta,& otiosa vacabat. Hinc fames corpora humana usque ad ossa, pelle tantum contecta, *In summa siccitate,* depascebat ; macies per singula membra discurrens, quidquid demoliri poterat, absumebat ; exsanguis pallor albentem cutem decolorabat, omnemque hominem inedia occupaverat. Hic erat invocanda Dei misericordia : hic quærendum Sanctorum auxilium. Non erat afflictio jejunii vel abstinentiæ alicui à Sacerdote imponenda, quia hoc Sacerdotale edictum ipsa fames præveniens sibi vendicaverat,dum nullo excepto tempore omnes etiamsi nollent cogebantur quotidie jejunare. Adjungebantur jejuniis preces, precibus lacrymæ : præcinentibus succinebantur letaniæ, ab omnibus omnium vocibus insimul conclamabatur, Domine, Domine, miserere. *post variæ preces* Abjectis cultioribus indumentis, vestiebantur pœnitentialibus ; projectis calceamentis, anxiabantur sub nudis plantis, frigore & punctionibus detritis. Noluit placari Deus hac supplicantium & afflictorum anxietate : quia placationem sui gratiæ S.Evermari reservabat; quem jam ceteris miraculis illustrem,hoc E miraculo disponebat facere illustriorem.

& corpora variorum Sanctorum in processione delata, 27 Persistebat populus in prece, perstabat in supplicatione,pro compluenda ariditate terræ. Ut Deus populum suum ab instantis plagæ interitu liberaret, S.Servatius, finium suorum fidelissimus servator, exponitur : *b* Monulphus & Gundulphus efferuntur ; S.Amor *c*, vicinorum suorum dulcissimus amator,in publicum deportatur, ut pro compassione & miseratione eorum æstuanti terræ Deus compateretur & misereretur. Hi procedunt, ut processione sua huic plagæ occurrerent ; ne tantum feriret, quantum populi exigebat culpa ; sed tantum parceret, quantum de Deo præsumebat eorum apud ipsum familiaris fiducia. Egressi vident solem terram omnem in virtute sui ardoris decoquere, nubes nullis stillicidiis aërem irrigare, ventum urentem omnia exsiccare, terram nihil germinare, nihilque vitale ex terra pullulare; nec herbam, nec fructum,nec arborem vivere : sed à cælo & à terra mortem in perniciem hominum emergere. Hos procedentes non vidit Deus, cum sint semper in visione Dei : hos orantes pro hac plaga non audivit Deus, cum sint semper in auditu Dei ; nec concessit eis ut summa & perfectio virtutis hujus F illis reputaretur;unde illis recedentibus, nihil ex ipsa virtute eorum laudi vel nomini impartivit.

b *c*

tandem S.Evermarus invocatur. 28 Non cessante plaga, quæsitum est quæ afflictio ad placandum, quis suffragator supereſſet ad intercedendum. Inventum est Rutenses fortassis non interfuisse afflictioni & processioni, & eorum pauperem Sanctum,pro rudimentis & primitiis sic ignotum, cum aliis Sanctis non processisse : & quo discrimine concutiatur mundus, vel qua plaga feriatur, etiam nunc ignorare. Det, inquiunt, experimentum suum: necdum prodidit cujus meriti, vel cujus gratię sit apud Deum, cujusve virtutis vel claritudinis sit apud homines. Procedat, & huic plagæ se opponat, nec vereatur paupertatem, dum tantummodo ostendat divitem & potentem virtutem. Erit paupertas in laudem, de qua processerit virtus pugnans contra *corpus circumferunt:* hanc pestilentiæ cladem : erit, inquam, paupertas in gloriam & venerationem, cum virtus ejus terræ esurienti, etsi non opulentam, saltem tenuem obtinuerit messem. Prodeunt igitur Rutenses cum suo Evermaro, monstrant ei periculum quo laborat terra, ostendunt ei quæ à sole ardente incendia, quam à siccis nubibus ariditatem, quam à vento urente patitur eversionem, paulo post (nisi ipse obsistat) supremum

ex ms. mum paſſura excidium. Concurrunt undique populi, inſpecturi quid poſſet hic pauper & modicus Sanctus: expectant ſi ad hoc audeat eniti, ut cælum meritis contingat; ſi ſolem, etiam nolentem, ab hoc immoderato ardore cohibeat: ſi nubes humore perfundat, ſi venti ejus nutu ab uredine ſua tepeſcant, ſi terra horum infeſtatione laſſata, ejus virtute recreata quieſcat.

29 Circumluſtrat itaque S. Evermarus arva, villas, & oppida: cui Deus conceſſit, ut non eſſet otioſum quod proceſſit, dum ad ejus aſpectum ſolem ab ardore ſuo compreſſit, ventum urentem extinxit, nubes pluvialibus aquis quas terris diſtillarent, implevit. Vix proceſſerat Sanctus, cum ſol ejus abhorrens proceſſum, ſub umbra nubium ſubitum quæſivit perfugium; nubes aquas, quas Deo illis propinante imbiberant, terris infundunt, & abunde eas compluunt. Quidquid etiam ſolis fervor nimius torruerat, velociter torpeſcit: quidquid torrente vel urente vento arruerat, reſumpto humore revireſcit. Emollita lenteſcit, curvatur, circumflectitur terra, herbis repubeſcit, in arboribus frondeſcit & fructificat: ſeges etiam in viſceribus terræ pullulat, erumpit, adoleſcit, flaveſcit, matureſcit, & falce demeſſa & in panem elaborata, eſurientem populum

B ſatiat. Sic S. Evermarus, pauper & modicus, virtute divite, ab inſtantia mortis, quæ per famem corpus miſerabiliter diſſolvit, populum, jam deſperantem viver liberavit. Sic ergo abſque injuria Sanctorum, qui laboraverunt in hac plaga eliminanda & non valuerunt; ſic inquam, huic ſoli hoc potuiſſe dedit Deus ut ipſi Sancti, non diſcrepantes à voluntate Dei, ſervata cum Confratre ſuo caritate, hoc illum ſolum feciſſe benigniſſime concederent. Sic ergo S. Evermarus, à Deo honoratus, à populo laudatus & glorificatus, domum ſuam reportatur, deinceps operibus ubique pervulgatus.

In diebus Rogationum, 30 Accidit aliquando in illis diebus, in quibus celebres & ſolennes letaniæ aguntur, efferri S. Evermarum, ut eſſet qui præcederet populum in precibus ad Deum, & eſſet ſpes exaudiri preces ſequentium, cum tantus interceſſor præcedens feciſſet orandi initium. Cum precibus ergo Sancti ſuſcepit & exaudivit Deus preces populi: quod ut perſpicuum & evidens eſſet, in hoc ſequenti miraculo oſtendit. *corpore S. Evermari delato,* Cum enim ſanctum corpus à duobus ſubveheretur portitoribus in amœno loco fecit eos ſubſiſtere ſta-

d tio conſueta *d*, vel pro relevanda corporum fatigatione, vel pro confirmando populo à Sacerdotibus

C ſuis in timore & amore Dei, in cuſtodia ſui, in continentia à peccatis, præterea pro inſinuanda populo materia hujus afflictionis & proceſſionis, & pro beatificando populo, qui hunc Martyrem tantum ſequeretur, in hac via pœnitentiæ prævium ducem. *ſanatur paralyticus.* Interim quidã paralyticus, Petrus nomine, fide adductus, ivit ſub lectica ſancti Corporis, & ſuppoſuit ſe illi: & quia cum fide venit, fidei mercedem conſecutus eſt: nam mox omnis paralyſis vinculis abſolutus, incolumis exilivit; & gratias Deo egit, qui Sanctum ſuum, ſicut in ceteris infirmis, ita & in ſe glorificavit. Sanctum etiam Martyrem voluntarie acclinis, qui paulo ante proſtratus repebat omnibus membris, laudavit & benedixit: & ejus in ſe factam virtutem omni populo & verbis annuntiavit, & teſtimonio ſui ſanati corporis oſtendit: & omnes glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

31 Inter hæc miracula, quæ operabatur S. Evermarus, videntibus quidem mira, ſentientibus autem ſalutifera; egit unum, quod quid innuat pro ſui caritate neſcitur, quid portendat pro ſui obſcuritate ignoratur. Et quidem quod in hoc uno egit, operando oſtendit, ſed ſignificatione abſcondit. Unde & D humana æſtimatio, etſi ſuper hoc multa opinatur, plena tamen fide, quid tenendum, quid credendum ſit, non conſequitur. Hinc ſanctum Evermarum non ambigimus virum fuiſſe reverendæ plurimum dignitatis, qui in admiratione & inveſtigatione hujus miraculi, quod recenſendo ſubſcripſimus, etiam *Cum corpus per oppida & villas circumfertur,* quemlibet philoſophum vel facit hebeſcere, vel in ſtudioſa hujus operis perſcrutatione à ſua philoſophia cogit velut cæcutientem exorbitare. Aliquando, quod abſque injuria ejus dixerim, pro paupertate ſua exivit mendicare, correcturus fortaſſis quod in eccleſia ſua vel ſubvertens jactura ruperat, vel non plena integritas ſupplendum expoſcebat. In omnibus civitatibus vel villis, ut bonus & à Deo miſſus peregrinus, excipitur; & quaſi Dominicus ſalutatur hoſpes & adoratur. Nullam villam excipit à ſuo ingreſſu, nullam ſui immeritam facit, & pro benignitate & humilitate ſua omnes ſibi æquiparat, ſeque omnibus contemperat; quia penuriam ſuam penſans, ad ſubſidium ſuum ante januas eorum, ut quilibet pauper, ſtipem mendicat.

32 Cum itaque cunctas villas, quas ſuo luſtratu condignas haberi & cognoſci voluit, ingreſſu ſuo approbaſſet; & oblationibus eorum, ut ita dicam, hoſtiales ſibi miniſtras inveniſſet, & in ſuo egreſſu E Deo commendatas, annuatim eccleſiæ ſuæ vectigales feciſſet; appropinquans *e* Herſtallis, ſuis portitoribus velut victis pondere ſuo, non autem fatigatione ſua vel defectione virium ſuarum, depoſitus humi reſedit, & quaſi feſſus vellet quieſcendo indulgere ſibi, terræ accubuit. Qui præcedebant, qui portabant, qui ſequebantur, obſtupefacti cum ſuo conviatore, Sancto ſcilicet Evermaro, accumbunt: & ex hac in hoc accubitu repauſatione, illum ad progrediendum expectant validiorem exurgere. Exurgunt ipſi, conantur & ipſum elevare, ſed non poſſunt: moliuntur anniſu fortiore eum ſuſtollere, ſed fruſtrantur: enituntur numeroſiore manu ſubrigere, ſed non proficiunt, & id creberrime anhelo ſpiritu attentantes deficiunt. De finitimis, inquiunt, villis, quas non ſpreviſti, Herſtallium eſt una, imo præcipua, quam olim regii conventus claritudo illuſtravit: unde & magnitudine eſt productior, & habitatoribus plenior, & ſubſtantia profuſior, ex quibus omnibus erit tibi proventus largioris queſtus, & nobis ad manendum ſpatioſior hoſpitalis ſucceſſus. Ingredere itaque, & non oblationes, ſed magnas accipe impenſas: laxa ſinum, & in eo quem hinc reportabis reconde theſaurum. Hæc dicentes apponunt manus, F ſed quaſi *e* S. Luciam ibidem videres, ut montem paribus boum prævalentem, diceres eam in ſuo pondere leviorem eſſe materiem, quam Sanctum iſtum, quem ſola ut putabatur aggravabat ſui corporis lectica. Iterum attentant totis corporum viribus ſe ſancto corpori impendentes, ut illud Herſtallio inducerent, ſed non valuerunt.

e inferendum Herſtallio manſit immobile,

33 Dicant nunc qui ænigmatum clauſuras luce ſcientiæ ſuæ penetrant, qui obſcura contuentur, quid obſtitit ejus ingreſſui? cur quod de ſe aliis villis *inſcrutabilis de cauſa.* conceſſit, huic negavit? cur humanum vehiculum, quod in apportando non deficit, hic in elevando elanguit? cur ipſum corpus vectores ſuos huc uſque nulla gravitate compreſſit, nunc vero ut grandis maſſa aut plumbea moles eorum brachiis nequeat attolli? Non eſt qui nobis inſinuet ſi iſti villę Deum iratum Sanctus iſte attendit, & imo cum irato Deo in executionem ejus & ipſe exarſit? an ipſe ab ea offenſus in ordine circuitus ſui eam nõ ſcripſerit, nec ſe ſtipendiarium ejus eſſe prætitulaverit. Poſſemus de hac re multa opinari: ſed quia ſibi naturali cognatione proximæ ſunt opiniones & mendacia, quia

cavemus

A cavemus in Sanctorum geſtis mentiri, nolumus in his quę ignoramus aliquid opinari. Noverit Sanctus, quod offenſę ſibi & iſti villę interceſſerit; & ſi diſponit quandoque illi placari, precibus omnium Dei fidelium & precipue ſuorum Rutenſium, placationem ſuam dignetur accelerare, & inter ceteras villas etiam Herſtellium vectigalem ſibi aſſumere: diſponentes deinde cum ſancto corpore alias tranſire, mox relevati gravi onere agiles veredarii ſe ſancto corpori ſuppoſuerunt, & circuitu feliciter exacto, tandem ſuæ Ruti S. Evermarum reddiderunt.

reportatur Rutim.

ANNOTATA.

a *Cœptum reſtaurari templum S. Trudonis à Theodorico Abbate circa annum 1100, & anno 1102 dedicata eſt crypta: deinde 1117 ſub Rodulfo Theodorici ſucceſſore, abſoluta eſt ædificatio, annis 32 poſt incendium, uti ipſemet ſcribit ad Epiſcopum Metenſem Stephanum lib. 9 Chronici in tomo 7 Spicilegii Acheriani.*

b SS. Monulphus & Gundulphus *cum S. Servatio Epiſcopi Trajectenſes coluntur 16 Iulii.*

c S. Amor *Beliſiæ in Canonicarum collegio, vulgo* Munſter-Bilſen *quieſcit, & colitur 8 Octobris, diſtat à Tungris locus 3 leucis ad Boream.*

d *Hujuſmodi ſtationum in Rogationibus varius etiam nunc uſus ſupereſt, & alicubi in ſingulis non tantum canitur aliquid de Euangelio, ſed etiam breves exhortatiunculæ ad populum habentur.*

B

e Herſtalla *infra Leodium verſus Trajectum ad dexteram ripam Moſæ.*

f *Colitur* S. Lucia 13 *Decembris.*

CAPUT IV.

Morbi inſanabiles ſanati. Dies natalis divinitus indicatus.

34 IN eccleſia hujus villæ idem ſanctus reconditus verbis quidem tacet, ſed virtutibus loquitur: nec indigens præcone, ſuo ipſe officio fungitur: ubique fama, nomine & virtute diſcurrit: & ubi à Chriſto aperitur locus, ſuccedit & requieſcit. Ad villam quę *a* Heeren dicitur, venit nomine & virtute, ubi puellam ſanavit, quę jam pene morte abſumpta. Sancto eam ad vitam revocante, reſidiva adoleſcentiæ ſuæ adorſa eſt inchoare rudimenta. Hęc per novem menſes ceteris alimentis vix tenuiter attactis, pane veſci non poterat: cujus & odorem & ſaporem abhorrebat, & guſtum ejus maxime ut mortē timebat: cumq; in guſtu panis ceterorum ciborū natura poſuerit condimentum; hęc puella in eo venenatæ confectionis credebat ipſam naturam ſibi elaboraſſe mortiferum pulmentum. Non igitur ſupererat illi niſi interire: & ſi ſpes erat illi ab aliquo poſſe mederi (quia, ſicut legitur, in diebus illis non erat viſio manifeſta) ſervabatur hoc divinę miſericordię, ut eam per viſionem doceret, quomodo hanc à ſe infirmitatē propulſaret. Suggerente itaque in ſomnis clari vultus juvene, qui ex claritate ſpectabilis, & ex novitate timido ſexui erat terribilis, admonetur adire S. Evermarum, & ejus ad ſe ſanandam poſcere ſuffragium. Experrecta puella evigilavit, & ſtatim nomen Evermari inſonuit, quem jam ibi virtute adeſſe diximus. Dixit utrique parenti quid dormiens viderit, quid ſomnians audierit, quodque inter hæc læta in ſomniis non ſit ludificata, ſed qua fruebatur ſoſpitate ſalubriter ſit reparata.

In vico Heeren puella

C

faſtidio panis periculoſe laborans,

1 Reg. 3, 1

in ſomno admonita adire S. Evermarum,

ſanatur:

35 Sanctum, inquit, Evermarum Ruttis eſſe quærendum admonita, jam quidquid de illo ſalubrius poteſt ſentiri, in me jam ſentio; virtutem ejus, quæ ſuas circa diverſas infirmitates differentias habet, in mea ſanitate experior: ſed non ideo minor eſt apud me, ſi non omnibus neceſſe fuit uti in me: quia quantum viciſſim in ſingulis, tantum valet in omnibus infirmis. Gratias redditurā ad ejus eccleſiam accedam, inde enim mittit virtutem ſuam, ubicumque vera fides expetit ejus medelam: & nē ingratum eſſe videatur quod præſtat, illic merito laus refertur, unde beneficium egreditur. Ducitur itaq; illuc à parentibus in die, quæ ex conſecratione Eccleſiæ celebris, celebrior erat ex laude & præſentia ſancti Martyris, & ſolemnis de frequentia populi in ea lætiſſime feriantis, feſtiva etiam futura de præſenti teſtimonio tam admirandæ virtutis. Hīc recitata ſerie, quam diu, & quā dire, quove infirmitatis genere puella elanguit; quomodo in viſione per Sanctū convaluerit; quam promptiſſime laudes Salvatori ſuo datura venerit; mox ut credimus, ſi quid explendæ ſanitati ejus augendum fuit, percepit. Præterea tam prolixę ægritudinis tempore deteſtatum & execratum panem, avidius ceteris conſuetis cibis, in indicium receptæ ſanitatis, inſpectante populo comedit; & omnem de ſe ſalvata populi ambiguitatem ſolvit.

EX MS. *accedit Rutum.*

narrat morbum & ſanitatem:

36 Clero denique & monachorum cœtu præcinente hymnum, qui ſanctæ Trinitati maxime nocturnis vigiliis conjubilatur; & populo ſuccłamante, campanis, quorum grandi tumultu creduntur aures Dei aperiri, concrepantibus, S. Evermarus conclamatur & concelebratur. Sed ipſe adſcribit Deo, quidquid laudabile ei tantis vocibus dependitur: ipſe attribuit Deo, quidquid ei imperanti ipſe cooperatur: poſtremo gratias agit, quod ſibi omnia in illo habenti cum ceteris Sanctis participium & conſortium dedit. Ut autem de puella laudem ſancti Martyris concludamus, omnibus videnda proponitur: quam macie & tenuitate exhauſtam cum conſiderant, & carne depaſta nihil reſiduum eſſe infirmitati; mirantur illam etiam compage membrorum ſuſtineri, cum pro debilitate vident eam vix oſſibus hærere. Non diffidunt S. Evermarum, ſicut in infirmitate, ita in debilitate ei poſſe opitulari, ut tollens infirmitatem tollat & debilitatem, & reddens ſanitatem reddat & fortitudinem: .... *b* & tamen altera alteri ſubveniens majorem laudem & majus nomen conſequitur Salvatoris, quia noluit in ſua med ſa eſſe ſingularis, deinde puella votivo & annuali denario ſe Sancto Evermaro ſubarrhat & mancipat, & non ſine veneratione ipſius ſancti Martyris & admiratione ſui domum remeat; approbatura dum viveret atteſtatione ſuæ ſalutis, S. Evermarum inter Sanctos ſimilia facientes habere confeſſum ejuſdem majeſtatis & equalis ſublimitatis.

Cantatur Te Deum.

E

b

& revertitur illa domum.

37 In ipſa villa Ruti, quam preſentia ſua facit illuſtrem, quamque inter convicaneas villas facit eſſe primatem, oſtendit ſuæ dulciſſimæ compaſſionis probabilem evidentiam in ejuſdem ſeminei ſexus minori perſona, ſed non in ſimili ejuſmodi infirmitatis moleſtia. Puella quædam graviſſimo oculorum cruciatu affecta, etiam cæcitatem pœnalem exinde contraxerat, & ex utroque premoriebatur egra, paulo poſt niſi oculorum cruciatui & cæcitati à S. Evermaro ſubventum eſſet, moritura etiam communi conditione. Ex ſedibus oculorum ejus, quos orbes nominamus, tumore horrendo turgentibus, & more criſpantis aquæ cum levibus remorum palmis feritur ebullientibus, oculi dolore nimio eliciti pene exiliebant; & quaſi execrantes naturale cubiculum, exterius erumpebant. Videbantur autem ſupergredi extantem eminentiam frontis: & cum adhuc in ſede ſua tenerentur, nihil luminis ab intus trahebant; quia interiore dolore extincti, exterius non apparebant niſi cujuſdam rotunditatis informis globi. Decurrebat profluus humor, infundens facie ab oculorum dolore liberam: quem humorem qui videbant, quia intelligebam & approbabant eſſe ſaniem, in oculis ipſam ſaniem diſtillantibus teſtabantur coagulatā eſſe pituitā, nec humana arte medicandā, nec unctione qualibet eluendā.

F

Puella cæca, præ cruciatu oculorum brevi moritura,

EX MS. 38 Poſt deſperatum itaque humanum refugium, quærendum erat auxilium Divinum, quod diffidentibus de ſe ipſis hominibus eſt ſummum & præcellens, ad eliminandum omne incommodum. Et quis tanti duceret puſillæ infantulæ perſonam & ætatem, ut primum ad ejus deſcenderet compaſſionem, & denique aſcenderet pro ea in preces ad divinam majeſtatem ? Non erat hominum, qui in hoc tam magnum orationis nuntium perferendum (magnum dico quantum ad Deum) poſſet vel mereretur induci, niſi S. Evermarus : qui jam de homine nihil habens, quia tamen aliquando homo fuit, libenter humanis condeſcendit ; & quia Deus ſpiritus eſt, ipſe ſpiritualis factus, pro hominibus ſe fideliter invocantibus apud ipſum intercedit. Ad ejus ergo eccleſiam puella adducitur : & primum queſtibus, denique parentum precibus pulſatus, & econtra à puellæ ſolo dolore invocatus, citius dolenti quam deprecantibus & conquerentibus inclinatur : utriſque tamen ad miſerandum non induratur. Eſt autem aliquid quod in Sanctis non deprehenditur, & tamen in omnibus laudatur. Laudantur homines, quod precibus & lacrymis ad veniam adducuntur ; laudantur vero Sancti, quod inſpecto dolore cordis, dejectione corporis, non expectatis precibus ſubveniunt : ad
B utrumque tamen numquam inplacabiles eſſe arguuntur, ſed quia pio Deo conjuncti ſunt, inde trahunt ut omnes preces & ſatisfactiones pietate præveniant. Aliquando autem, ut Deo & ſibi homines timoratos faciant, antequam eos exaudiant, eorum preces & lacrymas expectant.

ad eccleſiam S. Evermari ducta,

39 Portato igitur ad Deum, impoſito ſibi orationis nuntio (quod nec motu nec acceſſu corporis fecit, ſed voluntarie : voluntati enim Dei voluntas ejus conjuncta, ibi quodcumque faciendum eſt ſibi invenit & videt) puellam ſalubriter occulata fronte reformavit, cæcitate pulſa illuminavit, omnemque populum ad laudem Dei accendit, à quo accepit omne quod eis impendit & attendit. Sicque puella, dum convaluit, reddita eſt ſibi : perdiderat enim ſe cæcitate abſconſa ; nec cuilibet rei accommoda, latebat gurgite infirmitatis abſorpta : ſed utramque, id eſt cæcitatem & infirmitatem, propulſante beato Martyre, & cæcitas expoſitam in lucem remiſit, & infirmitatis gurges abſorptam evomuit.

viſum & ſanitatem plenam recuperat :

40 De hoc Sancto mox quidquid dicendum fuit diximus, non quidquid ſcribendum fuit ſcripſimus ; ſed quantum voluit nos ſcire, quem omnia quę fecit conſtat non ignorare. Decurrentes per illum uſque
C hue venimus, recurrentes vero ad ipſum illuc uſque [redeamus, quando] Martyr factus, non dicam occubuit, ſed triumphavit. *c* Pręterivimus quo die triumphans tranſierit : unde nobis valde timendum eſt, ne
c

Dies natalis, quo Martyr occubuit, diu latuit :

ipſa die laude ejus ſuppreſſa, perdat hoc quod eſt ei & ceteris Sanctis in Eccleſia celeberrimum, nominis Natalitium, quod etiam eſt eis naſcentis gloriæ eorum incrementum & monimentum. Etenim Sancti, ex matre nati, & ex hoc Chriſto aſſignati, generalem ſequuntur conditionem ; carne vero ſoluti, felicius per mortem naſcuntur, quia amplius in Chriſto victuri numquam moriuntur. Mors autem eorum Natalis appellata, magnæ novitatis & admirationis nomine cenſetur : & cum mors interpretata amaritudinem exprimat morientibus, Sanctis inchoata in cælis nativitate dulceſcit. Demonſtrandus itaque eſt à nobis terminus & dies tranſitus ejus, & deinde nos operis noſtri curſum terminabimus : atteſtantes in calce ipſius operis, non tam noſtri quam ſui, quod morientem corpore natalitio animæ exordio Dominus illum clarificavit ; & eum pro præterita vita, qua ei bene vivens placuit, in cęlis beatificavit. Demonſtrandum eſt, inquam, quomodo martyrii ejus dies, à tempore paſſionis incognitus, ſpecialem & ſingularem D
non habuit proprietatem, nec in eo ab hominibus conjubilatum eſt Angelis, quibus quia non comperta ſed infuſa eſt omnium notitia, notionem ipſius Deus illis conſervavit, quam ſemper in ſe videndam illis monſtravit : & ideo ipſis ſolis in laude ſancti viri fuit ſpecialis, & nulli hominum, reſervante Deo ſibi & Angelis hoc ſecretum, fuit conſocialis.

Auriga 1 Maji de nocte d vidit cervorum ludicram pugnam,

41 Aliquando quidam in Kalendis Maji cum onuſto carro ſecus locum illum, quem ſuperius Maritimum diximus appellatum, nocturnis horis veniebat ; qui villę Altherę *d* incola, hoc ſpatium breve inter Rutim, & ipſam Altheram nullius terroris occurſu ex conſueto tranſitu obſideri comminiſcens, conſtanter ad domum ſuam feſtinabat. Quo tranſmiſſo, longius conſpicatur multam cervorum frequentiam ſibi invicem concurrere, & hoc innoxio concurſu plus ſibi colludere quam impetere ; & plus joculariter ſe ipſos ad mutuum favorem acuere, quam animoſe vel ictibus vel morſibus collidere. Præterea, nulla laſſitudine interrupto delitioſi certaminis aſſultu, continuabant quod dilectione proſequebantur ; & ſervata invicem caritate reſiliebant in ſe quaſi læſi, & mox concurrebant ſibi quaſi efferati. In hoc conflictu videres lętam & ſpectabilem affectualis gratię ſoliditatem : & cum pro eo quod eſſent natura unius generis animalia, conſequenter convenirent eis hęc ludicra, plus in eis poterat animadverti humana unanimitas, quam feralis geniturę propinquitas. E

& territus procul fugit :

42 Obſtupuit ille plauſtralis conductor, & oblitus regimen boum, immemor etiam ſuorũ quę vehiculo impoſita ſequebantur victualiũ ; cum ſtimulo pro defenſione ſui retento, retrorſum cedit : & nõ obſervato quolibet abrupto, per devia quęque nunc ruens nunc ſubſiliens, ſola fortitudine & agilitate corporis ad fugiendum adiutus, ſenſu & ratione ad conſulendum ſibi erat omnimodo deſertus : umbra quoque noctis ſupplebat ſi quid ad terrendum eum minus ſuppetebat ; & tamen obviantibus tenebris committebat ſe, diffidens & confidens : diffidens quidem, quia cecitate ſua claudebant ſibi viam fugiendi ; confidens vero, quod à monſtruoſis, ut putabat, prodigiis tecta ſe caligine tegerent, & cæco velamine operirẽt. Quod erat ei ſolum refugium, ſtimulo ſe protegi, ſperabat : & non videns quem punctione ſtimuli à ſe arceret, aërem undique verberabat ; putans, quod licet primum cominus neminem feriret, quandoq ; in percuſſione cujuſlibet ſe inſequentis phantaſię ſtimulus ejus non erraret. Inſequitur fugientem unus de cervis ; & celerior illo qui quodammodo alatis vel pennatis pedibus e-
F volavit, verſatiles circumrotati ſtimuli vertigines evitans, ejus faciei pallore exangui & terrore turbatæ ſe ingeſſit.

ab inſequente cervo

43 Ille non jam ſola formidine, ſed etiam horrore percellitur, nec jam ſe apud ſe invenit, nec etiam ab extaſi ſe raptum intelligit : & etiamſi cervi ſe dentibus corrodi contigiſſet (quod tamen, ſcilicet vorare hominem, cervorum non eſt) ad morſus ejus non ingemuiſſet. Cervo ſolummodo aſtante, & interdum illum capitis contactu compellante ; ille paulatim ſpiritu & vigore reſumpto ſibi redditur : & necdum exempto pavore, mirabatur ſe inveniſſe eumdem, quem meminit, fuiſſe cũ prę timore credidit, quod in tenebras nocturnales evanuerit : qui interim timorem non ſenſiſſet, ſi ad ferinos dentes ut eſca mandenda veniſſet. Subſtitit uterque, ad recedendũ immotus : homo, quia in pręſentia beſtię nutabat, ut tremulus ad flatum venti calamus : beſtia, donec ille reſpirans & ad audiendum attentus integer redderetur, intellectualis videlicet ad approbandum quod audiret, memorialis ad retinendum quod intelligeret, rationalis ad examinandum quod auditu & intellectu retinuiſſet.

coactus ſiſtere,

44 Tunc

A 44 Tunc cervus, divinitus infuſo ſibi eloquio, (non enim à natura loquendi ignara habent hæc animalia aliquid in hac parte homini ſimile) expedite & plane locutus eſt ei: Non ſumus portenta, nec prodigialia monſtra, nec proceſſimus ad terrendum te, nec (cum ſimus agreſtes & ſint nobis paſcuales ſaltuum frutices & ſilvarum frondes) hominum carnibus veſcimur; imo, quia nobis ſunt formidini, eorum nos ſubducimus occurſui. Inſuper etiam, cum ſimus bruta, &, ut ita dicam, inofficialia animalia, hanc noctem à Deo nobis impoſitam ſuſcepimus pervigilem, & ſancto viro Evermaro excubialem; & ſicut vidiſti, ſed territus non pervidiſti, ſecundum diſciplinam qua à noſtra natura inſtituti ſumus, ipſi ſancto viro noſtro tali colludio adjocamur; & hoc in nocte, qua licentius & impunius de luſtris noſtris prodimus, ut nocturnis luſibus in ejus obſequiis noſtro modo vacemus, eo quod humanis conventibus per diem formidoloſi non admiſcemur: & hoc, inquit, in hac nocte facimus, quæ in ſuo gallicinio vel antelucano vidit S. Evermarum ante craſtinum martyrii ſui diem, in hoc [loco] accubantem; & infra accubitum, cum ſole jam incaluerat ſequens dies, ſuperveniente hoſte gladio percuſſum; & in cælis aſſumptam ejus animam exaltavit. Incognitum ergo uſque nunc martyrii ejus diem, craſtinum eſſe cognoſcitote: quod verum eſſe ex præludio noſtro ſignificamus, quem Rutenſis eccleſia deinceps in Kalendis Maji annuatim obſervet memorialem & feſtivum. Hæc locutus naturam ſuam recognovit & obmutuit, & ceteris pacifice colludentibus ſe reddidit: quorum colluſoria concertatio, uſque dum illuxit, lætiſſime deducta, recepta ab eo cui pernoctaverant gratia abſoluta, diſceſſit. Ille vero legationis hujus nuntius, bobus cum carro domum reductis, quod audierat & viderat Rutenſibus innotuit, & res hæc veritate ſubnixa tunc ex multorum credulitate concaluit: ſed paulatim neglecta pendens & vacans, quaſi dubia, ab omni memoria exolevit.

intelligit ea nocte ludum inſtitutum ab illis,

quod eo die S. Evermarus coronatus in cælum abierit:

e 45 Qui volunt hæc pro *e* falſitate contemni, & mutum animal locutum fuiſſe non oportuiſſe confingi, ad fidem veritatis adducantur exemplis: quæ quia conſtat librorum ſanctorum teſtimonio confirmari, & temporis vetuſtate roborari, non poſſunt quaſi falſa refelli, nec velut ambigua infirmari. Pari modo ea quæ diximus poſſunt illorum ſimilitudine defendi, id eſt & aſinæ Balaam, contra ſedentem ſe ſeſſorem ſuum interrogando & reſpondendo indignantis; & cameli, pro SS. Coſma *f* & Damiano loquentis; & Leonis, S. Mammetem *g* Martyrem plus humana ratione quam fortitudine ſua defendentis; & multorum aliorum comparatione valent tueri & communiri. Quorum exemplorum patrocinio ſi non poteſt adjuvari hæc noſtra, quæ à nobis conficta dicetur fabula, non nobis imputetur, ſed publico Rutenſis villæ teſtimonio, à quo & materiam hujus rei accepimus; quæ etiam ſi eſſent falſa, pro ampliando nomine patrocinantis ſibi tanti Martyris, ex toto non eſſet condemnanda. Non condemnamus, inquit Hieronymus, errorem qui de fidei pietate deſcendit: ſic nec condemnari, imo bonum eſt amplecti, ſi quid non vere ſed dubie erratur de Sanctis, quod ſervata tamen fidei puritate proximum eſt vero; nec pro periculo rejiciendum, nec pro timore cujuſlibet exinde ſubrepentis vitii ab auditu publico removendum. Contradixiſſe *h* igitur & pie ſenſiſſe de hoc ſancto Martyre, pro pietate amantium, ſecundum prædictum teſtem eſt ſufferendum: dum ipſa pietas excuſari poſſit, quod nec in ipſum ſanctum Martyrem inverecunda falſitate peccaverit; nec aſſumptum de ipſo hoc quod eſt ambiguum, dederit infirmis animis ad errandum ſuo exemplo patrocinii præſidium. Nulli igitur violenter ingerimus ad credendum quæ diximus: ſed ſi amat S. Evermarum, quoniam neceſſarium eſt; ſuo natalitio diei, quod vulgi teſtimonio ſumus proſecuti, prædictam diem, id eſt Kalendas Majas, pretitulet nobiſcum celebritate tanti martyrii: ſi vero his quæ dicta ſunt detrectat conſentire, petimus ſervata dilectione ſancto Martyri, donec meliori teſtimonio concedat veritati, non detrahendo, ſed interim ſufferendo, patiatur nos inniti noſtræ opinioni.

Facti exemplis confirmati fidem

f g

Ex Ms.

lectoris arbitrio relinquit auctor.

b

B C E F

ANNOTATA.

a Heeren *pagus, leuca unica ſeptentrionē verſus diſtans.*

b *Videtur hic nobis aliquid excidiſſe, & ex eo quod ſupereſt poſſumus conjectare, in conferenda virium firmitate interveniſſe, preter S. Evermari patrocinium, alterius alicujus Sanctæ vel Sancti opitulationem.*

e *Expunxi hæc, quorum ſenſum aſſequi non potui:* Unum quod de illis comperimus reſiduum, quia ubi non vacat locus ad inferendum, hic poſtponimus præpoſterum.

d Althera, *vulgo* Eltheren *trans Iekelam diſtat Ruttis circiter ſeſqui leuca.*

e *MS.* felicitate.

f *Referuntur tria paria* SS. Coſmæ & Damiani: *hic intelliguntur Confeſſores ex Aſia, quorum iſtud primum narratur de Camelo poſt mortem eorum ſanato & locuto miraculum. Coluntur hi à Græcis* 1 *Novembris. Nos de omnibus verosimiliter agemus* 27 *Septembris.*

g *Eſt hic* S. Mammes, *ſive* Mamans *Martyr Cappadox ſub Aureliano, & colitur* 17 *Auguſti.*

h *MS.* Contraxiſſe.

DE S. EVPHROSYNO EPISCOPO

PANZANI IN HETRVRIA.

D. P.

Elogium ex Ferrario,

Philippus Ferrarius in Generali Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Romano Martyrologio, ad hunc diem aſſerit Panzani in Hetruria S. Euphroſyni Epiſcopi *feſtum agi. Eſt autem* Panzanum, media inter Senas & Florentiam via, utrimque diſtans XVI m. p. muris vallatum olim opidum, nunc iis temporum injuria dirutis apertum, cujus in medio adhuc eminet turris, & juxta ejuſdem oppidi eccleſia, in regione ſaluberrima, feraciſſima & amœniſſima, ideoque multis Florentinorum civium palatiis conſita ut inde ad nos ſcriptum eſt: *Idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex ejuſdem eccleſiæ monumentis, hoc proponit elogium.* Euphroſynus Epiſcopus Pamphilię (civitas ignoratur) Romā profectus, dum in patriam rediret, venit in Hetruriam: ubi cum inter Senas & Florentiam ih Peſam amnem, aquarū exundatione intranſvadabilē, incidiſſet, illum ſigno Crucis munitus una cum ſociis trajeciſſe fertur. Conſiſtere coactus apud Panzanū caſtrū, ibi Chriſti Domini fidem prædicans, multos ægrotos divina virtute ſanavit. Cum vero diē mortis ſuę preſciſſet, ac locū in quo humari vellet, deſignaſſet, ceſſit è vita; eccleſia ſuo nomine, quę adhuc extat ibidē, ędificata.

2 *Eadem iiſdem verbis, ſed Italice, ſcripſit Franciſcus Diacetus Epiſcopus Feſulanus, in cujus diœceſi Panzanum eſt, in epiſtola nuncupatoria ad Magnum Hetruriæ Ducē Franciſcū, ante Vitas Sanctorum Epiſcoporum Feſulanorum editas anno* 1578, *id eſt,* 35 *annis citius quam ſuum Catalogum poſteriorem vulgaret Ferrarius, ut illum auctorem potius quam ipſa Panzanenſis eccleſiæ monumēta videatur habuiſſe præ oculis.*

Franc. Diacetum ſecutus.

AUCTORE D. P. *Itaque ad litteratorum omnium commune in urbe Florentina refugium, virum undiquaque litteratißimum, D. Antonium Magliabechium, eumdemque hujus noßri operis promovendi ſtudioſißimum, confugi, ut alias in ſimilibus ſoleo; rogaviq; per aliquem Paßinianenſis monaſterii, Panzano viciniorus, Religioſum amicum ex ipſo loco habere me faceret documenta de Vitis, miraculis, cultu.*

monumenta ſcripta in loco nulla,

3 *Ab illo demandatam ſibi quæſtionis habendæ provinciam libenter ſuſcepit, & gnaviter executus eſt, D. Angelicus Bigazzi, in dicto monaſterio Sacræ Theologiæ Lector ex Ordine Vallumbroſano: qui quod attinet ad documenta MSS. reſpondit in hanc ſententiam, poſtquam ipſe adiiſſet Panzanum, & per ſe omnia diligenter luſtraſſet, ac ſeniores inquilinos interrogaſſet.* Nullam potui videre memoriam: nulla enim extat inſcriptio, neque intra ambitum eccleſiæ neque extra, ſed neque apud incolas regionis: aſſerunt tamen quemdam ſupremum cuſtodem Xenodochii S. Mariæ novæ civitatis Florentinæ, Piſis natum, ubi & obiiſſe dicitur, ſubripuiſſe volumen manuſcriptum, in quo notabantur Acta B. Euphroſyni.

ablato quod olim ibi erat volumine MS.

B

4 *Nempe ſub dominio prædicti noſocomii eſt* eccleſia S. Euphroſyni, in qua ejus corpus requieſcere dicitur, in valle Panzanenſi occidentem verſus, in ripa fluminis Peſa, *uti in epiſtola ſua obſervat D. Angelicus. Verum requiſiti cuſtodes ipſius Noſocomii, an deſideratum volumen in ſuo haberent archivo, negarunt in eo reperiri: itaque ſupereſt ſolum ut Piſis ipſum requiratur inter poſteros & heredes raptoris, difficulter inveniendos, quando nec nomen quidem familiæ proditur: adeoque ſolum reſtat, ſperemus fore aliquando, ut, ſicubi adhuc ſervatur liber, poſſeſſor ejus conſcientia ductus deſinat eum occultare, & ecgraphum nobis mittendum curet, ſaltem Supplemento operis inſerendum.*

feſtum 1 Domin. Maji & 3 Novembris,

5 *Interim ex prædicta D. Angelici epiſtola habemus, quod* bis per annum celebratur feſtum S. Euphroſyni, cum Miſſa ſolenni ſub ritu duplicis, videlicet III Novembris, quo die non eſt magna populi frequentia; & prima Dominica Maji, maximo cum concurſu. *Igitur hoc die potius quam priori (quem tamen utpote fixum, natalem, eſſe crediderim) exiſtimo fieri annuam oblationem, in qua, ſicut eadem epiſtola docet,* Confraternitas Paſſianenſis offert ceræ libras II Confraternitas Panzanenſis libras IV, Confraternitas Terræ vulgo dictæ Græve libras IV, Populus Montis-Radulfi libras IV, Populus eccleſiæ S. Martini libras IV, Populus Petrioli libras IV, Populus Montis Aleari (*is forte qui in tabulis* Monte Luco-Alenchi *ſcribitur*) offert pecuniam pro poſſibilitate, eccleſia vulgo le Stinche offert pariter pecuniam.

cum annua vicinorum oblatione.

C

6 Sub ara maxima ejuſdem eccleſiæ collocata viſitur ſtatua lignea pontificalibus induta, S. Euphroſynum repræſentans, juxta quam ſpectantur tres capſulæ, in quibus reconditæ ſunt multæ reliquiæ ejuſdem Sancti (ut creditur) per manus cujuſdam Epiſcopi Feſulani. *Hæ ſi aperirentur, reperiretur in eis veroſimiliter ſcriptura aliqua, per quam alia fortaßis multa, & tempus elevati aut tranſlati corporis diſceremus; aut ſaltem num revera ipſius Sancti reliquiæ iſtæ ſint, an aliorum. Nam* & aliæ multæ reliquiæ in eadem eccleſia honorifice conſervantur *ut ſcribit idem qui ſupra, quarum ſpecificationem gaudebimus diſcere;* & ſenior quidam, qui habitat prope eccleſiam S. Euphroſyni, teſtatus eſt ſe vidiſſe excavari pavimentum unius ſacelli eccleſiæ

ſtatua ſub altari cum reliquiis.

ejuſdem Sancti juſſu cujuſdam Epiſcopi Feſulani, in quo credebatur requieſcere corpus S. Euphroſyni: at nihil inventum eſſe præter quædam fragmenta columnarum & capitella, quæ adhuc conſerventur: *adeo ut incertum, imo prorſus ignotum videatur, in qua parte eccleſiæ ipſum ſanctum corpus reconditum ſit, ſi non eſt in prædictis capſulis ſub altari:* circa quod multa & diverſa pendent anathemata partim in quibuſdam tabellis coloribus expreſſa, quibus indicantur variæ gratiæ receptæ à Deo meritis S. Euphroſyni, partim quibuſdam minuſculis ſimulacris figillariis: inſuper faſciculi plures candelarum, oblati à Chriſti fidelibus, in obſequium ipſius Sancti.

D

circa hoc anathemata multa:

& haud procul fons,

7 Non multum ab eccleſia diſtat ſilva, in qua ſcaturit fons perennis, quatuor columnis ornatus, ſuſtinentibus rudem fornicem: qui fons ſanctificatus creditur ab eodem Sancto, qui ad ipſum requievit ex eoque bibit: ideoque illuc concurritur à fidelibus etiam ad triginta millia paſſuum, ut aquam hauriant curandis febribus aliiſque morbis ſalutarem. Poſt dimidium milliare ab iſto fonte, in publica ſemita videntur duo lapides, quorum unus recepit imaginem ſeu formam pedis B. Euphroſyni, dum rediret à peregrinatione Romana: alius, poſitus contra primum, adhuc conſervat formam renum ejuſdem Beati, qui ex itinere fatigatus ſuper eum recubuit. In eccleſia S. Leolini viciniori *eccleſiæ S. Euphroſyni* reperitur & honoratur ejuſdem ſtola violacei coloris, in fundo auro variiſque coloribus contexta, quam propriis oculis vidi & manibus tetigi. De omnibus autem præmiſſis reddiderunt mihi certiorem quatuor teſtes illius regionis & Plebanus S. Leolini, quando ad illos perſonaliter acceſſi, & ad eccleſiam S. Euphroſyni, ut omni majori diligentia ſatisfacerem piiſſimæ voluntati tuæ ad gloriam Dei & S. Euphroſyni; etiam atque etiam rogans D. N. Jeſum Chriſtum, ut teipſum inter Divos adſcribat in cælis, pro quibus ſtrenuiſſime laboras in terris. Ex Monaſterio Paſſinianenſi, Kalendis Auguſti MDCLXXVI.

cum veſtigio pedis ac renum in lapidibus:

E

ſtola ejus in eccleſia S. Leolini:

quis hic?

8 *Hactenus D. Angelicus, à cujus religioſa ſedulitate etiam didici* S. Leolinum, *cujus prope Panzanum habetur eccleſia parochialis, coli ſolenniter* XXIV *Novembris, non tantum ibi, ſed etiam in altera ſuper publicam viam Romanam ſita juxta oppidum dictum la Caſtellina del Chianti, ibique in ara maxima decenter ſpectari depictam effigiem appenſis circum plurimis anathematis ob frequentiam miraculorum, præſertim circa energumenos & pueros agros. Plura ſi quis de eo ſuggerat, referemus gratiam: nullum enim hujus nominis Sanctum, aut in Catalogo Sanctorum Italiæ, aut aliis in faſtis reperimus: ſolum indices topographicus atque alphabeticus, Catalogo per auctorem præfixi, nominant* S. Leolinum, Epiſcopum Patavinum, cujus corpus in ſacello proprio, dies ignoratur. *Vghellus in Epiſcopis Patavinis annis* XII *præfuiſſe poſt Suaderum, & anno* CCXL *obiiſſe ſcribit. Scardeoneus omiſſo Suadero, ſubſtituit eumdem S. Syro uſq; ad annum* CCXXXII; *neuter diem notat; ſolum indicat extare ei* ſacellum ſacrum extra Pratum-vallis, ubi ſepultus eſt in arca lapidea, & nunc vulgo Violinus appellatur: *quin & S. Leolini ad Pratum vallis, inter quatuor ex multis reſidua Xenodochia, unum nominatur ab eodem Scardeoneo, lib. 2 antiquit. Patav. claſſe 5 circa finem, mox claſſe 6 in ordine Epiſcoporum ipſum duodecimum referente.*

F

DE S. THEODARDO SIVE AVDARDO,

ARCHIEPISCOPO NARBONENSI IN GALLIA.

G.H.

CIRCA AN. DCCCXCIII

Cultus ſacer.

Vitæ Galliarum Vrbes celebri cultu venerantur S.Theodardum, *ſive* Autardum: Narbona, *quæ eum habuit Archiepiſcopum*; & Montalbanum, *qui locus antiquitus* Mons-Aureolus *nuncupabatur, ubi vetuſtiſſima Abbatia fuit ſub S. Martini nomine, à* S.Theodardi *parentibus ut fertur conſtructa, uti infra in Vita nu.* 24 *ſcribitur. Huc ager ſeceſſit, & à morte eſt ſepultus: unde & nomine mutato* Abbatia S. Theodardi *fuit appellata: ac dein in Epiſcopalem Sedem erecta à Ioanne* XXII *Papa anno* MCCCXVII, *uti notum eſt ex Extravaganti Salvator, ubi emendatione egere lectionem vulgatam, & pro* Theodori *reſtituendum* Theodardi, *poſt Catellum mox nominandum notat Antonius Dadinus Altaſerra, rerum Aquitanicarum lib.*1 *cap.* 8. *Hujus Eccleſia Cathedralis eſt adhuc S. Martino dicata: & in ea dicitur Sacrum corpus S.Theodardi hactenus aſſervari. Ejus memoria eſt ad has*

B *Kalendas Maji inſcripta Martyrologio Gallicano Sauſſaji his verbis:* Apud Montem-Albanum S.Theodardi Epiſcopi Narbonenſis: cujus Vita fuit ſanctitatis exemplum, eloquentiæ ſtupor, & doctrinæ miraculum. *Ejuſdem meminit Ferrarius in Catalogo generali, citato Eccleſiæ Montisalbanæ Breviario. Ordini Benedictino adſcribitur à Menardo & Bucelino, diciturque in ſupra indicato cœnobio S. Martini Deo juvenis militaſſe, quod alibi non legimus. Eumdem ut Sanctum venerantur Ioannes Chenu, Claudius Robertus & Sanmarthani in Catalogo Archiepiſcoporum Narbonenſium, Guilielmus Crucius in Epiſcopis Caducenſibus pag.* 49 *& paſſim alii.*

Vita ſcripta.

2 *Vita aliqua, eaque ſatis longa S.Theodardi, edita eſt anno* MDCXXXIII *à Guilielmo Catello libro* V *Hiſtoriæ Languedociæ ſive Occitaniæ à pagina* 750, *quam aſſerit in antiquo chartulario Toloſano Eccleſiæ S. Stephani repertam: ſed ſub finem imperfectam. At Petrus Poſſinus Societatis noſtræ vir eruditione & humanitate eminens, variiſque libris editis clarus, cum adhuc Toloſæ degeret, indi-*

edita hic ex Catello & MS. Toloſana,

cavit nobis anno MDCXLII *ſe reperiſſe* Vitam S. Theodardi Narbonenſis, illa quam Catellus edidit haud paulo auctiorem, *quam nobis petentibus curavit deſcribi, & anno ſequente tranſmiſit; veriſimiliter ex bibliotheca*

C *Patrum Prædicatorum, eoque tomo quem de Vitis Sanctorum, teſte eodem Catello, olim, collegit Bernardus Guido, poſtmodum Epiſcopus Lodonenſis, mortuus anno* MCCCXXXI: *nam ex eo ſumptam aſſerit Altaſerra ſupracitatus. Damus hanc Vitam, ſed noſtris animadverſionibus notatam, ex quibus lector addiſcet multa, ut præfatur auctor,* partim lectione, partia relatione fidelium *accepta, nec ſatis ſolido judicio fuiſſe diſcuſſa: quæ interim noluimus prætermittere & contextum truncare, eo quod ex hac Vita à variis ſint varia excerpta editaque velut ſatis probata.*

in ea diſplicent relata de Indeis,

3 *Quæ potiſſimum diſplicent, ideoque nonniſi ſub titulo ſuſpectæ fidei aut apocryphæ fictionis à nobis proponuntur, duo ſunt; non tam ex relatione piorum fidelium, quam ex lectione ſuppoſitiorum quorumdam, ſcriptorum (uti opinor) hauſta. Prima eſt Iudæorum cauſa, Toloſæ expoſita à S. Theodardo, ab eodemque in judicio ventilata, & in favorem Narbonenſis Archiepiſcopi deciſa; ad quam inſtruendam produxerit Sanctus num.* 5 duo regalia præcepta, Caroli, Magni videlicet ejuſque glorioſiſſimi filii Ludovici, *quæ non potuerunt non fuiſſe fictitia, ſi ex iis ſumpta eſt hiſtorica relatio de victo occiſoque per Abderamum Saracenum Waifario, & hoc per Carolum Magnum è Galliis pulſo. Suſpectus etiam eſt* Comes Richardus, *ad quem cauſam detulerit* Carlomannus, *perperam appellatus* Imperator, *quia nulla ejus inter Comites Toloſanos mentio Concertatio autem cum Iudæis eo procedit modo iiſque argumentis, quæ cavillatorem potius decere videantur, quam Chriſtianum diſputatorem. Veremur itaque ne tota de ſcelere & pœna Iudæorum Toloſatium narratio, purum putum figmentum eſſe judicet lector, cujus judicio id totum committimus.*

& Acta Synodi Portuenſis,

4 *Altera, cenſuris gravioribus digna, pars continetur toto capite* 5, *referente Acta Synodi Nemauſenſis in villa Portu dicta, habitæ, (ut Sirmondus cenſet) an.* DCCCLXXXVI, *in cauſa Selvæ, Clerici Hiſpani qui Vrgellitanam ſedem expulſo Ingoberto Epiſcopo invaſiſſe, Archiepiſcopi Tarraconenſis titulum uſurpaſſe, Gerundenſi Sedi contra ſervum Dei Epiſcopum induxiſſe Ermeninum culpatur, nixus potentia Sinuarii Comitis, & aſſenſu Frodoini Epiſcopi Barcinonenſis: contra quos S.Theodardus produxerit ſententiam*

propter Stephani Papæ ſententiam fictitiam, de eccleſia Tarraconenſi,

Stephani Papæ, velut latam in Concilio Trecenſi, celebrato ſeptem annis prius, quam Stephanus iniret Pontificatum. Interim ibi fingitur fuſe exponere Pontifex, quomodo à Narbonenſi eccleſia Tarraconenſis dependeat, uti & reliquæ Hiſpanicæ, eidem ab Apoſtolo Paulo commendatæ, quando

E *Sergium Paulum Narbone Epiſcopum primum conſtituit: quam Tarraconenſem eccleſiam, ſi aliquando à jugo Saracenico liberata reſtitueretur, Romani Pontifices ob dictam cauſam præceperint redire ad Narbonenſis ſubjectionem, nec niſi de Narbonenſis Archiepiſcopi, aut ejus quem hic ſibi ſubſtitueret, manibus Archiepiſcopum conſecratum habere.*

quam Narbonenſi ſubjectam,

5 *Franciſcus Diagus in Hiſtoria Comitum Barcinonenſium lib.*2 *cap.* 19 *exhibet Privilegium Ioannis Papæ, ad Borelli Comitis preces unientis titulum Archiepiſcopalem Eccleſiæ Tarraconenſis & jus in omnes Epiſcopos ſuffraganeos, Eccleſiæ Auſonenſi, in perſona ſui tunc Epiſcopi Othonis. Ea conſtitutio, nullius fraudis ſuſpicioni obnoxia, uti ex ſtylo & ceteris adjunctis apparet, quia ea more tunc uſitato ſolo Indictionis charactere, notatur, quæ tunc erat* XIV, *dubium quidem nobis relinquit, ſpectetne ipſa ad annum* DCCCCLXXI *&* Ioannem XIII *iſtius nominis; an vero ad*

nec Ioannes Papa,

Ioannem XV *& annum* LXXXVI *ſeculi* X; *nullam tamen faciens mentionem ſubjectionis erga Eccleſiam Narbonenſem, videtur prætenſum illius jus ſatis elidere, nec agnoſcere Privilegia Pontificia, ex quibus illud probaſſe Stephanus fingitur. Nihilo plus iſtius juris meminit Gelaſius* II, *anno Pontificatus ſui* I, *qui fuit Chriſti* MCXVIII, *Tarraco-*

nec Gelaſius 2 dixerunt.

nenſi civitati jam recuperatæ conſtitutum Archiepiſcopum S.Oldegarium, ſua auctoritate confirmans & Pallio donans,

F *uti videre licet in ejus Vita die* VI *Martii num.* 23, *ubi etiam num.* 19 *dedimus Privilegium Raymundi Barchinonenſis & Hiſpaniarum Marchionis, ipſius civitatis Tarraconenſis dominium tradentis Eccleſiæ Tarraconenſi ejuſque Præſulibus,* qui eamdem Eccleſiam ſub obedientia Sedis Apoſtolicæ rexerint, *nulla habita ratione Narbonenſis, qui nec in tota hac Archiepiſcopatus reſtitutione auditus conſultuſve fuit.*

Fictioni cauſam dediſſe videtur Vrgellitanum ſchiſma.

6 *Tamayus Salazar ad* III *Octobris, in Catalogo Epiſcoporum Vrgellenſium, de Selva ſic loquitur, quaſi non Tarraconenſis, ſed Narbonenſis ipſius Archiepiſcopatus titulum ſibi errogarit, expulſo S.Theodardo: quod potuit ex hac vita, levi nimis oculo lecta, accepiſſe: ait autem ejus memoriam uſque ad annum* DCCCC *& amplius extare, ſcilicet in Epiſcopio Vrgellenſi. Certe vix citius Vrgellenſem Epiſcopatum adjiſſe potuit proximus ejus ſucceſſor Rodulphus. Hinc datur occaſio ſuſpicandi, quod cum anno* DCCCLXXIX *obiiſſet Biſſagus Vrgellenſis Epiſcopus, ſciſſis Cleri ſtudiis, hinc Ingobertus electus fuerit, & inſtitutus à Sigebodo Archiepiſcopo Narbonenſi in defectu Tarraconenſis, qui nullus erat, tamquam à Primate provincia, ipſam Tarraconenſem Hiſpaniam complectentis: inde Hiſpanus Selva, in poſſeſſionem inductus non à Comite Vrgellenſi Sinuario (hic enim tunc forte necdum natus erat) ſed ab ejus patre*

in favorem Narbonenſis forte deciſum.

EX MS. ET CATELLO. *Guifredo, hujus nominis primo, Comite Barcinonenſi: qui idem poteſtatis ſuæ excedens limites, abſque Apoſtolicæ Sedis conſenſu tranſtulerit in Selvam jus ac titulum Patriarchalem: unde is præſumpſerit ſe opponere ordinationi Servi Dei, per S. Theodardum factæ, & pro eo Gerundenſem Epiſcopum ordinare Armemirum. Hæc autem cauſa fuerit tandem in Provinciali Synodo agitata, atque in favorem Narbonenſis deciſa; atque hinc à fabulatore quodam arrepta occaſio, extollendi jura Narbonenſis Eccleſiæ, per fictionem vetuſtioris ſententiæ, in hoc infelicem, quod tempus Concilii Trecenſis confuderit cum Pontificatu Stephani: cui fictioni ſuperaddiderit alius degradationem Selvæ, & reconciliationem Sinuarii Comitis: quæ quam male cohæreant omnia in Annotatis ad Caput 5 licebit legere.*

Auctor vixit ante ſec. 14

7 *Compilationis hujus, adeo incongrue conſutæ auctor, Narbonenſis fuiſſe videtur, nec uſque ad* XIV *ſeculum differri poteſt. Etenim num.* 35 *narrans quomodo S. Theodardus, ad captivorum redemptionem & famis publicæ levamentum, etiam vaſa ſacra diſtraxerit; excipit* duas capſas reliquiis Sanctorum interius plenas, quas, *inquit*, noſtra ætas ſub pueritiæ ſuæ annis poſita vidit: *& num.* 54 *late deſcribit* monaſterium in Monte qui Aureolus nuncupatur, *nulla facta mentione nominis Montis-Albani & erecti anno* MCCCXVII *Epiſcopatus. Aliquod Actorum S. Theodardi compendium ex veteri MS. Iacobi Sirmondi tranſmiſit nobis Pariſiis Gabriel Coſſartius, ſed quod ex majoribus Actis excerptum eſt, nec ſatis dignum ut vel ſeorſim, vel iis omiſſis, edatur; vel jiſdem adjungatur.*

ſcripta ſal. tem ante ſeculum 14

B

MS. Compendium omiſſum.

8 *In dictis Actis* Theodardus *ſub initium appellatur, poſte ſæpius* Audardus *ſcribitur. Conſecratus Archiepiſcopus anno* DCCCLXXXV *dicitur num.* 25, *& altare marmoreum à ſe erectum expleviſſe anno* DCCCXC, *Indictione* VII, *ut num.* 30 *&* 31 *explicatur. Interim anno* DCCC LXXXVII *interfuit in eccleſia S. Mariæ, tranſlationi reliquiarum S. Antonini Martyris* XIII *Kalendas Iulii. Vti latius indicant Sanmarthani in Archiepiſcopis Narbonenſibus. Vltimis tribus vitæ annis febri laboravit, quos numeramus ab anno* DCCCXC *uſque ad annum* DCCCXCIII, *quo arbitramur eum hiſce Kalendis Maji ex hac Vita deceſſiſſe. Nam ejus ſucceſſor* Arnuſtus *Concilio Magalonenſi præfuit Nonis Maji, anni ſequentis* DCCCXCIV. *Qui vero apud Catellum & Sanmarthanos interponitur* Aribertus, *cui Stephanus Papa miſit Bullam à Catello relatam, alius non eſt ab Arnuſto, nomine per amanuenſes corrupto; Stephanus autem hic, diverſus à ſupra nominato, qui ſedit ab anno* DCCCLXXXV *uſque ad* DCCCXC; *videlicet hujus nominis* VII, *ab aliis* VI *habitus; & ſedit ab anno* DCCCXCVI *uſque ad annum* DCCCC.

Tempus Sedis & mortis.

C

VITA

Ex MS. Toloſano & Catello.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia: cauſa Iudæorum expoſita.

Nobili proſapia ortus,

1 CUm igitur divina, ut credo, diſpoſitione agatur, ut beatiſſimi atque doctiſſimi, & plus quam dici queat ſanctiſſimi viri Theodardi, Confeſſoris Chriſti, & Eccleſiæ quondam Narbonenſis Archiepiſcopi, publico ſed fideli ſermone, & qui facile poſſit intelligi, fideliter referamus hiſtoriam; ſicut partim lectione, partim vero relatione fidelium didicimus; Nobiliſſimis, & inſigni generoſitate præclaris parentibus olim Deo largiente progenitus, Aquitaniæ Provinciæ, territorio quoque Toloſano extitit *a* oriundus. Hic namque poſt infantiæ tenellum & valde puerilem ætatem, literalis diſciplinæ ſtudiis ab utroque genitore quantocius traditur: quatenus Deo ac Domino impartiente, ipſo eodemque diſciplinatu ad omnipotentis Dei timorem pariter & amorem pleniter animari illum contingeret, atque in divina lege ſemper, ſicut ſcriptum eſt, meditari. Qui tranſactis pueritiæ, nec non adoleſcentiæ ſuæ annis, cum jam in virile robur naturali lege tranſiſſet, nihil, ut fertur, infame vel ſanctitati contrarium egit, aut unde ab aliis hominibus juſte redargui, vel in aliquo reprehendi deberet. Erat enim bonitate ac benignitate eleëmoſynarumque largitate, continuis quoque jejuniis & obſecrationibus frequenter intentus; ingenio prudentiſſimus, eloquio nitido & omni ruſticitate purgato facundus, aſpectu *b* ſerenus, & totius corporis habitudine in tantum decorus ut ex ipſa congrua membrorum compoſitione, vultuſque alacritate, mentis illius benignitas ſatis poſſet agnoſci; quamvis iniquis ac penitus indiſciplinatis ſeverum ſe plerumque oſtenderet, & dignæ correctionis ſtimulo eos argueret. Cum ergo his & hujuſmodi operibus adeo eſſet intentus, ut evidenter cunctis daretur intelligi, ipſum verum Dei eſſe famulum; & ea quæ agebat non humano favore aut gratia, ſed propter divini amoris ſtudium & ſanctæ religionis augmentum exercere curaret; tanto eſt in amore & veneratione fidelium, tam laicorum quam etiam Clericorum, habitus, ut omnes illum miro caritatis affectu diligerent, & obſequium veri cultus, & reverentiæ illi quotidie exhiberent.

ſtudiis imbutus,

Pſal. 1, 2

omni honeſtate & virtute decorus,

b

D

omnibus carus,

E

2 Interea cum hæc agerentur; neque enim erat qui de illo loqueretur verbum malignum; contigit (prout quorundam teſtimonio actum fuiſſe perhibetur, & ejuſdem rei effectus hactenus manifeſte probat) magnum adhiberi Eccleſiæ Toloſanæ, & tam Epiſcopo ejuſdem civitatis, quam etiam omni Clero & populo ejus, atque exagitari violenter diſpendium. Denique eo tempore Judæi prædictæ civitatis adierunt *c* Karlomannum, Francorum Regem, filium Ludovici Imperatoris; & queſti ſunt injuriam ſibi fieri ab Epiſcopo jam dictæ civitatis, & ab omni Clero illius & populo, in colaphizando pariter & cædendo ter in anno unum ex Advocatis eorum, nec ferre poſſe eos diutius tam grave jugum impoſitum ſuæ cervici. Poſt hæc vero genuflexo & lacrymabili voce petierunt ab eo, ut ſua auctoritate illud fieri prohiberet, & à tam gravi pondere injuſtoque ſupplicio eos regali inſtitutione ſublevaret, ibidemque ſuccedentem per ſingulas generationes filiorum progeniem, qui in jam dicta urbe perpetua inhabitatione manſuri erant: Quod ſi faceret, infinita illi & valde numeroſa auri & argenti pondera traderent.

c

Iudæis injuriam illatam conquerentibus apud Carolomannum Regem,

F

3 Ad hæc vero venerabilis Rex, & Chriſtianæ fidei plenus, reſpondiſſe fertur. Juſtæ deliberationis propoſito & Imperialis auctoritatis præcepto, tali tamque gravi & penitus importabili onere ſemper eſtis repreſſi, ac judicio divino condemnati. Et in quantum ad præſens pertinet negotium, prædeceſſorum meorum decreta quomodo funditus eruam atque convellam, quæ ab ipſis ſtatuta ſunt, & impreſſionis eorum ſignaculo roborata? Abſit hoc, & numquam ulla ſtabilitate firmetur. Sed ne videar clementiam miſerationemque poſtponere, & à juſto aliquatenus declinare judicio, per quod ſedes Regum ac Principum jura ſtabiliuntur, & longa per tempora eorum tradita filiis ac nepotibus conſervantur, mittam hujus veſtræ querimoniæ cauſa legationem, ad noſtræ majeſtatis ac perpetuæ gloriæ fideliſſimum, atque induſtrium cultorem Aquitaniæque provinciæ *d* Ducem Ricardum, qui ſuo vos patrocinio contra veſtræ urbis Epiſcopum, contraque omnes adverſarios veſtros tandiu muniat, & ab illorum violentia ac depreſſione tueatur, donec certa examinatione

& ab hoc cauſa querele delata ad Concilium.

d

A examinatione approbet, utrum regali edicto ſtatutum ſit hoc & firmatum, unde magnopere meum expoſcitis lacrymabili petitione auxilium; an improbo auſu Epiſcoporum Clericorumque, ſive prædictæ urbis civium actum ſit, ut veſtræ cervici tam grave tamque importabile jugum inconſulto Rege imponeretur. At vero ne ſuper hoc veſtræ gravis querelæ clamore aliquid injuſte agatur, præcipiam memorato
e Ricardo Duci, ut coadunato Epiſcoporum *e* Septimaniæ Aquitaniæque Conventu in prædicta civitate Toloſa, præſidente eidem venerabili Concilio reve-
f rendiſſimo Archiepiſcopo Narbonenſis Eccleſiæ *f* Sigebodo, in cujus diœceſi ſæpedicta Toloſa ſita eſſe dignoſcitur, eorum juſto terminetur judicio, quid ſuper Judæorum querelis agendum ſit. Nolo enim quidquam temere judicare vel diffinire de Eccleſiaſticis cauſis. Vos autem abite quantocius, & veſtram repedate in urbem: ego enim mittam meum legatum præfato duci, ut dicta implere ſtudeat, & nihil ex his agere prætermittat. Quod factum eſt, & diligenter prout Rex mandaverat atque opportuno tempore adimpletum.

B 4 Cumque Concilium illud ſtrenue ageretur Toloſæ in atrio Pontificalis Eccleſiæ, eſſetque inibi grandis frequentia fidelium & Judæorum, & ex utraque parte, ipſa, propter quam illuc convenerant cauſa, ſagaci diſcuſſione, ventilaretur; dicentibus Judæis, injuſte ſibi fuiſſe olim ab Epiſcopis ejuſdem civitatis cædendi eos ac colaphizandi impoſitam ſarcinam; & è diverſo contradicentibus Chriſtianis non, ſed juſto eos judicio tali pœna eſſe damnatos. Cum neutra pars eorum adverſariis cederet, ſurrexit
g annuente præfatæ urbis Epiſcopo *g* Bernardo, jam
S. Theodardus petita facultate loquendi, dictus egregiæ indolis Theodardus, & manu ſilentium indicens ait: Si jubeat celſitudo Pontificalis gloriæ, & maxime Domini Sigebodi Archipræſulis, magnique præterea hujus patriæ ac provinciæ Ducis Ricardi, qui vicibus fungens Regalibus huic magno præeſt concilio, auctor pariter & diſpoſitor eorum, quæ à Rege fieri juſſa ſunt, & ab Epiſcopis diligenti curioſitate inveſtiganda ſuper Judæorum querelis, ſuperque civitatis hujus Epiſcopi illato intolerabili damno, veridica & omnis ambiguitatis vinculo reſoluta ſermocinatione eos injuſte cauſari, atque ſatis indebite injuriam contra Epiſcopum commoveri, in
C conſpectu veſtro convincam, & querimoniæ pertinaciam rationabili allegatione Deo auxiliante deſiſtere penituſque ceſſare jam faciam.

5 Quod cum omnibus qui aderant valde placuiſſet fidelibus, & dicerent ſinguli; Ita fiat, jubente Archiepiſcopo ac Duce, protulit coram univerſis idem beatus juvenis Theodardus duo regalia, ut fertur, præcepta, Caroli Magni videlicet, ejuſque glorioſiſſimi filii Ludovici, & certa ſignaculorum eorum impreſſione diligenter notata, in quibus ſcriptum erat: quod propterea ab eiſdem Imperatoribus tali pœna, talique ultione damnati fuerint, quod præ ceteris qui in toto orbe erant ii, qui eo tempore
h Toloſæ degebant Judæi, *h* Abderamam Saracenorum Regem non coacti, ſed ſponte adierint, & multis
oſtendit Abderamum Saracenorũ Regem perſuaſione Iudaorum irrupiſſe in Gallias, ſuaſionibus ad hoc illum animaverint, ut hoſtiliter cum univerſo ſuo exercitu veniens omnem Chriſtianorum multitudinem uſque ad internecionem deleret, eorumque regna ac regiones ita ſuo in perpetuum ſubjugaret dominio, ſicut jam ſubjugaverat
i omnem Hiſpaniam *i* Iberiamque, atque Heſperiam, & omnes confines earumdem regionum. Continebatur autem in eiſdem regalibus dictis, quod hujus
k rei cauſa venerit prædictus Saracenorum *k* Rex, & ceperit omnem terram, omneſque regiones à Pyrenæis montibus uſque Lugdunum, omnemque Chriſtianorum populum gladio trucidaverit, præter paucos qui vix potuerunt gladium ejus perſecutionem- EX MS. ET
que evadere, fugiendo in exteras nationes. Princi- CATELLO.
pes autem & nobiles natu, omneſque bellatores qui contra illum arma tulerunt; atroci & penitus inhoneſta morte damnavit, quoſcumque eorum vivos capere potuit. Ea quippe tempeſtate Vaſconiæ Aquitaniæque Dux, & ſpecialiter Toloſanæ Urbis Præſes & Dominus *l* Waiferius jure prælii victus eſt *l*
ab eo, & occiſus cum omni exercitu ſuo, & non multo poſt jam dicta Civitas Toloſa obſeſſa eſt & capta, & filii prædicti Principis interfecti ſunt cum cæteris qui in eadem urbe reperti ſunt, præter tantummodo Judæos, qui pactum pridem fecerant cum præfato Saracenorum Rege vivendi cauſa, ac libere commanendi una in jam ſæpedicta civitate Toloſa. Quod quoque fecerunt uſque ad regnum magni Regis Francorum Caroli, qui prædictum Abderamã tribus magnis prælis victum fugere compulit, cum paucis qui è prelio ſaucii remanſerint atque redire *m* *m*
in Hiſpaniam, unde ſuperbe egreſſus fuerat, fecit.

6 Poſt hæc igitur cum civitates, oppida, Caſtella præfatus Carolus cepiſſet, quæ prius à Saracenis invaſa fuerant; capta & in jus proprium retenta, in- E
terfectis habitatoribus eorum Saracenis, tradidit *& ideo hîc pulſis à Carolo M. illos ignominiæ & pœnæ tantos.* Chriſtianæ aut Catholicæ fidei cultoribus: qui deinde Toloſam adiens, comperto quod habitatores ejus Judæi fecerant in pepigendo fœdus cum Saracenis, & eamdem civitatem dum obſideretur tradendo; univerſos eos morte dignos eſſe adjudicavit. Sed cum omnes ipſi cum filiis ſuis & uxoribus, ſciſſis tunicis, & cinere capitibus aſperſis, obviam ei proceſſiſſent, miſerationem ac vitam ab eo poſtulantes, & clamoſis vocibus dicentes: Non nobis reddas ſecundum malitiam noſtram qua morte digni ſumus, ſed ſecundum benignitatem & miſericordiam tuam, quibus vivere adhuc credimus; Flexus ad miſericordiam Rex, ſolummodo eos qui auctores memoratæ pactionis extiterant morte damnavit, eos autem qui aſſenſum præbuerant, ſed non interfuerant prædictæ pactioni, ſub tali conditione ſupplicii vivere, atque in eadem civitate habitare permiſit, quatenus per unumquemque annum unus quilibet, tam ex ipſis quam ex ſucceſſoribus eorum, Judæus, in die Natalis Domini & paſſionis ejus & in die Aſſumptionis S. Mariæ, colaphizaretur ante fores illius eccleſiæ, ubi ejuſdem Epiſcopus civitatis juberet, uno, dumtaxat ictu virtuoſi hominis, oblato prius pro F
cenſu pondere trium librarum ceræ. Erat autem & hoc in eodem tomo ſubſcriptum: Ut hæc tam ſancta tamque juſta ſemperque memorialis conditio, imo regalis *n* conſtitutio, ſignata impreſſione regii *n*
ſigilli, & multorum præterea Epiſcoporum ſubſcriptione ſub anathematis vinculo tali inſtitutione firmata, ut nemo Regum vel Principum, aut cujuſcumque conditionis, ſexus, vel ætatis illud audeat vel præſumat diſſolvere, aut in aliquo quovis violare, quod quicumque ageret, noverit ſe æterna ultione damnandum & nullam habere partem in regno Chriſti & Dei.

ANNOTATA.

a *Guilielmus Catel lib.* 5. *Hiſtoriæ Langedociæ, ſive Occitaniæ, natum arbitratur S. Theodardum in oppido olim* Monte-Aureolo, *nunc* Montalbano *dicto, in confinio Cadurcenſis & Toloſanæ diœceſis.*

b *Vita MS.* Strehuus.

c *Hic eſt* Carolomannus, filius Ludovici Balbi, non Imperatoris ſed Regis Francorum, *mortuus anno* 879, 10 *Aprilis, die Veneris Sancto: cui tunc ſucceſſit Carolomannus cum fratre Ludovico, quo anno* 882, *die* 4 *Auguſti mortuo regnavit ſolus, mortuus anno* 884 *die* 6 *Decembris: & hæc ſunt tempora, circa quæ hæc Iudæorum,*

hiſtoria,

EX MS. ET CATELLO.

historia, si tamen satis authentica, contigisset.

d *Fuerunt horum temporum Duces Aquitaniæ*, Gerardus, Baso, Eudo *sive* Odo, *postea Rex. Consuli potest Historia Ducum Aquitaniæ Ioannis Besslii. Interim, quæri potest, an* Ricardus *loco* Girardi *hic substitutus sit. Sed cum hic fuerit tempore Caroli Calvi, videtur potius alius esse, qui aut Aquitaniæ toti, aliquamdiu præfuit, aut ejus parti, si huic historiæ sit fides adhibenda.*

e Septimania *dicitur Gregorio Turonensi lib.* 8 *Hist. Franc. cap.* 28 *&* 30, *Provincia Galliarum, Hispaniæ proxima, scilicet Narbonensis ditio.*

f Sigebodo *facta donatio extat pridie Nonas Iunii anno* 3 *Carolomanni, ergo anno* 881, *cui infra succesit S. Theodardus anno* 885. *Consule Sanmarthanos.*

g Bernardi decessor Helisagar *memoratur libro* 2 *translationis S. Vincentii Martyris auctore Aimoino, num.* 9 *ad diem* 22 *Ianuarii, & dicitur vixisse circa annum* 863 *cui* Bernardus *succesit & habuit successorem* Armannum, *qui floruit adhuc anno* 920, *memoratus in epistola Decretali Ioannis Papæ* X.

h Abderam *sive* Abderamam *aut* Abderrahamim *in Hispania regnasse ab anno* 758 *ad annum* 787, *probat Stephanus Garibajus lib.* 37 *Historiæ Hispaniarum cap.* 1.

i *Tam* Iberia *quam* Hesperia *pro Hispania passim sumitur. Horatius* Hesperiam ultimam Hispaniam *dixit, ita etiam* Iberia *ab Ibero fluvio potest* Hispania Tarraconensis *dici.*

k *Videtur auctor attribuere Carolo Magno, quæ ab avo ejus Carolo Martello fuerunt peracta. Nam teste Eginhardo in vita Caroli Magni ad diem* 28 *Ianuarii à nobis edita primi. . .* Carolus Martellus Saracenos, Galliam occupare tentantes, duobus magnis præliis, uno in Aquitania apud Pictavium civitatem, altero juxta Narbonam apud Pyrram fluvium ita devicit, ut in Hispaniam eos redire compelleret. *Contigerunt hæc prælia anno* 732 *&* 737. *cum Hisam Rex Saracenis præesset.*

l *Imo teste eodem Eginhardo num.* 6. Pipinus, *pater Caroli Magni*, Rex constitutus contra Waifarium Ducem Aquitaniæ bellum à se conceptum per continuos IX annos gessit, *ab anno* 760 *usque ad ann.* 768: *quo Waifarius est occisus à Pipino, non à Saracenis. Quo etiam anno mortuus est Pippinus.*

m *Non in Gallia sed in Hispania aggressus est Saracenos Carolus Magnus; & eripuit illis Pampelonam, Oscam, Cæsaraugustam, Barcinonem, Gerundam.*

n *Vtinam hujus constitutionis alii auctores meminissent.*

CAPUT II.

Disputatio cum Iudæis suspectæ fidei.

a 7 CUmque à beato & *a* sancto viro Theodardo hæc regaliâ præcepta perlecta fuissent in conspectu totius Concilii, & cuncti qui aderant Judæi stupefacti fuissent, non habentes quid ad ea responderent; surrexit Dux memoratus, qui erat Advocatus supradicti Regis Karlomani, & dixit Archiepiscopo & reliquis qui cum eo erant Episcopis: Ecce Domini Sacerdotes & Pontifices, Sanctorum Imperatorum statuta, &. quare id factum sit unde Judæi coram Rege questi sunt & hactenus queruntur, ex ipsa quæ modo recitata est lectione bene nostis quid vobis inde videatur rectissimo differere judicio. Ad hoc responderunt omnes pariter & dixerunt: Absit hoc à nobis, ut contra hanc Imperialem rectamque ac justissimam sanctionem aliquid opponamus contrarium: quis enim ita iniquus & omnipotentis Dei perpetuus inimicus, qui aliquid ex eis audeat temerare aut convellere? Quibus auditis, Judæi dixerunt non sibi rectum factum esse judicium,

Iudæis negantibus patrum delicta sibi imputanda,

nec omnino stare debere in perpetuum, quia si Patres eorum tantum incurrêre delictum, filios quoque eorum immunes fieri ab eorum iniquitate constaret: juxta quod scriptum est; Filius non portabit iniquitatem Patris, &, Pater non portabit iniquitatem filii, sed justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum. Alioqui frivolum & instabile omnino hoc decretum justa examinatione probatur: præsertim cum Dominus in lege non tali judicio vel supplicio multandum prædixerit genus nostrum cum cætera quæ ventura erant nobis mala figillatim exposuerat per Moysem famulum suum. Ezech. 18, 20

8 Quibus auditis, egregius vir Theodardus respondisse fertur: Quia semel cœpi, loquar adhuc, & sequenti sermone redarguam, Judæos magnam facere injuriam Pontifici hujus civitatis, nec debere eos audiri super hujus rei querimonia: ad hoc enim vacant ut importuna garrulitate debitum Deo honorem supplantare ac penitus conculcare possint: unde non dubium quin ea pœna damnandi sint, qua eorum lex damnari eos rectissime præcipit, quia legis suæ testimonia in conspectu totius Concilii proferunt. Cumque unus ex Advocatis Judæorum, nescio quis, diceret ei, utinam hoc fieret & secundum nostræ legis instituta judicaremur, & nihil mali præterquam lex jubet nobis irrogaretur; respondit B. Theodardus & dixit ei: Vultis ut juxta vestræ legis præcepta judicemini? Volumus, inquiunt, & nimis volumus, & ut fiat supplici obsecratione deprecamur; neque enim justum est justoque libramine ponderatum, ut innoxii filii noxa feriantur, vel lædantur paterna, prout paulo superius protulimus, Filius non portabit iniquitatem Patris. Tale quid & in lege de eadem re scribitur, Non occidetur Pater pro filio, aut filius pro Patre; sed unusquisque suo punietur reatu: alias ergo nulla rectitudine aut stabilitate vestrum contra nos judicium dignum esse poterit; quia judicium Dei omnipotentis arbitrio humano vestræque deliberationis censura omnino contemnitis, & quasi nihil & vacuum æstimatis, quod ille ore proprio fieri mandavit. Quod cum ita sit, noverit magnus Dux & universi qui cum eo sunt Principes atque satellites iterum adire nos Regem, & deflere coram eo injuriam, quam irrogatis nobis contra præceptum illius: quoniam injusto nos judicatis & condemnatis judicio; Judæi enim sumus, non Christiani, & nobis ac parentibus nostris per seipsum Omnipotens Deus legem promulgavit fidelem, secundum quam volumus judicari, eo quod bona sit & sancta, & semper fideliter ab universa gente nostra custodienda. Nam quod bona & sancta sit lex nostra, quidam ex vestræ fidei cultoribus dixit: Lex quidem bona & sancta, & mandatum justum & bonum. Et Psalmista: Lex (inquit) Domini irreprehensibilis: quod enim reprehendi non valet, non dubium quin bonum sit. De vobis autem noster sanctus & fidelis Propheta ait: In Gentibus non est lex: ergo si lex in vobis non est, sicut neque in ullis Gentibus quæ sub cœlo sunt præter Judæos, qui semper divinam legem observant, quomodo secundum vestrum velle & non juxta divinæ legis auctoritatem injuste nos judicatis? Cum ipsa lex adeo bona sit, ut Christus ipse vester de eadem dixerit, Non veni legem solvere, sed adimplere. *& volentibus secundùm legem suam judicari.* Deut. 24, 16 Rom. 7. 12 Psal. 18. 8 Matth. 5, 17

9 Cum ergo, ut fertur, longo verborum protractu Judæus, ut erat fandi peritus, hæc & hujusmodi multa peroraset; ait ei B. Theodardus, divinis pariter atque liberalibus literarum studiis apprime instructus: Importunitas Judaicæ perfidiæ, Deo pariter & hominibus semper rebellis, in tantam hodie per te prorupit insolentiam, ut dicas Christianos nullam habere legem, cum lex vestra à vobis jure ablata sit

concedendum censet Theodardus,

A fit propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & nobis Chriſtianis plenius ac perfectius quam vobis vel parentibus veſtris tradita; juxta quod olim Dominus in Euangelio loquitur dicens; Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. Id-
Matt. 21. 43 ipſum & legiſdator Moyſes & reliqui poſt eum Prophetæ Hagiographorumque ſcriptores, multis atque diverſis Scripturarum documentis, multo prius quam fierent, divino ſpiritu protulerunt: unde ſi placet Archipræſuli, ceteriſque Coëpiſcopis ejus, & inſuper Duci Principibuſque nec non ſatellitibus illius & univerſæ huic Synodali frequentiæ, omnis hæc Judaïca plebs impetrare mereatur quod *b* intente depoſcit, & dicit ſibi injuriam fieri ſi non ſecundum ſuam judicetur legem: ego enim, ſi Deo placet & vobis, allegator pariter atque ſequeſter veſter ero in his, & omnem moleſtiam omnemque injuriam diſceptandi veſtræ juſſionis licentia ſolus libentiſſime feram.

b

10 Quod cum placuiſſet omnibus Chriſtianæ partis fautoribus, eſſetque ſtatutum decreto majorum, præcipue Ducis, ut fieret; talibus eſt verbis Judæos adorſus B. Theodardus; Dicite, quæſo, Judæi,
B ſemper Chriſtianæ fidei ad veſtrum noſſe poſſeque hoſtes atque perpetui adverſarii, utrum aut ſecundum illud judicium velitis judicari, quo lex veſtra unumquemque ſive juſtum ſive injuſtum, cum adhuc Patres veſtri inhabitarent repromiſſionis terram ſibi à Domino traditam, judicandos eſſe præcipiebat; an aliter poſtquam poſiti ſunt in terra hoſtili, in qua & vos adhuc moramini, viperina eorum ſoboles atque progenies? Qui dixerunt; Malumus quidem eo judicari judicio, quo Patres noſtri adhuc in ſua poſiti regione judicabantur, quam inimici eorum judicio hactenus ſervi, & nulla libertate erecti, vel ad agendū quæ volumus dimiſſi. Et B. Theodardus: Sic, inquit, fiat ut magnopere poſcitis: Eligite ex vobis viros ſapientes & gnaros, qui juſte vos judicent, quoniam nemo alienigenarum debet vos judicare ſecundum legis veſtræ præceptum. Et Judæi ad hæc; Bonum eſt quod aſſeris, & recto decernis hodie ac proponis judicio. Ad quod & B. Theodardus: Si bonum eſt (inquit) quod dicitis, cur non illud implere ſtudetis? Feſtinate igitur ad id agendum, quoniam valde vexatur omne hoc magnum Concilium hujus rei cauſa, & diutina laborioſitate defatigatum abſcedit, non valens tantæ dilationis moras æquanimiter tolerare: præſertim cum jam jamque dies tendat in veſperum, &
C lucis auctor proclivus præcepſque vergat admodum in occaſum.

& quidem ſic ut ipſimet ſibi judices eligant:

11 Ad hæc Judæi reſpondiſſe dicuntur: Scimus quidem quoniam inclinata jam die valde adveſperaſcit; & ideo ſi cœperimus judicare, & certo diffinire judicio ſuper hoc quo cauſamur noſtræ depreſſionis negotio, illud quod nobis impenditis judicandum, non poterimus hodie ad perfectum uſque perducere finem; quoniam (ut prædictum eſt) feſtinat occumbere ſol, & lucis ſuæ radios à noſtri conſpectus intuitu celerrima velocitate ſubducere, & non eſt opportunum ut ſub hujus tam brevis dieculæ parvitate diſcutiatur: neque enim tantum tamque nefarium valebimus, in diſceptando contra vos hoſtes, facile exolvere hoc judiciale diſcrimen. Quocirca ſi placet Duci ceteriſque Principibus, differatur hæc agendi prolixitas in craſtinum; deturque nobis locus intra noſtræ ambitum Synagogæ ad judicandum, quoniam intra veſtræ ſepta Eccleſiæ nec tractare, neque diſputare, neque etiam ullum habitationis locum habere debemus. Quamvis enim exules ſimus & peregrini, & à noſtræ terræ ſitu finibuſq; procul poſiti, tamen regali impertitione olim parentibus noſtris jure hereditario traditus eſt locus intra civitatis hujus mœnia,

ad quod inducus uſque in craſtinum datis,

in quo hactenus cōſtructa eſt noſtræ operationis ſynagoga, ubi & nos debita laudum atque orationum vota quotidie Deo perſolvimus, & immenſas illi gratias prout oportet ſemper cernuo reddimus cultu. His namque & hujuſmodi aſſertionibus diu peroratis, ceſſit eorum petitionibus Dux, atque etiam omniū, qui convenerant, hominum generalis caterva eorum dictionibus aſſenſum libentiſſime præbuit: unde factum eſt ut in craſtino juxta condictum non parva populorum utriuſque ſexus multitudo concurreret, ut qualiter eadem res, ejuſdemque rei eventus ſe haberet, noſſe pleniter cuperent. Judæi ergo in atrio ſuæ ſynagogæ paraverunt Duci & qui cum eo Principibus ſedilia non pauca, diverſis ornamentorum tegminibus adoperta; porro Epiſcopis, ac eorum diverſi ordinis Clero, nullum ſeſſionis ſiverunt ac decoraverunt in ſedendo eis locellum; licet Officiales eorum miniſtri Pontificalia ſecum conopæa tulerint, ſuiſque Coepiſcopis diſpoſite ad ſedendum, prout res ipſa jure poſcebat, opportunis ſtatuerint locis. At vero Judæi, in introitu portarum ſuarum, & juxta oſtia prædictæ ſynagogæ, ſuæ gentis Judicibus palliatas attulerunt cathedras, allatis ſingulis eorum, poſitiſque ſuper ſingula epiſtylia judicialibus libris, quibus, juxta quod in eis ſcriptum continebatur, credebant ſe iidem Judices cuncta decernere, ac ſuo judicio libere determinare.

EX MS. ET CATELLO.

cum in ſua ſynagoga judicaturi ipſimet conſederent,

E

12 Cumque jam ad ejuſdem rei agendum negotium tempus inſtaret; dixiſſe Epiſcopis qui aderant Dux ſæpe dictus Ricardus perhibetur: En, glorioſiſſimi Pontifices, opportunum jam imminet tempus agendi, propter quod huc omnes convenimus, diu à nobis protractum judiciale Judęorum examen. Nunc quoque cum res ipſa expoſcat, & tempus congruum exercendi illud inſtet, ne prolixius hujus civitatis Epiſcopi ac Judæorum cauſa qualibet differatur dilatione, obnixe precamur. Cui cum & Epiſcopi illico reſpondiſſent ut fieret; ex præcepto Epiſcoporum ſurrexiſſe continuo dicitur B. Theodardus, & ſtetiſſe omnium medius, atque ita Judæos allocutus fuiſſe. Video, inquam, video, ô Judæi, Judices veſtros ex utraque portarum veſtrarum & in ipſis etiam portis conſtitutos; ſed non video reorum perſonas, qui judicandi ſunt à vobis, præter ſolummodo veſtræ gentis homines: unde expedit vobis, ut qui judicandi ſunt ab eis, præſententur à vobis una cum accuſatoribus eorum ac teſtibus, qui bene crimina noverint, unde à
F veſtris Judicibus merito ſublevandi ſunt vel condemnandi. Et Iudæi ad hoc reſpondentes dixerunt: Rei igitur, quos judicandos eſſe dicitis à Iudicibus noſtris, vos eſtis, qui perſecutionem nobis injuſte irrogatis, & univerſi qui nos tam gravi jugo ſervitutis jugiter deprimunt. Ad quod venerabilis Theodardus reſpondiſſe traditur: Quæ lex præcipit, quodve edictum, ut Iudæi judicent Chriſtianos, & judiciali decreto ſibi ſubjiciant? niſi forte illud Pſalmiſtæ impleatur, quo dicitur, Quia gladii ancipites ferendi ſunt à vobis ad faciendam vindictam in Gentibus, & Pſ. 149. 6 increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quod ſi ita eſt, judicate præſentem Ducem & omnes Principes ejus, & exercete in eis vindictam de malis, quibus injuſte vos depreſſerunt atque diverſis affecerunt ſuppliciis, ac deinde alligate Regem in compedibus & cunctos nobiles ipſius.

mandat reos eorumque accuſatores adduci:

13 Quibus auditis reſponderunt Iudæi: Vindicta, quæ exercenda eſt à nobis, non in uno tantum Rege vel Principe facienda eſt, ſed in totius mundi Regibus atque Principibus. Quod vero dicis, nemi-
reſpondentibus reos eſſe Chriſtianos, nem Chriſtianorum à parentibus noſtris vel à gente noſtra fuiſſe judicatum, lege Euangelii libros, & invenies forſitan, quod non ſolum reliqui Chriſtiani,

EX MS. ET CATELLO. ſed etiam veſter Chriſtus judicatus eſt & Diſcipuli ejus,& morte damnatus,ac duriſſima morte peremp-
ti, reliqui vero à finibus terræ noſtræ expulſi ſunt judicio parentum noſtrorum ac Principum. Quod cum audiſſet Dux & Principes ejus,dixerunt: Ore veſtro locuti eſtis modo,unde digni eſtis incendio ac diverſis tormentis. Sed ne videamur vobis injuriam inferre, vel contra Regis decretum aliquid contra vos injuſte moliri, judicate quos vultis ac veſtro judicio condemnate. Cumque in Epiſcopum illius civitatis, & univerſos Clericos ejus vellent retorquere judicium, & dicerent quoniam eadem pœna digni erant, qua & ipſi Judæos depreſſerant; dixiſſe fertur B. Theodardus: Ubi hæc lex veſtra præcipit ut talionem nobis inferatis pro ſuppliciis, quibus ut dicitis afflicti eſtis olim à nobis? Et Judæi: Numquid non lex noſtra reos puniendos eſſe dicit eadem pœna, qua & ipſi alios affecerunt, ut eſt illud; Oculum pro oculo, dentem pro dente & cetera,quæ ſequun-
Lev.24. 20 tur?alioqui non rectum poterit eſſe judicium, niſi talia recipiatis, qualia nobis & parentibus noſtris injeciſtis.

14 Quibus & B.Theodardus ait: Scio, inquit,&
B bene ſcio,quia hæc lex nonniſi veſtræ gentis hominibus promulgata eſt: porro nulli gentili, nulli in-
negat hos eorum legi ſubjici, circumciſo, nulli à veſtræ fidei religione alieno data eſt. Nam noſtræ fidei homines, Chriſtiani ſcilicet, non debent hac lege veſtra ullo modo judicari,quoniam non ſunt intra veſtræ telluris regiones poſiti, neque more veſtro cultellari inciſione truncati vel circumciſi, ſicut neque jugum legis veſtræ portare ſunt aſſueti: maxime cum heſterno die,in conſpectu Ducis & omnium qui aderant Epiſcoporum ac totius Concilii, dixeritis, nullam nos habere legem, & hoc ipſum Prophetico teſtimonio affirmare conati fueritis, dicendo, In gentibus non eſt lex. Si ergo legem juxta veſtrum teſtimonium non habemus, quomodo veſtro legali judicio ſubjacebimus? & jugum, quod neque nos neque Patres veſtri portare potuerunt, cervicibus noſtris imponi patiemur?
2 Cor.6.14 præſertim cum dicat Apoſtolus, Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quod autem infideles ſitis, &
c Deo omnipotenti *c* mentiti, legiſque illius prævaricatores continui (unde & Moſaicis maledictionibus
ipſos autem juxta illam in ſeptuplũ puniendos, eſtis illaqueati, & omnino irretiti)non ſolum Lex,& Prophetiæ Pſalmorumque contextus, verum etiam ejuſdem rei pœnalis evidenter pandit effectus. Nam ſi hoc jugum,unde ſedulo querimoniam Regi ac Du-
C ci clamoſis vocibus inſonatis,ad litteram velimus accipere,non tantum uno virtuoſi hominis ictu, ſed etiam pro unoquoque eorum ſeptem vobis colaphi imprimentur; juxta quod in lege veſtra ſcriptum eſt
Lev.26. 21 Domino dicente, Augebo pœnas veſtras ſeptuplum adverſus incedens contra vos.

15 His & hujuſmodi allegationibus à B. Theodardo peroratis,ait Dux (ut fertur) Judæis: Quid ad hæc veſtra opponat controverſia audiamus. Et Judęi, Hæc quidem,inquiunt,in terra noſtra Dominus nobis juſte pro peccatis noſtris inferre minatus eſt:nunc autem,quia in terra hoſtili ſumus, non debent nobis talia inferri ſupplicia vel tormenta. Ad hæc Dux iratus in Judæos protuliſſe dicitur: Miror admodum importunitatem Judaicæ perfidiæ; illi enim ſupplices, luctuoſiſque gemitibus precati ſunt me, ut eo judicio judicarentur intra ſuæ ſynagogæ clauſtrum, quo ſecundum ſuæ decretum legis, quando in terra ſua erant nondum exules judicabantur; quod non ſolum agere eis libenter conceſſi, ſed etiam ipſos Judices ac Cenſores eorum unde querebantur conſtitui; qui cum putarent noſtræ fidei homines ſuo ſibi mancipare judicio, & viderent neminem debere ea cenſura judicari præter ſuæ gentis homines, quia juxta ſuæ legis præceptum Judæi in terra ſua judica- D
bantur; [non autem Chriſtiani],eo quod nullo eis fidei pacto juncti ſunt, & ſemper à jugo legis eorum atque à ſocietate mutuæ dilectionis eorum extranei; cauſantur quia non datur eis facultas vindicandi in Epiſcopo civitatis iſtius & Clero ejus omnique populo, à quibus digno ſupplicio hactenus mulctati ſunt. Qui cum non habeant juſtam allegationem, unde à ſe debitas colaphizandi excutiant pœnas, neque quid noſtros accuſando ſeque exculando eis objiciant; cum ſeptuplum eis Judæis augenda ſint diverſa ſupplicia juxta legis eorum ſcripturas; mittam de ipſis, eorumque improba perfidia legationem *d* *d*
Imperatori, & quid actum ſit, qualiterve in judican-
do illos, & quæ à noſtris objecta ſint (neque enim *quod tamen ne fiat deprecatur,* illi innoteſcere prætermittam quod dixerint audientibus cunctis, Judices eos Chriſtianorum jure fieri debere, qui eorum Chriſtum & Dominum ſuo judicaverunt judicio atque condemnaverunt, utpote reum mortis crucis ſupplicio) ut quid ſuper his agendum ſit,ſuo determinet regali edicto.

16 Cumque jam ad hoc res inſtaret ut ex præcep-
to Ducis eadem ſcriberetur legatio, & nimio terrore E
perculſi Judæi exangues efficerentur; provoluti genibus pedibuſque Epiſcoporum, ut eis miſericorditer ſubvenirent, indulgentiam eis à Duce impetrando; moti tandem eorum fletibus adierunt eum petentes, ut ſineret eos ipſo eodemque mancipatos ſupplicio, quo ab Imperatoribus prius damnati fuerant,ſub ſilentio ac tranquillitate vivere. Qui cum univerſi Ducem adiiſſent,ut miſericordiam ab eo Judæis impetrarent, & ipſe nollet eis aſſenſum præbere; dixiſſe perhibetur ad eum B. Theodardus: In hoc, *modo profiteantur juſte ſe puniri.* Domine & clementiſſime Dux,poſtulantibus Epiſcopis acquieſcere debes, ſi aliqua ad gloriam Dei omnipotentis ex propoſito tuo prædicto Judæorum adjiciantur ſupplicio. Erit enim memoriale, & cunctis Chriſticolis non parum acceptabile,ut is qui colaphizandus eſt Judæus, priuſquam pugnizetur, coram omnibus circumſtantibus ſibi ter voce dicat excelſa: Bene quidem & ſatis juſte decretum eſt, ut cervices Judæorum pugnis ſubjiciantur Chriſtianorum, eo quod noluerint ſubjici Jeſu Chriſto Nazareno, Deo Deorum ac Domino Dominorum. Quod ſi noluerit,referiatur ſepties,ut impleatur quod in lege eorum ſcriptum eſt, Augebo pœnas veſtras ſeptuplũ adverſus incedens contra vos: ſi enim hoc feceritis, erit vobis in memoriam æternam, & præmium æter-
næ ſalutis. Idipſum autem quo nulla deleatur obli- F
vione,imprimatur ſchedulæ, ac deferatur Regi, & ex decreto ejus nihilominus membranæ tradatur, atque certiſſima impreſſione ipſius ſignetur ſigillo. Quod cum placuiſſet Duci & univerſo Cœncilio,miſſa ſunt hæc litteris comprehenſa ad Regem. Cumque & illi illud quod geſtum erat de Judæis valde placuiſſet, ſcriptum eſt ex præcepto illius,ac diligenter ſignatũ, atque etiam remiſſum Duci,hujus rei gratia,ut Pontificalibus fiſcis denuo contraditum, tute inibi conſervaretur in teſtimonium perpetuum.

ANNOTATA.

a *MS.* Scholaſticiſſimo.

b *Excuſum,* injuſte.

c *Idem,* inimici.

d *Imo Regi, quia dictus Carolomannus non fuit Imperator. Ceterum quod tota hæc diſceptatio ſuſpectæ nobis fidei ſit in titulo voluimus indicatum: nam ſi prior pars capite præcedenti contra hiſtoriam peccat multa, hæc poſtea haud minus contra prudentiam peccare videtur, dum cauſam talibus proponit argumentis actam,tali modo peractam.*

CAP.

A

CAPUT III.

Ordinatio in Archidaconum, Sacerdotem, & Archiepiſcopum Narbonenſem.

Narbonam traducitur,

17 INterea dum hæc agerentur,& ſoluto Concilio quiſque rediret in ſua; accidit ut prædictus Archiepiſcopus repedaret Narbonam, ducens ſecum memoratum venerabilem juvenem Theodardum; quia erat, ut traditur,corde & corpore ſanctus, litteriſque divinis ac ſecularibus valde, ut ſupradictum eſt, inſtructus, eloquioque tam litterali quam etiam vulgari facundus. Poſtquam igitur venit vir venerabilis ſæpedictus Theodardus Narbonam, una cum Segebodo Archimandrita prælibato; tantam ei Dominus contulit gratiam, ut à cunctis ejuſdem civitatis habitatoribus ſpeciali diligeretur amore, & continuo ſemper coleretur honore. Non multo poſt autem cum ab univerſis nimio diligeretur affectu,& ipſe bonis operibus inſudaret;contigit quemdam Archidiaconum prædicti Archipontificis ab hujus vitæ luce migrare, & fati munus Deo diſponente perſolvere. Quo defuncto ab omni Clero Eccleſiæ ſanctorum Martyrum Juſti & Paſtoris, omnique populo jam dictæ civitatis Narbonæ, animato prius ad id agendum Archiepiſcopo, expetitur ad ſuſcipiendam Diaconatus *a* ἀρχὴν, qui eatenus, ut fertur, Subdiaconatus tantum fungebatur officio. Accepta autem benedictione Diaconatus pariter & officio, in tantam bonitatis ac benignitatis prorupit exuberantiam, quatenus illum clementiæ ac continuæ pietatis theſaurum, quem diu in abditis præcordiorum ſuorum celaverat, ex propoſito piæ devotionis omnibus propalaret.

B

a

creatur Archidiaconus;

18 Ex eo itaque tempore quo Diaconatus ἀρχὴν ſuſcepit, acſi lumen à tenebris prolatum, candorem ingenitæ pietatis ſparſim cunctis infudit. Qui pauper, quæ vidua, quive pupillus, aut quis advena,hoſpes vel peregrinus, infirmus quoque aut imbecillis, ſive in aliquo corporis membro læſus fuit, cui non ille, prout valebat, opem miſericorditer exhiberet? & cui non ex ſubſtantiæ propriæ viribus neceſſaria ſub rogaret? Denique cum his & hujuſmodi adeo ſemper eſſet bonis operibus deditus, ut merito ſi vellet, acſi beatus Job, veraciter dicere poſſet; Oculus fui cæco, & pes claudo; foris non manſit peregrinus, & oſtium meum viatori patuit; ad hoc (ut ita dicam) fidei & religionis augmentum excrevit, ut Deum omnipotentem in omnibus ac per omnia, & ultra omnia, intente amaret, & ejus præceptis indeſinenter parere inſiſteret. Nam pernox in vigiliis atque orationibus omnes pene noctes ducebat inſomnes, cum diebus quoque ſingulis horas, Canonica diſpoſitione ad laudem Dei ſemptemplici determinatione juxta horologicam deſignationem limitatas, ita ſolerter diligentiſſimus horoſcopus obſervaret, quatenus nullis unquam neceſſitatibus cederet quin tempore opportuno Dominum genuflexo in Jeſu Chriſti nomine exoraret, ſive manſor, ſive idem eſſet viator, implens illud Pſalmiſtæ, Septies in die laudem dixi tibi; & iterum, Domine Deus ſalutis meæ in die clamavi & nocte coram te.

exercet caritatem erga Deum & proximum;

Job. 29, 15

C

Pſ. 118. 64
Pſal. 87. 2

19 Quid multa? Cum Diaconatus officium religioſiſſime obſervaret,& injunctum ſibi Euangelicum ſacramentum exerceret; placuit iterum Clero ſimul ac populo, maxime autem Archiepiſcopo, ut ad Sacerdotale proveheretur decus. At ille cum ſe indignum diceret, & nullatenus fieri poſſe, ut tam ſanctum tamque myſticum officium, divinitus ſanctis ac viris juſtiſſimis olim traditum, niſi invitus ſuſciperet, totius populi & Cleri, maxime autem Archiepiſcopi, compulſus *b* hortatu, Sacerdotale tandem adeptus eſt culmen. Dignitate igitur Sacerdotii accepta, qualis, quamque ſanctus, & quam religioſus erga Dei cultum indeſinenter extiterit,nullus mei oris ſermo valet evolvere. Nempe cum longe lateque bonis admodum polleret operibus, & fama ejus in exteras procederet nationes; prædictus Dux, cujus ſupra mentionem fecimus, Ricardus, & egregiæ nobilitatis Hugo Abbas S. Saturnini Epiſcopi & Martyris, prior verbis, ſequens vero litteris, precati ſunt memoratum frequenter Sigebodum, ut ſi in aliqua diœceſi Septimaniæ contingeret vita defungi ex Epiſcopis ſibi ſuffraganeis quemquam,loco illius ſubſtitueret virum eruditiſſimum S. Theodardū.Sed divina diſpoſitione actum eſt ut nemo Epiſcoporum in prædicta Provincia ultimum exhalaret ſpiritū;donec divæ memoriæ frequenter prænotatus Sigebodus ſuum ei redderet, qui dederat, ſpiritum; & corpus illius juxta minacis condicti præceptum in caducam rediret materiem, unde fuerat ſumptum.

ordinatur Sacerdos:

b

Maji Tomus I.

EX MS. ET CATELLO.

& Epiſcopatu dignus æſtimatus,

20 Quo quidem ab hac temporali vita ſubtracto & æternæ contradito, conveniunt Cathedrales prædictæ Sedis atque Eccleſiæ Epiſcopi, Giſſoranus ſcilicet *c* Carcaſſonenſis Eccleſiæ,& Agilbertus *d* Bitterenſis, Narbonam: & univerſa pecularia defuncti Pontificis & Eccleſiæ jam dictæ, theſaurum ſcilicet ac libros, & diverſa Eccleſiæ ſæpedictæ ornamenta, diligenter exquiſierunt; & facta conſcriptione de omnibus eidem Eccleſiæ pertinentibus quas repererant rebus, rurſum ea quibus prius credita fuerant commendare nihilominus ſub cautione in conſpectu Cleri & populi ſtuduerunt, Poſt hæc autem, prout res ipſa neceſſario poſcebat, ſuperna aſpirante clementia, auxiliante Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto, generaliter cuncta Narbonenſis Eccleſia, Clerus videlicet & nobiliores Laici, mediocres quoque & vulgus, uno animo eodemque deſiderio ſibimet B. Theodardum Archiſacerdotem profuturum eligunt Pontificem ac Paſtorem. Cum igitur adhuc eſſent Narbonæ venerabiles prædicti Epiſcopi intra ſanctorum Martyrum Juſti & Paſtoris eccleſiam, qui idcirco convenerant ut viſitarent eumdem locum, eo quod ipſa eccleſia à ſuo nobiliſſimo viro,ut prædictum eſt, foret viduata; vocaverunt Clericos & cunctam plebem ipſius civitatis in jam prænotatam Sedem,ut ſi ibi inveniretur Chriſto præduce vir prudens & ſanctus, qui tantum onus portare, tamque maximum populum regere ac gubernare valeret, edicerent; fulti dudum auctoritate regia,& ſcriptum in præſenti habentes ſuper hoc præceſſi Abbatis Hugonis, nec non & Ricardi Marchionis, & Miſſum eorumdem Principum Agilbertum venerabilem Epiſcopum.

c

d

E

mortuo Archiepiſcopo Narbonenſi Theodaldo,

F

21 Denique his rite ab Epiſcopis peroratis, adſcendens glorioſiſſimus Epiſcopus Giſſeranus in ambonem, populo univerſo urbis expoſuit ſecundum auctoritatem Canonum,quoniam non licet ordinari Epiſcopum, niſi quem Clerus elegerit, & populus expetierit: unde & monuit eos in Deo & propter Deum, ut ſi talis in ipſa Eccleſia reperiri poſſet perſona,quæ ſecundum Deum & ſecundū ſeculum digne illis Paſtoralem valeret adhibere curam, ore proprio quiſque illico perſonaret, capto ſimul ſuorum conſultu. Tunc reſponderunt omnes Clerici,& Abbates, & populus univerſus ea quæ vera ſciebant. Eſt quidā Archipresbyter noſter, nomine Theodardus, plenus ſcientia,ornatiſſimus caritate, efficax oratione, nobiliſſimus progenie, & univerſa morum præclarus honeſtate: & quia eſt columna immobilis propter boni operis continuam inſtantiam; valet profecto hanc magnæ hujus Sedis Pontificalis Eccleſiam regere, noſque poſt Deum egregie gubernare; quapropter ipſum eligimus hodie, & eum totis viſceribus acclamamus, ut ſit Pontifex noſter, Paſtor quoque &

à Clero & populo eligitur ipſe.

EX MS. ET CATELLO. lampas iſtius Eccleſiæ, quem Sacerdotem bonis moribus plenum ſcimus, qui aliorum ferre valet potenter animoſitates, & prodeſſe atque præeſſe poteſt cunctis. Ipſe namque rectus vita, qui exemplum bonum monſtrabit omnibus ſibi creditis ovibus, & quod verbis prædicaverit opere complebit.

22 Quibus auditis beatus Epiſcopus adjuravit eos omnes, ut ſi eſſet aliquis, qui contra hoc aliquid objicere vellet, ſurgeret & cum fiducia diceret. Ad hæc omnes reſponderunt ſimul: Si eſt qui aliquid infauſti de illo dicere præſumat procedat nunc, & in veſtro conſpectu mendax à nobis probabitur. Cumque nullus eſſet qui aliquid ad hæc objiceret; Epiſcopi Deo gratias egerunt, & omnis populus pariter gaudio repletus, laudes Domino reddidit; unde & prædicti ambo qui aderant Epiſcopi, ejuſdem electionis ſchedulæ nomina ſua litteris imprimere ſtuduerunt ita: Giſleranus, Carcaſſonenſis Eccleſiæ Epiſcopus, cum Clero & plebe mihi conceſſa, aſſenſum præbeo huic ſanctæ, & beatæ electioni. Nam & ego Agilbertus, Eccleſiæ Biterrenſis Epiſcopus, cum Clero & populo mihi conceſſo, eidem electioni conſentio. Poſt hos Archidiaconi quatuor, & Abbates quinque, & Sacerdotes nonaginta quinque, qui ibi aderant, omnes propriis manibus nomina ſua eidem tomo litteris impreſſere: Laicorum autem qui affuerunt numerus neſcitur præ illorum multitudine. Quibus juxta præfatam rationem rite peractis, prædicti qui aderant Epiſcopi, Agilbertus ſcilicet atque Giſleranus, ſecundum Canonum inſtituta (quæ jubent Metropolitanum Epiſcopum non debere ordinari niſi præſentia, vel conſenſu omnium Epiſcoporum ejuſdem Provinciæ cui præponendus eſt, qui ἀεχλῶ regiminis ejuſdem curamque nihilominus paſtoralem ſuſcepturus eſt) miſerunt ad univerſos Coëpiſcopos & Conſuffraganeos ſuos, ad jus prælibatæ Narbonenſis Eccleſiæ ſpecialiter pertinentes, ut omnes convenirent ad ſuum ſuæ ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ conſecrandum, quem Clerus & populus elegerant, atque uno animo unoque conſenſu expetierant ſibi profuturum Epiſcopum Theodardum.

cum magno omnium gaudio & approbatione.

Invitantur ad ordinationem ejus Epiſcopi Suffraganei

B

23 Qui omnes, acceptis litteris legationum prædictarum, gaudio magno repleti, gratias Deo egerunt, quod talem, tantumque virum in Archipræſulatus dignitatem diſpoſitione divina ſuſcepturi eſſent, quem nec peccati quidem, nec popularis objectionis, neque etiam proſapiæ vel generoſitatis ulla fuſcabat macula. Unde factum eſt ut omnes adire vellent

C

hujus rei gratia prædictam Metropolim tempore ſibi ſtatuto: ſed hanc eorum voluntatem non parum impedivit diverſarum adverſitatum ingens difficultas, & ideo non niſi tres tantummodo perrexerunt in jam dictam Metropolim prædictæ conſecrationis cauſa: quorum primus Giſleranus, ſecundus Agilbertus, tertius quoque Auſindus *f* Elnenſis Epiſcopus fuit. Hi quoque alacri & promptiſſimo animo affuerunt: ceteri vero, quos certa eo properandi difficultas arcebat, ſuis ſingulis propria manu firmatis legationibus ipſum ſe velle habere Paſtorem, ipſum Archipontificem, quem ſciebant tanto officio dignum, & talibus negotiis ſpecialiter aptum, quantocius eis, qui ad ſe miſerant, hoc remittere ſtuduerunt Epiſcopis.

à quorum tribus

f

24 Porro qui venire nequiverunt ad conſecrandum jam ſæpe memoratum Archiepiſcopum Theodardum, ſeptem fuiſſe leguntur; quorum nomina idcirco litteris annotare noſtrum non piguit ſtylum, ne quis arbitretur Rectorum hæc me proprii protuliſſe cordis archivo, & aliqua veritate carentia hujus meæ deſcriptionis opuſculo impudenter inſeruiſſe.

ex conſenſu aliorum abſentium ſeptem,

g Nam primus eorum *g* Frodonius, Barcinonenſis Epiſcopus, ob infeſtationem Saracenorum, qui hoſtiliter eo tempore contra indigenas terræ illius venire diſponebant, adeſſe omiſit. Secundus Maclarius, *h* Lutovenſis, eo quod gravi valetudine tenebatur. Tertius namque *i* Nigobertus *k* Urgellitanus fuit: qui & ipſe nihilominus cauſa infirmitatis corporeæ venire diſtulit. Quartus quoque *l* Theutarius *m* Gerundenſis, nimia ægritudine occupatus, prædictæ conſecrationi, ſicut & ceteri conſenſit, ſed venire ad eam non potuit. Denique eorum quintus Bernardus Toloſanus fuit, cujus longe ſuperius mentio facta eſt: is enim idcirco venire prætermiſit, quoniam extra Epiſcopatus ſui fines longe poſitus erat. Sextus autem eorum qui defuerunt fuit Boſo *n* Agathenſis, qui propter nimiam *o* garſionum vexationem, qua jugiter prædicti Epiſcopatus territoria devaſtabantur, venire diſtulit. Nam ſeptimus eorum Aſahel *p* Uſeticenſis defuiſſe ſcribitur ideo, quia multa, & longa ægritudine occupabatur. Quo igitur tempore *q*.... & *r* Nemauſenſis Eccleſiæ...ſuis viduatæ Epiſcopis erant, & nulla eorum legatio affuit, quoniam non prius adeſſe potuerunt, quam prædictus Theodardus ordinaretur imo conſecraretur Epiſcopus.

h *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r*

D

25 Quid multa? Advenit dies ſtatuti temporis, in quo ſanctus ac beatiſſimus Theodardus conſecrandus erat Dei diſpoſitione Epiſcopus. Erat autem Dominica necnon Auguſti, ut dicitur, *ſ* quinta decima dies, in qua ſemper annuatim celebritas Aſſumptionis glorioſiſſimæ Genitricis Dei & hominis unius Jeſu Chriſti ab univerſo veneratur atque excolitur populo Chriſtiano. Porro tunc à tempore Incarnationis Dominicæ octingenti octoginta quinque computabantur anni, Æra vero *t* nongenteſima viceſima tertia, & indictio tertia: quo in anno Carlomannus, quem prædiximus Rex præſentis ſeculi luce caſſus, ſucceſſorem Regni habuit *x* Odonem. Igitur qui convenerant Narbonam Epiſcopi Auſindus, Giſleranus, atque Agilbertus, peracta à ſe triduana frugalitate, una cum conjejunante ſibi tunc futuro Epiſcopo, juxta morem priſtinum ab Apoſtolis antiquitus traditum, comitante ſecum innumera Cleri & populi multitudine, S. Mariæ intraverunt eccleſiam, ubi ſanctiſſimum corpus B. Pauli cognomine *y* Sergii, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli olim diſcipuli, tumulatum hodie uſque quieſcit, ut propter quem illo convenerant, devotiſſime conſecrarent atque ordinarent Epiſcopum. Quod utique ſancte ac religioſe perfecerunt, congaudentibus ſimul & congratulantibus qui aderant omnibus.

conſecratur Archiepiſcopus,

ſ 15 *Auguſti anni* 885.

t *u* *x* *y*

in eccleſia S. Mariæ:

E

F

26 Ordinato ſi quidem beato & vere ſanctiſſimo Antiſtite Theodardo, tota civitas laudifluis perſonabat vocibus, benedicens Dominum, qui talem, tamque benignum contulerat populo ſuo clementer Epiſcopum. Huic autem beato & juridico præconio ſubdebatur ab omnibus: Felix, inquam, dies hæc, & nimium felix, in qua tantus tamque religioſus vir Præſulatus arcem ſuſcepit, & Paſtoralis curæ Cathedram glorioſe promeruit. Cum hæc & hujuſmodi reliqua tota utriuſque ſexus prædictæ civitatis turba reſultans crebrerime inſonaret, addebat dicens: Benedictus, inquam, benedictus ſemper Deus æternus, qui provida ſui diſpenſatione & clementiſſima bonitate beatum hodie Theodardum Paſtorem nobis atque Rectorem egregium tribuit, & lumen pacis atque benignitatis è tenebris cum illo produxit. Hæc quidem, & hujuſcemodi cetera civibus cum magno favore perſonantibus, non parva Judæorum aderat caterva; quæ tam ſuo Hebraico, quam etiam noſtro, haud dubium quin Latino eloquio, ſuper Epiſcopi conſecratione laudes Domino & gratias referebat. Unde factum eſt, ut eo conſecrato, cum rediens portam civitatis ingrederetur, omnes uno agmine occurrerent

cum gaudio omnium

etiam Iudæorum:

A rerent illi, dicentes; Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat, qui te sibi fidelem famulum, & Ecclesię suæ Sacerdotem magnum constituit. Clerus quoque omnis diversi ordinis & ætatis, gaudens pariter & exultans altissime, hymnizabat, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur: atque ista psallendo, sanctorum Martyrum z Justi & Pastoris postquam ingressi sunt ecclesiam, ipsum in Pontificali collocaverunt honorifice solio. Idem autem Missarum solennia sicut devoto mentis affectu, ita & festivo cultu ob imminens festivum tempus peregit, oblatis pro se proque sibi grege commisso, & pro universa Christi Ecclesia salutaribus hostiis. His autem rite egregieque completis, benedixit populum, atque dimisit unumquemque gaudio magno repletum redire in sua, cum ipse non à suo recesserit proposito, quod semper solicite erga divinum exercuerat cultum.

deductus in ecclesiam SS Justi & Pastoris Missam celebrat,

27 Nempe à sui Episcopatus tempore, ac si novus, noviter in divinum famulatum adeo excrevit, ut non diebus neque noctibus ab exercitiis Christianæ religionis recederet, nec quidquam unde merito redargui posset, sive verbis, sive operibus ageret. Quocirca factum est ut eo diu multumque perseverante in diversis bonorum negotiis, Dominus ejus merita palam omnibus monstrare clementer decerneret.

claret miraculis.

B Fertur namque quod ejus imperio, in Jesu Christi nomine, dæmones ex obsessis corporibus frequenter expulsi sunt, phrenetici atque lunatici & qualibet insania detenti sanæ sunt menti restituti; hydropici autem, paralytici, & claudi, & diversis infirmitatibus occupati, saluti sunt pristinæ redditi: febricitantes quoque, benedictionis illius aqua potati sive aspersi, continuo sanabantur. Et quia miraculorum illius multimoda beneficia referre nequeo, sicut nec illa quibus semper creberrimus fuit, intentus orationi, continuus jejunio, frequens vigiliis, assuetus eleëmosynis, blandus atque modestus mœstorum consolationibus, severus quoque delinquentium correctionibus; ad ea quæ specialiter post Episcopatus sui benedictionem devote peregit, nostra quantocius redeat dictio.

ANNOTATA.

a *MS.* arcem.

b *Idem*, electione.

c Abbatiam S. Saturnini *olim extra urbem Tolosam fuisse constructam, quæ nunc in ipsa est, tradunt ex Fortunato Sanmarthani, à quibus etiam aliquis* Hugo *Abbas* C *nominatur, sed qui seculo* 12 *vixit. Colitur* S. Saturninus 29 *Novembris.*

d Carcaso, Carcasio *aut* Carcassona, *Atace fluvio dividitur in* 2 *partes,* 10 *leucis Narbona dissita.*

e Biterræ *seu* Bliterræ, *urbs ad Orobum fluvium distat Narbona* 3 *aut* 4 *leucis.*

f Elna, Helna *aut* Helena, *urbs Episcopalis in Comitatu Ruscinonensi, unde postea Perpinianum Sedes translata est. Miramur porro hujus* Ausindi Episcopi *nomen abesse apud Sanmarthanos, reponendum inter Wadaldum & Stephanum.*

g Frodonius, *aliis* Frodoinus, *transtulit reliquias S. Eulaliæ Virginis & Martyris in urbem & ædem Cathedralem anno* 878, *uti late deduximus ad diem* 12 *Februarii pag.* 578.

h Lutona *aliis* Lutena, *&* Lodeva; *distat Narbona* 14 *leucis ad Boream, seu* 40 *millibus passuum. De ea egimus* 13 *Februarii ad Vitam S. Fulcranni Episcopi Lodovensis.*

i Nigobertus, *in MS.* Ingobertus, *habetur Episcopus* 25 *apud Tamajum Salazar, ad diem* 3 *Octobris.*

k Urgella *urbs Cataloniæ prope Pyrenæos montes, de qua latius agimus* 28 *Maji ad Vitam S. Iusti Episcopi Urgellitani.*

l Theutarius, *aliis* Theotarius, 17 *Episcopus sedit ab anno* 882 *ad* 890, *teste Tamajo Salazar in Catalogo Episcoporum Gerundensium ad diem* 3 *Septembris.* EX MS. ET CATELLO.

m *De* Gerunda *urbe Cataloniæ, consule à nobis dicta ad Vitam S. Narcissi Episcopi Gerundensis, die* 18 *Martii.*

n Agatha *urbs Occitaniæ,* 7 *leucis dissita Narbona, ubi Boso habetur* 13 *Episcopus.*

o Garsiones, *è voce Gallica* garsons *adolescentes, sed sæpius pro petulantibus accipitur, uti etiam in Vita B. Caroli Boni* 2 *Martii pag.* 174 *litt.* D. *Neque hic erratum suspiceris, legendumque* Gascones, *ab his enim remotior erat Agatha, adeoque & tutior.*

p Ucetia, *vulgo* Uzés, *in Gallia Narbonensi, & dissita versus ortum* 24 *leucis à metropoli Narbona, cujus Episcopus Asahel numeratur* 16.

q Magalonensis *nomen videtur deesse; cujus Episcopus postea electus infra num.* 17 *refertur. Urbs ea distabat Narbona* 15 *leucis versus Ortum ad littus marinum. Ejus Sedes est modo in urbe Mont-pessulana.*

r Nemausus *urbs antiqua Galliæ Narbonensis: in qua natum fuisse S. Honestum Presbyterum & Martyrem diximus ad hujus Vitam* 16 *Februarii. De ea iterum agemus* 20 *Maji ad Vitam S. Baudelii, ibidem martyrio coronati.*

s *Erat per errorem* 18 *dies scripta, loco diei* 15, *quæ citato anno* 885, *cyclo Solis* XXVI *litteræ Dominicali* C, *invidebat in Dominicam.* E

t *Et hic per errorem erat excusa Æra* 913, *& in MS.* Æra 924; *cum esset* 923.

u *Imo intra annum: nam* 6 *Decembris anni elapsi* 884 *decesserat: cui tum Carolus Crassus Imperator successit.*

x Odo *post mortem Caroli Crassi anno* 888, 12 *aut* 13 *Ianuarii defuncti, in Regem assumptus, anno sequenti est coronatus.*

y *De* S. Paulo *Narbonensi Episcopo infra latius agitur: ubi & nos aliqua annotamus.*

z SS. Justus & Pastor *Martyres Complutenses coluntur* 6 *Augusti.*

CAPUT IV.

Iter Romanum: Ecclesia Narbonensis restaurata. Egenis & captivis subventum. Selva Pseudo-episcopus oppugnatus.

28 ADeptus igitur Pontificalis culminis dignitatem illico Romam ire, Domnumque Papam Stephanum adire studuit, ut Pallium pariter & privilegium ab eo acciperet, quatenus ejus Apostolica auctoritate & benedictione fultus, omnium suæ diœceseos maximus & vere præcipuus haberetur Episcopus; à quo & demum universi Suffraganei ejus Episcopi, post suorum excessum decessorum mortalemve transitum, benedicerentur, imo in decus Pontificale consecrarentur, ac præterea Ecclesiastica negotia ejus dispositione atque imperio agerentur, & insuper privilegio Apostolicæ majestatis quæque erant propria & familiariter pertinentia ad suæ jus Ecclesiæ salva persisterent, omni malignantium infestatione sublata. Hic namque postquam Romam feliciter abiit, Apostolorum auxilia supplex ac devotus expetiit; ac deinde modico temporis intervallo exacto, quem prædiximus Romanum Pontificem adiit, à quo gloriose susceptus, omnia quæ ab eo petiit libentissime impetravit; unde & litteras ab eo accepit, adversus quemdam Selvam editas, qui se clam furtimque Archiepiscopum fecerat, contra fas contraque omnia Canonum instituta: hic namque Vasconiam progressus à duobus tantum, non Episcopis, sed potius Antiscopis, pro benedictione maledictionem adeptus fuerat, & inde regressus Rigobertum glorioſum Urgellensem Episcopum, quem divæ memoriæ Sigebodus decessor B. Audardi canonice ordinaverat,

Romanum adit Pontificem,

F

& litteras contra Pseudo-Episcopum Selvam accipit:

EX MS. ET CATELLO.

verat, auſu temerario, à Sede ſimul & Pontificali ejecerat expuleratque Eccleſia.

29 Poſt hæc igitur Roma egreſſus B. Audardus Narbonam proſpero repedavit itinere. Regreſſus namque, à concivibus ſuis & omni populo Narbonate honorifice ſuſceptus eſt, mutua eos dilectione oſculatus atque amplexatus; ac deinde de omnibus, quibus viſum eſt illi, colloquio cum eis benigne habito, ire in pace dimiſit: ipſe autem ad Eccleſiaſtica ſeceſſit negotia. Nempe Eccleſiæ ſuæ parietes, qui pleriſque in locis deſtructi pariter & diſcooperti erant, ſuo ſumptu reſtituere magnopere ſtuduit; quod quidem per quadriennium exercuit, & Deo favente illud pleniter ac perfecte complevit.

reſtaurat parietes eccleſiæ ſuæ;

30 Fecit autem idem beatus Pontifex Audardus eidem Eccleſiæ, ex magno & candidiſſimo marmore, aram miro ſculpturæ opere cælatam; quinque nihilominus marmoreis ſtipitibus, quibus erant baſes & epiſtylia marmorea, locis opportunis ac congruis ſultam. Hanc utique aram, cum nonnullis ſuæ Diœceſis Epiſcopis, ſicut devoto ac religioſo, ita pariter celebri ac feſtivo cultu dicavit, in Dei omnipotentis honorem, ſanctorumque illius nimiumque venerabilium Martyrum Juſti ac Paſtoris memoriam ſempiternam; unde & ipſum altare congrua ſublimitate extulit, atque ei prædictorum Martyrum ſub ſacroſanctæ conſecrationis chriſmaliſque pinguedinis litura nomina impoſuit; unde hodie uſque id ipſum altare ſanctitate atque miraculis plenum, eiſdem fungitur et vocatur nominibus. Quantæ autem ſanctitatis et virtutis ſit prædictum altare, adverſæ valetudinis et languoris ſæpe experiuntur infirmi; quoniam ſum ægri & imbeciſſes eo conveniunt, ſani prorſus atque incolumes ad propria redeunt. Ut ergo ne quis B. Audardum temere vel ſuperſtitioſe egiſſe ſuſpicetur, in unctione altaris prælibati præfatorumve nominum impoſitione, legat quidem quid Jacob Patriarcha, pergens Meſopotamiam Syriæ aut inde rediens, egerit. Nam primum proficiſcens, lapidem quem ſuppoſuerat capiti ſuo, ſuper quem & dormierat, erexit, & ſuper eum oleum fudit: rediens vero alibi altare conſtruxit, quod ſuo, id eſt Hebraico ſermone Eleloyn Iſraël, quod eſt interpretatum Fortiſſimus Deus Iſraël [appellavit]: quamvis in quibuſdam codicibus falſo ſcriptum ſit, quod invocaverit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſraël.

& altare marmoreum erigit SS. Iuſto & Paſtori,

B

Gen. 28, 18

Gen. 32, 32

31 Fecit etiam in circuitu altaris baſim marmoream, & quibuſdam præeminentibus cælaturis ornatam, atque Latinis characteribus hæc continentem.

C

cum hac inſcriptione altaris;

Hujus cum ſummo templi Theodardus honore
Eximius præſul condecoravit opus:
Compoſuitq; ſolum hoc devotus, marmore claro
Erexit regias undique mirificas:
Atque ædem ſacram, fuerat quæ perdita dudum
Propter barbariæ multimodam rabiem,
Reſtaurans, quinto nonas Octobris inunxit,
Hanc aram Domino jure dicando pio:
Mercedem qui reddat ei certamine tanto,
Juſti & Paſtoris egregiis precibus.

Fecit etiam & valde mirificum ex præclariſſimo marmore editum, & ſublimi faſtigio altè porrectum ſolium, in quo & hæc ſcripta ſunt:

Hoc ſolium Domnus Theodardus marmore fecit,
Egregius Præſul: ſurgunt hinc inde peralte,
Terni politis ſaxis ex ordine gradus.

item thronum Epiſcopalem.

Idem autem glorioſiſſimus Pontifex, anno Verbi incarnati octingenteſimo nonageſimo, Epiſcopatus quoque ſui quinto, prædictum opus explevit, anno tertio Regis Odonis, Indictione octava.

32 Expleto autem tanti decoris, laborioſiſſimo quidem, ſed pulcherrimo opere, quod vix quinque per annos explevit; non tamen diabolicæ infeſtationis ſedula vexatione caruit, dum non parvas adverſantium ſibi hoſtium inſidias, & earumdem inſidiarum diu protractas pertulit moleſtias; quas poſtmodum auxiliante Domino penitus depulit, atque verſa vice eis qui ſibi fortiter reſiſtebant fortiſſime obſiſtens, eaſdem retorſit in eoſdem: de quibus poſtmodum ſuis in locis plenius referre Domino favente optamus. Et quia nunc ſanctitatis illius ac benignitatis, itemque patientiæ & humilitatis inſtantiam, & è diverſo auſteritatis, correptionis quoque ac terribilitatis aſperitatem, contraque omnes malevolos ac perverſos imperterritam atque omnino inexpugnabilem obſiſtentiam proſequi ex toto non poſſumus, pauca ex multis, exigua ex pluribus ad memoriam reducamus. Erat enim verbo & opere adeo ſanctus, quatenus ultra reliquorum hominum ceteros à cunctis decerneretur, corde & opere nitidus ac puriſſimus.

D

variis moleſtiis vexatur;

virtutibus munitus:

33 Plane cujus bonitatis ac benignitatis, pietatis quoque & miſerationis fuerit, quamdiu ſuperſtes fuit in ſeculo, poſt ſui Epiſcopatus culmen adeptum, catervæ languentium ac famelicorum, viduarum quoque & orphanorum jugis probabat quotidiana neceſſitas, in apparatu ciborum & tegmine veſtium: quoniam omnibus ſuæ civitatis hominibus neceſſitatem patientibus viſcera miſericordiarum ejus vireſque ſemper patebant. Siquis autem perverſus vel inſolens aut tergiverſator viduarum aut pupillorum res auferre, ſurripere, aut qualibet calliditate uſurpare præſumebat; Judex vindexque illico ſeverus & omnino infeſtus inde efficiebatur, cupiens indeſinenter illud Dominicum per Pſalmiſtam olim cantatum implere ſemper præceptum, Judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem juſtificate: eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Quamvis enim omnibus, bonis & malis, juſtis pariter & injuſtis, fidelibus quoque & infidelibus, propriæ viſcera miſericordiæ non negaret; ſed cunctis, prout illi poſſibile erat ex facultatibus ſuis multa beneficia clam publiceque quotidie indigentibus erogaret, (quoniam lumen ſplendidum in tenebris latere nequibat, juxta illud, Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub medio ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant; & iterum; Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt) tamen adhuc ſemper erat intentus, ut occulte atque latenter eleëmoſynarum ſtipendia, prout facultas id agendi ei tradebatur, egenis porrigeret, ut impleret illud Euangelicum. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.

miſericors erga egenos & afflictos

E

eorumque protector.

Pſal. 81, 3

Matth. 5, 15

F

Matth. 6, 1

34 Cum ergo his & talibus diu multumque coram Deo & hominibus polleret; ad comprobandam illius miſerationum ac miſericordiarum inflexibilem rectitudinem, accidit mole peccaminum, ut Saracenorum infeſtatione littus marinum, quod adjacet Tyrrheno mari, penes Narbonenſe territorium graviter infeſtaretur, & habitatores ejus eorum inſidiis ac violentia caperentur; cum alii atque alii gladiis confoderentur, alii vero capti ligatis poſt tergum manibus in Hiſpaniam mitterentur; licet quidam eorum à propinquis ſuis, & quibuſdam aliis miſericordia motis hominibus ſæpe redimerentur. Hac itaque tempeſtate ſanctus & rectus vir Audardus, in quantum ad humanam ſpectat proprie ac ſpecialiter fragilitatem, totum poſſibilitatis ſuæ hujus rei gratia aperuit protulitque theſaurum. Neque enim quidquam ſibi ex propriis retinuit facultatibus, quin captivorum in redemptionem eſuriemque pauperum miſericorditer cuncta expenderet, ut captivos à Paganorum

Redimendis à Saracenorum ſervitute fidelibus,

famelicisque alendis,

A ganorum nexibus ſolveret, egenos vero à mortis eſurie liberaret.

35 Interea vero dum hæc agerentur, & infeſtatio Paganorum magis magiſq; quotidie graſſaretur, cum & triennis prętetea fames totam opprimeret prędictã regionẽ;quid ageret ſanctus Pontifex Audardus;quid egregius Paſtor credito ſibi gregi utilitatis vel commodi impertiret,neſciebat. Tandem miſerante Domino, divinitus inſpiratum hoc eſt adeptus conſilium, ut pro ſalute ac redemptione Chriſtianorum facultates Eccleſiæ ſuæ venderet, tantum ut corpus Chriſti,quod eſt Eccleſia,pretioſo illius ſanguine redempta, à periculo mortis eriperet;atque ita Chriſto eos, Deo ac Domino, cujus, Apoſtolo teſte, erant corpus & membra de membris, fideliter conſervaret: quod utique ſolicite agere ſtuduit, unde multos eorum à diverſæ atrocitatis & mortis periculis liberavit. Nihil quoque ex domeſticis rebus Eccleſiæ ſuæ dimiſit quo non pro ſalute fidelium omnia fideliter expenderet, quo ſic ea in cæleſtes theſauros, acſi B. Sixtus ejuſque glorioſus Archilevita Laurentius, manibus pauperum aſportata tranſmitteret; ut ibi plenius ac tutius conſervata, in reſurrectione juſtorum, inveniret ſibi ea divinitus, pro magno æternæ retributionis munere, reddita, non ſimpla, duplave tantum aut tripla, ſed etiam centuplicata. Crucem autem,ad inſtar humanæ ſtaturæ protractam, auro argentoque adopertam, in quà particula Crucis Domini condita erat; duas vero capſas auro argentoque nihilominus obductas, ac quibuſdam celaturis depictas, & reliquiis Sanctorum interius plenas, quas noſtra ætas ſub pueritiæ ſuæ annis poſita vidit; & quædam alia ſcriniola,vaſculaque diverſæ quantitatis & qualitatis, quibus ſacroſancta pignora tegebantur, introrſus repoſita vendere noluit, ſed illæſa ac penitus inviolata theſauris Eccleſiæ ſuæ inſeruit.

ſuos & eccleſiæ theſauros impendit

1 Cor. 12,27

ſolas ipſanothecas reſervans.

B

36 Cum igitur inter preſſuras & proprii animi anguſtias,& fluctuantis hujus ſeculi procellas ac tempeſtates, quaſi marinis æſtibus huc illucque agitaretur,non valens portum ullatenus adire quietis,& adhuc veluti natans nequaquam pateretur mergi, ſperans ſe Chriſto juvante quandoque littus ad tranquillum venire; adhuc ei humani generis inimicus paravit exitiale diſpendium, quo belluali ingluvie abſorptum in ſuæ malitiæ ventrem dirigeret penitus conſumendum. Ille autem, acſi Jonas naufragus,de medio ventris ejus qui ſe quodammodo voraverat, Dominum ſedulo invocans,evomi tandem meruit; & non ſolum ſuæ ſed & aliorum remedia perpetuæ ſalutis promeruit. Itaque Domino juvante,eas quas numquam ſe evadere poſſe credebat, divino adjutus auxilio, malorum innumeras pleniter evaſit miſerias; & non tantum ſuo gregi ſubvenit,verum etiam, uti verus opilio, exteras à lue perpetuæ mortis eripuit frequentiſſime oves. Nam dum fames atroxque prædicta Paganorum incurſio Narbonenſem, ut prætulimus, opprimebat valde provinciam; Selva quidam, Clericus Hiſpanus longe ſuperius prænotatus, qui ſe Archiepiſcopum, ut dictum eſt, fecerat, ejecto de Epiſcopatu ejus ſancto & reverendiſſimo viro,litteris à primævo & moribus bene inſtituto Ingoberto,quem divæ memorię Sigebodus canonice ordinaverat; ad hoc præſumptionis provectus eſt, ut temerario auſu ſupra ordinatum à B. Theodardo in Gerundenſi Eccleſia opere ſimul & nomine Servum-Dei,alium præſumeret ordinare, contrà fas contraque omnium ſcita majorum, inſanæ mentis Epiſcopum,nomine Ermemirum: qua de re prędictus Servus-Dei B. Audardi ſupplex ac devotus expetiit quantocius præſidium.

C

Poſt alias difficultates ſuperatas

Selvam & complices in Pſeudo-epiſcopi Gerundenſis ordinatione

37 Ille vero ſuæ legationis litteris continuo ſatisagendo,non ſolum Ermemirum, verum etiam ordinatores ejus Selvã, & Frodonium *a* Barcinonenſem, atque Godmarum *b* Auſonenſem, vocavit,& tempus eis & locum quo pariter convenirent ſtatuit; quatenus eos à tam gravi præſumptione ſubmotos, ſinui matris Eccleſiæ redderet fovendos iterum & alendos. Illi autem contempta vocantis ſe, imo conteſtantis admonitione, non ſolum non venire, ſed etiam quæ ſibi fuerant ab Archiepiſcopo imperata audire noluerunt: eos autem qui ad ſe hujus rei gratia miſſi fuerant, cum non exiguo à ſe expulſos dedecore, ad eum qui ſibi eos miſerat celeriter remiſerunt. Quocirca motus vehementer contra eos B. Audardus, miſit ad univerſos ſuæ diœceſis Epiſcopos, ut omnes abſque ulla retardationis dilatione, tempore à ſe ſtatuto, quintodecimo videlicet Calendarum Decembrium convenientes,adeſſent patiter in villa quę Portus dicitur, quæque ſita eſt inter medios Magalonenſium Nemauſenſiumque fines, diſceptaturi inibi atque diſpoſituri ſuper hujuſce tam infandæ rei negotio: ipſe autem cum paucis Provinciam concitus adiit, Archiepiſcoporum quoque & Epiſcoporum inibi degentium expetiturus auxilia ſupplex.

EX MS. ET CATELLO.

a b ad cauſam dicendam citat,

38 At illi, haud dubium quin *c* Roſtagnus Arelatenſis,& *d* Matfredus Aquenſis, atque etiam Ermaldus *e* Ebredunenſis, & cum eis Paulus *f* Aptenſis, *g* Berengarius quoque Maſſilienſis, & alii quidam Provinciales Epiſcopi,tempore ſibi illato prædictam prompto animo convenerunt in villam. Affuit etiam & vir venerabilis vitæ Audardus,habens ſecum Epiſcopos *h* Girbertum Nemauſenſem, Guilerannum Carcaſſonenſem, Elegium *i* Albienſem, Amelium Uzeticenſem, Abbonem Magalonenſem, Boſonem Agathenſem, Agilbertum Bitterrenſem, Riculfum Elnenſem, Godmarum Auſonenſem, Ingobertum Urgellenſem, Servum Dei Gerundenſem, Bernardum Toloſanum, & Macarium Luttovenſem. Horum omnium duo, Ingobertus & Servus-Dei,proclamationum ſuarum litteras attulerunt, atque obtulerunt ceteris Epiſcopis; & inſuper vivæ vocis colloquio ſuas ſibi injuſte irrogatas ab acephalis Antiſcopis, in conſpectu qui aderant omnium, expoſuerunt injurias. Conventus de hoc prædictus Godmarus, maxime autem quod Ermemirum ordinare cum præfato Selva & Frodonio præſumpſerat, cauſas illico ſuæ præſumptionis ac temeritatis, coram omnibus qui aderant, retulit, & quomodo à Comite *k* Sinuario compulſus id egerit. *l* Quocirca nudis pedibus ſoloque proſtratus, luctuoſis atque ſingultuoſis vocibus ſe peccaſſe,ſeque graviter erraſſe confeſſus eſt; unde & veniam vix ita promeruit, ut nullum deinceps cum ſupra memoratis Antiſcopis, nec ipſe nec quiſpiam ex domeſticis ejus,haberet conſortium; neque quodvis eis præſtaret obſequium vel famulatum, donec ſatisfacerent ſuper perpetrato ſcelere.

i in Suffraganeorum Synodo

h i

k l inter quos Godmarum Auſonenſem pœnitentem ſuſcipit.

F

ANNOTATA.

a Frodoinus *Epiſcopus Barcinon. anno* 878 *S. Eulaliæ V. M. corpus extulit & Concilio Tricaſſino interfuit, obiit autem circa an.* 890: *nam ex Diago colligitur quod ſucceſſor ejus Bernardus præſideret cum in Monteferrato monaſterium conderetur circa annum* 894.

b Auſa, *urbs Cataloniæ exciſa, Sede Epiſcopali Vicum tranſlata.* Godmarus *ejus Epiſcopus, aliis* Gundemarus, *cui Odo Rex urbem dono dediſſe anno* 888 *dicitur, apud Tamajum Salazar refertur ad diem* 30 *Auguſti.*

c Reſtagnus *præfuit Eccleſiæ Arelatenſi ab anno* 871 *uſque ad* 913.

d Matfredus *cenſetur* 13 *Aquenſis Archiepiſcopus, ex hac Vita ſolum notus,cum* Ermaldo Ebredunenſi.

e Ebredunum, *urbs Archiepiſcopalis intra Alpes maritimas,de qua egimus* 20 *Aprilis, ad Vitam S. Marcellini primi Epiſcopi.*

f Apta

EX MS. ET CATELLO.

f Apta Julia, *urbs antiqua Provinciæ, ſub Aquenſi Metropoli.*

g Berengario *inſtante reſtituit Carolomannus Rex anno* 884 *villam Ciliani, cujus diploma extat apud Sanmarthanos.*

h Girbertus, *aliis* Gilbertus, *videtur à Ioanne Papa* 8 *depoſitus an.*879, *& poſtea reſtitutus vixit adhuc an.*890.

i Albia *ſive* Albiga *urbs Aquitaniæ primæ, de qua egimus 26 Ianuarii, ad Vitam S.Theodefridi Epiſcopi.*

k *Hactenus hoc capite relata, à Sirmondo in Conciliis Galliarum ad annum* 886 *edita ſunt, ſed ſub finem contracta.*

l Sinuarius, *apud Catellum ſemel iterumque* Suarius, *non videtur hic alius poſſe concipi, quam quem Catellani apud Diagum* Suñer *vocant, Vrgelitanum Comitem. Sed hic necdum natus erat: ſi quidem fuit ex quatuor filiis Guifredi* I *ultimus natu, adeoque genitus poſt Mironem, qui anno* 894 *veniſſe in lucem ex Diago colligitur. Ante hunc autem, qui ab aliis primus Vrgelitanus Comes fuiſſe æſtimatur, ſunt quidem qui ponant Comitem* Ermengaudum: *ſed alterius* Suarii *vel* Sinuarii *nulla habetur mentio.*

CAPUT V.

Synodi provincialis Acta apocrypha.

B 39 POſt hoc igitur idem qui ceteros accerſierat, glorioſus Archiantiſtes Audardus ſurrexit; & cauſas præſumptionis nefandorum Antiſcoporum cunctis qui aderant per ordinem recitavit: *a* quomodo prædictus Selva, vocatus ut ſatisfaceret ſuper quibus impetebatur, ante Regis Odonis præſentiam venire noluerit, quando apud Trecas poſito memorato lege, prædictus Comes Sinuarius, à Pontifice Romano & aliis quinquaginta duobus Epiſcopis, excommunicatus eſt, eo quod *b* Igmari Laudunenſis Epiſcopi oculos eruerit: & quia tunc prædictus Archipræſul ſupramemorati Papæ & omnium qui aderant Epiſcoporum excommunicatione ſæpe dictum *c* Selvam & Ermemirum anathematizari decrevit; ſed precibus Epiſcoporũ devictus tamdiu illud agere diſtulit, quoad uſque videret, ſi denuo vocatus ſatisfacere vellet eidem Archipontifici Theodardo. His namque ab Epiſcopo peroratis, ſubjunxit idem, quia poſtquam à Rege regreſſus venit Narbonam, habens ſecum litteras à prædicto Papa Romano fieri juſſas, & ejus ſubſcriptione & ceterorum qui aderant, duorum videlicet & quinquaginta Epiſcoporum, manibus propriis firmatas, eidem Selvæ miſerit: ſed ille elatione ſublatus pro nihilo habuit & deſpexit, in

C qua legatione continebantur hæc.

40 Stephanus *d* ſervus ſervorum Dei, Selvæ & Ermemiro & Frodonio Barcinonenſi. Noveris, inquam, noveris Selva frater (ſi dici fas eſt fraterno te debere vocari vocabulo) quod ex præcepto glorioſiſſimi & Catholici *e* Imperatoris Odonis nuper venerim *f* Trecas, conſilium inibi de multis ac diverſis celebraturus negotiis, cum reliquis Coëpiſcopis & Conſacerdotibus Pontificalibus inſulis inſignitis quinquaginta duobus, qui eidem nobiſcum interfuerunt Concilio. Nam cum de quibuſdam Eccleſiaſticis cauſis à nobis ſolicite tractaretur, riteque qualiter ſe habere deberent diſponeretur, inter cetera quæ à nobis juſto decernebantur atque ſtatuebantur judicio, ventum eſt ad tuæ inſolentiſſimæ nimiſque præſumptuoſæ arrogantiæ indecentiſſimum dedecus, quo inflato elationis tuæ ſtomacho rebellare imo reſiſtere præſumpſiſti Dei omnipotentis perpetuæ diſpoſitioni, volens ipſius ſanctorumque Apoſtolorum ejus inſtituta, ſpecialiter vero B. Petri Apoſtoli, convellere ac penitus evacuare. Denique ut ejuſdem rei cauſam tibi exponam diligenter, ipſi olim à Domino Jeſu Chriſto univerſalis Eccleſia, non ſolum generaliter ut ceteris, ſed etiam ſpecialiter præ omnibus Coapoſtolis ejus, commiſſa & illius fidei credita D Matt 16,18 eſt, ſicut habes ſcriptum, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & iterum cum interrogaretur ab eo poſt reſurrectionem ejus, an eum amaret, tertio conteſtatus eſt ab eodem Domino ut paſceret oves ejus: qua auctoritate idem fultus & ſucceſſores illius poſt eum ſemper Eccleſiaſtica negotia diſponunt atque determinant.

41 Tu autem adhuc perſeverans in malitia tua, plenus inſania, non ut ſapiens, ſed deſipientis more, exiſtimans Dei æternam conſtitutionem, qui, ut ſcriptum eſt, mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, atque etiam priſcorum decreta convellere Patrum, dum Tarraconenſis Eccleſiæ Archipræſulatum in tuum jus Eccleſiæque tuæ ſurripere moliris, qui divina diſpoſitione in Narbonenſis Eccleſiæ tranſiit ditionem; non ſurreptione vel violentia qualibet, ſed voluntate & electione, abſque contradictione omnium ejuſdem terræ indigenarum, tam nobilium quam ignobilium, præcipue quoque Epiſcoporum ac Comitum, atque etiam Regum Francorum, ad quos celſitudo Principatus ejuſdem terræ ſpecialiter pertinet. Adeo enim & hac conditione jus Eccleſiæ Tarraconenſis in obſequium ditionis Narbonenſis Eccleſiæ tranſiit, ut numquam à ſubjectione illius ullo pacto ullave ratione recedere E queat, etiam ſi Tarraconenſis provinciæ Metropolis atque Eccleſia in priſtinum reformetur ſtatum, eo quod Narbonenſis Eccleſia tutoris loco ſemper fuerit Eccleſiis prædictæ diœceſeos, quæ vaſtationem Paganorum vix evadere potuerunt.

42 Porro ſi jam dicta Metropolis adhuc in antiquum redeat ſtatum, & cunctæ ejuſdem diœceſis eccleſiæ, quæ prius illi paruerant, revertantur in mancipatum obſequelæ illius, juxta Catholicorum Patrum determinationem; ipſa tamen Metropolis ſecundum Romanæ Eccleſiæ Pontificum inſtituta, atque Apoſtolica privilegia, in hoc ſemper Narbonenſis Eccleſiæ ditioni ac perpetuo famulatui ſuccumbat, ut omnis qui Pontificatus illius arcem ſortitus erit electione totius ejuſdem Eccleſiæ Cleri & populi, non prius ulla ratione ordinetur vel conſecretur, donec prædictæ Narbonenſis Eccleſiæ Pontifex veniens conſecret eumdem qui electus fuerit in Archipræſulatus honorem. Quod ſi aliqua difficultate compulſus venire nequiverit, ad conſecrandum prælibatæ Metropoleos Epiſcopum; mittat vice ſua aliquem ex ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, qui diligenter eamdem rem peragat, atque in ſolio Pontificali collocare & inthronizare ſolenniter ſatagat; unde & idem qui conſecratus fuerit munus debitæ obedientiæ Narbonenſi Eccleſiæ ſemper in omnibus cedat, tantum ut à Romano Pontifice Pallium cum privilegica auctoritate ſuſcipiat: ſemper enim Tarraconenſis Pontifex, Clerus quoque ac populus omnis, ſi res ipſa effectum capiat, reminiſci debebunt, quod illarum Parochiarum Eccleſiæ, quæ de poteſtate & jure Narbonenſis ditionis, ſub qua diutina educatione nutricis more alitæ fuerant, poſtquam in maternum tranſierunt ſinum, ſi res eadem quandoque capiat illud agendi effectum, nutricatus ejuſdem gratia rependere laudifluas gratiarum actiones debet; & inſuper educationis prædictæ cauſa, acſi mater mercedem impendere ſubjectionis, atque honoris. Quia ſi redeamus ad antiquas priſcarum inſtitutionum, à Primatibus ſanctæ Eccleſiæ, haud dubium quin Petro & Paulo, cauſas, divino nutu patratas; non ſolum Tarraconenſis Metropolis, verum & Hiſpania omnis, in quantum ad jus Eccleſiaſticum ſpectat, Narbonenſi ſemper debet prælationi ſubjici, ejuſque patrociniis ac ſi materno lacte ali.

43 Nam

a *Præſumptionẽ Pſeudo Epiſcoporum exponens*

b

c

d *fingitur protuliſſe Stephani Papæ epiſtolam*

e

f *velati Trecis ſcriptam*

D Dan.2,21 *& Sylvam arguens ob temere uſurpatum Archiepiſcopi Tarracon. titulum*

declaravit Tarracon. eccleſiam Narbonenſi ſubjectam

ut ſi reſtituatur debeat ab ea Archiepiſcopum accipere,

F

eique ut reliquæ eccleſiæ Hiſpanæ ſubeſſe;

A 43 Nam ſacræ fidei documenta primum ab eadem accepit, & fidei lumine illuſtrata, acſi de mortis perpetuæ ſomno excitata, in æternæ vitæ evigilavit ſplendorem; prout hactenus in B. Petri armario diligenter ſervantur repoſita, quemadmodum & illa quæ à diſcipulo Apoſtolorum Petri & Pauli, *g* Sergio nihilominus Paulo geſta fuiſſe leguntur, quæ ut vidêris, prorſus ignoras: nam ſi ea perfecte noſſes, æſtimo quod ad tam turgidę inflationis vecordiam animatus ſuſpirare numquam auderes. Nunc quoque quia te hûc uſque latuerunt, à nobis tibi, licet brevi & compendioſo ſermone, veridico tamen, intimanda [cenſui] ut non deinceps talia agere præſumas. Ut ergo quomodo eadem res ſe habeat oſtendam evidenter, cum beatus Apoſtolus & Doctor gentium Rom. 15, 28 Paulus, Roma egreſſus, in Hiſpaniam prædicationis cauſa proficiſceretur (juxta, quod idem in Epiſtola ſua prius Romanis qui crediderant ſignificaverat) *h* aſſumptis ſecum *h* Trophimo Epheſino, necnon & prudentiſſimo Viro Sergio Paulo, quos idem antea *i* lucratus fuerat Chriſto, *i* Torquato quoque, Secundo, & Endelecio & quibuſdam aliis, cis Alpinam Galliam poſtquam devenit, Arelatem, quæ eſt Metropolis Provinciæ, quantocius adiit. Cumque in eadem B civitate aliquamdiu moraretur, prædicans & annuntians regnum Dei, & multi per ejus doctrinam converterentur ad Chriſtum; reliquit ibi, ad confirmandas eorum qui crediderant animas menteſque, Trophimum à Petro Apoſtolo prius ordinatum Epiſcopum; ipſe vero cum ceteris Narbonam uſque pergens progreſſus eſt: unde prædictum Torquatum, ſexque alios illius comites & condiſcipulos, Galiciam ad prædicandum juxta Petri Apoſtoli præceptum illico deſtinavit. Ipſe vero poſtquam multos, non ſolum ex eadem urbe, ſed etiam ex nonnullis civitatibus undique ad eam confluentibus, una cum prædicto Sergio euangelizans, ſedulo edocuit & egregie convertit ad Chriſtum; cum jam fortes in fide ac penitus immobiles quos docuerat agnoviſſet, miſit ex eis quoſdam prædicare per diverſas Galliarum regiones Dominum Jeſum Chriſtum.

ut quæ ab ea fidem primo acceperint,

per miſſos ab Apoſtolo Paulo prædicatores,

44 Poſt hæc autem profectus inde una cum Sergio Paulo, ad ulteriorem ambo uſque pervenerunt Hiſpaniam, euangelizantes per ſingulas urbes, ut prędiximus, futuram gloriam regni Dei. Peracto itaque prædicationis ſuæ non modico tempore, conteſtabantur eos qui crediderant, ut quam acceperant fidem fideliter conſervarent, & ceteris quibus nondum prædicata fuerat magnopere eam erogare ſtuderent. Igitur poſt hæc Romam deliberavit reverti C prædictus Apoſtolus, atque, in conſolationem confirmationemque credentium, ſocium eis & Coëuangeliſtam ſuum Sergium Paulum miſſurum denuo repromiſit: quibus & præcepit dicens, ut illi in omnibus ac per omnia obſequium præberent, & monitis illius libentiſſime parerent. Cumque his ac talibus per ſingulas civitates Apoſtolus Fratres qui crediderant hortaretur, commendans eos Domino & valefaciens eis, Romam redire ſolicite ſatagebat. Qui rediens cum veniſſet iterum Narbonam, diſpoſitis omnibus quæ agi oportebat, reliquit ibi collegam ſuum nihilominus Paulum, præcipiens eis, ut quos jam Domino per fidei gratiam acſi parturientes genuerant in diverſis regionibus Hiſpaniæ, lacte eos conſolationis tamdiu nutrire ſtuderet, donec cibo ſolido perfectæ credulitatis veſci indubitanter cognoſceret; unde & totam regionem illam in Apoſtolatus ejus officium Domino cooperante ipſi commiſit. Galliarum autem populos idcirco prædicandos illi credidit, quoniam ad hoc ipſum agendum B. Petrus eum miſerat, & vice ſua hujus rei gratia Epiſcopum conſecraverat, atque etiam ſæpe dictam Narbonam inſignem Metropolim Galliarum ſpecialiter ad docendos euangelizandoſque tradiderat populos.

& deinde per Sergium Paulum i Epiſcopum Narbonæ

& Galliarum Metropolitam:

EX MS. ET CATELLO.

45 Namque poſt hæc cum conſummatis omnibus, quæ communi utriuſque egregii prædicatoris intentione agenda erant, à ſe mutuo dilectionis affectu receſſiſſent; alternis exhortationibus atque amplexibus Domino commendare ſe ſtuduerunt, atque ſic ſibi valefacientes, poſt oſcula & fletus ab invicem diviſi, Apoſtolus Romam profectus eſt, Sergius Narbonæ reſedit; uterque vero officium prædicationis ſibi injunctum adeo ſtrenue exercuit, ut nullis terroribus & pœnis illud relinqueret, quoad uſque per *k* martyrium quiſque eorum ad ſe vocantem Chriſtum intrepidus accederet, ut talentum ſibi creditum quinquies duplicatum offerret, & ab eo centies multiplicatum pro perpetuæ mercedis recompenſatione perciperet. Si autem noſſe vis, quid poſt diſceſſum Apoſtoli Sergius Paulus commendato ſibi gregi, quem cum Apoſtolo Domino Chriſto acquiſierat, fecerit; notum ſit tibi & univerſis Hiſpaniarû utriuſque ſexus indigenis, quoniam tam per ſeipſum quam etiam per ſuos, quos in fide Chriſti jam nutriverat docueratque diſcipulos, omnes Hiſpaniarum regiones peragrando, earumque habitatores indefinenter docendo, adeo quoſdam eorum in Chriſtianæ fidei E culmen cultumque ſubvexit, quatenus nullius præterquam ſuæ indigerent, vel ipſi vel quidam ſucceſſorum eorum ſanæ doctrinæ. Lege igitur *l* B. Leandri, Iſidori quoque, necnon Braulionis, itemque Juliani, ac ceterorum ejuſdem Provinciæ Doctorum Catholicorum libros, & ſic forſitan me vera dicere comprobabis. Quod ſi nec ita factum ſatis tibi crediderit, geſtorum illius volumina ab ejuſdem Pauli diſcipulis *m* tribus voluminibus comprehenſa diligentiſſima curioſitate recenſe; & tunc, niſi fallor, quæ prius penitus ignorabas, patule poſtmodum recognoſces ejuſdem rei effectum.

cui Apoſtolus etiam Hiſpanias ſubjecerit,

k

l

m

46 Quod ſi nec ita conſultum tibi prębere volueris, ſed ſemper obſtinatione perverſa Romanorum Pontificum cenſuram (quorum decreto, divina auctoritate firmato, omnis Chriſti Eccleſia toto perſiſtens orbe regitur ſemper atque diſponitur) plenus inſania contemptibilem duxeris, in tantum ut ab inſana injuria, quam impudenti facie & immoderata rapacitate prædicto Archipræſuli Audardo irrogas, recedere nullatenus patiaris; notum ſit tibi & univerſis, qui aliquod ſuffragiû adjutoriumve præbent tibi ſuper his quibus à nobis juſte impeteris, quod anathematis vinculis jugiter colligati eritis, atque inſolubiliter innodati. Quocirca ne injuriam tibi facere videamur, conſtituimus, ego & qui mecum ſunt quinquaginta duo Epiſcopi, terminum tibi ſatisfaciendi ei cui injuriam facis jugiter Narbonenſis Eccleſię Pontifici, uſque in feſtivitatem S. Michaëlis Archangeli. Quod ſi uſque ad prædictam proximamq; memorati Archangeli ſolennitatem non ei ſatisfeceris, ita ut in ejus jus proprium Eccleſiæque ipſius, totum quod abſtuliſti ab ejuſdem Pontificis jure ac ditione, integerrime & ſine qualibet reſervatione vel redhibitione reſtituas; Dei omnipotentis auctoritate, ſanctorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non cunctorum Romanæ Eccleſię Pontificum, mea quoque & omnium qui huic Trecaſſinæ Synodo interſunt Epiſcoporum, excommunicando excommunicamus, & maledicendo maledicimus, ac perpetuo anathematis vinculo inſolubiliter, & te, & maledictum tuum Ermemirum, & Frodonium perjurum & Apoſtatam Antiſcopum, & omnes qui tibi quodlibet adjutorium contra tam injuſtam præſumptionem præbent [innodamus]; ut à ſtatuto vel præfinito à nobis tempore, ab omni cœtu Chriſtiano ſemper extorres habeamini atque exortes.

ideoque Papa commovetur Selva & ſociis anathema

F

niſi intra certum tempus ſatisfecerint.

EX MS. ET CATELLO.

47 Lecto autem usque ad finem lectionis prædictæ excerpto, dixit idem Episcopus ceteris qui aderant Pontificibus: En beatissimi divini numinis Sacerdotes, & legis ejus rectissimi Judices atque censores, qui non solum secularia ac penitus transeuntia, verum etiam illa quæ humanum excedunt judicium, Angelos videlicet juxta Apostoli testimonium, qui

His lectis, sententiam rogati Episcopi

1 Cor. 4, 6 perpetuę fruentes vitę subsidio proprię prorsus ignorant decessum substantiæ, vestro judiciali examine judicabitis; quid super his agendum sit decernite, &

n cetera vestri veri certaminis deliberatione statuite. *n* Ad hæc qui aderant universi respondisse feruntur Episcopi: Postquam Vir glorioſus sanctæque vitæ & conversationis, cujus mentio facta est, Romanæ Ecclesiæ Pontifex Stephanus, cujus decretalis sanctio nostris modo recitata est auribus, libera institutione censuit, una cum reliquis Coëpiscopis suis qui prædicto interfuere Concilio, quid super his agendum sit, non nostri arbitrii est; ipse enim perpetui anathematis condemnatione præfatum Selvam ab universo Christianæ plebis consortio sequestravit. Quocirca ipso eodemque anathemate, quo à prælibato Romanę Ecclesiæ Pontifice ceteriſque præfatis complicibus ejus Episcopis multatus est, confodiatur ipse & Antiscopi illius à vobis, & universi qui contra hoc tam

confirmant anathema in rebelles:

B præsumptuosum scelus ullum præbuerint ei suffragium, vel quodlibet supplementum: cui quoque, pari & communi omnium condicto, paruit ejusdem rei eventus: nam tanto excommunicationis ac pessimæ detestationis condemnarunt eos anathemate, ut nulla eis spes veniæ aut propitiationis ab ullo Pontificum, aut quævis adhiberi medicina possit curationis, si non usque ad proximę tunc futurę Quadragesimę tempus satisfacerent prędicto Archipręsuli, Ecclesięque illius Metropolitanæ in relinquendo, imo à se rejiciendo omne jus, pertinens ad sanctæ Matris Narbonensis Ecclesiæ ditionem & prædicti Archipræsulatus dignitatem, penes judicium ac decretum cujus sæpe mentio facta est Archiantistitis.

48 Cumque ad hoc jam res instaret ut prædictum Sinuarium Comitem speciali excommunicatione percellerent, noluit idem venerabilis Archipræsul prædictus Audardus; sed sua ceterorumque qui aderant Pontificum legatione, nota fecerunt omnia quę ab eis in eodem gesta erant Concilio, & quomodo noluerunt eum nexibus anathematis innodare; unde & oportebat eum Deo credere non diabolo; sapientiæ vero præbere consensum, non socordiæ; subreptiones quoque malorum iniquas molestę deprimere, & justa bonorum consilia libenter attollere: quocirca, utpote vir sapiens & honestus, ne omnipotenti

ac Sinuarium comitem admonuit

C Deo resistere videretur, & antiqua priorum statuta seniorum convellere, falsidicorum penitus universa respueret commenta, & fidelium semper admitteret asserta veridica: quodque ut scriptum est, Obedire oportet Deo magis quam hominibus, tribueret omnipotenti gloriam Deo, & debitum Narbonensi Ecclesiæ honorem non minueret; sed sponte non invitus, humilis non elatus, illum ei restitueret; ne ante omnipotentis Dei conspectum rationem reddere justus, acsi sacrilegus à facie illius expelleretur, perpetuas gehennæ flammas atrociter luiturus. His quo-

& emendatum cum suis,

que ac talibus ab Episcopis prædicto Comiti legatione transmissis, Episcopo Godmaro latore ejusdem descriptionis, bono animo tulit, & ejusdem regionis indigenæ universi: unde & reciprocatis litteris jam dictus Sinuarius & nobiliores prædictæ regionis Principes multoties dictum accersierunt Archiepiscopum, ad commune utriusque partis colloquium.

49 Quid multa? Assensit Episcopus, ac cum quibusdam Coëpiscopis suis aliisque comitibus Narbona egressus, memoratum concito gradu adiit Comitem. Qui postquam venit ad eum, honorifice D susceptus ab eo, gratias egit illi, quod nullo pacto nullaque ratione excommunicari se siverit. Post hoc autem tam Archipręsul Audardus quam Comes, Urgellensem venientes ad Urbem, S. Mariæ ecclesiam orationis gratia intraverunt, nobilium cum cœtu non pauco. In crastino autem aggregata multitudine Episcoporum, ac præterea Clericorum, laicorumque nobilium & ignobilium diversi ordinis & ętatis, paratæ sunt sellæ singulis qui convenerant Episcopis; & allatis Canonum voluminibus, inventum est ex sanctorum Patrum decretis, ut qui se extra Metropolitani sui consensum ordinari præsumit & consecra-

fuscipit Archiepiscopus Theodardus.

Selvam & Ermemirum gradu movet,

ri, ab omni Ordine deponatur. Unde factum est ut judicio qui aderant Episcoporum, tam prædictus Selva, quam qui ordinatus est ab eo Ermemirus, truncatis in conspectu omnium ac penitus scissis Episcopalibus indumentis, baculisque eorum super eorum capita confractis, necnon annulis singulorum ab eorum digitis dedecore cum magno evulsis, ab omni ordine Clericatus dejecti sunt penitusque depositi. Frodonium autem Barcinonensem Episcopum idcirco non deposuerunt, quoniam nudus & discalceatus ac genu flexo ante pedes Archiepiscopi corruit, indulgentiam sibi ab eo postulans dari, petentibus idipsum qui aderant cunctis: unde & quam postulabat E veniam, licet sero, promeruit. Quibus rite peractis, facta conscriptione de omnibus his, rediit Narbonam gloriosus Archiantistes Audardus, gratias agens Deo pro omnibus quæ sibi prospere cesserant Ecclesiasticis causis.

Frodonium pœnitentem admittit,

50 Post hæc autem gaudens & exultans, ut venit Narbonam, concite prospereque cum omni apparatu lætitiæ ac cereorum luminibus, hymnis quoque & dulcisonis cantibus à Clero & Populo gloriose susceptus, sanctorum Christi Martyrum, Justi videlicet & Pastoris, introivit ecclesiam; atque post orationem gratiarumque Dei multimodam actionem, quid & qualiter actum esset de prædictis ejusdem ecclesiæ negotiis, omnibus qui convenerant per ordinem retulit. Porro conscriptionem quæ de eadem re facta fuerat, in sacrario ejusdem ecclesiæ reservandam posteris tuto reposuerunt in loco.

& Narbonam revertitur.

ANNOTATA.

a *Sequentia videntur apocrypha, & ideo à Sirmondo tacite omissa, nec inter se cohærent. Trecensis seu Tricassina Synodus celebrata est anno* 878, *præsente Ioanne Papa* VIII *& Ludovico Balbo Rege Francorum; quod hic auctor perperam transfert ad suam controversiam & posteriora tempora.*

b *Hic est* Hincmarus Junior *Episc. Laudunensis, cujus reclamatio & proclamatio habetur in dicta Synodo cap.* 9. F

c *Perperam hæc conjunguntur, quia non nisi post* 7 *annos fuit* Theodardus *Archiepiscopus creatus.*

d *Et* Stephanus *septem annis post dictam Synodum creatus Papa. Hoc porro* privilegium, *si tamen sincerum, inquit Philippus Labbe, tomo* 1 *Novæ bibliothecæ ipse inseruit.*

e *Neque* Odo *fuit Imperator, decem annis post dictam Synodum in Regem electus: neque Pontifex dixisset ex ejus* præcepto *se Trecas venisse: sed in hoc infelici commento plurimæ aliæ quoque voces sunt, Romanæ Curiæ prorsus inusitatæ, quas alteri observandas dimitto; unam phrasim noto quæ sub finem n.* 46 *Frodoinus Barcinonensis Episcopus vocatur,* perjurus & apostata Antiscopus.

f *Nusquam legitur de hujus Pontificis accessu in Gallias, aut Trecas ad aliquod Concilium.*

g *Acta* S. Pauli *Episcopi Narbonensis dedimus* 22 *Martii, & reliquimus nodum difficultatis Ecclesiæ judicio dissolvendum, num scilicet fuerit Apostolorum discipulus, & quidem Sergius* Paulus; *an vero tertio sęculo venerit. Discussimus autem ibidem hæc Acta, & censuimus ex iis nullum*

A *ſumi poſſe argumentum, ob enormia σφάλματα, quæ miſcentur.*

h S. Trophimus *colitur* 29 *Decembris, quando poterit eadem controverſia diſcuti, num is fuerit Apoſtolorum diſcipulus, ille ſcilicet qui in Actis Apoſtolorum & in ſecunda epiſtola S. Pauli ad Timotheum memoratur; an alius ab eo, qui tertio etiam ſeculo fuerit Arelatenſis Epiſcopus.*

i *Septemviri in Hiſpaniam miſſi hi fuerant:* Torquatus, Cteſiphon, Secundus, Idaletius, Cæcilius, Heſychius & Euphraſius. *Ex his* S. Cæcilius Epiſcopus Eliberitanus *colitur Kalendis Februarii, ad cujus Acta horum miſſio late eſt explanata, uti etiam ad primum diem Martii, quo colitur* S. Heſychius, *& ad primum, & ultimum diem Aprilis, quo coluntur* S. Cteſiphon Epiſcopus Vergii & S. Indaletius Epiſcopus Urcitanus. *Iterum autem res eadem tractabitur* xv *Maji, quo hi ſeptem ſimul ſunt inſcripti Martyrologio Romano, ſed abſque Trophimo & Paulo.*

k *Imo* S. Paulum *Epiſcopum Narbonenſem potius Confeſſorem obiiſſe probavimus* 22 *Martii ad ejus Vitam.*

l *Dedimus Acta* S. Leandri 13 *Martii*, S. Iſidori 4 *Aprilis*, & S. Braulionis *ſeu* Braulii 18 *Martii: at neque in horum Actis, neque etiam in ſcriptis ſimile quid legitur, nec legeretur puto in* Juliani *Toletani Archiepiſcopi ſcriptis*
B *ſi extarent omnia: nam Pſeudo-Iulianum Petri, licet etiam ipſe nil tale habeat, non allego.*

m *Ad Vitam* S. Pauli Narbonenſis *conſule quæ de his voluminibus dicimus, quorum meminit Guilielmus Hulardi in Vita hujus S. Pauli, ſcripta anno* 1364, *& forte ex hac vita, ſi hæc citius credatur exarata.*

n *Sirmondus, omiſſis hactenus hoc capite relatis, ex ſequentibus aliqua ſed valde ſtrictim edidit.*

CAPUT VI.

Triennalis febris: iter in patriam. Obitus, ſepultura.

Lectione Sacræ Scripturæ perficitur in omni genere virtutum.

51 POſt hæc igitur cum divini diſpoſitione decreti præteritorum labores malorum, quibus ſedulo beatus Archiantiſtes, cujus ſæpe mentio facta eſt, haud dubium quin de quo à nobis præſens fit ſermo, B. Audardus ad illud uſque tempus vexabatur, finem accepiſſent; & idem prædictus Pontifex ad diu à ſe optatum perveniſſet quietis portum; non tamen ab induſtria, veræ fidei ac religionis ceſſare potuit: quia divini amoris igne accenſus, diebus ac noctibus divinis operam dabat Scripturis. Credebat enim quod per earumdem Scripturarum intelligentiam ad ſummæ dilectionis Chriſti culmen aſcendere poſſet,
C ejuſque deſideratiſſima viſione ſine fine cum Sanctis omnibus benigniſſime perfrui. In hac namque inextinguibilis amoris divini incendii jugi perſeverantia, eodem beatiſſimo Pontifice Audardo diu multumque perdurante, quam creber in oratione, quamque continuus in eleëmoſynarum largitione, & quam benignus erga omnes fideles, quamque etiam miſericors ſuper miſeriis quorumlibet afflictorum extiterit, incredibile, ſi referantur per ſingula, ab his profecto judicabitur, qui non credunt omnia poſſibilia eſſe credentibus. Quocirca multa eorum quæ fecit, dum ſuperſtes hic fuit in ſeculo & vitæ hujus mortalis hauſit ſpiramen, prætermittentes, ad ea quæ circa ſui obitus limitem exercuit vertamus deſcriptionis noſtræ articulum.

triennali febri laborans

52 Denique cum ſine intermiſſione bonis operibus eſſet intentus, rectoque juſtitiæ, benignitatis quoque, ac perpetuæ miſerationis tramite incedens, & neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinans, ad cæleſtia tenderet; unde & cunctorum judicio Sanctus & vere Sanctorum cœtibus dignus decernebatur; erga tamen ſummi Spectatoris oculos nondum ad perfectionis pervenerat & juſtitiæ faſtigium, at-

que ideo divinæ miſerationis gratia ad illius rectiſſimæ ac penitus inflexibilis fidei probationem, imo actionum bonarum perfectam à Deo remunerationem, quadam febrium ægritudine triennio detentus eſt, ad ejus videlicet uſque obitus extremum diem: in quo ultimum valefaciens terreſtribus, cæleſtia penetravit ab imis, ſemper victurus ſemperque manſurus cum Chriſto. Ingraveſcente namque febrium prædictarum erga virum Dei languore, ipſe tanto amplius gratias Deo agebat, quanto magis continuæ infirmitatis moleſtia ſe vexari ſentiebat. EX MS. ET CATELLO.

nulla medicamenta admittit,

53 Longa igitur ægritudine quaſſatus, cum ſæpiſſime à medicis hortaretur, ut aliquod mendicamenti fomentum pro futuræ ſanitatis propriæque ſalutis re medio fineret ſibi adhiberi, noluit, ſed dixit: Domini voluntas fiat, cujus ſemper ſalus atque ægritudo, vita & mors famulantur deſerviuntque imperio *a*: ego naturale potius quam artificiale meæ opponam antidotum valetudini, ſi forte propitiante Deo taliter priſtinæ queam reſtitui incolumitati. Nam ubi natus, & unde huc Domino ducente profectus veni, maturius redire non abnuam, Toloſanum videlicet in territorium; ejuſque naturalibus veſcar quotidie cibis, nec non ſalutaribus utar, prout res ipſa neceſſario poſtulaverit, poculis; ejuſdemque telluris nimis
E deliciosa peragrando loca, quoddam ſalutis remedium, his quibus à primævo juventutis meæ exordio libenter ſum uſus, priſtinæ forſan ſaluti, Domino miſerante, parabo. Quibus ab Epiſcopo peroratis, accelerare ſuum ejuſdem rei gratia iter ſuis præcepit clientibus, & juxta quod ipſe prædixerat cuncta implere non diſtulit.

a

ad patrium aërem redit Toloſam.

54 Non ceſſantibus autem, ſed magis ac magis quotidie exardeſcentibus præfatarum febrium ardoribus; intellexit proculdubio vir Dei Audardus, nonniſi divinum illud fore divinæ miſerationis fomentū, ac ſuorum purgationē omnium delictorum; ut quem non eatenus ad perfectum uſque bona mundaverant opera, poſtmodum correctionis virga à Deo miſericorditer adhibita plenius emundaret. Poſtquam ergo prædictus vir Dei Theodardus manifeſte ac penitus indubitanter agnovit, vocari ſe divinitus ab hoc ſeculo; in ſuum quod quondam parentes ejus, in proprio, ut fertur, prædio ſub S. Martini, Turonenſis olim Epiſcopi, venerabili ſemper ac perpetua memoria conſtruxerant cœnobium, ſuum iter illico vertit, ut ibi proprium ab hac luce recedens redderet Domino ſpiritum. Eſt autem jam dictum monaſterium in Caturcenſi territorio, in Monte qui Aureolus nuncupatur; ad cujus montis radicem fluvius quidam de-
F currit, quem indigenæ regionis ipſius Teſconem *b* vocant. Hic ſuo decurſu confinia *c* Toloſani Caturcenſiſque ruris liquido dirimit patenter influxu, qui à prædicto monte recedens poſt modicum terræ ſpatium Tarno *d* immergitur flumini. *e*

& inde ad monaſterium S. Martini in Cadurcenſi agro.

b

c

d e

55 Cum autem Sanctus Domini ſæpedictus Epiſcopus Audardus, in ſupra memoratum monaſterium deveniſſet, & ibi nimia vi febrium gravatus decumberet, & jam jamque ſui obitus diem non longe abeſſe mente proſpiceret; vocavit ad ſe ejuſdem cœnobii Abbatem, & qui ſub ejus cura degebant reliquos omnes Sacerdotes monaſtico utentes officio: & confeſſionis ſuæ profeſſionem eorum quæ patraverat delictorum (non eſt enim homo ſuper terram qui faciat bonum & non peccet) evidenter cum luctu & gemitu magnaque cordis contritione necnon ſuſpiriis expoſuit. Poſthęc autem oblatum ſibi Corporis & Sanguinis Dominici Sacramentum devotiſſimo atq; promptiſſimo mentis affectu ſuſcepit; his talibuſque Deum ſedulo precibus exorans: Summæ clementiæ ac perpetuæ bonitatis benignitatiſque immenſæ omnipotens Deus, qui cuncta quæ fiunt, cum penitus non

peccata confeſſus,

ſacro viatico munitur,

preces ad Deum fundit,

EX MS. ET CATELLO. per genus ullum neque per ſpeciem eſſent, omnipotentiali verbi tui virtute potenter nimiſque ſapienter creaſti, & creata mirabiliter diſpoſuiſti, prout ejuſdem rei effectus, ea qua fit & conſiſtit qualitate, oſtendit & approbat: quique omnium quæ creaveras noviſſime ad tuæ imaginis atque ſimilitudinis ſpeciem (in quantum ad humanę fragilitatem ſcientiæ de eadem re ſpectat ſcire) ex limo formaſti, quidquid tui afflatus ſpiramine vivificaſti: qua vivificatione jugiter perſeverante, nulla poteſt ratione omnis humani generis ſpiritus, naturali legitimaque procreatione habitus, mori; quamquam corpus uniuſcujuſque hominis tempore divinitus ſtatuto in ſuam redigatur originem, fiatque juxta Dominicam comminationem pulvis ac civis, donec veniente Domino, in reformato ex pulvere atque ſuo ſpiritu reanimato corpore, novus homo reſurgat, rationem redditurus de his quę geſſit. Adeſto huic famulo tuo, licet tui famulatus veneratione indigno, ſed tamen de tua miſeratione ac pietate non diffiſo; & meum jam in pace ſuſcipe, clementiſſime Pater, ſpiritum. Non ergo mihi tenebrarum occurrat princeps neque ullus malorum incurſus ſpirituum, ſed neque memineris delictorum meorum, quoniam non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

B 56 Propitiare quæſo mihi, & quicquid aliter quam debui egi, tuæ pietatis gratia benigne remitte: quia juxta quod de te ſcriptum eſt, ſuavis es & mitis
Pſal. 85,5 & multę miſericordię omnibus invocantibus te. Si enim obſervaveris iniquitates Domine, delicta quis ſuſtinebit? Ergo cum jam tempus miſerendi inſtet, Deus, ne elongeris à me, ſed in auxilium meum clementer reſpice. Confundantur & deficiant qui
Chriſtum invocat quærunt animam meam ut auferant eam. Tu vero advocatus, Deus noſter pariter & homo, Domine Jeſu Chriſte, quem ſemper toto corde, tota mente, totis viribus amavi & amo ſemperque amabo, cujus deſiderio & amori nihil umquam præpoſui, qui pietate motus immenſa, de ſinu Patris adveniens, homo fieri voluiſti pro noſtrę redemptionis ſalute, ut ex utraque ſubſtantia verus & perfectus Deus unus eſſet Chriſtus; quique natus ex Virgine matre ſecundum Scripturarum prophetiam, pati, mori, ac ſepeliri, necnon reſurgere acceleraſti, ut nobis ſpem reſurgendi de morte, auctor æternæ vitæ donares: accipe me ab hoc ſeculo recedentem, & ad aliud quod nondum expertus ſum feſtine properantem, & cœtui fidelium tuorum Pontificum feliciter aggrega: & cum ad
C judicandum veneris, cum eiſdem perfecte vivifica & reſuſcita, & inter agmina eorumdem Præſulum
& pie moritur, benigniſſime colloca. His ab Epiſcopo rite peroratis, cum omnes qui aderant inſonuiſſent, Amen; idem beatus Pontifex Audardus, oculis in cælum manibuſque intentis ultimum vale faciens mundo, Domino mox in pace devotiſſimum reddidit ſpiritum. Amen.

57 Illo autem jam è terreſtri corporeoque Domicilio ad cæleſtia benigne aſſumpto, & Jeſu Chriſti Domini glorioſiſſimo nimiſque viſu delectabili atque pulcherrimo conſpectui ab Angelis decenter oblato; & ultra quam ſermo noſter explicare verbis ſententiiſque exponere ſufficit, pro bene geſtis ab eodem ſancto Pontifice quondam operibus digna recompenſatione munerum cæleſtium abunde [percepta]; *f* quid de ipſius ſancto ac venerabili corpore actum ſit, paucis referre, & quæ ſuis ſua protractione nauſeam & moleſtiam non ingerant auditoribus, Domino favente tentabo. Nam fere omnes utriuſque ſexus regionis illius homines, audita obitus illius fama, ad ſacroſanctum ejus ſoma ſepeliendum feſtino properarunt diſcurſu; non credentes ſe prius ad prædicti Pontificis pervenire poſſe cadaver, quam in præparato illi à fidelibus viris conderetur ſepulcro. Sed quia Domini diſpoſitione evenit ut non antea ſepeliretur quam innumeroſa illo confluentium turba adeſſet; tanta veræ religionis veneratione venerabile corpus illud curatum eſt, ut priuſquam in ſarcophago poneretur, toto corpore, pręter faciem ejus, involveretur purpureo ſericeoque nihilominus pallio, juxta Sedis Apoſtolicæ ſanctorum Epiſcoporum ſemper conſervanda præcepta. D *ab omnibus undique accurrentibus defletur.*

58 Curato autem ſancto cadavere atque ad ſepeliendum expoſito, omnis quæ ad illius celebrandum exequias convenerat multitudo, tam laicorum quam etiam clericorum, luctuoſis pariter atque ſingultuoſis gemitibus, hujuſcemodi voces dabat in cælum. O poſt Deum ac Dominum miſericors & pie orphanorum pater, viduarum juſtus judex & vindex, *& invocatur:* o miſerorum & pauperum adjutor, dolentium atque mœſtorum perpetuus conſolator. O malorum infeſtorumque hominum purgator atque propulſor, quis nos ab incurſu oppreſſioneque atque rapacitate vaſtantium & diripientium nos & omnia noſtra ſalvos faciet? heu! heu! quid adhuc nobis vivere? O glorioſe atque beate Pontificum Pontifex Audarde, exequias cujus hodie proſequimur dolentes ſimul atque lugentes. Inter has ergo & hujuſmodi luctuoſas populi ejuſdem ſermocinationes, Epiſcoporum quoque necnon reliquorum omnium qui aderant Sacerdotum deprecationes, lacrymoſaſque ad Dominum pro eo poſtulationes atque abſolutiones, & creberrimas tumulo ejus benedictiones; ſanctum illud cadaver novo atque lapideo confeſtim traditur ſepulcro, ſito juxta S. Martini altare ad Orientalem partem, intra ejuſdem eccleſiæ ambitum. Sed longa poſt tempora eodem cum tumulo inde levatum alibique in eccleſia eadem tranſpoſitum & honorificentius quam prius humatum eſt: ubi hactenus requieſcit, reſurrectionis ſuæ promiſſum à Domino expectans effectum. Regnante pariter & regente univerſa quæ ſunt, fuerunt, eruntque ac jugiter diſponente Domino Jeſu Chriſto, cum Patre & Spiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. E *ſepelitur juxta altare S. Martini.* *tranſfertur ad honorificentiorem*

ANNOTATA. F

a *In MS. inferebatur longa relatio de felici & infelici æternitate, ſed non magni momenti, & ideo forſan apud Catellum omiſſa; quam non judicamus operæ pretium reſtituere, potiſſimum cum in Appendice Novæ Bibliothecæ MS. Labbeanæ legi poſſit.*

b *Papirius Maſſonus lib. de fluminibus Galliæ* Teſcunum *vocat* exiguum amnem.

c *Ea nempe, quibus trans* Averionem *excurrit diœceſis Caturcenſis.*

d *Et ipſe* Tarnus *haud multo poſt ad Moiſſiacum Garumnam ingreditur.*

e *Hic deſinit Vita apud Catellum, reliqua ex MS. dantur, & reperiuntur in Appendice Labbeana.*

f *Abundabant hic quæ expunxi verba*: His namque ita ſe agentibus, & beatiſſimi Pontificis ſpiritu, & multo plenius atque perfectius quam dici & cogitari à mortalibus poſſit. *Imo ſimilia plura interſeruntur in Appendice Labbeana.*

DE S. PEREGRINO CONFESSORE

IN NVCERINA VMBRIÆ DIOECESI.

D. P.

SEC. XII.

Ex nominis propri ignorantia sic appellati,

PRæter complures *Sanctos, quos Christiana parentum religio* Peregrini *nomine insignivit, ut ipso ejus usu admonerentur, se peregrinos super terram debere ad patriam cælestem tendere; nonnulli etiam inveniuntur, quibus ad veneranda Sanctorum loca peregrinantibus cum inter labores itinerum mors obtigisset, & hanc secuta miracula notam hominibus fecissent eorum Sanctitatem, non item proprium cujusque nomen; placuit piis fidelibus, ut appellativo vocabulo tamquam proprio dicerentur* Sancti Peregrini. *Talis videtur fuisse, quem è Græcia Romam advectum, indeque in Siciliam, Calatabillotta oppidum Patronum colit* xxx *Ianuarii, sicut ibidem diximus. Talis fortasse fuit etiam alius* S. Peregrinus, *quem Placentini in Italia venerantur* x *Februarii. Talem omnino fuisse constat Sanctum è Scotia advenam, qui inter Lucam Modenamque cælestes honores commeritus* I *Augusti*, Alpi S. Peregrini *nomen fecit. Plures similes colligere nihil attinet, cum de eo qui sese offert hodie* Castelli S. Peregrini *Patrono*, in Nucerina Umbrię diœcesi, *certissimo teneri videatur, isto eum coli nomine propter appellationis propriæ ignorantiam.*

B

Vitã damus ex Iacobillo,

2 *Vitam ejus, seu potius mortis cultusque memoriam, Ludovicus Iacobillus proponit in Vitis Sanctorum ac Beatorum Vmbriæ tomo* I, *citans in Margine* Lectionarium antiquum MS. in conventu S. Francisci Gualdi pag. 79. *Hoc indicio monitus operam dedi, per nostros in Collegio Perusino Patres, ut ex oppido Gualdo peterentur ea quæ* S. Peregrinum *spectant. Illis vero multum ac sæpe appellantibus illius conventus Guardianum, post longam procrastinationem missa sunt, non quæ expectabantur Lectionarii antiqui verba Latina; sed transcripta, quæ jam legebamus apud Iacobillum impressa; nullo addito verbo unde sciremus, an ipsum, quod dixi, Legendarium, quodque à Iacobillo in aliis passim Sanctorum Vitis citatur & magno nobis sæpe usui esse posset, adhuc supersit. Non vacat interim sistere causa tantilla prælum, quare quod possumus damus hic ex prædicto Iacobillo, insuper allegante* Picturas antiquas & novas in castro S. Peregrini, tabellam in ecclesia S. Peregrini, Durantis Dorii Historiam Nucerinam MS. Celsum Placidum in Vitis Sanctorum Ecclesiæ Nucerinæ, *aliaque nonnulla monumenta, quorum originaria verba si adhuc nanciscamur, in Appendice vel Supplemento dabimus : Iacobilli Synopsis hæc est.*

alia monumenta allegans:

C

A partibus Transalpinis Romam veniens.

3 Imperante Henrico, hujus nominis secundo, fidelissimus quidam Christianis, Peregrinus cognominatus, ex partibus Transalpinis desiderio multa patiendi pro Christi amore & sacra loca visitãdi ductus, Divineque obsequens inspirationi Romam venit: atque reipsa foret quod nomine exprimebat, totus veste atque habitu corporis peregrinus, tam longum ac laboriosum iter pedibus peragebat nudis; intendebatque in exemplum Patriarchæ Abraham, patria & cognatione relicta in terram quam monstrasset Deus abeuntis. Postquam autem Basilicam S. Petri aliasque urbis ecclesias & Sanctorum corpora devote visitasset, iter suum cœpit relegere, seminudus ac mendicato victitans, magna cum humilitate & modestia. Cum autem perveniſſet in convallem, ubi civitas Tadini quondam sita fuit, inter Nuceriam atque Eugubium, visitavit corpus S. Facundi, quondam Tadinensis Episcopi, ejusque Archidiaconi S. Juventini.

indeque revertens,

4 Deinde in partem Contranensem, ad radices collium montis Camera se transtulit, ubi burgum quoddam, Contro dictum, ex pluribus casis sic coaluerat, ut per unicam portam ad ipsas daretur ingressus. Hæc fero vespere claudenda erat, inquilinis omnibus domi receptis, præter unicum, Ono dictum, qui foris remanserat; quando illuc advenit Sanctus, tempestate ventosa & pluviam minante, rogans hominem, ut se pro Dei & Sanctorum amore pateretur in ipsius domo vel stabulo noctem & nocturni aëris declinare incommoda. Non movit ferum hominem miseranda species pannosi atque famelici & præ lassitudine deficientis Peregrini: sed verbis asperis contumeliosisque repellens supplicem, portam post se clausit, illo foris relicto. Repulsam patienter tulit Sanctus, seque ante portam collocavit, oratione præmissa; veluti intelligeret, eam sibi noctem fore postremam. Cumque humi stratus obdormivisset; subito tanta super eum nivis ac grandinis procella incubuit, ut frigore ad priores ærumnas accedente constrictus animam ibidem exhalarit.

& ab hospitio exclusus,

moritur frigore,

5 Secuta mox aëris serenitas magna, teporque vernus nives dissolvens, fecit ut defluentibus in unum aquis natus subito torrens corpus involveret, devolveretq; in subjectos burgo campos, simul cum herbis paleisque ac luto: quibus illud contectum exeuntes ad opus sequenti mane faciendum oppidani repererunt; & viso scipione ejus, qui terræ fixus viruerat crescebatque in arborem, mutatis repente animis, quodam seu humanitatis seu pietatis affectu cœperunt ipsum mundare & sindone involutum imposuere carro, sursum referendum ad burgum unde excluſus fuerat. His fama vulgatis per ea loca, ubi aliquam suæ sanctitatis æstimationem transiens commoransve reliquerat Peregrinus; magna populi multitudo confluxit ad sacrum corpus devenerandum: & Clerici ac seculares quidam ad carrum applicantes aliud par boum, eo subvexerunt ubi mortuus erat, cum hymnis & canticis, ad laudem ejus, cujus judicia abyssus multa, quique infinitis in cælo bonis remuneratur contemptum laboremque à suis famulis toleratos in terra.

II

corporis aqua abrepti sanctitatem indicat scipio miraculosa virescens:

ad burgum vehitur,

6 In ipso porro loco, qui duobus passuum millibus distabat à S. Facundini ecclesia, effoderunt humum; comparataque tumba marmorea, sacrum corpus in ea sepelierunt, ædificantes desuper oratorium in ipsius S. Peregrini honorem. Progressu autem temporis vicus Contranensis domibus & incolis auctus, factus est castellum, sub ejusdem Sancti nomine octoginta circiter familias numerans, animas quadringentas: quibus parochialis est ecclesia S. Peregrini, & hujus ibidem memoria quotannis festive celebratur primo die Maji. Neque unius tantum loci Patronus est S. Peregrinus, sed etiam inter Protectores oppidi Gualdi, quod tribus circiter milliaribus distat ab ecclesia S. Peregrini; in qua honori ejus conscriptum sodalitium perseverat cum ipsius cultu, propter miracula plurima in devectione sancti corporis, ac postmodum, eo loci patrata per intercessionem S. Peregrini.

ubi edificata ecclesia Patronus colitur.

P

7 *Hactenus Iacobillus, qui dum* Henrici II *Imperium notat, seculum* XI *Christianæ Æræ indicat. & quidem usque ad medietatem provectum: nam si secundum hujus nominis, non Imperatorem, sed Regem (uti scriptores passim) intellectum voluisset, Sanctum scilicet Henricum, qui ab anno* MXIV *Imperium tenuit, non absq; congruo ejus meritis titulo appellasset.* Tadinensis *porro ecclesia, pro qua solicitus S. Gregorius Papa instituendam ibidem electionem Episcopi commendat Gaudioso Episcopo Eugubino lib.* 7 *Epist.* 87 *&* 88. *S. Facundinum Episcopum suum coluit* XXVIII *Augusti, ad quem diem de illius urbis desolatione & Sedis translatione Nuceriam agemus: hic satis est monuisse, istic loci videri fuisse, ubi nunc S. Facundini ecclesiam adhuc superesse indicat Iacobillus.*

haud procul a ruinis Tadinensis civitatis.

DE SANCTO ALDEBRANDO

D. P.

EPISCOPO FORO-SEMPRONIENSI IN VMBRIA.

SEC. XII.

FOrum-Sempronii, *antiquum Romanorum municipium, ad Metaurum flumen via Flaminia, vulgo* Foſſembrone *dictum, ab Vrbino, (cujus Ducatui ſubcenſetur) octo circiter P.M. diſtat, & jam inde à temporibus Symmachi Papæ, ſeculo ſexto ineunte, ſuos ſcitur habuiſſe Epiſcopos, quando* Feliciſſimus & Innocentius *Foro-Sempronienſes Antiſtites inveniuntur Romanis Synodis tribus interfuiſſe. Series exinde neque continua neque ſatis certa habetur. Adeo ut neque de* S. Aldebrando, *quem Eccleſia illa Patronum colit hiſce Kalendis Maji, tempus quo ſederit compertum habeatur. Ioannes Baptiſta Landus, Foroſempronienſis Epiſcopus creatus anno* MDCXXXIII, *in Catalogo quem ſubmiſit Ferdinando Vghello, inſerendum tomo 2 Italiæ ſacræ, ipſum & Richardum collocat ſeculo* XIII, *inter Monaldum & Gentilem: ſed per meram, ut apparet conjecturam, quamque haud difficile ſit adhibitis Chronologiæ calculis evertere.*

Quamvis Epiſcoporum incerta ſeries,

B

2 *Extat Honorii Papæ* III *ad Monaldum diploma, ſervaturque autographum in archivio Eccleſiæ, datum* VIII *Pontificatus anno, qui fuit Chriſti* MCCXXIV. *Extat ad Gentilem Breve Alexandri* IV *datum anno ejus primo* II *Idus Martii, atque adeo anno Chriſti* MCCLV. *Quantum antea [illegible]c, quantum poſtea ille ſederit, neſcitur: multum tamen videtur ſi duodecim aut tredecim annos per conjecturam interponas: hos autem ut facile potuit impleviſſe Richardus,* quem plerique fatentur ex ordine S. Franciſci vitam inſtituiſſe: *ita nimis arctos eſſe Epiſcopatui S. Aldebrandi fateamur neceſſe eſt, ſi conſideremus quod in Actis infra proferendis num.* 4 *dicitur,* quia, *antequam moreretur,* vixerat per ſpatium circiter centum annorum. *Apparet autem ex iiſdem florenti ætate electum fuiſſe, cum eſſet Præpoſitus Ariminenſis & populo publice predicaret,* in platea ante eccleſiam, *tanta cum dicendi libertate, ut neceſſe habuerit furentis vulgi oculis manibuſque ſubducere ſe de pulpito ad campanile eccleſiæ: quæ ſatis arguunt vigorem animi minime ſenilem, nedum ætatis decrepitæ.*

probatur tamen Aldebrandum male differri ad ſeculum 13,

quando non potuiſſet diu fuiſſe Epiſcopus,

3 *Videamus igitur num lucem, quam Foro-ſempronienſes negant, invenire apud Ariminenſes poſſimus. Cæſar Clementini, auctor Hiſtoriæ Ariminenſis lib.* 3, *ita de eo ſcribit.* Anno milleſimo centeſimo decimo nono Aldobrandus, olim Canonicus & Præpoſitus electus, juxta morem Capituli Ariminenſis, & poſtea Epiſcopus Foro-Sempronienſis, die prima Maji tranſiens ad cæleſtem vitam, Beatis adſcriptus eſt. *Hæc ille ex ipſius forte Ariminenſis eccleſiæ aut urbis monumentis: cui tanto ſecurius poſſumus credere, quanto majorem hiatum in confinio ſeculi* XI *&* XII *oſtentans Catalogus Foro-Sempronienſium, commodiorem præbet locum ipſius quantumlibet longinquo Epiſcopatui. Nam inter Fulcuinum, qui anno* MLXXVI *ad Synodum Salonienſem legatus, ibidem ex poteſtate ſibi per Pontificem facta Dalmatiæ Croatiæque Regem declaravit Demetrium, uti habet Baronius; & Gualfridum, cui Guaimerius Dux quatuor Caſtella donavit anno* MCXL, *facile invenies annos quadraginta, quos ita tribuas S. Aldebrando, ut electus anno circiter* MLXXX, *uſque ad* MCXIX *pervenerit: deinde vel Gualfridum ſucceſſorem acceperit, vel aliquem alium ante hunc, cujus nomen exciderit.*

uti potuit in confinio ſeculi II *&* 12,

C

Rubeus ex ſola conjectura,

4 *Sin autem ſuſpicari liceat, Cæſarem, in anno notando, ſecutum eſſe aliquanto ſeniorem Rubeum Hiſtoriæ Ravennatis auctorem, à quo poſtremas lineas videtur mutuatus, eumque in hoc ſolum correxiſſe, quod ibi ponat ejus mortem, ubi Rubeus videtur collocare electionem in Præpoſitum; atque adeo hunc annum eſſe incertum dicas, poteris Aldebrandum etiam ad quinquaginta & plures annos in Epiſcopatu retinere. Rubeum certe, ad faciendam tali anno mentionem electi Aldebrandi in Præpoſitum, aliud non movit, quam opportunitas loci, ubi deſcripſerat, quomodo Canonicorum Portuenſium ordinem Paſchalis* II *anno* MCXIV *confirmarit, & quatuor poſt annos præſcriptam iiſdem à Petro Ravennate Regulam: ſub qua cum novæ inſtitutionis diſciplina efflореſceret, factum ſit ut,* plurimi confluerent ad cœnobium Portuenſe, in diſciplinamque ſeſe ejus Canonicis traderent. *Hoc autem cum dixiſſet, ipſo quo fundator Petrus mortuus eſt anno* MCXIX, *addit;* In iis fuiſſe Aldobrandus legitur, qui in oppido Sorbetulo è Bolio ſeu Galliata prope Cæſenam natus, & in Grammatica eruditus, in Portuenſe cœnobium, ut majores in litteris ac pietate progreſſus faceret, ſe contulit.

Portuenſibus Regularibus eum adens,

5 *At profecto nuſquam legitur in Actis, in iis fuiſſe Aldebrandus, qui inſtitutam à Petro vitæ formam tenuerunt; neque cœnobii ulla uſpiam mentio, ſed ſolum nominatur,* ſtudium in Canonica S. Mariæ in Portu, ubi tunc ſeptem liberales artes docebantur. *Hæc autem Canonica & ſtudium in eo eſſe potuerunt multo prioris temporis; ad eamque poſtea Petrus ille ex voto ædificaſſe monaſterium, in quo dilapſis forſan antiquis, novi Canonici, non ea qua antea ſeculari forma, ſed regulariter viverent; cum jam Aldebrandus in ſuo Epiſcopatu Foroſempronienſi annum circiter nonageſimum ætatis ageret. Certe nulla eſt apparentia veri, quod Canonici Ariminenſes, quos nemo cum fundamento dixerit Regulares fuiſſe, ex Regularibus ſibi petere voluiſſent Præpoſitum: & ſi voluiſſe fingas, debuiſſent eum à Priore vel Abbate petere, non autem (ut Acta dicunt)* à Domino Doctore illius loci.

contra fidem Actorum,

E

6 *Scio Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis ſuperiori ſeculo impetraviſſe, ut de eo tamquam ſuo, Officium poſſent facere die* X *Maji: quia cœnobium Portuenſe, anno* MCCCXX *pene deſolatum, tranſiit ad* Canonicos regulæ B. Auguſtini & Congregationis & Religionis monaſterii S. Mariæ de Friſionaria, *ut habet Bulla apud Pennottum parte* 3. *cap.* 16, *num.* 4, *cujus Congregationis appellatio tandem deſiit in nomine ſplendidiori S. Ioannis Lateranenſis. Nolo etiam controvertere quin jure optimo quoſcumque Regulares Canonicos, qui vixerunt in monaſteriis, ſuæ Congregationi poſtmodum unitis, inter ſuos numerent. Vnum dico, petendi pro S. Aldebrando Officii nullum aliud fundamentum proferri, quam Rubei auctoritatem; qui poſt ordinatam à Petro Regulam, in monaſterium Portuenſe illum inducit. Hoc autem fundamentum nullum eſt: quia pugnat cum Actis, de quibus ipſe Pennottus, Annotatione* XVI *in Officia propria ſui Ordinis, ait, quod iiſdem in Lectiones tres diſtributis utantur Foroſempronienſes,* idiomate quidem minus polito, ſed quod ſua barbarie multam vetuſtatem redoleat: *ex quibus Actis jam oſtendimus, inter Epiſcopos illius eccleſiæ nullum inveniri locum S. Aldebrando, ſi credatur prodiiſſe ex inſtitutione Petri Portuenſis, non niſi* XII *ſeculo inchoata; quia ſic non potuiſſet diutiſſime in Præpoſitura & Epiſcopatu vixiſſe, quod tamen exigunt Acta prædicta.*

ipſis cauſam dedit illum colendi ut ſunt 10 *Maji.*

F

7 *Inſtat nihilominus Pennottus in Annotatione prædicta,* & argumentum *proponit,* quod *ipſius judicio* omnem prorſus dubitationem eliminat: Extat, *inquiens,* hodieque in arce urbis Foroſempronienſis ſacellum vetuſtiſſimum, ex reliquiis antiquæ eccleſiæ Foro-ſemponienſis ſervatum: in quo ſacello corpus ipſius B. Aldobrandi primitus fuit tumulatum. Extat ejuſdem Sancti vita, in parietibus ejuſdem ſacelli vetuſtiſſimis imaginibus depicta, cum miraculis per illum patratis. Omnes vero imagines

idque ex vetuſtis picturis nihilo melius confirmari.

A gines illum cum habitu interiore albo, & cum bireto parvo & albo (qui erat antiquus habitus Canonicorum Portuenſium) etiam in Epiſcopali dignitate conſtitutum, referunt, ut non ſit amplius dubitandi locus, fuiſſe vere Canonicum Profeſſum Monaſterii Portuenſis. *Ego vero ex ejuſmodi picturis aliud non intelligo, quam exprimi Sanctum in eo habitu quo Arimini uſus Præpoſitus, fortaſis & Ravennæ Canonicus fuit: quem habitum, etiam poſt Regulam à Petro præſcriptam, ibidem ſervatum par eſt credere. Sed ſicut vetuſtiores ante Petrum Canonicos non ideo dicam fuiſſe Regulares, quia ſuccedentes Regulares, eum quem ipſi geſtaverant, habitum retinuerant; ſic Aldebrandum non credam indicio talis habitus Regularibus certo vindicari, dum fortiores in contrarium rationes pugnant eæque ineluctabiles; niſi convellere quis velit Actorum fidem, ſine quibus nullius fidei ſunt poſteriorum auctorum aſſerta.*

Tranſlatum cum Cathedrali corpus an. 1392.

8 *Edidit ea Acta Vghellus tom.* 2 *Italiæ ſacræ, & nos ipſa ex illo damus: ſimulque ſuggerimus eccleſiam antiquam, cujus meminit Pennotus, ab ipſomet S. Aldebrando fuiſſe cœptam ædificari, ac poſtea ab Archipresbytero Thoma Accarigio conſummatam: cujus Archipresbyteri ætas, ſi aliunde demonſtraretur, haud parum luminis forſitan afferre huic argumento poſſit. De hac ergo ab ipſis Foro-Sempronienſibus expectabimus numquid docere nos poſſint, ex ſui Capituli monumentis, aliquam iſtius Archipresbyteri mentionem facientibus. Interim dicit Vghellus col.* 910, *quod Foro-Sempronienſes Canonici (qui præter Præpoſitum ſunt undecim) illam* antiquam Cathedralem, temporibus Bonifacii IX, dum novæ civitati nova pararentur præſidia, demoliti ſunt: eccleſiamque S. Maurentii, quæ in Vicis erat, erexerunt in Cathedralem: eidemque S. Benedicti monaſterium, cum cenſu qui Epiſcopali menſæ ſufficeret, adjunxerunt anno MCCC XCII Idibus Januarii. *Qua occaſione tranſlatum fuit etiam S. Aldebrandi corpus; atque ex tunc vel ſaltem poſt dictæ Maurentianæ eccleſiæ reſtaurationem, neſcio quando factam, cœpta eſt dici Cathedralis Eccleſia SS. Maurentii & Aldebrandi: ejuſque ambo communi jure cenſeri Patroni: in qua etiam celebratur feſtum tranſlati S. Aldebrandi XIII Martii; Sancti autem Maurentii Martyris, cujus ibidem corpus habetur,* XXXI *Auguſti, juxta Ferrarium in Catalogo.*

& ab ejus nomine dicta Cathedralis.

Acta quando ſcripta.

9 *Acta cum dicunt, ipſummet Aldebrandum Præpoſitum ideo prædicaſſe Arimini,* quod tunc non erant Ordines Mendicantes, *non tantum ipſum antea floruiſſe probant, ſed inſuper demonſtrant ſe antæ ſeculi* XIII *initium ſcripta non fuiſſe. Sed quamdiu poſt annum* MCC *ſcripta ſint, quis dixerit, niſi ſciat, quo anno Fanenſes occuparint Foro-Sempronienſem civitatem, indeque campanas abſtulerint uti in fine num.* 7 *dicitur? Interea vix dubitem ante annum* MCCC *ſcripta eſſe omnia, quorum epitomen invenies apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, poſt memoriam S. Aldebrandi, ut Patroni Foro-Sempronienſis, inſertam Catalogo generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non ſunt.*

C

A C T A

Ex antiquis MSS. edita ab Vghello.

a *b*

1 SAnctus Aldebrandus, natus in quodam caſtro, quod vocatur Sorbetulo de Boybo *a* ſeu de Galiatâ, de Romandiolâ prope Cæſænam; & inſtructus in grammaticalibus, perrexit ad Studium *b* in Canonicam S. Mariæ de Portu de Ravenna, de Provincia Romandiolæ, ubi tunc ſeptem liberales artes docebantur. Et tunc Canonici Ariminenſes, carentes Præpoſito ipſorum, fecerunt, ſicut alia Capitula de dicta provincia Romandiolæ, cum carebant Prælatis: & ſic iverunt ad Canonicam prædictam de Ravenna, & petierunt à Domino Doctore illius loci unum hominem, habilem & ſufficientem pro eorum Præpoſito. Habito conſilio & deliberatione, tribuerunt eis S. Aldebrandum, ſcientes ipſum eſſe ſanctum & pium, & in ſacra Theologia ac *c* in Decretalibus peritum ſufficienter repertum; *c* & cum devotione & reverentia ſuſceperunt ipſum in eorum Præpoſitum. Et cum hoc eſſet, quod tunc non erant Ordines Mendicantium *d*, ideo ipſe prædicabat populo ſuo Ariminenſi. *d*

Studiis apud Ravennam peractis,

fit Præpoſitus Arimini;

EX FERD. UGELLO.

2 Et ſemel prædicando in platea ante eccleſiam ipſius Canonicæ Ariminenſis (quæ hodie Alogia vocatur) & præcipue de vico Pataraniæ, & quod injuſte & indebite detinebant portum *e* Ariminenſem & partem de dicta platea, quæ bona erant dicti Ariminenſis Capituli, inſurrexerunt cum furore unanimiter, & voluerunt ipſum capere: ipſe vero fugiens de *f* pergulo *g* recuperavit ſe in campanile dicti Capituli, in quo ſterit per mediam diem. Et videns ipſum populum perſeverantem volentem ipſum interficere, timendo mortē petiit receſſum à civitate Ariminenſi. Et exiens de civitate, invenit in ſtrata ante monaſterium *h* S. Gaudentii nuntios deſtinatos ex parte Capituli *i* Foro-Sempronienſis & populi, & genuflexerunt & præſentaverunt ſibi electionem Epiſcopatus Foro-Sempronienſis. Ipſe vero gratias primitus detulit Deo, recepit & acceptavit dictam poſtulationem, cum intentu curare animas hujus populi, ut ait: Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. *e* *f g* *h* *i* *ubi ob dicendi libertatem de vita periclitans,* *indeq; exiens petitur ad Epiſcopatū,* 1. Tim. 3.

quo acceptato ædificat Cathedralem,

3 Et confirmatus per Papam *k* diſpoſuit ſe bonum operari: & tunc incœpit eccleſiam magnam, quia antea parva erat, prope puteum ipſius eccleſiæ; quam eccleſiam magnam conſummavit cum parte tecti; reſiduum vero cum muris conſummavit Dominus Thomas Accarigii, Archipresbyter Foro-Sempronienſis Capituli *l*: & propter ſuam ſanctitatem præterea conceſſit Epiſcopatui Foro-Sempronienſi Maſſam Sorbetuli. Inter alia ſic agebat: cubiculum in camera pulcrum habebat, & de nocte inter lecticam & parietem ſuper ſcamno & palmitibus veſtitus jacebat. Carnes non comedebat, vinum parum non guſtabat, cilicium ferebat, ut plurimum jejunabat, & canipa *m* aperta pro pauperibus ſtabat; ad domos pauperum cibos mittebat: diebus feſtivis Foro-Sempronienſi populo prædicabat. Et ſemel prædicando erant multæ hirundines in eccleſia cantantes, ita ut prædicantem populus non audiebat: ipſe præcepit ut tacerent, & tacuerunt. Semel in die audientiam dabat, ita quod quilibet ſua neceſſaria facta narrare poterat. Manſuetus homo fuit & gratioſus. *k* *l* *m* *auſtera vivit,* *avibus obſtrepentibus ſilentium imperat,*

4 Poſtea veniendo ad penuriam mortis, quia vixerat per ſpatium circa centum annorum, & quia nihil guſtabat, perdix *n* quædam decocta in duobus paropſidibus fuit præſentata ad hoc ut de ipſa guſtaret: ipſe vero reſpexit eam, & memorando quod carnes comedere non conſueverat, ſuper eam manu ſua fecit ſignum Crucis, & præcepit ut ad foreſtam *o* rediret; & ſtatim revixit, & receſſit viva, volando coram præſentibus & adſtantibus. Et ſtatim petiit de ceraſis recentibus, & ſibi eas præſentaverunt. In infirmitate ſuæ mortis & antea vivendo in ſanctitate, ibant ad eum dæmoniaci & vexati à ſpiritibus immundis: & ipſe eos reſpiciebat, & cum riſu ſigno Crucis ſignabat, propter quod Deus illæſos dimittebat. Multi de Anconâ & ab aliis locis, diverſis infirmitatibus gravati, ad ipſum perrexerunt, & liberati receſſerunt. *n* *& coctam perdicem vitæ reſtituit,* *o* *energumenos liberat,*

5. Demum reddendo animam Creatori, de nocte præcedente ante Kalendas Maji in hora matutinali, tres campanæ, quæ erant in campanili eccleſiæ Foro-Sempro- *mortuus illuſtratur miraculis;*

EX FERD. UGELLO.

Sempronienſis Epiſcopatus miraculoſe, nemine ipſas tangente à ſe ipſis pulſabant in cantu, ſecundum conſuetudinem pro mortuis. Et de mane ipſum corpus fuit in eccleſia poſitum, & pluendo non pluebat ſuper medietatem eccleſiæ, quæ medietas erat tunc diſcooperta & non conſummata: & ſic in Kalendis Maji fuit ſepultus: ideo in tali die celebratur ipſius feſtum. Et ſepulto corpore, Canonici ordinaverunt quod potus daretur multis, qui venerant de civitate Urbini, Callii, & ipſorum Comitatu: & de uno vaſe vini capacitate quatuor quartarum biberunt bene duo millia perſonæ. Et non deficiente vino dicti vaſculi, quidam ex invidia [dixit]: ô diabole! quid eſt hoc, quod vinum iſtud non diminuitur? Et tunc vinum in dicto vaſe incepit deficere.

vinum ejus meritis augetur,

6 Tranſactis duobus annis Sacriſta veniens ad pulſandum Matutinum, audivit in dicta eccleſia Angelicum cantum, propter quod timuit: ſed pergens ad cameram Domini Archipresbyteri, ipſum vocavit, & [venit] ducens ſecum Canonicos: & ſtantes ante oſtium eccleſiæ audiverunt divinum cantum, & magna luminaria viderunt in dicta eccleſia ſuper ſepulcrum in pede eccleſiæ dicti S. Aldebrandi, ſuper quo ſepulcro tectum eccleſiæ non erat conſummatum. Et intrantes in eccleſiam neminem viderunt & ulterius audierunt; ſed lumen magnum ſtabat ſuper dictum ſepulcrum, & cogitabant diem eſſe: & hora erat matutinalis. Et nemo ipſorum loquebatur, immo ſtupefacti; & ſteterunt uſque ad diem.

ſepulcrum cœleſti luce coruſcat:

B

7 Poſtea cogitando ſuper negotio miraculi, tranſtulerunt ipſum corpus Aldebrandi in altare capellæ, quæ erat prope capellam magnam. Et tunc Paganuccius Maſculi recepit unum reliquium digiti ſui: & morando in ſua domo ſtatim præſenſit infirmitatem in corpore magnam. Cogitando de facto, reportavit digitum: & aſtando ante altare ipſius genu flexo, viſibiliter receſſit de ſua manu dictum reliquium ad ſuum corporis locum. Et quidam de Eugubio de nocte ivit ad lampadem dicti altaris, & accepit oleum de ipſa: & [ſtetit] amittens lumen & ſenſum, nec poterat de dicta eccleſia exire. De mane Canonici poſuerunt ipſum ante altare, & ſtatim lumen oculorum recepit. Populus *p* Fanenſis vicit civitatem Foro-Sempronienſem, & pro deſpectu aſportaverunt duas campanas de eccleſia S. Aldebrandi; & poſitæ in campanili Fanenſi non pulſabant. Videntes miraculum reportaverunt dictas campanas ad priſtinum locum, & cum fuerunt in medio pontis *q* S. Cypriani, ipſæ campanæ quæ erant ſuper currum, pulſare cœperunt.

quiddam de reliquiis auferentes divinitus plectuntur,

p campanæ è templo ejus ablatæ alibi ſonum non reddunt.

q

C

D

ANNOTATA.

a *Rubeus* Sorbetulo è Bolio ſeu Galliata. *Nihil horum oſtendunt tabulæ Romaniolæ, neque nomen aliud quod huc trahi poſſit, quam* Sorivolo 6 p.m. *à Cæſena in Auſtrum: ipſa autem* Cæſena *diſtat Ravenna itinere in Boream directo* p. m. *circiter* 30.

b *Nihil tale poſt reformationem à Petro inductam an.* 1114 *iſtic fuiſſe ſcimus, nec* Studium *apte vocatur cœnobium Regularium.*

c *Vide ut perſeverat auctor in conceptu Academiæ, nec ullam faciat Regularis diſciplinæ mentionem?*

d *Intelliguntur Minoritæ & Prædicatores, nam Eremitici duo Ordines Auguſtinianorum & Carmelitarum ipſis in jure prædicandi diu poſt æquiparari cœperunt: priores autem illi initium accepere ſeculo* 13 *inchoato.*

e Vererem portum *nunc vocant, cujus olim magnificentiſſime ſtructi è marmore, nunc unicum veſtigium ſupereſt in antiquæ turris parte, marmoribus ad conſtruendam S. Franciſci ædem à Sigiſmundo Malateſta tranſlatis.*

f Pergolo *dicunt Itali theatrum ſive ſuggeſtum è tabulis.*

g *Iidem* Ricovero, *refugium ſeu receptum dicunt, & inde* ricoverare, *à Latino* recuperare, *quaſi* ſe recipere.

h S. Gaudentii monaſterium *Ordinis olim Benedictini, extra Portam Romanam, ab annis circiter quinquaginta tranſiit ad Bernardinos reformatos, colitur autem ipſe Sanctus, primus urbis Patronus,* 4 *Octobris.*

E

i *Diſtat Arimino* Forum-Sempronii *p. m.* 30 *ut minimum.*

k *Vtinam hunc nominaſſet auctor! Ex noſtra conjectura fuiſſet is* Gregorius VII, *Pontificatu potitus ab an.* 1073 *ad* 1086.

l *Quædam verba, ineptiſſime tranſpoſita, mire conturbant ſenſum apud Vghellum, quæ per conjecturam ſuo reſtituimus ordini: putamus autem donationem de* Maſſa *id eſt prædio* Sorbetuli, *pertinere ad ipſum S. Aldebrandum, cujus ea fuerit in agro Cæſenate paterna hereditas. Invenitur tamen etiam* eccleſia S. Joannis de Sorbetulo Senogalliæ diœceſis, *cujus poſſeſſionem Alexander* IV *Gentili Epiſcopo confirmavit anno* 1255.

m *Suſpicor legendum* campa *vel potius* campo aperto, *id eſt, palam & quaſi plena acie pugnabat pro pauperibus.*

n *In Lectionibus Canonicorum Regularium vocatur* coturnix.

o Foreſta, *pro ſilva, Gallis Italiſque uſitatiſſima vox.*

p Fanum *civitas ad mare Adriaticum, inter Piſaurum & Senogalliam: diſtat Foro-Sempronii, mediterranea civitate, circiter* 20 p. m.

q Pontem S. Cypriani *exiſtimo dici aliquem in medio itinere inſtratum uni rivulorum in Metaurum flumen ex parte occidua incurrentium.*

F

DE BEATO VIVALDO

D. P. *EREMITA TERTII ORDINIS S. FRANCISCI MONTAIONE IN HETRVRIA.*

POST AN. MCCC.

MOns-Ajone, *oppidum in Hetruria non ignobile, p.m. fere* XXX *Florentia diſtans ad Euronotum trans Elſam flumen, medium vero locum obtinens inter S. Miniatis caſtrum &*

Loci Patronus,

oppidum S. Geminiani diœceſis Volaterranæ; patrocinio gaudet B. Vivaldi (Ubaldum *appellant nonnulli*) *ſacrum ejus corpus ſub majori eccleſiæ Parochialis ara venerans: & in diſtantia medii milliaris habens eremitorium ejus, quod tandem Fratribus Minoribus Obſervantibus ceſſit, una cum ipſius Beati Maxilla, prout infra plenius enarrabitur. Obitus ejus aut ſaltem depoſitio in primam hujus menſis diem incidit, eoque nomine Indulgentiam annorum ſeptem conceſſit Leo* X *viſitantibus tali die ſacella ſecundum myſteria Paſſionis ibidem diſpoſita; & Arturus à Monaſterio eumdem inſeruit ad hunc diem Martyrologio Franciſcano his verbis:*

colitur I *Maji,*

Montaoni in Hetruria B. Ubaldi, Tertiarii Confeſſoris, miræ penitentiæ & ſanctitatis viri.

2 *Idem in Annotationibus ait, obiiſſe anno* MCCCI; *ſecutus haud dubie in hoc Waddingum, qui anno* MCCC (*quando* XIII *Decembris defunctus eſt B. Bartolus à S. Geminiano, cui in extremis miniſtravit Vivaldus antequam ad ſolitudinem ſe reciperet*) *hujus quoque memoriam faciens num.* 11, *ait* aliquot menſibus poſt Bartoli deceſſum *obiiſſe hunc ejus diſcipulum. Verum nuſquam id legi exiſtimo; multoque veroſimilius eſſe credo, aliquantos annos fuiſſe Vivaldo traductos in ſolitaria vita. Annum certe nulla exprimunt anteriorum ſcriptorum monumenta quæ viderim: & Silvanus Razzius, inter Sanctorum ac Beatorum Hetruſcorum Vitas, eam referens, quam mox ex proprio fonte dabimus; ſignando, quem nuſquam reperiebat, anno ſpatium*

mortuus poſt an. 1300

vacuum

A *vacuum reliquit: cum quo etiam nos malumus incerta rei fateri ignorantiam. Prius autem quam ad Vitam à Razzio laudatam veniamus, proponenda sunt verba Mariani Florentini, qui Fasciculum Chronicarum Ordinis libris quinque produxit usque ad annum* MCCCCLXXXVI. *Hæc in fine libri* 3 *inveniuntur, addenda capiti* 15, §. 27, *continentia antiquiorem vitæ epitomen & benigne communicata à R. P. Francisco Haroldo, R. P. Lucæ Waddinghi in scribenda Ordinis historia dignissimo successore. sunt autem hæc.*

compendium Vitæ ex Mariano:

3 Post decessum Sanctissimi Bartholini, quidam suus discipulus & socius, de eadem terra nativus, nomine Vivaldus, qui exemplo suo & verbis mundo renuntiaverat, ac habitum tertii Ordinis Beati Francisci, sicut ipse, indutus erat; in Nemore-rotundo apud Camporenam locum sibi delegit, milliario octavo à terra Geminiani: ubi cellam sibi in castanei cavo constituit, ac reliquum suæ vitæ tempus pro Christi amore in arcta & austera vita, vigilando orandoque, usque ad extremum vitæ peregit. Qui demum ad siderea loca vocatus, pro suorum laborum recipienda mercede, prima Maji migravit ad Dominum. In cujus

B obitu campanæ Castri Montajoni per se ipsas, nullo mortalium trahente, pulsaverunt. Quapropter omnes non immerito stupefacti, venit quidam de eodem Castro referens, quomodo in venatione constitutus, canes latrantes castaneum Eremitæ circumdavere: ex quorum nimio latratu veniens ad locum, Fratrem Vivaldum genibus flexum in castaneo extinctum reperit. Quo dicto campanæ à pulsatione cessavere. Tunc omnis populus currens ad locum, illud cadaver accipientes, in ecclesia castri honorificè tradiderunt sepulturæ. Ac in loco obitus sui ex devotione populorum evulso castaneo, parvam ecclesiam in honorè B. Mariæ constituêre: ubi usque in hodiernum diem meritis B. Vivaldi Deus multis præstat beneficium sanitatis.

ipsa Pisis & Florentiæ quæsita,

4 *Profitetur idem Razzius, secutum se Vitam, quam reperit in MS. libro Reverendarum Sororum Monasterii S. Vrsulæ Florentiæ; cujus auctor allegat Legendam ipsius Sancti, asservatam in conventu Patrum Carmelitarum Pisis, quam quidem ipse non viderit, sed ibi esse dicerit ex ore Fr. Andreæ de Florentia, viri centenario majoris ac cæci, qui legisse se meminerat, & quantum ejus recordabatur narrabat. Hoc indicio habito, pro insito ad fontem primum pertingendi desiderio, recurri ad promptam mihi in talibus operam Illustriss. atque Eruditiss. viri Antonii Magliabechii; rogavique, primum ut Pisis quæri faceret prædictam Legendam (nam in Montajone quidem fuisse etiam, sed incendio periisse, legeram) deinde ut ex Monasterio S. Vrsulæ curaret describendum id quod habuerat Razzius. Pisis aut inventum aut impetratum est nihil: si post hac adferatur aliquid, id, ut debuerat, primo loco proponi, repræsentabitur saltem in Supplemento. Apud S. Vrsulæ monachas, quæ sub regimine Patrum Minorum vivunt, quæsivit vir magnæ apud eas auctoritatis, pro singularis suæ virtutis merito, R.P. Seraphinus Tinghi, in Observantium Ordine Lector jubilatus.*

inventa prope Pistoriam,

5 *Hic librum, qui apud eas non inveniebatur amplius, scrutatus ubique, tandem intellexit esse in parvo sui Ordinis conventu Iacherini (Cechrinum Gonzaga appellat in Prov. Tusciæ Con.* 8) *prope Pistorium: unde exemplar mox impetravit, à fideli manu R.P. Francisci Mariæ Novelli de Castel-Franco, patruelis sui. Librum, autem illum ipsum esse, qui Sororum S. Vrsulæ fuerat, constabat ex syngrapha: inscriptus vero aforis est titulus,* Vitæ Sanctorum & Beatorum Franciscanorum, *quorum etiam nobis promittitur indiculus. Auctoris nomen eodem casu subductum est oculis, quo sublata prima aliquot libri folia: auctorem tamen haud difficile fuit alicunde cognoscere Dionysium Polinari (sive Apollinari) de Florentia, qui superiori sæculo ineunte floruit, & anno* MDXXV *scribebat Chronicam Minorum observantium Provinciæ Tusciæ, asservatam Florentiæ in Monasterio Sanctorum omnium. Hic enim parte* 2 *fol.* 178 *describens Monasterium S. Vrsulæ, & laudans vitam Sororis Benedictæ de Bettinis, de se ipsaque in hunc modum loquitur.*

AUCTORE D. P.

descripta à Dionys. Polin. Observ.

6 Habuit pia hæc mulier desiderium maximum obtinendi libros, qui continerent res spectantes ad Ordinem, ea lingua quam ipsa posset intelligere: ideoque me qui hæc scribo induxit, ut è Latina in vulgarem converterem librum Conformitatis Mag. Bartholomæi Pisani, vitam quoque B. Mariæ Virginis ab eodem Bartholomæo conscriptam, item Landulfum de vita Christi tùm necdum traductum aut vulgariter impressum. Hos igitur libros ei scripsi aliosque tam multos, ut licet vix sint scriptorum meorum pars centesima, obstupescam ipsemet eos videns (quod cum omni veritate possum asseverare) neque caperé potuerim, qua ratione scripserim omnes, quot in proprio servantur armario. *Hactenus de se Dionysius Italicis verbis, quæ si indicata fuissent Lucæ Waddingo, colligenti Scriptores Ordinis Minorum,* Dionysium de Polinari (*ut vocat ipse*) *quem simpliciter ait scripsisse* Chronica Provinciæ Tusciæ, *prolixius distinctiusque laudare potuisset: collectis presertim aliis ex eadem Chronica locis, ubi de se ipso auctor loquitur: cui quoad scriptorum multitudinem attestans Seraphinus prælaudatus,* Vera, *inquit,* iste Pater narrat, quia ego omnes istos libros in folio manuscriptos vidi, occasione inquirendi Vitam S. Vivaldi. *Hæc vero licet inter eos haud amplius compareat descripta, tamen est ex libro, qui quo certius olim scitur inter istos fuisse, eo firmius credi potest ab eodem esse auctore.*

plurimorum librorum in Italicam traductor,

E

& auctore Chronica Prov. Tusciæ.

VITA

Auctore Dionysio Polinari de Florentia.

ex autographo ejus Italico, olim apud Sorores S. Vrsulæ Florentiæ asservato, nunc apud Observantes Iacherini prope Pistorium.

F

1 FUit B. Vivaldus ex castello S Geminiani, vir pius ac devotus & in veræ amicitiæ caritate conjunctus B. Bartolo, cujus se discipulum fecit & famulum, in sua illa horribili *a* infirmitate. Hujus salutiferis exhortationibus persuasus Vivaldus, contempsit terrena omnia, & sumpto habitu tertii Ordinis, quem etiam ille gestabat, usque adeo sese conjunxit Deo, ut post felicem transitum sui magistri, valedicens patriæ ac parentelæ omni, locum sibi ad habitandum elegerit in quadam valle, in medio densi atque obscuri nemoris, juxta Camporenam, cui Silvæ-rotundæ *b* nomen est, octo circiter passuum millibus à S. Geminiano distanti: ubi, toto quo supervixit tempore, perseveravit propter amorem Jesu Christi in magna rerum omnium abstinentia, solummodo jejuniis, vigiliis & orationibus vacans, cellamque habens in cavitate vetustissimæ cujusdam castaneæ, quæ ægre capere genuflexum poterat.

B. Bartoli familiaris, a

solitarium in cava castaneæ vitæ, b

2 Cum autem advenit tempus, quo labores ejus remunerari voluit Deus æternus, assumpsit eum ad supernos choros, die prima Maji: volensque ut mundo manifestaretur lucerna, quæ fuerat eatenus abdi-

A.D: ON. POLINARI EX MS.

ta ſub caſtanea ; & quem ad gloriam cæleſtem ſublevarat, etiam ab hominibus coli cupiens in terra ; ipſa hora, qua Sanctus creditur animam reddidiſſe Creatori, fecit per manus Angelorum pulſari campanas caſtelli, Montajone dicti. Ad hoc tam manifeſtum miraculum obſtupuit populus univerſus: dubitantibuſque quid eo indicatum vellet Deus, ſupervenit ejuſdem oppidi incola unus, qui narravit, ſe ad venationem egreſſo, cucurriſſe canes quos ducebat ad quamdam caſtaneam, continuoque latratu indicaſſe mirabile quidpiam ibi latere ; ad cujus inſpectionem accurrens, viderit intra eam genuflexum ac mortuum eremitam. Poſt hoc indicium ceſſavit prodigioſus campanarum ſonus: & cuncti communiter egreſſi ad locum, acceperunt corpus ſanctum, atque in ſui oppidi eccleſiam attulerunt ſepelierunrque ; ubi etiamnum intra principem aram conſervantur *c* ejus oſſa. Fama vero ſanctitatis novæ quaquaverſum ſparſa, & miraculorum acceſſu exaggerata, commovit populos ut devotionis cauſa ipſam Beati caſtaneam viſum excurrerent. Et quia ibi orantibus multæ præſtabantur gratiæ, ipſa quidem fruſtatim diſciſſa paulatim evanuit; ejus vero loco erecta ædicula eſt Deiparæ ſacra; ubi deinde Eremitæ tertii Ordinis uſque ad noſtram ætatem habitarunt.

& 1 Maji moritur, pulſatis Montajone campanis,

indicio venatoris delatus ad eccleſiam,

c

ubi etiamnũ quieſcit.

B

3 Hæc quæ ſcripſi, accepi omnia ex Fr. Andrea Florentino Ordinis Carmelitarum, vitæ laudabilis viro magnæque devotionis ; qui præ longa annorum circiter centum ætate oculorum uſum omnem amiſerat, dicebatque ſæpius ſe in ſui Ordinis conventu Piſis, legiſſe Legendam iſtius Beati, ex eaque didiciſſe, quam fuerit in vita ſua mirabilis, & quantis poſt mortem miraculis ſplenduerit; ſed ea dumtaxat quæ narravi memoriter retinere. Conſpicitur autem ejuſdem beati viri imago, antiquitus depicta in habitu tertii Ordinis Franciſcani, intra eccleſiam Carmelitarum Florentiæ: & Montajonenſes aſſerunt etiam apud ſe extitiſſe prædictam Legendam, ſed una cum multis Communitatis ſuæ ſcripturis conflagraſſe. Poteſt autem inter argumenta ſanctitatis referri etiam mirabilis ille modus, quo poſtea apud ejus eremitorium aſſurrexit Frarrum Obſervantium conventus *d* & eccleſia in ipſius Beati honorem : qui ſemper paratus eſt ſuccurrere omnibus ſuum auxilium invocantibus. Ego ex multis ejus miraculis duo ſolummodo referam, mihi certo cognita.

Legenda ejus olim ſcripta habebatur Piſis,

& imago Florentiæ apud Carmelitas.

d

C

4 Cum in Joannem de Fulgineo, Piſanum civem, habitantem in oppido Cigoli inſiliiſſent quidam ejus inimici, ipſumque multis affeciſſent plagis, unaque inter ceteras mortali in capite, quod uſque ad cerebrum diſſecuerant ; ideoque poſt dies aliquot de vita ejus deſperaſſent medici, ipſaque nocte crederetur expiraturus ; uxor ejus, quæ Mona Tomaſa nuncupabatur, grandi plena mœſtitia, eo quod jam etiam loqui deſierat, conjecit ſeſe in genua ad latus lecti, & cum Deo queri dolenter cœpit, quod permiſiſſet à fratre ſuo carnali occidi primum cui juvencula nupſerat maritum, ſecundum vero extingui in carcere, nunc autem hunc tertium morte tam miſerabili perire. Hæc autem dicens & effuſa in planctus, toto animi affectu convertit ſeſe ad S. Franciſcum & S. Vivaldum, orans ut marito ſuo vitam impretrarent à Deo. Res mira ! Ipſo momento ſoporata mulier, ubi erat genuflexa, vidit in ſomno S. Franciſcum ſtigmatizatum, & S. Vivaldum Eremitam func præcinctum, eo modo quo Tertiarii ſolent: qui ambo genuflexi coram Jeſu Chriſto, ſuper thronum ſpecioſiſſimum reſidente, & Angelorum catervis ſtipato, poſtulabant vitam præfati Joannis ad uxoris ſuæ dolentis inſtantiam. Qua facile impetrata, in pedes erexit ſe S. Vivaldus, cui ipſa affectuoſius maritum commendarat ; ad eamque accedens, videbatur ipſam expergefacere ac dicere, Sis læta, quia marito tuo obtinuimus vitam. Ad has voces experrecta illa tota hilaris, audivit mariti ſui vocem vocantis eam: cui reſpondit, ut ſurgeret. Ille vero, Videor, inquit, mihi ſanus eſſe, quia momento alleviatus omnino ſum, nec ullum ſentio dolorem vulnerum. Mane primo adveniunt medici, rati quod eſſent inventuri mortuum ; & cum ſumma admiratione inſpectis plagis, optime eas conſtitutas ac nitidas vident, cœptamque reſtitui carnem. Atque ita intra dies paucos valetudini plene reſtitutus, ab oppido Cigoli venit cum uxore ad S. Vivaldum, redditurus gratias pro beneficio: ubi ambo mihi de peccatis confeſſi, prior Mona Tomoſa narravit viſionem SS. Franciſci & Vivaldi ſibi oblatam: deinde ipſe Joannes ejus maritus ſanationem ſuam miraculoſam affirmavit, exhibitione cicatricis in capite, & pilei à percutiente conſciſſi

ab inimicis letaliter ſauciatus,

& jam jam expiraturus,

D

eo invocato & apparente ſanatur.

5 Sacerdos quidam Volaterranus, Gabriel *e* Narducci dictus, cum eſſet Cairi Babyloniæ Capellanus nationis Genuenſis, & vehementer ibi ac generaliter peſtilentia graſſaretur multoſque extingueret ; ipſe infirmatus, nec ullam humani auxilii ſpem habens, convertit ſe cum ardenti prece ad invocandam opem S. Vivaldi, vovitque ad ejus eremitorium pro eccleſiæ ornatu mittere tapetes duos: & ſtatim convaleſcere cœpit, atque intra paucos dies plenæ redditus ſanitati, à Cairo uſque ad dictum locum miſit ipſos tapetes, cum aliis quibuſdam rebus ad ornandam eccleſiam ſervituris, litteriſque affirmantibus gratiam ſibi factam. Atque hæc duo miracula acciderunt anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto. Multa autem alia beneficia & gratias quotidie Sanctus ille præſtat ſe devote invocantibus, ad laudem Dei & pauperculi Franciſci. Amen.

e

E

alius conva. leſcu à peſte Cairi in Ægypto.

ANNOTATA.

a *Lepram fuiſſe teſtatur Vita Italice reddita, quam annis* 20 *toleravit, totum corpus exulcerantem, unde puris copia ingens cum vermibus ſcaturiebat: eam Vitam primus Latine ſcripſit Fr. Iuncta Auguſtiniani Ordinis Eremita, quam nanciſci vellemus pro* 13 *Decembris, quo colitur.*

F

b *Italice tam in MS. quam apud Razzium* Boſcotondo. *Interim Gonzaga parte* 2 *in Provincia Tuſciæ Conventu* 31 Antrum rotundum *vertit, ut videatur,* Buco *Legiſſe, vel ex ſeipſo ita eſſe interpretatus, eo quod in pariete eccleſiæ nominetur* Antrum S. Vivaldi, *uti infra dicetur.*

c *Hinc apparet, ea è tumulo, in quo primum ſepultus Beatus fuit, ſolenniter elevata & tranſlata fuiſſe: quando vel à quo, fortaſſe ſciremus, ſi vetus Legenda inveniretur.*

d *Anno* 1499 *datus locus eſt: quomodo autem nova eccleſia & conventus aſſurrexerint fuſius aliquantum deſcribit auctor, ut apud Razzium videre eſt: ſed malui eam narrationem dare infra ex Chronica MS. ubi longe diſtinctius explicatur,*

e *Raßius,* Nalducci.

A

APPENDIX.

De ecclesia & conventu B. Vivaldi.

ex Dionysii Polinari chronica habetur,

6 *Dionysius Polinari prælaudatus, in sua Provincia Tusciæ Chronica MS. fol.* 328 *exponit ea quæ de fundatione dictorum ecclesiæ & conventus habet Fr. Marianus, qui* totus intentus colligendis, præsertim infra fines Italiæ, monumentis sui Ordinis, historiam à Religionis exordiis ad sua usque tempora, rudi quidem stylo, sed fida narratione deduxit *libris quinque, quibus titulus*, Fasciculus Chronicarum Ordinis Minorum, *& quorum autographum penes Waddinghum olim, nunc penes successores ejus est. Supplens deinde idem Dionysius ea quæ partim fundationem præcessere & à Mariano notata non sunt, partim ejus mortem sunt subsecuta, hoc modo progreditur.* Locus S. Vivaldi vocabatur

quod ibi antea ecclesia fuerit S. Mariæ de Caporena,

olim S. Mariæ de Caporena (*alibi* Camporena *scriptum*) *diœcesis Volaterranæ: & Fratres sanctæ Crucis eumdem multis* annis tenuerunt, cum omnibus possessionibus ædificiis atque juribus ad eum pertinentibus,

B

de quibus extat Bulla Urbani III (*adeoque ante annum* MCLXXXVII, *prius quam institutus esset Ordo Minorum, ut hi Fratres sanctæ Crucis intelligi debeant Confraternitas aliqua secularis sub eo titulo Volaterræ instituta*) Ipsi autem prædictum locum cum bonis eo spectantibus dimiserunt anno MCCLXXX Episcopo Volaterrano, (*Raynerius Vbertinus hic fuit*) tamquam bona Ecclesiæ: qui locum & bona elocavit cuidam Domino Chiusa, Plebano Parochiæ Arvianensis in perpetuum.

cum annexis fundis juribusque,

7 *Hæc narratio, publicis subnixa instrumentis, quibus conformiter procedunt alia mox indicanda, ubi dicta ecclesia S. Mariæ vocatur ecclesia S. Vivaldi, de familiaritate ejus cum B. Bartolo, obitaque post eum morte, (uti narratur in vita) dubium reddere lectorem possent; nisi mentio fieret possessionum ac jurium, quæ satis indicant agi non de ecclesia, quæ post S. Vivaldi obitum, eo ubi castanea ipsius steterat loco, ædificata fuerit; sed ipsa quæ pridem ibi erat, cum in ejus vicinia Vivaldus sibi habitationem elegit, & quæ successu temporum desolata ac destructa solo nomine tenus superfuerit, ratione fundorum ac jurium ab ea dependentium; anno autem* MCCCCXL *restaurata sit, vel in priori suo loco vel potius ad antrum, quod excisa castanea loco vicinum,*

C

pro ea retinuerat S. Vivaldi nomen, & primum forte eremitam ad illic habitandum sua commoditate & antiqua celebritate invitarat, cui congruum videbatur oratoriolum extrui.

quæ anno 1320 ab Episcopo Volaterrano elocata,

8 Anno enim MCCCXX Episcopus Volaterranus, *Raynerius de Belfortis*, eadem bona elocavit, exindeque ad annum usque MCCCXL eadem sibi vindicata possederunt ac distraxerunt Montajonenses ac Florentini cives nonnulli, donec oratorium quod supererat anno MCCCL, cum suis qualibuscumque jam juribus, elocavit cuidam Sanminiatensi, cui nomen Tedaldus Civione in annos XXIX; quibus elapsis, Sanminiatenses Florentinorum imperio subjecere sese. Contra hos autem quia rebellaverat Tedaldus, qui adhuc possidebat ecclesiam S. Vivaldi cum suis juribus, Capitanei partis Guelfæ ea sibi vindicarunt, & supra principalem ecclesiæ portam sua posuerunt insignia, quæ ibi perstiterunt usque ad annum MD; quando incolæ Castelli Florentini ea sustulerunt, suis in eorum locum positis: hæc vero anno XXVII post, dejecta à Guelfis sunt, restituentibus sua, uti adhuc videntur. Interim Syndicis Montajonensibus Fundensibusque attestantibus judicatum fuit anno MCCCLXIX & LXXXIX, rursumque MCCCCVI illius ecclesiæ bona ad jus San-Miniatensium pertinere.

ad Guelfos transiere,

A. DION. POLINARI EX MS.

9 Porro anno MCCCCXL Montajonenses restaurarunt ecclesiam S. Vivaldi; in eamque & bona illius jus sibi prætendentes patronatus (quod tamen sexto post anno à partis Guelfæ Capitaneis adjudicatum Sanminiatensibus est) elocarunt ipsam cuidam eremitæ; cui etiam anno MCCCCLVIII tantum fundi circum eamdem ecclesiam assignarunt, quantum arcus jacere sagittam potest. Nata deinde lis est super iisdem bonis inter Castelli Florentini & S. Miniatis communitates anno MCCCCLXVII, eorumque pars dimidia utrique parti adjudicata, quia nesciebantur ecclesiæ esse; pro qua stantibus Montajonensibus ex prætenso antehac jure, inter hos & Castelli Florentini incolas per compromissum decisa lis est. Interim qui locum ex concessione Montajonensium possidebat eremita, jam inde ab anno MCCCCXL, obligabatur ad annuum censum Episcopo Volaterrano solvendum: quod & fecit, usque ad MCCCCLXXVII: exinde namque, Episcopales ejusmodi census usurpantibus Communitatibus, iisdem eremita coactus est solvere: in eoque statu res permansit, donec Montajonenses anno MCCCCXCVIII decreverunt ecclesiam & eremitorium offerre Fratribus de observantia S. Francisci.

restauratum deinde à Montajonensibus oratorium an. 1440.

elocatur eremita sub annuo censu.

E

10 *Id quomodo factum sit, potius quam ex Italico Dionysii Latine redderem, malebam primigenia Mariani ipsius phrasi, à Waddinghi successore Haroldo petenda exhibere. Sed respondit Haroldus, eum qui apud se est Chronicarum fasciculum ultra annum* MCCCCLXXXVI *non extendi, proinde ex eo non esse sperandam notitiam possessionis, anno duntaxat* MCCCCXCIX *aditæ; transcripsit tamen verba Mariani initio proposita. Vel igitur aliud exemplar, ulterius productum, habuit Dionysius; vel alterius manus Appendicem credidit Mariani esse: quæ cum non inveniatur Latina, ipsam quoque hic ex Italico accipe, ut eam sub Mariani nomine Dionysius habet:*

11 Anno MCCCCXCIX celebratum est Capitulum Provinciale in Podio Bonitii, per Fr. Bernardinum de Vecchio, Senensem, Commissarium Provinciæ; ejusque Vicarius iterum electus fuit Fr. Joannes Teutonicus: atque à Capitulo acceptatus locus quadragesimus secundus, scilicet locus S. Vivaldi in Silva-rotunda, prope oppidum Montajonis. Cujus loci, immediate post finitum Capitulum, possessionem processionaliter iniere Fratres in festo SS. Philippi & Jacobi. Vertente anno, in eadem festivitate, Communitas Castelli-Florentini, in cujus territorio locus est, tres illuc viros misit, qui vice Communitatis jus Patronatus in eumdem locum exhibentes, stipulati sunt cum Fr. Cherubino Conzi Florentino, qui locum acceptarat; & per contractum legitimum eidem assignarunt ex ipsa silva tantum circumcirca spatium, quantum Fratribus ad necessariam lignationem abunde satis erat; ea lege, ut in agnitionem Patronatus, obligarentur Fratres exponere in ecclesia sua imagines SS. Laurentii, Leonardi & Verdianæ, Patronorum ipsius Communitatis. Postea, simili die, Communitas Montajonensis, cum solenni processione illuc detulit aliquas Reliquias S. Vivaldi; promittendo ceteras omnes sancti corporis partes tunc donandas, quando absoluta esset loci fabrica.

& an. 1499 acceptatur ab Observantibus:

F

12 In hoc eremitorio diu habitavit in arcta pœnitentia vir quidam San-Gemignanensis, Vivaldus nomine, discipulus & famulus B. Bartoli item San-Gemianensis in sua atroci infirmitate. Hic post mortem illius, dimissa patria, sub habitu eodem & regula, id est Tertiariorum S. Francisci,

qui S. Vivaldi de eremitorium adepti,

A DION. POLINARI EX MS. quod reliquum vitæ fuit transegit in prædicta silva, ex amore Jesu Christi, cum gloria miraculorum. Famâ porro sanctitatis tantæ per regionem istam vulgatâ, concurrentes undique populi semper in veneratione habuerunt ejus eremitorium, usque ad hæc nostra tempora illud devote ac frequenter visitantes. Hactenus autem in eo habitaverant Eremitæ tertii Ordinis: nunc vero curante Fr. Cherubino acceptatus est locus, & à fundamentis ædificatus, in honorem Assumptionis Dominæ nostræ & nostri benedicti Patris S Francisci, non sine omnium admiratione, miraculo rem adscribentium, eo quod cuncta necessaria ibi deessent præter ligna: nec deerant impedimenta ex parte Vicarii tam Generalis quam Provincialis: deerantque & petræ & sabulum ædificio aprum.

ecclesiam & conventum à fundamentis exiruunt,

13 Deo tamen sic volente, promota continuo fabrica est, atque intra tredecim annos finita, adjuvantibus libentissime Fratribus Florentinis, atque Florentia submittentibus quidquid poterant. Plurimum autem eodem contulit ipiorum devotio populorum: prædicante enim Fr. Cherubino in majoribus solennitatibus, credita sunt concurrisse ad

mira fidelitate alacritate adiuti.

B tria hominum millia: qui omnes à majori ad minimum, finita prædicatione, comitabantur oratorem sacrum, ad fluvium qui Evola nuncupatur, uno milliari dissitum; ubi unusquisque sumebat unam alteramve petram aut lignum, ferebatque ad locum, nec ipsis quidem nobilibus atque officialibus obsequium hoc suo gradu indignum æstimantibus. Accidit enim aliquando istic adesse Dominos Vicarios oppidorum Certaldi & S. Miniatis ad Tudesum, item Dominos Potestates oppidorum S. Geminiani, Castelli-Florentini, Pegguli & Palaiæ, cum multis civibus ac frequenti turba; & simul omnes abire ad flumen quæsitum lapides. Unde nata ibidem consuetudo, ut quicumque ad locum accedit, nefas esse credat venire absque saxo istic offerendo; quod in hodiernum usque diem observatur. Post Fr. Cherubinum Sanctas Fr. Thomas de Florentia amavit hunc locum, multumque laboris ibidem exantlavit, & in silva ædificavit devotissimas capellas & oraroria, ad similitudinem sacrorum locorum sanctæ civitatis Hierusalem, ubi spectantur omnia mysteria Dominicæ Passionis.

14 Hactenus, *ut præfertur*, Marianus, *absque ulla mentione earum contentionum, quæ antea circa locum & jura ejus fuerunt; quæq; novos ejus incolas, etiam postquam ecclesiam novam conventumque suis manibus & laboribus ædificarunt, sicuti jam vidimus, diu exercuerunt. Prosequitur eas exponere Dionysius, apud quem primo* Cle-

C

quæ eis confirmat Clemens 7.

mens Papa VII, anno MDXXV per expressum Breve confirmavit Fratribus possessionem ecclesiæ prædictæ & jurium ejus, constituens suo loco procuratores ac defensores eorum Dominos Capitaneos partis Guelfæ: deinde Pontificatus ejus anno x Christi MDXXXIII die XXII Octobris, post multas lites & controversias aut testimonia desuper audita, deputati ab eo Commissarii & Judices, D. Joannes Stati Protonotarius Apostolicus, & D. Philippus Maneli Canonicus & civis Florentinus, tulerunt sententiam determinatoriam omnium litium & controversiarum, quæ agitatæ fuerant inter Fratres & Communitatem Castelli-Florentini, hac ratione, ut Guardianus & Fratres Conventus S. Vivaldi habeant conventum & hortum, cum eo omni quod intra largiorem murum continetur, & extra eum circumcirca spatium trecentorum brachiorum mensuræ Florentinæ, citra tamen præjudicium tertii, qui forte posset potiora jura sua in eum locum probare: reliqua autem pars silvæ illius, salvo itidem jure tertii, maneat Communitati prædictæ: ita tamen ut licitum sit Guardiano & Fratribus S. Vivaldi, eorumque operis & famulis, ex quocumque loco fodere & exportare arenam & saxa, et iam ex parte reliqua silvæ dictæ Communitati assignata, nullius desuper requisito consensu, quantum iis opus erit ad fabricas majores vel minores, intra ecclesiam, conventum, hortum, & totum brachiorum trecentorum circulum, restaurandas vel de novo construendas. Deinde autem anno MDXXXVII à parte Guelfa & Communitate dicta missus eodem est diribitor limitum, qui trecentorum brachiorum spatium metiretur atque signaret.

D

& controversias cum Castello Florentino per Commissarios definit.

sub conditionibus Conventui commodis.

E

15 In illo conventu S. Vivaldi habentur Indulgentiæ, concessæ à Leone Papa x, iis qui ad singulas capellas unum Pater-noster & Ave Maria recitabant in Natali Domini ac sequenti biduo, itemque in Pentecoste & biduo item sequenti, die prima Maji Festo S. Vivaldi, die Veneris sancto, in Festo S Francisci, & omnibus festivitatibus Divæ Virginis: quibus diebus singulis conceditur Indulgentia annorum septem. Ibidem habentur aliquæ, sed parvæ Reliquiæ. Præ quibus spectabilis est maxilla S. Vivaldi, cuius reliquum corpus Montajone remansit in Parochiali ecclesia, non servantibus Montajonensibus fidem Fratribus datam, de eo tradendo, mox atque absoluta loci fabrica esset: jam enim ab annis viginti & pluribus absoluta ea est, nec tamen habetur corpus, aut verosimiliter habebitur unquam *Ita Dionysius, ipsis hisce verbis significans, scripsisse hæc se circa annum* MDXLV. *Addit deinde in ecclesiæ pariete hunc Italice scriptum titulum.* Anno MD, primo die Maji, consignatum fuit pauperibus Fratribus S. Francisci antrum sive spelunca vel caverna S Vivaldi: & per Dei auxilium, sudorem pauperum Fratrum, atque devotionem populorum, miraculose ex parvo eremitorio fabricatum est hoc tam devotum oratorium, ad laudandum Deum & orandum pro populis. Hæc fuit mutatio dexteræ excelsi & magni Dei, cui sit honor & gloria & B. Vivaldo. Amen.

Indulgentias addit Leo x

Habetur ibi maxilla S. Vivaldi,

F

cum titulo Fundationis.

DE B. PANACÆA VIRGINE

D.P. AGAMII IN DIOECESI ITALIÆ NOVARIENSI.

AN. MCCC LXXXIII.



Arolus à Basilica-Petri, vir eximia doctrina & virtute præditus, a Clemente VIII *adlectus est anno* MDXCIII *Episcopus Novariensis: qui optimi Pastoris perfunctus officio, decessit è vivis anno* MDCXV, *relictis eruditionis suæ præclaris monumentis, inter quæ sunt de Ecclesia Novariensi libri duo, primus de locis, alter de Episcopis. Vbi in primo pag.* 99 *describit* terminationem Romaniani, *asseritque* ad montes regionem esse, quæ à Romaniano appellatur; & secus eumdem collem esse Agamium, Sitianum, seu Sirtianum, & Romanianum ipsa in ripa Sesites; ubi in adversa, quæ Sabaudiæ Ducis est, ripa jam montes surgunt, & Romanianum in valle concludunt. In litteris Innocentii nominatur plebs Agamii cum suis pertinentiis, & eodem modo plebs Sitiani: utroque loco, utique antiquo, beneficia simplicia sunt & baptisterium separatum vetus; sed Agamii magis integrum atque aptum:

Situs Agamii, & Sitiani,

A aptum : Agamium vero multo major vicus. Hinc intelligimus, cum hi duo vici proximi ſint, baptiſteria & plebanam prærogativam interdum non neceſſitatis ſed dignitatis cauſa datam. *Hæc de Agamio & Sitiano pagis, B. Panaceæ ortu & cultu celebribus. Mortua eſt ea anno* MCCCLXXXIII, *& colitur prima ſexta feria menſis Maji, quæ dicto anno incidit in haſce Kalendas Maji. Interim Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum pro Feria ſexta aſſumpſit diem ſextam Maji & ſic habet :* Agamii in territorio Novarienſi B. Panacææ Virginis & Martyris. *Ferrarium ſequitur Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro. Acta vitæ ejus, cædis & venerationis deſcribit dictus Carolus Epiſcopus pag.* 101 *& ſequentibus, quæ ex eo damus.*

Tempus cædis & veneratio.

2 Colitur in eccleſia Agamii corpus B. Panaceę, in ejus nominis ſacello, tumulo ferreis clathris munito: & magna quidem & celebri noſtrorum & exterorum veneratione. Hæc Virgo (ut olim Rochus Presbyter, Parochus Quaronæ, ſcripſiſſe dicitur, & à majoribus traditum eſt) Laurentii cujuſdam Cilliæ filia fuiſſe dicitur ex valle Seſitana, qui in pago appellato Domus-Rafaniorum natus poſtea Quaronæ habitavit, ubi ex Maria Agamina uxore ducta Panacæam

hæc parentibus nobilitate nata

B ſuſcepit : cumque illa Agamii mortua eſſet, aliam duxit. Quæ duriſſime Panacæam tractabat, pecudes ac jumenta ei paſcenda committens : ligna quoque colligenda domumque portanda, ac penſa quotidie illi mandabat, quæ conficere illa minime poterat; eo maxime quod orationi intenta, in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ veteri, Quaronæ parochiali, in monte collocata, quo gregem ſolebat ducere, erat frequens, & Coronæ precationi aſſidue operam dabat.

& orationi addicta

3 Noverca vero, ſevere penſum exigens, crudeliter verberabat, ſi quid minus effeciſſet. Puella divino Spiritu, qui ubi vult ſpirat, non humana aliqua diſciplina documentove, inſtructa & confirmata, mira patientia omnia ferebat : prætereaque aliis Chriſtianis virtutibus prædita, exquiſitam quamdam modeſtiam in moribus & in omni actione præferebat, tum vero eximiam in omnes caritatem. Nam cum omnium rerum ſumma egeſtate laboraret, vixque à noverca acciperet panem qui vitæ ſufficeret, egentibus tamen curabat aliquid ſemper impertiri. Noverca vero eo magis indignari ac furere videbatur, quo

à noverca ejus patientiam exercente

C majori patientia ac virtute privignam proficere videbat, ut ipſa etiam recte & ſancte facta caſtigaret, & ut ab oratione averteret, impie coronas eriperet perderetque.

impacta colo occiditur:

4 Dominus autem, pro immenſa benignitate ſua, talis virtutis ac pietatis premium nolens differre, eo procedere mulieris iram furoremque permiſit, ut innocentem piamque puellam, quæ jam quindecim erat annorum, occideret; idque ob eximium ipſius orationis ſtudium. Quadam enim die veſperi, cum domum redeundum eſſet, jumenta cœpit illa quidem eo agere; ſed faſcem lignorum ſublatura, ad lapidem, ubi orare ſolebat, accedens, orationis amore capta, ita ſuſtinuit, ut jumenta ad ſtabula ſine cuſtode pervenirent. Qua de re irata noverca, ad paſcua veniens, oran- AUCTORE
tem Virginem rudi ac montana colo ita percuſſit, D. P.
capitique fuſos ita infixit, ut interficeret : qua de re ſolet ea cum ipſis fuſis infixis pingi, ſæpe etiam cum noverca percutiente.

5 Re audita Laurentius pater, qui ſæpius uxorem fruſtra corripuerat, accurrens, faſcem dicitur arden- *corpus miraculis illuſtratur:*
tem reperiſſe, neque extinguere ignem corpuſve movere ulla ratione potuiſſe. Re pervulgata plurimi eo convenere : tantaque fuit virtutis hujus Virginis & eventus rei approbatio, non ſolum multitudinis, ſed etiam primariorum virorum, atque adeo (ut narratur) ipſius Cleri Novarienſis, ut, tamquam cæleſtis ac æternæ vitæ compos ac beata, coli & prædicari cœperit. Nam & miracula quædam de ejus corpore, Agamium per id tempus tranſlato, narrant; & ora- *conduntur oratoria duo:*
toria ejus nomine fabricata ſunt : unum in eo ipſo monte ubi percuſſa eſt, cujus altare ſupra ipſum lapidem collocatum ajunt in quo illa orabat : alterum in valle apud Seſitem fluvium, in quo annus notatus eſt MCCCCIX, cum ea anno MCCCLXXXIII ex hac vita deceſſiſſet.

6 Dies certus obitus non exprimitur : ſed feria ſexta, quæ primo occurrit mente Majo, coli ſolet feE
ſta hujus & aliorum populorum ac plurimorum hominum veneratione, ſive ex libera pietate, ſive ex *annua veneratio 1 feria ſexta Maji:*
voto. Qua feria mirum eſt quanta hominum multitudo, etiam ex diœceſi Vercellenſi, convenire Agamium ſoleat; precibuſque, oblationibus & ſanctis Sacrificiis Deo offerendis Virginis memoriam colere. Populus Quaronæ eo die proceſſionem cum Parocho ſuo decem milliarium via ad hanc eccleſiam habet, cereumque offert, conferente unoquoque patrefamilias ad id certam pecuniam : quod idem alios populos feciſſe ac facere debere ferunt. In ea eccleſia *reliqua cultus publici argumenta.*
non capella ſolum, ſed etiam beneficium, ad Miſſas celebrandas, inſtitutum eſt : ac in aliis eccleſiis paſſim per hanc diœceſin ejus imagines & altaria viſuntur. Solet invocari comitialis morbi cauſa; multique prædicant impetratam invocata Panacæa, ſanitatem, quod quidem eſt ſalutari nomini conſentaneum.

7 Hujus veteris cultus nihil nobis immutandum viſum eſt : totum enim credimus divina voluntate *& approbatio.*
tributum à fidelibus eximiæ virtuti beatitudinique F
hujus felicis puellæ. *Hactenus Carolus, cui ex ſui Epiſcopalis gradus officio incumbebat examinare ſingula & qua fide niterentur æſtimare, adeo ut ejus judicio ſtandum omnino ſit. Si Rochi Presbyteri ſcripta adhuc ſuperſunt (Italica an Latina nihil intereſt) petimus ea nobiſcum communicari, uſui futura pro Supplemento : nam ejus rei cauſa morari prælum, aut multas hinc illuc litteras ſcribi in eventum incertum non putavimus operæ pretium. Unum addo quod quæ hic ſemper* Quarona *(nec dubito quin recte) invenitur ſcripta, ipſa videatur, quam Topographicæ tabulæ nominant* Paronam, *Lomellinæ vallis & Ticinenſis diœceſis pagum, inter Terdoppium & Albonetum fluvios, tantumdem Novaria diſtans ex una, quantum Agamium diſtat ex parte altera, id eſt quinque* p. m. *utrimque.*

Quarona ubi.

SECVNDA DIES MAII

SANCTI QVI VI NONAS MAH COLVNTVR.

Anctus Secundus Episcopus, Abulæ in Hispania.

S. Helperus, S. Zoë } conjuges, Martyres, Attaliæ in Pamphylia.

S. Cyriacus, S. Theodulus } filii, Martyres, Attaliæ in Pamphylia.

S. Germanus, S. Cælestinus, S. Felix, S. Cetinus, S. Vrbanus, S. Bellicus, S. Privata, } Martyres.

S. Saturninus, S. Neopolus, } Martyres Alexandriæ.

S. Helpidius, S. Hermogenes, S. Hipolites, S. Lupus, } Martyres, Melitenæ in Armenia.

S. Germanus, S. Cælestinus, S. Santina, } Martyres Alexandriæ.

S. Elenara, S. Sponsaria, } Virgines & Martyres in Gallia.

S. Flamina, Virgo & Martyr Davajaci in Arvernia.

S. Sicharius Martyr, Brantolmæ in Petragorico.

S. Felix Diaconus, Martyr Hispali in Hispania.

S. Simplicius, S. Ambrosius, } Martyres in Catalania.

S. Athanasius, Episcopus Alexandrinus.

S. Germanus, Episcopus Martyr, apud Ambianos in Gallia.

S. Florentius, S. Vindemialis, } Episcopi Confessores, ex Corsica Tarvisium advecti.

S. Vindemialis Episcopus, Martyr in Africa.

S. Valentinus, Episcopus Genuensis.

S. Waldebertus, Abbas Luxovienſis, in Burgundiæ Comitatu.

S. Sabas, Episcopus Daphnusiensis in Archipelago.

S. Wiborada Mart. S. Rachilda, } Virgines inclusæ apud S. Gallum, in Helvetia.

B. Conradus Martyr, Fundator Montis-Angelorum Ordinis S. Benedicti, in Helvetia.

S. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Prædicatorum.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Silvestri monachi, ex Ordine S. Basilii, *agitur hoc die solennis celebritas Traînæ in Sicilia; ut testantur hic Ferrarius, & Octavius Cajetanus noster: de eo agimus* 11 Januarii.

S. Macra, uti & aliæ Virgines sacræ, in territorio Remensi. *Ita MS. Martyrologium Vedastinum. Quænam hæ sint Virgines sacræ, non comperi; de* S. Macra *agimus* VI Januarii.

S. Marius Confessor, *refertur in MS. Adonis Cardinalis Sforcia, absque ulteriori notitia. Forsan est* S. Marius, Abbas Bodanensis, *cujus Vitam illustravimus* XXVII Januarii.

Geva, relicto matrimonio Sanctimonialis, *memoratur in quibusdam scriptis Westphalicis. Fuit hæc* amita S. Theadildæ, Virginis & Abbatissę Freckenhorsti in Westphalia: *in cujus Vita & Commentario prævio, quæ haberi de ea possunt narrantur. Vide Appendicem ad* XXX Januarii.

S. Berlendis, S. Nonnæ, S. Celsæ, } elevatio *memoratur in MS. Florario, Wione, Menardo, Saussajo & aliis, ut diximus ad Vitam illarum* III Februarii.

S. Simeon, Episcopus & Martyr, qui consanguineus fuit Christi Salvatoris, *memoratur in MS. Adone Cardinalis Sforcia. Est* II *Episcopus Hierosolymitanus: cujus Vitam dedimus* XXVIII Februarii.

Sub invocatione S. Petri lacrymantis, Mariæ pœnitentis & Latronis confitentis *est per S. Adonem Archiepiscopum Viennæ facta* dedicatio altaris & capellæ circa ambitum majoris Ecclesiæ, ubi intercessione horum Sanctorum infinita quondam circa ægros operata fuere miracula. *Ita MS. Martyrologium Viennense. Coluntur ex his* S. Petrus Apostolus XXIX Junii.

Maria pœnitens, *si intelligatur*, Ægyptiaca II Aprilis. *Si vero* Maria Magdalena XXI Julii.

Latro Christum *in cruce confessus* XXV Martii.

S. Eutychii, Episcopi Constantinopolitani, translatio corporis Venetias, *indicatur à Ferrario. Vitam dedimus* VI Aprilis.

S. Aibertus, reclusus in monasterio Crispiniacensi in Hannonia; ob sacellum, in quo requieſcit, Kalendis Maji dedicatum, hoc die habet aliquam venerationem, *ac memoratur à Molano in Natalibus Belgii, Wione, Dorganio, Saussajo & aliis. Vitam dedimus die ejus natali* VII Aprilis.

B. Guarterus, Abbas Pontisaræ, qui egregiis virtutibus Ordinem Cistercienſem mire decoravit, *refertur primo loco ab Chrysostomo Henriquez, in Menologio Cistercienſi, & Bucelino non absque mendo. Citatur Ferrarius, qui retulit ad diem* 3 *Maji, & unum eumdemque*

que fecit cum Gualterio Davidis Regis Scotiæ filio, *aliis* Walleno, Melroſæ Ordinis Ciſtercienſis Abbate, *de quo etiam ad diem* 3 *Maji inter Prætermiſſos agitur. At* Galterius Abbas Pontiſaræ, *cujus tranſlatio corporis facta eſt* 3 *Maji*, *fuit* Abbas Benedictinus ; *cujus Acta duplicia dedimus die ejus natali* VIII Aprilis.

S. Joannes Thaumaturgus prope Jordanum, *refertur in MSS. Menæis. Is quarto hujus appellatur* Joannes Palæolaurita, *cujus Acta dedimus* XIX Aprilis.

S. Eremberti Epiſcopi tranſlatio, *indicatur in quibuſdam ſcriptis. Vitam ejus illuſtravimus* XXX Aprilis.

S. Sigiſmundi, Regis Burgundionum, Martyris *ſolennitas, ab heſterno die tranſlata, celebratur hoc die in variis Eccleſiis, & memoratur in MSS. Aquileienſi ac Pragenſi, & apud Bellinum, Maurolycum, Molanum & alios. Acta ejus illuſtravimus* 1 Maji.

S. Ultanus Abbas *colitur Peronæ & in Monte-S. Quintini vicino : uti diximus ad ejus Acta* 1 Maji.

S. Evermarus, Martyr & Dux è Thebæa legione, *memoratur in MS. Florario Sanctorum & Auctario Greveni ad Vſuardum. Nos talem in ſacra illa legione non novimus : ſed aliun qui Ruttis prope-Tungros colitur, de quo egimus* 1 Maji.

S. Marculphi Abbatis, officium depoſitionis fit hodie Remis in cœnobio S. Remigii, *teſte Sauſſajo & colitur Nantii in diœceſi Conſtantienſi. Ejus tranſitus fuit heri* 1 Maji.

S. Theodulphus Presbyter, Treviris apud Patres Prædicatores quieſcens, *refertur à Greveno, Molano & aliis. De eo egimus* 1 Maji.

S. Jacobi planctus *indicatur in Kalendario Ægyptiaco a Seldeno edito, ſed quis intelligatur non additur.*

S. Athanaſius, *colitur hoc die* in cœnobio Deiparæ Virginis de Valvaneda Ordinis Benedictini, in Calagurritana Hiſpaniæ diœceſi ſupra urbem Najara. *At controvertitur, quis iſte* Athanaſius, *Fuiſſe* Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum *tradit Gregorius Bravo de Sotomajor apud Tamajum Salazar ad hunc diem. Sed hic cum Marietta ſentit* monaſterii hujus coquum fuiſſe. *Nos certiora monumenta, ut huic coquo venerationem Eccleſiaſticam adſtruamus, merito requirimus.*

S. Alexander *memoratur in MSS. Caſinenſi & Altempſiano. Verum ob ſilentium aliorum arbitramur legendum* Alexandrię, *& præponendum nominibus* Saturnini & Neapoli *ibidem paſſorum, uti infra ad horum cultum indicamus.*

S. Antonia Virgo *notatur hoc die in quibuſdam Carmeliticis Kalendariis, teſte R. P. Philippo à Viſitatione in Acie bene ordinata, de qua infra. Idem in notis MSS. putat eſſe illam, ſub cujus diſciplina in Thebaide vixit* S. Euphraxia *ſive* Euphraſia ; *quæque (ut in hujus Actis* 13 *Martii illuſtratis legitur) ab hac poſt diem trigeſimum evocata ad cælum, eidem eſt contumulata. Nuſquam ego invenio Thebaici illius monaſterii* Diaconiſſam, *id eſt* Hegumenam *ſive* Abbatiſſam, *vocatam fuiſſe* Antoniam. *Antiqua Latina verſio nomen non exprimit : Græcus contextus* Theodulen *vocat, uti ad num.* 7 *litt.* l *notavimus.*

S. Oliva Virgo & Martyr in Hiſpania, *indicatur à Ferrario & Tamajo Salazar ex Kalendario Breviarii Ordinis S. Mariæ de Mercede, abſque ulteriori notitia, neque in Ordine recitandi divinum officium inter Mercenarios ulla hujus fit mentio.*

S. Eumonis, Epiſcopi & Confeſſoris Senonis, *memoria inſcripta eſt MS. Florario Sanctorum. Videtur* Emmo *eſſe, mortuus anno* DCLXXV *ut tradit Clarius in Chronico monaſterii S. Petri Vivi, ubi ſepultus eſt : à quo etiam* Sanctus Emmo *appellatur. Interim non eſt aliis faſtis, ne quidem Sauſſaji, aut etiam Breviario Senonenſi inſcriptus. Hinc majorem venerationis certitudinem exſpectamus.*

Feliciſſima Virgo & Martyr, ob Inventionem colitur Viterbii in Italia. *Ita Ferrarius in Catalogo generali :* ex tabulis Eccleſiæ S. Sixti, *illoque citato Arturus in Gynæceo ſacro.*

Danfrerdus, Epiſcopus & Confeſſor, *adſcriptus eſt Auctario Greveni à Carthuſianis Bruxellenſibus. Nobis hactenus ignotus.*

Enarius & Colmanus, *indicantur in MS. Tamlachtenſi. Sunt aliquot* Enani, *& plurimi* Colmani *in Indicibus Colgani ut Sancti relati. Sed ex nudis nominibus nihil certi poteſt proferri.*

S. Nectanus de Kill-unche in regione Conalliæ, S. Patricii ex ſorore Liemania nepos : cui is morienti adſtitiſſe, ejuſque merita & futuram in cælis gloriam prædixiſſe dicitur, & jacere Finnanariæ, ad ripam Boandi fluvii, in regione Bregarum. *Ita excerpta ex variis Martyrologiis Hibernicis relatis à Colgano in Appendice* 5 *cap.* 4 *num.* 6 *ad Vitam S. Patricii. Vtinam alius ejus tomus prodiret, ex quo certiora de ejus Vita haberentur.*

Aidamus filius Cuamſe, *ſive* Cuaimſechæ, *refertur in MS. Tamlachtenſi, & ad Vitam S. Aidani ſive Mædoci Epiſcopi Fernenſis, a nobis etiam editam, in Appendice cap.* 1 *a Colgano.*

Zefanus, Quintinus, Tranſilla & alter Saturninus cum aliis ſex *inſcripti ſunt MS. Tamlactenſi. De* S. Quintini *elevatione apud Veromanduos, ſi forſan idem eſt, agimus inter Prætermiſſos. De aliis nihil alibi legimus.*

S. Bertinus junior, in Monaſterio Sithiuenſi S. Bertini, *memoratur à Menardo, ſed alſque titulo* Sancti *aut* Beati *relatus à Molano in Natalibus Sanctorum Belgii, qui refert ex Iperio eum*, profeſſum religioſam vitam ſancto fine conclúſiſſe, ejuſque corpus, cum corpore B. Erkenbodonis & aliorum Sanctorum, ſupra majus altare in eccleſia Canonicorum S. Audomari repoſitum, venerari : *quod etiam ſcribit Rayſius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 75 *qui eum titulo* Beati *honorat.* Quod tamen *inquit Molanus*, nunc à Canonicis Audomarenſibus ignoratur, fortaſſis tamen ex feretrorum inſpectione aliquando patefiet. *Refertur autem hoc die occaſione S. Waldeberti Abbatis Luxovienſis, a quo alius eſt Walbertus parens hujus Bertini, per alios ab illo non diſtinctus & Sanctus habitus.*

Mafalda, filia Sancii 1 Regis Luſitaniæ, Henrico 1 Regi Caſtellæ nupta, ſed relicto conjugio in Arouca monaſterio Ciſtercienſi Luſitaniæ ſanctimonialis, oratione, ſilentio, abſtinentia & ſignis poſt obitum conſpicua, *memoratur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino, in faſtis monaſticis. Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro, eam titulo* Beatæ *honorat, uti etiam Georgius Cardoſo in Hagiologio Luſitano, ſed minore charactere, quo ipſam à cultu Eccleſiaſtico ſeparat. Antonius Vaſconcellius, in Sancio* 1 *Luſitaniæ Rege pluribus de hac filia ejus agit num.* 14 *& tribus ſequentibus, aſſeritque* anno MDCXVII, die VII Auguſti, ſepulcrum ſanctiſſimæ Reginæ apertum fuiſſe, & corpus integrum viſum, & de miraculis forma juris conſueta ab Epiſcopo inquiſitionem habitam, omniaque ad Regem Catholicum remiſſa. *Interim à titulo* Sanctæ *&* Beatæ *abſtinet Vaſconcellius Vtinam aliquando Sanctiſſimæ Reginæ concedatur cultus Eccleſiaſticus, & Acta vitæ atque miraculorum ad nos tranſmittantur.*

Anonymus, *in Corſica ab hæreticis anno* 1354 *occiſus.*

Joannes Simplex, *Converſus Aſſiſii, an* 1215,

Marcus Hungarus, *Converſus apud Inſubres, an.* 1372,

Petrus à Xereſio, *in mari Indico, an.* 1577 *mortui,*

Ordinis S. Franciſci, *referuntur cum titulo* Beati, *in Martyrologio Franciſcano Arturi à Monſtier : quos alii ab ipſo citati ut viros illuſtres habent. Eodem Martyrologio*

tyrologio citato, indicatur à Iacobillo de Sanctis & Beatis Vmbriæ dictus Jacobus Simplex.

Maria Alphonſa, *Ordinis S. Claræ, Aſturicæ in Hiſpania, de qua Waddingus ad an.* 1328 *aſſerit*, Moniales in magna veneratione ejus corpus proſequi, ob pleraque miracula ejus interceſſione patrata, *in eodem Franciſcano Martyrologio & Gynæceo ſacro proponitur ab Aſturo cum titulo* Beatæ, *quo abſtinent Waddinghus & Haroldus: & merito. Illam enim monialium venerationem, ſiquidem adhuc durat, non excedere limites privati cultus plane nobis perſuaſit R. P. Antonius Oſſorius, Marchionis Aſturicenſis filius, noſtræque Societatis Sacerdos: qui rogatus deſcribenda curare ipſius* Mariæ *Acta ac miracula, ſiquidem ſcripta extarent & vere cultum aliquem illa publice haberet ut* Beata; *reſpondet*, interrogaſſe ſe multos, atque etiam miſiſſe Aſturicam qui in memoriam illius miraculoſæ Beatæ inquirerent, & nullam invenire potuiſſe: nec vero credere ullam habere in toto Epiſcopatu: cujus omnia ſanctuaria, una cum Marchione fratre, ſtudioſe obiverit aliquando ipſe, nec tamen Beatam illam nominari unquam audiverit.

S. Staniſlaus Bidigoſta, *ad hunc diem nominatur in* Acie bene ordinata plurium Sanctorum & Beatorum utriuſque ſexus Ordinis Carmelitarum, ex variis Martyrologiis & Kalendariis collecta per R.P. Philippum à Viſitatione Carmeli Valencenſis Suppriorem, *ſecundùm edita anno* 1676, *& cum Mſ. notis ad nos ab Auctore miſſa: qui hæc de Staniſlao ſuggerit.* S. Staniſlaus Bidigoſtanus, Polonus, vi[illegible]one miraculorum, per ſacratas Hoſtias juxta Po[illegible]naniam patratorum, in fide Catholica confirma[illegible]is, Ordinem Carmelitarum in urbe patria Bidigoſtenſi profeſſus, virtutibus & prodigiis effulſit. Tandem pro Chriſto in Pruſſia trucidatus, & in Carmelo dicto ſepultus, anno 1420, ſecunda die Maji novis miraculis reſplenduit, quibus ſibi popularem cultum comparavit: ſicque ſanctitatis titulum illi attribuunt veteres picturæ & ſcripturæ, nec non Biſcarretus in Palma Carmeli, & Varſevicus Varſovienſis Canonicus in Catalogo Sanctorum Polonorum, approbato Romæ anno 1620. *Quæ quia certa eſſe credimus, rogamus illius Provinciæ & Ordinis Patres, ut pleniori ſcripto Commentario de Vita, Martyrio, miraculis ejus, deque publici cultus argumentis ſingulis edocere nos dignentur, ut hic ipſorum Sanctus digniorem in futuro operis Supplemento locum occupet.*

Candidus monachus Hibernus, cum opinione ſanctitatis anno 1616 mortuus, *refertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino, & traditur ejus Vita à Franciſco Bivario ſcripta extare, aliaque metrice à Stephano Sartal: apud Henriquez autem in Faſciculo lib.* 2 *diſt.* 33 *varia de eodem collecta extant.*

SS. Silvanus, Epiſcopus Gazenſis & alii quadraginta, capite plexi, *referuntur in MS. Synaxario Græco Claromontano, & MSS. Menæis Mediolanenſibus & Taurinenſibus. Acta illorum, ſed ſociorum triginta novem, damus* IV Maji.

S. Juvenalis Martyr, colitur Beneventi ritu duplici, ejuſque ibidem corpus aſſervatur. *Vipera de Sanctis Beneventanis arbitratur hunc ab aliis referri die, quo iſta elucidamus,* VII Maji.

B. Joannis Nepomuceni mors, *huic diei adſcribitur à Georgio Crugerio in memoriis ſacris Regni Bohemiæ: nos Bohuſlaum Balbinum ſecuti, agimus de eo* XVI Maji.

S. Piranus, ex regia Hibernorum familia natus, ſancte viviſſe in Cornubia Angliæ provincia, *traditur à Wilſono, in prima editione Martyrologii Anglicani, in ſecunda ad diem* V *Martii; ſecuti ſunt ad hunc diem Ferrarius & Fitz-Simon. Citatur à Ferrario Cambdenus, quaſi de eo ageret* in emporiolo Padſtow, *quod aſſerit* contracte pro Parrockſtow dici, à Petroco quodam Britannico in Sanctos relato: *qui celebrem cultum habet: quando, ſi aliquid certi ſciatur, poterit etiam de* Pirano *agi* IV Junii.

S. Norberti, Archiepiſcopi & Fundatoris Ordinis Præmonſtratenſis, tranſlatio corporis Magdeburgo Pragam, *memoratur à Sauſſajo in Martyrol. Gallic. & Georgio Crugerio in Sacris memoriis regni Bohemiæ, & celebratur in dicto Ordine apud Hiſpanos. Dies natalis eſt* VI Junii.

S. Olivæ Virg. & Mart. *tranſlatio brachii Pithinæi, in Sicilia diœceſis Cephaleditanæ oppido, teſte Pyrrho, in Notitiis tom.* 2. *fol.* 492. *Feſtum ipſum agitur* XII Junii.

S. Cunegundis, Virginis in Eiſchel, *memoria inſcripta eſt Auctario Molani ad Vſuardum ſecundæ editionis. Eſt* Eiſchel *in diœceſi Conſtantienſi: ubi iterum, ob elevationem cum SS. Mechtunde & Wibrande, dicitur coli ab eodem Molano, Wione, Galeſinio & aliis* XVI Junii.

SS. Eugenius & Longinus, cum Vindemiali, ſub Hunnerico Rege capite obtruncati, *referuntur in Martyrologio Romano, uti infra ad Acta* S. Vindemialis *dicitur. At ſeorſim* S. Eugenius (*quando etiam de* Longino *agi poterit, ſi quæ alia occurrant, colitur* XIII Julii.

SS. Mauri & Sociorum Martyrum natalis, *primo loco memoratur in MS. Caſinenſi. Videntur Vigiliis in Apulia coli, & eorum inventio celebratur* X *Maji: Dies natalis* XXVII Julii.

S. Quintini, S. Victorici, S. Caſſiani } elevatio *inſcripta eſt cuidam Martyrologio Vſuardi. Fuit corpus* S. Caſſiani *tranſlatum ad baſilicam* S. Quintini, *uti & corpus* S. Victorici. *Extat autem* Sermo de tumulatione Sanctorum Chriſti Martyrum Quintini & Victorici & Confeſſoris Caſſiani *apud Claudium Heremæum in Auguſtâ Veromanduorum. Ex his* S. Quintinus *colitur* XXXI Octobris.

S. Victoricus, cum S. Fuſciano Martyr Ambianis, XI Decembris.

S. Caſſianus, Epiſc. Auguſtodunenſis V Auguſti.

S. Ludovici Regis Francorum è captivitate liberatio *traditur hoc die facta: de qua agetur ad ejus Vitam* XXV Auguſti.

S. Bertini Abbatis elevatio recolitur in proprio monaſterio, *& indicatur à Molano, Wione, Menardo, Sauſſajo & aliis. Dies ejus natalis eſt* V Septemb.

S. Optati Epiſcopi, S. Memorii, S. Sanciani Presbb. } Tranſlatio corporum Autiſiodori, *memoratur ſubjuncta apographis Hieronymiani Martyrologii Pariſienſi, Lucenſi & Blumiano, & in Faſtis aliorum. Ex his celebrior eſt Epiſcopus* Optatus, *ad cujus natalem poterit etiam de aliis agi* XXXI Auguſti. *Dicuntur alii celebrari* VI & VII Septembris.

S. Januarii, Epiſcopi & Martyris, tranſlatio *Neapoli, refertur à Ferrario. Acta ejus danda erunt ad diem* XIX Septembris.

S. Florentius Confeſſor, *memoratur in MS. Florario, Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, item in Auctario Greveni ad Vſuardum. Aſt* Florentius, Presbyter & Confeſſor in territorio Andegavenſi *appellatur in Martyrologio Bellini, auctius anno* 1521 *Pariſiis edito; item apud Molanum, Galeſinium & alios. In MS. Martyrologio Prioratus Daveronenſis, Ordinis Benedictini diœceſis Carnotenſis, iſta leguntur:* Apud Salmurum caſtrum ſuſceptio corporis B. Florentii Presbyteri & Confeſſoris. *Videtur is eſſe, qui in Martyrologio Romano & Gallicano, item apud Vſuardum alioſque, colitur* XXII Septembris.

S. Caſſii, S. Florentii, S. Malluſii, & Sociorum } Tranſlatio Bonnæ, *celebratur primo loco in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo; item apud Grevenum, Caniſium & in MS. Florario. Dies natalis eſt* X Octobris.

S. Firmini, Uſeticenſis Epiſcopi, tranſlatio *proponitur à Ca-*

à Catellio in Hiſtoria Langedociæ pag. 298. *Natalis celebratur* XI Octobris.

S. Lucæ Euangeliſtæ Tranſlatio ſecunda, *memoratur in MSS. Ejus Vita danda erit* XVIII Octobris.

S. Aviæ Virginis & Martyris commemoratio, *fit in diœceſi Britanniæ Armoricæ Venetenſi, uti indicatur in proprio Sanctorum dictæ diœceſis excuſo an.* 1652. *Nihil aliud de dicta* Avia *potuimus ſcire. Eſt* Avina *inter Vrſulanas apud Crombachium, & talem hanc agnoſcit Arturus in Gynæceo ſacro: ergo cum Vrſulanis referenda ad* XXI Octobris.

Trium Mariarum feſtum, *ſub ritu duplici coli ſolitum in Eccleſia Maurianenſi, conſtat ex Breviario ejus anno* 1512 *excuſo, & nomen* Mariæ *habetur in MS. Tamlactenſi. Ex his prima* Maria Magdalena *colitur* XXI Julii; *Secunda* Maria Jacobi *quæ &* Maria Cleophæ *eſt: Cujus Acta dedimus* IX Aprilis.

Tertia Salome, *quæ aliquibus* Maria Salome *dicta, colitur* XXII Octobris.

Aſaſii feſtum, *forte ſcriptum pro* Athanaſii, *indicatur in poſteriore Kalendario Copto-Ægyptiaco Seldeni: aſt cum priore, poterit agi die, ſi forte alia notitia habeatur,* XVI Novembris.

S. Eliſabethæ tranſlatio, Marburgi in Haſſia, *celebratur officio Eccleſiaſtico in Ordine Teutonico, & aliis Eccleſiis; & memoratur in MS. Florario & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo: à Greveno etiã Caniſio & aliis. Dies ejus natalis eſt* XIX Novemb.

S. Clementis, Epiſcopi Metenſis, tranſlatio *indicatur in MS. Florario, item à Greveno, Caniſio, Sauſſajo. Colitur ipſe præcipue* XXIII Novemb.

S. Gatiani, Epiſcopi Turonenſis, Tranſlationem *feſtivius agendam inſtituit Iuhellus de Matteflon Archiepiſcopus Turonenſis ſeculo* 13: *ejus tranſitus recolitur* XVIII Decembris.

DE SANCTO SECVNDO

EPISCOPO ABVLÆ IN HISPANIA. D.P.

Cultus hoc die proprius:

communis cum aliis, 15 *Maji.*

cum titulo nunc Martyris,

olim Confeſſoris.

SEC. I.

B

Rimorum ſeptem Epiſcoporum in Hiſpanias miſſio, communis rememorationis honore, in antiquis Vſuardi exemplaribus & in hodierni Romani Martyrologii tabulis, celebratur XV *Maji: ad quem diem, præter jam ante dicta Kalendis Februarii, plene eamdem rem tractamus; eoque lectorem remittimus, ut ſciat quid credendum ſit de* S. Secundo *eorum uno, cujus hodie feſtum ſeorſim agit Abulenſis Eccleſia, ſicut aliorum alia Eccleſia, proprium cuique diem aſſignantes; videlicet S. Euphroſio, die* IX IV *Ianuarii; S. Cæcilio & Cteſiphonti,* I *Martii & Aprilis; S. Indaletio ejuſdem Aprilis diem ultimum; ſolus S. Torquatus proprium feſtum non habet, ſed colitur in choro ſociorum, eo quem ſignavimus die* XV *hujus menſis. Iſtis ſuppoſitis, nihil opus exiſtimo immorari commentis, quæ ad hunc* II *Maji de S. Secundo, & alibi de aliis, congerit Tamajus in Hiſpanico Martyrologio, ex Chronicis Dextri, Luitprandi, Iuliani Petri aliorumque ſimilium, alibi abunde confutatis, & apud prudentiores Hiſpanos nullam amplius fidem invenientibus.*

2 *Eſt autem* Abula *Caſtellæ veteris apud Hiſpanos urbs Epiſcopalis, inter Madritum & Valliſoletum fere media, ſed Segoviæ vicina magis, quæ* de S. Secundo, Epiſcopo Martyre, *ut* Patrono, *duplex feſtum quotannis agit. Primum hoc* II *Maji, tamquam ejus Natali,*

C

cum Octava; alterum ſine ea, ut duplex ſecundæ claſſis, die XI *Septembris, tamquam feſto Tranſlationis: recitantur autem utroque die* omnia de communi unius Martyris Pontificis, præter Lectiones II Nocturni, *quas* eleganter compoſitas *&* à ſacra Rituum Congregatione examinatas & approbatas, *confirmavit approbavitque Clemens Papa* VIII, *die* III *Auguſti,* MDXCIV, *Pontificatus ſui anno* III, *ut à Capitulo & Canonicis Eccleſiæ Abulenſis recitari, ſicut deſideraverant, poſſint.* IV *&* V *Lectio communem ceteris hiſtoriam texunt, & tandem ſic clauduntur:* Secundus, qui Abulam civitatem docendam ſuſcepit, multos vitæ exemplo & prædicatione per Euangelium Deo genuit: tandemque, poſt multos pro Chriſto toleratos labores moriens, ſuo ſanguine Abulenſem [eccleſiam] Deo vero conſecravit. *Hæc ibi: quo magis miraremur, quod Marietta in lib.* 5 *de Sanctis Hiſpaniæ cap.* 90, *tertio poſt Officii conceſſionem anno prodiens, dicat coli Abulæ* S. Secundum ut Confeſſorem, *niſi notaremus & in Brevi Leonis* X, *ex informatione ab Epiſcopo accepta; & in ipſo ſolenni Tranſlationis actu, uſurpari hunc dumtaxat titulum, Miſſamque de Confeſſore Pontifice celebratam narrari in Maji Tomus I.*

Hiſtoria mox proponenda. Neque ſane ullum uſpiam invenitur martyrii argumentum, ideoque prudenter viſus eſt feciſſe Romani Martyrologii recognitor Baronius, quod titulo abſtinuerit nimis facile vocando in controverſiam, ita ſcribens: Abulæ in Hiſpania S. Secundi Epiſcopi, de quo etiam infra idibus Maji cum aliis agitur. E

Tranſlatio II *Septembris*

3 *Lectio* VI *ſummatim continet Hiſtoriam inventi tranſlatique corporis & eſt hujuſmodi.* Cum ejus corpus omnibus ignotum diu jacuiſſet, anno MDXIX divinitus inventum eſt. Nam cum cæmentarii labentem templi parietem demolirentur, ſub ejus fundamento lapideam aream invenerunt, inſcriptam his verbis S. SECUNDUS, ex qua tanta odorum ſuavitas emanabat, ut templum & vicina loca perfunderet. Contigit quoque in ſancti corporis teſtimonium, ut unus è cæmentariis, homo inſanabili morbo laborans, ad aſpectum ſancti corporis invaleſceret. Quarum rerum percrebreſcente fama innumeri homines ad viſendum S. Secundi corpus venerunt. ac plerique variis morbis laborantes S. Secundi meritis liberati ſunt. Hujus ſancti Epiſcopi & Martyris reliquiæ, multis illuſtratæ miraculis, in antiquiſſimo templo, quod in Abulenſi ſuburbio ſtructum eſt per longa tempora aſſervatæ ſunt: hinc in primarium urbis templum tranſlatæ ſunt, & ſacello ipſi Sancto dicato reconditæ, ubi frequenti & F incredibili totius populi devotione coluntur.

Hiſtoria promixa Hiſpanice ſcripta.

4 *Facta fuerat ea tranſlatio* XI *Septembris, anno non integro antequam lectiones approbarentur, anno ſcilicet* MDXCIV: *ipſo autem anno* MDXCV *impreſſa eſt duobus libris Madriti Hiſtoria S. Secundi, cum ſucceſſione Epiſcoporum Abulenſium, uſque ad Epiſcopatum D. Hieronymi Manrique de Lara, auctore Antonio de Cianca; quibus duobus libris, ſub finem anni* XCVI *aut initium ſequentis, acceſſit liber tertius, de jam dicti Hieronymi ingreſſu ad Epiſcopatum & tranſlatione ſancti corporis prælmemorata. Ex his porro libris ſua hauſerunt omnia quicumque hoc ſeculo eamdem materiam attigere, & plures citantur à Tamajo. Nobis nihil opus eſt rivos ſectari, dum fontem habemus: ex ejus ergo contextu excerpimus & compendio Latino reddimus, quæ ille Hiſpanice prolixius habet: eo autem ordine qui nobis videbitur ad brevitatem congruentior, ſalva quoque libertate, in iis ubi conjectura utitur auctor, quandoque aliter ſentiendi.*

AUCTORE D.P.

HISTORIA INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS

Ex Hiſpanico Antonii de Cianca.

CAPUT I.

Inventio corporis in templo S. Luciæ anno MDXIX.

In veteri S. Luciæ templo

1 QVa parte fluvius Aja, *ex Arabico* Guadaja *mutilatum nomen in vulgo obtinens ut dicatur* Adaja, *Abulenſem interſecat vallem, ipſiuſque urbis appropinquat Occidentali lateri; antiquæ ſtructuræ templum eſt, ſuper ripam fluminis quadrato erectum lapide, ex eorum genere quæ circa civitatem eruuntur de terra, antiquæ formæ & operis: quod initio ſeculi* XVI *à S. Lucia nomen habuiſſe, patet ex Bulla Leonis* X *infra num.* 17 *proferenda. Idem ſub nomine S. Sebaſtiani olim notum fuiſſe, neſcio an ſatis probet Actus cujuſdam confœderationis inter eccleſias quaſdam parochiales Abulenſis civitatis, conſcriptus Æra* MCCXCVI, *quæ fuit annus Chriſti* MCCLVIII, *ubi S. Sebaſtiani parochia nominatur ſeptima inter quindecim; eſto illius Sancti feſtum ibidem annue agatur ſolennius: quia id fieri poteſt ratione Confraternitatis, ſub ejuſdem Divi invocatione ibidem jam olim conſtitutæ, cum obligatione conſervandi ſarta tecta ipſius eccleſiæ, ejuſque reſtaurationem & ornatum tempore opportuno curandi.*

ſub cura Sodalium S. Sebaſtiani,

B

nunc S. Secundi dicto,

2 *Vt ut ſit, cœpit ea eccleſia, poſt inventum ibidem S. Secundi corpus, ab ipſius appellari nomine: quod quandonam iſtic fuerit collocatum, quadamtenus cognoſci poteſt ex verbis inſcriptis calici, reperto intra arcam ipſius ſancti corporis hoc tenore,* ✠ ANDREA PETRUCI ORTO DA SIENA FECE CHESTO CAL. Andreas Petruccius Senis oriundus hunc calicem fecit. *Nemo enim prudenter dixerit ante Maurorum irruptiones tale quid Abulæ ſcriptum fuiſſe; aut etiam ſtatim poſt eorum expulſionem, factam ſub regno Alfonſi Sapientis ſeculo Chriſti* XI *exeunte. Reſtat igitur ut uno alterove poſt ſeculo facta fuerit depoſitio ſacri corporis, eo ubi repertum eſt loco; cum jam etiam plebeis hominibus & opificibus in uſu eſſet uſurpare cognomina, & abolito linguæ Latinæ apud Senenſes uſu, ea quæ nunc Hetruſca appellatur lingua, non ſolum in vulgari ſonaret ore, ſed etiam ad ejuſmodi inſcriptiones adhiberetur. Non placet igitur quiſquis exiſtimat ipſam eccleſiam reſtauratione urbis antiquiorem eſſe: neque de loco primo ſepulturæ, ante tot ſecula, quot ab ejus morte fluxerunt, Sancto attributæ, lubet divinando affirmare quidpiam: ſed poſtremæ ſepulturæ inventionem placet ex teſte jurato audire.*

jacuit corpus cum notis ſeculi fere 13.

3 *Fuit hic* Matthæus Panca, civis Abulenſis, *qui anno* MDLXIV, natus annos LXVII, & rogatus legitime enarrare, quid circa corpus S. Secundi cum inveniretur agi vidiſſet; depoſuit, quod anno MDXIX, cum in prædicta eccleſia dejicerentur minores quidam arcus, interſecantes parietem, quo utrimque dividuntur ſacella, medio majori ſacello collateralia; ut uno utrimque majori arcu extructo, commodior deinceps eſſet ampliorque communicatio cum dicto majori ſacello; depoſuit, inquam quod eo in loco, ubi poſtea conſtructum eſt S. Secundi ſepulcrum, circa ipſum pavimentum, intra parietis craſſitiem ſolidam, notabatur forulus arcuatus, continens parvulam è ligno tumbam, cui aforis appoſitæ erant virgæ quædam ligneæ, inſtar cratis, viridi colore tinctæ: quę quid notarent ſciebat nemo, *adeo ſcilicet ignotus jam erat ſacer iſte theſaurus.*

C

Ibi dum an. 1519 quidam paries ſuffoditur

inventum ſepulcrum & intra illud arca

4 Hæc omnia cum pariete demoliti operarii, cum novo fundamento locando humum incepiſſent effodere; detexerunt alium in veteri parietis fundamento loculum, intraq; eam tumbam lapideam; qua aperta, conſpexerunt arcam ligneam, cum titulo SANCTUS SECUNDUS. Hujus rei publicata fama multitudinem undique magnam ſpectatorum accivit (*magiſtratum eccleſiaſticum & ſecularem acceſsiſſe dicunt alii, cujus arbitrio acta deinceps ſint omnia*) inter quos fuerit etiam ipſe teſtis, videritque in lignea illa arca compoſitum corpus, ſive oſſa omnia unius perſonæ, quam apparebat ex reſiduis veſtium fragmentis inſtar Eccleſiaſticę ſive Epiſcopalis perſonæ ſic collocatam, cum ibi adeſſet calix, ex ſtanno vel ære ut videbatur conflatus, habens inauratam cuppam; itemque annulus aureus.

D

cum indiciis epiſcopalibus

5 *Brevius aliquanto in præmiſſis* Antonius Davila, civis *etiam ipſe* Abulenſis annorum LXXX, *dicta inventioni præſens, calici addit* patenam: capiti *autem* impoſitum ait fuiſſe tumidum quidpiam ad inſtar mitræ; ſed adeo marcidum corruptumque, ut cujus materiæ eſſet diſcerni non poſſet: ſolum diſtincte cernebatur forma mitræ. *Ceterum tam hic teſtis, quam alius primo loco auditus* Franciſcus Gomez de S. Stephano, civis Abulenſis annorum LXXIV, *qui cunctis agendis præſens quoq; fuerat, dicunt,* titulum, *qui ex primo allegati Matthæi relatis verbis videri poterat forinſecus in arca fuiſſe deſcriptus,* intra ipſam arcam repertum; *& quidem, ſecundum Franciſci prænominati depoſitionem,* inſculptum vel inſcriptum petræ *ſivè laterculo ſaxeo. Ex cujus tituli indicio ſi dicta primum fama eſt de inventione S. Secundi uti eſt veroſimilius; vero ſimilius etiam videri debet, ab ipſiſmet operariis cognoſcendi cupidis, aut ab eorum præfectis reſeratam fuiſſe arcam, antequam prædicti magiſtratus eo accederent: qui tamen ipſam mox clauſerint, ac deinceps ſublato, quoties jubebantur, operculo ſanctum corpus monſtrarint, uti de clauſura arcæ ex ſequenti miraculo clare colligitur.*

& tituli nominis.

E

6 Vidi *enim, inquit Antonius,* eo tempore quo inter operarum manus verſabatur corpus Sanctum, quod civis quidam Abulenſis, habitans juxta eremitorium ſanctæ Crucis, Franciſcus Arroyo nomine (quem ipſemet cognoveram fœde ruptum, ita ut inteſtina extra locum naturalem prolapſa oſtentaret, indeque ſe graves ſæpe cruciatus experiri diceret) qui erat de numero operarum, dixit: Volo me ponere ſupra hoc ſanctum corpus, ſi forte me dignetur Deus à mea infirmitate liberare. Quo dicto, vidit illum ipſe teſtis aſcendere ſupra arcam, ibique orare aliquantulum; ac mox jungere manus, & exclamare voce magna: Domine Jeſu Chriſte, ignoſce peccatis meis, ſicuti per hunc beatum Sanctum me ſanaviſti. Deinde addebat: O glorioſe Domine S. Secunde! o glorioſe Sancte, qui me ſanaſti! Mox autem præſentibus omnibus innotuit & tota civitate vulgatum eſt miraculũ, quod Deus fuerat operatus. Viditque ipſe teſtis, multis poſtea annis, venire prædictum Franciſcum Arroyo, orationis cauſa, ad prędictam eccleſiam, Deoque agere gratias pro collatis ſibi beneficiis. Meminit etiam quod eodem tempore, tota eccleſia fuerit ſuaviſſimo odore perfuſa.

ad ejus contactum ſanatus hernioſus.

locus miræ fragrantiæ impletur,

F

7 *Idem de odore affirmat Matthæus, prius tamen ait,* quod viderit audiveritque inter eos qui ad ſpectaculum accurrerant Decanos & Capitulum eccleſiæ Cathedralis, *quæ S. Salvatoris nomen gerit,* ſatagentes ut ſanctum corpus ejus, quem dicebant ſuum fuiſſe Epiſcopum, in ſuam quoq; eccleſiam transferrent: ſed huic conſilio opponebant ſe præfecti Confraternitatis prænominatæ, Lopez & Silveſter Gallego, Chriſtophorus del Barco, & Petrus de las Navas: atque intra eccleſiam appoſuere cuſtodes, ne quis theſaurum inventũ auferret, interim dum ei condigne reponendo locus aptaretur. *Quem hic Decanum Matthæus nominat, ana cum tribus aliis Canonicis præſentem, ſcimus fuiſſe Chriſtophorum de Medina, Decani titulo poſtmodum ornatum. Sed pro Confraternitate ſtabant Sancius Davila, Gubernator Abulenſis, filius & ſynonymus famoſi illius Capitanei, cui propter inſignia facinora in receptione Alhamæ cognomentum ab hac manſit, nec non alii Rectores civitatis.*

contendunt Capitulares cum adituis de corpore

8 *Itaque poſt dierum & noctium aliquot intentam euſtodiam corpori adhibitam, conventum inter partes eſt, ut intra*

A *quod ipſo in loco nova capſa impoſitur.*

intra eamdem eccleſiam remaneret ſanctum corpus annulus vero cum calice transferrentur ad Cathedralem. Decretum quoque eſt, ut ex nuceo ligno conficeretur nova capſa, tribus ceris munienda, intra quam transferrentur ſacra oſſa; *quod & factum eſt, adhibita nova ac pura ſindone, & intra arcam poſita.* Itaque *intra eamdem lapideam arcam collocata capſa*, eo manſit loco ubi etiam nunc eſt, *inquit Matthæus:* dicebatur autem quod clavium unam abſtuliſſet Capitulum, altera penes Magiſtratum manſiſſet, tertiam ſervaret Confraternitas. *Porro calix & annulus magna cum reverentia ſervantur in ſacrario majoris eccleſiæ, & ſpectatum accedentibus religioſe oſtenduntur: ſingulis autem annis die Iovis ſancto adhibetur idem calix, ad cuſtodiam Dominici corporis intra monumentum. Communi etiam Capituli Abulenſis decreto, in honorem S. Secundi fabricatum eſt altare magnificum, & altari majori collaterale, ſupra quod ipſius Sancti imago in alabaſtro ſculpta, item hiſtoriæ prædicationis & vitæ, mortis ac ſepulturæ, ſimiliter ſculptæ conſpiciuntur. Eſt autem hoc altare ad ingreſſum chori, in uno angulorum, per quos in crucem forma templi excurrit: quod ne ſymmetriam ipſius deformaret, ſimilis plane ſtructuræ aliud in altero angulo extructum eſt, in S. Catharinæ honorem.*

annulus & calix Cathedrali conceduntur,

ubi ei erectum altare

particulæ oſſium ablatæ & redditæ.

9 *Nec omiſerim, perſonas quaſdam honoratas, quæ præſentes aderant quando aperiebatur ſacer tumulus, ſumpſiſſe ſibi reverenter ac devote minora quædam oſſa, religionis ergo aſſervanda; quæ deinde publicatis eum in finem cenſuris referre coacti ſint & eccleſiæ reſtituere. Quia autem non videbatur propterea aperiendum denuo ſepulcrum & arca, tribus ut dictum eſt clavibus obſirmata; placuit eadem ſervare juxta altare majus, ad uſum ſanorum & infirmorum, qui ea contingere peterent: ideoque confectum eſt ex argento reliquiarium ſpecioſum, cryſtallis præmunitum ornatumque, intra quod valde apte decenterque repoſita prædicta lipſana, ſuo aſpectu fovent fidelium accurrentium devotionem.*

B

CAPUT II.

Miracula ab anno MDXLIII uſque ad MDL Proceſſu publico examinata & probata.

Locus à peregrinis frequentatur

10 *Franciſcus Gomez, juratus teſtis de quo ſupra, affirmat (in eoque aſſentientem ſibi habet Antonium Davilam, & alios plures ſimiliter juratos) quod à tempore factæ & publicatæ inventionis, uſque annum* MDLXIV, annis ſingulis vidit plurimos homines ad ſepulcrum S. Secundi venerabundos accedere, ex variis partibus; ibique vigilias aut novenas peragere, offerre cereos, Miſſas dicendas curare, *non ſine conſequentium miraculorum plurium effectu*; quibus circa annum

propter miracula:

C MDXLIV, *inquit Antonius Davila*, conſtat ſanatos eſſe varios ſurdos, claudos & paralyticos, quorum aliquos ipſe ego vidi, cum eiſque locutus ſum; de aliis famam audivi publicam, & ſcio per civitatis Proviſorem petitas affirmationes authenticas, ad quas appello. *Atque hic eſt Proceſſus, cujus epitomen habemus, à Blaſio Davila Notario publico, anno* MDLXIV, *deſcriptam de mandato Licentiati Caſtellii Correctoris Abulenſis, in favorem eccleſiæ, hoſpitalis & Confraternitatis S. Secundi, præſentato ſibi die* XIX *Iulii per Ioannem de las Navas, Antonium Gomez. & Rochum Davila, Patronos eccleſiæ & Confraternitatis S. Secundi. Epitome autem illa ſic proponitur.*

de quibus Proceſſus fieri cœptus

11 Ego Blaſius Davila, Apoſtolica & Epiſcopali auctoritate Notarius publicus Audientiæ Epiſcopalis Abulenſis, ad prædictum mandatum complendum, requiſivi, & inveni proceſſum, penes me depoſitum & formatum coram patre quondam meo Joanne Davila, Notarium publicum ex numero Audientiæ Epiſcopalis Abulenſis, in cujus officia & regiſtra

29 *Apr.* 1543 ſucceſſi: ex eoque apparet, quod XXIX menſis Aprilis anni MDXLIII coram adm. R. D. Licentiato Joanne de Valverde, Proviſore & Vicario Generali Epiſcopatus Abulenſis, & coram prædicto Joanne Davila Notario, comparuerunt quidam ex confratribus Sodalitatis eccleſiæ S. Secundi, in qua ipſius primi Epiſcopi Abulenſis corpus ſervatur: dixeruntque, quod, quia Deus ad interceſſionem ipſius S. Secundi in jam dicta ejus eccleſia operari dignatus erat miracula plura, petitio ſua erat, ut eorum veritas examinata, publico teſtimonio roboraretur. Itaque prænominatus Proviſor ad ipſam eccleſiam ſeſe contulit, audivitque de miraculis quæ ibidem contigerant depoſitiones ſufficientes, tam ipſorum qui ea experti erant in ſe, quam aliorum gravium ac fide dignorum teſtium, qui infirmos miraculoſe ſanatos noverant. Quas cum prævia virorum magnorum, ex Clero tam regulari quam ſeculari, æque in Theologia ac Legibus verſatorum, conſultatione diſcuſſiſſet, attente approbavit ipſa, ut vera miracula. Poſtea autem ibidem de aliis quoque miraculis inſtitutum eſt examen, per Judices hujus Epiſcopatus ordinarios: atque ex iſtis proceſſibus extrahi juſſi ipſeque extraxi teſtimonium miraculorum patratorum ſub forma tenoris ſequentis.

AUCTORE D. P.

in compendium a notario redigitur an. 1564.

12 Primus caſus & miraculum, quod ex devotione erga S. Secundum venit ad d. ejus eccleſiam, confiſus meritis ipſius Sancti, juvenis quidam, nomine Joannes, filius Joannis de Hotero & Mariæ de las Vegas, qui paralyticus erat & ſanatus eſt. Item alius caſus & miraculũ, quomodo ſanata fuit D. Agnes de Henao, uxor Chriſtophori del Barco, civis Abulenſis, ex quadam infirmitate brachio dextero manca. Alius caſus & miraculum, quod Hieronymum de Valdes, filium Chriſtophori de Henao, ab hernia ſanavit. Alius caſus & miraculum, de puero quodã, filio Didaci Alonſo civis ex Peñaranda, qui non poterat niſi curvus incedere ab infantia; & ſanatus eſt. Alius caſus & miraculũ, quomodo ſanavit Clericũ quemdam valde paralyticũ, dictum Alfonſum Garcia, ex Orbita diœceſis Abulenſis oriundum. Alius caſus & miraculum notabile, de puero, cui nomen Joannes, filio Michaelis Amo, civis de Adavero diœceſis Abulenſis; qui ab anno ætatis ſuæ quarto paralyticus venit ad eccleſiam S. Secundi, & ſanatus eſt. Alius caſus & miraculum, quomodo ſanavit ſeptemdecim annorum puerum, qui in oppido Arenas è ceraſo lapſus, brachium ruptum ferebat: nomen puero erat Franciſcus, pater Bartholomæus Rodriguez, mater Maria itidem Rodriguez, uxor ejus.

nominatis ſummatim morbo & perſonis variis:

E

in quibus paralyſes plures

13 Alius caſus & miraculum, de puella quadam, filia Franciſci Sanchez & Joannę la Rollona, civium Abulenſium ex vico Dominæ noſtræ de vaccis: quæ ex infirmitate quadam remanſerat paralytica, cæca & ſurda; habebat autem nomen Anitæ. Alius caſus & miraculum, quomodo loquela reſtituta fuit cuidam muto, ex oppido Yſnatoratec diſtrictus Cazorlenſis oriundo, qui dicebatur Chriſtophorus de Molina. Alius caſus & miraculum, de altero muto, cui ſimiliter reſtituta loquela eſt, & dicebatur Alfonſus de Armada, filius Alfonſi de Armada, ex oppido S. Vincentii diœceſis Legionenſis. Alius caſus & miraculum de quodam multis annis paralytico, qui appellabatur Joannes Verdugo, Arevalenſis incola. Alius caſus & miraculum de duabus feminis paralyticis, quæ ſanatæ ſunt, nominabanturque Maria Cogore & Maria de Medina, cives Abulenſes. Alius caſus & miraculum de Maria, filia Joannis Alvarez & Mentiæ del Pozo, ex plebe de Gordon Epiſcopatus Legionenſis, virgine nubili: quę unius tibiæ paralyſi afflicta fulcriſque ſubaxillaribus uſa, ad novemdialem cultum S. Secundo in ſua eccleſia exhibendum advenerat. Alius caſus & miraculũ, quod Yſabella Martinez, Ordinis Carmelitani devota, ex Onquilana diſtrictus Arevalenſis in diœceſi Abulenſi, brachio uno debilis & paralytica venit

item muti duo,

F

AUCTORE D.P. ad similis religionis novemdialis exercitium in ecclesiam S.Secundi, & sanitatem recepit. Alius casus & miraculum, quod Beatrix Gonzales, uxor Francisci de Armella, civis Cæsarauguſtana in regno Aragoniæ, habitans in vico S.Pauli juxta Dominam nostram de Portillo, venit ad novenam in eadem ecclesia peragendam, toto corpore paralytica, ideoque portanda fuit,& sanata est.

14 Hæc omnia miracula, uti ex d. Processu patet, verificata & approbata fuerunt per sententias Ordinariorum Ecclesiasticorum hujus Episcopatus. Factæque sunt processiones ab ecclesia Cathedrali civitatis Abulensis usque ad ecclesiam S. Secundi: quo convenerunt omnes parochiæ,cum suis quæque crucibus & Clero,sodalitiisque tam secularium quam ecclesiasticorum,suos Crucifixos & insignia deferentibus ad ipsorum miraculorum publicationem, cum Missa & sermone de S.Secundo,ad quod accurrebant Magistratus,Rectores, Equites, Scutiferi, Officiales, cum ingenti cujusque sexus & conditionis multitudine, tam civium quam externorum, ad laudem & gloriam Domini Dei nostri & S.Secundi Episcopi: prout diffusius apparet ex Processu informationum, deliberationum, & sententiarum, ad quem me refero, paratus eumdem quoties opus fuerit signatum exhibere. Omnia porro operatus est Dominus in ecclesia S.Secundi ab anno MDXLIII usque ad annum MDL. Ego vero hoc testimonium ex prætitulato mandato conscripsi, Abulæ, die xx mensis Julii MDLXIV: manetque in registro meo,tria folia chartæ implens,sub meo,quod & hic apponitur, signo,in fidem veritatis. ✠ Blasco Davila.

& omnia fuerunt valde solemniter publicata.

B

15 *Horum porro miraculorum aliqua, uti dictum est, approbavit Licentiatus de Valverde, Provisor Abulensis: alia diligentissime examinavit & rata esse jussit Licentiatus Don Franciscus de Soto y Salazar, Episcopus postea Salmanticensis, cum esset Provisor & Vicarius generalis in toto Episcopatu Abulensi, pro Domino Didaco de Alaba y Esquivel, anno* MDXLIX, *coram Ioanne Davila Notario: quæ deinde Patres Societatis Iesu exposuerunt legenda in tabula, pendente ex sepulcro S. Secundi. Ipsius integri Processus ecgraphum si nobis dignentur Abulenses submittere, poterimus in Supplemento hujus mensis, distinctius exponere singulas prædictorum miraculorum circumstantias. Hic solum addo, ex testimonio Francisci Gomez, quod circa annum* MDLX vidit matronam quamdam, ex quodam loco districtus Arevalensis, cujus & ipsius matronæ nomina de memoria exciderant, ad visitandam prædictam ecclesiam; quæ quia per se sola ambulare non poterat, à viris duobus, per brachia apprehensam sustentantibus,ducebatur: viditque accedentem ad contingendas reliquias aliquas S.Secundi,extra arcam servatas: & his contactis ipsam per se liberrime ac sine adjutorio ambulantem, Deoque & Sancto ejus glorioso gratias referentem.

Præ hoc compendio mallemus Processum habuisse.

C

CAPUT III.

Tentata frustra Translatione ornatur sepulcrum & statua erigitur.

Ad instantiam Ruicii Episcopi

16 *Evicerat quidem Magistratus secularis auctoritas, uti supra vidimus, in ipso novæ inventionis fervore, ne suo loco moveretur corpus Sanctum. Sed quia is erat extra muros urbis solitarius, adeoque expositus incommodis pluribus de quibus infra; visum est Episcopo Abulensi Fr. Francisco Ruiz, ex Ordine Seraphici Patris Francisci (qui fuerat socius Cardinalis Hispani F.Francisci Ximenez de Cisneros Archiep.Toletani,ad hanc Cathedrã promotus post mortem D. Alfonsi Carilii de Albornoz obitam anno* MDXVII) *judicavit majori potestate utendum, quo posset in suam Cathedralem ecclesiam pignus tam pretiosum sanctumque traducere. In primis autem curandum sibi putavit, ut quæ habebat in animo perficere, Sedis Apostolicæ favore munirentur; à qua Breve tenoris sequentis recepit.*

D

LEO PAPA. DECIMUS.

Leo X concedit facultatem

17 Venerabilis Frater & dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod cum venerabile corpus S. Secundi Episcopi & Confessoris (qui primus olim à B. Jacobo Apostolo, cujus discipulus fuit ad Ecclesiam vestram in Episcopum promotus extitit) in quodam antiquissimo tumulo situm, in ecclesia S.Luciæ extra muros Abulenses, cum eisdem quibus ibi sepultum extiterat vestimentis nuper repertum fuerit; & tumulo hujusmodi de tui, Frater Episcope,vel tui in spiritualibus Officialis aut Vicarii generalis licentia aperto, corpus ipsum pluribus ex tunc miraculis, quæ D.N. Jesus Christus ejusdem S.Secundi meritis operari dignatus est, coruscaverit & clareat; pia devotione desideratis corpus ipsum ad ecclesiam vestram,in qua decentius venerabitur,honorifice transferri, & in aliquo ei decenti ejusdem ecclesiæ loco collocari,vestrisque expensis cancellis ferreis circulari: quare nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis providere pia diligentia curaremus. Nos igitur, qui in Sede B.Petri, meritis licet imparibus, constituti,singulis piis fidelium (iis præsertim per quę Sanctorum Reliquiæ, quorum animas in cælo cum Christo regnare non dubitamus, decentius collocari & à fidelibus ipsis venerari valeant) votis solerter o- pem & operam impendere satagimus; pium & laudabile propositum vestrum plurimũ in Domino commendantes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati,vobis venerabile corpus hujusmodi omnesque ejus reliquias,cum debitis reverentia & honore, à d. tumulo extrahendi, & ad ecclesiam vestram præd. transferendi,& in ea honorifice collocandi ac perpetuo retinendi, licentiam & facultatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium (sine tamen alicujus præjudicio) concedimus & elargimur. Quo circa dilectis filiis monasterii B.Mariæ de los Huertos extra muros Segovienses,& secularis ac collegiatæ ecclesiæ oppidi de Medina Salmanticensis diœcesis Abbatibus per præsentes committimus & mandamus,quatenus ipsi vel eorum alter, per se vel alium seu alios, vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes,non permittant vos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari seu impediri; contradictores quoslibet.... compescendo ... non obstantibus &c. Datum Romæ apud S.Petrum sub annulo Piscatoris,die xxv Februarii MDXX, Pontificatus nostri VII.

E

transferendi corpus S. Secundi ad Cathedralem.

F

Episcopo mortuo intermittitur negotium,

18 *Hoc Brevi Abulam perlato, fortasse initium datum est fabricando altari supradicto; quod dum fit, eripitur è vivis Episcopus Ruizius anno* MDXXI, *cui succedere Rodericus de Mercato, Didacus de Alaba y Esquivel, & Didacus de los Cobos: sub quibus nihil actum circa Sanctum; nisi quod crebrescentibus miraculis post annum* MDXL *formati sunt processus, quos diximus capite superiori: ipsoque anno* MDXLIV *sepulcrum, ab ipso inventionis tempore crate ferrea qualitercumq; munitum ornatumque,nova & ornatiori crate septum sit,liberalitate D. Ioannis Davila Abbatis Alcalæ regalis quoad titulum,quoad regimen vero Burgi-profundi,fratris D.Francilli Davila, qui erat Eques habitus S.Iacobi & Commendator ejusdem Ordinis in Villa-franca, ex quo per lineam masculinam procedunt Comites de Vzeda. Huic novæ crati circumducta corona inaurata,picturaq; & aliæ elegantiæ variæ,in ipsa parietis incrustati calce expressæ,cum indicio miraculorum quorumdam, illo eodem anno patratorum. Et quia, nihil ibi erat alterius ædificii,quo se recipere possent, qui novenarum aut vigiliarum causa frequentabant locum; idem Abbas impensis propriis extruxit domum, ecclesiæ ex parte Boreali contiguam.*

& anno 1544 nova crate ornatur sepulcrum,

additur ecclesiæ hospitale.

19 *Anno*

A 19 *Anno* MDLX, *promoto ad Iacenſem Cathedram D. Didaco de los Cobos, in Abulenſem ſucceſſit D. Alvarus de Mendoza, cujus ſoror D. Maria de Mendoza, S. Secundo pientiſſime devota, cum anno* MDLXII *in ejus honorem obſervaret novenam, in cogitationem venit conficiendi umbellam ex panno aureo, ſupra tumbam ex ligno inaurato compoſitam, quæ ſtabat ſupra ſepulcrum Sancti; aut ducentos aureos largiendi pro alabaſtrina ipſius Sancti ſtatua. Placuit autem ſtatuam confici; & ad ducentos quos illa dabat aureos, conferre, ex eleëmoſynarum Sancto oblatarum peculio, quantum inſuper neceſſarium foret. Confecta igitur Valiſoleti eſt ſtatua qualis hodie viſitur, & advecta Abulam menſe Aprili anni* MDLXIII. *Hujus baſes ut apte & citra irreverentiam collocarentur, viſum eſt tantiſper vacuandum eſſe ſepulcrum, & ſacrum corpus alio in loco reverenter habendum.*

an. 1562 decernitur ſtatua facienda:

quæ occaſione removetur tantiſper è tumba loculus,

20 *Adfuerunt ad hunc actum, præſentiam ſuam exhibituri, D. Rodericus Vaſquez Davila, Epiſcopus Troyanus (in partibus credo & titulo tenus) Licentiatus Ferdinandus de Brizuela, Arevalenſis Archidiaconus & Proviſor in Abulenſi Epiſcopatu; Licentiatus Antonius Hernandez de Valvidieſo, Theſaurarius; Alfonſus Davila, Canonicus Doctoralis in ſancta eccleſia Abulenſi; Ioannes & Franciſcus de*

B *las Navas, Ioannes Dias & Franciſcus de Santiago, pro tempore Patroni confraternitatis & Eccleſiæ nunc à S. Secundo nominatæ: quibus ad opus inchoandum accinctis, ſupervenit Licentiatus Martinus de Eſpinoſa, regius apud Abulam Prefectus, Alcaldum Majorem vocant, ad coercendam turbam & fortuitum quemcumque caſum qui accidere poſſet avertendum. Horum autem omnium conſenſu unanimi ſtatutum eſt, ut arca, ſicut erat clauſa, decenter inferretur in ſacrarium cum cereis & lampadibus: quod & factum eſt: ipſiuſque ſacrarii tam porta quam feneſtra repagulis firmiſſimis clauſa, adhibitis inſuper diu noctuque cuſtodibus duodecim, quibus ipſimet Patroni præſidebant: inter quos ſuas etiam vices habere voluerunt Don Rodericus del Aguila, & Franciſcus de Quiñones Rector Abulenſis; item alio die Don Ioſephus de Calatayud y Zuniga & Ægidius Gonzales de Villalva.*

& transfertur ad ſacrarium:

rurſumq; 24 Aprilis 1563.

21 *In hunc modum continuatis excubiis, rurſum die* XXIV *Aprilis adfuerunt prænominati omnes & alii ex utroque ordine plurimi (quos longo ordine hic enumerat hiſtoriæ auctor Hiſpanus) cum infinita civium multitudine: coram quibus recognitæ primum oſtii ceræ, deindæ reſeratæ ſunt: & Epiſcopus Troyanus, cappam è ſerico album indutus, cum Proviſore, Theſaurario, Canoniciſque nonnullis, Correctore item, Præfecto & Rectoribus prænominatis, atque Equitibus*

C *illuſtrioribus quibuſdam, omnibus ardentes faces geſtantibus, ingreſſus ſacrarium, arcam, diligenter recognitam & velo ſericeo rubro contectam, efferri fecit; ſuccollantibus Martino Gonzales de la Venera Archidiacono Oropeſano, & Theſaurario præfato, cum Franciſco de Guzman & Alfonſo Navarro Canonicis. Qui eam inter lætos muſicorum concentus depoſuerunt ſupra altare majus, ubi ad duas horas & amplius venerationi & conſpectui omnium expoſita ſtetit, concurrentibus devote civibus, ad capita, manus, roſaria eidem reverenter admovenda. Eodem deinde ordine itum eſt ad ſepulcrum: eoque, poſt poſitam intro arcam, clauſo, erecta deſuper ſtatua eſt, S. Secundum repræſentans Pontificaliter indutum, & velut in oratione defixum.*

Proceſſio cum Reliquiis ad Cathedralem,

22 *Porro ad magis inflammandam Abulenſis populi erga S. Secundum devotionem, placuit Patronis Sodalitatis prædictæ, eas quas extra ſepulcrum habebant ejuſdem Reliquias, die aliquo Feſto proceſſionaliter inferre in urbem, ad unam Parochialium eccleſiarum. Qua de re convenit cum Curato & Beneficiatis eccleſiæ S. Ioannis: ſed Canonicorum collegio, ubi hoc inaudiit, viſum eſt magis convenire, ut ad ſuam Cathedralem duceretur proceſſio. Itaque Feria tertia*

inſtituta 23 Maji. *Pentecoſtes, quæ tum in* XXIII *Maji cadebat, proceſſum eſt ab univerſo Clero ad eccleſiam S. Secundi, cura Dominæ Mariæ de Mendoza Marchionis de Caramaſa ſplendide adornatam: delatiſque ad Cathedralem reliquiis, cantata ibi ſolennis Miſſa, ac ſermo de laudibus Sancti habitus eſt. Sub veſperam vero, regrediente pompa ad eum locum unde elatæ Reliquiæ fuerant, apparuit eccleſia poematibus, epigrammatis & inſcriptionibus variis, Hiſpanice & Latine, circumquaque loquax legentium oculis, ad S. Secundi extollendam gloriam. Specimina eorum quædam Cianca exhibet, quibus hic nihil attinet immorari.*

AUCTORE D. P.

CAPUT IV.

Sub Epiſcopo Hieronymo Manrique reſumitur & abſolvitur Tranſlationis deſideratæ negotium.

Hieronymus an. 1590 creatus Epiſcopus Abulenſis,

23 ALvaro de Mendoza *ſub annum* MDLXXVII *Palentiam traducto, Antonius Maurinus de Pazos, Pactenſis antea in Sicilia Epiſcopus, ſucceſſit; & huic ad Cordubenſem Sedem intra biennium tranſlato, Sancius Buſto de Villegas. Hic moriens anno* MDLXXIX, *ſucceſſorem habuit Petrum Fernandez Termiſio uſque ad annum* MDXC, *quando placuit Catholico Regi mortuo Petro ſubſtituere Carthaginenſem Epiſcopum D. Hieronymum Manrique de Lara, ſub quo decreverat divina bonitas Cathedralem Abulenſem locupletare concupito pridem ſancti corporis theſauro: quod qua ratione peractum ſit aggredior explicare. Contraxerat Epiſcopus, Hiſpanam claſſem, ſub auſpiciis Ioannis Auſtriaci pugnaturam, olim ſecutus, in ea expeditione infirmitatem quampiam, quæ ſeſe interdum prodebat crebra palpitatione cordis. Hæc anno* MDXCIII *die* IX *Septembris*

E *tanta fuit, ut deſperantibus de Præſulis vita medicis ipſe animæ ſuæ proſpicere, ſuſcipiendis extremis Sacramentis; Collegium vero canonicorum futuræ ſuæ orbitati occurrere, placando per preces Deo feſtinarit. Et Canonici quidem tam bono cum ſucceſſu ſuarum precum, ut ipſo tempore quo proceſſio ad S. Secundum ducebatur, habere melius Epiſcopus cœperit; & convaleſcentiæ inſperatæ celeritatem mirati medici, cenſuerint ſupra communem ordinem naturæ videri.*

1593 depoſitus à medicis;

S. Secundo vitam, ſe debere profitens,

24 *Ex hinc cum ſeſe vitam S. Secundo debere pius Præſul gratanter profiteretur, velletque ei dignum aliquod obſequium rependere; ſuggeſſerunt ex Capitularibus aliqui, quid ab Epiſcopo Ruizio poſtulatum, & à Leone* X *impetratum fuerit. Pronas Antiſtitis aures nacti, ne nihil non legitimo ordine facerent, convocato Capitulo decreverunt, ut Rationarius ſuus Garcias de Mena communi nomine proponeret Epiſcopo, quam indecens videretur, tanti Sancti depoſitum haberi in ſuburbana quadam eccleſiola, propter coriariarum in*

F *vicinia officinarum graveolentiam deſolata, quæ nec aperta excludere beſtias aut pecora poſſet, nec occluſa commode recipere adventantes; neque à nocturnis furibus tuta ſervare ornamenta, ſi qua ex piorum eleëmoſynis conficerentur. Addebant quod occaſione novenarum & vigiliarum, in honorem Sancti peragendarum, non raro contingeret impudicas mulieres ſuum iſtic venari quæſtum: quodque eccleſiæ reditibus deſtitutæ male etiam eſſet proſpectum de Sacerdotibus, qui nulli ad eam certi habebantur, adeo ut Miſſæ ibi raræ dicerentur, nec niſi à fortuito adventantibus, aut per pios fideles curatis; tantum abeſſe ut ſtatis ſolennibus honoraretur Sanctus, ſicut in civitate fieret: Populi quoque devotionem haud mediocriter impediri, quod propter loci paupertatem nemo eidem purgando adornandoque intenderet.*

conſilium ſuſcipit tentandæ iterùm Tranſlationis;

& mittit qui Regis conſenſum petant,

25 *Hæc ubi rite propoſita, examinata, probataque fuerunt; cenſuit Epiſcopus annuendum eſſe Capituli votis, & Pontificium Privilegium effectui tandem mancipandum. Electi igitur communibus Suffragiis Canonici duo, Petrus de Caſtro & Laurentius Chacon, pro obtinendo Regis conſenſu Madritum profecti ſunt* X *Ianuarii* MDXCIV. *Intellexit id, referentibus S. Sebaſtiani Sodalibus, Magiſtratus civilis: tantamque rem ratus non fuiſſe tractandam inconſulto ſeſe (quamvis Epiſcopus excuſaret ſemper ea ſe intentione fuiſſe, ut cum Regis mentem exploratam haberet, de omnibus cum Civitate communicaret) perſtitit in ſententia; & quos ad primam Confratrum prædictorum inſtantiam nominaverat*

nequidquam contra mittente civitate.

AUCTORE D. P.

è Rectoribus Abulenſibus duos, Epiſcopi poſtulationi ſeſe oppoſituros apud Regem, Alphonſum Navarrum & Sancium Cimbron, ire nihilominus juſſit.

26 *Iverunt igitur: ſed jam prævenerant legati Capitulares, iiſque mandarat Rex expediri litteras ad civitatem commendatitias in cauſa tam juſta, ut videbatur. Ii etiam quos ipſa civitas Patronos & Procuratores habebat in aula, Marchio de Velada, Gaſpar de Bullon, & Didacus de Ribera ſentiebant, nihil reluctandum, ſed ſolum conſultandum de modo, quo res executioni mandaretur, ſalvo quam maxime jure & honore Magiſtratus Abulenſis. Ita utrimque rediere legati; & Regis epiſtola, die* XII *Februarii ſignata, die* XVII *ejusdem menſis lecta eſt, ac biduo poſt communibus ſuffragiis decretum, ut inſtitueretur ad S. Secundum generalis ſupplicatio, ad exorandam divinam clementiam, quatenus omnium mentes illuminaret ad id ſtatuendum, quod magis ex ipſius gloria publicoque bono foret. Ducta eſt ſupplicatio prima Dominica Quadrageſimæ, quæ tunc in diem* XXVII *Februarii cadebat: quæ cum per urbis vicos precipuos in eccleſiã S. Secundi veniſſet, rumor in vulgo percrebuit, viſam aliquibus ſudare Sancti ſtatuam & vultum ejus commoveri. Id cum varii varie & pro ſuo quiſque ſenſu interpretarentur, miſſus cum Notario Proviſor Epiſcopalis nihil certi potuit* B *examinando conficere in alterutram partem; niſi quod lotæ pridie ſtatuæ potuerint guttæ aliquæ adhæſiſſe, & ex multarum facularum ac cereorum fumo, ante eamdem intra eccleſiam fluctuante, extitiſſe ſpecies moti vultus.*

Sed poſt inſtitutam ea de cauſa ſupplicationem,

& diſcuſſos rumores,

27 *Interim ad Kalendas Martii convenerant iterum Magi[ſ]tratus, extremum deliberaturi, quid Regi, quid Epiſcopo ſponderetur. Coram quibus exhibitum eſt memoriale ab [E]piſcopo Capituloque ſubmiſſum, rationes continens ob quas [c]onveniebat tranſlationem fieri: quibus contrarias ſuas ci[r]a refutatione priorum opponebat in alio memoriali Confraternitas S. Sebaſtiani. Lectis memorialibus mandavit Magiſtratus Licentiato Alfonſo de Orejon, ut quid juris in hoc negotio eſſet palam ediceret. Qui expendens ſacrorum canonum textus circa hanc materiam & auctorum ſententias, demonſtravit, Epiſcopum & Capitulum in ea Tranſlatione faciendã uſuros jure ſuo, Pontificia ac Regia auctoritatibus fulto; contra quod non poſſet prævalere exiguum juris punctum, quod ſibi tamquam cuſtodibus competere prætendebat Confraternitas prædicta: cum hic titulus, ſiquidem eis competebat, competeret etiam Epiſcopo, Capitulo, Magiſtratui, præ quibus ipſi Confratres pars minima eſſent eodem in jure participantium.*

ac lecta utrimque motiva,

28 *Habitæ deinde ſunt conſultationes variæ, quarum denique is exitus fuit, ut reſcriberetur Regi, quod mature examinatis rationibus faciendam vel non faciendam tranſlationem ſuadentibus, tandem in Epiſcopi & Capituli vota deſcendere conſtituiſſent; eo maxime moti, quod Epiſcopus* C *promitteret ædificare Capellam elegantem in ſua Cathedrali, ad ipſum corpus ſanctum habendum decentius; in eaque fundare Sacellanos ſex, deſignando reditum bis mille aureorum, annue percipiendorum ad uſum fabricæ & dictorum Sacellanorum ſtipendium. Tali epiſtola ad Regem ſcripta & ſignata* XVII *Martii; cœptum cum ipſo Epiſcopo agi de conditionibus rei perficiendæ: & poſt colloquia plura in ſequentes conventum.*

ſuum etiam conſenſum præbente,

1 Tranſlatio corporis S. Secundi fiat intra ſeptem proximos menſes: interim vero dum fabricatur capella, ſervetur ipſum corpus ſacrum in loco decenter ornato ad latus altaris majoris, ubi canitur epiſtola.

ſub certis conditionibus,

II Durante ædificationis labore, eo in loco quem Decanus & Capitulum deſignabunt, applicentur canones prædicti reditus bis mille aureorum uni illi rei, uſque dum abſoluta fabrica fuerit.

III Eorumdem bis mille aureorum diſtributio, tam circa fabricam quam ſacellanos, miniſtros reſque illuc ſpectantes, tota ſit penes Epiſcopum Hieronymum Manrique de Lara.

IV Sint autem Capellani ſex, quorum unus gerat titulum Abbatis S. Secundi, ſub iis obligationibus & conditionibus quas præſcribet Epiſcopus. D

V In eccleſia, ubi hactenus ſervatum fuit ſacrum corpus, ejuſque cineres & reliquiæ manebunt, maneat etiam ſepulcrum ſancti cum omni ſuo ornatu: unuſque è ſex Capellanis præfatis eidem eccleſiæ miniſtret, ſicut antea à propriis Capellanis fiebat, miniſtrans ibidem Sacramenta & alia conſueta hactenus officia peragens.

VI Fiant, uti ſolebant antea, à Capitulo eccleſiæ Abulenſis Proceſſiones annuæ ad eccleſiam S. Secundi, citra mutationem ullam: ſolum ea quæ facta eſt hactenus II Maji (quando æquum eſt omnes vacare feſto iſtic ubi corpus colitur celebrando) differatur in Dominicam infra Octavam.

VII Capella in quam transferendum eſt ſacrum corpus ita fabricetur, ut habeat portam patentem verſus vicum Albarderiæ, juxtaque domum aptam recipiendis fidelibus, ad vigilias & novenas iſtic agendas peregre adventantibus.

VIII Clavis una capſæ, intra quam ſervabitur ſanctum corpus, penes urbanum magiſtratum ſervetur.

IX Si Deo ita diſponente contigerit ut ante abſolutionem capellæ & Capellanorum inſtitutionem, E Epiſcopus Hieronymus moriatur: quod agendum ſupererit curent Decanus & Capitulum de bonis illius, tantumque obligentur ad humilem Epiſcopi ſepulturam, prout cum illis convenerit, peragendam.

X Maneat jus patronatus in prædictam Capellam, Capellanos & alia eo ſpectantia, penes Decanum & Capitulum Abulenſe in ſolidum.

Sub his conditionibus tam Epiſcopus quam ejus Camerarius Moyſes Petrus de Vſaſu, in cujus capite erant conſtituta jura quædam ad Epiſcopum pertinentia, pro complemento bis mille aureorum annuorum, renuntiarunt & ceſſerunt prædictis juribus, in manus Decani & Capituli rite acceptantium; cum obligatione omnia defuncti Epiſcopi bona eodem applicandi; & cum ratihabitione Magiſtratus urbani, coram Vincentio de Hierro ſcriba, anno MDXCIV *die* XIV *Maji.*

CAPUT V.

Corporis inſpectio & tranſlatio ſolenniſſima: os unum Philippo II datum.

29 *Reſtabat determinare diem ſumptuſque in Tranſlationem decretam faciendos: qua re in Capitulo* F *ventilata coram duobus à Magiſtratu deputatis, Hieronymo Piniano de Zuniga Correctore, & Sancio Cimbron Commiſſario eidem ad hoc adjuncto, elegerunt Dominicam primam Septembris anni ejuſdem: conventumque eſt ut quidquid in ceram & perſonas eccleſiaſticas expenderetur, perſolveret Capitulum, cum omni ornatu quem Canonicis placeret adhibere: civitas vero ſuſtineret expenſas quaſcumque in ſecularia miniſteria faciendas ornatuſque ſuos. Viſum eſt etiam invitandum Regem, ut ſua præſentia feſtivitatem reddere honoratiorem dignaretur; qui ſi annueret, tam civitas quam Auguſtinus Trevitio, Procurator generalis oppidorum territorii Abulenſis, præſtarent ea quæ ſolent in ejuſmodi caſu fieri; ſin minus, cuncta moderatius agerentur.*

decernitur Tranſlatio facienda I Domin. Sept.

ad eamque invitandus Rex.

30 *Rogatus Rex, qui tum ad S. Laurentii erat, ita reſpondit* XVIII *Iunii, ut neque ſe addiceret neque abnueret; interim moneret, omnia ad dictam Tranſlationem parare abſque ſuperfluo ſumptu. Quo reſponſo accepto, alioque* XXXI *Iulii, quo Rex excuſabat ſe prohiberi podagra, quo minus ſuam præſentiam exhiberet; proceſſum in negotio eſt. Cenſuit autem Epiſcopus atque Capitulum, paucis diebus ante Tranſlationem futuram, aperiendam arcam ſacri corporis, & quæ intus reperirentur oſſa in novam ornatioremq; transferenda eſſe; tum ut conſtaret quid traderetur, tum quia neceſſarium erat novas claves fabricari & arcam aptari menſuræ*

Epiſcopo arcam aperiendam cenſuit.

A *menſuræ illius loculi, qui faciendus erat juxta altare majus, ubi tantiſper ipſa poneretur dum ſtrueretur capella.*

31 *Aliter nihilominus Magiſtratui viſum, alleganti pro ſe Epiſtolam S. Gregorii Papæ, quæ lib. 3 occurrit 30 ad Conſtantiam Auguſtam, petentem ſibi mitti caput S. Pauli Apoſtoli: ita enim excuſando ſe loquitur.* Dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia argentum quod ſupra ſacratiſſimum corpus B. Petri Apoſtoli erat, longe tamen ab eodem corpore ferè quindecim pedum ſpatio, mutare voluit, ſignum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſſimum corpus S. Pauli Apoſtoli meliorare volui: & quia neceſſe erat ut juxta ſepulcrum hujuſmodi effodi altius debuiſſet, Præpoſitus loci ipſius oſſa aliqua, non quidem eidem ſepulcro conjuncta, reperit: quæ quoniam levare præſumpſit atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem ſanctæ memoriæ deceſſor meus idem, ad corpus S. Laurentii Martyris quædam meliorare deſiderans, dum neſcitur ubi venerabile corpus ipſius eſſet collocatum, & effoditur exquirendo; ſubito ſepulcrum ipſius ignoranter apertum eſt: & hi qui præ-

B ſentes erant atque laborabant monachi & manſionarii, qui corpus ejuſdem Martyris viderunt, quod quidem minime tangere præſumpſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitæ ſupereſſe potuiſſet, qui ſanctum Juſti illius corpus viderat.

contradicit civitas,

exemplis S. Gregorii Papæ.

32 *In hac contentione placuit iterum appellare Regem: qui ſeorſim Epiſcopo ſeorſim Correctori Abulenſi ſcripſit, reſpondens eorũ litteris* XXIII *Auguſti datis, acceptis die ejuſdem menſis* XXIX; *& voluntatis ſuæ eſſe dixit,* ut ſoli quatuor, Epiſcopus cum Decano, Corrector cum Rectore, quam ſecretiſſime & alio nemine præſente, aperiant arcam; & nec Abulæ neque in aula cuiquam aliquid indicarent de eo quod inveniſſent intra eam, ſed ſibi ſoli notificarent, deinceps ordinaturo quid eſſet facto opus. *Itaque prædicti quatuor, Epiſcopus ſcilicet cum Didaco de Bracamonte Decano, & Corrector cum Franciſco Davila y Vlloa Rectore, die* XXXI *Auguſti, dimiſſis extra eccleſiam S. Secundi famulis ac ſatellitibus ſuis, eamdem ingreſſi ſoli, aperuerunt capſam: & invenerunt oſſa ac cineres multos, mundiſſimo & adhuc integerrimo linteo involuta, cum iiſque partem albæ lineæ ſive rocheti, quæ majorem referebat veuſtatem.*

appellatus Rex jubet id ſecreto fieri,

33 *Clauſa poſt hanc inſpectionem iterum arca, tectoque ſepulcro, quoniam amota erat ſtatua, quæ ſuo pondere ipſum continebat ne poſſet à quoquam aperiri, appoſita denuo cuſtodiæ ſunt, ad illud excubaturæ donec Tranſlatio fieret.*

C *Interim vero admonitus Rex de eo quod actum erat, per datas die* III *Septembris ipſi Epiſcopo puncta quædam præſcripſit, in Tranſlatione ſervanda; ad extremum præcipiens,* ut curaret reſervare inſignem aliquam partem, puta brachium aut coxam integram, quæ ſufficeret ad celebrationem Officii de Sancto præſcribendam; eamque ſub authenticis teſtimoniis per latorem fidelem tranſmitteret ad Monaſterium S. Laurentii in Eſcuriali, ibidem conſervandam inter multas Sanctorum aliorum reliquias, eo imprimis titulo, quod ſub illius Monaſterii diſtrictu pars eſſet quæ olim fuerat Abulenſis diœceſis. *Idem etiam Correctori per alias ejuſdem datæ commendabat Rex, committens ei ut nomine ipſius Regis ſanctum corpus Epiſcopo traderet, & unam e tribus clavibus arcæ ipſe ſervaret.*

ſibiq; os unũ ex præcipuis mitti.

transferuntur oſſa in novam arcam,

34 *Die Veneris* IX *Septembris contulerunt ſe ad eccleſiam S. Secundi, ſub horam poſt meridiem tertiam, cum multo Procerum tam eccleſiaſticorum quam ſecularium comitatu Epiſcopus & Corrector; præmiſſaque oratione & litaniis, accedentes ad ſepulcrum, multis prælucentibus cereis, ipſum aperuere, indeque extulere arcam: qua reſerata cœpit Epiſcopus oſſa ſigillatim omnia oſtendere adſtantibus, qua deinde ſuis ipſe manibus ſeorſim iterum ſingula involvebat particulis ſerici rubri, ab Archidiacono & Theſaurario porrectis; ponebatque intra novam ex nuce arcam, quæ ulnam fere integram longa, mediam alta, & duas tertias lata, intus ac foris contecta ſerico, fimbriis aureis argenteiſque ornata, & tribus ſeris inſtructa adſtabat: omnia autem ſimul colligebantur intra novam & candidiſſimam ſindonem Hollandicæ telæ. Reliquit tamen, intra veterem arcam, bonam partem cinerum cum medietate veteris albæ ſeu rocheti, alteram ejus medietatem Regi ſervans; partem quoque ſanctorum cinerum in circumſtantes proceres reverenter diſtribuens. Ita obſeratis arcis, vetus intra ſepulcrum denuo dimiſſa eſt, nova ad altare delata, additique ad cuſtodiam viri ex Clero & Magiſtratu primarii.*

AUCTORE D. P.

cineres relinquuntur in veteri.

35 *Ipſa die Dominica, quæ fuit* XI *Septembris, celebrata eſt in Cathedrali per Decanum ſolennis Miſſa de Sancto, qua abſoluta proceſſit ornatiſſima ſupplicantium pompa verſus eccleſiam S. Secundi; quæ, uti & tota qua procedendum erat via, ſplendidiſſimo apparatu diſtincta, omnium oculos rapiebat. Pompam excepit Epiſcopus, qui majoris devotionis ergo ibidem privatim celebraverat: & capſam, quæ ſupra altare majus ſplendidiſſimo in pegmate proſtabat, dimitti juſſam tradidit ſex primæ dignitatis Eccleſiaſticis, Petro Tablares Archidiacono Abulenſi, Ludovico Nuſies Vela Archidiacono Arevalenſi, Ferdinando de Eſcobar Archidia-* E *cono Olmedenſi, Ioanni Carillio Theſaurario, Antonio de Arevalo ſcholarum Magiſtro, Didaco Fernandez Arnacedo Archidiacono Oropeſano: hi vero eamdem impoſuerunt humeris ſuccollantium Hieronymi Piniani de Zuniga Correctoris, Regis perſonam hoc in actu repræſentantis, Franciſci de Rojas y Sandoval Marchionis Dinienſis, Petri Stephani Davila Marchionis de las Navas, Licentiati Gaſcæ de Salazar è ſupremo Senatu regio Conſiliarii, Licentiati Didaci de Alarcon Auditoris, & Ioannis de Argote Præfecti in Regia Cancellaria Valliſoleti: qui eam detulere ſub umbellà ſpecioſiſſima, ſuſtentata à Rectoribus Abulenſibus.*

arca ad Cathedralem transfertur,

ſuccollantibus Proceribus prima notæ:

36 *Ita aliis aliiſque ſuccedentibus in locum prædictorum, poſt trinam ſtationem in triplici area, ſuo unaquaque altari inſtructa, ante ædem S. Stephani, ante domum Comitis de Vzeda, & in foro minori qui totius urbis frequentatiſſimus eſt locus; ventum eſt ad eccleſiam Cathedralem, cui prætenſa areola etiam ipſa erat ſpecioſiſſime apparata: & ad huius ingreſſum Rectores urbis tradiderunt Epiſcopo capſam, qui eamdem prænominatis eccleſiæ Dignitatibus commiſit ferendam à porta eccleſiæ uſque ad majus altare. Longum ſit explicare omnia vel incitamenta devotionis vel argumenta lætitiæ, quibus toto octiduo certatum eſt. Propius ad rem noſtram, & ideo minime prætereundum eſt, quod ſequenti die Lunæ, poſt Miſſam ſolennißime decantatam, coram utriuſque* F *ordinis proceribus, ad ſacram capſam accedens Epiſcopus, eamdem aperuit; indeque exemit duo grandia oſſa, quorum alterum lipſanothecæ propriæ includendum remaneret eccleſiæ, alterum Majeſtati regiæ mitteretur: quæ ipſemet proceſſionaliter per eccleſiam circumtulit, ea populo venerabundo oſtentans. Ipſis deinde ad altare una cum arca relatis, Corrector Regius mandatum ſuæ Majeſtatis explens, ſub inſtrumenti publici fide tradidit arcam Epiſcopo. Epiſcopus autem ante eam celebravit Pontificaliter: & peracto ſacrificio, rurſum prædicta oſſa de arca accepit, iterumque circumlata per eccleſiam retulit ad altare, & ſignavit inſtrumenta, quibus fides fiebat ea eſſe ex corpore S. Secundi accepta. Porro toto octiduo Miſſa & Officium ex uſu Romanæ Eccleſiæ recitabantur ſicuti de Pontifice Confeſſore, cum Collecta ſumpta ex feſto S. Auguſtini, variato dumtaxat nomine Auguſtini in Secundum.*

ubi cum Epiſcopus exemiſſet oſſa duo.

Corrector regius ei arcã tradidit.

CAP.

AUCTORE D. P.

CAPUT VI.

Ossis unius translatio ad Escuriale : Officii proprii approbatio & promulgatio.

Legati civitatis Regi nuntiant quid actum sit,

37 *Absolutis quæ per octiduum duraverant festis, quæque in historia ipsa minutim singula poterunt inveniri descripta, tractari cœptum de Reliquia quam sibi Rex mitti jusserat, scriptis tam ad Episcopum quam ad Correctorem litteris. Vnde iterum nata est concertatio pia, ad utrius spectaret officium designare latores earumdem. Sed & hæc composita est, primas obtinente Civitate, in dirigendis ad Regem nuntiis peractæ solennitatis, & Reliquiæ ad ipsius nutum reservatæ, qui fuerunt Sancius Cimbron & Antonius de Barrientos : vicissim autem prærogativam tenente Episcopo, in eo quod ipsius delegati essent Reliquiam eamdem portaturi ac tradituri. Iverunt igitur illi & benignissime excepti retulerunt Regia manu signatam epistolam, qua gratum habere Civitatis officium sua Majestas testabatur, die* XXVIII *Septembris sæpe dicti anni* MDXCIV.

alii ab Episcopo Reliquiam petitam perferentes,

B

38 *Episcopus quoque Reliquiam, quæ os coxendicis cum particula veteris albæ erat, ligneæ capsellæ, intus ac deforis vestitæ ornataque & eleganter clausæ, impositam, una cum testimonio suo authentico de ipsius veritate, perferendam tradidit duobus ecclesiæ suæ Canonicis, ipsi scilicet Decano Bracamontio & Doctori Ioanni Beltramo de Guevara : qui eamdem ex sericeo rubri coloris balteo appenderunt collo Mariæ de Ayala, Capellani in eadem ecclesia : simulque profecti pervenerunt sub noctem diei* XXVII *Septembris ad vicum diœcesis Abulensis, cui nomen Navale-Peraldi. Inde Decanus scutiferum suum Sebastianum Angulum expedivit, cum epistola ad Garciam de Loyasa Giron, Eleëmosynarium Majorem & Institutorem Regis : de cujus mandato rescribens idem Garcias, jussit ut ad Monasterium S. Laurentii diverterent cum suo thesauro legati. Cum hac epistola regressus ad Decanum postera die Angulus, ipsum sub vesperam obvium habuit, ultro accedentem quo vocabatur ; qui ingressus in atrium honorificeque exceptus, cum Garciam prædictum visitasset, visitatus vicissim ab eo est, etiam Reliquiarum capsam decenter expositam venerante.*

excipiuntur honorifice,

& 29 Sept. ad Regis oratorium ducti,

39 *Sequebatur S. Michaëlis Archangeli festa dies, cujus officia cum essent finita, significavit legatis Garcias velle Regem, ut circa tertiam vespertinam accederent ad oratorium regium, quia ibi decreverat Rex cum filiis admittere eos & munus quod ferebant. Ista ergo hora Garcias ipse adfuit, cum Fr. Garcia de S. Maria Priore, & Fr. Ioanne de Benavente Vicario, aliisque pluribus religiosis ; ipsosque duxerunt*

C

ad sacristiam regalis illius Monasterii, tantisper expectaturos, donec Rex annueret ingressum oratorii sui : quod mox factum per Antonium Boto Cimeliarcham regium. Itaque illuc deducti, inter prælucentes plurimos cereos, soli illi ingressi sunt cum Eleëmosynario Regio & Priore conventus ; explicueruntque capsam suam supra altare : & mox ingredientem Regem, cum Philippo Principe & Infante Ysabella filiis suis, venerati, significarunt quam ob causam ab Episcopo & Capitulo Abulensi venissent, exhibitis eorumdem patentibus litteris.

ipsi illam offerunt,

40 *Ista cum paucis peroràssent, acceßit ad altare Rex ; & Decanus capsulam referans, primo exemit particulam albæ, veteris quidem, sed adhuc candidißimæ : quam Rex filiique successive deosculati, etiam capiti & oculis reverenter admoverunt. Idem ad exhibitionem ossis factum. Deinde jußit Rex ut ea suo nomine prædictus Antonius Boto reciperet, quod & fecit : rursumque observata arcula, de omnibus his conditum est instrumentum, per manus Gregorii de Segovia ad hoc præsentis & vocati. Post quæ regia hospitalitate tractati legati, prima Octobris regressi sunt Avilam,*

& epistolam cum gratiarum actione referunt.

cum epistola Regis ad Episcopum, his verbis concepta : Reverende in Christo Pater Episcope. Per epistolam vestram, XXV hujus mensis datam, & ea quæ oretenus mihi retulerunt Decanus Didacus de Bracamonte & Doctor Joannes Beltramus de Guevara, ecclesiæ vestræ Canonici, intellexi, quam prompta voluntate vos & Capitulum istud mihi miseritis os coxendicis de corpore S. Secundi, cum particula albæ quæ simul reperta est, & certitudinis fide debita. Quo officio vestro vehementer recreatus, & munus pro eo quod meretur permagni æstimans, gratias vobis ago : quia desidero habere hic partem de corpore istius glorioßi Sancti, ad eam honorandam jungendamque Reliquiis, in hoc D. Laurentii Sanctuario asservatis. Ad S. Laurentium die XXX Septembris MDXCIV.

D

Anno 1595 23 Aprilis ponitur primus lapis capellæ.

41 *Quod ad Capellæ decretæ fabricam attinet, designatus ei situs est commodus ad plateam, quæ deinde S. Secundi diceretur, & ex qua æque ac ex ipsa ecclesia ingressus in eamdem pateret : quem in finem petita & obtenta à Rege facultas est destruendi ex parte murum civitatis, cujus ruinam abunde suppleret firmior Capellæ paries. Huic autem addicta aureorum octo millia, nequaquam sufficitura operi, nisi marmora in ipso Abulensi agro aptißima haudquaquam è longinquo fuissent advehenda. Designatus etiam situs sacristiæ ad usum Capellæ, & domus hospitalis, quæ simul omnia in quadrum ducta ecclesiæ adnecterentur. Quoniam vero urgebatur Episcopus ut transiret ad Aulam, exerciturus munus Inquisitoris generalis ; festinatum in opere est, eoque res perducta, ut potuerit ab eodem primus lapis rite in fundamento locari cum hac inscriptione.* Præsidente in ecclesia Dei Papa Clemente VIII, & regnante in Castella Catholico Rege Philippo II, Episcopatum autem Abulensem administrante D. Hieronymo Manrique de Lara Inquisitore generali, cœptum est opus hujus Capellæ glorioßi S. Secundi ; suaque Dominatio posuit primum lapidem fundamentalem, tamquam dominus & fundator illius, XXIII die mensis Aprilis anno MDXCV.

E

Approbatur Romæ officii Proprium.

42 *Dum hæc aguntur in Hispania, Romæ pro impetranda approbatione novorum Officiorum, quæ de Patronis suis deinceps recitaret Abulensis Ecclesia, haud frustra laboratum est : & impetratum ut de S. Secundo fieret tamquam de Episcopo Martyre, cum antea fieret tamquam de Confessore, ut indicatum in prævio Commentario, Lectio* VI *ibidem proposita, continens summarium hactenus deductorum, finitur asserendo, quod* Reliquiæ *fuerunt* in sacello ipsi Sancto dicato reconditæ, ubi frequenti & incredibili totius populi devotione coluntur. *Quæ verba de sacello proprio, tunc, cum Lectiones illæ approbarentur, necdum extructo, per quamdam temporis anticipationem composita & proposita, quando nam ipso opere completa fuerint nusquam expressum reperiens, nihilque dubitans quin absoluta sacelli fabrica sacri corporis depositio peracta esset cum magna solennitate, scripsi Abulam, ut annum, diem, ac modum cognoscerem : sed respondit nostri ibidem Collegii anno* MDCLXXVI *Rector P. Ferdinandus de Musquy, de eo actu nihil scriptum impressumve haberi. Misit interim, quod nondum videramus Abulensis Episcopi decretum Pastorale ad omnem sibi subditum Clerum ; quo, diebus* LIV *prius quam poneretur primus lapis sacelli, significabatur omnibus, proprii Officii Romæ facta superiori anno approbatio, & usus præscribebatur. Hoc decretum cum non inveniatur impressum in prælaudata Episcoporum Abulensium Historia ; & eo confirmetur miraculum, in ipsius Episcopi Hieronymi persona factum ; judiavi illud hic debere inseri. Est autem tale.*

F

& ante sacelli designati constructionem

43 Hieronymus Manrique de Lara, Episcopus Abulens. & Generalis Inquisitor, Capitulo nostro & universo Clero diœcesis Abulen. salutem in Domino. Cum non sine divino consilio factum sit, ut ditiori Ecclesia Carthaginiensi relicta, in hanc nostram Abulens. commigraverim : non quidem priori sponsa (quæ nunc & olim, gratissima & carissima mihi semper extitit) repudiata ; sed quod cæleste numen, & summa Dei providentia (quæ universa etiam nimis occulta atque abdita summo consilio regit

promulgatur ab omnibus recitandum 1 *Martii* 1595.

A regit ac moderatur) me (illa relicta) ad nova alia (ut ipſe rerum eventus oſtendit) in hac diœceſi perficienda vocaret: quam primum hanc noſtram Eccleſiam felicibus auſpiciis ingreſſus ſum, de Tranſlatione reliquiarum Secundi, primi Abulenſis Epiſcopi, & hujus diœceſis in religione Chriſtiana primi Doctoris atque Magiſtri (re tota cum Rege noſtro Philippo, Abulenſi Capitulo & Civitatis Senatu mature communicata) attentius cogitavi. Poſtquam enim (quod fideliter credimus) Secundi precibus à graviſſimo illo morbo ſuperiori anno ſumus liberati (ut interim innumera alia beneficia ab illo accepta, ſilentio involvamus) ſacellum illi vovimus; & Reliquias, ad fluminis Adaxæ ripas humili loco ſepultas, in noſtram Cathedralem eccleſiam, qua fieri potuit regia pompa & magnifico apparatu, tranſtulimus: non dum tamen accepto beneficio aliqualem gratiam retuliſſe videbamur. Quapropter cum ſæpe mecum tacitus cogitarem, nullam me poſſe majorem gratiam Secundo rependere, quam ſi darem operam, ut quem tota hæc diœceſis vitæ parentem ac cæleſtis doctrinæ magiſtrum habuit, eum proprio cultu & laude debita venenaretur; in eam curam tota animi vigilantia ac paſtorali ſolicitudine incubui: ac tandem Sanctiſſimum Pontificem noſtrum Clementem divina providentia PP. VIII per litteras deprecatus ſum, ut pro ſua benignitate Sanctis (quos hæc Eccleſia proprios habet Patronos & Tutelares) Secundo, inquam, Vincentio, Sabinæ, & Criſtetæ ſororibus, proprium Officium, quod in eorum feſtivitatibus recitare & ad communem Breviarii Romani rationem adjungere poſſemus, dignaretur ordinare & concedere. Acquievit ille pro ſua clementia honeſtæ ac juſtæ petitioni, remiſitque nobis duplex Officium, alterum pro Secundo, alterum pro Vincentio ac Sororibus, quod juxta decretum Pii V prædeceſſoris ejus, & novum ab eo editum & ad nos tranſmiſſum, in eorum feſtivitatibus recitare poſſemus. Nos igitur pro noſtri paſtoralis muneris ratione (re iterum cum Fratribus & nobiſcum ſæpe attentius communicata) tum iſtorum Sanctorum, tum aliorum qui jam olim in hac diœceſi celebrantur, feſta colligi & ad Breviarii Romani normam conformari, in lucem edi & publicari præcepimus; ut tam Patronorum nuper nobis conceſſa, quam aliorum Sanctorum officia, debito ordine per menſes digeſta haberet univerſa diœceſis.

44 Quia tamen feſtum Beati Vincentii & ſororum brumali tempore, quo propter cadentes nimbos ſumma ſolet eſſe in hac urbe cæli inclementia, celebrari conſuevit; de conſilio prudentiſſimorum virorum in poſtremum Auguſti diem rejecimus & tranſtulimus, quo devota Civitas celebritati ſuorum Patronorum commodius poſſet vacare. Quamobrem vobis univerſis Capitulo, ac ſingulis clericis noſtræ poteſtati ſubjectis, his litteris præcipimus atque mandamus, ut in his Sanctorum feſtivitatibus Secundi, Vincentii, & ſororum, necnon ceterorum, qui hoc Kalendario continentur, hoc officio Eccleſiaſtico & precandi ratione, & non alia, tam publice in eccleſiis quam privatim utamini. E Speramus enim in Domino atque confidimus, ex nova iſta precandi & recitandi divinum Officium ratione, vos omnes uberes animarum fructus percepturos: quod in his officiis habeatis multa veræ ac ſolidæ pietatis & religionis exempla ante oculos poſita, eorum, qui nos aut tamquam primi parentes Chriſtiana veritate genuerunt, aut eorum, qui jam genitos feliciſſime educarunt: quos tamquam domeſticos, Tutelares atque Patronos in primis colere ac venerari, tum gratiſſima animorum pietate proſequi debetis, & precatores adhibere apud Deum, ut eorum meritis ac patrocinio in adverſis omnibus juvari & ſublevari poſſitis. Datum Abulæ Kalend. Martii, anno Domini MDXCV.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

HESPERO ET ZOE CONIVGIBVS, CYRIACO ET THEODVLO FILIIS,

C F

ATTALIÆ IN PAMPHYLIA.

D. P.

SUB ADRIANO.

Acta Græca,

ATalia, *ab Attalo Rege opulentiſſimo nomen retinens, vulgo* Satalia, *Pamphyliæ urbs olim præcipua & Archiepiſcopalis fuit, in ora maris mediterranei, ad Cestrii fluminis oſtium. Ea ſanctis hiſce Martyribus finem humanæ ſervitutis & cæleſtis libertatis initium dedit, ſub Hadriano Imperatore. Locum Martyrii indicant Acta, quæ damus ex MS. Vaticano Græco à nobis Latine reddita: Tempus illa non ſignant; ipſum tamen (ex aliis forſitan Actis) notant, & cultum apud Græcos paſſim receptum probant omnia eorum Menæa & Synaxaria, tam manu ſcripta quam typis excuſa: in quibus Elogium ſub minori majorive compendio traditur. Pro omnibus ſit quod in Collegii noſtri Claromontani Pariſiis MS. Synaxario invenitur his verbis.*

elogium ex Synaxario.

2 Sancti Heſperus & Zoë erant ſub Hadriano Imperatore ex regione Italiæ, ſervi cujuſdam divitis Catali & Tetradiæ uxoris ejus: qui cum filios Cyriacum & Theodulum Chriſtiane educaſſent, die quadam dixerunt ipſis pueri: Quare ſervimus impiis iſtis & non potius Chriſto, ne pereamus cum illis? Audiens hæc mater ipſorum dixit: Reſiſtite ei qui emit corpora noſtra, & martyrium pro Chriſto ſuſtinebimus. Tunc accedentes ad Catalum, Chriſtum, ajunt, Jeſum habemus Dominum animarum noſtrarum, fortuna autem quadam factum eſt ut corpora noſtra tuæ ſubjicerentur poteſtati: potiorem interim ducimus Chriſti ſervitutem, quia Deo magis obedire oportet quam hominibus. Obſtupeſcens adhæc Catalus tunc quidem illos miſit in Tritonium ad patrem ſuum Heſperum, poſtea vero accerſens patrem & matrem cum filiis, verberari eos & torqueri vehementer juſſit, quia noluerunt celebrare natalitia filii ſui, atque guſtare de vino & carnibus quas eis miſerat. Præcepit deinde accendi clibanum, eique injici Sanctos: qui in illo animas ſuas tradiderunt Deo. Poſtera autem die eumdem aperientes, invenerunt Sanctos veluti dormientes, ad Orientem converſos. Peragitur autem feſtivitas in ſanctiſſimo eorum martyrio, quod eſt in Secundo.

templum S. Zoes Conſtantinopoli.

3 *Iſtuc ſcilicet allata fuerunt aut ipſorum omnium corpora, aut ſaltem S. Zoës, forſitan ſub Iuſtiniano Imperatore: de*

AUCTORE D.P. *de cujus ædificiis agens Procopius libro* 1 *cap.* 3, *cum dixisset, quod* in ea urbis Constantinopolitanæ Regione quæ δεύτερον dicitur, dedicavit S. Annæ nobilissimum ac prorsus mirabile templum; *mox addidit:* Non procul inde, ad ultimum urbis angulum, Zoæ Martyri templum valde concinnum fecit. *Hinc fit ut Acta solius* Zoës *nomen in titulo præferant*, eorum qui cum ea *passi sunt addita mentione generali. Sirletus ex Menæis suum concinnans Menologium, Baronio dedit occasionem eosdem nominatim omnes inserendi Romano Martyrologio: sed ita ut hallucinantem sequendo,* Exuperium *scriberet* pro Hespero.

nomina in Martyrologio.

PASSIO

Ex MS. Vaticano Græco.

In servitutem idololatris venditi

1 SAncta hæc Martyr ejusque maritus & filii duo, peregrini sicut Abraham pater electorum, cælestis urbis cives fuerunt: empti enim fuerunt à Catlo *a* ejusque uxore Tertia. Catlus autem Roma veniens migrarat in Pamphyliam, & habitabat Attaliæ: eos autem mancipia sibi emerat ex *b* Phrygia. Cum igitur multa fide prædíti essent & spem in Deo haberent positam, utpote ex Christianis nati, tam ipsa Zoë quam qui cum ea erant, recta gradiebantur via: qui autem eos emerant impuram idolorum superstitionem sectabantur, utpote pagani, & sacrificabant idolis, dicentes eos esse Deos. Itaque S. Zoë & maritus ejus ac filii duo, videntes eorum vanam superstitionem graviter ferebant: ideoque nec gustabant de sumptu eduliorum quæ accipiebant, suspicantes esse idolis oblata: in domo enim, in qua habitabant, constituta erant idola.

a

b

B

idolothyta aspernantur,

2 Itaque sancta Martyr, accepta sportula sua, stabat ad ostium, dicebatque ostiario, Requiesce per diem, & ego si opus fuerit suscitabo te: satis enim laboras nocte tota, propter multitudinem egredientium & ingredientium ad Dominum nostrum, quos ejus vana religio allicit ut subjiciant sese atque adorent Fortunam. Ostiarius porro dictis obaudiens recipiebat sese, & quiescebat in atrio juxta januam. Erant autem canes extra portas ligati; & si quis, præter hospites, mandati capiendi causa accedere solitos, adveniret, continuo involabant in eum. Videns ergo Sancta pauperes & peregrinos adventare, modicum de cibario suo projiciebat; illisque tacentibus, reliquum dabat pauperibus; suadens eis ut fierent Christiani: ideo enim, inquiebat, salvamini huc venientes. Quinetiam pascebat domestica altilia, quando accipiebat dimensum menstruum, his frumentum, istis legumina impertiens, prout singula vescebantur secundum genus suum. Ac denique circa occasum solis reficiebantur etiam ipsi, memores verbi divini dicentis, Considerate volatilia cæli, quia non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater cælestis pascit illa.

pauperibus d mensum suum impartitur Zoë:

C

Matt. 6,26

3 Dixerunt autem filii ad matrem: Non possumus habitare cum istis: numquid enim tu ipsa nos doces ex divinis Scripturis, unde & meminimus Apostoli dicentis, Nolite jugum ducere cum infidelibus? Nisi ergo Scripturis obedientes & Domini præcepta custodientes ab illis recesserimus, etiam cum illis numerabimur. Martyr vero dicebat filiis: Quo tandem pretextu ab ipsis recedetis, filii? sunt enim Domini eorum quæ videntur corporum. Ad hæc filii: Christus pro nobis sese tradidit manibus impiorum Judæorum, & crucifixus & sepultus est, & tertia die resurrexit: si igitur etiam nos corpora tradamus impio Catlo, nosque crucíando interficiat, sciemus quod animæ nostræ æternum vivent: itaque gaudens & exultans, ô mater, siste nos impio Domino nostro; & quod dederit Dominus in os nostrum, loquemur ad eum.

filii, zelo fidei ducti, 2 Cor. 6.14

consilium suum matri explicant:

D

4 Cumque ad prandium veniret Catlus, parati erant juvenes, tamquam generosi athletæ, ad certamen, dicentes ad invicem; Si Deus dederit ut pro eo moriamur & digni habeamur eum videre, erimus cum ipso. Mater autem verebatur ne tormentis terrefacti ad sacrificandum inducerentur, hactenus enim nesciebant Domini eos esse Christianos. Cum ergo nollet eos introducere, dixerunt ad ipsam filii sui, Quid metuis impium istum? Non recordaris quia scriptum est, Loquebar in testimoniis tuis in conspectu Regum & non confundebar? Egredientes igitur filii occurrerunt Catlo extra ostium & dixerunt ei: Bene veneris corporum nostrorum visibilium Domine, animarum autem nostrarum Dominus Jesus Christus est, qui in cælis residet. Dixit autem Catlus; Insaniunt pueri illi, peregrinum nomen ingerentes mihi, Deum ac Dominum appellantes eum qui dicitur Jesus Christus: vocate mihi patrem & matrem eorum.

Christumq; palam professi

Psal. 118, 45

5 Abeuntes famuli non invenerunt patrem ipsorum, sed adduxerunt matrem Zoën: cui dixit Catlus: Ubi est vir tuus? Respondit illa: Numquid non tu jussisti ut foris in Tritonio habitaret? Dixit ei Catlus: Utinam etiam vos in Tritonio essetis, neque animum meum conturbaretis, dicentes vos proprium habere Deum, quem nec ego nec alius quisquam audivit: sed videbar mihi pro magno solatio multisque donis accepisse dominam vestram Tertiam, quia sacrificia obtuli magnæ Deæ Fortunæ. Nolo ulterius quæstionem habere de iis quæ dixistis mihi: sed cum natus puer fuerit, & magnam Deam Fortunam adoravero, tunc & vos audiam. Jussit ergo eos discedere in *c* Tritonium. Qui cum abducerentur gaudebant & exultabant psallentes atque dicentes, Dominus pascit me & nihil mihi deerit, in locum pascuę ibi me collocavit: & iterum, Quia eruisti nos de inferno, & ex manu mortis salvasti nos: existimabant enim domum esse infernum, Catlum mortem, idola vero ignem.

cum ea ad patrem in villam abtegantur.

E

c

6 Natus est autem Catlo filius, & celebrabantur impura natalitia, sacrificando Fortunæ civitatis; & omnes in nativitate pueri lætabantur: sancta autem Zoë confortabatur, orans Deum ut non induceretur in tentationem aut vir suus aut filii. Catlus vero post impium illud epulum procedens, dixit uxori suæ Tertiæ: Lætentur omnes in festivitate filii nostri: & ipsa respondit: Lætentur omnes. Et continuo miserunt vinum in amphoram atque in discum carnes, jusseruntque portari ad Zoën: quæ videns impurum ministrum & spurcorum donorum significationem intelligens, ingemuit & dixit: Domine Deus, humanorum cordium scrutator infallibilis, adesto peregrinis nobis: nam præter te Domine, Deum alium nescimus: confirma nos in tua confessione. Et accedens ad eum qui carnes ferebat, ipsas quidem objecit canibus, vinum autem effudit.

Cumque eŏ natum domino filium

F

missam sportulam Zoë sprevisset.

7 Quod cum vidisset famulus, abiit & nuntiavit Catlo, quod acciderat. Catlus vero hæc audiens, impletus est ira & indignatione contra Christum: & jussit eos induci in domum suam. Dum autem ducerentur instruebat S. Zoë maritum & filios atq; dicebat: Nŏ timeamus tormenta impuri Catli: sed sustineamus ea, ut per patientiā ingrediamur in civitatē Christi cū Sanctis ejus. Ingrediētibus illis ad se Catlus inquit: In quo habentes fiduciā ausi estis hoc facere? neq; enim tantū curo quod me affeciſtis injuria, quā quod magnā Deam

advocatur illa cum marito & filiis:

A Deam Fortunam contempſeritis. Sancta autem Zoë reſpondit illi: Spes noſtra eſt Chriſtus Jeſus, filius Dei vivi: nam quos tu Deos nominas, dæmones nobis ſunt. Dixit Catlus: Jubeo ergo torqueri filios tuos, ut videamus ſi juvare eos poſſit, quem Deum eſſe dicitis Chriſtum.

Chriſtum confitetur.

d filios in tormentis animat:

8 Cum igitur ſuſpenſi pueri raderentur *d* ungulis, dicebat eis adſtans mater, Certate, neque timete tormenta impii Catli. Filii vero reſpondebant, Nihil ſunt hæc tormenta: die impio Catlo ut majores cruciatus nobis inferat, ut perfectã patientiæ coronam conſequamur. Ipſa vero dixit impio Catlo: Quare ſuſpendi juſſiſti pueros, & ceſſas eis tormenta inferre? non enim ſenſerunt lanienam. Tunc juſſit Catlus furnum ſuccendi, & ſervos Dei in illum mitti, ac diligenter cuſtodiri. Sancta autem Zoë, & maritus ejus Heſperus, & filii duo Theodulus atque Cyriacus, erant in fornace pſallentes & laudantes Dominum. Audiens igitur eos in fornace *e* pſallentes Catlus, cogitabat quomodo eos majori cruciatu interficeret. Dictumque eſt eis in fornace à Spiritu ſancto, Confortamini; quærit enim Catlus quomodo vos majoribus tormentis perdat. Ipſi vero hoc audientes, orabant & dicebant, Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe animas noſtras in pace. Et continuo animas ſuas tradiderunt in pace die ſecunda Maji.

e cum quibus & viro conjecta in fornacem expirat:

B

9 Poſtera vero die veniens cum ſuis Catlus, invenit corpora Martyrum illæſa, & in orientem converſa: jam enim animæ eorum adjunctæ erant choris Sanctorum Martyrum & Angelorum atque Archangelorum. Et facta eſt vox de cælo dicens, Intrate, juſti, in Paradiſum: tu vero, impie Catle, reſpice in judicium æternum & locum gehennæ, ubi ignis non extinguetur, dum juſti erunt in gaudio paradiſi per æternitatem temporum, in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

corpora illæſa reperiuntur.

EX MS. GR. VAT.

ANNOTATA.

a *Synaxaria & Menæa* Catalum & Tetradiam *vocant.*

b *Menæa minus recte,* Ex Pamphylia *emptos ſcribunt: interim genere* Italos *fuiſſe, habent Synaxaria tam Claromontanum quam Baſilii Imperatoris.*

c *Idem Baſilii Synaxarium,* ἐν τῇ πόλει Τριτωνίῳ, In urbe Tritonio. *Nos urbem talem nullam novimus: prædium ſeu villam agnoſcimus, ad quam colendam miſſus fuerit Heſperus.*

d *Vngularum quidem expreſſum nomen non eſt in Græco, ſed ſub verbo* ξέειν *ſolet intelligi: Menæa autem expreſſe habent* τὰ νήπια κρεμασθῶσι κελεύει καὶ σιδηροῖς ὄνυξι κάτεξέεσθαι, ferreis ungulis.

e *Eadem Menæa cantum hunc poſtera die auditum referunt his verbis:* Ἑωθεν δὲ, φωνῶν ἐν τῷ κλιβάνῳ ἐνηχεμένων ὥσπερ ψαλλόντων τινῶν, διανοίξαντες εὗρον, εἰ μὴ τὸς Ἁγίους μόνον ἐν σχήματι καθευδόντων, κατὰ ἀνατολὰς τετραμμένους. Mane autem, cum voces quædam in clibano audirentur velut pſallentium, aperientes neminem invenerunt, niſi Sanctos in ſpecie dormientium converſos ad Orientem.

C

Horum nomina in antiquis Martyrologiis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
GERMANO, CÆLESTINO, FELICE, CETINO, VRBANO, BELLICO ET PRIVATA.

G. H.

ANtiquiſſimum *Martyrologii Hieronymiani apographum, quo ab Epternacenſibus accepto hactenus uſi fuimus, ita hunc diem auſpicatur:* VI Nonas Maji, Germani, Cæleſtini, Felicis, Cetrini, Urbani, Bellici, Privatæ. *Iidem leguntur in aliis tribus ejuſdem Martyrologii apographis, niſi quod in Lucenſi deſit nomen* Germani, *& loco* Privatæ *ſcribatur* Privati: *tum varie ſcribuntur nomina* Cettini, Cetini, Cætini & Cetici, & Bellici, Bellaci, Bellapi & Hellaci. *Ex his varii in aliis MSS. referuntur. Trium primorum, ſcilicet* Germani, Cæleſtini & Felicis, *memoria celebatur in MS. Reginæ Sueciæ ab Holſtenio laudato. In MSS. Pragenſi, duplicique Leodienſi S. Lamberti & S. Laurentii indicatur natalis* SS. Germani, Cæleſtini, Urbani & Privatæ. *Eadem ſunt in MS. Florario, ſed* Privati *ſcribitur. Item in MS. Barberino, ſed* Germano *omiſſo; & in MS. Trevirenſi S. Maximini, ſed omiſſa* Privata; & Orbano, *loco* Urbani, *ſcripto. Aſt aliis, de quibus mox agemus, immiſtis inferuntur in MS. Rhinovienſi nomina* Germani, Cæleſtini, Felicis, Urbani, *& præterea in Richenovienſi* Bellaci, Privatæ. *In MS. Auguſtano S. Vdalrici iſta traduntur:* Germani, Cæleſtini, Privati, Felicis, *quibus in Pariſienſi à Labbeo nobis communicato additur* Cetini. *In MS. Tamlactenſi ſunt nomina* Cæleſtini, Germani, Urbani, Bellici, Privatæ. *Hactenus illuſtris horum Martyrum memoria in tam variis MSS. continetur abſque palæſtra ſeu loco martyrii. De aliis* Germano, Cæleſtino & Santino Alexandriæ *paßis infra agemus. Item de* Germano & Cæleſtino Romæ *tributis in ſequenti claſſe. Nomen* S. Bellici *inſcriptum eſt antiquo Kalendario ante opera MSS. S. Iſidori, aſſervata Romæ apud Patres Congregationis Oratorii.*

2 *Paulus Maſinus in Bononia perluſtrata ſcribit ad hunc diem,* Bononiæ in Eccleſia S. Franciſci caput & partem brachii S. Cæleſtini Martyris, *item* aliquas reliquias eſſe apud Sanctimoniales S. Helenæ. *Accepimus & nos authenticum teſtimonium, cum Bononiæ eſſemus anno* MDCLX, *quod apud dictos Franciſcanos officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici coleretur* S. Cæleſtinus martyr *ob prædictas reliquias, quas ibidem venerati ſumus. Verum videntur aſſumpſiſſe hunc diem, quia in Romano Martyrologio notatur aliquis Cæleſtinus paſſus Romæ cum aliis duobus mox nominandis: quod probare non poſſumus; & licet poſſemus, non propterea putaremus conſequens eſſe, quod ejus præciſe qui hoc die commemoratur, Reliquiæ ſint Bononiæ. Similiter diverſum ab hoc putamus eſſe eum, cujus corpus, an:* MDCLXXV. XVIII *Maji, de mandato Pontificio à Gaſpare tituli S. Silveſtri de capite S. R. E. Presbytero Cardinali de Carpineo, illius Vicario generali, accepit* Joannes Paulus Comes de Calepio, *una cum reliquiis* ſanctorum Chriſti Martyrum Liberalis, Angeli, Caſti, Severiani, Perpetuæ, Victorinæ, Pontiani, *collocandum* in eccleſia Viſitationis B. Mariæ de Begnanga, ſitam in communi de Calepio diœceſis Bergomenſis. *Ejus tamen hic volui meminiſſe, tum quia exiſtimo cultui ejus in prædicta eccleſia aſſumptum hunc diem, quo* Cæleſtinus *aliquis invenitur Romano Martyrologio, licet per errorem, adſcriptus: tum quia id meretur ipſius Comitis & Calepienſium pietas, qui nobis publicorum de ea tranſlatione actuum inſtrumenta ſub Notariali fide communicanda curaverunt: ex quibus conſtat, corpus iſtud acceptum eſſe ex Romano S. Caliſti cœmeterio, ſimulque inventum qui ſervatur lapidem, cum inſcriptione* CÆLESTINUS *inſculptaque Martyrii palma. De* Cæleſtino *Conſule Hiſpano, qui ſub Iuliano apoſtata præſumitur paſſus, infra agemus.*

Alicujus S. Cæleſtini reliquiæ Bononiæ.

F

alterius Calepii.

DE SS. SATVRNINO ET NEOPOLO

G. H.

MARTYRIBVS ALEXANDRIÆ.

Referuntur Alexandriæ paſſi.

PRogredimur cum *Martyrologio S. Hieronymi, in cujus apographis Lucenſi & Blumiano iſta leguntur:* In Alexandria Saturnini cum Neopoli Socio ſuo. *Verum nomen Socii in MS. Corbejenſi Pariſiis excuſo, prima littera omiſſa, ſcribitur* Eopoli, *& deeſt in MS. Epternacenſi. In MS. Vaticano Eccleſiæ S. Petri, ex quo genuinum Martyrologium Bedæ etiam edidimus, iſta traduntur:* Alexandriæ natale S. Saturnini in carcere quieſcentis, cum Neopoli ſocio ſuo. *Notkerus eoſdem ita refert:* Item Alexandriæ Saturnini & Neopolis, qui in carcere requierunt. *MSS. Richenovienſe, Rhinovienſe & Aquiſgranenſe priorem ita proponunt:* In Alexandria Saturnini, *dein alios ex diverſis claſſibus adjungunt. At palæſtra martyrii omiſſa ita referuntur in MSS. Caſinenſi & Romano Ducis Altempſii:* Natale S. Saturnini in carcere quieſcentis cum Neopoli ſocio ſuo. *Forſan ob* S.

aut abſque loco martyrii,

B Alexandrum *præpoſitum, cujus alibi non fit mentio, legendum eſt* Alexandriæ. *At mutata phraſi apud Vſuardum, Adonem, Auctorem Bedæ ſuppoſititii, Bellinum, Maurolycum, & in MSS. Trevirenſibus S. Maximini & S. Martini; item in MSS. Centulenſi, Vltrajectino, & Florario Sanctorum & apud Petrum de Natalibus iſta leguntur:* Natalis SS. Saturnini & Neopoli, qui in carcere quieverunt. *Eadem, ſed abſque mentione carceris, leguntur in MSS. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus, & alio Romano-Francico, quod communicavit Pariſiis Lucas Acherius. Solius* Saturnini *meminerunt MSS. Auguſtanum S. Vdalrici & Pariſienſe Philippi Labbe. Et* Saturninus, Hippolytus & Alexander *ſunt in MS. Tamlactenſi. An* Hippolytus *loco* Neopoli, *&* Alexander *loco* Alexandriæ?

cum ſola mentione carceris.

2 *En memoria horum duorum Martyrum, ex tot illuſtribus Martyrologiis collecta, quibus palæſtra certaminis aut aſſignatur* Alexandria, *aut ſiletur. Poſt tot exemplaria Galeſinius aliam illis palæſtram & alios ſocios indicat his verbis:* Romæ ſanctorum Martyrum Saturnini, Neopoli, Germani & Cæleſtini, qui pro Chriſto Domino in carcerem conjecti, ibi obdormierunt. *Pro dictorum probatione in Notis ita addit:* Priorum duorum Uſuardus meminit, ac Beda item: poſteriores duos nos adjunximus ex codice MS. *Sed quem habuit non ſatis ſolidum, uti hactenus ſæpius diximus. Vnde autem*

an recte dicantur Romæ paſſi cum aliis ſociis?

C *ſciverit* Romæ paſſos, *non addit. Baronius dum Galeſinio credit, facile aberrat; is in Martyrologio Romano ita hos celebrat:* Romæ Sanctorum Martyrum Saturnini, Neopoli, Germani & Cæleſtini, qui multa paſſi, in carcerem demum conjecti, ibi in Domino quieverunt. *Dein in Notationibus iſta addit:* Agunt de his item Beda, Uſuardus, Ado, & alii recentiores. *Is eſt Galeſinius, qui primus palæſtram ſtatuit* Romam, *& duobus primis* Germanum & Cæleſtinum *junxit: de his jam egimus, & iterum infrà acturi ſumus. Bucelinus in ſacrario Benedictino aſſerit* corpora SS. Saturnini, Neopoli & Cæleſtini quieſcere in Monaſterio Antecenſi *in Bavaria. Quæ mallemus probari de his Martyribus eſſe intelligenda: aut ſaltem aliquos iſtorum nominum ita conjunctim eſſe repertos; veremur enim ne ex Romano hodierno aſſumpta ſint nomina, ut ſimul haberetur dies cultus, & corporibus ſine nomine inventis aptata.*

3 *Dedimus* IV *Februarii S. Phileæ Thmuëos Epiſcopi* B *Acta, in iiſque epiſtolam ejus de Martyrum Alexandrinorum certaminibus & coronis: eamdem Epiſtolam allegat Euſebius Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.* 8 *cap.* 10, *unde accipere juvat, quæ de Martyribus, ſub extrema Diocletiani & Maximiani perſecutione in carceres Alexandrinos retruſis, ibidem hiſce verbis leguntur, poſt enarrata toleratorum ab iis ſuppliciorum genera varia.* Quidam poſt tormenta in nervo jacuerunt, pedibus ad quatuor uſque foramina divaricatis, ita ut ſupini eſſe cogerentur; cum ob recentes plagarum cicatrices, quas toto corpore gerebant, ſtare omnino non poſſent. Alii humi projecti jacebant, præ nimia tormentorum acerbitate, & multo gravius quam dum cruciarentur ſpectaculum intuentibus præbebant, varia ac multipliciter excogitata tormentorum genera corporibus ſuis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii in ipſis tormentis expirabant, conſtantia ſua pudorem incutientes adverſario: alii ſemineces in carcerem truſi, paucis poſt diebus doloribus oppreſſi vitam finierunt. *Ex his igitur, quibus modo tam memorabili carcer pro ſtadio fuit, credibile eſt fuiſſe* Saturninum & Neopolum; *& quidem genere aut munere illuſtriores ceteris, qui præ tam multis aliis meruerint in Martyrologiis eo titulo commendari, quod Alexandriæ in carcere quieverint.* F

Quales in carcere Alexandrino Martyres?

DE SS. HELPIDIO, HERMOGENE, EVPOLITE ET LVPO,

G. H.

MARTYRIBVS MELITENÆ IN ARMENIA.

11 Maji.

HÆc tertia Martyrum turma *in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis continetur, & quidem his verbis in MSS. Lucenſi & Blumiano:* In Armenia civitate Militana Helpidii & Hermogenis: *quibus tertius additur* Eupolites *in antiquiſſimo ecgrapho Epternacenſi: cujus loco in MS. Corbejenſi ſubſtituitur alius, nomine* Lupus, *ut videantur quatuor nominandi. In MS. Richenovienſi ſolus* Hermogenes *celebratur* in Armenia civitate Militana: *quæ ita ſæpius in antiquis Martyrologiis appellatur, aliis antiquis ſcriptoribus paſſim* Melitene *dicta, & fuit plurimorum Martyrum palæſtra, uti ex toto hoc opere conſtat. At, nullo martyrii loco indicato, referuntur* Helpidius & Hermogenes *in MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbei, quibus in MS. Aquiſgranenſi additur* Ypolites, *ſupra* Eupolites *dictus, à quo ſi aliquis* Lupum *nolit diſtinguere, quaſi in priore litteris ferme tranſpoſitis contineatur, nolumus funem ea de re contentioſum trahere: interim utrumque in titulo proponimus. Apud Grevenum, in Auctario Molani, referuntur* Germanus; *qui huc non ſpectat,* Hippolytus, *ſupra* Eupolites; Elpidius & Hermogenes. *In MS. Tamlactenſi indicantur* Elpidius, Hermogenes, & Eupolites: *eſt autem hoc MS. fere ex Hyeronymiana aliquo acceptum.*

DE

DE SS. GERMANO, CÆLESTINO, SANTINA

MARTYRIBVS ALEXANDRIÆ. G. H.

Passi sunt Alexandriæ

HÆc quarta & ultima Martyrum turma est, *in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: & quidem in Epternacensi ante mille prope annos exarato ista leguntur:* Item in Alexandria Germani, Cælestini, Scantinæ. *Vbi particula* item *potest hos secernere à* SS. Saturnino & Neopolo *etiam* Alexandriæ *passis, sed alio forsan anno, hoc tamen eodem die. Potest etiam dicta particula* item *hos duos* Germanum & Cælestinum *distinguere ab aliis ejusdem nominis Martyribus, qui in prima hujus Martyrologii classe cum quinque aliis sociis recensentur. In MSS. Lucensi & Blumiano, loco* Scantinę, *legitur* Santinæ, *& in MS. Corbeiensi Parisiis excuso,* Santini. *In quibus etiam omnibus repetuntur nomina* Germani & Cælestini, *licet fuissent in prima classe collocata: quorum auctoritate & nos idem facimus. MS. Aquisgranense recolit* Germanum, *sive hic ille sit, sive alius supra relatus. De* SS. Germano & Cælestino *perperam adjunctis* SS. Secundino & Neopolo *Alexandriæ passis, & simul à Galesinio Romæ adscriptis in secunda horum Martyrum classe, jam egimus.*

2 *Tamajus Salazar Martyrologio Hispanico inscripsit* S. Cælestinum, Martyrem Romæ, *quasi esset Hispanus: idque auctoritate Iuliani Archipresbyteri Toletani; in cujus Adversariis num.* 5 *ista leguntur:* In Hispaniis memoria celebris est S. Cælestini Martyris, qui passus est Romæ in persecutione Juliani Apostatæ. Vir Consularis ex Consulari Bæticâ; Hispanus cum aliis, tempore quo Joannes & Paulus comprehensi sunt. Obiit in carcere die secunda Maji Martyr. *In Chronico etiam Dextri ad an.* 356 *traditur* Olymphius Episcopus Toletanus libros edidisse, quos inscripsit ad Cælestinum Consulem Bæticæ, qui postea Martyr fuit. *Verum hos libros hoc seculo* XVII *confictos fuisse arbitramur, & Adversariorum Iuliani auctorem secutum fuisse Galesinium aberrantem, à quo etiam abductus fuit Baronius. Qui allegatur à Tamajo Ambrosius Morales, meminit litterarum à Constantio Imperatore ad Cælestinum missarum, verum de ejus martyrio silet, quod desideramus melius probari, quam ex spuriis epigraphis auctorum suppositiorum scriptis.*

An Cælestinus, Martyr Romæ, sit Hispanus.

DE SS. ELENARA ET SPONSARIA

VIRGINIBVS ET MARTYRIBVS IN GALLIA. G. H.

SUB DIOCLETIANO

CEntula, *celeberrimum apud Pontivenses in Picardia monasterium, nunc vulgo à fundatore suo* S. Richerii *appellatur, uti late dictum est ad hujus Vitam* XXVI *Aprilis. Hujus monasterii aliqua Chronica MSS. habemus, quæ abbreviata dicuntur, respectu Chronici majoris excusi tomo* 4 *Spicilegii Acheriani, sed quod cum Actis S. Geruini finitur. Post quem præfuit dicto monasterio Gervinus* II, *factus deinde Episcopus Ambianensis. Huic subrogatur* Ancherus, *ut in dictis Chronicis abbreviatis legitur,* electus anno MXCVII, regnante Ludovico Grosso Rege Francorum, & Guidone Comite Pontivi. Iste Ancherus in anno XVI sui regiminis renovavit omnes capsas & feretra omnium Sanctorum & reliquiarum hîc existentium. Ipse voluit videre & scire realiter omnia, quæ continebantur in dictis capsis, & in una invenit... corpora Sanctarum & Martyrum Elenaræ & Sponsariæ, quæ passæ sunt martyrium propter nomen Domini nostri Jesu Christi sub Rictiovaro, sexto Nonas Maji. *Hæc ibi. Rictiovarus sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus quam plurimos Christianos martyrio affecit in Galliis. In Chronico majore Centulensi, ab Ariulfo monacho seculo* XI *absoluto & edito tomo* 4 *Spicilegii Acheriani lib.* 3 *cap.* 29 *ista leguntur:* Inter tantorum merita Beati & Sancti Angilberti munimur Reliquiis, beatarumque Martyrum Christi & Virginum Elenaræ, Sponsaræ patrociniis fovemur. Hæ autem beatissimæ Virgines, quantum à prioribus accepimus, B. Macræ Martyris sociæ & convirginales extiterunt, & una cum ipsa à persecutore Rictiovaro pro Christi nomine martyrizatæ sunt. *Acta martyrii S. Macræ dedimus* VI *Ianuarii: sed absque ulla Sociarum mentione; sine quibus ipsa etiam sepulta est, & inventa à bubulco quodam Landulpho, cujus Teutonicum nomen indicat tempus inventionis differendum usque ad Regum Francorum tempora, primæ scilicet stirpis: nam pro veteri S. Macræ ecclesiola ampliorem novam factam tempore Caroli Magni, Flodoardus tradit. Quæ ideo hic noto, ut exemplo fiat verosimile, etiam harum Sanctarum corpora, simili ratione reperta translataque olim fuisse: & majorum traditione potius quam scriptorum fide acceptum videri, quod sub Rictiovaro passæ illæ fuerint eodem tempore, quo S. Macra apud Suessionas certavit. Ignatius Iosephus de Iesu Maria, in Historia Ecclesiastica urbis Abbavillæ cap.* 82, *in Anchero* XXV *Abbate Centulensi, meminit dictæ inventionis, quam etiam Iacobus Malbrancus inseruit lib.* 2 *de Morinis cap.* 14, *& tandem Arturus du Monstier ad hunc* II *Maji in Sacro Gynæceo easdem retulit.*

Inventio corporum,

martyrium sub Rictiovaro.

DE SANCTA FLAMINA

VIRGINE ET MARTYRE DAVAIACI IN ARVERNIA. D. P.

SUB DIOCLETIANO

ARbs *& territorium* Claromontanum *in Arvernis plurimum obstringitur Ioanni Savaroni, Præsidi olim & Præfecto Arverniæ, ob singularem ejus doctrinam & accuratam diligentiam, qua ejus omnis antiquitas illustrata est & quasi revixit. Hic lib.* 2 *de Sanctis, Ecclesiis, & monasteriis Claromontii, ex antiquis MSS. cap.* 19 *ista tradit:* In Ecclesia S. Hilarii, altare S. Hilarii: ibi requiescit S. Flamina. *Quibus Savaro addit, dictam* Ecclesiam S. Hilarii *jam* veteribus ruinis deformem esse, positam inter Rubiacum & Valerium collem, *vulgo* Royat & Valiere, in amplo vinearum territorio, *haud procul à Claromontana urbe versus Occidentem. Ea ipsa* Ecclesia S. Hilarii, *dein nomen* S. Flaminæ *assumpsit, vulgo* S. Cliamine. *Est etiamnum* ecclesia S. Flaminæ Daviaci, *vulgo* Davayac, ad vicum Arthonnam, *in qua ecclesia* festum natalitium colitur VI Nonas Maji; & festum Translationis III Nonas Augusti: *quorum dierum priori eamdem inseruit Ca-*

Cultus sacer

AUCTORE D.P.

talogo generali Ferrarius, Menologio Virginum Labbeus, Gynæceo ſacro Arturus.

Officii proprii Lectiones:

2 *Ex prædicta eccleſia, curantibus RR. PP. Paulo Suffren Lugdunenſis, & N. Courboulles Claromontani Collegii Rectoribus, accepimus Lectiones pro ſecundo Nocturno tres, compoſitionis non valde antiquæ; quas ſecutus Savaro, præivit aliis de hac Sancta ſcripturis, & aliquod vitæ compendium texuit: quod Sauſſajus in Martyrologio Gallicano multum amplificavit, & Iacobus Branche in Vitis Sanctorum atque Sanctarum Arverniæ Gallice reddidit. Ejuſdem Sanctæ meminit Arturus du Monſtier in ſacro Gynæceo, & Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum qui non ſunt in Romano. In dictarum Lectionum ultima plerique expendunt, ut maxima conſideratione dignum (ſicut revera eſt) quod in fine dictarum lectionum dicitur de ſacris ejus exuviis Davajaci repoſitis, quod ſcilicet* ad illas frequens eſt infirmorum concurſus, morborumque ab arte medicinæ deſperatorum conferunt ſanitates, maxime cæcis & oculorum infirmitate laborantibus, qui earum virtutem perſentiunt.

oculorum curandorum gratia:

3 *Eamdem ab illis promanantem gratiam confirmat antiquius multo Officium, ex ejuſdem Davajacenſis eccleſiæ monumentis deſcriptum, & una cum Reliquiis illuc allatum: in quo legebatur Paſſio ipſius Sanctæ ex veteri uſu in novem lectiones diſtributa, & ad ejus calcem Antiphona propria cum Oratione, quas eſſe ipſo Officio illo vetuſtiores vix dubitarim. Antiphona hæc eſt:* Virgo Martyr egregia, pro nobis S. Flamina, funde preces ad Dominum, ne pro meritis criminum, uramur morbo luminum. *Oratio:* Omnipotens ſempiterne Deus, pro cujus præcelſi nominis honore, Beata Virgo & Martyr Flamina horribilem oculorum dolorem conſtanter ſuſtinuit; præſta, ſuppliciter obſecramus, ut qui ejuſdem memoriam pia devotione frequentant, ejus precibus & meritis ab omni oculorum infeſtatione liberentur, & ad cælorum ſupernam manſionem perenniter victuri perducantur; per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

B

Ambræ primus ſepulcri locus,

4 *Officium vero antiquum, locum pro quo ipſum primo compoſitum fuit, & qui ſacri corporis depoſito gloriabatur, prius quam illud in Arverniam transferretur, his verbis indicat:* Poſt paſſionem vero ejuſdem Martyris, corpus ejus ſublatum fuit ad locum videlicet Amberenſem, diſtantem à civitate Ambuorum circiter novem milliaribus verſus Boream, in quo loco per invocationem beatæ Virginis multi cæci venientes illuminati recedunt. *Cenſeo ego indicari locum, vulgo* Ambres *dictum, Marchionatus inſignem titulo, ad Agutum fluvium, prius quam hic Dolonæ junctus in Tarnam ſeſe infundat. Sed quæ hic* civitas Ambuorum, *& quidem* novem milliaribus verſus Boream *à loco diſtans? Vitioſe ſcriptum haud dubio nomen, pro quo* Albiorum *libenter intelligam, id eſt* Albigenſium: *in horum enim confiniis* Ambres *eſt. Scrupulum tamen hic facit quod neque* Mons-Albanus, *neque* Albia *ipſa, unde leucis hinc inde novem diſtat* Ambres, *eo habentur ſitu, ut deſignationi prædictæ quadret; hæc enim ab Ortu, ille ab Occaſu potius dici deberet Amberenſem locum proſpectare. Dici nihilominus poteſt, ita abſolute hoc verum non eſſe, quin aliquis ad Boream flexus notetur & major quidem verſus Montem-Albanum, plane medio inter Boream & Zephyrum ſitu reſpectu dicti Ambres locatum, qui proinde cenſeri poſſit* Albiorum civitas *nominari.*

C

& haud procul inde locus Martyrii.

5 *Hæc locorum iſtorum peritioribus diſcutienda proponimus; ſatis enim eſt ſciri, quod in ea paſſione quam una cum corpore Arverni acceperunt,* Ambres *tamquam primus ſepulturæ locus nobis ante non multa ſecula indicetur, qui non videtur extra Gallias quærendus. Sed nec procul inde paſſa credi debet Sancta. Davajacenſes quidem Lectiones, & ex his Savaro atque alii, paſſam dicunt* Nicomediæ, ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus: *ſed nullo alio, ut apparet, fundamento, quam quod antiquiores Lectiones narrent paſſionem, ut peractam ſub præſide Blaſio, qui deſponſam ſibi S. Iulianam Virginem Martyrem fidei cauſa excarnificavit. Dedimus nos* S. Julianæ *Nicomedienſis Acta duplicia* XVI *Februarii, ubi Virginis ſponſus, idemque Iudex & tortor, nominatur* Eleuſius; *quod nomen multimodis corruptum à librariis, Baronio* Euilaſius, *pluribus* Eulaſius, *in uno etiam MS.* Ebleſius *vertitur, ut alias lectiones prætermittam.*

D

occaſione S. Iuliana ibidem paſſa.

6 *Eſt igitur ſatis veroſimile, non modo Davajacenſium Lectionum auctorem, qui* Eulaſium *ſcripſit, & Nicomediam incunctanter adjunxit; ſed etiam Amberenſis Officii ſcriptorem qui* Blazium *nuncupavit, reſpexiſſe ad illius* Julianę *Acta, quam fatentur paſſam* Nicomediæ. *Sed non ideo perſuademur hanc cum* S. Flamina *recte conjungi: potius dixerim, occaſione alicujus* Julianæ, *in ipſa Gallia paſſæ cum* S. Flamina, *irrepſiſſe in hujus hiſtoriam, non niſi poſt ſecula plura ſcriptam, Præſidis* Blaſii *ſive* Eulaſii *nomen;* Julianam *vero, cujus memoria una cum cultu S. Flaminæ ad poſteros perduravit, nihilo melius Nicomedienſem exiſtimari, quam exiſtimetur in pluribus Galliæ urbibus, in quas Reliquiæ ejus diviſæ, quamvis ea* XII *Februarii coleretur, ut apparet ex Sauſſajo, cum Nicomedienſis colenda ſit die* XVI. *Nempe, quia Nicomedienſis Iulianæ Paſſio in omnibus fere Legendariis habebatur tranſcripta, ad alias ejuſdem nominis Martyres, quarum ignota erat hiſtoria, tranſlata facile illa eſt, atque ita plures in unam perſonam confuſæ.*

& pro aliis in Galliis paſſa accepta.

E

Paſſio, ſero & parum accurate ſcripta.

7 *Magis adhuc diſplicet in utriſque Lectionibus, quod, cum in Oratione antiqua tam diſerte dicatur, S. Flamina* pro Dei honore horribilem oculorum dolorem conſtanter ſuſtinuiſſe: *uti veroſimiliter ex perpetua populorum traditione habebatur; nihil de tali cruciatu ejus dicant illæ. Solum habent Lectiones Amberenſes, ſpreviſſe tormentorum minas, incluſamque in carcerem ac rurſum productam & alapis cæſam eſſe Virginem jubente Præſide; ac denique ab hoc imperatum,* ut foras muros eductæ capilli tollerentur: *ubi ſcribi veroſimiliter* caput *debuit: mox enim, abſque ulla capillorum mentione, dicitur ducta* ad decollandum; *& poſt orationem completam,* uno mucronis ictu decollata. *Davajacenſes Lectiones, mutata priorum phraſi, hoc modo rem exaggerant:* Tetro carcere crebriſque impoſitis plagis minime frangitur Flaminæ conſtantia: tormenta generoſe perferens, è carcere educta, cum in ipſo prætorio gloriam Chriſti ſervatoris magnificentiori fidei præconio efferret, per ignominiam detonſa, glorioſum martyrium demum capitis abſciſſione peregit.

F

viventi dat eam miraculorum frequentiam,

8 *Eadem utriuſque loci lectiones multum exaggerant miraculorum gratiam, oculorum imprimis curandorum facultatem conceſſum viventi adhuc Virgini, propter ejus eximiam ſanctitatem, & erga pauperes largitatem; unde factum quod* ejus fama volante, multi imbecilles & claudi, debiles atque cæci multi ad eam acceſſerunt, & precibus ejus atque meritis incolumes remearunt. Contracti autem in grabatis jacentes & qui infirmitate tanta incedere nequibant, audito & invocato ejus nomine curabantur: & præcipue in illa provincia nulla cæcitas, lippitudo, aut macula in oculis habitantium inhærebant. *Hactenus Amberenſes lectiones, non ſine exaggeratione multitudinem proponentes curationum miraculoſarum, per S. Flaminæ merita impetratarum, tamquam à vivente patratarum; quas ut credam poſt mortem ejus differendas, facit una ea quæ ſola exempli cauſa ſic proponitur:* Tunc accidit in illis finibus quod quidam dives . . . ſe proprio baculo ſubito læſerat in oculo. & cæcus efficitur, & is, Baldericus dicebatur, qui præ nimio oculi dolore nec dormire poterat nec quieſcere . . . Tunc ejus liberi nuntiaverunt ei S. Flaminam eſſe ſibi opitulantem, ſi Deo ſuo obediens extiterit. Et ille hoc audiens gaviſus eſt, ac quam citius ad eam potuit accedere, ambulavit. Factum eſt autem eo accedente, atque Flaminæ nomen ſæpius recolente

quæ ad mortuæ invocationem patrata videntur.

Nicomediæ tamen ad ſcripta eſt.

A recolente, quod ejus oculus repente ſanus eſt factus, ac ſi in eo nulla unquam labes fuiſſet.

9 *Pergunt deinde Lectiones narrare, quomodo ad Sanctam accedens* Baldericus, innumeram pecuniæ ſummam ad B. Flaminam detulit, *quam illa accipere recuſans juſſerit pauperibus diſtribui : & quomodo ex hujus miraculi celebritate innoteſcens Præſidi, adducta ad eum fuerit. Sufficeret ſolum* Balderici *nomen, utpote Gothicum Francicum vel Burgundicum (ſi hunc à vivente Flamina curatum conſtaret) ad ſubvertendam eorum credulitatem, qui Nicomediæ poſt S. Iulianam martyrium egiſſe dixerunt. Sed de loco certaminis jam non laboro, quem ſupra dixi non eſſe quærendum extra Gallias. Tempus ipſum patrati miraculi, nego ad Diocletiani perſecutionem trahi poſſe : ſub qua alias vixiſſe Sanctam facile crediderim, ſi, uti ſupponitur, Martyr pro fide obiit. Etenim nomen, ut dixi barbarum, inditum homini in ea ubi Sancta celebrabatur provincia opulento & inquilino, ætatem arguit multo poſteriorem, quam prædicta nationes Galliarum potiebantur, necdum integre ad Catholicam fidem ab Arianiſmo vel Ethniciſmo reducta. Forte autem hic* Baldericus, *ex multis olim curatis, ſolus permanſit in ore populorum ; quod oblatis ab eo pecuniis potiſſimum auctus fuerit Sanctæ ſoſpitatricis cultus, & celebritate miraculi tota Occitania pervulgatus.*

qualis eſt Balderici caci curatio.

B 10 *Iam quod in iiſdem Lectionibus narratur Sancta ante decollationem ſic oraſſe,* Domine Deus oro te adhuc ut quicumque nomen meum invocaverit nulla ſit ei oculorum infirmitas ; & ubi corpus meum fuerit, quicumque illuc venerit, & bono corde deprecatus fuerit, nomenque meum in corde ſuo recoluerit, à ſua infirmitate liberetur, & ſi cæcus venerit, videns redeat : *quod item dicitur hæc ſua petitio eidem conceſſa per vocem è cælo delatam : utrumque commune eſt, Sanctorum Martyrum, certis morbis patrocinantium Paſſionibus iis, quæ multis poſt eorum obitum ſeculis majori ſimplicitate quam certitudine ſunt ſcriptæ ; ut ſcilicet, talium curationum gratiam antequam gladio collum ſubjicerent, petiiſſe & impetraſſe legantur. Hoc enim quanto de pluribus aſſeritur, tanto eſt minus veroſimile de ſingulis, & præſumi poteſt aliud plerumque non habere fundamentum, quam veram ſimilium curationum frequentiam, qua factum, ut quod poſt mortem impetrare atque præſtare ſciuntur Sancti, vulgo credantur petiiſſe cælituſque promiſſum accepiſſe in terris. In ſincerioribus Martyrum Actis, quorum antiquitas major, & certior fides, rarias tale quid invenies : ideo conceſſam S. Flaminæ jam in cælis glorioſæ gratiam, rebus ipſis probatam credere contenti, non putamus ejus fidem à cæleſti quam vivens audierit voce petendam : & totam Paſſionis, quæ Flaminæ adſcribitur, hiſtoriam, ut apocryphum ab hoc opere excludendam putamus.*

an credi debeat Sancta eam gratiam ante mortem petiiſſe ?

AUCTORE D. P.

11 *De Tempore, quo paſſa Sancta, nihil definio. Paſſam pro fide, & quidem in oculis cruciatam, credo traditioni. Quia autem ſic cruciata ferebatur, ideo exiſtimo (ut fere in aliis factum) honoratam à Deo prærogativa illa, populoſq; permotos ut ab ea ſperarent remedium infirmitatibus oculorum. Patriam ei Galliam fuiſſe exiſtimo, ac veroſimiliter Albigenſem tractum ; ubi Romano nomine* Flaminia *dicta primum ſit deinde (cum vulgari nomine* Flamine *diceretur) Latine quoque ſcribi ac dici cœperit* Flamina. *Apud* Ambras *diu quieviſſe corpus, credibile facit lectionum ibidem compoſitarum ſtylus. Inde in Arverniam tranſlatum, primum in veteri S. Hilarii eccleſia conditum fuiſſe, ubi partem adhuc eſſe ſub altari videtur Savaro indicare. Pars tamen potior, poſt eccleſiæ illius ruinam, adſcribi Davajacenſibus poteſt ; apud quos, forſan haud ita pridem tali theſauro ditatos, Officium recentius tali Oratione clauditur :* Deus qui hanc eccleſiam B. Flaminæ, Virginis & Martyris tuæ, pretioſis Reliquiis & titulo decoraſti ; præſta ſupplicibus tuis, ut eam religioſa veneratione celebremus, & illius protegamur meritis & proficiamus exemplis.

Tranſlatio ex Occitania in Arverniam.

E

DE S. SICHARIO MARTYRE

BRANTOLMÆ IN PETRAGORICO.

D. P.

Nomen in additamentis ad Vſuardum,

C *Vadam Vſuardi Martyrologia, ad Eccleſiarum Gallicanarum uſum aucta, hujus ſancti Martyris notitiam nobis ſimpliciſſimam ſuggerunt. Ita in eo quod Chamberii in monaſterio Conventualium S. Mariæ invenimus, ad hunc* 11 *Maji ſignatur memoria* Sicharii Martyris : *in altero Reginæ Sueciæ,* Paſſio S. Sicharii Martyris ; *in eo vero quod anno* MDXXXVI *Pariſiis eſt excuſum, notatur* ipſo die paſſio S. Sicharii Martyris. *Secuti ſunt alia ſimiliter aucta, Molanus, Witfordus, Caniſius & Ferrarius : Sauſſajus cum longiori elogio ex ſcriptis mox citandis petito locum nominat. De primis additamenti iſtius auctoribus utinam dicere poſſimus quam magnæ ætatis monumenta ſecuti, ſic addiderint nomen hoc tranſcribendis à ſe Vſuardi faſtis : ſi enim forent admodum antiqua, magnum nobis præberent fundamentum efficacius evertendi figmenta, quibus Brantolmenſes in Petragorico monachi, dum volunt reddere memoriã Sicharii clariorem, fecerunt obſcuriſſimam.*

infantile corpus hoc ſeculo recognitum

2 *Ad hæc diſcutienda prius quam veniam, producenda ſunt verba Ioannis du Puy Recollecti, in ſtatu eccleſiæ Petrocoricenſis, anno* 1629 *Gallice edito pag.* 192 ; *referentis quæ hoc ſeculo comperta ſunt.* Ante modicum tempus, *inquit ille* ; Prior Clauſtralis iſtius Abbatiæ, ſciens quod pretioſa capſa, in qua requieſcebant oſſa Sancti Innocentis Siccarii, diu fuiſſet in abditis habita, propter metum irreligioſorum Religionariorum, harpyjarum inſtar ſacra omnia diſcerpentium ; conſultum duxit, præmiſſa præparatione congrua, aperire arculam ligneam, aureis & argenteis bracteis coopertam, multiſque margaritis & lapidibus pretioſis ornatam, quæ ſervabatur in ſacrario. Ea aperta viderunt boni illi Religioſi corpuſculum parvuli Innocentis, prorſus integrum ; deinde nodum oſſeum è cingulo S. Petri, ac denique phialam ejus liquoris, qui de ſepulcro S. Catharinæ Martyris olim ſcaturiebat. *Fit autem (uti ex Proprio Brantolmenſi ſignificavit nobis Armandus Gerard Canonicus Sarlatenſis) feſtum ejus tamquam de Patrono ſub ritu duplicis* 1 *Claſſis hoc* 11 *Maji : Tranſlatio autem (ea credo qua in dictam arcam repoſitum eſt corpus) die* XI *Octobris.*

F

quod pueri olim in Galliis à Iudæis occiſi poſſis credere,

3 *Si aliud nihil repertum fuiſſet, nec alibi quidquam antehac ſcriptum, potuiſſem ſine ſcrupulo ſuſpicari illius aut alterius in Gallia regionis puerum aliquem Innocentem, cui parentes ſui* Sicharii *vel* Sicarii *nomen impoſuerant, hac ſecunda Maji à Iudæis, conſueta ſæpe alias carnificina, enectum Chriſtiani baptiſmatis & nominis odio, promeruiſſe honorem cultus uſque in hunc diem conſervati in Brantolmenſi cœnobio, tertia à Petragorico leuca olim ædificato ſub Pippino Rege, ut habet Chronicon Malleacenſe ; vel, ut loci conſtantior tradito habet, ab ejus filio Carolo Magno : antiquo certe, cum* Monaſterium Brantolmurii *ſub Ludovico Caroli filio inter ea numeretur,* quæ nec dona nec militiam dare debent, ſed ſolas orationes pro ſalute Imperatoris vel filiorum ejus & ſtabilitate Imperii. *Conjecturam hanc noſtram firmare poterat* Sicharii *vel* Sicarii *nomen, à quacumque etymologia ductum (varia enim afferri poteſt) etiamque ſub Romanis notum in Galliis, ut patet ex S. Sicario Lugdunenſi Epiſcopo, de quo* XXVI *Martii egimus ; neque hodie rarum, iſtis in partibus, etiam inter ſublimioris gradus perſonas, uti mihi de his quærenti nuper ſcripſit*

& Brantolmæ veteri monaſterio illatum.

AUCTORE D.P. *& in pretiosam arcam Positi post seculum* X *scripsit prædictus Armandus Gerard, de tempore positi in arcam illam corporis conjectare quis posset, fuisse post seculum* X, *quando occasione transmarinarum expeditionum, primo factum existimo, ut in nostro Occidente inciperet esse celebrior S. Catharinæ cultus, & notum in his partibus fieri oleum, quod ex ejus sepulcro dicebatur manare.*

4 *Verum his nostris conjecturis opponetur ante omnia* vetus pergamenum, in eadem repertum arcula, ex una quidem parte signatum ac sigillatum, ex altera antiqui ævi characteribus sic conscriptum, *uti prædictus auctor habet pag.* 193. Hic requiescit pretiosa, à cælesti gratia referta margarita sanctissimi corporis glorioſi Martyris CRETSPYY INNOCENTIS, quem fere tribus annis ac semis, ad tutelam sui suorumque, secum honorifice per diversa terrarum spatia * KPULOS, FRANCORUM MAGNUS ac perpetuus princeps, delatum; tandem post HISPANIAM longo bellorum exercitio tributariam sibi factam, dum VICTOR reverteretur, hoc in loco qui BRANTOSMA dicitur, cum multis aliis Sanctorum Reliquiis benigne divisit; inde hanc ecclesiam construens, ut majore veneratione præ ceteris Sanctorum locis celebraretur, per LEONEM, clarissimum in omni sanctitatis Religione, Romanæ Sedis Apostolicum virum, in honore Beati PETRI Apostolorum Principis, divina benedictione consecravit; cum multisque eam honoribus decoratam REGIO ET APOSTOLICO PRIVILEGIO, ita sub anathemate mancipavit, ut nemo mortalium, in his quæ ad religionem eorum pertinerent, derentur, aliquod jus aut DOMINIUM TEMERARIO molimine USURPARE auderet. Quod vero quis nostræ pace ambitione successus præsumeret violare, omnipotentis DEI judicio, universorumque SANCTÆ ROMANÆ SEDIS PONTIFICUM auctoritate condemnatus pœnas luat, consors JUDÆ traditoris Domini inprofundum Erebi per æterna secula factus. SANCTUS SICHTS.

cum titulo Christi pueri Innocentis.

& memoria dedicationis velut à Leone III *facta*

B

5 *Hactenus charta illa, ad cujus imum marginem habentur signaturæ quinque litteris nominum inter se ductis: quas non est opus ad vivum ære aut ligno expressas videre, ut peritus antiquarius intelligat, vel solius styli indicio scripturam esse seculi, decimo posterioris, & multum quidem. Non solum autem recentiori usu* Brantosma *dicitur, quæ Caroli ævo atque etiam postea* Brantolmurium *aut brevius* Brantolmirum *nominabatur: sed & Hispanicæ Caroli expeditiones mirabili satis modo exprimuntur; & (quod præcipuum est) consecratio ecclesiæ Leoni Papæ adscribitur, quod confictis sub Turpini & Ludgeri nomenclatura figmentis innititur, non recipiendis ab eo qui geminum Leonis iter ad Carolum Magnum, redituque rationem à partibus illis sejunctissimam, legerit in Eginharti aliorumque melioris notæ Chronicis. Ceterum cujuscumque ævi scriptura illa sit, sicut nihil continet quod prohibeat credere sanctum istud corpusculum fuisse à Carolo Magno donatum loco isti, uti ferebat traditio: ita conjecturam nostram in nullo oppugnat: solum enim dicit* Innocentem Christi puerum (*hoc enim Petragorice videntur sonuisse litteræ illæ* CRETSPYY) *cujus proprium nomen eadem Petragorica dialecto* SICHTS *aut forte* SICHES *pro* Sichario *infra exprimitur, istuc delatum à Carolo; qui simili iditiosmo istic videtur dictus* KRULOS, *sicuti aliis alibi nationum dicitur* KARLOS: *nam* P *loco* R *positum imputo librariis aut typothetis, quorum fortasse vitio etiam in voce* PYY *alterum* Y *irrepsit pro* U. *Atqui constat* Innocentes *dici passim eos omnes, quos à Iudæis, ut dixi, mactatos veneramur, exemplis nullo non sæculo obviis.*

(*quod è scriptis fabulosis acceptum*)

C

cum proprio Sancti nomine.

6 *Conjecturam nostram de martyrii ratione fortius oppugnare videtur Reginonis monachi Prumiensis locus in Chronico, apud auctorem Petracorienſis historiæ præcitatum pag.* 192, *juxta Pithœanæ bibliothecæ MSS. fragmenta.* Anno Domini 769 Carolus Magnus [iterum procedens ad Petrochoricum], constituit Basilicam juxta fluvium Dronam, in honorem beati Petri Apostolorum Principis, in qua non multum post temporis unum de Innocentibus collocavit, datum Patri suo à Domino Papa Romano, [cujus meritis & auxilio dicebat se in bello victorem fuisse multoties]. Locus autem, in quo hæc basilica fundata est, Brantosina vocatur. *Eadem tomo* 4 *Galliæ Christianæ habent Sanmarthani, sed ex alio verosimiliter MS. cum ea prætereant verba, quæ [ ] inclusa vides, & longe melius notent rem gestam sub anno* DCCLXXIX, *qui secutus est Caroli reditum glorioſum ex Hispania, post quem reditum suam ecclesiam fundatam ipsi Brantosmenses putant. Locus autem prædictus nostram conjecturam oppugnat, non tantum eo quod dicat* unum ex Innocentibus, *quâ phrasi passim solent intelligi pueri ab Herode occisi; sed addat* datum à Domino Papa Romano, *quod non debet de puero Gallo supponi.*

D

dicitur corpus esse donatum à Papa.

7 *Perduxit Regino, Prumiensis Abbas in ditione Trevirensi, Chronicon suum usque ad annum* DCCCCV, *decimoque post an. obiit exul in S. Maximini monasterio propè Treviros. Sicuti autem laborem hujus continuavit aliquis usque ad annum* DCCCCLXVII, *sic alii interpolasse ipsum & auxisse videntur, diu forsitan postea: & ex sic interpolatis exemplis debuit sumptus fuisse locus, qui in nullis Belgicis MSS. invenitur. Quare hoc solum ex eo probatur, interpolitionis auctorem ex Brantosmensium scripto aliquo posterioris ævi id sumpsisse. Estque mihi verosimile hos, postquam S. Sicharii corpus, ei quam nuper referatam diximus arculæ impositum, ad majorem venerationem evexissent; cupidine plura & distinctiora narrandi augente proclivitatem ad veterem notitiam à majoribus acceptam per novas conjecturas ampliandum, sibi primum, deinde aliis persuasisse, ex Herodianæ crudelitatis victimis unum fuisse Sicharium. Quærentibus autem, unde ejus nomen tam definite pronuntiarent, quod eo casu præsumi deberet soli Deo notum; occurrit facile responsum ex casu, qui in veteri Sarlatensi Breviario exprimitur, pro octava & unica de hoc Sancto Lectione, ad* II *Maji, quando de S. Athanasio solum fit commemoratio, cetera de S. Sicario, sed ex communi, præter Antiphonas ad Magnificat & Benedictus, atque Euangelium ex Matthæo,* Angelus Dei apparuit in somnis Joseph. *Lectio autem hæc est.*

quod non placet, quia non videtur credibile

ex infantibus ab Herode occisis unum dictum Sicharium.

E

8 De Martyrum Christi Innocentium collegio unus athleta processit, qui nutu Domini jussioneque glorioſissimi Regis Caroli evectus è transmarinis partibus, Aquitanico fulget in solo. Hic cum sine nomine, nisi solum Insons, apud nos haberetur; divini muneris largitate Christus Jesus, pro cujus nomine mortem pertulerat passionis, hujus nomen nostris auribus taliter intimavit. Erat quidam miser in diebus illis, qui diutissima fatigatione à dæmone vexabatur. Hunc cum parentes ejus per sepulcra Sanctorum circumducerent, perque diversa loca nihil proficerent, cœperunt inquirere ubi hic sanctus infans tumulatus forte jacebat. Tunc miser, ut audivit, contremuit, miraque colluctatione cœpit infestare, ac diverse nolle itum ad pueri templum. Sane illi qui ducebant illum, intelligentes hoc figmentum esse phantasticum, manibus à tergo ligatis Brantolmensi monasterio perduxerunt. Mox itaque ut portam ecclesiæ transivit, clara voce sic ait, Sicari Martyr sancte, incendunt me orationes tuæ.

cujus verum nomen dæmon exnergumeno indicarit primus,

F

9 *Ioannes du Puy allegat Breviarium Brantosmense vetus, ubi ad longum referatur, quomodo sancto Imperatori sit per Angelum revelatum, quo loco reponendæ essent sancti Innocentis Reliquiæ. An autem in eodem habeatur præmissa historia dæmoniaci non liquet; cum ad marginem, ubi ea proponitur, citetur Breviarium Sarlatense. Deinde addit idem Ioannes (ex sua, an Brantolmensium conjectura, nescio) videri dæmonem hoc sancto Martyri nomen posuisse,* quod sica confossus interiit. *Adeo scilicet parum verosimile videbatur, quod puero Iudaico, loco Hebræi aut Græci nominis*

aut arbitrarium ex seipso finxerit.

In additamento ad Chronicon Reginonis

(*nam*

A (*nam ab iis linguis ſolis nomina ſua ſumebant ſub Herode Iudæi*) *propria iſta & à parentibus indita fuiſſet appellatio. Aſt hoc minime incongruum fuiſſet opinari de Sancto in Gallia nato & paſſo : quod & ſupponere videntur Martyrologia, quæ* Paſſionem *ejus hoc die recolunt; cum Infanticidium Herodianum patratum credatur die* XXVIII *Decembris, menſe* XXI *poſt Chriſti incarnationem ab Angelo nuntiatam, & apparitionem ſtellæ Magis factam. Iſtis igitur rejectis, qui S. Sicharii eadem referunt ad Herodem, ſatis habemus probaſſe ejus cultum, antiquum & certum, qui in Sarlatenſi veteri hac Oratione concluditur.* Deus qui Eccleſiam tuam meritis & orationibus pretioſiſſimi Martyris, mirifico ſplendore clarificas ; concede propitius, ut qui ſolennitatem ipſius celebramus in terris, interceſſionem ejus apud te habere mereamur in cælis. D

DE S. FELICE DIACONO

MARTYRE HISPALI IN HISPANIA.

G. H.

Tabulæ hodierni Martyrologii Romani, ad hunc ſecundum Maji, iſta verba habent: Hiſpali S. Felicis Diaconi & Martyris. *Dein annotat Baronius* : De eo item in Breviario Toletano, ubi plura in ejus Officio Eccleſiaſtico. *Porro in Kalendario Breviarii, ſecundum regulam B. Iſidori, dicti Mozarabes, impreſſi Toleti anno* MDII *juſſu Franciſci Ximenes Archiepiſcopi, iſta ad hunc diem indicantur,* Felicis Diaconi Hiſpalenſis IX Lectiones. *Et hæc inde tranſlata à Tamajo Salazar ad Martyrologium Hiſpanicum, quia alia Acta antiqua deſunt, hic damus.* CAPITULA. Felix, Martyr tuus, Domine, & nomine probatus, & munere conſecratus, dum eum ex nomine vocas & munere conſecras, ut eum & nuncupares præſcitum & glorificares electum. Confeſſionis ergo hujus nos participes effice, & beatitudinis compotes redde : ut te annuente infelices eruat de ergaſtulis inferorum, cum ipſe felix permanet in æternum. BENEDICTIO. Chriſtus Dominus, qui beatiſſimum hunc Martyrem, & merito Felicem fecit eſſe & nomine, ab omni vos infelicitatis labe expurget. Amen. Ut qui per illum feliciter temporales infelicium infelicitates devicit, felicitati vos æternæ jubeat numerari. Amen. Ut qui per hunc Martyrem indultæ felicitatis privilegio gaudet, in æterna vos felicitate ſine fine lætabundos oblectet. Amen. ORATIO. Felix eſt, Domine, quem ita tuo munere facis eſſe felicem, ut tranſgreſſionis neſciat voluptates, ut cum poſſit tranſgredi, tranſgreſſum ſe eſſe non noverit, nec male facere, cum utique poſſit à rectis ſemitis deviare. Qui ergo, non ſuo, ſed tuo munere felicitatis hujus promeruit donum, noſtræ infelicitatis ſuis precibus detergat opprobrium ; quo tanti Martyris ducatu in ſeculo gubernati, & voluntatem peccandi neſciamus habere, & tranſgreſſionis culpas ignoremus perficere. ORATIO. Deus auctor felicitatis æternæ, qui in tantum feciſti Felicem Martyrem tuum eſſe felicem, ut nec poſt aurum abiret nec in theſauros & pecunias ſperaret, cum ſine avaritiæ contagio margaritas fulgentes prædicando ſeminaret in populo ; da nobis, ut totius avaritiæ retinacula perhorrentes, juſtitiæ verbum ore portemus, quo legem & miſericordiam in lingua habentes, infelicitatem ſeculi Felicis tui merito ſuperemus, & felicitatem vitæ æternæ feliciori ejus ſuffragio capiamus. Per Dominum. *Hæc in dicto Breviario : quibus quæ addat nullibi reperire potuiſſe aſſerit Marietta lib. 2 Hiſtoriæ Sanctorum Hiſpaniæ cap. 99. Vacuum ergo ſerendis zizaniis agrum nacti illi, qui de ſuo cerebro fabricarunt poſtea Chronica Dextri & Maximi, de eodem Felice commenti ſunt varia, ex quibus aliiſque aliquod ejus elogium compoſuit Tamajus Salazar : ſed non lubet inhærere figmentis confutandis. Sufficit indicaſſe, in eccleſia & tota diœceſi Hiſpalenſi coli S. Felicem Diaconum Martyrem ſub ritu duplici ſecundæ claſſis, cum Credo in Miſſa, ceteris de Communi Martyris ſumptis, & feſto S. Athanaſii in diem quintum Maji tranſlato.*

Cultus Sacer

Elogia ex Breviario Gothico

figmenta nec refutari digna.

E

DE SS. SIMPLICIO ET AMBROSIO

MARTYRIBVS IN CATALANIA.

G. H.

Philippus Ferrarius, in generali Catalogo Sanctorum, paucis horum Martyrum ita meminit : In Hiſpania in territorio Vicenſi ſanctorum Martyrum Simplicii & Ambroſii. *Et hæc inquit,* ex Tabulis Eccleſiæ Vicenſis & cœnobii S. Joannis Ripollenſis, ubi ipſorum corpora aſſervantur. *Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico,* Prope Vicum, *inquit,* in valle Ripollenſi Comitatus Ozonæ in Catalonia Hiſpaniæ, depoſitio SS. Simplicii & Ambroſii Martyrum, quorum ſacra lipſana in thecis occluſa illuſtribus honorifice ſervantur, & annuaria feſtivitate coluntur. *Antonius Vincentius Domeneccus, in Hiſtoria generali Sanctorum Catalaniæ ad hunc ſecundum Maji, proponit titulum,* de beatis Martyribus Simplicio & Ambroſio, quorum ſacras Reliquias cum magna veneratione aſſervat Eccleſia S. Joannis de Abbatiſſis, olim celebre monaſterium Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Epiſcopatu Vicenſi. *Et dein hanc hiſtoriam ſubnectit, Latine à Tamajo Salazar editam.* Anno Domini octingenteſimo octogeſimo ſeptimo, dominante in Catalonia Wifredo Barcinonenſium Comite, cognomento Piloſo, Domnus Wifredus & Domna Guidinilla ejus uxor, Comites Biſoldunenſes, cum ædificaſſent monaſterium S. Joannis de Abbatiſſis in Comitatu Ozanellenſi, in vallo Ripollenſi, procurarunt à Domino Gothmaro Epiſcopo Ozonenſi, nunc Vicenſi, conſecrari eccleſiam dicti monaſterii : cui poſt Emonem ejus filiam ; ut ibidem in habitu religionis Deo ſerviret, etiam obtulerunt aliqua caſtella, eccleſias & domos, item agros, nemora & multas poſſeſſiones, præcipue in oppido Ripollenſi & Scaranenſi, in quibus etiam domos, hortos & agros donaverunt : nec minus in Congoſto, Comitatu Bergenſi, & Empuritano : unde dictum monaſterium inter ditiſſima illius provinciæ cenſebatur. Hiſce divitiis oblatis necdum contenti Comites, etiam in miniſterium ſanctimonialium dederunt ſervos & ancillas. quin etiam Gothmarus Epiſcopus decimas aliquorum ſui diſtrictus populorum S. Joanni conceſſit. Poſtmodum quia ſanctimoniales prædictum monaſterium deſeruerunt, in earum locum ſucceſſerunt Canonici Regulares S. Auguſtini. In hoc igitur monaſterium tranſlatæ

Cultus Sacer

in monaſterio Ripollen.

AUCTORE G. H.

tranſlatæ fuerunt Reliquiæ ſanctorum Martyrum Simplicii & Ambroſii, quorum ſolenne feſtum recolitur VI Nonas Maji ſub ritu duplici, & hæc recitatur Oratio: Deus qui nos annua ſanctorum Martyrum tuorum Simplicii & Ambroſii ſolennitate lætificas, concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum &c. Conſignat autem illos dictum cœnobium pro Eccleſiæ ſuæ Patronis. Sacrę eorum Reliquiæ reconduntur in duabus capſis ſeparatis: in quarum una legitur hęc inſcriptio: Hoc eſt ſcrinium S. Simplicii Martyris, in quo ejus corpus eſt conditum. In altera vero hęc eſt inſcriptio: Hoc eſt ſcrinium Ambroſii Martyris, in quo ejus corpus eſt conditum. *Hæc omnia Domeneccus. De Wifredo, aliquibus Guifredo, & Grypho, cognomento Piloſo, late agit Franciſcus Diagus lib. 2 Hiſtoriæ Comitum Barcinonenſium cap. 7 & ſequentibus, aſſeritque ejus uxorem* Guinidildem *ſeu* Guidinillam, *fuiſſe filiam Balduini Ferrei & Iudithæ filiæ Caroli Calui Regis Francorum. At* Ripollum, *quaſi* ripis pollens *arbitratur dictum, quia ad confluentiam Teræ & Freſeri fluviorum ſitum ſit: monaſterium vero non filiæ Emoni, ſed Rodulfo filio conſtructum addit.* Epiſcopus Gothmarus, *aliis* Gundemarus *dicitur, cui Vicum urbem ejuſque jura Odo Rex Francorum dediſſet. Reliqua Acta martyrii, cum loco & tempore quo floruerunt, plane latent.* D

SANCTI ATHANASII
EPISCOPI ALEXANDRINI
VITA

Ex ipſius & aliorum veterum ſcriptis collecta.

PROLOGUS.

D.P.

ANNO CCC LXXI.

Agni Athanaſii acta omnia narrare, & cum admiratione expendere, hiſtoriæ juſtæ opus fuerit, *inquit inſignis ipſius encomiaſtes Gregorius Nazianzenus, atque* εὐχῆς ἔργον, rem multa prece expetibilem *ſibi fore ait*, ad inſtructionem oblectationemque poſterorum, illa ex profeſſo mandare litteris; ſicuti ipſe divini Antonii Vitam conſcripſit, quæ ſub forma narrationis, normam continet converſationis monaſticę. *Laudabile enimvero votum, & tali dignum ſcriptore; qui utinam illud etiam deduxiſſet ad effectum! Quemadmodum enim per eam quam ſcripſit Athanaſius Antonii Vitam, informantur Solitarii ad privatum animæ propriæ cultum; ita in Vita Athanaſii, quam ſcripſiſſet Gregorius, habuiſſent Epiſcopi perfectiſſimam veri Præſulis ideam in publica adminiſtratione Eccleſiarum, & ſpeculum invictæ contra quoſcumque hæreticorum incurſus conſtantiæ tolerantiæque.*

Si Vitam ſcripſiſſet Nazianzenus,

non fuiſſet ea ex poſterorum libris

2 *Sunt quidem poſt ſecula aliquammulta tam Græce quam Latine conſcripta aliqua, ſpeciem quamdam præferentia hiſtoriæ per totam Sancti vitam deductæ, de quibus in hujus tractatus fine loquemur: ſed hæc, quamvis fere accepta ſint ex antiquis auctoribus, Ruſino, Palladio, Socrate, Theodoreto, Sozomeno, quadamtenus etiam ex coævo Euſebio Cæſareenſi; tamen, præter propria quibus laborant vitia, multa etiam alia peccant una cum ipſis quos citavi auctoribus, nec inter ſe neque cum ipſo Sancto ſatis convenientibus: quibus aut conciliandis ſigillatim aut refutandis, magnus, nec multum utilis labor requireretur: quem tanto facilius eſt declinare, quanto plura de rebus ſuis ipſe Sanctus coactus eſt ſcribere. Ex quibus, ad hiſtoricum ordinem reductis, copioſus & huic operi abunde ſufficiens Commentarius concinnari poteſt, ſi modo ex ſcriptoribus aliis pauca, non prorſus prætermittenda, & nullam cum certiori ipſius Sancti teſtimonio contrarietatem habentia, præmittantur admiſceanturque.* C

aut ipſius Sancti ſcriptis operoſe petenda.

Hoc nuper factum Gallice.

3 *Fecit id Gallica lingua, ſed indicatis in margine fontibus, Godefridus Hermant, Sorbonicus Doctor & Bellovacenſis Canonicus; itáque fecit ut totam fere hiſtoriam ſeculi* IV, *quo vixit certavitque Athanaſius, duobus voluminibus ſit complexus. Hujus felici labore libenter fateor ſublevatum adjutumque me; cum propoſitum haberem, ea maxime, quæ S. Athanaſium attingunt propriis ipſiuſmet Athanaſii verbis explicata dare: Latine quidem, non tamen verbotenus ex Latino ejus interprete Nannio; quoniam hic ſæpe laxus nimium, nec ſatis ſolicitus ſemper fuit, ut auctoris ſui mentem examinaret propius. Quoties ergo quidpiam apud nos aliter, aliter in vulgatis editionibus leges, memento ad Græci textus fidem recurrere; & tacente me, facile per teipſum agnoſcere poteris, huic quoque Sancto communem cum ceteris ſanctis Patribus pleriſque fuiſſe fortunam, ut interpretem in multis dormitabundum dicam, aut feſtinabundum, nanciſceretur: quod ut tibi facilius ſit, exprimam in margine numeros paginarum, exemplo Hermantii, juxta Pariſinam ultimam anni* MDCXXVII *editionem, qua ipſe & ego uſi ſumus.*

nunc fiet Latine.

Notandus eſt autem ordo operum Athanaſii.

4 *Porro ſi interpretum ſocordia vel nimia præcipitantia ſæpe obſcuritatis aliquid affudit digniſſimis lectu operibus; inexplicabilem pene confuſionem induxerunt ii, qui primi eadem ex codicibus variis, prout ibi vel integre vel dimidiate continebantur, collegere; infelicitate haud minore, quam factum in libris S. Gregorii Nyſſeni contra Eunomium, aut in S. Iuſtini Philoſophi Apologia: quarum hanc perperam eſſe bifarie diſtractam, ut primæ quæ periit defectus ſuppleretur, oſtendimus die* XIII *Aprilis; iſtos ineptiſſime diviſos digeſtoſque probavimus die* IX *Martii. Tanto autem optabilius eſt operum Athanaſii, præſertim apologeticorum, ordinatam habere notitiam; quanto ea magis neceſſaria videtur ad hiſtoriam quæ nobis in manibus eſt.*

F

Ex quibus Apologia ad Conſtantium

5 *Ac primo quidem ſatis certum eſt, Apologiam ad Conſtantium eſſe orationem, eo fine compoſitam ut recitaretur ab ipſomet Sancto, ſi quando ad ejus conſpectum mereretur admitti. Hinc fit ut non niſi cum maximo reſpectu eum ubique alloquatur, impie crudeliterque factorum invidiam, qua fieri poteſt, in adverſarios declinans; evidenterque commonſtrans, ſe neque de eo unquam male locutum apud fratrem Conſtantem, neque quidquam commercii habere potuiſſe cum Magnentio tyranno Conſtantis interfectore, neque accuſandum ob moram quam in Epiſcopatu traxit, ipſiuſmet fretus litteris & contrariis mandatis non apparentibus; nec denique argui poſſe ob fugam, ad quam perſecutionis contra ſe ſuſcitatæ immanitas coegit. Et hæc Apologia ſcripta eſt anno ut ſummum* CCCLVII, *cum prioris anni menſe Februario ſeſe ad eremi latebras recepiſſet. Eodem circiter tempore ſcripta eſt altera, Apologiam dicas ſeu Epiſtolam nil intereſt, de fuga ſua.*

ſcripta an. 357.

tum Epiſtola ad Solitarios bipartita, I p. 808

6 *His proxime, meo quidem judicio, ſucceßit tractatus, multo quam nunc apparet longior, una parte polemicus, hiſtoricus altera, cum epiſtola nuncupatoria directus* omnibus ubique locorum ſolitariam vitam colentibus, fundatis in fide Dei, ſanctificatis in Chriſto, atque dicentibus, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, dilectis

A dilectis & deſideratiſſimis Fratribus. *Epiſtolæ prædictæ hoc initium, ſimulque totius operis argumentum, ſic proponitur.* Veſtra inductus benevolentia, multumque rogatus à vobis, ſcripſi breviter de iis quæ nos atque Eccleſia paſſi ſumus, quantum potui redarguens impuram Ariomanitarum hæreſim, & oſtendens quam ipſa procul ſit à veritate. *Tum narrare incipit* quid inter ſcribendum paſſus ſit; *quomodo videlicet, propter incomprehenſibilis argumenti de Verbi divinitate ſublimitatem,* ſæpe ſubſiſtere & deſinere voluit à ſcribendo; vim tamen ſibi ipſe fecit, ne vel ipſis poſtulantibus, vel aliis propter ſilentium ſuum periclitaturis deeſſet: *ac denique quæ ſcripſit petit ab iis excipi*, non tamquam habentia plenam interpretationem de Verbi divinitate, ſed ſolum ut refutantia impietatem Chriſtomachorum, & volentibus occaſionem præbentia ad tenendam melius pietatem ſalutiferæ in Chriſto fidei; *jubet autem &* ex judicio divino, in morte Arii exercito atque aliunde ſatis intellecto, *cognoſcere quam odioſa Deo hæreſis ejus ſit; & aliquoties lecta quam primum remitti ad ſe, nullo tranſcripto exemplari.*

de Verbi divinitate & perſecutionibus ſuis.

1 p. 67. *quæ etiam miſſa eſt ad Serapionem Epiſcopum.*

7 *Idem poſtea rogatus à Serapione ut ipſi* ſcriberet, tum ea quæ tunc contra ſe acta erant, tum de impiiſſima Ariana hæreſi cujus occaſione talia pertulerat, & qualem vitæ finem Arius habuit; Ex tribus, *inquit*, poſtulationibus duas quidem feci libenter, & pietati tuę miſi quę ſcripſi monachis; nam ex his diſcere poteras quæ vel contra me vel contra hæreſim erant: de tertio vero multum deliberavi, veritus ne quis me putaret hominis morti inſultare. *Simpliciter tamen narrans quæ ex oculato teſte audierat, ad ſopiendam quæſtionem de Ario ſubortam num eſſet in Eccleſia communione mortuus; ipſa jubet recitari iis, qui hanc quæſtionem moverant*, una cum iis quæ ad monachos compendio ſcripta de hereſi ſunt; *prohibens interim*, ne eorũ exemplar velit vel aliis tradere vel tranſcribere ſibi; *idque propter ea* quæ in epiſtola ad monachos paſſum ſe inter ſcribendum dixerat, & quia tutum non eſt tradere idiotis ſcripta, maxime de ſummis & præcipuis dogmatibus.

B

Prima pars, periiſſe credita

8 *Atque hinc facile apparet bipartitum fuiſſe operis argumentum; & quamvis de utroque δι' ὀλίγων* paucis *ſcripſiſſe ſe dicat Athanaſius, id tamen intelligendum cum reſpectu ad materiæ utrimque propemodum infinitæ amplitudinem. Porro ſicuti opus ipſum, qua parte hiſtoricum & notum vulgo eſt, acephalum licet, eſt valde prolixum; ita nihilo minus prolixum fuerit ex parte altera, qua Theologicum erat; licet ſub ea bipartiti operis forma nuſquam compareat. Quod autem ſic non compareat, inde mihi factum videtur; quia aliis hiſtoriam, aliis doctrinam ſibi poſtea deſcribendam eligentibus, divulſæ ab invicem partes ſint: quas, cum eſſent argumento & ſtylo tam diſparatæ, nemo librariorum poſtea curarit aut ſciverit conjungendas.*

C

videtur ſupereſſe in 4 orationibus contra Arianos.

9 *Sane non exiſtimo Theologicam partem, cujus tanto major uſus eſſe fidelibus poterat præ hiſtorica, neglectam fuiſſe à poſteris; ideoque circumſpicienti omnia S. Athanaſii opera, occurrit ſuſpicari, quod ex quinque Orationibus, quarum prima titulum habet* encyclicæ epiſtolæ ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos, *& nullam cum ſequentibus connexionem, quatuor reliquæ, quarum hoc principium eſt*, Eæ quidem hæreſes, quæ contra veritatem

1 p. 283

1 p. 306

inſanias ſibi excogitarunt, manifeſtæ ſunt . . . ſed hęc omnium noviſſima ... quæ Ariana vocatur... ſpeciem ſuam diſſimulat, & litterarum ſacrarum vocibus quaſi honeſto cultu induitur. *Has, inquam, quatuor, quarum nulla præter ultimam clauditur conſueta alias ſanctiſſimæ Trinitatis invocatione, ſuſpicor ab auctore in unum quadrimembre corpus compactas fuiſſe: & præpoſitas alteri paris prolixitatis parti; quæ ab aliis una cum epiſtola nuncupatoria deſcripta ſeorſim, ſola nunc & quidem non integra, obtinet titulum operis ad Solitarios.*

10 *Deeſſe huic parti principium ſuum notavimus in Martio ad diem* XXVI, *ubi de S. Eutychio, Alexandrino Sub-*

diacono & Martyre, dedimus narrationem hinc acceptam. Evidens enim eſt, cum Epiſtola ſic ſiniente, Gratia D.N. Jeſu Chriſti ſit vobiſcum, Amen, *non apte continuari ſequentia*, Illi autem ea, propter quæ talia machinati erant, haud diu poſt expleverunt. Mox enim ab iſtis inſidiis Arianos receperunt in communionem, deſpicientes tam multa contra illos judicia, Imperiale autem de iiſdem mandatum rurſus prætexentes: nec erubuerunt ita loqui ſcribentes, Athanaſio affligo, reſedit odium, Arianos vero recipiemus; & ad audientium terrorem addere, quia hoc præcepit Imperator. *Spectant hæc ad Hieroſolymitanum conciliabulum, poſt Athanaſii indigniſſimam criminationem à tumultuantibus Tyri Euſebianis factam, vivente adhuc magno Conſtantino: quare, ſi pars hæc poſterior operis ad Solitarios, jam inde à Niceno concilio, primas Athanaſii cum Arianis pugnas ad uſque annum* CCCXXX *pari explicabat modo, quo cetera deinceps ſub Conſtantio geſta enarrata habemus; illud quoque manebit evidens, dimidiam fere partem hiſtoriæ deficere.*

AUCTORE D. P.

Secunda pars acephala habetur. 1 p. 810

11 *Hanc jacturam videntur collectores operum voluiſſe ſupplere, præponendo Epiſtolæ & reliquo operi ad Solitarios, aliud quoddam ejuſdem Athanaſii ſcriptum, paris ferme longitudinis, quod appellarunt* Apologeticum ſecundum contra Arianos; *ad ſingulas paginas iterando titulum* Apologiæ ad Imperatorem Conſtantium: *quorum omnino nihil probari poteſt. Nam neque ad Imperatorem, uti clariſſime ſit in laudata ſuperius Apologia, neque ad alium omnino quemquam dirigitur; nec ullam habet Apologiæ formam, niſi forſitan in brevi exordio & æque brevi concluſione: & denique ipſe Athanaſius, in eo quod reſtat ad Solitarios opere, manifeſte aliud ei nomen, alium ordinem tribuit; quinque omnino locis indicans, quod monumenta, initio tenus à ſe deſcripta, ibi integra quæri debeant.*

1 p. 719 *neque ejus initium eſt* Apologia 2. E

in ipſa Epiſtola ad Solitarios ſæpe citata, 1 p. 824

12 *Sed hæc loca, haud ſatis accurate expreſſa ab imperitis librariis, non fuerunt ab interprete Nannio intellecta: qui ubi ad geminam Conſtantii epiſtolam ſcriptum inveniſſet, uti & impreſſit, ἐγράφη ὀπίσω τὸν ξελόγον ἣ ἔστιν ὁκ ὁλοκλήρῳ ὁμοία ταύτῃ; tamquam librariorum errorem corrigere volens, latine poſuit,* Epiſtola tota ſuperius ſcripta eſt: *& mox infra, ubi eſt ἐγράφη ἤ ἄνωθι ὁμοίως εἰς τὸν αὐτὸν ξελόγον; ſcripſit ipſe*, Et hæc quoque ſuperius deſcripta eſt. *Eadem formula, tam Græce quam Latine, iterantur ſimili occaſione poſt alteram paginam; cum hoc ſolum diſcrimine, quod ubi prius erat* ξελόγον, *habeatur* ξηλόγον; *cum circa initium allegando Epiſtolam Conſtantini Junioris, legeretur ἐγράφη ὀπίσω εἰς τὸν λόγον ἀπαρεγκλήτως. Non adeo ſomniculoſum credo fuiſſe Nannium, ut putarit adverbium ὀπίσω, quod citra controverſiam valet,* poſtea, infra, *idem eſſe quod ἔμπροσθεν & ſignificare* antea *ſive ſupra: ſed hanc ſibi concedendam veniam exiſtimarit, ut quæ jam legebantur prius impreſſa, ea quoque ſuperius requirenda ſibi intelligeret lector.*

1 p. 826 *non tamquam aliquid præcedens,*

1 p. 814 F

ſicuti Interpres fecit.

13 *Verum ad τὸν λόγον, ξελόγον, ξηλόγον prorſus hæſit; nulla conjectura aſſequens, quid illis demum indicaretur. Nam licet multi apud Athanaſium λόγοι extent de variis argumentis, nullus tamen apparebat uſpiam, qui vel antonomaſtice hic vocaretur λόγος, vel ipſas epiſtolas quæ indicantur contineret; & ſolum ad inveniebat in præcedenti qualiſcumque nominis Apologetico Præterea quamvis ξε' valeat 65, & ξη' 68; tamen Græcæ ſcriptionis proprietas ejuſmodi reſpuebat ſyntaxim; & ſi indicandus erat numerus aliquis, ſcribi debuiſſet τὸν λόγον ξε' & ξη'. Ne dicam enormem illum eſſe numerum, ac ne κεφαλαίοις quidem ſeu* Capitibus *convenire, in quæ (modo nuſquam alibi uſitato apud Athanaſium) opuſculum illud conciperetur fuiſſe diviſum. Quantumcumque enim minute dividas imaginando, non tamen plures quam ſedecim ſectiones facere poteris ante eam epiſtolam, quæ dicitur εἰς τὸν ξηλόγον relata.*

14 *Omnibus itaque conſideratis, plane judico quod illis quinque locis legendum ſit εἰς τὸν ξύλογον; id eſt,* in Collectione, *epiſtolarum, ſcilicet Synodicarum, Imperialium,*

AUCTORE D. P.

aliarumque Athanaſii innocentiam evidentem reddentium ; quam Collectionem ipſe confecit, epiſtolas omnes breviſſimarum narrationum interjectu in unum veluti corpus compaginans, idque poſt mortem Conſtantini Iunioris, cum Euſebiani Antiochiæ priores reſuſcitabant calumnias. Eamdem Collectionem judicaverit poſtea Athanaſius, pro majori certitudinis evidentia, ſubnectendam operi ad Solitarios ; eo prorſus modo quo Synodus Alexandrina, ſcribens in defenſionem Athanaſii ad Iulium Papam (quæ defenſio primum locum in hac Collectione habet) ſimul mittenda *cenſuit allegatarum à ſe* litterarum exemplaria, Alexandri *ſcilicet Theſſalonicenſis Epiſcopi*, & Presbyterorum *Mareoticorum*, & Iſchyræ *fatentis ad calumniandum ſe vi adactum*, & Patris Imperatorum, *id eſt Magni Conſtantini, Meletianos ob fictam de Arſenio occiſo criminationem execrantis.*

sed tamquam collectio documentorum addenda in fine,

1 p. 735

ut fuerit quaſi 3 pars, licet diu ante compoſita.

15 *Adeo ut hæc quaſi tertia pars operis ad Solitarios miſſi cenſenda ſit : quæ quoniam nulla continet acta poſt reditū ab exilio confecta, merito cenſemus eam ipſam conſcriptam quidem fuiſſe circa annum* CCCXLII ; *poſtea tamē cum eam Sanctus ſubnecteret operi ad Solitarios mittendo, additam eſſe ſub finem clauſulam de Valente & Vrſacio, quod credi deberent olim vere & ex animo retractaſſe calumnias ſuas ; deque Epiſcopis, pro Athanaſii cauſa exilium ſuſtinentibus potius, quam ut tot ac tantorum Epiſcoporum judicia abrogarent*, in quorum numero eſſet & Liberius Romanus Præſul ... & Hoſius ille magnus .....

B

tunc vero nonnullis additamentis aucta.

Hæc autem verba cum ſola eſſent addita, quando iſtam Collectionem ſubjunxit operi ad Solitarios mittendo ; poſtea, cum idem opus ad Serapionem miſit Sanctus, utrique nomini adjunxit parentheſim de Hoſii & Liberii lapſu, Arianæ violentiæ teſte. Eodem prorſus modo Athanaſius, poſt conſcriptam anno CCCLVIII *Epiſtolam de Synodis, eidem inſeruit parentheſes aliquas de Conſtantinopolitano Concilio & Conſtantii morte, prout ſuo loco oſtendemus. Hic ſolum dicimus, tam hunc tractatum, prolixitatis non minimæ ; quam priorem, de quo tam multa diximus*, Epiſtolam *vocari ab antiquis operum S. Athanaſii deſcriptoribus, quando inter utrumque hanc annotationem poſuere.* Quæ præcedit Epiſtola ad omnes ubiq; monachos, definit in rebus circa Georgii Cappadocis ordinationem factis per ejus receptatores Arianos : ſequens autem Epiſtola de Synodis factis Arimini & Seleuciæ in Iſauria, dicit prædictum Georgium in Seleucia fuiſſe depoſitum.

Bipartitum illud opus vocatur epiſtola,

16 *His ad faciliorem clarioremque præfatorum operum uſum obſervatis, concludo & dico* ; Apologiæ *nomine, ſimpliciter poſito, eam ſolam Orationem in ſequenti Commentario intelligendam, quæ palam & citra controverſiam Imperatori directa eſt.* Epiſtolam ad Solitarios, *dicendam, à nobis quoque, eam partem hiſtoriæ, quæ ex dicto opere ſupereſt ; quam autem appendicem ejus fuiſſe oſtendimus, non appellabimus, ex errore communi, Apologiam* II ; *ſed, ex ipſius auctoris præſcripto & mente*, Syllogum : *ſi vero etiam opus ſit citare lucubrationes* contra Arianos, *eas recepto jam vocabulo vocabimus* Orationes, *licet veroſimiliter poſſēt dici pars operis ad Solitarios. Tolerandus enim uſus eſt, ex cujus correctione nullum commodum hiſtoriæ elucidandæ naſcitur : in talibus enim valet quod vulgo dicitur, Loquendum ut multi, ſapiendum ut pauci.*

C

& appendix ejus appellatur Syllogus.

CAPUT I.

S. Athanaſii pueritia, collatō ſodalibus per ludum baptiſmo memorabilis.

Alexandriæ natus

1 p. 769

17 PAtriam *Athanaſii fuiſſe Alexandriam, Ægypti metropolim, tum ipſe ſatis in ſuis ſcriptis innuit, tum Conſtantius Imperator declarat, quando* paternis nudatum penatibus, *ac tandem* patrię reſtituendum, *monet* venire ad Comitatum ; ut, poſtquam ſuum vidiſſet conſpectum, Alexandriam tranſiret. *Ibidem etiam Sanctus habuit* θείαν, amitam *ſeu* materteram, *quam queritur à Gregorio in ſuum locum intruſo, ſepultura prohibitam fuiſſe, poſt Paſcha anni* CCCXLI, *de qua infra num.* 154. *Habuit & conſanguineos, quos in Epiſtola ad Luciferum Calaritanum Latine ſcripta ſub annum* CCCLXI, *& infra n.* 283 *citanda, nominat* parentes, *ex uſu loquendi Occidentalium in Italia Galliaq;, ubi linguam Latinam didicerat : nam patrem ac matrem S. Athanaſii ad illud uſque tempus in vivis fuiſſe, eo minus eſt veroſimile, quo minus de iis legimus in ſcriptis filii. Quas enim injurias iis non oportuiſſet fuiſſe irrogatas ? & quam pathetice eas deſcripſiſſet Sanctus, ſi quid illi ſua cauſa fuiſſent paſsi ? Cum vero nec nomina quidem eorum ſciantur, exiſtimo omnino obiiſſe utrumque, Athanaſio adhuc admodum juvene.*

ibi θείαν & conſanguineos habuit.

D

18 Cujus à puero inſtitutionis *hic* fuerit, memorare *volens Ruffinus*, ſicut ab his qui cum ipſo vitam duxerant, accepit, *libro* 10 *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 14 *ita narrat* : Tempore quo apud Alexandriam Petri Martyris diē Alexander Epiſcopus agebat ; cum, poſt expleta ſolennia, conventuros ad convivium ſuum Clericos exſpectaret, in loco mari vicino ; videt eminus puerorum multitudinē, ſuper oram maris, ludo, ut fieri ſolet, imitantium Epiſcopū, atque ea quę in eccleſiis geri mos eſt. Sed cum intentius diutine pueros inſpectaret, videt ab his geri quædam etiam ſecretiora & myſtica. Perturbatus, illico vocari ad ſe Clericos jubet ; atque eis, quid eminus ipſe videret, oſtendit. Tunc abire eos, & comprehenſos ad ſe perducere omnes pueros imperat : eumque adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, & quomodo, percunctatur. Illi, ut talis habet ætas, pavidi negare primo, deinde rem geſtam per ordinem pandunt : & baptizatos eſſe à ſe quoſdam Catechumenos confitentur per Athanaſium, qui ludi illius puerilis Epiſcopus fuerat ſimulatus.

In ludo puerili Epiſcopum agens, baptizat catechumenos

E

19 Tum ille, diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidve reſponderint, ſimul & ab eo qui interrogaverat ; ubi videt, ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare, collocutus cum concilio Clericorum, ſtatuiſſe traditur ; illis, quibus integris interrogationibus & reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari baptiſma non debere, ſed adimpleri ea quę à Sacerdotibus mos eſt. Athanaſium vero, atque illos quos ludus vel Preſbyteros habere viſus fuerat vel Miniſtros, convocatis parentibus ſub Dei obteſtatione tradit, eccleſiæ ſuæ nutriendos. Parvo autem tempore exacto, cum à Notario integre, & à Grammatico ſufficienter, Athanaſius fuiſſet inſtructus ; continuo, tamquam fidele Domini commendatum, à parentibus reſtituitur Sacerdoti, ac veluti Samuel quidam in templo Domini nutritur ; & ab eo, pergente ad patres in ſenectute bona, ad portandum poſt ſe Ephod Sacerdotale deligitur.

quos vita baptizatos dicitur Alexander Ep. cenſuiſſe.

E

fuerit tunc forte octennis Athanaſius,

20 *Hæc Ruffinus, cujus auctoritate citata, eadem in epitomen contracta refert Socrates lib.* 1 *cap.* 11. *Sozomenus autem, æque ac Socrates, proximi poſt Athanaſiū ſeculi ſcriptor, eumdem Ruffinum totidem verbis deſcribit, & dici ait*, ea accidiſſe, Athanaſio ὅπω πρωσήβῳ γνωμιδίῳ, nondum pubertatis ætatem ingreſſo. *Neque ſane aut Ruffini verba, aut res ipſa patiuntur, octenni aut decenni puero grandiorem hic concipere Athanaſium, qui ſcilicet necdum cœpiſſet litteras diſcere : quod de duodenni aut eo majori non poteſt commode accipi. Id nihilominus facere neceſſe eſt eos, qui poſt annum* CCCXI *geſta ſentiunt, quæ ex Ruffino narrantur : quamvis ne ſic quidem Athanaſius, anno* CCCXXVI, *quo factum Epiſcopum conſtat, juſtam ei muneri ætatem attigiſſet : & tamen hunc defectum numquam objectum legimus ab adverſariis, omni modo conatis traducere electionem ejus, & veluti non rite factam calumniari.*

post martyrium S. Petri Ep. anno, non 311,

21 *Difficultas tota pendet ab anno, quo S. Petrum (cujus anniverſario die dicitur res contigiſſe)* inſigni martyrii corona donatū *ſcribit Euſebius l. 7 Hiſt. Eccl. c.* 26, *deſignans* annū perſecutionis nonū. *Perſecutionis autē iſtius initium*

ſumunt

A *ſumunt plerique ab anno* CCCII *vel* III, *quo Diocletianus & Maximianus, promulgatis ubique edictis, eccleſias diruì, Epiſcopos occidi, Chriſtianos ubicumque inventos juſſerunt comprehendi; & extremis, niſi à Chriſto recederent, multari ſuppliciis. Verum ſalva multorum graviſſimorumque auctorum reverentia, puto dubitari poſſe utrum Euſebius ſaltem ibi, non longe citius exordiatur perſecutionis iſtius annos. Dubitandi cauſam præbet Theophanes, auctor ſane gravis & diligens, cujus Chronographiam peculiari exegeſi ante tomum* III *Martii conatus ſum illuſtrare, quando ad eum annum, qui vulgaris noſtræ æræ anno* CCXCV *reſpondet, ſic loquitur:* Hoc anno Diocletianus & Maximianus Herculius, vehementi & horrenda in Chriſtianos perſecutione ſuſcitata, & omnis generis excogitatis tormentis, plurimas Martyrum myriadas confecere, de quibus qui octo libros Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ab Euſebio compoſitos percurrerit notitiam accipiet. *Poſtea vero, ad annum* CCCIII, *reſumptam atrocius perſecutionem deſcribit*, quæ martyres innumeros confecrarit; *inter quos ſi fuerit ipſe Petrus, conſequens erit Euſebium eo loco, quo S. Petri Martyrium refert ad annum perſecutionis nonum, ſecutum ſcripta Alexandrinorum, ab anno* CCXCIV *eam ordientium; licet ipſe,*

B *res ſua ætate geſtas potiſſimum narraturus libro ſequenti, videatur perſecutionem ordiri ab anno publicatorum decretorum.*

ſed 303 *occiſi,*

ut potuerit circa an. 305 *res acciduſſe.*

22 *Quæ autem anno* CCCIII *erat ſaviſſima rabies, ea ſubſequentibus annis interpolata caſibus variis minuſque continua fuit, abdicantibus ſeſe ultro tyrannis; adeoque potuit anniverſarium Petri, etiam primis à morte annis, feſtivius agi Alexandriæ ab Epiſcopo & Clero, pueris tamẽ ſacra Chriſtiana in littore imitandi facultas fuiſſe liberior. Celebraverit ergo ſui deceſſoris anniverſarium Alexander an.* CCCV *aut ſequenti, videritque cum pueris ludentem puerum Athanaſium; potuit tamen hic, cum anno* CCCXXVI *factus Epiſcopus eſt, egiſſe annum ætatis* XXX; *quod ad rem præſentem videtur eſſe ſatis. Nec enim pro multo longiori ætate eidem tribuenda contendere abſolute cogimur; cum de prætacta perſecutione, quam dixi cœpiſſe anno* CCXCIV *agens ipſe Athanaſius, non ſuam ipſius alleget ſcientiam in epiſtola ad Solitarios, ſed ſolum dicat,* audiviſſe à parentibus, & verum arbitrari, quod cum perſecutio eſſet mota

& ſanctus an. 326 *fuiſſe annorum* 30.

1 p. 853

ſub Maximiano Conſtantii avo, ethnici homines abdiderint latebris Chriſtianos, ſæpeque mulctati pecunia & carceri fuerint mancipati, non ob aliud, quam quod profugientes ad ſe prodere nollent. *Quæ res diſtinctioque cauſarum, ob quas à tyrannis corripiebantur homines, cum ſub puerilem ſenſum minus caderet,*

C *prudenter majorum teſtimonium appellavit Athanaſius; minime eo habiturus opus, ſi grandior natu fuiſſet.*

niſi malis errarum dicere in nomine Alexandri,

23 *Maneat ergo, quod ex parte ætatis, quam primis Alexandri annis attigerat Athanaſius, quamque eum oportet ad Epiſcopalem ordinationem attuliſſe, nulla ſit convincens cauſa, ob quam Alexandrinorum relatio de Athanaſio, nobis propoſita à Rufino, & omnium fere qui de hoc Sancto egere ſcriptis vocibuſque celebrata, debeat revocari in dubium. Si quis tamen ſalva rei ſubſtantia Rufino, in aliis quoque de hoc Sancto ſcriptis non accuratiſſimo, & ſolum auditu cognita narranti, putet in nominando Epiſcopo obrepſiſſe errorem; ipſique S. Petro, in memoriam deceſſoris ſui S. Theonæ eccleſiam dedicanti, malit accidiſſe ut videret ludentem Athanaſium, & ſic ad hujus ætatem velit octo vel ſeptem annos addere, nihil repugnabimus: quia etiam ſic ſalva manebit rei ſubſtantia, ſolumque deficiet in circumſtantia, facile in talibus alterabili. Quod autem alicui mirabilis forſitan videri poſſit approbatio baptiſmi, uti prima fronte apparet, ludicri, non adeo commovere quemquam debet, ut propterea totam narrationem convellat; cum diligens conſultatio deſuper facta, puerorumque diſcreta interrogatio ſuadere poſſit, nihil actum temere: ipſaque in Alexandro aut Petro præſens ſanctimonia, & in Athanaſio gratia præcox, potuerint aliquid ultra communem ordinem in eo caſu egiſſe. Interim obſerva, quod ex modo dictis aliqua corrigi aut illuſtrari debeant ad diem* XXVI *Februarii, ubi ipſius S. Alexandri Acta deduximus, & hanc eamdem materiam tractavimus.*

ſalva hiſtoriæ ſubſtantia.

AUCTORE D. P.

CAPUT II.

S. Athanaſii ſtudia & prima cum Ario certamina Alexandriæ atque Niceæ in Concilio.

24 *Reddidus parentibus ab Epiſcopo, ſub ea quam diximus conditione, Athanaſius*, liberalibus artibus perexiguum temporis tribuit, *teſte Nazianzeno*, ne videlicet hujuſmodi rerum omnino rudis & ignarus videretur, eaque neſcire quæ ſibi duxerat contemnenda. Neque enim generoſam ac magnificam animam inanibus ſtudiis occupari ſuſtinuit, eodemque modo affici quo imperiti athletæ, qui dum aërem ſæpius quam corpora feriunt, præmiorum ſpe fruſtrantur. *Itaque quod Sulpitius Severus lib.* 2 Iuriſconſultum *appellet Athanaſium, pro eo tempore quo Epiſcopus Alexandrinus jam erat & ætate provectus, id de ſola Canonum eccleſiaſticorum ſcientia velim accipere; non autem in ea latitudine, qua ad finem anni* 311 *dixit Baronius, quod* non tantum valde imbutus fuit Theologicis facultatibus, ſed etiam Juriſprudentiam apprime calluit.

Liber aliis artibus puer imbuitur.

non item Iuris-civilis ſcientia.

E

25 *Vt ut ſit, revertor ad Nazianzenum, Athanaſii ſtudia progreſſuſque exponentem his verbis:* Veteris & novi Teſtamenti libros omnes ita permeditatus, ut ne unum quidem quiſquam alius, non modo contemplationis ſed etiam egregiæ ac luculentæ vitæ divitiis augetur, mirificeque utrumque connectit, catenam vere auream, atque ejuſmodi ut nequaquam à multis connecti queat: hanc nimirum rationem iniens, ut & vita duce ad contemplationem uteretur, & contemplatione vitam morumque elegantiam obſignaret ... Sic porro nutritus & eruditus (ut nunc quoque eos oporteret, qui plebis Antiſtites futuri, magnumque Chriſti corpus tractaturi ſunt) ſecundum grande Dei conſilium ac præſcientiam, quæ magnarum rerum materiam longe ante conſtituit, in magnum hunc Clericorum ordinem cooptatur, atque in eorum qui Deo appropinquant numerum adſcribitur, ac ſacroſanctæ ſtationis & ordinis honore afficitur: cunctiſque Eccleſiaſticorum graduum muneribus deinceps perfunctus, (ut quæ media ſunt reſecem) Alexandrino populo, quod idem eſt ac ſi dixiſſem, univerſo terrarum orbi, præficitur.

ſed ſacrarum litterarum.

Clericus ordinatur.

F

26 *Inter* media, *quæ* reſecanda *ſibi putavit* Nazianzenus, *cenſet Baronius* non ſemper apud Alexandrum manſiſſe, ſed profectum in eremum adhæſiſſe magno illi Antonio, *idque exiſtimat in hujus Vita ab ipſo Athanaſio ſignificari. Verum nihil tale iſtic reperio, ſolum in præfatione legas, quod* ſæpe illum vidit. *Teſtatur quidem Alexandrinus Clerus, per litteras Syllogo inſertas, populi clamoribus poſtulatum fuiſſe Athanaſium, nominantis eum* per omnia optimum, ſedulum, pium, Chriſtianum, Aſcetarum unum, & vere Epiſcopum: *ſed exaggeratus hic loquendi modus figuram quamdam continet ſimilitudinis, non proprietatis. Sicut enim necdum tunc erat Epiſcopus Athanaſius, ſed ſolum indicabatur aptus qui eſſet; ſic nec Aſceta fuit unquam in eremo, ſed in medio populi, quo ad exercitationem virtutis, Aſcetis ipſis comparandus dicebatur. Maneat igitur abſolute & citra reſtrictionem verum quod dixit Sozomenus, Athanaſium, jam inde à primis ſui Clericatus annis, Alexandro* ὁμοδίαιτον καὶ ὑπογραφέα commenſalem ſcribamque domeſticum *fuiſſe, & quamdiu vixit à cariſſimi Patris convictu numquam receſſiſſe.*

& abſque ulla ad eremum receſſu.

2 p. 458

manet in familia Alexandri Ep.

27 *Duæ porro res Alexandri Pontificatum vehementer exercuerunt*

AUCTORE D. P. *exercuerunt, in quibus partes ſuas egiſſe Athanaſium, ſcribendo ſui Epiſcopi litteras negotiaque tractando, dubitare non poſſumus. Ipſe de re utraque ſic habet in Syllogo.* Meletium, Epiſcopum Ægypti nominatum, multis convictum criminibus, & imprimis quod idolis ſacrificaſſet, in communi Epiſcoporum Synodo depoſuerat Petrus, ante perſecutionem Epiſcopus, & in perſecutione Martyr declaratus; *(quod circa annum* CCC *feciſſe potuit)* ille vero non ad aliam Synodum confugit, neque eorum ſucceſſoribus ſe ſtuduit purgare, ſed ſchiſma fecit; *& qui Lycopolitani Epiſcopatus jure exciderat, in univerſa Ægypto poteſtatem ſibi arrogans, ſuæque factionis Epiſcopos & Clericos ordinans,* primo Petrum, deinde ejus ſucceſſorem Achillam calumniatus eſt, & poſt Achillam Alexandrum.... Dum autem hæc ageret Meletius, *ejuſque conatibus ſtrenue ſeſe opponeret Alexander, prout ad* XXVIII *Februarii eſt deductum*; etiam Ariana hæreſis emerſit, *ea ſcilicet ratione quam Theodoretus lib.* 1 *Hiſt. eccleſ. cap.* 2 *declarat his verbis.*

1 p. 777

ejus ſcriba & adjutor contra Meletii ſchiſma,

& hæreſim Arii.

28 Arium, numero Presbyterorum adſcriptum & cui concredita erat ſacrarum expoſitio ſcripturarum.... *ſuggeſtionibus ſuis oportunum* nactus Diabolus, veritatis inimicus... perſuaſit illi, ut Apoſtolicæ Alexandri doctrinæ aperte reſiſteret. Nam ut hic, ſacrarum litterarum diſciplinæ obſecutus, Filium Patri honore parem ejuſdemque cum eo eſſe ſubſtanti[a] docuit; ſic ille, contra veritatem manifeſte pugn[a]s, eum creatum & factum affirmavit,... atqu[e] i[l]a non in eccleſiis ſolum, verum etiam extra in circul[o] & congreſſibus hominum diſſerere cœpit; per æc[l]s quoque circumcirca graſſari, ut quos poſſet in iſto um errorum laqueos induceret. Alexander igitur, doctrinæ Apoſtolicæ Patronus, primum hortatione & conſilio eum à ſententia deducere tentat: ceterum ubi Corybantum more inſanire vidit, & impiam doctrinam palam prædicare, de dignitate Sacerdotali dimovet, Euangelii præcepto obſecutus, Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & projice abs te.

B

cujus damnationi, in Concilio Alex. facta & per epiſtolas vulgata,

29 *Cum vero nihilominus pergeret* Arius, ambitionis æſtu incenſus, *ut ait idem cap.* 3. eos quos peſtifera in Deum blaſphemia irretierat in unum cogere, & ſeparatim conventus celebrare, Alexander impiam ejus blaſphemiam Eccleſiarum Præſidibus per epiſtolas ſignificavit. *Harum unam ad cognominem gentilemque ſibi Alexandrum Conſtantinopoleos Epiſcopum,* qua pernicioſi Arii conatus perſpicue explanantur, *proponit Theodoretus cap.* 4. *Epiphanius hæreſi* 69 *affirmat, omnes* numero ſeptuaginta apud ſtudioſos *ſui temporis ſervari. Præcipua autem eſt, quam habet Socrates lib.* 1 *cap.* 3 ad omnes ubique gentium in Eccleſiæ miniſterio conjunctos; *qua cauſas reddit, cur ipſe* cum aliis fere centum Ægypti & Libyæ Epiſcopis, in unum convenientes, Ario & fautoribus atque aſſeclis ejus anathema denuntiarit.

C

ſubſcribit Athanaſius Diaconus an. 320

30 *Eſt hæc Epiſtola eo etiam notabilior, quod in hiſtoria Concilii Niceni, Gelaſio Cyziceno adſcripta, addantur eidem ſubſcriptiones Presbyterorum & Diaconorum Alexandriæ & Mareotidos,* conſentientium prædictis & dejectioni Arii, eorumque qui cum ipſo impie ſentiunt: *ubi inter Alexandrinos Diaconos quarto loco invenitur* Athanaſius Diaconus ſimiliter *conſenſiſſe, haud dubium quin hic noſter, Diaconus adhuc poſt annum* CCCXX *quando celebratam eſſe Synodum Alexandrinam præfatam colligitur ex epiſtola S. Athanaſii ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, quæ titulo* 1 *Orationis contra Arrianos haud recte inſignitur, ſcriptaque eſt anno* CCCLVI; *ubi aſſerit quod Ariani* ante annum trigeſimum ſextum hæretici declarati atque ab eccleſia ſubmoti *ſint. Nam quod de* judicio totius Synodi Oecumenicæ *ſubjungit, videlicet Nicenæ, aliter intelligi non poteſt, quam quod hæc Alexandrina Synodi ſententiam confirmarit: non quod ab illa uſque ad tempus ſcriptæ Epiſtolæ anni fluxerint* XXXVI.

1 p. 305

D

Ariani contra quæ quaverſum ſcribentibus, augetur diſſidium:

31 *Ceterum ad iſtam tot litterarum ſcribendarum diligentiam cogebat Alexandrum Arianorum impiger zelus; qui, mox à ſententia Alexandriæ probata, cenſuerant ſibi præoccupandam Epiſcoporum gratiam,* legatoſque miſerant cum litteris de fide ſua, flagitantes ut ſi rectum de Deo ſentire ipſi viderentur, ſignificarent Alexandro eumque placarent; ſin autē, docerent quomodo credendum foret. Et hic conatus, *inquit lib.* 1 *cap.* 14 *Sozomenus* haud parum eorum cauſam adjuverat. Nam hac illorum opinione in omnes fere diſperſa, ab omnibus paſſim Epiſcopis de ea diſputari cœptum: quorum pars ſcripſere ad Alexandrum, ne admitteret Arianos in eccleſiam, niſi ſuam de fide opinionem abjicerent; pars autem oravit, ne ipſos repelleret.

& æſtu Eusebii Nicomedienſis,

32 *Præcipuus in his fuit* Euſebius Nicomediæ Epiſcopus, vir illuſtris & magno in honore habitus in aula Imperatoris *Licinii, Nicomediæ reſidentis, cujus uxorem Conſtantiam, Conſtantini ſororem, prorſus obnoxiam ſibi habebat, &, ut veriſimilior habet opinio, cognatione ſatis propinqua attingebat. Hic eadem cum Ario ſentiens, quodam tamen politices vafræ reſpectu, maluit Arianiſmi* E *Patronus quam Magiſter videri; auctorque præcipuus fuit, ut tum ex Concilio in Bithynia coacto, pro Ario, tamquam recte ſentiente, ad omnes Epiſcopos ſcriberetur; tum ex ſententia alterius Synodi in Paleſtina, permitteretur Arius ſuos Alexandriæ conventus habere, ita tamen* ut ſe ſubjicerent Alexandro, & ut de pace cum eo facienda agere non deſiſterent, *quemadmodum plenius præcitato loco narrat Sozomenus.*

in Arii favorem inclinatus Conſtantinus,

33 *Per has concertationes ſuccreſcentibus in eccleſia Dei ſcandalis, Conſtantinus Imperator, poſt expurgatum à tyrannis Imperium victumque gemina pugna Licinium, nihil magis curans quam ut Eccleſiam quoque pacatam videret; ſtatim ut Nicomediam appulit, & quæ Alexandriæ diſceptabantur cognovit, primum quidem Alexandro & Ario ſcripſit eas litteras, quas libro* 1 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 4 *recitat Socrates indices, animi quidem omnino pientiſſimi, ſed per Nicomedienſem Euſebium haud leviter præoccupati contra Alexandrum, velut ſi, ob quæſtiones momenti non magni & omni ſtudio ſopiendas, tantum turbarum exciviſſet: deinde miſſo Alexandriam Hoſio Epiſcopo Cordubenſi curavit Synodum illic cogendam, in qua de reſtauranda Eccleſiarum concordia deque celebratione Paſchatis Catholica tractaretur. Quod ubi parum è ſententia ſucceſſit & Hoſius re infecta rediit, ſcripſit ad Epiſcopos quaquaverſum omnes, ut ad univerſale Concilium, Niceæ in Bithynia celebrandum, convenirent. Convenerunt autem ſupra trecentos: qui exceptis pauciſſimis, τὸ Ὁμοούσιον recipientes, Conſubſtantialem Patri Filium pronuntiarunt; ipſo etiam Nicomedienſi Euſebio & aſſeclis ejus in eamdem fidei profeſſionem conſentientibus; ſed hoc quam parum ſincere ab iis factum eſſet, cito apparuit.*

Concilium provinciale Alexandriæ,

F

tum œcumenicum Niceæ agi jubet.

34 *Hæc ita breviter perſtrinxiſſe ſatis eſt, quia ab Eccleſiaſtica hiſtoriæ ſcriptoribus ſic tractantur, ut quid proprie geſſerit Athanaſius nemo exprimat. S. Gregorius Nazianzenus dicit, quod* nondum in Epiſcoporum allectus numerum, verum primi Ordinis inter eos qui ſimul cum Epiſcopis convenere, morbum, quantum in ſe fuit, compeſcuit. *Gelaſius Cyzicenus in hiſtoria Concilii texit Catalogum Sanctorum Epiſcoporum, per quos* ſancta magna & univerſalis Synodus Niceæ coacta, *miſit* omnibus in toto orbe terrarum Dei Eccleſiis, quæ ab ipſis per Spiritum ſanctum in ea fuerant conſtituta: *& ait quod id facere juſſus ſit* Alexander cum Athanaſio tunc Archidiacono, Eccleſiis per totam Ægyptum, Libyam & Pentapolim & regiones finitimas uſque ad Indiæ provincias. *Etenim* quod eſſet vir acris ingenii & in Eccleſiaſticis negotiis apprime vigilans, ſatis innotuerat, *inquit Rufinus lib.* 1 ❧

In quo Athanaſius Archidiaconus Alexandri,

decreta cum eo publicare

A *cap.* 14; *utpote* cujus ſuggeſtionibus hæreticorum dolo ac fallaciæ vigilantes detegebantur.

35 *Imprimis autem hic audiendus eſt S. Cyrillus: qui uno poſt ſeculo Epiſcopus Alexandrinus etiam ipſe fuit. Hic cum in Epiſtola* 1 *ad Solitarios comprobare intenderet, ſacram Virginem Mariam abſq; hæſitatione vocandam Deiparam, idque probaſſet auctoritate petita ex Athanaſii libro de Sancta & conſubſtantiali Trinitate*, Idoneus ſane hic vir eſt, *inquit*, apprimeque dignus, cui intrepide fidem adjungere, quemq; tuto ſequi liceat. Quo enim pacto illuſtris ille ac celebris Pater, qui in ſacra illa magnaque Synodo Nicæna in tanta omnium admiratione habitus eſt, à veritatis tramite aberraret? Nam etſi per id tempus Epiſcopi munus nondum ſuſtineret, ſed adhuc inter Clericos miniſtraret: attamen, propter præclaram indolem vitæq; inſignem probitatem, à beatæ memoriæ Epiſcopo Alexandro aſſumptus tunc fuit. Verſabatur autem cum ſene, tamquam filius cum patre, ad quidvis utiliter conficiendum ſeſe ducem præbens, & in omnibus quæ agenda forent commodam viam oſtendens. *Sozomenus porro cap.* 16 *lib.* 1 *etiam diſtinctius loquens ait, quod* Athanaſius, tum adhuc Alexandrinæ Eccleſiæ Dia- B conus, maximam partem deliberationum viſus eſt ſuſtinere: *quarum hic fuit exitus, quod quidem ad rem noſtram attinet, ut ſicut in ſua Apologia ait ipſe Athanaſius,* Ariana hæreſi anathemate damnata Arianiſque rejectis, Meletiani aliquo modo recepti ſint. 1 p. 777

præcipua in æſtimatione Patrum fuit.

36 *Initium Concilii ſumunt aliqui à die* XX *menſis Maji: quod de conſultationibus, ad Synodales ſeſſiones præviis, intelligi non incommode poſſet; deque eo tempore, quod Epiſcoporum inter ſe criminationibus mutuis offerendiſque Imperatori libellis tritum conſtat: ipſarum autem initium Actionum videtur Baronius accuratiſſime expreſſum inveniſſe, in ſua pervetuſta collectione Creſconiana, ubi ſic legit:* Factum eſt Concilium apud Nicæam, Metropolim Bithyniæ, à die XVIII Kal. Julias ad diem VIII Kalendas Septembris, Paulino & Juliano Conſulibus, *qui annum notant nobis* CCCXXV, *Conſtantini vicennalibus inſignem. Fuerunt quidem qui pro tribus menſibus ſedentis Synodi totidem annos obtruderent, hoſque vel cum prænominatis Conſulibus finirent vel ab eiſdem auſpicarentur: ſed ea exerratio tam manifeſta eſt, & iſtius temporis hiſtoriæ utramvis in partem tam evidenter repugnat, ut confutari non mereatur. Trimeſtri autem eo ſic conſtituto, reliquæ chronologiæ, tam ante quam poſt ordinandæ, lapis ut ſic dicam angularis habetur, cui temporis* C *utriuſque acta adnectantur. Hinc in ea quæſtione, quæ de anno victi profligatique Licinii magnis utrimque auctoribus agitatur, fueritne hodiernæ æræ* CCCXXIV, *an ſolum* CCCXXIII, *poſterior hæc præplacet. Cum enim clades Licinii ultima ad Chalcedonem ſolum contigerit die* XVIII *Septembris, non videntur tam multa, quæ poſt illam & ante Concilium ſunt Acta, commode poſſe compingi intra arctum menſium dumtaxat octo vel novem ſpatium. At ſi annum adjeceris, commode fluent omnia; dicique poterit, diverſum civilis & conſularis anni exordium dediſſe occaſionem, ut confunderentur alicubi characteres, quibus Licinii depoſitionem auctores adnectunt.*

anni 325, *finitum* 25 *Auguſti,*

fere biennio poſt victum Licinium.

37 *Socrates lib.* 1 *cap.* 9 *citat* Synodicum Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, *in eoque dicit haberi nomina omnium ſigillatim qui Nicææ convenerunt, cum titulo ſuæ cujuſque provinciæ & civitatis: qui liber utinam ſupereſſet! vix enim nobis poſſumus perſuadere, ipſum aliud nihil fuiſſe quam libellum Canonum, ibi pro eccleſiaſtica diſciplina conditorum, qualis in Conciliorum collectionibus extat, & quidem variis canonibus deſtitutus, quos ſancti Patres nonnulli allegant ut Nicææ conditos. Exiſtimo ego, ut poſtea Athanaſius ſcripſit de Synodis Ariminenſi & Seleucienſi, ſic nunc ſcripſiſſe de Nicæna hiſtoriam, appretiabilem auro ſi conſervata fuiſſet. Iacturam hanc ſupplere potuiſſet antiquiſſimus ille liber, continens* dicta, facta, & ordinata *ſacro-*

De eo libru ſcripſit Athanaſius, qui periit,

ſancti iſtius conventus, deſcripta in membranis, quas fecerat divinus ac fama celebris Dalmatius, qui fuit in illuſtri Cyzicenorum metropoli ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus; *quas in paterna domo Cyzici repertas, & à ſe ſtudioſe perlectas ſcribit Gelaſius Cyzicenus, cum diu poſtea factus Archiepiſcopus Cæſarienſis in Bithynia, ex memoria rerum quondam à ſe ibi lectarum & obſervatarum, itemque ex Euſebio, Rufino & aliis, potiſſimum autem* ex valde antiquis quaternionibus Joannis cujuſdam Presbyteri, viri ſenis & ſcribaciſſimi, *compilavit prædicti Concilii hiſtoriam, tempore Baſiliſci Imperatoris circa annum* CCCCLXXVI. *Verum nec iſte Dalmatii liber, nec Ioannis quaterniones ſuperſunt; ipſe autem Gelaſius nimium videtur Euſebio tribuiſſe, ad obtegendam ſuam ſuarumque partium Arianis faventium confuſionem intento. De Dalmatio autem poſſemus credere Nicæam veniſſe cum ſuo Epiſcopo Theona, ſicut eodem venit Athanaſius cum Alexandro, & fide atque intentione ſimili ſcripſiſſe.*

AUCTORE D. P.

æque ac ſcripta Dalmatii Ep. Cyziceni.

& Ioannis Presb. de eodem argumento.

CAPUT III.

S. Athanaſii concors electio ad Epiſcopatum, & in eo virtutes.

E

38 NOndum quinque menſes, *à finita ſcilicet Nicæna Synodo*, præterierant, cum B. Alexander mortem obiit, *inquit ipſe in Syllogo S. Athanaſius. Obiit igitur menſe Ianuario Alexander; eſto alio menſe, aliaque quam mortis die colatur, uti ejuſdem Sedis alii plures, ac nominatim S. Achillas deceſſor immediatus, qui colitur* VII *Novembris, obiit autem aliquo longe anteriori menſe, & S. Proterius, anno* CCCCLVII *circa Paſcha vel ipſo Paſchali die* XXI *Martii occiſus, qui colitur* XXVIII *Februarii. Fuerit forte* XXVI *Februarii ordinatus Alexander: idque confirmari videtur ex Hiſtoria Nicani Concilii, Gelaſio Cyziceno attributa, ubi dicitur, quod à cæde S. Petri, menſe Novembri facta,* anno tranſacto (*toto ſcilicet aut fere toto, quo Epiſcopatus propter perſecutionem vacavit*) ordinatur in ſede ſancti Martyris Achillas: cum autem hic menſibus tantum quinque ſupervixiſſet (*Epiphanius* tres *ſolum videtur ponere, Theodoretus indefinite* modicum tempus *habet*) ſuſcepit Sacerdotii primatum Alexander: *quidni illo quo colitur die?* 1 p. 777

S. Alexandro mortuo, non in Februario,

39 *Vt ut ſit, non obiit menſe Decembri Alexander, adeoque nec bene* creditur *S. Athanaſii ſucceſſoris* Ordinatio *fuiſſe* VI Kalendas Januarii, *uti ad genuinum Bedæ Martyrologium* II *die Maji, additur in MS. Eccleſiæ Vaticanæ S. Petri. Coluntur à Græcis communi feſto,* XVIII F *Ianuarii ſive* XV *Kalendas Februarii,* SS. Athanaſius & Cyrillus Alexandrini Epiſcopi; *hinc factum videtur ut ex alicujus antiquioris errore Vſuardus & Ado, quos ſecuti alii, S. Cyrilli memoriam ad* XXVIII *ſeu* V *Kalendas retulerint. Simile quid potuit obveniſſe Athanaſio, & novo deinde librarii vitio, pro* V Kalendas Februarii, *in illud MS. Vaticanæ eccleſiæ irrepſiſſe* VI Kalendas Februarii. *Quacumque autem fuerit Græcis cauſa iſtorum duorum Sanctorum cultum tali die conjungendi; veroſimili conjectura dici poteſt* XVIII *Ianuarii fuiſſe S. Athanaſii Natalem, non quidem in cælis (obiiſſe enim* II *Maji dicendus eſt, ſi colitur aliquo quo obiit die, ut infra probabitur) ſed in Epiſcopatu. Sic enim ſcimus locutas de Epiſcoporum Ordinationibus antiquitus Eccleſias: & quemadmodum ſolebant hunc ſuum Natalem quotannis celeberrime agere Epiſcopi dum vivcrent, exemplo ab Imperatoribus ſumpto, ita ſæpe contigit, quod jam indicavimus, eum etiam poſt mortem remanere feſtivum ſubinde præ ipſo obitus die.*

nec in Decembri,

ſed in Ianuario, ſuffici ut Athanaſius,

forte 18 *ejuſdem?*

40 *Hæc de tempore ſucceſſionis. De modo audiendus imprimis eſt Apollinarius Syrus, ſcriptor coævus, idem veroſimiliter de cujus magna cum S. Athanaſio familiaritate plura dicentur infra. Hic in aliquo ſcripto ſuo, quod nunc quidem excidit, vidit autem tranſcripſitque Sozomenus lib.* 2 *cap.* 16, *ita loquitur:* ſucceſſit in Epiſcopatu *Athanaſius,*

AUCTORE D. P.

juxta revelationem S. Alexandro morituro factum,

de eo abſente aut latente,

1 p. 777

B

brevi tamen invento:

qui non per dolum ſuffuratus ordinationem,

C

1 p. 726.

ſed poſtulatus à populo fuit,

& magna omnium gratulatione exceptus,

1 p. 727

Athanaſius, multa quidem fuga uſus, ſed Deo providente repertus: utpote is de quo per divinam revelationem præmonſtratum erat beato viro *Alexandro*, quando Deo commendabat Epiſcopatum, non alium quam hunc ſucceſſorem ejus fore. Cum enim ex hac vita vocaretur, effetque jam morti vicinus; Athanaſium, qui neutiquam aderat, nominatim appellat: atque, ubi ejuſdem nominis alius vocanti reſpondiſſet, tacuit ipſe, ut qui hunc minime vocaret; deinde iterum nomen iſtud appellat. Dum autem hoc ſæpius fieret, ille quidem qui aderat tacuit, conſtabat enim vocari abſentem; Beatus vero Alexander, quaſi prophetico ſpiritu increpans, ſubintulit; Æſtimas effugiſſe te, Athanaſi: non ſane effugeris, agonem ſcilicet indicans, ad quem vocabatur.

41 *Aberat ergo Athanaſius, & ſiquidem aberat ab* ipſo *Alexandro* miſſus ad Comitatum, *ſicut habet Epiphanius, veroſimiliter eo miſſus erat propter Ioannem, quem contra Synodi Nicænæ decreta deſignaverat ſibi ſucceſſorem Meletius; alioſq; Meletii aſſeclas*, qui more canum, nonobliti vomitus ſui, rurſus Eccleſias perturbare inceperant, *uti de iis in Syllogo queritur Athanaſius. Verum ſive ex hac, ſive ex ſola declinandi Epiſcopatus cauſa, aberat Alexandria Sanctus; non tam procul aberat, quin tempore electionis, ſtatim poſt Alexandri mortem fieri cœptæ, vel intra vel circa urbem abſconditus ageret; citoque repertus, fuerit communi conſenſu ordinatus, uti mox ex ipſius Alexandrini Cleri teſtimonio apparebit. Neque enim audiendus hic Epiphanius hæreſi 69 ſcribens*, quod Alexandro ſucceſſit Achil s . . . & Achillæ poſt tres menſes B. Athanaſius. *. unc certe errorem manifeſte redarguit ipſe Sanctus, pluribus locis Petrum, Achillam, Alexandrum, velut eodem ordine p agreſſos, nominans. Tali tamen errore admiſſo, conſequens erat ut Epiphanius, ſciens non eſſe in Alexandrina Eccleſia conſuetudinem, ut Epiſcopo moriente differretur ſucceſſoris electio & ordinatio, excuſaret neceßitatem qua electus erat Achillas, non autem continuo, is* qui ex Deo vocatus erat & à B. Alexandro decretus, *Athanaſius.*

42 *Eumdem errorem ipſi etiam Ariani refutant, dicentes juxta Sozomenum loco citato*, quod Alexandro mortuo communionem inierint inter ſe, tam qui Alexandri quam qui Meletii partes ſectabantur; & ex Thebaide totaque Ægypto convenientes Epiſcopi quinquaginta quatuor, conjurarint ſuffragatione communi eligere eum qui Alexandrinæ Eccleſiæ præeſſe deberet: quoſdam vero ex iis ſeptem numero, violato jurisjurando contra omnium ſententiam ſuffuratos eſſe ordinationem Athanaſii, cujus communionem multi propterea ex populo, multi per Ægyptum Clerici declinarint. Hæc eadem illi, quibus nullum mendaciorum genus reformidandum videtur, Imperatoribus ſcripſere. Nos autem, *inquit Synodus Alexandrina in Syllogo*, econtra teſtamur, cum tota civitate & univerſa provincia, omnem multitudinem populumque totius Eccleſiæ in unum coactum, quaſi in ſpeciem unius corporis animæque, clamoribus vociferationibuſque poſtulaſſe, ut Athanaſius Eccleſiæ daretur Epiſcopus, idque publicis votis à Chriſto expetiſſe, neſque ut faceremus per multos dies ac noctes jurejurando obteſtatos fuiſſe; cum interea nec ipſi ab eccleſia diſcederent, neque nobis diſcedendi facultatem permitterent . . . .

43 Porro quod noſtrum plerique, ſub omnium oculis acclamationibuſque Epiſcopum creaverint Athanaſium, nos ipſos in teſtes offerimus: quibus ut auctoribus ordinationis fides major haberi debet, quam iſtis qui tunc aberant & nunc mentiuntur . . . *Deinde regerentes Euſebio Nicomedienſi ſuamet promotionis incertitudinem ſeu potius invaliditatem, redeunt rurſus ad Athanaſio objecta commenta*; & prorſus ejuſdem vanitatis cum ſuperioribus ſunt, *inquiunt*, fuiſſe in Athanaſii introitu ſeditiones, luctus, populorumque lamentationes, indigne ferentium illius creationem. Nihil ibi tale contigit, ſed prorſus contraria omnia; *1 p. 728* gaudia ſcilicet animorumque alacritates; & populorum, videre hominem deſiderantium, accurſus; lætitiæque & gratulationes ad Dominum per eccleſias. Miniſtri autem & Clerici ita eum intuebantur, ut & animis gaudium conciperent, & illum diem omnium fauſtiſſimum arbitrarentur. Noſtram autem, qui Epiſcopi ſumus inenarrabilem lætitiam, quid opus eſt ſcribere? cum jam antea teſtati ſimus, quidquid ei acciderit nobis accidiſſe videri.

D

44 Neque ſatis conſtituere poſſum, *inquit S. Gregorius Nazianzenus in encomio Athanaſii*, acceperitne ſacerdotium, ut præmium virtutis, an ut vitam fontemque Eccleſiæ? Hanc enim oportebat, veritatis ſiti languentem ac prope confectam, Iſmaëlis inſtar, potu refici; aut velut Eliam, refocillari ex torrente, ægreque ſpirantem revocari ad vitam; & ſemen Iſraëli relinqui, ne velut Sodoma & Gomorrha efficeremur. Propterea nobis jam jacentibus cornu ſalutis erectum eſt; lapiſque angularis, nos & ſecum & inter nos opportune conſtringens, injectus eſt; aut ignis, malæ & vitioſæ materiæ purgator; aut ventilabrum, quo à gravibus dogmatis levia diſcernuntur; aut gladius, vitii radices ſuccidens; Deique Filius belli ſocium nanciſcitur, & Spiritus invenit hominem qui pro ipſo ſpiret. Sic igitur atque ob eas cauſas totius populi ſuffragiis, non autem ſecundum perverſum exemplum quod poſtea inolevit, neque per vim ac cædem, ſed Apoſtolice & ſpiritualiter ad Marci thronum evehitur, non minus pietatis quam primariæ Sedis ſucceſſor. . . . .

tanquam Eccleſiæ tertiſſimum columen.

E

45 Poſteaquam autem ad hunc modum Præſul deſignatus eſt, ad eumdem quoque modum adminiſtravit imperium. Non enim ſimulatque ad thronum pervenit, velut qui tyrannidem quamdam aut hæreditatem inſperatam acceperunt, ſtatim ob rerum copiam elatus eſt inſolentia: hoc enim adulterinorum Præſulum eſt . . . . qui plura pro ſuis quam pro populi ignorantiis ſacrificia debent, ac prorſus duorum alterum peccant, ut vel ultra modum faciles ignoſcant aliis, quia ipſi venia egent; vel acerbius utantur imperio, ad ſua ipſorum tegenda peccata. Quorum utrumque fugiens Athanaſius, vita quidem ſublimis erat, ſed humilis animo; & ea virtute ut ad ipſam nemo aſpirare poſſet; comitate tamen tanta, ut ad ejus congreſſum omnibus facilis pateret aditus; F clemens, alienus ab ira, miſeratione præditus, ſermone jucundus, moribus jucundior; forma Angelicus, ſed animo magis: in objurgando placidus, in laudando vim habens eruditricem; ſic utrumque temperans, ut neutram virtutem immoderatione labefactaret; ſed correctione uteretur paterna, laudatione magiſtrali; neque diſſolutus in lenibus, neque auſterus in gravibus; ſed his diſcretionem, iſtis prudentiam adhiberet; utraque vero in eo eſſent infima, ſi figuram dictionis ſpectes, ſufficientia tamen ad inſtructionem; & minimum quidem haberet de virga, propter modeſtiam ſermonis; minus etiam de ſectione, propter ipſius virgæ moderatiſſimum uſum.

eum à virtutibus Epiſcopo congruis laudat Nazianzenus,

46 Quid autem opus eſt hominem deſcribere, quem Paulus antevertens depinxit, partim cum magnum illum Pontificem cælos penetrantem laudat (illuc enim uſque aſcendere audet oratio, ſiquidem Chriſtos didici eſſe eos qui ſecundum Chriſti præcepta vivunt) partim cum Timotheo, in ea quam ad ipſum ſcribit Epiſtola, leges ſtatuit; eum qui Eccleſiæ Antiſtes futurus eſt, ſermone fingens atque efformans: nam ſi leges eas, velut regulam quamdam huic, cujus laudationem teximus, viro admoveas; quam recta ſit, liquido comperies. Agite ergo & mecum,

velut qui Chriſti exemplum & Pauli regulam in ſe expreſſerit.

A mecum, ſermonis inopia laborante, dividite partes laudationis: etenim multa prætermittere cupio; ſed aliud me poſt aliud trahit; &, tamquam in corpore partibus omnibus æque pulchro, quidquid occurrit videtur pulchrius, & orationem ad ſe convertit.

& omnes hominum ætates atq; conditiones,

47 Agite, inquam & egregias illius dotes perſequimini, qui illarum & laudatores & teſtes exiſtitis. Præclarum inter vos certamen ſuſcipite, viri ſimul ac feminæ, adoleſcentes & virgines, ſenes & juvenes; Sacerdotes & laici, monachi & cœnobitæ, qui in contemplatione quique in actione verſamini. Alius laudet ſtudium ejus, in jejuniis & precibus tam aſſiduum, velut ſi corporis expers fuiſſet: alius vigiliarum & pſalmodiarum conſtantiam; alius egentium curam ac patrocinium; alius ut vel ſuperbis reſtiterit, vel ad humiles ſe dimiſerit, narret. Virgines laudent pronubum, Matrimonii jugo conſtricti moderatorem, inſtructorem Solitarii, in communi vita poſiti legiſlatorem, viæ ducem ſimplices, contemplativi Theologum; hilares frenum, calamitoſi ſolatium; canicies baculum, juventus diſciplinam; paupertas largitorem, cuſtodem divitiæ. Videntur mihi quoque

ſigillatim invitat ad eumdem commendandum.

defenſorem viduæ, pupilli patrem, inopes pauperum

B ſtudioſum, hoſpitalem hoſpites, fraternitatis dilectorem fratres, ægrotantes medicum cujuſcumque morbi ac medicinam, ſani conſervatorem valetudinis; omnes denique efferre eum laudibus, qui omnia factus eſt omnibus, ut omnes aut plurimos lucraretur. *Hactenus Nazianzenus.*

CAPUT IV.

Arianorum cum Meletianis conſpiratio contra Athanaſium. Iſchyræ calumnia & retractatio.

Infinita certamina Athanaſii pro fide,

48 *Quæ ſuperiori capite ſunt relata, utcumque ſint magna, minimam eſſe laudum de Athanaſio prædicandarum, agnoſcit ejus encomiaſtes Gregorius, torrentem eloquentiæ hoc loco effundens, cui paucioribus verbis conſonans Ruffinus,* Hujus, *inquit*, tanti fuerunt pro Eccleſia agones, ut etiam de hoc videatur dictum, quod ſcriptum eſt; Ego enim oſtendam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo. In hujus etenim perſecutiones univerſus conjuravit orbis, & commoti ſunt principes terræ: gentes, regna, exercitus convenerunt adverſus eum: ille autem divinum illud conſervabat eloquium, dicens, Si conſiſtant adverſus me

C caſtra, non timebit cor meum; ſi conſurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo. *Hæc Ruffinus, incerta deliberatione æſtuans, quid teneat, quid omittat,* dum tanta ac talia Athanaſii geſta ſunt, ut magnitudo quidem rerum nihil præteriri patiatur, multitudo vero cogat quam plurima omittere. *Initium ſumamus à verbis Synodi Alexandrinæ, in Syllogo relatis.*

1 p. 725

49 Cum Arius, unde Ariomanitarum hæreſis eſt conflata, *poſt Nicænam Synodum*, ab eccleſia per beatum Epiſcopum Alexandrum eſſet ejectus; Euſebiani, diſcipuli pariter & ſocii impietatis, ſemetipſos ejectos eſſe pariter arbitrantes, multis adhortationibus Alexandro ſcripſerunt, ne Arium extra Eccleſiam relinqueret. Alexandro autem, ob pietatem in Chriſtum, hominem impium non recipiente; in Athanaſium ejus Diaconum iras avertunt; tum quia eum aſſiduum eſſe apud Alexandrum haberique in pretio

ſub Alexandro ob non receptum Arium inchoate

curioſe advertebant; tum quia jam antea ejus pro Chriſto pietatem experti erant in Synodo Nicæna, ubi cum magna libertate contra Arianam hæreſim diſſeruerat. Poſtquam autem Deus eum ad Epiſcopatum provexit, veterem jam olim malitiam refoverunt, veriti illius orthodoxam mentem & robur in repellenda impietate; conſcientiaque vecordes, omnibus rationibus conſpirationes in eum cœperunt coquere.

50 Veterem malitiam refoviſſe *Euſebianos, dicunt Alexandrinæ Synodi Patres: non enim primis Athanaſii ad thronum evecti initiis exerere eam ſtatim potuerant, deſtituti capitibus, Euſebio Nicomedienſi & Theognio Nicæno Epiſcopis, quod deprehenſos communicare cum Arianis Conſtantinus Imperator, tertio poſt Nicænum Concilium menſe, exules in Galliam amandarat, uti aſſerit Philoſtorgius lib. 1 cap. 10, & tribus ibidem annis detinuerat, uti idem ait lib. 2 cap. 7: quæ licet ita diſtincte dicantur ab alio nemine, teneri tamen poſſe videntur, & perſecutionum S. Athanaſio ſuſcitatarum initium anno vulgaris Æræ* CCCXXVIII *adſcribi. Tum ſcilicet, perſuaſo de vera Euſebii & Theognii pœnitentia Imperatore, ejuſque ſorore Conſtantia forſitan adnitente, ſuis reſtituti Sedibus,* cœperunt Epiſcopi, ſi

AUCTORE D. P.

recruduerunt poſt Euſebii atque Theognii reditum ab exilio,

anno 328;

1 p. 890

qui contradicerent, inſidias ſtruere, & eorum loco inducere hæreticos in Eccleſias; ut, quando vellent, Synodos cogerent, eos quos ob id evexerant adſtipulatores habituri; *uti ait Athanaſius in epiſtola de Synodis. Ita S. Euſtachius, qui* XVI *Iulii à nobis commemorabitur, Antiochiæ; Gaza autem Epiſcopus Aſclepas ejecti tandem eorum molitionibus ſunt: ſed prius adverſus Athanaſium comparatæ machinæ hunc in modum.*

51 *Arianus quidam Presbyter, familiaris Conſtantiæ, atque ab hac moriente Conſtantino fratri commendatus, cum maximo in honore apud Imperatorem haberetur, ita emollivit illius animum, excuſando Arium, quaſi diſſonum nihil à Nicæna fide ſentiens per invidiam dumtaxat ab Eccleſia arceretur; ut ipſummet pro ſe dicentem audire Conſtantinopoli non abnuerit; acceptaque ab ea fidei, in ſpeciem rectæ, confeſſione, eumdem Alexandriam remiſerit, ipſo tempore quo* Meletiani (quos quia aliquo ſaltem modo

E

qui reducto in Conſtantini gratiam Ario,

1 p. 777

recepti erant & quietos & gratos eſſe oportebat) rurſus eccleſias turbare inceperant. *Cum igitur ab orthodoxis non reciperetur Arius; Meletianos, jam tumultuantes, ſibi adjungendos ratus* Euſebius, propugnator Arianæ hæreſeos, ad illos litteras dat; magniſque promiſſis ſocietatem & amicitiam clanculum init, ſibique invicem rebus agendis tempus conſtituunt. *Ita Athanaſius ipſe in Syllogo, cujus deinceps verbis à prima in tertiam perſonam traductis pergo reliquæ conſpirationis progreſſum & exitum exhibere; paucis illuſtrandæ hiſtoriæ cauſa ſub nota characteris diverſi interjectis: quod ſemel hic monitum, hoc reliquo Commentario debet obverſari lectoris animo; ſi tamen monendus lector fuit, in eo quod toto hoc opere ſervandum ipſo ejus uſu poteſt intelligere.*

conjunxerunt ſibi Meletianos:

52 *Inita igitur, quam dixi, cum Meletianis ſocietate, anno* CCCXXXI *Euſebius, ne prius aſperiora tentaret, quam videretur molliora adhibuiſſe conamina,* primum litteras

dein an. 33.

F

ad Athanaſium hortatorias ſcribit de Ario recipiendo, ſed ita ut ſine ſcripto minaretur. Verum, ubi

1 p. 778

illi reſponſum eſſet, hæreſeos inventores, veritati infeſtos, & damnatos ab univerſi orbis Concilio, minime recipiendos eſſe; Cæſarem inducit, ut Athanaſio cum minis ſcriberet, ea ipſum expectare debere, quæ & poſtea paſſus eſt, niſi Arium reciperet. Pars autem epiſtolæ, quam detulerunt Syncletius & Gaudentius Palatini, ſic ſe habebat: Cum igitur mentis meæ ſententiam intelligas, omnibus qui Eccleſiam intrare poſtulant, aditum inoffenſum præbebis: quod ſi prohibueris quemquam qui ſe Eccleſiæ participem velit, aut ſi excluſeris ab ingreſſu, mittam continuo cum meis mandatis, qui te deponant & in alium locum deportent.

cum Arium ad Conſtantini mandatum recepiſſe

53 Hic cum Cæſari ſcribens Athanaſius eidem ſuaderet, nullam eſſe debere Eccleſiæ Catholicæ cum hæreſi Chriſti impugnatrice communionem; tum demum, *commoto haud leviter Imperatore*, tempus obveniſſe arbitratus Euſebius quod cum Meletianis conſtituerat; litteras ad eos ſcribit, ut ſcelera ea de Athanaſio fingerent, quibus ſe adverſus Petrum, Achillam & Alexandrum exercuerant. Sed cum plurima captantibus nihil

recuſaſſet Athanaſius,

AUCTORE D. P. reperiretur ex ſententia Euſebianorum; per Iſionem, Eudæmonem & Callinicum crimen ementiuntur de veſtibus lineis, *ad uſum Eccleſiæ Alexandrinæ præſtandis*; quaſi Athanaſius canonem ejuſmodi tributi Ægyptiis induceret, & primus omnium exigeret. Sed id fruſtra fuit: Presbyteri enim ejus Apis & Macarius, qui ibi forte præſentes aderant, eos audiente Imperatore convicerunt de calumnia. Hic autem Iſionem condemnavit, Athanaſium vero ad ſe venire per litteras juſſit; *utique cogniturus cauſam Meletianorum, qui prohibitas ſibi ab Synodo Nicæna ordinationes præſumebant facere; idque ut ſibi per Imperatorem porro ticeret, importune inſtabant; Athanaſio contra nitente, & ſchiſmatis pernicioſi radices extirpandas ſuadente.*

hunc apud illum per Meletianos accuſant,

ſed fruſtra;

54 Re cognita, Euſebius Meletianis auctor eſt, ne ſe moveant loco, *id eſt Nicomedia, ubi reſidebat Imperator, ipſeque Epiſcopus totius machinæ motui præſidebat.* Ex ejus *porro* conſilio *Meletiani* rem apud Cæſarem novis criminibus tentant; accuſantes Macarium de calice, *qua de re pluribus agendum infra*; Athanaſio autem non quodvis crimen ſed quod maximum omnium eſt impoſuere, quaſi hoſtis Imperatoris, erumenam auri, cuidam Philumeno, *tyrannidem affectare inſimulato*, miſiſſet. Imperator autem Pſammathiæ, *quod Nicomedienſe ſuburbium erat, palatio inſigne*, cauſa audita; illos quidem ut calumnioſos rejecit; Athanaſium vero redeuntem in patriam, remiſit cum epiſtola ... populo Catholicæ per Alexandriam Eccleſiæ *ſcripta, qua & redarguit odioſe rixantes, & Athanaſium ipſis commendat, ut* virum Dei, *quem* idoneum neceſſariumque arbitratus *ſit* ut ipſis miniſter præeſſet in ſacris, veluti, cujus in tuenda æquitate ſedulitas, non indigna nec inepta noſtræ pacificæ religioni, bonum ſalutaris doctrinæ ſemper foveat.

Conſtantino illorum calumnias rejiciente,

1 p. 779

B

& Athanaſium laudatum remittente.

1 p. 781

55 His ita actis, cum aliquantiſper Meletiani quieviſſent, denuo infeſtius inſurgentes, conſilium inierunt, ut gratificarentur ſuarum operarum redemptoribus. Mareotis regio quædam Alexandrina eſt, ubi Meletius quondam ſchiſma inducere non potuit. Cum igitur ibi eccleſiæ certis in locis eſſent, & Presbyteri ſynaxes in eis celebrarent, ac populus in quiete eſſet; Iſchyras quidam, ut nequaquam Clericus, ita moribus improbiſſimus, conatus eſt ſui pagi incolas decipere, jactans ſeſe Clericum eſſe. Id ubi reſciviſſet ejus loci Presbyter, Athanaſio, tum Eccleſias perluſtranti, annuntiavit. Athanaſius igitur illum ipſum cum Macario Presbytero ablegavit, ad Iſchyram accerſendum. Quem cum morbo decumbentem in cubiculo inveniſſent, patri injunxere ut filio denuntiet, ne tale quid, quod de eo ferebatur, tentaret. Ille autem ubi à morbo ſurrexiſſet, & ab amicis atque adeo ſuomet patre coërceretur, ad Meletianos confugit. Qui, re cum Euſebio communicata, iſtiuſmodi calumniam compoſuerunt; calicem à Macario fractum, Arſenium autem Epiſcopum ab Athanaſio interfectum eſſe: Arſeniumque, ut calumnia ſuccederet, in abditis habent; quo, ſi nuſquam appareret, occiſus eſſe crederetur. Interim illi manum cujuſdam, tamquam ex ejus corpore reciſam, ad oſtentationem circumferre; Iſchyram, quem non noverant, ut Presbyterum celebrare; ut cum de calice loqueretur, auctoritate tituli commodior eſſet ad decipiendum.

C

& Athanaſii juſſu per Macarium coërcitus,

ad Euſebium confugit;

dein facti pœnitens, ad calumniam fingendam

56 Ob hæc cum Iſchyras reprehenderetur à ſuis, Athanaſium lamentabundus adiit, nihil quidquam inquiens tale factum eſſe à Macario, qualia jactabant: ſed ſe ſubornatum eſſe à Meletianis, ad iſtud flagitium comminiſcendum: quapropter iſta quoque ſcriptis protulit. Beato Papæ Athanaſio Iſchyras in Domino ſalutem. Quoniam acceſſi ad Te, Domine Epiſcope, volens de Eccleſia eſſe; tu vero objurgaſti me ob ea quæ antehac locutus ſum, quaſi ego ultro id feciſſem, ac non vi potius huc adactus eſſem; ideo hanc ſatisfactionem tibi ſcripto porrigendam putavi, ut cognoſceres mihi factam vim eſſe, etiam inflictis verberibus ab Iſaac & Heraclide, *(erant hi ſchiſmatis Meletiani, Iſaac Cleopatridos, & Heraclides Niciæ dicti Epiſcopi)* & Iſaac Letoïs, eorumque ſociis. Ego autem, Deum teſtem accipiens, pro excuſatione dico, me nullius eorum quæ illi à te facta jactitant conſcium eſſe, neque ullum calicem confractum ſcire, aut ſacram menſam ſubverſam; meque ad omnia iſta conteſtanda ipſorum violentia eſſe adactum. Hæc igitur excuſavi & ſcripto tradidi, ... in præſentia Presbyterorum, Ammonis Dicellæ, Heraclidæ Paſci, Bocconis Chenebri, Achillæ Myrſenes, Didymi Taphoſiris, & Juſti à Bomotheo; tum Pauli, Petri & Olympii, Diaconorum Alexandrinorum; Mareoticorum vero Olympii, Ammonii, Piſti, Demetrii & Gaii. Hæc cum ita ſcripſiſſet Iſchyras, rurſum nihilominus eamdem accuſationem jactitant adverſarii, remque ad Conſtantinum Imperatorem deferunt.

D

1 p. 781

fatetur ſe coactum à Meletianis.

E

CAPUT V.

Calumnia de Arſenio Epiſcopo occiſo per Athanaſium, & judicium hac de cauſa Tyri conſtitutum.

Accuſatur Sanctus de occiſo Arſenio:

57 *Quæ præcedenti capite de Iſchyra, ipſius Athanaſii verbis deducta dedimus; accuratius etiam refutata exhibebimus, una cum criminibus ceteris, ad judicium poſtea Tyri deductis: nunc de Arſenii cæde, quomodo hæc quoq; jam pridem fuerit falſitatis convicta, declarat in hunc modum Athanaſius.* Audierat jam antea Pſammathiæ exiſtens Imperator de calice, cum nos quoque præſentes ibidem eſſemus; quapropter repudiata adverſariorum ſycophantia, Antiochiam litteras ad Dalmatium Cenſorem miſit, ut cognoſceret de cauſa homicidii. Cenſor igitur perſcribit ut pararem me ad criminis defenſionem. Ego autem litteris acceptis, principio ejus rei nullam curam ſumpſi, eo quod mihi conſcius eſſem, nihil veri ab adverſariis dici: ſed tamen quia Imperator commotus erat, certiores ejus rei facio Conſacerdotes per Ægyptum; & Diaconum amando, qui de Arſenio cognoſceret, quem intra quinque vel ſex annos prorſus non videram.

1 p. 782

F

ſed hic invenitur vivus,

58 Is, ut compendio loquar, primum quidem in Ægypto dum ibi occultaretur, repertus eſt; poſtmodum eumdem Tyri ſe abſtrudentem noſtri invenerunt: &, quod mireris, repertus deprehenſuſque noluit agnoſcere ſe Arſenium eſſe, niſi in judicio à Paulo ejus loci Epiſcopo convictus: ab eo enim tempore, pudore impeditus, ſeipſum negare non eſt auſus. Id autem ideo faciebat, quod pacta Euſebio ſervata cuperet, ne ſe reperto argumentum fabulæ diſſolveretur. Nec fefellit eum opinio ſua. Cum enim ſcripſiſſem Cæſari Arſenium repertum eſſe, & in memoriam revocaſſe quæ de Macario Pſammathiæ audierat; inhibuit judicium Cenſoris; litteraſque miſit, quibus calumnias in nos conjectas improbabat; Euſebianoſque, ad ſe in Orientem venientes contra nos, re infecta abire juſſit.... Jam vero Arſenium ideo occultatum fuiſſe, ut cædem veroſimilem facerent, teſtantur ejus familiares; quorum unus Pinnes, reperto tandem poſt longam veſtigationem Arſenio, in hunc modum ſcripſit ad Joannem *ſucceſſorem Meletii, totius factionis caput, &* ſycophantiæ hujus auctorem.

1 p. 783

cum à Meletianis fruſtra fuiſſet occultatus,

1 p. 784

59 Dilecto Patri Joanni Pinnes, Presbyter Monaſterii

A Monaſterii Ptemengyrceos in nomo Antipolita, ſalutem. Scire te volumus, Athanaſium miſiſſe in Thebaidem Diaconum ſuum, ut omnia ſeruraretur, ad Arſenium quærendum. Primum autem obvii repertique Pecyſius Presbyter, Silvanus Eliæ frater, & Paulus monachus Hypſeles, confeſſi ſunt eum apud nos eſſe. Id cum reſciviſſemus, curavimus illum in navim conjici, ut ad partes inferiores cum Elia monacho aveheretur. Non ita diu poſt Diaconus, cùm nonnullis ſuperveniens & Arſenium quærens, in noſtrum Monaſterium irruit: verum illum, ablegatum jam ad partes inferiores, quemadmodum dixi, non invenerunt; me autem, cum monacho Elia, qui Arſenium avexerat, ſecum Alexandriam deportarunt, Ducique nos obtulerunt. Ibi mihi minime licuit inficias ire, ſed confeſſus ſum eum vivere & interfectũ non eſſe: eadem quoque monachus, qui eum avexerat faſſus eſt. Hæc ideo tibi ſignificavi, Pater, ut ſcires, Athanaſium tibi accuſandum non eſſe ... res enim innotuit univerſæ Ægypto, neque celari poteſt.

ut ex ipſorũ met litteris conſtitit.

1 p. 785

60 Scripta porro Imperatoris, de Arſenio incolumi reperto admoniti, iſta ſunt. Victor Conſtantinus, B Maximus, Auguſtus. Papæ Athanaſio. Litteris tuæ prudentiæ perlectis in eam veni ſententiam, ut putarem te ſcriptis noſtris adhortandum, ut populum Dei ad modeſtiam induceres: meo enim in animo hæc inter præcipua habeo, ut & veritatem colam, & in mente juſtitiam ſemper conſervem; iiſque potiſſimum gaudeam, qui recta vitæ via incedunt. De iſtis autem omni execratione dignis Meletianis, immanibus inquam & nefariis hominibus, qui veſania correpti ſtupent, & ſolummodo invidia, æmulatione ac tumultibus ad ſcelera moventur, nefariam ſuam mentem declarantes, hoc ſolum dixerim: Vides eos homines, quos ipſi ferro interfectos ajebant, in medio verſari & vita frui. Nam quod præjudicium eorum criminationibus poſſit opponi deterius, quodque tam clare eorum cauſam oneret? .... Jam cum in hoc negotio tanta fuerit malitiæ eorum importunitas, certum habeant me ita decreviſſe atque hujus eſſe ſententiæ; ſi quid tale iterum moverint, non pro more Eccleſiarum, ſed juxta leges publicas, me meapte opera cauſæ cognitionem ſuſcepturum; ac deinde cognoſcent, ſe non ſolum humani generis, ſed divinæ etiam doctrinæ latrones eſſe. Deus te ſervet, Frater dilecte.

Itaque ſecurum eſſe Athanaſium Imperator jubens,

calumniatores redarguit:

1 p. 786

61 Ut autem magis oſtenderetur ſycophantarum C improbitas, ecce etiam Arſenius ſcripſit poſtquam inventus eſt, cum aliquamdiu latuiſſet. Quemadmodum enim Iſchyras litteris confeſſus eſt ſuam calumniam, ita Arſenii litteræ evidentius illorum perverſitatem coarguunt, *dum ſcilicet declarant quam ipſe ac ſui Hypſelitæ, quibus Meletianas partes olim ſecutis ipſe Epiſcopus præerat, communionem averſarentur eorum, qui ſe ab Athanaſio ſeparârant.* Et nos quoque, *inquiunt ipſe & Presbyteri ac Diaconi ſui*, diligentes pacem & unanimitatem cum Eccleſia Catholica, cujus tu per Dei gratiam Præſul es, volentesque eccleſiaſtico canoni pro veteri inſtituto ſubjici, ſcribimus tibi, Papa dilecte, promittimuſque in nomine Domini nos deinceps non communicaturos cum ſchiſmaticis ... neque citra tuam Metropolitæ noſtri ſententiam ullum de Epiſcopis aut alio dogmate communi & eccleſiaſtico decretum editũros, ſed ceſſuros canonibus ante ſuſceptis .... Præterea obſecramus tuam humanitatem, ut nobis quam primum reſcribas, & de nobis ad noſtros in ſacris collegas, indiceſque eis nos jam ſtare priſtinis decretis, pacemque agere cum catholica Eccleſia, & regionum iſtarum Epiſcopis conjunctos eſſe; credimuſque tuis precibus, & gratis & efficacibus apud Deum, iſtam pacem firmam indiſſolubilemque perpetuo futuram....

ſcribit deinde etiam ipſe Arſenius,

1 p. 787

Athanaſii communionẽ ambiens:

62 Majus autem & liquidius argumentum, nos calumniis impetitos fuiſſe, Joannis pœnitentia demonſtrat, cujus teſtis fuit ipſe, Deo gratioſiſſimæ & beatæ memoriæ Imperator, Conſtantinus. Qui cum ſciret qualia crimina ad ſe Joannes detuliſſet, litteraſque ejuſdem jam pœnitentis accepiſſet, in hunc modum ſcripſit. Ex animo mihi gratæ fuerunt tuæ prudentiæ litteræ: inde enim didici, quod maxime deſiderabam ſcire, te omnem depoſuiſſe puſillanimitatem, & cum Eccleſia (ut par erat) communicaſſe, & cum Athanaſio Epiſcopo quam maxime reverendo in concordiam veniſſe. Certum igitur habeas te à nobis propter iſta collaudari .... *His ita geſtis accidit ut Athanaſius Alexandro Theſſalonicenſi Epiſcopo ſcriberet, & ſuum Serapionem, latorem epiſtolæ, eidem laudaret ac commendaret: cui reſcribens Alexander, hoc inſuper adjecit;* Dilectus noſter Condiaconus Macarius exhilaravit me, Conſtantinopoli ſcribens, quomodo ſycophanta Archap (qui & Joannes, *teſte Athanaſio*) convictus eſt vivum hominem, veluti interfectum, apud omnes prædicaſſe. *Quod Alexandri iſtius teſtimonium, propter ſummam viri* E *auctoritatem, ſuo etiam Syllogo Athanaſius inſeruit.*

AUCTORE D. P.

idem facit Joannes Meletian. factionis caput,

& factum gratulatur Alexander Theſſalon.

1 p. 785

63 *Ita, faciente Deo ex tentatione proventum, ad aberrantium reductionem & diſſidentium reconciliationem converſa eſt machina, ab Euſebianis contra Athanaſium parata. Nam licet Iſchyras numeribus & promiſſis, ad calumnias jam recantatas iterandum, ſeductus eſt ab Euſebianis:* ejus *tamen*, cognati, *quibus ſolis perſuaſerat ſe Presbyterum eſſe, fraude detecta*, catholicæ communioni ſemper conjuncti manſere, non facturi ſcilicet, ſi vel tantillum injuriæ accepiſſent à nobis, *inquiunt Alexandrini Patres. Arſenius non modo non rediit ad Euſebianos, neque ſubſcripſit condemnationi Athanaſii (quod tamen aſſenſit Socrates lib. 1 cap. 21, merito addens* prope incredibile videri poſſe, ut cui ferebatur ab Athanaſio illata mors, hic eumdem abdicarit vivus) *ſed perſeveravit in communione & amicitia Athanaſii conſtans, prout teſtantur prædicti Alexandrini Patres, anno poſt hac quarto, Chriſti* CCCXXXIX. *Papa etiam Iulius in epiſtola, anno* CCCXLI *ſcripta, hoc idem confirmat. Denique invenitur ſubſcriptus Concilio Sardicenſi, quaſi Deus eum ideo voluiſſet vivere diutius, ut hominum oculis quotidianum teſtimonium daret turpiſſimæ calumniæ, ab Euſebianis contra Athanaſium ita impudenter reproductæ Tyri, quando nemo erat in Ægypto quin ejus falſitatem jam noſſet.*

ſed Iſchyras non manſit in fide: manſit Arſenius,

1 p. 735

64 *Ceterum in hac quoq; de Arſenio hiſtoria, per vulgi ora decurrente, non nihil immutaſſe, ut aſſolet, reperitur fama. Sunt enim qui narrent, Arſenium, de quo tantus ubique* F *ſermo fuit, ſolum ad Lectoris gradum in Alexandrina promotum Eccleſia, cum ob enorme quoddam flagitium juſtas ab Athanaſio pœnas formidans, fuga ſeſe proripuiſſet, neque crederetur in conſpectum hominum facile ſe daturus propter turpitudinem criminis, opportunum viſum cui cædes & manus exectio adſcriberentur: Nihilominus fallitur loco præcitato Socrates, quando dicit mera curioſitate ductum Arſenium, tempore judicii de Athanaſio inſtituti adveniſſe Tyrum, & ab Archelai Conſularis famulis deprehenſum in taberna, ab ipſo Archelao conquiſitum concluſumque, & à Paulo Tyri Epiſcopo convictum, oblatum eſſe Athanaſio. Iam enim vidimus ipſum à prædicto Paulo convictum eſſe, non quomodocumque, ſed in judicio: quale ſi anno* CCCXXXV *fuiſſet Tyri exercitum, non potuiſſet Arſenii præſentia Euſebianos latuiſſe.*

de quo alia minus verè ſparſa fuerunt.

1 p. 788

65 *Quid autem Ioannes? Cito ad ingenium rediit. Nam* cum ipſe ſuam de calice confracto ſycophantiam agnoviſſet, ac proinde in communionem eſſet à nobis receptus, *inquiunt Alexandrini præcitati*, animadvertens Euſebianos ſtudiis animiſque cum Meletianis coire, communemque factionem alere; ita tamen ut illos propalam adjuvare nollent, ſed alias ad id perſonas rerumque prætextus quærerent;

quorum ſuaſu Imperator Concilium instituens,

AUCTORE D. P. obtulit illis ſuam veluti in ſcena hiſtrionicâ operam, ad eam fabulam agendam cujus argumentum erat, Arianorum agon; primæ autem partes dramatis, Arianorum ſucceſſus; aſſutela vero appendix, Joannes cum ſuis gregalibus; ut Arianorum ſtudioſi, ſub iſtiuſmodi occaſione & ſpecie judicii, adverſarios impietatis è medio tollerent, & impietatem loco religionis inducerent, Arianoſque in Eccleſiis collocarent.

66 *Etenim* Meletianis; *ita ut ſupra dictum eſt* cum
1 p.788 pudore digreſſis, *inquit ipſe in Syllogo Sanctus*, ne ita quidem Euſebiani quieſcere potuerunt; eo quod
quorum ſuaſu Imperator Concilium indicens, ipſis non Meletiani, ſed Ariani curę eſſent: veritiq; ne Meletianis conquieſcentibus, deſtituerentur hujuſmodi calumniæ hiſtrionibus, denuo eos exaſperant in Athanaſium, iterum indicendam Tyri Synodum Imperatori perſuadentes. *Nam Cæſaream Palæſtinæ (ubi Epiſcopum agebat Euſebius, & alter Euſebius Nicomedienſis poterat omnia) venire Sanctus recuſaverat. Sed*
cogit Tyrum accedere Athanaſium, *nec Tyri quidem, quo ad habendam Synodum* miſſus eſt Comes Dionyſius, Euſebianiſque præſidium militare additum, *comparuiſſet Athanaſius; niſi ſeveris ab*
B *Imperatore mandatis* ſcriptum *eſſet*, ut adſit; atque adeo neceſſitas veniendi adjuncta, ut niſi veniret adduceretur invitus. *Venit igitur cum Epiſcopis Ægyptiis quadraginta novem, ad ſui Metropolitæ innocentiam laborantemque cum eo fidei orthodoxæ veritatem ſuſtinendam, inter ſe & cum illo conjunctiſſimus.*

67 *Ex Epiſtola, quam, durante adhuc conciliabulo,*
1 p.795 *Presbyteri ac Diaconi Mareotici dederunt*, Conſulibus, Julio Conſtantio Illuſtriſſimo Patricio, fratre Religioſiſſimi Conſtantini Auguſti; & Ruffino Albino;
anno 335. clariſſimis & Deo gratiſſimis viris; *Ex hac, inquam, epiſtola conſtare poteſt, anno Chriſtianæ æræ* CCCXXXV *actam eſſe tragœdiam, quam enarrare aggredimur, & ipſo an.* XXX *Conſtantini Imperatoris; per occaſionem ſcilicet Epiſcoporum, ex toto Oriente invitatorum ad dedicationem Hieroſolymitanæ eccleſiæ, proximo Septembri, qui Græcis inchoaturus erat annum* CCCXXXVI, *celebrandam. Nempe id agebant*
occaſione dedicationis Hieroſolymitanæ: *Euſebiani, ut Athanaſii ſubverſio, quam moliebantur, eo præcipitaretur magis, quod veluti parergon hoc erat Epiſcopis alio feſtinantibus; tanto tamen evaderet celebrior notiorque, & juſtior, etiam videretur, quo major erat numerus judicantium. Hos cum Socrates ſexaginta fuiſſe dicit,*
apparet de iis ſolis eum agere, qui ex parte Euſebii convenerant nominatim appellati: nam vel ex ſola Ægypto, ut
C *diximus, aderant cum Athanaſio quadraginta novem, ut de aliis aliarum regionum taceam.*

68 *Verum, ut Alexandrini Concilii verbis, utar*, qua
1 p.728 fronte talis conventus appellari poteſt Synodus, cui Comes præſedit? ubi ſpiculator apparebat? ubi
ubi nulla ſervata eſt forma judicii eccleſiaſtici. Commentarienſis, loco Diaconorum eccleſiæ, introducebat adventantes? ubi Comes verba faciebat, ceteri præſentes in ſilentio erant, vel potius Comiti obſequium ſuum accommodabant? ubi quod communiter Epiſcopis placuit ab illo impediebatur? Ille imperio utebatur, Epiſcopi à militibus ducebantur; vel potius juſſis Euſebianorum ſententiiſque ipſe Comes inſerviebat. In ſumma, quæ ſpecies ibi Synodi, ubi vel cædes vel exilium, ſi Cæſari placuiſſet, conſtituebatur? .... Si veluti Epiſcopi ſeſe judices volebant eſſe, quid opus erat vel Comite vel militibus, aut edictis ad coëundum Imperialibus? Quod ſi Cæſare indigebant, & ab eo voluerunt robur accipere acta ſua, quo jure ipſi judicium Cæſaris irritum fecerunt? aut qua de cauſa, cum Cæſar Meletianos pronuntiarit ſcriptis calumniatores eſſe & nefarios, ob cædem de vivo homine confictam, Athanaſium vero innocentiſſimum; ipſi Meletianos verum dicere, & Athanaſium reum eſſe definiunt?

D

CAPUT VI.

Publicâ refutatio columniarum, Athanaſio coram judicibus objectarum.

69 SI quid in accuſando Athanaſio actum ſit quę- 1 p.728
ras, admiratione longe maxima capiaris neceſſe eſt, *inquiunt Alexandrini Patres: ſed dum ad atro-* *Mulier ſuaſu pri accuſans Athanaſiũ,*
ciora properant crimina, prætermittunt comœdiam, in ipſo accuſationis exordio actam, quam Ruffinus lib. 11 *cap.* 17, *ex eoque Theodoretus & Sozomenus narrant. Verba Ruffini hæc ſunt*: Prima introducitur accuſatio mulieris cujuſdam, quæ ſe diceret aliquando hoſpitio Athanaſium recepiſſe, & ab eo noctu, nihil ſuſpicantem, vim corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hoc jubetur Athanaſius: ingreditur cum Timotheo ſuo, eumque monet, ut poſteaquam mulier dicendi finem feciſſet, ſe tacente, ipſe ad ea quæ dixerat reſponderet. Cumque mulier ea quæ docta fuerat
convincitur eum ne noſſe quidem. peroraſſet; Timotheus converſus ad eam, Vere, inquit, mulier, ego manſi apud te aliquando? aut vim tibi, ut aſſeris, feci? Tunc illa, ut mulierum talium procacitas ſe habet, objurgans Timotheum, Tu, tu, inquit, mihi vim feciſti, tu in illo loco commaculaſti
E caſtitatem meam: ſimul & converſa ad Judices, obteſtari fidem Dei cœpit, vera ſe dicere. Tunc omnes ridiculoſus pudor habere cœpit: quod tam facile, tacente eo, factio compoſiti criminis patuiſſet: nec tamen permiſſi ſunt Judices habere de muliere quæſtionem, unde hæc, per quos, aut quomodo fuiſſet compacta calumnia: quoniam judicandi liberras penes accuſatores erat.

70 *Parum eſt in Alexandrinorum, quam dixi, pro Athanaſio epiſtola hoc tam ſplendidum confuſionis publicæ argumentum taceri: nec ipſe quidem Athanaſius ejus uſpiam meminit, uti nec plurium aliarum minoris celebritatis accuſationum, quarum aliquas Sozomenus lib.* 2 *cap.* 24 *ſic refert:* *Plures alii de vi ſibi ab eo illata queruntur,* Callinicus Epiſcopus & Iſchyrion quidam ex factione Joannis (*Iſchyras hic eſt aliis ipſiq; Athanaſio*) accuſaverunt Sanctum, quod calicem myſticum confregerat, quodq; thronum Epiſcopalem diſturbarat; & ipſum Iſchyrionem, qui erat Presbyter ſæpe in carcerem concluſerat: quin etiam quod nomine ipſius ad Hyginum Ægypti præfectum falſo delato, quaſi lapides in ſtatuam Imperatoris conjeciſſet, vinculis conſtringendum curaverat. Itemque quod Callinicũ,
F Epiſcopum eccleſiæ Catholicæ quæ eſt in Peluſio & conventus cum Alexandro agere ſolitum, abdicarit, nolens communicare cum ipſo, niſi perſuaderi ſibi ſineret, de fractione myſtici poculi crimen eſſe falſum. Præterea quod Marco cuidam, qui fuerat Presbyterio abdicatus, Eccleſiæ Peluſiacæ gubernationem commiſerat; ipſumque Callinicum à militibus cuſtodiri, verberibus cædi, & in judicium adduci effecerat. Porro Euplus, Pacomius, Iſaac, Achilles & Hermęon, factionis Joannis, illum inſimularunt, quod ab eo vapularant.

71 Denique omnes communiter ei objectabant, *de ordinatione ejus ſubreptitia,* quod quorumdã perjurio ad Epiſcopatum aſcenderat; idque cum omnes Epiſcopi aſſeveraſſent, neminẽ debere prius ordinari quã crimina ſibi illata diluerit; ſeq; ita in fraudem inductos, propterea ab ejus communione abſtinuiſſe. Eum autem dedignatum eſſe cauſam ſuam perſuadendo obtinere; ſed vi cogendo homines & in vincula conjiciendo, ſuam in ſententiam perducere conatum. Ad hæc crimen de Arſenio renovatum eſt: &, uti evenire ſolet in inſidiis quæ de induſtria tenduntur hominibus, illi qui putabantur ejus amici eſſe, ex improviſo accuſatores extiterunt: quin etiam tabulæ legebantur, in quibus ſcriptæ *& à populo improbata;* erant vociferationes populi contra eum, perinde quaſi plebs Alexandrina propter eũ ad conventus in Eccleſia

A Ecclesia agendos venire renuisset. Athanasius autem jussus pro se respondere, sæpe in judicium ingressus, criminum sibi objectorum alia diluit, de aliis diem ad deliberandum postulavit. Pendebat autem animi magnopere, cum videret & accusatores ad Judicum nutum ac voluntatem sese accommodare, & multos contra se testes, partim ex Arianis, partim ex Meletianis, comparatos esse; & calumniatores, licet crimina falsa, quæ ipse refutaverat, retulissent, veniam tamen impetrasse.

deque aliis multis;

72 *Hæc Sozomenus: qui cum & de muliere & de Arsenio objecta exposuisset,* credo, *inquit*, eorum prius in Actis Concilii ideo non extare, quod res tam turpis tamque ridicula non esset in tabulas referenda: *& ego credo, quia relata non erat, ideo minus dignam Athanasio visam cujus nominatim meminisset; uti nec aliorum minus pertinaciter ventilatorum criminum uspiam meminit;* 1 p. 788 *quæ Episcoporum suorum testimonio confutat Athanasius:* *hoc unum in genere respondere contentus.* Sunt ex Ægypto & Libya & Pentapoli Episcopi propemodum centum, quorum nemo nos insimulavit, neque Presbyter ullus conquestus est, neque quispiam nobis ex populo obtrectavit. Sed Meletiani, à Petro ejecti, & Ariani, sic inter se partiti insidias sunt, ut isti accusationem, illi officium judicandi sibi vendicarent. *Quomodo Ægypti Episcopi diluerint vitium Ordinationi S. Athanasii objectum jam supra vidimus: circa Arsenium quomodo acta res sit, placet iterum ex Ruffino audire.*

B

& Arseniũ, cujus occisi manus ostentabatur,

73 Profertur facinus, seculis inauditum. Ecce, inquiunt, ubi nemo possit verborum præstigiis decipere: oculis res agitur: verbis cessantibus, brachium hoc te, ajunt, Athanasi, accusat excisum: hæc est Arsenii dextera, quam tu, quomodo & ad quos usus exciderit, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, vestrûm Arsenium noverat, ut hanc ipsius dexteram esse cognoscatis. Exsurrexerunt aliquanti, qui se dicerent optime scire Arsenium, in quibus nonnulli erant absque conscientia factionis. Orat dehinc Athanasius à Judicibus, ut hominem suum, quem negotium deposceret, jubeant introduci. Cumque introductus esset Arsenius, elevato ejus vultu, Athanasius Concilio & Judicibus ait, Hic est Arsenius: & allevans ejus nihilominus dexteram, Hæc est, inquit dextera ejus, hæc est & sinistra: hæc autem, quam isti offerunt, manus unde sit, vos requirite. Tunc velut nox quædam & tenebræ accusatorum oculis infusæ: quid agerent, quo se verterent ignorabant: ipsum etenim Arsenium testes, qui paulo antè scire se dixerant, confirmabant. Verum, quia non judicandi sed opprimendi hominis causa Concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur: magum esse Athanasium, nec debere ultra talem hominem vivere: factoque impetu suis eum discerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui cum ceteris ex præcepto Imperatoris Concilio præsidebat, ereptum eum de discerpentium manibus per occultos exitus eduxit.

vivum ac sanum judicibus sistit.

C

qui cum non tunc primum sese aperuerit,

74 *Ast quomodo Tyri, in eo temporis articulo, inventus est productusque Arsenius? Rem nusquam distincte & fideliter satis explicatam invenias. Nam ubi dicitur fama judicii suæ causa faciendi motus, clam se stitisse Athanasio, facturus quidquid juberetur; ibidem adjunguntur circumstantiæ certo falsæ, quod Lector ordinatus ab Athanasio, ne pœnas flagitii probrosi sustineret fuga & latebris sibi consuluerit, donec viri sancti discrimen evidens compulisset rursus venire in lucem. Verum jam pridem convicta erat calumnia, constiteratque Arsenium vivere, tum confessione Pinnis qui eum absconderat, tum ipsiusmet adductione ad Episcopum Tyri;* 1 p. 729 *deinde cum* sibi de *Catholica* communione placens, *ut loquuntur Alexandrini*, neque aliunde testimonia expectans ut vivus esse doceretur, ipse sese confessus est vivere, litteris ad Athanasium perscriptis: *quibus & Imperatori probata fuit calumniæ falsitas.*

Cur igitur, inquies, cum aliis Ægypti Episcopis quadraginta AUCTORE D. P. *novem, hanc quoque secum Athanasius non duxit, futurum innocentiæ suæ testimonium evidens?*

75 *Equidem existimo Meletianos, numquam ausuros fuisse rursum hanc causam suscitare, nisi iterum in potestate habuissent Arsenium. Quod indicare mihi videntur Patres Alexandrini, cum ajunt:* Nec puduit impios, hominem tanta intercapedine locorum & itineribus terra marique disjunctum, ab Athanasio occisum comminisci, cujus per illa tempora locus, ubi agebat, nemini mortalium cognitus erat; adeo ille, nullo dum attactus malo ab accusatoribus celabatur: quem, quoad licuit, in alium orbem transtulerant, occisuri eum libenter, ut vel homine vere extincto Athanasium convictum occidere vere possent. Sed divinæ hic providentiæ gratiæ agendæ, quæ nihil injusti invalescere finit, Arseniumque sub oculis omnium produxit, dilucide sua præsentia calumnias eorum & figmenta retegentem. *Ex quibus nobis verosimile fit, Arsenium divino miraculo aut industria sua elapsum è custodia, clam omnibus adveniisse Tyrum, & ab Athanasio tantisper occultatum fuisse, donec ipsummet sistendum judicibus opportunitas causæ & temporis suaderent.*

videtur ex iterata custodia elapsus

rursus Tyrum advenisse.

76 Sed hoc nihil Athanasio profuit, *inquit Ruffinus*, quin oppressus calumnia, quasi verus homicida, in exilium denique ageretur. *Cum autem diutius postea in vivis permanens Arsenius, præstigiarum opinionem sua nimis quam certissima vita dilueret; tum Ariani ad excusandos Meletianos, ne omnino sine fundamento viderentur suscepisse accusationem homicidii,* satis fore crediderunt, si dicerent, Plusianum, unum ex Episcopis qui Athanasio parebant, mandato ejus Arsenii domum incendisse, ipsum alligasse ad columnam, loris verberasse, in ædiculam denique compegisse; at Arsenium per fenestram inde aufugisse, cumque esset conquirendus aliquamdiu abditum delituisse; & quia non comparebat, hominibus opinionem fuisse non sine causa allatam, eum mortem obiisse: quam ob causam Episcopi qui partibus Joannis favebant, illum ut virum illustrem & Confessorem quæsierint, remque detulerint ad magistratus. *Ita ex postmodum fabricatis Arianorum excusationibus Sozomenus; quæ quam falsò fingerentur, palam facere volentes Episcopi Ægypti, Arsenius, inquiunt,* nos nequaquam aversatur ut interfectores suos, aut ut injuriosos odit (nihil enim mali à nobis passus est) sed nostræ communionis avidus, in nostro grege conversari cupit, quod ipsius scripta declarant. 1 p. 729

E

Quid postea finxerint Ariani tam de Arsenio,

F

77 *Extat à Iacobo Gothofredo editum in lucem peculiare opusculum Photii, in ejus Bibliotheca hactenus desideratum, quo in epitomen contracti habentur libri duodecim historiæ ecclesiasticæ, per Philostorgium Cappadocem hominem hæreticum compilatæ, à Constantini magni Ariique initiis, ad sua, id est Theodosii Iunioris, usque tempora; ubi jam dictus Photius, inter cetera* quæ Philopseudes Cacostorgius de S. Athanasio portentose narrat, *lib. 2 num. 12 calumniam de muliere sic invertisse illum ait, quasi ipsa ab Athanasio in Eusebium conducta fuerit, ut ab eo se impregnatam profiteretur: cumque de adultero suo, num eum nosset, per ipsummet Eusebium esset interrogata, ita incongrue respondisse, ut* veritate incipiente nudari, Eusebius omni calumnia potior apparuerit; Athanasius vero non modo non evitarit crimen ordinationis illegitimæ, sed contra dupliciter reus convictus fuerit de calumnia.

quam de muliere,

78 *Nempe pari fide antea n.* 11, impium istud mendacii instrumentum *scripserat, Alexandro mortuo variantibus aliquamdiu suffragiis,* Athanasium circa noctem obscuram, in ecclesiam quæ vocabatur Dionysii concessisse; occlusisque firmissime portis, à duobus quibusdam Ægyptiis ibi repertis ordinationem suam extorsisse, de eaque, velut communi civitatis consensu

& ordinatione Athanasii.

AUCTORE G. H.

facta ſcripſiſſe Imperatori; qui fraude illa deceptus, poſſeſſionem Sedis confirmarit Athanaſio, licet eum præſens Epiſcoporum caterva anathemati ſubjeciſſet. *Ita nihil penſi habent heretici, ad factionis ſuæ tegendæ probra, cumulare mendaciis mendacia, quod in ſequentibus dilucidius etiam apparebit.*

CAPUT VII.

Reſumitur calumnia de calice apud Iſchyram fracto, eique probandæ delegantur in Mareoten adverſariorum ſuſpectiſſimi.

79 *QVod attinet ad crimen myſtici poculi à Macario comminuti, propter quod Tyrum is adductus in vinculis erat, & Athanaſius agebatur reus; cum ipſemet Athanaſius in Syllogo dicat, quod* tota conſpiratio in fingendo ſcelere ex litteris Ægyptiorum
1 p.788 Epiſcoporum cognoſci poterit; *juvat eorumdem verbis uti, & pro aliis quæ identidem allegantur ſcriptis originaliter integreque legendis, dimittere lectorem ad dictum Syllogum, cui & iſtæ litteræ, & aliæ plurimæ ad Athanaſii expurgationem pertinentes, verbotenus inſeruntur.* Meletiani ſunt, *inquiunt*, qui hic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, utpote ſchiſmatici & hoſtes Eccleſiæ; neque ii novi aut recentes, ſed vetuſti jam olim à temporibus B. Petri Epiſcopi & Martyris, cui inſidias poſuerunt; & Achillæ ejus ſucceſſoris, quem calumniati ſunt; & Alexandri, quem uſque ad tribunalia Cæſaris accuſando perſecuti; & poſtremo ita meditandis criminibus exercitati, Athanaſium invaſerunt, nihil alienum à ſua malitia faciens ... quorum calumniæ antea inefficaces, nunc demum ſucceſſum habuere, ex quo Euſebianos; in gratiam Arianæ impietatis, ſocios & patronos adepti ſunt, pro qua tuenda, ut in multos alios Epiſcopos, ita quoque in Athanaſium accuſationes faciunt.

Crimen hoc refutat Synodus Alexandrina, 1 p.731

B

declarans malam fidem Meletianorum,

80 Atqui locus ille in quo confractum poculum jactirant, eccleſia non erat; nec quiſquam Presbyterorum eo loco vicinus; nec dies, qua id factum à Macario volunt, Dominica. Cum igitur neque eccleſia ibi eſſet, neque qui ſacra faceret, neque dies hoc ipſum exigeret; quale, aut quando, aut ubi myſticum illud poculum fractum eſt? Pocula multa paſſim in ædibus atque adeo in medio foro haberi,
1 p. 732 nemini dubium eſt, quæ colliſa collidentem non impiant: myſticum autem poculum, quod impium reddit eum qui id ultro frangit, nuſquam niſi apud legitimos Eccleſiæ Præſides invenias .... Presbyter autem, qui fingitur adfuiſſe, eſt ille toties rumoribus jactatus Iſchyras, qui neque ab Eccleſia ordinatus eſt Presbyter; neque, cum à Meletio conſtitutos Presbyteros Alexander in eccleſiam recipiebat, in eorum numero unquam habitus fuit. Quo pacto igitur Presbyter Iſchyras, aut quo tandem auctore conſtitutus? Numquid ſcilicet à Colutho? id enim reſtat. Atqui Coluthum in gradu Presbyterii mortuum, omneſque ab eo ordinatos in laïcorum ordinem eſſe redactos, adeo apud omnes conſtat, ut nemo de ea re dubitandum putet. Quomodo igitur homo privatus, & privatas ædes inhabitans, poculum myſticum ſibi concreditum habuit?

& quam falſo Iſchyras diceretur habuiſſe ſacrum calycem,

ac Presbyter eſſe,

C

licet ei poſtea eccleſia exſtructa ſit.

81 Sed illi hominem privatum, appellant Presbyterum; & in noſtram injuriam, hoc nomen illi indiderunt; eidemque pro mercede calumniarum, ædificandæ eccleſiæ poteſtatem conciliarunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit eccleſiam, nunc ad compenſationem ſceleris obſequiique in accuſando præſtiti, eccleſiam accepit, forſitan etiam Epiſcopatu donandus: id enim paſſim jactat & minitans fremit. Talia, pro dolor! præmia per Epiſcopos accuſatoribus & ſycophantis deferuntur. Neque id immerito: quem enim adminiſtrum ſuæ libidinis habuere, eum, ut rerum conſiliorumque ſocium, conſimili Epiſcopatu dignum habuere ..... Impares tamen veritati, quamquam ſe modis omnibus communierant, eo quod Iſchyras Tyri pro calumniatore habitus nihil probare poſſet, & ipſa calumnia ſuâ vanitate corrueret, judicium cauſæ ſuſpenſum voluere, donec de probationibus conſtaret. Promittunt igitur ſe aliquos ex ſuis Mareotim amandaturos, qui rem curioſe ſcrutarentur: de quibus è veſtigio vos docuimus, quod multis de cauſis eſſent rejiciendi; inprimis quod & Ariani eſſent, & propter Arianiſmum nobis propalam infenſi.

D

1 p.733

Miſſi nihilominus qui rem examinarent,

82 Verum illi, potentia magiſtratuum freti, clam emittunt Diognium, Marim, Theodorum, Macedonium, annis ingeniiſque putidos & venales: his addunt duos, ætate ac moribus juniores, Urſacium & Valentem, homines Pannonios, qui ab ultimis illis finibus Tyrum profecti ſunt, ut ſententiam in adverſarium dicerent; & poſt tantum itineris, è Tyro Alexandriam contenderunt, nullo cum pudore quod ſe ex judicibus teſtes facerent: quin potius, omnibus inſidiandi rationibus propalam ſuſceptis, quoſvis labores itineraque ſubiere, ut calumniam ſemel inchoatam abſolverent. Hoſtes ergo Athanaſii, Athanaſio peregre detento, Alexandriam, in populum eccleſiamque debacchaturi, contendunt: imo, quod abſurdius eſt, Iſchyra accuſatore ſecum adducto, accuſatum Macarium non permiſerunt ſequi; ſed Tyri captivum reliquerunt, quem antea ſub ejuſdem criminis prætextu ſurſum deorſumque raptaverant.

& quidem maxime ſuſpecti

E

83 *Contra dicebat Athanaſius*, ſupervacaneam eſſe 1 p.790
Mareoticam legationem; neve ſimularent, quaſi de iis quæ jam pridem meditati eſſent, nondum ſatis diſſeruiſſent; neve dilationes quærerent, cum quæ ſe deprehendere poſſe ſperaverant, omnia jam in medium protuliſſent; ac proinde ipſos, rebus deſtitutos, tergiverſationes aucupari. Quod ſi omnino Mareotica legatio neceſſaria videretur, ne ſaltem homines ſuſpectos eo mitterent. Comes igitur, quantum ad ſuſpectos pertinet, obtemperabat: verum illi idipſum tanto acrius fecerunt; quos enim ob Arianam hæreſim rejiciebat Athanaſius, eos illi omni ope eodem ablegarunt. *Cujus rei indignitate commotus Alexander Theſſalonicenſis Epiſcopus, Dionyſio Comiti & judicii Præſidi hanc ſcripſit epiſtolam.*

una cum accuſatore Iſchyra.

84 Clare video Athanaſio calumniam ſtrui, omnes enim quos recuſavit, neſcio quo modo illi emittere voluerunt, nullo nobis ejus rei indicio facto; erat enim decretum ut conſultatio haberetur, quoſnam eo amandare oporteret. Conſule igitur illis, ne quid temere faciant. Venerunt enim ad me turbidi cum his verbis; belluas inhorruiſſe, & in proximo eſſe ut exiliant, eo quod ſonitu ſtrepituque conſternatæ ſint, audierintque Joannem nonnullos emiſiſſe. Noſti porro Coluthianos, una cum Arianis & Meletianis, hoſtes Eccleſiæ eſſe. Iſti nunc inter ſe, animis calculiſque conciliatis, ingentia mala patrare poſſunt. Vide igitur quid utile ſit, ne quid triſte emergat; ne ſubjiciamur obtrectationi quaſi nequaquam juſte judicaverimus. Ea autem potiſſimum de illis ſuſpicio eſt, ne peragratis Eccleſiis, quarum Epiſcopi hic ſunt, per metum & vim totam Ægyptum perturbent, ut ita Meletianis Eccleſiæ tradantur, quod quidem agitari jam pridem animadverſum.

1 p. 798 *quod licet improbaret Alexander Theſſalon.*

E

85 *Huic ſuggeſtioni volens aliquid detuliſſe videri Dionyſius Comes, Euſebianis ſcripſit in hunc modum.* Hæc ipſa erant quæ dicebam Domino meo Flacillo (*Antiochenus hic erat Archiepiſcopus, & ſi qua Tyri erat Synodi ſpecies eidem vel præſidebat reipſa, vel præſidere debebat*) Athanaſius inſurget, dicetque, quos ipſe rejecerat, eos

ipſeque Comes Dionyſius,

1 p.799

ad

A ad illud negotium ſubmitti ; ſeque injuria tractari & circumveniri , vociferabitur. Hæc quoque eadem illa ſunt, quæ Dominus animæ meæ Alexander ſuis epiſtolis nobis ſignificavit. Verum ut ſciretis ratione conſtare, quæ mihi ab illo perſcripta ſunt, ipſius epiſtolam,ut à vobis quoque legatur, ſubjeci. Memores autem eſtis eorum quæ prius ſcripſi , cum admonerem veſtram bonitatem, legatos communi judicio & ſuffragio deligendos eſſe. Videte igitur ne res culpæ obnoxia ſit, neve juſtam criminandi noſtri occaſionem criminatoribus præbeamus: ut enim accuſantium partem gravari non oportet, ita nec reorum. Arbitror porro non minimam obtrectandi noſtri materiam datum iri,ſi Dominus meus Alexander actis noſtris non videatur ſuffragari.

gatum tamen habetur à multis:

86 *Neque ſegnius egere Euſebiani quam moniti fuerant, circumferentes libellum,quo legatio communi conſenſu facta diceretur,& ſingulis ſubſcribendum offerentes ; optato apud multos ſucceſſu,& (quod mireris) etiam apud ipſum Theſſalonicenſem Alexandrum ; ſic enim de eo loquuntur Alexandrini Patres :* Quod ſi eum in ſuo grege adnumerent *adverſarii* , ſociumque ſuæ factionis jactitent, eo ipſo vim ſuam in hominem, qua ejus ſubſcriptionem expreſſerunt, declarabunt. *Hæc cum agi ſentirent Epiſcopi,* qui cum Athanaſio ex Ægypto ad Concilium venere, *aliis* Epiſcopis Tyri congregatis, *iis ſcilicet qui necdum palam Euſebianis Arianiſque ſe junxerant, ſcripſerunt per Adamantium Epiſcopum ; & quas ille dedit litteras nominum ſuorum ſubſcriptione firmarunt circiter triginta ſex Antiſtites. Litterarum autem hic tenor erat.*

1 p.735

1 p.795 B

ceteros, ne idē faciant, monent Ægyptii,

87 Non arbitramur ulterius incertam dubiamque haberi conſpirationem Euſebii,Theognii, Maris , Narciſſi , Theophili & Patrophili. Principio quidem omnes reclamabamus, per comminiſtrum noſtrum Athanaſium,ne illis,cum adeſſent,cauſæ cognitio permitteretur ; utpote non ignari, vel unius inimici præſentia , nedum plurium,judicia conturbari & lædi poſſe. Neque vero occultum eſt nobis odium eorum, non ſolum in nos , ſed in omnes orthodoxos ; & quam Arianæ rei furioſo atque immani ſtudio,impiæque doctrinæ zelo,immineant omnibus,& adverſus omnes conſpirent. Cum autem nos, veritate freti , Meletianorum calumnias refellere vellemus , neſcio quibus artibus Meletiani conatus noſtros interturbare ſtuduerunt , magnamque operam impendere ut noſtra dicta rejicerentur,nunc ſincere judicantibus comminando , nunc etiam contumelias irrogando aliquibus , eo dumtaxat fine ut ſucceſſum haberet quod contra nos moliebantur.

C

& ut tandem agnoſcant manifeſta conſpiratione agi omnia.

88 Fortaſſis divina veſtra religio , Domini reverendiſſimi, ignorabat tunc temporis conſpirationem eorum : at nunc putamus eam vobis eſſe manifeſtam cum ſeſe quales eſſent tam clare oſtenderint. Quotquot enim ex toto grege ſuſpectiſſimi erant, in Mareotem ablegarunt , ut per noſtram abſentiam, quibus hic hærendum eſt , populos perturbent & ſtudia ſua perficiant. Nam quia ſciebant Arianos, Coluthianos & Meletianos eſſe Catholicæ Eccleſiæ hoſtes,ideo eos potiſſimum ſtuduerunt emittere, ut per noſtrorum hoſtium præſentiam,telam qualem volent adverſus nos texant. Certe Meletiani , qui hic apud nos Tyri ſunt,ante quatriduum, quaſi certi eſſent hoc in Concilio decretum iri , quoſdam ex ſuis veſperi per veredarios ablegarunt ; qui etiam ex reliqua Ægypto Mareotem convocarent Meletianos, qui ibi nulli ſunt ; eodemque aliunde contraherent Coluthianos,inſtruerentque quid contra nos dictum vellent. Memores enim eſtis ipſum Iſchyram dixiſſe coram vobis, non plures ſe habere quam ſeptem qui conveniant.

proteſtantes de fraude

89 Ceterum quia poſt technas illas ſummiſſoſque ſuſpectiſſimos homines , audivimus eos ſingulos veſtrûm ambientes , poſtulare veſtram ſubſcriptionem , ut omnium veſtrûm conſilio id actum videri poſſit;ideo nos & iſta ſcribimus,& proteſtamur,quod inſidias ab illis & per illos patiamur : oramuſque ut Dei timorem ſuſcipientes animo , indignantelque quod abſque conſenſu veſtro emiſerint quos voluere , à ſubſcribendo abſtineatis .... & tamquam rationem in Dei judicio reddituri , caveatis quidquam contra nos facere,aut Euſebianorum conſilia adjuvare .... *Similiter ſcribentes* Flavio Dionyſio Comiti illuſtriſſimo *porrexerunt libellum* , ut cognitionem cauſarum ſuarum ipſi Auguſtiſſimo Imperatori reſervaret ... apud quem liceret & jura Eccleſiæ & ſua proponere ; .... obteſtantes adjuranteſque per omnipotentem Deum , & Imperatoris ac liberorum ejus ſalutem, ut nihil in ipſorum negotiis deinceps faceret,neque ſibi indulgeret, ut quidquam contra ipſos in Synodo moveret.

AUCTORE D. P.

1 p.797 *etiam apud Comitem Dionyſium.*

CAPUT VIII.

Legatorum inſolentia apud Mareoticos & Alexandrinos. Athanaſii diſceſſus à Tyro ad Imperatorem.

E

90 *Interim delegati* , Alexandriam cum accuſatore Iſchyra, ipſorum contubernali, ſodale, compotatore ingreſſi , aſſumpto una præfecto Philagrio, (*quem S. Athanaſius* religionis noſtræ transfugam *fuiſſe ait* ; & milites *ejus* ethnicos homines) ad ea perſcrutanda,quæ ne catechumenis quidem fas eſt intueri,in Mareotem abſcedunt: atque illic ſoli pro libidine quæſtionibus incumbunt : neque permiſerunt Presbyteris ut intereſſent, quamquam id multis precibus requirerent. Erant autem illi qui hæc poſtulabant, omnes tum Alexandrinæ civitatis tum univerſę provinciæ Presbyteri , petentes ut ſibi oſtendere liceret quoſnam teſtes Iſchyras ſubornaſſet,quales, & unde. Sacrorum igitur miniſtris excluſis, coram ethnicis hominibus quæſtiones de eccleſia , de calice , de menſa Domini , de ſanctis ſanctorum habuere ; & quod gravius eſt , ethnicos in quæſtione de myſtico poculo teſtes citavere ... Neque puduit eorum teſtimonia coram ſe & ſolo Præfecto excipere , qui unde gentium eſſent ignorabant: nec veriti ſunt eos dicere ab Athanaſio occiſos, quorum teſtimoniis adverſus Athanaſium abuſi ſunt.

1 p.733 *In Mareotem profecti legati,*

1 p.790

rejecta qui adeſſe volebant Presbyteria,

91 Quin imo necem Athanaſio molientes, novis mendaciis fabulam de mentita cæde Arſenii imitantes , eos qui vivi ſunt mortuos finxerunt ; & adhuc ſuperſtites atque in ſuis ſedibus coram hominum oculis apparentes , apud longe poſitos miſerrime deplorarunt ; ut cum è longinquo petenda eſſent rerum documenta , Athanaſium calumniari poſſent, quaſi vi & potentia graſſantem , cum ipſi per vim & potentiam omnia agerent. Eadem enim denuo apud Mareotem quæ Tyri deſignata ſunt. Ut enim illic Comes erat cum militari ſatellitio, nihil quod Euſebianis diſpliceret aut dici aut fieri permittens : ita quoque hic Præfectus Ægypti,manu militari ſuccinctus,omnes Eccleſiaſticos terrefaciens, nulli permiſit ex vero teſtimonium dicere : &, quod abſurdius eſt, in ipſis ædibus accuſatoris commorabantur , & pro libitu diſcernebant operam quæſtionibus dandam ; eoque tam judices quam teſtes , ceterique ejuſdem ſtudii,vel,quod verius eſt Euſebianæ factionis adminiſtri,conveniebant .....

D

1 p.734 *quæſtionem exercent*

Tyrio judicio ſimillimam;

92 *Hactenus Alexandrini Patres; Athanaſius vero ipſe, de modo exercitæ quæſtionis , aliquanto diſtinctius ita ſcribit :* De myſteriis inquirentes Judæos interrogarunt & Catechumenos ; Ubinam, inquientes, eratis, cum

1 p.800

Ma-

AUCTORE D. P.

Macarius acceſſit & menſam ſubvertit ? Illique reſponderunt, Nos intus fuimus. Jam id ſi verum eſt, ergo eo tempore Oblatio celebrari non potuit, ſiquidem Catechumeni intus erant. Nihilo minus paſſim ſcriptitarunt, ſtante Presbytero ac ſacrum faciente, Macarium ingreſſum ſubvertiſſe omnia. Et, cum interrogarent quos vellent, ita percunctati ſunt: Quo in loco erat Iſchyras cum Macarius ſupervenireret ? illique reſponderunt, In cubiculo ægrotus decumbebat. Ergo in Sacro non ſtabat, qui per morbum decumbebat ; neque Oblationem facere poterat, qui in cellula ſua ægrotus jacebat. Inſuper, dicente Iſchyra combuſtos eſſe libros à Macario, ſubornati ad eam rem teſtes, nihil tale factum eſſe & mentiri Iſchyram aſſeverarunt. Jam, quod admireris, cum ſuis litteris famam ubique terrarũ ſparſiſſent ab Athanaſio ſublatos eſſe, qui conſcii teſtimonium ferre poterant; eoſdem tamen, cum jam apparerent, percunctati ſunt; & nullo interim pudore tangebantur, videntes quod undique declararentur quadruplatores.

citantque ad dicendum teſtimonium Iudæos & Catechumenos,

1 p. 790 *proteſtantibus contra eos Alexandrinis*

B

93 *Talia & tali modo agentes, exclaſis, ut jam dictum, Clericis omnibus*, ne &, quemadmodum Tyri contigit, ſuos haberent refutatores; latere omnino non potuerunt: *ſed* Presbyteri & Diaconi ſub Reverendiſſimo Epiſcopo Athanaſio Catholicæ Eccleſiæ Alexandriæ, animadverſa illorum malitia, Theognio, Mari, Macedonio, Theodoro, Urſacio, Valenti, Epiſcopis è Tyro profectis, ad hunc modum ſcripſerunt & proteſtati ſunt. Decuit imprimis, quando huc veniebatis cum ipſo accuſatore, adducere quoque vobiſcum Presbyterum Macarium. Ita enim judicia inſtitui debent ſecundum ſacram Scripturam, ut reus & accuſator ſimul appareant. Poſtquam autem nec Macarium adduxiſtis, neque Reverendiſſimus Epiſcopus noſter Athanaſius ad judicium receptus eſt; poſtulavimus, ut ſaltem nobis intereſſe liceret, quatenus præſentibus nobis certa quæſtio inſtitui poſſet, & ad iſtum modum rebus actis fidem veſtris judiciis merito haberemus. Verum & hoc nobis denegaſtis, & ſoli cum Præfecto Ægypti atque accuſatore id agitis quod libet. Profitemur igitur nos in veſtris actis malitiæ ſuſpicionem ; animadvertimuſque adventum veſtrum nihil aliud in ſe habere quam conſpirationem & inſidias; eaque de cauſa hanc epiſtolam vobis dedimus, monumentum teſtimoniumque iſtius rei aliquando futurum in vera & legitima Synodo, ut omnibus innoteſcat, quod, inaudita parte altera, aliud nihil ſtudueritis agere, quam ut nos conſpiratione opprimeretis: ut autem celari non poſſet à vobis, exemplar harum litterarum etiam Palladio dedimus, Imperatoris Curioſo: ſcelera enim quæ feciſtis, faciunt nos illud quoque ſuſpicari de vobis.

quod nihil legitime ageretur:

C

94 *Nomina ſua, poſt Dionyſium Presbyterum* qui litteras dedit, *ſubſcripſere, Presbyteri quindecim, Diaconi quinque. Aſt* Eccleſiæ Catholicæ Mariotici omnes Presbyteri *quatuordecim*, & Diaconi *totidem, primum ſcribentes* Flavio Philagrio, & Flavio Palladio Ducenario Palatino Curioſo, & Flavio Antonino Commeatuum Præfecto Centenario illuſtriſſimorum Præfectorum ſacri Prætorii, cum ſubſcriptione epiſtolam pro teſtimonio porrigentes. *Hi cum jam oſtendiſſent Iſchyram Presbyterum nõ eſſe, utpote à ſolo Colutho, qui Epiſcopus numquam fuerat, ordinatum; adjuraverunt eos* per omnipotentem Deum & per Conſtantinum Auguſtum & liberos ejus Illuſtriſſimos Cæſares, ut in cognitionem pietatis eorum referant, quod neque Iſchyras Presbyter eſt Catholicæ Eccleſiæ, neque Eccleſiam habet, neque unquam calix apud eum confractus eſt; ſed hæc omnia falſa & ficta ſunt. *His porro non contenti, ſcripſerunt etiam* ſanctæ Synodo Beatorum Epiſcoporum *qui Tyri erant, ſub hoc exordio.*

ſimiliter & Mareotici proteſtantur, 1 p. 794

ac Tyrum etiam ad Epiſcopos ſcribunt, 1 p. 792

Scientes ſcriptum eſſe, Quod viderunt oculi tui loquere; & illud, Falſus teſtis impunitus non erit; ea quę vidimus teſtanda arbitramur; & potiſſimum quia teſtimonium hoc noſtrum neceſſarium reddidit conſpiratio, adverſus Athanaſium Epiſcopum noſtrum inita. D

95 *Deinde admirari ſe dicunt*, qua tandem ratione Iſchyras pro Eccleſiaſtico habeatur ..... Deum teſtem faciunt, nihil in ejus verbis eſſe niſi calumniam; *idque ut certo conſcii*, utpote, *inquiunt*, qui nec longis finibus ab Epiſcopo diſtamus, & comites ei in luſtranda Mareote adhæſimus. Numquam enim ille ſolus viſitandi cauſa ſolet obire itinera; ſed comites ſecum trahere Presbyteros & Diaconos, & non paucos ex plebe ..... *Proinde concludunt*, *Theognium & ſocios* in Mareotem protectos, nulla documenta reatus deprehendere potuiſſe. *Quid autem & quemodo egerint, ſic exponunt.* Cum res in eo eſſet ut ſycophantia contra Athanaſium proditura palam videretur; Theognius, inimicus Athanaſii, cognatos ſuos & quoſdam Ariomanitas inſtituit, ut quæ ipſe vellet pro teſtimonio loquerentur. Nemo enim ex populo quidquam contra Athanaſium locutus fuiſſet, niſi terrore Philagrii Prępfecti Ægypti, importunitateque Arianorum vehementer inſtantium, victi coactique eſſent ad ea facienda quę ipſis liberet. Siquidem nos, *inquiunt*, ad calumnias refutandas eo venientes, non admiſerunt; nobiſque rejectis eos, quos idoneos putaverunt ad fraudem inſtruendam, receperunt: qui metu Philagrii Præfecti in partes eorum conceſſerant. Atque ideo nimirum nos ſubmotos volebant; ne ſcilicet ſubornatos ab iis criminatores, aut Eccleſiaſticos non eſſe; aut, ſi eſſent, Arianos eſſe doceremus.

convincentque calumniam,

1 p. 793

& teſtimonia per vim extorta:

E

96 Sed tamen quamquam ſeorſim, ſine aliorum auctoritate, ita pro libidine agerent, nutubuſque teſtes admonerent; & Præfectus quidem minas jactaret, milites vero tela ac vulnera intentarent; nihilominus tamen Dominus veritatem patefecit, eoſque ſycophantiæ coarguit, *inquit hæc recitans Athanaſius.* Illi ergo, *ut idem proſequitur*, ſuppreſſerunt Actorum monumenta quæ habebant, & notariis injunxerunt ut ea abſconderent, neque ulla exemplaria vulgari ſinerent. Sed fruſtra hæc omnia. Nam qui ea ſcripſit Rufus eſt, qui nunc in Auguſtaliana Spiculatorem agit, & teſtis ejus recitari poteſt: atque adeo ipſi Euſebiani ea per ſuos Romam miſerunt, eademque illa ab Julio Epiſcopo ad me tranſmiſſa ſunt. Inſaniunt igitur, cum ea quæ occultari ipſi volebant, in manibus noſtris habeamus & legamus. *Ita Athanaſius, ex ipſis illis utique Actis, non ex aliorum relatione habens quæcumque de geſtis in Mareote ſcripſit, & aliorum pro ipſo teſtimoniis fidem adſtruens indubitabilem.*

1 p. 800 *quæ Acta licet occultarent adverſarii,*

in manus venerunt Athanaſii.

F

97 Quæ porro Alexandriæ auſi ſint, *reverſi ex Mareote quæſitores egregii*, *ea* ubique gentium fama vulgata *fuiſſe, aſſerunt Patres Alexandrini, ſub quorum oculis patrata erant flagitia.* Strictos ſcilicet gladios intentatos eſſe ſanctis Virginibus Fratribuſque, flagella pretioſis apud Deum corporibus incuſſa; pedeſque debilitatos fuſtigatione fuiſſe eis, quæ mentem in caſtitate & in omnibus ſolidis bonis exercebant: interim gentilium vulgo licuiſſe nudare corpora Virginum, verberare, contaminare, aras idolorum victimaſque interminari. Adeo ut homo quidam protervus, veluti ejuſmodi poteſtas deinceps conceſſa eſſet in gratiam Epiſcoporum, Virginem manu arreptam, ad altare quod forte obviũ erat protraxerit, neceſſitatem ſacrificandi & vim perſecutionis repræſentans. Inter hęc fugiſſe Virgines, Ethnicos inſultaſſe Eccleſię, Epiſcopis intra ipſas ædes ubi talia perpetrabantur verſantibus: in quorum gratiam Virgines miſeræ ſtrictos gladios, omnia periculorum genera, & quam-

1 p. 734 *Reverſi Alexandriam legati crudeliter ſeviunt.*

A quamlibet contumeliam ac violentiam experiri cogebantur: & hæc quidem paſſas eſſe jejunas ab Epiſcopis intus comeſſantibus.

1 p.729 *Interim Athanaſius ad Imperatorem confugit:*

98 *Dicunt Alexandrini Patres, in ſua pro Athanaſio prolixa defenſione, quod,* cum *Epiſcopi apud Tyrum* nihil culpę in Athanaſio reperirent, Comeſque ſumma vi imminens plura contra eum moliretur; ipſe Comitis violentiam fugiens, ad religioſiſſimum Imperatorẽ aſcendit: *quod non puto obſtare quominus credatur Sanctus, Tyro digreſſus, ſubſecutus eſſe Quæſitores contra ſe in Mareotim miſſos; cum tam expreſſe proteſtentur Presbyteri & Clerici Alexandrini, de quibus ſupra, quod* nec Macarius *ab iis* eſſet adductus, nec Epiſcopus ſuus Athanaſius ad judicium receptus. *Puto etiam veroſimile, quod vitam maluerit navigio committere, quam terreſtri itineri, in quo Euſebianorum inſidiis magis opportunus fuiſſet: rurſumque ab Alexandria, cum fruſtra ſe eſſe videret, navigaſſe Conſtantinopolim ad requirendum Imperatorem. Interim mox atque Tyri comparere deſiit,* primum à Concilio indicta cauſa condemnatur, *ut Socrates ait: Deinde,* ſimul atque ea quæ in Mareote geſta erant, concurrerunt, abdicatio illi decernitur. *Poſt has autem res* geſtas, *inquit idem Socrates lib.1 cap.22* litteræ Imperatoris afferuntur, quæ ſignificabant ut Concilium mature Hieroſolymam ſe reciperet: itaque Epiſcopi, nulla interpoſita mora, Tyro Hieroſolymam propere iter faciunt.

Epiſcopi, Hieroſolymas abire juſſi,

B

99 *Hunc rerum geſtarum ordinem paſſim ſequuntur ſcriptores alii: ſed quantum conjectura & argumentis aſſequor minus recte. Etenim ex oratione S. Sophronii Hieroſolymitani Epiſcopi in Exaltationem ſanctæ Crucis, itemque ex Typico S. Sabæ ad monaſteriorum eccleſiarumque ſanctæ urbi ſubjectarum uſum compoſito, & ex Menæis ac Synaxariis paſſim omnibus conſtare videtur, traditionem in ipſamet Hieroſolymitana Eccleſia acceptã à majoribus, & toti Orienti communicatã fuiſſe, quod eadem dies* XIII *Sept. & dedicatæ eccleſiæ & exaltatæ Crucis ſolennitate fuerit cumulata. In Chronico autem, quod paſſim Alexandrinum dicitur cum Conſtantinopolitanum magis proprie nominaretur, ita legitur:* Facta ſunt encænia Eccleſiæ ſanctæ Crucis, ſub Conſtantino ædificatæ, menſe Septembri *ιζ', id eſt* XVII. *Sed mendum eſſe ſcriptorium, & ιγ' eſſe legendum, dubitari non poteſt, cum addat.* Hinc incepit feſtum Staurophaniæ, *id eſt manifeſtatæ ſeu exaltatæ Crucis: quod alio quam* XIII *die agi nemo unquam audivit. Ipſum autem eſſe Dedicationis Hieroſolymitanæ feſtum Sozomenus lib.2 cap.25 ſatis indicat, cum ait quod* ex tempore *dedicationis prædictæ* Eccleſiâ Hieroſolymitana quotannis diem feſtum ſplendide admodum celebrat, adeo ut eo initiationes ſacrorũ peragantur, & diebus octo deinceps conventus fiant, compluresque ex omnibus terræ partibus juxta locorum ſacrorum hiſtoriam, tempore iſtius ſolennitatis conveniunt; *quam alio nomine eſſe ſolennitatem exaltatæ Crucis, ex Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, non integro poſt cœptam feſtivitatem ſeculo ſcripta, apparet.*

dedicatione eccleſiæ peracta,

die 13 Sept.

C

100 *Eo autem poſito fieri non potuit, ut qui in Mareotem ablegati fuerant, & contra quos illegitime procedentes Mareoticus Clerus proteſtatus eſt, Philagrio & ſociis ſcribens die* decimo Thoth, *id eſt, die ſeptima Septembris, quæſtione peracta redierint Tyrum adeo cito, ut audita eorum relatione, potuerit Synodus Athanaſii abdicationem decernere, litteras quaquaverſum expedire, & Hieroſolymis adeſſe ante decimam tertiam ejuſdem menſis. Itaque libenter ſic ordinavero rerum jam indicatarum ſeriem; ut Epiſcopi, haud multis poſt legatorum profectionem & Athanaſii fugam diebus, mandatum acceperint, ut aliis quibuſvis cauſis tantiſper omiſſis Hieroſolymam excurrerent ad dedicationem prædictam, ac denique vel Tyrum regreſſi, quod nemo indicat, vel ibidem Hieroſolymis, quod puto veroſimillimum eſſe, idq; circa initium Octobris, ſuſceperint reverſos ex Mareote legatos, & Athanaſii abdicationem præcipitarint, ac tum acceperint ab Imperatore per Athanaſium convento inductoq; epiſtolam, qua jubebantur venire Conſtantinopolim, reddituri rationẽ tam iniqui judicii.*

audiunt legatos reverſos ex Ægypto.

& Athanaſium abdicant.

CAPUT IX.

AUCTORE D. P.

Arianis in Synodo Hieroſolymitana receptis damnatur abſens Athanaſius.

101 *Narratis quæ Tyri & in Mareote geſta erant, reliqua proſequens Athanaſius in Syllogo, & adverſarios luculenter convincens,* cauſã, *inquit,* cur ea facerent, manifeſtam reddiderunt. Nam & in digreſſu ſuos Arianos, ſecum Hieroſolymã adductos, in communionem receperunt, ſcriptis hujuſmodi ſuper ea re litteris, quarum principium & pars hęc eſt. Sacra Synodus, Dei gratia Hieroſolymis congregata, Eccleſiæ Dei apud Alexandrinos, omnibuſq; per Ægyptum, Thebaidem, Libyam, Pentapolim & ubique per orbẽ Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, in Domino ſalutẽ. Omnibus nobis in eumdem locum, ex diverſis provinciis, ad magnũ & feſtum diem congregatis, ut dedicationẽ templi Salvatoris, cura religioſiſſimi Imperatoris Cõſtantini omniũ Regi Chriſto ędificati, celebraremus; accumulatiorem vim lętitię attulit Dei gratia, ipſeque Imperator religioſiſſimus, propriis nos litteris admonens ad id quod maxime expediebat; ut ſcilicet actis procul ab Eccleſia odiis omniq; malignitate, propter quam ejus membra diſſidebant; ſimplici & pacato animo ſuſciperemus Arianos, quos invidię iniquitas aliquantiſper retinuit extra Eccleſiam. Ipſe vero Imperator Deo cariſſimus dabat eis per epiſtolam teſtimonium rectę fidei ipſorum, de qua & ab ipſis viva voce perſuaſus eamdem ſuſceperat, & nobis manifeſtam faciebat, litteris ſuis ſubjiciens ſcriptam eorum de fide confeſſionem orthodoxam.

1 p.801 *Epiſtolam Synodi,*

Arianos ut orthodoxos recipientis.

E

102 *Cetera à Pſeudo-concilio acta Sozomenus proſequitur lib.2 cap.25 his verbis.* Condemnat indicta cauſa Athanaſium Synodus, & Epiſcopatu abdicat, atq; decernit ut Alexandrię non habitet, ne tumultus & ſeditiones, ſi adſit, excitare aggrediatur: Joannem autem & omnes qui ab eo ſtabant, uti incommodis per injuriam affectos, in communionẽ recipit; & quam illorũ quiſq; dignitatẽ in Clero obtinuerat, reſtituit. Epiſcopi porro, in eodem coacti Concilio, Acta Concilii Imperatori tranſmiſerunt, ſcripſeruntque ad alios ubiq; Epiſcopos, ut à communione Athanaſii abſtinentes neq; ad eum ſcribant neq; ab eo accipiant litteras; quandoquidẽ & crimĩnum, de quibus certiores facti fuiſſent, convictus erat; partim fuga, partim quod cauſam ſuam in judicio agere recuſaverit, reus deprehenſus. Pręterea per litteras oſtenderunt, ſe ad ejuſmodi ſententiam contra eum pronuntiandam impulſos; primũ quia ægre admodum ferebant, quod cum Imperator dediſſet mandatum anno pręterito (*novus enim jam cum Septembri fluere eis cœperat*) ut Epiſcopi Orientis Cæſaręam ejus cauſa convenirent, ipſe eo non acceſſerat & Imperatoris mandata contempſerat, idq; licet videret Concilium diuturna ſui expectatione fatigari: deinde quod, cum permulti Epiſcopi Tyrum conveniſſent, eodẽ venerat ſtipatus hominum multitudine & turbas ac tumultus in Concilio excitarat, modo pro ſe reſpõdere detrectando, modo Epiſcopos contumeliis onerando... quin etiam, plane compertũ eſſe quod calicẽ myſticum fregerit, declararunt ... ſingula crimina (ut mos forenſis habet) perſtringentes, idq; unũ agentes, ut calumnias Athanaſio quã artificioſiſſime texerent.

ſequitur abdicatio Athanaſii,

& encyclica contra eumdem.

F

103 Quis hæc audiens, *inquit in Syllogo Athanaſius,* fabricas eorum & technas non perſpiciat? .... Nam ſi ego is eram qui Arianos arcebam ab Eccleſia, Arianique me oppreſſo recepti ſunt; quid aliud intelligas quam omnia in gratiam Arianorum eſſe facta, omnia contra me inſtituta ... ut hæreſim in Eccleſiam immitterent, & ipſi interim non haberentur damnati de hæreſi. Nec verentur in ſuis litteris affirmare quod recte ſentiant Ariani, quos univerſi orbis

1 p. 802 *Ab his in gratiam Arianorum agendis*

AUCTORE D. P.

Concilium anathemate damnavit ; neque verentur tam præclaram Synodum, quantum in ipſis eſt, clam demoliri, quidvis temere dicentes & facientes. *Addit tamen Sozomenus lib.2 cap.24*, compluribus Epiſcopis viſum eſſe quod minime ſincerũ judicium ageretur, & ob eam rem dici quod Paphnutius Confeſſor, qui Concilio interfuit, prehenderit manum Epiſcopi Hieroſolymitani, monueritque ut ſurgeret : non enim conveniens eſſe, ut ipſi, qui Confeſſores erant & pro pietate effoſſos oculos ac poplites debilitatos habebant, communicarent concilio hominum perditorum. *Id autem poſt celebratam Hieroſolymitanæ Eccleſiæ dedicationem contigiſſe debuit, imo in ipſa illa Hieroſolymitana Synodo : quis enim credat S. Maximum, tantæ ſolennitatis apparatui incumbentem, Tyri in Concilio apparuiſſe ; aut dedicatione peracta, impiæ illi Synodicæ, quam retulimus, conſentientem ſubſcripſiſſe ?*

S. Maximũ dicitur abduxiſſe Paphnutius.

1 p.803 104 *Talia dum partim Tyri partim Hieroſolymis fierent (nec enim facile eſt ſuis quæque locis diſcernere) Athanaſius*, adito Principe qui Synodum indixerat, in qua

1 p.804 *De iiſdem ab Athanaſio appellatus Conſtantinus,* etiam ipſius Comes præſederat, Euſebianorum ſcelera patefecit, *eo quem ipſe Conſtantinus in ſua epiſtola indicat modo.* Ingredienti mihi, *inquit*, cognominem mihi & felicem patriam meam Conſtantinopolim (eram autem in equo) ſubito Athanaſius Epiſcopus

B in media via, cum nonnullis aliis quos circa ſe habebat, ita inexpectatus occurrit, ut non levem mihi cauſam admirationis præberet. Teſtis eſt mihi Deus, omnium ſpeculator, me, quis eſſet, primo aſpectu non potuiſſe cognoſcere, niſi noſtrorum quidam, quiſnam ille, & quam injuſtitiam paſſus, indicaſſent nobis, id ipſum ſicut congruebat requirentibus. Ego igitur tunc temporis neque alloquii illum mei neque converſationis participem feci, & tantum non juſſi ſubmoveri eum, nihil aliud à me cum magna libertate poſtulantem, quam ut vos huc evocari juberem, quo vobis præſentibus quæ per vim paſſus eſſet conqueri poſſet.

Epiſcopos increpat ob res turbulente actas.

1 p. 803 105 *Hæc Conſtantinus* Epiſcopis Tyri congregatis, *ſive quod eos jam ſciret revertiſſe Tyrum, ſive quod etiam Hieroſolymam digreſſos Synodi Tyriæ nomine appellare pergeret, Epiſtolam ab increpatione hujuſmodi exordiens*, Ego ignoro quid ſibi velint iſta, quæ à veſtra Synodo tumultuarie ac tempeſtuoſe judicata ſunt. Mihi ſane videtur, neſcio quo pacto, veritas per immodeſtiam opprimi... Sed erit divinæ providentię opus, tum contentioſitatis iſtius mala manifeſte producta diſſipare, tum oſtendere nobis, utrum iſtuc convenientes curam aliquam habueritis veritatis, & utrum in rebus

C dijudicandis citra odium aut gratiam proceſſeritis. *& ad rationem ſibi reddendam citat :* Quocirca inſtanter mando, ut omnes ad meam pietatem conveniatis, factorum veſtrorum exactam rationem reddituri. *Eadem rurſum iterat ſub finem epiſtolæ,*

1 p. 805 quam celerrime *adeſſe eos jubens.* Quibus cognitis, conſcii ſuorum facinorum, ceteris Epiſcopis à profectione retentis, *ne* ſcilicet eorum aliqui, pari aut majori quam Tyri & Hieroſolymæ libertate, tuerentur *veniunt CP. tantum ſex,* Athanaſium Conſtantinopoli, diſcordeſque ſententię calumniam patefacerent ; ſoli Euſebius, Theognius, Patrophilus, & alter Euſebius, Urſacius & Valens Principem adierunt, abſque omni mentione calicis aut Arſenii : deerat enim illis ad hoc fiducia.

1 p. 729 *à quibus novi criminis accuſatus ſanctus* 1 p. 805 1 p. 730 106 *Quid ergo ?* Aliud crimen, æque commentitium, detulerunt, *ſcilicet* gloriatum eſſe *Athanaſium* quod frumenti deportationem Alexandria Conſtantinopolim impedire poſſet. Hæc, cum *dicerentur, &* Imperator *indignabundus ad ea* comminaretur ; audierunt, qui intus cum Athanaſio erant *ex Epiſcopis Ægyptiis*, Adamantius, Anubion, Agathammon, Arbethiõ, Petrus. Cumq; Athanaſius ad tantas calumnias ingemiſceret affirmaretque eas eſſe falſas, nec fieri poſſe ut homo privatus & pauper tantum virium haberet ; Euſebius, ne publice quidem detrectans calumniatoris munus, dejeravit Athanaſium perquam opulentum eſſe, & ſatis virium & auctoritatis ad iſta omnia perpetranda habere, ut ita veroſimilior calumnia videretur.

D

relegatur in Galliam, 107 Emicuit continuo Cæſaris indignatio : nam qui antea talia *contra Athanaſii calumniatores, ut dictum eſt*, ſcripſerat, *eorumque* injuſtiam cognoverat *tam clare*; ſtatim atque audivit accuſationem iſtam, exarſit in ſubitam iracundiam : & omiſſa cauſæ auditione, nos dimiſit in Gallias, *inquit Athanaſius ipſe. Alexandrini autem Patres, mitiori utentes phraſi*, Dei, *inquiunt*, gratia plus in hoc negotio valuit quam *ſycophantarum illorum* ſcelerata malitia : nam pietatem Imperatoris ad humaniorem flexit partem, & loco mortis exilium dedit. *Alii aliter hoc factum Conſtantini accipiunt ; omnium prudentiſſime Theodoretus lib.1 cap.33.* Nemini, *inquit*, mirum videri debet, quod Imperator in fraudem illectus, tam illuſtrem virum proſcripſit : credidit enim decipientibus ſe Epiſcopis, veritatem quidem occultantibus, longe tamen aliam ſpeciem præſeferentibus. Quemadmodum revera etiam Propheta David deceptus fuit ; decepit autem eum non Pontificum aliquis, ſed domeſticus vernula, imo verbero, Sibam dico, qui quod falſum erat Regi contra Miphiboſeth ſuggeſſit, ejuſque agrum ſibi impetravit. Hæc autem dico,

per nimiam Imperatoris facilitatem,

E non veluti Prophetam redarguens ; ſed excuſationem pro Imperatore adferens, atque humanæ naturæ imbecillitatem demonſtrans, admonenſque non eſſe accuſatoribus, quantavis fide digni videantur, ſic credendum, ut auris altera non ſervetur accuſato.

forte ita volentis conſultum vitæ illius. 1 p.806 108 *Hæc Theodoretus : Athanaſius vero prolata Conſtantini Iunioris Epiſtola, quam infra dabimus, excuſantis ideo in Gallias miſſum Sanctum, ne à crudelitate hoſtium ſuorum pateretur aliquid haud facile poſtea medicabile, eamdem videtur excuſationem admittere : ſic enim loquitur.* Cum iſta igitur cauſa fuerit ob quam in Gallias miſſus ſum, quis non videt, hinc quidem pium erga me Imperatoris propoſitum, indè vero Euſebianorum ſanguinarium animum : & quod Princeps ideo ſolum hoc fecerit, ne quod gravius malum mihi machinarentur ? *Hactenus in Syllogo Athanaſius, qui inſuper in epiſtola ad Solitarios magis etiam declarat, nihil contra ſe actum ab Imperatore cum injuria fidei orthodoxæ ; unde factum quod* non potuit perſuaderi ab Euſebianis ut in Athanaſii 1 p.844 locum Epiſcopum, quem ipſi poſtulabant, ſubmitteret : imo eos qui id moliebantur compeſcuit, & jam rem ipſam conantes gravibus minis deterruit.

F

CAPUT X.

Exul in Galliis Athanaſius quædam Latine ſcribit.

S. Athanaſius 28. menſibus commoratus Treviris 109 *Relegatus, ut dictum eſt, Athanaſius, Auguſtam Trevirorum appulit, menſe circiter Februarii anni* CCCXXXVI, *ſiquidem conſtat ex Theodoreto lib.2 cap.1 biennio & quatuor menſibus ibi commoratum ; remiſſum vero Alexandriam eſſe à Conſtantino Iuniore, menſe Iunio anni* CCCXXXVIII. *Habuit autem ibi Sanctus haud incommodum ſub Conſtantino Iuniore tunc Cæſare exilium, uti ex hujus jam Imperatoris epiſtola clarius mox patebit : &* à S. Maximino Trevirorum Epiſcopo honorifice eſt ſuſceptus, *uti ſcribit in Chronico S. Hieronymus ; ſed errat cum addit hoc factum eſſe* cum à Conſtantio quæreretur ad pœnam. *Huic interim errori San-Maximiani monachi, ex populari traditione, ſuperſtruxere fabulam, quam Annalium Trevirenſium ſcriptor Browerus lib.4 operoſe refutat, & Trithemius in Catalogo ſub his verbis magis exaggeratam proponit.* Fugiens, *inquit*, Athanaſius à facie Imperatoris & Arrianorum, venit ad Trevirim urbem Galliarum, & à S. Maximino Archiepiſcopo honorifice ſuſceptus, ſeptem annis apud eum latuit in ciſter- *non annis 7.* na ſine aqua, quæ uſque ad hunc diem apud monaſterium

A sterium S. Maximini Treviris in crypta ostenditur. In hoc loco multis annis, ut diximus, latitans, solem nō vidit; ibiq; Symbolum, Quicumq; vult salvus esse, composuit; donec tandem à puella proditus, Dei nutu, fuga elapsus est.

puteo qui ostenditur ad suas forte necessitates usum,

110 *Colitur S. Maximinus die* XXIX *Maji, quando de insigni ejus basilica plenius differendi occasio dabitur. Hic monuisse sufficit, eum qui ostenditur puteus à nobis quoq; sub choro conspectum esse, judicatumque Athanasii hospitio olim adjunctum: fortasse aquam præbuisse Sancto, cum necdum ibi ecclesia staret; unde usus obtinuerit in vulgo, ut S. Athanasii puteus diceretur, eaque appellatione occasionem daret prænarratæ fabulæ. Alexander Wilthemius in suis accuratissimis San-Maximiani monasterii Annalibus (quos manuscriptos legimus, & aliquando in lucem dandos speramus) popularem Trevirensium traditionē quoad Symbolum, putat non omnino rejiciendam; eo quod Gregorius* IX *in definitione fidei (quam ipse Apocrisiariis suis Constantinopolim deferendam dedit an.* MCCXXXIII, *quamque ex Græco Vaticano & Sfortiano Latinam fecit Gerardus Vossius) illud his verbis allegetur;* Unde S. Athanasius, dum in partibus Occidentalibus exulabat, in expositione fidei quā Latinis verbis reddidit, sic ait: Pater à nullo est factus. *Verum quis nos docebit, aut exilium proprie dictum, quale non nisi Treviris Sanctus*

an ibi Symbolum scripserit non constat.

B *habuit, intelligi à Gregorio, cum is sæpe alias fuerit in Italia fugitivus? aut si id ita intellexit Gregorius, illud feciſſe ex satis certæ auctoritatis argumento, tam multis post rem gestam seculis?*

Videtur ipsemet illud scripsisse Latine;

111 *Vnum pro certo habemus, Athanasium qui libros Luciferi ad Constantium Latine scriptos* in Græcum sermonem *transtulit, uti infra dicetur n.* 303, *Latinæ linguæ non minus quam Græce peritum fuisse: ideoque non dubitamus quin Latine conscriptum sit Symbolum, quod alius dein postea verterit Græce, prout inter ejus opera nunc reperitur. Neque enim apud antiquiores Græcos ullum invenio vestigium typi cujusquam seu formulæ de fide, ab Athanasio editæ: qui in omnibus suis ad Orientales scriptis hoc potissimum agit, ut præter editam Niceæ formulam, nullam aliam requirant vel suscipiant. Cum Latinis autem diversa omnino esse debebat agendi ratio: quibus ut suam doctrinam, cum Nicæna fide prorsus eamdē, distincte & clare ipsorummet lingua explicaret plane conveniebat; ad confutationem scilicet Arianorū, simulantium etiam à se teneri fidem Nicænam, & Athanasium criminantium quasi solo contendendi studio pugnaret de verbis, nequaquam necessariis ad rectam fidei expositionem.*

sicut & librum de observationibus monachorum,

112 *Libellus autem* de observationibus monachorum, *quem Lucas Holstenius, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, in Appendice Codicis Regularum, in capite exhortationum ad monachos & virgines de observantia vitæ religiosæ, collectarum olim à Benedicto Anianensi Abbate, ex duobus manuscriptis Floriacensibus Reginæ Sueciæ edidit, eidemque dedicavit iis verbis, quæ ego ipse cum Magistro meo Henschenio assidens lectulo moribundi suaque extremum disponentis, propria manu, sicut & alias ejusdem Codicis dedicationes, excepi pridie ante mortem (nam qua erat modestia animi, pridem excusa typis ad id usque tempus distulerat evulgare) Hic inquam libellus, jam ante inter opera editus, ut* Exhortatio ad monachos *non nisi Latine mihi scriptus videtur. Et quoniam monastica professio adhuc in Occidente rara erat ac fere ignota, monachi autem San-Maximiani initia sua ad Constantinum magnum referebant (uti ex Dagoberti primi diplomate apparet) verosimile mihi est, quod cum iis agens Athanasius, multaque narrans de multitudine & disciplina Ægyptiorum monachorum, rogantibus ipsis, qui nullam adhuc habebant vitæ Regulam descriptam, opusculum istud concinnarit, ita exordiens:*

C

rogatus à monachis sub S. Maximiano instituit,

quorum præclara initia vehementer laudat,

113 Etsi gloriari in Christo liceat, quod hujusmodi principiis fitis initiati, ut sit inchoatio vestra, perfectio; & ad veram vivendi frugem gradus interpositos prævolantes, apice ipsius culminis occupato, disciplinæ summam teneatis; mihi tamen hujus licentiam prærogativæ paternus adscripsit affectus, &

amplectenda mihi vestræ postulationis exactio: qui dum me auditis, non solum libenter, sed etiam avide, impudentem me vestro amore feciſtis. Præcedentes duco, & ultra mensuram meæ possibilitatis, extensus, quos sequi cupio, ducere compellor. Pergam igitur per tramitem vitæ vestræ, & quasi qui primis litterarum imbuatur elementis, depictis adumbratas præfigurationibus notas stylo imitatore calcabo, accedentibus ad sperata beati instituti præmia qui sequendi sunt: *ita namque puto ultima hæc verba legi debere, non* quæ sequenda. AUCTORE D. P.

114 *Postquam autem de abstinentiæ cura, jejuniorum mensura, orationis instantia, legendi intercapedine, victus vestitusque ratione, custodia linguæ, caritate fraterna, moderata ac circumspecta cum feminis piis agendi ratione, bonæ famæ cura, paupertatis denique rigore, disseruisset solide breviterque; tandem concluſurus,* hæc si cui præter vos nimium videantur adstricta, qui Dei claustra pulsare tentaverit, prout ratio sua tulerit, relaxabit; *quasi futurum prævidens ut alibi quoque congregationes religiosæ coirent, sub minori quā qua San-Maximiniani cœperant austeritate. Nolens etiam, sicut ipsos monachos ante monuerat,* eos qui foris sunt, & in seculari adhuc actu mundialibus vinculis colligantur, attentioris vitæ austeritate condemnare; *sed* magis benignis adhortationibus & illiciente blandimento, via veritatis ostensa, nubem erroris aperire; ut non trahi incipiat unusquisque sed sequi pedetentim, *quatenus per status proprii conditionem licebit. Si autem* quis, *inquit,* aut innexus sit conjuge aut liberis impeditus, habet, præter hæc arcta, substantia plura quæ sequatur; neque se repulsum credat, sed aditu alterius vocationis admissum. *non restitit tamen si laxiora quis velit,*

E *ipsosque seculares ad congruam sui status virtutem jubet animari.*

115 *Qui totus contextus licet bene Latinus sit, multa tamen habet novi testamenti loca, quæ non videntur descripta juxta aliquam quæ tunc vulgata fuerit versionem Latinam; sed potius ex memoria, suggerente verba textus Græci, non semper fidelissime quoad voces, fideliter tamen quoad sensum, quia ibi Græcus textus forte non erat ad manum: quod auctorem fuisse Athanasium, ut præfert titulus, nobis confirmat. Exemplo sit locus ex* 1 *Petri* 3 *v.* 26. Præparati semper estote ad rationem reddendam ad omnes, poscentes vos de verbo fidei vestræ & spei vestræ, *&* ex 1 *Cor.* 12, *v.* 12 Sicut enim corpus unum membra habet multa; omnia autem membra de corpore uno, cum sint multa, corpus unum sunt, *&* 2 *Cor.* 11, *v.* 2 Zelans vos zelo despondi vos uni viro, *&* *Matth.* 10, *v.* 37 Quicumque plus me fecerit domum aut uxorem &c. *In hoc libro videtur ex sola memoria allegasse Scripturas,*

D *uti & in alio qui est adhortatio ad Sponsam Christi,*

116 *Tale quid licebit observare etiam in sequenti opere cui titulus,* Exhortatio ad Sponsam Christi, *quæ sane præstantissima est instructio Virginum, ideo publica Ecclesiæ cerimonia consecratarum, ut discamus, inquit auctor,* peculiare illi subsistere meritum, cujus specialis est consecratio. Nam cum universa turba credentium paria gratiæ dona percipiat, & eisdem omnes sacramentorum benedictionibus glorientur; istæ proprium aliquid præ ceteris habent; cum de illo sancto & immaculato Ecclesiæ grege, quasi sanctiores purioresque hostiæ, pro voluntatis suæ meritis, à sancto Spiritu eliguntur, &, per summum Sacerdotem, Dei offeruntur altario. *Certe etiam in hoc opere circa finem admonens auctor Sponsam Christi,* ne cui vel concupiscendi occasionem tribuat, *& rationem addens, quia* criminosior est Christi adultera quam mariti; *satis indicat sese inter Occidentales peregrinum esse, quando subjungit.* Unde pulchre Romana Ecclesia, Apostolico sine dubio cujus Sedem obtinet spiritu animata, tam severam nuper de hujusmodi sententiam statuit, ut vix vel pœnitentia dignam judicaret, quæ sanctificatum Deo corpus libidinosa coinquinatione violasset. *in quo citatur aliquis canon Romanus,*

AUCTORE D. P.

117 *Hæc verba ſi uſpiam inveniantur inter Canones Romanorum Pontificum, de auctore ejuſque ætate certius aliquid docere nos poterunt: interim licebit credere titulo, quem S. Benedictus Anianenſis ſeculo æræ Chriſtianæ* IX *invenit, præfixũ operi, uti veroſimilius puto, Latine ſcripto; ipſumq; S. Athanaſio dimittere. His autẽ reſpexiſſe videtur ad Synodum Romanam aliquam ſub Silveſtro Papa, aut ſucceſſoribus ejus Marco vel Iulio, habitam illo tempore quo in Gallis quiete ſatus agebat Athanaſius, & ejuſmodi ſcriptionis habere occaſionem potuit inter velandum Virginem aliquam illuſtriorem; non quidem ad clauſtralem communionem, quæ necdum forſitan uſurpari in Occidente cœperat, & cujus nullum in hac adhortatione veſtigium; ſed ad Eccleſiæ miniſterium, & privatum in domo propria religioſioris vitæ exercitium. Vtinam ejuſdem Sancti ſimilia alia opuſcula plura, ſeu Græce ſeu Latine, reperiri contingat! omnibus enim applicari debet quod in Prato ſpirituali Cap.* 4 *Ioanni Moſcho dixit Abbas Coſmas*, Cum inveneris aliquid ex opuſculis S. Athanaſii, nec habueris chartas ad ſcribendum, in veſtimentis tuis ſcribe illud.

forte cujuſdam Synodi ſub Silveſtro.

CAPUT XI.

Mors Arii: Athanaſii reditus ab exilio.

B 118 *NOn multis menſibus in Galliis fuerat Athanaſius, quando cauſam ſuam tanto defenſore privatam, ipſemet ſuſcipiens Deus, palam declaravit, quam ſibi odioſa eſſet hæreſis Ariana; illius auctore per talem mortem ſublato, quæ omnem quibuſvis dubitationem deberet adimere. Eam ipſe Athanaſius, in Epiſtola* ad Serapionem fratrem & comminiſtrum *(erat quippe Epiſcopus Thmueos) expoſuit, prout* didicerat ex relatu Macarii Presbyteri, *qui præſens aderat.* Accerſitus erat ab Imperatore Conſtantino Arius, opera & ſtudio Euſebianorum: quem ingredientem Imperator interrogavit, an fidem Catholicæ Eccleſiæ ſervaret: ipſe autem juravit ſe recte credere, atque exemplar fidei ſuæ deſcriptum tradidit; occultans ea ob quæ fuerat ab Alexandro ejectus de Eccleſia, & Scripturarum locutiones per hypocriſim imitans. Jurantem igitur non ſenſiſſe ea ob quæ ejecerat eum Alexander, cum pace dimiſit Imperator: Si recta, inquiens, eſt fides tua, bene juraſti: Deus ſecundum juramentum tuum judicabit de te.

1 p. 670 *Arius CP. venire permiſſus ab Imperatore,*

non tamen ad eccleſiam receptus ab Epiſcopo,

119 Sic egredientem ab Imperatore, volebant Euſebiani inducere in eccleſiam, conſueta ſibi violentia: ſed Conſtantinopolitanus Epiſcopus Beatus Alexander oppoſuit ſe dicens, inventorem hæreſeos non debere in communionem recipi. Cui minitantes

C Euſebiani reſponderunt: Quemadmodum invito te fecimus eum vocari ab Imperatore, ita die craſtino, quantumcumque tibi ægre ſit, nobiſcum in hac eccleſia communicabit Arius: erat enim ſabbatum, cum hæc dicerent. His auditis vehementer indoluit Epiſcopus Alexander, ingreſſuſque in eccleſiam & manus ad Deum extendens, illacrymatus eſt: & in faciem ſe projiciens in ſacrario, pronus ſupra pavimentum oravit & ipſe, & qui cum eo erat Macarius, vocemque orantis exaudiebat. Petebat autem è duobus alterutrum, dicens; Si cras huc inducendus ad communionem Arius eſt, dimitte me, Domine, ſervum tuum, neque ſimul cum impio pium perde: ſin autem eccleſiæ tuę pareis (& ſcio quod parcas) reſpice in verba Euſebianorum, neque des in exitium & vituperium hereditatem tuam: ſed Arium de medio tolle, ne ipſo in eccleſiam ingrediente, ſimul cum ipſo ingredi videatur etiam hæreſis, & impietas deinceps pro pietate habeatur.

ad hujus orationem

diſrumpitur in latrina,

120 Talia cum oraſſet Alexander, receſſit vehementer ſolicitus: & continuo ſtupendum quid atque mirabile accidit. Euſebianis comminantibus orabat Epiſcopus, & Arius iiſdem fretus ac multa blaterans in latrinas ſe recepit, velut ad alvi neceſſitatem: ibique AUCTORE D. P. repente pronus incumbens, ſecundum quod ſcriptum eſt, crepuit medius; & collapſus in terram expiravit, ſimul & vita & communione fruſtratus. Atque hic Arii finis fuit: Euſebiani autem magnopere confuſi *divino exſodalem ſuum ſepeliverunt.* Beatæ vero memoriæ *tinctus judi.* Alexander, exultante Eccleſia celebravit ſynaxim *cio.* cum omnibus fratribus, in vera pietate rectaque fide orans, & glorificans magnopere Deum; non tamquam gaudens ſuper ea morte (abſit, cunctis enim propoſitũ eſt ſemel mori) ſed quia præter humana judicia iſtud accidit. Nam ipſe Dominus, dijudicans Euſebianorũ minas & Alexandri preces, condemnarat hæreſim Arianam, oſtenderatque eam eſſe eccleſiaſtica communione indignam.

121 Verum ipſo ſic extincto, non quievit diſputatio de iis quæ invenerat dogmatibus, *inquit Sozomenus lib.* 2 *cap.* 29, neque deſierunt eadem cum ipſo ſentientes diverſa ſentientibus adverſari. Quin etiam, cum populus Alexandrinus continenter vociferaretur, atque in ſupplicationibus ſuis pro Athanaſii reditu precaretur, & magnus ille monachus Antonius ſæpius eamdem ob cauſam ſcriberet, ſuaderetque haud eſſe credendum Meletianis, & eorum accuſationes habendas eſſe pro calumniis; nequaquã perſuaſus eſt Imperator: ſed Alexandrinis quidem ſcripſit, inſanię & petulantię E eos arguens; Clericis vero & Virginibus ſacris præcepit ut quieſcerent; affirmans ſe nullatenus dimovendum à propoſito, nec revocandum à ſe Athanaſium, utpote ſeditioſum & eccleſiaſtico judicio damnatum, Antonio deniq; renuntiavit, ſententiam Synodi à ſe nõ poſſe parvi pendi: Quamvis enim, inquiebat, pauci aliqui ad odium aut gratiam judicarent; non tamen *repellit Imperator pacis* credibile eſt, tantam multitudinem adeo illuſtrium & *cupidus;* ſpectabilium Epiſcoporum in eamdem partem adductum iri. Athanaſium certe contumelioſum & arrogantẽ, turbarumq; cauſam eſſe: nam qui alieniori erant ab illo animo de his maxime eum accuſabant, ſcientes quam vehementer ejuſmodi homines Imperator averſaretur.

Alexandrinos cum S. Antonio petentes reditum Athanaſii,

122 *Ob eandem etiam cauſam Ioannem Meletii ſucceſſorem, licet à Concilio Tyri ad communionem receptum, induci* *& Ioannem Meletianum in exilium mittit;* *nõ potuit ut ſuſciperet, ſed ipſum quoq; multavit exilio, quia intellexerat ejus cauſa diviſam in factiones Alexandrinorum Eccleſiam, aliis ipſum, aliis Athanaſiũ commendantibus. Hujus tamen innocentiam tandẽ aliquando cognoſcens, extremo vitæ tempore eum* Alexandriam redire juſſit, idque præſente Euſebio Epiſcopo Nicomediæ, & contraria ſuadere conanté, *ut ait Theodoretus lib.* 1 *cap.* 32. *Obiit deinde magnus Conſtantinus,* XXI *Maji, anno* CCCXXXVII: *ex cujus teſtamento Imperium partiti ſunt filii: ſic ut Conſtantino natu maximo ceſſerit Hiſpania, Britannia, Gallia etiam Belgica, Germaniæ pars circa Rhenum & Danubium & Africæ pars Occidentalior; Conſtanti natu minimo Italia, Illyricum, Ponto Euxino finitima; Macedonia, Græcia, Creta, Sicilia, Sardinia, & Africa reliqua; Conſtantio Thracia cum vicina Myſia, Aſia, Syria, Ægyptus, Orientiſque Imperium ab Illyrico ad Niſibin. At quia Conſtantius ſecundo genitus protractus erat in Arianæ hæreſeos defenſionem, per eum Presbyterum, cui teſtamentum ſuum moriens Imperator commendarat, dilatus fuit S. Athanaſii reditus, integro & amplius anno:* | *Euſebianis interim in Arianorum gratiam moventibus omnem lapidem, ut & ipſum arcerent, & quoſcumque conſiliis ſuis adverſantes orthodoxos Epiſcopos, hæreticis hominibus in eorum locum ſubſtitutis: quemadmodum prolixe exponit ipſe Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, aſſerens Euſebianos*, quia per feminas commendationem habebant ad Imperatorem, cunctis ſe præbuiſſe terribiles. *Feminis porro, in quibus erat ipſa uxor Conſtantii, adnumerari etiam Eunuchi palatini debent: qui uti ſe ad Euſebianorum vota prorſus aptaverant, ita & obnoxium ſibi immodice Imperatorem trahebant quocumque illi vellent.*

F *ac moritur, decreto prius Athanaſii reditu:*

qui ſub Conſtantio retardatus, 1 p. 813

123 Nihilo-

AUCTORE D. P.

CAPUT XII.

Nova Euſebianorum molimina, tum apud Imp. Conſtantium, tum Romæ apud Iulium Papam; quem Athanaſius ipſe adit.

tandem conceditur, 1 p. 814

A 123 *Nihilominus, cum an.* CCCXXXVIII *alicubi convenissent* tres fratres, *atq; inter cetera de pace Ecclesiis reddenda egissent, uti ex Athanasio ipso colligitur,* jusserunt quemq; in patriam & Ecclesiam suam redire, de aliis quidem scribentes propriæ cujusque Ecclesiæ; de Athanasio vero hæc, Constantinus Cæsar populo Catholicæ Ecclesiæ urbis Alexandrinæ. Non existimo vestræ sanctæ menti esse ignotum, quod Athanasius adorandæ legis interpres, ideo ad tempus missus in Gallias fuerit, quoniam feritas sanguinariorum hostium ejus periculose imminebat sacro illius capiti, ne forte per improborum illorum machinationes immedicabile quidpiam pateretur. Ad illam vero eludendam ereptus faucibus hominum sibi insidiantium, jussus est apud me sic vivere, ut in qua moraretur urbe necessariis omnibus abundaret; quamvis veneranda viri virtus, divino freta auxilio, asperioris fortunæ pondera parvi faceret. Igitur cum Dominus ac Pater meus Constantinus Augustus, quam maxime voluerit, propter vestram insignem pietatem, eumdem Episcopum suo loco restituere; sed humana sorte præventus, prius quam suum hoc votum impleret, obdormierit; congruum duxi, ut ego propositum Imperatoris piæ memoriæ susciperem impleremque. Cum is ad conspectum vestrum venerit, cognoscetis quanto in honore apud me fuerit. Neque minus, si quid gratiose erga ipsum egi; ad hoc enim animum meum movit & induxit desiderii vestri repræsentatio, ipsaque tanti viri species. Divina providentia vos conservet, Fratres dilecti. Datum XV Kalendas Julias. Treveris.

scribente ea de re ad Alexandrinos Constantino Iuniore.

B

Rediens ille hiis agit cum Constantio, 1 p. 676

124 *Ad Athanasii Alexandriam revertentis iter spectare videtur quod in Apologia ad Constantium scribit, quod* ipsum *Imperator ille fuerit* dignatus videre, primum Viminiaci, *qui locus est ad Danubium in Mœsia prima,* & iterum Cæsareæ, quæ est in Cappadocia: *de quibus duobus congressibus & posteriori* tertio Antiochiæ, *testem ipsiusmet Imperatoris appellat memoriam,* utrum vel tum de Eusebianis ipsum affligentibus apud ipsum fecerit mentionem; aut criminatus sit eorum quempiam à quibus afficiebatur injuria. Si autem, *inquit,* neque ob ea de quibus me loqui oportebat accusavi illos, unde hæc mihi insania, qua coram Imperatore traduxerim Imperatorem, & fratrem cum fratre commiserim? *de quo scilicet falso insimulabatur ab æmulis. Eodem in itinere Constantinopoli transiens Athanasius,* præsens fuit accusationi *intentatæ Paulo Constantinopolitano Episcopo, prout indicat in Epistola ad Solitarios, Pauli orthodoxam fidem vel eo probans,* quod qui hunc fecit reum Macedonius, etiam tunc cum reo suo, cujus Presbyter erat, communicavit.

videt Pauli Ep. Constantinopoli,

1 p. 813

C

1 p. 725

125 Cum vero Alexandriam nondum esset ingressus *Sanctus,* & per Syriam in itinere ab exilio reverteretur, *à Præfecto Ægypti damnati sunt aliqui, quorum causa non puduit adversarios, sævitiam Athanasio imputare: quod merito indignantur Alexandrini Patres, cum,* si vel in ipsa Alexandria fuisset, *nihil ad eum pertinuissent Iudicum aut Præfecti acta, ex re nulla ecclesiastica occasionem habentia. Notant etiam iidem Patres, quod* revertens ab exilio *Athanasius,* suam ecclesiam, à qua recipiebatur, etiam tum vacantem invenit: *indeque inferunt, eum,* cum relegebatur in Galliam, non fuisse habitum pro vere damnato; *cujus loco alius constitui potuisset ac debuisset. Quanta tum fuerit illius Ecclesiæ lætitia nusquam exprimitur: comparatio tamen quam instituit Nazianzenus, posteriorem aliam Athanasii receptionem describens, videtur hoc potissimum tempus spectare,* quo, ex simili fuga & ob easdem causas suscepta, Alexandriam repetiit. *Si enim posterior illa, cum nulla alterius cujuscumque occursus festivitate comparabilis, cum hac tamen conferri potuit; oportet eam omnino maximam & fere inexplicabilem fuisse.*

transit per Syriam,

1 p. 748

& Thronum suum adhuc vacantem recipit.

3 p. 18

Ab reduce Athanasio metuentes sibi adversarii,

126 *Vix redierat Alexandriam Athanasius, cum adversarii ejus,* verentes, *ut Russinus ait lib.* II *cap.* 15, ne si forte adeundi Regis *Constantii libera* aliquando copia fieret Athanasio, per eumdem veritatis fidem, quam divertebant, secundum Scripturas edoceretur; omnimodis eum insimulare apud Principem aggrediuntur, *contraque eum* quamplurima criminosa simul ac flagitiosa componunt. *Inprimis vero, ex ea quam supra attigimus occasione, ob Præfecti acta nihil ad ipsum tunc adhuc absentem pertinentia;* objiciunt cædes & homicidia patrata esse post Athanasii ingressum. *Quod Synodus Alexandrina refellens* Cædes, *inquit,* omnino nulla, neque ab Athanasio neque per Athanasium commissa est . . . Cædes & vincula aliena sunt à nostra Ecclesia: carnifici neminem unquam Athanasius tradidit: neque carcer, quantum in ipso fuit, propter illum unquam est fatigatus. Sacraria nostra, uti semper, ita & nunc munda sunt, & solo Christi sanguine veraque inipsum pietate sanctificata. Non Presbyter, non Diaconus interfectus ab Athanasio est, neque mortem ulli vel exilium irrogavit. Utinam illi, qui vere persecutionem suscitant, nihil tale contra ipsum feciissent! nullus enim ejus causa hinc abiit in exilium, nisi ipsemet Episcopus Alexandriæ Athanasius, per istos pulsus: quem dimissum, rursus iisdem ac pejoribus malis student involvere, omninoque ad falsa & letifera verba linguas suas exacuunt.

1 p. 724

calumniantur quod cædes ejus causa sint factæ,

E

quod frumentum viduis dandum ad se verterit,

127 *Aliud deinde crimen excogitant, quod prædicta Synodus sic exponit & refellit.* Frumentum dabatur à patre Imperatorum in alimentum viduarum, partim Libycarum partim Ægyptiarum, quod etiamnum recipiunt, Athanasio nihil inde referente præter laborem. Nunc tamen accipientibus illis, neque querentibus quidpiam, sed præberi sibi fatentibus, traducitur Athanasius, quod universum frumentum emerit atque in usus suos reposuerit: & hoc scripsit Imperator, eorum criminationibus ad querelas deponendas inductus . . . . cum ipsimet studeant frumentum avertere ab Ecclesia per hujusmodi calumniam, & ad Arianos transferre.

1 p. 737

F

quod absq; Concilii assensu rediverit.

128 *Imprimis autem accusarunt Athanasium adversarii, teste Socrate lib.* 2 *cap.* 5, *quod à Concilio Tyri depositus,* absque consilio & consensu communis Concilii Episcoporum, Sacerdotii gradum denuo conscendisset; & ab exilio revertens, suo ipsius arbitrio in ecclesiam irruisset . . . . quin etiam, quæ Tyri contra ipsum acta fuerant, proferebant in medium: *non tantum apud Constantium, ad talia suscipienda pronum, (uti apparet ex ejusdem querula de frumento epistola, cujus jam meminimus) sed* & Romam & ad Imperatores Constantinum atque Constantem scribentes. Verum quia legati missi ab Athanasio, *ut ipse ait in epistola ad Solitarios,* eorum mendacia refutabant, rejecti sunt cum pudore ab Imperatoribus *prænominatis. Alibi quoque fatetur Athanasius, quod* Alexandriæ existens, necesse habuit excusare se per litteras apud Constantem, ob ea quæ Eusebiani calumniose ad ipsum scripserant. *Denique collecta & quaquaversum* missa sunt *à Synodo Alexandrina* testimonia Sacerdotum Libycorum, Pentapolitanorum, atque Ægyptiorum, ut vel inde constaret de calumnia Athanasio illata.

1 p. 815 *sed frustra apud Constantinum & Constantem.*

1 p. 675

129 *Interim* Eusebius, *qui pridem* oculos adjecerat ad Episcopatum urbis *Constantinopolitanæ, quæ in*

AUCTORE D. P.

primariam Imperii ſedem erecta erat à Conſtantino (nam eodem modo à Beryto Nicomediam tranſilierat) *ſicuti* criminando effecerat ut à Conſtantino relegaretur in Pontum *Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus; ita & apud Conſtantium egit, ut convocata ſuper eo negotio Synodo, deponeretur iterum è Sede illa, ipſeque ſubſtitueretur*, perſuaſus, *ut Alexandrini de eo queruntur*, in magnitudine urbium religionem eſſe ſuam, & ſortem Dei, ſecundum quam conſtitutus ordinatuſque fuerat, pro nihilo ducens. *Colitur S. Paulus die* VII *Iulii, quando de ejus exiliis morteque plenius erit agendum nobis; nunc ejus hic meminiſſe ſufficit, quatenus hiſtoria ejus implicita eſt cum Actis S. Athanaſii: cui ut eamdem fabam cuderent Euſebiani, Antiochiam deligunt, habendis contra eum atque orthodoxam fidem conciliabulis; interim vero Arianis qui Alexandriæ erant, à Secundo Epiſcopo Ariano ordinandum curant Epiſcopum, Piſtum.*

1p 813 *Puiſo Paulo CP. Sedem ejus occupat Euſebius,*

1p. 727

Arianis Alexandrinis curat Epiſcopum ordinandum,

130 *Eorum qui Antiochiæ convenerant præcipui erant* Dianius *Cæſareæ in Cappadocia*, Flaccillus *Antiochiæ*, Narciſſus *Neroniadis*, Euſebius *jam Conſtantinopolitanus*, Maris *Chalcedonis*, Macedonius *Mopſueſtiæ*, Theodorus *Heracleæ Epiſcopi: qui* ad Julium *Romanum Papam* litteras miſere: & arbitrati ſe Athanaſium perterrituros, petierunt indici Synodum, ipſumque ſi vellet Julium fieri judicem. *Has litteras, una cum Actis Conciliabuli Tyrii, antea tam ſedulo occultatis, detulerunt Romam Euſebianorum legati*, Macarius Presbyter & Martyrius Heſychiuſque Diaconi: *qui videntur etiam mandatis habuiſſe inſtare apud Iulium, ut Piſto ſcribe[re]t, quatenus ita videretur Pontifex cum iſto, quem Ariani non eſſe diſſimulabant, communicare. His cognitis non defuit, ubi ſuaque cauſa Athanaſius: ſed etiam ipſe Presbyteros è ſuis aliquos Romam expedivit; quibus Euſebiani, ut in epiſtola ſua teſtatur ipſe Iulius*, nullo modo pares, ac ſemper ab illis convicti refutatique, Concilium indici poſtularunt, litteraſque & ad Euſebianos & Alexandriam ad Athanaſium mitti, quibus convocarentur, ut coram omnibus juſto judicio de cauſa cognoſci poſſet: tum enim ſe de Athanaſio probaturos eſſe, quod jam nequirent . . . . . Athanaſii Presbyteris bona cum fiducia coram Julio reſiſtentibus.

B

1p. 739 *& Romam ctari Athanaſium petii.*

hic illuc Presbyteros ſuos mittit,

131 *Iidem Presbyteri etiam* docuerunt, Piſtum (*pro quo cæperant ſolicitare Pontificem Euſebiani*, antequam iſti judicio ſe ſiſterent) Arianum eſſe, eoque nomine & ab Alexandro & à Nicæna Synodo ejectum: ac gradum ſui ordinis à quodam Secundo, quem ſimiliter magna Synodus ut Arianum rejecerat, accepiſſe. His vero neque Macarii quidem ſodales contradicebant, neque Piſtum fuiſſe à Secundo conſtitutum negabant . . . *Ipſe autem* Macarius Presbyter cum audiſſet ſuperiores eſſe Athanaſii Presbyteros, Pontifice ejus & Martyrii atq; Heſychii præſentiam præſtolante, licet corporali ægritudine teneretur, noctu tamen receſſit, confuſus propter refutationem Piſti, quantum licuit conjectando aſſequi. *Hæc ipſe Iulius.*

1p. 743 *qui coram Iulio adverſarios confundunt.*

C

1p. 722 *ad eumdem & alios ubique Epiſcopos ſcribit pro Athanaſio Alexandrina Synodus,*

132 *Interim* congregata *eſt* Alexandriæ *jam ſæpe citata* ſancta Synodus ex Ægypto, Thebaide, Libya, Pentapoli; *quæ* omnibus ubique Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopis, *Iulio imprimis, ſcripſit pro Athanaſio longam illam Epiſtolam, quam totam ille refert in Syllogo, & ex qua plurima in præcedentibus accepimus, hiſtoriam rerum circa Sanctum geſtarum & calumniarum ei intentarum continentia. Exordium Epiſtolæ iſtius hoc eſt.* Poteramus quidem, dilectiſſimi Fratres, ſtatim ab initio conflatæ in Athanaſium comminiſtrum noſtrum calumniæ; deinde poſt ejus Alexandriam regreſſum, reſpondere ſuper fictis criminibus Euſebianorum, ſimulque oſtendere quam nihil niſi meras impoſturas objeciſſent. Sed quia tempora illa id non permittebant, ut ipſi noſtis, poſtea autem arbitrabamur ad reſtitutionem Epiſcopi Athanaſii ſubmiſſuros vultum & pudore ſuffundendos pro tam manifeſta injuſtitia; putavimus rem eſſe tranſmittendam ſilentio. Sed quoniam poſt tantas ejus viri calamitates, poſt aditam Galliam & vitam peregre actam, poſt tantum non toleratam mortem, propter eorum accuſationes, niſi humaniori Imperatore uſus fuiſſet, poſt iſta denique omnia, quibus quilibet inimicus fatiari quantumvis efferus potuiſſet; quoniam, inquam, non erubeſcunt, ſed rurſum impudenter efferuntur contra Eccleſiam & Athanaſium; ejuſque dimiſſionem ægre ferentes ac prioribus pejora molientes, non verentur quod in ſacris Litteris ſcriptum eſt, Falſus teſtis impunitus non erit, &, Os quod mentitur occidit animam; non poſſumus ſilere diutius.

D

propter calumnias veteres ab Euſebiapis imprudenter renovatas,

Prov. 19 Sap. 1

133 *Hinc ingredientes in materiam propoſitam, ſingula accuſationum Athanaſio intentarum capita exponunt & refellunt, efficaciſſime demonſtrantes eorumdem vanitatem, æque ac judicii apud Tyrum exerciti injuſtitiam: denique in concluſione Epiſtolæ de Euſebianis queruntur, quod jam non clanculo, ſed* aperte, Arianos homines, atque eo nomine ab univerſa damnatos Eccleſia, contra Eccleſias irritent, Epiſcopumque illis conſtituant, divulſis à ſe invicem per metum Eccleſiis, quo illis ubique ſuppetant cooperatores ſuæ impietatis: ideoque & Diaconos mitti ad Arianos, qui cum ipſis communicando, litteraſque accipiendo & mittendo, Eccleſiam in ſchiſma conjiciunt: ea etiam ſcribi quaquaverſum quæ hæreſim commendent & Eccleſiam infament, uti videri poteſt ex litteris ad Romanum Epiſcopum, & forte ad alios ſigillatim ſcriptis. *Itaque omnes orant*, ut hac conteſtatione ſuſcepta, Athanaſio condoleant, & zelum indignationemque induant contra Euſebianos . . . neque eis attendant ſi iterum contra Athanaſium ſcribant (quidquid enim ab illis profiſciſcitur, falſum eſt) ne quidem ſi Ægyptiorum Epiſcoporum nomina ſubſcribant Epiſtolis. Certum eſt enim, *inquiunt*, nos non ſubſcribere, ſed Meletianos, homines ſemper ſchiſmaticos, qui uſq; nunc conturbant Eccleſias, & ſeditiones movent, & decreta prorſus abſurda ac pene ethnica faciunt; eaque patrant quæ pudor ſit committere litteris, ſed ab earum latoribus diſci poterunt.

eaſdem ſigillatim refutans,

1p. 738

E

querenſq; ab ipſis foveri Arianos,

& ſub falſo Ægyptiorum nomine contra Sanctum ſcribi.

134 *Anno* CCCXXXIX *hæc acta & ſcripta videntur* (*priusquam ſequenti anno Concilium Romæ indiceretur, de quo infra*) *eodem autem ferme tempore ac zelo* etiam ex aliis provinciis Epiſcopi pro Athanaſio *ſcripſere, ut Iulius Papa aſſerit in ſua ad Antiochenam Synodum Epiſtola, &, ut in Syllogo notat Athanaſius*, alii tum ex Aſia, tum ex Phrygia, tum ex Iſauria, quorum ſingulorum nomina cum ſuis epiſtolis circumferuntur prope ſexaginta tres. *Ad quæ Iulius Papa opportune advertens, Euſebianos monet*, quod ſi ſuis litteris fidem dari poſtulant; æquum pariter eſſe ut litteris eorum qui pro Athanaſio ſcribunt fides non abnegetur; maxime cum, ipſis ab ejus patria longe diſtantibus, illi qui in iiſdem locis cum Athanaſio degunt, ut de homine noto rebuſque ibi geſtis certiores, bonum teſtimonium de vitæ ejus innocentia perhibeant, affirmantes eum non niſi fictis criminibus opprimi. *Porro Iulius Euſebianis & Athanaſio ſcripſit*, Concilium fieri oportere, ubi tuto invicem objicerent crimina, & objecta refutarent.

pro eodem etiam alii aliunde ſcribunt.

1p. 750

F

1p. 768

1p. 746 *quare Iulius Concilium Romæ indixit;*

1p. 815

135 *Ea Pontificis mente intellecta ipſummet ſibi adeundum ſtatuit Athanaſius.* Cum autem is Romam perveniſſet, *menſe circiter Septembri anni* CCCXXXIX continuo Julius ad Euſebianos litteras ſcripſit, miſitque per duos ex Presbyteris ſuis Elpidium & Philoxenum; certum diem definiens ut aut præſentes ſe ſiſterent, aut cognoſcerent ſe omnibus modis ſuſpectos haberi. Illi vero ubi Athanaſium Romæ adeſſe audie-

quo cum veniſſet Athanaſius,

1p. 739

1p. 816

A audierunt, *contra quam auſurum ſperaverant*, & intelligentes eccleſiaſticum conſeſſum fore, ubi nec Comes affuturus eſſet, neque ſatellites pro foribus excubarent, neque ex præſcripto Cæſaris fierent omnia, quibus rationibus & non aliis Epiſcopos vicerant; qui ſine illo præſidio ne loqui quidem audebant, ita inhorruerunt & metu contracti ſunt, ut Presbyteros retinerent ultra diem condictam, cauſificationem interim turpem fingentes, ſe ob bella Perſarum venire non poſſe. Sed in ea re nihil veri; metus autem conſcientiæ illos urgebat. Quid enim negotii Epiſcopis cum bello? aut quid obſtaculi illis à Perſis oriebatur, quo minus Romam venirent, urbem utique longinquam & tranſmarinam. Orientis interim loca ſuaſque provincias obeuntes, leonum more quærebant ſi quis ipſis adverſaretur, ut eum per calumniam ejicerent in exilium.

non ſunt auſi comparere Euſebiani.

CAPUT XIII.

Conciliabuli Antiocheni acta adverſus Athanaſium: Gregorii Ariani violentus in ejus eccleſiam ingreſſus.

B 136 ANnum totum & integros ſex menſes, *inquit in ſua Epiſtola Iulius*, apud nos hæſit Athanaſius, Euſebianorum expectans præſentiam aut quotquot comparere auderent; ſuaque præſentia pudefecit omnes: quippe qui judicio non ſe ſtitiſſet, niſi ſui fiduciam habuiſſet. Nec enim, *inquit Iulius*, ſponte comparuit, ſed litteris noſtris vocatus ad judicium; quemadmodum & vos citavimus. *Interim Conſtantinus Iunior copias contra Conſtantem movens, ſeditione militari prope Aquilejam comprehenſus, & in fluvium Alſum præcipitatus interiit, die* VI *Aprilis an.* CCCXL. *Ea mors in Aſia nuntiata, quin Euſebianorum animos vehementer erexerit, dubium eſſe nullum poteſt. Itaque miſſos à Iulio Presbyteros varie ludificari cœperunt, multa querentes de ipſo Iulio, ac nominatim, quod epiſtola quam attulerant à ſolo ſcripta Iulio ſolos compellabat Euſebianos, & non etiam alios Antiochiæ inſimul præſentes, unaque cum Euſebianis conſtituentes Synodum, quam non univerſim rejecit Eccleſia; ſed conditos in ea Canones complures approbans confirmavit, dum eos poſt mortem S. Ioannis Chryſoſtomi recepit in celebrem illam compilationem* CLXV *Canonum, veluti in Conciliis Niceno, Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno, Laodiceno & Conſtantinopolitano legitime decretorum: ex quibus etiam duos, qui inter Antiochenos ſunt quartus & quintus, Calchedonenſe Generale Concilium Actione* 4 *ſine ſcrupulo protulit.* Conciliabulum *tamen in titulo diximus, quia ipſum in hac hiſtoria conſideramus, quatenus primas auctoritatis partes in eo habentes Euſebiani, receptique ad communionem Ariani, fecerunt, ut non alio oculo ipſum debeamus conſiderare, quam quo illud conſideravit S. Athanaſius & S. Innocentius Papa* I, *exitum ejus potius quam initium conſiderantes; magiſque attendentes quid Euſebiani intenderint, etiam in iis quæ alias recte conſtituebant; quam quid ſpectarent Epiſcopi plures revera orthodoxi, & ex ſola cum Arianis communione reprehenſibiles, eatenus tamen excuſabiles, quatenus perſuaſi erant eos ſolo Conſubſtantialitatis vocabulo offendi, rem admittere.*

I p. 748

Extincto Conſtantino Iuniore, ad novas ſpes erecti Euſebiani,

in Concilio Antiocheno prævalentes,

C 137 *Iulius autem neque hoc excuſavit eiſdem reſcribens, quin libere oſtenderet peccari in eo*, quod Arianos, ab omnibus condemnatos, contra ſententiam eorum qui cauſam judicaverunt, reciperent: *neque tamen ſuam eis communionem propterea denegavit*, dilectiſſimos in Chriſto Fratres *adhuc eos appellans: ad objectam vero criminationem, quaſi ſolis Euſebianis ſcribens reliquam Synodum inhonoraſſet, excuſat ſe* non aliunde *quam ab Euſebianis* litteras accepiſſe contra Athanaſium, ideoque neceſſario iis reſpondiſſe qui ſcripſerant. *Similiter & ad alterum querelæ caput*, quod ſolus illis ſcripſerit; conſequens eſt, *inquit* ut indignemini quod illi mihi uni ſcripſerint.... tametſi autem ſolus ſum qui ſcripſi, non meam tamen ſolius ſententiam, ſed omnium Italorum & omnium in his regionibus Epiſcoporum ſcripſi. *Et hoc ipſum teſtatur Athanaſius in ſua ad orthodoxos Epiſtola, anno ſequenti ſcripta, ubi ait, quod*, cum nondum ſcelera illa acceſſiſſent (*de quibus à Philagrio & Gregorio patratis conqueritur, uti mox videbimus*) Epiſcopi Romæ, infenſi prioribus eorumdem hominum factis, concilium indici celebrarique voluerunt. Hoc autem reformidantes Euſebiani, *inquit Athanaſius*, ut Eccleſiam turbarent noſque de medio tollerent, atque ita ſine metu agerent quæ vellent, & reprehenſorem non haberent, *inierunt conſilium, & denuo Antiochiam indixere conventum, quem Athanaſius in libro de Synodis ait eſſe habitum* tempore encœnorium, *ejus ſcilicet Baſilicæ cujus fundamenta Conſtantinus jaci juſſerat ante decennium, ad quæ convenerunt* numero nonaginta *Epiſcopi*, Conſulibus Marcellino & Probino, Indictione XIV, *id eſt anno* CCCXLI, præſente ibidem impiiſſimo Conſtantio.

I p. 950

& novo conventu ſuorũ Antiochiæ coacto,

confirmant depoſitionem Athanaſii

E 138 *Hic præcipua Euſebianis cura fuit, confirmare depoſitionem Athanaſii apud Tyrum decretam, & in Alexandrinam Sedem ſubſtituere alium: ad quod Euſebius factionis caput Antiochiam accerſierat quemdam ſibi cognominem, cujus natales, inſtitutionem, doctrinam ex Georgio Laodiceno fuſe deſcribit Theodoretus lib.* 2 *cap.* 6. *Sed* cum *hic* Alexandriam proficiſci timeret, propterea quod Athanaſius à populo Alexandrino plurimum diligeretur, *maluit Emiſenæ Eccleſiæ præfici; & ex triginta* ſex manſionibus Antiochiæ peregrinus Epiſcopus nominatus eſt, *ut ait Iulius*. Gregorius *erat, natione Cappadox, de quo loqui Nazianzenum exiſtimat ejus interpres Nicetas aliique, ubi excuſans patriam ſuam Cappadociam, quæ illum & ſimiliter Georgium tulit, alterum poſtea invaſorem Sedis (quandoquidem & in vinea ſpinæ naſcuntur) continuo ſubdit:* Nec vero deſunt qui ne meum quidem cognominem culpa liberent, qui doctrinæ amore ac ſtudio tum temporis Alexandriæ peregre agens, cum ab ipſo *Athanaſio* humaniſſime, non ſecus ac filiorum cariſſimus, exceptus eſſet; tantamque apud eum gratiam obtinuiſſet & auctoritatem, ut res maximi ponderis illi committerentur; conſilium (ut hominum ſermo erat) ceperat inſurgendi adverſus patrem & patronum. Et quamquam alii eſſent actores tragœdiæ, manus tamen Abſalonis, ut dicebatur, cum illis erat.

pro eoquo ordinant Gregorium,

E 139 *Verum, quis credat Gregorium invaſorem, quem palam omnibus erat præcipuam furialis erynnios partem ſuſtinuiſſe in Alexandrino theatro, excludi ab actorum numero poſſe, velut is qui poſt ſiparium latens, expoſitarum in ſcenam perſonarum modos actuſque occulta moderatur ſuggeſtione, ſoloque vulgi ſermone fuiſſe adductum in ſuſpicionem facinoris tam notorii? Quid? quod de ſuo qualicumque cognomine agens Nazianzenus, ejuſque velut Abſolonis quondam manum fuiſſe cum adverſariis indicans, ad longe anteriora tempora & prima perſecutionis adverſus Athanaſium motæ initia videatur reſpicere. Illata enim mentione de manu Abſolonis, continuo ſubdit*: Si quis veſtrum eſt, qui manum illam, ex qua ſancto viro falſum crimen illatum eſt, & mortuum illum viventem, & injuſtum exilium norit, quid dicam intelligit: *hæc enim omnia Arſenium ſpectant, & judicium Tyrium, & exilium Trevirenſe. Quamcumque igitur partem in hac tragœdia habuit ille hactenus occultus Nazianzeni ſynonymus, cujus cauſa in ore vulgi infamata etiam Cappadocia fuit, velut novos identidem adverſarios Athanaſio parturiens, eam ille egit anno* CCCXXXV; *proinde diverſus ab eo fuit, qui anno* CCCXLI *dumtaxat in ſcenam prodiit & obiit anno* CCCXLIX. *Denique illa ſingularis modeſtiæ ac reverentiæ plena cognominis ſui incuſatio, numquid indicare videtur Nazianzenum agere de*

diverſum ab eo qui olim Athanaſii boſſes,

an. 335 ejus adverſariis occulto favit.

de ipſo Iulio querelas movent vaniſſimas;

AUCTORE D. P.

de aliquo, cum iſta dicerentur annis poſt invaſoris Gregorii mortem pluribus quam viginti, adhuc vivente, & virtutis, doctrinæ ac dignitatis æſtimatione ſecum comparabili, & quem ſuum ipſe cognominem per antonomaſiam appellabat? Quod ſi liberas cogitationes libere prodere liceat, nemo eſt in quem ſuſpicio favoris contra Athanaſium præbiti & operæ adverſariis ejus clam navatæ, cum inſigni ingratitudinis nota, facilius cadere poſſe videatur, quam in S. Baſilii juniorem fratrem S. Gregorium Nyſſenum; *qui eo tempore, in flore adoleſcentiæ ac ſtudiorum, ætatem annorum forte triginta attigerat, dignus quem Athanaſius exciperet tam amanter, & tam confidenter adhiberet ad negotia, ſpes undique maximas de ſe facientem. Illa autem ſuſpicio ſi vana non eſt; eidem, ad meliores poſtea adjuncto & profeſſo Arianorum hoſti, juſtam talionem repoſuit Deus, quando permiſit ut etiam ipſe anno* CCCLXXII *haud abſimilem pateretur perſecutionem ab iis quibus olim colluſerat, totoſque octo annos exul à ſua Eccleſia ageret: quæ ceteraque ejus laudes abunde debent eluiſſe maculam, ſi qua olim fuit ab adoleſcentiori in Athanaſio vexando contracta.*

140 *Redeo ad Alexandrini Sedis invaſorem Gregorium, ab Euſebianis ordinatum Antiochiæ*: quæ res quanam ratione facta ſit prorſus ignoro, *inquit Iulius*, non enim B decebat, cum nos ad celebrandam Synodum litteras
1 p. 784 *Indignatur ad ſceleris novitatem Iulius:* mitteremus, aliquos præoccupare judicium Synodi: deinde non decuit novos iſtos modos contra Eccleſiam induci. Ubi enim eſt ejuſmodi eccleſiaſticus canon aut traditio Apoſtolica, ſecundum quam, Eccleſia pacem habente, & Epiſcopis Provincialibus cum Alexandrino Epiſcopo Athanaſio conſentientibus, immitteretur Gregorius, externus homo, neque Alexandriæ baptizatus, neque plebi notus, neque poſtulatus à Presbyteris; iſque Antiochiæ, crearetur Epiſcopus, inde deducendus Alexandriam, non cum Presbyteris aut Diaconis civitatis, non cum Epiſcopis Ægypti, ſed cum militibus? *prout infra videbimus.* *Euſebiani repudiato τῷ ὁμοου-σίῳ* Hac re confecta, *inquit Theodoretus lib. 2 cap. 7*, fidem commutare laboraverunt: qui quidem videri volebant nihil eorum quæ in Concilio Nicæno acta ſunt reprehendere: revera tamen nitebantur fidem Conſubſtantialis cum Patre Filii labefactare, ut paulatim homines ad Arii opinionem impellerent. *Ergo cum pridem in Hieroſolymitanis, ut vidimus, encæniis* Arii dementiam collaudaſſent, & Arianos in communionem recipiendos ſtatuiſſent; *intelligentes ſe ideo* ab omnibus male audire de hæreſi, variis modis ſcripſerunt *Confeſſionem fidei. Et primo quidem ſcripſerunt epiſtolam*, qua negant ſe Arii ſectatores eſſe, aut, cum C *novam fidei formulam condunt,* 3 p. 892 ſint Epiſcopalis ordinis, Presbyterum ſequi: quinimo *aiunt*, ſe fidei ejus, *id eſt Arianæ*, examinatores probatoreſque factos, potius eum admittere quam ſequi: *ſignanter autem* credere ... in unum filium Dei unigenitum, ante omnia ſecula exiſtentem, & coexiſtentem cum Patre à quo genitus eſt.

141 *Sed* cum priorum pœnituiſſet novaque excogitaſſent, aliam in eiſdem encæniis *edidere epiſtolam, profitentes ſe credere* in filium Dei unigenitum, per *iterumque aliam,* quem omnia; eumque natum eſſe ante ſecula ex Patre, Deum ex Deo, Totum ex Toto, Solum ex Solo, Perfectum ex Perfecto, Regem ex Rege, Dominum ex Domino, Verbum vivum, Sapientiam vivam, Lumen verum, Viam, Veritatem, Reſurrectionem, Paſtorem, Januam; immutabilem & inalterabilem quoad Divinitatem, eſſentiamque & voluntatem, potentiam & gloriam; Patris imaginem diſſimilitudinis expertem, Primogenitum omnis creaturæ, eumdemque in principio apud Deum
1 p. 894 *& aliam.* Verbum. Theophronius porro Epiſcopus Tyanenſis iſtiuſmodi fidem in præſentia omnium promulgavit; cui omnes, hominis religione approbata, ſubſcripſerunt. *In hac autem dicitur* Unigenitum, per quem omnia, genitum eſſe ex Patre ante ſecula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem D exiſtere in ſua perſona. *Quæ omnia, verbis diverſa, ſenſu eadē & Catholica, eo ſpectabant, ut ſuaderetur Conſubſtantialitatis confeſſionem, cum vox eſſet inuſitata Scripturis, non eſſe extorquendam hominibus, rem ipſam ut videbatur tenentibus; eaque ſecluſa pacificari poſſe Eccleſiam, receptis in eam Arianis; & pro turbatoribus eſſe habendos, qui eos pretextu Nicæna fidei excluſos volebant.*

142 *Talia Antiochiæ acta eſſe ac porro agi intelligens* *Redit interim Alexandriam Athanaſius,* *Athanaſius, non putavit cum tanto Eccleſiæ ſuæ periculo, in quam immittendus per vim Gregorius quotidie timeri poterat, diutius ſibi Romæ expectandos fruſtra eſſe adverſarios, quos judicium ſupterfugere ſatis apparebat. Alexandriam itaque feſtinavit regredi, ubi cum in Paſchate feralis ille turbo deprehendit, cujus plena eſt omnis eccleſiaſtica hiſtoria. Rem ut geſta eſt juvat ex ipſo Athanaſio diſcere, qui in epiſtola ad Orthodoxos prolixe hoc argumentum tractans, hujuſmodi hiſtoriam nobis proponit.*

143 Rebus *Romæ & Antiochiæ* inceptis, cum 1 p. 815 male ſibi ubique conſcii *Euſebiani*, de cauſa ſua in *& Euſebianu apud Conſtantiū agentibus,* Eccleſiaſtico conventu deſperarent; Conſtantium, ut hæreſeos propugnatorem, adeunt cum lamentis: & Vides, inquiunt, omnes à nobis deficere, pauci reſidui ſumus: incipe perſequi, quoniam etiam ab E iſtis paucis deſtituimur & deſerti relinquimur: quos enim vi ad communionem noſtram per exilia Epiſcoporum adegimus, ii ab Epiſcopis in Sedes ſuas revertentibus, ut contra nos ſentiant, perſuadentur. Scribe igitur ad omnes, & mitte denuo Philagrium Præfectum Ægypti: ille enim, ut reipſa jam patuit, idoneus eſt rebus gerendis: mitte item Gregorium Epiſcopum Alexandriam: nam & iſte poterit hæreſim noſtram ſtabilire. *Ita Athanaſius ad Solitarios, ad Orthodoxos vero antea ſcripſerat quæ ſequuntur.* Itaque 1 p. 944 *proponitur edictum de recipiendo Gregorio.* nobis ex more degentibus in pace, populiſque lætantibus ſuper frequentatione ſynaxeon; & in bona ſecundum Deum converſatione proficientibus ſacrorum comminiſtris per Ægyptum, Thebaida, Africamque, ac mutua tum inter ſe, tum erga nos pace connexis; ecce ibi ſtatim Præfectus Ægypti litteras proponit, in formam edicti, quaſi Gregorius quidam Cappadox, ſucceſſor mihi veniret à Comitatu.

144 Fama iſtius negotii tunc, ut in re nova, & *Populo frequentiori intra eccleſiam collecto,* nunc quoque poſt rem peractam, perturbavit omnes. Major igitur ea de cauſa in templa populi confluxus, præcipue quia ſciebant neque ſe, neque Presbyterum, neque Epiſcopum ullum queſtum de me; ſolos F autem Arianos cum ipſo videbant, & ipſummet Arianum eſſe ſciebant, pro Arianis miſſum ab Euſebianis ... Populis ergo graviter id ferentibus & 1 p. 945 propter ejuſmodi novitatem ad eccleſias convenientibus, ne Arianorum impietas fidei eccleſiaſticæ commiſceretur; Philagrius, qui olim eccleſiam & *irrumpit in eam cum armatis Præfectus Philagrius,* ſanctas ejus Virgines contumelia affecerat, & nunc Ægypti Præfectus erat, religionis noſtræ Apoſtata & Gregorii conterraneus, nihil ſanctum in moribus habens, ſed Euſebianorum patrocinio fultus, eoque ſtudioſius contra eccleſias agens; gentilium turmas ac Judæorum & quoſcumque diſſolutos homines conducit pollicationibus, quas deinde exolvit; eoſque ſubito immittit in eccleſias contra populum cum gladiis fuſtibuſque ...

145 Et eccleſia quidem ac baptiſterium conflagrarunt igne; ululatus autem & lamentationes audiebantur per urbem, indignantibus civibus propter ea quæ fiebant, conclamantibuſque & de vi facta *raptantur Virgines monachique,* proteſtantibus. Etenim ſanctæ Virgines & incontaminatæ nudabantur, patiebanturque nefaria, aut ſi reſiſterent, periclitabantur de vita: monachi protriti pedibus publicis ſervitiis mancipabantur * aut gladiis * ἐδημεύ-ονῖο fuſtibuſque cæſi tollebantur è vita; alii vulnerabantur aut verberabantur. Supra menſam autem ſacroſanctam

A ſanctam quæ non impletas commiſſa eſt! Offerebant aves & pineas nuces, idola laudabant; Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, Dei viventis filium, blaſphemabant intra ipſas eccleſias Domini; ſacros libros, ibidem inventos, tradebant flammis: in ſanctum autem baptiſterium, vah audaciam! Chriſticidæ Judæi & profani gentiles, temere ingreſſi ſeque ipſos nudantes, dixerunt feceruntque, qualia vel narrare ſit pudor. Nec defuere homines impii, qui, imitando perſecutionum veterum acerbitatem, Virgines continenteſque feminas injectis manibus traherent, & raptantes cogerent blaſphemare atque abnegare Chriſtum, recuſantes autem conciderent conculcarentque.

contaminatur eccleſia,

146 Facinoribus talibus admirabilis ille ac ſplendidus Gregorii Ariani ingreſſus exornatus, velut mercedem ac præmium ſceleratæ victoriæ præbens, Ethnicis Judæiſque & aliis talia contra nos auſis deprædandam dedit eccleſiam. Inſolentia autem iſta atque improbitate ſemel permiſſa, committebantur terriora quam in bello, atrociora quam in latrocinio; cum hi diriperent obvia, illi in cellis repoſita dividerent, magnamq; vini copiam aut ebiberent aut effunderent aut aſportarent, oleumque reconditum prædarentur; B fores item cancelloſq; velut rejectamenta auferrent, & candelabra ad parietem ponerent, atque eccleſiæ cereos idolis accenderent. Denique in eccleſia aliud videre non erat quam rapinas & cædes: neque ad hæc erubeſcebant Ariani impii, ſed pejora inſuper crudelioraque adjiciebant. Nam Presbyteri laicique exponebantur ad contumeliam, ſublatæ in humeros Virgines deferebantur ad Præſidis tribunal & conjiciebantur in cuſtodiam: alii publico addicebantur & cædebantur flagris; panes quoque ſacrorum Miniſtris Virginibuſque dari prohibebantur.

ornamenta & utenſilia diripiuntur,

147 Fiebant hæc in Quadrageſima circa Paſcha; cumq; jejunarent Fratres, Gregorius ille admirabilis, Caipham æmulatus, cum Præſide Pilato contra pios Chriſti cultores debacchabatur ebrius. Certe in die Paraſceves, cum Præſide & gentilium multitudine, unam eccleſiarum ingreſſus, quia vidit populum violentam ejus irruptionem averſari, fecit ut crudeliſſimus Præſes eadem hora triginta quatuor Virgines, matronas ac viros ingenuos, flagellarit publice & in carcerem mitteret: inter quos Virginum unam, legendi ſtudioſam & adhuc Pſalterium tenentem manibus, cum ſimiliter Præſes juſſiſſet publice cædi flagris; ipſe quidem liber diſcerptus eſt à carnificibus, C Virgo vero in cuſtodiam tradita. His ita actis non quieverunt nequidem in diem ſequentem: ſed conſilium inierunt ut & in alia quoque eccleſia, in qua maxime verſabar diebus illis, eadem quæ prius facerent. Ideo autem ad hanc quoq; volebant extendere furorem ſuum, ut me ibidem perquiſitum interficerent: quod & factum eſſet, niſi Chriſti gratia adjuviſſet me, ut fuga elapſus hæc pauca vobis narrare poſſem.

& hæc circa Paſcha:

atrociora etiam facta in Pentecoſte,

invaſis aliis duabus eccleſiis.

148 *Hactenus in epiſtola ad Orthodoxos Athanaſius, qua ut nunc edita extat perpetuo pro Gregorio Georgium exhibet, errore tanto proniore, quanto facilius duo hæc nomina alterantur; quantoque tam hujus Gregorii, qui à Philagrio Præfecto per vim inductus eſt; quam Georgii, qui poſt annos quindecim à Duce Syriano invectus eamdem occupavit Sedem, ſimilia magis initia, fortaſis etiam exitus fuere. Sed ſatis utrumq; diſtinguunt nomina Magiſtratuum, ſub quibus & cum quibus res geſtæ narrantur; nec locus unus manifeſte corruptus, de quo mox infra num.* 152 *efficere poteſt, ut epiſtolam iſtam ad ulteriora transferamus tempora; quam exorditur Sanctus ab hiſtoria Levitæ, qui injuriam paſſus in uxore, demortuæ corpus ſecuit, & partes in omnes tribus dimiſit; ut ad omnes pertinere crederetur facinus, quale in Iſrael numquam acciderat; quemadmodum ibi Athanaſius oſtendit*

quæ omnia male adſcribuntur Georgio, poſtea ſimiliter debacchato.

Eccleſiam Alexandrinam numquam tam dira paſſam eſſe, quam ſub Gregorio Ariano pertulit. Paſcha autem an. CCCXLI, *quo iſta ſunt acta, celebratum eſt die* IX *Aprilis.* AUCTORE D. P.

CAPUT XIV.

Alia Gregorii intruſi contra Orthodoxos facinora.

Fugit Athanaſius, 149 EGo, *inquit Athanaſius, epiſtolam ſuam ad Orthodoxos proſequens*, cum viderem eos ad extremam deveniſſe rabiem, mecumque reputarem qua ratione cavere poſſem ne porro damnum pateretur Eccleſia, Virgines contaminarentur, & cædes rurſum fierent, noviſque injuriis vexaretur populus; furtim me ſubduxi multitudini, dicente Salvatore, Si vos in una civitate perſecuti fuerint, fugite in aliam. Ex iis enim malis quæ patrarant in eccleſia altera, ſciebam nullum ſcelus adverſus iſtam [*in qua commorabar*] omiſſuros. Certe nec Dominicam ſacræ Feſtivitatis diem ibi reveriti ſunt, quo minus tunc quoque in cuſtodiam compingerent homines, quando Dominus à vinculis mortis omnes abſolvit; & Gregorius cum gregalibus ſuis, in oppugnando Chriſto Præfecti potentia nixis, liberatricem diem Chriſti ſervis converteret in luctum (gaudentibus ad hæc Gentilibus, & feſtum ipſum irridentibus) Chriſtianoſque conſtringeret ærumnis vinculorum, mandata fortaſſis Euſebianorum adimplens. E

præviderat impetum eſſe iam contra ſe faciendum:

150 Per hujuſmodi ergo violentiam eccleſias Præfectus rapuit, raptas Gregorio & Arianis tradidit: & qui à nobis propter impietatem excommunicati fuerant, de eccleſiarum rapina gratulantur ſibi: populus autem Dei & Eccleſiæ Catholicæ Clerici coguntur vel communicare cum hæreticorum perfidia, vel ab eccleſiarum abſtinere ingreſſu. Quin & naucleris aliiſque navigantibus mare non exiguam violentiam intulit Gregorius, alios per Præfectum ſubjiciens tormentis, alios vinciens atque in carcerem compingens, ut injuſtitiæ illius non contradicerent, ſed ſuſciperent ab ipſo litteras, *quales ſcilicet peregre proficiſcentibus fidelibus, ut ab aliis quoque reciperentur, dari conſueverant.* Ac ne iſtis quidem contentus fuit, verum ſanguine etiam noſtro ſatiari cupiens, perſuaſit crudeliſſimo & complici ſuo Præfecto, ut, tamquam ex voluntate populi ſuffragationem contra me piiſſimo Imperatori Conſtanti ſcriberet, odioſiſſimis conceptam verbis, quo non fugiendus dumtaxat, ſed mille ſuppliciis dignus exiſtimarer. Et ſcriptor quidem ſuffragationis, antehac religionis Chriſtianæ transfuga, adorat idola ethnicorum; ſubſcribentes vero, aut ethnici ſunt idolorumque æditui, aut Ariani. F

Ita tradita ſunt eccleſiæ Arianis:

& Præfecto ad Imperatorem ſcribente contra Sanctum,

151 Denique, ne prolixior in ſcribendo videar, perſecutio adeſt, & quidem talis qualis numquam contra Eccleſiam facta eſt. Nam in alia antehac perſecutione, ſi fugam eligeret aliquis, etiam latens poterat baptizari; nunc vero major crudelitas exercetur, & Babyloniorum impietati ſimillima. Ut enim tunc adverſarii Danielis, ſic nunc admirabilis hic Gregorius, privatim domi ſuæ orantes ad Præfectum defert, & ſacrorum miniſtros injurioſiſſime obſervat; adeo ut propter iſtam violentiam multi non baptizati periclitentur, multi ſine viſitatoribus ægrotent & lamententur, ipſo morbo acerbiorem exiſtimantes ejuſmodi calamitatem. Etenim miniſtris Eccleſiæ perſecutionem patientibus, abominantur populi impietatem hæreticorum Arianorum: maluntque potius ſic ægrotare & periclitari, quam ut ſuper capita ſua veniant manus illorum. Arianus namque Gregorius eſt, & pro Arianis miſſus, & ideo præter hos quidem nemo illum poſtulat; ipſe vero, tamquam alienus & mercenarius, quælibet acerba & gravia per

ſaviſſimam perſecutionem movit Gregorius Catholicis,

AUCTORE D. P.

consentientem sibi Præfectum irrogat Ecclesiæ Catholicæ populo, velut minime suo.

152 Etenim quoniam..... eum, quem Arianis prius Eusebiani constituerant, postquam ego de eo scripsi, vos Ecclesiæ Catholicæ Episcopi, cognita illius impietate, anathemati subjecistis & excommunicatum declarastis; ideo Gregorium iisdem Arianis misere. Ne autem etiam hic, me similiter de eo scribente, eamdem pateretur ignominiam; externa vi contra nos usi sunt, ut cum ecclesias possiderent, Arianismi suspicionem viderentur effugere. Sed in hoc quoque frustrati spe sua sunt: [nemo enim Ecclesiasticorum sese adjunxit Gregorio] nisi vel hæretici, vel ob causam ejecti, vel propter Præfecti violentiam dissimulare persuasi. *Quem prius Arianis Eusebiani misere, Pistus vocabatur, ut supra vidimus: cujus nomen & memoria cum lateret, & totam hanc de Gregorio narrationem, esse de Georgio crederet librarius, ad aliquem forte in principio sui manuscripti errorem, reliquum aptans contextum, non dubitavit, quin eo loco, quem punctis signavimus; intelligeretur is qui Georgium immediate præcesserat, videlicet Gregorius.*

ejus communionem aversantibus,

sicut antea Pisti.

B 153 *Hactenus relata brevibus perstringens idem Athanasius, in epistola ad Solitarios alia quædam de Gregorio addit hic minime prætereunda, licet post Athanasii fugam acta, scilicet quod* deinde etiam Episcopi flagellati & acerbis vinculis constricti sunt: *cum scilicet, occupatis Alexandrinis Ecclesiis, per reliquam Ægyptum vim circumferrent Dux Balacius atque Gregorius ipse, quo se Provincia totius Primatem agnosci faceret. Tunc itaque* Serapammonem Episcopum & Confessorem, in exilium egerunt: Potamonem vero, qui Confessor etiam ipse oculum in persecutione perdiderat, concidentes plagis cervici impactis, non prius quieverunt quam mortuum hominem esse crederent. Tunc nempe abjectus ab eis, & ægre post horas aliquot curatus refocillatusque, resumpsit spiritum; Deo illi vitam concedente, sed admodum brevem. Post modicum enim tempus, ex verberū dolore, mortuus est, habens in Christo gloriam secundi Martyrii: *de quo vide plura dicenda* XVIII *Maji, quando ejus nomen in Romano Martyrologio habetur.*

I p. 816

Vexantur pars modo alii per Ægyptum Episcopi,

& varie sævit Gregorius,

154 Quot alii monachi flagellati sunt sedente pro tribunali Gregorio, cum Balacio qui Dux appellatur! quot Episcopi concisi! Hos autem omnes postea miserabilis ille Gregorius invitabat ut secum communicarent.... Quin & Episcopi amitam ita C persecutus est, ut nec mortuam quidem sepeliri pateretur; itaque insepulta abjecta fuisset, nisi hi qui eam susceperunt, ut proprium mortuum extulissent; usque adeo erat impius. Insuper cum peregrini varii eleëmosynam acciperent, jussit ad hoc data diripi, & vasa in quibus oleum vinumque deferebantur confringi... Denique multa etiam alia fecit, quæ sermonis superant facultatem, & audiens aliquis incredibilia existimaret. *Latinus interpres Athanasii* Philagrium *scribit, ubi in Græco utriusque editionis dicitur pro tribunali sedisse* Gregorius: *forte quia id credidit minus conveniens esse Episcopo: sed conveniebat tyranno, & consonant cetera quæ notantur Gregorii scelera: quare existimo, Philagrium statim ab expulso Athanasio rediisse ad Imperatorem; vel reducendæ sub jugum Arianorum urbi intentum, res foris agendas militum Duci Balacio commisisse.*

utpote illegitimus invasor,

155 Ceterum ista ideo sic patravit, quia neque secundum ecclesiasticum canonem ordinatus erat, neque juxta Apostolicam traditionem ad Episcopatum vocatus; sed ex Palatio cum militari manu & magnifica pompa missus, velut Magistratum secularem initurus. Ob eamdem etiam causam Principum magis, quam Episcoporum aut monachorum, optabat esse amicus. Si quando igitur vel ipse Pater Antonius ei de monte scribebat, abominabatur ejus scripta (nam pietas impietati abominatio est) si vero Imperator, Dux, aut Judex litteras ei mittebat, sic exhilarabatur, sicut ii de quibus in Proverbiis quasi cum querimonia dicitur, O qui relinquitis vias rectas, qui pravis oblectamini & gaudetis in perversione malorum. Eum certe qui ejusmodi afferebat epistolas remunerabatur pecuniis; Antonii vero aliquando scribentis litteras Balacio Duci conspuendas præbuit. Sed divina ultio id minime neglexit: paulo enim post conversus equus, quo præfatus Dux ferebatur ad primam mansionem, eum momordit in femore, humoque prostratum mors intra ternos dies abstulit. *Hactenus in epistola ad Solitarios Athanasius: qui postmodum in Vita S. Antonii, numero apud nos* 109, *istius Balacii factum & pœnam, nulla facta Gregorii mentione, distinctius narravit: sic ut non ab eo cui insidebat ipse Balacius, sed à pariter equitantis Nestorii equo mitissimo, dejectus & laceratus miser dicatur: præmittatur vero Ducem eum fuisse sub Nestorio Præfecto, qui licet cito post intrusionem Gregorii successisset Philagrio, de quo nobis non constat, potest tamen Balacii mors post plures annos accidisse, quandoquidem Nestorius adhuc tenebat Præfecturam anno* CCCXLIX, *sicut in reditu Athanasii apparebit.* D

& solius factus facultatis æstimator;

E

156 *Quæ cum ita essent, merito miratur Iulius, quomodo ausi fuerint Eusebiani scribere, per institutionem Gregorii & Athanasii expulsionem,* pacem magnam Alexandriæ & in Ægypto esse factam. *Prudenter autem Athanasius, ad Orthodoxos Episcopos concludens Epistolam, ita monet.* Si igitur Gregorius ad vos scribat, aut alius de ipso; ne quæso, Fratres, suscipiatis epistolas ejus; sed lacerate, & cum indignatione repellite: si vero etiam formulam pacificatoriam audeat notare, neque hanc admittite: qui enim eam accepere, metu Præfecti multipliciter coacti sunt ad eam perferendam. Quoniam autem verosimile est etiam Eusebianos vobis scripturos de eodem, studui vos commonefaciendo prævenire, ut Deum, apud quem non est acceptio personarum, imitantes, expellatis illos; eo quod hoc tempore persecutiones, stupra, cædes, rapinas, incendia, & blasphemias, per ethnicos & Judæos, in gratiam Arianorum, ecclesiis induxerunt. Quid? quod nec ipse Gregorius negare possit se esse Arianum: convincet enim eum qui litteris omnibus subscribit Ammon, jam olim à à B. Alexandro decessore meo, multis de causis & propter impietatem ejectus de Ecclesia. Dignemini autem rescribere nobis, & impios condemnare; F ut qui hic est Clerus populusque, vestram orthodoxam doctrinam & animum improbitati contrarium intelligens, gaudeat in Christo de sua vobiscum in fide concordia; illi vero qui talia contra Ecclesiam perpetrarunt, vestris litteris commonefacti, vel sero possint resipiscere.

quem ne susceperint Episcopi alii, I p. 747

vel ejus epistolas aut fautores Eusebianos,

157 *Hactenus Athanasius, proximo post Concilii Romani indictionem anno, eodem scilicet* CCCXLI, *quo ista contigerunt: ut hinc quoque dubitari non possit, quin ad Gregorium, non ad Georgium, epistola spectet. In qua cum nulla fiat mentio Arsacii Eunuchi, quem Philagrio adjunctum fuisse indicat Epistola ad Solitarios, suspicamur hujus nullum tam proprium facinus extitisse, ob quod debuerit nominari. Videtur autem scripta haud diu post Pascha, quod isto anno celebratum fuit* XIX *Aprilis; prius certe quam Alexandria egressus Gregorius cum Balacio Duce, cujus hic nulla mentio, ea patraret in Episcopos & Monachos (nam hos Paschali tempore adeo multos quam supponitur fuisse Alexandriæ non est credibile) quæ retulimus ex prædicta epistola ad Solitarios, post annos ab hinc sedecim scripta. Ex hac autem discimus insuper,* Quirini *nominatam fuisse ecclesiam, quæ primum ac præcipuum Philagrii & Gregorii impetum excepit. Eademne combusta etiam*

scribit ad omnes Orthodoxos Athanasius;

cujus epistola defectus, ex alia post scripta ad Solitarios supplentur.

A *etiam cum baptiſterio ſit, an alia* S. Dionyſii *dicta, non divino: unam credo, erraſſe eos qui ſcripſere, ipſoſmet indignabundos Catholicos ignem eccleſiæ S. Dionyſii injeciſſe. Objectum id quidem fuiſſe Athanaſio ſcio: ſed eodem quo ceteras calumnias modo accipio, id ſcilicet commentos adverſarios ad proprii facinoris infamiam in orthodoxos devolvendam. Ab utraque etiam diverſam eſſe oportet eam, cui ſimilem ſortem metuebat Athanaſius niſi diſcederet, nempe majorem S. Theonæ dicatam.*

pro Concilii Nicæni Capitulis recuperandis, 2 p. 623

158 *Nolo hic, ad exaggerationem malorum, Alexandrinæ Eccleſiæ illatorum, & ſatis ex Athanaſio deſcriptorum, addere, quod Ariani* libros omnes, uſque ad minimum incendentes, nec unum iota relinquentes, propter veritatis fidem, Nicænam Synodum, qua Clerus & populus imbuebatur & maxime jam imbuti erant, incenderunt; *ut propterea neceſſe habuerint Athanaſius & Epiſcopi Ægyptii ad Marcum Papam Romanum ſcribere, ac poſtulare, ut ſibi tranſmitteret ejuſdem Concilii capitula ſeptuaginta, qualia* per beatos viros * Victorem & Vincentium Presbyteros, Apoſtolicæ Sedis Apocriſiarios, miſſa ſunt Papæ Silveſtro, *ſub ipſius Athanaſii cum ſuo Epiſcopo præſentis teſtimonio. Tota enim illa epiſtola, prout S. Athanaſii operibus inſeritur, purum ac putum figmentum eſt; æque ac reſponſum ipſius Marci, tranſcriptum iſtorum ſeptuaginta capitulorum mittentis, ut præfertur; ipſumque Athanaſium ac ſocios Epiſcopos animantis inter tot adverſa, hortantiſque ad hæreticos omni qua poſſent ſeveritate extir-*

** lege* Vitonem

B *fingitur ſcripſiſſe ad Marcum Papam,*

pandos, VIII Kal. Novembris Nepotiano & * Secundo viris clariſſimis Conſulibus. *Illo quidem anno, qui fuit annus Chriſti* CCCXXXVI, *vixit S. Marcus, novem non integris menſibus Pontifex; ſed obiit* pridie Nonas Octobris, *ex omnium etiam antiquiſſimorum catalogorum conſenſu: tunc autem S. Athanaſius exul agebat in Gallia: invaſio autem quæ ibi deſcribitur, & per quam facta eſſet iſta jactura, cujus nulla in certis Sancti ſcriptis eſt mentio, non niſi quinto poſt S. Marci obitum anno contigit. Deinde elapſus ab hoſtium manibus Athanaſius, quam commoditatem habere potuit cogendi ſtatim Synodum Epiſcoporum, quibuſcum ſatageret pro ea jactura reparanda? Quid autem neceſſe erat per epiſtolam mitti, quæ mox Romæ præſens potuiſſet accipere? Qua deinde ratione poteſt eſſe credibile, eorum Canonum, quos per omnes ſigillatim Eccleſias promulgari Synodus voluit, uti vidimus, aut unicum tantum exemplum in Ægypto fuiſſe & vicinis regionibus, aut omnia potuiſſe aboleri tam cito, ut Roma petendum exemplar fuerit, cum Nicænæ fidei nullus adhuc*

abnormi prorſus commento.

C *palam audebat contradicere? Quis porro antiquorum, qui de Concilio Nicæno ſatis accurate ſcripſerunt, aliquid dixit ſimile iis quæ de ſeptuaginta Capitulis dicuntur in utraque Epiſtola?*

159 *Omiſſis ergo tam portentoſis commentis, ad Euſebianos, Athanaſii hoſtes, & totius tragœdiæ illius auctores, revertatur oratio. Erant illi Antiochiæ, interim dum iſta agebantur Alexandriæ, minime otioſi; ſed in rem ſuam intenti, ſparſis quaquaverſum calumnioſis Epiſtolis, abdicationem Athanaſii probabilem conabantur efficere. Nec minus de ſua æſtimatione ſoliciti, cum undique ſe notari intelligerent tamquam Arianiſmi fautores; non contenti iis fidei formulis, quas per tempora encæniorum formarant;* & arbitrati, non ſatis perfecte ſcripſiſſe ſe, utpote fluctuantes animo; aliud rurſus componunt ſcriptum circa fidem, poſt menſes non multos; mittuntque in Gallias Narciſſum, Marim, Theodorum & Marcum; qui, velut à Synodo miſſi, Conſtanti Auguſto, & aliis ibidem omnibus, illud tradiderunt. *Iiſdem illud, verbis, quoad fidem de Filio, conceptum eſt quo ſuperiora; ſed hac in fine clauſula auctum,* Eos porro qui dicunt, Filium ex non ente aut ex alia ſubſiſtentia, & non ex Deo eſſe; &, Fuit tempus quo non dum erat Filius, alienos à ſe cenſet Catholica Eccleſia. *Recte: ſed eadem Eccleſia er-*

Interim Euſebiani rurſus novam fidei formulam condunt,

1 p. 894

qua potuiſſent videri Catholici,

ſi Arianos non foverent.

rores iſtos damnaverat in Ario: & tamen pergebant ipſi communicare cum Arianis, atque horum fidem excuſare ut veram, modiſque omnibus recipiendam contendere. AUCTORE D. P.

CAPUT XV.

Iulio Pont. & Conſtante Imp. adnitentibus cogitur Synodus Sardicenſis: à qua ſe ſubducunt Euſebiani.

160 QVomodo *Philagrii & Gregorii manus effugerit Athanaſius, ubi latuerit, quamdiu in Ægypto ſubſtiterit, nuſquam expreſſum invenio. Credibile eſt, quod, rebus ita turbatis, quam citiſſime ac ſecretiſſime potuit, iter in Italiam relegerit, abſque diverticulo ullo. Sic enim ſcribit in Apologia ad Conſtantium:* Profectus ſum Alexandriâ, non ad caſtra fratris tui, aut ad alium quempiam, ſed Romam dumtaxat, me meaque Eccleſiæ commendaturus. Hæc una mihi cura fuit. *Nec ſane vana. Mox enim atque tempus adfuit, celebrando Concilio indictum anno præcedenti, circa initium menſis Iunii;* Presbyter Vito, *is qui Nicænæ Synodo pro Silveſtro Papa Legatus interfuerat,* plures Epiſcopos quam quinquaginta in Concilium adduxit, qui Athanaſii defenſionem ſuſceperunt, & decreverunt cum eo tenendam communionem & caritatem.

Alexandria profugus Athanaſius

1 p. 675

Romam ſe confert,

1 p. 739 E

& abſolvitur à Concilio,

161 *Porro* non ſolum Athanaſius, de illatis ſibi injuriis querens, adfuit; ſed & plurimi alii Epiſcopi, *inquit Iulius,* ex Thracia, Cœleſyria, Phœnicia, Palæſtina convenere: Presbyteri autem non pauci, partim ex Alexandria partim aliunde ad idem Concilium concurrerunt; & coram omnibus Epiſcopis ibi congregatis, inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt, vim & injuriam Eccleſiis illatas eſſe, ſuaſque Eccleſias eadem paſſas quæ Alexandrina, in iiſque ſimilia deſignata. Ex Ægypto autem & Alexandria cum denuo ſuperveniſſent Presbyteri, litteras ſecum attulere, quibus plurimorum Epiſcoporum & Presbyterorum querimonia continebatur, ſe, cum huc ad Concilium pergerent, detentos fuiſſe & adhuc detineri. *Supervenerunt denique Concilio jam inchoato Presbyteri Elpidius & Philoxenus, ante annum ad Euſebianos legati, & ultra diem Romani Concilii inchoationi indictum detenti ac ludificati Antiochiæ: ſed quo loco de eorum reditu agit Iulius, &* uſque ad Januarium detentos Presbyteros *videtur dicere,* pro Januario *legendum eſſe* Junium, *evidens eſt tempora conferenti.*

1 p. 751

ad quod undique multi venerant ſimiles querelas depoſituri:

tandemque reverſis qui Antiochiæ erant retenti legatis,

1 p. 744 F

162 *Referebant iidem ab Antiochia epiſtolas, excuſantes abſentiam frigido illo Perſici belli prætextu; & accuſantes Iulium, quaſi temere in communionem recepiſſet Athanaſium, & Concilii Tyrii decreta recidiſſet; cum ipſi cauſam nullam poſſent idoneam reddere, cur Athanaſii depoſitionem perfeciſſent, & Nicæni Concilii decreta convellerent. His litteris lectis,* magna indignatio exorta eſt contra Euſebianos; & rogaverunt Julium, ut ad eos à quibus litteras acceperat ipſe reſcriberet. *Fecit id Iulius diligenter,* & miſit litteras per Gabianum Comitem, *imprimis queſtus, quod* Presbyteros *ſuos,* quos cum gaudio remiſſos oportuit, remiſerunt cum luctu, ob ea quæ iſtic geri conſpexerant; *fatetur etiam quod* cum litteras ipſorum evolviſſet, poſt varias ultro citroque cogitationes, eas ſupprimendas putarit, ea ſpe quod crederet ſaltem aliquos ipſorum adventuros, nec opus fore iſtiuſmodi epiſtolis: *verum* ubi nullus comparuit, neceſſe fuiſſe ut eas proferret.

1 p. 739

& Euſebianorum epiſtolam adferentibus,

1 p. 740

163 Et credite mihi, *inquit Iulius,* omnes admiratione pleni vix perſuaderi poterant, iſtiuſmodi litteras à vobis eſſe profectas, quæ contentionis potius quam caritatis erant. *Tum factorum conſiliorumque ab ipſis initorum inſolentiam, Athanaſii econtra innocentiam clariſſime proponit Pontifex; ac denique concludens,*

eiſdem rescribit Iulius.

AUCTORE D. P. Obſecro, *inquit*, ne iſta ulterius fiant, ne deinceps has injurias patiantur Eccleſiæ, ne Epiſcopus aut Presbyter afficiatur contumelia . . . unuſquiſque enim noſtrum eorum quæ hic turbavit rationem reddet in die judicii: optoque ut omnes ſecundum Deum idem ſentiant, quo Eccleſiæ Epiſcopis ſuis receptis perpetuo gaudeant. *His monitis nihil apud Euſebianos proficientibus, cernens Athanaſius nuſquam ſe in Oriente tutum fore ab eorum inſidiis & violentia, manſit in Occidente ſub quietiori Conſtantis imperio.*

Rurſus Euſebiani novâ formulam ſcribunt.

164 *Euſebiani vero, poſt tot confeſſiones fidei evulgatas,* rurſus quaſi priorum pœniteret, poſt triennium *à miſſis in Gallia legatis de quibus ſupra,* iterum in conſeſſum veniunt, *fortaſis Antiochiæ*; amandantque Eudoxium, Martyrium, & Macedonium, cum aliis nonnullis, in partes Italiæ, delaturos fidem prolixe conſcriptam, & multas appendices novas habentem. *Quarum ineptiſſima ultima ſic habet:* Hæc coacti ſumus, poſt fidem compendio editam latius explicare, non ambitionis cauſa, ſed ut nos ab omni ſuſpicione purgaremus iis qui noſtra ignorant; atque ut omnes in Occidente intelligant, tum impudentiam heterodoxorum nos calumniantium, tum Orientalium eccleſiaſticam in Chriſto mentem, cui apud incorruptos omnes teſtimonium minime violentum à ſacris Scripturis perhibetur. *Ad quæ Athanaſius Orat. 1 contra Arianos, bene notat, Euſebianos,* dum perpetuo ſcribunt, ſuamet ipſi immutantes, incertam ſuam fidem, vel potius certam infidelitatem amentiamque oſtendere. *Id vero reipſa patuit* apud Mediolanum, *quo pervenientes tres illi quos ſupra ex Athanaſio nominavi,* cum Arii hæreticam ſententiam noluiſſent damnare, de Concilio iratis animis exierunt, *ut ait Liberius Papa in Epiſtola ad Conſtantium anno* CCCLIV *ſcripta; in qua id factum dicens* ante annos octo, *tempus illius Concilii Mediolanenſis oſtendit fuiſſe annum* CCCXLV.

1 p. 289

1 p. 818

Conſtans Imp. ſcribit fratri de vocando Concilio,

1 p. 676

165 *Hac occaſione* Conſtans Imperator, *qui Concilio aderat,* certior factus eſt de Romana Synodo, deque iis quæ tum Alexandriæ tum Oriente toto contra Eccleſias gerebantur. Itaque fratri Conſtantio ſcripſit . . . *idque ut ex Apologia conſtat,* quarto *poſt Synodum Romanam* anno, *immediate poſt Mediolanenſe, quod dixi, Concilium. Deinde etiam Athanaſio* ſcripſit ut ad ſe veniret Mediolanum, ubi tunc erat: . . . quidam enim Epiſcopi . . . ab eo poſtularant, ut fratri ſcriberet de Synodo facienda. Cum igitur veniſſem Mediolanum, *inquit Conſtantio ipſe Athanaſius,* expertus ſum multam ejus humanitatem. Dignatus eſt enim mihi in conſpectum ſuum admiſſo dicere, quomodo litteras ſcripſiſſet miſiſſetque ad Te, rogans ut Synodus fieret: in qua, *uti dicitur in Epiſtola ad Solitarios,* recognoſcerentur quæ acta erant: ne ulterius affligerentur ii qui erant paſſi injuriam; & qui eam fecerant, ne talia porro audere poſſent.

& de eadem re agit Mediolani cum Athanaſio.

1 p. 818

1 p. 675

ſed nec tunc nec alias ſine arbitris.

166 *Prædictum Athanaſii cum Conſtante congreſſum calumniati poſtea adverſarii ejus ſunt, tamquam ſi animum Imperatoris contra fratrem commoviſſet delationibus criminoſis. De quo ille ſe in Apologia expurgans, negat eſſe credibile,* quod coram Imperatore, adſtantibus tam multis, male fuiſſet de Conſtantio locutus. Numquam ſane, *inquit*, ſine comitibus Fratrem tuum vidi, neque ille unquam ſolus cum ſolo verba miſcuit: ſed ſemper cum Epiſcopo ejus loci in quo agebat aliiſque qui aderant, ad colloquium intravi; ſimul cum illis illum vidi, ſimul cum illis à colloquio receſſi. De hoc teſtari poteſt Fortunatianus Aquileiæ Epiſcopus, poteſt & Pater Hoſius, & Criſpinus Patavii, & Lucillus Veronæ, & Dionyſius Leïdos, & Vincentius in Campania Epiſcopus: quoniam autem mortui ſunt Maximinus Trevirenſis & Protaſius Mediolanenſis, teſtari pro iis poterit Eugenius, qui Magiſter fuit: ipſe enim ante velum ſtabat, & audiebat, tum quæ ego Imperatorem rogabam, tum quæ hic mecum dignabatur communicare. D

1 p. 714

ipſum Sardicæ in confiniis Imperii utriuſque convenit.

167 Jufſerunt *porro* Conſtantius & Conſtans Epiſcopos, tam Orientis quam Occidentis, convenire Sardicæ, *Thraciæ urbe, in confiniis Myſiæ ſuperioris verſus Hæmum montem, inter Naiſſum & Philippopolim, ſic ut ſub Conſtantio eſſet locus, ne quid poſſent detrectare Euſebiani; vicinus autem juriſdictioni Conſtantis, ne Occidentales longinquitatem excuſarent.* Interim Euſebius *ex Nicomedienſi Conſtantinopolitanus, adverſariæ factionis caput,* diem ſuum obiit; *imo* jam obierat *ante quadriennium, prius quam ejus & ſociorum epiſtolam Iulius Papa Romæ acciperet, tempore Romani Concilii (ſi credimus Socrati, id aſſerenti lib. 2 cap. 13) vel ſaltem (ut lib. 3 cap. 6 Sozomenus)* finito Antiochiæ Concilio, antequam ſententiam Julii Roma acciperet. *Supererant tamen alii zelatores diſſidii, in favorem Arianorum continuandi, Theognius, Maris, Theodorus, & reliqui, imprimis Vrſacius atque Valens, quorum deinceps crebra facienda mentio. Hi dum ſe ad Concilium accingunt, ceterique ex Imperio toto Epiſcopi, annus Chriſti* CCCXLVI *effluxit: ad quem referimus quod ait in Apologia Athanaſius,* ſe in urbe agentem (*Mediolanenſine cujus paulo ante meminerat, an Romana? Exiſtimo quod Mediolanenſi*) tranſmiſſum in Gallias, quo Pater Hoſius ſe contulerat, ut inde Sardicam proficiſcerentur.

poſt mortem Euſebii.

E

1 p. 676

anno 347.

168 *Celebratum eſt autem Concilium, uti ſcribunt Socrates & Sozomenus,* Rufino & Euſebio Conſulibus, *qui eſt annus Chriſti* CCCXLVII, *poſt mortem Magni Conſtantini decimus: quo temporis ſpatio non obſtante de Concilio, ſic loquitur Severus Sulpitius lib. 2 Hiſt. ſacræ quaſi ipſe juſſiſſet, impulſu* octoginta Epiſcoporum in Ægypto, Athanaſium injuſte condemnatum eſſe pronuntiantium, apud Sardicam congregari; atq; omne judicium quo Athanaſius damnatus *fuerat retractari; ſed quod, cum interim ipſe obiiſſet,* Synodus *illa demum fuerit* congregata, Conſtantio (*pro quo in editis perperam legitur* Conſtantino) jam Imperatore. Convenerunt autem (*uti ad Solitarios ſcribit Athanaſius*) Epiſcopi plus minus centum ſeptuaginta. Et ex Occidente quidem meri venerunt Epiſcopi, ſecum habentes Patrem Hoſium; Orientales vero ducebant ſecum, pædagogos dicam? an advocatos, Muſanium Comitem & Heſychium Caſtrenſem; propter quod confidenter advenerant, ſperantes eorum potentia ſubnixos ſeſe iterum quidlibet efficere: per hujuſmodi enim homines terribiles ſeſe monſtrabant, quibus videbatur; & quibus lubitum erat, tendebant inſidias. Ceterum ubi advenere, compererunt, eccleſiaſticum morē tantummodo obſervatum iri, & ex ſingulis Eccleſiis civitatibuſque accuſatores eſſe præſto, & documenta rerumque probationes in promptu; videruntque Arium & Aſterium venerabiles Epiſcopos, qui cum ipſis quidem venerant, ſed ab iis receſſerant, & ſe jungentes nobis narrabant eorum ſolicitudinem, utpote rebus ſuis formidantium, & ne judicium fieret metuentium, neve convincerentur eſſe calumniatores, & ab iis quibus uſi erant accuſatoribus probarentur ipſimet ſuggeſſiſſe omnia & inſtruxiſſe.

1 p. 818

ad quod Euſebiani adducunt Comitem & Caſtrenſem.

F

ſed judicium pure eccleſiaſticum fore videntes.

169 Hæc igitur conſpicati, licet alacres venerant, rati nos metu conterritos haud quaquam auſuros accedere; ut viderunt promptitudinem noſtram, intra Palatium concluſerunt ſeſe (ibi enim hoſpitabantur) atque ad invicem ſic loquebantur: Ad alia venimus, quam quæ conſpicimus. Acceſſimus cum Comitibus, & ſine Comitibus judicium fiet: actum eſt: damnabimur. Videtis quæ mandata propoſita ſint. Qui cum Athanaſio faciunt, in manibus habent commentarios rerum in Mareote actarum, ex quibus hic quidem juſtificabitur, nos vero confundemur. Quid ergo

deliberant de fuga ineunda.

cuncta-

A cunctamur? quid hæſitamus? Fingamus cauſam & recedamus, ne ſi manſerimus condemnemur: melius eſt enim fugientes nos erubeſcere, quam ut manentes convincamur eſſe calumniatores: ſic forſitan quocumque modo poterimus hæreſim defenſare: quod ſi fugitivos damnaverint, habemus patronum Imperatorem, qui non permittet ut à populo de eccleſiis expellamur.

fruſtra eos invitante ad comparendum Hoſio,

170 Ita quidem illi diſceptabant: Hoſius vero & ceteri omnes Epiſcopi crebro illis renuntiabant confidentiam eorum qui eſſent cum Athanaſio, & quam parati ad cauſam dicendam, promittentes quod ſycophantias ipſorum eſſent retecturi. Ad hæc ajebant, Si judicium metuitis, quare huc veniſtis? præſtitiſſet enim non veniſſe, quam poſtquam veneritis fugere. Talia audientes, & magis ac magis conſternati, abſurdiore quam Antiochiæ excuſatione uſi, dicenteſque ſe laureatas de Perſis victis ab Imperatore accepiſſe; arripuerunt fugam, & hanc cauſam, nihil verecundati, miſerunt per Euſtathium Eccleſiæ Sardicenſis Presbyterum. Sed neque ſic ſua illis fuga ex voto ſucceſſit. Statim ſancta Synodus, cujus

& Synodo interminante judicium,

præſeſſor erat magnus Hoſius, diſerte eis ſcripſit. Aut venite reſponſuri ad accuſationes vobis objectas, & quas machinati eſtis calumnias; aut ſcitote vos quí-

B dem pro reis damnari à Synodo, eos vero qui cum Athanaſio ſunt omnis culpæ expertes vacuoſque judicari. Verum illos ſua magis urgebat conſcientia, quam ut ejuſmodi litteris perſuaderi ſibi reditum ſinerent: videntes enim illos quos affecerant injuria, ne reſpicere quidem ad loquentes auſi, celerius etiam fugiebant.

1 p. 839 *ipſoque Athanaſio etiam iniquas conditiones acceptante,*

171 Talis igitur tamque indecora ac turpis eorum fuga fuit. *Et tamen etiam Hoſius, ut poſtea in epiſtola ad Conſtantium ſcripſit*, ultro Athanaſii inimicos provocaverat, cum ad eccleſiam, in qua commorabatur, veniſſent; ut ſi quid contra eum haberent, ederent: promiſeratque eis ſecuritatem, neve quidquam aliud expectarent quam rectum in omnibus judicium. Idque non ſemel, ſed bis feci, *inquit*; quod ſi nollent rem ab univerſa Synodo diſceptari, ſaltem me judice uterentur; promiſique etiam nos Athanaſium, ſi in noxa reperiretur, ejecturos: quod ſi innocens deprehendatur & vos oſtenderit calumniatores, ac nihilominus illum recuſetis admittere; ego illi perſuadebo ut mecum in Hiſpanias veniat. Quas omnes conditiones recipiebat obedienter Athanaſius, nihil contra oblocutus: illi vero, ad omnia diffidentes, receſſerunt. *Ita Hoſius: cujus verba Hiſpani*

C *quidam apud Tamajum in Martyrologio interpretati liberius, eo etiam trahere conati ſunt, ut ille crederetur reipſa in Hiſpanias abduxiſſe Athanaſium, cujus reſtitutionem in ſuam Sedem Alexandrinam non potuerat impetrare. Neque*

non tamen in Hiſpanias profecto ut fingunt aliqui.

hoc tantum, ſed eo etiam procedunt amentiæ, ut in monaſterio Calagurritanæ diœceſeos, hodie Valvanera, ſub humili nomine & officio coci delituiſſe eum dicant, cumque lignorum ad focum adhibitorum reliqui cineres magis accumularentur, quam ei commodum eſſet exportare quotidie; obtinuiſſe precibus à Deo, ut illis deinceps inſenſibili decremento ſublatis, non haberet opus circa eos fatigari; quod in hunc uſque diem ibidem fieri perſeveret. Sed id ſi miraculum eſt, Tamajus poſt Mariettam alteri longe poſteriori Athanaſio tribuit; qui profeſſione laicus, officio coquus, vita ſanctus, loco illi ſub regula S. Benedicti ſervierit; ſed à poſteris imperite fuerit cum Athanaſio Magno confuſus. De eo quidquid ſit; exiſtimamus nos, digreſſum Sardica Athanaſium progreſſum ultra Aquilejam non fuiſſe; nec ullum invenimus idoneum argumentum ad affirmandam aut nunc aut poſtea commorationem Hiſpanicam. Nam quæ allegantur inſtrumenta, illius mentionem facientia, poſterioris ætatis ſunt omnia, quam ut rei vetuſtis ſcriptoribus inauditæ fidem poſſint adſtruere: & forte aliud non ſupponunt quam præſentiam Capitis quod illuc cum lingua, ut infra videbimus, tranſlatum haberi creditur. Ipſa vero Hoſii epiſtola, dum ſeceſſionem tam longinquam reticet, quæ opportuniſſime potuiſſet allegari ad probandum quam fuerit à contentione alienus Athanaſius, ſufficienter probat eam falſo adſtrui: ut de ipſius Athanaſii ſcriptis nihil dicam, nullam uſpiam Hiſpaniæ ab eo aditæ mentionem facientibus. AUCTORE D. P.

CAPUT XVI.

Sardicenſium Patrum pro Athanaſio reſcripta: Euſebianorum violenta conſilia, Conſtantio data: cui demum eorum pateſcunt calumniæ.

172 SYnodus autem (*uti ſcribit Athanaſius ad Solitarios, cœptam narrationem proſequens*) collecta ex provinciis pluribus quam viginti quinque, (*ſic enim corrigo, & ubi nunc in Græco habetur* λέ', *poni debere* με' *convincor ex earumdem Provinciarum enumeratione, præfixa epiſtolæ Synodicæ ad Alexandrinos*) *videlicet* è Roma, Hiſpaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Myſiis, Daciis, Norica, Siſcia, Dardania, & ſecunda Dacia, Macedonia Theſſalia, Achaja, Epiro, Thracia, Rhodope, Palæſtina, E Arabia, Creta, Ægypto; cognita Arianorum malitia, 1 p. 820 ſuſceperunt Athanaſii aſſeclas ad defenſionem eorum quæ paſſi fuerant, & de quibus ipſi eos erant calumniati. Cumque illi rationem dediſſent omnium, quæ antea explicuimus; ſuſcepit defenſionem Synodus, & ſupra modum admirata eſt; ipſorumque communionem amplexa, ſcripſit litteras ad uniuſcujuſque diœceſim, potiſſimum Alexandriam & in Ægyptum ac Libyam; quibus ſignificabatur, Athanaſium quidem & ſocios ejus puros & omnis culpæ expertes eſſe; eorum vero accuſatores, ſycophantas atque facinoroſos, & quidvis potius quam Chriſtianos debere appellari.

1 p. 819 *Ex 25 Provinciis collecti Patres* 1 p. 756

Athanaſium cum ſuis innocentem declarant,

173 *Litteras ad Alexandrinæ diœceſis Presbyteros & Diaconos, aliàſque prolixiores ad Ægyptios & Africanos, Athanaſius integras inſeruit Syllogo, quas ſatis eſt ibi legi poſſe; quoniam ad hiſtoriam quod attineat, quodque jam ante fuſius dictum non ſit, vix continent aliquid. In prioribus tamen hoc ſingulare eſt, quod* Aphthonius & Athanaſius Capitonis filius Compresbyteri, eamdem fraudem ab Euſebianis perpeſſi, aliquibus eorum in exilium actis, aliis metu mortis intentatæ profugis, ſimiliter recepti & innocentes declarati perhibeantur. *Poſterioribus autem ſubjiciuntur* nomina eorum, qui F cum intereſſe non potuerint, *accepta tamen Synodica jam dicta, ab Hoſio ceteriſque Patribus Sardicæ ſubſcripta,* ipſi quoque ſuis ſuffragiis decreta Synodi approbarunt. *Sed illa nomina ita ſubjiciuntur, ut* eorum qui in 1 p. 768 Synodo ſubſcripſere *nominibus permixta, & in ſeptem claſſes ſecundum præcipuas orbis Chriſtiani regiones diſtributa, legantur. Addit porro Athanaſius, quod fuerint* plurimi item alii, qui ante eam Synodum pro ipſo ſcripſere, tum ex Aſia, tum ex Phrygia, tum ex Iſauria, 1 p. 768 quorum ſingulorum nomina cum ſuis epiſtolis circumferebantur, propemodum ſexaginta tres; in univerſum *autem* trecentos quadraginta quatuor numerari, qui Synodi decretis ſubſcripſerint. *Notabile eſt etiam quod poſt* Hoſium ab Hiſpania, *ut Concilii Præſidem, nominetur* Julius Romæ *Epiſcopus, tamquam præſens* per Archidamum & Philoxenum Presbyteros ſuos; *atque his proximus* Protogenes Sardicæ.

eaque de re quaquaverſum ſcribunt,

ſubſcribentibus poſt Hoſium ſingulis,

quibus acceſſit etiam abſentium ſuffragium

& littera Synodica ad Iulium

174 *Verum ea ſubſcriptiones, atque inprimis Epiſcoporum Cypri, non ſunt collecta niſi poſtquam Alexandriam Athanaſius rediit. Extat etiam, inter fragmenta ex opere hiſtorico S. Hilarii Pictavenſis Epiſcopi, tertia quædam epiſtola ad Iulium Papam, breviter inſinuans acta Synodi cum* 1 p. 820 *Ex adverſariis damnantur aliqui.*

AUCTORE D. P. *ſubſcriptione Epiſcoporum unius & ſexaginta; in cujus epiſtolæ fine monetur Pontifex, quod* ſua excellens prudentia diſponere debet, ut per ejus ſcripta qui in Sicilia, in Sardinia, & in Italia ſunt Fratres, quæ acta ſunt & quæ definita cognoſcant, & ne ignorantes ſuſcipiant eorum communicatorias Epiſtolas quos juſta ſententia degradavit; perſeverent autem Marcellus, Athanaſius, Aſclepius in communione, quia obeſſe eis non poterat iniquum judicium & fuga & tergiverſatio eorum, qui ad judicium omnium Epiſcoporum venire noluerunt. *Et hi quidem Athanaſium alioſque injuria accuſatos* dimiſerunt cum pace: Stephanum autem & Menophantum, Acacium & Georgium qui Laodiceæ pro Epiſcopo fuit, Urſacium item & Valentem, & Theodorum & Narciſſum depoſuerunt; Gregorii autem, Alexandriam miſſi, nomen ita in damnatione ejus recitaverunt, ut numquam eum Epiſcopum, neque dignum qui Chriſtiano nomine appellaretur, cenſerent: reſciderunt enim omnes ordinationes quas facere præſumpſit, præcipientes ne illæ vel nominarentur in Eccleſia, propter rei novæ indignitatem.

B *hi vero Philippopolim profecti,* 175 *Quid autem adhæc Sardicenſes fugitivi? Receperant ſeſe Philippopolim Thraciæ, urbem proximam; ibique retento Sardicenſis Concilii titulo, quo facilius mundo illuderent, res ipſi ſuas ex adverſo agebant. Ac primum, proteſtati ſe non poſſe convenire quamdiu in Synodo ſederet Athanaſius, Tyri damnatus depoſituſque, & alii quos pro rite convictis damnatiſque volebant haberi; cum fruſtra ſe proteſtari viderent, contraria omnia definiverunt quam erant Sardicæ conſtituta: & ut habet Sozomenus lib. 3 cap. 10,* ſtabilitis iis quæ de Athanaſio *aliiſque* decreverant, primo Julium Epiſcopum Romanum, quod cum illis communicaverat, ... deinde Hoſium Confeſſorem ... ac Maximinum Trevirenſem Epiſcopum abdicarunt, ac præter illos etiam Protogenem Sardicæ, & Gaudentium *Naiſſi*. Hæc eadem *ut proſequitur ibidem Sozomenus*, Epiſcopis omnibus per litteras ſignificarunt, ne vel in communionem admitterent, vel ſcriberent ad eos, neque litteras ab iis ſcriptas reciperent.

ſub nomine Synodi Sardicenſis contraria ſanciunt,

tamquam Athanaſium convicisſent de criminibus, ante

176 *Eſt vero operæ pretium audire ipſa calumnioſæ epiſtolæ verba, prout eam, apud Hilarium in fragmentis, Latinam habemus ſub nomine Concilii Sardicenſis.* De Athanaſio, *inquiunt*, quondam Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopo, accipite quæ geſta ſunt. Accuſatus & graviter juxta Deum ſacrilegus, & juxta myſteria Eccleſiæ ſanctæ profanus, propriis manibus comminuit poculum Deo & Chriſto dicatum, ipſumque altare venerandum confregit, ſedemque ſacerdotalem ſubvertit ipſe, atque ipſam baſilicam, Dei domum, eccleſiam Chriſti, demolitus uſque ad ſolum eſt. Presbyterum vero, virum gravem & juſtum, nomine Narchen, tradidit cuſtodiæ militari. Accuſatus præterea eſt de injuriis, violentia, cæde atque ipſa Epiſcopi internecione: quique etiam ipſis diebus ſacratiſſimis Paſchæ tyrannico more ſævierit, Ducibus atque Comitibus junctus: qui propter ipſum aliquos in cuſtodiam recludebant, aliquos vero verberibus flagelliſque vexabant, ceteros diverſis tormentis ad communionem ejus ſacrilegam adigebant. *Quam falſa hæc ſint omnia ſatis ex præcedentibus liquet, ipſa tamen eſſe probe cognita legitimeq; dijudicata pluribus conantur oſtendere; tum ad ulteriora mendacia pergunt, & ſua propria crimina in Athanaſium retorquent, tamquam ea feciſſet ipſe quæ Philagrius Gregorium introducendo patravit. Sic enim loquuntur.*

C *& poſt exilium patratis.* 177 Sed dum Athanaſius poſt damnationem reditum ſibi de exilio comparaſſet, de Gallia ad Alexandriam poſt plurimum tempus advenit; atque præterita in nihilum ducens, acrius in nequitia prævalebat: nam comparatione ſequentium levia ſunt, quæ ab ipſo primum commiſſa ſunt. Etenim per omnem viam reditus ſui Eccleſiam ſubvertebat, damnatos Epiſcopos aliquos reſtaurabat, aliquibus ſpem ad Epiſcopatus redeundi promittebat, aliquos ex infidelibus conſtituebat Epiſcopos per pugnas & cædes, nihil reſpiciens leges, deſperationi tribuens totum. Inde per vim, per cædem, per bellum Alexandrinorum baſilicas deprædatur. Conſtituto jam in ejus locum, ex judicio Concilii, ſancto & integro Sacerdote, ut peſtis ſacrilega, adductis gentilium populis, Dei templum incendit, altare comminuit, & clam exit de civitate occulteque profugit. *His ſimilia præmiſerant de Marcello Ancyrano, nec magis vera ſubjungunt de cauſa Pauli Conſtantinopolitani; de Iulio autẽ Papa, Hoſio, Maximino & ceteris addunt calumnias, quas hic referre nihil attinet: ac deniq; concludẽtes,* de Deo, *inquit Sozomenus,* eo modo ſentire jubent, quo formula fidei epiſtolis ſubjuncta præſcribebat: quæ ut nullam Conſubſtantialis fecit mentionem, ſic illis communionem Eccleſiæ interdixit, qui dicerent tres eſſe Deos, aut Chriſtum non, aut Patrem & Filium & Spiritum ſanctum eumdem eſſe, aut ingenitum Filium, aut tempus ſeculumve fuiſſe quando non erat. *Sed non per hoc potuerunt efficere quo minus rejicerentur tamquam Ariani, quorum imitabantur pervicaciam, & quorum fidem volebant eſſe ac ſemper fuiſſe orthodoxam.* D E

fidei formulam ſcribunt;

178 *Sed his omiſſis, vera ipſorummet facinora audiamus ex Athanaſio.* Qui autem exauctorati *Sardicæ erant,* una cum illis qui tam fœda fuga receſſerant, talia deſignarunt in receſſu, ut priora facinora cum his collata poſſis minima æſtimare. Cum enim eorum communionem, ut fugientium à Synodo & noxiorum, Adrianopolitani [Presbyteri] averſarentur, rem detulerunt ad Imperatorem Conſtantium, effecerunt-que ut à magiſtratu qui iſtic Fabricæ nuncupatur, * tamquam laici decapitarentur, ſubſerviente ipſis etiam ad hoc Philagrio, qui rurſum Comes factus erat. Hujus rei monumenta ante urbem conſiſtunt: quæ nos, *inquit Athanaſius in præcitata ad Solitarios epiſtola*, inter prætereundum vidimus: itáque confirmaverunt ideo ſolum fugiſſe ſe, ne ut calumniatores convincerentur. Hæc autem uti ſuadebant ipſi, ſic Imperator fieri jubebat. Igitur etiam effecere, ut ab Alexandria in Armeniam duo Presbyteri & tres Diaconi relegarentur. Arium quoque & Aſterium, utrumque Epiſcopum Petræ, alterum Arabicæ, alterum Paleſtiniæ, qui ab ipſis deſciverant, non ſolum mandandos in Libyam, ſed & contumeliis afficiendos curarunt.

I p. 820 *ſaviunt in non conſentientes cædibus*

* Gr. δίκλωι λαικῶν.

& exiliis:

179 Lucium porro Adrianopoleos Epiſcopum, quem videbant multa contra ipſos confidentia uti, eorumque arguere impietatem; rurſus, uti prius, fecerunt ferreis vinculis per collum manuſque vinciri, atque in exilium ejici, ubi & mortuus eſt, ſicut illi norunt. Diodorum quoque Epiſcopum (*eum veroſimiliter qui cum titulo* Tenedi *ſubſcripſit concilio Sardicenſi*) dimoverunt loco, & Olympium ex Ænis, ac Theodulum ex Trajanopoli, ambos in Thracia Epiſcopos, bonos & orthodoxos viros, quia hæreſim oderant, accuſarunt; primo quidem Euſebiani, quibus Imperator Conſtantius ſubſcripſit; nunc vero per novam ſuggeſtionem hi, *qui Sardica fugerant.* Scriptum autem erat ut non ſolum ejicerentur ex urbibus atque eccleſiis, ſed etiam ut capitis pœnam ſubirent, ubicumque invenirentur. Quod quidem licet mirum, non tamen alienum erat ab eorum animis; ut qui talia ab Euſebianis didicerant, impietatis atque intentionis eorum relicti heredes. Cum vero, ſicut patres eorum, Alexandriæ pariter & in Thracia vellent ſe formidabiles oſtendere; ſcribi faciunt, ut portus & urbium ingreſſus cuſtodiantur, ne forte propter facultatem à Synodo factam ad Eccleſias revertantur; itemque Judicibus Alexandrinis de Athanaſio

F *Epiſcopos varios relegari faciunt;*

Alexandrini ſcribunt ut acceſſu prohibeatur Athanaſius;

A Athanaſio & Presbyteris quibuſdam nominatim, ut ſive Epiſcopus ſive eorum aliquis inveniatur acceſſiſſe ad civitatem aut ejus confinia, liceat Judici capita deprehenſorum reſcindere. Ita Judaica hæreſis, non ſolum negare Chriſtum, ſed etiam occidere didicit.

ubique terribiles ſeſe reddunt.

180 Neque tamen hic quieſcebant, ſed quemadmodum hæreſeos ipſorum pater tamquam leo circuit quærens quem devoret; ita illi, commoditate utentes publici curſus, & quaquaverſum circumeuntes, quemcumque inveniebant, aut fugam ipſis exprobrantem, aut Arianæ hæreſeos odium præferentem, flagellabant, vinciebant, à patria extorrem fieri curabant; adeo ut multi ſimulare mallent, multi ad loca deſerta confugere, quam cum illis converſari. Talia fuerunt inſana eorum, etiam poſt fugam, auſa. Quin etiam novum aliquid machinati ſunt, ſuę quidē hæreſi conſentaneum, necdum tamen prius auditum, ac forte ne factum quidem unquam à protervioribus ethnicis, tantum abeſt ut à Chriſtianis.

Miſſis à Synodo ad Conſtantiū legatis parata calumnia

181 Miſerat legatos ſancta Synodus Epiſcopos, Vincentium Capuæ, quæ eſt Campaniæ Metropolis, & Euphratem Agrippinæ, quæ eſt Metropolis Galliæ, ut Imperator, ſicut judicaverat ipſa faciendum, permitteret Epiſcopos exules redire ad eccleſias ſuas, quandoquidem ipſe eos ejecerat. Scripſerat quoque pientiſſimus Conſtans fratri ſuo, & Epiſcopos commendabat. Hos cum Antiochiæ viderent admirabiles illi & quidvis audere parati; conſultant in commune, ſolus autem Stephanus (*erat hic Antiochiæ Epiſcopus Arianus*) tragœdiam adornandam ſuſcipit, urpote ad ſimilia longe aptiſſimus. Conducunt igitur publicam meretricem, ipſis ſanctiſſimæ Paſchę diebus; eamque nudantes, noctu immittunt ad Euphratem Epiſcopum. Et illa quidem, juvenem eſſe à quo vocaretur rata, prompte ſequebatur; ut vero

detegitur per meretricem ipſis immiſſam:

immiſſa ab illis, vidit jacentem hominem & eorum quæ fiebant ignarum; deinde diligentius intuens, conſideravit ſenilem vultum ſpeciemque Epiſcopalem; exclamans continuo, proteſtata eſt vim ſibi fieri, quamvis rogarent illi ut taceret, & falſum crimen Epiſcopo impingeret.

ejus auctor Stephanus Epiſcopatu privatur:

182 Facto igitur die diffamatum eſt facinus, rotaque concurrit civitas: qui autem in palatio erant, rei indignitate commoti, ſuadebant ne premeretur ſilentio. Venitur ergo ad judicium, & lena quidem accuſabat eos qui ad ſe venerant, hi vero ipſum Stephanum cujus Clerici erant: qui mox depoſitus eſt, & ſubſtitutus pro eo caſtratus Leontius, tantum ne deeſſet Arianæ hæreſeos propugnator. *Rem eamdem pluribus narrat Theodoretus, & multas minutiores circumſtantias addit; ut quod legatis, à Synodo deſtinatis quidem,*

C *Saliano Comite urgente ut Imperator rem cognoſceret,*

ut ait Athanaſius, ſed vel Conſtantis juſſa præſtolatis tantiſper, vel poſt initos primos conatus reverſis, iterumque abituris, comitem addiderit Conſtans Salianum Prætorem, virum pietate & juſtitia inſignem. *Quod Stephanus, cujus ſcelera ſummatim enumerat, quindecim virorum turbam, Onagro quodam duce, ad Epiſcoporum hoſpitium abdiderit: qui meretrice ingreſſa tumultum cierent. Quod Euphrates, Legatorum ſenior, in exteriori cubiculo dormiens, ac pedum ſtrepitu excitatus, audita viſaque muliere, velut ad conſpectum dæmonis expaverit, atque ad crucis orationiſque arma confugerit. Quod è numero inſidiatorum ſeptem, clauſis à Vincentio oſtiis comprehenſi ſint; & inſtante potiſſimum & ſtomachante Saliano, impetratum ab Imperatore ac Magiſtratibus, ut quæſtio in regia haberetur.*

qui motus minacibus fratris litteris,

183 *Hæc aliaque narrat Theodoretus lib. 2 cap. 9: qui idem cap. 8 propoſuerat ſummam quamdam epiſtolarum, à Conſtante ad Conſtantium ſcriptarum*, quæ non hortationem ſolum & conſilium continebant, ſed etiam minas pio Imperatore dignas . . . Niſi *enim* obtemperaret, ipſummet Alexandriam profecturum, & Athanaſium reſtituturū deſiderantibus eum ovibus. AUCTORE D. P.

Addit Socrates lib. 2 cap. 18 Conſtantium, haud modice his conſternatum, accerſiviſſe Orientalium Epiſcoporum non paucos; eoſque reſpondiſſe, quod melius eſſet Athanaſium reſtituere, quam inteſtinum bellum ſuſcipere.

& Euſebianorum fraudibus compertis, exules revocat,

184 *Quibus perſuaſus Imperator*, nonnihil compunctus ad ſe rediit; & ex his quæ Euphratæ fecerant, conjectans ejuſmodi etiam eſſe cetera quæ contra alios moliti erant; relegatos ab Alexandria in Armeniam Presbyteros Diaconoſque jubet è veſtigio dimitti; atque Alexandriam aperte ſcribit, ne ulterius perſecutio fieret contra Clericos Laicoſve Athanaſio adhærentes. Deinde poſt menſes decem defuncto Gregorio, accerſit & Athanaſium. *Qui* poſt Concilium Naiſſi commoratus, *acceptis novis à Conſtante litteris ad eum ſe contulit*: confectoque itinere per reliquum tempus Aquileæ hærebat. Ubi me litteræ tuæ pietatis deprehenderunt, *inquit ipſe in Apologia ad Conſtantium.* Inde rurſus à beatæ memoriæ viro, *ſcilicet Conſtante*, evocatus, in Gallias profectus ſum, atque ita perveni ad tuam Majeſtatem. *Hæc breviter ibi; quæ ut uberius habentur alibi explicata, ita hic diffuſius tractanda ſunt.*

1 p. 676 & cum his ipſum Athanaſium.

CAPUT XVII. E

Multis Conſtantii litteris ad reditum animatus Athanaſius, iter Alexandriam verſus capeſſit.

Mortuo Gregorio Ariano,

185 A *Nni* CCCXLVIII *Paſcha, circa quod ab Antiocheno Epiſcopatu amotus eſt impiiſſimus Stephanus, celebratum eſt die* III *Aprilis; proinde mors Gregorii, decimo poſt illam abdicationem menſe intellecta, contigit in Ianuario anni* CCCXLIX. *Genus & cauſam mortis nemo diſtincte explicavit: ſolus Theodoretus lib. 2 cap. 12*, ab ipſis Alexandrinis cæſum *ait, nimia ejus barbarie atque crudelitate veroſimiliter irritatis. Athanaſius, ut vidimus, ſimpliciter dicit eo* mortuo *accerſitum ſe. Id autem factum alt* cum omni honore: *quia Imperator*, non ſemel, aut iterum, ſed tertio amiciſſimas litteras ſcripſit, quibus illum animabat & ad veniendum hortabatur: miſit quoque ad eum Presbyterum & Diaconum, ut majori cum fiducia ad ſe rediret. Putabat enim, *inquit Athanaſius*, ob ſuperiora pericula me cunctantius agere circa reditum. Scripſit item fratri ſuo Conſtanti, ut ipſe quoque me ad reditum hortaretur: affirmabat enim, quod me integro anno expectaſſet (*utique poſt adventum Legatorum prædictorum Antiochiam*) nec permiſiſſet ullam novitatem aut ordinationem fieri, ex quo mihi promiſerat reditum, ſed Eccleſias Athanaſio Epiſcopo à ſe reſervatas fuiſſe.

1 p. 823 accerſitur à Conſtantio Athanaſius,

E

186 *Litteras illas omnes, quia Syllogo inſeruit Sanctus, etiam hic inſerendas credidi. Tenor primæ talis eſt.* Conſtantius, Victor Auguſtus, Athanaſio. Diu te jactari vexarique immanibus undarum procellis noſtræ Clementiæ humanitas non permiſit; & patriis nudatum penatibus, exutum bonis, & in locis aviis feralibuſque oberrantem, non deſeruit noſtra indefeſſa pietas. Tametſi enim diu admodum diſtuli ad te perſcribere animi mei propoſitum, ſperans te ultro venturum ad nos, & laborum tuorum medelam poſtulaturum; tamen, quia fortaſſis intentionem animi tui impedivit metus, ideo munificentiæ pleniſſimas litteras ad tuam conſtantiam tranſmiſimus, ut ſecurus conſpectui noſtro quamprimum tuam præſentiam offeras, quatenus voti tui compos effectus, noſtramque humanitatem expertus, reſtituaris tuis. Hac autem de cauſa etiam ad fratrem noſtrum Conſtantem; Victorem Auguſtum, pro te rogavi, ut veniendi facultatem tibi det; atque ita, nobis utrimque annuentibus, patriæ reddaris, habeaſque hoc noſtræ gratiæ pignus.

1 p. 769 per humaniſſimas litteras, ſemel,

187 Se-

AUCTORE D. P.

187 *Secunda epiſtola hujuſmodi fuit.* Etſi ſuperioribus litteris ſignificavimus, ut ſecure ad noſtrum Comitatum accederes; ut, quod ipſe cupis maxime, remittaris ad propria; tamen etiam nunc has litteras ad tuam conſtantiam miſimus, quibus adhortamur, ut ſine omni diffidentia aut metu publica vehicula conſcendas, & properes ad nos; ut conſequi poſſis, quæ concupiſcis.

iterum,

188 *Aliquanto denique interjecto tempore, ac forte circa autumnum, miſit Conſtantius etiam tertiam epiſtolam hujus ſententiæ.* Cum Edeſſæ commoraremur præſentibus Presbyteris tuis (*veroſimiliter ad primarum litterarum invitationem expeditus ab Athanaſio, quo propius animum Imperatoris explorarent*) placuit ut miſſo ad te Presbytero *uno, dum alter ſcilicet in Palatio manens Epiſcopi ſui negotiis utiliter invigilaret*, rurſum monerem, ut ad noſtrum Comitatum feſtinares; quatenus, ubi noſtrum vidiſſes conſpectum, ſtatim Alexandriam proficiſcerere. Sed quia, plurimo tempore intercedente ex quo noſtras litteras acceperas, necdum adveniſti; ideo te nunc denuo admonere ſtuduimus, ut vel nunc ſaltem quam celerrime ad nos venias, atque ita reſtituaris patriæ tuæ, & deſiderio potiaris. Ad pleniorem autem inſtructionem Achitam Diaconum ad te miſimus, ex quo diſcere poſſis animi noſtri ſententiam, & quod voti tui omnino fieri compos queas.

ac tertio ſcriptas,

B

1 p. 823

Neque his contentus Imperator, etiam Comites ſuos Polemium, Datianum, Bardionem, Taurum, Florentiũ, quibus maxime fidi poterat, ſcribere juſſit.

1 p. 770 *quibus illo perſuaſo & Romam profecto,*

18 Aquilejæ tum temporis erat *Athanaſius*, cum has litteras accepit: *qui* totam rem Deo acceptam referens, Conſtantio huc uſque ſe inclinante, Romam concedit, Eccleſiam & Epiſcopum aditurus. Ingens igitur gaudium in Eccleſia fuit; Epiſcopus Julius, reſtitutioni ejus congratulans, litteras ad Eccleſiam ipſius miſit: porro autem tranſeuntem alii deinceps Epiſcopi cum pace deduxerunt. Litteræ autem iſtiuſmodi fuere. Julius Presbyteris & populo ſub Alexandriæ diœceſi poſito. Gratulor vobis etiam ego, dilecti Fratres, quod fructum fidei veſtræ tandem præ oculis poſitum videatis, in Fratre & Coëpiſcopo noſtro Athanaſio, quem propter vitæ puritatem & propter preces veſtras Deus vobis reſtituit. Memores enim promiſſionum cæleſtium eoque tendentis viæ, quam ex diſciplina prædicti Fratris noſtri didiciſtis; cognoviſtis vere, & pro ea quæ in vobis eſt rectiſſima fide apprehendiſtis, non omnino in perpetuum divulſum fuiſſe à vobis, quem in piiſſimis mentibus veſtris ſemper velut præſentem habebatis.

Iulius gratulabatur Alexandrinis

C

190 Non igitur mihi ad vos ſcribenti multis opus eſt verbis; quidquid vobis dici poſſet à me, hoc veſtra fides præconcepit, & implevit per Dei gratiam communia noſtrũm omnium vota. Gratulor igitur vobis (nam rurſus idem repetere juvat) quod animas veſtras in fide conſervaſtis inexpugnabiles: nec minus gratulor Fratri noſtro Athanaſio, quod inter multa quæ paſſus eſt aſpera, nulla tamen hora in oblivionem venerit veſtræ dilectionis & deſiderii veſtri. Licet enim corpore videbatur à vobis ſeparari ad tempus, ſemper tamen vivebat tamquam in ſpiritu vobis præſens. Redit itaque ad vos illuſtrior nunc quam cum diſcederet à vobis: nam ſi materias pretioſas, aurum & argentum, ad puritatem probat ignis; quid digne dici poterit de tali viro, qui tot tantiſque periculis ſuperatis reſtituitur vobis, non tantum à nobis, ſed etiam ab univerſa Synodo ſuſceptus ut innocens?

ſervatam erga ſuum Epiſcopum fidem.

eumque redeuntem

191 Recipite ergo, dilecti Fratres, cum omni ſecundum Deum lætitia & gloria, Epiſcopum veſtrum Athanaſium, & cum eo ceteros eorumdem laborum conſortes: veſtrorumque votorum compotes facti, gaudete, quia Paſtorem veſtrum, veſtræ pie-

recipi jubet cum omni lætitia:

D

tatis fame, ut ſic loquar, & ſiti laborantem, ſalutaribus ſcriptis aluiſtis & potaſtis: nam peregre commorantis ſolatium facti eſtis vos, & in perſecutione poſitum confoviſtis fideliſſima veſtra mente animoque. Oblector ego certo, jam nunc cogitatione præſumens atque proſpiciens uniuſcujuſque veſtrũm in ejus regreſſione lætitiam, & religioſiſſimos occurſus multitudinis, glorioſamque concurrentium feſtivitatem. Quis enim aut qualis vobis erit dies ille, cum Fratre noſtro revertente & omnibus ante factis ceſſantibus, reditus ejus honoratiſſimus optatiſſimuſque omnes adunabit in gaudio liquidiſſimæ voluptatis? Porro hujuſmodi gaudii pars ſane magna ad nos quoque pertingit, quibus divinitus obtigit ut in talis viri poſſemus venire notitiam.

192 Nunc in orationem deſinere epiſtolam convenit. Deus ergo omnipotens & filius ejus Dominus atque Salvator noſter Jeſus Chriſtus, remuneretur admirabilem fidem veſtram, cujus erga Epiſcopum veſtrum glorioſum dediſtis teſtimonium: vobiſque ac poſteris veſtris, nunc & in futuro bona illa concedat, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcendit qualiter ea paravit Dominus diligentibus ſe, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnipotenti Deo gloria in ſecula ſeculorum.

atque ipſis bene precatur.

E

193 *Cum his Roma dimiſſum Athanaſium, atque Antiochiam appulſum, & in caſtra ſua, ut loquitur Hoſius,* venientem, ſincero ſerenoque vultu intuetur *Conſtantius Imperator, eidemq;* poteſtatẽ facit revertendi in patriam ad eccleſias ſuas. *Athanaſius autem*, dolenter queſtus de iis quæ vel paſſus fuerat vel contra ipſum ſcripta erant, rogavit ut citarentur omnes inimici ſui, qui Antiochiæ præſto erant; quatenus aut redarguerentur, aut redarguerent apud ipſum Cęſarem; & vel ſe præſentem commonſtrarent ea feciſſe quæ objecerant, vel abſentem deinceps non calumniarentur. *Quod cum ipſis indicaſſet Imperator*, excuſari petierunt, *ſicut Hoſius indicat. Quare urgere ultra Cæſar nolens, hoc quidem quod petebat Athanaſius* non fecit; omnia tamen quæ antea per accuſationem ſcripta contra eum erant tolli & aboleri juſſit, affirmans nullas ſe amplius accuſationes ſuſcepturum, & hoc fixum ſibi ac certum eſſe propoſitum. Neque ſimpliciter dixit, ſed etiam jusjurandum verbis addidit, Deum ſuper his teſtem appellans.

Conſtantius illum benigne excipit, 1 p. 839 1 p. 823

juratque deinceps ſe non crediturum ejus accuſatoribus:

194 *Poſtea, ſicut narrat Ruffinus lib.* 11 *cap.* 19, admonitus Imperator ab impiis conſiliariis, Non eſt, inquit, magnum, Athanaſi, quod Epiſcopi poſcunt de te, ut unam ex multis, quæ apud Alexandriam ſunt, eccleſiis concedas populis eorum qui tibi communicare nolunt. Tunc ille, Deo ſuggerente ſibi paratum in tempore conſilium: Et quid eſt, inquit, Imperator, quod poſcenti tibi liceat denegare, qui poteſtatem habes omnia jubendi? Sed unum eſt quod rogo, ut meam quoque petitiunculam libenter admittas. Cumque ſe omnia quæ vellet, quamvis eſſent difficilia, promitteret præſtiturum; Hoc eſt, inquit quod rogo; ut quia etiam hic (nam apud Antiochiam res agebatur) ſunt noſtri populi qui iſtis communicare nolunt, unam eis tenere concedas eccleſiam. Æquiſſimum id ſibi videri & valde præſtandum, reſpondit Imperator: ſed cum rem detuliſſet ad eos quorum conſiliis utebatur, neque ibi ſe velle accipere eccleſiam, neque hic dare reſpondent.

petit Arianis eccleſiam Alexandriæ concedi:

F

ſed Athanaſio viciſſim Catholicis unam petenti Antiochia,

195 *Etenim ut obſervat Sozomenus lib.* 3 *cap.* 19. Exiſtimarunt ſuam opinionem apud Alexandrinos nullum omnino progreſſum facturam, propter Athanaſium, qui non modo ad confirmandos ſibi conſentientes ſufficeret, ſed etiam ad alios convertendos. Si autem hoc fieret apud Antiochenos, primum quidem congregandos ſectatores Euſtathii qui multi

& recuſantibus conditionem Arianis,

A multi erant; deinde, quod conſequens eſt, molituros res novas : quando ne nunc quidem, cum ipſi [Ariani] tenerent eccleſias, non omnino opinationi eorum aſſentiretur populus atque Clerus omnis; ſed per choros diſpoſiti, uti moris eſt, ad Dei laudes concinendas, finiendis canticis ſuam quiſque ſubjungeret opinionem; aliis Patrem & Filium, velut æqualiter honorandum, glorificantibus; aliis Patrem in Filio, & hac præpoſitionis varietate Filium minorem ſignificantibus.

1 p. 772 *ille dimittitur, cum litteris Conſtantii ad Epiſcopos Ægypti*

196 Prudentiam *porro Athanaſii* miratus Imperator . . . ; cum multis aliis modis eum animaſſet, & bonam fiduciam habere juſſiſſet, iſtiuſmodi litteras dedit Epiſcopis & Presbyteris Catholicæ Eccleſiæ. Non eſt derelictus à Dei gratia Reverendiſſimus Athanaſius. Nam licet ad breve tempus ſubjectus fuerit humanæ probationi, congruam tamen ab omnium inſpectrice providentia ſententiam retulit, recipiens Dei optimi voluntate noſtroque judicio patriam & Eccleſiam ſuam, cujus divino nutu Præſes fuerat conſtitutus. Conſequens porro eſt ut noſtræ manſuetudinis præcepto omnia quæ ante hac decreta ſunt contra tenentes communionem ejus oblivioni tradantur, omniſque ſuſpicio adverſus eum de cetero ceſſet, eumq; ſequentes Clerici in ea quam olim habuerunt immunitate convenienter ſtabiliantur. Quin etiam noſtræ erga ipſum gratiæ jure adjiciendum putamus, ut omnes ſacro Ordini adſcripti intelligant, quod omnibus ipſi adhærentibus plena detur ſecuritas, ſive Epiſcopi ſeu Clerici fuerint. Quicumque enim meliorem ſortem electionemque amplexi ejus communionem ſuſcipiunt, eos volumus præſtita ſibi divinitus gratia omnes perfrui.

B

ac populum Alexandrinum:

197 *Simili modo ſcribens* Catholicæ Eccleſiæ populo apud Alexandriam, *dicit ſe eis* remittere virum, vitæ rectitudine & morum probitate apud omnes notiſſimum; *hortatur ad concordiam inter ſe & cum Epiſcopo tenendam; atque indicat, quod,* ad omnem turbationis & ſeditionis occaſionem reſcindendam, Judicibus ſuis per litteras injunxit, ut quotquot ſeditioſos invenerint pœnis & ſuppliciis legum coerceant. *Scripſit quoque* Neſtorio Ægypti Præfecto, & eadem forma Auguſtamnicæ, Thebaidis & Libyæ Præſidibus *de reſtitutione Athanaſii, & immunitate inhærentium ejus communioni; atque inſuper, cum juſſiſſet omnia, quæ prius contra Athanaſium decreta erant per calumnias Euſebii, abrogari & tolli de tabulis Præfecti & Ducis Ægypti; ac forte reſpondiſſet Neſtorius, illa à ſe non inveniri; alteram eidem epiſtolam ſcripſit, in Epiſtola ad Solitarios relatam his verbis* : Certum eſt ex noſtro decreto antea vulgato ſupereſſe diplomata, contra æſtimationem reverendiſſimi Epiſcopi Athanaſii, eaque exiſtere in Provincia tuæ ſanctitatis. Volumus igitur ut tua ſpectatiſſima diſcretio omnes epiſtolas, ſub nomine prædicto in tua provincia factas, ſecundum juſſionem noſtram tranſmittat ad noſtrum Comitatum . . . Miſſuſque ea de cauſa Euſebius Decurio, ſuſtulit omnia de tabulis.

1 p. 773

1 p. 774 *& contraria omnia decreta abrogantur.*

1 p. 824 C

CAPUT XVIII.

Glorioſus Athanaſii reditus ad ſuam Eccleſiam, eumque ſecuti multiplices fructus.

Redeunti Athanaſio occurrunt per viam amici:

198 REbus ad iſtum modum actis & conſtitutis, Athanaſioque cum ſuis iter proſequente; amici quidam amicum videntes, gaviſi ſunt; aliorum vero quidam pudefacti ſunt ipſo conſpecto, quidam vero non auſi accedere abſconderunt ſe; nonnulli etiam agebant pœnitentiam ob ea quæ contra ipſum ſcripſerant. Certe omnes Palæſtines Epiſcopi, præter duos aut tres eoſque ſuſpectos, ita ſuſceperunt Athanaſium ejuſque communionem ambierunt, ut etiam ſcriberent excuſarentque, quod quæ prius ſcripſetant, non ſponte ſua, ſed coacti feciſſent. *Hæc Athanaſius in Epiſtola ad Solitarios; in Apologia vero adjungit Palæſtinis Syros, quos utique itineris ratio exigit prius aditos fuiſſe.*

AUCTORE D. P.

Apollinarius eidem conjungitur,

199 *Huc autem ſpectat, quod lib. 6 cap. 25 narrat Sozomenus de Apollinario juniore, Poëta, ut ibidem deſcribitur, perquam gratioſo, ex Epiphanii Sophiſtæ & Poëtæ gentilis diſciplina, Laodiceæ in Syria, ejuſdemque Eccleſiæ olim Lectore, tunc forte etiam Presbytero, ac poſtea Epiſcopo ejuſdem aut alterius Laodiceæ in Phœnicia: videlicet quod* tranſeunti illac Athanaſio familiaris & amicus imprimis factus eſt. Quoniam vero contrariæ factioni, ex qua erat Georgius, illius tunc civitatis Epiſcopus, exécrabilis valde erat communio Athanaſii, contumelioſe ab Eccleſia expellitur Apollinarius, tamquam ſi contra Canones & Epiſcoporum ſtatuta deliquiſſet, per illam conſuetudinem cum Sancto : crimina vero objiciebantur antiqua, & per pœnitentiam pridem deleta, *quod ſcilicet ipſe Lector adhuc exiſtens ſub Theodoro Georgii deceſſore egreſſus eſſet ad audiendum hymnum, in Bacchi laudem à ſuo magiſtro Epiphanio compoſitum. Felix ſi novam illam ejectionem appoſuiſſet lucro, nec fuiſſet ſolicitus de recuperanda hæretici Epiſcopi communione; & cum Athanaſii amore etiam tenuiſſet firmitatem doctrinæ.*

& ab Epiſcopo ſuo excommunicatur.

E

Hieroſolymitana Synodus ſcribit litteras

200 *Hic vero, inter ceteros ſui per Syriam & Palæſtinam itineris fructus, in præcitata Apologia etiam refert Epiſtolam, quam* lancta Synodus, Hieroſolymis coacta, *Præſidente S. Maximo, uti dicetur* V *Maji, ſcripſit* comminiſtris in Ægypto & Libya, nec non Presbyteris, Diaconis & populo Alexandriæ *in hæc verba.* Non poſſumus, dilectiſſimi, gratias pro merito ſufficientes agere univerſorum Deo, pro iis quæ ſemper fecit mirabilibus, nunc vero etiam cum veſtra Eccleſia; reddens vobis Paſtorem ac Dominum veſtrum, noſtrumque comminiſtrum Athanaſium. Quis enim ſperavit umquam ea ſe viſurum oculis, quæ nunc reipſa experimur ? Certe preces veſtræ exauditæ ſunt ab Omnipotente, ſuam Eccleſiam curante, & veſtras lacrymas atque lamenta reſpiciente, ideoque & preces ſuſcipiente. Eratis tamquam oves abjectæ & diſſipatæ non habentes paſtorem, propterea de cælo viſitavit vos verus ille Paſtor, de ſuis ſolicitus ovibus, reddens vobis eum quem deſiderabatis.

ad Alexandrinos gratulatorias.

201 Nos quoque ſatagentes pro pace eccleſiaſtica, veſtræque conſpirantes caritati, ipſum prævenientes amplexi ſumus; per eumque communicantes vobiſcum, hanc ſalutationem mittimus, & hæc noſtra vobis congratulantium vota; ut ſciatis, nos quoque unitos vobis eſſe per vinculum communionis cum eo. Veſtrum autem eſt orare pro pietate religioſiſſimorum Imperatorum, qui ipſum etiam cum omni honore dignati ſunt reſtituere, cognoſcentes veſtrum erga illum amorem & innocentiam. *Vivebant ergo, cum hæc ſcriberentur, adhuc ambo Imperatores, ut mirum ſit contrarium ſuſtineri à Baronio; maxime cum Valentis & Vrſacii pœnitentia, de qua mox, tamquam de effectu Hieroſolymitanæ Synodi, etiam prævenerit mortem Conſtantis: & hi poſtea relapſi, hujus metu impulſos ſe ſint cauſati.*

F

1 p. 825 *tota Ægyptus in occurſum effunditur:*

202 De Ægyptiis & Libycis Epiſcopis, *quomodo hac tam deſiderata felicitate latati ſint, deque* earum provinciarum & diœceſis Alexandrinæ populo, ſupervacaneum eſt loqui; cum omnes occurrerint, & ineffabili gaudio perfuſi ſint, non tantum quia præter ſpem ſuos quique vivos recipiebant, ſed etiam quia liberabantur ab hæreticis, tamquam à tyrannis aut rabidis canibus. *Elegantiſſime, ut aſſolet, Nazianzenus effuſam omnium lætitiam deſcripſit : ſed cum magna, quod merito*

AUCTORE D. P. *mireris, rerum ac temporum confuſione: primum cum poſt Georgii mortem, regnante jam ſcilicet Iuliano; facta ſcribit, quæ neceſſario debent acta intelligi poſt mortem Gregorii; deinde cum ſecundam Philagrii Præfecturam, quam ille iniit eo ipſo tempore, quo infelicem ſuum Epiſcopatum, non dico Georgius, ſed Gregorius, ea quam deſcribit exceptione facit poſteriorem: tertio denique cum ſuum gentilem Philagrium, eum eſſe putat, cujus ad iterandam adminiſtrationem ingreſſus tanta occurrentis exultantiſq; populi frequentia fuerit honoratus. Nempe encomium illud ſcripſit dixitq; Nazianzenus Conſtantinopoli, procul ab Alexandria, prout ſibi vel ſuggerebat ſenilis memoria (erat enim octogenario tunc major) vel ipſius Athanaſii ſcripta quædam, fortaſſe non ſatis integra correctaque, decimo dumtaxat poſt Sancti mortem anno. Placeat nihilominus, ipſum ſolita ſua facundia hac de re loquentem audire.*

quemadmodum deſcribit Nazianzenus,

203 Poſtquam ille impietatis turbo (*Georgium Nazianzenus intelligit, ego Gregorium ſubſtituo*) ille corruptor pietatis & prodromus Antichriſti, publicæ iræ vehementiæque factus eſt victima (*nam & hoc de Gregorio dicunt aliqui*) *aut ſaltem ſua morte vacuam Athanaſio Sedem fecit*; redivit ex ſua præclara peregrinatione Athleta: ſic enim appello exilium ejus, pro Trinitate & cum Trinitate toleratum. Reditus autem ejus
B jucundiſſimus accidit civitati, pene dixerim Ægypto univerſæ, undequaque in unum concurrenti ut vel ſola voce Athanaſii, vel intuitu ſatiaretur; aut etiam, quemadmodum de Apoſtolis audivimus, à nuda ejus umbra & vacuo corporis ſimulacro ſanctificationem acciperet. Cumque multorum ſæpius ex eo tempore factæ ſint honorificæ exceptiones ſive Præfectorum ſive Antiſtitum, imo etiam eorum qui ipſis Imperatoribus erant familiares atque domeſtici; nemo tamen meminit ullam fuiſſe ſplendidiorem frequentioremque niſi ipſe ſecum comparetur Athanaſius, & cum hac pompa conferatur prior alia, qua exceptus eſt in priori ingreſſu, quando redibat à ſimili ſimilibuſque ex cauſis tolerato exilio. Circumfertur autem de honore illo hujuſmodi ſermo; dicatur enim, licet ſuperfluus, velut condimentum orationis, ejuſque inductioni idoneus floſculus.

ut in ſimili poſtea occurſu aliquis dixerit,

204 Eorum qui bis ad Præfecturam acceſſerunt aliquis, poſt illum introitum invehebatur in urbem (noſter hic erat, utpote Cappadox, & quidem illuſtris valde; Philagrium, ſcio, noſtis me dicere) erga quem civium affectus erat, qualis non alius, nec erga alium, & par honor; is denique, cui (ut brevi verbo rem totam complectar) iterato delata erat
C Præfectura, ſupplicante populo & Imperatore ſuffragante. Tum igitur è vulgo quiſpiam, cui infinita multitudo ac veluti pelagus quoddam videbatur, cum eam oculis metiri nequiret, dicitur amicorum familiarium alicui, uti fieri aſſolet, ſic locutus: Dic, amabo, num aliquando vidiſti multitudinem tantam, & tam affectuoſe ad unius hominis honorem effuſam? Juvenem vero reſpondiſſe, Nequaquam: mihi autem videtur neque ipſi Conſtantio tantum obtingere: veluti per eum qui exhibetur Imperatori, ſummum honoris faſtigium exprimere volens. Alterum porro facete ac ſuaviter ridentem ſubjunxiſſe, tamquam magnum quoddam & admirabile, Ego vero vix exiſtimo ipſum magnum Athanaſium ſic eſſe inductum; & mox addidiſſe jusjurandum quoddam indigenis uſitatum, ad dicti ſui confirmationem.

majorem eſſe quam Imperatori fieret,

imo quam factus ſit Athanaſio.

205 Qui quidem ſermo eo ſpectabat, quod vobis manifeſtum eſt, ut is quem modo laudandum ſumpſimus ipſi Imperatori prælatus videatur: tanta erat hominis veneratio apud omnes, & tanta admiratio ejus qui nunc commemoratur ingreſſus. Etenim per ſexus, & ætates, & artes diviſi erant D omnes, quomodo civitas illa ſolet inſtrui, quando publicum alicui honorem exhibet. Qualiter autem oratione exponam ſpectaculi illius magnitudinem? Fluvius unus omnes erant (Poëtarum aliquis Nilum diceret, illum utique aurifluum fertilemque) ſurſum ex civitate ad Chæreum ſe volvens, unius diei itinere & amplius. Date veniam ut etiam hic aliquantulum laſciviat oratio, quando in his ſumus, nec facile eſt ſermonem ab illa ſolennitate revocare.

fluvii inſtar ferebatur populus,

206 Pullus ipſum vehebat, eodem fere modo (abſit quæſo invidia verbo) quo Jeſum meum olim ille, ſive is populum gentilium quem à vinculis ignorantiæ ſolutum benefaciendo conſcendit, ſive quid aliud ſymbolum illud ſignificet. Sed hunc excipiebant rami & variæ floridæque veſtes injectæ jumento ſubſtratæque, cum huc uſque ſe dimiſiſſet ſummus ille digniſſimuſque & parem non habens; iſtic vero Chriſti ingreſſum repræſentabant conclamantium & choreas ducentium turbæ, niſi quod non ſolum puerorum multitudo erat quæ laudes concineret, ſed omnis prorſus lingua, concorditer & abſque contradictione cujuſquam, mutuo ſe vincere contendentium. Mitto nunc dicere plauſus populares, unguentorum profuſiones, pernoctationeſque, & totam urbem lumine coruſcantem. Taceo convivia publica & privata ac cetera quibus hilaritatem ſolent civitates teſtari, quæque ei tunc ampliſſime & ultra modum exhibebantur.

dum aſino invectus Sanctus

quamdam tirannis Ieruſalem Chriſti præberet ſpeciem.

E

207 *Hactenus Nazianzenus, nominum Gregorii & Georgii affinitate veroſimiliter abductus à recta temporum ratione, imo nec ſatis conſtanter eos inter ſe diſtinguens; ut cum par fuerit utriuſque in ſuo ingreſſu immanitas, nihil pene in Gregorium dicat, dira autem omnia in Georgium: poſt cujus crudeliſſimam cædem à furente ethnicorum plebe patratam, rurſus quidem Athanaſius, Alexandriæ comparuit, vel ex ſuis ibidem latebris prodiens, vel peregre reverſus in urbem; nullatenus tamen credi debet, quod ſub novo Iuliani dominatu, & rebus Orthodoxorum uſque adeo dubiis, tam ſolennis exceptio potuerit adornari. Quare fidenter hæc omnia refero ad hoc tempus, cum reſpectu ad primam ab exilio Gallicano reverſionem, quæ Conſtantini Iunioris mortem præceſſit, & ſplendidiſſima fuiſſe etiam debuit. Quidquid enim nunc factum eſt, quia ſumma duorum Imperatorum Conſtantii & Conſtantis voluntate nitebatur, ſicuti extra periculum erat, ſic potuit & debuit fuiſſe ſplendidiſſimũ, poſt tales ac tantas de calumnia & impietate victorias, publicis Synodorum judiciis & ipſorum Imperatorum ſuffragiis relatas.*

Sed hic Nazianzenus confudit Gregorii & Georgii nomina ac tempora,

F

208 *Ad Præfectum quod attinet, cujus prior Magiſtratus adeo fuit populo gratioſus, ut ad ſecundum poſtulari meruerit; nego eum fuiſſe Philagrium, hominem, uti ſupra vidimus, à religione Chriſtiana apoſtatam, & in vexandis orthodoxis crudeliſſimum: de quo merito Athanaſius queritur in epiſtola ad Solitarios, quod eum Conſtantius, præter mentem patris Conſtantini, ſub quo priora patrarat flagitia, ob eadem forſitan exauctoratus,* 1 p.844 *pro ſecunda vice Præfectum miſit, deteriora etiam patraturum. Præterea non conveniunt tempora, quemadmodum exordiens inſinuavi; & exceptio Philagrii magiſtratum ſecundo ineuntis, quantocumque Gentilium & Arianorum ſtudio fuiſſet celebrata, ut ſummum comparari potuiſſet cum ea, quæ Athanaſio obtigit ante octennium. Ignoraſſe debuit hominem Nazianzenus, qui eum, quod gentilis ſuus & Cappadox eſſet, tam honorifice hic nominavit. Quod autem factum dictumque narrat, contigiſſe potuit aliquo ex poſtea miſsis Præfectis ingrediente, puta S. Artemio, à cujus, duplici titulo ſibi exoſi, cæde, quia & Chriſtianus erat & Gentilibus valde*

& Philagrii ingreſſum ad ſecundam Præfecturam

cum alterius gratioſioris ingreſſu,

A *valde fuerat adverſatus; auſpicatus eſt Iulianus perſecutionem eorum, qui præcipuos ſub Conſtantio Magiſtratus geſſerant.*

Fuit autem Athanaſius poſt regreſſum humaniſſimus

209 *Sed redeamus ad Nazianzenum, eloquenter proſequentem Athanaſii in Cathedram ſuam reſtituti laudes:* Omnia, *inquit*, velut in lyra una, congruebant ſibi *in viro ſancto*; vita, ſermo, certamina, pericula, quæque in reditu quæque poſt reditum egit. Mox enim atque Eccleſiam ſuam obtinuit, non eſt paſſus quod ſolent immodica commoti iracundia, quidquid occurrerit propellentes, licet alias venerabile, propter prædominantem furorem; verum exiſtimavit hoc eſſe tempus conciliandorum ſibi animorum. Quoniam enim plerumque contingit, ut qui patitur moderatior ſit, qui vero in poteſtate eſt poſitus impotentius agat; ipſe adeo manſuete leniterque eos tractavit à quibus erat affectus injuria, ut nec illis ipſis quidem moleſtus, ut ſic loquar, fuerit ejus reditus. Nam licet expurgarit ſacrum locum ab iis, qui Deo Chriſtoque velut ad quæſtum nundinaſque abutuntur, ut in hoc quoque imitaretur Chriſtum; id tamen non texto ex funiculis flagello, ſed perſuaſibili oratione effecit.

etiam erga Arianos:

B *& magiſterium veræ fidei verbo ac ſcripto reſumens,*

210 Conciliavit etiam tumultuantes, nullo mediatore indigens ad eos cum ſeipſo atque inter ſe componendos; ſolvit oppreſſiones patientium injuſte, nihil diſcriminis faciens inter eos qui ſuæ partis vel adverſæ fuerant: reſuſcitavit collapſum Verbum, animoſque ut ſic loquar addidit Trinitati, rurſus ſupra candelabrum poſitæ, & claro unius Divinitatis lumine omnium mentes colluſtranti. Rurſum ille leges mundo dictare, & omnium animos ad ſe trahere; hos ſcripto, illos voce erudiens, nonnullos etiam ultro accedentes docens, omnibus ſeipſum normam ſtatuens quam ſequi vellent: quod utique ſolum ſufficit ad magiſterium virtutis. Ut autem compendio dicam, duorum laudabilium lapidum imitabatur naturam, effectus adamas percutientibus, & diſſidentibus magnes, ineffabili naturæ virtute ferrum trahens, & metallorum duriſſimum ſibi familiaritate devinciens.

1 p. 825 *magnos ex omni hominum genere fructus colligit.*

211 Magna *igitur, inquit ipſe ad Solitarios Athanaſius, ſuarum alias laudum parciſſimus prædicator*, alacritas populorum erat in ſacris conventibus, mutuo ſe cohortantium ad virtutem. Quam multæ innuptæ quidem adhuc, ſed ad nuptias propenſæ, Chriſto ſeſe virgines ſervavere! Quot juvenes, alios conſpicati, monaſticam vitam elegerunt! Quot patres rogavere

C filios, quot filii obteſtati ſunt parentes ſuos, ne ſuam in Chriſto exercitationem impedirent! Quot mulieres perſuaſere viris, quot à viris perſuaſæ mulieres ſunt, vacare orationi, ſicut ait Apoſtolus! Quot viduæ, quot pupilli, qui prius erant famelici ac nudi, ex ingenti populorum ad eleëmoſynas alacritate, non modo non eſurierunt amplius, ſed & veſtiti prodierunt in publicum! Denique tanta fuit ad virtutem æmulatio, ut ſingulas familias atque domos totidem eccleſias eſſe exiſtimares, propter inhabitantium probitatem & precationem ad Deum.

1 p. 682 *erantque ei eccleſiæ tam anguſtæ*

212 *Quantus porro ad ipſummet Athanaſium audiendum eſſet confluxus Alexandrinæ multitudinis, ex eo liquet, quod ſubſequentium annorum aliquo contigiſſe ipſe in Apologia fatetur*, in Quadrageſimalibus ſynaxibus, propter locorum anguſtias & frequentiam populi, plurimos pueros juvenculaſque & vetulas ac juvenes non paucos domum relatos eſſe pene oppreſſos; ita tamen ut eorum nemo, quæ Dei clementia fuit, exinde obierit. Si autem, *inquit*, in profeſtis diebus tanta fuerit compreſſio, quid timendum ipſo feſto? Cum igitur & eccleſiæ paucæ parvæque eſſent, & populi numerus tantus eſſet, quantum in Chriſtiana urbe optare quis poſſet; haud parva tumultuatio fuit poſtulantium ut in magna eccleſia (*quæ tunc adhuc extruebatur, aut ſaltem dedicata necdum erat*) convenAUCTORE D. P.

tus celebrarentur, atque ibidem preces fierent pro ſalute Imperatoris. Quod & factum eſt; renitente licet multum Athanaſio, ſuadenteque ut tantiſper exſpectarent, & quamvis cum preſſura in aliis tamen eccleſiis convenirent. Verum in hoc non audiebatur: erant enim parati ex urbe egredi, & quemvis itineris laborem potius ſuſtinere, quam feſtum Paſchæ agere cum luctu. *Quæ deinde res calumniandi anſam adverſariis præbuit, uti infra videbimus.*

ut infortunii metus debuerit uti majori necdum dedicata.

CAPUT XIX.

Vrſacii & Valentis pœnitentia. Novi motus propter Marcellum Ancyranum. Syllogus ab Anaſtaſio compilatus.

213 ERat *in Eccleſiis, ut loquitur in epiſtola ad Solitarios Athanaſius*, profunda quies & plane mirabilis, cum Epiſcopi undequaque ſcriberent, & viciſſim reciperent ab Athanaſio conſuetas pacis litteras. Quin etiam Urſacius atque Valens, *conſpectis litteris Hieroſolymitanæ Synodi (uti in Syllogo indicatur)* quaſi à ſua ipſorum conſcientia flagellati, pœnitentiam profeſſi ſunt; & Epiſcopo quidem amicam pacificamque ſcripſerunt epiſtolam; ipſi vero Romam abierunt, & ſuam confeſſionem ſcripto complexi tradiderunt Julio, cujus exemplar à Paulino Epiſcopo Trevirenſi Latine tranſmiſſum Athanaſio, *ab ipſoque Athanaſio Græce redditum, invenitur utriq; operi apologetico ad Conſtantium atque ad Solitarios inſerto, una cum epiſtola ad Athanaſium: ambæ autem epiſtolæ Latine extant apud Hilarium in fragmentis Hiſtorici operis ex Pithœana bibliotheca acceptis: ubi tamen inverſo referuntur ordine, cum teſte Hoſio*, prius *quam Romam venirent*, amicam & pacificam Epiſtolam ſcripſerint Athanaſio, *his verbis conceptam.* Dedit ſe occaſio Fratris & Compresbyteri noſtri Moyſetis, venientis ad tuam Dilectionem, per quam tibi ſalutem largiſſimam dicimus ex Aquilejenſium civitate, & optamus ut incolumis has litteras noſtras recenſeas. Dederis autem fiduciam, ſi tu quoque in reſcribendo vicem nobis rependas. Sane habere nos locum tecum & communionem eccleſiaſticam his litteris ſcito. Divina pietas te cuſtodiat, Frater.

1 p. 626 *Vrſacius & Valens Romam accedentes,*

E

1 p. 839 *poſtquam Athanaſio pacifice ſcripſiſſent,*

214 Exemplum *vero* Epiſtolæ, quam poſt renuntiationem Orientalium, Athanaſium reum non eſſe, in urbe Roma, holographa manu, Valens perſcripſit, & Urſacius ſubſcripſit, *tale eſt:* Quoniam conſtat, nos antehac multa gravia, de nomine Athanaſii Epiſcopi, litteris noſtris inſinuaſſe; atque litteris Sanctitatis tuæ conventos, ejus rei de qua ſignificavimus non præſtitiſſe rationem; profitemur apud Sanctitatem tuam, cunctis præſentibus Presbyteris Fratribus noſtris, omnia quæ ante hac ad aures noſtras pervenerunt de nomine prædicti, falſo eſſe nobis inſinuata, atque omnibus viribus carere: atque ideo nos libentiſſime amplecti communionem prædicti Athanaſii: maxime cum Sanctitas tua, pro inſita ſibi benevolentia, errori noſtro veniam fuerit dare dignata. *Damnant deinde hæreſim Arianam, ſed eo ſenſu quo videri voluit ſemper eam damnaſſe, diſſimulata Conſubſtantialitatis mentione: &* hæc epiſtola, *inquit Hilarius*, poſt biennium miſſa eſt, quam hæreſis Photini à Romanis damnata eſt. *Errant igitur, qui Romanum ſuper cauſa Photini Concilium, differunt ad finem anni* CCCLI *aut ſequentis initium.*

ſcripto etiam ibidem culpã agnoſcunt

F

& Arianis anathema dicunt.

215 Ultro *deinde idem Valens & Vrſacius* ſubſcripſerunt litteris pacificis, quas Athanaſii Presbyteri Petrus & Irenæus & Ammonius laicus circumferebant, licet per eos nihil ipſis ſcripſiſſet. Quis

1 p 826

AUCTORE D. P.

tantam Ecclesiæ pacem videns, non miraretur? quis non glorificaret Deum, populorum in conventibus alacritatem intuens? Quam multi ex inimicis ostenderunt pœnitentiam? quam multi retractarunt priores calumnias? quam multi qui antea eum oderant ad ejus amorem sunt conversi? quam multi qui contra eum scripserant cecinerunt palinodiam? Plurimi autem qui non ex deliberato animi proposito, sed necessitate quadam Arianis adhærebant, noctu venientes sesque excusantes hæresim abjurabant; veniamque sibi dari postulabant de insidiis calumniisque, ipsi per eos factis; profitentes quod licet corporali quidem præsentia inter istos apparerent, animo tamen convenirent cum Athanasio, & semper apud eum manerent.

alii plures ex adversa riis ad illum redeunt.

Absolutus Sardicæ Marcellus Ancyræ Ep.

p. 764

216 *Ita prospere agente Athanasio, non erant Catholicis quieta omnia, propter Marcellum Episcopum Ancyræ in Galatia. Hunc voce ac scriptis vehementiorem experti Ariani, pessime oderant; & Sabellianismi accusatum, in Conciliabulo Constantinopolitano abdicarant anno* CCCXXXVI: *qui paria fere cum Athanasio passus, idem quod ipse refugium habuit, Romanum scilicet Pontificem Iulium; usque dum ejus quoque causa Sardicæ est judicata, de qua in epistola Synodica hæc legimus.* Recitata quoque sunt scripta nostri comministri Marcelli, & deprehensa est Eusebianorum dolosa vafricies: quæ enim Marcellus per modum quæstionis tractaverat, ea, tamquam ita esse profiteretur, calumniati sunt: recitata quoque sunt in his quæstionibus quæ intercederent & subsequerentur, & inventa est bona & recta fides istius viri. Non enim ex S. Maria, ut ipsi asseverabant, Verbo Dei initium attribuit, neque finem ejus regni constituit; sed regnum ejus initio & fine carere scripsit. *Ita absolutum remissumque Ancyram, exagitare non desiit factio eorum qui intruso istic Basilio adhærebant: ipseque eo tandem prolapsus est disputandi ardore, ut Catholicis quoque visus sit seria sustinere, quæ quæstionis dumtaxat gratia proposuisse excusans, fuerat in sua excusatione susceptus. Itaque, ut ait Severus Sulpitius lib. 2 Historiæ sacræ,* antea innocens, postea depravatus, videri poterat jam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat judicatum.

B

& propter scripta posteriora,

217 *Rem clarius explicans Basilius Epistola* 52 *ipsi Athanasio sic scribit:* Quæritur & à nonnullis (idque sicut nobis ipsis videtur necessario) ut illi, *scilicet Legati à Romano Pontifice in Orientem missi*, hæresin Marcelli tamquam malam & nocivam & à sana fide alienam exterminent: quoniam ad hunc usque diem, in omnibus quas scribunt litteris, Arium quidem, pessime audientem, sursum & deorsum versantes, anathematizare atque ab Ecclesiis eliminare non cessant; Marcellum vero, qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit, atque contra eamdem Unigeniti Divinitatisque essentiam impie egit, & Verbi appellationem male usurpavit, ne semel quidem accusare videntur, quod Verbum quidem Unigenitum vocari tradit, ratione ministerii & dispensationis, & quatenus in tempore natus prodiit; cetera ad eum unde egressus erat reversum, nec ante egressionem fuisse, nec post regressionem subsistere (& hujus experimentum ac demonstrationem reconditi apud me iniquæ illius syngraphæ libri continent) attamen istum nequaquam reprobare visi sunt, & per hæc culpandi veniunt, ut qui ab initio illum, per ignorantiam veritatis, in ecclesiasticam etiam communionem receperint. Igitur & illius, ut decet, fieri mentionem præsentia negotia deposcunt, ne occasionem habeant qui occasionem ex eo quærunt, quod Sanctitati tuæ conjungantur qui in fide sani sunt.

judicatus hæreticus à S. Basilio,

C

ex communicatus ab Athanasio,

218 *Ex hac tam irrefragabili suggestione*: cum parum sanæ fidei esse Marcellum penitus cognovisset Athanasius, *teste Severo ubi supra*, eum à communione suspendit; habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio notatus, sponte concederet. *Quæ verba mihi videntur ultroneam & sinceram retractationem explicationemque significare eorum scriptorum, in quibus Basilius manifestam hæresim deprehenderat; post quam iterum ab Athanasio recipi quadamtenus meruerit Marcellus; cum Epiphanius, duobus dumtaxat post mortem ejus annis scribens hæresi* 72, *dicat*, Interrogavi aliquando ipse Beatum Papam Athanasium de hoc Marcello, quomodo de eo sentiret. Ille vero neque ipsum defendit, neque graviter adversus eum invectus est; sed leni solum risu edito, ostendit flagitium non magnum in ipso fuisse, sed haberi eum veluti qui se purgasset. *Postea vero Presbyteri Ancyrani, de sua magistrique sui fide prorsus orthodoxa, rationem reddentes per epistolam, quæ extat apud dictum Epiphanium, etiam allegant* litteras, quas beatissimus Papa Athanasius socialiter atque familiariter scripsit, *& in illa sanissimam per omnia fidem distincte ac sigillatim confitentur. Dubia nihilominus semper mansit de Marcello fama; eo etiam aggravata, quod Photinus ille Sirmiensis*, auditor Marcelli in adolescentia fuisse videbatur, à Sabellio quidem in unione dissentiens, sed initium Christi ex Maria prædicans, *ac purum hominem fuisse eum asserens. Interim ubi semel constitit abdicatum ab Athanasii communione fuisse Marcellum*, nacti Ariani istiusmodi occasionem, *ut prosequitur Severus*, conspirant penitus Sardicensis Synodi decreta subvertere. Etenim eis color quidam suppetere videbatur, quod tam injuste fuisset pro Athanasio judicatum, quam Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasii judicio hæreticus esse probaretur. Igitur *in Sirmiensi Conciliabulo an.* CCCXLIX, miscent astuto consilio innoxium criminosis, damnationemque Photini & Marcelli & Athanasii eadem sententia comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos præstruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam judicasse; qui de Marcello atque Photino vera sensissent.

eidem se purgasse videtur.

mansit tamen dubia de eo fama.

D

E

Interim Ariani,

commissis Marcelli & Athanasii causis,

219 *A tali principio resumpta contra Athanasium obloquendi libertate, veteres denuo nænias cœperunt occinere, & objecta Tyri crimina, atque conciliabuli illius sententiam fidentius inculcare. Adversus quorum maledicam impudentiam, ut promptum in manibus habet remedium, congruum putavit Sanctus præcipua innocentiæ suæ documenta, ad hoc usque tempus edita (ad unius veluti Apologiæ contextum reducere, quem ipse, ut principio vidimus*) Syllogon, *alii Apologiam secundam nominarunt, cujus hoc exordium: & quasi eorum Synopsis, quæ productis, ut dicitur, tabulis demonstranda sibi sumit Sanctus.* Existimabam ego, post tantas demonstrationes circa me factas, fore ut sese occultarent adversarii, eosque pœniteret quod alios sint calumniati. At illi convicti licet, non erubescunt; & quasi ad omnia insensibiles contradicendo subrepunt, sperantes cuncta irritanda: non quidem ut denuo dijudicentur (id enim horrent) sed ut nos vexent animasque simplicium. Itaque necessarium censui apud vos me defendere, ne umquam suscipiatis eorum susurros, sed calumniæ totius perspectam habeatis nequitiam. Coram vobis autem, ut sinceris, me defendo; apud alios vero qui contendere voluerint, confido convictionibus contra ipsos proferendis.

veteres calumnias resuscitant.

F

1 p. 719

ille documenta innocentiæ suæ in Syllogon collegit,

220 Nostra enim causa non amplius judicio indiget, utpote non semel tantum iterumque, sed etiam sæpius judicata: primum quidem in nostra Provincia, quæ sub Episcopis circiter centum convenit; deinde Romæ scribentibus Eusebianis, ipsisque & nobis eo citatis, convenientibus autem Episcopis pluribus quam quinquaginta: tertium in magna Synodo quæ Sardicæ consedit, juxta mandatum Deo carissimorum Imperatorum Constantii & Constantis, in qua

secundum quæ ita se absolutum probat,

ut nihil sit opus ulteriori judicio.

A in qua adversarii nostri exauctorati sunt velut sycophantæ, sententiæ vero in nostrum favorem latæ subscripserunt Episcopi plures trecentis .... quibus denique attestati etiam sunt Ursacius & Valens, primum quidem nos criminati, deinde vero pœnitentes: idque non tantum suscipiendo judicata, sed etiam confitendo sese & alios quotquot nobis adversantur calumniatores esse. *Hæc aliaque præfatur Athanasius, ut ostendat non esse identidem movendas quæstiones tot sententiis decisas; & Eusebianos ideo dumtaxat controvertere, quod omnia contra ipsum composita solam spectent hæreseos defensionem, à qua discedere oporteret, si judicata pro Athanasio faterentur esse recipienda.* Tum quæ circa se scripta sunt in diversis Synodis, ac primum in Synodo Ægyptiorum, *aggreditur exhibere verbotenus, documenta & epistolas singulas inter se connectens brevi gestarum rerum narratione; & hunc tractatum, nulli certæ personæ aut hominum generi inscriptum, sed ad omnes veritatis cognoscendæ cupidos directum, existimo sæpius transcriptum fuisse & missum ad varios, nec non traditum legatis, pro rerum & causarum exigentia ad Apostolicam Sedem, ad Comitatum Imperialem, & alio quocumque destinandis. Hoc autem tempore compositum,* B *ideo præcipue sustineo; quod nil contineat ultra annum* CCCXLIX, *quo suam pœnitentiam Vrsacius & Valens scripto signarunt. Nam quæ de Liberio Hosioque adduntur in fine, quando & quomodo accesserint, in præfatione jam dixi, & rursum suo loco indicabo.*

Quibus nam hic Syllogus scriptus videatur.

CAPUT XX.

Mors Constantis & Iulii: secutæ machinationes adversariorum apud Liberium & Constantium.

221 *SVb hæc, initio anni* CCCL, *magna accidit in Occidente rerum conversio, cum Magnentius* XVIII *Ianuarii Augustoduni in Gallia assumpsisset purpuram, & rebelles suos fugiens Constans, ab iisdemque circa montes Pireneos interceptus, miserabiliter periisset; atque ad hujus cædis nuntium Vetranion sive Britannion, diuturna clarus & carus militia, assumpsisset Imperium in Pannoniis prima die Martii: quod ei Constantius confirmare maluit, misso diademate; quam ad Persicum bellum, quo satis superque in Oriente premebatur, suscipere alterum in Occidente. Nepotianus quoque, Magni Constantini ex Eutropia sorore, quondam Athanasii hospita, nepos, velut sanguine proximus, conatus est occupare regnum: & sumpta purpura die* III C *Iunii, Romam victor occupavit, ipse decimum octavum post diem à Magnentii Ducibus victus occisusque. Magnentius autem legatos ad Constantium misit, Servatium & Maximum Episcopos, itemque Clementium & Valentem: qui cum Alexandria transitum habuissent, postea occasionem arripuerunt Ariani calumniandi Athanasium, quasi per illos tyranno scripsisset. Quod ille crimen fortiter convincenterque à se removet in Apologia.*

Occiso Constante turbatur Imperiũ Occidentis:

Magnentius tyrannus mittit legatos ad Constantium:

1 p. 679 222 Quære, *inquit*, qualem mentionem fecerim de beatæ memoriæ Constante, cum primum Clementii socios vidi; quomodo, sicuti scriptum est, lacrymis vestes meas laverim, humanitatem ipsius & animum Christi amantem recogitans. *Inde progressus in ecclesiam*, nihil aliud dixi quam Precemur pro salute religiosissimi Constantii Augusti: & statim universus populus consona voce acclamavit, Christe auxiliare Constantio: & in hac oratione perseveravit. .. Certior *autem* factus de Magnentii immanitate, cum Valentem per Libyam discursantem viderem, quomodo exhorruerim quære, ne etiam hic auderet quid simile, & tamquam latro occideret omnes beati viri amicos, quorum ego nemini me secundum existimo. *Hæc Athanasius ad Constantium: qui prius quam calumniis contra illum resuscitatis aurem præberet, ita ad eum scripsit.*

ab illo sibi metuens Athanasius pro hoc preces indicit,

223 Hoc meum semper fuisse votum, ut meo AUCTORE quondam fratri Constanti omnia ex animi sententia D. P. cederent, tuam etiam conscientiam minime latet. In quanto autem mœrore fuerim, ubi didici eum ab 1 p. 688 aliquibus sceleſtissimis interfectum, conjectare ite- *& litteras* rum facile potest prudentia tua. Quoniam porro *securitatis* nunc aliqui sunt, qui hoc tam luctuoso tempore te *accipit.* conantur perterrere; congruum duxi Constantiæ tuæ hanc epistolam mittere, teque hortari, ut, sicut Episcopum decet, doceas populos quæ divinæ conveniunt religioni, cum iis vacans orationibus solitis; neque credas vanis, quicumque fuerint, rumigerulis. Nostro enim animo firmiter hæc sententia sedet, ut ex nostro decreto, absque ullo impedimento, velim te perpetuo manere Episcopum in illo loco. Divina providentia multis annis te servet, Pater carissime. *Talia Constantius*, post fratris mortem, non tantum semel iterumque, sed & tertio scripsit. 1 p. 844 ..... Præterea per Asterium Comitem & Pallaconfirmat dium, mandata misit Felicissimo Duci & Nestorio *pluries con-* Præfecto, ut neque Philippus Præfectus, neque *firmatas.* alius quispiam, molestus esse Athanasio auderet.

224 Porro cum Eusebianæ hæreseos impietatisque heredes ....: viderent Episcoporum cum Athana- E sio concordiam ac pacem; erant autem hi plures 1 p. 827 quadringentis, tum ex magna Roma atque universa *Arianis con-* Italia, Calabria, Apulia, Campania, Brutia, Sicilia, Sar- *sensum Epi-* dinia, Corsica, tum ex universa Africa, Galliis, Bri- *scoporum* tannia atque Hispaniis cum magno illo Confessore *cum Athanasio non* Hosio; præterea ex Pannoniis, Norico, Siscia, *ferentibus,* Dalmatia, Dardania, Dacia, Mysia, Macedonia, Thessalia, totaque Achaia, Creta, Cypro, Lycia; plures item ex Palæstina, Isauria, Ægypto & Thebaide, cunctaque Lybia & Pentapoli: hæc, inquam, cum viderent illi, metu & invidia cruciati sunt; invidia quidem, propter ejusmodi animorum conjunctionem; metu vero, ne ipsorum hæresis diffamata velut in triumphum duceretur & proscinderetur ubique.

225 Primum igitur Ursacio & Valenti persuadent, ut mutato proposito quasi canes revertantur *reversi ad* ad proprium vomitum, & ut sues in pristino impie- *vomitum Ur-* tatis luto denuo se volvant; caussificantes, pœniten- *sacius &* tiam à se fuisse simulatam, propter metum religio- *Valens,* sissimi Imperatoris Constantis. Atqui tametsi fuis- 1 p. 828 set metus, *inquit Athanasius in epistola ad Solitarios, institutam prosequens narrationem*, non oportebat eos (siquidem confidebant probare posse quæ fecerant) F proditores fieri propriorum actorum. Nunc vero *caussantur* cum nullus subfuerit metus, sed sponte mentiti *ex metu fa-* sint, qua tandem venia digni censebuntur? Sane *cta,* neque milite adstante, neque Palatinis Notariisque citantibus, imo nec Imperatore præsente, ac ne vocati quidem ab aliquo, scripserunt; sed ipsi ultro venerunt Romam, intraque ecclesiam (ubi *quæ liberri-* nullus ab extra metus, sed Dei solum timor est, *mè egerant;* & liberam quisque habet expromendi animi potestatem) per seipsos pœnitentiam egerunt signaruntque. Nihilominus denuo ad Arianismum relapsi, non erubuerunt adeo absurdam excusationem comminisci; deinde deliberatione communi supplicarunt Imperatori Constantio in hunc modum.

226 Pridem supplicantes non invenimus fidem, *queruntur* cum Athanasium remittebas, & diceremus quod il- *plerosque ab* lum revocando hæresim nostram exterminares; quo- *Arianismo* niam huic ab initio contrarius fuit, neque desinit *deficere,* eamdem condemnare. Nunc autem ipse implet quod diximus, quaquaversum scribens contra nos. Ecce vero plerique ejus communionem tenent; quos autem putabamus nobiscum sentire, eorum alii jam ipsi adhærent, alii eodem propendent. Nos autem

AUCTORE D. P.

remanſimus ſoli, metuſque eſt ne palam innoteſcat hæreſis, noſque ac tu habeamur hæretici. Quod ſi fiat, vide ne cum Manichæis reputemur. Incipe igitur rurſum perſequi, & defende hæreſim: hæc enim te Regem habet. Ille autem, quando contra Magnentiũ feſtinans in itinere videret tantam omnium Epiſcoporum conjunctionem cum Athanaſio, tamquam igne ſuccenſus, mutavit ſententiam; & non modo juramentorum oblitus eſt, ſed etiam ſcriptorum ſuorum; ſuoque ingratus fratri quid ei deberet noluit recordari: quamvis & huic ſcribens & cum Athanaſio coram agens juraviſſet aliud non facturum ſe quam vellet populus, & Epiſcopo placere intelligeret. ...

& Conſtantium denuo perverſunt.

qui victo denique Magnentio,

227 *Interim Magnentius, anno* CCCLI *victus ingenti prælio, in Pannonia die* XVIII *Septembris, Italiam quoque ſequenti anno, multiplici clade attritus, amiſerat & in Gallias ſe receperat; ac tandem ipſe ſibi manus intulit violentas, circa diem* X *Auguſti anno* CCCLIII. *Hoc eodem anno* Conſtantio VI & Conſtantio II Conſulibus (*altero ſcilicet Auguſto, altero Cæſare, cognomine* Gallo *pro cujus nomine paſſim in Conſularibus faſtis nomen* Conſtantis *legitur & hoc & ſequenti Conſulatu*) *ipſis* Kalend. Decemb. *data eſt lex* ad Taurum Præfectum Prætorii, *hoc tenore*: Placuit, locis omnibus atque urbibus univerſis claudi protinus templa; & acceſſu vetitis omnibus, licentiam delinquendi perditis denegari. Volumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere. Quod ſi quis aliquid forte hujuſmodi perpetraverit, gladio ultore ſternatur. Facultates etiam perempti fiſco decerni jus vindicari, & ſimiliter affligi Rectores Provinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. *Præfecturam geſſit Taurus, uti ex aliis legibus demonſtrat Iacobus Gotthofredi ad lib.* 10 *Codicis tit.* 10, *ab anno* CCCLIII, *ad annum* CCCLXI; *adeoque vehementer errant, tam qui hanc legem Conſtantino Magno attribuerunt, pro quadam ſimili ac vera ejus lege quæ periit; quam editiones vulgatæ Codicis, quæ legem hanc notant* Conſtantio IV & Conſtante II Coſſ. *qualis Conſulatus nuſquam invenitur totis prioribus annis, quibus vixit Conſtans Imperator; tantum abeſt ut inveniatur Conſtante mortuo ſub Præfectura Tauri: adeo ut omnino admittenda ſit prædicta Gotthofredi correctio: hic autem explicanda fuit, quia hæc ipſa & non alia lex verificavit prædictionem Athanaſii, à Sozomeno lib.* 4 *cap.* 9 *relatam his verbis:*

legem fert de abolendis Gentilium ritibus,

B

ad Taurum Præfectum Prætorii,

quæ Athanaſii prædictionem verificat,

228 Fama eſt, quod cum aliquando procederet per civitatem *Athanaſius*, contigerit advolantem corvum crocitaſſe. Accedentem ergo Gentilium multitudinem, tamquam in præſtigiatorem jactaſſe dicteria, rogando ut ſibi diceret, quid corvus nuntiaſſet. Ipſum vero ſuaviter ſubridentem reſpondiſſe, Cras, quod Romana lingua ſignificat diem proxime venturum: Sic autem crocitando injucundum vobis fore diem craſtinum prænuntiat, inquit: ſignificat enim decreto Romani Imperatoris prohibendum vobis ne proximam feſtivitatem celebretis. Hæc vero Athanaſii prædictio, quamvis illis ridicula viſa ſit, apparuit certa: nam die ſequenti Romani Imperatoris litteræ traditæ ſunt Præfectis, prohibentes ne permitterentur Gentiles ad fana accedere, aut conſuetas ſuperſtitiones conventuſque celebrare: & feſtivitas imminens, eaque Gentilibus ſacerrima ac celeberrima, diſſoluta eſt. *Petrus Caſtellanus, ad calcem Syntagmatis de feſtis Græcorum, agens quoque de menſibus & anno pag.* 177 *veterem Heſiodi Scholiaſten allegat, qui doceat, Ægyptios menſe Cheac, qui Romanis December eſt, feſta Bacchi celebrare: eaſdem autem Bacchum colere ſub nomine Oſiridis, patet ex Tibullo Elegia* 7 *lib.* 1, *ubi utroque nomine indifferenter utens Poëta, unum eumdemque vitis cultorem ac vini inventorem canit. Si igitur lex ea, lata Kalendis Decembribus, potuit perveniſſe Alexandriam ante menſis illius finem; potuit etiam impediviſſe celebre aliquod Ægyptii Oſiridis feſtum, ſin minus, impedierit aliquid ſimile in Ianuario.*

de impediendo per imperatorem proximo illorum feſto.

C

D

229 *Sed hæc operoſius diſquirant, quibus Ægyptia ſacra in veſtigare eſt cura: ad Conſtantium redeo, qui, per mortem Fratrum & Magnentii interitum, univerſi Imperii liberam tandem adeptus poſſeſſionem, totum ſe convertit ad oppugnandum Athanaſium, & cum Athanaſio fidem Orthodoxam. Spem obtinendi voti faciebat mors Iulii Papæ, Athanaſio addictiſſimi, hoc eodem anno* CCCLIII *die* XII *Aprilis defuncti: cui ſuffectus Liberius* XXII *Maji quo animo fuerit in ſui Pontificatus progreſſu erga Sanctum virum, non ſinit dubitari exilium idcirco toleratum; utrum tamen talis à principio fuerit, dubium facit epiſtola, ab Hilario in fragmentis ſic relata.*

Iulio Papæ mortuo ſubrogatus Liberius.

230 Dilectiſſimis Fratribus & Coëpiſcopis noſtris, per Orientem conſtitutis, Liberius Urbis Romæ Epiſcopus ſalutem. Studens paci & concordæ Eccleſiarum, poſteaquam litteras Caritatis veſtræ, de nomine Athanaſii & ceterorum, factas ad nomen Julii bonæ memoriæ Epiſcopi, accepi; ſecutus traditionem majorum, Presbyteros urbis Romæ, Lucium, Paulum & Helianum, è latere meo ad Alexandriam ad ſupradictum Athanaſium direxi, ut ad urbem Romam veniret, ut in præſenti, id quod Eccleſiæ diſciplina exigit, in eum ſtatueretur. Litteras etiam ad eumdem per ſupradictos Presbyteros dedi, quibus continebatur, quod ſi non veniret, ſciret ſe alienum eſſe ab Eccleſiæ Romanæ communione. Reverſi ergo Presbyteri nuntiaverunt, eum venire noluiſſe. Secutus denique litteras Caritatis veſtræ, quas de nomine dicti Athanaſii ad nos dediſtis, ſciatis his litteris, quas ad unanimitatem veſtram [damus], nos cum omnibus vobis & cum univerſis Epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ pacem habere: ſupradictum autem Athanaſium alienum eſſe à communione mea ſive Romanæ Eccleſiæ, & conſortio litterarum eccleſiaſticarum.

viſus initio vacillare in cauſa Athanaſii,

E

131 *Verum hæc epiſtola, an unquam à Liberio miſſa ſit, dubitant alii; nec deſunt qui Arianorum eſſe figmentum exiſtiment, Hilario imprudenti obtruſum. Res ſane utrimque ambigua eſt, cum neque Athanaſius uſquam indicet de Liberio, quod de ſua innocentia aliquando dubitarit; neque alterutri unquam objectum ab adverſariis inveniatur, quod vel ad momentũ fuerint à mutua communione ſejuncti. Ex altera vero parte vix apparet credibile, decipi potuiſſe in re tanti momenti Hilarium. Forte non diſſimilis vero conjectura ſit, ſcriptam quidẽ, ex quadam ſententiæ ferendæ præcipitantia, fuiſſe epiſtolam (adeo ut exemplum quoque traditum fuerit iis qui ſe Orientalium legatos dicebant) ſuppreſſam tamen eſſe matutiori conſilio, quia mox* ex Ægypto omni atque ab Alexandria miſſæ epiſtolæ *advenerunt. Nam (ſicut poſt epiſtolam illam ſuſpectam teſtatur Hilarius)* quales ad Julium pridem de reddenda exulanti Athanaſio communione erant ſcriptæ, tales nunc ad Liberium datæ de tuenda.

(ſi vera eſt ejus qua allegatur epiſtola)

F

eum defendit acceptis Alexandrinorum pro eo litteris,

232 *Hic vero cum poſtea accuſaretur*, Orientalium & Ægyptiorum litteras ſuppreſſiſſe, ne crimina Athanaſii, quem dicebantur condemnaſſe, paterent; Satis omnibus clarum eſt, inquit, nec quiſquam negat, nos Orientalium litteras intimaſſe, legiſſe Eccleſiæ, legiſſe Concilio, ad hæc etiam Orientalibus reſpondiſſe: quibus fidem & ſcientiam non commodavimus noſtram (*aut commodatam nimis facile mox retractavimus*) quod eodem tempore octoginta Epiſcoporum Ægyptiorum de Athanaſio ſententia repugnabat. *Hæc, correctis mendis, tranſcripta ex Hilarii fragmentis, clarum faciunt reſponſum fuiſſe Orientalibus: & quidni per prænotatam epiſtolam? Vtinam porro etiam extarent, quas excidiſſe dolemus ex præcitato Hilarii cui ſubjectæ erant loco, Ægyptiorum litteræ; rem utique totam illuſtraturæ clarius. Interim conjectare licet, Athanaſium, non quidem recuſaſſe Romam venire, ut vel Ariani finxerunt, vel ab*

quorum Synodum Athanaſius convocarat,

A *ab his corrupti Legati mendaciter retulerunt; ſe reformidaſſe, ne in manus Conſtantii, novis calumniis haud leviter irritati, & in Italia victorias contra Magnentium proſequentis, incideret; in omnem tamen judicii Romæ iterum ſubeundi neceſſitatem, congregaſſe Synodum Provincialium Epiſcoporum, prædictorum ſcilicet octoginta, & ab his ſcriptas litteras præmiſiſſe ad Liberium cum excuſatione ſuæ juſtæ cunctationis, & convictione Arianorum, ipſum ſub communi Orientalium titulo accuſantium una cum Meletianis, auctoritatem & titulum Ægyptiorum Epiſcoporum mendaciter ſibi arrogantibus.*

1 p. 686 233 *Sub hæc Alexandriam* venit Montanus Palatinus, cum hujuſmodi epiſtola, quaſi ego, *inquit in Apologia Athanaſius ad Conſtantium*, à te jus abeundi in Italiam poſtulaſſem, ad ea inſtauranda quæ in Eccleſiaſticis ibi deficere videbantur. Tuæ quidem pietati gratias ago, quod ad ſcripta aliena, quia mea putabas, annueris; curamque itineris mei, ut id quam commodiſſime fieret, ſuſceperis. Miror tamen ita falſâ ad tuas aures potuiſſe deferri: nihil enim tale ſcripſi.... Scit Montanus me non detrectaſſe profectionem: ſed ut ego irem, velut ideo ſcripſiſſem, indecorum credidi; ne vel in hoc occaſionem reperirent adverſarii novæ calumniæ, quaſi tuæ Pietati eſſem importunus. Interim parabam me, uti etiam Montanus novit, ut ſi dignareris ſcribere, venirem ſtatim. *Hæc Sanctus, poſtea neceſſe habens purgare ſe, quod ad Conſtantii, non mandatum, ſed ſimplicem permiſſionem, eamque fraudulenter ab adverſariis procuratam, non dimiſiſſet Alexandriam, nulla idonea cauſa cur in Italiam iret invitante, multa ne iret diſſuadente.*

poſtquam fraudulenter invitatus ab Imperatore,

B

legatos ad eumdem miſiſſet;

234 *Nam paulo ante quam iſtam epiſtolam acciperet Athanaſius, teſte Sozomeno lib. 4 cap. 8*, perſuaſum habens ſibi in Palatio Imperatoris paratas inſidias, ad eum tunc in Occidente agentem Ægyptios Epiſcopos quinque à ſe delectos, & cum his tres ſuæ Eccleſiæ Presbyteros miſerat, qui & ipſum ſibi conciliarent, & calumniis adverſariorum, ſi opus, reſponderent; tum alia facerent quæ Eccleſiæ ipſique expedire cognoſcerent. Ex horum numero fuit Serapion, Thmuæus *Epiſcopus, cujus una cum Ammonio peregre agentis quia meminit Athanaſius in Epiſtola ad Dracontium,*

quorum meminit in epiſtola ad Dracontium.

occaſionem dat exiſtimandi, ipſum Dracontium (qui magno conſenſu Alexandriæ electus & ordinatus fuerat Epiſcopus Hermopoleos) monachorum quibus præſidebat ſuaſu fugam iniviſſe hoc tempore; ab eaque retrahendum fuiſſe pulcherrima illa quam ei Sanctus miſit epiſtola, monens exemplo prædictorum duorum & aliorum plurium (qui monachi & monachorum Præfecti cum eſſent, Epiſcopatum tamen non rejecerant) ne ſperatum de ſe fructum Eccleſiæ ſubtrahat; ſed audiat miſſos cum Epiſtola Hieracem Presbyterum & Maximum Lectorem: ex quibus cognoſcere *Dracontium Sanctus voluit*, quo cum affectu iſta ſcripſiſſet, & quantum ipſi immineret periculum eccleſiaſticam ordinationem detrectanti.

C

1 p. 829 235 *Ceterum legatione prædicta nihil admodum profectum fuiſſe apud Conſtantium, ex poſt geſtis apparet, quæ in epiſtola ad Solitarios Athanaſius ſic exorditur narrare:* Singulis in urbibus cogebat Epiſcopos, *jam victor & ſolus dominans Conſtantius*, ad mutandam *in Athanaſii & religionis cauſa* ſententiam. Cum autem eſſet Arelate & Mediolani, omnia ex hæreticorum conſilio & ſuggeſtione faciebat: vel potius hi ipſi agebant quæ vellent, poteſtatem contra omnes nacti. *Fuit Arelate Conſtantius à die* x *Octobris* CCCLIII *uſque ad ſequentis anni ver; interimque paria ibi fecit, quæ Mediolani egiſſe mox videbimus. His autem obviam ire volens Liberius Papa, ſicut ad Hoſium ſcribit ipſe, cum Epiſcopis Italiæ ad ſe collectis deprecatus eſt Conſtantium*, ut, ſicut placuerat dudum, Concilium ad Aquilejam congregari juberet, *mittens* Vincentium Capuenſem, cum Marcello æque ex Campania Epiſcopo. *Qui* non tantum nihil

Imperator Arelate cogit multos ſubſcribere contra Athanaſium,

impetravit, ſed etiam ipſe in eamdem ductus eſt ſimulationem, *ut Athanaſii communionem abdicaret. Ad cujus tamen excuſationem ipſe Sanctus in Apologia dicit, ipſum alioſque* vim non vulgarem graveſque contumelias paſſos eſſe, donec promitterent ſe ab ea communione abſtenturos. AUCTORE D. P. 1 p. 693

236 *Rem ut geſta eſt in Epiſtola ad Conſtantium, quæ in fragmentis Hilarii extat, ita explicat Liberius Papa.* Manent, *inquit*, litteræ Legatorum, qui ad Clementiam tuam fuerant deſtinati: quibus ſignificant, propter turbationem omnium Eccleſiarum, ſe quidem ſuccumbere ſententiis Orientalium voluiſſe, propoſuiſſe tamen conditionem, ut ſi iidem Arii hæreſim condemnaſſent... eorum ſententiis obedirent. Placitum, ut ipſi ſignificant, ſcriptura teſte firmatur: itur in concilium: accipiunt cum deliberatione reſponſa, Arii doctrinam ſe damnare non poſſe; Athanaſium, quod ſolum exigebant, communione eſſe privandum. *Hanc autem Epiſtolam, qua oſtendit non ſolius Athanaſii cauſam agi, & orat ut Concilium generale fieri patiatur Imperator*, per Luciferum *Calaritanum* Epiſcopum *miſit Liberius: ſed irrito aque ac priores conatu, niſi quod Lucifer ſeſe conſtantiorem præbuerit, uti oſtendetur ad diem* XX *Maji quo colitur.* *vi & dolo pertrahuntur.*

E

237 *Vincentii lapſus quantopere Liberii animum & Athanaſii cauſam afflixerit, dici vix poteſt: ſecutus eſt enim ceterorum fere omnium aſſenſus in abdicationem Athanaſii, & S. Paulinus Trivirenſis Epiſcopus, quem Confeſſoribus ubique annumerat Athanaſius, exilio relegatur; de quo pluribus agendū* XXXI *Auguſti quo Treviris colitur. Fortaſis etiam ad hoc tempus ſpectat, quod Athanaſius, Arelatenſis Mediolanenſiſque conciliabuli iniquos effectus conjungens, ſic indicat in epiſtola ad Solitarios.* Statim expeditæ ſunt litteræ cum mandatis ad Præfectum, ut frumentum, eatenus præberi ſolitum, auferretur ab Athanaſio, dareturque Arii opinionem tenentibus; & ut volentibus libertas eſſet contumelia afficiendi eos qui cum Athanaſio facerent. Minæ item denuntiatæ Judicibus ſunt, niſi communicarent cum hæreticis. *Et hæc quidem Alexandriæ*: extra *vero* rurſum edicta & notarii per urbes ſingulas mittebantur, cum minis ad Epiſcopos Judiceſque, ut hi quidem illa exequerentur, iſti vero contra Athanaſium ſcriberent communicantes cum Arianis, aut exilii pœnam ſuſtinerent; & populi ipſis adhærentes ſcirent, vincula, plagas, contumelias, bonorumque rapinas ſibi eſſe expectandas. Neque ſegniter agebatur negotium: habebant enim qui miſſi erant ſecum Clericos Valentis & Urſacii, qui Judices incitarent, & negligentius agentes deferrent ad Imperatorem. *ceteris paſſim exemplum ſequentibus:* F

CAPUT XXI.

Mediolanenſe Concilium & perſecutio orthodoxorum, Athanaſii damnationi ſubſcribere recuſantium. Liberii & Hoſij vexatio.

238 RElIquus annus CCCLIV *in apparatu Mediolanenſis Synodi exactus eſt; non ut Liberii aliorumq; orthodoxorum voto fieret ſatis; ſed ut majori cum ſtrepitu atque à majori Epiſcoporum undique coactorum numero damnaretur Athanaſius. Aſt apparebat Orientales, propter itineris longinquitatem, pauciores adfuturos; neque vero expediebat ut copioſi adeſſent, qui non niſi violenter ſperabantur trahendi in ſententiam; ac forte Occidentales de rerum in Oriente geſtarum veritate inſtruendo, minus idoneos redderent ad paratas ſibi ex confictо Orientalium conſenſu fraudes. Itaque, ut ait Athanaſius ad Solitarios*, Scriptum eſt Magiſtratibus, & multa pecuniaria iis denuntiata, niſi ſuæ quiſque civitatis Epiſcopum ad ſubſcribendum coegiſſet. Hinc omnis locus & civitas implebatur pavore atque tumultu, cum Epiſcopi quidem *Dum apparatur Mediolani concilium,*

1 p. 830 *coguntur per Orientem Suffragia contra Athanaſium,*

ad quod etiam legati Pontificis

trahe-

AUCTORE D. P.

traherentur; Judices vero cogerentur intueri populorum lamenta ſuſpiriaque.

multa cum violentia:

239 Et hæc quidem à Palatinis ad hoc miſſis agebantur; hæretici vero tantis patronis fulti, nihil non moliebantur. Itaque Epiſcoporum aliquos citabant ad Imperatorem, alios circumveniebant per litteras, comminiſcentes cauſam contra ipſos aliquam; ut vel præſentem Imperatorem reformidarent, vel legatos minaſque & calumniarum prætextus metuerent, & ſic à ſua recta piaque mente abducerentur. In hunc modum coëgit Imperator tam grandem numerum Epiſcoporum, partim minis partim promiſſis extorquens, ut dicerent, Non amplius communicamus cum Athanaſio. Qui enim ad ipſum veniebant, non prius admittebantur in conſpectum, ac ne quieſcere quidem ſinebantur, vel hoſpitio ſuo egredi quin vel ſubſcriberent vel renuentes abirent in exilium. Hoc autem faciebat, eo quod videret omnes averſari hæreſim. Ideoque magis cogebat illos tam multos accedere paucis, ſtudebatque colligere nominum multitudinem; ut hinc quidem invidiam faceret Athanaſio, inde Arianæ impietati, cujus erat patronus, ſpeciem aliquam conciliaret; exiſtimans, quod

quibus magno numero ſic extorſit,

B æque ipſam veritatem, ac hominum animos poſſet pervertere.

convenitur, non in eccleſia,

240 *Cum hoc apparatu talibuſque præludiis, quibus congrui ſubſequentes omnes actus fuere, cœptum eſt anno* CCCLV, *Arbetione & Lolliano Conſulibus, famoſa illa Mediolan. ſis Synodus, Epiſcoporumne dicam in ſententias ituror m, an mancipiorum in verba juratorum? quos ex Occiu nte fuiſſe pleroſque & plures trecentis, ſcribunt Socrates atque Sozomenus; & in his multos, rerum ignoratione i: ductos, perſuaſoſque unius hominis tuendi cauſa non eſſe Eccleſias omnes exponendas periculo. Verum cum appareret ad fidei mutationem tumultus in populo orituros, neque eam rem tuto poſſe in eccleſia publice agitari, ad Imperatoris palatium tranſlatæ ſunt Synodales actiones, ubi libertas minor præſentiorque metus ad aſſenſum citius exprimendum conducerent.*

ſed in Palatio.

1 p. 831 *Hic emicat conſtantia SS. Luciferi, Euſebii & Dionyſii,*

241 *At non omnium eadem imbecillitas fuit.* Cum *enim* multis inſidiarentur *hæretici*, non paucos fecerunt Confeſſores; quo titulo præ ceteris clariores ſunt, *inquit Athanaſius* Paulinus Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt, *ſed jam ante exilio relegatus*, Lucifer Metropolitanæ in Sardinia Sedis Epiſcopus, Euſebius à Vercellis civitate Italiæ, &

C Dionyſius à Mediolano, quæ & ipſa eſt Italiæ Metropolis. Hos enim advocans Imperator, juſſit ſubſcribere contra Athanaſium, & cum hæreticis communicare. Cumque hi mirarentur importunum illius ſtudium, dicerentque id non eſſe Eccleſiaſtici canonis, ſtatim ille, At, quod ego volo, canon habeatur: nam ſic loquentem me ſine contradictione audiunt qui in Syria Epiſcopi appellantur. Obedite igitur, aut exules etiam vos eſtote. Talia cum dice-

libere arguentium Imperatorem,

ret, attoniti Epiſcopi efferebant ad Deum manus, & magna verborum libertate utentes, docere nitebantur, non eſſe illius Imperium, ſed ejus qui dederat Dei, quem ut timeret hortabantur, ne ipſum ille cito auferret: minabantur ei etiam judicii diem, ſuadebantque ne diſciplinam eccleſiaſticam corrumperet, aut cum ejus diſpoſitione commiſceret adminiſtrationem Romani imperii, Deique Eccleſiæ hæreſim Arianam induceret. Aſt ille neque audiebat, neque plura dicere ipſos ſinebat; ſed comminabundus ſtringebat gladium contra illos, & quoſdam abripi è conſpectu jubebat. *Dabimus ad* XXV *Maji Vitam S. Dionyſii, in eaque deſcriptam plenius Concilii illius hiſtoriam, ad quam ſatis hic fuerit lectorem remittere.*

1 p. 831

242 *Alias* cum videret hærere perplexos criminatores, ipſe eorum vices ſubibat in accuſando, ut accuſati nihil poſſent reſpondere; propter nimiam illius violentiam: id quod in cauſa Athanaſii potiſſimum patuit. Videns enim Luciferi, Euſebii, & Dionyſii Epiſcoporum conſtantiam, ex Urſacii & Valentis pœnitentia demonſtrantium non eſſe audiendos in iis quæ nunc dicebant; exurgens ille confeſtim dixit: Ego nunc accuſator ſum Athanaſii, propter me credite iis quæ dicunt. Illis autem reſpondentibus, quomodo accuſator eſſe potes abſentis rei? ſi enim accuſator adeſt, abeſt autem reus, judicium nullum exercetur: adeſſe autem propter itineris longinquitatem non potuit.... Quod ſi de auditis objiciens loqueris, æquum eſt te quoque illa credere quæ dicit ipſe: ſi autem non credis illi, credis vero iſtis, potius videntur illi in tui gratiam talia dicere, & ob eam Athanaſium accuſare.

quod ſe accuſatorem faceret,

D

243 *His ſimilia ſcripſit poſtea Lucifer, cujus vitam dabimus* XX *Maji: ex ejus interim libro 2 pro Athanaſio pauca hæc accipe*: Urget defenſio veritatis quæri à te, cur abſentem damnari præceperis. Dic quæſo, bene, an male id fieri imperaris? Si dixeris bene; credo te ad B. Pauli confugere factum, quod Corinthiis ſcripſerit jam ſe illum puniſſe peccatorem, quem comperiſſet graviter deliquiſſe. Videamus nunc ſi tu, bellua, membra & corpus tantum habens hominis ani-

& abſentem damnari præciperet,

E mum vero ferinum, ſi ita egeris ut egit Apoſtolus.... Primo omnium beato Apoſtolo Catholici nuntiarant hi, quos norat fideles, quos Deo probaverat fideles, & teſtem ſciebat eſſe omnem Corinthiorum ſanctam Eccleſiam. Tu contra cum conſacerilegis tuis, accuſantibus Deo odibilibus hæreticis, nos dignabaris urgere ad abſentis damnationem. Deinde, cum Apoſtolum audis dicere, Congregatis vobis & ſpiritu meo, ... tu tenebra, cur nobis dicentibus, Ad ipſum nos noſtris impendiis pergemus; in plebe, cui divinitus conſtitutus eſt, eumdem audiemus; tantum da Catholicos accuſatores; cur detractaſti? cur (tamquam gladiatores, non Epiſcopi, eſſemus) tantum juxta vota tua, quo poſſemus interficere eum, cujus tu olim ſitiebas cruorem, operam dabas?

ideoq; damnantur exilio.

244 *Talia cum ſibi, ut poſt ſcripta, ita tunc coram* dicta audiſſet & ſuam reputaret contumeliam; illos quidem ejecit in exilium, commotus vero contra Athanaſium ſcripſit atrocius, ut ea quæ deinde facta ſunt pateretur.... Sancti autem excutientes pulverem de pedibus, ſuſpicientesque in cælum, neque minas Imperatoris timuerunt, neque ob nudatos gladios prodiderunt veritatem; ſed exilium, velut miniſterii ſui officium, acceptarunt. Tranſeuntes enim per oppida & urbes, quamvis in vinculis poſiti, euangelizabant, veram prædicantes fidem, &

1 p. 832

F Arianam hæreſim execrantes, divulgantesque non ſine infamia Urſacii & Valentis pœnitentiam. Itaque adverſariis contra quam ſtatuerant accidit: quantoque longius erat exilii ſpatium, tanto magis augebatur odium illorum; eratque præconium publicum impietatis eorumdem, ipſa Sanctorum relegatio.....

Liberius ad conſenſum ſolicitatus,

245 Porro nec Liberio quidem Romæ Epiſcopo initio perſecutionis pepercerunt.... Videntes enim recte ſentientem & ab hæreſi Ariana alieniſſimum, quin etiam ſatagentem ut ab eadem omnes reduceret, dixerunt impii intra ſe: Si Liberio perſuaſerimus, omnes brevi ſuperaverimus. Ergo ſuggerunt Imperatori de eo: Imperator vero ratus cum Liberio omnes ad ſe trahi poſſe, ſcribit & mittit ſpadonem quemdam, Euſebium nomine, cum litteris mu-

minis blanditiſque,

neribuſque, ut his blandiretur, illis comminaretur. Abiens autem eunuchus Romam, primum ſuadebat Liberio ut ſubſcriberet contra Athanaſium & cum Arianis communicaret; hoc enim velle Imperatorem & pro poteſtate jubere; deinde oſtentans munera, inſtabat prenſabatque manus, dicens, Obtempera Imperatori, atque hæc accipe.

246 Contra

A 246 Contra Episcopus nitebatur dicens; Quomodo id fieri adversus Athanasium potest? quem
generose abnuit, enim non una tantum, sed & altera Synodus undecumque collecta omnino innocentem pronuntiavit, & Romana Ecclesia cum pace dimisit, quomodo possumus condemnare? Quis porro nos reciperet, si nunc omnino rejiceremus absentem, quem præsentem dilexímus nobisque communicantem habuimus? Non est hic canon ecclesiasticus, neque talem unquam à Patribus accepimus, qui sua antea habuerunt à beato & magno Apostolo Petro. Quod si Imperator, curam gerens ecclesiasticæ pacis, jubet aboleri quæ à nobis circa Athanasium scripta sunt; aboleantur etiam quæ ab
& liberum concilium petit: illis contra eum sunt facta; & sic ecclesiastica Synodus fiat procul à Palatio, ubi nec Imperator adsit, nec immineat Comes, neque Judex minetur, sed solus Dei timor sufficit & Apostolica constitutio. Ità namque ante omnia, salva quidem manebit Ecclesiæ fides, qualem Nicæni Concilii Patres definiverunt; Arianis vero ejectis, soli in fide puri habebant loquendi libertatem.....

1 p. 834 247 Hæc dicente Liberio contristatus eunuchus, non tam quia recusabat subscribere, quam
B quia se ostendebat hæresi adversari, oblitus est se coram Episcopo stare, multumque comminans exivit cum muneribus .... & Imperatoris iram con-
quare ad Imperatorē pertractus, tra Liberium exacuens scripto; commovit etiam eunuchos ceteros: hi enim omnia & sunt & possunt apud Constantium. Scribit igitur Imperator Romam: & rursum Palatini & Notarii & Comites mittuntur, cum mandatis ad Urbis Præfectum, ut vel dolo circumventus Liberius expelleretur
1 p. 835 Roma, mitteretúrque ad ipsum in castra; vel violenta persecutione premeretur .... Trahitur
relegatur etiam ipse. ergo ad Imperatorem Liberius, coram quo multa etiam tunc libertate pollens: Desine, inquit, persequi Christianos, neque per me speres impietatem indusere in Ecclesiam. .... Priusquam crimen aliquod contra nos comminiscantur, venire festinavimus, licet de exilio certi; ut & ceteri, qui paria nobiscum passi sunt, innocentes appareant; & impacta ipsis crimina, intelligantur meræ esse calumniæ. ....

1 p. 837 248 Tantis ac talibus sceleribus non contenti,
similiter solicitatus Hosius, nihil adhuc se feciſſe arbitrabantur, quamdiu magnus ille Hosius eorum malitiam nondum erat expertus .... Hic Princeps est, inquiebant, Synodorum;& siquid scribit auditur ubique: hic formulam fidei in Nicæna concepit, & Arianos ubique
C pro hæreticis traduxit .... Subinde igitur scribente Constantio, & nunc quidem blandiente ac patrem appellante, nunc interminante ac relegatos
1 p. 838 enumerante, nihil ad ista expavit Hosius; quin
per epistolam increpat Constantium: inter contumelias,quas patiebatur,scripsit epistolam; *supra aliquoties allegatam, quæ apud Athanasium hoc ipso loco inserta legi integra potest: initium hic accipe.* Ego fidem confessus jam pridem sum, cum avus tuus Maximianus persecutionem moveret: quam si tu resuscitas, etiam nunc quidvis potius sustinere paratus sum, quam ut effundam sanguinem innocentem ac prodam veritatem. Scito ergo quod talia scribentem te comminantemque non curo. Tu potius desine ista scribere, & cum Ario sentire: neque audi Orientales, neque crede Ursacio & Valenti: quæ enim dicunt, non propter Athanasium, sed propter hæresim suam dicunt. Mihi crede Constanti, qui per ætatem avus tuus esse possem.

249 *Tali principio congruit Epistola reliqua, manifeste exponens, quomodo non audentibus Sardicæ coram Athanasio apparere adversariis, absolutus ille sit, ipsique Valens & Vrsacius calumniatos se fassi; ac denique non esse*

Imperatoris tractare causas Ecclesiæ, sicut nec Episcoporum negotia Imperii: quare concludens, Ego neque Arianis AUCTORE
suffragor, *inquit,*sed eorum hæresim execror; neque D. P.
contra Athanasium scribo, quem nos & Romana 1 p. 839
Ecclesia & universa Synodus innocentem declara- *monetque ut à cœptis desistat;*
vit: quod & ipse considerans remisisti hominem, & permisisti cum honore ad patriam suam Ecclesiamque reverti ... Non est prudentis propter alienam libidinem seipsum conjicere in certum damnationis æternæ periculum. Define quæso, & mihi ausculta, Constanti: hoc enim & me scribere decet, & te convenit non vilipendere.

250 Hæc Abrahamicus ille senex, vere Hosius,& *quare anno* sensit & scripsit ... Quæ cum accepisset impietatis *integro Sirmii vexatur.*
propugnator Constantius, aliique dicerent non solum ipsum non subscribere,sed & aliis suadere quod melius esset mortem perpeti, quam proditores fieri veritatis, ob quam & dilectus frater Athanasius persecutionem sustineret, & Liberius Romanorum Episcopus ceterique omnes insidiis appeterentur; item quod alii per Hispanias essent ejusdem cum Hosio sententiæ; cum hos quoque solicitasset ad subscriptionem neque inflectere potuisset; accersivit Hosium, & pro exilio detinuit integro anno Sirmii; neque Deum reveritus, neque patris sui erga ipsum E
amorem, nec denique hominis jam centenarii & sexagesimum eoque amplius annum in Episcopatu agentis senectutem.

251 *Hactenus Athanasius, excusans deinde, & in Arianorum accusationem convertens, quæ postea Liberius* *succubuit*
Hosiusque erumnis victi fecere, quæq; apud Historiæ ecclesiastice tractatores legi diffusius poterunt: sicuti & in *tamen & ipse & Liberius,*
nostro Aprili ea quæ Felicis substitutionem in Romanum Pontificatum spectant,ubi ostendimus electionem ejus,qualiscumq; eam præcesserit ordinatio, ipsum Liberium habuisse auctorem; adeoque verum Pontificem fuisse Felicem, & ob mortem pro fide obitam dignum qui inter Martyres sanctos colatur. Lapsum vero suum ita reparavit Liberius, Felice mortuo anno CCCLXV *rursum verus Pon-* *sed uterque lapsum reparavit.*
tifex; ut Epiphanius hæresi 75 beatum, *Basilius Epistola* 74 beatissimum, *Ambrosius ad Virgines* felicis ac beatæ memoriæ *appellent; eumdemque Græci ut* Sanctum *colant cum insigni elogio die* XXVII *Augusti; & Wandelbertus in Kalendario metrico aliiq; in additionibus ad Vsuardi Martyrologium cum simili Sanctitatis titulo eum proponant ad* XXIII *Septembris: quando plenius hæc tractabuntur à nobis. De Hosio paucis ipse Athanasius ad Solitarios*: Tantam vim intulit seni *Constantius*, & F
ita arcte eum tenuit, ut afflictus attrituque malis, 1 p. 841
tandem ægreque cum Ursacio & Valente communicarit, sic tamen ut contra Athanasium non subscriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit; moriturus enim, quasi pro testamento suo, eorum vim protestatus est, & Arianam hæresim condemnavit, vetuitque à quoquam probari aut recipi. *Hæc de Hosio Athanasius, longe diversa à relatione Marcellini & Faustini Luciferianorum, in suo mendacissimo precum libello prorsus incredibilia narrantes, de violentia ab Hosio exercita contra refugientes communionem suam, deque ejusdem impœnitentis horribili exitu, qualem Sacerdotis Heli fuisse Scriptura memorat.*

CAPUT XXII.

Syriani contra Athanasium nocturna irruptio: Heraclii edicta proponentis impietas & crudelitas.

Nullo Constantii mandato discessum impetrante.

252 TEmpus est ut regrediamur Alexandriam, ubi *Athanasiũ reliquimus,nihil motum subreptitiis litteris, facultatem veniendi in Italiam facientibus,quas Montanus attulerat.* Hic *igitur* cum alio esset profectus,

AUCTORE D. P. post sex & viginti menses venit Diogenes notarius, qui nec ipse aliquid litterarum attulit, *inquit*, *Athanasius in Apologia*, neque sub mutuum conspectum venit, aut præcepit aliquid ac si de eo mandatum sibi esset. Quin cum Syrianus exercituum ductor Alexandriam ingrederetur, & Ariani jactarent, nunc demum acturos se quæ vellent; quærebam num ejusmodi litteræ, quales illi jactabant, essent allatæ. Has vero cum illi se non habere dicerent; postulabā ut saltem vel ipse Syrianus vel Ægypti Præfectus Maximus, de eo mihi scriberent. Hoc autem sic postulabam, quia mihi scripserat Tua humanitas (*Imperatorem alloquitur*) ut à nemine turbarer, neque susciperem si qui terrere nos vellent. . . .

1 p. 688

253 De hac epistola cum illi referrent ad judices; . . . . neque mandatum tuæ Pietatis monstrarent, jure inferebam, verba eorum citra mandatum tuum esse, Religiosissime Auguste; agendumque mihi esse credidi, ut quemadmodum epistolas tuas habens regressus eram in patriam, ita & mandatum habens tuum egrederer; ne veluti Ecclesiam fugiens aut reus deprehensus, sed tamquam jussus honestam haberem discessus causam. Idem omnis populus cum

Athanasium Alexandria manere patitur Dux Syrianus;

B

Presbyteris & major pars civitatis, ne quid dicam amplius, Syrianum adeuntes postulabant, coram Ægypti Præfecto Maximo. Postulabant autem ut mihi scriberetur, mitteretur que ad me, vel ut deinceps non turbarentur Ecclesiæ, usque dum populi ipsi circa hoc misissent legatos suos ad Te. Ipsis igitur diu multumque supplicantibus, videns Syrianus æquum peti, per tuam salutem jurans affirmavit ita faciendum esse. Intererat vero etiam Hilarius & cohors Ducis, & cohors Præfecti Ægyptiaci.

254 Hæc cum promisissent Syrianus, conveniebant omnes in ecclesiis, cum gaudio & securitate, Verum post dies viginti tres, (cum *scilicet* militares copiæ; quas Romani Legiones vocant, ex Ægypto & Libya, *teste Sozomeno*, *accersitæ* advenissent) *apparuit quam nihil fidendum hæreticis sit*. Nox erat, & quidam ex populo pervigilabant in proximam synaxim; quando Dux Syrianus improvisus adfuit, cum plus quam quinquies mille viris, habentibus arma & strictos enses, arcusque & sagittas & fustes; cinxitque ecclesiam, milites conjunctim locans, sic ut esset impossibile, ab ea egredientes pertransire. Ego vero absurdum ratus in tanta confusione deserere populum, pro quo ipse potius debebam subire periculum; in throno residens mandavi Diacono, ut Psalmum recitaret audiretque populus, Quoniam in æternum misericordia ejus; atque ita recederent singuli in domos suas.

deinde, contra fidem datam,

1 p. 717

cum 5000 armatis ecclesiam obsidet:

C

Ps 105

255 Tandem cum Dux violenter irrumperet, & milites ad me comprehendendum circumcingerent sacrarium; quotquot ibi erant Clerici reliquique de populo clamabant, obsecrabant, ut ego quoque jam discederem. Ego autem renuebam egredi prius quam omnes sigillatim egressi forent. Surgens igitur & orare præcipiens, rogabam ut prius exirent universi, melius esse ajens si periclitarer ego, quam si eorum quisquam læderetur. Itaque plerisque egredientibus & sequentibus reliquis, qui mecum intus erant Monachi & Clerici quidam, secum me traxerunt egredientes. In hunc modum, teste veritate ipsa, per medios milites, quorum alii sacrarium cinxerant, alii per ecclesiam oberrabant, Deo ducente & protegente, clam ipsis evasi; glorificans Deum, quod neque populum prodidissem; & ipsum præmittens, salvari atque effugere potuissem manus quærentium me.

quo violenter irrumpente,

Athanasius in turba salvus egreditur.

facta hac sub auroram 9 Februarii.

256 *Hactenus Athanasius in Apologia de fuga sua: cui consona, sed atrocioribus facinoribus aucta, scripsit in sua publica protestatione populus Alexandrinus, omnibus exponens, quid in ecclesia actum sit* illucescente die v Iduum Februariarum, id est decimo quarto mensis Mechir, vigilante & orante populo, eo quod celebrari deberet synaxis Paraskeves. *Scripta est autem ipsa protestatio tertio post rem gestam die*, post Consulatum Arbethionis & Lolliani decimo septimo die mensis Mechir, id est pridie Iduum Februariarum. *Quibus accurate notatur annus* CCCLVI *bissextilis, cujus initium habuit Dominicalem litteram G, ita ut dies quintus Iduum sive nonus istius mensis fuerit Paraskeve seu Feria* VI, *S. Apolloniæ Virgini & Martyri Alexandrinæ sacra. Tamen quia Athanasii interpres, nescio quo calami errore, pro* Idibus *scripsit* Kalendas; *factum est, ut ultra nihil examinans Baronius, Romanum Martyrologium recognoscens & Sanctis quibus videbatur augens, die* XXVIII *Ianuarii scripserit*, Alexandriæ plurimorum sanctorum Martyrum, qui hac ipsa die, factione Syriani Ducis Ariani, dum in ecclesia Synaxim agerent, diverso mortis genere sunt interempti. *Atqui notare potuisset, diem* XXVIII *Ianuarii, eo qui notatur in protestatione anno, fuisse non Paraskeven, sed Dominicam.*

anno 356

non 28 Ianuarii.

D

257 *Romani Martyrologii reverentia ductus Bollandus noster, ipsam Protestationem in Ianuario, sub isto erroris indicio, dedit & illustravit. Quare ne actum agam, strictim hic indico, cæsos fuisse multos tam ex populo quam Virginibus sacris, quorum quarumque corpora à militibus abdita, ad publicam ostentationem tolerata immanitatis, ab ipsis fidelibus mox fuerunt exposita publice. Tanta autem fuit indignatio populi, ut arma telaque reperta intra ecclesiam suspenderint, noluerintque amoveri, quantumvis instante Gorgonio Præfecto. Prima etiam, quam ipso verosimiliter die scripserant, protestatione non contenti, hanc secundam scripserunt & signaverunt quaquaversum distribuendam, eo quod Syrianus testimonium exigeret, quod nullus tumultus factus, neque quisquam occisus fuisset. Verum contemptui habitæ à Constantio sunt Catholicorum querelæ: qui* hujusmodi mala approbans, per Hilarium quemdam Comitem, scripsit Senatui populoque Alexandrino, juventutem solicitans, ut simul congregati aut persequerentur Athanasium, aut scirent se pro inimicis habendos. . . .

E

In ea irruptione plures esse occisos,

protestatur populus Alexandrinus.

1 p. 843

258 Edicta igitur publice proposita sunt, quæ ipsa magnam ea scribentis manifestabant confusionem. Postquam enim, sicuti magnus Hosius eidem scripsit, non invenit verosimilem aliquem animi erga Athanasium mutati prætextum; excogitavit alium, etiam minus sibi suisque consiliariis convenientem suis verbis: Fratris divinæ ac religiosæ memoriæ amicitiam reveritus, indulsi ipsi ut ad vos pro tempore aliquo reverteretur. Hæc autem declarant, ipsum & in promissis fallacem, & erga demortuum fratrem esse ingratum. Deinde divinæ ac religiosæ memoriæ, uti revera fuit, appellat eum, cujus præceptum & amicitiam, sicut ipsemet scripsit, licet aliquid ejus causa indulsisset, non debuit inofficiose negligere, sed potius ut Imperii sic & sententiæ heres fieri. Atqui cum Britannionem è medio sustulit, volens id tamquam jure factum excusare, dixit, Nam cujus erit fratrum hereditas post mortem? At propter sceleratam Christoque adversam hæresim, quid jus sit ignorat, & erga fratres inofficiosus efficitur, propter quam etiam nec patris sui sententiam integre studuit observare: nam in eo quod placet impiis, ipsam sequi se profitetur; in eo vero quod ipsis discipiet, nescit rationem habere pietatis parenti debitæ. Hic enim dimisit quidem Episcopum, ab Eusebianis accusatum, ad tempus in Gallias, propter feritatem inimicorum ejus; sicuti beatus Constantinus, hujus Constantii frater post mortem patris declaravit, per suas quæ extant litteras:

1 p. 844

Constantius in edictis excusat quod solius fratris causa redire siverit Athanasium,

F

qui vel hinc eum convincit impietatis,

litteras : numquam tamen ab Euſebianis perſuaderi ſibi ſivit,ut mitteret quem ipſi volebant Epiſcopum, ſed id cupientes compeſcuit, remque aggreſſos cum gravi comminatione increpuit. Quomodo ergo ſi genitoris ſui acta, ut ſcribit, volebat cuſtodire inviolata, primum quidem miſit Gregorium, nunc vero depeculatorem Georgium?Quomodo Arianos,quos ille vocabat Porphyrianos, ſtudet inducere in Eccleſiam ?

uti etiam facit S. Lucifer.

259 *Hæc Athanaſius : Lucifer autem Calaritanus, pro ſua conſueta libertate, nec ipſi quidem Conſtantino parcens, & Conſtantio objiciens, quod inſtar canis reverſus ad vomitum, eum quæreret interficere, cui ſe deinceps nihil mali facturum Alexandrinis per litteras juraverat, longe acrius eaſdem excuſationes evertit, lib.2 pro Athanaſio ſic ſcribens:* Sed, inquis, pater meus illum miſerat ad exilium, & me oportuit patris mei parere ſtatutis. Pone, ut vis, hæreticum eſſe Athanaſium. Si recte fuerat miſſus ad exilium, cur eum paſſus es contra patris tui ſtatuta recipere dignitatem, quam ei ſe tuus tuliſſe arbitratus fuerat pater ? Sed, inquis, Fratris mei Conſtantis factum eſt interventu. Sed potuiſti occurrere Conſtanti, dicens, Pater noſter quem probavit hæreticum,niſi ſe correxerit, recipere in partes regni
B mei non poſſum. Sed, inquies, timui ne inter nos bella fuiſſent orta. Ergo, quia Saporinus Perſarum Rex nunc contra te gerit prelium,ſi tibi dixerit,Suſcipe religiones meas & ero tecum pacatus; te oportet cum omnibus in imperio tuo commorantibus tranſire ad religionem dęmonum? . . . . . Verum ipſe teſtis es conſcientiæ tuæ . . . quod miſſus fuerit ad exilium Athanaſius quia noluerit eſſe Arianus : idcirco peroſum habitum à patre tuo non fugit te; quandoquidem & in ea digneris ipſum perſequi cauſa,in qua & pater tuus eum fuerit perſecutus. Digne itaque comparatus es cani qui redierit ad vomitum ſuum. Jam enim Chriſtianus eſſe æſtimabaris,ex quo Athanaſium cum talibus litteris repræſentaveras: at nunc comprobaris eſſe Arianus ; & cupiens hæreſim tuam invenire locum,virum juſtum perſequeris,quia ille videlicet ſit eamdem omni niſu impugnans.

Scripſit autem Athanaſius ex eremo,

260 *Porro Athanaſius cum ſuam ad Conſtantinum Apologiam ſcriberet ac fugam excuſaret,videtur adhuc ignarus fuiſſe cædium in Syriani irruptione patratarum ; eas autem didiciſſe cum poſtea ſcriberet præcitatam ad Solitarios Epiſtolam, cui ipſas propterea populi Alexandrini litteras de geſtis Syriani ſubtexuit. Ignoravit vicißim has ſcribens populus,quid factum eſſet Athanaſio ; orabatque Præfectum ac Magiſtratus ne permitterent alium pro illo ſubſtitui,quem unice deſiderabant ſecum manere, pro eo etiam mori parati. Quo autem abierat Athanaſius? Reſpondeo quod ex ipſius verbis aliud nihil poſſumus elicere, quam quod ſtatim ad*
C *eremum ſe contulerit. Cum enim in Apologia prius dixiſſet,* Ego,viſa *Syriani nocturna in Eccleſiam* irruptione, primum populum monui ut diſcederet ; tum ipſe cum eis, ut viderunt qui aderant, Deo me occultante & deducente receſſi, atque ex eo tempore manſi *καθ' ἑμαυτὸν, quod de quacumque etiam domeſtica ſolitudine poſſet intelligi.Clarius deinde loquens,* fateor,*inquit*, quod auditis ac ferme viſis *quæ decreta erant executionique mandabantur, depoſito adeundi Imperatoris conſilio,* ad eremum denuo reverti, *hoc ipſo ſatis indicans ibi ſe fuiſſe prius quam conſilium iſtud ſuſciperet.*

Propoſitis edictis ab Heraclio Comite

261 *Interim mutatis magiſtratibus, militaris rei cura, cum titulo Ducis,ad Sebaſtianum; politica, cum titulo Præfecti,ad Cataphroniũ tranſiit, impiiſſimos homines.* Miſſus *etiam fuerat* Heraclius Comes, qui edicta publicaret, & ex mandato Imperatoris denuntiaret, quod niſi obediretur, ſubtraherentur panes, & idola ſubverterentur (*quorum prius ad infimam plebem, alterum ad gentiles concitandos ſpectabat*) multiſque è primoribus civium atque ex populo captivitatem eſſe paratam.

Hęc autem denuntians,*inquit ad Solitarios Athanaſius,* non erubuit palam magna voce edicere, quod Athanaſium Imperator repudiaret, & Arianis juberet eccleſias tradi, (*has namque ut ait Sozomenus lib. 4 cap. 9 poſt fugam Athanaſii* Clerus ejus & populus aliquamdiu tenuerant) Cumque ſuper his admirati multi ſibi invicem innuerent, quærerentq; utrum Conſtantius factus eſſet hæreticus; non modo nihil Heraclium id puduit,ſed etiam coëgit conſiliarios atq; tribunos plebis,homines ethnicos & idolorum ædituos, ſubſcribere ac profiteri, quod ſuſcipere eſſent parati Epiſcopum quem mitteret Imperator . . . .

AUCTORE D. P.

1 p. 846 *in favorem Arianorum,*

irruunt ethnici in eccleſiam,

262 Poſtridie congregatis in magna eccleſia populis (erat enim quarta Sabbati, *qui loquendi modus videtur mihi hebdomadam ſanctam & diem Aprilis* III *notare, quia hoc anno* CCCLVI *Paſcha incidit in diem* VII) Heraclius Comes, aſſumens ſecum Cataphronium Præfectum, & Fauſtinum Catholicum *ſeu Procuratorem generalem*, Bithynum genere & ſecta hæreticum, gregariorum hominum juniores idololatras exſtimulavit,mandatum Imperatoris eſſe aſſerens,ut invaderent eccleſias,& populum lapidarent.Cum vero,Miſſione indicta, plerique ab eccleſiis egreſſi eſſent, & pauculæ mulieres in iis remanerent ; res agi cœpta
E eſt ut fuerat imperatum, orituruque ſpectaculum miſerabile. Adhuc enim in oratione erant quæ remanſerant mulieres ; quando nudi ingreſſi juvenes præ- *Virgines & viduas ibi repertas contumelia afficiunt,*
dicti cum lapidibus fuſtibuſque, ipſas lapidibus cœperunt impetere, & Virginum ſacra corpora plagis concidere, detractiſque velaminibus earum capita denudare, ac reſiſtentibus calces impingere. Gravia erant hæc iis, & valde gravia ; graviora tamen ſecuta ſunt alia, & quavis contumelia acerbiora. Cum enim ſcirent quanta eſſet verecundia Virginum, & quam intemeratæ iis aures, quodq; facilius enſes ac lapides quam obſcœna verba tolerarent ; his potiſſimum utebantur, dum in eas irruerent. Ariani vero hæc ipſa juvenibus ſuggerebant,ejuſmodi dicta & facta ſuo approbantes riſu,fortaſſis & imitantes. . . .

263 Deinde, velut totum Imperatoris mandatum peracturi (hoc enim maxime ſatagebant,hoc Comes & Catholicus præcipiebant)ſubſellia rapiunt,& thronum & menſam,lignea utique omnia;& eccleſiæ vela atque alia quęcumque poterant efferentes, ante veſtibulum in magna platea combuſſerunt, ſuperjecto thure . . . ſuaque laudentes idola, dicebant: Gentilis factus eſt Conſtantius, & Ariani nobiſcum ſentiunt . . . *Et illi quidem unius alteriuſve ex ſuo numero ſupplicio ſtatim divinitus irrogato, quemadmodum fuſius proſequitur Athanaſius,* nihil ultra auſi ſunt: Ariani vero ne ſic quidem confuſi ſunt, ſed obduraverunt cor
F ſuum, ſpem totam in Imperatore ejuſque eunuchis collocatam habentes . . . . .

& ſacram omnem ſupellectilem comburunt.

1 p. 848

264 Iſta igitur,quemadmodum jam dixi,per illos faciebant:quæ vero per ſeipſos perpetrarunt,quomodo non dicentur omnem malitiam ipſiuſq; carnificis immanitatem ſuperare? Quam domum,inveſtigandi prætextu, non diripuerunt? quem hortum non conculcarunt?quod ſepulcrum non aperuerunt,quaſi Athanaſium requirentes ? Multorum obſignatæ ſunt ædes,multa quæ erant in hoſpitalibus largiti ſunt militibus ſibi ſubſervientibus. Quis malitiæ eorum expers erat?quis iis obviam factus in foro non abdebat ſeſe ? quis propter ipſos dimiſſa domo noctem non egit in ſolitudine?quis ſua ab iſtis ſervare volens non plura perdidit? quis non maluit inexperti maris periculis committere ſeſe, quam ipſos comminantes expectare?

Prætextu quærendi Athanaſii paſſim omnes vexantur,

265 *Hæc aliaque, & mulctas indictas opulentioribus, & Virginum expulſiones ; & illatas iiſdem, ſicubi in conſpectum venirent, contumelias, Arianorum mulieribus circa ipſas baccharum inſtar ferocientibus, proſequens Athanaſius;*

AUCTORE D. P. *Eutychii Subdiaconi, ad metalla deportati, crudele martyrium; & ingenuos viros quatuor, ejus causa flagellatos, carcerique inclusos, lamentabiliter commemorat: quæ vide ad* XXVI *Martii deducta; non quia eo die acta sint, cum potius ad Aprilem pertineant; sed quia eorum memoriam Romano Martyrologio Baronius tali die inseruit; quamvis non sine errore circa genus supplicii; quod gladio iis illatum comminiscitur, cum de iis quos nominavimus tale nihil Athanasius indicet. Certius est, quod* sub Georgio Episcopo Ariano, *passos dicat: quare intermissa tantisper crudelitatis contra orthodoxos exercitæ narratione, ad hujus ingressum explicandum transimus, qui Prioris Gregorii ingressui plane similis aut etiam violentior fuit.*

Eutychius Subdiac. occiditur.

CAPUT XXIII.

Georgii Cappadocis crudelia initia, Constantii litteris approbata, ex odio Athanasii.

Georgius Cappadox, homo vilissimus,

266 CAppadocium quoddam monstrum, ex ultimis regionis nostræ finibus oriundum, *inquit Gregorius Nazianzenus, ipse Cappadox*; genere malum, mente deterius; non plene ingenuum, sed B mixtum, uti mulæ sunt; primum quidem mensæ alienæ mancipium, & offæ pretium, nihil non ventris causa facere ac dicere sciens, tandem ad rempublicam gerendam se contulit: in qua cum ei creditum esset ministeriorum infimum, ut scilicet suillarum carnium, quibus exercitus alitur, esset susceptor; deinde cum omnia ad ventris utilitatem referens, cœpisset mala fide laborare, neque jam amplius aliquid reliquum haberet præter corpus; fugam iniit; aliamque ex alia urbem & regionem commutans: denique in commune damnum Ecclesiæ, in- *ab Arianis Antiochia ordinatus:* star Ægyptiacæ cujusdam plagæ, Alexandriam apprehendit, ubi vagandi finem, male autem agendi initium faceret. Nihil ille quidem habebat unde æstimari posset. Non erat liberali facundia præditus, aut in conversatione facetus, ac ne inanem quidem honestatis speciem vel per hypocrisim præferebat: sed solum ad male agendum resque turbandas videbatur appositus: *& hoc ei satis fuit, ut teste Sozomeno lib. 4 cap. 7 Episcopus ordinaretur ab Episcopis, numero circiter triginta apud Antiochiam congregatis adversus Athanasium, & à Constantio mitteretur in Throni Alexandrini possessionem: postquam scilicet accepisset Imperator subscriptiones, ab Heraclio Comite ad hoc collectas,* C *prout supra audivimus.*

1 p. 704 in Quadragesima appulsus Alexandriam,

267 *Venisse Georgium* Quadragesimæ tempore, *indicat Athanasius in Apologia de fuga sua: sed nusquam significat, eum interfuisse occupationi violentæ ecclesiarum: quam cum ipsa majori hebdomade factam censuerimus, eaque paratam ingressuro in eas Georgio viam, consequens erit ut leniora consilia prius tentata credamus ad illius receptionem persuadendam; quibus non succedentibus, violentia prædicta adhibita sit; ac tum demum in publico comparuerit Georgius, tamquam Episcopus ab Imperatore missus. Ad hunc autem, conventus in ecclesia majori agentem, cum accedere recusarent orthodoxi,* in die Paschæ, sequentibusque Dominicis oraverunt Fratres in solitario circa cœmeterium loco, *ut ait Athanasius in Apologia ad Constantium; in alia autem de fuga sua distinctius notat, quod* post hebdomadem Paschæ, Virgines carcere clausæ sint, vincti à militibus perducti Episcopi, orphanorum ac viduarum panes domusque direptæ, noctu deportati alio Christiani, & eorum ædes obsignatæ fuerint, ac denique Clericorum fratres pro fratribus in periculum adducti.

1 p. 692

1 p. 704 post pascha sævire incipit.

268 *Quibus ita in genere dictis & occasione S. Eutychii à nobis ad* XXVI *Martii relatis, idem Athanasius, narrare aggreditur quæ patrata fuerunt* Hebdomade post sacram Pentecosten, quando jejunans populus D exierat ad cœmeterium oraturus, eo quod omnes abhorrerent communionem Georgii; ipse id intelligens, Sebastianum Ducem, hominem Manichæum, contra eos instigavit. *Hic ipsa Dominica die fecit impressionem novam in populum; cujus impressionis memoria in Romano Martyrologio invenitur sub his verbis.* Alexandriæ commemoratio Sanctorum Martyrum Secundi Presbyteri & aliorum, quos sacris diebus Pentecostes, sub Constantio Imperatore, Georgius Episcopus Arianus sævissime occidi præcepit... *Plenius ergo de his agemus die* XXI *Maji, quo ista legi Baronius voluit; licet Pentecoste illius anni in diem* XXVI *Maji, Dominica autem subsequens in diem* II *Iunii inciderit; Secundus autem, non isto tempore, sed in Quadragesima sequentis anni sit obtritus calcibus à Secundo & Stephano Episcopis Arianis.* *varii Martyres fiunt,*

269 *Eodem* XXI *Maji reposuit Baronius etiam memoriam* Sanctorum Episcoporum, qui ab Arianis exilio relegati sanctis Confessoribus sociari meruerunt: *de quibus & nos, ex Apologia de fuga, agemus plenius. Nunc ex alia ad Constantium noto, quod* cum grandævi verique Episcopi, partim in exilium deportati partim metu fugati essent; homines aut ethnici aut catechumeni, E & qui primas in Senatu tenebant aut excellebant divitiis, pro Christianorum vera fide promittebant se communicaturos cum Arianis.... atque ut Episcopus nominaretur aliquis, ne hoc quidem curabatur quod ethnicus erat, modo aurum porrigeret. *Idem in epistola ad Solitarios exaggerantius etiam exponens Athanasius*; Exinde, *inquit*, gravior populis calamitas incubuit. Cum enim Arianorum conductitios atque à se alienos averterentur; flagellabantur illi, addicebantur operibus publicis, compingebanturque in carceres à Duce exercitus. *pelluntur Episcopi,* *1 p. 691* *& eorum Sedes venduntur indignis,* *1 p. 859*

270 *Fiduciam hæc agendi & securitatem dabat eis quædam Constantii Epistola, Alexandrinis scripta; quam quia* assidue recitabant, mortem unicuique denuntiantes, *non dubitavit Apologia sua inferere Athanasius, præsumpta ab Imperatoris humanitate licentia, ac veluti non credens quod ipsa ab eo dictata sit. Certe acerbitatis & maledicentiæ plenissima est, & solis auctoribus Arianis digna, quam hic propterea juvat totam dare: sic ergo habet.* Quoniam civitas vestra, patrii moris tenax, & conditorum virtutem imitans, etiam nunc morigeram sese, uti solet, præbuit; haud modice nobis videremur peccare, nisi Alexandrum ipsum superaremus nostra erga eam benevolentia. Quam enim gratiosum est vobis modeste agere; tam congruum est regiæ, ut sic loquar, virtuti, præ aliis vos amplecti, qui primi Deum verum intelligentes, primo semper loco habuistis interpretes sapientiæ; & in horum præcipuis deligendis nostrum sequentes suffragium, impostorem aversati, adhæsistis viris gravissimis & omni admiratione dignissimis. *fiduciam dante epistola Constantii ad Alexandrinos,* *1 p. 692* *laudantis quod juxta ejus præceptum,* F

271 Quis enim quantumcumque remoti orbis incola ignorat, quam magna in iis quæ acta sunt hactenus à vobis adhibita sit animi generositas: nec scio quid ei addi ultra possit. Cum enim plerique in urbe, quadam veluti cæcitate tenerentur, rerumque potiretur homo ab ultimis emersus inferis; qui veritatis inter tenebras dignoscendæ cupidos ad mendacia abducens, nihil quidem fructuosi adferebat sermonis, sed præstigiis quibusdam decipiebat animos; assentatores ipsius, quos etiam nunc mussitare est verosimile, clamabant, plaudebant, admirabantur; plerique vero simpliciorum ad eorum vivebant præscriptum, & omnia ruebant in præceps, omnibus velut in diluvio despondentibus animos; & multitudinem regebat vir, nihil ab infima plebe differens, & hoc solum agens ut omnes qui *civitatis suæ perturbatorem,*

in

A in civitate ſunt in profundum in barathrum pertraheret.

272 Verum præclarus ille & egregius, nec judicium quidem de ſe faciendum expectavit, fugam ſibi potiorem exiſtimans; quem expediret vel à barbaris de medio tolli, ne quos eorum doceat impie agere, dum veluti in ſcena ad primo obvios lamentatur. Ei ergo longum dicetur vale: vos autem me convenit æſtimare in paucis, aut potius ſolos revereri præ omnibus, quibus tantum virtutis & ſapientiæ ineſt, quantum prædicant opera toto pene orbe laudata. Macti eſtote virtute iſta; nuntios enim audivimus, etiam iterato narrantes & laudantes quæ fiunt apud vos, qui majorum decora ſupergreſſi poſteris eritis in exemplum pulcherrimum; ſolique delegiſtis vobis morum ducem, verbis factiſque præſtantiſſimum; à quo ne ad modicum quidem tempus recedentes, ſed viriliter eidem adhærentes, ab humilibus his atque terrenis ad ſupercœleſtia evehimini, illuc dirigente reverendiſſimo Georgio, viro in hujuſmodi exercitatiſſimo, per quem & in futurum habebitis ſpem optimam, & in præſenti quietè vivetis.

jamque ultro fugitivum abdicantes,

Georgio adhæreret,

273 Utinam communiter omnes in civitate ab
B ejus voce, velut à ſacra anchora, pendeant; ne ſectionibus uſtionibuſque egeamus contra eos, quorum corruptæ ſunt mentes: quos inſtantiſſime monemus ut à ſtudio tuendi Athanaſii recedant, ac ne recordari quidem garrulitatis ejus velint, niſi malint extremis obnoxii haberi periculis, à quibus neſcio quis poſſit ſeditioſos eripere. Etenim abſurdum foret, perditiſſimum Athanaſium regionem commutare ex regione, licet turpiſſimorum criminum reum & quorum dignam vix exegeris pœnam quamvis decies vitam abſtuleris; ejus autem aſſentatores atque miniſtros, homines circumforaneos & quos vel nominare ſit pudor, negligi cum turbas movent. Quapropter, iterum præcipitur Judicibus eos interficere. Fortaſſis autem, niſi mature à prioribus delictis reſipiſcant, nec ſimpliciter quidem interibunt ii, quorum dux fuit impuriſſimus Athanaſius, qui & in publico plurimum nocuit, & rebus ſanctiſſimis impias atque exſecrabiles manus admovit.

& malum comminantis fautoribus.

jubentiſque ut S. Frumentius Æthiopiæ Ep.

274 *Nihilo hac moderatior epiſtola eſt ejuſdem Conſtantii altera, Aizanæ & Sazanæ Auxumeos Tyrannis ſeu Regulis ſcripta, apud quos in veteri Troglodytide ſive hodierna Abaſiâ, regia urbs juxta Ptolomæum Auxumis, Epiſcopum ab Athanaſio acceperat S. Frumentium, de cujus ad Æthiopes Apoſtolatu agendum nobis erit* XXVII *Octobris, eo quod tunc referatur in hodierno Romano, licet à ſeipſo perperam diſtinctus, propter eos qui Indorum abuſi nomine, Indos etiam Abyſſinos vocaverunt. Per hanc epiſtolam mandat Imperator, ut dictus Frumentius ſtatim mittatur in Ægyptum ad Georgium, in hujus familiaritate diſciplinis eccleſiaſticis inſtituendus, ſi velit haberi Epiſcopus: ideo quod* in eum ordinem provexerit ipſum Athanaſius, mille criminum
C reus: qui cum nihil eorum quæ ſibi objiciebantur congrue poſſet diluere, ſtatim è Throno ſuo excidit, & æque in vita ac doctrina peccans oberrat, commigrans de regione in regionem, quaſi ſic poſſit effugere quo minus malus ſit. *Integram epiſtolam alias dabimus: ſatis eſt ex iſto ſpecimine ad priora addito cognoviſſe acerbitatem, qua cauſa Athanaſii acta eſt.*

mittatur inſtruendus ad Georgium: 1 p. 696

175 *Augebat acerbitatem ipſe Georgius, uti Ammianus Marcellinus lib.* 22 *ſcribit,* apud patulas Conſtantii aures multos incuſans, ut ejus recalcitrantes imperiis; profeſſioniſque ſuæ oblitus, quæ nihil niſi juſtum ſuadet & bene, ad delatorum auſa feralia deſciſcebat. Et inter cetera dicebatur id quoque maligne docuiſſe Conſtantium, quod in urbe Alexandrina ædificia cuncta ſolo cohærentia, à Conditore Alexandro magnitudine impenſarum publicarum extructa, emolumentis ærarii proficere debent ex jure. Cum igitur,

qui communi laborans odio,

ut ait Sozomenus lib. 4 *cap.* 9 aliis omnibus ſe terribilem AUCTORE
prębere, & erga Athanaſii fautores crudelem imprimis ſe oſtendere ſtuderet, tamquam tyrannus æſtimabatur: ideoque in odium commune deductum irata plebs aggreſſa, intra eccleſiam, ubi commorabatur, pene eum confecerat. Salvatus tamen, licet ægre, ab eo periculo, ad Imperatorem profugit; & Athanaſii ſectatores receperunt eccleſias, ſed ad modicum tempus. Adfuit enim mox Ægypti Præfectus, & Georgianis illas reſtituit; poſtea vero Notarius Imperialis, miſſus ad ſumendum de ſeditioſis ſupplicium, multos Alexandrinorum cruciavit flagellavitque: & paulo poſt rediit ipſe Georgius, terribilior ob ea quæ dixi factus, majorique quam antea odio habitus; ut qui ad multa mala commoveret Imperatorem, & proter infidelitatem ſuperbiamque repudiaretur ab Ægyptiis monachis, quorum doctrinam & numerum ſequebatur populus, tamquam veridicorum teſtium, quia eorum omnis vita poſita erat in exercitatione virtutis.

& fugere coactus

ac reſtitutus, evadit terribilior.

CAPUT XXIV.

Athanaſii receſſus ad eremi monaſteria, ejuſque latebræ per ſexennium.

E

276 *Egebat ille, jam inde à prima Syriani in eccleſiam itruptione, ſolitarius, ut ſupra vidimus,* 1 p. 690
fiduciam habens excuſandi ſui primum apud Deum, deinde apud Imperatorem. *Apud Deum quidem, quod extrema ceſſiſſet violentia, elapſus è manibus mortem ſuam quærentium: apud Imperatorem vero, quod eatenus perſtitiſſet Alexandriæ, quo cum ipſius ingreſſus mandatis, ſi abſque iiſdem præſumpſiſſet abire, non potuiſſet non haberi reus.* Hæc igitur præ oculis habens, & nihil mihi conſcius, *inquit in ſua Apologia,* properabam ad tuam Pietatem 1 p. 691
. . . Verum jam in viam profecto egredientique eremum, ſubito fama advolat (quam primo falſam exiſti- 1 p. 692
mans, deinde nimis quam veram comperi) quod Liberius Romæ Epiſcopus, & Hiſpaniarum magnus ille Hoſius, æque ac Paulinus Galliarum, & Euſebius ac Dionyſius ab Italia, nec non è Sardinia Lucifer, & alii quidam Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi relegati eſſent, eo quod contra me ſubſcribere noluiſſent: & hos quidem exilio eſſe damnatos, Vincentium vero Capuæ, & Fortunatianum Aquilejæ, & Eremium Theſſalonicæ, ceteroſque in Occidente Epiſcopos, haud mediocrem ſuſtinuiſſe violentiam, & multam
F coactionem contumeliamque, uſque dum promitterent nobiſcum non communicare.

Athanaſius paratus Imperatorem adire,

intelligit exilium quorumdam Epiſcoporum in occidente,

277 Hæc *ita pariter nuntiata, & quoad Liberium Hoſiumque non minus nova quam inexpectata,* cum admirarer & anxiarer animo; ecce novus adfertur nuntius de Ægypto & Libya, quod Epiſcopi circiter nonaginta eſſent diſperſi, eorumque eccleſiæ traditæ Arianæ hæreſeos profeſſoribus: & quod ex illis quidem omnino ſedecim acti eſſent in exilium, alii vero partim ad fugam ineundam, partim diſſimulandam animi ſententiam coacti; *ſimulque narrabantur quæ fuerant poſt Pentecoſten acta.* Ego tamen ne tunc quidem deſtiti, ſed iterum proſecutus ſum iter ad tuam Pietatem, idque eo faciebam, diligentius, quo mihi certius perſuadebam, inſcio Te iſta fieri, & cum reſciſſes pro- 1 p. 693
hibiturum. Sic autem cogitantibus nobis, tertius nuntius advenit, de litteris ad Auxumenſes Tyrannos ſcriptis, ut Frumentium Epiſcopum à ſe abigerent; & me quidem inter ipſos barbaros requiri, in Præfectorum carceres, Commentaria dictos, retrudendum; populos veros & Clericos paſſim omnes cogi communicare cum Arianis, aut interfici ſi recuſarent ....

diſperſionemque aliorum per Ægyptum & Libyam:

cumque nihilominus pergeret,

AUCTORE D. P.

278 Talia audiens ego, & tantum non videns, ex iis qui iſta lamentabundi nuntiabant; in eremum, fateor, rurſus reverti, cogitans, quod etiam pietas Tua intelligit, Si ideo quærimur ut tradamur Præfectis, hoc ipſum impediet quo minus ad Tuam humanitatem perveniamus: & ſi hi, qui contra nos recuſant ſubſcribere, tanta ac talia patiantur, ut laici Clericique nolentes communicare cum Arianis, jubeantur interfici; dubium nullum eſt, quin ſycophantæ iſti millenas inſolitaſque mortes machinentur nobis, ut poſt necem meam negotium moveant quibus & quantum voluerint .... Hæc igitur, Deo cariſſime Imperator, receſſus mei cauſa fuit: nec recuſaverim aut in eremum abire, aut ſi neceſſe ſit per ſportam è muro demitti; omnia enim ſuſtinui, & cum feris habitavi, præſtolans hujus orationis ad te habendæ tempus; atque confidens, quod aliquando agnoſcendi ſint qui me calumniantur, & humanitas Tua manifeſtanda.

I p.697 novum nuntiis acceptis cogitur ad eremum redire.

I p.699

279 *Ex his apparet, quod principio dixi, apologeticam hanc orationem eo fine compoſitam eſſe, ut aliquando coram Imperatore recitaretur: & quidē in eremo eam eſſe compoſitā poſt feſta Pentecoſtalia, nuntiumque de litteris adverſus ſeſe atque Frumentium ad Auximenſes Principes miſſis. In hac autem, ut ſuam erga Imperialia decreta oſtendat reverentiam, non ſolum proteſtatur exiturum ſe fuiſſe urbe ſua, ſi vel juſſiſſet Conſtantius, vel ſcripſiſſet; adeoque nihil opus fuiſſe nocturna illa & inſidioſa, contra quam promiſerat Syria ts, aggreſſione: ſed* uti *inquit* tunc non reſtiti decreto uo, *quod nullum exhibebatur*; ita neque nunc cona or regredi Alexandriam, donec id pietas Tua juſſer: hoc autem jam ante prædico, ne circa hoc quoq e inveniant ſycophantæ mei calumniandi occaſionem.

ſine mandato Imperatorū non regreſſurus Alexandriam.

I p.691

B

280 *Quares, ubi & inter quos, & tunc & poſtea, vixerit Athanaſius? Reſpondet Nazianzenus, quod* in ſacris illis & divinis Ægypti *ac vicinarum Ægypto ſolitudinum* ſcholis, ubi exercebantur, qui ſeſe à mundo ſequeſtrantes, & deſerta adamantes, vivebant Deo, magis quam ceteri omnes qui verſantur in corpore: quorum alii vitam prorſus ſolitariam & ab hominum ſocietate remotam agebant, ſibi ipſis dumtaxat loquentes & Deo, neque de mundo quidquam notum habentes niſi quantum colebant in eremo; alii caritatis legem in communitate ſectantes, eremitæ ſimul & cœnobitæ, ceteris quidem hominibus & negotiis mortui ... invicem ſibi mundus erant, ipſaque conjunctione virtutem exacuebant. Cum his, *inquit Nazianzenus*, converſans Magnus Athanaſius ... Solitariam vitam ita cum ſociali conciliavit....ut uniret inter ſe quietam operationem & operoſam quietem; & palam faceret monaſticam profeſſionem, morum conſtantia magis, quam corporis ſeceſſione exprimi ....

ibi inter monachos viveas,

C

281 Ita fiebat ut qui multum alios ſuperabant virtute, multum ab ipſo ſuperarentur: & eo quo excellebant ceteris, modicum quidpiam conferentes ad Epiſcopalem perfectionem; multo ampliorem ex ipſo utilitatem reciperent ad philoſophiam; eiſque pro lege eſſet, quidquid ipſe cenſuiſſet; quidquid autem reprobaſſet, interdictum crederent; ejus decreta obſervantes, tamquam Moſaicas tabulas; eiſque majorem deferrent reverentiam, quam homines paſſim rebus ſacris deferant. Cum vero contingebat ſupervenire ex iis aliquos, qui virum ſanctum ubique veluti feram quamdam inveſtigabant (nec enim ſcrutantes omnia eumdem inveniebant) ipſi tales nec alloquio quidem dignabantur; ſed protendebant cervices gladiis, tamquam ſi pro Chriſto decertarent, & aliquid acerbi pro illo pati maximam philoſophiæ partem exiſtimarent, longiſque jejuniis & humicubationibus ac ceteris quibus innutriuntur exercitationibus ſublimiorem divinioremque.

nonnihil ſibi, multum ipſis proficit,

mori etiam pro eo promptū.

D

282 *Huc videtur ſpectare epiſtola de Græco in Latinum tranſlata, atque in fine operum Luciferi Calaritani vulgata, qua* Athanaſius ſolitariæ vitæ ſtudentibus, & in fide Dei roboratis ac dilectiſſimis Fratribus, in Domino ſalutem *mittens*, hortantibus ſinceriſſimis Fratribus, *per quos intellexerat eſſe quoſdam*, qui quæ ſunt Arii ſapiunt, circumeuntes monaſteria propter nihil aliud, niſi ut, quaſi ad ipſos venientes & ab ipſis revertentes, ſimplices ſeducant; Studui, *inquit*, ſcribere *vobis*, ut piam fidem, quam in vobis Dei gratia operatur, ſincere & ſine dolo cuſtodientes, non detis occaſionem ſcandali Fratribus. Cum enim quivis in Chriſto fideles, viderint vos communicare cum talibus vel cum eis pariter orare, utiq; opinantes indiſcretū * hoc eſſe, incidunt in cœnum impietatis. Ut ergo nihil tale fiat, ſit vobis voluntas, cariſſimi, eos qui ſapiunt quæ ſunt impietatis Arii, avertere; eos autem qui putantur quidem non ſapere quæ ſunt Arii, orant autem cum impiis, devitare: & maxime, quia quorum ſenſus execramur, horum etiam communionem convenit fugere. Si quis itaque venit ad vos, ſiquidem adfert ſecundum B. Joannem veram doctrinam, dicite huic Ave, & ſicuti Fratrē hunc talem ſuſcipite. Si quis autem ſimulat quidem confiteri ſe rectam fidem, apparet autem communicare illis; hujuſmodi hominem hortamini quidem abſtinere ſe à tali conſuetudine, & ſiquidem promiſerit habetote & hunc quaſi Fratrem; ſi vero contentioſo animo perſeveraverit, hunc quoque vitate.

iiſdem deinde ſcribit

quomodo agendum cum Arianis aut ſuſpectis

** id eſt, indifferens* ἀδιάφορον

E

283 *Incertum eſt quando & ubi Athanaſius hæc ſcripſerit: de tempore tamen veroſimilis mihi conjectura videtur, quod non ſtatim primis ſuæ ſeceſſionis annis, ſed corroboratâ penitus Arianâ impietate ac veluti jam pacem nactâ, hæc dictaverit. Fortaſſis etiam non amplius degebat in vicinis Alexandriæ monaſteriis, eratque hoc tempus de quo in epiſtola ad Luciferum Calaritanum circa annum* CCCLX *data ita ſcribit.* Etſi credo perveniſſe etiam ad ſanctitatem tuam de perſecutione, quam etiam nunc adverſus fraternitatem facere conati ſunt inimici Chriſti, quærentes ſanguinem noſtrum; poſſunt tamen etiam cariſſimi noſtri referre religioni tuæ. In tantum enim rabiem per milites extendere auſi ſunt, ut non ſolum civitatis Clericos effugarent, ſed etiam ad Eremitas exirent, & funeſtas ſuas manus adverſus μοναζοντας immitterent. Inde factum eſt, ut etiam ego me longius abducerem, ne etiam qui nos ſuſceperunt negotium ab eiſdem paterentur .... Licet igitur Ariana inſania cum externa potentia ita ſe movebat, ut non liceret Fratres, nec, quantum illi ſæviebant, libere aërem videre; tamen juxta orationes tuas Deo favente, etſi cum labore & periculo, videre potui Fratrem, qui ſolet tam neceſſaria quam epiſtolas, tam tuæ ſanctitatis quam aliorum, deſtinare.

Cum longius receſſiſſet,

F

284 *Miſſi ſcilicet à Lucifero ad Athanaſium erant Fratres, de communibus utriuſque curis & afflictionibus collaturi; quos excuſat Sanctus ad ſe non potuiſſe admitti: quod iterum in fine epiſtolæ faciens,* De Fratribus autem noſtris, *inquit*, ſi minus potui videre eoſdem, ignoſcas peto. Eſt enim ipſa veritas teſtis, optaſſe me & deſideraſſe hoc impetrare, & tantum habuiſſe dolorem quod non potui: nam nec lacrymæ ceſſaverunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec Fratres permittimur videre. Teſtis eſt autem Dominus, quia nec parentes quos habeo potui videre, ex quo perſequuntur nos. Quid enim non faciunt Ariani? Itinera obſervant, curas agunt de proficiſcentibus & exeuntibus de civitate, naves quærunt, eremias gyrant, domos perturbant, concutiunt Fratres, ſingulis negotia concinnant: ſed Deo gratias, dum hęc agunt, tanto magis & plus execrantur ab omnibus, & cognoſcuntur vere, ut dicit ſanctitas tua, mancipia eſſe Antichriſti.

miſſos à S. Lucifero Fratres videre non potuit,

propter intentam Arianorum cuſtodiam:

285 Ad

A 285 *Ad hoc idem tempus exiſtimo pertinere, quod ad longe priores annos, antequam ad Conſtantem in Europam abiret Athanaſius, refert Ruffinus lib.* 11 *cap.* 18, Toto, *inquiens,* orbe profugus agitur Athanaſius, nec ullus ei tutus ad latendum ſupererat locus. Tribuni, Præpoſiti, Comites, exercitus quoque ad inveſtigandum eum moventur: præmia delatoribus proponuntur, ſi quis vivum maxime; ſi id minus caput certe Athanaſii detuliſſet: & ita toti... ...gni viribus fruſtra, adverſus eum cui Deus aderat, certabatur. Interea .... ita latuiſſe fertur in lacu ciſternæ non habentis aquâ, ut ſolem nunquam viderit. Sed cum per ancillam, quæ ſola conſcia dominorum officiis, qui ei latebras præbuerant, videbatur, indicatus fuiſſet; tamquam Dei ſpiritu admonitus, ipſa nocte, qua ad eum comprehendendum cum judicibus veniebatur .... migravit ad alium locum. Ita illi qui venerant fruſtrati, dominis quoque in fugam verſis, de ancilla, ut falſa indice, pœnas ſumunt.

tunc videtur etiam latuiſſe in ciſterna

286 *Locum hunc totum in ſuis Martyrologiis deſcripſerunt Ado atque Notkerus, errantemque ſecuti Ruffinum etiam ipſi errarunt in tempore: quod non feciſſent, ſi animum applicuiſſent ad* ſex continuos annos, *quos latebræ illi Ruffinus tribuit; non quidem vere, ſed tamen ex ſermone vulgi; haud dubie intelligentis totum illud tempus, quo poſt irruptionem Syriani uſque ad mortem Conſtantii delituit Athanaſius, licet non in iiſdem ſemper, ſed mutatis ſubinde latebris. Sozomenus lib.* 4 *cap.* 9 *eadem tranſcribens, annos quidem numerato non exprimit, dicit tamen* ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ longo tempore *ſic delituiſſe Sanctum, & ad Conſtantii Imperium iſta refert, cujus fere totum tempus ille in Occidente tranſegit, ac proinde eadem eget correctione.*

non autem in priori perſecutione neque per ſex annos.

B

CAPUT XXV.

S. Athanaſii lucubrationes tempore ſexennalis receſſus editæ.

Summa atque exceſſit Alexandria

287 VT *alibi numquam, ita nec in ſolitudine deſidem vitam egit Sanctus; ſed quando non potuit lingua, ſcripto conatus eſt veritatem defendere. Primum omnium ſcripta videtur* Apologia de fuga ſua, *tunc inita* quando

1 p. 701 à Syriano Duce perſecutionem patiebatur: *& quidem ita ſtatim poſt eam ſcripta videtur, ut cadium, à Syriano eccleſiam invadente patratarum dum adhuc ipſe in ſacrario eſſet, necdum factus eſſet certior cum ſcriberet, gratias agens Deo quod ſalvari potuiſſet* populo prius dimiſſo, *& nulla facta alterius violentiæ mentione, quam qua ipſummet intercipere Dux & milites moliebantur. Neque ab hac ſententia dimovere me poteſt, quod videam, poſt narratam Oſii vexationem, lapſus quoque, in quem per imbecillitatem ſenilem eſt inductus anno* CCCLVII, *fieri mentionem. Apparet enim manifeſte, hanc eſſe parentheſim, poſtea adjectam margini ab ipſomet Athanaſio, & à librariis imperite inſertam textui, alias optime coherenti, qui talis de Oſio eſt.* Contra hunc

ſcriptâ Apologiâ de fuga ſua

C

1 p. 764 *(cui poſtea acceſſit parentheſis de Oſii lapſu)* quoque, *tantarum ſcilicet, quantas præmiſit, laudum virum,* audacter ſe intulerunt: quia etiam ipſe, ſciens quas calumnias mihi cauſa impietatis ſtruxiſſent, eorum contra me inſidiis non ſubſcripſit... Inde vero Alexandriam rurſus aggrediuntur, denuo me quærentes ad necem *per Syrianum, uti conſequenter exponit ante adventum Georgii. Vbi nullum vides patere locum interjiciendi quidquam, quod ſit irruptione Syriani poſterius, ſalva contextus illius integritate.*

reſpondet Arianis eum accuſantibus:

288 *Qua porro occaſione ſcripſerit indicat, exordiens ab his verbis:* Audio Leontium, qui nunc eſt Antiochiæ *(non fuit autem niſi uſque ad annum* CCCLXVIII, *adeo ut inter ejus mortem & Oſii lapſum, de quo ſupra, exiguum admodum tempus mediarit)* & Narciſſum ex Neroniade,

1 p. 701 & Georgium modo præſidentem Laodiceæ, ac reliquos cum ipſis Arianos multa obgannire & convitiari, ignaviæque imputare, quod ab ipſis ad necem quæſitus ultro me non tradiderim. *Idque oſtendit exemplis ex Scripturis ſacris à ſe fieri & potuiſſe, & vero etiam debuiſſe, & aliud nihil ipſos dolere, quam quod concupiti ſceleris facultatem amiſerint, idque ſuam æſtimare injuriam ac propterea iraſci.* AUCTORE D. P

289 *Porro qui ex manibus quærentium animam ſuam elapſus, iſta in eremo ſcripſerat; inde paulo poſt egreſſus cum bona ſpe ac fiducia cauſæ ſuæ apud Conſtantium defendendæ, ut vidimus, in viam ſe verſus illum dedit: ſed quouſque pertenderit non explicat ipſe, videtur tamen occaſionem dare ſuſpicandi, quod uſque in Syriam aut Palæſtinam.* Etenim Epiſtolam encyclicam contra Arianos 1 p. 283 ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ *ſcribens, quæ ſub nomine* primæ orationis contra Arianos *operibus ejus inſeritur, ante alias quatuor ejuſdem argumenti (ſicut collectoribus appellare placuit)* orationes, *de quibus conjecturam fecimus in Præfatione, priorem eſſe alterius operis grandioris partem, abſque ullo ad eam quæ prima dicitur orationem reſpectu; hanc inquam Epiſtolam ſcribens Sanctus, ſimul indicat ſe tunc in Ægypto non fuiſſe, ſimul ſcribendi occaſionem ſic exponit.*

deinde ſcribit encyclicam ad Epiſcopos,

290 Audivi, in his regionibus commorans (ſic 2 p. 287 enim nuntiarunt veri Fratres & doctrina orthodoxi) quod aliqui ſecundum Arium ſentientes convenerint, & de fide ſcripſerint, velintque ad vos mittere, ut

E

ſubſcribatis pro eorum beneplacito, aut potius prout eis inſpiravit diabolus; exilium autem ſuſtineat qui eumque contradixerit.... In quo multa ſane utuntur vafritie, idque agunt ut mihi quidem videtur duabus potiſſimum de cauſis; prima quidem, ut ſubſcribentibus vobis ceſſare videatur nominis Ariani infamia, & ipſi interim lateant, quaſi eadem cum Ario non ſentientes; altera, ut iſta ſcribentes obliterent memoriam Synodi apud Niceam celebratæ, fideique in ipſa contra hæreſim Arianam expoſitæ. *Hæc aliaque præfatus, cum oſtendiſſet quam merito debeat eſſe ſuſpecta iſta innovandarum formularum fidei inconſtantia, queritur quod Ariani,* pauci numero cum ſint, ſua velint præ omnibus valere; & quæ ipſi conſpirantes deſcripſere 1 p. 289 in angulis, conentur ſtabilire diſſolvendo ſic œcumenicam, eamque ſinceram & puram Synodum.

ne formulas ab Arianis offerenda ſubſcribant.

eo quod ſuſpecta eſſe debeat,

291 *Tum ſingulos nominans formulæ iſtius auctores, quam poſſis Antiochiæ conſcriptam credere, numero circiter octodecim; omnes oſtendit ab Euſebianis ordinatos, ad Orthodoxos Epiſcopos per calumniam ſubvertendos; &* ob eamdem, *inquit,* cauſam Georgium quemdam ex Cappadocia conduxerunt mittendum ad vos, cujus 1 p. 290 tamen nulla habenda eſt ratio: dicunt enim in his partibus, quod nequidem Chriſtianus omnino ſit,

F

ſed idolorum zelator, & moribus carnifex; ideoque ab eis electum eſſe, ut poſſit injurias, rapinas & cædes facere: ad hæc enim exercitatus eſt diu, & quæ Chriſtianæ fidei ſunt prorſus ignorat. *Necdum ergo Alexandriam pervenerat Georgius, imo nec fama quidem adhuc Ægyptiis notus erat, cum hæc ſcriberet Sanctus, menſe ſcilicet Februario exeunte aut ineunte Martio anni* CCCLVI; *interim Cardinalis Baronius, epiſtolam hanc uſque ad annum* CCCLXI *diſtulit.*

& ne Georgii Cappad. ab eis mittendum ſuſcipiant.

292 *Cauſam quidem ita ſentiendi allegat Baronius, quia* 1 p. 305 *dicit Sanctus, quod* Meletiani ab annis quinquaginta quinque ſchiſmatici facti, Ariani vero ſint ab annis triginta ſex declarati hæretici, & judicio œcumenicæ Synodi ejecti ab eccleſia. *Sed vel errorem eſſe numeri, vel hunc non ſpectare ad tempus Concilii generalis, ut ab hac ejecti, antea, puta Alexandrinâ in Synodo, fuerint hæretici judicati; multipliciter potuit notare Baronius, ſi otium ſibi ſumpſiſſet excutiendæ totius epiſtolæ. Vidiſſet enim in ea dici, quod* earum, *in quibus Athanaſius ſcribebat, regionum* plerique, cognita ſcribentium vafritie, parati ſunt adverſus illorum calliditatem uſque ad ſanguinem ſeſe 1 p. 303 opponere, propter ipſorum *Ægyptiorum* conſtantiam,

eam epiſtolam non fuiſſe ſeriùs ſcriptam

AUCTORE D. P. *eis in exemplum propoſitam ; quod poſt Ariminenſe conſilium non ſcripſiſſet.*

293 *Deinde poſt Synodum Seleucienſem, anni* CCCLIX, *in qua Nicæna fides manifeſte rejecta eſt , non provocaret adverſarios tamquam id numquam auſuros , ut* acculârent Nicęnam Synodum,quod repudiata impietate Ariana rectam fidem expoſuerit ſubſcribendoque formarit. *Notari etiam potuit , Euſtathium Sebaſtenum, aut Baſilium Ancyranum Semiarianos , anno* CCCLX *in exilium detruſos ab Arianis,non tantum perſtringi acriter, ſed nominari ut adhuc ſuam tenentes Sedem atque auctoritatem ; laudari etiam Hoſium & Liberium , citra ullam excuſationem imbecillitatis ac diſſimulationis in quam poſtea lapſi ſunt ; inter vivos denique numerari Cecropem, Pſeudo-epiſcopum Nicomedienſem , quem conſtat eo terræmotu , qui anno* CCCLVIII *menſe Auguſto urbem concuſſit , fuiſſe ruinis involutum.*

**videntibus oſtenditur indiciis.*

1 p. 301

294 *Maneat ergo, hanc quoque Epiſtolam unam eſſe ex primis Athanaſii poſt initam fugam operibus : ſecundum quæ nullum crediderim præferendum Apologiæ præmemoratæ ad Conſtantium , tunc ſcilicet ſcriptæ cum à ſuſcepto ejus adeundi conſilio triplici nuntio fuiſſet revocatus. In hac autem maximo ſemper cum honore Imperatorem appellat , nec in antehac memoratis ſcriptis,videlicet Syllogo & encyclica Epiſtola,quidquam in eum dicit acerbius; ſolum in fine Apologiæ pro fuga* Conſtantius hæreticus *appellatur , quod vereor ut ipſius auctoris ſit , aut ſaltem primæ ſcriptionis.*

Et hactenus quidem cum reverentia Conſtantii ſcripta omnia,

B

295 *Verum in prolixiſſimo illo,de quo in Præfatione egimus, d Solitarios opere , aperte in ejus impietatem invehitur ; ic demum etiam oſtendit ,* Conſtantium Pilato acer orem : Hic enim, *inquit* , animadverſa iniquitate,l vit manus ; ille vero Sanctos in exilium pellens , .ridet etiam dentibus. Sed quid mirum ſi per hæredum ſeductus ita immanis eſt adverſus Epiſcopos ; cum ne cognatis quidem, ut homo, pepercerit. Etenim necavit patruos, patrueles interfecit & ſocerum,cum adhuc filiam ejus haberet uxorem : neque cognatorum extrema patientium eſt miſertus : quin & jurisjurandi quod ſingulis fecerat prævaricator effectus, ſimili erga fratrem impietate auſus eſt uti. Simulat quidem ei ſe excitare monumentum , interim ejus ſponſam Olympiadem tradidit barbaris, *Armenia Regi ipſam conjungens.*

1 p. 856 *poſtea aperte ejus ſcelera redargnit*

In epiſtola ad Solitarios,

296 *Paulo autem poſtea, cum eumdem fatuitatis arguiſſet, qui ita ſe ſineret rapi impiorum conſiliis , perſecutionem ab eo motam ,* procœmium *eſſe ait* præparationemque Antichriſti. *Plerumque autem in tertia perſona loquitur, ut videatur, ſeipſum auctorem diſſimulare voluiſſe; & præter propoſitum ſuum eidem obrepſiſſe, ſi quando (quod raro accidit) loquatur in prima. Huic operi quomodo ſubnexum ſit antiquius aliud, quod* Syllogon *appellat , jam ſupra vidimus ; & quomodo ipſum , cum novo additamento de lapſu Liberii, miſſum ſit ad Serapionem Epiſcopum per epiſtolam, explicantem inſuper quid comperiſſet de morte Arii , etiam in Præfatione oſtendimus.*

C

cui additus Syllogus diu ante collectus.

297 *Incertum eſt quo tempore iſta ad Serapionem ſint miſſa ; credibile eſt tamen id factum prius quam ſcriberetur* Epiſtola *ſive liber* de Synodis, *quæ ſimiliter directa videtur ad Solitarios , & ſic orditur.* Veroſimiliter ad vos quoque pervenit fama ejus , quæ nunc in omnium ore eſt,Synodi: quaquaverſum enim miſſæ ſunt litteræ Imperatoris & Præfectorum, ad conventum vocantes. Jam quia diſcendi cupidi quæritis quid actum ſit, congruum judicavi , ea quæ aut vidi aut accurate cognovi vobis declarare ; ne ab aliis audientes animo dubio fluctuetis ; maxime cum ſoleant aliqui res geſtas aliter quam actæ ſint nuntiare. Niceæ igitur, quemadmodum ſtatutum fuerat, nullum Concilium coactum fuit ; ſed ſecundum edictum promulgatum eſt , ut Epiſcopi Occidentales Arimini Italiæ urbe convenirent, Orientales vero Seleuciæ cognomento Aſperæ, civitate Iſauriæ. *Sed numquid Athanaſius, uni-*

denique ſcripta Epiſtola de Synodis

1 p. 869

verſo pene mundo in ejus exitium conſpirante, Seleuciæ aderat , ut quæ ibi contra ſe & contra rectam fidem agebantur præſens potuerit ſpeculari? Ita quidem viſum Hermantio ; nobis fidem omnem videtur excedere præfidentia tanta , aut potius temeritas : qua enim ratione ſperare potuit occultum iſtic ſe futurum ? aut ſi fuiſſet , quomodo non expreſſius ac pluribus locis ſeipſum allegaſſet oculatum teſtem ? D

298 *Ergo quæ vidiſſe ſe dicit Athanaſius , exiſtimo eſſe publica Acta, tractatui iſti verbotenus inſerta : quorum aliqua tamen,ex Epiſcopio Alexandrino petenda, deeſſe ſibi uno alterove loco indicans, promittit ea cum nactus fuerit , ſubmiſſurum: cetera dicendus eſt fideli relatu audiviſſe, & ſcripſiſſe ipſo quo gerebantur tempore,atque abſolviſſe,antequam intelligere potuiſſet , quomodo Synodi Ariminenſis Legati ad Imperatorem, turpiter prævaricati cauſa pro cujus tuitione miſſi erant ,* X *Octobris anni* CCCLIX *ſubſcripſiſſent confeſſioni,ab Vrſacio & Valente Ariminenſibus Patribus eatenus fruſtra propoſitæ : quare nuſquam de his niſi cum honore loquitur. Abſoluto autem tractatui ſubjecit epiſtolas Conſtantii ad Ariminenſes & horum ad illum ; de quibus poſtea cognoſcens,habere exempla curarit ;* ut, *inquit* , cognoſcatis Imperatoris quidem impiam verſutiam ; Epiſcoporum vero firmam & immobilem pro veritate ſententiam. *Quod igitur inſeritur, de fidei formula Conſtantinopoli edita & Ariminum miſſa, ac deinde Antiochiæ mutata, deque ipſius Conſtantii morte,ab his verbis,* Ταῦτα γράψαντες ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ , *uſque ad* Τέως μὲν ἄχρι τούτων φθάσαντες ; *id cauſa abſolvendæ hiſtoriæ de variis fidei formulis, poſtea ab ipſo S. Athanaſio additum judicare convenit : & quidem poſt aliquem temporis lapſum , cum non ita diſtinctam amplius notitiam rerum memoria ſuggereret. De reliquo Concilii Ariminenſis ſucceſſu , quem in hac Epiſtola Athanaſius non attigit ,nihil hic pono: quoniam in eo (caventibus id de induſtria Arianis) nulla facta eſt Athanaſii mentio; ſed ſolum de fidei unitate conſtituenda. Quomodo vero ſub hoc prætextu recepta ſit tandem Vrſacii & Valentis confeſſio,verbis Catholica, ſenſu hæretica, præclare deſcribit Hieronymus in dialogo contra Luciferianos ; oſtenditque quam digni venia fuerint , qui, verbis ſenſum reſpondere rati , per meram ſimplicitatem ſubſcripſerant receperantque Valentem cum ſuis , quos prius generoſe damnarant ; agnita autem fraude , deteſtari cœperunt illius auctores ,* parati & ſubſcriptionem priſtinam & omnes Arianorum blaſphemias condemnare. *Fuit etiam in his S. Servatius Tungrorum Epiſcopus,ad cujus Vitam die* XIII *Maji plenius hæc res proponi poterit.*

1 p. 889

ante Synodi Ariminenſis lapſum,

905 & 907

illius lapſus excuſatio.

CAPUT XXVI.

Alia S. Athanaſii in ſolitudine ſcripta.

F

299 *Superiori Capite de iis egimus libris , qui hiſtorici cum ſint, potiorem huic commentario materiam ſuppeditarunt, ideoque debebant diſtinctius cognoſcendi proponi. Alia fere opera Theologica ſunt : in quibus primum mihi nominanda venit ad* Serapionem Epiſcopum (*ipſum , ut credimus, de quo ſupra*) *prolixa* epiſtola , *ac potius liber,* contra dicentes , quod Spiritus ſanctus creatura eſt, *hoc principio :* Litteræ tuæ ſanctæ affectionis datæ mihi ſunt in eremo : & quamvis acerba nobis incumbat perſecutio , multaque inveſtigatio eorum *qui quærunt nos ad mortem ; tamen miſericordiarum Pater & Deus totius conſolationis , conſolatus nos eſt per epiſtolam tuam. Etenim dilectionis tuæ atque omnium germanorum Fratrum recordatus , videbar eos mihi præſentes habere ; ideoque ipſam chartam diu tenui manibus. Aſt ubi in ipſam conjeci oculos, incepi denuo angi mœrore,propter eos quibus omnino propoſitum eſt impugnare veritatem.

Scribit epiſtolam ad Serapionem

1 p. 174

300 Scribebas namque, mi dilecte ac vere deſideratiſſime , dolens etiam ipſe,quod aliqui receſſerint quidem

A quidem ab Arianis, propter eorum blaſphemiam in Deum; ſentiant tamen contra Spiritum ſanctum, dicuntque ipſum dumtaxat creaturam eſſe, unumque eſſe ex adminiſtratoriis ſpiritibus, ac ſolo gradu differre ab Angelis. Eſt hæc ſane cum Arianis ſimulata pugna: revera autem contraria rectæ fidei aſſertio. Sicut enim illi negando Filium, negant Patrem; ſic etiam iſti diffamantes Spiritum ſanctum, diffamant Filium: & utrique bellum contra veritatem inter ſe partiuntur; ut dum hi contra Verbum, iſti contra Spirirum opinantur, eamdem ſtabiliant blaſphemiam adverſus Trinitatem .... *Contra hos igitur cum multa diſputaſſet eoſque ſolidiſſimis confutaſſet argumentis*, Ego, *inquit concludens*, quamvis in eremo agam, tamen propter impudentiam eorum qui alios avertunt à veritate, parvi feci irriſores noſtræ in dicendo humilitatis, & pauca ſcribens miſi pietati tuæ, rogans ut his acceptis partim ea corrigas, partim tenuiter dicta excuſes.

de divinitate Spiritus ſancti:

301 *Simili cum teſtificatione animi, magnifice de Serapione, de ſeipſo modeſte ſentientis, ſed longe minori prolixitate ſcripſit* adverſus eos qui dicunt, Filium creaturam eſſe, *initio tali*: Equidem arbitrabar etiam ſic pauca ſcripſiſſe, meque ipſum accuſabam magnæ imbecillitatis, quia non tantum potuerim ſcribere, quantum poſſibile eſt hominem dicere contra impie agentes in Spiritum ſanctum. Quia tamen quidam ex Fratribus uti ſcribis, etiam illa ipſa petunt in compendium redigi, ut in promptu habeant, quo interrogantibus de fide noſtra ſatisfaciant paucis, & impios coarguant; hoc quoque præſtiti, confidens quod conſcientiam habens bonam, ſi quid in his omiſſum fuerit, adimpleturus ipſe ſis.

item aliam de divinitate Filii Dei.

B 1 p. 166 *cum eſſet rogatus ſcripta de Spiritu ſancto redigere in compendiũ,*

302 *Quis à tali exordio non expectaret diſſertationem, longe diverſam ab ea quæ proponitur in titulo? Itaque iterum ad eumdem Serapionem ſcribens*, Admiraberis *inquit*, qui factum ſit, ut juſſus in epitomen contrahere epiſtolam ſcriptam de Spiritu ſancto, & rem totam explicare paucis; omiſſo, ſicut vides ſermone circa argumentum iſtud faciendo, ſcripſerim contra impie agentes in Filium dicenteſque ipſum creaturam eſſe. *Id vero cum oſtendiſſet ſe feciſſe congruenter*, ut ex cognitione Filii poſſimus apte conſequi cognitionem Spiritus ſancti; quia qualem cognoverimus eſſe proprietatẽ Filii ad Patrem, talem inveniemus Spiritus ſancti ad Filium: *id, inquam, cum oſtendiſſet, ſatisfacit priori Serapionis voto.*

quod non eſſe à ſe factum excuſat.

2 p. 10

facit autem poſtea,

303 *Ex cujus deinde reſponſo intelligens* hæreticorum impudentiam, *ſolo contentionis ſtudio arguentium*, Si non eſt creatura Spiritus ſanctus, ergo Filius eſt, ac duo fratres erunt Verbũ & ipſe; *& iterum*. Si ex Filio accipiet Spiritus atque ab eo datur; ergo avus eſt Pater & Spiritus ejus nepos; *reſpondet* non jam Chriſtianos ſed paganos videri poſſe, *qui talia* Cæſareæ & Scythopoli ludibundi *objiciunt*; *refutatis tamen ſophiſmatis prænotatis, tandem concludit*, Sufficit vos credere, quod non eſt creatura Spiritus, ſed Spiritus Dei eſt: quodque neque Patris vocabulum tribuendum eſt Filio, neque fas ſit dicere quod ipſe Spiritus idem ſit cum Filio, neq; quod Filius idem ſit cum Spiritu ſancto: ſed ſic eſt quemadmodum dictum eſt, & una in Trinitate Deitas, & una fides & unum baptiſma in ea datur.

C 2 p. 16 *& variis hæreticorum ſophiſmatis reſpondet.* 2 p. 21

304 *Cœpit Macedonius, Conſtantinopolitanæ Sedis uſque ad annum* CCCLX *Epiſcopus, ſuos de Spiritu ſancto errores palam facere, poſtquam ab Arianis diviſi Semiariani, ſola appellatione Conſubſtantialitatis rejecta, Catholicam de Filio doctrinam videbantur amplexi; adeoque poſt exitum Seleucienſis Synodi ad præcedentem Septembrem ſpectantis. Ejus autem ac ceterorum Semiarianorum Epiſcoporum depoſitio decreta fuit in Synodo Conſtantinopolitana menſe Ianuario. Proinde dicendum omnino, iſtas ad Serapionem epiſtolas omnes, aut intermedio trium menſium tempore, aut ſaltem primus anni* LX *menſibus eſſe conſcriptas. Eodem fere tempore oportet æſtimare, miſſam eſſe ab Athanaſio Epiſtolam ad S. Luciferum Calaritanum*, per Eutychetem Diaconum, *qua ſuo & omnium Confeſſorum nomine rogat, ut dignetur ad ſe deſtinare exemplum librorum quos ſcripſerat* ad Conſtantium Imperatorem pro Athanaſio; *alteramque, qua gaudet in iis ad ſe allatis perſpexiſſe* imaginem Apoſtolicam, fiduciam Propheticam, magiſterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cæleſtem, martyrii gloriam, triumphos adverſus hæreſim Arianam, traditionem integram Patrum noſtrorum, regulam rectam Eccleſiaſtici ordinis. *Hanc laudem Lucifero datam ab Athanaſio vehementer appendunt Marcellinus & Fauſtinus Presbyteri in ſuo libello precum; adduntque, quod iſtos Luciferi libros*, ut veri vindices, *ſuſpiciens Athanaſius*, in Græcum ſermonem tranſtulit, ne tantum boni Græca lingua non haberet. *Sed dum addunt ipſum hoc feciſſe*, cum per omnia ex integro ageret, *aculeum ſchiſmatis figunt, quaſi à fidei integritate poſtea defeciſſet, per eam qua deinde uſum videbimus erga lapsos indulgentiam.*

idque circa initium anni 360.

quando etiam ſcripta dua epiſtola ad Luciferum.

ejuſque libri Græce reddiți ab Athanaſio.

305 *Epiſtola ad Amicum data, ad demonſtrandum* quod Nicæna Synodus, animadverſa Euſebianorum calliditate, definitiones ſuas contra Arianam hæreſim congrue ac pie expoſuerit, *ſcribendo τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, & τὸ ὁμοούσιον*; *hæc, inquam, epiſtola videri poſſet circa hoc idem tempus ſcripta; ſi τοὺς τὸ Ἀρείου προσβεύοντας, cum quibus habita diſputatio cauſam illius ſcribendæ dedit, recte Nannius vertiſſet* Legatos: *intelligi enim poſſent Legati Synodi vel Ariminenſis vel Seleucienſis ad Conſtantium, quorum hi ſuſtinebant eas voces utpote à Scriptura non uſurpatas, eſſe eliminandas; iſti vero ſibi fiverant perſuaderi earum cauſa non eſſe contendendum. Verum laxa nimium, nec ſatis congrua eſt hujuſmodi verſio; & principium epiſtolæ, preſſius in Latinum verſæ, ſic habet*: Recte feciſti quod mihi declaraveris diſputationem à te habitam *πρὸς τοὺς τὸ Ἀρείου προσβεύοντας*, cum dogmatis Ariani aſſertoribus *ſive* æſtimatoribus: *nam & hoc ſignificat verbum προσβεύω, non tantum* legatione fungor. *Quod autem mox ſequitur*, in quibus erant Euſebianorũ ſodalium aliqui, & plures ex Fratribus cum Eccleſia ſentientibus, *id ſane indiget correctione; & pro ἐν οἷς ἦσαν, omnino legendum videtur, ἐν ᾗ ἦσαν, vel ἐν ᾗ παρῆσαν*, cui, *ſcilicet* diſputationi interfuerant.

Epiſtola ad amicum pro decretis Nicænis.

E

aliqua explicatione & correctione egens,

306 *Interim vero ex his colligitur, hæc ſcripta eſſet tum, cum maxime Euſebianorum factio nominabatur, & antequã Nicæna fides ab alia ulla Synodo confirmaretur; cum alteriũ nullius fiat mentio, & ſolum urgeatur, quod evidentia veritatis convictus etiam Euſebius Cæſareenſis, Arianæ hæreſis damnationi ſubſcripſerit, & expoſitionem fidei Nicææ editam ſuæ Cæſarienſi Eccleſiæ commendarit per epiſtolam, quam in fine ſubjungere ſe ait: & in hoc appellat conſcientiam Acacii, qui Euſebio huic in Epiſcopatu ſucceſſit anno* CCCXXXVIII; niſi, *inquit*, etiam hic formidans temporis cauſa diſſimulet ac neget veritatem. *Quibus verbis ſatis indicatur, tunc necdum palã cognitam fuiſſe Acacii impietatem, remque actã eſſe ante Sarditenſe concilium in quo depoſitus ab Epiſcopa quamvis non ſecuto effectu, acrius tamẽ meruiſſet perſtringi.*

ſcripta videtur ante Sardicenſe Concilium.

F

307 *Porro ingrediens in materiam propoſitam Athanaſius, oſtenſuruſque Arianorum doctrinam, quam neuter Euſebius defendere potuerit, & eorum ſequaces fruſtra nituntur excuſare*, non ſanam eſſe ſed dæmoniacam; tametſi, *inquit*, in priori ad te Epiſtola prolixiori confutatione uſus ſum, nihilominus nunc poſteriores quemadmodum tunc priores illos profligemus, progrediendo per ſingula quæ ab illis dicuntur. Ajunt igitur, quod etiam illi ſentiebant, Non ſemper Pater, nõ ſemper Filius: nec enim Filius fuit antequã fieret, ſed ex nõ entibus factus etiam ipſe eſt. *Non extat quidẽ prior iſta Epiſtola, videtur tamẽ intelligi ſcripta ante Nicænũ Concilium, prius quam Epiſcopus eſſet Athanaſius: quidni ergo hæc de qua agitur ſcripta ſit haud diu poſt, cũ ſubſcriptiones ſuas retractantes Euſebiani dederunt ſequacibus ſuis fiduciam Nicænæ definitionis terminos cavillandi.*

haud ita diu poſt Nicænũ,

1 p. 253

ante quod aliam contra Arianos ſcripſerat.

AUCTORE D. P.

308 *Quemadmodum autem hæc epiſtola non eſt ejus de quo agimus ſexennii, ante Conſtantii mortem decurſi, ſed temporis longe anterioris; ita & aliæ epiſtolæ atque opuſcula varia, de quibus neque antehac fuit occaſio dicendi aliquid, neque nunc occurrit quidpiam ſingulariter faciens ad hiſtoriam. Et talis etiam eſt epiſtola* De Dionyſio Alexandriæ Epiſcopo, quod etiam ipſe contra Arianam hæreſim ſenſerit, æque ac Nicæna Synodus, eumque fruſtra calumniantur Ariomanitæ tamquam ſibi conſentientem. *Colitur S. Dionyſius, inſignis ſub Valeriano Confeſſor, apud Græcos die* III *Octobris, apud Latinos* XVII *Novembris, ubi licebit diſtinctius hæc tractare tum ex hac Epiſtola Athanaſii, tum ex una de pluribus ipſius S. Dionyſii, quæ ad cognominem ſibi S. Dionyſium Papam ſcripta & ab Athanaſio inſerta Epiſtolæ de Synodis, ſic incipit* : Etiam aliâ epiſtolâ redargui quod contra me inferunt crimen, quaſi non dicerem, Conſubſtantialem Deo eſſe Chriſtum: licet enim vocem hanc dixi non inveniri neque legi alicubi in ſacris Scripturis; argumenta tamen mea, quæ ſequuntur & ipſi reticent, non abludunt ab hac ſententia.

1 p. 545 *poſtea vero ſcripſit de Dionyſio Ep. Alexand.*

1 p. 904

309 *Philippus Labbæus noſter, tomo* I *Diſſertationis hiſtoricæ de Scriptoribus eccleſiaſticis, enumerat omnia quæ ſub Athanaſii nomine continētur in ea, quam ſequimur, Pariſienſi editione anni* MDCXXVII; *eaque accurate notat, quæ ſibi aliiſve aſcriptitia videntur. Eum lector conſulat; hic ſatis habeo monuiſſe longam illam tractatuum parvorum ſeriem adverſus Macedonianos, alioſque circa varias quæſtiones, qui continentur tomo* 2 *a pag.* 261 *ad* 328 *interprete Abrahamo Scutero, à viris eruditis pridem fuiſſe abjudicatos S. Athanaſio. Sunt qui S. Maximo Martyri eos tribuant, Labbe putat eſſe Theodoreti; nec enim ſatis ſanæ doctrinæ ſunt etiam ipſi, ſaltem non omnes. Verum poſtquam prodierunt Marii Mercatoris S. Auguſtino coævi opera, à noſtro Ioanne Garnerio illuſtrata, & cum his ejuſdem* excerpta ex libris Theodori Mopſueſteni, Theodoreti Cyrenſis, & Eutherii Tyanenſis *Epiſcoporum, cœpit manifeſte conſtare dictos ſermones aut omnes aut pleroſq; eſſe prænominati Eutherii. Vt enim oſtendat Marius,* patet actis Neſtorii Theodorique ac Theodoreti blaſphemiis, quod eadem fuerit Eutherii ac illorum impietas, ſed callidius atque adeo perniciosius inſinuata fidelium animis, Approbemus, *id inquit* ex ſermonibus quos conſcripſit in aliquot Catholicorum ſententias & eam maxime B. Cyrilli Alexandrini Pontificis, quam de Chriſto protulit *Epiſtola* 3 *ad Neſtorium,* dicens, Paſſus eſt impaſſibiliter: quæ ſententia Catholicæ veritatis auctoritate munita hoc aſſerere nititur, ut unus idemque Dei filius ſecundum divinitatem impaſſibilis, ſecundum carnem paſſibilis eſſe credatur. *Mox autem ſermonis ejus qui habetur pag.* 305 *ſub iſtius ſententiæ titulo partem fere tertiam profert,* ut Eutherii verſuta pravitas, & nihil apud fideles ulterius valitura, prodatur.

B

C

Quædam opuſcula Eutherii Neſtoriani non recte ad ſcripta Athanaſio,

1 p. 309 *uti etiam liber de virginitate.*

310 *Mihi inſuper ſuſpectus eſt tractatus* de Virginitate ſeu de exercitatione Virginis, *tum ratione ſtyli, valde, ut mihi quidem videtur diverſi; tum quod ipſum in concluſione videam appellari βιβλιον, cum Athanaſius, in iis omnibus quæ Græce extant, præ animi modeſtia, maluerit nomen ἐπιστολῆς, ſuis quantumvis prolixis lucubrationibus: eſt alioqui præclarum opus, & præclaram ſacræ cuicumque Virgini vitæ ac converſationis ſolitariæ regulam præſcribit, omninoq; iis exaratum videtur quæ extra aſceteria puellaria domi ſuæ vitam à ſeculi turbis reductam agebant.*

ejus conſolatoriæ ad Virgines perierunt.

311 *Tales veroſimiliter etiam illæ erant, ad quas* Conſolatorios *ſcripſit* ſermones, *unde Theodoretus lib.* 2. *cap* 14 *hæc verba excerpſit,* Quocirca nemo veſtrum efficiatur mœſta, ſi etiam vobis dum ſepelimini invident impii prohibentque efferri. *Erant enim ex earum numero, quarum plures ſub Gregorio aut Georgio paſſæ ſunt Alexandriæ. Et quoniam addit Theodoretus, eo uſque excreviſſe Arianorum crudelitatem,* ut portas obſtruerent, & dæmonum inſtar ſederent ad monumenta, ne quis decedentium ibi deponeretur: *datur locus conjectandi, ad Georgii potius quam Gregorii tempora, adeoque ad primos latentis in eremo Athanaſii annos pertinere ſermones hujuſmodi, qui utinam aliquando in lucem veniant, hactenus nuſquam reperti!*

D

CAPUT XXVII.

Mors Conſtantii & Georgii: S. Athanaſii regreſſus in Eccleſiam.

Anno 361 *moritur Conſtantius,*

312 SExtum fere annum in ſua ſolitudine egerat Athanaſius, quando viſum eſt Deo aliquo melioris ſpei radio conſolari Eccleſiam Alexandrinam, legitimi Paſtoris abſentia & graſſantis lupi immanitate afflictiſſimam. Anno enim Chriſtianæ Æræ CCCLXI, deſcendens contra Iulianum Imperator Conſtantius, Mopſucrenæ in confiniis Cappadociæ atque Ciliciæ, die III *Novembris,* haud malum malo imperio finem impoſuit; eorum quæ inſipienter egerat pœnitens, ut ajunt, ſub extremum ſpiritum, quando unuſquiſque judex ſuarum rerum eſt incorruptus, propter inſtans in altera vita judicium: conſcium enim ſibi fuiſſe trium malorum, quod propinquos necaſſet, quod apoſtatam extuliſſet, quod in fide novitatem lectatus eſſet; & in his vocibus deceſſiſſe eum dicunt.

3 p. 18

de cujus pœnitentiâ fama perlata ad Nazianzenum

313 *Ita Gregorius Nazianzenus in laudibus Athanaſii, cujus verba, ut nunc leguntur in Græco,* κακὸν ἐ κακῇ ἀρχῇ κεφάλαιον, *viſa omnino ſunt tranſpoſitione negativæ particulæ* ἐ *indigere: niſi potius corrigere & legere malis* κακὸν ἐ; κακῇ bonum non bono principio finem imponens. *An autem vera fuerit fama cui Nazianzenus credidit de pœnitentia Conſtantii, vehementer ambigo, ſaltem quoad tertium punctum: nam Athanaſius in ea parentheſi, qua interpolatam fuiſſe diximus epiſtolam de Synodis, expreſſe habet, quod Ariana* impietatis anteſignanus Conſtantius, in eadem uſque ad finem perſeverans, ac demum moriens, voluit baptizari non à viro aliquo pio, ſed ab Euzojo, propter Arianam hæreſim non ſemel ſed ſæpius excommunicato.

E

non videtur credita ab Athanaſio.

2 p. 907

Iliſuccedens Iulianus apoſtata

313 *Vt ut ſit volens nolensve Imperium Iuliano reliquit, filio Iulii Conſtantii, ejus qui magni Conſtantini frater, ipſiuſque Conſtantii ſocer fuerat. Iulianus autem, ſicuti encomiaſtes ejus Ammianus Marcellinus ſcribit lib.* 22, *qui animo ſemper idololatriam foverat,* ubi adeſſe ſibi liberum tempus faciendi quæ vellet advertit, ſui pectoris patefecit arcana, & planis abſolutiſque decretis, aperiri templa, ariſque hoſtias admoveri, & reparari Deorum ſtatuit cultum. Utque diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum Antiſtites cum plebe diſciſſa, in Palatium intromiſſos monebat, ut civilibus diſcordiis conſopitis quiſque nullo vetante religioni ſuæ ſerviret intrepidus: quod agebat ideo, ut diſſenſiones augente licentia, non timeret unanimantem poſtea plebem.

exules Epiſcopos redire permittit.

F

Georgius Alexandrinis ethnicis formidatus,

314 *Tali igitur animo cum exules cujuſcumque ſectæ Epiſcopos ad ſua redire permitteret Iulianus; mirum haud eſt, quod Athanaſius non crediderit, per ejuſmodi edictum tuto ſeſe rediturum Alexandriam, ubi adeo violentam tyrannidem exercebat Georgius, ut ipſis quoque ethnicis intolerabilis evaderet. Nam* reverſus ex Comitatu Principis, *Conſtantii ut exiſtimo, cui contra Iulianum moventi extremum ſe ſtiterat,* cum tranſiret per ſpecioſum Genii templum *(teſte prædicto Ammiano)* multitudine ſtipatus ex more, flexis ad ædem ipſam luminibus, Quamdiu, inquit, ſepulcrum hoc ſtabit? Quo audito, velut fulmine multi perculſi, metuenteſq; ne illud quoque tentaret evertere, quidquid poterant in ejus perniciem clandeſtinis inſidiis concitabant.

ab iiſdem S. Artemii cauſam aggravantibus,

315 *Interim* Artemius ex Duce Ægypti, Alexandrinis urgentibus atrocium criminum mole, ſupplicio capitali mulctatus eſt, *Antiochiæ* XX *Octobris, quando ejus illuſtriſſimum martyrium à Græcis Latiniſque recolitur. Nam quod partem habuiſſet in cæde Galli à Conſtantio imperata, nō niſi per meram calumniam imputatū ei fuit; neq; habuerunt quod ei objecerēt Alexandrini, niſi quod circa everſionē ſanorum*

A *fanorum ethnicarumque ſuperſtitionum prohibitionem fuerit Conſtantii decreto executus, aut eadem exequenti Georgio auctoritatis ac poteſtatis ſuæ robur commodarit. Præfecerat autem eum Conſtantius Romanæ in Ægypto militiæ, poſtremo vitæ ſuæ tempore; & ipſe officii cauſa ad Iulianum accedens, videnſque Eugenium & Macarium Antiochenos Presbyteros fidei cauſa concidi flagris, Imperatorem libere coarguerat, eaque libertate ejus in ſe iracundiam concitarat: cui in vincula conjecto credibile eſt ſuperveniſſe ex ethnicis accuſatores Alexandrinos, ipſius & Georgii cauſam invidioſis delationibus aggravaturos.*

accuſatur etiam ipſe;

316 *Dum autem hæc Antiochiæ aguntur, Alexandriæ res accidit, quæ Georgium, Artemii protectione deſtitutum, præcipitavit. Eam Socrates ſic narrat lib. 3. cap. 2.* Locus erat in civitate, ab antiquis temporibus deſertus & neglectus, multiſque refertus ſordibus, in quo Gentiles olim Mythræ ſacra peragendo humanas immolabant victimas. Hunc Conſtantius, velut pridem inutilem, Eccleſiæ Alexandrinæ attribuerat, & Georgius ibidem volens oratorium conſtruere, purgari juſſerat. Eo autem purgato, inventum eſt adytum alte defoſſum, in quo abdebantur Græcorum myſteria, calvariæ ſcilicet hominum plurimæ, juniorum ac ſeniorum, quos fama erat ibi olim occiſos, quando

& propter myſteria gentilium riſui expoſita,

B divinationibus magicis extorumque inſpectionibus utebantur Gentiles. Talia igitur cum in adyto reperiſſent Chriſtiani, feſtinarunt publico omnium riſui exponere Ethnicorum myſteria, & quaſi triumphabundi nuda oſtentabant crania. Quod videntes qui erant Alexandriæ, *recentibus Iuliani edictis effecti fidentiores, & rei ſibi* intolerabilis indignitate ad iram concitati, quidquid occurrebat accipientes pro armis irruerunt in Chriſtianos, multoſque ex iis vario mortis genere interemerunt, alios gladiis, alios lapidibus fuſtibuſve mactantes, vel funibus ſtrangulantes, quoſdam etiam crucifigentes, idque in opprobrium Crucis; pleroſque vero vulneraverunt: nam ut in talibus fieri aſſolet, nec à familiariſſimis quidem abſtinebantur manus, ſed amicus amicum, frater fratrem, parentes filios, & hi viciſſim illos poſcebant ad mortem.

furente gentili plebecula.

abripitur in carcerem,

317 *Eodem tumultuantis plebis Ethnicæ impetu, Sozomenus lib. 5 cap. 7 ait,* impetum factum adverſus Georgium: quo tamen in præſentia repreſſo, eum dumtaxat habuerint in vinculis. *At vero, inquit Ammianus* perlato lætabili nuntio, indicante extinctum Artemium, plebs omnis *ethnica* elata gaudio inſperato (*&, juxta Sozomenum,* ſummo mane concurrens ad carcerem) *ac* vocibus horrendis infrendens, Georgium petit, raptumque diverſis mulctandi generibus proterens & conculcans, divaricatis cruribus [interficit]. Cumque eo Dracontius monetæ Præpoſitus, & Diodorus quidam veluti Comes, injectis per crura funibus ſimul exanimati ſunt .... Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadavera peremptorum, camelis impoſita, vexit ad littus; iiſdemque ſubdito igne crematis cineres projecit in mare; id metuens, ut clamabat, ne collectis ſupremis, ædes iis extruerentur, ut reliquis, qui deviare à religione compulſi, pertulere cruciabiles pœnas, ad uſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc Martyres appellantur. Poterantque miſerandi homines, ad crudele ſupplicium ducti, Chriſtianorum ope defendi, ni Georgii odio omnes indiſcrete flagraſſent.

& poſt nuntiatam Artemii mortem,

C

crudeliſſime occiditur,

cum aliis duobus, quorum melior forte cauſa fuit;

318 *Hæc Ammianus, ſcriptor Ethnicus, gnarus tamen quod apud Chriſtianos Martyrem faceret, non pœna, ſed cauſa; ſatiſque oſtendens, quidquid fuerit de cauſa Dracontii, ideo veroſimiliter in vincula dati,* quod aram in Moneta, quam regebat, recens locatam evertit; *& Diodori, forſitan Coëpiſcopi, accuſati* quod dum eccleſiæ ædificandæ præeſſet; cirros puerorum licentius detondebat, *Clericos ſcilicet ſeu Lectores ordinans; Georgium certe omnium Chriſtianorum, etiam Arianorum, odio gravatum, ab iiſdem* AUCTORE D. P. *permiſſum eſſe furori Gentilium, ejus non tam religione quam inſolentia offenſorū. Nazianzenus,* Notus vobis eſt, *inquit* Camelus ille, atque inſueta ſarcina, novaque celſitudo, primaq; ac, niſi fallor ſola, hujus formę circumductio, qualē etiam nunc injurioſis hominibus imprecamur.

319 *Addit quidem Nazianzenus, factum improbans, & veluti ipſiſmet Chriſtianis culpam imputans,* non tam conſiderandum quid pati ipſum, quam quid nos facere condeceret; *& Sozomenus fatetur,* Arianos prædicare, quod Georgius ea paſſus ſit ab Athanaſii fautoribus, *quem ab ipſis ſparſum rumorem videtur arripuiſſe Nazianzenus: gentilium tamen totum fuiſſe facinus, non tantum Sozomenus ſuſtinet, ipſeque ut vidimus Ammianus; ſed Imperator quoque Iulianus, minaci ad Alexandrinos ſcripta epiſtola, ſi quid ſimile ultra tentaverint (facta interim pœnæ gratia, reſpectu Alexandri conditoris, & protectoris eorum Serapidis)* Etenim per Serapin, *inquit vehementer increpans,* dicite mihi quæ tandem Georgii crimina vos in illum incitarunt? Reſpondebitis arbitror, quoniam in vos Conſtantium accenderit, deinde exercitum in ſacram urbem adduxerit, deinde Rex Ægypti (*ſic per ironiam appellat Artemium*) ſanctiſſimum templum ceperit, ſtatuas & donaria & ornatum omnem diripiens, . . . *in hoc* magis fortaſſe Georgium quam Conſtantium veritus, ſi humanius erga vos ageret... His itaque cauſis Deorum inimico Georgio irati, iterum ſacram urbem veſtram ſcelere polluiſtis, cum liceret eum ſententiis Judicum permittere.

quod quia per ſeditionem factum,

Iulianus improbat.

E

320 *His ita geſtis, redivit Alexandriam Athanaſius; & quidem, ut Nazianzeno viſum, triumphabundus. Nazianzeno conſentire videtur Hieronymus, contra Luciferianos ſcribens, quod* tunc (cū omnes Epiſcopi, qui de Sedibus propriis fuerant exterminati, per indulgentiā novi Principis ad eccleſias redirent) triumphatorem ſuum Athanaſium Ægyptus excepit. *Sed cum* triumphator *appellari poſſit Athanaſius, ob duorum priorum ingreſſuum feſtivitatem; non magis vocem hanc debemus præſenti aptare tempori, quam particulam* tunc *ad prima Iuliani initia.*

Extincto Georgio redit Athanaſius,

321 *Quæ autem cauſæ ſuaſerunt Athanaſio, ne edicto Imperatoris uteretur, quamdiu vivebat Georgius; eadem & multo majores perſuadere debuerunt, tum ipſi, ut non niſi quam modeſtiſſime regredi vellet; tum populo orthodoxo, earum quas Iulianus Antiochiæ & alibi variis prætextibus exercebat crudelitatum fama veroſimiliter conſternato, ut ſuam de reditu Paſtoris latitiam privatis potius quam publicis indiciis teſtarentur. Socrates lib. 3 cap. 4 de eadē re agens, aliud non dicit, quam quod* revertentem ab exilio Athanaſium populus Alexandrinus ἀσμενῶς, libenter alacriterque excepit. *Hic vero, qua quidē parte Chriſtianus erat (erat autē maxima) fere etiam orthodoxus erat & ab Ariana hæreſi alieniſſimus: ut mirum non ſit, quod idem populus, abſque alio tumultu,* Ariani dogmatis ſectatores ab eccleſiis expulit, omniaq; oratoria tradidit Athanaſio; Arianis ſuos privatim conventus intra obſcuras ædiculas celebrantibus, ubi & Lucium quemdam in locum Georgii ordinaverunt, *ut ſcribit idem Socrates.*

veroſimiliter abſque pompa,

& eccleſias recipit.

F

CAPUT XXVIII.

Alexandrina Synodus: cura Antiochenis impenſa.

322 *Reſtituto in ſuam Sedem Athanaſio, prima cura fuit providere, ut non ipſe tantum, ſed omnes ubique orthodoxi ſecum & inter ſe pacem haberent. Itaq;* Alexandrię Confeſſorū Concilio congregato, pauci numero, ſed fide integri & meritis multi, quo pacto, poſt hęreticorum procellas & perfidię turbines, tranquillitas revocaretur Eccleſiæ, omni cura & libratione diſcutiunt. Aliis videbatur, fidei calore ferventibus, nullū debere ultra ad Sacerdotiū recipi, qui ſe utcumq; hęreticę cōmunionis cōtagione maculaſſet. Sed qui, imitantes Apoſtolos, quęrebāt, nō quid ſibi utile ſed quid pluribus

Congregati Epiſcopi Confeſſores deliberant de lapſis,

AUCTORE D. P.

vel qui imitarentur Chriſtum, qui cum eſſet omnium vita, pro ſalute cunctorum humilians ſe deſcendit in mortem, quo ſcilicet inveniretur & in mortuis vita; dicebant, melius eſſe humiliari paululum propter dejectos, & inclinari propter eliſos, ut eos rurſus erigerent, nec ſibimet ſolis cælorum regnum defenderent; ſed eſſe glorioſius, ſi cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectum ſibi videri, ut tantum perfidiæ auctoribus amputatis, reliquis Sacerdotibus daretur optio, ſi forte velint abjurato errore perfidiæ ad fidem Patrum ſtatutaque converti, nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum converſione gaudere. Quia & ille Euangelicus junior filius, paternæ depopulator ſubſtantiæ, in ſemetipſum reverſus, non ſolum ſuſcipi meruit, ſed & dignus paternis complexibus deputatur, & annulum fidei recipit, & ſtola circumdatur, per quam quid aliud quam Sacerdotii declarantur inſignia? nec probabilis extitit apud patrem ſenior filius, quod invidit recepto; nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano.

& exceptis hæreſiarchis recipiendos pœnitentes decernunt,

Sanctis Aſterio & Euſebio adid deputatis.

323 Cum igitur hujuſmodi ſententias ex Euangelica auctoritate prolatas, ordo ille Sacerdotalis ut Apoſtolicas approbaſſet; ex Concilii decreto, Aſterio, ceteriſque qui eum ipſo erant, Orientis injungitur procuratio; Occidentis vero Euſebio decernitur. *Hactenus Ruffinus lib. 11. cap. 28 & 29. Cum autem etiam nonnulla circa ipſam fidem, præſidente in omnibus Athanaſio, definiviſſet Concilium,* plerique *ex Ægyptiis qui convenerant* in ſuas diœceſes redierunt: nos autem qui remanſimus Alexandriæ, una cum comminiſtris noſtris

1 p. 579

Aſterio atque Euſebio, quæ illi confeſſi ſunt breviter enarravimus vobis, *inquit Athanaſius in epiſtola, ſuo & ſociorum circiter viginti nominibus ſubſcripta, inſcriptaque Lucifero, Cymatio, & Anatolio, Antiochiæ tractantibus pro*

eaque de re ſcribunt Antiochiam,

iſtius eccleſiæ miſere diſſidentis pacificatione, unde in titulo dicitur epiſtola ad Antiochenos: *à quibus eodem invitati Ægyptii cum Athanaſio, reſponderunt, ſibi quidem non deeſſe eundi deſiderium;* Verum *inquiunt*, quia, ut in alia

1 p. 575

epiſtola indicavimus, eccleſiaſticæ neceſſitates nos detinent ... rogavimus comminiſtros noſtros Aſterium & Euſebium ad vos noſtro loco proficiſci; gratias agentes eorum pietati, quod cum ipſi etiam poſſent ad ſuas diœceſes properare, ſuis omnibus negotiis potiorem habuerint cauſam veſtram.

324 *Quæ ea cauſa fuerit ad Natalem S. Meletii explicuimus* XII *Februarii: rem paucis hic repeto. Tranſierat ad Conſtantinopolitanam Sedem Eudoxius Arianus, Leontio æque Ariano ſuffectus; mortuus etiam, uti omnino credimus, erat S. Euſtathius, pridem ab Arianis expulſus: ergo communi conſenſu partium electus erat Meletius. Sed hunc Ariani, præterquam fuerant opinati videntes profiteri Catholicam de Trinitate fidem, trigeſima poſtquam ordinaverant die ejecerunt in exilium; Catholici vero in partes diviſi ſunt, quibuſdam eorum Meletii ordinationem ideo rejicientibus quod eſſet facta ab Arianis; ceteris eidem inhærentibus, quod fidei cauſa relegatum Meletium ab Arianis conſtaret, & ordinationi ejus aſſenſum à Catholicis præſtitum nemo ignoraret, nec tantopere referre videretur quoſnam ea habuiſſet miniſtros, modo ordinatus Catholicus eſſet, ut eſſe ſe palam oſtenderat Meletius, licet aliqua diſſimulatione apud Arianos uſus. Itaque cum redituri eſſent in Occidentem Lucifer Calaritanus & Euſebius Vercellenſis Epiſcopus*, qui uterque in finibus Ægypti fuerat relegatus; *& ab hoc ille* exoraretur, ut ad videndum Athanaſium Alexandriam pergerent, communique tractatu cum his qui ſuperfuerant Sacerdotibus de ſtatu Eccleſiæ decernerent; præſentiam ſuam abnegans Lucifer, legatum pro ſe Diaconum ſuum miſit, ipſe autem intento animo Antiochiam perrexit.

(ubi Eccleſiæ pacem reformare Lucifer nitebatur)

325 *Interim circa id quod diſputatum Alexandriæ erat, prænominatis apud Antiochiam Epiſcopis ſcribens Athanaſius, ita præcipit*: Omnes volentes pacifice nobiſcum agere recipitote, maxime qui in Palæa (*Meletianorum hæc erat eccleſia*) conventus agunt; & alios ab Arianis revocate ad vos; tamquam patres, magiſtri, & curatores; voſque etiam adjungentes dilectis nobis Paulini ſectatoribus (*Presbyter hic erat, & partis Euſtatianæ dux*) nihil amplius ab eis exigite, quam ut execrentur Arianorum hæreſim, confiteanturque ſanctorum Patrum in Nicæa fidem; execrentur item eos qui dicunt Spiritum ſanctum eſſe creaturam, & diviſum ex ſubſtantia Chriſti. Hoc enim vere eſt recedere à ſcelerata factione Arianorum, ſi non dividas ſanctam Trinitatem, nec dicas aliquid ejus eſſe creatum.

D

ſolam Arianæ hæreſis abjurationem exigentes.

1 p. 575

326 *Similia alibi congregatæ Synodi Epiſcoporum orthodoxorum deinceps cenſuerunt, de quibus interrogatus Athanaſius à* Ruffiniano, Domino, filio, ac dilectiſſimo comminiſtro, *ita ſcribit*: Sedata quæ viguerat violentiâ, mox facta eſt Synodus, cui etiam aliqui ab externis regionibus Epiſcopi adfuerunt: facta eſt etiam à comminiſtris Græciam incolentibus, nec non in Hiſpania; & tam hic quam alibi ubique placuit ut lapſis, qui duces fuerunt impietatis, ſi pœnitentiam agerent, venia daretur, non tamen ſuus locus in Clero: iis vero qui impietati non oppoſuerunt

quod ab aliis quoque Synodis probari

2 p. 40

E

ſeſe, ſed abripi ſiverunt per violentam neceſſitatem, non tantum venia ſed etiam locus ſuus concederetur: eo magis quod non incongruam excuſationem proferant, idque videantur ex quadam diſpenſatione feciſſe: aſſerunt enim, ſe numquam ad impietatem tranſiſſe; ne tamen impiiſſimi quique in Epiſcopos ordinati corrumperent Eccleſias, maluiſſe potius obſequi violentiæ, & onus portare quam dimittere populos..... His de cauſis ignoſcendum fuit Clero, & ſeductis qui vim paſſi erant concedenda indulgentia. Ita & Romæ ſcriptum eſt & Romana ſuſcepit Eccleſia. *Ita Athanaſius, cujus hæc ultima verba, in operibus editis deficientia, ex Synodi Nicænæ 2 textu Græco ſupplevimus, ſuggerente Baronio magis integrum eum locum haberi inſertum Actioni 1 illius Synodi.*

ſcribit Athanaſius Ruffiniano Epiſcopo:

327 *Vix mihi poteſt videri dubium, quin Ruffinianus, ad quem ſcripta Epiſtola, Epiſcopus fuerit: hoc enim indicant tituli omnes, quibus eum appellat Athanaſius. Epiſcopum Neapoli in Campania, aut ſaltem in partibus illis fuiſſe, ſunt qui exiſtiment, de eoque intelligunt, locum in epiſtola ſeu libello precum Marcelli & Fauſtini Presbyterorum Lucifcrianorum ad Imperatores Valentinianum Theodoſium & Arcadium, ubi dicunt, quod* Ruffinianus, miræ quidem ſimplicitatis, ſed admirabilior in tuenda fide, effuſione ſui ſanguinis prævenit exilium: *addunt enim, quod eum*, cum pro integritate fidei perſiſtit, Epictetus, atrox ille & dirus de Centumcellis Epiſcopus, ante rhedam ſuam currere coëgit: & cum diu currit, ſic in via ruptis vitalibus ſanguinem fundens exſpiravit. *Deinde ſubjungunt*: Sciunt hoc Neapolitani in Campania, ubi reliquiæ cruoris ejus in obſeſſis corporibus dæmones affligunt, pro gratia utique fidei illius, pro qua ſanguinem effudit. *Iſta cruoris apud Neapolitanos aſſervatio glorioſa, facit ſane, ut in Italia peractum Martyrium, inter Neapolim & Centumcellas, non inepte credatur. Quod autem Ruffiniani mors immediate narretur poſt mortem S. Maximi Neapolitani Epiſcopi, ex eadem cauſa in exilio mortui, vehementer firmat conjecturam de ejus Epiſcopatu haud longe quærendo. Quia tamen ſubjungitur, quod* fuerunt & alii de Ægypto, licet pauculi, quorum alii in fugam verſi ſunt, alii vero in exilium dati, eo quod nollent cum Epiſcopis impiis & crudelibus convenire: *vehemens datur ratio ſuſpicandi, Ruffinianum, ad quem ſcripſit Athanaſius, eſſe ab illo Campanienſi Martyre diverſiſſimũ, Crudelitas enim illa omnino videtur circa an.* CCCLIX *poſt Concilium Ariminenſe exercita fuiſſe*

quem eſſe Martyrem in Campania notum,

F

non apparet credibile.

ſub

cum hic quidem sub Constantio passus videatur,

A *sub Constantio: epistola autem, de qua agimus, scripta est post tyrannidem supradictam, uti ipsa declarant verba, quando jam liberum erat orthodoxis Synodos agere, & consultare de modo reparandæ ruinæ; per casum tot Episcoporum, quot formulæ Ariminensi aut Sirmiensi subscripserant, in Ecclesia facta: quibus, quantumvis pœnitentibus, Luciferiani negabant dandam fuisse veniam, eoque titulo & viventem Damasum & mortuum Athanasium non metuebant reos agere prævaricationis. Nec omnino absona fuerit suspicio, Luciferianorum quiritationibus commotum Rufinianum, ad quem data epistola, consulto Athanasio dedisse occasionem sic rescribendi. Fuerit ergo ex Africanis Episcopis, aut saltem ex Orientalibus aliquis, cui cum Athanasio propinquius commercium litterarum esset, etiam post mortem alterius Rufiniani, de quo ejusque cultu clariorem optaremus superesse notitiam.*

ad illum vero postea sit scripta epistola,

Monet etiam Athanasius, quod Sardica nihil adjectum sit fidei, 1. p 576. 328 *Monendos præterea Luciferum & socios, Antiochiæ res ordinaturos, censuit cum suis Athanasius,* ut tabellam quam ostentabant aliqui, velut fidei adjectam in Sardicensi Synodo, nec proferri nec legi omnino sinerent, eo quod tale nihil definivisset Synodus . . . sed decrevisset nihil scribendum esse de fide, ultra id quod fuerat Nicææ statutum. . . . Eos igitur, *inquiunt*, quos aliqui accusabant tres hypostases dicere, eo quod suspecta vox & in Scripturis inventa non sit, rogavimus ne de Nicæna confessione disputarent amplius; tantumque responderent, num sicuti Ariani dicerent diversas peregrinasque & ab invicem distinctas, singulasque hypostases, sic divisas sicut sunt aliæ creaturæ & ex hominibus nati; aut ut diversas essentias dicimus aurum argentum & æs, sic etiam dicerent ipsi, constituentes cum aliis hæreticis tria principia, imo tres Deos. 1. p. 577.

B

& quod trium hypostaseon assertores,

sensum suum commode explicuerint,

329 Illi vero affirmarunt ita se nec dicere nec sensisse unquam. Interrogantibus ergo nobis, qua tandem ratione dicerent tres hypostases, & quare his vocibus uterentur, responderunt; sese in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ vere Trinitas esset & subsisteret; & Patrem, ut vere existentem & subsistentem; Filium, ut inexistentem & subsistentem; Spiritum sanctum quoque, ut subsistentem & existentem agnoscere: non tamen dixisse tres Deos aut tria principia, imo ne toleraturos quidem, siquis tale quidpiam aut dicat aut sentiat: sed se quidem sanctam Trinitatem nosse, unam tamen Deitatem unumque principium; Filium vero coessentialem Patri, sicuti loquuntur Patres; & Spiritum sanctum non creatum, non alienum, quid proprium & indiscretum ab essentia Patris Filiique.

C

idemque fecerint qui eis adversabantur;

330 Hujusmodi interpretatione & excusatione susceptâ, interrogavimus ab his delatos, eo quod dicerent esse unam hypostasin, num forte loquerentur sicut Sabellius, ut sublatos vellent Filium ac Spiritum sanctum, quasi essentia Filius, Spiritus hypostasi careat. Affirmarunt autem neque se ita sensisse unquam, sed hypostasin intelligere idem cum essentia, & ideo illam unam dicere, quod Filius sit ex essentia Patris, & ejusdem cum ipso naturæ: unam enim Deitatem, & hujus unam esse naturam: neque aliam esse naturam Patris, atque ab hac extraneam Filii naturam Spirituque. Denique & illi qui de triplici hypostasi fuerant interrogati cum ipsis consenserunt illis & cum illis, prout se explicuerant hi qui unam affirmabant essentiam: & ab utrisque partibus anathema dictum est Ario, Christi inimico; Sabellioque & Paulo Samosatensi, tamquam impiis; Valenti quoque & Basilidi, ut alienis à veritate; Manichæo vero, tamquam malorum inventori; omnesque per Dei gratiam, post istas verborum interpretationes, consenserunt optimam & accuratissimam esse fidem, quam Nicææ fuerant Patres confessi; atque deinceps ab ejusmodi verbis abstinendum potius esse quam iis utendum.

& utrimque facta communicatione fol haretici sese damnati,

AUCTORE D. P.

331 Quinimo de œconomia Salvatoris secundum carnem (quoniam circa hanc quoque contendebant aliqui) & hos & illos interrogavimus: & quemadmodum hi confessi sunt, ita & consenserunt illi, quod non sicut ad Prophetas factum est Verbum Domini, sic ad aliquem Sanctum hominem descendit in fine seculorum; sed ipsum Verbum caro factum est, atque in forma Dei existens susceptit formam servi, atque ex Maria secundum carnem natus est homo propter nos . . . confitebantur enim non habuisse Salvatorem corpus inanimum ac sine sensu . . . . Cum igitur talis fuerit ipsorum confessio; rogamus vos ne eorum verba, qui ita sese explicant & confitentur, temere condemnetis aut rejiciatis; sed pacem petentes, seque excusantes, potius suscipiatis; alios vero qui dictas voces, ὅσιαν *scilicet* & ὑπόστασιν, non volunt sic interpretari, arcete atque vitate tamquam suspectos: ita tamen ut dum hos non suscipitis, illis qui recte sentiunt beneque se explicant suadeatis, ne inter se de verbis certent, sed in uno pietatis sensu conveniant.

conventum etiam sit inter disputantes circa mysterium Incarnationis;

& omnes, circa rem ipsam sic sentientes, admittere suadet.

E

Hanc epistolam non recipiens Lucifer, 1 p. 580

332 *Hujusmodi epistolæ, post Athanasium legatosque Luciferi, Paulini, atque Apollinaris, subscripserunt, primum communiter cum Ægyptiis aliis, deinde iterum seorsim, Eusebius atque Asterius, ita ut Eusebius Latine complecteretur consensum & sententiam suam.* Postquam autem missus ab Alexandria erat tomus iste, per supramemoratos, subscripsit etiam Paulinus, *utique Antiochiæ, & sic subscriptum tomum videtur remisisse Alexandriam ad Athanasium. Erat autem Paulinus, quando Eusebius Asteriusque advenerunt, à Lucifero, præter id quod convenerat, ne Episcopus nisi de utriusque partis consensu fieret, ordinatus Episcopus: quem cum recipere nollet Eusebius, recusavit vicissim Lucifer subscribere epistolæ per illum allatæ: & utroque sic recedente, Sanctoque Meletio revertente, subnatum est schisma Luciferianorum dictum, eos qui ab Arianorum communione redierant suscipiendos non esse in suas dignitates sustinentium. Ab hoc tamen schismate excusandus est ipse Lucifer, quod legatorum suorum subscriptionem, negando suam, non fecerit irritam: sed tantum ostenderit ægritudinem animi, ob non receptum ab omnibus quem ordinarat Paulinum. Verum de hac re pluribus agendum est* xx *hujus, quo colitur ipse Lucifer, ut Sanctus.*

novo schismati occasionem dedit.

CAPUT XXIX.

F

Acceptis Io. Baptistæ reliquiis, exilio damnatur Athanasius, & usque ad mortem Iuliani Alexandriæ latet.

Dum apud Sebasten S. Io. Bapt. reliquiæ comburuntur,

333 *Rædictis in Syria dissensionibus sopiendis, si non omnia ex voto succedere sibi dolebat Athanasius; gaudebat tamen alta illa pace, quam inter Ægyptios composuerat; novumque acceperat gaudium, delatis ad se sanctis reliquiis Dominici Præcursoris. Rem Rufinus lib. 12 cap. 28 sic narrat.* Juliani temporibus, velut relaxatis frænis efferbuit impietas; ex quo accidit, ut apud Sebasten Palestinæ urbem, sepulcrum Joannis Baptistæ, mente rabida & funestis manibus, invaderent; ossa dispergerent; atque ea rursum collecta igni cremarent; & sanctos cineres, pulveri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed Dei providentia factum est, quosdam ex Hierosolymis, de Monasterio Philippi hominis Dei, orationis causa illuc per idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, sed ferina mente, fieri viderent; mori gratius habentes, quam hujusmodi piaculo funestari; inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius in quantum res patiebatur ac religiosius congregantes, furtim se vel stupen-

earum aliquæ perferuntur Ierosolymam.

AUCTORE D. P.

tibus vel insanientibus subtraxere, & ad religiosum Patrem Philippum venerandas Reliquias pertulere.

deinde S. Athanasio donantur.

334 Ille supra se ducens tantum thesaurum propriis servare vigiliis, ad Pontificem maximum, tunc Athanasium, hostiæ immaculatæ Reliquias, per Julianum Diaconum suum, post etiam Palestinæ urbis Episcopum mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris, sub cavato sacrarii pariete, inclusas, prophetico spiritu generationi posteræ conservavit; quibus nunc, dejectis & prostratis idololatriæ vestigiis, in ædibus quondam profanis, aurea tecta consurgerent. *Quod sub Theodosii imperio factum.*

qui dum etiam gentiles convertit,

335 *Athanasius autem non tantum Arianorum reductioni, sed etiam gentilium conversioni intentus, cum magnos in utrisque fructus faceret, non potuit se continere diabolus, quin suum cultorem Iulianum adversus Sanctum concitaret. Hic vero, licet edixisset Artabio scribens, juransque* per Deos, *quod* neque interfici Galilæos *(sic Christianos appellabat per contemptum)* neque cædi præter jus & æquum, neque molestiæ quidquam perpeti *vellet;* erga Athanasium *tamen, ut ait Ruffinus lib.* 11 *cap.* 33 fictæ Philosophiæ tenere imaginem non potuit. Etenim, cum, veluti tetri serpentes de cavernis terræ ebullientes, ad eum processissent magorum, philosophorum, aruspicum manus profana; omnes pariter allegant, nihil suis actibus successurum, nisi prius Athanasium, velut horum omnium obstaculum, sustulisset.

Iulianus, instigante diabolo,

B

33 *Igitur* ad Alexandrinos edictum *tale mittitur.* Æquum erat, eum qui Imperatoriis edictis compluribus ejectus fuerat, unum saltem regium mandatum præstolari, ac tum denique domum suam redire; non autem singulari audacia atque amentia fretum, illudere legibus, tamquam omnino extinctis ac perditis. Etenim nunc quoque Galilæis à Constantio ejectis, non reditum ad suas Ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. Athanasium interim audio, hominem audacissimum, solita elatum præfidentia, Episcopatus Sedem, ut ipsi appellant, iterum usurpare: idque non mediocriter displicere religioso populo Alexandrino. Quare eum jubemus urbe excedere eo ipso die quo Humanitatis nostræ litteras acceperit: quod si in urbe manserit, longe majores gravioresque ei pœnas denuntiamus.

juvat ipsum Alexandria expelli,

imo tota Ægypto.

337 *Scriptum est etiam* Exdicio, Ægypti Præfecto, *in hæc verba:* Etsi nihil de ceteris scribis, attamen de illo Deorum hoste Athanasio scribere certe debuisti, præsertim cum præclara nostra decreta multo ante

C

audivisses. Testor magnum Serapin, nisi ante Kalendas Decembris inimicus Deorum Athanasius ex ea urbe, vel potius ex universa Ægypto, discesserit, centum auri pondo cohortemquæ tibi paret mulctatum iri. Scis autem quam sim lentus ad condemnandum, & quanto lentior postquam condemnavi ad ignoscendum. Permolestum mihi est ejus opera Deos omnes contemni. Itaque ex tuis factis nullum libentius videro, imo audiero, quam Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsum esse, qui ausus est in meo regno feminas Græcorum illustres ad baptismum impellere.

Ipse vero per Nilum fugiens,

338 *Cum talibus mandatis, sicut narrat consequenter Ruffinus cap.* 24, iterum mittitur exercitus, iterum Duces, iterum impugnatur Ecclesia. Cumque Athanasium mœsti ac flentes populi circumstarent, prophetico apud eos usus sermone perhibetur: Nolite, inquiens, ô filii, conturbari: quia nubecula est, & cito pertransit. Cumque discessisset, & navi per Nilum fluvium iter ageret; Comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognito ejus itinere, instanter eum insequi cœpit. Et cum forte appulisset Athanasii navicula ad quemdam locum, comperit à præcedentibus post tergum esse persecutorem suum; & jam jamque, nisi prospiceret, imminere. Conterriti omnes qui simul aderant socii, eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam. Tum ille, Nolite, inquit, ô filii, deterreri, eamus magis in occursum percussori nostro, ut sciat, quia longe major est qui nos defendit, quam qui persequitur: & conversa navicula iter agere, obvius ei qui se insectabatur, aggressus est. Ille, qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi venire quem quereret, tamquam prætereuntes aliquos interrogari jubet, ubi audissent esse Athanasium. Cumque respondissent, se vidisse eum non longe euntem, tota celeritate pertransiens properat in vanum, festinans capere quem ante oculos positum videre non potuit. Ille vero, Dei virtute munitus, Alexandriam rediit; ibique tuto latebras, usquequo persecutio cessaret, exegit.

D

conversa navi evadit manus persequentium,

& Alexandriam redit:

ubi apud virginem, Palladio postea notam,

339 *Sozomenus lib.* 4 *cap.* 9, *interno divinitatis admonitu cognovisse Athanasium ait vicinam imminentis persecutoris: ejus certe manifesta revelationi attribuendum puto, quod latendi locum elegerit apud Virginem, de qua narrat Palladius Historiæ Lausiacæ cap.* 63; *in eo tamen, æque ac Ruffinus antea, cum de cisterna sicca ageretur, exerrans à vero, quod ad Constantii tempora (sub quo statim ab ecclesia ad eremum abiit Sanctus, promisitque Imperatori eo invito numquam se regressurum Alexandriam) factum id esse sibi siverit persuaderi, eisque latebris attribuerit sexennium, cum solum fuerint paucorum mensium. Quo errore correcto, in Palladii narratione, ad hoc tempus relata, nihil apparet dissimile vero. Nam præterquam quod gravis auctor sit, eoque etiam apud Sozomenum lib.* 5 *cap.* 6 *fidem invenerit, ipsam se dicit* novisse Alexandriæ Virginem, eamque offendisse natam annos circiter septuaginta, *apud quam occultus delituit Athanasius:* eique universus Clerus dabat testimonium, quod cum esset juvenis, nata annos circiter viginti, & longe formosissima, fugiebatur ab iis qui erant studiosi virtutis, propter pulchritudinem, ne inureret eis aliquam labem ex suspicione.

tunc vero formosissimam,

340 Quando ergo accidit, *inquit Palladius, ut insidias* B. Athanasio Alexandrino Episcopo struerent Ariani (*neque enim incredibile est ab his ad accusandum Sanctum Gentiles incitatos*) per Eusebium, qui erat eo tempore Præpositus sub Constantio (*Exdicium ego intelexerim, qui erat Ægypti Præfectus sub Iuliano*) Imperatore ... *& Comitis insequentis manus, eo quo dictum est modo effugisset, Alexandriam regressus; ultra eam diem* apud neminem ausus est delitescere, non apud cognatum, non amicum, non clericum, non aliquem alium: sed .... accepto fitchario & cereo, media

latendi securitatem divinitus accipit,

F

nocte se contulit ad hanc Virginem. Illa autem fuit rei novitate obstupefacta. Dicit ergo ei Episcopus: Quandoquidem quæror ... mihi Deus revelavit hac nocte me apud nullum alium posse esse salvum, nisi apud te. Illa ergo præ magno gaudio omni abjecta dubitatione, cum tota esset Domini, prompto & alacri animo occultavit sanctissimum Episcopum ... quamdiu vixit Imperator ... ipsamet ejus pedes lavans, & excrementa repurgans, & in aliis quæ usui erant subserviens, librosque ei commodans & præbens; neque ullus novit Alexandriæ, ubinam ageret beatus Athanasius Episcopus. *Petrus de Natalibus lib.* 4 *Catalogi cap.* 115 *de S. Athanasio agens addit,* Cum autem persecutores sui illuc adveniissent, & nuntiante ei ancilla Athanasius aufugisset, illi hoc cognoscentes Virginem ad mortem ceciderunt: *quod ut sine teste dicitur, ita nec fidem meretur. Arturus à Monasterio in sacro Gynæceo ad* 11 *Maji Virginem hanc anonymam cum titulo* Beatæ, *adscribit mulieribus Sanctis: sed & hoc absque exemplo antiquorum est, ideoque non magni faciendum.*

& invenit.

341 *Ingens interim Athanasii desiderium tenebat Alexandrinos. Missa itaque ad Iulianum supplicatio est; qui*

eis

A *eis in hunc modum reſpondit.* Etſi alius quiſpiam veſtræ conditor urbis eſſet, ex iis qui ſuas ipſi leges tranſgreſſi, meritas pœnas eo ipſo perſolverunt, quod & nefariam vitam ſponte ſua delegerunt, & novum dogmatis doctrinæque genus invexerunt; ne tum quidem deſiderari à vobis æquum eſſet Athanaſium. Nunc cum & urbis veſtræ conditorem habeatis Alexandrum, & tutelaris vobis præſeſque ſit Deus ille Rex Serapis, una cum aſſiſtrice puella & Ægypti totius Regina Iſide, [qua ratione repoſcitis Athanaſium] minime ſanam civitatem imitantes? Verum male affecta pars, audet ſibi nomen civitatis aſſumere. Ego autem magno confundor pudore, Alexandrini, quod aliquis apud vos Galilæum ſe eſſe fateri audeat. *Ab hoc principio impius ille Apoſtata conatus religionem Chriſtianam Alexandrinis execrabilem reddere, multa in Chriſtum blaſphemans, ac denique concludens:*

Interim ſupplicantes pro eo Alexandrinos,

reprehendit Iulianus;

& Athanaſii recipiendi,

342 Vos, *inquit*, ſi obtemperare mihi vultis, Chriſti fidem penitus eliminando, majorem lætitiam afferetis; ſin autem in illa ſuperſtitione & callidorum hominum inſtitutione perſeverare malitis; mutuam ſaltem inter vos retinete concordiam, neque Athanaſium deſiderate: ſunt enim ex ejus diſcipulis utique complures, qui auribus prurientibus & ſermone impio expleri cupientibus auribus veſtris abunde faciant ſatis. Nam quicumque tandem è populo electus erit à vobis, quod ad Scripturarum enarrationẽ attinet, nihil eſt eo qui optatur deterior.

B

ſpem omnem præſcindens,

Sin, quod reliqua vos Athanaſii ſolertia delectat (veteratorem enim eſſe hominem illum audio) ideo mihi pro illo ſupplicaſtis, ſcitote hac ipſa de cauſa urbe illum ejectum fuiſſe. Etenim parum commoda per ſeſe res eſt, vir populo præſidens & negotioſus; quod ſi ille nec vir quidem eſt, ſed vilis homuncio, qualis eſt iſte, pulchrum exiſtimans periclitari de capite; hoc vero initium ſeditionis eſt certum. Quamobrem, nequid ſimile apud vos contingat, cedere illum pridem civitate juſſimus, nunc vero etiam Ægypto univerſa.

in Perſide divinitus percuſſus moritur.

343 *Scripſerit hæc Iulianus menſe Martio vel Aprili anni* CCCLXIII, *antequam Antiochia diſcedens moveret in Perſas; apud quos obſeſſa fruſtra Cteſiphonte, perfido transfuga ſeſe & ſuum exercitum credens, hunc fame & ſiti per deſerta attrivit, ſeipſum autem perdidit divina ultione percuſſus. Itaque,* quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem eo tranſmiſerat vis ultrix Numinis, eumdem reduxit mortuum: cujus nec miſeratione

C

quidem movebatur quiſquam; neque corpus, ſicut audivi ab aliquo, *inquit Nazianzenus*, ſepulcrum continuit, ſed terra ab ipſo commota, excuſſit, projecitque; præludium faciens cruciatuum illi in futuro ſeculo paratorum.

CAPUT XXX.

Ioviani Imperium, Athanaſii reſtitutio, Arianorum vani conatus.

Ioviano Imp. electo,

344 POſt Juliani necem, civile nobis Joviani reparatur Imperium. Is namque ſub uno eodemque tempore Imperator & Confeſſor, male illati extitit depulſor erroris. Nam cum in procinctu eſſet exercitus, & urgeret barbarus; ductoreſque noſtri, de ſummis rebus conſilium trahentes, Jovianо calculum darent; cumque apprehenſus ad ſuſcipienda Imperii traheretur inſignia; ad exercitum, Juliani ſacrilegiis profanatum, dicitur exclamaſſe, non ſe poſſe imperare eis quia eſſet Chriſtianus. Tum omnes pari eademque voce reſpondiſſe perhibentur, Et nos Chriſtiani ſumus; nec prius quam hanc vocem audiiſſet, acquieſcere ad Imperium voluiſſe. *Hæc Ruffinus initio libri* 12, *& mox narrationem*

& fidem Chriſti profeſſo,

cœptam proſequens, ſtatim, inquit, affuit divina clementia, contraque omnem ſpem, cum clauſi undique hoſtibus tenerentur, nec evadendi facultas ulla ſupperet, ſubito emiſſos à barbaris oratores ad ſe vident, pacemque depoſcere; exercitui quoque, inedia conſumpto, cibos ceteraque neceſſaria in mercimoniis polliceri, omnique humanitate noſtrorum temeritatem emendare. Sed ubi, in viginti & octo annos pace compoſita, [Jovianus] ad Romanum regreſſus eſt ſolum, clariorque lux noſtro ſe orbi ex Orientis partibus oborta diffudit; rempublicam, quaſi poſt nimias procellas, omni moderatione aggreditur reparare.

AUCTORE D. P.

pax offertur à barbaris,

345 *Interierat Iulianus* XXVI *Iunii, eique poſtridie ſuffectus erat Iovianus; utriuſque autem rei fama cito pervolavit Alexandriam, ubi latebat Athanaſius: qui quomodo de eadem re citius etiam certiuſque cognoverit, quam fama poſſet nuntiare, Sozomenus lib. 6 cap. 2 ſic narrat: prout referre auditus eſt* Eccleſiaſticus Philoſophus Didymus. *Qui* Alexandriæ degens, cum graviſſimo dolore afficeretur, tum propter Imperatorem vano errore deceptum, tum ob contumeliam eccleſiarum, jejuniis & orationibus vacabat. Cumque præ nimia ſolicitudine, ne ſuperveniente quidem nocte cibum ſumpſiſſet; in cathedra ſedens ſomno oppreſſus eſt; ac velut in mentis exceſſu poſitus, equos candidos per aërem diſcurrentes videre ſibi viſus eſt, viroſque ipſis inſidentes ita exclamantes audire, Nuntiate Didymo, hodie Julianum hac ipſa hora peremptum eſſe; idque ille Athanaſio Epiſcopo ſignificet, & ſurgens comedat. *Ergo* Athanaſius, *nihil cunctatus,* ruſus honeſto & venerabili habitu indutus, *uti ſcribit Palladius,* noctu fuit inventus in eccleſia. Quem videntes, omnes magna ſunt affecti admiratione, quaſi ipſum vivum accepiſſent, ex mortuis: ſimul etiam expoſtulabant ejus amici de latebris, quod ipſum ob earum ignorationem invenire non potuiſſent. Reſpondit autem B. Athanaſius amicis ſuis: Ideo ad vos non confugi, ut vere jurare poſſetis; deinde propter inveſtigantium inſtantiam ad eam me contuli, de qua nemo ſuſpicari poterat, utpote formoſam & juvenem. *Necdum tamen ad Epiſcopium & gradus ſuis publicas functiones credimus revertiſſe Sanctum; memorem quid ſibi objectum fuerit à Iuliano; bonaque ſpe ductum, quod à Ioviano recepturus eſſet Eccleſiã ſuam eo promptius, quo ipſe ageret verecundius, ejus conſenſũ præſtolando: quod arbitramur feciſſe, jam ſecurum periculi, in ædibus amicorum; ibique adire volentibus copiam ſui feciſſe, donec ab Imperatore veniret reſponſum: quod inter opera Sancti tale fuiſſe legitur.*

Athanaſius rem edoctus ex revelatione Didymo facta,

E

progreditur è latebris,

recipiendiq; Eccleſiam veniam petit à Ioviano,

F

346 Dei cariſſimo amico Athanaſio Jovianus. Admirantes præclaras laudes diſcretiſſimæ converſationis tuæ, ejuſque quam cum univerſorum Deo habes ſimilitudinis, atque erga Chriſtum Salvatorem noſtrum affectionis, ſuſcipimus te, Reverendiſſime Epiſcope; quoniam nullum laborem nullamque perſecutionem reformidans, periculaque & intentatos gladios flocci faciens, dilectæ tibi fidei orthodoxæ clavum tenendo, huc uſque pro veritate depugnas, teque ipſum virtutis exemplar, prębere cuncto fideli populo perſeveras. Revocat igitur te noſtra Majeſtas, & redire jubet ad magiſterium ſalutis. Redi ergo ad ſanctas Eccleſias, & paſce Dei populum, atque pro noſtra Clementia preces tuas prompte ad Deum dirige: novimus enim quod ſupplicatione tua nobis, & iis qui nobiſcum Chriſtiane ſapiunt, magnam compenſationem à ſummo Deo impetremus.

[2] P. 33

& benigniſſime impetrat.

347 *Hactenus Imperator: qui non contentus reſtituiſſe Athanaſium,* ab ipſo etiam requiſivit, *Nazianzeno teſte,* fidei noſtrę veritatem, à multis laceratam & conturbatam, atque in partes opinioneſque plures diviſam: & hoc maxime quidem, ut totus orbis, ſi fieri poſſet,

AUCTORE D. P. poſſet, conſentiret conveniretque per cooperationem Spiritus ſancti: ſin minus, ipſe ſaltem optimæ ſeſe parti adjungeret, eique ſuam commodans poteſtatem, viciſſim ab ea robur vireſque acciperet, excelſe ſimul ac magnifice de rebus maximis cogitans. *Ipſas litteras, quas* honorificas officioſiſſimaſque *Ruffinus appellat, nuſquam reperimus conſervatas: de Athanaſii vero ad ipſas reſponſo, quod mox integrum dabitur, quodque* convocatis illuſtrioribus Epiſcopis *conſcriptum ait Theodoretus lib. 4 cap. 3, ſic loquitur Nazianzenus.*

ab eodem de fidei regula rogatus,

Spiritus S. divinitatem aſſerit;

348 Atque hic potiſſimum apparuit viri puritas ac firmitudo circa fidem in Chriſtum. Cum enim omnes quicumque doctrinam noſtram profitebantur, eſſent diviſi trifariam, multique circa Filium ægram haberent mentem, plures circa Spiritum ſanctum, ubi impietas levior æſtimabatur eſſe pietas; pauci vero utrimque ſani reperirentur; primus ipſe & ſolus, vel certe cum paucis, palam diſerteque veritatem profiteri auſus eſt, ſcribendo unam trium Deitatem & eſſentiam: & quod Patribus numero multis olim conceſſum fuerat circa Filium; hoc ipſe divinitus inſpiratus circa Deitatem Spiritus ſancti præſtitit; & Imperatori donum vere regium atque
B magnificum obtulit, ſcripto ſcilicet expreſſam pietatem, contra novitatem nullis Scripturis innixam, ut opponeretur Imperatori Imperator, doctrina doctrinæ, & epiſtola epiſtolæ, *Conſtantio ſcilicet Iovianus, & hujus decretum decretis illius.*

1 p. 245 34 *Epiſtolam autem iſtam ſic orditur Athanaſius:* Dece earum Deo Imperatorem animus diſcendi cupidus & deſiderium rerum cæleſtium: ſic enim vere fit ut ſ or habeas in manu Dei. Cum igitur Pietas tua

& formulã fidei Nicena commendat:

cupere. cognoſcere à nobis Eccleſiæ Catholicæ fidem, actis ſuper ea re Domino gratiis, conſultiſſimum omnium nobis viſum eſt Pietati tuæ recitare fidem, quam Patres Nicææ profeſſi ſunt. Hanc enim aſpernati quidam, nobis varias ſtruxerunt inſidias qui non obtemperabamus hæreſi Arianæ; cauſa autem factionum & ſchiſmatum in Eccleſia facti ſunt. *Quod*
1 p. 246 *ubi demonſtravit Sanctus,* Huic, *inquit,* fidei conſentiunt omnes ubique Eccleſiæ quæ ſunt in Hiſpania & Britannia, Gallia atque Italia omni & Dalmatia, Dacia quoque & Myſia, Macedonia omnique Græcia, & per totam Africam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Pamphyliam & Libyam atque Ægyptum, Pontum & Cappadociam; quotquot item vicinæ ſunt nobis & aliæ per Orientem, paucis exceptis quæ Arianæ
C ſunt: omnium enim jam dictarum atque etiam plurium regionum ſententiam experiendo comperimus & ſcripto habemus. *Ita Athanaſius ſubnectens denique*
1 p. 247 *fidei Nicenæ formulam*, cui tamquam divinæ & Apoſtolicæ, oporteat inhærere, neque mutare quidquam per contentiones pugnaſque verborum.

exemplum factus ceteris Epiſcopis,

350 Hujus, *ab Athanaſio taliter factæ*, confeſſionis auctoritate permoti, tum Occidentales, tum quidquid in Oriente vitale eſt, partim quidem animo tenus pietatem tenent (ſi tamen id aſſerentibus credi debet) ulterius autem eam non proferunt, velut fœtum mortuum intra uterum; partim, velut quamdam ſcintillam, accendunt, ſervientes tempori aut ferventioribus orthodoxis & populo Deum amanti; partim denique veritatis cauſam agunt fidenter. *Ita Nazianzenus, optans annumerari poſtremis, neque nimis ſtricte accipiendus cum dixit, ſolum fere Athanaſium tanto fuiſſe animo, ut palam auderet aſſerere orthodoxam de Trinitate fidem; ad extremum verum ſummopere extollens, quod* cum οὐσία una, ὑποστάσεις tres pie dicerentur à

altercationes de vocibus reſcindendo,

Græcis, eodem autem modo intelligerentur ab Italis; ſed hi propter linguæ ſuæ inopiam οὐσίαν & ὑπόστασιν non diſtinguerent, ideoque ne tres ſubſtantias viderentur admittere, uterentur vocabulo Perſonarum; ita ut fidei diverſitatem continere videretur tenuis illa de ſono altercatio; ... ipſe utraque D
parte leniter accita, & loquentium mentem accurate explorans, poſtquam invicem ſibi conſentire animadvertit, nihil diſtantibus quoad ſenſum ſua cuique permiſerit verba, ſatis habens eos rebus conſtringi ... *idque extollit*, tamquam celeberrimis Athanaſii exiliis comparabile.

pacem reſtaurat;

351 *Notat deinde Nazianzenus & laudat, quod S. Athanaſius* iiſdem poſt perſecutiones ſtuderet rebus, ob quas in ipſas perſecutiones inciderat; efficeretq; ut idem facerent alii, hos laudans, illos leviter caſtigans; quorumdam ſocordiam excitans, aliorum fervorem refrænans; nonnullis ne caderent proſpiciens, lapſis ut ſurgerent allaborans; moribus ſimplex, gubernatione multiplex; ſapiens ſermone, ſapientior mente; humilis tenuioribus, ſublimior mediocribus; hoſpitalis, propitius, malorum depulſor, & unus vere ea omnia quæ Diis ſuis collaudandis uſurpant ſigillatim Gentiles; adde conjugalis, virgineus, pacificus, conciliativus, deductorque eorum qui hinc moriendo diſcedunt. O quantam nominum copiam virtus hominis mihi ſuggerit, *inquit*, *ad orationis ſuæ finem tendens Nazianzenus. Neque nobis vacat plura Epiſcopalis ſtudii in Athanaſio elucentis colligere elogia, quibus hiſtoriam ſolum propoſitum eſt non etiam encomium concinnare. Vtrumque conſtitutum ſibi habens, quem initio laudavi Godefridus Hermantius, utrumque præſtitit cumulate: ac potiſſimum libro duodecimo ac ultimo, per quindecim capita præcipuas Sancti virtutes diſtinguens.*

& Epiſcopalis officii partes omnes explet.

E

352 *Porro Iovianus*, perlecta Epiſtola *Athanaſii de fide*, confirmavit eam quam habebat, rerum divinarum cognitionem, & affectum erga eaſdem; legemque ſcripſit, qua jubebat conſtitutum frumentum Eccleſiis dari, quemadmodum magnus Conſtantinus decreverat, Julianus autem fieri vetuerat, *ut ſcribit Socrates lib. 4 cap. 4. Hinc vero intelligens Athanaſius, quam ſerio religionis Chriſtianæ reſtaurationem ſpectaret Imperator, qui etiam in publica, ut tunc erat, fame, jura Eccleſiæ redintegrata cuperet*; communicato cum familiaribus quibuſdam conſilio, neceſſarium putavit ipſum inviſere: & profectus Antiochiam, poſtulata ſua eidem expoſuit. Sunt autem qui dicant, *inquit Sozomenus lib. 6 cap. 5* quod ipſe Imperator accerſivit hominem, ut ſibi explicaret quid circa religionem veramque doctrinam agendum eſſet. Ille vero cum Eccleſiæ negotia, quatenus erat poſſibile, ordinaſſet, cogitabat de reditu; quando Euzoius, qui erat hæreſeos Arianæ apud Antiochiam Epiſcopus, ejuſdem opinionis hominem, eunuchum Probatium, conatus eſt Alexandriæ præficere. *Qua autem id factum ratione, inter ipſius Athanaſii opera expreſſum reperitur, ut non ſit opus ex Sozomeno mutuare dimidiatam narrationem.*

Optimo Imperatoris affectu uſurus,

Antiochiam ad eum excurrit.

F

351 Egrediente ad Campum Imperatore occurrentes prima vice in porta Romaneſia Lucius, Bernicianus & alii quidam Ariani dixerunt. Rogamus potentiam, majeſtatem & pietatem tuam, audi nos. Ait eis Imperator. Quinam eſtis & unde? Ariani reſponderunt, Chriſtiani, Domine. Dixit Imperator, Unde & ex qua civitate? Ariani reſponderunt, Ab Alexandria. Excepit Imperator: Quid vultis? Ariani rurſum, Obſecramus Imperialem poteſtatem tuam, da nobis Epiſcopum. Reſpondit Imperator: Juſſi pridem, ut quem antea habuiſtis Athanaſius ſederet in throno. Ariani dixerunt, Deprecamur Majeſtatem tuam, quia per multos annos ſub accuſationibus & in exilio fuit. Tum vero zeloſus quidam miles; Deprecor & ego Majeſtatem tuam, ipſemet quære qui ſint & unde: Hi enim ſunt qui civitatem & mundum deſertum faciunt, conſpiratio Cappadociæ & reliquiæ impuri illius Georgii.

1 p. 27

veniunt etiam Ariani, alium Epiſcopum petituri:

354 Hoc audito Imperator calcaribus equum concitavit, & venit in campum, *ubi iterum ei occurrentes Ariani*

A *Ariani dixerunt :* Accuſationes & demonſtrationes habemus contra Athanaſium, qui ante decem & ante viginti annos in exilium miſſus eſt ab immortalis memoriæ Imperatoribus Conſtantino & Conſtantio, itemque à numini cariſſimo, ſapientiſſimo beatiſſimoque Juliano. Reſpondit Imperator. Ante decem viginti & triginta annos inſtitutæ accuſationes jam præterierunt : mihi autem de Athanaſio ne loquamini : novi enim quare accuſatus & relegatus ſit.

& repelluntur ſemel, iterumque,

355 *Nihil iſta ſecunda repulſa territi, etiam tertiam commeruerunt, dicentes :* Rurſus alias contra Athanaſium habemus accuſationes. Imperator reſpondit : Multiplicando contentiones & verba non apparebit juſtitia : duos itaque ex vobis ipſis eligite, duos item alios ex populo : non enim poſſum unumquemque ſigillatim recipere ad audientiam. Qui ex populo erant, dixerunt : Hi ſunt reliquiæ impuri Georgii, deſolantes provinciam noſtram, ... Ariani dixerunt : Rogamus te, quemcumque velis, excepto Athanaſio. Imperator reſpondit : Dixi vobis, quod quæ Athanaſium ſpectant ordinata jam ſint : & iratus ait, Feri, Feri. Dixerunt Ariani, B Deprecamur te : nam ſi Athanaſium mittis, corrumpetur civitas, quia nemini cum ipſo convenit.

ac tertio.

tandemque ex propriis verbis redarguti,

356 Reſpondit Imperator, Atqui diligenter inquirens comperi, quod recte ſentiat, & orthodoxus ſit atque optime doceat. Ariani dixerunt : Ore quidem loquitur bene, animo autem doloſe ſentit. Reſpondit Imperator : Hoc ſatis eſt quod ipſi de illo teſtamini, quod bene loquatur & bene doceat. Si autem lingua quidem bene loquitur & docet, animo vero male ſentit, Deo reus eſt : nos enim homines cum ſimus, ſolum audimus ſermonem, Deus autem judicat corda. Dixerunt Ariani : Jube nos convenire. Reſpondit Imperator : Ecquis autem prohibet ? Dixerunt Ariani : Obſecramus Te, hæreticorum ac novorum dogmatum fautores nos eſſe pronuntiat. Reſpondit Imperator, Officium ejus eſt, & eorum qui bene docent. Dixerunt Ariani, Rogamus Majeſtatem tuam, non poſſumus hunc tolerare, etiam * fundos eccleſiarum nobis aufert. Reſpondit Imperator, An ergo pecuniarum & non fidei cauſa huc veniſtis ? Iterumque dixit : Abite & quieſcite. Deinde ſubjunxit : Abite in eccleſiam : eras agitur conventus * veſter : poſt cujus dimiſſionem adſunt Epiſcopi, & adeſt hic Nemeſinus. Unuſquiſque veſtrum prout credit ſubſcribet : adeſt quoque hic Athanaſius, qui ergo neſcit fidei rationem ab eo diſcat. Habete craſtinum & perendinum diem : ego ad campum progredior.

remittuntur.

* τὰ τεμένη

C

* ὑμῖν an ἡμῖν ?

* σχολαστικὸς

* καθολικὸς

ſimili modo confutantur duo gentiles abtrectantes Athanaſio.

357 Tunc * Advocatus quidam Cynicorum, conveniens Imperatorem, Obſecro, inquit, Majeſtatem tuam, prætextu Athanaſii Epiſcopi * Quæſtor generalis meas mihi ædes abſtulit. Reſpondit Imperator : Si Quæſtor tibi ædes tuas abſtulit, quid hoc ad Athanaſium ? Alius quidam Advocatus Patalas dixit : Accuſationem habeo contra Athanaſium. Reſpondit Imperator. Tu vero qui Gentilis es, quid rei habes cum Chriſtianis ? Quidam autem de plebe Antiochena comprehenderunt Lucium & duxerunt ad Imperatorem dicentes : Obſecramus Majeſtatem tuam, vide quem voluerint Epiſcopum facere. *Factum id videtur* ad veſtibulum Palatii, *uti habet titulus allocutionis quartæ, qua Lucius dixit :* Obſecro Majeſtatem tuam, audi me. Subſtitit Imperator & ait : Tibi dico, Luci, quomodo huc veniſti, navigione an pedibus ? Lucius reſpondit Navigio. Dixit Imperator, Tibi dico, Luci, Deus mundi & moderator ſolis atque lunæ, iraſcatur iis

at rurſum Lucius Arianus;

qui tecum navigarunt, quia te non projecerunt in mare ; navis autem illa non habeat in perpetuum curſus felices, neque in tempeſtate cum vectoribus ſuis portum teneat. AUCTORE D P.

& eunuchi caſtigantur.

358 Per Euzoium deinde rogaverunt Eunuchos, ſocios Probatii, ſucceſſores Euſebii & Bardionis, ut infideles Ariani aſſiſtentiam haberent. Cum autem hoc cognoviſſet Imperator, caſtigari jubens eunuchos, dixit : Si quis contra Chriſtianos convenire me voluerit, hoc patietur. *Hactenus illa collectio allocutionum, ex ipſo colloquentium ore, uti apparet, excepta, & ſcripta ad memoriam inter Athanaſii opera ; ex qua non ſatis liquet quod ait Sozomenus, actum eſſe ut Probatius Epiſcopus fieret. Deinde dubium efficitur, an, quod ſupra diximus ex Socrate, ſtatim à morte Georgii aſſumptus ab Arianis ſit Lucius in Epiſcopum, qui hic primum poſtulatur ad eum gradum. Tertio noto, Euſebium, qui hic nominatur, eſſe illum ſub Conſtantio potentiſſimum Eunuchum, & cubiculi ejus Præfectum, quem ipſo imperii initio Iulianus occidi juſſit ; cujus ſocius Bradion ab eodem Imperatore, ſi non occiſus, ſaltem cum pleriſque Conſtantii officialibus domeſticis fuerat loco motus. Imperator porro Iovianus* dimiſit, *ut ait Sozomenus*, Athanaſium in Ægyptum, quem præſens converſatio earum ei reddiderat, jubens ut Eccleſiæ ac populi agerent quæcumque ipſi meliora viderentur. Dicitur enim vehementer laudaſſe illum virtutis cauſa, vitæ item ſanctæ reſpectu, nec non ob ejus facundiam atque prudentiam.

Athanaſius cum honore in Ægyptum remittitur.

E

CAPUT XXXI.

Valentis Ariani conatus contra Athanaſium irriti : hujus cum S. Baſilio amicitia.

Mortuo Ioviano,

359 *SUb Imperatore tam Chriſtiano reſpirans Eccleſia, pene in ipſo ortu extinctam doluit ſpem eam omnem, quam adeo religioſa promittebant initia, quando vidit Iovianum, nocte inter* XVI *&* XVII *Februarii, anno* CCC LXIV, *Imperii menſe octavo, defunctum in confiniis Galatiæ Bithyniæque. Ioviano intra decimum diem ſubſtitutus Valentinianus fuit : qui adſcito in Collegam Valente fratre, huic Orientem reliquit, ſibi reſervavit Occidentem, diſſimili nimium conditione tenendum. Nam cum ipſe ita foveret orthodoxos Nicænæ fidei profeſſores, ut tamen Arianis gravis non eſſet ; Valens poſt ſuſceptum ab Eudoxio Conſtantinopolitano baptiſma, hos ita protegendos fovendoſque ſuſceplt, ut illis eſſet moleſtiſſimus. Patuit id maxime anno* CCC LXVII, *quando Epiſcopi, qui Thyanæ convenerant plurimi beneque ad concordiam Eccleſiarum conſtituendam animati, Tarſum Ciliciæ delegerunt novæ Synodi habendæ : a quibus per Occidentalium conſenſum & Liberii Papæ litteras animoſioribus etiam redditis, cum ſuæ Arianæ hæreſi male metueret Valens ; non tantum conventum illum minacibus edictis impedivit atque diſſolvit ; ſed etiam* ſingulis cujuſque gentis Magiſtratibus dedit mandatum, ut Epiſcopi temporibus Conſtantii abdicati, & iterum regnante Juliano ad Sacerdotia reſtituti, eccleſiis expellerentur.

succedent Valentinianus,

F

Valenti fratri tradit Orientem,

qui reſtitutos ſub Iuliano Epiſcopos expelli jubet;

360 Quo quidem mandato etiam Magiſtratus Ægypti impulſi, *uti narrat Sozomenus lib. 6 cap.* 12, *& brevius lib.* 4 *cap.* 12 *Socrates*, Athanaſium eccleſiis illius regionis privare, & urbe Alexandrina ejicere laborarunt : nam litteræ Imperatoris non levem complectebantur pœnam ; ſed omnibus ex æquo Magiſtratibus, militibuſque ac curiis ſub eorum poteſtate conſtitutis, ingentis pecuniæ mulctam irrogabant, niſi fierent imperata. Itaque multitudo Chriſtianorum in unum coacta, poſtulabat à Præſide, ut non temere nec inconſulto Epiſcopum Athanaſium urbe exturbaret ; ſed

inter quos non cenſendum Athanaſium contendunt Alexandrini;

AUCTORE D. P. considéraret secum accuratius, quid esset litteris Imperatoris definitum: eas enim contra illos solos valere, qui temporibus Constantii in exilium missi, postea regnante Juliano redierant. At Athanasium dicebant, tametsi temporibus Constantii exularat, ab eodem tamen revocatum fuisse & Episcopatui redditum; Julianum vero, cum alios omnes reduxisset, eum unum egisse in exilium, quem Jovianus rursum domum revocavit. Hac oratione cum Præfecto persuadere nihil possent, restiterunt ejus conatibus Alexandrini, & vim Episcopo fieri non permiserunt.

ipse tamen, videns rem ad seditionē spectare,

361 Qure cum populus undique confluueret, tumultusque ingens ac turba cieretur, adeo ut omnes seditionem futuram expectarent, Præfectus de iis quæ facta erant Imperatorem facit certiorem per litteras, Athanasium interim manere in urbe permittens. Multis vero diebus intermissis, cum jam tumultus sedatus videretur, Athanasius clam ex utbe egreditur, & in locum quemdam solitarium se abdit: *Socrates* paternum Monumentum *appellat*, *ubi* totos quatuor menses *latuerit Sanctus*. Nocte vero intempesta Præfectus Ægypti & Militiæ Dux ad ecclesiam contendunt, in qua domicilium habebat Athanasius: quem cum in tabulatis requisissent nec invenissent, consilio quod intenderant frustra suscepto, recesserunt .... Ille vero sive divina quadam vi, sive quorumdam præmonitu recesserit, eodem redit: quin etiam quod tam opportune insidias tum præcognosceret, tum vitaret, majoris videtur esse prudentiæ, quam quæ homini attribui queat. Sunt tamen alii qui dicunt eum, cum mente præciperet temerarium populi tumultum, & vereretur ne cladis, si qua inde accideret, ipse auctor & causa videretur; toto hoc tempore (*quod* quatuor integrorum mensium *fuisse ait Socrates*, *ad quem hic respicere videtur Sozomenus*) in Paterno monumento delituisse.

abdit se in sepulcro patris ac frustra queritur,

B

dein ad Ecclesiam redire permittitur,

362 Haud diu post Imperator Valens scripsit litteras, ut rediret Athanasius & Ecclesiam denuo capesseret. Suspicor autem eum non sua sponte has litteras scripsisse; sed vel quod opinionem omnium animis insitam, revereretur; esserque verosimile quod Valentinianus, fidei Nicænæ propugnator, ipsum idcirco reprehenderet; vel quod metueret, ne, cum tam multos Athanasius haberet fautores, tumultum ejus causa cierent, & res novas non sine reipublicæ damno molirentur. Arbitror præterea, sectæ Arianæ Antistites, non adeo magno studio ad eum Alexandria pellendum incubuisse, propterea quod cogitarent eum, si urbe ejectus esset, denuo Imperatoribus exhibiturum molestias, indeque habiturum occasionem cum ipsis in colloquium veniendi, atque ipsum forte Valentem in suam abducendi sententiam, Valentinianum certe ad iram contra ipsos excitandi. Nam ejus virtutem, in his quæ regnante Constantio acciderant, satis experti; maxime sibi ab eo metuebant: siquidem eo tempore ita omnes adversariorum profligabat insidias, ut haud inviti eidem Ecclesias Ægypti cesserint, & tamen ipse vix litteris Constantii adduci potuerit ut Alexandriam rediret. ...

C

eamque in pace retinet dissimulantibus cum eo Ariani,

363 Ceteros Episcopos persecutio, similis fere persecutioni gentilium, exagitavit: nam qui ipsorum respuebant doctrinam, illis non modo parabantur exilia, verum etiam Ecclesiæ auferebantur & tradebantur aliis. Ægyptus autem, quamdiu superfuit in vivis Athanasius, istarum calamitatum prorsus expers fuit. *Itaque vexatis aliis conturbatisque, præcipuum ipse erat refugium atque solatium: extatque hujus persecutionis occasione* Epistola catholica, *scripta* omnibus

ceteros aut à vexantibus,

ubique fratribus, fidem & salutem capessentibus nec non orthodoxis per Ægyptum, Syriam, Ciliciam, Phœniciam atque Arabiam Episcopis, *quæ* Athanasius ejusque Coëpiscopi *sic illos alloqui exordiuntur.* Quotquot conspicitis impietatem adversus pietatem consurgere, per manifestas innovationes vocum & simulationes fraudulentas, à tumultibus seditionibusque, à vulneribus & plagis cædibusque, tamquam à tempestate, subducere vos atque salvare debetis; neque commiscendo vos iniquitati tractantium indigne unam ac veram Trinitatem, Filiumque à Patre, Spiritum à Filio alienantium ac dividentium; neq; ingerendo vos ipsorum confusis letiferisq; consiliis: ita namque nos agimus, cupientes nos ipsos & eos qui nobiscum communicant salvos facere. ... Indicamus autem vobis, quod, licet jam longo tempore hæc pestis incubuit, adhuc tamen in plerisque populis permanet Apostolicæ fidei decus, imo & in plerisque Episcopis ... quamvis multi eorum, partim istorum qui illustriores civitates obtinent metu, partim gloriolæ captandæ vanitate, occultant quæ sentiunt, quæ vero non sentiunt sentire se simulant. *Quibus & ceteris omnibus proponit expendendam Athanasius unius Nicænæ fidei certam ac simplicem veritatem, cujus summa sit* Consubstantialis Trinitas, Deusque verus ex Maria factus homo.

D

ad quos confirmandos epist. lam scribit Sanctus.

1 p. 570

E

364 *Inter eos porro qui maximi hoc tempore fecerunt Athanasium, fuit S. Basilius, anno* CCCLXX *protractus è solitudine, ordinatusque Cæsareënsis in Cappadocia Episcopus; ut defecturo intra paucos annos Athanasio, ad continuandos pro fide agones, succederet, sicut eidem ante ac post initum Episcopatum frequenti litterarum commercio fuit conjunctissimus. Hic eum Epistola* 51 *appellans* pientissimum Patrem, *Epistola* 52 *ait, quod* opinio de eo jam olim concepta, semper corroboretur progressu temporis, & augeatur accessionibus eorum quæ successive acciderunt. *Epistola autem* 337 *Ascholio Thessalonicensi ad laudem imputat* studium ejus adversus Athanasium, ut argumentum evidentissimum de ejus sano sensu in maximis capitibus fidei. *Rursum vero Epistola* 51, Cogitamus, *inquit*, quod te Ecclesiasticarum infirmitatum Dominus noster medicum constituerit. *Et sequenti* 52, *eum laudat, quod* tantam curam gerat omnium Ecclesiarum, quantam ejus quæ ipsi particulariter à Domino nostro concredita erat, ita ut nullo non tempore de sacris differeret, admoneret, scriberet, frequenterque mitteret optime aliis ubique consulturos. *Cum vero eidem exposuissent necessitates Antiochenæ Ecclesiæ, tandem concludit*: Tu vero hæc omnia tandem magis ipse quam nos curabis, quandoquidem intelligis omnes tibi permittere ac commendare ea quæ Ecclesiasticum statum concernunt. *Hujusmodi de Athanasii auctoritate, virtute, experientia judiciis plenæ sunt plures S. Basilii, tum ad ipsum tum ad alios scriptæ epistolæ; ad quas dum illius responsa desunt, non est facile negotiorum, inter utrosque tractatorum, ordinem seriemque describere.*

S. Basilius cum Athanasio conjunctissimus,

maximi facit ejus sanam doctrinam,

& studium juvandæ Ecclesiæ;

F

atque hujus necessitates ei commendat.

365 *Athanasii porro de Basilio fuit judicium non impar merito. Itaque* Joanni & Antiocho, dilectis sibi Compresbyteris, *scribens*; Valde, *inquit*, admiror audaciam eorum, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro & vero Dei famulo Basilio Episcopo; cum ex hujusmodi oblatratione deprehendi atque convinci possint, ne Patrum quidem confessionem amare aut amplecti. *Et sequenti epistola*, dilecto Filio Palladio Presbytero *scripta*, Quod de monachis Cæsariensibus, *inquit*, significasti, hoc ipsum quoque didici ex dilecto nostro Dianio, eos scilicet graviter ferre atque resistere dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certe, quod mihi rem indicasti, gratias ago: illis autem quæ decuit scripsi,

1 p. 952

Vicissim Athanasius eum defendit,

1 p. 952

ut

A ut veluti filii obſequantur Patri, nec iis quæ ille probat contradicant. Nam ſi ſuſpectus eſſet in negotio veritatis, recte pugnarent: ſin autem confidunt, ut omnes confidimus, eum eſſe gloriam Eccleſiæ, dum ita decertat pro veritate, & docet eos qui indigent doctrina, non eſt fas cum eo pugnas conſerere, ſed propter pietatem animi potius eſt amandus. Nam ex iis quæ cognovi ex dilecto noſtro Dianio, nihil cauſæ eſt cur eum averſentur: ipſe enim infirmus efficitur apud infirmos, ut infirmos lucretur. Itaque dilecti Fratres noſtri, reſpicientes ad ſcopum ejus quo tendit ad veritatem, glorificent Dominum, quod talem Epiſcopum Cappadociæ dederit, qualem ſingulæ provinciæ ſibi optant.

& excuſat monachis Neocæſarienſibus,

ne forte ſcandalizatis,

366 *Fortaſſe diſplicebat jam tum monachis illis, quod poſtea, cum dimiſſo Epiſcopatu ad eremum ſe retulit Baſilius, liberius Neo-Cæſarienſium quidam criminabantur, & cujus cauſa ad ipſos ſcribens Epiſtolam* 75 *eos ſic alloquitur, ut Athanaſii auctoritate potiſſimum tueatur ſuum cum reconciliandis Arianis agendi modum, dum inter cætera ait.* Mentem noſtram Arianorum blaſphemia numquam polluimus: ſed ſi nonnullos aliquando, ex illorum venientes diſciplina, ad communionem recepimus, ſive quia verbis piis utentes morbum recondebant in pectore, ſive quia non contradicebant ſententiæ noſtræ; id fecimus, non noſtro circa tales judicio plane utentes; ſed potius obſequentes decretis Patrum circa ipſos pridem evulgatis. Ego enim cum ſuſcepiſſem epiſtolas beatiſſimi Patris noſtri Athanaſii, Epiſcopi Alexandrini, quas etiamnum in manibus habeo & requirentibus offero, diſtincte præcipientis, ut ſi quiſquam ex Arianorum hæreſi ad nos tranſire voluerit confitendo Nicænam fidem, is admittatur citra diſquiſitionem quamcumque: has, inquam litteras cum ſuſcepiſſem, & ille mihi ſententiæ hujus conſortes allegaſſet Achaiæ & Macedoniæ Epiſcopos omnes; neceſſarium duxi tanto viro obſequi, propter fide dignam ſuffragantium auctoritatem; ſimulque adipiſci cupiens præmium pacificis deſtinatum, eos qui fidem iſtam confitebantur adſcripſi parti communicantium.

B

quod juxta decretum Athanaſii ſuſciperet Arianos pœnitentes.

ſicuti repellebat, quos ille ejecerat,

367 *Nec minus in recipiendis, quos probaſſet Athanaſius, quam in rejiciendis, quos hic improbaſſet, unanimem cum eo ſenſum oſtendit Baſilius: ſpecialiter autem in Epiſtola* 47 *ad eumdem ſic exordiens:* Accepi ſanctitatis tuæ litteras, quibus adverſus Libyæ Præfectum, virum infamem, ingemuiſti .... Deploramus Libyam, quod tradita ſit viro, crudelitati pariter & laſciviæ aſſuero à pueris.... Et illum quidem flagella manent apud juſtum Judicem, ad eumdem commenſurata modum, quo ipſe Sanctos præſumpſit affligere: innotuit autem & Eccleſiæ noſtræ ex litteris pietatis tuæ, atque averſandum & execrabilem illum arbitrabuntur omnes, ita ut nec ignis, nec aquę, nec tecti communionem cum illo ſint habituri. ... neque omittemus, quominus condemnationem iſtam omnibus ejus familiaribus, & amicis, atque etiam advenis oſtendamus.

C

habens eum pro unico afflictæ Eccleſiæ medico & conſolatore.

368 *Apponi denique hic meretur ejuſdem Baſilii ad Athanaſium epiſtola una integra, quæ inter editas eſt numero* 49, *his verbis concepta:* Quanto Eccleſiarum languores evadunt auctiores, tanto propenſius univerſi ad tuam convertimur integritatem, unam nobis malorum conſolationem in tua tutela relictam eſſe credentes, qui & precum virtute, & ſcientia rerum gerendarum (qua quid optimum factu ſit potes nos docere) in hac horribili tempeſtate nos conſervare crederis ab iis omnibus, qui vel audiendo vel experiendo aliquantulam tui notitiam habent. Quocirca ne ceſſes orare pro animabus noſtris, noſque excitare per litteras; quarum quanta ſit utilitas ſi intelligas, nullam ſi qua dabitur ad nos ſcribendi occaſionem unquam negliges. Si vero, adjuvantibus precibus tuis, etiam digni haberemur conſpectu tuo, & bonorum in te repoſitorum fructu præſenti, ut ad noſtræ vitæ hiſtoriam adjiciatur etiam congreſſus cum tua vere magna & Apoſtolica mente, æſtimabimus nos à divina clementia conſolationem accepiſſe, æqualem noſtris omnibus afflictionibus.

AUCTORE D. P.

CAPUT XXXII.

Athanaſii poſtremæ lucubrationes contra hæreticos: Vita S. Antonii ſcripta: an etiam S. Syncleticæ?

Liberio mortuo cui ſuam fidem,

369 *Secundo poſt Imperii commutationem anno eodemque Chriſtiano Ære* CCCLXVI, *die* XXIV *Septembris, mortuus eſt Romæ Liberius Papa, qui priori lapſu egregie reparato, ad extremum uſque ſpiritum inhæſit communioni S. Athanaſii, prout probat illius ad hunc epiſtola, continens fidei profeſſionem, hareſi Ariana è diametro contrariam; in qua Athanaſium appellat Liberius* deſideratiſſimum *ſibi, & ita eum in fine alloquitur.* Huic igitur confeſſioni, Frater Athanaſi, quæ vera fides in ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia cenſetur, ſi mecum ſentis coram judice Deo & Chriſto, quæſo ſubſcribas; quo certiores reddamur, num ſicuti nos eadem in verâ fide ſentias; ut ex hinc ſecurus, ſine ſcrupulo peragam quæcumque mihi dignaberis imperare. *Fortaſſe intellectis Synodi Alexandrinæ decretis, quibus præſcindebantur diſputationes circa verba inutiles; ſcrupulus aliquis contra Athanaſium ſubortus fuerat Romanis, tres Perſonas ſive Hypoſtaſes nominantibus: quem eximi ſibi optabat Liberius, ſimulque requirens ejus ſententiam, de quæſtionibus circa Incarnationem verbi moveri cœptis addit:* Id etiam te ſcire volo, cariſſime, quod filii veritatis confiteantur impaſſibilem Deitatem, & incarnati Dei ac Verbi adventum, ſcilicet quod perfectum hominem citra peccatum aſſumpſit genitus ex Patre ſancto & Maria Virgine. *Huic confeſſioni & deſinitioni repoſuit continuo Athanaſius accuratiſſimum reſcriptum, quod extat, & ultra quam rogatus fuerat in fine addidit,* Sic etiam credimus reſurrectionem carnis, hoc eſt, corpus noſtrum ſecundum ſacras Scripturas ex corruptibili mortalique in immortalitatem & incorruptibilitatem à Deo mutandum eſſe: *quia hoc ſcilicet jam etiam cœperat diſputari.*

etiam ultimis annis probavit Athanaſius,

1 p. 243. E

1 p. 245. F

idem inhærens concilio ſub Damaſo Papa habitis Romæ & alibi,

370 *Succeſſor Liberii Damaſus exeunte ſeptem creatus, recenti contra ſe ſchiſmate, per Vrſicinum Presbyterum ſuſcitato, ſic occupata habuit ſui Pontificatus initia, ut quæ in Synodo Romæ convocata egit contra Vrſacium & Valentem, videantur ad annum* CCCLXVIII *aut* IX *poſſe referri. Meminit hujus Synodi Athanaſius,* ſuam aliorumque nonaginta per Ægyptum & Libyam Epiſcoporum *epiſtolam* contra Arianos, ad venerabiles in Africa Epiſcopos, *ita exordiens.* Sufficiunt quidem ſcripta Damaſi, Comminiſtri noſtri dilecti & Magnæ Romæ Epiſcopi, & tam multorum cum ipſo congregatorum Epiſcoporum; nihiloque minus ſufficiunt ſcripta aliorum Conciliorum, quæ partim in Gallia partim in Italia habita ſunt, ad confirmandam eam quæ in nobis eſt fidem, quam Chriſtus largitus eſt, & Apoſtoli prædicarunt, & Patres qui Nicæam undequaque ex noſtro habitabili orbe convenerant, tradidere. *Inſtituta autem comparatione inter Nicænum & Ariminenſe Concilium, cum multis probaſſet Athanaſius audiendos non eſſe, qui vel priori adjicere aliquid, vel iis quæ*

AUCTORE D. P. *in posteriori per vim dolumque extorta sunt conantur adstruere auctoritatem, ipsamque de Filii divinitate doctrinam dilucide comprobasset; tandem subjungit.* Verum ista non docendi animo, sed admonendi scribuntur: interim non soli sumus qui ista scribimus, sed omnes in Ægypto & Libya Episcopi nonaginta numero, omnium enim idem est sensus, & alii pro alio quem contigerit adesse subscribunt.

monet Episcopos Afros ne circa fidem Nicænam vacillent.

1 p. 940

371 *Ex his sequi videtur, etsi titulus præferat auctoritatem omnium nonaginta, non omnes tamen præsentes adfuisse, aut etiam cum paucis forte hæc scripsisse Athanasium. Indicatur tamen præcessisse aliqua Synodus Alexandrina, cui vel omnes vel plerique adfuerint cum legerentur scripta Damasi in Ægyptum allata: sic enim progreditur Athanasius.* Cum hoc animo essemus, & contigisset nos in unum convenire, scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnæ Romæ, contra Auxentium, invasorem Mediolanensis Ecclesiæ; eumque non solum in communione esse Arianicæ sectæ, sed præterea reum multorum scelerum, quæ designavit cum Georgio socio suæ impietatis; miramurque cur nondum depositus dejectusque sit ab Ecclesia: ac profitemur gratias agere ejus pietati, iisque qui cum

1 p. 941 *rogat Damasum ut ejiciat Auxentiũ Mediolanen.*

B ipso fuerunt Episcopis, quod Ursacii & Valentis assecias, eademque cum ipsis sentientes ejicientes, servarint Ecclesiæ Catholicæ concordiam: quam etiam ut servetis rogantes, hortamur ne suscipiatis eos, qui, uti diximus, prætextu fidei obtrudunt multitudinem Synodorum . . . & solum apud vos auctoritatem habeat fides à Patribus Nicææ professa; cui etiam eorum patres, qui ipsam nunc oppugnant, adfuere, &, sicuti diximus, subscripsere.

sicut excommunicarat Vrsacium & Valentem.

372 *Valuit porro suggestio S. Athanasii Ægyptiorumque Episcoporum quos diximus contra Auxentium apud Damasum Papam: qui anno* CCCLXIX *aliud Romæ Concilium Episcoporum habuit, in quo ille ut Arianus depositus, Vrsicinus ut schismaticus est condemnatus. Extat de Auxentii depositione Synodalis epistola in tomis Conciliorum, directa Episcopis Illyrici, ad eos in fide Nicæna confirmandos, in qua nonnulli eorum cœperant vacillare. Sed vaferrimus ille, suis se tenebris involvens, ne Arianus, quod erat, ab Imperatorum mansuetissimo agnosceretur, usque ad annum* CCC LXXIV *Episcopatum tenuit; quando S. Ambrosio successuro vacuam morte sua Ecclesiam fecit. Nihilominus sententia Damasi Conciliique Romani approbata passim ab orthodoxis fuit; quod initio Epistolæ, ad Epictetum Episcopum Corinthiorum scriptæ, significat Athanasius ubi ait, quod*

quod & factum,

& ubique publicatum ac receptum fuit.

C diversis Conciliis per Galliam & Hispaniam celebratis, omnes qui ad ea convenerunt, concordi suffragio anathema dixerint occultis eatenus Arianis; Auxentio scilicet Mediolanensi, Ursacio & Valenti, ac Gajo ex Pannonia; scripserint autem quoquo versum, eo quod sibi fingerent nomina Synodorum, nullam in Catholica Ecclesia Synodum nominari præter unam Nicænam.

1 p. 582 *Scribit etiã adversus eos qui humanam divinamque naturam in Christo confundebant,*

373 Hæc autem scribo, *inquit*, occasione *Memorialis* à tua sanctitate producti, in quod incidi, quodque non fuisse scriptum expediret, ut scilicet nec memoria quidem talium rerum ad posteros superesset. Quis enim talia audivit unquam? quis docuit didicitve? Ex Sion enim exibit lex, & verbum Domini ex Hierusalem: ista vero unde venerunt? aut quis infernus hoc eructavit, ut corpus ex Maria genitum consubstantiale dicatur Divinitati Verbi? aut quod Verbum carnem, ossa, pilos totumque corpus, transmutans ea à propria sua natura, alienarit? Quis vero audivit in Ecclesia aut omnino apud Christianos, quod Dominus adoptivum, non naturale, corpus gestarit? aut quis ita fuit impius, ut assereret simulque sentiret, quod Deitas, ipsa quæ consubstantialis est Patri, post conversionem suam est circumcisa, factaque de perfecta imperfectior? & quod in cruce confixum est non fuit corpus, sed ipsa essentia sapientiæ creatricis? Quis auribus accipiens, quod Verbum non ex Maria sed ex sua ipsius substantia conformavit sibi corpus passibile, dixerit ita loquentem esse Christianum? Quis istam nefariam excogitavit impietatem, ut cuiquam incideret mente concipere, ne dicam eloqui, quod qui affirmat ex Maria esse corpus, non Trinitatem sed quaternitatem in Deo adstruat; ut propterea qui ita sentiunt, dicant de substantia Trinitatis esse carnem, quam induit ex Maria Salvator? D

374 Unde autem rursum aliqui eructaverunt parem prædictis impietatem, ut dicant corpus non esse posterius Divinitate Verbi, sed ei per omnia coæternum fuisse, quoniam ex substantia Sapientiæ constitutum est. Quomodo vel dubitare ausi sunt Christiani, utrum Dominus ex Maria procedens, natura quidem & substantia est filius Dei, quoad carnem vero ex semine David & ex carne S. Mariæ? Quinam tandem ita fuerunt præsumptuosi, ut affirmarent eum Christum qui secundum carnem passus & crucifixus est, nonesse Dominum & Salvatorem, Deum & Filium Patris? Qua ratione cupiunt nominari Christiani, qui dicunt in hominem sanctum, tamquam E in unum Prophetarum, venisse Verbum: & non ipsum esse natum assumendo ex Maria carnem, sed alterum esse Christum, alterum Dei Verbum quod ante Mariam & ante secula fuit Filius Patris? Aut qui possent esse Christiani, dicentes alium esse Christum, aliud Verbum Dei?

quos negat posse censeri Christianos,

375 Hæc tamen erant in tuo Memoriali diversimode quidem dicta, eamdem tamen vim ad impietatem insinuandam habentia: ob ista disceptabant & decertabant inter se, qui de confessione Patrum in Nicæna Synodo gloriabantur. Equidem non potui non admirari, quod eos toleraverit pietas tua, & ista dicentes non compescueris, veram eis fidem proponens; ut vel obaudientes quiescerent, vel contradicentes æstimarentur tamquam hæretici: nam quæ retuli neque dicenda neque audienda sunt à Christianis, utpote alienissima à doctrinis Apostolicis. Propterea etiam eorum assertа uti dicitur, nude scribi jussi in epistola, ut qui vel audierit tantum videat in iis contentam fœditatem atque impietatem: & quamvis merebantur qui talia excogitarunt pluribus coargui de imprudentia, credidi tamen suffecturum si huc usque continuaretur epistola, nec aliquid scribendum amplius. Quæ enim manifesto apparent perversa, ea nudari pluribus & curiosius tractari non debent, ne contentiosis videantur ambigua: aut hoc solum respondere ad ista oportet, quod non sint ex sensu Catholicæ Ecclesiæ, neque ea Patres docuerunt.

vel audiri debere,

cum respondendo indigni sint:

F

376 Ne tamen repertores iniquitatum, ex omnimodo silentio occasionem arripiant agendi impudentius, bonum erit ex divinis Scripturis aliqua pauca commemorare, ut vel ipsimet pudore victi à sordidis istis cogitatis cessent. *Atque his præmissis ingreditur in materiam Athanasius, confutans singula, nusquam tamen nominans Apollinarium à nobis laudatum supra cap. 18, istarum impietatum habitum postea assertorem, tunc vero fatorem forsitan adhuc occultum, saltem necdum suspectum Athanasio & ex veteris amicitiæ memoria carum. Quare mihi videntur præter auctoris mentem fecisse, qui duabus ejus circa hanc eamdem materiam & fere eodẽ tempore scriptis orationibus* de Incarnatione Domini nostri

confutat tamen singula eorum asserta,

nulla facta mentione Apollinarii,

1 p. 614 Jesu Christi, *& de ejusdem* salutari adventu, *addiderunt in titulo*, contra Apollinarium; *cum hic nusquam in ip-*

1 p. 633 *sis orationibus nominetur; ac ne unus quidem aliquis objectionum isthic dissolvendarum indicatur esse auctor, sed simpliciter agitur contra pruriginem in disputationem vocantium certissimã eatenus veritatem, & quam nec Ariani quidẽ*

qui nihil de ista scripsisse videtur,

in

A *in diſceptationem vocarant de vera Chriſti humanitate. Nihil autem omnino, circa hanc materiam Appollinarius ſcripſiſſe videtur, ſed ſolum docuiſſe verbo, quidquid perperam docuit, poſtquam* in ſanctas Scripturas innumerabilia ſcripſit & contra Porphyrium triginta libros, *quorum cauſa laudatur ab Hieronymo, tam in Chronico quam in libro de Scriptoribus.*

377 *Quin imo in magna Bibliotheca Patrum extat Leontii Byzantini liber, adverſus eos qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falſo inſcripta nominibus Sanctorum Patrum; ubi inter prima ponitur fragmentum ex Epiſtola ipſius Apollinarii ad Serapionem, eum veroſimiliter ad quem varia ſcripſiſſe Athanaſium ſupra docuimus, in qua ait:* Epiſtolam Domini Corinthum miſſam magnopere approbavimus, eorum autem qui dicunt carnem Deo conſubſtantialem magnam inſaniam damnavimus. *Fortaſis, ut etiam nunc ſæpe hæretici, ab eo quod impenſiſſime nitebatur perſuadere, fingebat ſe quam alieniſſimum: quomodo etiam diſcipulus ejus Valentinus Apologiam edidit, ab eodem Leontio citatam ſub hoc titulo,* adverſus eos qui dicunt dicere nos, *ſcilicet Apollinariſtas,* eſſe corpus conſubſtantiale Deo. *Atque hæc & alia plura ſunt, quæ de fide aut pro fide, ad orthodoxos vel contra hæreticos, Athanaſius ſcripſit, ultimis & quietioribus vitæ ſuæ annis, Alexandriæ reſidens. De quibus aliiſque omnibus ejus lucubrationibus intelligi debent S. Cyrilli in Epiſtola* I *ad Solitarios verba, quod* loquaci hæreticorum garrulitati invicta planeque Apoſtolica ſapientia reſiſtens, ſcriptis ſuis, veluti fragrantiſſimo quodam unguento, totum orbem mirifice recreavit; & ob dogmatum abſolutam integritatem fideique rectitudinem, magna apud omnes exiſtimatione & auctoritate ſemper fuit.

imo abſolute negavit ea à ſe doceri.

S. Cyrilli teſtimonium de doctrina Athanaſii.

B

378 *Iiſdem extremis ſuæ ætatis annis, Alexandriæ tranquille reſidens, ſcripſit vitam S. Antonii; quam ab Euagrio Latine redditam, notiſque illuſtratam, & ſuo auctori contra novatorum quorumdam inanes ſcrupulos vindicatam, dedimus* XVII *Ianuarii. Obierat ille, vivente adhuc Imperatore Conſtantio, vulgaris Æræ anno* CCCLVI*; adeoque privatus Athanaſius fuit eo ſolatio, quod, ipſo eodem anno ad eremum ſe recipere coactus, habuiſſet ex Patris tam cari & venerandi alloquio. Dubium tamen eſſe non poteſt, quin inter monachos quotidie converſans, & quandoque cum ipſius Sancti diſcipulis, multa adjecerit ad cognitionem, quam eo adhuc vivente hauſerat ex frequenti ipſius ac diſcipulorum ejus conſpectu & uſu. Quin etiam in hac grandi ætate* Thebaidis *monaſteria fuiſſe à S. Athanaſio viſitata credere ſuadet Vita S. Pachomii, qui anno* CCCXVI *vicennis dumtaxat, nunc cum Tabennenſe ab eo conditum monaſterium adiit Sanctus Antiſtes, plurimorum Pater monachorum erat, &* ſenex *appellatur, prout* XIV *die hujus menſis ex ejus Vita docebimus.*

à quo etiam habemus ſcriptam Vitam S. Antonii

C

379 *Iſti autem, quam dixi, S. Antonii Vitæ præmittit auctor Proœmium,* πρὸς τοὺς ἐν ξένῃ μοναχούς. Peregrinos Fratres *vertit Euagrius: proprium certo monaſterio potius, quam commune cuivis exteræ regioni nomen fuiſſe, ſuadet phraſis Græca; nec lubet appellationis cauſas divinando inveſtigare. Hoc certum videtur, ab Ægypto non adeo remotum fuiſſe locum, quin paucorum dierum itinere attingeretur; nec ita vicinum, ut ex eo frequenter Alexandriam venirent aliqui: ſic enim loquitur Athanaſius, ſimul & occaſionem ſcribendi, & rerum ſcribendarum notitiam, unde accepta & quomodo data, exponens.*

ad monachos ἐν ξένῃ,

380 Suſcepta epiſtola veſtra (*qua ſcilicet* interrogaſtis me de converſatione **S. Antonii**, diſcere cupientes qualiter exercitationem exorſus ſit, & qualis ante eam fuerit, qualemve habuerit finem vitæ, & utrum ſint vera quæ de ipſo dicuntur) volebam monachos quoſdam accerſere, qui frequentius cum eo eſſe conſueverant; ut plenius edoctus, vobis copioſius poſſem ſcribere. Sed quoniam concludebar anguſtia temporis ad navigationes idonei (*quo indicatur Solſtitii æſtivi tempus, poſt quod, intumeſcente fluvio, & ſuperatis ripis locorum diſcrimina confundente, ceſſabat navigatio*) & tabellarius feſtinabat; ideo quæ novi (nam ſæpe eum vidi) quæque diſcere ab eo potui qui tempore haud modico ipſi ſervivit, lavanti manus aquam infundens, pietati veſtræ ſcribere properavi.

qui id ab eo per litteras petierant.

AUCTORE D. P.

E

381 *Nicephorus Calliſtus hiſt. Eccleſ. lib.* 8 *cap.* 40, *cum dixiſſet, quod S. Antonii* Vitam ad memoriam poſteritatis copioſe deſcripſit rebus omnibus optimus Athanaſius, ut liber is monaſtici inſtituti velut regula quædam eſſet; *addit,* Ut, ſicut in Vita Syncleticæ mulieres, ita in illa viri, quod ſequerentur inſtitutum, tamquam in commentario expreſſum haberent. *Hanc Vitam, quam periiſſe credebat Baronius, dedimus nos ad* V *Ianuarii, prout ab interprete Davide Colvillo acceperamus, eo majori piorum virorum gaudio, quod, uti nonnemo ad Bollandum ſcripſit ex Anglia, acceperint eam,* velut ex orci faucibus ereptam, id eſt ex magno illo ſepulcro librorum in Eſcuriaco, ubi codicum MSS. cadavera aſſervantur & putreſcunt, & ex quo pauciſſimi liberantur. *Vix enim contingit ut aliquid originaliter integreque tranſcribi patiantur cuſtodes, inhumaniſſimi ſimul & Græcarum litterarum imperitiſſimi, prout magno ſuo cum dolore experti ſunt, Balthaſar Corderius noſter & Iacobus Sirmondus, hic Chriſtianiſſimi Regis interceſſione graviſſima fruſtra uſus, ut impetraret exemplar paucarum Epiſtolarum S. Theodori Studitæ, ad ſupplementum magnæ earumdem collectionis à ſe prælo paratæ, & ob eum defectum hactenus ſuppreſſæ: iſte nequidquam ſimili ex cauſa profectus in Hiſpaniam, ipſiuſque Regis inſtructus privilegio, quod tamen irritum reddidit eorum quos dixi cuſtodum moroſitas: quæ utinam vel nunc ſaltem miteſcat, poſt irreparabile tot codicum pulcherrimorum damnum, luctuoſo incendio anni* MDC LXXI *factum.*

Vita S. Syncleticæ, Athanaſio attributa à Nicephoro,

& à nobis in Ianuario Latine edita

ex Ms. Eſcurialenſi Græco.

382 *Verum quantumvis raræ felicitatis fuerit Vitam Syncleticæ inde qualitercumque eruiſſe; non tamen abſque ſcrupulo tulit* Bollandus, *quod eam ſub nomine S. Athanaſii imprimi juſſiſſet, Nicephoro id primum aſſerenti credens; de cujus fide etiam magis dubitaſſet, ſi videre potuiſſet commentarium noſtrum de Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, per eumdem attributa S. Sophronio Patriarchæ Hieroſolymitano, cum ſumma rerum ac temporum confuſione. Nam & acceperat ipſam S. Syncleticæ Vitam Græcam ex MS. Vaticano, una cum longe meliori verſione noſtri* Petri Lanſſelii, *quam ibi ſub nomine* Polycarpi *cujuſdam haberi deinde ſcripſit* Lucas Holſtenius, *Bibliothecæ toto orbe primariæ dignißimus olim cuſtos.*

non videtur vere ab eo ſcripta,

383 *Rurſum Pariſiis eamdem tranſcripſimus ipſi, ex vetuſto membraneo, ad eccleſiæ alicujus Hieroſolymitanæ aut Antiochenæ uſum deſcripto, unde dedimus in Martio Acta Sanctorum Martyrum, tum monachorum in S. Sabæ laura occiſorum ſub Arabibus die* XX, *tum Ducum* XLII *Imperatoris Theophili in Amorii excidio captorum & in Perſide occiſorum die* V; *& unde plura alias daturi ſumus: ubi in fine ad Marginem ita legitur* ἕως ὧδε πεπλήρωντω οἱ ἐκ τῆς ἁγίας π. ΘΘῷ τῦ μακ. Ἀρσ. τ̃ πηδ. λόγοι, καθὼς καθειρμ. κεῖντω ἅπαντες: *quod ſuppletis abbreviationibus ſic lego & reddo,* Huc uſque complentur ſermones, ex ipſa Sancta Virgine per Beatum Arſenium, Pegadum *Epiſcopum vel Hegumenum,* ſicut omnes concluſi jacent. *Præterea, habuit Eccleſia Alexandrina, annis poſt S. Athanaſii mortem centum viginti, Athanaſium alium, Petri Mongi, in hæreſi ſocium, in Epiſcopatu ſucceſſorem; adeo ut ne quidem* Athanaſii Epiſcopi Alexandrini *nomen, aliquibus forſan exemplaribus Græcis additum, & à Nicephoro lectum, ſecuros nos reddere poſſet (quamdiu certiora indicia nulla ſuppetunt) quod ea Vita ſit à Magno Sanctoque Athanaſio ſcripta.*

cum alibi inveniatur ſub nomine Polycarpi

F

aut Arſenii,

fuerintque Athanaſii duo Epp. Alexand.

384 *Quæ omnia cum nobis incertum Vitæ iſtius auctorem faciant; tum maxime ingens inter hanc & S. Antonii Vitam diverſitas cogit dubitare. Nam illa S. Syncleticæ nihil minus eſt quam Vitæ hiſtoria: & (ſi finem initiumque excipias, ubi educatio & obitus panegyrica deductione exornantur) aliud nihil eſt quam collectio ſermonum de virtutibus*

certe valde diverſus eſt utriuſque ſcriptionis modus.

AUCTORE D. P.

ac vitiis, ad religiosas Virgines habitorum: in iis autem quæ historica quadamtenus videri possunt, nulli apparent characteres temporum ac personarum, nullius alterius qui audierit adfueritve exprimitur nomen, nusquam vel de seipso vel de causa scientiæ auctor innuit aliquid; prorsus contra quam factum in Vita Antonii, ubi personæ & loca plurima nominantur, nec paucæ suppetunt temporum investigandorum notæ, ac nonnumquam in prima persona de seipso, ut præsente vel aurito teste, loquitur Sanctus; & pro consueto sibi in aliis scriptis usu, rationem in proliminari epistola reddit scriptionis suæ.

CAPUT XXXIII.

Mors, sepultura, translatio corporis, successor Petrus.

Tali vita dignam sortitus morte,

385 VItæ *inter perpetuos studiorum, disputationum, exiliorumque labores traductæ*, talem, *qualem utcumque describere conati sumus*, cursum cum tenuisset, *indefessus orthodoxæ fidei propugnator, & ecclesiasticæ disciplinæ vindex, Athanasius*; eumque ita, *ut vidimus*, institutus, alios quoque sic instituisset, ut Episcopalis administrationis norma essent viventis mores, recte autem docendi regula dogmata prædicantis; quod tandem pietatis præmium acceperit, *quærit ejus encomiastes Gregorius Nazianzenus: sibique ipse respondens*, In bona, *inquit*, senectute vitam claudit, patribusque suis Patriarchis & Propheris, Apostolis & Martyribus, qui pro veritate dimicaverunt, adjungitur: atque (ut c itaphium paucis complectar) excellentiori honore n discessu afficitur, quam quo in civitatis ingressi us ornatus fuerat; sic videlicet è vita migrans, ut multis lacrymas excitaret; majoremque æstimationem nominis sui reconditam in animis omnium relinqueret, quam quæ posset explicari signis sub aspectum cadentibus.

B

cum magno Alexandrinorum luctu efferitur,

386 *Tanti autem cum virum facerent Alexandrini, quid mirum si cari vultus lineamenta fideliter conservaverint in imaginibus; qualia fere referunt Menæa excusa ad* XVIII *Ianuarii, sub horum explicatione & sensu verborum:* Erat Athanasius mediocri statura corporis, modeste latus & incurvus; grato aspectu, decenti calvitie, adunco naso; barba non admodum promissa, sed diffusa & genas vestiente; ore brevi & quasi inciso; non omnino cano capite, nec pure albo, sed subflavo. *Ad hanc descriptionem satis prope accedit ejusdem imago præfixa editioni operum Parisiensi qua usi sumus, & ab Andrea Theveto Chalcographo Regio æri incisa, è quodam pervetusto exemplari, quod extat Alexandriæ; nisi quod barba forma videatur plus æquo promissa; sic ut quoad hanc, similior fortasse sit imago expressa ad diem prædictam in Menæis, dissimilior alias quoad cetera; tum quia emacido nimis vultu fronteque rugosa & bene capillata exprimitur, tum quia vertice ad modum Græcorum nudo, quem ex usu Ægyptiorum Episcoporum, etiam num à Ruthenis observato, oportuisset opertum pingere, sicut factum in tabula Alexandrina.*

& servata in imaginibus memoria vultus,

C

corpus humatur extra urbem,

387 *Porro sicut S. Antonius moriens mandavit discipulis*, ne corpus suum sinerent perferri in Ægyptum, ubi forte in domo aliqua reponendum esset; sed sepelirent & terra contegerent, *quemadmodum in Vita ejus scripsit Athanasius: ita hunc ipsum* scimus, *teste S. Ioanne Damasceno oratione* I *de imaginibus*, Sanctorum reliquias non in urnis collocandas, sed humi condendas eo consilio censuisse, ut absurdum Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis & scimpodiis collocabant. *Itaque non dubitamus quin hæc Sancti Præsulis constitutio tum quidem fuerit etiam in ipso observata, neque tantum terra infossum sit corpus (intra arcam tamen seu sarcophágum lapideũ, & cum honorifico desuper titulo) sed etiã extra urbem in cœmeterio: utrum vero ipsum intra urbem relatũ sit post Lucii Ariani depositionem, aut etiam post mortem Valentis, sub Imperio magni Theodosii, quando ad Episcopales aliasque urbanas Ecclesias deferri facile potuerunt Sanctorum Præsulum & populari veneratione dignorum ossa; vehementer ambigimus.*

D

quod postea translatum Constantinopolim.

388 *Magnam enim suspicionem translati Constantinopolim corporis, & quidem tempore S. Germani Patriarchæ Constantionopolitani: hic enim Officium ecclesiasticum in honorem Sancti recitandum vel composuit totum, vel partibus aliquot insignibus auxit: vel etiam multo citius translati, inquam, corporis suspicionem ingerunt excusa Græcorum Menæa ad diem* II *Maji: quando synopsis vitæ multo prolixior solito proponitur, & ex Ephemeride Metrica Constantinopolitanæ urbis legitur hic Versus:*

Δευτερίῃ νέκυς Ἀθανασίᾳ εἰσεκομίσθη.

Corpus Athanasii est illatum luce secunda.

Ephemeris hæc Constantinopolitanos, ut alibi dictum, fastos fere continet; & quod ipsa de corporis illatione intra urbem regiam cogitandum præbet, magis adhuc confirmat distichon, secuturo elogio ex more præludens:

Ἀθανάσιε πῆ κομίζῃ μοι πάλιν;
Καὶ νεκρὸν ἐξόριστον ἀπέμπτοσί σε.

Quo veheris iterum, quo veheris, Athanasi?
Etiam in exilium mortuum te relegant.

E

ubi communi festo cum S. Cyrillo colebatur XVIII *Ianuarii.*

389 *Accedit quod ad diem* XVIII *Ianuarii (quem esse Ordinationis diem ex temporum ratione & morte decessoris Alexandri arbitramur) ubi geminato Hymnorum sacrorum ordine ipsius & S. Cyrilli, Episcopi similiter Alexandrini, commune festum in MSS. & excusis omnibus proponitur, ad finem communis utrique elogii addantur hæc verba,* Festum eorum agitur in sancta majori ecclesia, *Sophia dicta: non alia, ut licet opinari causa, quam quia Reliquiis S. Athanasii in illam ecclesiam die ipsius natali jam olim illatis, postea conjuncta fuerint Reliquiæ S. Cyrilli, similiter ex Ægypto advectæ: siquidem verosimilis alia non apparet causa ejus commemorandi, & quidem tam solenniter, eo die, quo nullis Ægyptiorum fastis S. Cyrillus reperitur inscriptus. Ordinatus enim circa* XVIII *Octobris, uti constat ex Socrate lib.* 7 *cap.* 7, *mortuus putatur mense Iunio, quando Græca omnia monumenta Natalem ejus proponunt. Ceterum, quod hactenus suspicionem dixi; ex certa scientia infra probabitur, intelligeturque, ut ut olim in majori ecclesia festum suum habuerit S. Athanasius, ejus deinde cultum magis auctum esse, ædificata sub ejus nomine ecclesia propria in Xerolopho, translatoque in eam Sancti corpore, verosimiliter post tempora iconomachorum.*

& seorsim in propria ecclesia,

390 Gregorius XIII Pont. Max. *ut in notis ad Romanum Martyrologium scribit Baronius*, cupientissimus Orientalis Ecclesiæ unionis & pacis, Romæ templum egregium, S. Athanasii nomine, constituxit; Collegiumque Græcorum instituit, ubi complures adolescentes bonis moribus & orthodoxæ fidei doctrina erudiuntur: ex quo Seminario uberes aliquando pietatis fructus, ad Orientalem Ecclesiam venturos, Dei benignitate & S. Athanasii patrocinio, sperare licet. *Hæc Baronius, apte satis præmonens, quod,* cum olim urbs Romana, Petri Apostoli Sedes, Athanasio, magnis oppugnationum procellis agitato, tutissimus portus fuerit & tamquam azylum ac perfugium calamitatum omnium sanctissimi viri; non sine divino consilio factum videatur, ut fortissimus fidei defensor, religionis in Oriente propagandæ & ecclesiasticę unionis conciliandæ causa, iterum quodammodo, post annos mille ducentos & amplius, ad Urbem redierit, præclaro ei constituto domicilio *supradicto, quod haud diu post Societati nostræ commissum, in hodiernum usque diem speratos à se fructus haud segniter profert.*

F

Sub ejus nomine conditum Romæ Græcorum Seminarium.

391 *De Sancti ætate, quam moriens habuit, nihil potest definite statui. Existimo octogenario longe propriorem quam septuagenario fuisse.* Scisitatus autem de successore, Petrum,

A *Petrus ab Athanaſio ſucceſſor deſignatus,*

Petrum, tribulationum ſuarum participem & ſocium *delegit. Ita Ruffinus lib.*12 *cap.*3, *cui conſentiunt Socrates lib.*4 *cap.*16, *& Sozomenus lib.*6 *cap.* 18; *præ ceteris autem Theodoretus lib.*4 *cap.*18. Cum glorioſus Athanaſius, poſt tot certamina totidemque coronas, laborum ſuorum finem accepiſſet, tranſiiſſetque ad vitam ærumnarum expertem; Petrus, vir longe optimus, Præſulatum ſuſcepit; primum quidem ſuffragio beati illius capitis deſignatus, deinde vero conſenſu omnium tam in ſacro quam politico ordine præcellentium. Populus autem univerſus eum collaudans, teſtabatur lætitiam ſuam. Nam laborum ab Athanaſio ſuſceptorum ſocius ac particeps, cum eo, tam Alexandriæ agente, quam foris peregrinante, ſemper verſatus, multa cum eodem pericula ſuſtinuerat. Concurrerunt igitur vicini Epiſcopi; & qui aſceticas incolebant paleſtras, ipſis dimiſſis, dignati ſunt accedere ad Petrum in ſedem Athanaſii collocandum.

& magna omnium approbatione ordinatus,

392 Poſtquam vero Archiepiſcopalē inſedit thronum, ſtatim Provinciæ Præfectus Palladius, profeſſione Gentilis & ſimulacris colendis eatenus deditus, collecta Gentilium & Judæorum multitudine, eccleſiæ parietes circumdedit, deditque Petro mandatum ut exiret, alioqui comminans ſe deturbaturum vel invitum; idque ut ſimulabat, in gratiam Imperatoris.

ſubſtituto in ejus locum Lucio Arianо,

B *Rem in eccleſia Theonæ geſtam pathetice deſcribit ipſe Petrus, in epiſtola poſtmodum exarata, cujus partem Theodoretus prædictus ſua hiſtoriæ inſeruit.* Ariani vero, *ut ſcribit Socrates*, abſque mora Imperatori, tunc Antiochiæ agenti curaverunt ſignificandam Athanaſii mortem. Pauciſque diebus interjectis, Euzoius, Antiochenæ Sedis ſimul & hæreſeos Arianæ Præſes, temporis occaſione captata, decrevit ire Alexandriam, uti adminiſtrationem eccleſiarum ibidem Lucio pariter Ariano traderet. Quod cum etiam Imperator probaſſet, additus eſt eis Comes Largitionum, Magnus nomine; & mandatum Palladio Præfecto miſſum eſt, ut cum copiis militaribus ſerviret Euzoii propoſito. Qui & Petrum comprehenſum in cuſtodiam tradidit, & Clericis diverſimode amandatis, Lucium in Sede Epiſcopali collocavit .... & ſic Ariani, numero licet pauci, Alexandrinis eccleſiis potiti ſunt. *At captivitatis non meminit Petrus in epiſtola, ad diem* XIII *Maji danda.*

elapſus Romam abit, & Apollinarium damnat.

393 *Hæc cum Romæ intellecta fuiſſent, continuo Damaſus litteras, tum conſolatorias tum communicatorias miſit ad Petrum: qui elapſus è carcere ac navi vectus, Romam appulit. Vbi cum ipſe ac Pontifex certiores facti eſſent de Apollinarii hæreſi*, primi omnium, convocato Romæ Concilio, eam alienam eſſe ab Eccleſia Catholica pronuntiarunt, *uti ait Sozomenus lib.*6 *cap.*25, *quo per errorem citato Labbæus noſter in Synopſi Chronologica hanc Apollinarii damnationem ipſi adſcribit Athanaſio, ad annum uſque* CCCLXXIII *aut ultra, eum vixiſſe perſuaſus. Qua interim contra Orthodoxos quamque crudelis ſuſcitata Alexandriæ ſit perſecutio & in omnem circumlata Ægyptum, docebit prædicta Petri Epiſtola apud Theodoretum. Ruffinus paucis rem abſolvens, elapſo fuga Petro,* Lucius, tamquam materia

C *interim ſævit Lucius in urbe*

ſibi crudelitatis ablata, ſævior erga ceteros efficiebatur; & ita ibat in ſanguinem, ut nec ſpeciem quidem aliquam religionis ſervare videretur. Ejus primo ingreſſu tam turpia in Virgines & Continentes Eccleſiæ geſta ſunt, quæ nec in perſecutionibus Gentilium memorantur. Inde poſt fugam civium & exilia, poſt cædes & tormenta flammaſque quibus innumeros confecerat, ad monaſteria furoris ſui arma convertit; vaſtat eremum, bellum quieſcentibus indicit; tria millia & eo amplius viros, per totam eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos, oppugnare pari-

& in eremo,

ter aggreditur; mittit armatam equitum ac peditum manum; Tribunos, Præpoſitos & bellorum Duces, tamquam adverſum barbaros pugnaturus, eligit: qui cum veniſſent, novam belli ſpeciem vident; hoſtes ſuos gladiis objectare cervices, & nihil aliud dicere, niſi, Amice, ad quid veniſti? AUCTORE D. P.

394 *Duravit ea perſecutio, uſque dum Valente à Gothis occiſo, Imperatores* Valentinianus & Gratianus, Damaſi Papæ Romani conſiliis, Epiſcopos exilio damnatos, data lege revocarunt ad Sedes ſibi proprias, Arianis ab eis omnino depulſis. Tunc autem Alexandriam reverſus Petrus, proprium thronum Lucio ejecto recepit. *Ita Theophanes ad annum primum Theodoſii, in Valentis locum ſubrogati, qui fuit annus Chriſti* CCCLXXIX; *ut ii errent qui, vel Lucio ſolum quinque annos tribuunt, vel Petrum ipſo ſtatim initio ſui Epiſcopatus ejectum volunt.*

Valente mortuo redit Petrus,

395 *Cum autem per Catholici Imperatoris evectionem ſpes eſſet Regiam quoque civitatem Conſtantinopolim (ubi paucos, quos invenerat, Orthodoxos ſolicite adunabat S. Gregorius Nazianzenus) veræ fidei cultui reſtituendam; perſuaſum fuit Petro ut illuc ſuos Legatos mitteret, ſpecie quidem ad res Eccleſiæ ibidem nunc reſpirantis fulciendas: revera autem; ut, excluſo Gregorio, eidem præficerent quemdam Ægyptium, Maximum nomine, illuc ſe intrudere molientem. Fuit hæc macula in Petri gloria ſane non levis, uti ad diem* IX *Maji videbimus in Vita Nazianzeni: qui nihil mali ſuſpicatus, ſicuti ipſum Maximum exceperat amantiſſime, inſigni Oratione recitata; ſic etiam in horum Legatorum adventu aliam habuit Orationem quæ inter ceteras eſt* XXIV, *cujus exordio cum laudaſſet Ægyptios, ut divini verbi diſpenſatores optimos, qui verè ac ſincere medeantur fami populorum ſpirituali, ad Athanaſii ac Petri laudes, ſub nomine Joſephi narrandas, dilabens:* Talis, *inquit*, erat Joſeph diſpenſator veſter, ac proinde & noſter, qui & pro ſua ſapientia famem proſpicere norat, & conſilio ac prudentia curare .... Et quidem utrumvis Joſeph intelligere volueris; ſive illum immortalitatis amatorem & effectorem & nomen ferentem [Athanaſium]; ſive illius & in throno & in doctrina & in canicie ſucceſſorem, novum, inquam, noſtrum Petrum, non minus virtute quam nomine; à quibus id quod medium fuit (*ſcilicet hæreſis Ariana*) exciſum & contritum eſt, tametſi paululum adhuc & languide velut ſerpentis interciſi cauda, palpiter. Horum alter in bona ſenectute, poſt multas dimicationes & paleſtras vita defunctus, nunc res noſtras, ut perſuaſum habeo, cælitus inſpicit, ac in virtutis cauſa laborantibus manum porrigit, eoque magis quod corporeis vinculis liberatus eſt: alter ad eaſdem cæleſtes manſiones poſt eadem certamina properat; & Superis quidem jam propinquus eſt, ceterum hactenus adhuc in carne verſatur, ut Catholicæ doctrinæ poſtremam opem ferat atque cum ampliori viatico iter ſurſum capeſſat.

ejus & Athanaſii communis laus apud Nazianzenum.

& cultus apud Ægyptios.

E

F

396 *Plura deinde in* magnorum veritatis doctorum, propugnatorum, atque victorum *communem laudem addit Gregorius, veluti citam Petri migrationem præſagiens: quæ eodem anno aut ſequenti contigit, reduci enim unum ſolum annum tribuunt chronographi. Ei autem ſacros cum aliis Sanctis Epiſcopis honores detuliſſe videntur Alexandrini: nam in infra citandis Coptorum apud Seldenum Kalendariis, feſtum ſeu memoria* Petri Patriarchæ *notatum inveniuntur pluribus diebus; puta* XIV *Februarii,* XIX *Junii, &* XXIX *Octobris; præterquam quod in Novembri (quando Petrus Patriarcha & Martyr ab omnibus colitur) idem nomen inveniatur, tum ibi tum alibi, ad* XXIV, XXV *&* XXVI *dicti menſis. Verum, quam facile eſt ſuſpicari, aliquem ex priorum menſium diebus convenire Petro Athanaſii ſucceſſori; tam eſt difficile diſcernere, quis è tribus. Memini quidem alicubi legiſſe de eo, qui* XXIX *Octobris nominatur, Monophyſitam, id eſt, unius in Chriſto naturæ aſſertorem fuiſſe, quod eum à Petro* II *diſtingueret, faceretque credi hujus nominis Tertium, tempore Mauritii Imperatoris; ſed utrumque ambiguum reddit hiſtoria Patriarchalis,* XXV *Abibi, id eſt,* XIX *Junii mortuum Petrum* III *aſſerens. Ipſa vero illa Hiſtoria*

incertum quo die.

circa

AUCTORE D. P.

circa antiques exiguam fidem obtinet; quare neque magnifaciendum eſt quod Petri II *obitus ab eadem in* XXVI *Abibi, id eſt* II *Iulii conferatur.*

incertum quo die.

397 *Interim hæc omnia libuit hic in unum congerere locum, ne tanti viri virtus, nulli certo annotata diei omnino præterita videatur. Dicit quidem Hieronymus in Chronico, quod* poſt Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis ſuſpicionem intulerit acceptæ pecuniæ : *ſed hoc Luciferianorum Antiochenſium calumniæ adſcribatur, nec dedecori vertatur, Petro id feciſſe, quod magnus Athanaſius faciendum etiam ipſi Lucifero ſuaſerat, ut ſupra vidimus; contentus ſi abjurata hæreſi Nicænam fidem profiteretur, qui ab Eccleſia vellet recipi.* Petro autem mortuo, *inquit Theophanes,* Timotheus ejus frater Alexandrinæ Eccleſiæ & Orthodoxorum Epiſcopus in ejus locum conſecratur : *prius tamen quam id fieret, fuit Conſtantinopoli à S. Gregorio Nazianzeno recitatum encomium S. Athanaſii, quod inter illius orationes extat numero* XXI, *ubi præfatur ſolum dicturum* ſe pauca ex multis quæque veluti notiora & inſigniora ultro memoriæ occurrerent; idque ut & amori ſuo faceret ſatis & officium perſolveret concioni *Orthodoxorum, ad diem ipſius Sancti feſtivum in parva Anaſtaſia exiguo numero congregatorum. Sed de die cultus æque ac anno mortis reſtant adhuc dicenda quædam, pro quibus ſequens caput ſit.*

Petro ſuccedit Timotheus.

ſub quo à Nazianzeno habita oratio de S. Athanaſio.

B

CAPUT XXXIV.

Annus & dies, mortis atque cultus: Vitæ ſcriptores poſteriores.

Annus 371 *notatus per Conſules diſplicet Baronio,*

398 *QVod ad annum pertinet, quo è vivis abiit ſanctus Doctor, eum Socrates, proximus ævo ſcriptor, lib.* 4 *cap.* 16 *notatum reliquit,* Gratiano II & Probo Conſulibus, cum annis quadraginta ſex inter multa pericula Epiſcopatum adminiſtraſſet. *Eumdem Conſulatum, qui annum* CCCLXXI *notat, eumdemque annorum Epiſcopatui impenſorum numerum notant auctor vitæ Anonymus & Metaphraſtes Socratem ſecuti. Baronius ad an* 69 *num.* 36 *ita loquitur :* Tempora annumerata per Conſules, libentioribus ſunt accipienda auribus, cum ceteris illa frequentior, liberalior & verior noſcatur eſſe chronographia, quæ à faſtis deducta eſt Conſularibus. Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis ſcriptoribus interdum invenimus Conſulibus eſſe ſignata, magno afficimur gaudio, perinde ac ſi in tenebris oberranti fax aliqua exoptata præfulgeat. *Hæc ille, ſed poſtea ſui oblitus voti, prælatam ſibi à Socrate facem ipſe extinguit, acturus de S. Athanaſii morte; eamq; in notis ad Martyrologium* Modeſto & Arintheo Coſſ. *annum* CCCLXXII *notantibus & apud neminem antiquorum inventis, primus ſignat. Quo autem argumento* mendacii arguitur Socrates? *Quia, inquit, ad an.* 372 *num.* 63 ex ſententia Cyrilli, quem hæc omnia exploratiſſima habuiſſe oportuit, utpote ejuſdem Sedis Epiſcopum, quadraginta ſex annos *(quos etiam habet Socrates)* eoſque integros Athanaſius ſediſſe traditur; ... conſtat *autem* anno ſequenti à Concilio Nicæno nempe Domini CCCXXVI fuiſſe creatum Epiſcopum Alexandrinum.

C

qui mavult 372 *nctare:*

399 *Cyrilli verba in Epiſtola* I *ad Solitarios hæc ſunt,* ὁ τὸ ἀοιδίμε μνήμης πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος, τὸ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας καλλακοσμήσας τὸν θρόνον ἐφ' ὅλοις ἔπεσιν πασαρήκοντα ἢ ἓξ τὸν ἀριθμὸν. *Sed non ita clara hæc verba ſunt, ut ſecundum Græcæ locutionis proprietatem annos integre completos deſignent, & non ſalvari poſſint eo ſenſu, quo Ruffinus, Cyrillo ſenior, dixit Athanaſium* quieviſſe in pace quadrageſimo & ſexto anno Sacerdotii ſui : ὁ τὸν ὅλοις, integris, *licet videatur afficere vocem annis, immediate ſequentem; ex mente tamen loquentis trahi poteſt ad ſolam integritatem numeri, ut ſi dicat,*

ſed locus Cyrilli quo nititur,

annis omnino ſexaginta ſex, *quomodo loquimur etiam cum ultimus non plene decurſus habetur. Habentur autem, à die* XVIII *Ianuarii anni* CCCXXVI, *uſque ad anni* CCC LXXI *diem* II *Maji, anni* XLV, *menſes* III *& dies* XVI. *Græcis porro Ægyptiiſque, à Septembri menſe annum inchoantibus, adeoque in primo Athanaſii ad communem æram aptato menſes fere octo, in poſtremo menſes rurſus octo invenientibus, tanto fuit facilius utrimque incompletos annos numerare pro integris, quanto minus ad plenitudinem deeſſe videbatur.* D

non exigit annos 46 *integre completos.*

400 *Theophanes in Chronographia, ultimum S. Athanaſii annum cum anno Alexandrinæ Æræ* CCCLXV *componens; eumdem cum anno communis Æræ* CCCLXXIII *conjungit; quem annum etiam S. Hieronymus in Chronico adſcribit initio Petri, poſt Athanaſium ordinati; & eumdem Labbæus noſter præfert, atque indubitabilem eſſe credit, propter auctoritatem S.* Proterii, *qui & ipſe Epiſcopus Alexandrinus fuit, paucis poſt S. Cyrilli mortem annis in locum Dioſcori, propter hæreſim depoſiti, ſubrogatus. Hic autem an.* CCCCLIV *ad S. Leonem Papam, ſcripſit* Epiſtolam *de Paſchate, quam ex MS. acceptam Bucherius noſter inſeruit ſuo ad Victorii Canonem Commentario, ubi pag.* 84 *ſic legitur :* In octogeſimo anno ab Imperio Dioeletiani, ſuperſtite beatæ memoriæ Patre noſtro & Epiſcopo Anaſtaſio (*imo* Athanaſio) cum XIV luna Paſchalis XXVIII die menſis Phaminoth, id eſt, nono Kalendarum Aprilium die proveniſſet, die Dominico; in ſubſequentem tranſlatum eſt Dominicum, ita ut quinta die menſis Pharmoti, hoc eſt pridie Kalendarum Aprilium, celebraretur Paſcha Dominicum. *Omnes iſti characteres annum procul dubio notant* CCCLXXIII : *quo ſi adhuc uſque ad Majum aut ultra vixiſſet Athanaſius, jam non ſolum* XLVI *annis, ſed* XLVII *& amplius in Epiſcopatu expleſſe dicendus foret : quod omnium omnino auctorum, ipſiuſque Theophanis conſenſui repugnaret; maxime autem Cyrillo, qui non debuiſſet numerum imminuere eo loco, ubi ex ipſa annorum multitudine, quibus Eccleſiæ præfuit, Athanaſii auctoritatem exaggerat in materia fidei, circa ſacram Virginem, ut vere Deiparam, tenendæ.*

qui annum 373 *ſcri. buns*

nituntur teſtimoniis Proterii,

E

401 *Quod autem ad Proterii auctoritatem attinet; ea major foret ſi vel ipſum Græcum textum haberemus incorruptum, vel ſaltem Latinam verſionem ex autographo incorrupto acceptam : nunc vero ea reperta eſt in manuſcripto aliis pluribus locis vitioſo, uti in margine notat Bucherius; non tantum ipſum Sancti nomen, ſed & numeros annorum, jubens ſucceſſive corrigi, & pag.* 85 *pro* CCLV *legi* CLXXI, *pag.* 86 *pro* CCLXXV *ſcribi* CXCVIII, *& pro die* XXVIII *menſis diem* XXX. *Sane id paſſus videtur Proterius per librariorum ſocordiam, aut interpretum ignorantiam, quod ne ſibimet ipſi aut ſuis notariis eveniret, ait in fine,* tranſferre hanc epiſtolam in Latinæ vocis eloquium non ſatis certum eſſe putavimus; ne forte Græciſſantes apud vos, nec * etiam valentes hæc diligenter exprimere, * læderent veritatem propter informem ſermonem atque incongruum; & qui forte non ita poſſit * attendenter ſcienterque transferri atque cauſa poſcebat.

Proterii vero epiſtola, pluribus locis corrupta,

F

* nec enim jam

* *an* læderemus?

* ardenter

402 *Quid igitur, ſi eo loco, ubi Græce legebatur* ὑποβιόντος, defuncto; *ſcripſerit vel legerit aliquis,* ὑπερβιόντος, ſuperſtite? *Quid ſi exciderint verba aliqua, ſcripſeritque Proterius, non quid factum ſit eo anno,* ſuperſtite Athanaſio, *ſed quid pro eo anno aliquamdiu ante ſit ordinatum ab eodem vivente? Nec enim incredibile eſt quod tabellæ Paſchales, uti nunc ad multos annos conſequenter notatæ inveniuntur in antiquiſſimis MSS. Latinis, ſic etiam in Eccleſia Alexandrina pro pluribus annis haberentur digeſtæ. Has igitur ſtatim poſt Nicænum Concilium, à quo quæſtio de Paſcha diſcuſſa fuerat, renovandas curaverit Athanaſius; & rurſum iterum ante mortem, dum pacatior Eccleſiæ Alexandrinæ ſtatus otium ejuſmodi curis idoneum ſuggerebat. Hieronymi Chronicon ſcriptum ab eo admodum juvene, ut alibi ſæpe in digerendis per annos rebus, ita hic etiam ſi erraverit,*

etiam in illo aliquid paſſa videtur.

A verit, ſicuti poſtea erravit Theophanes, ex eo quod totos XLVI annos poneret inter annos ordinationis & mortis, non valde nobis curandum eſt, nec ullatenus tolerandum ut propterea Conſules commutentur.

403 De die minus videtur ambigendum, quin omnino fuerit II Maji: in hoc enim omnes omnino conveniunt faſti Ægyptii, Græci, Latinique. Ægyptii quidem; nam in eo Martyrologio quod Romæ apud Maronitas ſervatur, nobiſque Latinum fecit Gratia Simonius, ad II Maji notatur Memoria S. Athanaſii Magni, cum hac ſeu oratione ſeu antiphona, Fuiſti columna veræ doctrinæ & Eccleſiæ, divina confeſſione, o Pontifex Athanaſi, quia prædicaſti Filium Patri eſſe conſubſtantialem, & confudiſti Arium, O Sancte Pater, precare Chriſtum Deum ut concedat nobis magnam miſericordiam. In duplici ſimili Heortologio Coptico, Arabice (uti & Romanum illud) ſcripto, ſimiliter invenitur ad VII Baſchnes, id eſt, ad II Maji. Ac primum quidem in eo quod apud Abulaibſan Achmed Calcaſendium, ſcriptorem Mahumetanum perinſignem, reperiſſe ſe MS. dicit Seldenus, lib. 3. cap. 15 de Synedriis Hebræorum, Feſtum Aſaſii, perperam indubie ſcriptum, pro Athanaſii. Iterum vero apud eumdem Seldenum ex ſimili manuſcripto ad calcem Euangeliorum, anno MCCLXVIII exaratorum deſcripto, Sancti A-
B thanaſii: & additur Apoſtoli, pro quo in Hiſtoria Patriarchali melius ponitur cognomentum Apoſtolici, quod ſane labores ejus pro fide meruerunt. Notandum eſt autem quod in nullo iſtorum Arabicorum ſcriptorum alibi uſpiam habeatur nomen S. Athanaſii niſi hoc II Maji. Extat tamen in prædicto Collegio Maronitico Chaldaicum Kalendarium, à Simone Moyſis Maronita Italice tranſcriptum, ubi ad XVIII Ianuarii memoria S. Athanaſii iteratur: quemadmodum & in omnibus MSS. Græcis; niſi quod hæc conjungant eidem memoriam S. Cyrilli, ut diximus.

404 Denique in Hiſtoria Patriarcharum Cophitarum, uſque ad an. MCCLVIII deducta, quam Abrahamus Echellenſis Latinam fecit & vulgavit, dicitur quod obiit Sanctus Patriarcha, ſeptima Beſcinas, die Iovis. Diem menſis, ex communibus, uti vidimus, Kalendariis auctor accepit; feriam ex ſuo calculo, nimium quam ſæpe exorbitante addidit: nam cum volens integros XLVI annos Epiſcopatus numerare, notaſſet annũ Æræ Alexandrinæ CCCLXIV, qui nobis eſſet CCCLXVII Biſſextilis, notatus litteris Dominicalibus A G, ſecundus Maji fuiſſet dies Mercurii; dies autẽ Iovis non fuit niſi anno CCCLXXIII. Ipſo autem quo obiiſſe Sanctum diximus anno dies II Maji concurrebat cum Feria II hebdomade. Sed fortaſſe non ita conſtans Ægyptii Kalendarii ratio eſt, ut hujus menſes eodem ſemper modo
C concurrant cum Latinis menſibus, quod aliis examinandum relinquo; unum moneo, ne quem decipiat Athanaſii Epiſcopi Alexandrini nomen, alicubi fortaſſis inveniendum XVI aut XVII Septembris, qui reſpondent XX & XXI Ægyptii Thoth, hic enim juxta prædictam Hiſtoriam eſt alius plus quam centum annis poſterior, ſicut ſupra diximus, & tamquam hęreticus notatur in S. Nicephori Chronologia.

405 Græci, uti jam ſæpe indicavimus, in gemino cultus die conveniunt: & quidem pro XVIII Ianuarii allegat Baronius in Notis ad Martyrologium Emmanuelis Imperatoris Conſtitutionem; quando etiam in Menæis inveniuntur Odæ, ab iis quæ II Maji præſcribuntur diverſæ, ſub acroſticho tali:

Ἀθανάσι῾ εὖχ῾ ὀρθοδοξίας ἔφυ.

Decus Athanaſius orthodoxiæ fuit.

Sintne eæ Odæ S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani opus, cujus alia ſunt Sticharia, etiam II Maji recurrentia, non eſt facile definire: quæ ipſo II Maji præſcribuntur nulli acroſticho illigantur, atque adeo vetuſtiores videntur iis quæ in Ianuario recitantur; ut veroſimile ſit prius feſtum in Conſtantinopolitana Eccleſia ſerius fuiſſe receptum, quando ſcilicet communior cœpit eſſe acroſtichorum uſus ad Odas ejuſmodi componendas.

406 Inter Latinos, qui S. Athanaſii nomen ſacris faſtis ad II Maji inſcripſere, primum locum ſibi vendicat Beda; non ſuppoſititius ille, quem ſolum novit viditque Baronius; ſed genuinus, qualem ante tomum 2 Martii dedimus, cum his verbis IV Nonas Maji, ſancti Patris noſtri Athanaſii Alexandrini Epiſcopi: quod Rabanus tranſcripſit. Florus addidit orthodoxi, qui pro Chriſti fide multa perpeſſus eſt. Plura, & fere ex Ruffino ſumpta, ſubjungunt Ado & Notkerus. Medius inter horum prolixitatem & brevitatem Bedæ incedit Vſuardus, cujus phraſim in hodierno Romano Martyrologio modice auctam expolitamque habemus, poſtquam Pius V annue de eo agendum Officium ſub ritu Duplicis ordinavit: quod antea ſub ritu ſimplicis agendum quis primus decreverit haud ita liquet. Gavantus in Rubricas Breviarii ſect. 7 cap. 7 ſic inveniſſe ait in Breviario anni MDL: ſed multo ante Cardinalis Quignonius, in ſuo per Paulum III approbato Breviario, Officium de Athanaſio recitandum propoſuit, & nomen inſcriptum Kalendariis reperitur. Breviarium quoque Capuanum anni MCCCCXCIX Officium ſimplex cum tribus propriis lectionibus habet, ut in hoc Sancto colendo Romana Eccleſia omnino videatur ab aliis in Italia Eccleſiis exemplum accepiſſe quod imitaretur.

407 Vitæ ſcriptores, tam Græci quam Latini, fuere multi: ſed, ſi Gregorium Nazianzenum excipias & ætate proximos Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, ſæpe in hoc commentario citatos, nemo aliquid edidit quod huic operi inſeri mereatur. Inter opera extat duplex Græca, altera auctoris Anonymi, quam nova Latinitate donaveramus, prius quam ejus vitia haberemus comperta; altera ſolo fere ſtylo politiori differens à priori, editaq; ſub nomine Metaphraſtis: tertiam in Bibliotheca deſcribit Photius, aliquanto contractiorem prioribus: & omnes iiſdẽ laborant defectibus, quos etiam me tacente curioſus lector facile per ſe cognoſcet, poſtquam hunc commentarium legerit.

408 Præcipua ſunt, quod ad Alexandrum & Athanaſium datas dicant Conſtantini Magni litteras pro Ario, quæ fuerunt Alexando & Ario communiter ſcriptæ, abſq; ulla Athanaſii mentione. Secundo quod Arſenium, de cujus cæde accuſatus fuit Athanaſius, & quem hic pluries Epiſcopum nominat; Vitæ iſtæ faciant Lectorem Alexandrinum, metu commeritarum ob pudendum aliquod facinus pœnarum ab Athanaſio profugum. Tertio quod pro conciliabulo Antiocheno, contra Athanaſium ex mandato Conſtantii coacto, inducant ſecundum quoddam conciliabulum Tyrium; de quo ea narrant omnia quæ ſub Conſtantio Tyri acta ſunt. Quarto quod narrent Athanaſium iſtic damnatum, ſex annis latuiſſe in fovea, priuſquam in Europam tranſiret ad Iulium & Conſtantem; cum tamen Romam adierit Sanctus interim dum contra ſe conſpirarent adverſarii; atque illuc redierit eodem anno, opem imploraturus adverſus Gregorium ſuæ Sedis invaſorem & iniqua Arianorum judicia: & deinceps manſit in Occidente. Quinto quod poſt Conciliabulum Mediolanenſe iterum ad
F ſexennium concludant Athanaſium cum virgine ſacra, quando eum conſtat in eremo apud monachos delituiſſe.

409 Latina Legendaria antiqua in pergameno, referentia S. Athanaſii Vitam, habemus quædam, plura vidimus; quin & tranſcribi fecimus aliqua, primum ex MS. Vltrajectino S. Salvatoris, deinde ex Codice 145 Caſinenſis Bibliothecæ Longobardicis litteris exarato. Sunt autem omnia fere ex Ruffino collecta ac ſæpe iiſdem plane verbis. Sed hanc Legendam, pro rerum ab Athanaſio & circa Arianam hæreſim geſtarum amplitudine, nimis arctam jejunamque cenſens Ioannes Aretinus Rom. Eccl. Subdiaconus, vir eruditus, ſub Eugenio Papa IV, circa annum MCCCCXL, ex auctorum Græcorum fontibus, Euſebio præſertim, Socrate, Theodoreto atque Sozomeno, nec non ex Vita ſub nomine Metaphraſtis inventa, prolixam ſatis contexuit hiſtoriam, dictoque Pontifici dedicavit, ut innumeras perſecutiones ea- circa an. 1440
tenus injuſte perpeſſo, inter quas ſuæ illi æque ac S. Athanaſio non defuerint conſolationes. Nam ſicut hic multa interim pro Dei Eccleſia ſe perfeciſſe gaviſus, tandẽ ſuæ propriæ Alexandrinæ pacem redditam vidit: ſic & illi gratulatur Ioannes inveteratum Græcorum atq; Armenorum ſchiſma perduxiſſe ad unionem, infinitis pene impenſis ac ſummis laboribus, rem multis Deceſſorum tentatam, perfectam nemini.

Dies natalis 2 Maji notatur in omnibus faſtis Ægyptiis,

qui non recte cum die Iovis componitur, pro eo quo Sanctus obiit anno.

Græci etiam 18 Ianuarii feſtivum S. Athanaſio habent.

AUCTORE D. P.

Latini ſolum norunt 2 Maji.

Tres Vitæ Græcæ auctorum poſteriorum

E

multis laborant erroribus.

Legenda Latina fere ſunt ex Ruffino,

ampliorem ſcripſit Ioannes Aretinus,

AUCTORE D. P. *Nullam hic mentionem facit Iacobitarum, qui missi altero post prædictam unionem anno & XLI istius seculi; nullam etiam Legatorum, qui anno mox sequenti venerunt à Prestejanne; ut scriptæ dedicationis tempus nullatenus posit in dubium revocari.*

extat ea Senis MS. 410 *Vitam hanc Aloysius Lipomannus vulgavit tomo 3 de Vitis Sanctorum; nos autem anno* MDCLX *eamdem, sed absque auctoris nomine, manuscriptam invenimus Senis in armario quodam bibliothecæ Pontificiæ, olim Pii II cura juxta Cathedralem Ecclesiam ornatæ instructaque, nunc autem fere vacuæ: eique adjunctam reperimus Epistolam Iustiniani Imperatoris ad Menam Patriarcham, quæ quinto Concilio celebrando dedit occasionem, cujus contextum Græcum profitebatur se habuisse interpres (idem haud dubie qui vitæ collector) à Theodoro Feltrensium Episcopo.*

cum memoria Theodori Feltrensis Episcopi: *Qualem cum in toto Feretranorum Episcoporum Catalogo nullum reperiamus: vide num hic non posit interponi inter Ioannem de Arimino, cujus pro anno* MCCCCXXIV *extat memoria, servata in calice tunc per ipsum oblato; & Franciscum Angelum de Claravallibus, anno* MCCCCXLIV *ad cathedram illam admotum. Circa eumdem annum composita est Venetiis quædam ejusdem Sancti Vita, ad usum monialium sanctæ Crucis, ad quas recens fuerat corpus translatum: quæ Vita cum non satis certa cultaque videretur, Hermolaus Barbarus Episcopus Veronensis aliam ex Eusebii scriptis compilavit. De utraque infra plura dicentur.*

aliæ duæ MSS. Venetiis.

B

Catena de Vita Sancti ex Græcis & oratio Anonymi. 411 *Extat etiam alia Actorum S. Athanasii collectio, ex prædicto Aloysio Lipomanno, post ipsius Sancti Opera; estque veluti catena ex Socrate, Theodoreto, atque Sozomeno: cui ibidem subjungitur* Oratio de vita, certaminibus, & laudibus Sancti, à viro quodam docto ante multos annos conscripta: *quod hic sufficit indicasse, ut tandem finiam cum Nazianzeno, Sanctum sic alloquente:* Ast tu, o sacrum & carum caput ... benignus de cælo nos respicias, populumque hunc regas, perfectum perfectæ Trinitatis cultorem, quæ in Patre, Filio, & Spiritu sancto intelligitur & adoratur; meque, siquidem in pace agere liceat, manu teneas, simul gregem pascens; sin autem vivendum est in bello, abducas hinc sive assumas, tecumque & cum tui similibus colloces, tametsi grande est quod petitur, in ipso Christo Domino nostro, cui omnis gloria honor & imperium in secula. Amen. *Quibus verbis & ipse suam de maximis Athanasii meritis fiduciam explicat, & exemplo præit ipsum invocandi, etiam in his quæ Ecclesiam nunc turbant variarum novarumque opinionum tempestatibus: quas veluti in speculo proponere videtur noster Ludovicus Maimbourg, duobus tomis Gallice editis &*

Conclusio Nazianzeni.

C Historia Arianismi *appellatis, ubi S. Athanasius præcipuas ubique partes agit.*

virtutū synopsis. 412 *Quæ autem quantæque virtutes ejus in tam varia fortuna & jactatione exstiterint, si quis velit ex ipsiusmet scriptis collectum videre, habet ultimum librum Vitæ Gallicæ, in principio laudatæ, cujus summariam synopsim per capitum titulos hic lubet proponere*

LIBR XII.

CAP. I. De fide S. Athanasii, fundamento Constantiæ ejus.
II De soliditate & eminentia scientiæ ejus, Scripturis & traditioni innixæ.
III De spe ipsius & fiducia in Deum.
IV De caritate ejus erga Deum.
V De amore ejus erga Ecclesiam in genere, & specialiter erga Alexandrinam.
VI De prudentia & justitia S. Athanasii.
VII De fortitudine & magnanimitate ejusdem.
VIII De frequenti ejus recessu & fuga, pusillanimitatis haud quaquam accusanda.
IX De patientia ejus, quantique in regimine animarum fecerit exercitium hujus virtutis.
X De ejus temperantia, vitæ austeritate & perfectissima continentia. D
XI De humilitate & mansuetudine S. Athanasii.
XII Quid senserit de statu Episcopali, & quibus regulis ingressum ad eumdem præmunierit scribens ad Dracontium.
XIII Quantum solitudinem & Solitarios semper amaverit.
XIV Qualem de sacris Virginibus curam gesserit regulas eis opportunas præscribens.
XV Quanti fecerit Psalmos Davidicos, Psalmodiæ ecclesiasticæ æstimator præcipuus.

CAPUT XXXV.

De corpore S. Athanasii Constantinopoli Venetias translato & ejus ibidem cultu.

De corpore in ecclesia non S. Zachariæ 413 Q*Uæ de corpore S. Athanasii, Alexandria Constantinopolim translato, diximus supra per conjecturam dumtaxat, certitudinem accipiunt ex certitudine ædificatæ ibidem ei ecclesiæ & post secutæ translationis Venetias. Hoc illuc in ædem S. Zachariæ delatum cum dicunt Baronius & Vghellus, erraverunt sine dubio in nominandæ ecclesia: quia ibi nulla est S. Athanasii memoria: corpus vero prædictum adhuc hodie servatur in monasterio,* E *ad quod delatum initio fuit, sanctæ Crucis de Iudaica, earum insularum una, quæ Veneticam urbem quadam veluti concatenatione præcingunt, ex ea parte qua S. Marci basilica & forum mare respiciunt. Distinctiorem de præsenti corporis statu factaque olim translatione notitiam requirenti mihi, R. P. Aloysius Gonzaga, Professæ Domus nostræ Venetiis Præpositus, cum per se nequiret servire, ad urgentiora officii sui negotia evocatus in agrum Patavinum, curavit ut unus è suis responderet, vir sane accuratissimus, uti ex sequenti ejus scripto, in publici testimonii formam digesto apparet.*

sed S. Crucis asservato

testatur qui inspexit an. 1676 414 In nomine Domini. Amen. Aloysius Carnolius, Bononiensis, Societatis Jesu Professus, annorum LIX, accessi die XV Septembris anno MDCLXXVI ad ecclesiam Monialium sanctæ Crucis, Ordinis S. Benedicti, positam Venetiis in Judaica: & vidi super altare, situm in medio ecclesiæ, arcam ingentem, ligneam, conopæo serico Damascено, aureis fimbriis terminato, opertam, affabre sculptam, ac totam inauratam: ubi ajunt asservari corpus S. Athanasii, Episcopi Alexandrini, qui fuit auctor Symboli, Quicumque, nam ita denominatur. Amoto conopæo,

intra aream integrum sublata est pars versatilis anterior prædictæ arcæ, ac per nitidissimas ingentes crystallos, admota etiam per me qui conscenderam altare una ex candelis, F de more quoties patefit arca accensis; vidi sanctum corpus supinum, veste sacrificali pretiosissima indutum: per cujus vestes & amplas ex arte rimas, vidi brachium alterum & femur, manum etiam utramque ac digitos gemmatis annulis ornatos. Pedes habet

sed sine capite. calceatos: capitis autem loco, quod pridem Romam delatum ajunt, involucrum est quoddam ex subtilissima byssо, serico phrygiato distinctum, cui mitra est imposita. Parieti ecclesiæ dextero affixa est prægrandis tabula, non ineleganter depicta, in cujus altera parte exprimuntur gesta S. Athanasii celebriora, ea præsertim quæ in Romano Breviario ad II diem Maji notantur; in altera parte series & historia Translationis ad urbem Venetam atque ad hanc ædem. Ex eodem pariete videre est pendentia anathemata plura votiva ex argento, tabellasque ligneas depictas, in fidem ac memoriam sanitatum ac beneficiorum acceptorum malorumque depulsorum per S. Athanasium.

415 Præterea in Kalendario Veneto, sive Ordine recitandi divini Officii, quotannis imprimi solito, ubi notatur nomen S. Athanasii, semper additum

A tum legitur, Ejus corpus eſt in eccleſia monaſterii ſanctæ Crucis in Judaica. In libro quoque Venetiis impreſſo, cui titulus Chronologia Veneta, diſerte aſſeritur, in Judaica penes eccleſiam ſanctę Crucis jacere corpus S. Athanaſii Patriarchæ Alexandrini. Tandem monachi Græci, qui Venetiis colunt eccleſiam S. Georgii Græcorum, ſingulis annis ſtata die accedunt eccleſiam ſanctæ Crucis in Judaica, ut in ea devenerentur corpus S. Athanaſii, ſuamque coram ipſo pſalmodiam peragunt ritu ſolenni. In templo S. Laurentii ſervatur adhuc, & quidem ab aliquot ſeculis, digitus è ſancto corpore revulſus: apud Moniales vero S. Zachariæ Venetiis nuſquam eſt S. Athanaſius: non ejus corpus, non pars corporis, non reliquia ulla; non monumentum, non tabula privata aut publica; non rumor ſive fama de hoc aliqua, neque apud ipſas Moniales. Et hæc poſt exactiſſimam inquiſitionem, atque adeo ut certo certiora atteſtor.

cultus Venetiis præſcriptus,

digitus in eccleſia S. Laurentii.

liber de vita & tranſlatione MS. Italice

B 416 His ita inſpectis Reverendiſſima cœnobii illius Abbatiſſa, D. Cecilia Ceſara, exorante Nobili Senatore D. Livio Sanudo, obtulit mihi librum, apud ſe ſolitum aſſervari, cum hoc titulo Italice ſcripto, Liber in quo de Vita & tranſlatione glorioſi S. Athanaſii. Eſt Codex in quarto, ut ajunt, ad craſſitiem pollicis humani conſueti compactus ex craſſiſſima charta, ligneis tabellis armatus, fibuliſque coriaceis occluſus: in quo poſt narratam curſim Italico, ſed inconditiſſimo ſermone vitam S. Athanaſii, occurrit hic titulus. Incipit Tranſlatio glorioſi S. Athanaſii Patriarchæ Alexandrini: quam fideliter in linguam Latinam deinde tranſtuli & tranſlatam una cum hiſce mitto. Meminit idem liber anni MDC, quo ex priori arca corpus S. Athanaſii repoſitum fuit decentius in elegantiorem, quæ hodie viſitur aream; nec ſine pompa populique affluxu reſtitutum ſolenni ritu in eumdem locum die 1 Maji. Anno autem MDCXXXIII, jubente Cardinali Cornelio, Patriarcha Veneto, ad ornamentum atque tutelam appoſita eidem cryſtallus eſt.

teſtis tranſlationis factæ in novam aream.

alius item Latinus Hermolai Barbari Ep. Veronen.

417 Atque hæc una cum prædicta tranſlationis hiſtoria excerpſi ex libro MS. prædicto: quem cum redderem Abbatiſſæ, ab eadem oſtenſus mihi eſt alter liber, paris magnitudinis & formæ, rubro corio contectus, item manuſcriptus; in quo eadem prorſus continentur quæ in altero, aſt ſermone Latino, cum hac præliminari epiſtola. Hermolaus Dei patientia Epiſcopus Veronenſis ad venerabiles ſanctimoniales ſanctæ Crucis de Judaica. Petiiſtis à me, Sorores ac Filiæ in Chriſto dilectiſſimæ, ut Athanaſii ſanctiſſimi viri Vitam, quam conſtat olim ab Euſebio Græco ſermone conſcriptam, vobis in Latinam linguam traducerem; ut vir ille, ſingularis excellentiæ atque virtutis, Latinis quoque litteris decantaretur; & quales fuerint ejus mores ac diſciplina, qualiſque pro Chriſti fide concertatio animique conſtantia, vere fideliterque dignoſceretis; cum exiſtimetis veterem illam de eo viro pervulgatam hiſtoriam, quæ ob veſtram in eum devotionem quotidie in veſtris verſatur manibus, haud quaquam fidelem eſſe, nec ejuſmodi, ut ejus oratio viri illius gravitati ac præſtantiæ poſſit ulla in parte reſpondere; judicetiſque eam in multis apocrypham eſſe, nec ubique veritatem continere: eamque per Reverendum Patrem meum virumque devotiſſimum Bartholomæum, S. Nicolai in littore Abbatem, ad me miſiſtis, ut non veſtro magis quam meo quoque judicio aut comprobaretur aut refelleretur.

C *rogati vitam ex Græco Euſebii Latinam reddere,*

418 Verum etſi ego non ſim ejuſmodi qui exiſtimem me poſſe, aut orationis elegantia aut converſionis dignitate, veſtræ de me exſpectationi reſpondere; & potiſſimum cum omnem illam pene litterarum Græcarum cognitionem, quam ab adoleſcentia mea imbiberam, hæc Paſtoralis meæ adjuncta dignitati cura aut præoccupaſſe videatur, aut ad alios utiliores ac ſanctiores uſus divertiſſe; tum etiam quia nulla extat apud nos Græca hiſtoria, in qua contemplari viri illius vitam poſſemus: turpe tamen judicavi id vobis à me negari, quod intelligebam vos zelo quodam virtutis ac mira in eum virum veneratione & caritate depoſcere: maluique imprudens forte ceteris videri, quam vobis defuiſſe, ac tam honeſtæ petitioni & cupiditati veſtræ aliquid de officio meo ſubtraxiſſe: & præſertim cum certum eſſet, priſtinam, quam ad me miſiſtis de viro eo hiſtoriam, pleriſque in locis, præſertim cum ad finem devergitur, prorſus à veritate deflectere,

AUCTORIS D. P.

cum nulla ſatis digne & accurate ſcripta haberetur:

419 Feci igitur, ut à me petiſtis; non ea forte dignitate aut elegantia, quam videmini à me deſiderare, aut quæ tanti viri gloriæ conveniret, quem conſtat elegantiſſimum fuiſſe; ſed ea, quam mihi pro ſua benignitate ineffabilis ac immenſa Spiritus gratia conſpiravit. Unum certiſſimum eſt, me veritatem de eo viro conſcripſiſſe, Euſebium potiſſimum ſecutum, quem fideliſſimum ſcriptorem noſtra ſemper Eccleſia comprobavit. Adjunxi præterea quo pacto ſanctiſſimum illius corpus ad nos tranſlatum eſt, ne memoria tantæ rei aliquo ætatis caſu interiret; ſed potius ſemper perſtaret, & æternis litterarum monumentis futuræ ætati commendaretur; intelligerentque poſteri, quantum benignitatis ſuæ immortalis Deus præſtiterit huic civitati noſtræ. Non enim factum eſſe id ſine ſingulari illius Divinitatis beneficio & munere ſemper exiſtimavi, ut tam pretioſum monile, ex mediis illius prope civitatis flammis ac ruinis ereptum, ad eam civitatem deduceretur, cui ſemper gloriæ fuit Sanctorum corpora magnopere venerari; & hæ mulieres id poſſiderent, quæ religione & ſanctitate in eadem civitate præſtarent, & quæ ſemper cultrices extiterint ejus viri & continentiæ & integritatis.

quod ſe feciſſe ait,

E *addita etiam Tranſlationis hiſtoria.*

420 In calce ejuſdem libri extat officium quoddam de S. Athanaſio, per devotum Sacerdotem & doctum Dominum Ægidium de Sarzana ſecundum ritum monaſticum: cujus primus Hymnus ad Veſperas incipit:

Officium proprium auct. Ægidio de Sarzana.

Ecce defenſor fidei ſupernæ.

In progreſſu autem hæ ſtrophæ leguntur, præter alias: F

Voſque theſauro Veneti reperto
Corporis ſancti, civitas beata,
Atque donati jubilate læti
Munere tanto.
Vos quoque, o Matres Crucis in Judaica,
Cantica & laudes reſonent frequentes:
Atque Patris corpus honore digno
Semper habete.

In tertio Nocturno hujus Officii, poſt Euangelium, ponuntur Lectiones de Homilia Hermolai Barbari, Epiſcopi Veronenſis, & incipiunt: Vidiſtis, Sorores in Chriſto dilectiſſimæ: unde conſtat & Prologum & totam hiſtoriam Latinam, in hoc libro contentam, eſſe Hermolai Barbari.

Prætermiſſa tamen Latina hiſtoria Hermolai.

421 *Hactenus Aloyſius Carnolius, jam jam Venetiis migraturus; pro reliquo tamen, ſi quod reſtaret opere, relinquens ibidem R. P. Danielem Simonetti, ad cœpta ab illo obſequia proſequenda paratiſſimum. Tam prompta igitur voluntate uſurus, cum ſuſpicarer ex Latina Hermolai hiſtoria ſumptum eſſe contextum*

AUCTORE D. P.

Italicum, qui libro priori continebatur, ac proinde eam fore operi noſtro magis idoneam, in quo profitemur ſingula monumenta dare primigeniâ auctorum phraſi, petii & obtinui, ut ex Latino quoque libro deſcriberetur hiſtoria Tranſlationis & miraculorum: nam quæ de Vita ex Euſebio collegiſſe profitebatur Hermolaus non erant uſum habitura, rem totam accuratius deductam habentibus. Verum ut legi, quæ tranſcripta erant, & cum hiſtoria à Carnolio traducta contuli, cognovi illam, quamvis Italice ſcriptam, antiquiorem tamen eſſe, multoque accuratiorem compoſitione Hermolai: qui eloquentiam impendens ſermonibus, inter tranſlationis auctores ultro citroque habitis, prout haberi potuiſſe videbantur, explicandis adornandiſque; rem ipſam ſtrictius retulerit, multiſque notabilibus circumſtantiis imminuerit; miracula autem prorſus omiſerit. Quare eo ſepoſito prætuli verſionem Carnolii, ſtrictiorem verbis, rebus uberiorem, tamquam hiſtoriæ ex fide publicorum Actorum, ipſo quo res geſta eſt anno MCCCCLIV, *ſcribi Italice cœptæ, cum Hermolaus ad Veronenſem Cathedram promotus anno præcedenti, uſque ad* MCCCCLXXI *vitam in eo munere propagarit, adeoque pluribus annis poſt rem geſtam & ſcriptam ſuum opuſculum compoſuiſſe potuerit.*

datur ex Italico nova tranſlatio.

B

CAPUT XXXVI.

Quomodo Conſtantinopoli deportatum ſit corpus, ex veteri MS. Italico, interprete Aloyſio Carnolio S. I.

420 SUb annum milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum quartum, menſe Decembri, Conſtantinopolim cum ſua nave appulit D. Dominicus Zotarelli: quod cum Metropolita quidam ſive Græcus Epiſcopus intellexiſſet, qui tum Conſtantinopoli morabatur, pridem cupidus videndi aliquem hominem Catholicum, acceſſit ad navim: in eamque gratioſe ac reverenter, ut par erat, receptus, cœpit cum navis patrono agere de variis ſanctæ Catholicæ fidei perſecutionibus, quas inter numerabat abſciſſionem nobiliſſimi unius membri, urbis ſcilicet Conſtantinopolitanæ. *a* Id vero cum maximum eſſe damnum affirmaret navarchus, multaq; invicem lamentarentur de facto ibidem exterminio, quo tot eccleſiæ erant deſtructæ, diſſipatę res ſacræ, Sanctorum corpora atq; reliquiæ expoſitæ ludibrio; navarchus, tamquam verus Catholicus multumque deſiderans aliquam inſignem reliquiam ſubducere manibus Turcicorum illorum canum, dixit Epiſcopo: Utinam, Pater, auxilio veſtro aliquam ejuſmodi Reliquiam obtinere poſſem, & Venetias deferre, iſtic cum honore debito habendam atque colendam, neque amplius conculcandam pedibus infidelium iſtorum canum! Certe nihil ea re gratius mihi facere poſſes.

Navarchus Venetus cum Græco Epiſcopo locutus,

a

C

421 Ad hæc Metropolita, conſiderans pium navarchi deſiderium, contemptumque quotidianum ſacrorum corporum in eo loco, ac zelo religioſo motus, dixit ei: Si tibi ſuppetit ad eam rem animus, monſtrabo ego inſignem unam & valde pretioſam. Cum autem recepiſſet navarchus cuncta ſe, quæ ſuggereret, fidenter executurum; Vade, inquit Epiſcopus, ad extremum procurrentis in mare telluris *b* angulum, ibi in tali platea (& hanc nominabat) invenies capellam opertam plumbo; & in ea corpus *c* S. Athanaſii Patriarchæ Alexandrini, qui fecit tertium *d* Eccleſiæ Catholicæ Symbolum: quod ſi potueris inde auferre, habebis certe Reliquiam pulcherrimam: ego autem conſtitui cito ab hac regione diſcedere; nec enim ultra ſuſtineo videre tantas iniquitates. Talibus ejus dictis fidem adhibens navarchus, accerſivit *e* naupegum ſuum, ſermonis Græci peritum & regionum urbis; qui promptiſſimo animo ſeſe obtulit ad opus, dicens navarcho: Rem mihi credite, & ego promitto quod ipſum ſanctum corpus ſalvum tibi ad navim deferam.

ab eoque de corpore S. Athanaſii edoctus,

b

c

d

e

D

naupego ſuo rem committit:

422 Cumque deliberaſſet negotium aggredi die aliquo turbido ac pluvio, craſtinus mox talem ei ſe præbuit, ex quo divina voluntas evidentius patuit. Videns ergo naupegus conſilium ſuum à Deo dirigi, cælumque ex voto ſuo diſpoſitum, nautica ſeſe veſte longa induit, & ſaccum *f* ſumpſit, atque ad deſignatam ſibi capellam acceſſit, ubi benedictum iſtud corpus in grandi lignea capſa reperit, in cujus operculo ab intus depicta erat figura expreſſumque nomen S. Athanaſii: videbaturque ipſa capſa per capellam raptata fuiſſe à Turcicis canibus, erat enim aperta maleque compoſita. Tunc naupegus *g* acceptum corpus glorioſum immiſit in ſaccum quem ferebat, ſed minus quam ipſum erat longum, ideoque neceſſe habuit complicare *h* ejus tibias: itaque meliori ut potuit modo compoſitum ad hoc ut ipſum auferre poſſet, ſub veſte ſua abdidit.

qui pluvium cælum natus die poſtero

f

ipſum incuſtoditum juvenit & aufert:

g

h

E

423 Prodiens autem foras, in ipſa via haud longe capella prędicta vidit eminus contra ſe venientes ſex Turcas: à quibus ſibi metuens ingreſſus eſt Græcanicam quamdam *i* maceriam, alicujus olim ut videbatur vineæ, tamquam neceſſitatis naturalis cauſa: ibidemque ſanctum corpus abſcondit, ut potuit, infra vepres, in loco viliſſimo, ut videri non poſſet; & mox in viam rediit, ne quam ſuſpicionem Turcis ingereret, ſimulabatque cœptum ſe iter proſequi. Interrogaverunt autem eum illi, quo iret & quis eſſet. Ipſo autem reſpondente hominem ſe eſſe nauticum, atque ad navem redire; euntes porro via ſua liberum quoq; ipſum tranſire permiſerunt, nihil ultra quærentes, uti voluntas Dei ferebat. Eos ergo procul tranſgreſſos videns naupegus extraque conſpectum, regreſſus eſt ad tollendum ſanctum corpus; quo ſublato vehementiſſimus imber deſcendit è cælo, tam opportune, ut non intermitteretur donec ad navem veniret inobſervatus atque ſecurus; non abſque inſigni Dei favore; neque enim crediderat naupegus futurum ut citra periculum grande tam longam viam emetiretur: quo autem evidentius appareret miraculum, mox ut in navim illatum eſt ſacrum corpus, ſerenatum ſubito cælum fuit.

i

atque occurrentibus ſibi Turcis ſex occultatum

inter denſiſſimam pluviam portat in navim.

424 Tum deſiderabilem theſaurum devote ac reverenter ſuſcipiens *k* navarchus, vovit ſeſe illum portaturum Venetias, oblaturumque venerabilibus Dominabus ſanctæ Crucis in Judaica. Deinde mandavit gubernatori abducere navim ab eo in quo ſtabat loco, ad alium magis ſecurum: ad Columnas *l* dictum, ubi ſolent naves armari: ipſe vero abiit terra ad negotia ſua. Gubernator autem ad alium quam qui prę-ſcriptus erat locum navem applicuit. Noctu ergo cum revertiſſet navarchus, locumque conſideraſſet attentius, utpote quem præcipua cura ſpectabat; minime ſecuram eſſe ſtationem vidit, neque navim ibi eſſe ubi juſſerat intellexit. Quo cognito dixit navarcho gubernator: Domine Patrone, nihil formides: profunda hic enim aqua eſt plus quam novem paſſus.

k

F

l

qua in alium quam navarchus juſſerat locum adducta

425 Acquievit ejus verbis navarchus: ipſa autem nocte gravis tempeſtas exorta eſt, judicabaturque neceſſarium eſſe ut pluribus anchoris firmaretur navis, prout navarchi juſſu factum eſt. Sed nihil damni tempeſtas attulit, per Dei gratiam & glorioſi illius Sancti, cujus hic primum effulſit miraculum. Nam cum tempeſtas noctu exorta, mane ceſſaſſet; navis ſtetit prorſus immobilis. Quod admirans navarchus, Quid hoc, inquit, eſt rei? An

à nocturnæ tempeſtatis periculo divinitus ſalvatur.

A An forte ſpuma *m* intra navim eſt? Currentes & inſpicientes navim nautæ renuntiarunt nullam ibi ſpumam eſſe. Tum jacta bolide placuit explorare fundum, & inventa eſt navis ſupra terram ſtare. Tum enimvero tam ipſe quam ceteri omnes dixerunt: Eia! ſolis ſancti hujus ac glorioſi Athanaſii meritis adſcribendum eſt, quod hæc navis, cum omnibus nobis, ſalva integraque permanſerit, ab hoc tam grandi periculo: certo enim certius per eam quam ſuſtinuimus hac nocte tempeſtatem, navis adhærens terræ debuiſſet diſſolvi frangique in partes. Et ſane quiſquis rem intelliget pulcherrimum miraculum fuiſſe affirmabit, quod in tam ſæva procella damni nihil ſit paſſa navis, quam credere licet ea durante fuiſſe veluti à terra ſuſpenſam, meritis & intercеſſione S. Athanaſii. Etenim ubi malacia rediit, non potuit in altum navis adduci, niſi levata onere, multiſque viribus & machinis adhibitis: quod tamen etiam citra damnum eſt factum.

m

Monitus de re tota Patriarcha Venetus,

426 Cum porro aliquanto adhuc tempore ibidem moram facere deberent, occaſionem habuit navarchus interim ſcribendi Venetias, ſignificandique prædictis Dominabus ſanctæ Crucis in Judaica, quale munus eis donare vellet, corpus videlicet glorioſi S. Athanaſii: ipſæ vero rem totam indicarunt Reverendiſſimo Domino Patriarchæ Mozenico *n* Juſtiniano. Qui ea intellecta dedit operam per menſem Februarium, ut priuſquam prædicta navis ad nos appelleret, inveniretur aliquis Conſtantinopolitanarum rerum peritus, à quo haberi certa informatio poſſet pro exploranda veritate iſtius ſancti corporis. Divulgata autem per urbem fama, repertus eſt quidam Magiſter Jacobus, profeſſione tonſor, origine Venetus, qui totis octodecim annis fuerat Conſtantinopoli commoratus; ipſiuſque ſancti corporis optimam ſe dicebat habere notitiam, eo quod, cum eſſet familiariſſimus Calogero ipſius eccleſiæ, in quo ipſum ſervabatur, illud frequenter inſpexiſſet.

B

n

examinat hominem qui locum norat,

427 Hunc ergo arcerſiit Patriarcha, & caute cœpit examinare, interrogans primo de regione: quam ille reſpondit, Ixirolaphum *o* nuncupari Græce: ubi eſt columna altiſſima, ſculpta *p* ſicut illa quę Romæ viſitur: & ex una quidem parte eſt locus qui nominatur Chriſtus in cruce, ex altera S. Athanaſius, totus autem locus dicitur Ixirolaphus. Quæſivit deinde Reverendiſſimus Patriarcha quantum ab eo loco diſtarent *q* foràs; reſpondit ille, ad duo vel tria paſſuum millia. Tum Patriarcha, An etiam aliæ ibi erant eccleſiæ? Sex, reſpondit ille, vel ſeptem, ſed ruinoſæ, inter quas etiam eccleſia S. Athanaſii: cujus corpus ibidem haberetur in capella cooperta plumbo, intra arcam ligneam & pictam. Interrogatus an aliquo in honore ipſum corpus ibi eſſet, reſpondit, eſſe apud Catholicos aliquos. Ad alia denique multa de variis minutioribus circumſtantiis tonſor ille interrogatus reſpondit, quæ ſigillatim hic recenſere prætermitto brevitatis ſtudio. *r*

o

p

q

C

r

s navis periculo inſidiantium ei Catalanorũ erepta,

428 Sed revertamur ad navim, quæ Conſtantinopoli ſolvens, cum itinere proſpero *s* Methonen prętervehеretur, viſæ ſunt obviam venire duæ naves; quas Venetorum eſſe rati nautæ, magna cum lætitia expectavere, ſperantes aliquid novæ rei ex illis diſcere de familiaribus ſuis, ut fieri aſſolet: apparuit deinde etiam navis tertia: quibus propius factis cognitum eſt Catalanorum eas eſſe naves, quibus neſcio qua via innotuerat S. Athanaſii corpus ea navi vehi, quemadmodum ex poſt ſecutis apparuit. Verum diſponente ſic Deo factum eſt, ut aliquanto infra navim Venetam appellentes illæ, non potuerint ipſi ſe applicare tam prope quam volebant, ad hoc ut corpus ſanctum eriperent Venetis, nihil minus quam quod Catalani meditabantur ſuſpicantibus. Cumque ſequenti nocte ſolviſſet navis Veneta, iter ſuum proſecutura, litigium ſuper ea re magnum extitit inter Catalanos, elapſam è manibus navim Venetam conſpicatos, quemadmodum poſtea Venetiis certo innotuit per ipſoſmet Catalanos, qui iis navibus vehebantur, atque appulſi in Catalauniam commorantibus iſtic mercatoribus Venetis narraverunt, quæ contigerant in via circa Venetam navem. AUCTORE D. P.

s

appellit in portum,

429 Hæc ergo per Dei gratiam & Sancti ſui merita ſic liberata in Iſtriam appulit, ubi navarchus exſcenſionem fecit & Venetias venit: ipſa dein vela fecit verſus portum, notabili ſpatio foris extra *t* fucam. Ad eam ibi conſiſtentem Navarchus rediit, cum duobus nepotibus ac tribus famulis ſuis in cymba, ſalvus quidem, ſed non ſine labore, quia ventus vehementior inſurrexerat. Dominus autem Patriarcha intelligens adveniſſe navim, auferri ab ea ſanctum corpus juſſit: ſed quia invaleſcebat ventus, opus fuit mittere onerariam *u* robuſtiorem, & hæc ipſa ubi in mari fuit nonnulli ex navicularіis nauſeam pati cœperunt, alii autem turbari propter violentiam tempeſtatis. Cum autem acceſſerunt ad navim, viderunt cymbam navarchi abnavigaſſe cum ſancto corpore; ideoque mutuo ſe animantes dicebant: Eia inſequamur cymbulam iſtam; ut auxilio ei eſſe poſſimus, ſi quid forte ſiniſtrum contingat. Verum navigabat illa tam quiete, ut ſupra marinos fluctus, non cymba, ſed avis volare videretur; & per Dei gratiam ſalva citra periculum appulit; cum oneraria Patriarchalis non niſi multo cum labore viam ac portum tenere potuerit. Et tamen cymba illa, præter ſacrum corpus ſex homines ferebat, & varias inſuper merces, pondus ipſorum vectorum multum ſuperantes.

t

u inde in cymbam acceptum corpus,

E

per tempeſtatem placide advehitur.

ANNOTATA.

a *In hac oratione adornanda dimidiam fere ſcriptionis ſuæ partem inſumit Hermolaus, utpote in recenti clade: capta enim erat urbs præcedenti anno die 19 Maji.*

b *Trigona namque Conſtantinopolis eſt, cujus unum latus ſecundum Boſphorum porrectum, terminatur regione urbis duodecima, quæ hic deſignatur, de qua infra pluribus.*

c *In Italica plerumque præponitur titulus* Meſſir, *id eſt* Dominus.

d *S. Athanaſii* Symbolum tertium *dicitur, cum reſpectu ad priora duo* Apoſtolicum, *quo vulgo utimur; & Nicænum, quod in Miſſarum ſolenniis decantatur.*

e *Iterum hic Hermolaus inducit navarchum oratione prolixa ſuos hortantem ad opus; & eum qui ſe obtulit,* fabrum lignarium *appellat; recte, ſi* nauticum *intelligas, Venetis* Marangon.

F

f Lintea *in genere vertit Hermolaus.*

g *Idem deſcribit prævium naupegi horrorem, ad conſpectum ſacri corporis in terram procidentis ac tremebundi, donec divinitus confirmaretur.*

h *Idem has tam notabiles circumſtantias prætermittit, ex quarum una diſcimus non tantum incorruptum, ſed etiam membris omnibus flexile fuiſſe corpus ſanctum. Cetera quæ deinceps ille tranſilit plurima annotare prætermitto: ad finem enim ei exhinc præcipitatur narratio, quæ vixdum nobis bene cœpta.*

i *Italice* un certo terzen Græco.

k *Addit Hermolaus, quod* allato cophino inter ſericeas veſtes illud juſſit collocari.

l *Satis apparet deſignari locum qui hodie* Arſenale *vocatur, & lateris iſtius quod mare ſpectat fere tenet umbilicum: ut proinde videatur navis antea non longe ab ea ripa ſtetiſſe, unde proxime ad S. Athanaſii templum aſcendebatur; incuria autem gubernatoris ſolum ad eam partem fuiſſe provecta, que* Lavulaca *nunc appellatur.*

m *Italice* bava: *cum autem nequeat aqua, nedum ſpuma, navi recepta ipſam immobilem reddere, ſuperſtitioſæ*

AUCTORE D. P.

alicujus inter nautas obſervationis ſuſpicio mihi ex hoc loco naſcitur.

n *Nemo alias hic intelligi poteſt, quam primus Venetæ urbis Patriarcha, ut infra num.* 428 *dicitur; & ut proprio eum nomine Hermelaus, qui optime norat, appellat,* B. Laurentius Juſtinianus, *eum titulum conſecutus à Nicolao* V *anno* 1451, *& vita functus anno* 1455. 8 *Ianuarii, uti ex epitaphio conſtat. Ideoque initio hujus hiſtoriæ, ubi notabatur abſolute menſis* December *anni* 1454, *poſui,* ſub annum 1454, *à Ianuario ſcilicet proximo inchoandum. Neque enim alia eo vivente geri potuiſſent, quæ proximo Februario Aprili & Majo geſta eſſe infra narrantur. Sed quomodo hic* Mocenigi *nomen additur cognomini* Juſtiniani, *non* Laurentii? *An ex* Moceniga *familia fuit mater* Quirina? *ut hujus quoque cognomen cum paterno cognomento uſurparit? an vero gens* Juſtinianæa *in duos diviſa ramos, altero nomine addito diſtinguebatur? Venetica nobilitatis ſtudioſis conſiderandum hoc relinquo: ſic enim clare ſcribitur:* la Signoria Reverendiſſ. de Monſignor Patriarcha Mozenigo Giuſtinian.

o *Recte ac vere* Ξηρόλοφος, *id eſt* Aridus-collis. *Eſt autem ultimus & maximus è ſeptem, quibus ſecundum Boſphori littus ſpectatur civitas velut vallata. Deſcribit eum*
B *accurate Petrus Gillius lib.* 4 *de Topographia Conſtantinopolitana cap.* 7: *libro autem* 1 *cap.* 18 *ait*, plus minuſve duodecim millia paſſuum in circuitu complecti, ac pluſquam tertiam urbis partem continere: *ſed ea haud dubio laxior acceptio eſt.*

p *Etiam hujus* columnæ, *quam* Arcadius *Imperator extrui ſt, & ſtatua ſua deſuper collocata ornavit, exactiſſimam deſcriptionem habet idem Gillius dicto jam lib.* 4 *cap.* 7. *Eſt autem columnæ* ſcapus, *ut idem ait,* ſcalptus pugnis variis, & ſcalptura procedit in modum columnæ, quæ Romæ Trajano ſacra eſt, inter elices binas cochleæ more ſurgentes.

q *Italice pluraliter* dalle piaze: *Quamvis autem ſingulæ regiones Vrbis ſua haberent fora, & quædam plura, unumq; eſſet nominatius ceteris,* Forum antonomaſtice *dictum, alias à Conſtantino auctore appellatum: apparet tamen certum aliquem locum intelligi, in plura diviſum fora, unde determinata poſſet diſtantia accipi; & hunc puto ad ripam Boſphori concipiendum extra urbis mœnia, ubi ſingulæ nationes ſuum diſtinctum forum & conſequenter etiam ſtationem haberent cum ſuas merces venum exponerent, ut paſſim in magnis ad mare aut flumina laxiora emporiis fieri ſcimus; adeo ut proprie hic intelligatur peti, quantum à ripa ſive littore diſtaret S. Athanaſii eccleſia, ſive locus in quo ſtabat*
C *columna.*

r *Totam hanc inquirendi diligentiam Venetiis adhibitam, & quæ deinceps ſequuntur ad ſancti corporis veritatem comprobandam, tranſilit Hermolaus.*

s Methone *Meſſeniæ ora urbs antiqua, in extrema Peloponneſo, ubi Archipelagum totum emenſæ naves Hadriaticum mare verſus curſum flectere incipiunt.*

t *Italice* verſo el porto di fuora della Foca un grand pezzo: *ubi* Fucæ *nomine, quod modo extra uſum eſt, intelligi cenſeo illam inſularum veluti catenam, mari Hadriatico objectam, intra quam ipſamque continentem plurimæ illæ minores inſulæ, quarum pars ipſam Venetam urbem conſtituunt aut cingunt, tamquam piſces intra naſſam, natare ſpectantur. Etenim in lingua Teutonica (cum qua multas radices communes habuerunt Longobardi, & ab his adhuc retinent Itali)* Fuke *ſeu* Fuyke *dicitur naſſa ſeu rete verriculum. Intra hanc autem quam dixi inſularum catenam per quatuor portus ingreſſus patet. Primus* Chioggiæ *dicitur remotiſſimus ab urbe; ſecundus* Malamocci, *ad Auſtrale cornu cognominis inſulæ; tertius* Venetus, *ultra ejuſdem inſulæ cornu ſeptentrionale, à quo breviſſimus in urbem trajectus, quartus denique* S. Eraſmi, *ultra urbem. Itaque dum melior occurrat ratio, cogitare poſſumus navim ex Iſtria venientem appuliſſe ad hanc veluti littoralem plagam, milliaribus à Iudaica* 8 *aut* 20. *Erit forte qui minutiora hæc contemnenda putabit: ego vero libenter fatebor, non unas me litteras ſuper hujus loci interpretatione ſcripſiſſe: quia fidelitatis eſſe arbitror conjecturas non niſi ut conjecturas proferre, & qua fieri poteſt ad certitudinem conniti indagando: quod quia interpretes multi non faciunt (quaſi pudor ſit in ea lingua quam tractant ignorare quidpiam) ſæpe in graviſſimos errores impingunt.*

Iam hoc folium facie una impreſſum erat, & in averſa facie imprimendum recognoſcebã menda typographica notans 14 *Iulii* 1677; *cum ecce adferuntur Venetiis accuratiores de re tota litteræ* 2 *ejuſdem datæ à P. Daniele Simonetti, poſt diligentiſſimum examen hæc renuntiante:* Locus qui hodie la Foſe dicitur, & olim (ut videtur) dicebatur la Fucca, tribus milliaribus Italicis diſtat ab utroque portu, id eſt à portu Malemoti, quem intrant majores naves, & à portu Littoris ſeu del Lido, quem etiam mediocres intrare ſolent. Locus vero Foſe dictus, extendit ſe ad duo Germanica milliaria quoad latitudinem & longitudinem, in quo aqua eſt ſatis profunda & mare nudum, ita ut facile poſſint projicere anchoras, & ibi ſiſtere naves donec habeant tempus commodum intrandi & auxilium periti ductoris, qui naves per profundum recurvumq; meatum ad portum introducat, ne ad arenam impingentes prope portum (ut præſidentioribus ſolet nonnunquam contingere) naufragium faciant. *Hactenus ille: quibus conjecturam priorem partim explicantibus partim confirmantibus nolui fraudare lectorem; & ut properanti prælo quam minima injiceretur mora, interponere hæc malui: neque enim ita cito quam opus erat poterant mutari omnia atque ad pauciora contrahi, ut ex duabus obſervationibus fieret unica.*

u Onerariam *etiam vertit Hermolaus, Italice* Peota.

CAPUT XXXVII.

Veritas ſancti Corporis à Patriarcha examinata & probata Tranſlatio ejuſdem ſolennis ad eccleſiam ſanctæ Crucis.

430 DEtulit autem cymba illa corpus ſanctum uſque *a* Caſtellum, ubi illud præſentatum eſt Reverendiſſimæ Dominationi D. Mocenigi Juſtiniani, primi Venetiarum Patriarchæ, qui juſſit ut ſecreto deportaretur ad Dominas ſanctæ Crucis in Judaica, diſtricte prohibendo ne illi honor aliquis aut reverentia exhiberetur, priuſquam certior eſſet factus ipſum vere eſſe corpus S. Athanaſii, Doctoris Eccleſiæ Catholicæ, qui fecit pulchrum iſtud Symbolum quod incipit, Quicumque vult ſalvus eſſe ante omnia opus eſt ut teneat Catholicam fidem. Volens ergo de re tota certificari, quamvis jam antea locutus fuiſſet cum ſupradicto Mag. Jacobo Tonſore, qui ſæpius viſitaverat & inſpexerat ipſum ſanctum corpus, uti ſupradictum eſt; ſtatim tamen atque navis appulit, juſſit Dominatio ſua Patriarchalis illum accerſiri, ſimulque naupegum qui glorioſum corpus ex ſua capella Conſtantinopoli abſtulerat; cum unus nihil ſciret de altero, & naupegum nunquam allocutus fuiſſet nedum examinaſſet Tonſor prædictus.

a Delato in Iudaicam corpore. F

Patriarcha naupegum examinat coram locorum peritis.

431 Tum hoc præſente cœpit Patriarcha, juxta ea quæ antea ex Tonſore audiverat interrogare naupegum, unde corpus illud ſuſtuliſſet. Qui reſpondit, E regione & civitate Conſtantinopolitana. Ex quo vico? inquit Patriarcha. Ex eo reſpondit naupegus qui Ixirolaphus dicitur, ubi eſt columna grandis & pulchra. De qua eccleſia? inquit. De eccleſia S. Athanaſii, reſpondit alter. Ille iterum, De qua capella? De una retulit alter quæ plumbo tegitur. Interrogatus autem de forma ſepulturæ, reſpondit, capſam fuiſſe ligneam: ſed & de ſignis unde cognoſci diſtinctius poſſet

ex cujus reſponſis per omnia conformibus veritati,

A poſſet requiſitus, dixit aforis & deintus pictam eſſe. Quin & circa ipſas figuras ibidem depictas examinatus, reſpondit figuram abintus videri S. Athanaſii. Denique ad omnem quæ ſibi fiebat quæſtionem reſpondit naupegus ita congrue & conformiter ad ante relata à Tonſore, ut dubitari non poſſet, quin omnia cum veritate conſiſterent; & Dominatio ſua Patriarchalis, cum omnibus ſuper eo negotio conſtitutis, ſatisfactum ſibi pleniſſime fateretur. Quia autem Tonſor antea dixerat, ipſum corpus ſanctum habere retro in tergo duas maculas nigras, etiam hoc exploratum fuit, inventæque reipſa maculæ illæ ſunt. Poſtremo interrogatus naupegus, num de illo corpore fama eſſet certa & conſtans, ipſum eſſe S. Athanaſii Doctoris Eccleſiæ; reſpondit omnino talem ibi eſſe.

alteriuſque teſtis aſſertione digitū unum deeſſe recordantis,

432 Alterum præterea teſtimonium veritati prædictæ obtigit hoc modo. Nobilis quidam è familia Juſtinianæa, Conſtantinopolim propter quædam negotia ſua erat profectus, eo tempore quo iſtic grandis peſtilentia ſæviebat: à cujus contagione ut ſecurior & remotior eſſet nobilis prædictus, hoſpitium ſibi delegerat apud illum Sacerdotem, in

B cujus cura erat prædictum ſanctum corpus; cum eoque manſerat menſibus ſex, ab eodem linguam Græcam diſcens, & interea ſæpius ipſum ſanctum corpus inſpiciens. Hic interrogatus num illud agniturus eſſet ſi videret, reſpondit, ſe id non poſſe promittere, eo quod jam anni ſex tranſiiſſent ab eo tempore quo ultimum vidit; unum tantum ſe recordari, quod ſcilicet digitus unus deeſſet manui dexteræ. Rogatus deinde eſt ut dignaretur per ſeſe accedere ad moniales ſanctæ Crucis in Judaica: quod ille libenter fecit: ſtatimque ut vidit manum digito mutilam, Certiſſimo, inquit, hoc eſt corpus quod vidi: digitus autem qui hic deeſt, ſervatur ab antiquo in eccleſia S. Laurentii *b* Venetiis.

b

433 Maxima præterea & exactiſſima diligentia noſtri Reverendiſſimi Domini Patriarchæ actum eſt, ut plura alia veritatis prædictæ argumenta clara haberentur, à die decima *c* Aprilis, uſque *d* in diem undecimam Maji: tempus enim intermedium totum exactum eſt interrogandis & diverſimode examinandis, tam ipſo naupego, qui corpus à capella S. Athanaſii ſuſtuliſſe ſe affirmabat, quam navarcho ſeu patrono ipſius navis, omnibuſque iis, à quibus indicium aliquod vel documentum haberi circa rem

c d

nec non aliis argumentis certior factus de ipſius corporis veritate,

C iſtam poſſet, ad certo dilucideque ſciendum ipſum eſſe verum corpus S. Athanaſii. Habita igitur tam plena certitudine, magno cum fervore convertit ſe ſua Reverendiſſima Dominatio ad honorandum tam ſacrum pignus; neque Patriarcha tantum, ſed & multi alii Epiſcopi ac Prælati, ipſeque Illuſtriſſimus Senatus Venetus cum omni populo, conſenſerunt ad celebrandam, quam maxima fieri poſſet & conveniebat pompa, Tranſlationem glorioſiſſimi iſtius Sancti, quem Deus ipſe, per tam evidentem demonſtrationem veritatis, ſingulari prorſus honore dignum ſignificarat.

Dominica infra octavā Aſcenſionis,

434 Parata ſunt autem omnia huc ſpectantia in Dominicam infra Octavam Aſcenſionis ſanctiſſimę: quando ſub auroram miſit Dominatio ſua Reverendiſſima, qui ſanctum corpus ſecreto transferrent, à ſancta Cruce in Judaica, ad eccleſiam S. Marci: ubi debita cum devotione & reverentia collocatum fuit ſupra aram principem, pannis aureis pretioſiſſime ſplendidiſſimeque veſtitam. Præparatum inſuper fuerat ex maximis navibus, inter ſeſe firmiter concatenatis contabulatiſque, pegma ſpatioſum, inſtructum

faciendam tranſlationem inſtituit.

ſedilibus, panniſque ſericis diverſi coloris aureiſque ſpecioſiſſime adornatum, ut gratiſſimum cominus eminuſque intuentibus preberet ſpectaculum. Comperenti autem hora convenerunt Reverendiſſimus Dominus Patriarcha cum ſuis *e* Suffraganeis, & D. Epiſcopus *f* Patavinus cum aliis Epiſcopis & Prælatis, qui tunc Venetiis inveniebantur quindecim aut ſedecim, mitrati omnes: item cunctæ Sacerdotales congregationes numero novem, cunctique Religioſi cum ſuis Capitulis ſolenniter apparatis, intra ſuas quique planas naves. Tum quatuor majores Scholæ cum ſuis luminaribus; ac denique Sereniſſimus *g* Princeps cum ſuo nobiliſſimo ornatiſſimoque Senatu, ad debitam reverentiam ſancto corpori exhibendam.

AUCTORE D. P.

e

f

g

435 Verum ubi hæc ſplendidiſſima *h* pompa ad aream S. Marci appulit, vehementior mari incubuit ventus, quam proceſſioni ordinate faciendæ convenire videbatur per aquas ſic turbatas. Procedendum nihilominus cenſuit Reverendiſſima ſua Dominatio, confidens in Domino & ſervo ejus. Itaque procedere cœperunt primum quatuor Scholæ, tum Religioſi, deinde Congregationes, ac denique Capitulum S. Marci cum Illuſtriſſimo Senatu. Quibus procedentibus, juſſit Patriarcha ut Epiſcopi octo Pontificaliter veſtiti atque mitrati ſubjicerent humeros ſacro feretro, collocando ſupra contabulationem prædictam

h

prout factum ſedata ſubito tempeſtate,

E loco excelſo & eminenti, prout factum, ſedentibus circumquaque Reverendiſſimo Patriarcha cum Epiſcopis & Prælatis, Sereniſſimoque Principe & Senatoribus ejus. Quibus omnibus in deſtinata ſibi ſedilia receptis, poſuit ventus, conquievit mare, & facta eſt tranquillitas magna & admirabilis.

436 In hunc modum diſceſſum à littore eſt verſus Judaicam, magno cum jubilo & lætitia univerſorum, perſonantibus tubis tibiiſque & omnis generis inſtrumentis muſicis. Exſcenſionem autem omnes fecerunt eodem quo venerant ordine, Scholæ, Religioſi, Congregationes Sacerdotum, & ceteri ad parochiam *i* S. Euphemiæ, atque ad ſanctam Crucem proceſſerunt per inſulam, totam virentibus ramis herbiſque inſtratam ac conveſtitam: campum vero illius omnem implebant tentoria, ordinate atque devote diſpoſita. Interim paulatim adnatabat machina, ſanctum corpus cum ſuo Reverendiſſimo ac Sereniſſimo comitatu ferens: quæ ubi etiam ipſa in modum currus triumphalis applicuit, progredientibus obviam pluribus parochiarum Venetarum Plebanis, cereos grandes ardentes geſtantibus, ſublatum eſt feretrum humeris prædictorum Prælatorum, atque intra eccleſiam ſanctæ Crucis delatum, in ejuſque medio impoſitum excelſo pegmati ad id præparato.

cum magna ſolennitate & pietate

i

F

437 Neque vero ſine myſterio fuiſſe videtur, quod prælaudatus navarchus ejus ſancti corpus, qui dum vixit pro fide ſanctæ Crucis adeo viriliter decertavit, donandum cenſuerit ejuſdem ſanctiſſimæ Crucis eccleſiæ: quandoquidem etiam Domino Deo placuerit, ut vitam finiret atque ad perpetuam gloriam tranſiret in pervigilio Crucis inventæ. Collocato autem, ut diximus, corpore, recitata fuit breviſ oratio, qua Deus laudabatur de tali dono ac munere, huic benedictæ civitati Venetiarum oblato, quod eſſet verum corpus unius ex ſanctæ Eccleſiæ Doctoribus. Actæ deinde gratiæ ſunt Reverendiſſimo D. Patriarchæ, omnibuſque Epiſcopis & Prælatis eum comitantibus, tum Sereniſſimo Principi totique Illuſtriſſimo Senatui, & omnibus eos ſecutis, de tali ac tanto honore.

ad eccleſiam S. Crucis ducta pompa

438 Neque vero ab hominum memoria viſa eſt ſolennitas tam ornata tamque devota. Rapuerat illa omnium oculos animoſque ſtatim à principio, quando ſanctū corpus deferebatur ab eccleſia S. Marci; magis vero in progreſſu per aquam; maxime autem dum poneretur loco ſuo, cum tanta quiete ac

longe ſplendidiſſima.

AUCTORE D. P.

ac reverentia, in adeo grandi populi undique affluentis multitudine, ut nullus ſtrepitus, nullum uſpiam ſcandalum fuerit notatum, nihil etiam amiſſum perditumve. Quare conſolatiſſimi omnes receſſerunt, agnoſcentes rem totam certiſſimo actam eſſe ex Dei omnipotentis voluntate, ad honorandum Servum ſuum in hoc benedicto loco ſanctæ Crucis: quod & demonſtrare non ceſſat quotidianis evidentibuſque miraculis ac ſignis, quæ iſtic Divina majeſtas operatur, in favorem omnium qui ſe meritis & interceſſioni S. Athanaſii commendant. Unde licet probationes prædictæ deficerent, ad declarandum quod hoc ſit verum corpus S. Athanaſii, qui ſcripſit pulchrum iſtud Symbolum, Quicumque vult ſalvus eſſe; miraculoſæ tamen gratiæ, quas fecit Deus ſpecialibus quibuſdam perſonis, ad ipſum Symbolum ejuſque glorioſum auctorem pie devotis, ſufficerent ad plenam certitudinem faciendam. Aliquas, earum ne longior prolixitas faſtidium pariat, hic conſequenter ſubnectam.

ANNOTATA

a *Exigua inſula, ubi prima Veneti Epiſcopi ſedes fuit, unde &* Caſtellanenſes Epiſcopi *dicebantur, eſtque civitati ex parte orientali extima, eique per pontem connexa ipſum Portum proxime proſpiciens.*

B

b *Sanctimonialium hæc eſt eccleſia, ei in qua S. Marci baſilica eſt inſulæ vicinior, in qua etiam eſt* eccleſiæ S. Geor ii Græcorum, *cujus antea cap.* 36 *facta mentio.*

c *Anno* 1454 *Paſcha fuit* 21 *Aprilis: cœptum ergo exam ante hebdomadam Sanctam, die Iovis poſt Dominicam P Sionis.*

d *Italico dicitur* uſque in diem Tranſlationis, qui fuit undecimus Maji. *Verum inferius dicitur Tranſlatio facta* Dominica infra octavam Aſcenſionis, *quæ Dominica eo anno, littera Dominicali F, fuit dies* 2 Junii. *Itaque ceſſitationem ſcriptoris claram corrigens, delevi verba loco non ſuo poſita. Voluit fortaſſe auctor dicere,* 11 *Maji finito examine, conſtitutum fuiſſe, ut fieret ſolennis tranſlatio jam dictâ Dominicâ. Nec vero apparatui neceſſario brevius tempus, quam trium hebdomadarum, ſufficere poterat; tot autem præciſe numerantur ab* 11 *Maji ad* 2 *Iunii.*

e Chorepiſcopos *intellige, pro eccleſiis* Caſtellana *&* Gradenſi *ſub uno Veneti Patriarchatus titulo unitis.*

f Fantinus Dandulus, *nobilis Venetus, Patavinæ eccleſiæ præfuit ab anno* 1448 *ad* 1459.

C

g Franciſcus Fuſcanus, *Dux ſeu Princeps Venetiarum, ab anno* 1423 *ad* 1457, *longævo regimine id aſſecutus, ut ſucceſſorem vivus acciperet, quod ei mortem acceleravit.*

h *Totam hanc pompam prætermittit Hermolaus: econtra primam receptionem, qua ſanctum corpus ad Caſtellum excepit Patriarcha, commendat à feſtivo apparatu totius prope civitatis in occurſum effuſæ, & gratiarum ægris corporibus impetrandarum ſpe viſere ac contingere geſtientis.*

i Parochia S. Euphemiæ *in ipſa Iudaica, inter* 110 *parochias urbis Venetæ cenſetur ultima, vulgo* S. Fumia.

CAPUT XXXVIII.

Miracula S. Athanaſii præcipue poſt tranſlationem corporis.

Odor ſuavis è corpore procedit.

439 PRimum quod S. Athanaſius fecit miraculum, cenſeri debet ſuaviſſimus odor, procedens ab ejus corpore, eo in loco in quo fuit depoſitum, cum maxima circumſtantium omnium admiratione. Quanto enim ad eum locum quiſque accedebat proprius, tanto magis illum ſuaviuſque percipiebat, & cum ſtupore dicebat, Quæ iſta eſt fragrantia? quam mirabilis? In ipſo autem ſuæ Tranſlationis glorioſo die, quacumque ſacrum corpus tranſibat, idem odor percipiebatur. D

ſanantur, peſtilentia laborans jam venit,

440 Fuerat præſens Venetiis juvenis quidam Parmenſis, cum ſacrum corpus ex navi elatum primo deponeretur apud ſanctam Crucem: huic deinde peſtis advenit: qua invaleſcente, apparuit ei noctu Sanctus quidam Epiſcopus, eumque confortans, Ne animum, inquit, deſponde: ſed vade ad ſanctam Crucem in Judaica, ibique devote recitans ter Pater & Ave, jube tibi admoveri reliquias illius Sancti, & ſtatim liber eris. Fecit poſtridie quod juſſus erat æger circa horam Veſperarum, acceſſit ad eccleſiam ſanctæ Crucis, ubi reperit occupatos Sacerdotes in ſancto corpore apte decenterque collocando; Reliquias ejus affectæ corporis parti admovit, moxque convaluit: quod cum ejus quidam proximus conſanguineus, in cujus comitatu advenerat, dubitaret credere; Tuis, inquit juvenis, manibus explora num veritatem loquar. Exploravit ille, & ita rem ſe habere cognovit ac credidit.

mulier paralytica,

441 Mulier quædam graviſſimam patiebatur infirmitatem per annos quindecim, qua omnes ejus nervi contrahebantur, adeo ut toto corpore aſſiderata inſtar paralyticæ tremeret. Nulli eam medici, medicinæ nullæ juvare potuerant; ſed magis magiſque aggravabatur malum. Cum ergo intellexiſſet delatum eſſe Venetias glorioſum corpus S. Athanaſii, ſæpius ſæpiuſque ejuſdem precibus ſe commendare cœpit. Quadam autem die plus ſolito patiens, auxit etiam devotionem ac fidem, rogans Deum per benedicti illius Sancti merita, ut ſiquidem ſaluti animæ ſuæ expedire cognoſceret, hanc infirmitatem à ſe auferret. Et hanc orationem faciens melius ſibi fieri ſenſit, ipſoque die perſanata extitit, nec amplius morbum illum eſt paſſa. E

alia caput & brachiũ dolens,

442 Mulier quædam, totis quatuor menſibus cum maximo capitis cruciatu conflictata, nec minori in brachio, ſtatim ut ſe commendavit S. Athanaſio utriuſque membri ſanitatem obtinuit, & utriuſque cereum ſimulacrum attulit, ad viſitandum ſanctum corpus cum gratiarum actione veniens. Alia mulier filiolum habebat, capite tantum inflato ut nullam lucem oculis admitteret: poſuit autem eum ſuper altare S. Athanaſii, & puer coram multis præſentibus aperuit oculos ac clare videre cœpit. Tertia, eaque nobilis continuo anno brachium dolebat adeo graviter ut ipſum nulla poſſet ratione movere: quæ Sancto ſe commendans, & Quicumque recitans, atque affectam partem Cruce ſignans, ſubito liberatam à cruciatu illo ſeſe experta & mirata eſt. F

puer cæcutiens,

fœdus in facie morbus,

443 Altera fœdum in facie morbum patiebatur, nec à medicis vel medicinis ullum ferebat auxilium: quare multum anxia decrevit viſitare corpus S. Athanaſii, coram quo orans dixit; Domine Deus, per merita hujus glorioſi Sancti, dignare mihi reddere ſanitatem, quam medici ac medicinæ reſtituere nequeunt: tum globulorum precatoriorum ſertum, quod corpori ſancto admoverat, applicuit vultui, eo ſe loco devote ſignans ubi malum ſedebat, & ſanata fuit. Nobilis quidam grandi & continua, quam patiebatur, febri ad mortem adductus, vovit prædicto glorioſo Sancto, quod ſi à febre liberaretur, nullum alium ad locum prius iret, quam ad viſitandum ejus corpus, ibique pulchram Miſſam cantari faceret: moxque ſanatus votum ſuum cum ſingulari devotione implevit.

vehemens febris,

puer moribundus,

444 Mulieris cujuſdam infirmus filius magis magiſque quotidie vergebat ad mortem: ſed ad votum matris, ceream pro eo ſtatuam cum Miſſa, ſi ſanaretur dicenda, promittentis, ſubito convaluit. Alius puer, quatuor menſium ſpatio aſſideratus, erat ſub cura mediocrum; ſed eam nihil proficere experiens

alius paralyticus,

mater

A mater huic glorioſo Sancto eum commendavit, & brevi ſpatio perſanatum habuit. Juvenis quidam incurabili infirmitate novem annis laborans, ſignavit ſe candela quæ corpus ſacrum attigerat, ſubitoq; convaluit, atque vovit ipſum ſanctum corpus viſitare: ſed quia votum implere neglexit, eadem ipſi infirmitas & multo quam antea gravior rediit. Femina quędam habebat filium qui ſpatio quinque menſium diu noctuque non deſinebat ejulare, præ cruciatu quem ſuſtinebat: quod cernens afflicta mater pueroque compatiens, recordata eſt hujus benedicti Sancti, vovitque deferre filium in eccleſiam ubi ejus corpus ſervatur. Nec mora: ſanatus eſt puer, & votum ſuum læta mater implere feſtinavit.

morbus incurabilis,

445 Alia femina, quadam ſui corporis parte impedita, commendabat ſe variis quibus devote afficiebatur Sanctis, præcipue in eorumdem feſtivitatibus gratiam poſtulans ſanitatis: denique etiam ad S. Athanaſium ſe convertens, ſubitoque curata, neſcivit cuinam potiſſimum, ex pluribus quos invocaverat, acceptam deberet ſanitatem referre. Hinc vario cogitationum æſtu jactata cum multum anxiaretur, & die quadam orto inter ipſam & conſortem litigio coacta fuiſſet domo egredi, denuo ſe commendavit S. Athanaſio, dicens, O ſancte Athanaſi, ſi tu es ille per cujus merita Deus mihi contulit ſanitatem, fac obſecro ut domum revertens pacem inveniam: eodemq; die deſideratæ gratiæ compos facta, vitam deinceps cum conſorte egit in pace, quemadmodum antea.

mulier parte corporis impeditæ.

B *eadem pacem obtinet,*

446 Triremis quædam peregrina jactabatur tempeſtate in mari, cum ſuperveniens fluctus quindecim ex eo homines rapuit, & ceteros ita conterruit, ut de vita ſua deſperantes peccata invicem confiterentur. Erat inter eos quidam, qui Conſtantinopoli exiſtens fuerat devotus S. Athanaſio: huic ergo votum facit: & ecce fluctus, ab alio latere in navim veniens, ipſos illos quindecim quos prior excuſſerat in eam repoſuit, factaque eſt ſubito tranquillitas magna. Scientes autem quod corpus S. Athanaſii Venetiis jam eſſet, quam primum potuere iſtuc venerunt: votoque quo erant obligati expleto, ſanctimonialibus narraverunt miraculum quod ſibi acciderat.

15 peregrini è navi ejecti fluctu recurrente in eamdem reponuntur.

447 Nobili cuidam matronæ famula erat aſſidebat, multumque afflicta, eo quod nullam haberet abſque ſubaxillaribus fulcris gradiendi facultatem. Huic in viſione apparuit Epiſcopus quidam dicens: Vade ad ſanctam Crucem in Judaica, & iſti Sancto te commenda: ipſe enim, Dei gratia mediante, te ſanabit. Evigilans porro dixit dominæ ſuæ quæcumque viderat & audierat, rogans ut ipſam duceret ad ſanctam Crucem, ubi eſt iſtud corpus ſanctum. Ipſo ergo illo matutino tempore deduxit eam matrona prædicta cum ſuis furcillis ad prædictum Sanctum, mandans duobus famulis ut eam de cymba elatam carrucæque impoſitam veherent ad eccleſiam: quæ multum devote ſe commendavit benedicto iſti Sancto, ac deinde domum revecta eſt cum domina ſua. Sequenti autem nocte apparuit eidem Epiſcopus prædictus, eamque palpavit per omnes eas partes corporis in quibus erat aſſiderata; dixitque, Scias te eſſe ſanam; abſtulitque furculas juxta poſitas, detulitque ad alteram cubiculi partem. Evigilans autem illa ſomniaſſe ſe credebat, atque ad furculas capiendas manum extendens, deeſſe illas deprehendit. Tentavit ergo num abſque iis movere ſe poſſet, movebatque ſe optime: quare ſubito aſſurgens, maxima cum lætitia perrexit ad cubiculum dominæ ſuæ; & quidquid acciderat ſibi eidem narravit. Die autem facto venit ad ſanctam Crucem in Judaica cum gaudio magno, curavitque ibi cantandam Miſſam in honorem hujus glorioſi S. Athanaſii: & in monumentū facti in ſe miraculi ibidem appendit furculas ſuas,

Ancilla paralytica advecta ad corpus,

C *Sancto per ſomnum apparente convaleſcit,*

laudans Deum & hunc benedictum Sanctum, qui tam pulchrum miraculum in ſe fuerat operatus. AUCTORE D. P.

448 Vir quidam honeſtus ex Paſtena & duo ejus filii patiebantur gravem infirmitatem: cumque ei veniſſet in memoriam egregia feſtivitas qua celebrata fuerat S. Athanaſii tranſlatio, eidem ſeſe & filios ſuos devovit: eademque hora ſanati ſunt omnes ab infirmitate illa. Similiter ſubito convaluit puer, quem animam agere videns mater, eidem Sancto devoverat. Mulier quædam ex Herza, menſibus octo infirma, & tam dire cruciata ut diū noctuq; vociferaretur ejulans, nulloque invento remedio ad mortis articulum deducta judicaretur; recordata eſt glorioſi S. Athanaſii, eique ſe commendavit cum deſiderio tangendi aliquid de reliquiis ejus. Venit autem ei in mentem annulus, quem ab Epiſcopo Patavino acceperant Reverendę Matres monaſterii à Corpore Domini nuncupati, qui annulus ſancti corporis attactu erat conſecratus. Petiit ergo illum ſibi afferri ex dicto monaſterio, allatumque poſuit eo loci ubi majorem ſentiebat cruciatum, ac ſubito dormire cœpit, viditque pueros multos albis veſtitos, interque eos virum illuſtrem, qui & dixit: Quid tibi eſt mulier? Illa vero, Ah! malum grande. Ipſe autem capiti ejus impoſuit manum dicens: Redde te mihi ſponte, nullum enim amplius malum ſenties. Tunc illa curioſius intuens vidit eum eſſe abſque capite: & experrecta narravit viro ſuo per ordinem quæ viderat. Cui vir ſuus: Scias, inquit, eum Sanctum, qui habetur ad ſanctam Crucem, cuique te commendaſti, non habere caput. Ab eaque hora & deinceps remanſit ſana ab omni infirmitate.

ſanatur pater cum 2 filiis à gravi morbo,

mulier moribunda

E

449 Mulier alia à primis pueritiæ annis maximum dolorem patiebatur in tibia ex quodam ejus defectu; adeo ut non niſi pauxillum poſſet ambulare. Cum igitur annis multis eam infirmitatem toleraſſet, commendavit ſe S. Athanaſio, cui jam antea multum devota fuerat, haud paucis ab eo gratiis aliis munerata. Quamvis autem difficilis impetratu ipſi videretur ſanitas ſua, cum magna tamen fiducia & devotione etiam hanc gratiam ab eodem decrevit petere, votis & precibus ad eum directis: ſubitoque liberam ſe ſentiens, ambulare cœpit, ſolita deinceps dicere ſæpius, quod libenter feciſſet manus unius jacturam pro facultate ambulandi obtinenda. Quare ex eo quod ſibi acciderat conſolatiſſima remanſit, nec videbatur expleri poſſe agendis Deo gratiis & benedicto ejus Sancto, pro favore tam ſingulari. Infans quidam ita leproſus in mundum natus erat, ut cum faſciæ ei ac panni mutarentur, carnes deciderent & tenella oſſa totius corporis nuda apparerent. Non audebat illius mater medicamentorum quidpiam admovere ei, metuens ne pejus exinde haberet: ſolum cum devotione & fide maxima recurſum habuit ad S. Athanaſium: cui mox atque votum fecit, infans totus ſanus integerque apparuit, tamquam nihil mali unquam paſſus.

alia tibiam dolens,

puer leproſus,

F

450 Juvenis quidam, annis quatuor incurabili conſumptus lepra, erat à medicis depoſitus: quare ad S. Athanaſium vota & ſpem convertit, ac ſubito melius habere cœpit, cureque ſiccata nihil ei veteris morbi remanſit pręter exiguum veſtigium, eo loci ubi primum apparuerat. Erat autem tunc dies Sabbati, Lunæ autem ſequenti venit ipſe ad viſitandum benedictum hunc S. Athanaſium: & in memoriam tanti miraculi, poſito veteri, aſſumpſit nomen Athanaſii. Puer quidam annis jam tribus quartana laborabat febri admodum vehementi, & nullum in medicis aut medicinis reperiebat levamen, donec pater ſuus eum commendavit S. Athanaſio, cujus meritis ille mox perſanatus fuit.

item juvenis,

& quartana laborans.

AUCTORE D.P.

CAPUT XXXIX.

De cultu ſacri capitis in Hiſpania & Gallia.

Corpus Venetiæ allatum ſine capite,

451 *Sacrum* S. Athanaſii corpus, *non modo nunc carere capite deprehendit R. P. Aloyſius Carnolius; ſed à principio ſuæ ad Venetos tranſlationis abſque eo fuiſſe, manifeſte apparet ex verbis relatis n.446, cum S. Athanaſius moribundæ mulieri eſſet ſine capite conſpectus. Quamvis enim in tota præcedenti narratione & examine, ſuper allati aut adferendi corporis veritate habito, nulla fiat mentio capitis deficientis; ſatis tamen id colligitur, primo ex verbis nobilis illius Veneti, qui n.430 dubitabat an ſæpe ſibi viſum corpus eſſet agnituras, poſt annos ſex quibus Conſtantinopoli non fuerat, niſi ex digiti unius defectu; & ex duabus maculis nigris, in tergo ejuſdem corporis requiſitis, juxta Iacobi tonſoris teſtimonium. Quanto enim diſtinctiora magiſque obvia indicia ſeu ſigna diſtinctiva deſumi potuiſſent, ex forma & ſtatu vultus, integri, aut extremitatibus narium, aurium, vel labiorum deficientium minuti; qualia in pleriſque eorum, quæ poſt mortem integra quadamtenus monſtrantur, corporum Sanctorum paſſim conſpexiſſe memini? Deinde ordinarii*

B *ſacci menſura, qui corpus capere non potuiſſet, niſi flexis in tergus pedibus immiſſum foret; ſuadet, capite imminutum fuiſſe truncum, nam etiam hoc altius ſacco extitiſſet, nec ſiviſſet naupego eumdem ſaccum abſcondere ſub eo quem induitus erat bardocuculło: abſque illo autem ſarcina, haud multo plus quam tres & medium pedes longa, deferri ſub axilla haud difficulter in ſacco potuit.*

Loc in Hiſpania eſſe dicitur una cum incorrupta lingua.

452 *At quonam delatum caput dicemus? Venetiis creditur, pridem illud Romæ haberi. Id ſi fuit, admodum pridem fuiſſe oportuit: nam modo nulla ejus ibi notitia aut memoria. Fr. Gregorius Bravus de Sotomayor, in hiſtoria Monaſterii Vallis-Venarum vulgo Valvanera, in termino Calagurritanæ Diœceſeos, parte 1 cap. 8 f. 40, inter alia argumenta quibus conatur probare, veram eſſe traditionem loci, quo creditur S. Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus ibidem perſequente ipſum Conſtantio, delituiſſe, & cœnobii coquum egiſſe, quarto loco allegat*, quod hac traditione inſtante, antiqui Patres hujus cœnobii à quodam ſummo Pontifice adepti ſunt Caſulam S. Athanaſii, & caput cum lingua: quæ honorifice adſervantur inter alias Reliquias in majori ara. *Traditionem ipſam probare non poſſum: ideoque Antonio de Yepez magis aſſentior, coquum Monaſterii Athanaſium, cujus ibi memoria cum ſanctitatis opinione vigeat, & cujus occaſione nata ſit opinio de latebra S. Athanaſio Alexandrino iſtic præbita, fuiſſe Ordinis Benedictini monachum. Idem cum Yepeſio cenſet Tamayus de Salazar ad*

C *hunc diem, in ſuo Martyrologio Hiſpanico: neque movetur eo argumento Bravi*, quod fere in omnibus privilegiis, gratiis & indulgentiis, quibus hunc locum locupletarunt ſummi Romani Pontifices, aſſeritur ea illos concedere in honorem B. Mariæ & S. Athanaſii Doctoris magni, qui in illa habitavit domo; & quod Innocentius III Pontifex Maximus, qui Eccleſiam ad ann. MCXCVII gubernavit, & Athanaſii vitam ſcripſit, conceſſit huic domui magnas Indulgentias, contemplatione ſancti Doctoris, referens habitaculum in ea. *Si tamen pars altera traditionis de Caſula, Capite, Lingua Roma allatis ſubſiſtit, quam credere volo ipſarum Reliquiarum exhibitione præſenti probari poſſe; eo illa evaderet veroſimilior, quo integritas hactenus ſervatæ linguæ vero quoque ſimilius facit ex corpore hactenus integro ipſam eſſe.*

Galli dicunt haberi in diœceſi Turonenſi,

453 *Verum Hiſpanis adverſantur Franci, apud quos in* diœceſi *Turonenſi pagus eſt*, du Serrin *dictus, in eoq; eccleſia parochialis, quæ S. Athanaſii Alexandrini caput hodieque oſtentat: quod, uti ſuper his rogatus* R.P. *Guilielmus Quirini nobis ſcripſit*, creduntur Alexandria attuliſſe & iſthic depoſuiſſe Domini de San-Blansé, pagi Serrenio vicini, qui & Duces Andegavenſes olim & Reges Hieruſalem. *Topographicæ tabulæ, quatuor leucarum intervallo à Turonenſi Metropoli, trans meridionalem Indræ fluvii ripã,* D *collocant pagum* San-Branché, *id eſt S. Pancratii (nam etiam Itali* Brancatium *ex* Pancratio *faciunt) quod prædictus Pater, ex vulgi corrupta pronuntiatione, videtur in* Blansé *convertiſſe. Huic ergo vicinus eſt* Serrinii *vicus, in tabula prætermiſſus; in quo jam dictus Pater (quem ſuus pro hoc opere zelus compulit ipſummet eo ire) invenit an.* MDC LXXVI caput S. Athanaſii, argenteo capiti incluſum, & honeſtius quam alias viderat aſſervatum, ſed abſque ſcripturis ullis: *accepit tamen à Paſtore* loci, qui in Apoſtolicis litteris appellatur S. Athanaſii, *exemplar Archiepiſcopalis mandati, ante non multos menſes editi, quod ex Gallico placet Latinum facere.*

in pago du Serrin,

454 Michaël, Dei miſericordia & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Turonenſis, caritativis fidelibus noſtræ diœceſis ſalutem & benedictionem in Domino Jeſu Chriſto, qui eſt Deus pacis & caritatis. Neſcio quo modo fiat, ut res magis ſanctæ & majori veneratione dignæ, majori plerumque premantur pauperie. Certe non abſq; gemitu noſtro intueri poſſumus, veterem illam Serrinii eccleſiã, non minus antiquitate ſua quam pretioſarum Reliquiarũ theſauris commendabilem, eo redactam paupertate loci, ut ruinam undique minitetur. Cogimur ergo E caritatem fidelium diœceſis noſtræ & aliarum implorare, ut conferre velint aliquid de ſuo abundanti ad reſtaurationem iſtius loci, ſupra quem eam benedictionum cæleſtium largitatem effudit cælum, quam teſtantur Indulgentiæ plenariæ eidem conceſſæ, in- *ubi ejus intuitu propoſita Indulgentiæ.* tuitu magni S. Athanaſii, cujus caput illa integrum poſſidet, cum aliis pluribus pretioſis Reliquiis: quarum Indulgentiarum theſaurus aperietur ad primas Veſperas feſti ejuſdem Sancti, prima die proximi Maji, omnibus perſonis caritativis, qui de ſuo illic tribuent aliquid, pollicendo, quod futuri ſint participes, generatim & particulatim, omnium precum, quæ ibidem loci fient. Dilectos autem noſtros Priores & Curatos vicinos exhortamur, ut cum ſua quiſque plebe illuc proceſſionaliter accedant, reddentes vota ſua, & commiſſos ſibi populos efficaci exemplo ad idem præſtandum invitantes, ut ſcilicet præſentes adſint proceſſioni & prædicationi ibidem faciendæ, & cum benedictione ſanctiſſimi Sacramenti terminandæ. Datum Turonibus, ſub ſigno noſtro & ſigillo Archiepiſcopali, cum ſubſignatione Secretarii quoque noſtri, XVIII Aprilis MDCLXXVI.

455 *Non eſt meum componere controverſiam, quæ hinc exiſtit inter Hiſpanos & Francos: Nam ſi his difficile eſt* F *probare, Alexandria acceptum eſſe quod habent caput; nihilo minus laborabunt Hiſpani, ut probent ſe Roma accepiſſe quod obtinent. Si objiciatur Hiſpanis credibile eſſe, Reliquias quas oſtentant, capitis præſertim & linguæ, eſſe fortaſſis illius coci, unde ſumpta occaſio comminiſcendi incolatum S. Athanaſii Epiſcopi in illo loco: reponent Hiſpani, æque facile fieri potuiſſe, ut ex Conſtantinopolitano potius quam Alexandrino Patriarchatu acceperint Galli caput cujuſpiam S. Athanaſii Epiſcopi, puta Corinthiorum, qui colitur* V *Maji. Ad hæc, quam eſt incertum an coquus ille ſanctus unquam in rerum natura fuerit, aut ſaltem an Athanaſii nomine appellatus; tam videtur certum caſulam ſimul aſſervatam cum capite ſignum Epiſcopi eſſe, non Fratris laici: itemque ſola cranii oſſa, omni carne nudata eſſe in Gallia; caput autem quod eſt in Hiſpania, uti linguam adhuc imputrem ſervat, ita & ſervare carnem ſaltem exuccam; quod magis convenit ei ſtatui in quo eſt reliquum corpus Venetiis. Quod ſi ita quis judicaret de capite Serrinienſi, multo magis ſic judicaret de* coſta, *quam Ioannes Schekmannus in Epitome ſeu Medulla geſtorum Trevirenſium, anno 1617 excuſa fol. 55, aſſerit in Monaſterio S. Maximini ſervatam; ſcilicet eam non poſſe credi S. Athanaſii Alexandrini, ſi ejus eſt corpus ſervatum Venetiis, de quo non videtur dubitandum amplius.*

DE

DE S. GERMANO EPISCOPO MART.

APUD AMBIANOS IN GALLIA. J. B.

Commentarius R. P. Joannis Bollandi.

SECULO V. Celebratur VI Nonas Maji natalis S. Germani Epiſcopi & Martyris. *Ita MS. Florarium*: Eodem die S. Germani Epiſcopi & Martyris. *Idem habet Matricula Carthuſiæ Vltrajectinæ à ducentis & amplius annis conſcripta, & Belgica quædam Kalendaria.* S. *Germani natalis.* *Heribertus Roſweydus noſter in Faſtis Sanctorum*: Germanus Anglus Epiſcopus & Martyr XI Maji. *Philippus Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum*: In Anglia S. Germani Epiſcopi & Martyris. *Citat Ferrarius* Faſtos SS. Britanniæ auctore Heriberto Roſweydo Societ. Jeſu. *At non Britanniæ Sanctorum Faſtos peculiariter deſcripſit Roſweydus, ſed omnium omnino*, quorum vitæ in Belgicis Bibliothecis manuſcriptæ. *Eumdem Roſweydum citat, neminem alium, Ioannes Wilſonus in*
B *Martyrologio Anglicano, ita ſcribens*: In inferiore Germania Feſtivitas S. Germani Epiſcopi & Martyris: hic Anglus natione, in inferiores illas provincias trajecit, Chriſti fidem prædicaturus, ubi tandem ſuam mercedem, martyrii ſcilicet coronam, adeptus eſt. Ejus Vita copioſe manu exarata in quopiam Belgii monaſterio extat, ut è Societate Jeſu venerabilis Sacerdos teſtatur, atque hoc die ejus Feſtivitas conſignata in libro qui Faſti Sanctorum inſcribitur. *In ſecunda Martyrologii ſui editione aliter illius elogium idem expreſſit Wilſonus*: Eodem die in inferiori Germania depoſitio S. Germani Epiſcopi & Martyris, natione Angli, qui cum in Brabantiam trajeciſſet, inde in Friſiam, Chriſti fidem prædicaturus, in mercedem gloriam martyrii adeptus eſt circiter annum Chriſti DCCL.

2 *Quod eum Anglum Roſweydus ſcripſit, id non ita præciſe accipiendum, quaſi ea gente, quæ ex Saxonia inferiore advecta Britanniam à mille prope ac ducentis annis tenet, fuerit ortus; ſed quia ex plurium gentium, quæ nunc Anglorum monarchæ parent, aliqua natus, & à S. Germano Autiſiodorenſi, in ea ipſa provincia, quæ nunc Anglia dicitur, Chriſto adjunctus. Roſweydi auctoritate libenter Anglum Wilſonus appellavit. Ferrarius utrumque, ultra etiam*
C *quam præirent, ſecutus, abſolute in Anglia eum locat, quaſi iſthic vel Epiſcopatum geſſerit, vel obierit mortem. At Vitæ illius Scriptor parentem ejus* Scotorum gentis Principem *vocat, non quaſi S. Germanus Autiſiodorenſis, cum in Britanniam (ut infra dicetur, narratque Conſtantius in ejus Vita, & Beda lib. 1. Eccleſiaſt. Anglor. cap. 17 & quatuor ſequentibus) profectus eſt, vel Hiberniam adierit, quæ, ut idem Beda ſcribit lib. 1 cap. 1* proprie patria Scottorum eſt; *vel in Septemtrionali Cluydæ amnis ripa ſitum, urbique munitiſimæ Arcluith oppoſitum, terræ tractum, ad quem* Scotti *(ut idem tradit) iiſdem fere Valentiniani III temporibus, aut non multo prius,* advenientes ſibi locum patriæ fecerunt. *Sed fuit ille Scoticæ gentis Princeps Audinus tunc in Britannia, ſive pulſus è patria, ſive legatione aliqua ad Britannos functus, ſive erat fortaſſis amicior tunc Britannis in aliqua Scotorum Hibernicorũ provincia. Neq; illud alioquin inſolitum, ut è gentibus invicem bello diſſidentibus, viri etiam illuſtres quandoque in hoſtili ſolo degant. Et vero circa eàdem hæc tempora Scoti quidam inter ipſos Romanos non ſine nominis celebritate verſati ſunt, ut* C. Cælius Sedûlius Presbyter & poëta.

3 *Fuit hic poſtea Audinus multis fortaſſis è ſua gente ſuſcipiendæ fidei auctor, ad quos ut Epiſcopus mitteretur continuo curatum.* Florentio & Dionyſio Coſſ. *ſive Chriſti anno* CCCCXXIX, Agricola Pelagianus, *ut in Chronico Proſper Aquitanus ſcribit*, Severiani Epiſcopi Pelagiani filius, Eccleſias Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit. Sed actione Palladii diaconi Papa Cæleſtinus Germanum Autiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, & deturbatis hæreticis Britannos ad Catholicam fidem redigit. *Et biennio poſt*, Baſſo & Antiocho Coſſ. *idem Proſper ſic ſcribit*: Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatus à Papa Cæleſtino Palladius Epiſcopus mittitur. *Veriſimile eſt Germanum è Britannia reverſum in Galliam, ſcripſiſſe Cæleſtino quid iſthic à ſe geſtum eſſet, utque non modo profligatæ hæreſes eſſent, & relata de Pictis aliiſque barbaris victoria, ſed & Scoti nonnulli Proceres ad Chriſtum converſi, quibus mittendi aliqui una cum Epiſcopo Doctores viderentur: tum vero Palladium à Cæleſtino miſſum, & ipſum fortaſſis gente Britonem; Britonibus certe faventem,* E *cum ejus* actione *Germanum ad eos miſerit Cæleſtinus. Nam idem Proſper eadem occaſione & liberatos hæreſi Britannos & fide imbutos eſſe Scotos innuit, libro contra Collatorem, qui eſt quartus Reſponſionum adverſus calumniatores doctrinæ S. Auguſtini, extatque tomo 7 Operum ejuſdem Auguſtini; in eo ergo libro cap. 21 ita ſcribit*: Unde & venerabilis memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad Catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt, *& paucis interjectis.* Nec verò ſegniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quoſdam inimicos gratiæ, ſolum ſuæ originis occupantes, etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani; & ordinato Scotis Epiſcopo, dum Romanam inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam. Studuit *Cæleſtinus* Romanam provinciam, *Britanniam, miſſo iſthuc Germano*, ſervare Catholicam, *& ſimul* barbaram, *Scotiã videlicet*, fecit Chriſtianã, *nonnullis per ipſum Germanum converſis. Aditu deinde in inſulam patefacto per Palladium, abſq; alio fere operæ pretio, tota demum inſula Chriſto ſubjugata eſt per Patricium. Sed de his plenius ad Vitã S. Patricii XVII Martii, S. Palladii VI Iulii, S. Germani XXXI Iulii.*

4 *Exaratam reperi Roſweydi manu ſchedam, in qua* F *innuebat* S. Germanum, *Epiſcopum & Martyrem, qui II Maji colitur, ſibi eum videri eſſe, cujus meminit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi de S. Eloquio agit. Sed quæ iſthic habet Molanus, ſunt ex S. Eloquii vita tranſcripta, ubi ita efferuntur*: Igitur anno Verbi, carnem ſcilicet facti, Filii Dei pro ſalute ac redemptione humani generis incarnati, ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, regnante Clodovæo jam Chriſtianiſſimo Rege, venit B. Eloquius ad Galliarum littora ex Hibernia inſula, cum aliquibus venerabilibus viris, videlicet Furſæo, Ultano, Foillano, Boëtio, Mombolo, Adalgiſo, Hertono, Helano, Træſano, Germano, Verano, atque Columbano. *Verum aut illius vitæ Scriptorem memoria fefellit (nec mirum, cum annis poſt S. Eloquii mortem ducentis vixerit) aut imperitus aliquis eam Vitam interpolavit, ut ad* III *Decembris dicemus. Et ſane Vita S. Momboli quam dabimus* XVIII *Novembris, cum iiſdem fere verbis deſcripta ſit*, Helanum, Treſanum, Germanum, Veranum *non memorat. Vita S. Algiſi, ſive Adalgiſi* II *Iunii hos recenſet ejus comites*, Ettonem, Gobanum, Eloquium, Corbicanum, Rodalgum *ſive* Rodaldum. *Sed plures tum moderni tum mediæ ætatis ſcriptores, cum Sanctos commemorant qui è tranſmarinis partibus in Galliam aut Germaniam venerunt, omnes conjungunt, quamvis longo diſtantes temporis intervallo.*

(qua gens tunc converſa)

Non Anglus is fuit,

ſed Scotus,

nec S. Eloquii ſocius fuit ſeculo 7.

AUCTORE J. B.

5 *Propior Germani nostri ætati Germanus ille SS. Helani & Gibriani Frater fuit.* Hic Gibrianus, *ut Flodoardus hist. Eccl. Remensis lib.* 4 *cap.* 9 *scribit*, Tesanus, Tresanus, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus, cum tribus sororibus suis Frauda, Promptia, Possena, eligentes sibi super fluvium nomine Matronam opportuna degendi loca *&c. Memorantur*

nec S. Gibriani sec. 6. *jidem fratres & sorores in Vita S. Tresani* VII *Februarii, sed pro Tesano* Helanus, *pro Frauda* Franda. *Colitur S. Helanus* VII *Octobris, S. Guibrianus* VIII *Maji, quo die & reliquos dabimus, nisi proprios singulorum natales reperiamus. Horum ætatem indicat Sigebertus in Chronico ad an.* DIX Gabrianus Scottus, cum fratribus & sororibus in Gallia peregrinatus, urbem Remensem & vita & morte sua illustrat. *Quæ tamen aliena manu addita censet Miræus in sua Sigeberti editione, quod à codice Gemblacensi abessent; sed in pervetusto Lobiensi, quo sumus usi, habebantur, inque Laurentii Barri editione.*

6 *Wilsonus cum ad annum* DCCL *S. Germani martyrium retulit, videtur existimasse S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini & Germaniæ Apostoli comitem fuisse: nam is*

nec S. Bonifacii sec. 8. *circiter annum* DCCLV *martyrium in Frisia subiit, cum sociis* LII, *quorum undecim solum ab auctoribus nominantur,*

B *nullus inter eos Germanus. Eorum, quorum nomina reticentur, unum extitisse Germanum an conjecerit Wilsonus, an uspiam legerit, haud scio: mihi difficile est credere, inter illos Episcopum fuisse, cum id non videantur omissuri fuisse diligentes scriptores rerum à Bonifacio gestarum. Proclivius*

sed antiquior. *erat, ut S. Gibriani fratrem, hoc die apud Ambianos coronatum martyrio, atque anniversaria coli celebritate suspicaremur; cum ceterorum præterquam Gibriari & Tresani, nos natales gestaque lateant. Sed Gibriano multo antiquiorem Germanum hunc Vitæ illius historia ostendit, quippe à S. Germano Autisiodorensi anno Christi* CCCCXXIX, *aut non multo post baptizatum.*

7 *Non est tamen Vita hæc optimæ notæ, quæ sit ab incerto auctore, quingentis fere post Germani decessum annis, non ex veteribus monumentis, sed populi fama conscripta. Testatur id in Prologo Auctor:* Hujus ergo Beatissimi actus seu passionem non vidimus, sed tamen à paganis ejus vitæ codicem succensum novimus. Nunc tamen Deo opitulante quidquid ex ejus gestis audivimus, dilucidare satagemus. *Liceret existimare non*

Ejus vita quando scripta? *tam vulgi narratione accepisse Scriptorem quæ tradit, quam ex ipsis gestis, antea lectis auditisve, priusquam igne absumerentur; si, quis fuerit, ubi scripserit, aut quando, constaret. Parum certe curiosus fuit, ut ex iis patet, quæ nihil ad*

C *propositum facientia de Iuliano Apostata narrantur, deq; ridiculo, & anilium simili fabellarum occupati ab eo imperii modo. Porro quod cap.* 6 *num.* 17 *scribit*, Vir Sanctus prædicando per Normanniam ibat, *& cap.* 7 *num.* 20 qui est limes medius Normanniæ ac Franciæ; *consequens est, hanc Vitam seculo Christiano decimo, aut fortasis etiam serius, scriptam esse, cum Westria sive occidua Franciæ ora, tum primum cœperit Normannia appellari, quando Rolloni Normannorum Duci, Christianam fidem amplexo, Carolus Simplex Francorum Rex Gislam filiam in matrimonium dedit, sub annum Christi* DCCCCXII, *inque dotem provinciam illam tradidit*, quam Nortmanniam, *inquit Auctor anonymus inter Normannicos Scriptores primus editus ab Andrea Duchesnio*, Northmanni vocaverunt, eo quod de Northwega egressi essent.

8 *Eam vitam ex vetustis codicibus Monasteriorum*

unde hic edita? *Thosani & Claromarescani discripserat Rosweydus: tertium exemplar à D. Ioanne de S. Martino, Petri Loveti Bellovaci, V. CL. fratre, congregationis Foliensis monacho, Ambianis accepi; quartum quoque indidem à D. Ioanne Cauchié Canonico Ordinis Præmonstratensis, S. Germani in eadem urbe Curione. Sed in posteritoribus hisce duobus exemplaribus deerat Prologus. Extabat eadem Vita, eodemque stylo, in MS. Ecclesiæ S. Martini Vltrajecti, sed passim breviata. Officium quoque Ecclesiasticum, ut vocant, quod in utraque S. Germani ecclesia decantari hoc die consuevit, idem venerabilis* D *Curio nobis transmisit, in cujus Lectionibus, Hymnis, Antiphonis, Responsoriis eadem quæ in Vita memorantur.*

9 *Duæ sunt apud Ambianos dicatæ S. Germano Martyri ecclesiæ: altera in urbe, structuræ elegantia nulli post Ca-* *Ejus ecclesia Ambiani,* *thedralem secunda, à quingentis annis monasterio Ordinis Præmonstratensis, in eadem urbe, quod nunc S. Ioannis appellatur, donata à Guidone Castellano Ambianensi ejusque conjuge Mathilde; nisi tamen post eam donationem renovata ac splendidius instaurata est: nam, ut Adrianus Morlerius Antiquitatum Ambianensium lib.* 2 *in Catalogo Abbatum S. Ioannis testatur, in donationis instrumento solum* altare S. Germani *appellatur. Et vere cum* II *die Iulii* MDCXLIII *summa ara lapidea tabula, ad sex pedes promovenda, ut nunc cernitur, esset sublata, sub ea exiguum è stanno vasculum repertum est, eique inclusa membrana in qua hæc erant inscripta:* Anno Domini MDXXVI, die Lunæ, nona mensis Julii, Reverendus in Christo Pater Nicolaus Ebronnensis Episcopus, de permissu & auctoritate Reverendi in Christo Patris ac Domini D. Francisci de Hallewin, Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopi Ambianensis, hanc ecclesiam & hoc altare in honorem S. Germani Epi-

E scopi & Martyris Sanctorumque omnium consecravit seu dedicavit; me Secretario dicti D. Episcopi Ambianensis subsignato præsente. De Courcelles. *Fuit autem Episcopus ille Ebronensis Nicolaus Lagrené, ut testatur Morlerius, Hallewinii Episcopi Ambianensis Suffraganeus & Vicarius, Ordinis Præmonstratensis, Abbas Monasteriorum S. Ioannis & Montis S. Martini, antea Pastor Ecclesiæ S. Germani, de qua hic agimus; idemque Paschasium Broëtum, è primis S. Ignatii Sodalibus unum,* XII *die Martii pridie Dominicæ Passionis Sacerdotio initiavit, non anno* MDXXIII, *ut idem veterem epocham secutus scripsit Morlerius, sed* MDXXIV *quando littera Dominicali B, Pascha in* XXVII *Martii incidit. In ea ergo ecclesia Parochum agit ex eodem S. Ioannis cœnobio Canonicus, cui ab Abbate suo præsentato, uti dicunt, id munus confert Episcopus. Vt ea parochia à Regularibus administraretur obtinuit anno* MCXCVIII, *à Theobaldo Ambianensi Episcopo, Odo Abbas S. Ioannis, patrocinante sibi Wilhelmo Remensi Archiepiscopo & Sedis Apostolicæ Legato. Extat Parochorum omnium ab ante* MCCLXXX *Christi annum Catalogus. Ex his Abbates postea electi Matthæus Lotterellus an.* MCCCC XXIII, *& ante memoratus Nicolaus Lagrenæus.*

10 *In hac ecclesia vita cernitur S. Germani, non modo in vetustis descripta codicibus, sed eleganter quoque efformata in vitrea ad lævam fenestra, mille aureorum pretio æstimata; inque octonis prægrandibus tapetibus, quibus ornari* F *celebrioribus diebus ejusdem ecclesiæ Chorus solet. Spectatur* *pulcherrime pensili odæo clara.* *in eadem ecclesia pulpitum lapideum, vicenos pedes longum, plano fornice, antiquo opere affabre elaboratum, quod quatuor columnæ lapideæ ad angulos sustentant: in id geminæ ducunt utrimque lapideæ scalæ, circum duas ecclesiæ columnas insigni artificio volutæ, & ipsæ pensiles. Estque tota hæc moles ejusmodi, ut magnam sui excitet admirationem, & inter illius circum Somonam amnem tractus præstantissima opera censeatur. Hic Parochus nunc est, ut ante scripsi, Ioannes Cauchie Canonicus regularis Ordinis Præmonstratensis, vir humanissimus, Deique gloriæ ac Sanctorum amplificandæ studiosissimus; qui antea S. Firmini Martyris in valle paræciam in eadem urbe administravit, à* XXII *Octobris* MDCXXIV *ad* XIII *Augusti* MDCXLII.

11 *Altera S. Germano Martyri sacra ecclesia visitur in* *alia, ubi ejus* *vico diœcesis Ambianensis, qui S. Germani dicitur, ubi is* *sepulchrum,* *martyrio & coronatus. Est vero Prioratus, ab Abbatia S. Fusciani in nemore, Ord. Benedictini, diœcesis Ambianensis dependens: non tamen ipse Prior, sed sub eo Pastor divina administrat. Extat etiamnum ejus sepulchrum subter majorem aram; atque post eam structum cælatis lapidibus monumentum, aliquantulum supra solum eminens, intra quod descendentibus ingens objicitur cælatum saxum, quo*

corpus

A *corpus Martyris olim opertum fuit, idque tribus perforatum locis, ut lumine admoto totus pervideri tumulus jam vacuus, queat. Iuxta eamdem aram armarium est, in quo è ligno efformatum Episcopali schemate caput est, inque eo ossa quædam capitis ipsius (ut à majoribus acceptâ famâ creditur) S. Germani asservantur; aliaque in brachio itidem ligneo reliquiæ. Eadem hic quæ Ambiani vitæ ac necis S. Germani extat historia, idemque quod Ambiani ejus die festo Officium Ecclesiasticum celebratur. Eo vero die ingens è propinquis vicis turba hominum ad eam ecclesiam confluit, multique in ejus cœmiterio sepeliri se, pietate erga sanctum Martyrem moti, postulant. Viget ibi hic ab omni retro memoriâ ea consuetudo, ut Pastor festo die S. Germani sacra peragens, cum ad Offertorium, ut vocant, pervenerit, ad populum conversus clara voce edicat, Si quis oppidi Senardi-pontis incola adsit, cujusque ætatis, ordinis, sexus, is primus accedat, etiamsi ipse vici Dominus adesset. Ea honoris prærogativa illi oppido exhibetur, propterea quod ejus Dominus olim sancti Martyris corpus sepulturæ mandârit. Distat is vicus à Senardi-ponte Gallicâ leucâ & dimidiâ, tribus ab Albamarlâ, sive Aumaleo. Plures passim vici totâ Normanniâ S. Germani nomine insigniuntur, vel à S. Germano Parisiensi, cujus* XXVIII *Maji Vitam dabimus, vel ab Autissiodorensi per universam Galliam celeberrimo, vel ab hoc*

B *Sancto Episcopo & Martyre Germano, qui occiduum illum Galliæ tractum Euangelii prædicatione, miraculis, ac tandem martyrio illustravit. Idem hic tutelaris est ecclesiæ pagi dicti Minidavid, in diœcesi Rotomagensi.*

12 *Hæc omnia olim scripsit* R.P. *Ioannes Bollandus, una cum Annotatis ad Vitam sequentem, & transmisit ad D. Ioannem Cauchium Canonicum Ordinis Præmonstratensis & Parochum Ambianensem Ecclesiæ S. Germani: qui mox eadem typis vulgavit anno* MDCXLV, *& iterum cum novis hinc inde animadversionibus anno* MDCLXV, *nobis quæ post dicti Patris obitum transmisit, additâ ubique Vitâ Gallicâ & Officio Ecclesiastico ejusdem Sancti, quæ apud ipsum videri possunt. Submisit idem etiam aliquam à se compositam historiam translationum, quarum prior anno* DCCCL *facta celebratur die* XIII *Novembris, posterior anni* MDCLX *Aprilis* III: *quam ipsam historiam Vitæ subjungimus.*

13 *Reperimus etiam S. Germani memoriâ inscriptam Mss. Martyrologiis Augiensi Canonicorum Regularium, & Parisiensi S. Germani de Pratis. Quod autem huic prævio Bollandi commentario Annotationibusque subjunctis velimus additum, nihil magnopere occurrit. Nam quod ait* parum curiosum *fuisse* Vitæ hujus scriptorem, *adeo verum est, ut omnino inter postremæ notæ Vitas (quales huic operi nō nisi perquam inviti inserimus) censeri eam velimus, solo melioris historiæ defectu excusantes consilium. Cui enim placere*

C *potest prædicatio Sancti sic proposita, quasi paganis ethnicisque convertendis in Britannia, Gallia, Hispania, Germania, eorumq; fanis destruendis tota ejus vita fere fuisset addicta, tempore illo, quo vix tenues idololatiæ reliquiæ supererant, Christus fere solus aris templisque colebatur, etsi Galliarum domitores Franci adhuc Gentiles essent? Quid quod de punito per ejectionem intestinorum judice, de dracone stola Sacerdotali alligato & in puteum protracto, videantur additamenta accepta ex qualicumque historia S. Mercurialis Forolivienſis, quam dedimus* XXX *Aprilis? Alia ipse per se lector notare poterit, quibus ingenio suo nimium indulsisse auctor videatur.*

VITA

Ex variis codicibus MSS.

a PROLOGUS.

1 CUm universæ machinæ molis benignissimus conditor ac misericordissimus reformator, pro salute humani generis, quod serpens antiquus decipiendo per lignum vetitum merserat in tene-

bris, cruci fuisset addictus; maluit mortem in nostrâ quam susceperat carne recipere, quam tot millia animarum amittere. Suscepit namque mortem temporaliter, ut nos à durissimis pœnarum nexibus erueret misericorditer, & ut veridica prædicti electi Domini mystice panderetur sententia dicentis: Propter hoc non derelinques animam meam in inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Ne corrumperetur refecta Deitate caro, tertiâ die vendicans sibi spolia tartarea, erepta de sæviſſimis chelydri faucibus, surrexit à tumulo; superumque illud, immensa redimitum gloria, cunctis intuentibus clientulis, conscendit regnum, nobis olim per culpam incognitum, nunc autem per gratiam apertum. Ascendit idem rector humani generis ad rutilantia polorum regna, haud relinquendo terrestria: nam si reliquisset, quid nobis benedicta nativitas, quid veneranda mors, quid admirabilis resurrectio, glorioſaque profuisset ascensio? Non reliquit, inquam, terrena, sed beatissimum Pneuma dudum promissum, in cordibus discipulorum diffudit; per quod omnia nequissimi hostis tela valuisset extinguere, & omnes ad dulcissimam semitam mandatorum Dei præcellentissimorum perducere. Sed plane quamvis hostis antiquus, eorum spiritibus, super petram fundatis durissimam, nocere nullis valuisset ingeniis; corpora tamen eorum eorumque successorum per sibi condignos gravissimis pœnarum affligi generibus fecit ministros; autumans eorum sacros spiritus capere suo tetercimo laqueo, quos Christus jam fundaverat cælo. Inter hos ergo & beatissimum Germanum, Sacerdotali stolâ pollentem, per Patellites multis cædi fecit suppliciis, non tamen vincere victus valuit victorem. Hujus ergo beatissimi actus seu passionem, non vidimus, sed tamen à paganis ejus vitæ codicem *b* igne succensum novimus. Nunc tamen, Deo opitulante, quicquid ex ejus gestis audivimus, dilucidare satagemus. Adjuvet omnipotens Deus, ut hoc adimplere valeamus, qui regnat in æterna secula.

ex MSS.

Psal. 15, 10 Act. 2, 27

Apostoli & Martyres Spiritu sancto corroborati.

E

b S. Germani Acta deperdita.

F

ANNOTATA I. B.

a *Aberat hic Prologus a MSS. Ambianensibus, extabat in Thosano & Claremarescano.*

b *Factum id videtur Normannorum incursionibus, quibus à Caroli Magni obitu centum fere per annos dire vexata Gallia est.*

CAPUT I.

S. Germani ætas, baptismus.

2 *a* TEmporibus Domni *b* Joviniani glorioſi atque mitissimi Imperatoris, qui post nequissimum Apostatam Julianum totius orbis principatum, Deo annuente, obtinuit; sancti Christiani nominis religio usquequaque crescere cœpit, in tantum ut & ecclesiæ Dei, quas impius tyrannus, exosum habens nomen magnificum Christi, *c* claudi jusserat, ne laudes omnipotenti Deo redderentur, jam dicto Domno Imperatore Joviniano incipiente regnare, aperirentur, & multis creberrime coruscarent miraculis. Quo autem ordine jam prænotatus Julianus Cæsar fuerit effectus, sobrio narrare non displicebit stylo. Fuit namque idem Julianus sacrorum verbis dogmatum diligenter instructus, ita ut etiam Clericus effectus, donum *d* Subdiaconalis gradus mereretur suscipere. *e* Instigante autem ejus mentem diabolo, ut cœpta relinqueret & solium regni invaderet, (quippe erat regali ex stirpe genitus) quadâ die dum ad Missarum solennia lectionem S. Pauli Apostoli recitasset, & ante aram sacrosanctam humiliaturum

a b

c Iulianus Apostata imperium præstigiis adeptus,

d

e

EX MSS. se inclinando projeciſſet; egit arte magicâ, ut corona quædam regalis, quæ in arcu erat ſuſpenſa triumphali ante ſanctum altare, ipſo adveniente ſupra caput ipſius caderet, ac ſi propria quis eam manu impoſuiſſet: Quod cum circumſtantes populi vidiſſent, hunc vere Imperatorem acclamaverunt, ſuſpicantes ei à Domino regimen totius orbis eſſe accommodatum. Quod ille cernens actutum ſibi Imperatoriæ poteſtatis uſurpavit nomen, Eccleſiamque Dei variis cœpit turbare procellis, abjiciens à ſe Dei Chriſtianique nominis religionem, & idola vana & ſurda & muta complectens. Unde factum eſt ut eccleſias Dei, quæ longe lateque per totum orbem diffuſæ erant, claudi juberet, ne ultra in eis nomen Domini invocaretur. Fecit ergo & multa *f* millia Sanctorum interimi ob nomen magnificum Chriſti. Inter *g* hæc etiam & corpus *g* S. Joannis Baptiſtæ igne ſuccendi juſſit, atque in favillam redigi, ut nullus amodo Chriſtianus ex eo ſibi reliquias colligere valeret, ſed quaſi quamdam ſtipulam vitaret, dum illud tali incendio cremari vidiſſet.

ſevit in Chriſtianos

f

g

& SS. reliquias:

3 Dum hæc ſiquidem, aliaque valde deteſtanda quamplurima geſſiſſet opera; miſereri cœpit miſericors Dominus fletibus ſibi fidelium, atque luctuoſis
B ſingultibus, quos die noctuque emittebant; obſervando quatenus eos liberare dignaretur de diri faucibus hoſtis; Eccleſiamque ſanctam, olim per univerſum mundum renitentem, conſervare dignaretur incolumem; eique, quam ſæviſſimus tyrannus abſtulerat, redderet libertatem ſuo numine ſacro. Factum eſt interea, ut poſt non multum temporis ſpatium jam dictus Julianus Imperator inſanâ mente bellum Perſarum genti inferret: in quo, opitulante Deo;
h dum pluſquam oporteret, gerere vellet, à quodam *h* incognito ſatellitibus ſuis viro percuſſus, vitam cum regno perdidit, quod contra jus humanæ religionis viriliter ſibi uſurpavit. Poſt deteſtabilem igitur ſuperbiſſimi Judicis necem, miſerator omnium Dominus, ſanctæ matri Eccleſiæ pium dare dignatus eſt patronum, Dominum videlicet Jovinianum Imperatorem. Qui mox ut monarchiam totius orbis ſuſcepit, actutum eccleſias Dei aperiri juſſit, quatenus laus & gloria in ipſis Chriſti in laude canerentur, quæ omiſſæ erant cantari vivente Cęſare impio. Cœpit ergo clariſſimum Chriſti nomen utquequaque validiſſimis radiare miraculis, intantum ut multi paganorum videntes magnalia, quæ in ſervis ſuis operabatur Dominus, relicto gentilitatis errore, ad veram & immaculatam unanimiter converterentur fidem.

male perit.

ſuccedit Iovinianus pius Imp.

i

C 4 *i* In hujus præclariſſimi Cæſaris temporibus, fuit quidam in pago Autiſſiodorenſi vir, magnificis editus parentibus, Germanus nomine, qui intantum brevi in tempore crevit, ut Tribunus effectus, cum lucra ſecularia Domino reddere deberet terreno, potius ad animarum tenderet lucrum; & quicquid valeret acquirere, cunctipotenti Deo munus gratiſſimum toto corde offerret. Accepit ergo ſibi uxorem ſecundum morem ſecularem, parentibus valde nobilibus progenitam, quam dominante Chriſti gratiâ, ita divinis inſtrumentis imbuit atque ornavit, ut non uxor, ſed vera fide ſoror eſſe crederetur. Quid plura? dum urbs itaque Autiſſiodorenſis deſtituta foret ſacro Pontifice, mox voce ſumma plebs univerſa hunc ſibi poſtulat dari Paſtorem, quem corde puro noſcebat Chriſti fore cultorem. Conſtituitur itaque beatiſſimus Germanus in jam prælibatâ civitate Pontifex à Deo electus: fit gaudium omni civitati & immenſa exultatio: namque videbant ſe alacres ſic in Dei laudibus fore, ut non trepidam brevemque vitam poſſidere ſe autumarent, ſed paradiſiacâ collocatos in gloriâ, atque Jordanicâ tinctos undâ melliflua. Erat namque vultu placido, comis decoratus Angelicis, ut intuentibus eum, non humana forma, D
ſed Angelica effigies, pulchra ut luna, electa ut Phœbus videretur: tantaque circa eum caritas Chriſti erat, ut in terris poſitus, in cæleſtibus habitaret.

S. Germanus Autiſſiodoren ex Tribuno fit Epiſcopus:

5 Vir autem beatiſſimus, poſt multa fortiter patrata miracula, *k* nixus eſt quæ valuit Sanctorum circuire pignora. Non ſolum itaque, hæc quæ in Galliarum partibus conſtituta erant viſere ſtuduit ſola, verum etiam in *l* tranſmarinis partibus loca Sanctorum circuire curavit. Completâ interea ſacra circuitione, dum ad propriam civitatem redire diſponeret, quatenus plebem ſibi creditam verbis Euangelicæ doctrinæ affatim refocillaret; contigit ut *m* quemdam *m* Scotorum gentis Principem ſibi, Audinum nomine, una cum uxore, quæ Aquila vocabatur, obvium haberet: in quorum comitatu ducebatur filius eorum, admodum puerulus, pulchrâ facie, & decorus aſpectu, ſed cum ipſis parentibus adhuc gentilitatis errore detentus. Hos ergo cum obvios habuiſſet beatiſſimus Antiſtes Germanus, & vidiſſet Angelica decoratos forma; ingemuit, converſuſque ad Dominum dixit: O Domine, quid eſt quod formam hanc, quam ad imaginem & ſimilitudinem tuam creare dignatus es, hoſtis antiquus poſſidet? Non his in tabernaculis, Domine, recubare debuiſſet, forinſecus Angelica ſpecie decoratis; ſed ignis æternus illius pabulum eſſe deberet. Obſecro itaque te, Deus meus, quatenus mihi nequiſſimo omnium, tibi tamen corde fideliſſimo, concedere digneris, ut eorum corda ad te Deum verum omnipotentem per me convertantur; & agnoſcendo te ſummum Deum, corde credant; & diligant, ore collaudent, vultuque adorent, tuque miſericors ſis dux eorum, qui numquam derelinquis ſperantes in te. Completa itaque oratione viri beatiſſimi, ſubito Audinus cum Aquila uxore provoluti ejus genibus, rogaverunt eum dicentes: Rogamus te, virorum ſanctiſſime, quatenus ad noſtra non dedigneris venire tabernacula: videtur enim nobis facies tua ut Phœbus radians, & ideò credimus in te aliquid divinitatis eſſe. Mox ergo vir Domini promiſit ſe cum eis ire. Cumque veniſſent domum, cœpit beatiſſimus Germanus nomen Domini illis benigne prædicare, & in longum ſermonem protrahere. Quid multa? Credidit jam dictis vir Audinus una cum uxore ſua, omnique familiâ, & baptizati ſunt in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ipſum quoque filium ipſius admodum parvulum ſuſcepit vir beatiſſimus ab ipſo ſacri laticis fonte: nomen ſuum illi imponens, ut non jam perditionis filius, ſed germanâ caritate repletus, verè
F Germanus vocaretur, ad propria cum gaudio remeavit.

k

proficiſcitur ultra mare,

l

m

orat pro Audino Scoto, ejuſque uxore & filio;

domum invitatus eos convertit,

filium in baptiſmo ſuſceptum Germanum appellat.

ANNOTATA.

a *In MSS. Thoſ. & Clarom. quæ hic dicuntur uſque ad ea verba* Poſt deteſtabilem igitur *&c. num.* 3 *conficiebant ſecundum Prologum: melius ea Auctor omiſiſſet, quæ plane ἀπόφορα ſunt.*

b Jovinianus *poſt Iuliani Apoſtatæ necem,* V *Kal. Iul. anno Chriſti* 363 *Imperator factus, octavo poſt menſe,* XI *Kal. Mart. deceſſit. Videtur poſt ejus imperium aliquanto tempore natus eſſe S. Germanus Autiſſiodorenſis, ut ad ejus Vitam* 31 *Iulii dicemus. At fœde hallucinatur concinnator Vitæ S. Germani Martyris, quæ extat in codice Vltrajectino, dū ipſis Ioviniani Imperatoris temporibus,* Germanus Autiſſiodorenſis Epiſcopus, dum à peregrinatione tranſmarinâ reverteretur, *dicitur Audino uxorique & filio Germano occurriſſe.*

c *Imo & diripi immiſſis militibus eccleſias juſſit Iulianus, ut patet ex oratione S. Gregorii Theologi in funere patris, quam dedimus* 1 *Ianu. & Orat.* 1 *in Iulianum: quaſdam incendio abſumi, alias à fundamentis ſubverti, ut ſcribit Sozomenus lib.* 5 *cap.* 19.

d *Fuit*

A d *Fuit Iulianus cum Gallo fratre Clericus factus, ſive ſua ſponte, ne patrueli ſuo Conſtantio Auguſto ulla poſſet ſuſpicio incidere eos ad imperium aſpirare, ſive ipſius juſſu Conſtantii, ut omnem illis ſpem ejuſmodi præcideret: fuit autem non Subdiaconus, ut hic dicitur, ſed Lector, uti S. Gregorius Nazianzenus teſtatur orat. 1 in Iulianum.*

e *Hæc tota ratio occupandi imperii fabuloſa eſt. Erat ille quidem magicis præſtigiis deditiſſimus, Maximo philoſopho & mago præceptore uſus, & Iamblicum itidem magum ſumma colens familiaritate, alioſque; ſed Cæſar creatus à Conſtantio eſt 6 Novemb. anno Chriſti 355, Coſſ. Arbetione & Lolliano: anno vero 360 Imperator ab exercitu, cui in Galliis præerat, acclamatus, publice adhuc ſeſe Chriſtianum ſimulans, clam dæmonibus ſacra exhibens. At tum quoque videri voluit divino numine ad imperium capeſſendum vocari invitus, multaque fingebat ſomnia & viſa, veluti ſibi divinitus objecta, de quibus Ammianus Marcellinus perpetuus ejus laudator, & alii.*

f *Plurimos ipſe trucidari juſſit, ſed ferè alio titulo quam Chriſtianitatis: at multo plures à Præfectis & populo in omnibus provinciis mactati, quod ipſe non modo ſinebat fieri, ſed & ſuadebat, eos laudans qui in ea re ſtrenui fuiſſent. Quæ omnia fuſe commemorantur in Annalibus Eccle-*
B *ſiaſticis.*

g *Factum id Sebaſtæ in Palæſtina, uti narrat Ruffinus hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 2 cap. 28.*

h *De Iuliani percuſſore prolixe & accurate diſputat Baronius ad an. 363 n. 51 & ſeqq. Accidit ejus cædes eodem anno, imperii ejus poſt Conſtantii obitum 2, 26 Iunii.*

i *Quo anno natus ſit S. Germanus, mihi necdum liquet, quove obierit: nec de ejus Britannicæ legationis tempore conveniunt auctores. Nam Sigebertus ad an. 446 refert: Proſper ei coætaneus ad 429: huic potius ut ſubſcribamus facit, quod S. Lupus Trecenſis Epiſcopus illius in ea legatione comes, cum in Lirinenſi cœnobio ſe in S. Honorati diſciplinam dediſſet, inde poſt annum Matiſconem reverſus, ad Epiſcopatum Trecenſem raptus eſt, ac biennio poſt in Britanniam cum S. Germano profectus, ut in ejus Vita 29 Iulii dicitur. Atqui S. Honoratus ad Arelatenſem cathedram evectus eſt poſt Patroclum, qui Theodoſio XII & Valentiniano juniore II Coſſ. an. Chriſti 426 interfectus eſt. Vnde ſequitur anno 425 veniſſe Lupum in Lerinum inſulam, anno ſequenti iviſſe Matiſconem, & ſub finem illius anni aut initium 427 ad epiſcopatum Trecenſem vocatum. Non diſſimulaverim tamen in MSS. exemplaribus vitæ S. Lupi, quæ penes nos ſunt, aſſeri eum poſt biennium epiſcopatus in Britanniam miſſum, at non exprimi quanto tempore apud S.*
C *Honoratum egerit. De S. Honorato egimus 16 Ianuarii. Monachus Autiſiodorenſis in ſua Chronologia S. Amatorem ſeceſſiſſe ſcribit an. 421, Germanum ejus ſucceſſorem 450. At cum imminente obitu ſuo Auguſtodunum ad Iullum Præfectum profectus S. Amator, à S. Simplicio Epiſcopo honorifice exceptus dicatur conſequens eſſet Simplicium ultra 70 annos ſediſſe, quippe qui poſt Conſulatum Amantii & Albini, anno 346 legatur Concilio Agrippinenſi interfuiſſe. Quid quod Conſtantius Presbyter ſcribit, cum S. Germanus obiit* rexiſſe Romanum imperium Placidiam Reginam cum filio Valentiniano jam juvene? *Quomodo is juvenis erat annum agens 33 ætatis? Papirius Maſſonus hiſtor. calamit. Galliæ inſinuat ante 17 Valentiniani III annum S. Germani iter in Italiam & mortem contigiſſe; cum ea narrata, ſubjiciat ex Proſperi Chronico* pacatis motibus Galliarum Aëtium ad Italiam regreſſum, *anno Valentiniani 17, qui erat Chriſti* 441. *Verum ſtatim poſt S. Germani mortem venit Lutetiam Pariſiorum ejus Archidiaconus, cum cives ob adventum Attilæ, trepidarent, ut in Vita S. Genovefæ 3 Ianu. dictum. Irrupiſſe vero in Gallias, Attilam memorant Valentiniano VII & Avieno Coſſ. an.* 450. *Sed de his alibi. Huic Bollandi notæ lucem conferent, quæ 1 Maji de S. Amatoris ætate & obitu diximus.*

k *MSS. Thoſan. & Claromareſ.* miſſus, *MS. Ambian.* nixus: *alterum MS.* viſus.

l *Viſitavit S. Germanus, S. Albani Martyris ſepulcrum prima ſua in Britanniam profectione, illudque aperiri juſſit,* pretioſa ibidem munera conditurus, arbitrans opportunum ut membra Sanctorum ex diverſis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cælum, ſepulcri quoque unius teneret hoſpitium. *Ita Conſtantius in ejus Vita. Erat illud apud Verulamium vetus & celebre municipium, cujus civis fuit S. Albanus Martyr, de quo agemus 22 Iunii. Iuxta ejus jam everſi mœnia cernitur* S. Germani *ſacellum, ubi ille pro ſuggeſtu de rebus divinis ad populum dixit.* EX MSS.

m *Licet Britannos, Valentiniano III imperante, vehementer affligerent Scotti à Circio, Picti ab Aquilone; tamen quo tempore in Britannia fuit Germanus, Picti & Saxones bellum junctis viribus adverſus eos ſuſcepiſſe memorantur à Conſtantio Presbytero & à Beda iiſdem verbis lib. 1 cap. 10. nulla facta mentione Scottorum, quod fortaſſis de pace cum iis ageretur. Nam licet plures eſſent Scottorum Reges tum in Hibernia, tum in ipſa Albione, tamen aliqua inter ſe ſocietate tenebantur, & fortaſſis potentioris inter eos Regis auctoritate. Poſtea tamen iterum in Britannos graſſati ſunt Hiberni, ut ex eodem Beda lib. 1 cap. 14 patet. Tandem Saxones ad eos Pictoſque retundendos advocati à Vortigerio Rege, lupi nimirum ad oves cuſtodiendas.* E

CAPUT II.

S. Germani religioſa adoleſcentia.

6 POſt diſceſſum igitur beatiſſimi Antiſtitis Germani, cœpit puer bonæ indolis ita ſacræ litteris compleri doctrinæ, ut vix ſimilis illi in tranſmarinis partibus ullus inveniri potuiſſet: erat namque vultu ſpecioſiſſimus, ut intuentibus eum non humanam ſed Angelicam crederetur formam poſſidere. Verbum illius in tantum ſacræ erat ſapientiæ ſale conditum, ut propter allocutionis dulcedinem, qua Chriſto multa & innumerabilia agmina animarum quotidie aggregabat, per os illius videretur ipſe loqui conditor mundi. Quidquid itaque cibi ad uſus corporis ſui acquirere valebat, indigentibus largiſſime dare ſatagebat, juncto pariter & potu: magis ergo cibo corda eorum refocillabat ſpirituali, lac quoque potum dabat eis non eſcam. Si quis ad eum dives, ſi quis mediocris, ſiquis pauper, ſi quis nobilis, ſi quis ignobilis, ſi quis civis, ſi quis peregrinus, aliqua compellente occaſione veniſſet; numquam ab eo diſcedebat, donec glorioſum nomen Chriſti cognoſceret, F verboque ſalutari pleniter inſtructus, ad propria cum gaudio remeabat. Mentis itaque ſuæ benigniſſimam ſinceritatem demonſtrabat glorioſiſſimi vultus ſerenitas, clementiamque cordis valde piiſſimi manifeſtabat in lenitate ſuaviſſimi ſermonis. Largitas ſacræ eleëmoſynæ ita in eo radiabat, ut cum aliquem videret pauperem, ſe Chriſtum cernere crederet mundi Redemptorem. *Germanus puer ſpecioſus, benignus,*

7 Vigiliis quoque ſic ſedulus inerat, ut videretur ſibi horis omnibus venturum adfore judicium, memor Dominici ſermonis, Vigilate, inquit, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. In devotiſſimis æque orationibus ſic aſſidue intentus erat, ut niſi orationi incubuiſſet ſemper ſibi tentatorem adſtare crederet, ſuumq; fragile corpus ab eo illudi variis tentationibus timeret, ſpiritumque pariter in aliquo titubare compelleret; reminiſcens verbi Domini dicentis, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem; ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Caritate intantum perfectus erat, ut nihil operis abſque ea compleret, credens illud Apoſtoli Joannis, Qui manet, inquit, in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Doctrinis ſacris ſic animos fidelium, arguendo, obſecrando, increpando, in omni *vigilans,* Mat. 24, 42. Mat. 26, 41. 1 Joan. 4, 16. *aſſidue prædicat Chriſtum;*

patietia

EX MSS. patientia & longanimitate refocillabat, ut æſtimarent ſe Paradiſi jam gramineis recubare in campis, atque ſplendidiſſima immortalitatis redimitos undique ſtola. Sermo illius cunctis audientibus ita erat gratiſſimus, ut pro lenitate atque ſonorritate vocis, quodam indicio doceret ipſum Dominum in ejus ore ſibi ſedem ſtatuiſſe, qui dixit: Aperi os tuum & Pſal. 8, 11 ego adimplebo illud. Converſabatur itaque invictiſſimus Chriſti tirunculus in omnibus præceptis * *alibi* titubatione. Domini, abſque ulla * turbatione mentis, quoniam penitus exturbaverat à ſe ſæviſſimæ principem iniquitatis, terendo ſub pedibus colla illius valde ſuperbiſſima, atque opera deteſtabilia. Sed quid fabor amplius? Numquam invenit in eo hoſtis atque adverſarius humani generis ſæviſſimus, quod aliqua decipere valeret fraude, nec fuſcare vel aliqua malevola ſimulatione.

Factus Clericus, 8 Inter has igitur & alias multimodas virtutes, quibus vir Domini Germanus decoratus erat, etiam & ſecularem vóluit relinquere habitum, & ſub Clericali ordine, Chriſti ſectando monita, vivere. In quo ordine cœpit per eum miſericors & miſerator Dominus multa & innumerabilia patrare miracula, cæcis videlicet viſum reddere, claudis amiſſum greſſum, *infirmos ſanat,* B ſurdis auditum, leproſis cutis candorem, mortuos etiam ſuſcitare: ſanavit paralyticos, curavit ægros, omneſque infirmitates corporeas in ſanctæ Trinitatis curavit nomine: non ſolum autem corporeas, ſed etiam omnes mentis morbos, prædicando glorioſum nomen Chriſti, curavit. Effugabat etiam dæmones infeſtiſſimos ab ipſis corporibus obſeſſis: qui intantum timebant illum, ut dum advenire eum cernerent, ante conſpectum ejus, diras emittentes voces, aufugerent. Digne ergo hic beatiſſimus Germanus in cunctorum vertitur memoria, quia ſemper permanſit inter Angelorum gaudia, cogitationeque ac mentis aviditate, in illa cæleſtis regni curia, gratia Dei manens, id quod erat permanſit. *præcipue energumenos.*

CAPUT III.

S. Germani Sacerdotium, prædicatio in Gallia.

Sacerdos factus, 9 ACcidit autem quodam tempore, cum jam ad presbyterii honorem perveniſſet, ut patriam parenteſque, Angelo ſancto admovente, deſereret, & in his Galliarum partibus advenire tentaret. Cumque ſecus littus maris veniſſet, cogitare cœpit intra ſe, quo aut quali ordine tranſire illud altiſſimum va- *Angeli monitu,* luiſſet mare; conſpicienſque hac & illac, nullamque C penitus navim intuens, neque nautam qui eum ultra immenſum pelagus tranſveheret, Domine, inquit, ſi hoc glorioſo in conſpectu tuo acceptum eſt, ut ego ad Galliarum veniam partes, Dominumque meum pium patrem & ſanctiſſimum Doctorem, Dominum ſcilicet Germanum Epiſcopum, qui me in tuo ſacro nomine baptizavit, atque de benedicto fonte ſuſcepit, oculis corporalibus videam; digneris mihi nunc indigno famulo tuo manifeſtare vehiculum, per quod has immenſas aquas valeam tranſmeare. Hæc orante S. Germano, ſubito divino nutu quædam rota plau- *in Galliam rota plauſtri inſidens navigat:* ſtri ante pedes ejus apparuit; quam conſcendens vir prudentiſſimus cœpit pſallere, dicens; In mari via tua Domine, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Deduc me. Domine, ſicut eduxiſti populum tuum filios Iſrael per medium rubrum mare, in manu tuorum fidelium Moyſi & Aaron, quia tuum eſt & velle & poſſe me adjuvare, qui ſolus regnas in ſecula ſeculorum. Completa autem oratione vir beatiſſimus cœpit *a* navigare feſtinanter, ac ſi in munitiſſima conſiſteret navi.

10 Erat autem ex altera parte ripæ maris quidam Judex, qui ipſa hora judicabat populum ipſius pagi, D qua vir Domini advehebatur tali navigio. Sed cum jam benigniſſimus nauta appropinquaret ad terram, *b* videntes eum univerſi populi, qui ante Judicem *b* ſtabant, ſolum per medios fluctus advenire, concite unanimiter perrexerunt, diligenter expectare volentes eventum rei. Factum eſt autem cum approxi- *populum id* maſſet vir Domini, ut viderunt eum populi ſuper *mirantem* rotam ſedentem in mediis fluctibus, coeperunt vehementer admirari, quiſnam eſſet. Aliqui autem eorum dicebant magum eſſe, qui tali adveheretur navigio: alii vero dicebant, non, ſed eſſe Neptunum, quem credebant Deum eſſe aquarum. Cumque hęc altercatio eſſet inter illos, cœpit vir Domini Germanus his eos alloqui verbis: Filioli mei, non, ut vos æſtimatis, magus ſum aut Neptunus; ſed ſum ſervus Domini Dei omnipotentis, qui creavit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & ipſum colo, ipſum adoro, ipſum toto mentis affectu deſidero, quoniam omnia judicia illius juſta ſunt, & omnes vię illius miſericordia & veritas, qui me in tali poſitum periculo liberavit, uti me nunc ſtare videtis. Re eteE nim vera à tranſmarinis partibus me, ad hanc veſtram patriam tali vehiculo adducere dignatus eſt Dominus, ut conteſter vos bonam ignorare viam, quæ in initio arcta eſt, in fine autem ampla & ſpatioſa, per quam pervenitur ad regnum omni decore & *viam vitæ* pulchritudine, luce quoque inæſtimabili undique re- *docet* fertum; ubi neque luctus, neque clamor, neque dolor, neque ulla omnimodis recubat triſtitia, ſed eſt in eo non temporale gaudium, ſed perpetuale, perpetualis lux, perpetualis gloria, perpetualis pax, & claritas inæſtimabilis.

11 Hanc bonam & glorioſam viam ignoratis, fratres mei; noſcitis autem illam, quæ in initio lata & ſpatioſa eſt, in fine autem anguſtiſſima: per quam pervenitur ad regnum omni fœtore repletum, ubi ſunt æternales tenebræ, æternalis luctus, æternalis ignis, æternalis ſtridor, æternalis clamor, æternalis miſeria, & rugitus intolerabilis. Hæc eſt via quam ſcitis, & quam diligitis, fratres mei. Volo autem vos & obſecro hanc relinquere viam, & illam, quam ſu- *& convertis,* perius dixi, amplecti diligentiſſime: quia tunc vobis prævalere non poterit inimicus, & recipietis gaudia ſine fine manſura. Hæc & his ſimilia proſequente B. Germano, univerſus populus cum ſumma lætitia exclamavit, dicens: Omnia quæ loqueris noſcimus vera eſſe, & in cunctis parati ſumus jam obedire, glorioſiſſime Pater. Audiens hæc vir beatiſſimus glorificavit Deum, qui ſalvat omnes ſperantes in ſe. PræF ſes quoque videns quod fuerat actum, convocavit omnes ad ſe, & dixit: Ut quid vultis credere verbis *Iudice id* iſtius malefici? Per Deos omnipotentes juro, quia *magiæ imputante, divinitus punito.* non hæc per virtutem Chriſti agit, ſed magicis imbutus artibus debilitare cupit mentes hominum. Ne ergo credatis ei. Factum eſt ergo, dum in ſecreto cubiculo cauſa ventris purgandi reſideret, ut omnia interiora ejus defluerent, & ſic miſer horribilem vitam finiret, pro eo quod male de viro Domini ſenſerat.

ANNOTATA.

a *Plura ejuſmodi miracula in Sanctorum Hibernorum vel Scotorum vitis legere eſt, præſertim quæ ſunt ab ineruditis ſcriptoribus, multis poſt ſeculis, ex imperiti vulgi fama conſcripta. Quamquam non erat Deo difficilius plauſtri rota eum trans mare devehere, quam S. Raymundum de Pennaforti una cum ſocio, expanſo ſuper aquas pallio è Balearibus Barcinonem veluti navigio deportare, ut 7 Ianu. in ejus Vita cap. 5 factum narratur; aut quam Habacuc Prophetam capillo per Angelum è Iudæa Babylonem, ut Danielis 14 v. 15 dicitur, deferendum curare.*

b *An-*

A b *Antiqua populi opinio eſt appulſum eſſe S.Germanum haud longe ab eo loco, ubi nunc Flammavilla vicus juxta Dieppam urbem: hîc Iudex, aut Prætor, ad ſarciendam antiqui illius Iudicis injuriam, in publica ſupplicatione albam manu virgulam geſtat. Fertur & rota S. Germani alicubi aſſervari.*

CAPUT IV.

S. Germani varia miracula, Epiſcopatus.

12 GEſſit itaque vir Domini & aliud miraculum valde clariſſimum. Erat namque in provincia
a eadem draco miræ magnitudinis, *a* qui capita ſeptem habebat: in his ergo locis, quibus anguis ſæviſſimus recubabat, nullus homo ſtare præ timore audebat; ſed ſancto adveniente viro, pax cunctis continuo reddita eſt. Nam ante paucos dies quam Sanctus Domini Germanus adveniſſet, quidam puer parvulus, ob duritiam cordis patrem matremque fugiens, dum per ſilvæ ſemitas ſolus erraret, contigit ut flatu draconis præfocatus continuo caderet mortuus. Quod factum patrem & matrem latuit. Dum ergo vir Domini ad eamdem, ut diximus, provinciam perveniſſet, multaque per eum Dominus ſigna operaretur, factus eſt ſubito concurſus univerſi populi, una cum Maxi-
B miano Præfecto, clamantium & dicentium: Succurre nobis, piiſſime Pater, & libera nos à præſenti periculo, quia periit univerſa plebs, obſiſtente impio & ſæviſſimo dracone. Quibus Sanctus Domini reſpondit Germanus: Si crediderîtis in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, erit quod petitis: ſin autem, ipſe draco peſſimus devorabit vos. Acclamaverunt autem rurſum omnes, dicentes: Si non crediderimus, Pater ſancte, in Deum quem prædicas, fiat ſecundum verbum tuum: tantum libera nos, ne pereamus. Quibus vir Dei ait: Ducite ergo me ad locum, quo latitare ſolet. Qui ſtatim cœperunt eum deducere trementes. Quibus iterum ait: Quid expaveſcitis? Venite, & ſtatim videditis vinctum, quem formidatis. Perrexerunt ergo, cumque medio veniſſent in itinere, invenerunt puerum jam dictum jacentem mortuum. Dixerunt ergo viro Dei: Domine, ecce hic à flatu draconis periit. Quibus ait: Ne timeatis, videbitis enim confeſtim alacriter ſurgere, quem mortuum ſuſpiratis. Apprehenſaque manu pueri, dixit: Tibi dico puer, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſurge. Qui ſtatim ſic incolumis ſurrexit, ac ſi nihil mali unquam paſſus fuiſſet.

Puerum à draconе ſepticipite præfocatum

ſuſcitat:

C 13 Deinde perrexerunt uſque ad locum, in quo immanis ſerpens jacebat. Cumque vir Dei appropinquaret, ſtatim ſerpens ſæviſſimus viſo eo capita defixit in terram, & (quod dictu quoque mirum eſt) ſuppliciter utramque aciem oculorum circumflectebat, ac ſi reatus ſui petens indulgentiam. At ſtola ſua innexa collo ejus, Sanctus Dei, ſtupentibus cunctis qui aderant, in verbo Chriſti quaſi animal manſuetum adduxit, & in ciſternam quamdam altiſſimam demerſit, faciens oppilari. Fama ergo vulgante, non modica plebs convenit undique, & fundentes lacrymas ex abundantia lætitiæ, magna conclamabant voce: Magnus Deus Chriſtianorum eſt, quem prædicat Germanus: unus vere ſolus & verus, in cujus nomine ab hoc monſtro eripimur, & puer ab ipſo ſerpente peremptus adſtat incolumis, tamquam nil mali paſſus. Veniat ſuper eum ira Dei quicumque amodo ritus idololatriæ tenuerit, & non Deo Chriſtianorum crediderit. Tunc unanimiter advoluti ejus genibus, ſe graviter erraſſe confitentur, petentes ut baptizari mererentur; & abdicantes ritum gentilitatis, amplius quam ſexcenti viri, ex aqua & Spiritu ſancto ſunt regenerati. Maximianus etiam cum ſatellitibus ſuis baptizatus eſt cum eis à B. Germano, in nomine ſanctæ Trinitatis. EX MSS.

draconem ſtolâ ligatum in ciſternam demergit:

Maximianum Præſidem, multoſque alios convertit,

14 Longum eſt autem narrare ſingillatim, quot per eum ſimulacra & fana in regione eadem contrita ſunt, quot cæci illuminati, quot paralytici curati, quot leproſi mundati, quot mortui ſuſcitati. Menſes vero tres & dies aliquot inibi commoratus, & ut in fide perſiſterent diligenter erudiens eos monitis ſalutaribus, receſſit ab eis; dicens, oportere quidem euangelizare & aliis regionibus. Cujus abſceſſum ægre ferentes, ut filii non degeneres, volebant multi eorum eſſe itineris comites, & quod tam cito eos relinqueret conquerentes, proſequebantur ejulantes. Quibus vir ſanctus promittens ſe reverſurum, vita ſibi comite, noluit ullum ſibi comitem admittere; ſed commendans eos Deo, & lacrymantes deoſculatus, in prædicationem Euangelii pacis alias eſt profectus. Deinde frequenter transfretans mare, ultra citraque non ceſſabat ligonibus verbi Dei ſaxoſa corda & ſpinoſa excolere, & Deo auſpice ſevit *b* quam plurima *b*
ſatione meſſis Dominicæ. Non reticendum videtur, quomodo idem Beatus adſcitus ſit in ſortem Apoſtolatus, & Epiſcopali infula donatus. Pro certo ſiquidem ſciens, quia qui plus laborat plus etiam accipiet mercedis, nullius perhorruit barbariem gentis, malens mulctatione mortis perfectus Confeſſor fieri, quam occulere ut ſervus nequam talentum verbi E
Dei. Gallicis igitur gentibus orſus prædicare, ad rebellium effera corda mitiganda plerumque ſignorum enituit virtute.

multa patitur trans miracula:

alio migrat.

15 Et cum ſæpiſſime ab idololatris convitiatus fuerit & flagellatus, à vicis oppidiſque cum injuria repulſus, ut athleta ſtrenuus nullis ceſſit tentationum ictibus: magis autem in potentia virtutis Dei confiſus, & loricam juſtitiæ cum galea fidei indutus, aſſumptoque gladio Spiritus, ferociſſimam gentem ſuper *c* Moſellam fluvium aggreſſus, metropolim *c*
etiam Treverim ire perrexit intrepidus, ubi jam Con- *adit Treviros:*
feſſorum Chriſti adeo plurimus populus martyrii palmam fuerat indeptus, ut *d* inde fluvii occiſorum *d*
ſanguine rubricarentur. At vir beatus nil quidem tantum nefas reveritus, ſed ad lucrandos populos ſedulus, ut lucerna accenſa & candelabro ſuperpoſita lucebat omnibus. Cujus uſquequaque virtutum fama prodeunte, *e* S. Severinus Archiepiſcopus Agrippi- *e*
nenſis Coloniæ ſtuduit eum accerſire: & ruens in ejus amplexus, nec paſſus eum ſuis advolui greſſibus, Deo gratias ago, inquit, quod aſpectu tuo non ſum *ordinatur*
fraudatus, cujus præconio nomen Chriſti plurimum *Epiſcopus.*
ubique diffunditur. Etenim quanta jam ſis pro aſſer- F
tione veritatis perpeſſus, & quanta paſſurus, non me celavit Dominus, & te idoneum ſibi approbat in ſortem Apoſtolatus. Unde *f* noſtra auctoritate & Apo- *f*
ſtolica Pontificalem infulam ſuſcipe, & ligandi ſolvendique accepta auctoritate, Sacerdotale miniſterium exequere, & Eccleſias Dei in quibus non ſunt locis fundare, vel in quibus ſunt Sacerdotibus ac miniſtris procura inſtruere. Et conſecrans eum Epiſcopum, per aliquot dies, in quibus familiariſſime detinuit ſecum, normam Apoſtolicarum eum affatim perdocuit ſanctionum. Epiſcopali itaq; infula donatus, exemplar virtutum ſe intuentibus eſt factus, & ampliori ſtudio contiguas longeque poſitas permeans provincias, eccleſias fundando, & miniſtros ordinando, & ad fidem populos convertendo, nec non oppreſſos variis languoribus ſanando, talem ſe exhibebat omnibus, ut & à Gentibus amaretur, quia ut idoneus medicus corporum languoribus, ſic rationabiliter eorum condolebat erroribus.

EX MSS.

ANNOTATA.

a *Quidam cum in Actis Sanctorũ legunt vel immenſæ magnitudinis vel multorũ capitũ feras extitiſſe, continuo fabuloſa ea Acta pronuntiant, credituri multo etiam magis prodigioſa, ſi T. Livius ea vel Q. Curtius memoraret. Eſſe tamen beſtias tricipites, extitiſſe ſepticipites hydras, fidem facit Ioannes Euſebius Nierembergius noſter hiſtoriæ Naturæ lib. 11 cap. 2. Sed quæ plurima id genus in Vitis Sanctorum narrantur ad perniciem mortalium edita in lucem, & Divina ope ab iis profligata, ea ſæpenumero non animalia fuere, ſed præſtigiis dæmonum acervatæ, eorumque vi impulſæ moles; quæ proinde modo abreptæ ſubito ab oculis, modo tellure hauſtæ narrantur. Idemque de dracone hoc ſepticipite eſſe judicium poteſt.*

b *MSS. Thoſano & Claromareſc.* quamplurimâ ſatione.

c *Moſella nobilis fluvius, ab Auſonio celebratus, Auguſtam Trevirorum, Belgicæ primæ metropolim, olim Præfecti Prætorio Galliarum ſedem, alluit.*

d *MSS. Clarom. & Thoſ.* ut undæ. *Hoc Diocletiani perſecutione, cum crudeliſſimus Rictiovarus Treviris in Chriſtianos ſæviret, accidiſſe memoratur 13 Ianu. in Vita S. Agricii cap. 2 n. 9 ex Actis SS. Fuſciani & Victorici, quæ* B *11 Decemb. dabimus. At poſtea ſæpius urbs Trevirorum vaſtata & funditus exciſa à Barbaris, atque his ipſis quoque Germani Martyris temporibus ab Attilâ, ut cenſet Browerus noſter l. 5 Annal. Trevir. ad an. Chriſti 451, quando & Octavia Tungrorũ everſa, & Colonia Agrippina vaſtata, ibidemq; Virgines Britannicæ quarum dux Vrſula, interemptæ, licet harum eædem alii ad anteriora tempora referant. Nec dubium quin tunc quoque longe plurimi Chriſtiani Treviris occiſi ſint.*

e S. Severinus, *Coloniæ Agrippinæ Epiſcopus ſeculo Chriſti quarto ordinatus, atque ut 23 Octobris oſtendemus, ſub initium 5 ſeculi Chriſtiani obiit Burdegalæ, cum necdum baptizatus, ac neque fortaſis natus eſſet Germanus hic noſter. Fuere Treviris Antiſtites Severini duo, prior initio 4 ſeculi martyrio coronatus colitur 24 Octobris, alter circiter annum 600 vixit, colituruque 21 Decembris. Ab neutro igitur horum ordinari Epiſcopus potuit Germanus. Veriſimile, eſt* à S. Severo *Trevirorum Epiſcopo conſecratum eſſe. Fuit is S. Germani Autiſiodorenſis in ſecunda ad Britannos legatione comes, fortaſis & in prima, S. Lupum Trecenſem Epiſcopum, magiſtrum ſuum, ſecutus. Ità aſſerit perbrevis ejus Vita in MS. codice S. Martini Vltrajecti, ex Actis fere S. Germani excerpta:* Hic Apoſtolis per omnia coæquandus, Germanis verbum Dei prædicavit,
C & cum B. Germano Autiſſiodorenſi Epiſcopo, & S. Lupo Trecaſſino Epiſcopo in Britanniam pergens, Pelagianam hæreſim deſtruxit. Fuit enim diſcipulus S. Lupi Epiſcopi Trecaſſini. *Neque enim exiſtimandum, vel Germanum vel Lupum non aliquos ſecum duxiſſe eruditione & virtute præſtantes viros, quorum opera conſilioque juvarentur. Si inter hos Severus, fuit hîc prima Germano adoleſcenti cum eo notitia inita, in ſecunda legatione confirmata Sed refragari videtur Browerus, qui Severum ſcribit Epiſcopum factum anno 428, prius ſcilicet quam prima illa legatio ſuſciperetur, cui ſi jam Epiſcopus adfuiſſet, non id Conſtantius aut poſt ea Beda reticuiſſet. Verum nullum certum characterem initi à Severo Epiſcopatus exprimit Browerus; ſolum commemorata Francorum per Aetium cæde, ſubdit:* Eodem pene tempore Severus Trevirorum Epiſcopus, in magna virtutis atque eruditionis exiſtimatione fuit. *Neque certius obitum ejus ſignavit, ad annum 455 ita ſcribens:* Severus Trevirorum Archiepiſcopus medio tempore vitam propagare deſierat.

f *Ita MS. Ambianenſe: at Thoſ. & Claromareſc.* noſtra Apoſtolica auctoritate.

D

CAPUT V.

Geſta à S. Germano Romæ, in Hiſpaniâ, in patriâ

Romam petit:

16 PRæterea in animo habens ratum, loca circuire Sanctorum, Romam proficiſcitur: baſilicamque ingreſſus Principis Apoſtolorum, ut moris eſt religioſorum inprimis, Antiphonam ſuper memoria decantabat Sanctorum. Orationes dicturus præmiſit verſiculum pſalmi centeſimi quadrageſimi noni, ita proſecutus: Exultabunt ſancti in gloria. Et ecce vox emiſſa ab eccleſię adytis, ſubſecuta reſpondit: Lætabuntur in cubilibus ſuis. Beatus vero Germanus ſubjunxit: Ora pro me B. Petre Apoſtole Dei. Et vox altrinſecus reſpondit ab his partibus ubi cathedra habebatur Apoſtoli: *a* Rogo & te, famule Dei, ut pro me intercedere digneris, quia impetrare mereris, ſi quid ab eo petieris. Proſtrato denique toto corpore incumbens orationi diutiſſime oravit cum lacrymis, atque veluti correptus ſomno raptus eſt in extaſim, viditque Apoſtolos Dei Petrum & Paulum adſiſtentes & dicentes ſibi: Eja frater Germane, conſors Apoſtolatus noſtri, viriliter age, confortare, nec ceſſes in plebem verba veritatis fructu fidei redundantia ſeminare, ut & particeps fias retributionis æternæ. Merces quidem jam parata eſt tibi pro exacto labore, ſed adhuc ingens certamen manet te pro corroboranda fide; dum roſeo perfundaris cruore, hoſtilis gladii animadverſione. Romę ergo aliquamdiu immoratus, eccleſiarum Dei loca circuibat diebus, nocte vero ad S. *b* Petri baſilicam revertebatur, & prędulcia figens oſcula in eccleſia liminibus, ſic ſancto deſiderio vix ſatiabatur.

vocę arcanâ honoratur:

a

à SS. Petro & Paulo animatur,

E

& futura edocetur:

b

17 De viſione itaq; Apoſtolorum hilarior factus, & patrociniis eorum confiſus, ad opus quod cœperat, Roma regreditur: & quaſi jam majori deſiderio afflatus, Hiſpaniæ ſe intulit partibus, martyrii palmam illic ſe nacturum ratus. Ubi congruenti tempore eructans mellito gutture affatim fluenta vitæ, quæ divinitus imbiberat ſitibundo pectore, ad excitandum & corroborandum minus perfectarũ mentium tepore̅m, & confutandum incredulorum errorem, efficacia ſignorum claruit plerumque: unde multi inſpirati divinitus, fana etiam, quæ colere conſueverant, propriis diruebant manibus, à viro Dei expetentes baptiſmi munus. Vir autem Domini ubi deſtruebantur *c* fana, ex munificentia & collatione religioſorum ſtatim conſtruebat eccleſias aut monaſteria, ordinans miniſtros de perfectioribus in fide orthodoxa. Et quanto prædicatione ſua converti videbat multos; tanto, quatenus adhuc & alii converterentur, majori ęſtuabat deſiderio. Et ſicubi aliquos errore deceptos à diaboli laqueis captos audiebat teneri, intrepide ut miles ſtrenuus, mox eadem circuiens loca, prędicabat libera voce Euangelium Chriſti. Ubi vero omnino contemnebatur verbũ ejus prędconii, alias migrabat ſecundũ prędceptum Euangelii, in teſtimonium tamẽ excutiens ſuper illos pulverẽ de pedibus ſuis. Sunt autẽ perplura quę per eum Dominus in Hiſpania operari dignatus eſt miracula, nobis quidẽ partim incognita, Deo autem nota. Sed & quę ad noſtram notitiam fidelium narratione ſunt perlata, ſi velimus digeſte proſequi omnia, ante diei forſitan aderit clauſula, quam narrandi deſit copia. Nam quas virtutes per eum Dominus non edidit, cum & vitam mortuis, viſum cæcis, greſſum paralyticis, munditiam leproſis, auditum ſurdis, à dęmonio oppreſſis vel quolibet morbo laborantibus ſoſpitatem reſtituerit. Teſtis eſt cuncta *d* Toloſa, ubi hodie uſq; vulgo etiam narrantur virtutũ ejus inſignia, quibus inibi uſus eſt in prędicatione ſua.

in Hiſpaniâ multos convertit,

c

F

Matt. 10, 14.

multa facit miracula:

d

18 Cernens igitur, ſua aliorumque quorumdam prædicatorum induſtria, Hiſpaniam ex parte plurima

in

A in divino proficere amore & credulitate orthodoxa, prospera navigatione transvectus est Britannici maris æquora. Terram quoque nativitatis suæ ingressus, *redit in patriam,* dissimulando se esse, sperabat delitescere: verum spes sua fefellit eum in hac re. Nulla siquidem ætas, nullus sexus domi remanebat, procedentes ei obviam, quia non eum unquam se visuros speraverant. Taceo de ejus cognatis & Christianis, Pagani & ipsi idolorum Sacerdotes, & ipsi convolabant Domini & primores regni, quia apud universos jam *ab omnibus honorifice excipitur;* celebre erat nomen Germani. Ambiebant quoque saltem fimbriam vestimenti ejus attingere, multum sibi ejus tactum credentes prodesse. Habebat autem magnam & in vultu gratiam, quod à Salvatore pro munere acceperat. Si quis enim ignarus ejus, inter tantam multitudinem videre eum desideraſſet; nullo indicante, & animi puritatem cognoscebat in vultu, & per speculum corporis gratiam sanctæ mentis ejus intuebatur: nam semper hilarem faciem gerens, liquido ostendebat ad se venientibus, *multos sanat,* cogitare se de cælestibus. Et si aliqui siniſtra valetudine laborantes properassent ad eum, etiam de longinquis locis & remotioribus, ab eo sospitati restituebantur; nemo tamen unam unquam vexa-

B tionem aut detrimentum laboriosi itineris est con- Coloſſ.4, 6 questus. Hoc etiam inter cetera gratiæ obtinuit, ut cum secundum præceptum Apostoli, sermonem sale divino conditum proferret, in præconio fidei careret invidia inter Sacerdotes gentilitatis. Præterea cum pueros irruentes ad videndum se repellerent quique ætate provecti, conventum populi *pueros ad se admittit.* æstimantes illi tædio fore; tranquillo animo dicebat ipse: Sinite parvulos venire ad me; & omnes vos malitia parvuli estote. Sic divinæ dono gratiæ multos retraxit à Gentilium errore & idolorum

e superstitione; & sumptibus patrimonii sui & fidelium collatione, quamplurimas ecclesias *e* per unum & semis annum studuit fundare, & ministros secundum morem Ecclesiastici ordinis ordinare.

ANNOTATA.

a *Non est existimandum hanc Apostoli vocem fuisse, sed animæ fortasis cujuspiam in Purgatorio detentæ, permissaque tunc illius implorare preces; vel cujuspiam pii hominis isthic excubias agentis: nisi quis illa verba* ut pro me intercedere digneris, *ita interpretur, ut velit Apostolus, ipsummet Germanum pro se, id est suo loco, Deum precari, à quo*

C *possit quidlibet impetrare. Simile illud in Lectionibus Divini Officii à S. Agatha S. Luciæ dictum:* Soror mea Lucia, virgo Deo devota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ?

b *MS. Ambian.* S. Pauli: *minus id verisimile.*

c *Non deerant quidem in Hispania tunc, uti & in ipsa Italia & Gallia, idololatriæ reliquiæ; sed præcipue isthic ab Arianis Gothis facessabatur Catholicæ fidei negotium.*

d *Quæ hæc* Tolosa *sit, non satis perspicuum. Nam si nobilissima illa provinciæ Narbonensis prima civitas, quid illa ad Hispaniam pertinet. Et Guilielmus Catellius scriptor diligentissimus Antiquitatum Occitanarum nusquam hujus S. Germani meminit: neque in ea urbe ejus ulla extat memoria, ut me Petrus Possinus noster per litteras edocuit. An fortasis hæc est* Tolosa Bœticæ *circa montes Marianos oppidum aut castrum, quod ab Alphonso* VIII *Castellæ Rege cum aliis captum an.* 1212 *memorat Rodericus Toletanus lib.* 8 *cap.* 12, *post memorabilem illam in loco propinquo, quem* Navas Tolosæ *vocant, victoriam, qua cæsa Maurorum ducenta millia? an Cantabrica potius hæc Tolosa, Guipuscoæ metropolis Oriæ amni adsita? Quid si pro* Tolosa *legas* Tortosam *in Catalaunia?*

e *MS. Ambian.* per unum Semisannum.

EX MSS.

CAPUT VI.

Miracula in mari & Normanniâ.

19 DEsiderans autem ut cum Christo esset jam resolvi, & ingemens martyrii palmam sibi differri, in Franciam remeare disponit, quam noverat adhuc *a* ex parte deditam idolis. Instruensque *a* quos Christo lucrifecerat de omnibus quæ sunt fidei, & valedicens eis, cymbam conscendit: atque præcipiens altius in pelagus agi, ipse quidem prosternitur *Navim fatiscentem* transtris, ut lasso corpori paullulum indulgeret quie- *servat, ejecto* tis. Verum blando sopore fessos ejus artus jam re- *dæmone:* laxante, subita navis facta est concussio cum nimio fragore, & pene mergebatur quasi præ nimia præponderatione, non solum fatiscentibus rimis, sed & desuper influentibus undis. Unde nautæ attoniti, & videntes se jam profundo absorberi, horribiliter inclamant cum lacrymis: Expergiscere vir Dei, & pereuntibus subveni. Qui perturbatus à somno exilit, & versum Psalmi sexagesimi quarti cecinit: Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium Psal. 64, 6 terræ & in mari longe. Et omnibus circumspectis, videt insidentem puppi adversarium humanæ salutis: E editoque signo salutari; Abscede, ait, inimice veritatis. Mox ut fumus evanuit, putorem teterrimum linquens, quasi certa vestigia sui. Non mirum, inquit, si pericitabamini, qui æmulum vestræ salutis vobiscum nescientes assumpseratis. Tranquillitate vero illicò reddita, exanimata nautarum sedavit pectora; & exemptos de præsenti periculo, animarum periculum magis esse timendum admonuit, & astutias præcavendas diaboli. Postmodum ejus oratione transfretantes fausta navigatione, in portum *b* Mogduni *b* applicuêre, ubi ad propalandum meritum servi sui, quid per eum Dominus operatus sit, licet inculto sermone, nostræ inserimus narrationi.

20 Cujusdam nobilissimi viri filia, Mogduni indigena, ab utero matris cæca, omniumque membro- *cæcâ & paralyticâ cu-* rum erat officio destituta. Hæc in somnis admonita *ratâ.* quod à B. Germano esset supplenda, per septem circiter annos eum operiebatur solicita: cognito autem ejus adventu, quali poterat conamine ad eum accedere nitebatur. Tandem à domesticis oblata, & à beato viro, lavacro salutis in Trinitatis nomine immersa, oculorum membrorumque supplementum est adepta, & de castimoniæ puritate est instructa *c.* Sic per *c* viri Dei merita sospitati donata, multis extitit salutis *multos con-* causa: viso enim tanto miraculo, altus idololatras *vertit:* agebat stupor subdere colla Christi jugo. Longe la- F teque hoc factum percrebuit, & certatim confluentes populi, notabantur signo Christi, abrenuntiantesque diabolo & ejus pompis, collatione munifica construebant ecclesias Dei. *d*

21 Quocumque etiam vir sanctus prædicando per Normanniam ibat, omnis plebs obviam ei procedebat, quia virtutum ejus fama proditrix passim prævolabat. Cum autem *e* Bajocas civitatem tende- *e* ret, in itinere affectus siti, Comiti, qui præerat civitati, missis pueris suis mandavit, ut ad refocillandum di- *avari homi-* gnaretur vinum mittere sibi. Sed Comes caninæ te- *nis vinum* nacitatis, parvipendens legationem Sancti, vacuos *imprecatione* aspernanter remisit. Unde beati viri animus in Comi- *exsiccat;* tê aliquantisper commotus, Deum cum suis obsecrat comitibus, ut vinum omnino deficeret de doliis & apothecis illius. Et qui voluntates timentium se facit & deprecationes exaudit, voluntatem servi sui non distulit: ita enim omne subito vinum Comitis quasi evanescendo defecit, ut nec guttula quidem in omnibus inveniretur vasis. Comperto miraculo hujuscemodi, Gantius quidã illustris vir, B. Germano festinus

ex MSS. occurrit cum pluribus, exeniis *f*, quæ & ei devotiſſime cum humillimis precibus obtulit. Sed vir Dei nil ſibi præter Aſellum unum ſumpſit, cujus ſuavi geſtamine contentus poſtea fuit: benedixitque ei Sanctus cum filiis & filiabus ſuis & omnibus quæ erant juris illius.

f liberali benedicit:

22 Sicque perveniens Bajocas, pro quibuſdam carceratis, ut reſolverentur, rogavit, nec impetrare potuit; & nimia *g* perturbatione animi imprecatus mala cunctanti, calcaneo ſuo murum percuſſit, & maximas pinnas muri ex parte funditus ſubruit: quod adhuc civitas ipſa, omniſque prædicat regio illa, hodieque apparent inibi tantæ ruinæ veſtigia. Ab urbe autem progreſſus, efferri ad tumulandum videt defunctum pueri corpus, parentibus proſequentibus illud celebri luctu. Verum ubi præteriens à concurrente turba eſt agnitus, continuo ante ejus greſſus triſte deponitur funus. Ecquid plura? Compaſſus flentium & ut miſereretur deprecantium lacrymis, genua ad orationem flexit, ſurgenſque invocato nomine Domini viventem reddidit. Et omnes qui aderant, & hæc ſigna videbant, ex abundantia lætitiæ flentes clamabant: Benedictus es Domine Pater, &
B filius tuus Jeſus Chriſtus cum ſancto Spiritu, qui talem Paſtorem nobis attribuiſti, per quem tanta mira oſtendis. At ubi in civitatem illata eſt fama hujuſcemodi, formido ſubita omnium animos perculit, & egreſſi dona plurima offerebant viro Dei. Sed in cujus corde totus aruerat mundus, ſolumque mori lucrum & vivere erat Chriſtus, nil horum ad ſuos ſuſcepit uſus: carceratos tantum viginti quatuor reſoluit, & cum alimento carnali refovit etiam ſpirituali, & de ſalute animarum eos commonens, ſic profectus eſt via cœpti itineris.

g Bajocis murum pede ſubruit,

mortuum ſuſcitat,

captivos liberat.

ANNOTATA.

a *Quid mirum, cum Franci adhuc gentiles eſſent?*

b Mogdunum *nunc* Montebourg *dici, nos docuit vir eruditus Ioannes Cauchie.*

c *Addunt MSS. Ambian.* Petronilla eſt ab eo vocitata.

d Normannia *ſeculo Chriſtiano* 10 *appellata eſt Galliæ pars occidua, quæ jam ab aliquot ſeculis* Weſtria, *vel ut moderni ſcribunt* Nueſtria *vel* Neuſtria *vocitabatur.*

e Bellocaſſes *vel* Bajocaſſes *Galliæ Celticæ populi ſunt, vulgo* le Beſſin, *urbs primaria eruditis quibuſdam* Neomagus, *vulgo* Bajocæ *&* Bajoca *appellatur, Gallice*
C Bayeux, *Epiſcopali baſilica admirabilis ſtructura ornata, ut memorat Ducheſnius Libro de Antiquitatibus Galliæ & Papirius Maſſonus lib. de fluminibus Galliæ.*

f Ξένια *dona ſunt hoſpitibus dari ſolita. Crebro à ſcriptoribus pro quibuſvis muneribus uſurpantur: ſequiori ævo ſæpe* exenia.

g *Senſum animi ac pium quemdam dolorem fuiſſe probabilius eſt, cui Deus miraculum indulſerit.*

CAPUT VII.

S. Germani martyrium.

23 VErum ne ſermo prolixus tædio ſit legentibus vel audientibus, omiſſis miraculis, quibus claruit quampluribus, qualiter *a* hominem obierit, ſuccincte explicemus. Igitur ſicut crebro diximus, deſiderans ut cum Chriſto eſſet reſolvi, inſtinctu Divino de Normannia in pagum Ambianenſium tendens, iter ſuſcepit: & jamiam adfuturo die ſuæ reſolutionis, nocte precedenti ſuper *b* Elnam amnem, in municipio, quod dicitur *c* Mare-mortuum, hoſpitio remanſit. Ubi cum membra dediſſet ſopori, revelatione Divina didicit, quod diu optârat, in craſtinum mulctatione gladii ſe æthereo ſociandum Sena-

a

b

c

divinitus intelligit ſe poſtridie moriturum:

tui. Proſilienſque à ſomno hilaris, & quaſi ſui compos voti, ad ſolvendum Deo nocturna munia ſocios ſuos excitavit; laudibuſque finitis, quod reſtabat noctis devotiſſime in oratione pernoctavit. Summo autem in via egreſſus diluculo, pene præibat pernix ſocios, ut cervus fontes aquarum ſitiens, ad ſibi deſtinatum præcurrere cæleſte bravium. Crepidinem quoque montis tranſgreſſus, quod *d* Vetus dicitur Rothomagus, iter habebat ſub turris mœnibus, quæ hodieque *e* Manſio Hubaldi tyranni dicitur, ubi tunc temporis ipſe manebat Hubaldus, idololatriæ cultor præcipuus, religionique Chriſtianæ acerrime infenſus. Qui Hubaldus, ut viri Dei tranſitus ſibi innotuit, mox tumens bile invidi cordis, accitis complicibus quamplurimis, apparat veſtigia ejus inſequi, dolens ejus præconio fidem Chriſti paſſim inſinuari.

d

e

ab Hubaldo tyranno,

24 Beatus vero Epiſcopus tranſito *f* Auda amne, qui eſt limes medius Normanniæ ac Franciæ, ingreſſus eſt oratum contiguam eccleſiam beatæ Virginis Mariæ; populiſque affluentibus undique, quia ipſa erat eccleſia capacitatis anguſtæ, egreſſus præ foribus, inſiſtebat verbo Divinæ doctrinæ, vallatus populi multitudine. Cum interim ipſum ſatellitem ſathanæ, multo ſtipatum militum agmine, videt ap-
E propinquare. Certus ergo mori, intenta oculorum acie in ſummis, in hæc orationis verba prorupit: Agie, Agie, Agie, inviſibilis, incomprehenſibilis, triplex ſimplicitas, ſimplaque Trinitas, jam tempus eſt: eximè me, ſi placet, de lutea corporis crate, neque patiaris amplius in hac ærumnoſa vita degere. Commendo autem quos tibi lucri feci; precorque ut qui mei memor fuerit, aut in mei memoriam te obſecraverit, in omni negotio miſericordia tua ei adſit. Vix hæc verba compleverat, cum tyrannus crudelis in ejus jugulo gladium immerſit, volenſque in populum adſtantem illi ſimiliter debacchari, in fugam omnes compulit. Columba autem nivei candoris de corpore Sancti viſa eſt egredi, & ad cælos uſque levibus ſubvolare pennis. Abſciſſionem vero capitis paſſus eſt ſexto nonas Maji.

f

prædicans & orans

occiditur:

25 Defecto itaque capite beati viri, ſeorſum truncum corpus ad uſque in craſtinum jacuit, expoſitum avibus & feris; nam & ſuprema funeris inhibebat juſſio cruenti tyranni. Sed margaritum pretioſum, licet humanitus incuſtoditum jacuerit, divina tamen providentia non abfuit, quæ & quod minores formidabant tyrannide Hubaldi, per primores regni effecit. Namque quem jam apud ſe glorificabat in cæ-
F lis, ut & apud homines magnificaret in terris, in extinctis artubus Martyris ſuæ oſtendit potentiam virtutis. Quædam enim juvencula ad præfatam eccleſiam oratum certis diebus conſueverat properare, quam in craſtinum venientem ex more, os abſciſſi capitis viva voce ita orſum eſt compellare: Huc ades, filia, nec noſtra verearis funera, ſed madentes & concretos ſanguine crines noſtros, tua manu corripe, atque dextræ noſtri trunci corporis & ſeorſum jacentis ingere: nec pigeat te, pro humanæ conditionis compaſſione & Dei amore, ad Senardum Principem, quondam mihi familiarem, properare, qui modo abeſt, non nimium hinc longe, in villa videlicet quam *g* Senardi-pontē ejus vocant ex nomine. Huic itaque ediſſere, qualiter jaceam ab impio interemptus carnifice: & ut in eodem loco; quo invenerit, corpuſculum noſtrum tradat ſepulturæ. Quæ licet diu primum cunctata ſit, juſſioni tamen ejus ſedula paruit. Comperto ergo obitu Germani Epiſcopi, Senardus ſumptis ſecum Clericorum ordinibus, atque adunata religioſi frequentia apparatus, comitantibus nihilominus non modicis populi agminibus, properare maturavit ubi jacebat ſanctum corpus.

mortuus loquitur:

à Senardo Principe ſe- pelitur:

A corpus. Beati autem corpus aliquantulum Angelico ductu progressum, in loco quo cæsum puella dimiserat, non est inventum. Et condiens aromatibus diligentissime, loco quo reperit, in novo miroque, quem composuit, sarcophago, pia Sacerdotis membra
clarescit miraculis. studuit collocare, ecclesiamque desuper ædificare. Virtutes autem multas, ibi dum conderetur, & nunc usque, Dominus operatur, qui vivit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Ita alibi,* exit hominem, *eodem sensu.*

b *MSS. Ambian.* Hellam *vocant, Thos. & Claromar.* Helnam. *Fluviolus est in Caletibus, qui in Oceanum Britannicum versus Diepam urbem evolvitur, vulgo* Faune.

c Mare-mortuum, *sive* Mortuum-mare, *Gallice* Mortemer, *vicus est ad Elnam amniculum jam dictum, quatuor francicis Leucis ab Albamerlâ sive Aumaleo distans, totidemque à Senardi-ponte. Hinc nomen sumpsit illustris quondam familia Mortuomariorum, sive Mortimers in Anglia. Ordericus vitalis lib. 7 Eccles. hist. meminit* castri quod Mortuum-mare *dicitur. Duchesnius in Normannicis inter milites ferentes bannerias in Normannia tempore Philippi II*
B *Regis, refert Guillelmum de Mortuo-mari.*

d Vetus-Rotomagus, *vulgo* vieil Roven, *vicus est medio inter Senardi-pontem & Aumaleum itinere.*

e *Visuntur supra Vetus-Rotomagum, haud longe à S. Germani vico, ruinæ ac fossæ vetustæ arcis, quæ* Hucbaldi mansio *fuisse existimatur.*

f Auda, *vulgo nunc* Gresle, *sed notiori nunc vocabulo* Riviere d'Eu, *quod Aucum urbem alluat.* Aucia *dici videtur in vita S. Lupi Senonensis 1 Septemb.* Rex Clotarius felle commotus virum Dei Lupum Episcopum retrusit in exilium, in pago quodam Neustriæ nuncupato Vinimaco, traditum Duci pagano, nomine Bosoni Landegisilo, quem illo direxit in villam, quæ dicitur Andesagina super fluvium Auciam. *Id flumen etiamnum Picardiam, quæ Francorum citima Belgis provinvia, à Normannia separat.*

g Senardi-pons, *vulgo* Sener-pont, *oppidum est, sive ut nunc vocant burgum, non ignobile, ad idem flumen situm.*

HISTORIA TRANSLATIONUM

Auctore D. Ioanne Cauchio nuper composita, ut in Officio Ecclesiastico recitaretur.

C 1 CUm per annos supra trecentos S. Germani Scoti, Martyris atque Pontificis, corpus summa religione coleretur in finibus Ambianensium, ad ripam Augiæ, in pago quem suo martyrio
Ob metum Normannorum nomineque consecrarat; contigit ut è S. Benedicti familia, quæ ibidem loci divino se cultui manciparat, Prior & Religiosi, cum viderent Danorum flammis sacra omnia profanaque violari, tantum pignus tutum in locum efferendum esse decreverint. Ergo ex his Religiosis duo iter aggressi Veromanduos versus,
a Corpus Ribomontem delatum, nocteque ingressi suburbium Oppidi *a* Ribodimontis, diœcesis Laudunensis, reliquias deponunt in ædicula S. Annæ, quæ ultro ipsis valuas, tamquam invitatura, recluserat. Subsequenti crepusculo cum se viæ impigre dedissent, post longos per totum diem errores, ad eamdem ædiculam, unde mane discesserant, se rediisse stupuerunt. Cumque sequenti
manet immobile. aurora depositum corpus ab altari tollere molirentur, tanta subito mole depressum est, ut cum vi nulla movere id possent, facile intellexerint, Dei è consilio esse ut Ribodimons S. Germani asylum esset, & vicissim Ribodimontis Germanus esset ipse præsidium. Momento temporis tantorum miraculorum fama in urbe pervagante, Clerus universus atque Dynasta cum omnibus Civibus, non minori gaudio quam pompa, arcam S. Germani, ab ara ædiculæ nul- *defertur in ecclesiam S. Petri*
lo conamine sublatam, important in ecclesiam parœcialem Divi Petri Apostolorum Principis, circa annum salutis octingentesimum quinquagesimum, die decima tertia Novembris. Porro ædicula quo se gra- *13 Novemb. anno 850.*
tam in Divum Germanum, per quem tot miraculis coruscat, ostenderet, nomen ipsius, quod etiamnum hodie servat, assumpsit.

2 Atque ut religione in Martyrem Cives cum Dynasta suo certarent, illi martyris caput atque bra- *includuntur thecis argenteis caput, brachium, corpus:*
chium separatim argenteas in thecas includunt, reliquum vero corpus in arca paris pretii deponunt; ubi præcipua Divi miracula ejusdemque Martyrium, argenteis laminis auro illitis, cælata noscuntur. Dynasta vero sua in arce egregiam construxit ecclesiam, in qua Canonici statas preces quotidie persolverent Deo, qui tanto thesauro Ribodimontem locupletasset. Paulo post Canonicorum in locum suffecti sunt Sancti Benedicti alumni, vicino è mona- *b*
sterio, cui nomen Divi Nicolai *b* à prato. Atque hoc *adjungitur monasterium Benedictinum.*
monasterium ut tantum beneficium agnosceret, beatum Germanum monasterii Tutorem ac Præsidem sui, & suæ civitatis Ribodimontii delegerunt. Sacrique Ordines solenni supplicatione, quam Regius E
Magistratus populusque subsequitur bis quotannis, die scilicet Natalitio, dieque Translationis procedunt ad ædiculam, ubi Martyris lipsanotheca primum deposita fuit. Et ut miraculorum in ea patratorum memoriam perpetuo redintegrent, arcam ubi corpus est, in ara majori; thecas vero quæ caput atque brachium condunt, inferioribus in aris ad latus dispositis constituunt; confluente vicinis è locis magna *febres pulsæ.*
hominum multitudine, qui cum variis vexatos morbis, tum vero maxime febribus conflictatos supponunt arcæ, experturos Martyris opem, quam innumeri suis liberati doloribus perceperunt.

3 Anno sexcentesimo quinquagesimo supra millesimum *c*, cum Ribodimontem captum hostilis de- *c*
prædaretur exercitus, nec ejus sedandæ cupiditati *An. 1650*
satis essent Civium facultates, irrupit in ecclesiam, ubi glorioси Martyris arca ideireo remanserat, quia ei sua vetustas ne cum illatis in Sancti Quintini fanum pretiosi capitis & brachii thecis, ipsa quoque simul efferretur, obstiterat: atque illud, quod Divo *arca reliquiarum in hostilis irruptione servata.*
futurum videbatur in dedecus, summam cessit in gloriam. Vix enim sacrilegi lipsanothecam effregerant, cum injecto divinitus terrore perculsi se proripiunt in fugam, involucro arcæ argenteo & lapillis F
quibus distinguebatur intactis; quæ ubi reperit ecclesiæ thesaurarius, ossa quidem mirifica Faram *d*, *d*
munitissimam in arcem diœcesis Laudunensis, ocyus comportavit; decennio vero post Joannes Canonicus è familia Præmonstratensi, idemque Curio *an. 1660 aliquæ reliquiæ Ambianum delatæ.*
parœciæ Ambianensis, quæ ejusdem S. Germani nomine insignitur, cum suam ecclesiam, structura cultuque conspicuam, sui Patroni Reliquiis vellet esse sanctissimam, post multa itinera voti tandem factus est compos. Sacrorum enim Germani ossium partem non exiguam, actis publicis consignatam, secum Ambianum asportavit. Quas exhiberi publice, tum *e*
ad populi in Divum Germanum pietatem inflam- *3 Aprilis.*
mandam, tum ad ejusdem Martyris in pium populum tutelam promerendam, Franciscus *e* quartus Ambianensis Antistes, pro sua in Divum religione, con- *arcæ argenteæ includuntur*
cessit MDCLX, III Aprilis. Cumque idem Parochus & ejus curæ commissus populus, pro incenso illo suo in tutelarem studio, arcam argenteam, insigni artificio perfectam auroque collucentem, præparassent; in eam idem Pontifex sanctissimas Reliquias inclusit; & eum supplicatione, quæ florenti in urbe potuit esse quam maxima, intulit in ecclesiam Parœcialem

ex mss. rœcialem Martyri conſecratam ; ubi poſt celebratum ritu Pontificio ſacrificium, ipſe inſigni panegyrico beati Germani virtutes atque miracula, maxime quæ in tranſlationibus contigêre complexus eſt, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo
an. 1662. ſecundo.

ANNOTATA.

a Ribodimons, *vulgo* Ribemont *ad Oeſiam flumen, ab oppido S. Quintini tribus, à Lauduno plus quam ſex Gallicis leucis diſtat.*

b *Monaſterium* S. Nicolai, *in Pratis, à dicto flumine per modum inſulæ cinctis, exhibent tabulæ Picardiæ, ad Occidentale latus oppidi. Tacent de eo Sammarthani Galliæ Chriſtianæ tom* 4.

c *Annus* 1650 *Belgio Hiſpanico, ſub regimine Archiducis Leopoldi feliciſſimus fuit: quo & pleraque ex amiſſis oppidis recepta cepere, & præcipui Gallorum Duces, Cardinalis Mazarini jugum ferre ultra non valentes, ad partes Hiſpanas tranſiere, non ſine gravi Picardiæ calamitate, qua Caſtelletum oppidum numinitiſſimum captum, & oppida etiam trans Oeſiam coacta victorem tributo pendendo agnoſcere.*

d Fara *vulgo* la Fere, 4 *leucis infra Ribodimontem ad eumdem fluvium.*

e Franciſcus le Favre *ex Ordine Minorum, Reginæ matris Annæ Auſtriacæ concionator, anno* 1651 *Glandatenſis Epiſcopus conſecratus, ad Ambianenſem Cathedram tranſiit* 1653.

DE SANCTIS EPISCOPIS ET CONFESSORIBVS

FLORENTIO ET VINDEMIALE,

EX CORSICA TARVISIVM ADVECTIS.

ITEM DE S. VINDEMIALE EPISCOPO,

IN AFRICA MARTYRE.

G. H.

SECULO V

Archia Tarviſina, *Italiæ provincia, olim Longobardis, nunc dominio Reipublicæ Venetæ ſubjecta, nomenclaturam debet* Tarviſio *urbi Epiſcopali amplæ & munitæ : cujus cives inter Patronos ſuos colunt Sanctos Epiſcopos* Florentium & Vindemialem, *quorum ſacra corpora requieſcunt in Cathedrali S. Petri eccleſia, marmoreæ arcæ incluſa. De iis hoc ſcriptum ibidem legitur.* Reliquiæ Sanctorum Confeſſorum atque Epiſcoporum Florentii & Vindemialis. *Aliquam Vitæ ac Tranſlationis hiſtoriam, quaſi à Titiano urbis Tarviſinæ Epiſcopo, qui eadem corpora ex inſula Corſica tranſtulit, conſcriptam, reperimus in quodam MS. codice Reginæ Sueciæ, quam infra damus. Reperimus etiam Vitæ illius compendium in quodam codice MS. cœnobii Rubeæ Vallis Canonicorum Regularium prope Bruxellas: ſed illud omnino idem Petrus de Natalibus, Plebanus Sanctorum Apoſtolorum Venetiis, deinde in dicta Marchia Tarviſina Epiſcopus Æquilinus, edidit libro* 4 *Catalogi Sanctorum capite* 116, *à ſe anno* MCCCLXIX *& ſequentibus compoſiti: cujus teſtimonium hac in re pluris æſtimandum remur, quod illud ibidem ſcripſerit, ubi potuit rei veritatem accuratius examinare & plenius addiſcere. Illud autem compendium eſt ejuſmodi.*

Tarviſii corpora SS. Florentii & Vindemialis.

Hiſtoria Vitæ & Tranſlationis datur ex MS.

C

2 Florentius & Vindemialis Epiſcopi, Tarviſii tranſlati quieſcunt. Quorum Vindemialis Afer natione, à S. Alpiano Confeſſore doctus, ad Presbyteratus Ordinem, inde ad Epiſcopatum pervenit: ubi una cum Eugenio miraculis multis oſtenſis populum copioſum convertit. Deinde peregrinationis gratia ad inſulam Corſicam venientes, in caſtris Faunenſi & Vadenſi populum à cultura draconis eruerunt, ligato orario ad collum ſerpentis & ipſo in mare demerſo: ſicque populum converſum baptizarunt. Poſt quæ S. Eugenius ibidem in caſtro Vadenſi commoratus quievit in pace : ubi etiam extat puteus ab eodem in mare defoſſus, præter naturam, dulcem aquam emanans. Vindemialis vero regreſſus Corſicam, ibidem in pace vitam finivit, & ſepultus eſt ibi: ubi & olim Florentius Epiſcopus quieſcebat. Vaſtatâ vero Corſicâ à Saracenis, Titianus Epiſcopus Tarviſinus illuc navigio accedens, corpora SS. Florentii & Vindemialis obtinuit, & Tarviſium tranſlata in baſilica S. Joannis Baptiſtæ depoſuit. Quæ ſucceſſor ejus Rotharius poſtmodum in majori eccleſia S. Petri honorabilius tumulavit. Horum feſtum colitur VI Nonas Maji. *Hæc ibi Petrus de Natalibus, adjuncta traſlatione ad eadem Cathedralem S. Petri à Rothario Epiſcopo, quæ in narratione Titiani neque adeſt, neque adfuiſſe potuit.*

Peregrinatio ex Africa in Corſicam:

obitus & ſepultura,

tranſlatio Tarviſium.

3 *Habemus hiſtoriam inſulæ Corſicæ, Italice anno* MDXCIV *editam à Ioanne Groſſio, Petro Antonio Monteggiano, Mario Antonio Cecialdo, & Antonio Petro Philippino: in qua hiſtoria dicitur Corſica intercepta à Saracenis Mahumetanis ſeculo Chriſti ſeptimo, ac detenta ſub quinque eorum iſtic dominantibus Regibus uſque ad tempora Caroli Magni Imperatoris. Hinc facile colligimus quo fere tempore præfuerint Epiſcopi Eccleſiæ Tarviſinæ Titianus ejuſque ſucceſſor Rotharius, maxime in ſummo hiatu Epiſcoporum apud Ferdinandum Vghellum tomo* V *Italiæ Sacræ, ubi* VIII *Epiſcopus Felix collocatur ad annum* DXC, *dein nonus Triviſius anno* DCCXXXIX, *decimus Fortunatus anno* DCCXCIX, *undecimus Adeodatus anno* DCCCXXVII. *Aliquis ab eodem Vghello aſſeritur* III *Epiſcopus Titianus circa annum* CCCC, *cui ab illo tribuitur tranſlatio horum corporum. Verum aut ille trecentis fere ſeculis junior fuit, aut alius ab eo ſtatuendus* Titianus *ſecundus, cui* Rotharius, *ab Vghello omiſſus, fuerit ſubſtitutus: & ſic potuit Vindemialis, uti in Actis dicitur, interfuiſſe anno* CCCCLXXXIV, *ſub Hunerico Rege Wandalorum, collationi Epiſcoporum Catholicorum, cum Arianis de fide orthodoxa diſputantium.*

Corſica ſub Saracenis ſæc. 7 & 8.

Titianus & Rotharius Epiſcopi Tarviſii.

F

4 *Franciſcus Maurolycus, Abbas Meſſanenſis in Sicilia, in ſuo Martyrologio hos Sanctos ita ad* II *diem Maji recolit:* Item Florentii & Vindemialis Epiſcoporum, qui ex Africa in Corſicam transfretantes, miraculis illuſtres ibi defuncti, à Titiano Epiſcopo Tarviſium tralati ſunt. *Quæ fere eadem leguntur apud Conſtantium Felicium & Petrum Galeſinium : & contractius apud Richardum Witfordum in Martyrologio Anglice Londini anno* MDVI *excuſo, & ad ſequentem diem apud Grevenum & Caniſium, Ferrarius in Catalogo generali ad hunc diem iſta habet :* In Corſica inſula, Sanctorum Epiſcoporum Florentii & Vindemialis, ſub Wandalis vexatorum. *Quod latius explicat in Catalogo Sanctorum Italiæ ad Kalendas Iunii : ſed id de Florentio non aſſeritur in Actis. Vindemiali additur ſocius Eugenius, quod etiam annotavit in ſuo Martyrologio Maurolycus. Sed de ejus cultu necdum aliquid legimus.*

Mentio in ſacris factis:

5 *Alius ab eo eſt* S. Eugenius *Epiſcopus Carthaginenſis relatus*

A *relatus ad diem* XIII *Iulii, ab Adone, Vſuardo & in Martyrologio Romano, imo & Gallicano Sauſſaji, quod* exilio deputatum, apud Albigenſem Galliarum urbem, finem vitæ præſentis feciſſe *teſtetur Gregorius Turonenſis l.* 2 *Hiſt. Francor. c.* 4, *addunturq; eidem ſocii* Vindemialis ac Longinus: inter quos ſancta exorta eſt contentio, quis oculis *ſubito cæci facti* ſignũ beatæ Crucis imponeret; *conventumque ut hi* manus ſuas ſuper caput ejus tenerent, & S. Eugenius Crucem ſuper oculos cæci faciens oraret, ſtatim ablato dolore ad priſtinam cæcus rediit ſanitatem . . . Honoricus autem Rex Sanctos Dei poſt multa tormenta, poſt equuleos, poſt flammas, poſt ungulas juſſit interfici . . . Sanctum vero Vindemialem gladio percuti præcepit, quod & impletum eſt in hoc certamine. *Hæc Gregorius Turonenſis. SS. Eugenii & Vindemialis memoria inſerta eſt ad Kalendas Februarii quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, & MSS. Martyrologiis Atrebatenſi, Tornacenſi & Latienſi, quibus additur* Longinus, *in prima editione Additionum Molani ad Vſuardum: quam ſecuti ſunt Caniſius & Galeſinius.* De S. Eugenio *agetur* XIII *Iulii: & tum addentur, ſi quæ alia de* Longino *occurrant.*

Alius Eugenius Epiſc. Cartagin.

& Vindemialis Epiſc. Martyr in Africa.

in ſcriptus Martyrol. Romano

B 6 *De* S. Vindemiale, *occaſione alterius Vindemialis, ad hunc diem iſta ſunt in hodiernis Faſtis Romanis appoſita.* Eodem die S. Vindemialis Epiſcopi & Martyris, qui una cum ſanctis Epiſcopis Eugenio & Longino, doctrina & miraculis adverſus Arianos decertans, ab Hunnerico Rege capite obtruncari jubetur. *Hæc ibi. Alius ergo hic eſt* Vindemialis in Africa percuſſus, *quem Herrera Alphabeto Auguſtiniano inſeruit tom.* 2 *fol.* 491, *à* Vindemiale exule in Corſica, *qui* ibidem incontaminatum Spiritum reddidit, & vitam in pace finivit: *& ſic recte Ferrarius hunc* Confeſſorem Vindemialem *retulit in Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano. Dolemus autem, nullam martyrii* S. Vindemialis Epiſcopi *mentionem fieri apud Victorem Vticenſem ſeu Vitenſem, quod etiam obſervavit Baronius in Annalibus an.* 484 *num.* 68. *Recenſet Victor lib.* 4 *nomina Epiſcoporum Catholicorum, qui Carthaginem ex præcepto Regis convenerunt: inter quos reperitur* Vindemialis Capſenſis in provincia Byzacena Epiſcopus. *Præterea fuerunt* Vindemius Altaritanus, Provinciæ Proconſularis Epiſcopus, in exilium miſſus, *&* Vindamius Lemſactenſis in Mauritania Sitienſi, Epiſcopus, *ut aliquis horum potuerit Vindemialis haberi, qui, ut in Vita dicitur, primum in* Faunenſi *ſeu* Sauvenſi *deinde in* Vadenſi *maritimis Africæ caſtris prædicavit, cum ſocio Eugenio; & notior fieri poſſet, ſi alicunde doceremur, qua parte Africani littoris ea loca quærenda ſint: aut ſi exprimeretur nomen inſulæ Vadenſi caſtro objectæ. Nunc obſcura manent omnia: quia inter plures inſulas difficile eſt definire quæ hic intelligatur. Recenſetur etiam à Victore Vticenſi Florentius Nobagermanienſis provinciæ Numidiæ Epiſcopus, & inter eos quibus* Corſica *exilium obtigit,* Florentius Seminenſis: *ſed incertum eſt, an alteruter horum in Corſica obierit; uti & an S. Florentius, qui Tarviſii colitur cum S. Vindemiali, vixerit in Africa & ſub Hunnerico Wandalorum Rege.*

Apud Victorem Vticenſem Vindemialis & Florentii duo

C

eorum feſtum in Corſica & Epiſcopatu Nebbienſi.

7 *Qui Chronicum ſacrum & Sanctuarium Corſicæ, ad inſtantiam Minorum Obſervantium iſtius inſulæ, ſcripſit Italice, & Florentiæ vulgavit anno* 1639 *R. P. F. Salvator Vitalis Marenſis, Theologus & Prædicator generalis Obſervantiæ regularis in Provincia Tuſciæ lib.* 4 *cap.* 1, *ſcribit,* Sanctorum Florentii & Vindemialis Epiſcoporum Afrorũ feſtum in Corſica, ubi vitam finierunt, quotannis agi, maxime Nebbii, cujus Advocatus & Patronus eſt S. Florentius: uſque eo ut civitatis ipſius ſuburbium nomen ab eo etiam nunc habeat, idemque nomen habuerit olim Cathedralis Nebienſis, priuſquam à Mauris urbs occuparetur. Videant autem, *inquit Salvator,* ii ad quos ſpectat proſpicere cultui & honori Sanctorum Patronorum & Protectorum diœceſanorum, utrum non conveniat, quamvis mutatus ſit eccleſiæ titulus, agere feſtum iſtud cum Octava. Sane cum in illa Cathedrali dicerem ad populum per adventum coram Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Joanne Maſcardo Epiſcopo, nullamque ibi viderem S. Florentii capellam, ac ne imaginem quidem, vehementer indolui tam neglectim haberi ibi eum Sanctum, quem iſtic vixiſſe & obiiſſe habebam pro certo.

AUCTORE G. H.

8 *Ceterum quam auctor hic* Nebbiam *vocat, propter Epiſcopalem Sedem eo tranſlatam, civitas eſt* S. Florentii, *in vetus ac novum burgum diſtincta, uti docet Antonius Petrus Philippini in Hiſtoria Corſicæ, deſcripta Italice & in Gallia excuſa anno* 1594. *Nam veteris Nebbiæ, medio milliari à S. Florentio diſitæ, tunc cum ſcribebat ille, ſola ſupererant veſtigia in ruderibus antiquis, cum ſatis eleganti ex albo & quadro lapide eccleſia, quam Piſanorum opus eſſe appareret. Hujus ergo eccleſiæ titulus, una cum Sede Epiſcopali tranſiit ad eccleſiam S. Florentii antea dictam: cujus rei principium videtur dediſſe Epiſcopus ille, qui circuli ſeu territorii S. Mariæ Nebbienſis, decem circiter milliaria complectentis, medietatem attribuit populo* S. Florentii *circa annum* MD: *quem populum Genuenſes anno* MCCCCLXXXIII *ſubjecerunt Officio S. Georgii primum omnium: unde factum ut Florentiani cives multis immunitatibus gauderent, tam in Corſica quam Genuæ; & locus, in quo ante adventum Genuenſium nihil præter vetuſtam turrem viſebatur ad cuſtodiam vicinarum ſalinarum, præ Nebbia cœperit frequentari, quamvis ſitu minus ſalubri, invitante maris alluentis commoditate. Quæ cum ſint oculorum experimento comprobata, merito miratur prælaudatus auctor in præfatione, quomodo Thomas Porcacchius, in ſua præcipuarum inſularum deſcriptione, S. Florentii civitatem quinque milliaribus à mari removeat. Ab hac autem ipſe propinqui maris* ſinus S. Florentii *nuncupatur à pluribus. Intelligo porro eſſe aliquem qui ſcribat, veteres loci Chriſtianos, irruentibus in inſulam Barbaris, arcam ſancti Patroni ſui ipſo in littore defodiſſe, ubi latuerit donec apparentibus noctu è cælo luminibus excitati poſteri, ſcrutati cœpere quæ eſſet hujus miraculi cauſa. Hinc vero nonnemo alius occaſionem arripit, confirmandi traditionem Campilienſium in Hetruria, aſſerentium* S. Florentii *quod apud eos colitur, corpus, in ſua marmorea area, illuc à mari advectum è Corſica. Sed oſtendemus* XV *Maji, Populonienſis ante S. Cerbonium Epiſcopi potius illud corpus eſſe. Antiqua autem celebritas loci, à S. Florentio in Corſica dicti, veroſimile nobis facit, quod dicit Salvator; ad eum locum à barbaris deſtructum appuliſſe Tarviſinum Titianum; & de ſubtus eccleſiæ deſtructæ ruinis emiſſo* Sanctorum Florentii & Vindemialis *Sarcophagos, prout ſequens hiſtoria explicat.*

tranſlatio ad Oppidum S. Florentii.

unde corpora videntur Tarviſium advecta.

D E

F

VITA

Auctore Titiano Epiſc. Tarviſino.

Ex Codice MS. Reginæ Sueciæ.

1 DUm univerſalis Synodus apud Cartaginem ab Honorico Rege congregaretur, ex omnibus regnis atque inſulis quæ ſub ejus regimine tunc temporis degebant, die Kalendarum Februariarium; ſexcenti ſeptuaginta Epiſcopi in unum ſunt pariter congregati, pro fide ſanctæ & individuæ Trinitatis certaturi; quos ipſe, deceptus Arianorum perfidia, omnes exilio damnare juſſit; è quibus Cartaginenſis Epiſcopus Eugenius & Vindemialis, ſummæ ſcientiæ ſummæque ſanctitatis, inter alios emicuerunt, & fidem ſanctæ & individuæ Trinitatis inviolabiliter conſtantiſſima voce edocuerunt. Qua de re à propriis ſedibus expulſi, peregrinationis cauſa ad tranſmarina convolaverunt, Apoſtolicum ſequentes exemplum; Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori

Epiſcopi 670 ab Honorico Rege Wandalorum in exilium miſſi:

Phil. 1, 21

AUCTORE TITIANO EX MS.

mori lucrum. Florentii vero atque Vindemialis, licet ortus eorum, vita, atque transitus apud alios floruissent; nobis tamen Dominus venerabilia corpora eorum, tempore quo voluit, revelavit: & pro hujus urbis tuitione atque habitantium incolumitate, à longissimis terrarum partibus, pietate divina nobis eorum corpora mittere dignatus est. Et sicut ab incolis terræ illius didicimus, ubi Sanctorum corpora requiescerent; cum omni timore atque tremore ad tumulos Sanctorum accessimus, & cum omni reverentia Sanctorum reliquias inde sustulimus, ad navimque perduximus: & cum intercessione beatorum Confessorum Christi ad Tarvisianum solum usque pervenimus, ibique Deo miserante cum summa reverentia, condigno honore, Sanctorum corpora collocavimus.

Corpora SS. Florentii & Vindemialis Tarvisium delata.

2 Igitur beatissimus Vindemialis Africano solo ortus atque nutritus est; sed à beato Confessore Christi Appiano Episcopo edoctus, & cælesti conversatione, fide ac religione imbutus, Presbyterii dignitatem adeptus est, in quo digne Deo militans ad Episcopatus onus usque pervenit: ubi & in partibus Africæ una cum Eugenio multa per illos signa magnifica & innumerabilia omnipotens Dominus operari dignatus est. Deinde vero tam peregrinationis causa quam & prædicationis, ob amorem Christi ad insulam Corsicam pervenerunt: ubi dum fidem Christi Jesu Domini nostri perpetuo prædicarent, ut à vanissima cultura idolorum recederent, neve Arianorum sævitiæ consentirent; cælesti magisterio imbuti divinitusque inspirati, omni culturæ idolorum abnuerunt, seseque soli Domino, omnis ille conventus perpetualiter servituros contradidit; ejusque soli Filio Spirituique sancto, perpetuæ videlicet Trinitati, sine aliqua ambiguitate, ipso adjuvante, deservire profitentur. Sanctus vero Vindemialis, ex præfatis partibus regrediens, maritimaque littora circuiens, procellosis fluctibus ultra progrediens, usque ad castrum Sauvense pervenit, una cum sanctissimo Eugenio; cum quo & multa miracula in partibus Africæ atque Cartagine egit: indeque venientes usque ad castrum Vadense, in illis partibus plurimam populi multitudinem sua prædicatione Domino Jesu Christo acquisiverunt.

SS. Vindemialis & Eugenius clari miraculis in Africa

& Corsica, plurimos converunt.

3 Inter hos quam plurimi erant, qui suorum fallacia sensuque vanissimo, relicto Creatore omnium rerum, in quodam specu bestiam execrabilem omnibusque satis odibilem, adorabant: & ob cæcitatem sui cordis concepta dementia, ritu vanissimo & sceleratissimo eidem draconi quotidianas hostias sacrificiaque offerebant usu Paganorum. Quod viri reverentissimi dum comperissent, astutiam scilicet illius antiqui serpentis, qui primum hominem protoplastum seduxerat, & ab initio semper sua fallacia genus humanum in idolorum culturam attraxerat; ingemiscentes Deique misericordiam implorantes, ut sicut Danielem liberare dignatus est de lacu leonum, ubi propter Bel intromissus fuerat, qui etiam & draconem interfecit, liberans Babylonios ab ejus cultura, quem ipse interfecit; ita & hos quoque famulos suos, per virtutem Domini nostri Jesu Christi, liberare dignaretur ab hujus spurcissimi & nequissimi spiritus servitute, per nomen Domini, in quo omnis potestas adversa superatur & vincitur, sicut Dominus in Euangelio loquitur: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Tollere, & mittere in mare. Amen dico vobis, quia quidquid petieritis in nomine meo, fiet vobis. Et ita intrepidi atque Crucis Christi signaculo armati, omnem fiduciam habentes in Domino, nihil hæsitantes, facta prius oratione cum jejunio, ad specum, in quo bestia latebat accesserunt; & superno fulti auxilio, bellatores fortissimi, non gladio aut armis circumdati, sed signaculo sanctæ Crucis muniti, venerandas manus suas super bestiam miserunt; atque detractum orarium circa guttur sævissimi serpentis connexum est, & draco de specu in quo latebat projectus est. O admiranda potentia tua, Christe, in cujus virtute famuli tui duo simul dracones contriverunt! nam in istius draconis effigie ille draco inhæserat, qui virtute tua devictus, ob superbiam suam de cælis projectus est. Sed ubi cultores tui & sancti nominis prædicatores, pro tuo amore pugnaturi, processerunt; draco ille qui cunctis diebus vitæ suæ terram comederat, invocato sancto nomine tuo, discessit, ita religatus igneis catenis, ut usque in adventum Domini nostri Jesu Christi nemini nocendi haberet potestatem: & ita religatum in profunda pelagi altitudine eum habitare præceperunt, ubi nulla hominum habitatio esset, neque alicui ultra nocendi haberet potestatem.

signo Crucis municti eliminant:

4 Populum vero hortantes ut in fide Trinitatis permanerent, & à cultura idolorum vanissima recederent, & ab Ariana hæresi se segregarent, & sancto proposito instanter adhærerent, denique populum in viam veritatis educerent; intra non longum spatium multas animas Christo Domino lucrati sunt. Ubi & vir sanctus Eugenius usque ad finem vitæ suæ Christo Domino deservivit, & est commoratus in insula prope Vadense castrum, distans duobus inde milliariis: ubi & puteum sibi effodere jussit miræ altitudinis, quod inusitatum utique apud nos est, ut in medio maris aqua dulcis habeatur. Quod potius sanctitati illius reputandum est, quam ipsius loci naturę: ubi & ipsius venerabile corpus requiescit: ad cujus tumulum multa & innumerabilia per illum omnipotens Dominus dignatus est operari miracula. Sanctus vero Vindemialis, à præfato castro recedens, Corsicam properans, Christo Domino militans, ibi in sancto proposito incontaminatum reddidit spiritum.

Moritur Eugenius

miracula à morte clarua,

uti & S. Vindemialis in Corsica

5 Qualiter autem corpus beatissimi Confessoris Christi ad hanc civitatem pervenerit, omnibus in Christo fidelibus enarrare desideramus. Quia postquam à Saracenis captam Corsicam multasque ecclesias Dei à fundamentis destructas relatu multorum comperissemus; ego Titianus, sanctæ Tarvisianæ ecclesiæ Episcopus, nutu divino ad præfatam perveni insulam: ubi tam à nautis quam à loci illius incolis didicimus, ubi beatissimorum Confessorum Christi in sarcophagis posita corpora fuerant, Vindemialis utique atque Florentii Episcoporum. Triduano vero jejunio peracto, cum magno tremore ac reverentia accessimus ad tumulos: indeq; corpora eorum levantes ad navim usq; perduximus, ipsorum intercedentibus meritis: atque ad Tarvisianum solum, Deo miserante, pervenimus, & in locis venerabilibus, ubi nunc requiescunt, Deo permittente, collocavimus in basilica Sancti Joannis Baptistæ, ubi usque hodie per illos omnipotens Dominus multa & innumerabilia dignatus est miracula operari, cui est honor & gloria per infinita secula seculorum.

Post hanc à Saracenis captam,

corpora SS. Vindemialis & Florentii transferuntur Tarvisium.

Luc. 17, 6

DE

DE SANCTO VALENTINO
EPISCOPO GENUENSI. D. P.

Tempus Epiſcopatus S. Valentini incertum

NOn ita accurata Genuenſium monumenta ſunt, ut de S. Valentini ætate ex iis pronuntiare certo liceat. Paſſim opinantur ſcriptores, teſte Vghello tom. 4. Italiæ ſacræ, Genuenſem Eccleſiam ordine quintum gubernaſſe: quamquam eſt ab eodem Vghello præteritis mediis, quorum nomina interciderint poſitus proximus S. Salomoni habito paſſim Epiſcopo Ganuenſium primo. Vitam ejus aliquam antiquitus conſcriptam Vghellus habuit, indeque accepit corporis inventi atque elevati Hiſtoriam: Ferrarius quoque ex eadem videtur accepiſſe ſummatim relata miracula quædam. Sed hactenus fruſtratum dolemus laborem, quem in ea Genuæ requirenda poſuit R. P. Ioannes Stephanus Fliſcus, hujus operis promovendi ſtudioſiſſimus: quare ſi quis vel inter relictas ab Vghello chartas vel alibi ſupereſſe exemplum novit, rogamus ut communicare dignetur. Interim quæ poſſumus colligere pauca habeat lector, ac primo elogium virtutum ex proprio ſanctorum Genuenſium; in quo cum ſolum generica & cuivis Epiſcopo propria laudes lego, inducor ut credam nec in vita quæ requiritur, ſingularis notitiæ contineri quidquam. Tenor porro Lectionis propriæ hic eſt:

Vita ſæc. 13. ſcripta requiritur.

B

Elogium ex Proprio SS. Genuenſium

2 Valentinus Genuenſis, egregium ſanctitatis ſpecimen, cum vivus tum etiam mortuus, exhibuit. Is ab ineunte ætate ſanctæ religionis officiis deditus, omnes carnis delicias atque hujus ſeculi voluptates contemnens, divinis virtutibus adeo enituit, ut per omnium ora, velut divinum Chriſtianæ pietatis exemplar, volitaret. Erat autem vultu venerabilis, ore jucundus, corde rectus, conſilio prudens, moribus compoſitus, atque in omnibus Dei operibus mirificè ſtrenuus. Itaque defuncto civitatis Epiſcopo, Valentinus, ſummo omnium conſenſu, invitus Eccleſiæ Genuenſi præficitur: quod munus Epiſcopale ſic geſſit, ut à fidelibus maximam laudem conſequeretur. Nam in adhortando manſuetudinem, in corrigendo ſeveritatem, in ſuo grege recte inſtruendo ſummam curam ac diligentiam ſemper adhibuit. In viis juſtitiæ rectus, in cibo & potu parcus, in oratione ſollicitus, in contemplatione mirificus, Chriſtum Jeſum ſemper in ore,

C

ſemper in corde deferre agnoſcebatur. Viduarum & pupillorum fuit defenſor aſſiduus, pauperum & orphanorum patronus optimus. Itaque ſanctus Epiſcopus, multis pro Dei honore perfunctus laboribus, cum Eccleſiam ſuam annos fere tredecim ſanctiſſime gubernaſſet; virtutum ac miraculorum gloria illuſtris, VI nonas Maji, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo quinto, obdormivit in Domino, & in baſilica duodecim Apoſtolorum fuit religioſe ſepultus. Ejus corpus diu occultum, ac mirabiliter cum omni ornatu Pontificio adhuc integrum repertum, odoremque ſuaviſſimum ſpirans, Joannes II Epiſcopus Genuenſis, magna populi veneratione, juxta altare majus honorifice collocandum curavit.

3. *Factum id anno* DCCCCLXXXV *ait Vghellus*: *&, ſicut præmonui, ex coævo ſcriptore inventi elevatique corporis pleniorem hiſtoriam ipſis ejus verbis ſic proponit.* Hujus talis ac tanti Valentini Præſulis latuit mortalibus corpus, humatum intra S. Syri eccleſiæ ſinum: ſed, ſicut ab antiquioribus noſtris didicimus, dum in eodem locello ignoto euntium & redeuntium pedes deambularent, quaſi quidam concavitatis ſentiebatur ſonus terraque tremere. Unde quamplurimi magnæ vitæ virum, ſicuti & erat, quieſcere corpus opinabantur: qui cauſa devotionis quadri-

Inventio & elevatio corporis an. 985

ficæ compoſitionis incaſtraturam ligneam ſuperius exſtruentes, ab injuria ſancti omnium remoti ſunt pedes. Quæ ita permanſit noſtris uſque temporibus, donec curam paſtoralem obtinuit Ioannes hujus civitatis Januenſis Epiſcopus. Cum igitur omnium bonorum inventori placuiſſet, ut tam egregii viri vita quam corpuſculum panderetur; dum memoratus Epiſcopus eccleſiam S. Syri in monaſticæ inſtitutionis ordine ordinari cuperet, & populus dirutam eccleſiam jam in melius reſtauraret ac fundamenta jaceret; repererunt corpus ſanctiſſimi Valentini, in loco, de quo jam diximus, integrum veſtibus & corpore. Quod citis greſſibus illico Epiſcopo nuntiatum eſt: qui celerius Diaconum ſuum miſit, ſcire cupiens utrum res ita ſe haberet: indicens in mandatis, ut diligentius inquirerent, an Sanctus annulum in manu haberet: quem juſſit ut ſibi detuliſſet. Qui veniens, adhuc in eodem loco corpus ſanctum reperit, & cauſa cupiditatis ut juſſus fuerat annulum abſtulit, partemque aliquam

E

carnis cum veſte rapuit, ſed eam illico ſuper altare poſuit: annulum vero Epiſcopo detulit & partem quam de corpore Sancti tulerat, & quod ſuper altare depoſuerat, per ordinem pandit. In eumque idem Epiſcopus inuexit, quia ſtulte fecerit, atque præcepit in mandatis, ut quam citius carnem cum veſte in ſepulcro juxta corpus reponeret, unde abſtulerat, quod fecit. Dominus autem Epiſcopus cum ſacro ordine Clericorum & multitudine populorum exinde glebam Sancti auferens, cum omni reverentia juxta altare majus poſuit, quoad uſque locus ibi, ubi reconderetur, aptiſſime perficeretur. Quod Domino annuente completum eſt, & ab omni plebe donatione larga tantum largitum eſt, unde camera totius eccleſiæ pene ad finem perfecta eſt. De loco autem ubi Sanctus jam pridem jacuerat, tabula inventa eſt marmorea, in qua ejus nomen & vita decenter eſt ſcripta: quæ permanet uſque hodie ad multorum notitiam.

Hæc Vghellus; ex quo noto, eumdem Ioannem Epiſcopum tranſtuliſſe Sedem Epiſcopalem ex eccleſia S. Syri ad ædem S. Laurentii intra urbis mœnia: ac tum demum ei injectam videri mentem conſtituendi monachos in eccleſia

F

jam dimiſſa, quam propterea reſtaurandam ipſe quidem ſuſcepit; monachos tamen, præventus morte, conſtituere ibidem non potuit: ſed pium hoc opus ſucceſſori Landulpho abſolvendum reliquit. Interim cœpit S. Valentini *corpus clarere miraculis: quæ Ferrarius in Catalogo ſanctorum Italiæ reperiſſe ſe breviter deſcripta indicans, hujuſmodi elogio eumdem S. Valentinum ornat.* Valentinus, Genuæ natus: ex antiqua traditione ob ejus virtutes Epiſcopus Genuenſium V creatus, vixit in Epiſcopatu ad annos ſeptuaginta quinque, vitæ ſanctimonia miraculiſque conſpicuus: quibus etiam poſt obitum emicuit. Nam ut aliqua quæ ſcripta leguntur proferamus; cum quidam Albintimelienſis, ob eſcam faucibus hærentem, animam ageret; ad S. Valentini ſepulcrum deductus, ſtatim à periculo liberatus eſt. Puella Aſtenſis, quæ ita pedibus contracta erat, ut nullo pacto incedere poſſet, ad tumulũ ſancti Epiſcopi delata incedendi recuperavit facultatem. Matrona item Genuenſis, quæ faciei deformitatem ex morbo contraxerat, ad opem S. Valentini confugiens, prioris formæ ſpeciem decoremque recepit. *In Annotatione citat Ferrarius prælaudatus Annales urbis Genuenſis, & Codicem perantiquum*

quædam miracula.

AUCTORE D.P. Eccleſiæ: *in quo credimus deſcriptam eum inveniſſe ipſam Vitam, cujus exemplum Vghellus habuit; adeoque hæc miracula contigiſſe ſeculo ipſo* X, *quo corpus inventum fuerat. Hoc deinde, anno* MCCXL, *ab Eccleſia S. Syri in ædem Cathedralem S. Laurentii fuiſſe tranſlatum, indicat Vghellus; quo tempore juxta ipſum ad S. Syri Abbas erat Bertrandus* III, *Ianuenſis vero Archiepiſcopus Ioannes alius, de Cuturno cognominatus. De qua tranſlatione num præterea ſcriptum ſit aliquid quærere rogatus quem ſupra nominavi P. Fliſcus, reſpondit, nihil inveniri, aut in archivio Metropolitanæ eccleſiæ, aut in bibliotheca Patrum Theatinorum, quibus ceſſit eccleſia S. Syri:* illud ſolum, *inquit* traditione novimus, partem ſacri corporis relictam fuiſſe in eccleſia S. Syri, ubi in ara maxima in arca marmorea nigri coloris, affabre elaborata atque ornata ſignis æreis deauratiſque, ſervatur, publice veneration expoſita: reliquam partem in eccleſia S. Laurentii reconditam ſub ara majori. D

Tranſlatio partis ad Cathedralem

parte ad S. Syrũ relicta

DE S. VVALDEBERTO ABBATE

G. H. *LVXOVIENSI IN BVRGVNDIÆ COMITATV.*

§. 1. Cultus: tempus vitæ. Acta ſcripta. Diverſi ab hoc Walbertus Comes Arquenſis, & alius Epiſcopus Meldenſis.

AN. DCLXV LUxovium *antiquum monaſterium, in Comitatu Burgundiæ ac diœceſi Veſontionenſi, à S.* Columbano *primo ejus Abbate eſt conſtructum; cui ſucceſſerunt SS.* Euſtaſius & Waldebertus, *ſive* Walbertus *aut* Waubertus. *Iſtius Vitam dedimus* XXIX *Martii, de hoc acturi ſumus præſenti die quo* S. Wauberti Abbatis *memoriam reperimus in pervetuſti Breviarii MS. Veſontionenſis Kalendario, cui ſuffragatur veterrimum Kalendarium Corbeienſe ante annos nongentos exaratum his verbis:* VI Nonas Madias depoſitio S. Waldeberti Abbatis: *item Ms. Martyrologium Romanum bibliothecæ Vallicellenſis Congregationis Oratorii,* Luxovio monaſterio S. Walberti Abbatis. *Eumdem celebrant Grevenus & Molanus in ſuis ad Vſuardum additionibus, & Molano citato Galeſinius, atque hunc ſecutus Caniſius in poſteriore editione, qui eum aſſerunt* diſcipulum S. Columbani, *& forte ideo, quia ejus inſtitutum & normam vivendi ſub S. Euſtaſio eſt amplexus. Eadem etiam de cauſa videtur in Florario MS. ad ipſas Kalendas Maji adſcriptus* Italiæ, *ubi S. Columbanus in monaſterio Bobienſi à ſe conſtructo vitam finivit. Atque hæc de cultu: ad quem referri etiam poteſt quod in fine Actorum S. Waldeberti dicitur,* Reliquias ejus hactenus in eccleſia Luxovienſi coli; caput quidem in argentea effigie, reliquas corporis partes in theca ex argento inaurato.

B *Cultus ſacer 2 Maji,*

2. *Alius ab hoc Sancto* Walbertus Comes *in Belgio floruit: qui ſuum* Comitatum Arquenſem & Poperingam, *Flandriæ prope Ipras oppidum,* S. Bertino Abbati Sithiuenſi *apud Audomaropolitanos, in* uſus monachorum tradidit; & ſeculo renuntians, ſub eodem Bertino monachus eſt effectus. *Hujus aliquam Vitam & nobilem proſapiam Ioannes Iperius, ibidem Abbas & anno* MCCCLXXXIII *vita functus, deſcribit in Chronico Bertiniano MS. cap.* I *par.* 10, *ſed ob ejuſdem nominis identitatem deceptus, addit* ipſum poſtea Luxovii monachum factũ ſub B. Euſtaſio, & poſt hunc immediate in Abbatem aſſumptum, ac demum ut aliqui referunt, eſſe Meldenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſublimatum. *Iperium ſequuntur Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, allegans Officium monaſterii S. Bertini, Miræus in Faſtis Belgicis, Mejerus libro* I *Annalium Flandriæ ad annum* 668. *Verum hi nihil de Epiſcopatu Meldenſi tradunt, Molanus etiam in poſterioribus editionibus Auctarij ad Vſuardum huc reſpexit, dum* Comitẽ *appellat. De ejus natali legitur ad S. Bertinũ, teſte Molano, die inventæ Crucis Dominicæ:* Item ipſo die depoſitio S. Walberti Comitis & Luxovienſis Abbatis, qui valde familiaris Patri noſtro Bertino fuit.

Non fuit Comes Arquenſis aut monachus Sithiuenſis

C

3 *At contra nihil de Comitatu aut familiaritate cum S. Bertino, aut monachatu ſub eodem habet Trithemius: ſed tradit lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 72 *& lib.* 4 *cap.* 137, *eum primo* Abbatem Luxovienſem, *ac deinde* Epiſcopum Meldenſem *fuiſſe. Trithemium ſequitur Wion in Martyrologio monaſtico Benedictino ad hunc diem; ad quem Dorganius, & ad* XXVI *Aprilis Menardus, ſolum referunt* S. Walbertum Meldenſem Epiſcopum, *cujus tunc* Tranſlationem *fuiſſe ait Bucellinus: ſed ex Ordine ſuo Benedictino aſſumptum ſupponunt. In aliquo Kalendario Ms. Benedictino non antiquo, ad dictum* XXVI *Aprilis, referuntur* S. Baldebertus III Abbas Luxovienſis, item S. Walbertus Epiſcopus Meldenſis, primo monachus Luxovienſis. *Sauſſajus in Martyrologio Gallicano longa rapſodia omnium figmenta in unum conjunxit, & poſt eum Bucellinus in Menologio Benedicto; allegans primo loco Antonium Tepez, qui tomo* 2 *Chronici Benedictini ad ann.* 617 *cap.* 5, *admittit eum* ex Abbate creatum Epiſcopũ, E ſed alium ab eo ſtatuit Comitem de Arcubus, familiarem S. Bertino & ſub eo monachum; *arbitraturq;* alteri diem XXVI Aprilis eſſe ſacrum, alteri hunc II Maji. *Verum fatetur* ſe neſcire, an quiſpiam res ejus geſtas longiuſcule prodiderit memoriæ, *& ſe ſolum habuiſſe quæ* paucis compoſuit Trithemius; *quo citato eumdem &* Abbatem Luxovienſem & Epiſcopum Meldenſem *fuiſſe ſcripſit Ioannes Chenu in Epiſcopis Meldenſibus, ipſumque ſecuti Claudius Robertus, & Sanmarthani. Addunt hi,* mortuum eſſe II Maji in Martyrologio monaſtico, ejuſque feſtum diem annua commemoratione agi in Eccleſia Meldenſi XII Maji. *Verum in Breviario Meldenſi, anno* MDCXL *excuſo, nulla uſpiam mentio fit S. Walberti Epiſcopi. Fuit aliquis Meldenſis Epiſcopus* Walpertus *ſeu* Walbertus *nomine, frater S. Faronis & Chagnoaldi & S. Faræ ſeu Burgundoforæ. Hic autem* Walbertus, *ut in Vita S. Faronis, ad diem* XXVIII *octobris ex Mss. edenda, legitur, fuit* Epiſcopus Meldenſis, *poſt* cujus dormitionem S. Faro fraternam ſucceſſionem Pontificatus emeruit, & Chlotharius Rex non ſolum conſenſione animum inclinavit, ſed etiam fieri ſine ſcrupuloſitate aliqua adjudicavit. *Mortuus eſt Rex Clotharius anno* DCXXVIII. *Quia autem Gondoaldus Epiſcopus Meldenſis interfuit Concilio Remenſi, ſub Sonnatio* F *Archiepiſcopo anno* DCXXIV *aut initio ſequentis, non potuit diu ſediſſe dictus Walbertus, qui Gondoaldi ſucceſſor ſtatuitur; deq; Sede ejus ambigeretur, niſi in Vita S. Faronis ſucceſſoris id indicaretur, ex qua & ejus obitum ſub Rege Clothario contigiſſe ſcitur. Alium ergo à* S. Waldeberto Abbate *Luxovienſi, ſtatuimus dictum* Walbertum, *fratrem S. Faronis & Epiſcopum Meldenſem; neque Cointii novum figmentum admittimus, quaſi S. Waldebertus ex Abbate Luxovienſi S. Faroni ſucceſſiſſet anno* DCLXXII, *& anno tandẽ* DCLXXX *vita eſſet functus, cum inquit* Sediſſet annis octo, ut Chenutius & Sauſſajus teſtantur. *Hi quidem de annis octo Sedis loquuntur: verum Gondoaldi, non Faronis ſucceſſorem faciunt. Gondoaldi autem memoriam celebrans Trithemius lib.* 4. *cap.* 13 *& ſequente, fuiſſe* monachum Luxovienſem, & fratrem Walberti, & Faronis in Epiſcopatu ſucceſſorẽ *perperam ſcribit. Procul etiam amandamus alium Walbertum Comitẽ Arquenſem & S. Bertini monachũ, ut multo juniorem, cũ ipſe Bertinus ſub S. Waldeberto Luxovienſis monachus vixerit, cui monaſteriũ Sithiuenſe fundavit Adroaldus, dato diplomate* anno XI regni Chlodovei, *id eſt anno Chriſti* DCXLVII. *Nec dubium quin diu poſtea dictus Walbertus Comes floruerit, cujus res geſtas*

ſed alius frater S. Faronis ſub Chlothario 2 mortuus.

& Comes Arquenſis multo junior eſt.

Neque Epiſcopus Meldenſis,

A *ſtas Iperius narrat ſub regimine Chlotharii* III, *quem diximus regnaſſe ab anno* DCLVI *uſque ad annum* DCLXXV.

Tempus S. Waldeberti

4 *Vixit autem S. Waldebertus Abbas ſeculo Chriſti ſeptimo, illuſtri proſepia natus in ditione Meldenſi, & ex milite monachus luxovienſis ſub S. Euſtaſio Abbate: cui anno* DCXXV *defuncto ſubrogatus eſt, & in eo regimine Deo ſervivit annis quadraginta, mortuus anno* DCLXV. *Res ejus geſtas proprio volumine olim, nec diu poſt ejus obitum, fuiſſe conſcriptas, indicat in Prologo Actorum ejus à ſe deſcriptorum* Adſo: *qui, &* Hermiricus Abbas Luxovienſis,

Vita auctore Adſone

floruit ſeculo decimo: nec dubitamus quin ea, quæ de vita ejus & obitu narrat, ex antiquiore contraxerit volumine, quod temporum injuria excidiſſe dolemus. Hæc autem Acta damus ex veterrimo codice monaſterii Bertiniani, quæ allegavimus ad XXI *Februarii in vita S. Germani Abbatis Grandivallenſis: unde cum mota orexis eſſet Lucæ Dacherio & Ioanni Mabillono, ea tandem obtenta ad calcem Seculi* III *Benedictini, licet ad* II *ſpectaret, in Appendice ediderunt ex MS. codice Luxovienſis monaſterii ſubmiſſa; quæ & nos cum noſtro apographo contulimus. Erravit Adſo circa familiam Caroli Magni & Ludovici Pii, ut infra annotamus. ſed poſtea à ſe viſa deſcribens accuratius uſque ad tempora deceſſoris ſui Aalonci Abbatis, majorem merito fidem obtinet.*

ex MSS.

B

§. II. Analecta ex variis diverſorum Sanctorum Actis deſumpta.

Vita S. Columbani inſcripta SS. Bobeleno & Wandelberto

5 *Ionas, Vitas S. Columbani & aliorum deceſſorum ſcribens, orditur ab hac præfatione.* Dominis eximiis & ſacri culminis regimine decoratis, religioniſque copia fultis, Bobeleno & Waldeberto Patribus, Jonas peccator. Memini me ante hoc ferme triennium Fratrum conniventia flagitante, vel B. Bertulfi Abbatis imperio jubente, cum apud eos Apenninis ruribus vacans in Bobienſi cœnobio morarer, fuiſſe pollicitum, ut almi Columbani meo ſtuderem ſtylo texere geſta: præſertim cum hi, qui eo fuerunt in tempore, & penes ipſum patrata viderunt, quamplurimi penes vos ſuperſtites ſint, qui nobis non audita ſed viſa narrarent, vel quæ etiam nos per venerabiles viros Attalam & Euſtaſium didicimus: quorum primus Bobienſis, ſecundus Luxovienſis cœnobii, quo vos Præſules exiſtitis, ejus ſucceſſores fuerunt, qui Magiſtri Inſtituta ſuis plebibus ſervanda tradiderunt. *Hiſce autem Actis S. Columbani ſubjungit ſecundo libello SS. Attalæ & Euſtaſii. Vitas: quarum hanc illuſtravimus ad diem* XXIX *Martii, iſtam ad diem* X *ejuſdem Martii, ubi late de Iona ſcriptore egimus. Quæ is ſupra indicat* Magiſtri Inſtituta, *in Vita S. Euſtaſii appellat* Regulam S. Columbani, *quam ſub S. Waldeberto non ſolum Luxovii obſervatam ſcribit, ſed & varia tunc conſtructa monaſteria indicat, quæ quia ad honorem S. Waldeberti ſpectant paucis indicabimus.*

C

Multi ſub Regula S. Columbani monaſteria conſtruunt,

6 *Ionas ergo cum indicaſſet calumnias ab Agreſtino, homine improbo, contra Regulam S. Columbani objectas, & à S. Euſtaſio confutatas; addit num.* 16 *iſta*: Abellenus vel ceteri Galliarum Epiſcopi ad roboranda Columbani Inſtituta adſpirant. Quammulti, in amore Columbani & ejus Regulæ, monaſteria conſtruunt, plebes adunant, gregem Chriſti congregant: inter quos illuſtris tunc vir Eligius, qui modo Veromandenſis Eccleſiæ Pontifex præeſt, juxta Lemouicenſem urbem monaſterium nobile, Solemniacum nomine, conſtruxit, & alia multa in iiſdem locis cœnobia. Sed & in Pariſius Puellarum monaſterium ædificat, in quo Chriſti Virginem Auream præfecit. In Bitoricenſi verò urbe Puellarum monaſterium, ex B. Columbani Regula, Bethoara nobilis genere & religione femina ſanctiſſima conſtruxit. In ſuburbano ejuſdem Bitoricenſis urbis Theodulfus, cognomento Babolenus, monaſteria ex Regula Columbani religione omni pollentia conſtruxit: primum in inſula ſuper fluvium Milinandram, aliud Goudiacum nomine, tertium Chriſti Virginum Carentonii, item aliud juxta Novernenſe oppidum ſub eadem conſtruxit. *Hæc Ionas, quæ in Notis ibidem illuſtrata ſunt. Dacherius & Mabillon, ad hanc Vitam iſta in margine addunt:* Multi ſub Regula S. Columbani monaſteria conſtruunt, *quod tempore S. Waldeberti factum eſt, qui S. Euſtaſio anno* DCXXV *defuncto ſubrogatur tempore Chlotharii Regis, cui anno* DCXXYIII *mortuo ſucceſſit Dagobertus, à quo S. Eligius Solemniacum impetravit, teſte S. Audoëno in hujus Vita lib.* I *cap.* 15, *qui deinde cap.* 17 *&* 18 *&* *Tempore S. Waldeberti:* *lib.* 2 *cap.* 51 *agit de* Puellarum monaſterio, *quod, inquit Ionas, ædificat* Eligius, *ſcilicet cum dictam Vitam ſcriberet. Claudius Robertus ſcribit* fundationi Solemniaci, X Kalendas Decembris anni regni Dagoberti X, *(adeoque anno* DCXXXI *aut ſequenti) ſubſcripſiſſe varios Epiſcopos, & interpoſitam fuiſſe conditionem ut* Monachi tramitem Religionis ſanctiſſimorum virorum Luxovienſis monaſterii conſequerentur. *Extat ea charta in Appendice ſeculi* 2 *Benedictini pag.* 109 *ſed forſan interpolata in his verbis: &* Regulam beatiſſimorum Patrum Benedicti & Columbani firmiter tenerent. *Fatetur Mabillon in Præfatione ad dictum ſeculum num.* XI in nonnullis id genus inſtrumentis veterrimis quædam reperiri errata, quæ & librariorum audacia & temporum longinquitas induxit: *quod de dicta charta dici poſſe videtur ex allato Ionæ textu, à Mabillono admiſſo & ad MSS. codices Ciſtercienſes alioſque emendatius edito. Quando autem introducta ſit Regula Benedictina in monaſterium Luxovienſe, nobis non liquet. Sanmarthani, quibus impune licet ſententiam pronuntiare de talibus,* poſt aliquot ſecula *id factum aiunt.*

AUCTORE G. H.

D

E

hic in monaſterio S. Faræ regulam docet.

7 *Idem Ionas in dicta Vita S. Euſtaſii ex Mss. emendata, aſſerit hunc* monaſterium Virginũ Chriſti, *pro* S. Fara *ſive* Borgundofara, ſuper paternũ ſolum ædificaſſe & decreviſſe Walbertum, qui ei poſtea ſucceſſit, cum Chagnoaldo puellæ germano, ut Regulam docerent. *S. Faram aggreſſus eſt, teſte eodem Iona, ſupra memoratus Agreſtinus ut eam à S. Columbani Regula abſtraheret, ſed fruſtra. Colitur autem S. Fara* VII *Decembris in proprio monaſterio & tota diœceſi Meldenſi: ad quem diem ejus Acta danda erunt. S. Bathildis Regina cum filio ſuo Chlotario* III *fundavit Corbeiam, celeberrimum hactenus monaſterium; cui primus Abbas præfuit* Theodefridus ſeu Theudofredus, *quem* præfata Domna Bathildis, de Luxovio monaſterio, à Reverendiſſimo viro Domino Walberto Abbate expetivit, & mirabiliter ad ipſum cœnobium Fratrũ direxit. Ad Luxovium etiam & ad reliqua Burgundiæ monaſteria villas perplures ad integrum conceſſit, & pecuniam innumerabilem direxit. *Ita auctores coævi in Vita S. Bathildis,* XXVI *Ianuarii à nobis edita.*

dat S. Bathildi è ſuis Abbatem Corbejenſe:

F

8 *Dedimus ad diem* XXI *Februarii Vitam* S. Germani Abbatis & Martyris, Grandivalle *in diœceſi Baſileenſi, auctore Boboleno coævo. Egit is ſub* S. Waldeberto *Abbate vitam monaſticam Luxovii, quem* cum hic cerneret virũ eſſe induſtrium, eum Presbyterum fieri juſſit. Cernens vero Deo plenus & Spiritu ſancto repletus Sacerdos Dei Waldebertus certatim undique catervas monachorum coadunari; cœpit de tam plurima multitudine, ſi forte ubi ubi poſſet, loca uberrima, ubi de ſuis monachis ad habitandum adunaret, exquirere. Audiens id Gundoinus ... miniſtros ad eum direxit, ut ad ipſum quantocius properarent. Tum B. Waldebertus abſque ulla ambiguitate ad ipſum Gundoinum accedit ... & cœpit lenibus verbis mulcere animum ejus, ut ſi vellet pro Dei intuitu, vel pro remedio animæ ſuæ, vel pro abſolutione peccaminum ſuorum, firmitatem de ipſis locis, manibus ſuis ſeu bonorum hominum manibus roboratam, exhiberet. Deinde Waldebertus cum timore

acceptat Grandem-Vallem.

AUTORE G. H. Dei & oratione Fratrum ad ipſum locum acceſſit, & invenit locum uberrimum ... hortans Fratres ſuos ut ibidem conſiſtere deberent. Accerſivit itaque ad ſe unum de Presbyteris ſuis, nomine Fridoaldum, de paucis monachis Domini Columbani Abbatis, admonens ut ad ipſum locum accedat ... Poſthæc cœpit Waldebertus, Sacerdos Dei, intra ſemetipſum tacitus cogitare, ſi poſſet reperire de ſuis Fratribus ex genere nobili, & ſacris apicibus vel litteris eruditum, in ſanctitate conſpicuum, qui ipſos monachos ſecundum tenorem regulæ gubernare & regere deberet. Quid plura? Deo jubente vel inſpirante, S. Germanus eligitur Abbas. Igitur venerabilis vir, Sacerdos Dei, cum ipſo Germano ad ipſum monaſterium Grandem-vallem veniens, cœpit eum cum ſuis monachis exhortari, ut nihil formidaret, ſed ut vir ſanctus lumbos ſuos accingeret ... Fratres vero exhortabatur, ut eos de ſua obedientia abſolutos reddat, & S. Germano, pro Dei intuitu, obedientiæ colla ſubmitterent: quod & fecerunt. Accepta igitur benedictione tria monaſteria, ſcilicet S. Urſicini, atque Verdunenſe, nec non & Grandis-Vallis in ſuo recepit Dominio. *Hæc excerpta ſunt ex Actis S. Germani, & in Notis ibidem explicantur.*

conſtituit S. Germanum Abbatem:

B 9. *Inter ſanctas filias ſpirituales S. Waldeberti merito cenſetur* S. Salaberga, *Abbatiſſa Laudunenſis: ex cujus Actis, Auctore coævo ad* XXII *Septembris dandis, ad regnum Dagoberti* II *filii Sigeberti ſtabiliendum aliquando ſumpſimus argumentum; modo ex illis excerpta de S. Waldeberto damus*: In Abbatis Euſtaſii locum, beatæ recordationis Walbertus in regimine Fratrum ſubuectus eſt, vir omnium famâ laudabilis, eximiæque ſanctitatis, & in Eccleſiaſticis diſciplinis non mediocriter eruditus, bonitate ac pietate caritateque præcipuus & doctrinâ exuberans ... Cum igitur egregia ſanctitatis opinio B. Walberti pene per univerſos Francorum terminos eximie pullularet, & ſolertia prædicationis ejus à Chriſto Domino, ſine quo nihil boni agitur, affatim feruefceret, eſſetque omnibus Deum colentibus gratus, & monaſteria virorum ac mulierum Chriſti ex ejus norma affatim conderentur; cernens S. Salaberga ſervum Chriſti militemque præclarum tot florere exemplis, virtutibuſque fragrare ſupernis, & aſſiduè velut è luporum faucibus ereptos ubique greges Chriſti adunari, eum ad propriam domum, ob benedictionis ab eo gratiam percipiendam, crebrius accerſitum, velut divinum munus ſibi à Domino fore conceſſum, C ovans ſuſcipiebat, verbaque ſalubria & animarum medelæ congrua haurire ex ejus melliſluo ore deſiderabat: flagrabatque inſtantiſſime animus, ut phaleramentis ſeculi poſtpoſitis ad virtutum culmen apicemque ſanctitatis valeret conſcendere ... Quid plura? Auctore Deo omnem ſpem ſuam poſt Deum beato viro committens, viro converſo, proliburque Deo ſacratis, Religionis veſte accepta, inito cum B. Walberto conſilio, cœnobium Puellarum in ſuburbio Lingonicæ urbis, in hereditate vel ſucceſſione paterna, conatur extruere ... ad quod opus peragendum venerabilis Walbertus ſolamen artificeſque ac viros induſtrios præbuit atque commiſit ... Dein cœpit cum viro Dei trutinare animo, non eſſe in eodem loco Puellarum cœnobium tutum ... & conſilio adepto cum præfato Walberto Abbate, qui ingenio & vigore ſagaci & natura bona in talibus præditus erat, quem poſtea comitem itineris & ſocium laboris habuit, elegit iter Chriſto duce ... & ad urbem Lugduni cum maximo apparatu & cum animabus à Deo ſibi commiſſis proficiſcitur ... & infra exigui temporis ſpatium coacervaræ in eodem loco ſunt vel monaſterio adunatæ plus minuſve trecentæ famulæ Chriſti ...

inter alia monaſteria condita,

S. Salabergæ juvat

in conſtruendo monaſterio,

& Laudunum transferendo,

Dum quadam nocte ſoporem caperet, in ſpecie venerabilis viri Walberti, utpote Angelus Domini D apparuit ei tertio, qui cingulum ejus de renibus abſtractum ſecum detulit: quod cingulum ulterius non comparuit, ſignificans ut opinor, quod in poſteritate ejus honor ſucceſſionibus accreverit. Qui, ut ipſa referre ſolebat, candore nimio fulgebat, & hac voce admiranda affatur feminam: O dulciſſima filia, præpara te ut accipias bravium & exitum præſtolare: quia & ego ex victoria tua cupio bravium accipere, quia centeſima ex hac die dies vocationis tuæ eveniet, ut laboris tui fructum, quem cum magno ſudore quæſiiſti, cum multiplicato fœnore in horreo Domini tui recondas. *Hactenus in illa Vita auctor coævus.*

eiq; per Angelum apparens indicat tempus mortis.

10 *Præterea* S. Frodobertus, Abbas Cellenſis *in Trecenſi ſuburbio, cujus Vitam dedimus* VIII *Ianuarii*, à ſuo Epiſcopo ad Luxovium cœnobium ſpiritalis profectus gratia directus eſt; ut religioſorum imitatione allectus, & ipſe in virtutibus creſceret, & regioni ſuæ poſtmodum ſanctitatis ac perfectionis exempla lucidiſſima reportaret. Præerat tunc ei cœnobio Walbertus Abbas, vir & religione inclytus & ſanctitatis opinione famoſus. Quo cum ex præcepto Pontificis perveniſſet, à ſanctis illius loci Patribus E gratia exultationis ſuſcipitur, atque in congregationis contubernum deputatur ... Erat eo tempore prænominatum Luxovienſe cœnobium in Gallicis regionibus pene ſingulare, tam in religionis apice quam etiam in perfectione doctrinæ. Qua ex cauſa plurimi, quibus in utramuis partem proficiendi fervor inerat, ad eumdem locum certantibus ſtudiis undique confluebant. *Hæc ibi, ubi etiam dicitur* quidam ex cœnobio S. Sequani Abbas, nomine Teudolenus, à Bertoaldo, Lingonicæ urbis Epiſcopo, eruditionis gratia illuc deſtinatus. *Sanctus etiam* Babolenus, *primus Abbas Foſſatenſis, an tempore S. Waldeberti, apud Luxovienſes monaſticam vitam exorſus ſit, quærendum erit* XXVI *Iunii: & plures alii ejuſdem temporis Sancti, in hujus operis decurſu apparebunt ex Luxovienſi diſciplina profecti.*

admittit inter ſuos S. Frodobertū, dein Abbatē Cellenſem.

Teudolenum ex cœnobio S. Sequani

S. Babolenū poſtea Ab. Foſſatenſem.

11 *Denique* S. Bercharius, *Abbas Dervenſis in Catalaunenſi diœceſi, & ante Altricullatenſis in diœceſi Remenſi, à S. Nivardo Remorum Epiſcopo ad S. Waldebertum circa annum* DCL *deſtinatus eſt.* Erat enim, *inquit Adſo Abbas Dervenſis auctor Vitæ S. Bercharii*, eo tempore in cunctis Galliarum partibus hoc Luxovienſe cœnobium cum multimodis rerum poſſeſſionibus, F tum etiam Divinæ venerationis cultibus nomen ſingulare habens, quod illic & diſtrictior inſtitutio & ſtudium ſapientiæ plenius haberetur ... Audita ergo fama tanti nominis viri religioſi illuc undecumque confluunt, ſe ſuoſque liberos plurimi certatim imbuendos offerunt: illud ante omnia ducentes permaximum, ſi vel poſt longævam probantis injuriæ tolerantiam, quodammodo admitti mereantur in Congregationem. Jam verò quis locus vel civitas non gaudeat ex beati viri (Columbani) diſciplina Rectorem habere Pontificem vel Abbatem? cum conſtet ex hujus virtute magiſterii pene totum Francorum orbem decretis Regularibus fuiſſe primum decenter illuſtratum. Bercharius itaque famulus Chriſti, ad altioris vitæ ſemper inſtitura conſcendere deſiderans, Pontificis ſui autoritate & gratia, celeri greſſu ad locum hunc pro voto properat, præfati Patris alacritate condignus approbatur, ſanctæ monachorum cohorti non tam corpore quam mente & actu ſociatur ... Cum vero jam Regularibus apprime eſſet diſciplinis edoctus, Divinæ militiæ in utramque partem armis præmunitus, in provinciam Remorum ad S. Nivardum Pontificem revertitur ... *ac Altovillari monaſterio*

S. Bercharii

Abbatem Alto-villarienſem

A *monaſterio conſtructo*, monaſticæ religionis viros religioſos aggregavit; & cuncta quæ huic Ordini commoda judicabantur, diligenter implevit. *Poſtea conſtruxit Dervenſe cœnobium, cujus primordia circa annum* DCLXV, *quo S. Waldebertus obiit, collocanda: in eoque S. Bercharium è vulnere obiiſſe anno* DCLXXXV, *tradit is, qui* Geſta S. Bercharii (quæ eatenus inculte exarata habebantur & abdita) comens lepore facundiæ, ſparſit totius Galliæ oris, Adſo Abbas Dervenſis, doctrina philoſophica ac vitæ probitate ſpectabilis, qui an. DCCCCXCII in itinere viæ Hieruſalem beatã animam tranſmiſit ad gaudia patriæ cæleſtis, *ut ſcribit Auctor Hiſtoriæ miraculorum S. Bercharii, ſimul cum dicta Vita à Nicolao Camuzato in Promptuario Tricaſſino editæ, & ab eo juſſu Brunonis Abbatis Dervenſis ſcriptæ. Fuerat hic Bruno Romæ à S. Leone* IX *ordinatus, & ejus nomine donatus, quia hic Papa ante Bruno nominabatur, mortuus anno* MLIV, *uti ad ejus Vitam* XIX *Aprilis diximus.*

& Dervenſem.

12 *Hic porro Auctor Hiſtoriæ miraculorum S. Bercharii, monachus Benedictinus, de Regula S. Benedicti introducta tempore regis Rodulphi (qui loco Caroli Simplicis rexit Francos ab anno* XXIII *uſque ad annum* XXXVI *ſeculi decimi) iſta ſcribit*: Regula ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti, adhuc inaudita hominibus Francorum Imperii, ſolertiſſima induſtria iſtius Principis jubar ſuæ claritatis plurimis infudit Eccleſiis. Qui vero ipſis temporibus qualecumque præferebant monaſticum ſchema, famoſiſſimi quondam Luxovienſis nominis ſeſe tuebantur conſuetudine aliquantula. Sed Rex prudentiſſimus... cœnobium Floriacenſe... corrigendum tradidit S. Odoni Abbati monaſterii Cluniacenſis. Glorioſus autem Abbas ... libellum Regulæ ejuſdem Patris primus eidem loco intulit. Tantæ rei celeberrima fama excitus Gauſlinus, Leucorum urbis Pontifex... ſupradictam quoque Regulam beati Patris ſecum deferens, primus urbi Tullenſi innovationem monaſtici oſtendit præpoſiti. *Horum exemplo Dervenſe cœnobium ordinatum eſt, &* proturbato Benzone Abbate, Monachis vero ſuis metu inviſæ Regulæ in diverſa fugientibus, Fratres adducti à monaſterio Tullenſi S. Apri ſucceſſerunt: qui memoriam ſuæ prudentiæ, noſtræ hactenus ætati oſtentant, etiam Eccleſiaſticorum voluminum ſagaci ordinatione. Sed quibus auctoribus intromiſſi, priores fuerint expulſi, ſuperſedi ſcribere; ne ineptę controverſiæ aliquando videar fomitem præbuiſſe. *Hæc auctor Benedictinus: qui addit* primum *tunc ibidem* claruiſſe Abbatem Albericum, monachum S. Apri Tullenſis, *cui ſucceſſit* Adſo. *De quo ſupra egimus. Quomodo vero dicitur* Regula S. Benedicti adhuc inaudita hominibus Francorum Imperii? *Nonne in Vita S. Salabergæ legitur, quod* per Galliarum provincias agmina monachorum ac ſacrarum puellarum examina ex Regula dumtaxat beatorum Patrum Benedicti & Columbani pullulare cœperunt? *Potuit hoc ſcriptor iſte ignoraſſe: potuit in ſuo exemplari habuiſſe,* ex Regula dumtaxat beatiſſimi Patris Columbani: *utrum credibilius ſit, penes alios indicium eſto; ſolum indico agi in illa Vita de* Luxovio monaſterio, *ejuſque* Abbatibus Columbano, Euſtaſio, Waldeberto; *&* non vult inficiari *Mabillon* in veterrimis inſtrumenti reperiri errata, librariorum audacia inducta: *id num hîc factum non ſit & S. Benedicti nomen temere adjectum ad nomen S. Columbani, inquirant alii.*

in hoc monaſterio Regula S. Benedicti aſſumpta ſec. 9.

B

C

VITA

Auctore Adſone, Abbate Luxovienſi.

Ex MSS. & Actis Benedictinis.

PROLOGUS.

1 LUxovienſium Cœnobitarum ſacræ concioni, Adſo, qui & Hermiricus, nomine Abbas non merito vocatus, perpetuam in Chriſto Domino ſalutem. Conſideranti mihi ac ſæpius ore ac mente revolventi, quid utilitatis & commodi loco conferrem, in quo à parentibus traditus, primævi tirocinii juvenilia rudimenta inter dubia Pythagoricæ litteræ bicornia peregiſſe memineram; illud potiſſimum occurrit, ut ad reparandam ſuccedentium ſolertiæ præteritarum rerum memoriam, ea quæ per egregios Chriſti Domini Confeſſores, ſexcentorum ferme Monachorum Luxovienſium fundatores atque rectores, Euſtaſium videlicet atque Waldebertum, etiam noſtra ætate geſta eſſe divina gratia noſcuntur, ſtylo commendarem. Nam inter illa quæ jam transierunt, & ea quæ ventura ſperantur, profundæ caliginis quaſi quodam nubilo interpolante, humana perſpicacia liberam notitiæ non poteſt habere facultatem; niſi exterius litteralis induſtriæ traditione juvetur, per quam ea quæ curſus anterior abſorbuit, præ oculis adducta, quaſi præſentia cenſeantur. Cujus rei ſtudio nos provocante, manum miſimus, ut ea, quæ ad honorem Divinæ majeſtatis geruntur, quatenus noſtra ſcientia contingere potuit, torporis ignavia non lateant: præcipue cum eos nobis Divina providentia tamquam ſpecialis dono privilegii Patronos deſtinaverit, quorum præſens ſuffragium nos muniret, miraculorum virtus clarius illuſtraret. Sed cum laudamus viros glorioſos in vita ſua, nequaquam illum prætermittimus, imo cunctis omnibus proponendum recta fide cenſemus, per quem hæc omnia eos promeruiſſe & obtinuiſſe non dubitamus, qui eſt glorioſus in Sanctis ſuis, & admirandus in cunctis operibus ſuis. Ea itaque quæ iidem præfati Patres vel in vita, vel certe quæ paullo poſt diſceſſionis ſuæ tempora operati ſunt, nequaquam tangimus: ſed quod poſt longe ſuccedentis ætatis excurſum, nobis ſcilicet intuentibus, divina clementia per eos declarare voluit, ex pluribus quæ memoriæ mandari potuerunt, ad exhibendam tenacius tantorum virorum reverentiam non tacemus. Nam ſi quis eorum geſta plenius noſſe deſiderat, eorum actus qui voluminibus propriis ab exordio rerum geſtarum latius continentur, diligentius inquirat, ubi perfacile inveniri poterit, quantis & qualibus virtutum uterque eorum inſignibus clareſcat.

Profitetur auctor quod ad memoriam poſterorum

præcipue velit ſcribere res ſui temporis:

cum vitæ actæ jam olim, ſat ſcriptæ ſint;

E

F

2 Suſcipiat ergo veſtra ſancta Paternitas hoc noſtræ devotionis opuſculum: quæ etſi imperitos nos facundiæ lepore conſiderat, tamen dediſſe nos operam cognoſcat, ne ad glorificandam divinorum operum magnificentiam noſtra ignavia torpeſcat. Ita tamen iſta proſequimur, ut ſi vel rectius vel facetius ad explenda hæc ſcriptorum quilibet emerſerit, ſi quis ex his laudis ſeu mortalis nobis honoris fructus provenire poſſit; libenter nos hoc profitemur carere privilegio, dum ſolummodo nos loco cedimus, ſi alter potior vel facundior ſubrogetur: tantum pernoſcendæ materiæ viam oſtendiſſe ſufficiat. Nec nobis merces laboris, ut ſperamus, à Domino fruſtrabitur, ſi vocis facultas defuerit, cum promptus extiterit noſtræ devotionis affectus.

nec recuſare ſi quis eadem cultius efferre velit.

AUCT. ADSONE AB. EX MSS.

CAPUT I.

De Vita & obitu S. Valdeberti : viventis miracula.

S. Columbano Luxovio pulso,

3 IGitur poſtquam beatiſſimus Pater Columbanus, ut liber hiſtoriæ de vita & virtutibus ejus ſcriptus indicat, ſub Rege Francorum *a* Sigeberto, patriæ Hiberniæ finibus exul Burgundiam aggreſſus, locum ſibi ſpecialiter delegerat, cui ab antiquo **Luxovium** (ut illic legitur) nomen erat; tantam à Domino efficiendorum operum gratiam eſt conſecutus, ut in eo loco ſignis & prodigiis præeuntibus, ſexcentorum ferme monachorum in brevi multitudinem, diſpoſitis per loca ſibi exigua (ut uſque hodie cernitur) agminibus, aggregaret. Quibus in omni ſanctitate, ſapientia, doctrina & religione optime inſtitutis, ita ut longe lateque per urbes vel monaſteria ex diſciplinæ beati Patris Columbani diſcipulis Paſtores eligerentur & Rectores; inſtigante diabolo, ab impiiſſima Brunechilde Regina expulſus *b*, egreſſus à Luxovio Italiam petiit, Bobienſe monaſterium magnifice condidit: in quo tandem multis miraculorum ſignis clarus beato fine *c* quievit. Cui ad regendam Luxovienſium monachorum congregationem, beatus Pater *d* Euſtaſius providus gubernator ſucceſſit: qui nobiliori *e* Lingonenſium genere exortus, prædeceſſoris ſui in omnibus inſtituta ſectatus, æque ſapientia & ſanctitate ubique locorum fama & virtutibus notiſſimus, migravit ad Dominum, in eodem loco corpore tumulatus.

a

b

ſuccedit S. Euſtaſius.

B

c d e

huic S. Walbertus

4 Cui in regimine Sanctus ſucceſſor extitit Walbertus: qui videlicet vir in vita ſua glorioſiſſimus, licet poſterior fuerit ordine, non tamen inferior extitit meritorum qualitate: cujus quoque annos adoleſcentiæ in armis tradunt primum excellentiſſime floruiſſe. Qui ſcilicet cum eſſet inclyta proſapia clariſſimus, in pago qui vulgo *f* Pontivus dicitur, honoribus & rerum dignitate juxta natales ſuos ditiſſimus; tamen ſub rebus ſeculi regni non immemor æterni, ſectabatur ſedulus opera miſericordiæ, agens quæ Dei ſunt, non quæ hominum. Qualis autem & quanta in eo ſub illo militari habitu bonorum operum virtus effulſerit, ſermo nullus explicare ſufficit: cum in ceteris quampluribus, tum etiam in his intentiſſimus, ſcilicet algentes veſtire, inopes alere, imbecillibus præſtare ſolamen, pauperes recreare, refovere mœſtos, ad pacem revocare diſcordes. Sic miles optimus, inter faſces conſtitutus & arma, perituris præponens ſemper æterna, ſedula verſabat cogitatione, quod poſtea devotus complevit opere. Cujus quidem ſub illo bonorum exercitio initium ſignorum hoc referunt extitiſſe.

f

etiam in ſeculo nobilis & erga pauperes benevolus:

C

5 Intra fines Franciæ, in pago videlicet Meldenſe, famoſi vicus eſt nominis, priſco nomine *g* Nant vocatus, qui ſcilicet vicus ſibi à progenitoribus jure hereditario competebat; ortu quoque ejus & puerilibus incrementis hic locus uſque in præſens admodum habetur inſignis. Ad laudem etiam ejus nominis fons illic exoritur memorabilis, ex quo perfuſa turba popularis, lætiora ſe arbitratur ad ſua referre, ob memoriam beati viri, lucra incolumitatis. In hoc itaque, ut diximus, vico, ſui juris ager latiſſimus fuerat & fœcundus. Nam cum in aliis vir iſte feliciſſimus, tum quoque rebus pollebat: & hunc quoque agrum anſeres agreſtes, quas à candore vel ſonitu vocis more ruſtico *h* gantas vocant, agmine collecto frequenti ruptione ab ipſo jactu ſeminis & ſationis incremento vaſtabant. Miniſter indignatus, cum eas nulla vi inde poſſet abigere, familiare damnum domino procurat intimari. At ille imperans, Vade, inquit, citius, & ordine pedeſtri numero integro ſubſequens reclude eas domi. Mox ſervo præcedente videres mœſtas volucres, mirum in globum, depoſita feritate, colligi; ac pro jubentis nutu, certo tramite, quo ducebantur tectum ſubintraſſe. Ita jam triduum aves illæ ſine cibo agentes, beati viri tandem indulgentia relaxantur, dempta ſcilicet una de numero ceterarum, quam unus è familia furto ſublegerat, & ſibi male conſcius in eſcas vorax temerator abſumpſerat. Illæ tamen volucres ſolutæ de carcere, elato in altum gemitu, clamore replentes aëra, tecta circumvolant, atque in aures ſancti viri damnum ſociale reſolvunt. Qui mox cauſam intelligens, depoſitum inquirit, pœnas juſſiſſe debitas pro crimine *i* profitetur, non neces intuliſſe. Præſumptor ut furti reus, pudore deprehenſus, plumarum [reliquias] quas forte ſubduxerat ac quæque reſidua profert in medium. Ita vir ſanctus, facta oratione exanimem reparans, reſtaurato numero ſinit abire lætantes, numquam poſt hæc infra agrum illum irruptionem facere præſumentes. Hæc ergo jam tunc Dominus in ſervo ſuo dignabatur oſtendere, quem diſponebat poſtmodum ſancto illi Luxovienſium monachorum gregi paſtorali auctoritate præficere. Qui etiam ſi ſic in minimis laicus potuit, quanto magis in maximis credendus eſt ſub ſancto habitu valuiſſe?

g

Nantinatus, ubi habet fontem ſui nominis celebrem:

h

D

anſeres ſilveſtres ad ſe addaci jubet:

i

& earum unam occiſam reſuſcitat.

E

6 Hinc jam cum ad altiora tenderet, ſeculo omnino renuntiare deſiderans, Dei nutu ac beati Patris Euſtaſii conſultu, Luxovienſe monaſterium, quod præ ceteris eo tempore regulari ordine diſtrictius copia rerum & numero monachorum excellentius præpollebat, devotus expetiit: ac traditis rerum ſuarum illic, quæ per diverſa loca ampliſſime poſſederat, prædiis; armiſque depoſitis, quæ uſque hodie in teſtimonium ſacræ militiæ ejus in eo loco habentur; ſervorum Dei numero adiit ſociandus. Qui ſanctæ converſionis gratiam tanta eſt perfectione adeptus, ut etiam ſancto Spiritu illuſtrante ſigna virtutum oſtenderet, cum in alterius diſpoſitione conſiſteret. *k* Monſtratur adhuc denique locus, duobus à monaſterio millibus diſparatus, ſub ſaxo quidem præeminenti concavus, aqua vero è terra prodeunte blandius irriguus, ubi cellulam ſibi referunt ſtatuiſſe, ac contra vel carnis vel antiqui hoſtis tentamina non parvo tempore ſingulariter decertaſſe.

Euſtaſii monitis Luxovium ſe recipit:

k

ſolitarius vivit:

7 Præterea Pater Euſtaſius (ſicut ſupra prælibavimus) ſignis & virtutibus quampluribus (ut in deſcriptione actuum ipſius ſufficienter legitur) comprobatus, cum palma bonorum operum, Domino vocante, cæleſte capitolium ingreditur coronandus. Qui etiam poſt ſacram beati Petri Apoſtolorum Principis aram, intra mœnia principalis eccleſiæ, quam ipſe cum Patre Columbano condiderat, magnificam (ut par erat) ſepulturam retentat. Nec patitur divina providentia ſacrum ovile rectore deſtitui. Nam in illo Sanctorum collegio cum forent plurimi, quos & ſapientia & vita commendarat; tamen univerſi, pari voto parique conſenſu, Waldebertum, virum æque ſanctiſſimum, loco Patris decedentis decernunt, ac loci Rectorem conſtituunt, certi de ejus virtute & meritis: quæ etſi in eo poterant augmentari, nulli dubium quin poſſent fixa deliberatione moveri. Nihil enim à priſtino vigore agens remiſſius, exquiſitis arctioris vitæ ſe diſtrictionibus coërcebat. Si quid vero in rebus vel ceteris utriuſque vitæ commoditatibus tempore illorum duorum Patrum, Columbani videlicet & Euſtaſii, imperfectum reſtabat; hic Paſtor beatiſſimus Waldebertus omni induſtria ſupplevit, auxit, & ad unguem perfectius elimavit. Villas quoque & prædia copioſa, traditione publice facta, in uſus monaſterii contulit: inter quæ vicum quoque, quem ſuperius Nant vocatum

Euſtaſio ſufficitur:

F

rem optime gerit.

vocatum diximus, genuinum videlicet ejus ſolum, cum membris adjacentibus ſub interminatione tradidit; ut qui eum à loco auferret, æternæ maledictioni ſuccumberet. In pago quoque *l* Tarnenſi vicum Herlerum nomine, cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſeu quidquid in Pontivo ſolido jure poſſederat, obtulit: & omnium rerum ſuarum Beatum Petrum Apoſtolum in perpetuum heredem eſſe conſtituit. Inter cetera quoque ejus donaria contulit etiam pretioſiſſimæ gemmæ poculum, ex uno topazio, miro modo guttulis aureis (ut ejus eſt natura) interlitum; interpoſito anathemate, ut quiſquis quacumque occaſione exinde illud ſubtraheret, vel ſubtractum auſu temerario retinere tentaret, cum diabolo & angelis ejus æternis flammis in perpetuum cruciandus adeſſet, ſalva quoque auctoritate Francorum Regum & Procerum, qui uſus admodum eo tempore ferebatur.

Nicetio Epiſcopo familiaris:

8 Sancto *m* Nicetio Epiſcopo, magnarum virtutum viro, familiarius adhærebat; interpoſita utriuſque conditione pacti, ut quis eorum primus Domino vocante rebus humanis excederet, alter ſuperſtes locum ſibi ſepulturæ competentis ordinaſſet. Quod & ita contigit. Nam cum per quadraginta annorum ſpatium glorioſus Confeſſor Domini Waldebertus locum ſibi delegatum, omni virtutis genere optime diſpoſitum, augeret rebus & numero Deo ſervientium; multis miraculorum virtutibus adornatus, migravit ad Dominum VI Nonas Majas; ſupernorum civium ſocius & conſors effectus, & ad januam perpetuæ jucunditatis feliciter introductus. In cujus obſequium funeris confluentibus undique fidelium turmis, in *n* Eccleſia B. Martini, quæ eſt conſtructa ex latere monaſterii in parte aquilonari, compoſita à ſancto Nicetio Pontifice poſt aram crypta opere mirifico, Domino diſponente, digniſſima ibidem conditus eſt ſepultura.

moritur 2 Maji

n ab eo ſepultus:

Corpus ejus præſidium maximum contra Paganos.

9 In quo videlicet loco, poſt glorioſum vitæ ejus exceſſum, ad honorem divini nominis plurima ſunt oſtenſa miracula, cum cæcatis vultibus viſus redditur, claudis rupta nervorum compagine greſſus reſtauratur, infirmis adſpirat ſanitas, à membris ægrotantium pellitur inviſa debilitas, mœſtis ſolatia, adverſis decidentibus præſtantur beneficia: inter quæ etiam divina ſunt virtutis commercia. Id certa ratione prior ætas dicitur comprobaſſe, quod exhibita pio debito jacenti honoris reverentia, quamdiu manu hominis [intacta] extiterat ſacri corporis ſepultura, nec pravitas infidelium, nec ulla illic prævalere potuerit ſæva irruptio Paganorum. At poſtquam, ſeu ob paucioris præconii meritum, ſeu etiam aliquo compellente caſu ſupervenientium rerũ, ſumpta inde reverendi corporis oſſa alterius templi ſunt illata ſacrariis; nec nocitura impietas perverſorum, nec defuerunt ſtrages & infortunia crudelium nationum. Tum etiam longe poſt *o* Pagani ſubito illuc irrumpentes, omni conamine niſi fuerunt monaſterium incendere: ſed reliſi manifeſta Dei virtute, incaſſum viſi ſunt ſua incendia admoviſſe: quo etiam tempore, ut poſt dicetur, nonnulli monachorum à Paganis inventi ſunt interempti.

ſucceſſores Ingofredus

& poſt alios Mellinus.

10 Decedente itaque ab hac vita (ut prefati ſumus) Waldeberto Paſtore beatiſſimo, ſanctus Ingofredus, omni virtutum genere conſpicuus & perfectus, loco ejus eſt ſolenniter ſubrogatus. Deinde prolixa plurimorum temporum ſerie decurrente, in illo candido nivei monachorum agminis conventu, Patribus (ut in catalogo eorum facile eſt inveniri) ſibi invicem ſuccedentibus, nec paſtoralis auctoritas defuit, & temporalis ſubſidii copia uſque ad ultimum eorum Abbatem, nomine Mellinum, proſpera perduravit. Hæc nos ſiquidem, quaſi per præoccupationem materiæ breviter prælibantes, cum nobis propoſitum non fuerit præteritorum temporum acta replicare; his omiſſis, ad noſtræ ætatis tempora, ſicut ſumus polliciti, redeamus.

AUCT. ADSONE AB. EX MSS.

ANNOTATA.

a *Hallucinantem in his Ionam, auctorem Vitæ S. Columbani ſequitur. Nam* Sigebertus *ſolum Auſtraſiorum Rex fuit, anno 575 occiſus, & iſtius ſui regni heredem reliquit* Childebertum. *At Burgundionum Rex tunc fuit* S. Gunthramnus *mortuus 28 Martii an. 593, cui ſucceſſit dictus* Childebertus *mortuus 596, huic porro ſub tutela Brunechildis aviæ ſucceſſerũt filii* Theodoricus *apud Burgundiones &* Theodebertus *apud Auſtraſios. Arbitratur vero Ionas regnum Burgundionum ad Sigebertum, & dein à morte ejus ad filium Childebertum pertinuiſſe.*

b *Anno 610.*

c *21 Novembris anno 614.*

d *Vitam dedimus 29 Martii, quo mortuus eſt anno 625.*

e S. Euſtaſii *avunculus, ſive patruus, traditur fuiſſe* Migetius, *ſive* Metius *Epiſcopus Lingonenſis, creatus ſub annum 595, mortuus circa annum 618.*

f Pagus Pontivus, *ſeu* regio Pontivenſis, *vulgo* le Ponthieu *in Picardia Occidentali, inter Somonam & Anthiam & Altiliam fluvios, ab Ambianenſium finibus uſque ad Oceanum, in cujus meditullio eſt* Centula, *nunc* oppidum S. Richarii, *uti ad hujus Vitam 26 Aprilis latius dictum.* Nantum *infra num. 14 iterum dicitur ejus natale ſolum, Mabillono oppidum* Nantogilum, Nantueil, *quod è Burgundia Matronam prætervectis obvium eſt, ubi hactenus Prioratus eſt Ordinis Cluniacenſis.*

h *In Vita S. Wereburgæ Virginis 3 Februarii num. 10,* agros depopulabatur infinita aucarum, quas gantas vocant, multitudo: *quas ſimili modo S. Wereburga adduci fecit, & unicam furto ablatam redeuntibus reſtituit: addit Malmesburienſis eam comeſtam revixiſſe, quod minus probavimus. Sunt autem* aucæ *anſeres, Anglis* Gante, *Belgis* Ganſe.

i *MS. Bertinianum,* profertur.

k *Tradit Mabillon,* cerni ad hunc uſque diem, haberique in ſpelunca ſacra rigidum ſaxum, jacenti homini aptatum: in quo febricitantes ſæpiſſime ſanitatem recipiunt.

l Tarnenſis, *ſeu* Ternenſis pagus *ſeu Comitatus, vulgo* le pays de Ternois, *ubi* vicus Herlerus *vulgo* Herly *in Comitatu S. Pauli, eſt teſte Malbranco lib. 4 de Morinis cap. 6, in ditione urbis* Taruanæ *ſeu* Teruanæ *metropolis Morinorum, an. 1553 exciſæ, quæ proprium à Ternenſi Comite dicitur habuiſſe Comitem.*

m *Vitam* S. Nicetii, *Epiſcopi Veſontionenſis, dedimus 8 Februarii; ejuſque ſucceſſoris* S. Protadii, *10 Februarii. Verum cum ille exceperit S. Columbanum, & iſte ſub Chlothario fuerit Epiſcopus; plane arbitramur loco* Nicetii *ſubſtituendum eſſe* Migetium, *qui præerat dictæ Eccleſiæ, cum* S. Wandelbertus *moreretur.*

n *Extat etiamnum, eſtque paræcialis in medio oppido.*

o Saracenos *intelligit Mabillon, quorum incurſiones tempore Caroli Martelli in Gallias notiſſimæ ſunt. Quidni potius* Normanni, *à quibus interempti ſunt monachi ut hîc inſinuatur, & infra num. 13 refertur, quod factum anno* 888.

CAPUT II.

Abbates à temporibus Ludovici Pii. Reliquiæ S. Waldeberti ad varia loco delatæ. Miracula patrata.

11 POſt memorabilem *a* Caroli Magni & glorioſi Imperatoris obitum, orta fuiſſe dicitur inter quatuor Reges diſſenſionis magnæ controverſia, Caro-

AUCT. ADSONE AB. EX MSS.

Carolum ſcilicet & *b* Pippinum, Lotharium quoque & Ludovicum; rixantibus quoque & vi magna inter ſe decertantibus, cui eorum ſolius regni dominatio Franciæ ſpecialius obveniret, quod jam quidem germanus eorum junior Carolus, nutu patris decedentis, ſingulariter acceperat. Quæ fraternæ litis impietas cum nulla poſſet ratione revinci, eo uſque deducta eſt, ut convocatis utrimque regnorum cohortibus, diſpoſitis bellantium cuneis, *c* in fraternas acies vexilla ſolverentur. In qua acie Lotharii fugiente exercitu, juvante *d* Warino Burgundiæ Duce potentiſſimo, Carolus victoriæ ſigna reportavit, ac ſic Regnum Franciæ, diviſis in ceteros regnorum partibus, ſolus accepit. *e* Drogonem vero quintum, æque regnandi avidum, qui clariſſimæ (utpote ex eodem genere) videbatur eſſe indolis, in Clericum attondent, ac in ſede Mettenſis Eccleſiæ Pontificem conſtituunt. Hunc etiam ad amplioris ſupplementum honoris *f* Luxovio Paſtorem præeſſe decernunt. Quem ille locum acceptum ita ſtrenue poſt priorum ſtudia & potentiſſime gubernavit, ut aucta rerum copia, quindecim manſorum millia ſuo tempore recenſenda viderentur. Hic interdum ille ſolito commoratus, dum amœnitate locorum fruitur, Lignonem vicinum fluvium gratia piſcandi aggreſſus, dum piſcem immanem ſequitur, aquis lapſus ſubito *g* præfocatur, Mettiſque delatus in ſan&i Arnulfi Confeſſoris Chriſti Eccleſia tumulatur. Poſt hæc tempora *h* Ludovicus, cognomento P ius, in Francia Papa Stephano coronante Imperat r efficitur. His diebus per plurima monaſteriorum loca regularis Ordo defecerat, & rerum temporal am adminiſtratio quotidianis malorum caſibus deperibat. Hic tamen frequentius ſynodalibus Conciliis ſtatum Eccleſiarum in priſtinum pro viribus reparabat.

c in fraternas acies vexilla ſolverentur.
d Item ſed inverſo ordine Abbates Drogo,
e
f
g
h

Anſegiſus, 12 Ea tempeſtate Luxovienſium quoque dignitas inter cetera, priſtino rigore tabeſcente, jam pæne vacillabat. Quod Cæſar Ludovicus expertus, *i* Anſegiſum, virum digniſſimum, comptum moribus & ſapientiæ decore præpollentem, loco præficit in Paſtorem. Hic collapſa reparat, diſperſa recolligit, ſitum eccleſiæ longius extendit, circumpoſitas officinas amplioribus ſpatiis atque altioribus muris exporrigit, parietes quoque eccleſiæ cum ceteris ornamentis pulchra varietate depingit. Capitula ſiquidem Regum Francorum, quæ diverſis fuerant acta Conciliis, excepit, & uno volumine contineri fecit. Cumque inter regni Proceres Francorum Regibus gratus eſſet; juſtis & piis operibus intentus, vitæ finem fecit; & illic ubi ſpatioſius eccleſiam extenderat, dignam accepit ſepulturam.

i
C

Fulbertus, 13 Fulbertus quoque, vir quidam illuſtris, procedente tempore in eodem loco conſtituitur: qui etiam Sanctorum Oratoria inter duo monaſteria pulchro ſatis decore compoſuit, rebuſque decentibus adornavit. *k* Poſt hæc longe Paganis (ut prædixmus) irruentibus, monachis fama terroris ſubiti per diverſa reptantibus, Gibardus vir genere & doctrina clariſſimus, qui Paſtor monaſterii & Abbas eo tempore fuerat conſtitutus; dum longius ad alias partes fuerat digreſſus, *l* Paganorum ſagittis confoditur, atque in loco qui Martini-villa dicitur, ſepelitur. *m* Tetelmus quoque, monachus honorabilis inter ſuos, non longe à monaſterio inventus eſt cum aliis quibuſdam interfectus. Hinc jam uſque ad hæc noſtra tempora Paſtoribus decedentibus, *n* Richardo magno Duce Burgundiæ, dum inviſi tyranni paſſim cœpiſſent emergere, ac ſeſe invicem mutua ſtrage collidere; Eccleſia Dei confunditur, jura rumpuntur, legum ſtatuta violantur, poſſeſſiones Eccleſiæ pervaduntur, & ab impiis undique rapiuntur: ſacris non eſt reverentia locis, ſed prævalente nequitia impiorum, totus pariter concidit honor religionis: quod nimirum habitatores Luxovienſis cœnobii, peccatis exigentibus, pleniter ſunt experti: nam villas & poſſeſſiones eorum in hereditatem ſibi diripuerunt manus alienorum. Cumque Rex non eſſet & Judex, qui veræ intuitu juſtitiæ huic impiorum pravitati vellet ex toto reſiſtere; compulſi ſunt quamplurimi Clericorum, contra temerariam audaciam diripientium, ſuorum pignora circumferre Sanctorum; ut quos poteſtas humana non compeſceret, virtus oſtenſa divine coërceret. Inde eſt quod loci hujus incolæ, alibi fiduciam non habentes, contra nequitiam perverſorum, S. Waldeberti ſui defenſoris, latis corporis ejus pignoribus, ſoleant inferre virtutem: ut qui quondam temporalis militiæ ſacramenta ſervaſſe viſus fuerat, ipſe quoque inter caſus ſuorum fidelium pius propugnator adſiſtat. Cujus rei experimentum ſe ultro ingerit, ſi conſideretur virtutis ejus potentia, quam frequenter oſtendit.

i Anſegiſum, virum digniſſimum, comptum moribus & ſapientiæ decore præpollentem, loco præficit in Paſtorem.
k Gibardus à Normannis occiſus cum nonnullis monachis,
l
m
n in Galliarũ infelice ſtatu.

D

Reliquiæ Sanctorum circumlatæ.

14 Villa marinis littoribus contigua, quæ ſuperius Herlerium eſt vocata, tyrannorum vi ſublata fuerat. Monachi ancipiti in diſcrimine poſiti, S. Waldeberti protectoris ſui ſuffragium expetunt, ſanctorumque pignorum ejus glebam ſibi imponentes, per fines Franciæ illuc iter intendunt. Quibus abeuntibus ſubito Maternæ fluvius obvius occurrit. Quem cum tranſmittere cupiunt, plurima præcedente turba populorum, ſacri pignoris gleba citra littus conſtiterat. Monachi in articulo poſiti quid facerent neſciebant. Mira dicturus ſum: mox navis divino impulſu à remige illuc abſque humano juvamine ſponte perducitur, quà ſancti corporis gleba tenebatur. Mirati comites, tanta facilitate fluvio tranſducti ſunt, quantam eatenus numquam fuerant experti. Hinc itaque procedentes, paullo poſt ad prædium perveniunt Nant ſuperius memoratum: ubi videlicet ipſe & vitæ exordium temporaliter ſumpſerat, & quibuſdam miraculorum ſignis vivens illuſtrarat. Hic comperta corporali ejus præſentia, dici non poteſt, quanta utriuſque ſexus illuc confluxerit populorum frequentia. Inter quæ, ob beneficiorum ejus gratiam, cum diverſa donorum munera cum gleba ſancti viri inter frondes arborum præturba irruente decernerent appendi, quoddam ligneum poculum à quodam contigit offerri. Hoc unus è famulis ſervandum acceperat: quod cum quidam laſcivus juvenis & petulans ab illo peteret ſibi dari, cum forte videretur indignus promereri; ille, exempto enſe, viri Dei obſequio deditum gladio niſus eſt appetere. Cumque in eum libraſſet ictum, ſubito ferientis dextera ligatur in aëre. Sic ille ſine patibulo cælo ſuſpenſus amens redditur, ſenſu confunditur, fixus tellure tenetur: nec prius potuit ſibi reddi, quam oratione illorum, quibus nociturus venerat, mereretur abſolvi. Ita plurimorum pectora terror perſtrinxerat hujus facti. Denique hîc aliquantiſper à populo detenti, reſumunt iter quod cœperant; ad Herlerum veniunt, quo tendebant. Inſurgunt undique injuſti pervaſores, volentes eos à finibus repellere, quos ſui diſpendio cernebant adveniſſe: ſed ſancti viri virtus terrore mentes edomat impiorum, & ſuis reformat domeſtica prædia, quæ alienorum factionibus fuerant direpta. Ita, licet cum labore, rebus compoſitis, cum ſacris pignoribus monachi obſequentes, lætiores redduntur propriis laribus.

S. Waldeberti corpus

E

nave ultrò accedente defertur ultra Matronam.

Malevoli dextera in aëre ſuſpenſa manet.

F

15 Vicus eſt iterum non ignobilis, Provincherias ſuo vocabulo dictus, pene viginti millibus à monaſterio diſparatus: quem videlicet vicum quidam miles pervaſerat, inter ſuos nominatiſſimus.

Invaſor bonorum

Ad

A Ad quem anguſtia imminente, quia deerat ſuffragium terreni defenſoris, ſancti viri glebam imperabat neceſſitas deportari. Qua in eccleſia illic propria collocata, miles indignatus cœpit furere, iraſci, Sancto derogare, bacchari, & inſanire, affirmans res eccleſiæ ditioni ſuæ libere ſubjugare. Denique cum quadam die, tumidus & elatus equo ſpumanti, per ſubterpoſitum eccleſiæ campum ſolutis habenis curſu ferretur præpeti, crure fracto equus in præceps concidit: ipſe vix caſum evadens, in proximo à milite interfectus, villam uſque in præſens S. Petro libere poſſidendam reliquit.

equi crure fracto interficitur.

16 Alio quoque tempore Rotbertus quidam, miles viribus potens & opibus, cum nepote Berardo in pago Divionenſi, Caciacum villam aprime viniferam; Hubaldus verò, Moliſiacum in pago Belnenſi, res videlicet Luxovienſis eccleſiæ, ſatis iniqua dominatione poſſidebant: quare monachi cum Principibus Burgundiæ ſæpius conqueſti, prævalere non poterant. Inito igitur *o* Letoldi Comitis conſultu, eo tempore quo Rex Lotharius, pulſa obſidione Burgundiorum, ſub ditione ſua *p* Divionenſe receperat caſtrum; monachi notum repetunt ſuffragium, S. Waldeberti pignus venerabile illuc conſtituunt deferendum. Quo cum perveniſſent, medio villæ tentorium competenter cum ſacro loculo ſtatuunt: cum repente hoſtes armati ferro & animis, Berardus videlicet cum ſuis, advenientes quidem cum ſuo Defenſore non audent contingere; villam tamen ſolito more corripiunt, familiam male opprimunt, alimentorum ſumptus copioſius ac durius exigunt: ſicque cibo rapaciter & vino perfuſi, monachis inedia laborantibus, nocte irruente, ſopore membra protenſa reſolvunt. Ecce ſubito noctis medio, eorum princeps, Berardus videlicet, febre corripitur, morbo dyſenteriæ membra torquentur, fluxu ventris undique coarctatur: vixque auroram præſtolatus, monachos adit, ante præſentiam Sancti corruit, reatus ſui pœnitentiam agit: ſicque indulta ſanitate, villa Caciacus ex tunc & nunc alieno eruitur poſſeſſore, domini proprii potitur libertate.

o

p

B

Berardus raptis villæ bonis

dyſenteria correptus, emendatur,

17 Hubaldus verò miles, licet in rebus ſanctuarii avidus, alias tamen vir probus, & ut armis ita etiam moribus modeſtus, quem in pago Belnenſis provinciæ apud Moliſiacum villam monachorum vini & frugum reditus diximus ſubjugaſſe; viſis hujus Sancti virtutibus territus & miraculis, in reliquum, licet nolens, poſſeſſionem ſuam eccleſiæ dereliquit.

& ejus exemplo Hubaldus,

C 18 Alio poſt hæc tempore iidem monachi in pago Alſgodienſium, tyrannorum infeſtatione prorumpente, quarumdam rerum ſuarum fuerant diſpendia paſſi. Hac perurgente neceſſitate, eas, habita deliberatione, decernunt partes adire, habentes ſecum fidei tutamina, ſacra videlicet Reliquiarum pignora ex membris *q* S. Euſtaſii, necnon S. Waldeberti, Confeſſoris Domini glorioſi. In quo itinere, non longe à monaſterio, apud villam quæ S. Mariæ dicitur, primum ſunt hoſpitati. Deinde locum qui Campaniolas vocatur aggreſſi, quarto demum die illuc perveniunt, quo fuerant malorum improbitate provocati. Erat in illo comitatu non parvus numerus tam ex monachis quam ex miniſtrantibus, cum quibus ierat Abbas & Epiſcopus, nomine *r* Aaloncus. Pervenientes itaque ad locū deſtinatum, quia alibi locus aptus nō fuerat, in prato quodam, quod eis contradicebat, ſuper unius quercus abſciſſæ truncum [arcam] ſtatuunt. Ad famam igitur tantæ novitatis pluribus concitatis, cerneres promiſcui ſexus infinitam populorum multitudinem illuc repente confluxiſſe. Non ſolum ex vicinis. ſed ex longinquis partibus, locis, villis, & oppidis mirum in modum conglobati omnes conveniunt: ac mox campum replentes, una voce, conſona devotione, omnipotentis Dei nomen & S. Waldeberti cuncti invocant, ſuis incommodis opportuna ſuffragia petunt. Ut autem declararet divina poteſtas Sanctorum ſuorum etiam corporale adeſſe beneficium, fit ſubito tantus de cælo ſtrepitus, tantus terror, ac in modum tonitrui concitati ſonus vehemens; ut terra, ſicut eis videbatur, tremente, vix præſentes populi ſupra pedes conſiſterent, ac quiſquis illorum qua parte eſſet conſtitutus neſcirent. Illi attoniti, & de ea re quæ acciderat nimium pavefacti, poſtquam virtute reddita ad ſemetipſos ſunt reverſi, (mira dicturus ſum) videres avem, in figura columbæ, per ſerenum aëra de ſublimibus deſcendiſſe, ac blando volatu ſuper loculum ſanctum familiariter circumvolaſſe: quæ deinde, expleto curſu, cæli ſecreto recipitur, quo manifeſte adveniſſe probatur. Hinc virtus utriuſque Sancti cœpit oſtendi: mox etenim duo, propriis diu luminibus orbati, ea hora qua avis prædicta viſa eſt abſceſſiſſe, ſine ductu alterius, recepta luminis claritate, ineunt [viam], gaudentes ad ſua feſtinanter properare. Deinde quoque alii duo, complicita nervorum nodoſitate catenatis quaſi membris toto corpore adſtricti, aliorum manibus ſacris pignoribus illati, divina virtute oſtenſa in pedes ſunt ſubito erecti, & ad propria abſque humano juvamine lætantes ſunt reverſi; ac terram quam prius calcare neſciebant, novo docti itinere, liberis greſſibus, Dominum glorificantes & S. Waldebertum prævium habentes, ambulare cœperunt.

AUCT. ADSONE AB. EX MSS.

facto de cælis ſono

advolat avis,

ſanantur cæci & a contracti.

E

19 Huic itidem loco caſtrum cernitur eſſe contiguum, quod priori tempore *ſ* Montem-Biliardæ novimus eſſe cognominatum. Hujus oppidi incolam nomine Utonem, non ab ignobili genere oriundum, pluribus notum fuiſſe ſatis eſt compertum. Hic nervis coactis & corporis facultate privatus, manibus per terram repens, ire non poterat, niſi vel equo, vel aſino ſeſſore uteretur. Hic itaque ad locum perductus eſt cum ſumma devotione, quo Sancti hujus venerabile pignus cognoverat conſtitiſſe. Venit igitur, lacrymis humum perfundit, Sancti nomen invocat, ſuffragium expoſcit: nec ante à loco diſcedit, donec divina virtute ruptis nervorum nexibus redit ad propria, priſtina incolumitate donatus.

ſ

item alius contractus,

20 Et quoniam temporis & ejuſdem beneficii ſe opportunitas dedit, non piget iterum aliud ad laudem divini nominis referre, quod in re ſimili vir iſte ſanctus diſſimiliter eſt operatus. In pago ſiquidem, ruſticorum uſu *t* Waraſcum nuncupato, ætate priore fuiſſe quemdam virum novimus, qui proprio fuerat Bernericus nomine dictus: qui quidem generis erat libertate potitus; ſed tamen toto corpore & nervis adſtrictus, nulla facultate poterat ſolide terris affigere greſſus. Hic biroto carpento impoſitus, quocumque eſſet ducendus, unius bovis & famuli [obſequio] videbatur eſſe contentus. Qui audita virtute Sancti, juncto bove ac miniſtro præmiſſo, carpento impoſitus, pervenit ad locum, quo ſe duci fuerat deprecatus. Ante præſentiam Sancti in terra proſtratus diu decubat, cum lacrymis preces miſcet, & familiarem bovem S Waldeberto non tardat polliceri, ſi hac corporis incommoditate mereretur abſolvi. Cujus quidem vir ſanctus non eſt dedignatus ſuſcipere gemitum ſupplicantis: ſed tamen præſentem diſtulit impendere ſanitatem: nam non impetrato quod diu rogaverat, mœſtiſſimus abſcedebat. Cumque aliquantulum itineris rediens peregiſſet; O ſancte, inquit, Walde-

F

& alius à peregrinatione redeuns

Reliquiis verſus limitem Alſatiæ delatis,

r

AUCT. ADSONE AB. EX MSS.

berte, placetne tibi quod triſtis veni, triſtior recedo? Hæc dicens, plauſtrum ſtare jubet, terram petit, boue*m*que in paſcua reſolvit: cum ſubito ſanus factus concitus redit, gratias agit, bovem ductorem obtulit, ac firmatis greſſibus ad domum lętiſſimus redit.

oblato bove,

item femina contracta.

21 Quædam iterum femina, genere nobilis, graviſſimo tenebatur morbo ejuſdem contractionis, deſtituta ſolatio corporeæ facultatis. Quæ cum jam conſequendæ ſalutis commercio deſperata videretur, ad locum eumdem ſe petiit deportari. Ubi cum diutinis precibus & lacrymis inſiſteret, repente ſanata, non ſine admiratione multorum, in pedes conſtitit. Sed cum adepta ſanitate vellet inde recedere, in itinere jam poſita ſubito in terram concidit, & in eumdem contractionis morbum adſtrictam ſe eſſe cognovit. Suſpiciens cælum ingemuit, & rurſus ad locum ſe referri fecit. Ubi cum priſtinam ſanitatem recepiſſet, quaſi aliquantulum jam ſecura, res neceſſarias reviſere cupiens à loco diſcedit, & abire jam cœpit. Sicque in itinere jam conſtituta, rurſus in unum corporis globum contrahitur: atque denuo ad locum refertur. Sicque factum eſt, ut quotieſcumq; inde abire voluiſſet, in eumdem morbum concideret: donec tandem recepta ſanitate animum fixit, & uſque ad ultimum vitæ ſuæ tempus in eodem loco permanſit. B

ANNOTATA.

a *Non* Caroli Magni *ſed* Ludovici Pii *legendum eſſe nomen, omnes ſciunt.*

b *Non eſt frater aliorum, qui* Pippinus *biennio ante patrem Ludovicũ mortuus fuit, adeoq; huic liti non potuit intereſſe: ſed iſtius filius* Pippinus 2, *qui adhærebat Lothario, ejus & aliorum Regum nepos.*

c *Anno* 841, *die* 25 *Iulii. Conſule Hiſtoriam Nitardi, de tota hac re libris* 4 *accurate deſcriptam.*

d Warinus *Dux, valde fidus Carolo Regi dicitur, lib.* 4 *Nithardi.*

e Drogo *non fuit quintus filius Ludovici Pii, ſed ejus frater, jam ante Epiſcopus Metenſis; & hujus Archicapellanus eumdem ſepelivit, uti Nithardus ſub finem libri* 1 *ſcribit.* D

f *Eo Luxovii Abbate Angelemus ibidem monachus explanans libros Regum, uti ipſe in epiſtola nuncupatoria teſtatur.*

g *De hoc genere mortis alibi nihil legimus. Sed dicitur in Burgundia apud prædium S. Petri Mimeriacum obiiſſe,* 6 *aut* 7 *Novembris anno* 855, *aliis an.* 857.

h *Et hoc enorme mendum eſt. Nam* Ludovicus Pius, *qui ſupra loco Caroli Magni reſtitui debuit. Fuit à Stephano Papa* IV *Remis coronatus anno* 816.

i Anſegiſus *vixit ſub Ludovico Pio, & Capitularia publicavit.*

k *Inter Fulbertum & Gibardum ſtatuendus eſt* Drogo *ſupra relatus.*

l *Hi fuerunt Normanni, à quibus etiam monachi Beſuenſes in Ducatu Burgundiæ fuerunt anno* 888 *cæſi. Conſule Chronicon Beſuenſe.*

m Tetelmus *in MSS. Bertiniano* Tetelinus, *Sauſſajo* Titilmus, *qui hunc &* Gibardum *retulit in Appendice, quod diem natalem ignorarit.*

n Richardus *ſæpius Normannos cecidit, & anno* 891 *urbem Carnotenſem obſidione liberavit, anno* 894 *mortuus.* E

o Letoldus quidam Comes Burgundiæ *adſtitit Ludovico Tranſmarino Regi, ægro anno* 951, *apud Frodoardum in Chronico. Hunc igitur conſuluerunt.*

p *Id factum anno* 960 *refert in Chronico Lingonenſi Iacobus Vignerius.*

q *Pars quædam reliquiarum S. Euſtaſii aſſervatur etiamnum Luxovii, ſcrinio eburneo & argenteo incluſa, corpore Vergavillam in Lotharingiam delato.*

r Aaloncus, *ſive* Adaloncus, *deceſſor ſcriptoris.*

ſ Mons Beliardæ *vulgo* Montbeliard, *Comitatus titulo inſignis, tribui ſolito Ducis Wirtenbergici primogenito.*

t Waraſci, *erant accolæ Duvii ſeu Dubis fluvii ſupra Veſontionem, quibus S. Euſtaſius fidem orthodoxam annuntiavit.*

DE SANCTO SABA

EPISCOPO DAPHNVSIENSI IN ARCHIPELAGO.

G. H.

11 MAII.

C

Ptolomæus libro 5 *Geographiam Aſiæ deſcribit, & cap.* 1 *deducit ſitum Ponti & Bithyniæ, & ſub finem refert inſulas adjacentes, atque inter has eſt* Thynias, quæ & Daphnuſia inſula. *At Plinius lib.* 5 *cap.* 32 *ibidem collocat* Thalluſam, quam alii, *inquit*, Daphnuſam ſcribunt. *Hujus loci Epiſcopum celebrant Græci in pervetuſto Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis: in quo iſta leguntur*, Eadem die *ſecunda Maji*, memoria ſancti Patris noſtri Sabæ, Epiſcopi Daphnuſiæ. *Quæ fere eadem annotavimus ex MSS. Menæis bibliothecæ Ambroſianæ littera* o *& num.* 148 *ſignatis, item ex MSS. Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, ſed videbantur ad ipſas Kalendas Maji ſub finem notari. At quo tempore vixerit hic Epiſcopus* Sabas, *neſcimus divinare. Fuerunt ſeculo* VIII *&* IX *Abbates Studitarum Sabæ appellati. Potuit & tunc floruiſſe, & Eccleſiam contra Iconoclaſtas propugnaſſe, quod nollem abſque ulteriore notitia aſſeverare.* F

DE S. VVIBORADA MARTYRE

ET B. RACHILDA, VIRGINIBVS INCLVSIS

APVD S. GALLVM IN HELVETIA.

G. H.

ANNO DCCCCXXV

Apud S. Gallum

Inter illuſtriores Abbatias, Sacri Romani Imperii Principatu nobilitatas, merito cenſetur illa, quæ à S. Gallo, S. Columbani diſcipulo, fundatore ſuo nomen traxit, ſita in Turgea Helvetiorum ditione, leuca Germanica à lacu Potamico ſeu Conſtantienſi: de qua latius agendum erit XVI *Octobris ad Vitam dicti S. Galli. Interim curioſus lector poterit perlegere, quæ de ejus initio retulimus ad Vitam B. Notkeri Balbuli ibidem monachi, ad diem* VI *Aprilis illuſtratam. Sub hujus monaſterii Abbatum directione & ejus diſtrictu, apud S. Magni in Trano colle templum, vixit in anguſta cella incluſa S. Wiborada Virgo, & ab Hungaris anno* DCCCCXXV *occiſa, Martyrque habita, Officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplicis ſecundæ claſſis, ut Virgo & Martyr, ibidem colitur. Quæ veneratio, quod mox plurimis clareret miraculis, proximo ab obitu anniverſario die hoc* II *Maji*

colitur S. Wiborada

A *Maji cœpta fuit, cum (teſte Ekkehardo juniore)* per duos Papas eam in Sanctam levandam fuiſſet decretum, *tandem auctoritate Clementis Papæ ſecundi anno* MXLVII *confirmatur. Hujus rei teſtimonium profert Burkhardus monachus S. Galli, libro de Caſibus dicti monaſterii cap.* 6, *in Nortperto Abbate.* Obtinuit, *inquit*, amminiculante Henrico Imperatore & conjuge ejus Agnete, hoc apud Dominum Apoſtolicum Clementem ſecundum, recitata Vita B. Wiboradæ ejuſque miraculis, de tamdiu neglecta re ab ipſo Papa redargutus, quatenus ipſam præſente Theoderico Conſtantienſi Epiſcopo canonizaret, & pro Sancta haberi præciperet, & anniverſarium ipſius diei ſolennizandum inſtitueret. *Hæc ibi.* Henricus *Rex, Niger dictus, Conradi Salici filius*, anno MXLVI ad monaſterium S. Galli venit, inde Romam profectus, ubi & ipſe & uxor ejus Agnes Imperiali benedictione ſublimati fuere à Clemente II; tunc ex Epiſcopo Bambergenſi in Pontificem creato, *uti legitur in Annalibus brevibus Hepidanni & Chronico Hermanni Contracti. Addit hic* Theodericum Epiſcopum Conſtantienſem fuiſſe ejuſdem Henrici Cancellarium & Archicapellanum.

à Clemente 2 Sanctis adſcripta.

Vita prima

2 Vita B. Wiboradæ, *cum ejuſdem miraculis apud Clementem Papam recitata, hactenus inedita, datur ex Mss. codicibus bibliothecæ Dilinganæ, & Wiblingenſis monaſterii*

B *in Suevia prope Vlmam. Vita hæc ab Ekkehardo juniore, præcitato libro de Caſibus monaſterii, ſub dicto Nortperto ſcripto, appellatur* Liber per ſe amplus. *Conradus de Fabaria, qui caſus ſive hiſtoriam Sangallenſis monaſterii uſque ad dimidium ſeculi* XIII *proſecutus eſt, capite* 3 *deſcribens* nomina quorumdam fratrum in monaſterio, qui columnæ fuerunt eccleſiæ verbo & exemplo, *antiquis Iſonis & Marcelli diſcipulis, Notkero Balbulo, Ratperto & Tutiloni, qui vivente S. Wiborada floruerunt, interponit* Notkerum magiſtrum artis Theoricæ non pigrum, *quem breviori epitheto* Medicum *appellans Hepidannus in Chronico, ait anno* DCCCCLXXXI *obiiſſe, decrepitæ (ut aliunde ſcimus) ætatis ſenem ac pridem cæcum, cujus in hac vita n.* 34 *fit mentio, ut præſentis miraculo convaleſcentis B. Rathildæ, haud diu poſt mortẽ ipſius Sanctæ. Idẽ Conradus Ratperto ac Tutiloni ſubjungit* Hartmannũ, qui Vitã Wiboradæ luculento ſatis ſermone conſcripſit: *&* hi, *inquit*, locum ditaverunt moribus, ornaverunt ſcientia & diſciplina: *adeo ut præſumere liceat, dictum Hartmannum, qui nullam facit mentionem corporis B. Richaldis ſub Gralone tranſlati ante annum* DCCCCLVIII, *antea quoque obiiſſe. Subſecutus autem Hartmannus eſt in ſcribendo Ekkehardum, quem S. Vdalricus, Epiſcopus Auguſtanus factus anno* DCCCCXXIII *(tempore dicti Gralonis Abbatis, atque adeo poſt annum* DCCCCXLII) *ad ſcribendum de S. Wiborada impulit, prout pridem ex voto obligabatur.* Multa

C *autem* eorum quæ à diverſis perſonis audivit ſcribere inchoavit & pleraque ſcribendo comprehendit, *ut dicitur in fine Vitæ per Hartmannum ſcriptæ, Verum, uti in Prologo ſecundæ Vitæ dicitur,* morte prẽventus *non abſolvit inchoatum opus. Goldaſtus in proœmio ad Scriptores Alemannicarum rerum quatuor Ekkehardos diſtinguit: ſed qui omnes poſt Gralonem vixere: ut hunc ei præmortuum opporteat ſeniorem facere, non tantum illis quatuor, ſed ei etiam quem anno* DCCCCLXXVIII *obiiſſe ſcribit in Chronico Hepidannus.* Morte *porro, ut dixi,* præventus *Ekkehardus* multos ſui propoſiti habuit heredes: *quorum primus prædictus Hartmannus Vitæ hujus auctor, qui præterea ſuam ætatem prodit, quando n.* 9 *ait* multos adhuc ſupereſſe, qui meminerunt ſanctæ vitę ab Hittone fratre S. Wiboradę peractæ; *&* n. 17 aſſerit, ſe conſpexiſſe impleta quæ de S. Udalrico Epiſc. Auguſtano à S. Wiborada fuerant prædicta: *&* n. 29 *teſtatur,* oculis ſuis inſpexiſſe murum, ſanguinis ejus aſperſione perfuſum. *Qui plures poſt Hartmannum idem argumentum tractandum ſuſceperunt, eorum ſcripta dicenda ſunt periiſſe, præterquam unius jam jam nominandi.*

ſcripta ab Hartmanno ante an. 958,

poſt mortem Ekkehardi qui idem agere cœperat circa an. 954.

3 *Altera Vita ſcripta eſt ab* Hepidanno, cœnobita S. Galli, *ex imperio ſui Abbatis Vdalrici, qui ſupra memorato Nortperto anno* MLXXII *ſucceſſerat: qui valde multa in priore Vita omiſſa adjunxit, nonnulla ibidem relata omittit, & varia obiter perſtringit: ac proinde utraque fuit neceſſario edenda. Accepimus hanc ex MS. codice ipſius S. Galli monaſterii, contulimuſque cum editione Goldaſti inter Scriptores Rerum Alamannicarum inſertam: apud quem primo loco extant* Hepidanni cœnobitæ S. Galli Annales breves rerum in Alamannia geſtarum, *quas ad annum ſolum* MLXII *deductas videtur junior ſcripſiſſe; ac dein ſtylo accuratiore Vitam S. Wiboradæ compoſuiſſe.*

AUCTORE G. H.

Vita II ab Hepidanno compoſita.

4 *Memoria Sacra ejus ad hunc diem inſerta eſt MS. Martyrologio Pragenſi Eccleſiæ Cathedralis his verbis:* In Alemannia, monaſterio S. Galli, natalis S. Wiboradæ Virginis & Martyris. *Similia aut etiam plura, aut ſubinde pauciora, leguntur in MS. Florario Sanctorum, in Auctario Greveni & Molani ad Vſuardum, in Martyrologio Germanico Caniſii, Monaſticis, Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini, & aliis. Henricus Murerus, in Helvetia Sancta Germanice anno* MDCXLVIII *excuſa, ex utraque Vita ab Ekkehardo & Hepidanno conſcripta, illuſtre edidit compendium. Aliud habemus in Officiis propriis monaſterii S. Galli anno* MDCXII *impreſſis; cui additur hymnus proprius cum reſponſorio ad Veſperas: ad has Antiphona præſcribitur* Veni Sponſa, *&* Oratio Indulgentiam, *de Communi Virginis & Martyris.* E *Quanti eam fecerit S. Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus infra in utraque Vita & in Notatis indicatur: quibus hæc pauca ab Ekkehardo juniore cap.* 5 *relata addimus.* De cilicio etiã quo ipſa utebatur, cujus hodie aſperitatem pro Reliquiis id habentes horreſcimus, pulvillulum filio ſuo, ut & ipſa eum nominabat, in abſtinentiæ diebus utendum conneverat: quod interdum in ſinu geſtans noctibus, ille maxillis lapide ſuppoſito aptare ſolebat. Tali ille lectiſternio pro deliciis coram januis eccleſiæ uſque, Nocturnorum ſonitum, aut in ſedili aut nuda quidem terra, expectare ſolebat.

memoria in Faſtu,

& Breviario.

pro Reliquiis habitum cilicium.

5 *Adjungitur ab utroque Auctore accurata aliqua relatio rerum à B. Rachilde geſtarum, quod ea cenſeatur filia ſpiritualis S. Wiboradæ, ab hac ſæpius ſanitati reſtituta, ejuſque juſſu incluſa: & paſſim,* B. Rachildis, *&* ſancta Virgo *appellatur. Hepidannus etiam in Annalibus brevibus eodem modo annotat annum, quo utraque Virgo fuit incluſa & vita functa: & quidem* anno DCCCCXX *iſta habet,* Rachilt in Nativo, *id eſt Natali feſto,* S. Mariæ incluſa eſt: *& dein,* anno DCCCCXLVI, Rachilt recluſa defuncta eſt. *Quæ ad dictum annum etiam referuntur ab Hermanno Contracto. Fuit apud S. Wiboradam ſepulta. Ab Ekkerardo juniore de Caſibus monaſterii cap.* 9 *dicitur* Rachilda, poſt Wiboradæ paſſionem jugiſſima, primo ad Deum aſſumpta. *& cap.* 10, Rachilda paſſim in corpore & mamillis ulceroſa, quotidie emori viſa, & ipſa fere Martyr, cui lenius erat cum Magiſtra Wiborada ſemel cerebrum obtuliſſe, quam viginti & uno poſt illam annis teſta ſaniem cum S. Job incluſam raſiſſe. Cum tamen interea jejunare & orare (vigilare enim dolores dabant) & eleëmoſynas dare non tæderet, ut de illa Ekkehard *ſenior,* conſobrinus ejus cecinit.

Eidem jungitur B. Rachildis diſcipula,

F

longum inulceroſo corpore martyrium paſſa.

Hanc Sathan, hanc læſit, cum Job ſaniem ſibi raſit.
Jejunans flevit, tormenta dolens vigilavit.

Neque enim vitam vel paſſionem votivæ Martyris lucidius ſuccingere potuit. Ad cujus ſepulcrum in repentinis anguſtiarum motibus, experto credite, multum valet oraſſe. *Hæc ibi. Tranſlationem utriuſque corporis, ſcilicet S. Wiboradæ & B. Rachildæ, ad baſilicam S. Magni deſcribit Hepidannus infra ſub finem Vitæ. Menardus ad hunc* 11 *Maji, S. Wiboradæ adjungit* B. Rachildem Virginem & incluſam, *quod & nos facimus Bucelinus in Indice Menologii retulit eam ad* XXIII *Novembris, ad quam diem nullam ejus mentionem facit.*

VITA

Auctore Hartmanno, Monacho S. Galli fere coævo.

Ex MSS. Dilingano & Wiblingenſi.

CAPUT I.

Sancta ejus pueritia & vita in ſeculo.

1 BEeatiſſima igitur Dei Virgo Wiborada, ex Alemannorum, qui & Suevi, ſtirpe oriunda, parentibus bene natis vitæque laudabilis, nobilitate pollentibus, Chriſtianæ quoque militiæ exercitio inter primas Dominici agminis alas vexilla ſalutis ſtrenue ſubſequentibus, veluti bona arbor, bonæ radicis ex germine pullulavit. Quæ etiam per divinæ ſcientiæ providentiam, omnia in menſura, pondere, numero ineffabiliter diſponentem, quaſi quodam præſagio dignum ſortita eſt nomen: nam Wiborat, Teutonica lingua prolatum, ſi Latini ſermonis tranſlatione mutetur, *a* Conſilium mulierum ſonat. Et revera huic apte tale congruit nomen, quæ ſibi primitus conſulens utraſque ſorores recte agendi magiſtras, ambas in quantum Chriſti amatrices, Martham ſcilicet & Mariam imitans, per activæ quidem ſudorem converſationis, ad faſtigium ſpeculativæ contemplationis aſcendens; cunctis iter rectum quærentibus non ſolum mulieribus, ſed & viris mundum ſpernendi, Domino ſerviendi & inconvulſe ac indefeſſe adhærendi, conſilium prærogavit pariter & exemplum. Hæc ergo ab ipſis cunabulis factori ſuo omnipotenti Deo devota; imo ab ipſo, qui eam etiam antequam formaretur in utero noverat, miſericorditer aſſumpta; univerſas laſcivientis petulantiæ illecebras, cunctas infantilis ætatulæ levitates, modeſta gravitate reſtrinxit, ac ſevera quadam maturitate edomuit. Inepta etiam parvulorum ludicra devitans, nugaces joculatorum ſcurrilitates deſpiciens, aniles veteranorum fabulas deteſtans, ad inceſta quæque carmina pudicas aures obduravit: ac ſi cum Sara, id eſt, Raguelis filia, Tobiæ ſancti conjuge, futura Domino fiducialiter dicere & ipſa propoſuerit, Numquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in levitate ambulant. Nec mirum, ſi Spiritus ſanctus, in tempore veritatis & gratiæ, famulam ſuam, quam ſibimet ipſi providerat ſponſam, in primævo adhuc vernantem flore, tantæ integritatis diligentia [præmunivit; qui] in umbra legis tantopere cuſtodivit puellulam, juſti viri thalamo copulandam.

Nobilibus & pus parentibus nata,

Wiborat quaſi Conſilium mulierum dicta,

a

B

Tob. 3. 17.

C

2 Sed operæ pretium prælibare, quia venerabili huic Virgini quam dicturi ſumus, ſoror erat ſummæ ſimplicitatis & innocentiæ, in annis tenerrimis animos actuſque gerens ſeniles cunctos lubricæ temeritatis exceſſus evitans. Quam cum die quadam coævulæ ſecum ad ludendum adhortarentur exire, bene illa anima, alacriter ad æthera ſuſpiciens, & iterum iterumque ingemiſcens aureſque attonitas acutius ſubrigens, internam mentis jucunditatem tandem inter ſuſpiria prodidit, dicens: Quid mihi & inanibus hujus ſeculi vanitatibus? Audio in cælis ſigna ſonituſque campanarum ac dulciſonam Angelicæ modulationis harmoniam: illuc ire deſidero, his intereſſe delector. Nec plura effata, lacrymis gremium replevit obortis. Poſt paucos vero dies carne ſoluta eſt, in cælum nimirum profecta, quo paulo ante tam ſuaviter eſt invitata: placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illam de medio iniquitatum.

levitates juveniles evitat.

ejus ſoror poſt auditâ hermoniam Angelorum moritur:

D

3 Sed ut ad cœpta regrediar, B. Wiborada, ſicut ab illicitis ſe quibuſque ſubtraxit, ita in bonis omnibus ſe ſtudioſa ſagacitate exercuit. Nam velut ab ipſius Domini ore perceperit, Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, legeritque ſcriptum, nihil divino operi præponendum; quotidie ad eccleſiam, quæ à domo paterna mille & eo amplius diſtabat paſſibus, via montuoſa & difficili ſæpius nudipes ire certabat: adeo ut parentes ſuos, ſacræ religionis, ut diximus, amatores, ſed tamen in labore mundialium more occupatos plerumque, quamvis infans, de negligentia divinarum rerum admonuerit, & ad eccleſiam frequentius occurrere ſtudii ſui fervore compulerit. Panem vero otioſa non comedit, ſed operibus manuum ſuarum impigre continueque inſtiterat; acſi ſumma Scripturarum conventa & comminationem pertimeſceret, & diligeret ſponſionem: Comminationem quidem qua dicitur, Qui non laborat non manducet: ſponſionem autem, quæ ſic exhortatur: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Frequentiam vero, non ſolum externorum, verum etiam notorum, cognatorum, domeſticorum, fratrum, ſororumque, prout licuit, fugere ſtuduit: ſola commorari, ſola operari, ſecreta ſemper amare: quatenus & ſuperflua facilius potuiſſet alloquia declinare, & ſanctis meditationibus aciem mentis liberius infigere.

Matt. 7. 7.

ipſa nudipes accedit ad eccleſiam:

operatur manibus:

2 Theſ. 3. 10

Pſ. 127. 2

declinat alloquia ſuperflua:

E

4 Quadam itaque celebri feſtivitate, cum ad eccleſiam proceſſura, coacta à parentibus, cultioribus ſe indueret veſtimentis, crinalibus verticem redimiret ornaculis, laxos ſinus pretioſioris amictus aureolis præfigeret fibulis, poſita in equo una cum genitrice & ſociis ire perrexit. Cum ecce via media caput dolere graviter cœpit: confeſtimque per ſpiritum divina ſe ſentiens viſitatione commonitam, ab equo deſiliit: nudaque tellure reſidens, reductis inter *b* amphibalum manibus, aurum primo pectoris ſoluit, deinde ſubtus *c* theriſtrum vittatoriam verticis compoſitionem detrahens & revellens, ſinu interiore recondit. Cui è veſtigio mater ſuperveniens, quid cauſſæ ſit quod ibi ſubſtitit, & quare remoretur, inquirit. Quam diſſimulate pro tempore uti procederet adhortatur, ſe quoque continue ſubſequi profitetur: cumque eam comites ut equum reaſcenderet perurgerent, penitus non conſenſit, ſed pedeſtri itinere ad eccleſiam uſque pervenit. Hæc dies ultima aliquid in ea compoſitoriæ ſuperfluitatis ſive ſuperfluæ compoſitionis aſpexit: poſt hanc diem nullus eam jumento vel alicujus vehiculi adminiculo quoad viveret impoſitam vidit; excepto cum, ſicut dicturi ſumus, Romam orationis gratia peteret, ſi ei neceſſitas transmeandi alicujus fluminis aut torrentis forte evenerit.

ornamenta capitis juſſu parentum aſſumpta deponit:

b

c

renuit equo vehi,

F

5 Hoc modo illa in tenerrimis & vix habilibus magno intellectui annis mundi voluptatibus renuntians, & matrimonii contractionem mirifice contemnens, procos quoſlibet adventantes ſolius ſponſi Chriſti amore deſpiciens, fratri ſuo Hittoni Clerico, apud cœnobium S. Galli Confeſſoris Chriſti tunc temporis in ſcholis agenti, ſervire diſpoſuit: cui diebus certis veſtimenta & pleraque alia neceſſaria per fideles internuntios deſtinavit. In quo etiam monaſterio reverendiſſimis quibuſdam Patribus, ad obvolvenda ſanctorum librorum volumina, propriis manibus decora ſolebat contexere linteamina. Memorato itaque fratre ejus ad Presbyteratus ordinem promoto, ſinceræ & laudandæ caritatis glutino cohærens, eo dictante Pſalmos, quibus juvencula nullam operam dedit, partim ac ſparſim ediſcere cœpit, eumque ille tum divinis operibus tum incidentibus

Hittoni fratri ſuo & monachis S. Galli benefacit:

à fratre divinitus monito Pſalmos edocta

A tibus cauſſis aliis præpeditus, ab inſinuanda ei lectione pigritaret, pro accipiendo Pſalmo quinquageſimo ſoror ei ſedulo aſſidebat, nec tamen ut ad hoc vacare vellet obtinere prævaluit. Cum ecce nocte quadam Sacerdoti in ſomnis perſona adſtitit, ſpecie fulgida, auctoritate metuenda; gravi eum animadverſione corripiens, ac terribili commination interdicens, nequid die proxima guſtare præſumat, priuſquam Virgo Pſalmum diu multumque flagitatum ediſcat. Quid plura? De nocte ſurgens, ſororem accerſit, viſum aperit, ſeque paratum ad demonſtrationem ſæpius poſtulati Pſalmi affirmat. His illa auditis, alacriter ad meditandum accingitur: & non ſolum ex prioris deſiderii, ſed etiam ſtudio fratris jejunio abſolvendi, propinata Scripturæ pocula ſitibundo pectore hauriens, Pſalmum cum omni celeritate excepit ac memoriæ fundamento firmavit. Quinquaginta ergo Pſalmis ſparſim, ut dictum eſt, à memorato germano ſuo perceptis, reliquos ſolo ſancti Spiritus magiſterio imbuente apprehendit. & continuato recitandi uſu reciproca ruminatione eos conficiens, quaſi naturale organum ori cordique ſuo compaginando connexuit.

B 6 Deinde relaturus ſum [rem] huic non diſſimilem & magis admirandam. Veſpere ſabbati quæ luceſcit in Dominica incipientis Quadrageſimæ, cum idem Sacerdos, inter alia domeſticæ confabulationis dicta, ſe pro labore diei ſequentis ſolicitum eſſe conquereretur, maximeque pro cantu qui dicitur Tractus, & eodem die admodum *d* protrahitur, eo quod non haberet ſcholaſticum vel quemlibet concinendi peritum adjutorem; Virgo eum ſancta modeſta increpatione compeſcuit; Deumque miniſtris ſuis in omni opportunitate certiſſimum adjutorem commonuit aſſiſtere. Quid multa? Superveniente die craſtina, competente Miſſarum tempore, Presbyter ad altare procedit, ſacræ actionis officium ſolenne imponit. Cum quo ſine mora Wiborada decantare cœpit tam efficaciter & auctoraliter, ut non in ordine verſuum, vel in proprietate dictionum, aut in ipſa muſici tenoris euphonia Sacerdote inferior videretur: ſed ei cum ſuſtentationis ſolatio & gaudium ingereret, & ſtuporem admirationis incuteret. Tua ſunt hæc, Chriſte, miracula, cui mortua vivunt, inſenſibilia ſapiunt, cæca contemplantur, ſurda audiunt, muta diſerta ſunt: qui abſcondiſti ſecretum ſapientiæ tuæ theſaurum à ſapientibus hujus ſeculi & prudentibus, & revelaſti eum parvulis.

d *eidem Miſſam celebrandi ſuccinit.*

C 7 De cetero parentes dum adhuc ambo viverent, nemo reverentius coluit, nemo ſanctius honoravit, nemo erga ſuos divinæ præcepta legis devotius adimplevit. Poſt patris vero obitum matrem, jam ſenio gravem, laboribus fatigatam, orbitatis luctu anxiam, frequenti languore confectam, quanta caritatis benignitate coluerit, quam reverenti modeſtia honoraverit, quam indefeſſa diligentia uſque ad finem vitæ ejus procuraverit, facile dici non poteſt. Sed quid in deſcribenda ejus erga parentes humanitate, quod cunctis pene naturæ jura ſervantibus commune videtur eſſe, diutius immoremur? cum indigentibus quibuſque, tam notis quam incognitis, tam indigenis quam extraneis, tanta conſueverit dignitate miniſtrare, ut etiam talia libenter credentium poſſit excedere fidem: adeo ut ægrotos quoſque ac debiles quaſi Dominum ſuſcipiens exultaret: quos ei germanus ſuus prædictus, nunc humeris ſuis, nunc inmento impoſitos, prout ſe quiſque ei iter agenti ingereret, deferre conſueverat: quos à nulla familiæ ſuæ perſona tractari perpeſſa eſt, ſed ipſa per ſe eis & alimenta præbuit & fomenta exhibuit, balnea miniſtravit, lectiſternia diſpoſuit, ipſa eos & reclinavit,

Pia erga parentes

& alios pauperes & ægros:

& competenti tempore elevavit. *e*

A. HART-MANNO. EX MSS.

8 Cœpit inter hæc fratrem quotidianis monitis perurgere, ut quia ſcirent, B. Petro Apoſtolorum Principi commiſſam eſſe curam gregis Dominici, *e* claves regni cæleſtis cum poteſtate ligandi ſolvendique contraditas, ejus aliorumque Sanctorum limina Romæ, quibus incomparabiliter urbs eadem illuſtratur, pariter debeant viſitare. Qui cum ſanis ejus adhortationibus accommodaret aſſenſum, iter aggreſſi ſunt: in qua profectione quantum gemituum lacrymarumque profuderit, quali devotione loca Martyrum circumjerit, tumbaſque eorum quanto affectu amplexa fuerit, ſolus & inſtigator & remunerator omnium bonorum noverat Deus. Quanta vero in eundo & redeundo largitatis munera pie prodiga diſperſerit, quidue pauperibus dederit, juſtitiæ ejus in ſeculum ſeculi commemorandum derelinquo.

cum fratre Romam ad limina Apoſtolorum rogloca Martyrum proficiſcitur:

9 Poſt hæc autem cum regrederentur ad patriam (ut virtus ſtare loco neſcit, ſed ſemper ad meliora proficere geſtit) Virgo Dei aſcenſiones in corde ſuo diſponens, per gradus ſcalæ, qua ibunt Sancti de virtute in virtutem, ut videant Deum deorum in Sion; cum animum jam actualis exercitii decoctum ſudore, in radium contemplativæ jucunditatis transferret; pro fratris ſalute, cui eatenus ſedula E virtute miniſtraverat, anxia, ſagaci eum affabilitate adorta eſt; perſuadens ut periculoſum fluctuantis ſeculi naufragium devitans, ad quietem vitæ monaſticæ ſe conferat, ubi divinis operibus liberius ac tutius inſiſtere valeat. Sibi quoque profiteretur eſſe cordi arctioris propoſiti ſtudium, quomodo vel ubi Deus annuerit, quantocius aggredi. Nec difficile obtinuit, quod cum pietatis ſinceritate ſuggeſſit. Obſequitur ſalubri conſilio ſororis religioſa ſimplicitas fratris, omnique dilatione ſepoſita, ad cœnobium S. Galli Confeſſoris Chriſti *f* confugiens, regulari jugo legis ceruices corporis inclinavit & cordis; in quo etiam quam pudice, quam modeſte, quam patienter ſancteque vixerit, multi noſtrorum qui adhuc ſupereſſe videntur meminerunt.

perſuadet fratri vitam monaſticam apud S. Gallum.

f

10 Denique beata Virgo, poſt converſionem fratris, ſex annorum ſpatio remorata eſt in ſeculo corpore, ſed non voluntate, oſtenſione non intentione. Nempe videns mundum cum omni ſua dulcedine omnique temporali pompa caducum & inſtabilem, ipſaque inſtabilitate defectionem ſui jam jamque minitare; pro nihilo pendens, omnia blandientis oblectamenta reſpuit, contempſit atque calcavit. Et cum actualem eximio largitatis affectu viram prætenderet; interioris tamen hominis perſpicacibus oculis, facie ad faciem, Domini ſemper jucundatur contemplatione. Nam quis recitando poterit explicare, quanta continentia corpus fragile à mundi illecebris refrænando compeſceret, & ob ſervitium Chriſti carnem ſpiritui ſubjacere coëgiſſet? Multa etenim tempora tranſierunt, ex quo ſe ab uſu carnium vinique abſtinuit; cum nec vicinorum nec aliquis ex ipſius familia aliter ſuſpicaretur, quam quod quotidie variis deliciarum uteretur opulentiis, exceptis duabus quæ ei familiares erant: quarum una Kebeni, altera Bertherada vocabatur: quæ pia ſodalitate germanæ, multa tempora in ſanctæ Virginis miniſterio pariter perduravêre. Nam cum plerumque lautiora & delicatiora ciborum alimenta ei præpararentur; iſtæ, ut præmonitæ erant, aut olera aut legumina ei in cibos attulerunt: cumque pariter menſæ ſuperpoſita fuiſſent, ſæpe ori admotam & quaſi dentibus inferendam, tamen rejecit carnem, ut per carnis abſtinentiam carnem corporis edomando, ſpiritum redderet fortiorem. Vilioribus denique

poſtmodum ſexa ſexennio in ſeculo janctæ viæ vens,

F

à carne & vino abſtinet

A. HARTMANNO. EX MSS.

contenta alimentis, quæ ſibi præparabantur,[cetera] in cibos pauperum & peregrinorum ſuperveni-entium,quorum illi maxima, ut diximus, cura fuit,ſeu etiam aſtantis familiæ erogata ſunt. Orationis ergo jugi tutamine ſe adverſus inimici infeſtantis inſidias die noctuque munivit. Solebat enim noctibus de domo furtim excedere, ſeque incomitatam ad eccleſiam conferre, ibique precum jugi inſtantia pernoctare. Nempe cum ſolis occubitu ſomni quies à cunctis peteretur, ipſa lectuli, qui ſemper ſumptuoſi ſuppellectilis ornatu paratus aſſiſtebat, ſprevit accubitum;januiſque clauſis eædem quæ ſupra memoratæ ſunt germanæ ſuper nudam humum cilicium ſternebant, proque capitali ſaxum aliquod capiti ſubdiderunt; ſicque paululum guſtato ſomno, cum gratiſſimus aliorum pectora ſopor gravaſſet,in clanculo ſurgens eccleſiam petivit.

cubat humi in cilicio, & ſaxo capiti ſubdito.

11 Talibus ergo virtutum incrementis invidens diabolus,ad eccleſiam properantem, illicque manentem, ſeu pedem intro ferentem, creberrimis luctationibus impugnationum laceſſivit, varias terrorum figuras nefanda arte ſubdoloque commento in ſemet transfiguratas ei objiciens. Quæ omnia machinamenta diaboli, illa, inexpugnabili ſcuto non fictæ fidei protecta gladioque [ſpiritus armata], ſignaculo crucis imperterrita bellatrix dejecit. Et ut ea quę generaliter complexa ſunt ſingillatim auctoritate veritatis aliqua ex parte proferam; quadam nocte, dum ſolito more ad eccleſiam properaret, audivit in ipſo limine baſilicæ terribilem grunnientis ſuis fremitum, acſi ingreſſum intrare cupienti negantis. Quo ut ipſa vidit, per ſpiritum ſentiens diabolico commento paratum, quo quidem hoc perterrita terrore deſiſteret ab incepto bonæ operationis; convertit ſe ad illud quo monſtrum furere cognovit oſtium, atque aliquantiſper ſubſtitit: dein cum ſignum Crucis dextera prætuliſſet, hoſtis nuſquam comparuit.

Signo Crucis terriculamenta diaboli fugat:

B

12 Quidam etiam à multis ſpiritibus nequam pervaſus,ei oblatus eſt. Ipſa autem vexillo Crucis armata, propius cum tot hoſtibus conflictura acceſſit: pedemque ſuum dexterum dorſo furentis ſuperpoſuit. Jeſum ſuppliciter exorans, ut hominem, ad honorem ſuæ imaginis plaſmatum, dæmonum non ſineret ſævę ſubjacere tyrannidi. Spiritus autem maligni,cognoſcentes ſibi precibus beatæ Virginis denegari facultatem ibi ſubſiſtendi,horribili voce cunctorum aures impleverunt: Peſſima,inquiunt, iſta Wiborada dorſa noſtra cum brachiis conculcando contrivit, quapropter differre non poſſumus effugii diſceſſum. His dictis confeſtim diſceſſerunt.

& energumenum liberat.

C

ANNOTATA.

a *Eſt Germanis* Weib, *mulier*; & Rath, *conſilium.*

b Amphibalum *ſuperhumerale*, *à Græco* ἀμφιβάλλειν, *quod eſt circumponere.*

c Θέρεσρον, *proprie veſtis æſtiva*, θερίζειν *æſtatem transigere.* Papias *ait*, Theriſtra dicta, quod in ęſtate corpora regant feminarum, cortinæ ſubtiliſſimæ. *Lyranus in cap.* 38 *Geneſeos*, Theriſtrum erat veſtis tenuis, ſicut ſunt vela, quæ delicatæ mulieres portant in capitibus ſuis.

d *Eſt integer Pſalmus* 90, Qui habitat in adjutorio.

e *Sequentia omnia, de itinere Romano, omiſit Hepidannus.*

f *Circa annum* 879.

D

CAPUT II.

Vita ad S. Gallum, primo prope eccleſiam S. Georgii, dein incluſæ prope eccleſiam S. Magni. Miracula. Abſentia & futura cognita.

13 INterea, ne lucerna in angulo domus abdita modioque ſuppoſita clari luminis radios occuleret, ſed ut in medium prolata candelabro ſuperponeretur, quatenus cunctis in domo Dei commorantibus jucundiſſime rutilans jubar præberet; pervenit ad aures Venerandi Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopi *a* Salomonis fama virtutum beatæ Virginis. Nec multum *b* poſt ad monaſterium S. Galli idem Epiſcopus iter ſuum dirigens, miſit ad eam, interrogans ſi ſecum proficiſci vellet: magnoque ſtatim gaudio repleta, eum ſuis illis quas prædiximus domeſticis,feſtinanter ad navem properat, & proſpero curſu ad littus optatum perveniunt. Deinde in cella quadam in montibus ſita, juxta eccleſiam S. Georgii, parva conſtructa manſiuncula, pene annis quatuor fideliter converſata eſt; tanta abſtinentia cibi potuſque ſe conſtringens, ut vix narranti quiſquam credere valeat. Jugiter namque noctibus atque diebus in eccleſia permanens, precibus atque vigiliis divinam pietatem ſupplicando infacigabiliter perſiſtebat; ita ut numquam manſiunculam illam, niſi raro cauſa neceſſitatis intraret,ſive ut ſomni aliquid caperet, ſive ut jejunum corpus interdum poſt tres dies recrearet: omneque hoc tempus,in eccleſia perdurans, Domino confortante,peregit. His exercitiis Deo ſerviens, & de die in diem duplicato jejunio tenerum corpus afficiens, ſolo ſpiritu membris deficientibus vixit.

cum Epiſcopo Conſtantienſi ad S. Gallum profecta,

a

b

E

14 Fama ſanctæ puellæ inter populos crebreſcente, divino amore capti & devotione, largitatis cupidi veniunt multi, offerentes quæ neceſſaria illi fore ſperaverunt: de quibus aliquam partem ad uſus pauperum quotidie diſpenſandam reſervari prępcepit, partem etiam devotis fidelibus commendans conſervari fecit; quatenus una die in anno, circumquaque de cellis vicinæ mulieres congregatæ, in amore Dei & Sanctorum ejus lætificarentur. Cumque omnes advocatæ ad cellam S. Georgii alacriter conveniſſent, una earum opulentior ceteris, venire renuit, dicens, ſe illius quidem eleëmoſynæ indigam nequaquam eſſe. Cumque hoc ſancta Virgo comperiſſet,& illis feminis quæ aderant injurioſum eſſe videretur, ait ad ipſas: Non contriſtemini, Sorores, ſed cum gratiarum actione benedictionem Dei & Sanctorum ejus gratulantes accipite: veniet enim hoc, cum libentiſſime ad nos venire vellet, ſi tunc potuiſſet: mulierque ipſa mox recepta infirmitate, & maximo dolore indies confracta, cibum potumque faſtidivit. Cumque magnis cruciata doloribus ſe penitus deficere crederet, & nec manducare neque bibere valeret, advocans virum ſuum cauſam infirmitatis indicat. At ille carrucę impoſitam ad famulam Dei perduxit. Qua correpta de inobedientia, benedicens panem dedit ei: quem ut comedit, illico fugatis doloribus & ſanitate recepta,gaudens domum regreſſa eſt.

oblata in pauperes & hoſpites diſtribuit,

F

ſuique contemptricem morbo correptam pane oblato ſanat:

15 Beata igitur Wiborada, ſicut prædictum, pene annos quatuor in cella S. Georgii, probatis moribus & virtutibus adornata, in Dei ſervitio permanebat. Venerabilis itaque Pontifex iterum ad monaſterium [veniens],clauſula *c* quam tota vita ſitiebat jam parata, miſſis quibuſdam monachis juſſit eam duci ad ſe. Quam Epiſcopus cum paucis proſecutus & benedicens clauſulam obſervavit. Aſt inimicus atrox, invidus omnis boni diabolus, terrorem

ab Epiſcopo incluſa

c

diabolica machinamenta fugat

A rorem illi incutere tentans, caput hominis, hiſpidum & horridum, tamquam vivens & ore hianti, ſua malitia proferens, ante illam jacentem in oratione projecit. At ſancta Virgo, nil territa vel loco mota, ſupplex in oratione perſiſtens, ſigno ſanctæ Crucis frontem munivit: moxque omnis phantaſia diaboli velut fumus evanuit.

in viſione intereſt: Miſſæ à S. Gallo celebratæ

16 Nocte quadam item, in vigilia S. Joannis Baptiſtæ, prima incipientis diei aurora, vidit in viſu ſanctum & venerabilem Patrem noſtrum Gallum, quaſi viventem in corpore, paratum ad Miſſam, cum magna claritate luminis adveniſſe. Secum etiam tanta multitudo candidatorum, id eſt felicium animarum, advenit, ut tota latitudo illius eccleſiæ repleretur. Sanctus itaque Gallus, ad altare accedens, celebrat Miſſam B. Joannis Baptiſtæ: & levata Antiphona, Ne timeas Zacharia, dulciſona modulatione, ſanctiſſimo illarum animarum conventu pariter concinente, ad finem uſque complevit. Poſt Miſſam accedens ad feneſtram, futura quædam ſanctæ Virgini revelavit: in quibus hoc prædixit futurum, & jam decretum ante divinæ Majeſtatis conſpectum, quod peccatis illud exigentibus plurimi in Potamico lacu eodem anno, de familia, ſed & de aliis quibuſdam, periculoſa navigatione eſſent mergendi; quod poſtea

ab eo eventura docetur.

B multorum experimento probavit eventus.

17 Quidam puerulus bonæ indolis, de nobilibus

d parentibus ortus, nomine *d* Udalricus, ad ſcholam cauſa doctrinæ venit ad monaſterium. Qui quidem

inſtruit S. Udalricum juvenem, edoctus cum ad intelligibilem ætatem perveniſſet, cum etiam beatæ illi amabilis, crebro ab ea ut juvenilia deſideria fugeret, moneretur; cœpit virtutibus

e pollere, caſtitatem amare *e*, in Dei ſervitio ſedulus & devotus exiſtere; omnibus cum quibus converſabatur honorabilis & amabilis haberi: unde & Patres noſtri Fratrem ſibi conſcriptum cœperunt eum

f habere maximo honore & amore *f*. In illo tempore Salomone, Fratre & Abbate noſtro, Epiſcopo facto, cum nos unice diligeret; poſt abitum illius verentes

g Fratres & ipſe, ne, ſicut ante eum *g*, in poteſtatem alienam traderentur, ejus nutu Udalricum ipſum ſecretius accitum ſuadere cœperunt, quatenus monachico habitu ſuſcepto ſe Dei & B. Galli ſervitio traderet, hoc pacto ut mox Patris nomine aſſumpto, Abbas ejus poſt illum conſtitueretur. At ille ut voluntatem eorum vidit, ſperans etiam juxta diſpoſitionem Dei hoc poſſe fieri, promiſit ſe in omni-

Eccl. 32, 24 bus paratum fore petitioni illorum ſatisfacere. Et ut ſapiens ſcriptum eſſe ſciens, Omnia, fac cum conſilio

C & poſt factum non pœnitebis; illico Wiboradam ſuam expetiit, petitionem Fratrum ſuorum & ſuam promiſſionem illi per ordinem pandens. At illa dixit ad eum: Fili mi, peractis tribus diebus veni, & reſponſionis meæ verba audi: & interim miſericordiam Domini implorare non ceſſes, ut ſecundum placitam ſibi voluntatē & pietatem ſuam, circa rem de qua quæris, conſilium nobis oſtendere dignetur. Statutis itaque à ſancta Domina ſua induciis adveniens, ſtetit ante feneſtram: quam illa aperiens, dixit ad eum: Fili, habes in animo libenter te fieri monachum & Abbatem in iſto loco? At ille reſpondit: Si Dei voluntas eſt, libenti animo ad utrumque paratus ſum. At illa, Verte, inquit, animum tuum aliorſum, nec monachus nec Abbas hîc fieri poteris: ſed ne multum contriſteris, vel tuos labores, quibus in Dei ſervitio te exerces, in oblivione, coram Domino eſſe pertimeas: in plaga Orientali *h* debes Epiſcopus fieri. Multis temporibus proſpere deges; tandem autem etiam magnos labores & multa adverſa de Paganis & Chriſtianis te paſſurum eſſe ſcias: plurimi tuorum fidelium occidentur: loca vaſtabuntur: & iſta tribulatio & conturbatio multis regionibus im-

h eidem prædixit Epiſcopatum & varia illi in eo obventura:

minebit. Hac tempeſtate ſedata reliquum temporis, quod in poſterum vixeris, cum magna tranquillitate pacis te ducere ſcias. Hæc ille audiens, laudes & gratias Deo & ſanctæ Virgini reddens, inter ſpem metumque poſitus, lætus abſceſſit. Itáque omnia quæ prædiximus, ſancto Spiritu venerandæ Virgini revelante, impleta conſpeximus *i*. A. HARTM. MANNO. EX MSS.

i

18 Quadam die ſancta puella ſubito concutiens tintinnabulum, feneſtellæ appenſum, fidelem vocat miniſtram. Qua veniente, Vade, inquit, eripe Gallum noſtrum: nam vulpeculæ illi ad mortem inſidianti bellum fecit, & vicit. At illa veloci curſu properans invenit Gallum ſub ramis arboris ſpatiantem. Qui ut eam vidit, ſonitu alarum gaudens, & ut credo de inaudita ante victoria ſuperbiens, illico cantavit. Quem aſſumens, & valde admirans de tanta gratia ſanctæ Virgini conceſſa, ad proprium hoſpitiolum, unde procul aberraverat, magno gaudio reportat.

novit à gallo victam vulpem.

19 Quidam venerabilis monachus & Presbyter fuit in congregatione S. Galli, litteris eruditus & egregius prædicator, nomine Waldramus. Hic habuit familiarem quemdam in miniſterio, ſibimet carum & fideliter ſervientem. Per hunc ergo idem ſe- E nior caritatis gratia ſæpius ſuam benedictionem Dominæ Wiboradæ mittere conſueverat. Cumque hac miſſione directus adveniret, & allata præſentaret, ſi- *panem ab ea benedictum contemnens,* cut omnibus ad ſe venientibus fecit, remuneratus ab ea fragmen beati panis accepit. Quod accipiens & inde egrediens, prius ut credo alio ſaturatus edulio, guſtum ſanctificati panis devitat: & obvianti cuidam pauperi illum porrigens, ſine ulla tarditate properat ad Dominum ſuum. Nec multum poſt idem febre correptus, & magna in- *febri corripitur:* firmitate detentus, manducare nec bibere potuit. Et cum de die in diem ægritudo creſcens non minueretur, ſuus ſenior valde dolens ſuper eum, interrogat, ſi ſcire potuiſſet unde ei tam ſubita infirmitas eveniret. Quo reſpondente ſe ſcire non poſſe; inquit, Numquid excogitare poteris ſi aliquando miſſus illuc à me aliquid benedictionis de S. Wiborada acceperis? Qui demum pietatis illius memor, & ſuæ culpæ vel arrogantiæ conſcius, quanta voce potuit exclamat, Domine mi, ſcio & cognoſco hac de cauſa me nunc tanta infirmitate teneri, quia à ſanctis & largis illius manibus panem accepi, ſed minimè de eo propter peccata mea guſtavi, tradens illum cuidam qui mihi occurreret. At ille de ſanctitate beatæ Virginis certiſſimus, ſimul & reatum jacentis agnoſcens, adduci cabellum præcepit: quem ſuper impoſitum ante conſpectū illius præſentare mandat. Sancta itaque Virgo agnita moleſtia, valde illius F contumaciam redarguit; panemque benedicens iterato porrigit. Quo deguſtato ſtatim convaluit, & poſt parvum labentis temporis intervallum plena ſanitate recepta, ſicut antea fecit, ſuo domino gaudens miniſtravit.

à famula pridem mortua docetur vaſa ſacrificii non debite purgata:

20 Quadam nocte apparuit in viſu B. Wiboradæ quædam famula ſuæ, qua dum in ſeculi actibus detineretur, probabilis converſationis ducens vitam, migravit: & inquit ad eam: O Domina cariſſima, calicem & patenam vel corporale, ſed & fanonem *k* cum quo ſolita es offerre, omnia pura & munda aqua lavare præcipias. Illæ enim oblatæ, in proximo *l* factæ, non ſunt mundæ; quia fidelis veſtra domeſtica, alio opere detenta, ſorori ſuæ has facere injunxit. At ſancta Virgo; Quę enim, inquit, es tu? Reſpondit: Ego ſum illa, quondam famula tua, & huc miſſa hæc eadem nuntiare tibi. Dic mihi, ait, quomodo tecum eſt? At illa ait: Domina Dei gratia & tuis meritis, inenarrabilibus bonis utor, & delectabili requie perfruor. Ad hæc Sancta, Vade, inquit, ad præparatam tibi requiem, &

k

l

mei

A. HART-MANNO. EX MSS.

mei memor esse digneris. Facto autē mane advocans ministrā: Quas hac vice tulisti, inquit, quis fecit oblatas? Respondit: Ego Domina. Cui sancta ait: Cur hoc te facere fingis, quod non fecisti? Mox illa reatus sui & negligentiæ memor, veniam petens, inquit: Pissima Domina, audeo dicere aliquid? At illa, Dic, ait, quod vis. Quomodo, inquit, Domina scire poteris omne quod facio? Quis mei apud te delator est facti? Nullam causam te celari posse credo. Beata Virgo respondit: Hac nocte quiescenti apparuit mihi in visu famula mea quondam fidelissima, nunc in Christo soror carissima, hæc omnia quæ ad nos pertinent, & quæ divina gratia illius meritis rependere voluit, per ordinem pandens. Nunc præceptum nobis sine ulla tarditate studeas implere: Vasa offertoria & divino cultui præparata, corporale, & linteum oblatitium mundissima lympha purgare non pigeat: ulterius caveto, ne rebus in Dei servitio exercendis crimen subrepat negligentiæ.

21 Hæc sancta Virgo quidquid de annona sibi vel ministrantibus supererat aut à quoquam acceperat, larga manu cuncta pauperibus erogabat. Inter quos unum elegit, quem tempore sui prandii circa nonam jugiter secretius adesse præcepit. Hujus gressus aliter esse non poterat, nisi quod duobus baculis ascellas sustentantibus incedebat. Igitur diabolus, omnis boni invidus, gerens mille nocendi artes, quadam die in similitudine illius egeni magno strepitu balatorum horam refectionis antevenit, & prostratus terræ ante fenestellam tanta se infirmitate detentum simulat, ut se jam deficere proclamaret, nisi solita sibi eleëmosynam mox ab ea perciperet. Illa immota manens, ut semper sine intermissione prostrata in oratione jacebat, nullum profano responsum dedit. Econtra deceptor amarum flens & ejulans, Quid proderunt tibi, inquit, si hic moriar, eleëmosynę quas ante dedisti? Ubi nunc larga manus quam mihi sæpe præbuisti? Quare exeuntem animam saltem in hora subitæ mortis non recreas? At sancta Virgo sicut cœperat tacita permansit. Interea malignus suasor, caput horrendum ad fenestellam subrigens, introspicit. Sancta itaque Virgo se paululum à terra levans, contra hostis nequitiam signum sanctæ Crucis imprimit, & semetipsam undique munivit. Deinde ad phantasma dixit: Recede quisquis es, adjuratus per tremendum & venerandum Christi nomen; recede à me, non recipies quidquam. Illico sancti nominis invocatione phantasma, velut palea venti flamine translata, nusquam comparuit. Discedente diabolica fraude, certæ refectionis tempore, sicut antea solitus erat, eleëmosynarius pauper cum magna cautela advenerat. At Virgo beata, gaudio repleta, simul admirans, Veni, ait, amice, te agnosco, veni: quæ à Domino præparata sunt lætus suscipe: ille incognitus, qui dudum advenit, Dei virtute superatus & confusus, procul recedat à nobis.

B *diabolum instar consueti pauperis petentem cibum, signo Crucis fugat.*

C

ANNOTATA.

a Salomon *Episcopus Constantienſis, 2 hujus nominis, ab anno* 885 *ad* 891.

b *Circa annum* 887.

c Prope basilicam S. Magni, *inquit Hepidannus.*

d *Hic est* S. Udalricus *Episcopus Augustanus, cujus Acta à coævo conscripta 4 Iulii illustranda, eadem de S. Wiborada continent.*

e *Ekkehardus junior sec.* XI *lib. de Casibus monasterii S. Galli cap.* 5 *ista de S. Vdalrico interserit:* Wiboradam inclusam (coævulis se licentia data ad ludos parantibus) feriatis diebus furtim visitare assolitus, divinis paginis interdum ab illa verbis & exemplis instructus est. Nam quadam die, cum illum ante fenestellam clausulæ stantem leviſſimo viderat cingulo præcinctum, de suo ei paratum offerens; Castitatis, inquit, fili mi, tibi cingulum per hoc lineum meum à Deo accipe, continentiæque trophæo ab hac deinceps die per Wiboradam tuam te præcinctum memento. Cave autem, me tibi à Domino meo edictum ferente, ne ullis ab hinc colloquiis vanis mulierculis miscearis, & si, ut facillime fit, aliquo carnis igne incensus fueris; loco in quo fueris mutato, Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina, mox cantaveris. Sin autem sic pacem, aliquo alio lapsu tuo vetante, non habueris; titionem sive candelam ardentem, quasi aliud aliquid agas, quærens, digitum vel leviter adure, eodemque versu dicto securus eris. Sic Magistra prædurata discipulum, sanctissimum futurum, ut ipse Patribus narrabat, contra ignem igne præduraverat. Multa sunt quæ de doctrina nutricis suæ (sic enim etiam vetulus eam nominare solebat) Patribus ille dixerat, quæ quia austera hujus temporis Sanctis videri possunt & impossibilia, ne quid eis suboleat, præterimus.

D

f *Hic est* Salomon, 3 *istius nominis Episcopus, ante monachus & Abbas Sangallensis factus an.* 891, *mox etiam creatus Episcopus anno* 892, *mortuus an.* 918 *in vigilia Epiphaniæ.*

E

g *Ab anno* 841 *ad* 891 *præfuerant Abbates externi Grimaldus & Hartmuotus, quorum tamen virtutes monachorum virtuti haud impares & magna de monasterio merita historici commendant.*

h *In Vita S. Vdalrici additur:* ubi quidam fluvius duas dividit regiones. *Lycus scilicet Sueviam & Bavariam discriminat.*

i *Præsertim circa annum* 954. *Post fusos autem ab Otthone Magno Paganos, secuta est quies hic prædicta: quæ licet ad vitæ finem duraverit, non est tamen necesse ut eumdem finem auctor viderit.*

k Fano, *mox infra explicatur* Linteum oblatitium, *in quo oblatæ sive hostiæ præsentantur ad futurum sacrificium.*

l Factæ, *ist est* præparatæ, *intelligendo de præparatione remota, quæ etiam mulieribus, præsertim sacris permittitur: quamvis proxima præparatio, quæ fit tempore ipsius sacrificii, ad Diaconum pertineat.*

CAPUT III.

Præscita cædes Burchardi Ducis, & incursio Hungarorum, & ab his illatum martyrium.

F

QUadam nocte, paululum quid B. Wiborada in lectulo quiescente, per visionem apparuit ei Dominus noster S. Gallus, scissis vestibus & veluti sordidis, & inter scapulas quasi signo Crucis insignitis. Quem cernens Sancta, obstupefacta, Quis, inquit, Domine tantum scelus in te perpetravit? vel tam sordidis & ruptis vestibus induit? At ille, Tyrannus, ait, *a* Burchardus, non Dux, sed prædator & desolator istius provinciæ, tanta in me commisit scelera: loca & prædia circumquaque à fidelibus mihi collata prædavit, & sibi cooperantibus in beneficium tradidit: crucem auream venerandis Sanctorum Reliquiis plenam abstulit, familiolam desolavit, monachos in loco hoc sub sancta professione Deo & Sanctis ejus servituros fame & inedia cruciavit. Vere dico tibi, quia melius ei esset si natus non fuisset. Mox sancta Virgo, somno recedente evigilans, secum de visione tractavit: nulli tamen hanc illis diebus innotuit. Non post multum autem comperto ad monasterium ejusdem Ducis adventu, cum *b* Abbas tyranno loco cederet, illico ut advenit eum ad se accersiri præcepit. Quem adve-

a

b

A advenientem dirè ſuſcipiens, aſperis verbis de ſingulis ſibi per viſionem oſtenſis valde increpavit, & hoc addidit: Cur, inquit, hunc adis, quem tu tantis injuriis afflixiſti? Crucem ejus auream, cum Sanctorum Reliquiis refertam, contumaciter de iſto loco tecum aſportare auſus es. At ille, cum hanc non ſponte, ſed monachis offerentibus & ſibi dantibus ſe ſuſcepiſſe teſtaretur; Non propter amorem tuum, ait, hoc fecerunt, ſed propter timorem. Sed niſi reddideris, ut loco ſancto unde ablata eſt reſtituatur; ſcias vitam tuam in periculo & in extremis conſtitutam. Cumque de omnibus, pro quibus erat admonitus, emendationem dignam promitteret, & Crucem ſanctam aliaque quam plurima injuſte ablata ſe reddere paratum fore; inquit inter alia: Domina cariſſima, ſcio quia mulier ſancta es, ora pro me & ſuſcipe me in orationem tuam. At illa, Si juxta promiſſa tua, inquit, coram Deo & Sanctis ejus mihi ſatis feceris, faciam voluntatem tuam. Quo audito vertens ſe ad altare, juriſjurandi affirmatione omnia ſecundum condictum ſe facturum & deinceps emendaturum ſpopondit. Quem his verbis ſuſcipiens, data licentia cum ſe parumper à ſanctis ejus obtutibus avertiſſet; iterum eum ad ſe vocans, inquit: Proviſores monaſterii relicti Fratres, circa tuum adventum ſoliciti, mane conſiliantur, quo theſauro te honorare poſſint. En ego tuæ incolumitati conſulens, prædico quia calicem aureum cum patena tibi offerent: cave ne ſuſcipias. Quod ſi ſuſceperis, & iſta quæ promiſiſti non impleveris; ſcias tibi longi temporis vivendi ſpatium eſſe denegatum. At ille promiſſis promiſſa adjiciens, benedictione percepta, ad domicilium S. Rachildæ proceſſit. Quæ à ſpirituali matre præmonita, illis verbis ſimilia promittentem humiliter ſuſcepit ac dimiſit.

hunc redarguit

& emendationem cum jurejurando promittentē

B

monet ut calicem aureū ſibi offerendum accipiat:

23 Mane facto, ſicut ſancta Virgo prædixerat, inito conſilio, monachi ſancta vaſa, id eſt calicem aureum cum patena, quia aliud non habuerunt, Duci pro munere obtulerunt. Quæ dona ſuſcipiens, oblitus ſui juramenti & ſponſionis, quam Virgini Deo dignæ promiſerat, ad propria remeavit. Non poſt multum temporis idem Dux iter ſuum dirigens ad Italiam, Rolingindæ matronæ, ſibimet in matrimonium ſociatæ, omnia, quæ S. Wiborada & periculoſa & ad ſalutem pertinentia animæ præmonuit, ex ordine narravit. Hoc ei præcipue injungens, ut

illo nihilominus acceptum trādit uxori,

C

ſi ad propria vita comite non rediiſſet, calicem cum patena monaſterio reſtituere non diſtuliſſet. Sed heu hominem dolendum, non ſolum iſtum, ſed unumquemque, qui ipſe ſibi dum poteſt conſulere deſinit, & non cogitat quia vilitati fœni, quod in campis vireſcit & floreſcit & mane inciſum areſcit, aſſimilatus eſt. Dux itaque, ſicut mente conceperat, magno comitatu Italiam ingreſſus, dum totam ſibi terram ſubjicere & multos decipere cogitat, ipſe doloſitate illius gentis præventus, dum ſtudet evadere,

& profectus in Italiam miſereperit,

d ſubito lapſu infrænis equi in *d* foveam, veluti caſui illius præparatam, cecidit, hocque inſperato obitu miſerabiliter vitam finivit. Igitur Relinginda matrona, Domini ſui Ducis obitu comperto, non ſicut antea ab ipſo commonita fuerat, de ſanctis vaſis fecit: ſed patenam pretioſo opere decoratam ſecum retinuit, aliamque multo minorem minoriſque pretii fabricatam, ſicut in præſenti cernimus, cum prædicto calice monaſterio reſtituere præcepit.

revelatione divina novit adventum Vngarorum,

24 Quadā die, poſt celebratam ſolennitatem B. Joannis Baptiſtæ, ante feſtivitatem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, inter meridianum tempus & nonam, ſolito ſedili in Pſalmodia Beata reſidente, jacens ante eam patens pſalterium ſubito ſe ultro complicuit: in quod pauliſper caput reclinans obdormivit. Hoc tenui ſomno per viſum ei revelatum eſt, ſævam gentem Hungarorum anno futuro in Kalendis Maji, aliis terris pervagatis: & devaſtatis, ad monaſterium S. Galli perventuram, & in eadem revelatione oſtenſum eſt illi, quod per martyrii gloriam, ipſis Paganis eam vulnerantibus, & certaminis præmia in cæleſtis regni beatitudine percipere deberet. Mox evigilans, & de viſione ſolicita intentione pertractans, inter ſpem metumque poſita, ſpe ſuæ vocationis, metu populi contritionis, aliquantis diebus conticuit. Deinde cogitans ſe deliquiſſe, ſi revelata à Deo aliis non manifeſtaret; virum venerabilem Waldramum, cujus antea fecimus mentionem, ſibi affabilem, ſecretius ad ſe vocatum, Paganorum adventum tempuſque ſignatum pronuntiat; ipſi autem, nec unquam ulli quæ ei de ſua paſſione revelata fuerant pandens. Inſuper admonuit, ut palam in eccleſia cunctis advenientibus, ſed & undique circumquaque manentibus, imminens periculum patefacere, curaret: ſe etiam in hoc laborare promittens, quatenus dilatione tanti temporis, orationum frequentatione, jejuniorum celebratione, ſancta eleemoſynarum largitione, ſine intermiſſione miſericordiam Domini jugiter implorantes, iram ſuperni Judicis, propter multimoda cunctorum populorum delicta ſævientis, aliquatenus bonis actibus inſiſtendo mitigaret.

A. HARTMANNO. EX MSS.

indicatque Waldramo monacho.

E

adventantibus Paganis per Bavariam

25 Cumque illius anni circulus vergeretur, & tempus Maji menſis, ſanctæ Virgini per viſionem oſtenſum, appropinquaret; ſubito fama terras pervolante, nuntiatur Paganos tota provincia Bajoariorum eſſe diffuſos. Sed corda hominum, peccatis exigentibus quo imminens exitium evadere poſſent, cum heu! dura ſemper eſſent ad credendum; iterum atque iterum fama percrebreſcente de adventu Paganorum, antea credere noluerunt, quam ſæviens interitus gladio imminente hanc etiam provinciam uſque ad lacum Potamicum gens barbarica circum ſepſit, plures & innumeros occidit, cuncta villarum officia circumquaque ignis incendio devaſtavit. Plurimi etiam apud noſtrates, imminens periculum tarde vel nullatenus credentes, Domini tamen miſericordiam ſine intermiſſione implorare ſtuduerunt: alii etiam ex illis nullo modo crediderunt. Quidam etiam de familia, juga montis excelſi ſupra monaſterium poſiti ſcandentes, flammarum & fumi uſque ad æthera tendentis indicio vix aliquando potuerunt credere. Abbas itaque monaſterii, Engilbertus nomine, vir providus, cum jam caſtellum quoddam monaſterio proximum valde firmaſſet, undecim Fratres de præcipuis monachis miſit ad B. Wiboradam; quatenus cum illa tractarent, quo modo ipſa poſſit ſalvari, & ſe ob Paganorum ſævitiam devitandam de clauſula educere pateretur, & hoc illi dicerent, quia Domino protegente ſcirent, eam quidem de ſe ipſa eſſe ſecuram, nec periculum mortis pavere; ſed ob ſtatum loci & in eo commorantium vel Deo ſervientium, pro quibus ſemper devota oravit, & adhuc orare deberet, Domino confortante vitam ſibi illius per longa tempora fore neceſſariam. At illi juxta præceptum properantes, conſilium & voluntatem Abbatis ſanctæ Virgini indicarunt. Quæ ut audivit ſermones iſtos gratanter ſuſcepit, & certa de viſione præterito anno ſibi oſtenſa, ſed & de ſpe retributionis æternæ, inducias uſque mane poſtulans, dum ſibi apud Abbatem ipſum colloqui liceret, illis abeundi licentiam tribuit.

ad Potamicum lacum,

F

non conſentit miſſis ab Abbate ad ſe abducendam.

26 Mane facto nuntii iterato advenientes barbaros adventaſſe proclamant. Illico Abbas, velut anhe-

A. HARTMANNO. EX MSS.

lus ad eam veniens, pridie mandata per monachos repetivit, dicens cum lacrymis ad ſanctam Dei: Quare, Domina, ſicut fama eſt, Paganos non devitas? cur in periculis conſtituti privantur tuis orationibus & ſancto conſpectu? quare non pateris te tuto loco aliquantum temporis, ad conſolationē noſtram, Dei gratia comitante & adjuvante, ſervari? At illa his fletibus mota, Cur, inquit, venerande Pater, tantam mihi triſtitiam ingeris? cur mihi, quia tua in me poteſtas eſt, tantillum ſpatium exacti laboris perdere præcipis? Si Dominus mihi, ut ſpero & credo, adjutor eſt, quod ſemel animo fixum eſt mutari non poteſt: iſtam manſiunculam, Dei clementia mihi conceſſam, vivens in corpore vacuam non relinquam. Igitur Abbas tantam virginalis animi conſtantiam in Deo fixam conſpiciens, veniam ſibi dari poſcit quod eam in tantum ſuis verbis fatigavit: & pro certo cognoſcens, quamvis ipſa non diceret, aliquam ſuæ vocationis revelationem ſibimet factam; interrogat, quod nunc ſibimet rebus agendis conſilium daret. At illa inquit: Sancte Pater, nullam moram interponas, quin temetipſum & animas tibi à Deo commendatas ſalvare ſtudeas; theſaurum S. Galli, ſicut jam cœpiſti, & quidquid ad uſus monachorum vel familiæ adhuc reliquum eſt, hodie & hac nocte portando & vehendo ad caſtellum tranſmittere non tardes: craſtina enim die, ſine omni dubietate, vallis iſta undique circumſepta multitudine barbarorum replebitur. Tandem Abbas venerandus, omni dubietate ſubmota & cunctis verbis credulus, fecit ut monuit: & omnem qui relictus eſt theſaurum S. Galli, in libris, in auro, in argento, in diverſi generis veſtibus, & quidquid in ſumptibus vel uſibus monachorum eſſe poterat, cum omni cautela & feſtinatione, ad caſtellum tranſmiſit.

aut ipſi Abbati ideo lacrymanti.

eumdem monet iſta die & nocte omnia ſubducenda.

B

27 Venerunt etiam parentes Dominæ Rachildæ tractantes cum B. Wiborada, quatenus filiam ſuam de clauſula ſumptam ad tutiora loca ſecum ſervandam deducerent. Quibus ipſa ait: Nolite ſoliciti eſſe de filia mea. Omnipotentis enim Dei & Sanctorum ejus munimine, vobis ad conſolationem multiſque aliis, per multa tempora ſalvabitur. Ite ad hoſpitium veſtrum, & maturius ſurgentes venite ad nos, ut benedictione Dei ſanctique Magni de manibus noſtris percepta, gaudentes redeatis ad propria. Illuceſcente itaque altera die propinqui B. Rachildę, ſicut erant religioſi, verbis & conſolationibus ſanctæ Virginis fidem adhibentes, omni ſolicitudine poſtpoſita pro filia ſua, venerunt; & gratias ei reddentes pro omnibus bonis, ſemper ſibimet tanta benignitate oſtenſis, licentiam abeundi poſtulaverunt. Quibus illa, Accipite, ait, benedictionem Domini de manibus meis, & paululum guſtantes ite cum pace. Cumque hoc factum fuiſſet, illius ſanctis orationibus muniti & Dei gratiæ Sanctorumque orationibus commendati, ſalutata filia ſua redierunt ad propria.

Rachildem immunem ſive addicit ejus parentibus:

C

28 Deinde quidam ex familia, equi velocitate delapſus Paganis inſequentibus, venit fugiens: & multis adhuc in valle, ſive in tabernis ſive in diverſis locis conſiſtentibus, clamore magno, Fugite, inquit, ó miſeri, fugite, adſunt quos advenire credere noluiſtis? Senior etiam & monachus Hitto, adhuc in eccleſia S. Magni conſiſtens, quia ipſius eccleſiæ cuſtos erat, ſecum deliberans ut nuſquam fugeret; hortatu & præceptis S. Wiboradę tandem compulſus, in proximum lucum monti adjacenti inhærentem, cum duobus ſibi famulantibus vix aufugit.

præcipit fugam cuſtodi eccleſiæ & famulis.

29 Interea veſanus quidam & Deo odibilis, aſcitis ſibi ſimilibus ſociis, ad S. Magni baſilicam una properant; ignique ſuppoſito, cum manſiunculam ſanctæ Virginis exurere vellent, divina virtute flammæ reſtinctæ ſunt. Cumque effectum perverſæ voluntatis ſe non poſſe perficere cernerent, circumeuntes ædiculam aditum, quo intrare potuiſſent, quærunt. Et non invenientes, duo ex illis aſcenderunt ſuper tectum, & disjectis tegulis incidunt obſtacula quæque: factoque foramine ſe immittentes, ſanctam Virginem, ante altariolum ſtantem, & devotis precibus Deo omnipotenti & Sanctorum omnium ſuffragiis ſuppliciter ſe commendantē, ſpoliaverunt veſtibus, ſicque omni tegimine præter cilicium ablato, libratis *e* aſcibolis tria capiti vulnera ſanctæ Virgini & Martyri infligunt, & ſeminecem relinquentes diſceſſerunt. At ſanguis undatim profluens cilicium pene totum perfudit; ſed & murus ejuſdem clauſtri, ſancti ſanguinis aſperſione perfuſus, per multa tempora martyrium ſanctæ Virginis advenientibus patefecit: qui nullis abolitionibus, quamvis mera calce ſæpius obductus, quin ſe panderet obtegi potuit. Nos etiam hoc verum eſſe proximis temporibus oculis noſtris inſpeximus.

D

ab Hungaris in cellam irruentibus

e veſtibus ſpoliata in cilicio vulnerata relinquitur.

30 Et ut plenius veritas pandatur fidelibus, verbi gratia interferam ordini lectionis meritis ipſius & hac ope factum miraculum. Quidam Turicini *f* pagi mercator, oculorum dolore graviter laborabat, ita ut tanta cæcitate obtenebratus incederet, ut vix callem baculo regente teneret. Hic audiens famam Virginis egregiæ, pro Chriſti nomine martyrizatæ, quia multis infirmantibus ante ſuum tranſitum ſubveniret; devotus & fide firmatus advenit. Cumque eccleſiam S. Magni orandi gratia intraret, rogat ſe ad Venerandæ Virginis ſepulcrum duci; ibique querulas preces Domino fundens, cum ſanctæ Martyris auxilium flagitaſſet, ſurrexerunt: & quia antea audivit, clauſulæ ejus murum aſpergine ſancti cruoris infuſum, petiit ſibi monſtrari locum. Hocque facto, aliis diſcedentibus, cultello parum quid ſanguinolenti pulveris abradens, & linteolo involvens, ſecum retinuit. Deinde gratiæ Domini & ſanctæ Virgini ſe commendans, iter quo venerat repedavit: & nil moratus, cum domum propriam intraret, pulverem ſanctificatum pene cæcatis luminibus injecit: moxque omni fugato dolore integre ſe viſum recepiſſe gaviſus, meritum & martyrium S. Wiboradæ multis antea ignorantibus patefecit. Poſteaque, quam citius potuit, ad monaſterium cum oblatione veniens, gratias Deo omnipotenti & ſanctæ Virgini pro recepta ſanitate rependit, & publice illius meritis ſe ſalvatum omnibus manifeſtavit.

f

E

cæcus accepto pulvere ſanguinolento illuminatur.

31 Tranſactis igitur octo diebus, incluſi caſtello, multorum qui advenerant diſceſſum Paganorum audientes, Abbas cum monachis & familia, ad monaſterium redierunt: ſed & alii multi, ex diverſis locis in idipſum caſtellum congregati, ad propria remearunt. Prædictus etiam monachus & Presbyter, tertio die paſſionis ejus, rediens clam ad baſilicam S. Magni ſibi commendatam, aſſumptiſque quibuſdam de fratribus & laicis; una cum illis & fideli ejus miniſtra intrantes clauſulam, ubi ſancta membra jacebant, ſolitam orationem ſuper illam fecerunt. Cumque ſanctum corpuſculum, jugi parſimonia conſumptum, & oſſa arida vix tenui cute & nervis cohærentia, ad lavandum cilicio cruore rigente nudarent; vulnera capitis ſana repererunt: pedes etiam, antea aſperitate duri & nimii frigoris truncatos, ſanitati priſtinæ redintegratos invenerunt; uno tantum brachio & crure, ſicut adhuc vivens ad ſe contraxerat, aliquantulum curvatis. Inſpicientes etiam corpuſculum, invenerunt cicatrices ferreæ catenulæ, qua ſe circumligatam habebat, hocque cruciatu corpus tenerum mactabat; imitatrix egregia venerandi Patris noſtri S. Galli, qui ænea catena ligatus, quatuor partibus corporis profunda vulnera cernentibus patefecit. Ipſa etiam

F

corpus abſque læſione inventum

martyrii

A martyrii ſui die beata Virgo catenulam, quam diu, priuſquam barbara gens adveniret, de corpore ablatam ſubtus altarium poſuit & abſcondit: poſtea, in viſione apparens his qui excubias circa ſanctas exequias celebrabant, admonuit, ut aſſumptam ipſam catenulam juxta ſuum corpus in ſarcophago collocarent. Quod & factum eſt.

una cum ea catena ſepelitur.

ANNOTATA.

a Burchardus, potentiſſimus Suevorum Dux, *Luitprandus lib. 2. cap. 16.* Dux Alamannorum an. 18 *cum* Rudolfo II Rege Burgundiæ Tranſjuranæ, pugnavit, & Rex ſuperatus eſt, *cui* filiam ſuam Bertam uxorem dedit anno 922. *Conſule Annales breves Hepidanni & Chronicon Hermanni Contracti.*

b *Erat jam tum anno 924 Engilbertus Abbas creatus, mortuus anno 934.*

c *Luitprandus lib. 3 cap. 4 late ejus, à Rudolfo Rege genero olim ſuo inducti, iter in Italiam & cædem deſcribit.*

d *Idem.* In foſſam, quæ muros circuit civitatis Eporediæ, equus decidens eum projecit: ubi & irruentibus Auſoniis, *id eſt Italis*, confoſſus lanceis,
B vitam morte commutavit. *Eſt autem occiſus ſub initium anni 925, cujus cædi ſubjungitur etiam adventus Hungarorum in Annalibus Hepidanni.*

e Aſciola *id eſt* ſecuricula: *nam quod Francis* hache, *Teutonibus* akſe *dicitur*, ſecuris.

f Turricinus pagus *hic appellatur ea Helvetiæ pars quæ hodie Zuricgovia dicitur, uti conſtat ex Vita 2 num. 14, ubi* Turicinus lacus *eſt, in quo inſula* Ufnaugia, *hodie* Zuricher-zee.

CAPUT IV.

Varia poſt martyrium patrata miracula. Occaſio Vitæ conſcriptæ.

Sepulcrum de nocte clara luce illuſtratur:

32 QUadam nocte fidelis miniſtra ejus, orandi gratia ad ſepulcrum accedere volens, priuſquam ad oſtiolum ædiculæ perveniret, tantam luminis claritatem intus ſplendeſcere vidit, ut ſi acum quærere deberet invenire potuiſſet. At illa ſubita luminis apparitione ſtupefacta, & minime propius accedere auſa, loco quo ſtetit ſolo proſtrata eſt, & ſubnixis precibus Deo & meritis ſanctæ Virginis ſe commendans, rediit ad lectulum, laudans & benedicens Dominum.

C *fœniculo ad ſepulcrum per hiemem creſcente*

33 Æſtate vero ſui tranſitus finiente, & autumnali tempore inſtante, venerabilis Presbyter & monachus Hitto, viridis fœniculi germen circa tumulum ejus fixit: quod diſpenſante gratia divina radicem figens terræ, per totam hiemem floruit, & veluti in modum coronæ ſe ſibimet intexens, totum ſepulcrum hoc ſepſit ornamine; & adeo crevit in altum, ut multi qui advenerant mirarentur, dicentes, ſe in hortis vernali tempore ſub divo ejuſmodi herbā numquam vidiſſe tam nobilibus foliis infloruiſſe. De hoc etiam germine multis poſtea infirmitate laborantibus ſubvenitur: ſed & B. Rachildæ jugiter ægrotanti exinde ſorbitiuncula facta, illico ſe medelam recepiſſe ſenſit in corpore. O flos virgineus, ſemper viridis & pulcher, quanta dignitate ſplendebis coram Domino in perennitate, qui tanto honore decoraris in mundi peregrinatione!

morbi curantur.

34 Eiſdem diebus poſt paſſionem S. Wiboradæ, ſicuti paulo ante enarravimus, B. Rachilda, magna corporis infirmitate detenta, omnium membrorum viribus deſtituta jacebat, nihil guſtans præter ſi ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini vivificamine ſit recreata. Hacque infirmitate diu perdurante, contigit ut tribus continuis diebus ita immobilis & deſperata jaceret, ut hi qui excubiis interfuerant, mortua eſſet an viveret penitus neſcirent: quibus etiam ante feneſtram ædiculæ interfuit venerabilis Magiſter & monachus Nokerus *a* Medicus. Illa etiam fidelis miniſtra ambarum quondam Virginum, in angulo ipſius cellulæ, parvo lectuli ſtramine, ob cautelam ſanctæ Virginis quieſcebat. Tandem ſancta Virgo, quæ deſperata jacebat, tertia nocte circa pullorum cantum, paululum reſumpto ſpiritu, aiebat. Cara mater, ſi voluntas Dei, aliquod juvamen magna infirmitate mihi laboranti præſtare digneris. Nec mora, illico divina affuit miſeratio: ipſa namque cuſtode vigilante & aſpiciente, ſancta ac beata & glorioſa Martyr, cum magna luminis claritate & ſuaviſſimi odoris ſuavitate, apparuit; & caput ſuum capiti infirmantis reclinans, ſalubri etiam tactu manus, ut ei viſum eſt, diu inibi morata, ſubſtitit. At miniſtra fidelis, tremefacta hæc cernens, ait intra ſe: Quam pulchra & decora ſplendes, mea Domina? Moxque cum ipſa luminis apparitione, viribus humanis ſublata, Martyr glorioſa receſſit, ſuaviſſimi odoris dulcedine ad lucem inibi uſque perdurante: ſancta etiam Virgo, poſt diſceſſum piæ Matris infirmitate recedente, reſumptis viribus convaluit.

a HEPIDANNO. EX MSS.

B. Rachildæ mortuæ inſtar triduo permanens,

à S. Wibora visitata convaleſcit.

35 Quidam juvenis monachus, in venerandi Patris noſtri S. Galli congregatione, Udalricus nomine, ſub ſcholari diſciplina degebat: qui infirmitate ſuperveniente longum tempus graviter laboravit, ita ut durante ægritudine, oſſibus tenui cute & nervis vix cohærentibus, ſupremum ſpiritum trahere videretur, nilque ſomni vel edulii capere potuerit. Hic cum morti proximus eſſe cerneretur, condiſcipulorum ſublevamine ductus, ante ſepulcrum beatæ Martyris provolvitur: cumque flebili & ſupplici prece ſe meritis illius aliquod medicamentum percipere deploraſſet, obdormivit: moxq; ſub ipſa hora evigilans, rogat ſibi aliquid ad manducandum donari. Hocque cum B. Rachildæ nuntiatum fuiſſet, miſit ei panem & piſcem. At ille ſuſcipiens ſatis avide comedit, ſicq; patrociniis beatæ Martyris, veluti de præcipitio mortis ereptus, non ſine admiratione ipſe per ſe gradiens, ad clauſtrum rediit, qui aliorum adminiculo adductus, titubanti greſſu membris etiam diſſolutis vix advenerat.

E *juvenis longo morbo maceratus ſanatur.*

36 His & tantis ſignorum virtutibus jugiter ad ſepulcrum beatæ Virginis oſtenſis, venerabilis Abbas Engilbertus, anniverſario depoſitionis illius tempore adveniente, anteriori die vocavit ad ſe Hittonē monachum, fratrem ipſius venerandæ Martyris: & aliis Patribus plurimis de congregatione præſentibus, rationem cum illo de ipſius virtutibus habuit. Qui cum plurima, quæ vel nota omnibus vel adhuc ignota fuerant, veritatis aſſertione in medium proferret; omni dubitatione ſubmota, Abbas certiſſimus, quanti meriti quantique honoris glorificatione ante Deum digna haberetur, quæ tantis ſignis & virtutibus inter homines clareſceret; cum conſilio Fratrū eidem monacho & Presbytero mandat, ut ſuperventuræ noctis Vigilias, cum pſalmodia & dulci hymnorum modulatione, ſicut antiquorum Patrum ordinatione de Virginibus conſcriptum habemus, cum Dei licentia & adiutorio, ad tumulum ejus devotiſſime adimpleret; deinde etiam ſuperveniente diem ſynaxi & Miſſarum celebratione ſolemnem duceret. At ille magna gratulatione, cum Matutinas laudes, juxta præceptum ſibi, ad ſepulcrum ſanctæ Virginis devotus exſolveret; illuceſcente jam die gratia quieſcendi paululum ad domicilium rediit. Cumque lectulo ſe collocaret & obdormiſſet, adeſt in viſu beata Virgo, de ſervitio Deo reverenter expleto grates reddidit, ſed tamen aliquid fore quod ſibi diſplicæret indicat. At ille, Audio, inquit,

F *ex conſilio Abbatis & aliorum.*

Anniverſarius dies ut de S. Virgine celebratus,

placuit Sanctæ,

A. HARTMANNO EX MSS.

vocem loquentis: ſed cui reſpondere debeam non ſcio. Ego ſum, ait, Wiborada: & in ipſa hora, lætanti vultu & noto antea, ſibi quaſi arridentem conſpicit, Cui ait: Quid eſt Domina quod deliqui? At illa: Altariolum meum, velamine meis manibus, dum in carcere hujus ſeculi morabar ſemper coopertum, exſpoliaſti; & aliud pretioſius, quod alterius eſt, ſuper expandiſti. Surge citius, & nil moratus, quod noſtrum eſt reſtitue loco ſuo. Quod ille audiens concitus ſurrexit, & illico præceptum perfecit.

non velamen altaris mutatum.

37 Hoc etiam ſilentio prætereundem non eſſe utile arbitramur, quod ſancta Virgo & Martyr, non ſolum ad ſepulcrum ſuum fidelibus advenientibus, & devote illius ſolatium petentibus, medicina ſalubri occurrit; verum etiam his, qui procul poſiti ſeu infirmitate ſeu qualicumque labore detenti, ſi fideliter illius præſtolantur auxilium, divina opitulante clementia aſſiſtere non ceſſat. In pago Frichgowe nuncupato, quem *b* Araris fluvius uno latere præterfluit, & ex altera parte nobiliſſimus fluviorum, Alemanniam penetrans Rhenus inundat, fuit quædam mater familias, laudabilem vitam ſeculariter ducens, nomine Hiltruda, B. Rachildæ Recluſæ germana; quæ ſuperveniente infirmitate tanta corporis moleſtia detinebatur, ut ablata facultate manducandi, bibendi, ambulandi, ſedendi, quidve paululum in lectulo quieſcendi, extremum halitum vix trahere videretur. Cumque diu tantis languoribus fatigata tabeſceret; tandem ſuperna miſerante clementia, quæ in ſe ſperantes ſalubriter caſtigat ut ſaluet, paululum reſumpto ægri pectoris ſpiramine, voce qua poterat beatæ Virginis implorans auxilium, Beatiſſima, ait, Martyr & Virgo Chriſti digniſſima Wiborada, ſuccurre mihi miſeræ, valde laboranti: ſcio enim & credo, quia Dei gratia concedente potes tuis precibus pugnantem in me morbum aliquamdiu relevare, quo membra paululum diu fatigata quieſcant. Hæc teſta orando flebiliter, ut poſtea retulit, neque dormiens neque penitus vigilans, vidit ſibi aſſiſtere ſanctam Virginem, & in manu tenere hyacinthinæ pellis particulam, ſimilitudinem habentis vaginæ qua enſes obduci ſolent. Quam etiam ſuper eam jaciens, inquit: Optaſti à me ut aliquantulum dormias: quieſce & dormi cum benedictione Domini. Illico ſomni ſuavitate ſalubriter obtenta, dormivit illam noctem & magnam partem ſequentis diei. Deinde evigilans, & circa manentes ob cuſtodiam ſui vocans, Date, inquit, mihi ad manducandum quantocius, ut corpus morbo & fame conſumptum pauliſper recreem, quia nihil mali patior: Dei enim gratia & Dominæ meæ Wiboradæ, liberata ſum ab hac infirmitate. Quæ poſt paululum, corporis viribus pleniter reſumptis, ad monaſterium S. Galli properat; moxque viſitato ſanctæ Virginis tumulo, ob receptam ſanitatem laudat, & gratias Deo omnipotenti meritiſque illius, oblata benedictione, devota perſoluit.

varii procul abſentes ſanantur:

b

B

C

& Sancta viſitata.

38 Poſt obitum Hittonis Presbyter quidam, Eggibertus, nomine, ſeculo renuntians, ad monaſterium venit: ibique ab Abbate benigne ſuſceptus eſt. Hic in monaſterio probabilem ducens vitam, cum omnibus converſatio ejus placuiſſet, ſucceſſor Domini Hittonis effectus ab Abbate, S. Magni eccleſiam ſuſcepit regendam. Contigit autem poſt paucos annos infirmitate ſuperveniente tantis illum doloribus oculorum cruciari, ut nec requiem habere nec per ſe quoquam incedere obtenebrato viſu potuiſſet. Cumque in hac infirmitate aliquamdiu laboraſſet, & adhibita medicina nihil profeciſſet; adveniente feſtivitate S. Agnetis Martyris, fide armatus, cellam, qua beatæ Virginis & martyris Wiboradæ membra tumulata quieſcunt, ingreditur; ibique ante ſepulcrum proſtratus, diu ſupplicem fudit orationem. Tandem voce flebili precibus pia vota conjungens, Domina mea, ait, ſanctiſſima, credo quia apud omnipotentis Dei miſericordiam meæ infirmitati potes implorare remedium. Scias etiam quia ſi in his laboribus tuis meritis mihi ſuccurrere dignaris, quod omni hebdomada, dum vivo & vires corporis habeo, ad altarium tuo ſepulcro appoſitum Miſſam de ſanta Cruce feria ſexta celebrare non deſinam. His votis & orationibus finitis cum paululum obdormiſſet, moxque eadem hora evigilaſſet, fugato omni dolore & cæcitate, tantam claritatem oculorum ſibi ſentiebat adeſſe, ut ſe in juvenili ætate clarius videre non poſſe fateretur: ſicque poſt omnibus diebus vitæ ſuæ, ſana & clara oculorum acie perdurans, largitori omnium bonorum & benevolæ largitrici, quod promiſerat devote & fideliter implere non ceſſat.

D

voto facto illuminatur,

Sacerdos in cæcitatem lapſus,

39 Mulier quædam, Reginſinda nomine, jugi capitis dolore laborabat. Hæc comperta fama de virtutibus ſanctæ Virginis, qualiter Domini aſpirante gratia infirmantibus medebatur, in feſtivitate anniverſaria depoſitionis illius ad ſepulcrum venit: ibique cum fletibus devotis precibus inſiſtens, votis ſe conſtrinxit, ſi illius medelam mereretur, quamdiu viveret diem tranſitus ſui feſtive celebraret. Cumque paululum obdormiſſet, labente infirmitate ſana receſſit. Iterumque anniverſaria depoſitione Natalis ipſius inſiſtente, veſperaſcente jam die, telam habens erectam, uſque ad extremitatem texendi prope perductam, anni præteriti promiſſa reminiſcens, ait in corde ſuo: Laborem operis mei finem aſpiciens cito perficiam, ſicque quod votis promiſeram Dominæ meæ feſtivum diem celebrare non deſinam. Nec mora doloribus capitis, antea ſibi valde notis, ſtimulata cecidit, ſtratumque cauſa hujus infirmitatis veluti oblivioni traditum per vim requiſivit, Sicque magnis cruciata doloribus, tandem reatus ſui pœnam conſiderans, iterato ad ſepulcrum venit: ibique ſe ream & prævaricatricem voti decedentis anni proclamans, vota votis adjungit, preces precibus: ſicque omnem lacrymabiliter emendationem debiti promittens, obdormivit. Tunc viſum eſt ei quaſi aliquis veniret, & magnam gravitatem ligni in modum trabis ſuper caput ejus projeciſſet. Mox evigilans, ſedata infirmitate capitis, Deo & ſanctæ Virgini gratias agens, propria habitacula lætabunda reviſit.

Vexatâ capitis dolore, facto voto ſanatur:

E

ob feſtum ejus violatum relapſa,

pœnitens iterum convaleſcit.

40 Sed ut aliquantum ab ordine temporis degrediamur, dum Craloh *c* Abbas venerandus cœnobio præeſſet, S. Udalricus *d* Epiſcopus, (qui nunc felici obitu cum Chriſto gaudet, & fideli devotione poſcentibus opem diverſis neceſſitatibus mirabiliter miſericorditerque accommodat) venit ad monaſterium. Cumque pro ſua conſuetudine loca ſancta circuiret, ad tumulum nutricis quondam ſuæ Wiboradæ oraturus acceſſit. Qui expleta oratione, inter reliquos circumſtantes reſpiciens virum venerabilem, ejuſdem monaſterii monachum & bene doctum, nomine Eggehardum, interrogabat eum dicens: Eſt ne aliquid, cariſſime, ab aliquo Fratrum, quos doctiſſimos ſcimus, de præclara ſanctæ Virginis vita & paſſione per litteras memoriæ traditum? Cui ille, Nemo, ait, adhuc eorum manum ad hujuſmodi opus inchoandum extendit: de quo tarditatem meam reprehendo, debitorem me ſciens ejus laudis proferendæ, ſi vires ſcientiæ cum quantitate materiæ concordarent. Quod Epiſcopus audiens, aviduſque præconiorum ejus audiendorum, requiſivit, quid illud eſſet in quo

F

c

d

S. Vdalrico Epiſcopo

inquirenti de Scripta Vita S. Wiborada,

Eggehardus ab arthritæ ſanatus,

A quo ſe debitorem aſſeveraret. Et ille, Ægritudinis,
e inquit, incommoditatem gutta *e* infeſtante, & totum corpus meum contrahente, tantopere incurri, ut inter intolerabiliter ſævientes dolores ſpem recuperandæ ſoſpitatis amitterem: medicis revera pro levamine languoris aſſiſtentibus, omnemque ſuæ artis induſtriam caſſatam fatentibus. Quapropter quantum humanum deſperabam auxilium, tantum cœpi intentius implorare divinum. Interea dum Sanctorum patrocinia diverſorum votis precibuſque flagitarem, meritis ſanctæ Virginis ad memoriam redactis rogavi, ut cilicium, quo ſanctos artus pro mortificatione carnis attriverat, mihi quamvis indigno apportaretur. Quo impetrato vo-
è voto Vitam ſcripſit. vi, ut ſi mihi vitæ incolumitas per merita ſanctæ Virginis concederetur, quod ſcirem aut diſcere poſſem de laudandis ejus actibus ſcripto memoriæ commendaturum. Cumque poſt illam ſponſionem ſanctum illud ſanctæ Virginis indumentum mihi aliquoties ſuperextenderetur, illico cœpi lenius habere, ac deinde non multis diebus exactis plena ſoſpitate convalui: ſed adhuc diverſis abſtaculorum occaſionibus impeditus, votum ſolvere ceſſavi. Sanctus Antiſtes hoc audiens, modeſtis eum increpationibus
B hortabatur, ne ſe infidelem ſponſorem exhiberet; ſed id quod aliquamdiu neglexerat, citius aggrederetur perficere. Cujus ſalubria monita ille humiliter audiens, & in nullo dubitans, [multa] eorum quæ à diverſis perſonis audivit ut propoſuerat ſcribere inchoavit, & pleraque ſcribendo comprehendit. Notum ſit omnibus Chriſtum amantibus, quia ea quæ dictavimus, in veritate comperta, fidelium anteceſſorum relatione conſcripſimus. Teſtantur etiam hoc plurimi, & noſtris adhuc temporibus, variis infirmitatibus preſſi, id eſt frigoretici, capitis ægritudine, dentium dolore, aurium, oculorum, manuum, pedum, omniumque membrorum, qui ad ſepulcrum beatæ Virginis medelam recuperationis experiuntur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Oſtendimus 6 Aprilis, agentes de S. Notkero Balbulo, in Notkeris diſcernendis hallucinatos ipſos Sangallenſes: ceterum ratio temporis dubitari non ſinit, quin hic Notkerus ille intelligatur, qui ab Hepidanno notatur mortuus anno*
C 981, *tunc ſenex decrepitus & cæcus.*

b Araris, *fluvius Helvetiæ, ad oppidum Walshutum Rheno illabitur, vulgo* Aar, *unde oppida* Aarwangen, Aarburgum, *& Aaraw, & ditio* Argovia *appellantur: ab hoc autem fluvio uſque ad Rhenum, qui hic pro altero limite aſſignatur, præter* Argoviam *invenies totam* Zuricgoviam, *&* Turgoviam, *ut dubites, utrum tribus illis commune nomen fuerit* Fricgowe *(nam &* Frickthal *alicubi reperitur) an vero latius olim patuerit nomen* Zuricgowe, *idque hic perperam ſcribatur* Fricgowi.

c Cralo *ſeu* Cralochius *creatus eſt Abbas anno* 942, *depoſitus anno* 953, *reſtitutus* 956, *mortuus an.* 958, *ſub quo Decanum monaſterii egit hic Ekkehardus.*

d *Obiit S. Vdalricus anno* 973.

e Gutta *paſſim pro* podagra *ſumitur. In Vita S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis* 18 *Martii num.* 39; *&* 42 *pro* paralyſi; *in Vita S. Franciſcæ Romanæ* 9 *Martii lib.* 1 *num.* 47 *pro* catharro. *Aſt Hepidannus in Prologo ſequenti, ait* Ekkehardum hydrope ad extrema pene ductum.

EPITAPHIUM B. WIBORADÆ. A. HARTMANNO. EX MSS.

FIlius altithroni poſtquam reſplenduit orbi,
Chriſtus in hoc mundo Virgine natus homo;
Annis nongentis viginti quinque volutis,
Poſt quatuor menſes *a* bis quatuorque dies, *a*
Wiborada, Deo meritis digniſſima Virgo,
Palma martyrii ſcandit ad aſtra poli,
Illa hic ſponte ſua moribundo corpore clauſa,
Viſibus humanis abdita & alloquiis;
Cœlebs, cæleſti Sponſo ſed cognita ſoli,
Affatu Angelico paſcitur atque cibo.
Hac parſimoniâ duravit tempora multa,
Semper ut inſtantem mortis itura diem.
Demum à Paganis Maji tunc paſſa Kalendis,
Mane ſequenti obiit, mane perenne petit.
Cujus amore ſacro curamus membra ſepulcro
Debita ſolventes fundimus atque preces.
Ejus at exultans, victrici & dote coruſcans,
Spiritus, in cælo vivit ovatque Deo.

ANNOTATIO.

a *Anni initio à Chriſti die natali ſumpto, hi octo dies numerantur.* E

ALIA VITA

Auctore Hepidanno cœnobita S. Galli.

Ex MS. codice S. Galli & editione Goldaſti.

PROLOGUS.

Quamvis cuſpentur juniores dum ſeniorum ſcripta refingunt,

SOlet plerumque modernis ſcriptoribus à Patribus vitio deputari, traditiones antiquorum ſcriptis vel factis ab eis mutari, ea videlicet objectione, quod quaſi illorum virtutibus calcatis, ſuis nihil probabilius velint æſtimari. Sed eorum reverendam canitiem ab hujuſmodi ſuſpicione oportet alienam conſpici, quidquam ab eis reprehendi, non quia craſſe compoſitum illepideque putetur, ſed quia nuper, vel quia nil rectum niſi quod placuit ſibi ducunt, vel quia turpe putant parere minoribus, & quę imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.

Non equidem inſector, delendaq; carmina *a* Liui,
Eſſe reor ------

Cum enim legerim aliquem priorum Deum oraſſe, F
quo dignaretur alicujus ſpiritum ſuſcitare, qui Virginem ſuam Wiboradam tot virtutibus decoram venuſtiori ſtylo faceret ſaporam, quid dicam poſteros optaſſe? cum aliqui eorum, ſi temporalis vitæ dila- *excuſari tamen petit auctor in Vita S. Wiborada,*
tio illorum votis reſponderet, hoc opus voluiſſent attentare? Tamen numquam in animum induxi tale quid aggredi, tum conſiderans ruſticitatem mei ingenii, tum ne putarer meo ſtudio mihi ad favorem, Patrum negligentiam velle denotare. Hæc denotatio duobus modis evenire ſolet, cum vel quilibet arrogans injuſſus præſumit ſuſcitare dormitantem Homerum; vel cum *b* Tucca & Varo quis obediens, *b*
prævento morte Virgilio tantum ſuperflua ſtudet *quam ſcribendam ſuſcepit*
præcidere. Ad illud provocat arrogantia; ad iſtud cogit obedientia. Obedientia, ut noſtis cariſſimi, nobis eſt neceſſaria, ſi perfectæ libertatis cupimus adipiſci compendia. Hæc enim quamvis omni humanę creaturæ, ut Apoſtolus hortatur, ſit exhibenda propter Deum, ſpecialius tamen ad illos reſpicit, ſub quorum regimine in cœnobiis degentes, diſtricto Judici rationem de noſtris exceſſibus reddituros pro certo ſcimus, illorumque excuſationem, noſtram fore damnationem. Ad quod regimen, tu venerabilis 1 Petr. 2, 13

A. HEPIDANNO. EX MSS.

Pater *c* Udalrice, anno milleſimo ſeptuageſimo ſecundo Incarnationis Domini ejus mira diſpenſatione vocatus, cum bonæ memoriæ Abbatis tui *d* Nortperti, tunc triginta & octo annis ſuper ovile S. Galli vigilantis, non ſolũ amabili præceptione, verum etiam communi Fratrum electione ſucceſſor effectus, prout complacuit tuæ Paternitati, onus injunxiſti: quod prius exhorrui imponere meæ parvitati, nempe ut vitam memoratæ Virginis, interdum propter diverſorum ſimplicitatem ſcriptorum ſuperfluitate verborũ quaſi quibuſdam foliis exuberantem, falce ſtrictioris eloquii præcidere ſtuderem. At ego quamquam in hac obedientia me ſcirem onus importabile debilibus aptare humeris, tamen non exacui linguam verbis contradictionis, eligens mihi ſatius eſſe ſub præceptorum tuorum faſce deficere, quam eis repugnando titulum inobedientiæ incurrere. Exemplum etiam cum grammatico proponere placuit, ne pigeat alios, etiam à me, vel ignorantia forte prætermiſſa, vel vitioſe dicta (Nihil enim ex omni parte perfectum in humanis credo eſſe inventionibus poſſe) ſua quoque induſtria vel addere vel mutare. Sed antequam mihi alligatum onus ad aptandum moveam, operæ pretium eſſe duco, breviter in medium proferre, per quos præclara geſta hujus Virginis poſteris primitus innotuerint: ut cum aperietur me non hujus relationis eſſe novum auctorem, ſed potius auctorum ſequacem nullus vitium falſitatis adnotet meæ paginæ.

B

Tempore igitur quo venerabilis *e* Gralo congregationi S. Galli rexit, fuit in ea quidam Frater, nomine Ekkehardus, vir totus ex ſapientia virtutibuſque factus. Is cum quodam tempore hydrope ad extrema pene ductus eſſet, vovit B. Wiboradæ omnia quæ de ejus ſanctitate poſſet comperire litteris ſe traditurum, ſi ei ad præſens dignaretur à Deo aliquod impetrare remedium. O archiater in virga & in baculo! o propagator tuorum ſanctitatis electorum! Illico venit ei in animum, ut ſibi poſtularet afferri Martyris cilicium, illudque ſuper aqualenta extenderet membra. Quod cum factum fuiſſet, confeſtim ſenſit ſe aliquid melius habere, ac deinde non multis diebus exactis ad plenum convaluit. Tunc memor ſponſionis ſuæ, convenit Kebeni, quæ beatæ Virgini ab ipſis cunabulis uſque ad mortis articulum obſecundavit, indicans ei quali voto ſe obligavit, quodque ſequenti die ad eam venturus foret, ut de hoc themate plenius ab ea informaretur. Quæ vehementer in verbis ejus admirans, non minus etiam

C

cœpit anxiari, quia ea de quibus interroganda erat, jam dudum lethæus abſorbuerat morbus. Ad ultimum ſuaſu cujuſdam Sacerdotis ad tumbam Dominæ ſuæ oratura proſternitur, ut qui incenſam à Chaldæis legem per Eſdram voluit reparare, ipſe etiam Martyris ſuæ merita, quantum ad hominum memoriam abolita, per eam dignaretur declarare. Poſtquam hujuſcemodi exaggeravit preces, ſurrexit: atque baſilicam non minori anxietate egreditur, quam etiam ingreſſa eſt. Erat enim ignara quam in proximo eſſet ejus conſolatio. Nocte vero inſequenti cum ſe ſopori dediſſet, viſum eſt ei locum orationis repetere, atque beatam Virginem pittacium aureis conſcriptum litteris ſibi oſtendere, hac voce ſubjuncta, Utere cupitis. Mox expergefacta, omni fragilitate oblivionis propulſa, ita perfecte cœpit memoriæ viribus uti, ut luce reverſa non ſolum nihil ſolicita eſſet quid ſupradicto Fratri reſponderet, verum etiam ultronea fieret invitatrix, eique deſideratum thema, à primordio uſque ad acceptum cum palma martyrii bravium, promulgaret. Quod ille imis reponens ſenſibus, cum ferventi opera, recte proclamavit cum

Pſal. 55, 12

Pſalmiſta: In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi, quoniam eripuiſti me de morte. Sed cum hæc vota ex parte redderet, heu! dira morte *f* præventus, multos ſui propoſiti habuit heredes: qui (quoniam diverſi diverſa ſapiunt) interdum minus neceſſaria neceſſariis miſcuerunt. Horum ego inſiſtens veſtigiis, ſtudui ea quæ mihi digna memoria videbantur ad hujus Virginis ſanctitatem comprobandam ſtrictim colligere, non illis ad opprobrium, ſed, quod verius eſt, præcipue tibi ad obediendum, ut prædictum eſt, Pater Reverendiſſime.

D

& à morte Eggehardi ab aliis ſuppletum.

ANNOTATA.

a *Horatius lib. 1 Epiſt. 1 ad Auguſtum, ubi commentatores notant* Livium Andronicum *primum Latinas fabulas ſcripſiſſe: quem nec contemnere ſe ait Poëta, nec omnibus aliis præponere, eo quod ſit antiquior.*

b Tucca & Varus *viri doctiſſimi, heredes Virgilii relicti, juſſu Auguſti carmina Æneidos emendaſſe, nihil tamen addidiſſe traduntur.*

c Udalricus *Burkhardo de caſibus monaſterii S. Galli cap. 7* Vodalricus *dicitur*, & quinque annis *traditur* rexiſſe. *Bruſchio in Abbatibus S. Galli dicitur* Ulricus ejus nominis ſecundus, electus anno 1071, mortuus 1076.

d Nortpertus, *aliis* Nodbertus, & Notpertus, *cognomento de* Stafile *ſive à* Staffeln, in Abbatem electus anno 1040. *Hepidanno in Annalibus brevibus, & Bruſchio, adeoque non rexiſſet* annos triginta & octo, *ut hic legitur, ſed* triginta & uno *aut* duobus.

E

e *Non ſatis apte* præventus *dicitur, ſi poſt Gralonem Abbatem ſub quo ſcribere cœpit, totis viginti annis vixit, mortuus juxta Hepidannum anno 978, credi ergo poſſet alius Ekkehardus hic notari, qui ſub Gralone obierit.*

CAPITULA LIBRI SEQUENTIS.

I QUali parentela B. Wiborada originem duxit, & qualis ejus converſatio in annis infantiæ fuit.

II Quam laudabile ſit nomen illius.

III Quomodo quædam ſoror illius noſuit ad chorum exire cum coæqualibus, eo quod audiſſet Angelicos concentus.

IV Qualis ejus converſatio fuit, quando ad intelligibilem ætatem pervenit.

V Quomodo quodam feſto die cum parentibus ad eccleſiam proceſſura, noluit privatam veſtem mutare niſi ab illis coacta: & quod graviter caput dolere cœpit in via: quodque illa dies maxime fuit inceptiva non amare tranſitoria.

VI Quod frater ejus Hitto, eam Pſalmos docturus, cum eum tæderet inceptus, per viſionem eſt correptus.

F

VII Quomodo in Dominica incipientis quadrageſimæ adjuta eſt fratrem ſuum in Miſſarum celebratione.

VIII Quomodo hortata eſt eumdem fratrem ſuum, ut relictis omnibus monachicum ſuſciperet habitum: illoque præbente conſenſum, Presbyter eccleſiæ B. Magni efficitur ad ultimum.

IX Quale propoſitum elegit ſibimetipſi poſt fratris converſionem, & quomodo diabolus eam terruit, ad baſilicam nocte gradientem.

X Quomodo ſervientem cujuſdam matronæ dæmonioſum, ſuis precibus reddidit ſenſatum.

XI Quomodo diabolus ei infamiam adulterii per quamdã ipſius ancillã impingebat, & qualiter divina clementia corã Salomone Epiſcopo copioſaq; multitudine ejus innocentiam per judicium comprobabat.

XII Quomodo ultio divinitus illata eſt eidem ancillæ.

XIII Quomodo Salomon Epiſcopus poſt judicium eam in tantum amare cœpit, quod etiam cum equitatu illam ad Conſtantiam perduci præcepit, illaq; ſpreto equitatu ad pedes eundo eô pervenit.

XIX Quo-

ante ab Ekkehardo cœptam conſcribi,

Kebeni famula materiam ſuggerente

A xiv Quomodo Cilia Recluſa eam divinis eloquiis ædificatura, ei oſtendit ſua martyria, illius obedientiam in horum fœneratoria augmentatione probatura.

xv Quomodo eadem Cilia contra Virginem invidiam cœpit habere, & quomodo Salomonem Epiſcopum hortabatur ut eam feciſſet morari Einthaugiæ, & qualiter per viſionem prohibita eſt ab hoc itinere; & Ciliam poſt aliquos annos de clauſula ejectam eſſe.

xvi Quomodo prædictum Præſulem ad cœnobium S. Galli pergentem voluntarie eſt ſecuta: & quia eodem jubente, ei apud cellam S. Georgii manſiuncula ob ſecretum eſt conſtructa, breviſq; dialogus de converſatione ejus in illa.

xvii Quomodo jacens in oratione quamdam perſonam Angelicæ viſionis vidit ſibi aſſiſtere, eamdemque audivit primum verſum xxi Pſalmi tertio dulciter decantare.

xviii Quomodo cœpit ei diſplicere manſio apud cellam Martyris: & de annua caritate in fractione panis cum mulieribus devotis: & quia una ex illis dedignans hoc officium caritatis, decidit in lectum doloris, ac poſtea illius precibus recepit gaudia ſoſpitatis.

B xix Quomodo in Pentecoſte à Salomone Epiſcopo juxta baſilicam ſancti Magni eſt incluſa, & quia à diabolo mox eſt tentata.

xx Qualiter diſſoluta cuba, ejus precibus eſt revincta.

xxi Quomodo in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ, vidit B. Gallum miſſas celebrare.

xxii Quomodo prædixit B. Udalrico illum Auguſtæ Epiſcopum eſſe futurum, multaque adverſa in Epiſcopio paſſurum.

xxiii Quomodo puer, quem Waltramnus Presbyter ad illam direxit, benedictum panem ab ea accepit, eumque cuidam ſibi occurrenti deſpective porrexit: hacque de cauſa tam diu cibos faſtidivit, donec iterato benedictum panem ab ea accepit.

xxiv Quomodo una ex ancillis ejus vaſa ſacrificii purgare neglexit, eique Dominus hoc per viſionem revelavit.

xxv Quomodo ſibi ſpecialem pauperem elegit, & dæmon in ejus ſimilitudine quadam die illi ſe obtulit.

xxvi Quod mœcham, quæ puerum ſuum perdidit, ceſſare ab iterata pœnitentia fecit.

xxvii Quomodo B. Rachilda ad illam venit.

C xxviii Quod parentes B. Rachildæ voluerunt illam repatriare, & hoc B. Wiborada cœpit diſſuadere, dicens eam Dei prædeſtinatione Recluſam ibi fieri debere.

xxix Quomodo B. Rachilda infirma fuit, atque in ſuſceptione baculi B. Wiboradæ convaluit.

xxx Quomodo S. Gallus B. Wiboradæ ſciſſis veſtibus innotuit, quod Burchardus Dux Eccleſiaſticas res diripuit, ab illaque pro his correptus emendationem promiſit: quam continuo per calicis acceptionem non obſervavit, & quomodo in Italia poſtea vitam finivit.

xxxi Quomodo quodam meridie vacans pſalmodiæ, libro ultro ſe complicante preſſa eſt ſopore, divinituſque cognovit de Hungrorum vaſtatione: & quomodo conſuluit quemdam Waltramnum ſi debuiſſet viſionem proferre; & quia Abbas eam voluit ſecum ad caſtellum quoddam, quo ipſe omnia ſua fugarat, vehere; illaque noluit diſcedere.

xxxii Quomodo parentes B. Rachildæ eam voluerunt de cella vehere: & quia B. Wiborada eis promittente, filiæ illorum nihil mali provenire, læti ad ſua rediere.

xxxiii Quomodo Wito Presbyter, incredulus de Hungrorum vaſtatione, ad caſtellum pergendo factus eſt credulus, in oppreſſi pueri ſalvatione. A. HEPIDANNO. EX MSS.

xxxiv Quomodo Hungri cellam invadentes, ferro igneque omnia vaſtantes, ad ultimum ad Virginis devenerunt ædes: & quomodo tria vulnera capiti ejus infligentes, abierunt ſeminecem eam relinquentes.

xxxv Quod ſanguis ejus inſperſus muro, per plurimos annos non potuit aboleri: & quomodo per hujus inſperſionem viſus redditus eſt cuidam mercatori.

xxxvi Quod frater ejus venerat eam ſepelitum, & cum hoc à B. Rachilda eſſet prohibitum, ad caſtellum perrexit hæc nuntiatum.

xxxvii Quomodo veniente die octavâ Abbas cum Fratribus rediit ad monaſterium: & quod in corpore Martyris nulla cicatrix patuit vulnerum, cum illud nudarent lavatum.

xxxviii Quomodo cum idem corpus vellent levare in ſarcophagum, non potuerunt præ curvitate membrorum: & quomodo illis videntibus extendit ſe in directum.

xxxix Quomodo venit Abbas cum Congregatione; atque celebrantes Miſſarum ſolennia pro ejus requie, honorifice eam tradiderunt ſepulturæ. E

Hæc capitula à nobis in numeros mutantur: & alia more noſtro capita formantur.

CAPUT I.

Ortus nobilis, piâ educatio: Pſalmorum ſcientia accepta: fratris ad vitam monaſticam promotio curata.

1 BEata Dei Virgo Wiborada, ex Alemannorum proſapia oriunda, à parentibus ſecundum ſeculi dignitatem non infimis, ſecundum Chriſtianam autem libertatem nobiliſſimis, originem duxit. Itaque Deo ab ipſis cunabulis devota exiſtens, ac virtutum incrementis tranſcendens tempus ætatis, nobilitatem ſuam religioſa converſatione ornabat. Nam univerſas juvenilis petulantiæ illecebras à tenero ungue execrans, ut legitur de Raguelis filia, numquam miſcuit ſe cum ludentibus, neque cum his qui in levitate ambulabant. Spiritus enim ſanctus, qui eamdem puellam, juſti viri thalamo ſociandam, in umbra legis immaculatam conſervavit; ipſe etiam Wiboradam, per lavacrum regenerationis in adoptionem filiorum Dei receptam, dignatus eſt inviolatam cuſtodire, ut ſancta & corpore & ſpiritu thalamum cæleſtis Sponſi mereretur introire. *Honeſtis & piis parentibus nata,* Tob. 3, 17. *pie educata,* F

2 Fides [quæ docet] divinam providentiam non ſolum facta, ſed etiam voluntates hominum providere ſive præparare, credulos nos efficit, huic beatæ Virgini ita laudabile nomen non ſine ejus providentia eſſe impoſitum, cujus nomen à ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile eſt. Nam Theutonica locutione prolatum, Mulierum conſilium ſonat. Quotieſcumque enim ita ſpiritualia nomina electorum Dei legimus, aperte per ipſa vocabula datur intelligi, quod Angelus magni Conſilii in cordibus utriuſque ſexus dignabitur ſpiritum conſilii diffundere, ut cum ab illis nobis errantibus ſpiritualiter conſulatur, ipſe in eorum conſiliis glorietur. Deus qui glorificatur in concilio Sanctorum proclamat Pſalmiſta. Laudabile, inquam, eſt nomen B. Wiboradæ, quia cum Martha activam vitam agendo, & cum Maria ſpeculativam, omnibus pie viventibus, viris ac mulieribus, conſilium, utriuſque dilectionis perfectionem exequendi in ſe exhibuit. *Wiborada quaſi conſilium mulierum dicta:* Pſ. 88, 8.

3 Con-

A. HEPIDANNO. EX MSS.

3 Congruum ergo videtur lectioni inſerere, quod huic beatæ Vigini ſoror erat, ſumma innocentia vitam ducens: quam cum quadam die ejus coævulæ ſecum ad chorum exire hortarentur, illa cujuſdam ſapientis edocta proverbiis, Extrema gaudii luctus occupat, & iterum, Fili mi, ſi te lactaverint peccatores non acquieſcas eis, poſt alta ſuſpiria ſic erupit in vocem. Quæ delectatio hujus ſeculi poteſt mihi dulcis eſſe, quæ audio Angelicos choros dulciſonæ modulationis frequentare harmoniam? Illuc ire deſidero, his choris intermiſceri delector. Vix ſermonem complevit, & genas ubertim lacrymis perfudit. Poſt paucos vero dies carne ſoluta eſt, quia Deus propter hoc properavit educere eam de medio iniquitatum, quia placita ei erat anima illius. De ejus ergo natalitio gaudentes, certi quod Dominus virtutum non privavit eam bonis, quia ambulavit in innocentia, ſtylum ad opus inceptum acuemus.

habuit ſororem poſt auditum concentum Angelorum mortuam. Prov. 14. Prov. 1.

Nudipes mane adit eccleſiam,

4 Beata igitur Wiborada, ut præfati ſumus, omnimodis petulantiam execrans, in tantum ſtuduit divinum præceptum implere, ut pene quotidie omnibus poſtpoſitis nudipes ad eccleſiam, quæ longe à domo paterna diſtabat, gradiens, primum quæ- B reret regnum Dei & juſtitiam ejus, & poſtea operibus manuum ſuarum ſe irretiret. Panem enim otioſa non comedit, ſed labores manuum ſuarum manducavit, unde beata eſt, & bene ei erit. Popularem enim frequentiam non ſolum extraneorum, ſed etiam noto um prout licuit fugiens, ſecreta ſemper amabat; q latenus & otioſa verba facilius poſſet vitare, & ſancti meditationibus aciem mentis liberius infigere. Parentes nemo reverentius coluit, nemo erga ſuos divinæ legis præcepta devotius implevit, nemo inopia morbisque confectus amabilius tractavit, quia ipſa eis alimenta præbens miniſtravit, fomenta paravit, balnea contulit, lectiſternia diſpoſuit, & ipſa eos reclinavit, & competenti tempore levavit. Parſimoniam vero in tantum amabat, ut plerumque in ſecunda, quamſæpe in tertia die, niſi ad veſperum, jejunium non ſolveret. Noſtræ etenim non eſt facundiæ ſcriptis percurrere ejus ſanctam converſationem, & quomodo corpus ſuum caſtigavit, ut ſancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereretur. Ideo pauca de multis, parva de magnis ſcribentes, eos qui altius ſapiunt admonemus, ut in paucis plurima, in parvis majora penſantes, glorificent mirabilem Deum in Sanctis ſuis.

deinde operatur:

parentum reverens,

pauperes juvat:

dedita jejunio

& caſtigationi corporis:

juſſu parentum compius veſtita

C 5 Quadam itaque celebri feſtivitate, cum parentes ejus ad eccleſiam proceſſuri, decentius ſolito ornarentur; illa ſciens Deum magis delectari impuritate cordis, quam in veſtium nitore, noluit privati conſuetudinem veſtitus mutare. Sed parentes ejus, more ſecularium occaſionem improperii fugientes (nam ſicut in patre filia, ita & in filia pater honoratur) juſſerunt eam deſiſtere cœptis. Quorum juſſioni illa honorem deferens, decoris amicta veſtimentis, capitalibuſque compta redimiculis, iter cum eis aggreſſa eſt. Pergentibus autem illis Virgo caput graviter dolere cœpit, quia Dominus qui eam dilexit, corripuit; ut iſta correptio quaſi prænonitio eſſet obſervandæ humilitatis, ne vitium elationis propter exteriorem veſtis candorem allapſum, interius obfuſcaret cordis ſplendorem. Contra quam allapſionem etiam Paſtorem Eccleſiæ ſibi traditas oves cautificare æſtimo, ubi dicit: Non in veſte pretioſa. Confeſtim vero ſentiens per ſpiritum ſe divina viſitatione commonitam, equi cui inſidebat dorſa deſcendendo relevans, theriſtrum cum omni vittatoria compoſitione detrahens, numquam deinceps hujuſmodi ornamentis uſa eſt. Cumque comites, ut equum reaſcenderet, hortarentur, penitus non conſenſit; ſed pedeſtri itinere D uſque ad eccleſiam pervenit. Illa dies in tantum inceptiva fuit rebus tranſitoriis renuntiandi, ut etiam matrimonii contractione in animo ſpreta, fratri ſuo Hittoni apud cœnobium S. Galli in ſcholis agenti, magis quam procis adventantibus ſe commendare ſtuderet, ea quibus indigebat per fideles internuntios mittendo.

corripitur dolore capitis, 1 Tim. 2,17

aljicit ornatum,

& voluntatè nubendi.

6 Memoratus itaque Clericus, ad Presbyterii gradum promotus, ſtuduit ſine crimine vivere, atque unius uxoris vir eſſe, id eſt, Eccleſiæ. Cumque ſepties in die laudem Deo dicturus frequentaret pſalmodiam, ardentius Virgo cœpit ei inſiſtere, communicans ei omnibus bonis, ut etiam ſe catechizaret verbo. Cujus deſiderio ſe ſatisfacturum ſpondens, in ipſa inchoatione fervebat in erudiendo, ſed ſtudium ejus paulatim repeſcens, ad ultimum refrigeravit. Cum eſſet quadam nocte per viſionem correptus, in abſtinentia cibi præcipitur eſſe, donec ſororem ſuam Pſalmum quinquageſimum edoceret. Nam anteriores ab illo edocta, iſte ſolus de quinquaginta ſupererat. Quid plura? de nocte ſurrexit, ſororem accerſivit, viſum aperit, ſeque paratum ad erudiendum innotuit; factuſque eſt tunc diſcendi hortator, qui prius fuerat docendi negator. Quinquaginta igitur E pſalmis ita carptim à fratre perceptis, reliquos ſancti Spiritus magiſterio didicit.

ab Hittone fratre & Presbytero edocta pſalmos,

eoque ob teporem in viſione correpto,

didicit 50 pſalmos,

eum Miſſam celebrantem adjuvans pſallit.

7 In Dominica die ordientis Quadrageſimæ, cum prædictus Sacerdos Miſſarum ſolennia celebraturus, conqueſtus eſſet, ſibi deeſſe adjutorem, conſolans eum beata Virgo dixit: Confide de adjutorio Altiſſimi, & ipſe te adjuvans tecum commorabitur. Virginis igitur credens promiſſioni proceſſit, & ſpirituale officium inchoavit. Cum quo ſtatim ita auctorabiliter ipſa pſallere cœpit, ut in ſcientia eorum quæ inibi cantabantur, nequaquam inferior eſſe videretur Sacerdote. Tua ſunt hæc miracula Domine, Pater cæli & terræ, qui abſcondiſti theſaurum ſapientiæ à prudentibus hujus ſeculi, & revelaſti eum parvulis: tibi enim mortua vivunt, inſenſibilia ſapiunt, cæca contemplantur, ſurda audiunt, muta diſerta ſunt, ad laudem & gloriam nominis tui. Sacerdos autem & univerſa circumſtans concio iſta audientes, poſt non modicam admirationem glorificabant Deum, ejus poſſibilitati hæc aſcribentes.

Matt. 19,22

a

eidem perſuadet

8 Idem Sacerdos jam inde à juventute eum illo Euangelico juvene mandata vitæ cuſtodiens, illud ſolummodo quod perfectionis eſſe Veritas docuit, adhuc etiam cum eo triſtis audivit *a*. Beata vero Wiborada, quæ jam, tranſitoriis in mente renuntiando, fluctibus hujus ſeculi ſe emerſerat, cupiens etiam F fratrem ſuum ad portum perennis tranquillitatis pervenire, hujuſcemodi verbis eum alloquitur: Quamdiu, frater cariſſime, iſta temporalia amando, in fluminibus Babylonis jactamur? Humiliati enim ſumus in hac lacrymarum valle propter præſumptionem primi parentis; & neceſſe eſt, ſi per elationem amiſſam patriam conſequi deſideramus, per humilitatem promereri. Idcirco te moneo, frater mi, ut neque ſub fluminibus, neque in fluminibus, ſed ſuper flumina hujus Babylonis ſedentes, quotidie cum lacrymis præſtolemur finem noſtrum; ut dolore cordis noſtri ad Deum aſcendente, ejus gratia mereamur adjuvari, ut per gradus humilitatis de virtute in virtutem conſcendentes, pedes noſtri ſtabiliantur in atriis Hieruſalem. Scimus enim quod terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvitur: idcirco nunc agendum eſt, ut poſt hujus diſſolutionem, ædificationem habeamus à Deo, domum non manu facta in cælis. Te enim ſacras Scripturas ſcientem, non opus eſt à me inſulsâ edoceri, quomodo oporteat ſapere ad ſobrietatem, & vigilare ad adventum reverten-

A *vitam monasticam, apud S. Gallum,*

revertentis à nuptiis: tamen unum moneo, tempus enim prope est. Tali allocutione sororis mutatum est cor fratris, atque relictis omnibus, nudus de naufragio hujus mundi fugiens, remis virtutum studuit arripere portum salutis. Itaque in monasterio S. Galli ad suave jugum regularis vitæ se humilians, cum universis ejus conversatio placuisset, Fratribus id in commune consiliantibus, ecclesiæ B. Magni *b* à Patre monasterii præficitur. Quâ etiam usque post sororis martyrium probabiliter gubernata, divina vocatione migravit in regionem vivorum.

b in præfectura S. Magni peractam.

ANNOTATA.

a *Scilicet*, Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

b *Hartmannus quidem ait num.* 28 *quod* senior & monachus Hitto, *tempore incursionis Hungaricæ habuerit curam ecclesiæ S. Magni: quod autem fuerit frater S. Wiboradæ, mirum est ab eo taceri potuisse: interim ipsum adhuc magis patebit infra lib.* 2 *num.* 4 *&* 10.

CAPUT II.

B *Perfectio vitæ electa: dæmoniacus liberatus: calumnia adulterii illata. Vita Constantiæ peracta, & ab illusione Ciliæ inclusæ liberata.*

9 VEnerabilis igitur Virgo, post conversionem fratris nil credens actum, si non & illa augeret propositum; vocatis *a* duabus de domesticis suis, quæ sibi fidæ præ ceteris videbantur, denudavit eis voluntatem suam: quod neque ita deliciosis, uti prius, ultra vellet refici alimentis, neque in plumis pensilibus quiescere; & tamen hæc omnia non minus sumptuose parari, quam si & ipsa eis vellet uti. Quæ voluntarie obsequentes præceptis Dominæ, olera sive legumina una cum carne mensæ superponunt. Illa vero interdum carnem ori admovens, populum putantem eam carnibus uti fefellit: nempe clanculo rejecit, ut per carnis abstinentiam, spiritum redderet fortiorem; & post paululum, quasi præ saturitate fastidiens, pauperibus vel astantibus erogavit. Similiter & ejus lectus ornate parabatur ad præsens, sed post minus secretorum abscessionem, jussit sibi cilicium substerni, silice capiti supposito. Et ita paululum pausans, cum quies gratissima esset mortalibus, surrexit: & etiam basilicam intrans, Dominum pro delictis suis humiliter geniculans deprecata est. Sæpe virtutum insectator diabolus eam ad basilicam gradientem conatus est deterrere, modo ante valvas ecclesiæ veluti scropha grunniens, scilicet recolens antiquam permissionem in gregem porcorum, interdum in oratione jacenti in figura ranæ ante oculos ejus repens. Sed illa, fidei clypeo præmunita, & gladio spiritus quod est verbum Dei armata, omnem virtutem inimici effugavit. *b*

a Sanctiorem vitam eligens,

à carnibus abstinet:

cubat in cilicio supra silicem,

C

deinde in oratione pernoctat:

b

10 Cum hæc quotidie indefesse agerentur, & fama ejus conversationis passim divulgaretur; quædam prædives matrona, illius sanctitate resita, quemdam de suis servientibus malignis spiritibus obsessum ad eam transmiserat, quatenus ejus meritis opitulantibus, sanitati restitueretur. Illa vero per invocationem nominis Jesu Christi exclusis dæmonibus, fecit eum repatriare incolumem. Matrona autem pro ejus sospitate glorificans Deum, post aliquos dies remisit eum beatæ Virgini, unice obsecrans, ut quem divino auxilio tot iniquis Dominis surripuerat, ejusdem deinceps sola dignaretur dominari. Cujus petitioni quamvis invitè assensum præbens, aliquamdiu retentum in servitio, donavit eum libertate.

fervum energumenum liberat:

& sibi donatum mittit.

11 Iniquus autem vendicator imaginis Dei, fremens se ex alieno mancipio à B. Wiborada expulsum, zelo ultionis in ipsam armatur. Itaque cum jam cognovisset per diversos terrores à se illatos frequentiam orationum non rarescere, nisus est eamdem frequentiam macula infamiæ obvolvere, concitans adversus eam quamdam ex ipsius ancillis, quæ affirmaret, eam non causa orationis clam per singulas noctes surgere, sed potius ut nefaria quæ sub sole erubuisset agere, nocturna freta caligine securius perageret; & hoc verbum quod iret oratum, quasi deaurationem esse ejus scelerum, quæ & cum tam multis exercuisset, ut sibi videretur impossibile eos calculo comprehendere. Super his autem tacendum esse, si immunis existeret pollutione fraterni concubitus. Hæc illa circumquaque inceſſabiliter latrante, & quibusdam ficta esse dicentibus, aliis vero humanam fragilitatem culpantibus, pervenit fama ad aures Salomonis Constantiensis Episcopi. Quid opus est verbis? Sistitur Præsuli, vice mœchæ sponsa Christi: criminatur pro innumero adulterio, quæ non polluta fuit saltem uno: diffamatur fratris esse concubina, fraternæ castitatis consiliaria. Negantur à Virgine affirmata à meretrice, sed populus ignarus veri, æque credidit utrique. Episcopus autem volens eorum dubietati finem imponere, statuit ei diem, in qua de sibi objectis, cum Dei *c* judicio dubitanti populo fidem faceret. Fiducialiter agas, Wiborada: oportet enim nunc modicum contristari in variis tribulationibus, ut fides vestra pretiosior sit auro quod per ignem probatur. Ille enim filius fabri, ille non propheta ob tactum meretricis, ille dæmonium habens, ille alia innumerabilia opprobria sustinens, tuis quoque compatietur opprobriis. Per hæc oportuit illum intrare in gloriam suam, per hæc & nos oportet ejusdem gloriæ fieri coheredes. Cum enim audio ab Apostolo quod gloriandum est in tribulationibus, non video causam tuæ diffidentiæ, nisi inde quid fias pusillanimis, quod pro levi tribulatione etiam cujusdam sub impossibilitate legis adhuc pugnantis impar videris: dico autem Susannæ: illa enim diffamata est à duobus presbyteris, quibus credendum erat ut senioribus populi; tu vero ab una vili ancillula, cujus verba reservantur judicio probanda: illa sine mora morti addicitur, tu vero quod ulla pœna plectaris nec loquetur. Sed neque adhuc diffidas quasi à Deo derelicta; veniet enim dies cum plus probaberis Susannâ, de qua die noster sermo ad præsens est reprimendus, potiusque ad tibi præscriptum judicium reflectendus. Conveniente autem cum Episcopo ad præfinitum diem copiosa multitudine, omnipotens Deus omnibus ita liquido ejus innocentiam comprobavit, ut incredibili lætitia tripudiantes illi geminarent grates, & quod in ea innocentiam conservavit, & eamdem diffamatam infamia discalceavit. Cumque ei à Præsule daretur optio, quali pœna plecteretur inficiatrix, respondit, Deo vindictam, ipse ei retribuet.

A. HEFI-DANNO. EX MSS.

Per ancillam

impudicitia accusata

apud Salomonem Ep. Constantiensem,

E

c

Rom. 5. 3

F

in judicio innocens declaratur,

12 His transactis, infelix quam prælibavi serva, sciens finem esse suis mendaciis apud socios Virginis innocentiæ, pergens ultra lacum Potamicum, facta est & ibi plena rimarum, omnibus ubi ubi ut turpissime potuit de illa loquens. Atque ut ejus ficta credibiliora viderentur, solita erat subinferre se à Wiborada ob aliam causam non esse expulsam, nisi ut ab ejus increpationibus pro illicitis quieta foret. Sed Deus omnipotens, sibi deputatam vindictam non diu differens, sicut prius per judicium comprobavit Virginis innocentiam, ita etiam

calumniatrix amens efficitur.

A. HEPIDANNO. EX MSS.

postea manifestavit per inficiatricis amentiam. Nam cuidam malefico spe felicis conjugii se supponens, non post multum temporis cœpit diabolizare, & ita vagata est circumquaque, donec in nimiam pauperiem delapsa est, & sic de morte transmigravit in mortem. Sic Deus fidelis in se sperantes non solummodo non confundit, verum etiam eorum gloriam ex invidia dat crescere, quia contraria semper fecere viam virtuti.

evocata ad Episcopum, non admittit equitatum:

13 Prædictus igitur Constantiensis Præsul, post agnitionem innocentiæ B. Wiboradæ, ampliori dilectione jocundior factus est erga illam, in tantum, ut etiam solicitus seculares tumultus ei impedimento fore, ad Dei servitium, eam alicubi Congregationi sanctimonialium inferere cogitaret, ubi posset sine intermissione orare, atque hujus rei gratia directis ministris suis, cum equitatu præciperet eam ad se perduci. Quibus illa hospitium & cetera necessaria benigne contulit, atque sequenti die faciens eos cum equitatu remeare, comitantibus duabus ancillis, pedes Constantiam pervenit. Quam Episcopus honorifice susceptam, improperabat ei aliquantulum spreviſſe equitatum. Data autem mansiuncula prope basilicam, Præsul accersitis duabus quas prædixi ancillis, exquisivit ab eis, quid in alimentis percipere solita esset. Illæ vero ut præmonitæ erant responderunt, Dominam suam à nullis comestionibus abstinere, quibus Christiano homini uti licuisset. Gen. 1, 31 Quod ille laudans (legerat enim in Genesi, omnia valde bona esse quæ creavit Deus, ideo nihil rejiciendum; quia neque Enoch, qui primus Deo placuit; neque Noë, qui in diluvio solus justus inventus est; neque Abraham ille amicus Dei, aut ceteri justi ab his abstinuisse leguntur) omnia quibus indigebat sufficienter dari præcepit. At illa solito more corpus jejuniis afficiens, ea quæ sibi ad victum dabantur, pene omnia dispergens dedit pauperibus, vix secunda seu tertia die ad vesperum parum quid panis & aquæ degustans.

submissos cibos in pauperes distribuit.

14 Eodem tempore fuit ibi quædam inclusa, nomine Cilia, corpore non mente inclusa, quia nondum in se mortificavit philargyriam, quæ est radix 1 Timot. 6 omnium malorum. Quam expetens beata Virgo, atque spiritualem matrem existimans, petivit ut de bono thesauro cordis sui dignaretur eructare verbum bonum. Cujus petitionem non solum promissionis verba sunt secuta, verum etiam quadam die iterum adest ultro vocata, promissionis solutione gavisura. At illa aperta fenestella, post mutuam salutationem infit. Incedis, soror cara, forinsecus in vestimentis ovium; sed nostrum est ut ait Apo- 1 Joan. 4. 1 stolus, probare spiritum si ex Deo sit, antequam tibi ad exemplum nudentur secreta nostræ conversationis. Obedientia sine morâ primus gradus humilitatis est, & sine hac nemo potest Deo digne 1 Reg. 15 servire, nam & victimis præfertur. Per hujus impositionem inprimis te volo probare. Et proferens loculum cum nummis, dixit: Accipe, soror, hos nummos, quos mihi ad eleëmosynam à multis oblatas usque huc servavi, & hîc divitibus urbanis mutuum da ad tempus, quando eas recipias cum usura. At illa valde obstupescens, inquit: Tale præceptum interrogans Propheta super perfectione habitantium in tabernaculo Dei non accepit, aut requiescentium in monte sancto ejus. Apostolus quoque usurariis, sive dicam avaris (avaritia enim est studium pecuniæ) minatur, ut audio, non esse partem in regno Christi & Dei, hosque non semel nominat servitores idolorum: quorum consortium longe sit à me. Etiam incautum foret me hoc aggredi, cum nesciam de tot talentis *d* semisseclas vel obolos observare; hujusmodi enim negotium num-

B

& jussa pecuniam portare ad fœneratorem,

Psalm. 14

Ephes. 5, 5
1 Cor. 5 & 6

negat id sibi licitum videri.

d

C

quam gessi. Nam captatoribus & fœneratoribus notius est tale negotium: his trade hanc provinciam. Illa vero ut ejus intentionem collegit, dixit:

D

------ Percussa maligne
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Crede mihi, conversatio tua inutilis est sine obedientia: perdis labores. His dictis fecerunt dissidium.

15 At Cilia invidiose tumens contra Virginem, propter ejus inobedientiam, simul verita sibi decrescere quæstum, si diu ibi moraretur; demandavit Episcopo quod vellet cum illo secretè verba miscere. Quo adveniente, postquam semotis ceteris multa perfide quasi fideliter de Virgine locuta est, etiam hanc sententiam subintulit. Compertam habeo vestram spiritualem voluntatem erga eamdem puellam, quod eam, si vobis occasio datur, vultis inferere alicubi choro sanctimonialium, quatenus tuta à mundiali fluctuatione, liberius in Dei servitio possit durare. Ad hoc etiam rescitum habeo vestrum iter *e* Linthaugiam: eo loci, si vos non alias trahit voluntas, consilliarer ejus infertionem; tum quod conversatio ibi valde spiritualis est, tum quod promptior ei illic pateret ingressus, ubi omnia vestro nutui parebunt. Præsul autem hæc omnia de radice dilectionis procedere autumans, lætus effectus est. Et præcipiens ratem armare, misit quemdam de suis servientibus beatæ Virgini intimandum, ut sibi ad navim eunti, expedita foret ad navigandum secum ad prædictam insulam. Sed illa antequam Episcopalis legatio veniisset, ingressa basilicam, oratura prosternitur coram quodam altari in honorem S. Galli consecrato: & sicut fuit voluntas Dei inter preces obdormivit: & vidit oraculum, nec non somnium, beatum virum sibi vas sanguinolentum porrigentem, multis spurcitiis plenum, dicentemque sibi; Si ad locum ad quem Episcopus se ducere cupit perveneris, hunc sordidum victum manducabis; & sanguine Kerbirgæ *f* recluſæ ibi inebriaberis. Cumque evigilasset, & secum miraretur de somnio, offendit eam legatus in admiratione. Qui cum deposuisset ei mandata Præsulis, non respondit ei nec ad unum verbum: sed dimisit illum abire sine affatu. Super quæ admirans Episcopus cum didicisset, misit alium, & iterum alium, Virgine in eadem taciturnitate permanente. Episcopus autem continuo cogitans ei aliquid revelatum esse, navigationem suam peregit, & ad urbem Deo gubernante ipsâ die prospere rediit. Cumque ad cœnam discumberet, non est oblitus prioris consuetudinis, sed omnia necessaria in cibis & potibus venerabili puellæ direxit, Cilia jam tum penitus oblivioni tradita. Nam ejus res exinde ita retro cœperunt vergere, ut post aliqua annorum curricula, pelle ejus simulatæ sanctitatis detracta, etiam de clausula eliminaretur, procul dubio nutu Dei, nolentis scilicet se à suis fidelibus diutius in idolorum servitute glorificari.

ad cujus persuasionem Linthaugiam deducenda e

per visionem retinetur ipsa,

f

F

& Cilia expellitur.

ANNOTATA.

a *Hæ ancillæ erant supra memorata* Kebini & Bertherada *in priore Vita nominatæ, & germanæ sorores appellatæ: infra vero lib. 2 n. 14* Kebinina.

b *Sequentia omnia hujus Capitis desunt in priore Vita.*

c Dei judicium *quid sit prolixe & erudite Spelmannus in Glossario, ubi ejusdem varias assignat species: usitatiores sunt ferrum candens aut aqua fervens: sed quia hic arbitrio Episcopi res agebatur, videri potsit adhibita ad probationem Eucharistia sacra, sub hac formula quam Concilium Wormatiense præscribit, supponens rem inter sacras personas usitatissimam*, Corpus Domini sit mihi in probationem hodie: *quod si nocens fecisset, subsequens mox pœna manifestabat culpam.*

d Semisiecla *Goldasto* dimidium sicli, quod est quarta pars unciæ apud Latinos & Græcos, *imo opinatur hîc*

A *hic ab Hepidanno* pro medio obolo *ſumi.*

e Linthaugia, Lindaugia, Lindavia, *urbs jam Imperialis celeberrima, in inſula Lacus Bodanici, Acronii ſeu Brigantini, ſuam originem debet illuſtri nobilium Canoniſſarum cœnobio, à quodam Adalberto Comite de Rorbach, Caroli Magni conſanguineo, fundato.*

f De Kerburga recluſa *occiſaque nihil alibi legi: videtur autem prædici mors per Sanctimonialium, invidiâ forſitan contractarum, conſpirationem inferenda: & hoc probabile facit dicti monaſterii circa finem hujus ſeculi diſſolutio tanta, ut pro reſtauranda ibidem diſciplina anno* 1043, *laborandum valde fuerit Ivotæ, ad hoc conſtitutæ Abbatiſſæ.*

CAPUT III.

Vita prope cœnobium S. Galli peracta ad baſilicam S. Georgii, dein incluſa ad S. Magnum.

Cum Epiſcopo ad S. Gallum profectus

16 EXactis autem paucis diebus idem Præſul ad cœnobium S. Galli profecturus, miſit ad interrogandum ſæpe dictam puellam, ſi ſecum proficiſci vellet. At illa ſtatim ingenti perfuſa gaudio, cum duabus ancillis ad navim properat. Igitur vento ſecundante navigium, celeriter littus attingunt optatum. Episcopus verò veniens ad monaſterium, à Fratri-
B bus honorifice ſuſceptus eſt. Beata etiam Virgo eum pedeſtri itinere tractim proſequens, & ad locum circa ſolis occaſum perveniens, ab Epiſcopo, nec non à tota Congregatione benigne ſuſcepta eſt. Benevolus autem Pontifex, etſi non ex toto voluntatem ſuam erga eam perfecit, nam prælibata viſio eam inſerere ſanctimonialibus eum non permiſit, tamen ne ejus voluntas penitus careret effectu, juſſit ei domicilium juxta baſilicam S. Georgii Martyris parari, ut ibi poſſet ſecrete converſari. Quali igitur parſimonia quatuor pene annos inibi ſe afficeret, loqui arduum videtur: *a* quia ubi, de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit; ſupra ea, veluti ficta, pro falſis ducit: Erumpe tu quæſo potius Alarice, *b* ſerve Dei, dic quid caput eccleſiæ præciperet te demandare membro ſuo: AL. Cur me frater ea attentare cogis, quæ tu, ut conjicio, videns quoſdam juxta Apoſtoli præſagium à veritate auditum avertiſſe, aggredi detrectas? HED. Mihi Domine mi, ut nulla virtute prædito, loquenti virtutes diſcredunt, reſperſi vero dulcedine tuæ ſanctitatis, libentes tibi præbent auditum. Nam & majoris potentiæ viſus gener *c* Aretæ Regis, Baptiſtam ſciens virum juſtum & ſanctum, non ſolum eum libenter audiebat, verum etiam eo audito
C multa faciebat. AL. Papæ ceſſent obſecro gravia exempla, nam quamvis ad loquendum confortent, nobis tamen minoribus multum eſt audire ad comparationem ſummi in natis mulierum; neq; vulgus, urbanis *d* neſciùm loqui, audet conſcendere ſolium Tetrarchæ: niſi quod utrobique in hac apologia, propter detrahentes conſului. Quibuſque [tamen] exemplis ceſſantibus, tutis auribus depono, agnoſcere me hinc debitorem ejus promendæ ſanctitatis, quod Dominus divinæ illius converſationis me primum poſt ſe dignatus eſt intimum eligere. Ego Alaricus, minimus ſervorum Chriſti, decrevi me pro ejus nomine in quadam inſula *e* Turicini lacus ſolitarium perſiſtere. Ergo me inibi conſiſtente, quadam nocte (quid me cogis Frater loqui, quo me indignum hæc audientes poſſunt reputare?) Angelico affatu hujuſcemodi verbis admonitus ſum. In monaſterio S. Galli, cella quadam in montibus conſtructa, ſcias quamdã Virginem Deo conſecratam, in ejus ſervitio fideliter perdurantem. Ad hanc fidelem legatum, iſta mandata portantem, dirigas: Unaquæque arbor, ſive fructuoſa ſive infructuoſa, dum viva terra radix tegitur, in viriditate poterit permanere, & fructibus vel frondibus ſe oducere: at ſi terram quæ foveat abeſſe contingat, nudata radice, neceſſe eſt ut arbor areſcat. Quapropter à Deo admonita, parcas tibi aliquid de nimia abſtinentia; quatenus aridum corpus plus aliquid ſolito reficiens; ejus ſervitio & laudibus plenius inſiſtere prævaleat. HED. Magnam ſane oſtendis, Alarice, Virginis parſimoniam, cum Deum prædicas huic allegaſſe temperantiam. Nam labores Pauli, regyratio Laurentii, oſtendũt eum poſſe pati electos ſuos multum probari. Sed & tibi non deſunt teſtes, & bis refici juſſus Propheta ſub junipero, & turba Dominum triduo ſuſtinens; poſtremo univerſitas, cui educitur panis de terra; ne ei in itinere hujus vitæ deſint viatica. Quid ſi & illud miraculum in teſtimonium ſumatur? noſti eum prædictus à te lacus in tantum proluit, ut plurimi dies tranſirent quam navigando eum ullas intrare auderet: & cum tu jam pene fame conſumptus ad orationem confugeres, perſona quædam tibi apparens panem vinumque capiti tuo imminere indicavit, quibus refocillatus convaluiſti. AL. Tuo, frater, arbitratu: nam ſcientia veritatis terret Alaricũ, huic teſtimonio refragari, imperfectio vero meritorum diſſuadet eum hæc affirmando prædicare. Tuum enim eſt potius hæc annuntiare, maxime cum ad gloriam Wiboradæ tuæ non parum ſint reſpicientia. E

17 Quadam igitur nocte jacenti in oratione, vidit ſibi quamdam perſonam Angelicæ viſionis aſſiſtere, non ſine magna claritate. Quæ illam obambulans *f* primum vigeſimi primi pſalmi verſiculum tribus vicibus dulci modulatione decantavit, moxque eadem claritate qua venerat abſceſſit. At illi cogitanti de viſione, venit ei in memoriam, quod hunc Pſalmum prius conſueverat ad *g* curſus decantare, & quod hanc conſuetudinem tum diu oblivioni tradidit. Tunc agens pœnitentiam de oblivione, correxit in melius quod ignoranter dereliquit.

18 Sed ſpes B. Wiboradæ ſecrete converſandi apud cellam ſupradicti Martyris, non diu erat ſpes: quia undique ad ejus ſanctitatem confluxerant, corpori neceſſaria ei deferentes, & corpori & animæ ſalubria recipientes. De quibus partim deſtinavit ad pauperum refectionem, partim vero ad devotarum mulierum ſuſceptionem, quæ ad illam annuatim venire conſueverant, & in ſpirituali tripudio panem frangere. Quam caritatem quædam opulentiòr ceteris opprobrio egeſtatis adſcribens, dedignata eſt ad eam inſequenti anno venire, dicens ſe ejus fragmentorum non eſſe indigam. De cujus abſentiâ cum ceteræ mœſtæ fuiſſent, beata Virgo conſolans eas dixit: Conſolamini, ſorores, veniet enim dies quando libenter adveniret, ſi poſſe ei non deeſſet. Igitur juxta verbum ejus in lectum decidens, cum ægritudo invaleſcens redigeret eam in deſperationem vitæ, confeſſa eſt marito ſuo quas ampullas emiſit contra beatam Virginem, optans ut ejus obtutibus præſentaretur. Cujus voti maritus allubeſcens, detulit eam illuc. At Virgo illius contumaciam redarguens, benedicens panem dedit ei. Quo deguſtato, extemplo convaluit, atque lætabunda cum gratiarum actione repatriavit. F

19 Evolutis vero penè quatuor annorum circulis, prædictus Conſtantienſis Præſul ad cœnobium S. Galli venit. Beata autem Wiborada, quæ cum Martha jam diu ſtetit in activa vita laboriose decertans, juxta pedes Domini cum Maria conſidere deſiderans, quatenus peccatis & vitiorum tumultibus libera, optata in Chriſto mentis quiete perfrueretur; poſtulavit ab eo ſibi domicilium alterari: & ut breviter ejus deſiderium proſequar, ſecretum clauſulę concupivit. Qui ſtudens omnibus modis ei morigerare, juſſit ei deſideratum domicilium pro-

degit 4 annis juxta baſilicam S. Georgii.

a

b

2 Tim. 4, 4

c

d

innoteſcit divinitus Alarico ſolitario;

e

A. HEPIDANNO. EX MSS. & jubetur nimiam abſtinentiam mitigare.

quia Deo curæ eſt ut corpus reficiatur.

f audit Angelos decantantes initiam Pſ. 21

g

eleëmoſynas acceptas in pauperes diſtribuit:

ſui deſpectum puniendum prædicit, & pœnam affert.

A. HEPIDANNO. EX MSS.

pe basilicam S. Magni constrŭi, atque in sacrosancto die Pentecostes, copiosa multitudine cum divinis laudibus prosequente, devotis precibus Deo commendatam, sanctisque benedictionibus consignatam, includens abscessit. Igitur omnibus cum Episcopo abscedentibus, Virgo Dei cogitans se locum certaminis ingressam, divina adminicula mox oraturа prosternitur: quod fuit probabile inceptum & memoriale exemplum dimicaturis contra versutias antiqui hostis. Non exarmes te, fortis Domini bellatrix, inexpugnabili scuto equitatis, sciens te contra quem te munis quam cito conflicturam. Inimicus autem humanæ salutis, sperans se non parum promovere, si noviter inclusam terroribus initiaret, projecit ante eam inter preces caput hominis, ore hianti, oppido hispidum, atque ut succincte ejus deformitatem includam, simile fuit projicienti. At illa immobilis in oratione persistens, atque vexillum Crucis fronte figens, omnem phantasiam inimici effugavit. *h*

includitur prope eccle. siam S. Magni

frustra terretur objectu capitis humani.

20 Consuetudo fuit huic beatæ Virgini ter in anno balneo uti, non tamen sine licentia Abbatis sui. Quadam autem die cum ei balneum in *i* tina paratum esset, repente vinculis resilientibus, dissolutio tegularum aquis profluendi dedit locum. Super hac re cum ejus serva nimis contristaretur, consolatorie dixit ei beata Virgo: Noli mœrore affici, sed expectemus misericordiam Domini. His dictis consignans semetipsam & vas per sanctæ Crucis impressionem, conglutinavit omnem ejus dissolutionem. Quod vas non solum tunc & deinceps quamdiu in corpore vixit, ad usus balnei utile fuit, sed etiam post ejus martyrium pro diversis languoribus medicabile fuit & est.

Vas dissolutum signo Crucis reparat.

ANNOTATA.

a *Sequentia hujus numeri, uti quæ n.* 17 *sequenti habentur, desunt in Vita priore.*

b Herodes tetrarcha, *qui repudiata Aretæ Regis filia, assumpsit Herodiadem uxorem fratris sui. Consule Iosephum lib.*18 *Antiquit. cap.*7.

c Alaricus, *sive* Adalricus, *filius Burchardi Ducis Suevorum sive Alamannorum & Regulindæ dicitur Murero, qui eum cum titulo Beati inscribit Paradiso Sanctorum Helvetiæ mortuum anno* 973. *Ast simpliciter filius Regulindæ (nam ea bis nupta fuit) dicitur Hartmanno in Annalibus Eremi Deiparæ Matris. Dies ejus natalis assignatur* 29 *Septembris. Nota autem quasi Dialogum hic institui inter Alaricum & auctorem, sicut promittebat titulus capitis* 16, *quod ut pateret clarius, initiales nominum litteras interposui.*

d *Ecgraphum nostrum*, nescimus. *Hartmannus pag.* 6 urbano loqui nescius, *nam & Masculini generis est* vulgus: *turbatior deinde sensus in nostro MS. & apud Hartmannum, aliqua verborum transpositione correctus est à me.*

e *Insula hæc* Ufnaugia, *vulgo* Uffnaw, *est in lacu Tigurino inferiore prope pontem Rapperswilerum, in qua insula etiam Regulinda mater prope quinquennium, omnibus pietatis & sanctimoniæ officiis & exercitiis peregisse, & circa annum* 952 *defuncta traditur ab Hartmanno.*

f *Est iste versiculus:* Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti *&c.*

g Ad cursus, *id est, ad, sive ante Horas Canonicas.*

h *Deest in priore Vita quod sequitur miraculum.*

i *Vas quod hic* Tina, *in præfixo titulo* cuba *dicitur, Belgis* tonne *&* kupe.

CAPUT IV.

Visio de Missa à S. Gallo apparente celebrata. Varia Vdalrico prædicta. Febris sublata. Dæmon fugatus: pœnitens adjuta.

21 FActum est in profesto S. Joannis Baptistæ, cum adhuc Orientale crepusculum esset, vidit non sine oraculo visionem, B. Gallum Sacerdotali infula albatum Missas celebrare, & multitudinem animarum mire fulgentium cum illo audivit psallere, atque post expletionem Missarum ad fenestellam accedere, sibique complura quæ postea eventus probavit præsagire. De hoc oraculo plerique solent mirari, quomodo beata Virgo, adhuc in corpore constituta, invisibiles sui natura spiritus posset contemplari. Sed hi tales adhuc ut carnales quæ carnis sunt sapiunt, nescientes ut spirituales omnia examinare. Quibus eos qui non sunt in carne sed in spiritu, oportet *a* innotescere, res corporales corporalibus, spirituales vero etiam spiritualibus oculis videri. Certum est esse spiritualem quamdam naturam in nobis, ubi corporalium rerum formantur similitudines, sive cum aliquod corpus carnalibus oculis subjectum tangimus sensu corporis, & continuo formatur ejus similitudo in spiritu memoriaque recondi-tur; sive absens, sed olim notum; sive quod non novimus, sed tamen esse non dubitamus; sive ita spiritu assumente alienamur ab omni corporis sensu & avertimur, ut solis similitudinibus corporum, spirituali visione teneamur. Hæc igitur natura spiritualis, in qua non corpora sed corporum similitudines exprimuntur, inferioris generis visiones habet, quam illud mentis atque intelligentiæ lumen, quo & ista inferiora dijudicantur, & ea cernuntur quæ neque sunt corpora, nec ullas gerunt formas similes corporum, ut est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, & cetera hujusmodi, quibus propinquatur Deo, & [cognoscitur] ipse Deus, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia. Quamvis itaque in una eademque anima fiant diversæ visiones, sive quæ sentiuntur per corpus, quas dicimus corporales; sive quæ spiritu videntur, & vocantur spirituales; sive quæ mente intelliguntur, & dicuntur intellectuales; tamen habent ordinem suum, & est aliud alio præcellentius. Præstantior est enim visio spiritualis quam corporalis, & rursus præstantior intellectualis quam spiritualis. Corporalis enim sine spirituali esse non potest, quandoquidem momento eodem quo corpus sensu corporis tangitur, fit etiam in animo tale aliquid, non quod hoc sit, sed quod simile sit: quod si non fieret, nec sensus ille esset, quo ea quæ extrinsecus adjacent sentiuntur. Neque enim corpus sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio utitur, ad formandum in seipsa quod extrinsecus nuntiatur; sed non discernitur, nisi cum fuerit sensus ablatus à corpore, ut id quod per corpus videbatur, inveniatur in spiritu. Nam cum aliquid oculis cernitur, continuo fit imago ejus in spiritu, sed non dignoscitur facta, nisi cum ablatis oculis ab eo quod per oculos videbamus, imaginem ejus in animo invenerimus. At vero spiritualis visio etiam sine corporali fieri potest, cum absentium corporum similitudines in spiritu apparent, & finguntur multæ pro arbitrio vel opinatione. Ab his omnibus ita discernimus illa corporalia quæ videmus, & in quibus præsentibus sunt sensus corporis nostri, ut non dubitemus hæc esse corpora, illas vero imagines corporum. Rursus spiritualis visio indiget intellectuali ut dijudicetur. Cum enim Petrus illum discum videret alienatus à corporis sensibus, & illas voces,

In visione audit S. Gallum missam celebrare, & alios psallere.

quomodo id potuerit quærentibus

explicat auctor naturam triplicis visionis

corporalis spiritualis & intellectualis

Rom. 11

Macta

A Macta & manduca,&, Quæ Deus mandavit tu communia ne dixeris, in ſpiritu audiebat. Redditus autem corporis ſenſibus, idipſum quod viſum atque auditum memoria tenuerat, in eodem ſpiritu cogitando cernebat. Quæ omnia non corporalia ſed corporalium imagines erant, ſive cum primum in ipſa alienatione viſæ ſunt, ſive cum poſtea recordatæ atque cogitatæ. Cum vero diſceptabatur & requirebatur ut illa ſigna intelligerentur, mentis erat actio conantis, ſed deerat effectus, donec nuntiati ſunt qui venerant à Cornelio. Hac vero corporali etiam accedente viſione, cum & Spiritus ſanctus ſurſum in ſpiritu ejus diceret, Vade cum eis, ubi & illud ſignum oſtenderat, & impreſſerat voces, adiuta divinitus mens intellexit, quid illis ſignis omnibus ageretur. Intellectualis vero iſta ſpirituali inferiore non indiget: non enim fallitur intellectualibus viſis: aut enim intelligit, & verum eſt; aut ſi verum non eſt, non intelligit. Illuditur autem anima ſimilitudinibus rerum, non earum vitio, ſed opinionis ſuæ, cum approbat quæ ſimilia ſunt, ab intelligentia deficiens. Fallitur ergo in viſione corporali, cum ipſis corporibus fieri putat, quod fit in corporis ſenſibus, ſicut navigantibus videntur in terra moveri quæ ſtant, & intuentibus cælum, ſtare ſidera quæ moventur. In viſione autem ſpirituali, id eſt, in corporum ſimilitudinibus quæ ſpiritu videntur, fallitur anima, cum ea quæ ſic videt, ipſa corpora eſſe arbitratur; vel quod ſibi ſuſpicione falſaque conjectura finxerat, hoc etiam in corporibus putat quæ non viſa conjectat. Illa corporali uſus eſt Moyſes in monte Sina, iſta vero ſpirituali Eſaias, vel ille virgo in inſula Pathmos. Tertia cum Apoſtolo uſuri ſumus, cum omni ænigmate ſublato Deum videbimus ſicuti eſt. Sed quid Moyſes? quidue Eſaias? Nonne aſſeclæ Wiboradæ? Nonne ſimiliter in corpore conſtituti, cum eiſdem viſionibus ſunt uſi? Erant plane. Qua de re ceſſent in Wiborada quaſi diſcredendo mirari, quæ exuberante Scripturarum auctoritate in pleriſque Patribus facta eſſe non poſſunt negare.

Act. 10, 13 & 15

B

& oſtendit his omnibus uſos ſanctos

Prædicit S. Vdalrico Epiſcopatum Auguſtanū: b

22 Eodem tempore fuit in monaſterio S. Galli quidam adoleſcens, nomine Udalricus, cujus mores ibi extendit appoſita regula diſciplinæ. Is verò cum gravitates ſenum in juvenili flore virtutibus æmularetur, poſt diſceſſum jam ſæpe dicti *b* Salomonis rogatus eſt à Fratribus, ut monachico habitu aſſumpto nomen & curam Paſtoris eorum hereditaret. At ille ſciens omnia facienda eſſe cum conſilio, B. Wiboradam, ut in omnibus agendis ſolitus, adiit; deſiderium Fratrum ei innotuit; ſeque, ſi Dei voluntas eſſet, in omnibus velle obtemperare illorum votis. Illa autem trium dierum ſpatium petens, poſt horum expletionem ſic prophetice dixit: Nec monachus, nec Abbas hic fies: quia omnipotens Deus in orientali plaga te Epiſcopum fieri prædeſtinavit. Multa enim tempora tuæ res ibi ſecundæ erunt, tandem autem multa adverſa à Paganis & malis Chriſtianis paſſurus eris. Sed in his omnibus ſuperabis, & in magna tranquillitate deinceps dum vives tuum Epiſcopium reges. Quæ omnia juxta ejus præſagium in eo impleta eſſe, liber geſtorum ipſius evidenter atteſtatur. Tale donum Prophetiæ ei à Domino conceſſum eſſe, non iſta ſolummodo lectio loquitur, verum etiam aliæ complures, ut iſtum libellum legentibus liquet, quas nos continuare diverſitas temporum non permiſit. Quaſdam etiam in noſtris auctoribus legendas reſervavimus, ut eſt per ſpiritum cognoſcere *c* gallum viciſſe vulpeculam, claves perditas monſtrare, hoſpitum adventum prophetare.

C

ſp. varia alia.

23 Presbyter quidam, nomine Waltrammus, habuit quemdam ſervientem, quem frequenter ad B. Wiboradam dirigere ſolebat. Contigit autem ut quadam die eo miſſus, fruſtum benedicti panis accepiſſet. Qui regrediens, forſan non ita indigus ut ille Ægyptius puer proditor Amalechitarum, eum dem panem cuidam ſibi occurrenti ita deſpective dedit. Nec multum poſt à febre corripitur, atque in tanta detinebatur infirmitate, quod neque manducare neque bibere ſuave duxit; donec iterato beatæ Virgini præſentatus, benedictum panem accepit, & per hujus deguſtationem, & faſtidium cibi pepulit, & priſtinam corporis incolumitatem recepit.

A. HEPI- DANNO. EX MSS.

ob deſpectum panis à ſe donati

punitum ſanat.

24 Hæc eadem beata Virgo uni ex ancillis ſuis id injunxit officii, ut utenſilia, quibus in ſacrificio ſolita erat uti, ſibi munda præberet. At illa quadam die, neſcio quid negotiata, idipſum officium ſorori ſuæ commendavit. Sed cum illa minus devote illud impleviſſet, omnipotens Deus qui eſt amator omnis munditiæ, præcepit quamdam famulam ſuam ei per viſionem apparere (quæ, ut ipſa in eadem viſione teſtabatur, in corpore manens ejus ſerva fuit) ut ei intimaret, oblationes non ita munde paratas eſſe, ut puritas ſacrificandi poſciſſet, & cujus negligentia hoc eveniſſet. Sic & Sacerdotes olim panes propoſitionis neglexerant, quos ipſi juxta traditiones Hebraicas ſerere, ipſi demetere, ipſi molere, ipſi coquere debuerant. Unde & eis à Domino per Malachiam Prophetam dicitur: Ad vos, o Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, ſermo iſte dirigitur: offertis ſuper altare meum panem pollutum. Facta autem die vocans ad ſe beata Virgo prænotatam ancillam, poſtquam interrogaverat eam quis oblatas in proximo paraviſſet, valaque ſacrificii purgaſſet, illaque iviſſet inficias, neminem niſi ſeipſam hoc feciſſe; proferens quæ ſibi per viſionem dicta erant, devicit eam à veritatis regula deviaſſe. Tunc in ea negligentiam redarguens, juſſit eam neglectum officium implere; admonens ut ea quæ ad Dei ſervitium pertinerent non ita deſpectui haberet.

denegleCtu in vaſis ſacrificii purgandis monetur ab anima ſuæ olim famula

E

Mal. 1, 6.

25 Iſta Virgo ſancta, ut prælibavimus, quidquid de alimonia ſibi ſupererat totum pauperibus profligavit. De quibus ſibi ſpecialem quemdam eligens, præcepit eum quotidie circa nonam ſecretius advenire. Hujus inceſſus ita laborioſus fuit, quod, duobus baculis inter aſcellas illum ſuſtentantibus, non incongrue poſſet ſibi in memoriam revocare debilitatem Miphiboſeth. Quadam itaque die diabolus, in ſimilitudine ejuſdem pauperis, magno ſtrepitu baculorum prædictam horam anteveniens, proſtravit ſe humi; tanta infirmitate ſe dicens laborare, quod niſi quamcito conſuetam eleemoſynam perciperet, ſub eodem momento ſe extrema pati non incertum duceret. O Lucifer, qui mane oriebaris! hi habitus, eæque voces non decent arrogantem ſibi ſedem in lateribus Aquilonis & ſimilitudinem Altiſſimi. At illa, ut in oratione jacuit, nullum prophano reſponſum dedit. Ille autem efflictim clamitans, cum cognoviſſet ſe preces in ventum fundere, ſurrexit à tellure: atque caput æquans feneſtellæ, introſpexit. At Virgo ſe conſignans per oppoſitionem ſanctæ Crucis, diabolicum phantaſma eſſe probavit, nam illico nuſquam comparuit. Etiam hoc ei magnam præſtitit certitudinem quod pauper juxta conſuetudinem ſuam circiter nonam horam ſecretius advenit, conſuetam eleëmoſynam patienter donec ſibi daretur præſtolans.

diabolum loco conſueti auperis petentem eleemoſynam ſigno Crucis fugat:

F

26 *d* Quædam igitur mœcha, genitrix effecta, adjecit peccatum ſuper peccatum, infantem quem ex adulterio conceptum peperit, in vivarium demergens. Sed Deus omnipotens, quem magis delectat noſtra converſio quam perditio, voluit hoc ſcelus ei ad ſalutem manifeſtari. Itaque plebs fidelium contra

A. HEPIDANNO. EX MSS.

tale nefas zelo juſtitiæ armata, decreyit eam ad ſtipitem ligatam cute privari. Cogito plebem iſtam cum Cajo *e* Cæſare de verberibus ſenſiſſe, cum tale nefas eorum vindicta audio ab illa punitum fuiſſe, etiam priuſquam ultima ſententia imponeretur: quia ſubjungitur, Ad hoc etiam decretum eſt, ut circulum anni clauderet, omnibus feſtivis diebus paſſis crinibus pedibuſque nudis in atrio S. Magni ſtando, ut qui ejus ſceleris conſcii contriſtabantur, illius pœnitentiam videntes conſolarentur. Poſtquam autem circulum anni in tali pœnitentia fideliter perſiſtendo clauſit, recogitans immanitatem reatus ſui, eadem pœnitentia ſponte ſua tamdiu ſe adhuc obligavit, donec B. Wiborada eam ad ſe vocavit, frænaque afflictionis jam laxanda eſſe indicavit, puerum in refrigerio eſſe. Huic non erit diſſimile quod de Trajani *f* anima legitur, quia liberata ſit ab inferno, Gregorio dolente pro illo. Nam ejus animam ab inferno ereptam, atque in paradiſum collocatam eſſe, omninò incredibile videtur, ipſa Veritate dicente, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Sed infernus hic per metonymiam dicitur id quod continet pro eo quod continetur; ſicut eſt percutere civitatem in ore gladii, cum populus in illa habitans percutiatur; tendens ad hoc, [ut intelligatur] Trajanum à cruciatibus inferni refrigerium eſſe conſecutum, non autem ex inferno eductum. Valet enim anima & in inferno exiſtere, & inferni cruciatus per Dei miſericordiam non ſentire; ſicuti unus gehennæ ignis, valet omnes peccatores pariter detinere, per Dei autem juſtitiam cunctos æqualiter non valet exurere: nam uniuſcujuſque quantum meruit culpa, juſto Dei judicio, tantum ſentietur & pœna. Sed tu, Deus noſter, memor humanę fragilitatis, noli ita diſtricte intrare in judicium cum ſervis tuis. Reminiſcere quæſo potius miſerationum tuarum, Domine & miſericordiarum tuarum quæ à ſeculo ſunt. Liceat nos ſperare in te cum Propheta, quia non ad conſumptionem noſtram emittas manum tuam, & quia ſi in profundum inferni dimerſi fuerimus, inde nos liberabis. Hæc quæ à nobis nunc breviter ad te, Domine, ſunt ſingultata, confidentes apud tuam miſericordiam nobis in perpetuum profutura, qui lacrymas Prophetæ in conſpectu tuo poſuiſti, ad prædicandam Virginis tuæ ſanctitatem ſermonem reflectimus. Poſtquam verò Wiborada meretricem frænis afflictionis abſolvit, catenam cautelæ ei innexuit, admonens eam, ut in poſterum de tam nefandis ſceleribus ſe cuſtodiret, ne ei noviſſima peiora fierent prioribus. Ergo ejus admonitionibus admodum ædificata, in ſanctitate & juſtitia deinceps ſervire Deo ſtuduit omnibus diebus vitæ ſuæ.

poſt unius anni pœnitentiam

abſolutam pronuntiat.

f

ejuſque filiũ in refrigerio eſſe.

Ioan. 3, 5.

B

per hoc tamen non dicens eſſe ſalvum ſed ſolum non ſentire inferni pœnas.

Iob. 30, 24

Pſal. 55, 9

C

ANNOTATA.

a Innoteſcere *active, pro* notum facere, *medio ævo multi uſurparunt. Porro tota hæc quæſtio merito deeſt in priori Vita, philoſophis relinquenda.*

b *Imo Salomonis* III, *nam prior de quo hactenus, obiit anno* 891 *quando S. Vdalricus, de quo hic, nondum natus erat, mortuus* 973.

c *Hæc de gallo & vulpecula explicantur in priore Vita: reliqua latent, cum aliorum qui ea tradiderunt ſcriptis.*

d *Hæc ſequenti numero indicata deſunt etiam in priori Vita.*

e *Obſervat Goldaſtus hæc ex Saluſtio de conjuratione Catalinaria eſſe deſumpta: ubi C. Cæſar quærit ab eis qui reos morti volebant affici, quamobrem in ſententiam non addidiſſent*, uti prius verberibus in eos animadverteretur.

f *De anima Trajani egimus* 12 *Martii ad Vitam S. Gregorii Magni. Ideo autem hoc exemplo hic utitur Sanctus, quia ſine baptiſmo infans obierat, atque adeo ſalute æterna exciderat: quales nequaquam inferni pœnis æternum cruciandos, mitior Theologorum plurium ſententia eſt, quod hic vocatur* refrigerium.

D

CAPUT V.

B. Rachilda ſæpius ſanata, & incluſa. Burchardi Ducis, perjuri cædes præſcita.

27 QUædam igitur prænobilis puella, nomine Rachilda, quæ etiam virginitate ſua Deo dicata in ejus obſequio jugiter perſeverabat, frigoretico morbo non modice vexabatur. Quam cum parentes ejus Romam deferre vellent, ſpe recipiendæ ſoſpitatis; demandavit ei B. Wiborada, ut ſi vellet ſanitatem recuperare, quantocius ad eam veniret. Procul ſit ab animis audientium omnis ſuſpicio, circa Wiboradæ legatione, quaſi ſperantę puellam ab Apoſtolica poteſtate ſalutem, ſub quadam æquiparatione in poteſtate curationum, ab itinere retraxiſſe; cum longe aliam ejus intentionem fuiſſe ſequentia diligenter inſpecta declarent. At illa hac legatione gaviſa, implevit ſibi demandata. Poſtquam autem ventum eſt ad oſcula, S. Wiborada infit: Benedictus Dominus, qui tę diu deſideratam huc transmiſit, ſibi ad ſervitium, & nobis ad ſolatium. Poſtea inibi morata, infra paucos dies non ex parte ſanitatem recepit: atque cuncta, quæ ſpiritualis mater eam docuit, non ſolum in tabulis cordis notavit; ſed etiam, ut ita dicam, ſupra ſuum poſſe omnia perfecit. *a*

Rachildem ægram Romam ducendam ad ſe evocat:

E

& ſanam factam detinet:

a

28 Iiſdem diebus Burchardo ducę Alemannorum bella gerente, populis etiam inter ſe diſſidentibus propter Saxonicum Heinricum *b* Regem factum, cum militaris populatio gravem penuriam terris inferret, parentes B. Rachildæ, metuentes eam ibi fame cruciari, voluerunt eam repatriare. Cumque ſe præſentarent B. Wiboradæ, cauſa petendæ licentiæ; dixit eis, ſuper hac re non tunc ſibi eſſe reſpondendum, ſed irent ad hoſpitia, & in craſtinum convenirent eam. Fecerunt ergo juxta verbum ejus; & dictum eſt illis, ut cum gaudio ad ſua remearent, Dei prædeſtinationem eſſe, filiam ibi ſubſiſtere. Monſtrabatur *c* illis etiam locus, qui ei à Domino ad clauſulam deſtinatus eſſe dicebatur. Igitur illius præſagio non diſcredentes, iter arripiunt. Nec longum tempus evolutum eſt inter parentum abſceſſionem & filiæ *d* incluſionem, in eodem locello, quo ſancta Virgo præmonſtraverat.

b

non permittit à parentibus abduci

c

F

d

ſed curat includi:

29 Sæpe memorata Virgo Rachilda quodam tempore ægrotabat, & ex nimia infirmitate in deſperatione vitæ præſentis jacuit. Sancta vero Wiborada, corrogata una ex domeſticis, tradidit ei baculum ſuum, & hujuſcemodi mandata: Defer illum ſpirituali filiæ meæ, & die ei ut tripedem imitans ſenectutem, veniat ad me. Cumque miniſtra exequeretur præcepta Dominæ, B. Rachilda extenſa manu ſuſcepit baculum, atque in ipſa ſuſceptione convaluit. Confeſtimque ſurgens, B. Wiboradæ ſe præſentavit. Quid nunc Gieſi? *e* Video te neſcio unde mutato vultu. Forſan miraris per ſuſceptionem baculi Virginis ægram convaluiſſe, cum cogitas per poſitionem baculi Domini tui defunctum non ſurrexiſſe, & quodammodo præcellere eam in gratia curationum. GIE. Non equidem miror, non enim ibi multum laborat admiratio, ubi rerum fieri poteſt æquiparatio. Baculo Wiboradæ tuæ ægra accepto ſurrexit, Domino autem meo ſuperveniente puer revixit. Et etiam ut ipſe noſti, minus eſt ægrum ſanare, quam mortuum reſuſcitare. Qua de re minus patet

eam ægram ſubmiſſo baculo ſanat:

e

Eliſæo comparandæ imo præferenda.

patet mihi ex parte Wiboradæ illud præcellere HEP. bene dixiſti, Domino tuo ſuperveniente defunctum revixiſſe: ego vero inquio Wiborada, abſente ægram tantum per ſuſceptionem bacilli ejus convaluiſſe. Sic & abſentis Pauli ſemicinctia ægrotantibus ſuperpoſita ſanabant: quod majoris virtutis erat quam ipſum ſuperveniſſe, & longa oratione morbos fugaſſe. Potes & in hoc notare ſi placet, illud Virginis præcellere, quod baculus ejus non ad efficiendum miraculum mittitur, & tamen in ipſa ſuſceptione efficit; baculus vero Domini tui hac de cauſa per te directus, nec longa poſitione conſequi [potuit] miraculi effectum. Sed quid loquar per poſitionem baculi ſignum non eveniſſe, cum ipſe baculi Dominus ſuperveniens, hoc quaſi vix obtinens, moraretur? Scriptum quippe eſt: Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, & ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus: ingreſſuſque clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum, & orabat ad Dominum. Et aſcendit & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os ejus, & oculos ſuos ſuper oculos ejus, & manus ſuas ſuper manus ejus: & incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reverſus deambulavit in domo ſemel huc & illuc, & aſcendit & incubuit ſuper eum, & oſcitavit puer ſepties aperuitque oculos ſuos. Poſtremo, ubi tu maxime hæres, Wiboradam mortuum non reſuſcitaſſe, cum Dominus tuus legatur hoc feciſſe, nequaquam obeſt ad jam oſtenſam Virginis præcellentiam. Qui ſcis obitam non revicturam, quam vides ægram ſanatam? An dubitas qui hæc per merita Virginis ſuæ dignatus eſt operari, per eadem merita & majora ſi opus foret poſſe operari? GIE. Admirationem, quam putavi æquiparatione levigare, mirabiliter, frater, in laude Virginis procedendo; non ſolum mihi augmentaſti, verum etiam, quod rarum eſt, contradictorem reddidiſti auditorem tui benevolum. Sed quia ſi quid reſiduum fuerit, igni comburendum eſt, ſuppreſſa ſuper judiciis Dei, quę ſunt abyſſus multa, admiratione, hortor te, ſi qua adhuc ſuperſunt de tali Virgine loqui, & tamen, ſi poſſis, quæ gloriam Domini mei non ſint ita abnubentia. HEP. Paretur. Wiboraba autem benedictione præmiſſa ſalutavit amice venientem Rachildam, edocens illam quod fides ejus & obedientia eam allevarent. Poſtquam vero multa ſpiritualia locutæ ſunt, cœpit B. Rachilda flagitare eumdem baculum ſibi condonari à matre, quatenus pro ejus amore eum ſervaret quoad uſque viveret. Quo impetrato, nec non uſque ad finem vitæ conſervato, poſt obitum ſuum ſepulchro piæ matris eum reſtitui diſpoſuit. *f*

4. Reg. 4, 32

& baculum ei uſque ad obitum habendum reliquit.

à S. Gallo in ſciſſa veſte apparente edoctus,

redarguit Burchardū Ducem

30 Quadam igitur nocte vidit B. Wiborada ſomnium, B. Gallum ſordidis & ſciſſis veſtibus amictum. Cumque obſtupeſcens inquireret ab eo, quid tegeret his figuris? audivit illum ſe conqueri de eccleſiaſticarum rerum direptione, & populi ſui contritione, & hujus ſceleris effectum prædicto Duci Alamannorum imponere. Poſt non prolixum tempus idem Dux ad monaſterium veniens, confeſtim ab ea accerſitus eſt. Quo veniente, poſtquam de iniquitatis perſeverantia valde redarguit; expoſuit ei viſionem per ordinem, hoc advertens; niſi ſciſſuræ veſtium S. Galli digna pœnitentia conſuerentur, vitam ejus in periculo conſtitutam fore. Ille autem, velut ſemen cadens ſuper petroſa, cum gaudio ſuſcepit verbum increpationis; à quo erat receſſurus, ut non habens radicem in tempore tentationis: atque ſub jurejurando pollicitus eſt de præteritis emendationem, & talibus in poſterum abſtinentiam. Cui illa ſic occurrens inquit: Probatio juramenti tui non diu differtur. Cœnobitæ ejuſdem viri, de quo nunc apud nos ſermo eſt, tractantes qui

emendationem cum juramento ſpondentem,

mitigarent ferocitatem animi tui ſuper ad eos pertinentia, diſpoſuerunt te cum perfecto calice de auro donare: & noſti ut tam pauper locellus in tali munere exhauriatur, ad hoc quod nunc exterius à te vaſtatus, ut dictum eſt, dignoſcitur: quem calicem, ſi tibi cura ſit reſervandæ vitæ, nequaquam præſumas accipere. At ille, quaſi abhorrens ejus dictis, iterando confirmat juramenta, ſe non ſolum exinde de rebus S. Galli quid tale non accepturum, ſed etiam irrationabiliter eis utentibus omni ſtudio contraire. In hac igitur ſententia ab illa digreſſus, venit ad monaſterium; ſuſceptus eſt vero à Fratribus ut ſcriptum eſt, Terror divitum exigit ſibi honorem. Ipſe Abbas, nomine Engilbertus, ejus tyrannidem contremiſcens, ſe credidit fugæ. Cum autem in craſtinum diſceſſurus eſſet, Fratres, præmiſſa benedictione, obtulerunt ei prædictum à beata Virgine munus. Quid nunc? Quid conaris? nonne ſi accipis fies perjurus? contine obſecro manus: dic ut magnæ virtutis hominem decet: Gratam duco, Fratres, veſtram clientelam, dives voluntas gratior eſt munere; munus non ſperno, tollens relinquo. Pœnitet me ſcelerum, fui prædo hactenus in ſervos S. Galli: huic potius oportet per me ejus eccleſiaſticas res augeri quam minui. BURC. Si ſcires, Frater, inexuperabiles Principum hujus ſeculi neceſſitates, nimirum hujuſmodi ſuaſionibus parceres. Me enim ſub poteſtate conſtitutum oportet tali munere in Regis Domini mei prodire obtutum. Creberrimi etiam militares apparatus nolunt pauca adeſſe eorum ſumptibus, atque danda largiter ſtipendia militibus. Præterea ſunt excedentia numerum, quæ perſæpe cogunt amicos hujus ſeculi tranſgredi juſtitiam Dei. HEP. Si vis amicus eſſe hujus ſeculi, quid mihi tunc tecum, cum conſtituaris inimicus Dei? perge, perge, non adjicio verbum. Cerneres illum tot perjuria non vereri, ſed incunctanter utraſque manus in ejus ſuſceptionem extendentem. Ut gratificatur! quoties inter manus libratur! quam diverſi pretii à circumſtantibus æſtimatur! Igitur inde ſe domum propipiens, uxori ſuæ quæcumque beata Virgo ad eum locuta eſt per ordinem retexuit, eique calicem oſtendit. Jamjam vero ad Italiam in militiam profecturus, rogavit eam ut illum S. Gallo remitteret, ſi mors ejus reditum præoccuparet: Sicque diſceſſit in Ramoth Galaad, infauſtus pervaſor ſubſtantiæ Naboth Iſraëlitæ, experturus in eodem itinere Dominum locutum eſſe per os Micheæ. Nam inſperato in foveam cecidit, & ita quaſi quodam præſago fine malorum de medio ſublatus eſt, utpote in lacu æternæ miſeriæ digna ſua pravitate præmia accepturus. Matrona *g* autem ejus obitu comperto, calicem ut rogata fuit monaſterio remiſit, patenam vero lapidibus intextam pretioſis retinuit: (O defraudatrix Saphira!) aliamque multo minorem pro illo dedit.

A. HEPIDANNO. EX MSS.

& monet non accipiendum calicem aureum à monachis offerendum:

at ſuſcipiendum munus mors ſubſecuta eſt.

ANNOTATA.

a *Quæ de* B. Rachilda *memorantur deſunt in priore Vita.*

b *Hic eſt* Henricus Auceps *anno* 919 *in Regem aſſumptus, Ottonis Saxoniæ Ducis filius: bellum autem cito compoſitum eſt, cum Henricus an.* 920 *Arnoldum Bavariæ Ducem alioſque adverſarios ſibi conciliaſſet.*

c *Exgraphum noſtrum bis,* illis: *ſed omnino videntur Wiboradæ hæc oſtenſa:*

d Anno 920 Rachilt in Nativo S. Mariæ incluſa eſt. *Ita Hepidannus in Annalibus brevibus.*

e *Ecce iterum dialogum ab auctore inſtitutum, qualem rurſum infra videbis num.* 30.

f *Addatur hic narratio de alia S. Wiboradæ diſcipula, prædicti*

A. HEPIDANNO. EX MSS.

prædicti Henrici Regis ex filia nepte Wendilgarda, *Vodalrici Comitis uxore, matre Burckgardi Ingeniti, Abbatis sangallensis, de qua Ekkehardus Iunior cap.* 10. *Victus captusque ab Vngris erat vir ejus in Norico, & mortuus credebatur*: Weldilgart vero ad nuptias petita nutu Dei nubere noluit, sed Salomone rogato ad S. Gallum conceſſit, ubi ſibi juxta Wiboradam caminata conſtructa de ſuo vixit, Fratribus & pauperibus pro anima viri ſui quaſi defuncti multa largitur. Dulciaminum autem eum eſſet avida & novitatum ſemper appetens, uti delicate nutrita & iis aſſueta, increpata eſt à Wiborada, quoniam non eſſet ſignum pudicitiæ in femina appetere varia cibamina. Quadam autem die ad clauſulam Virginis cum ſediſſet ad colloquia, poma ſibi dari ad veſcendum, ſi dulcia ibi haberentur, petierat. Quibus pauperes utuntur, illa ait, habeo pulcherrima: proferenſque mala de ſilva acidiſſima, inhianti & manibus ea rapienti reliquerat. At illa vix unum dimidium ore & oculis contractis vorans, cetera projiciens; Auſtera es, ait, auſtera ſunt & mala tua. Et cum eſſet litterata: Si omnia, inquit, mala Factor talia creaſſet, numquam Eva malum guſtaſſet. Bene, ait illa, Evam memoraſti; enimvero, quomodo & tu, ſic deliciarum
B avida erat, ideo in eſca unius mali peccaverat. Abſceſſit femina nobilitatis, rubore perfuſa per Virginem humilitatis, vimque ſibimet inferens dulciamina occurſantia ligurite abſtinuit; tantaque mon rice in brevi adeo excrevit, ut ſacrum velamen, quoc antea detrectavit, à jam dicto Epiſcopo imponi ſib Synodo favente rogaverit. Quo facto laicali in tan im exuta eſt animo; ut virtutibus cum Incluſis aſſuefacta, poſt Rachildam, quæ paſſim in corpore & mamillis ulceroſa quotidie emori viſa eſt, includi cooptaverit. *Sed quartum poſt annum reverſo viro, de conſenſu Synodi, reſtituta, ſub obligatione reſumendi votum ſi marito ſuperviveret, filium quem primum conciperet S. Gallo vovit, votumque exolvit Vodalricus, exciſum præmortuæ uxori Burckhardum efferendo, cui Ingeniti cognomen exinde fuit.*

g Ragulinda, *de cujus ſolitaria ante obitum vita ſupra egimus.*

CAPUT VI.

Hunngarorum adventus cum propria nece præſcitus. Martyrium toleratum. Cæcus illuminatus.

C 31 CUm autem omnipotens Deus Virginem ſuam, jam diu bonum certamẽ certantẽ per palmam martyrii vellet curſum conſummare; quadam meridie ei, ex more vacanti pſalmodiæ, pſalterium ultro ſe complicuit (res admiratione digna!) Super quod faciem aliquantiſper inclinans, gelido ſopore fuſo per artus, paululum obdormivit. Hac tenui pauſatione divinitus ei revelatum eſt, ſequenti anno Ungros, Alamannia vaſtata, in Kalendis Maji cellam S. Galli invaturos, ſeque eiſdem vulnerantibus ultima fata paſſuram. Evigilans autem nimis fluctuare cœpit de viſione, utrum propalanda foret an non. Penſabat enim, quod de futuris prædicere ultra ejus meritum eſſet: nihilominus etiam cogitavit, Deum plerumque electis ſuis etiam per peccatores innoteſcere, ut fugiant à facie arcus: metuitque ſi reticeret, eorum contritionis ſe ream fieri, quos præſcientia periculi poſſet ſalvare. Poſtremo pertractans, quia in antiquis eſt ſapientia, accerſito cui-
dam monacho, nomine Waldrammo, cujus etiam ſuperius fecimus mentionem, provectæ ætatis viro, denudavit ei omnem viſionem uſque ad martyrium, & quomodo fluctuaret utrum occulenda foret vel propalanda; eumque hujus rei gratia accerſitum, quia ſperaret in eo portum conſilii reperire ſuæ

Revelatione divina novit Hungarorum adventum, & ſuam necem:

indicat Waldrammo monacho,

fluctuationi. Ille vero ut rem per totum collegit, poſt aliquantulam deliberationem, cenſuit, tam commune periculum nequaquam eſſe celandum. Quamvis igitur conſilium daret, tamen ipſe non modice anxiatus, fecit anxietatem duorum eſſe multorum, Abbati ſuo aliiſque Fratribus hæc ea- *& per hunc*
dem propinans. Abbas vero ſtupefactus ex auditis, *Abbati aliiſ-*
directis quibuſdam de Fratribus ad illam, tum cauſa *que:*
diligentius de his indagandi; tum quatenus cum illa tractarent, ut egreſſa de clauſula, ad tutiora loca ſe pateretur transferri, quoad uſque Paganorum *non conſentit*
furor pertranſiret; nil ei potuit extorquere quod *ſuadentibus*
eſſet ejus voluntatis, niſi ipſe adveniret, & ſolus *egreſſum.*
cum ſola miſceret colloquia. Nec mora, regrediuntur legati, Abbati ſuo nil certi referentes, niſi Virginem ipſius deſiderare præſentiam. Qui ſperans ſe ad hoc vocari, ut ceteris remotis ille quaſi ſecretior eligeretur ſuaſor ejus evaſionis, acceleravit ad eam greſſum. Sed illa jam divina revelatione certificata de die vocationis ſuæ, magis cœpit ei conſilium dare de exteriorum, videlicet eccleſiaſticarum domeſticarumque rerum procuratione, quam de temporali vitæ ſuæ dilatione. Quæ conſilia ille attente percipiens, expectabat ſi etiam ad
E ea vellet tendere quæ ipſe ſperabat. Sed cum nulla vox de his audiretur, ad ultimum cupiens cognoſcere quid haberet animi, hujuſmodi verbis cœpit uti: De ceteris jam navigo in portu, remis tuorum conſiliorum navim meæ intentionis adjuvantibus; de te vero quid fiat, adhuc in media charybdi laboro. De me, inquit, noli ſolicitus eſſe, *ne quidem*
nam ego confidens de adjutorio Dei, non timebo *Abbati la-*
quid faciat mihi homo. Si circumdabunt me ſicut *crymanti:*
apes, & ſi exardeſcent in me ſicut ignis in ſpinis, fortitudo mea Dominus fiet mihi in ſalutem. Tunc ſenior, prorumpens in lacrymas, rogavit eam ut propitia ſibi eſſet atque egrederetur. Noli, inquit, Pater venerabilis, me ita perturbare lacrymis tuæ compaſſionis; ſciens procul dubio quod ſemel animo unitum eſt, mutari non poſſe, ſi divina non dedignabitur clementia adeſſe. Locum enim, quem contra verſutias antiqui hoſtis pugnatura elegi, Deo juvante, ſpiritu redeunte ad eum qui dedit illum, etiam corpore tegam. Animadverteres in ea eſſe intrepidi militis animum, & velle pro ejus gloria omne ſubire periculum, qui priuſquam montes fierent exiſtens, nobis, in quos fines ſeculorum devenerunt, factus eſt refu-
F gium. Tunc venerabilis Pater, admirans ejus conſtantiam, commendans ſe illius precibus, ad clauſtrum rediit. Cum autem haberet quamdam munitionem unius milliarii à monaſterio, optimum factu ratus eſt, in hac ſe ſuaque omnia præmunire, quoniam naturalis firmitas loci, tribuit ei fiduciam à nullo poſſe expugnari, ſi cuſtodientibus eam victus non deeſſet.

22 Supervenerunt etiam parentes B. Rachildæ, volentes eam ad tutiora deducere loca. Quos B. Wiborada ſic allocuta eſt: Nolite ſoliciti eſſe de filia mea, quia tempus ejus nondum advenit, ſed adhuc per *a* multa tempora vobis aliiſque multis *a B. Rachildæ*
ad ſolatium reſervabitur. Qui nihil hæſitantes in *à periculo*
ejus promiſſionibus (nempe illos creduliores red- *immunem*
didit, quod viderunt priorem prophetiam in filia *fore addicit*
eorum impletam: quia ſequentium rerum certitu- *ejus paren-*
do eſt præteritarum exhibitio) ad ſua cum gaudio *tibus,*
reverſi ſunt, non parum admirantes de nobili conſtantia Virginis. Quomodo iſta retentio beatæ Rachildæ placuiſſet, hæremus: quia fertur poſtea extimuiſſe martyrium, atque ſpiritualis matris ne pateretur imploraſſe auxilium, illamque quoddam membranum, Dominica ſuſpenſione depictum, ei dediſſe;

A dediſſe; ut illud ibi expanderet, ubi infirmanti aditus fuerat introëunti ad illam ancillæ; atque hoc munimine ab hoſtibus eſſe protecta.

b 23 *b* Quidam Presbyter, nomine Wito, fama ſciente de adventu Hungrorum, venit ad B. Wiboradam, dicens ſe creperum ſapere, tam ſacrum locum unquam à Paganis poſſe contaminari, atque hoc nefas exiſtimari: preces B. Galli prius à Deo pro ejus emundatione exauditas, modo in ejus contaminatione credere annullari. Quem illa mox divinis oraculis non incredulum eſſe monens, fugamque quantocius accelerare hortans, prædixit ei in eundo improviſum mœrorem propter ejus incredulitatem provenire. Quod & factum eſt. Poſtquam tota domus rheda componitur una, quemdam puerum impoſitæ ſupellectili ſuperſedere fecerunt. En ſubito, neſcio quo caſu, rheda ſubverſa eſt, & puer qui dudum ſuperſedens impoſitam ſupellectilem premebat, diffidebat aliquantiſper hujus impreſſione vivus evadere. Tunc illi quaſi exanimati, maxime propter puerum, rhedamque cum impoſitis reponderantes, invenerunt puerum in periculo ſanum. Presbyter autem animo recolligens ſibi prædictum mœrorem, non B ſolum fit credulus omnium, quæ ſancta Virgo prædixerat; verum etiam glorificavit Deum, qui ei tale donum prophetiæ conferre dignatus eſt. Mox igitur mœrore gaudio propulſo, læto curſu ad caſtellum pervenit.

Presbytero dubi- fugam ſuadet,

& prædicit mœrorem ex improviſo caſu obventurum

24 Cum hæc agerentur, jam tum non fama volabat per cellam de adventu Hungrorum, ſed illorum rabies undique eam circumſe pſerat. Mox ad prædam dum cuneus diſpergitur omnis, ingemitque avaritia contra ejus patentes ſinus vacua patere æraria; exſtruuntur in baſilicis pyræ, prorumpenteſque in altum flammæ, divina virtute vix permittuntur obfuſcare laquearia. Incenduntur altaria, ſanctorumque Reliquiæ, ignium dominaturæ, ignibus traduntur. Humiliantur uſque ad terram in altum exſtructæ domus, humiles vero aut dejiciebantur, aut ignis dominabatur earum. Tali vaſtatione baſilicam ſancti Magni adeuntes, voluerunt & illam rogo exſtructo concremare. Sed ubi divina potentia eis reſiſtente, eorum voluntas caruit effectu; tunc avaritiæ ſuæ conſulentes, cœperunt ſpe pecuniæ quæque ſecreta rimari, ſicque rimando ad ultimum ad oratorium Virginis devenerunt. Quod undique præmunitum eſſe comperientes, autumantes omnem theſaurum eo loci fugatum eſſe, disjectione tegularum ſibi aditum parabant. Cumque introgreſſi eſſent, invenerunt eam cilicio indutam, ſpiritum contribulatum Deo ſacrificantem. Utrum propter hoc quia noluiſſet ſecreta patriæ denudare, facerent; vel quod æſtimarent, eam eis aliquid officere in quærenda pecunia, ignoramus. Poſtquam ei omnem amictum præter cilicium detraxerunt, tria vulnera in caput ejus librabant, & ita ſeminecem relinquebant. O deteſtabile vitium avaritiæ, cujus potio cum ſit ſitis, ſui amatores omnia exquirere terra & mari ſolicitat, & non ſolum talentorum reconditores, verum etiam victu & veſtitu contentos plerumque jugulare efficit propter quæſtum: & quod dolendum eſt, illos quam ſæpe ab his, quorum ſanguinum ſitiunt, exceptos, precibus fidelium indignos expirare. Ergo poſt peractam necem, quæque abſconſioni idonea diligenter ſcrutantes, poſtquam nihil invenerunt horum quæ ſperabant, protinus erumpebant foras, magis ſceleribus quam gazis onuſti.

cilicio induta,

C

tribus in capite vulneribus proſternitur

25 At virginalis cruor undatim profluens, in prima eruptione vicinum conſperſit murum, atque exinde currens rivis, ciliçium totum perfudit. Quæ conſperſio quamvis ſæpe calce dealbaretur, nullatenus per multos annos potuit aboleri. Quod miraculum quidam excæcatus mercator audiens, venit in baſilicam ſancti Magni, baculo regente, greſſum. Qui præmiſſa oratione poſtulavit ſe deduci ad locum. Quo deductus, parum quid radens de ſacro ſanguine, panno involutum domum duxit. Cumque diverſorium ſuum ingreſſus fuiſſet, illico orbatis inſpergens luminibus, mox de recepto viſu gratulabatur, atque ſepulcrum beatæ Virginis cum debita veneratione reviſit, glorificans Deum.

A. HERPIDANNO. EX MSS.

à ſanguine muro adhærente,

cæcus illaminatur,

26 Beata igitur Wiborada Virgo & Martyr Chriſti, non eadem hora emiſit ſpiritum, ſed vivens uſque in ſequens mane, in ſinum Abrahæ expiravit. Venit itaque bonę memoriæ frater ejus, qui neſcio ubi inter fruteta latens totum conſpexerat, volens pretioſum theſaurum terræ commendare, ne forte barbara gens iterato veniens igni eum traderet. Sed hujus rei voluntate à B. Rachilda ſpoliatus, donec Abbate cum omni Clero adveniente honorifice ſepulturæ daretur involutum ſacro velamine, ad caſtellum proficiſcitur, atque Abbati ceteræque multitudini omnia uti geſta erant per ordinem retexuit. Qui fraternam commemorationem pro ejus requie celebrantes, manſerunt ibi octo dies propter metum Paganorum.

corpus à fratre ejus ſacro velamine involutum,

B

27 Veniente autem die octava, Abbas comperto diſceſſu Paganorum, rediit cum Fratribus ad monaſterium, reliquis etiam qui illo confugerant repatriantibus. Memoratus autem frater ejus, collectis ſecum quibuſdam de Fratribus ac laicis, cœpit ſtudioſius ſatagere, ut corpus eodem die ſepulturæ traderetur. Cumque illud nudarent lavandum ut moris eſt, nulla in eo patuerunt vulnerum indicia, niſi qua catena ſulcabat: ſed ita ſanum atque inviolatum viderunt, ut etiam à pleriſque de martyrio poſſet dubitari, ſi effuſus cruor teſtis non eſſet. Eamdem vero catenam, ante barbarorum irruptionem à ſe diſſoluens, juxta altariolum occuluit: & poſtea eos qui excubias circa funus ejus celebrabant per viſionem admonuit, ut de eodem loco ſumptam, prope eam in ſarcophago collocarent, quod & fecerunt.

integrum abſque læſura inventæ

28 Poſtquam vero lautum corpus, linteaminibus reinvolutum, in ſarcophagum levare voluerunt; cognoverunt eis impedimento eſſe, beatam Virginem in finali angore unum crus atque brachium ad ſe trahendo curvaſſe; ſpirituque recedente ante eorum extenſionem, ita in curvitate diriguiſſe. Volant in turba diverſæ cogitationes, nam ſectionem artuum æſtimabant Virgini eſſe injuriam; libitinam autem ſecundum membrorum curvitatem formare, laborioſum duxerunt. Cumque ita penduli ſtetiſſent, viderunt eadem membra veluti viventia in directum ſe extendere, faciemque ejus quodam Angelico rubore perfuſam, quaſi in riſum hilareſcere. Tunc & ipſi lætabundi pretioſum theſaurum ſarcophago impoſuerunt, juxta ejus admonitionem catenam prope illam collocantes.

F

& miraculoſe extenſum,

29 Ergo omnibus expeditis, venit Abbas cum congregatione Fratrum, & copioſa multitudine utriuſque ſexus, non ſine magna devotione: atque Miſſarum ſolennia celebrantes, in ſpiritu humilitatis ſacrificabant pro ejus requie ſummo & vero Sacerdoti. Expletis autem Miſſarum

poſt miſſas celebratas

A. HEPIDANNO. EX MSS. *ſepelitur anno 975.*

ſolennis, acceptaque Cruce & his quæ exequiis exhibentur, uſque ad locum ſepulchri procedunt. Ibi Deum cui omnia vivunt fideliter pro ea deprecantes, virginalem glebam ſpoliatæ telluri virginitate cum multa lacryma commendáverunt, anno nongenteſimo vigeſimo quinto Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui vivat & regnat Deus per infinita ſecula. Amen.

ANNOTATA.

a *Scilicet annorum viginti & unius, nam* anno 946 Rachilt recluſa *defuncta traditur in Annalibus Hepidanni.*

b *Deſunt hoc numero* 23 *in Priore vita, quæ inſeruntur in fine prioris numeri; & in eo contra hic deſunt, quæ de præcepta fuga cuſtodi eccleſiæ ejuſque famulis ibi traduntur num.* 28.

LIBER II.

CAPITULA MIRACULORUM.

B 1 DE candela quæ ad ſepulchrum ejus poſita cælitus eſt tricies incenſa.

II Quod quædam de ancillis ejus voluit noctu baſilicam intrare cauſa orandi; ſed propter immenſum lumen, quod vidit in ea, non auſa eſt ingredi.

III Quod germen fœniculi circa tumulum ejus crevit tempore hiemali.

IV De pectinis ejus inventione.

V Quod cujuſdam turgidum caput, eodem pectine benedictum, priſtinæ ſanitati eſt redditum.

VI Quod B. Rachilda cum infirmaretur, per ejus viſitationem ſanabatur.

VII Quomodo juvenis Udalricus ad ſepulchrum ejus eſt ſanatus.

VIII Quod Engilbertus Abba monaſterii, anniverſarium ejus cantu & lectionibus præcepit venerari: & quod per viſionem innotuit, quia mutatio velaminis altaris diſplicuit.

IX Quomodo B. Rachildæ germana ejus viſitatione eſt ſanitati reſtituta.

X De obitu Hittonis germani illius: & quomodo Egibertus ſucceſſor ejus, viſu orbatus, per ejus merita eſt ſanatus.

C XI De quadam Reginſinda, quæ debuit vacare per ejus Solemnia.

XII Quod duo diverſis morbis vexati, ad ejus ſepulcrum ſunt ſanati.

XIII Quomodo quidam qui dentium dolore laboravit, tactus ligniculo de cupa ejus, ſanus receſſit.

XIV Quomodo diabolus Kebininam in ignem truſit: & quomodo inde eruta quaſi in extaſi jacuit, & ad veſperum reſipuit.

XV Quomodo divina revelatione corpora ambarum Virginum baſilicæ ſancti Magni ſunt intromiſſa: & quod unus artificum pede læſus ſoſpitati priſtinæ eſt redditus.

HISTORIA MIRACULORUM.

1 IGitur poſt ſepulturam prædictæ Agoniſtæ divina potentia, quæ, ea adhuc in carne manente, ſignorum atteſtatione dignata eſt mortalibus innoteſcere, quam fideliter in mandatis ejus incederet; ipſa etiam non dedignata eſt, poſt ejus depoſitionem, frequentia miraculorum mundo declarare, quali gloria ab ea remunerata ſit in cælis. a Ad ejus tumbam lucerna poſita erat, quatenus quando Miſſarum ſolennia ſeu Veſpertinalis oratio, ſeu Matutinæ laudes celebrarentur, lumen adeſſet. Quadam verò die poſt officiorum expletionem æduus eam extinguens, altera die ingreſſus reperit eam ardentem. Quam ſecundo extinctam, ſecundo invenit incenſam, atque extinxit. Similiter tertio ingreſſus reperit ardentem, ſed minime extinxit, cupiens prius indagare quis ei officium ſuum ita dimidiaret. Cumque ab interrogatis non ſolum nil certi poſſet exarare, verum etiam ejus inquiſitio omnium admiratio fuiſſet, itur in commune ad lucernam. Poſſes mirari, fluentem ceram à facie ignis, tunc ejus calore nil eſſe imminutam, atque idipſum lumen paulatim ſe ſubtrahere viſibus humanis; ut facile in hoc miraculo animadverteres beatam Virginem, ornata lampade ad nuptias cæleſtis Sponſi intromiſſam, cum illo habitare lumen inacceſſibile. D *a* *Candela ad ejus ſepulcrum tertio eſt cælitus accenſa:*

2 Una ſervarum hujus Virginis, quadam nocte ſtratu ſuo relicto, cauſa orationis baſilicam petiit. Quæ teſtata eſt ſe tantam claritatem in ea vidiſſe, ut ingenti terrore correpta, fuſis precibus ante valvas, minus periculoſum eſſe eligeret, poſitum in horrentibus tenebris thorum reviſere, quam irradiatam cæleſti lumine baſilicam introire, *baſilica noctu illuminatur:* E

3 In autumno qui æſtatem paſſionis B. Wiboradæ retrudit, ſæpe memoratus frater ejus, viridis fœniculi germen circa tumulum ejus fixit. Quod divina diſpenſatione radicem terræ figens, atque per totum brumale tempus in ſui viriditate permanens, ad ultimum adeo crevit, quod comis in modum coronæ nexis, totum ſepulcrum protexit. De cujus germinis viriditate non ſolum multi ſunt mirati, verum etiam plerique languentes ſanitati ſunt reſtituti, per acceptionem temperati ex eo antidoti. *fœniculo ad ſepulcrum per hiemem creſcente* *ægri ſanantur:*

4 Soror erat huic beatæ Martyri nomine Willidruda, tricesimum *b* poſſidens gradum. Hæc cum haberet natam, rogabatur à Virgine ſorore, ut hanc permitteret aliquot dies ſecum morari. Qua permittente, cum apud materteram paucos exegiſſet ſoles, infirmata mortis debitum ſoluit. Mater autem poſt aliquot annorum curricula, morte intercedente ſoluta à lege viri, cœpit frequentare tumulum martyrizatæ ſororis; ibique divinis laudibus die noctuque ſe occupans, in gradu ſexageſimo à morte inventa eſt. Huic adhuc in corpore degenti, quodam matutino crepuſculo prædicta filia ejus hilari vultu apparens, hujuſcemodi verbis ad eam uſa eſt. Num vigilas, mater? Quæ reſpondit, Vigilo. Surge, inquit, & dic avunculo meo, quod Domina mea Wiborada ægre feret, ejus theſaurum illius negligentia tam diu celari. At illa ſuſpicans de theſauro pecuniæ, dixit: Qualem theſaurum credenda eſt occuluiſſe, quam ſperabamus conſortem veræ beatitudinis in cælis, eo quod in terris poſita, non ſperare viſa eſt in pecunia & theſauris? Cui illa; Non eſt, inquit, ita ut tu ſuſpicaris, nam inventio theſauri tollet tibi hujuſmodi ſuſpectum. Mox igitur linquens ſtratum, adiit fratrem, ſibique per ſomnium revelata nuntiavit. Nec mora, ſurgitur à Sacerdote, atque una locum ſepulchri Virginis adeuntes, viderunt illius pectinem ſine appendiculo ab aëre ſuſtentari. Quem cum ſororPresbyteri manu tangeret, cecidit ei in manum. Tunc ille indignatus, voluit enim plures teſtes hujus miraculi fieri, ſuſcepit eumdem pectinẽ, atq; ad clauſtrum properans, Abbati ceteręq; congregationi *b* F *ſoror ejus vidua pia,* *monita per filiam ſuam mortuam,* *prope ſepulcrum pectinem ejus in aëre pendentem reperit,*

A gationi eum præſentavit, ſimul omnia de viſione in præſentando retexens. Quem Pater monaſterii reverenter ſuſcipiens, illa mirabili ſuſtentatione audita, exoſculatur; laudeſque & gratias pro ejus inventione Deo omnipotenti perſolvens, die eadem argento incluſum, ad tumbam Virginis appendi præcepit.

qui argento incluſus,

ſanat tumorem capitis.

5 Huic miraculo non incongruum illud videtur ſubnectere, quod quidam, cui violato ſupercilio turgeſcens caput ſpem vitæ præſentis ademerat, eodem pectine à ſupradicto Sacerdote benedictus, priſtinam indeptus eſt ſanitatem.

B. Rachilda exanimis

6 Per id temporis ægrotabat B. Rachilda, atque tanta detinebatur infirmitate, quod pæne tres continuas noctes dieſque quaſi exanimis jacuit. Tertia vero nocte circa pullorum cantum, paululum reſumpto ſpiritu, cœpit implorare Martyris auxilium. Exaudivit ergo mater ſpiritualis vocem filiæ laborantis, atque cum magno jubare cæleſtis luminis adveniens, ſuaviſſimique odoris fragantia, caput ſuum capiti jacentis acclinat, manumque leniter pectori ejus admovet, atque ſic aliquantiſper moras nectit. Poſt breve vero cum ipſo jubare viſibus humanis ſublata eſt, permanente inibi uſ-

à S Wiborada viſitata ſanatur;

B que ad lucem odoris fragrantia. Sicque matre veniente, fugit languor à filia; hacque recedente, rediit ſanitas priſtina.

c

& juvenis moleſto morbo cruciatus;

7 Quidam ephebus, nomine Udalricus, in congregatione S. Galli ſcholari ſudabat *c* Pierio. Hunc quodam tempore invaleſcens ægritudo ad hoc redegit, ut carnibus attenuatis, ſpiritum jam oſſa regere negares. Is ad tumbam Virginis deductus, ut ejus ſuffragia cœpit implorare, obdormivit. Mox autem evigilans, poſtulavit eſcas. Quibus allatis comedit, convaluit, atque ſoſpes ad clauſtrum rediit.

Anniverſarium ejus ut de S. Virgine celebratum, placuit S. Wiborada,

8 Hæc virtutum ejus inſignia Engilbertus Abba monaſterii imis reponens ſenſibus, veniente ejus anniverſario, præcepit ſæpe dicto fratri ejus, illum ſolemnem agere cantu & lectionibus, ut ſolet, de una Virgine. Quod ille libenter percipiens, in tantum ſtuduit eumdem diem venerari, ut etiam altare velaret cultiori velamine privato. Nam quo privatis diebus velabatur, beata Virgo propriis manibus texuerat. Cumque finitis Matutinis ſe ſopori dediſſet, adeſt in viſu glorioſa Martyr: grateſque pro veneratione ſolvens, velaminis mu-

non mutatii velamen altaris,

C tationem minus placitam duxit. Qui expergefactus, illico ſurrexit, atque juxta Virginis velle operuit altare.

d

e

Ægra ejus veſtitatione ſanitati reſtituitur:

9 In pago qui *d* Trichgowe nuncupatur, quem Araris fluvius ex uno latere præterfluit, ex altero Rhenus, fuit quædam materfamilias, nomine Pliddruda, *e* beatæ Rachildæ germana. Hæc quodam tempore ita languida facta eſt, ut dentium pedumq; officio privata, vix interdum in lectulo, interdum nullo modo quieſcere potuiſſet. Cumque diu tantis languoribus tabeſceret, tandem cœpit invocare B. Wiboradam. Nec ſtatim defuit invocanti miſericordia Domini; viditque ſibi aſſiſtere invocatam

f Virginem, partemque janthinæ *f* pellis, formam vaginæ exprimentem, jacientem ſuper ſe, hac voce ſubjuncta: Opraſti quietem, quieſce. Mox igitur ſoporata, ſtertuit illam noctem & ſubſequentem diem magna ex parte. Dehinc expergefacta popoſcit eſcas. Quæ cum collatæ ei eſſent, ſatis avide comedit; tantumque in brevi cœpit convaleſcere, quod aliquot diebus exactis, cum oblatione viſitavit ſepulcrum auxiliatricis ſuæ, omnibus quos ad præſens reperit, cauſam innoteſcens ſuæ oblationis.

10 Jam aderat plenitudo temporis, quo ille venerabilis Hitto, [appropinquans] viridi illi ſenectæ, cujus anni non deficient, debuit contingere metam divinæ vocationis. Quo educto carnis ergaſtulo, quidam Archipresbyter, nomine Egibertus, ſucceſſit ei in regimine baſilicæ S. Magni. Nam & is omnibus quæ poſſidebat relictis, quo Chriſtum perfectius Cruce accepta poſſet ſequi, in cœnobio S. Galli ad regularem diſciplinam ceruicem cordis humiliavit. Cui poſt aliquot annos cum gravi dolore cœpit caligare viſus, adeo ut illum apertis oculis nihil videntem, Deum diceres aliud vas electionis ſibi in illo præparare. Qui ad tumbam Martyris Chriſti provolutus, vovit pro recuperatione viſus, ſe unaquaque ſeptimana, quoad uſque viveret, in honore vivificæ Crucis ad ejus altare Miſſam celebraturum, in die quem amatores ſecularium litterarum diem Veneris appellant, nos autem utres novi liquoris, ſextam feriam vocamus. Inter hæc vota obdormivit. Mirum in modum, oculi ſopore gravati morbis relevantur; illoque excuſſo, lumen ante à tenebris fugatum, clarius rediens tenebras depulit: atque poſtea in ſui claritate permanens, nulla caligine interpolari potuit; donec anima recedente cererorum etiam officiorum corpus reddidit extorre. *g*

A. HEPIDANNO. EX MSS. *Hittonis fratris ſucceſſor cæcus factus,*

voto ad ſanctæ ſepulcrum facto,

viſum recuperat:

g E

11 Mulier quædam, nomine Reginſinda, cum continuum væ pateretur in capite, audiens quales virtutes Dominus dignaretur operari per merita B. Wiboradæ, adiit cernua locum ſepuleri ejus: ibique vovens diem paſſionis ejus ſe annuatim feſtive veneraturam, in vovendo ſomnum cepit. Unde excita, omni dolore remoto, incolumis repatriavit. Igitur adveniente profeſto natalis Virginis, hæc eadem quam prædixi mulier, jam pridem habens telam erectam, ſperavit eadem die eam uſque ad finem perducere, ſi diem ex integro texeret. In hac itaque ſpe feſtina, cum jam vergens ſol intraret oceani undas, mortalibuſque denegaret ſui præſentiam, corripitur in texendo tanta infirmitate capitis, quod prius relictum Virginis auxilio thorum, languore ingraveſcente reviſit. Tunc ſe reminiſcens prævaricatricem, ultra ſuum poſſe, ut ita dicam, niſa, iterato ad ſepulcrum ejus venit, ibique oratura proſternitur. Quomodo ego miſer hic digne valeo loqui lacrymas commiſſa pœnitentum, cujus captivata mens adhuc magis voluntarie ducitur in lege peccati, quam ut condelectetur lege Dei? Funduntur ubertim lacrymæ, teſtes veræ pœnitentiæ; cumulantur vota, melius ſolvenda prioribus neglectis: exaggerantur preces pro venia, preces pro incolumitate, ſingultuſque continui ſæpe illi abrumpunt precantia verba. Tandem divinâ clementiâ reſpecta, quæ nobis delinquentibus ſemper poſt virgam correptionis porrigit baculum conſolationis, repente inter preces ſomno gravatur. Quo exonerata, illico ſurrexit ſana, atque cum gaudio regreditur ad ſua.

dolore capitis vexata convaleſcit,

ſed ob feſtum ejus violatis relapſa

F

& vere pœnitens ſitis ſanatur.

12 Non enim arbitror & hoc miraculum eſſe reticendum, quod duo diverſis afflicti morbis, nam unus febre, alter dentium dolore laborabat, aliorum adminiculo ad memoriam hujus Virginis adducti (ingens enim dolor utrique proprias vires conſumpſerat) per ejus merita priſtinæ redditi ſunt incolumitati.

curatur febris & dolor dentium.

Gnatus miniſtri B. Wiboradæ adeo vexabatur dolore dentium, quod capite ex omni parte tumeſcente, ab omnibus eum intuentibus deſperabatur. Cui cum pater dentes ligniculo de cupa Virginis tangeret, tribus vix guttis ſanguinis prorum-

A. HEPIDANNO. EX MSS.

pentibus, ſoſpes cunctis mirantibus ſurrexit.

14 Nec hoc ſilentio prætereundum, quantam pietatem virtus divina oſtendere dignata eſt ob merita Virginis atque Martyris ſuæ planius declaranda, ſupra fidelem ſervam ejus Kebininam. Poſt tranſitum igitur B. Wiboradæ, commiſſione & præcepto illius, B. Rachildæ fideliter ſerviendo adhærebat. Ipſa vero Rachilda, crebra infirmitate fere per omne tempus vitæ ſuæ cruciabatur. Hæc autem quam prædixi ſerva, quoddam potirium miſcere edocta fuit à B. Wiborada, contra ejus conſuetudinariam infirmitatem. Quod cum quadam die in teſtula igni apponere voluiſſet; ut ſe inclinavit, diabolus, utriuſque dilectionis inſectator, quadam inviſibili impulſione truſit eam in ignem. In quo cum diu huc illucque volutata miſerabiliter cremaretur, nemo enim aſtabat qui eam extraheret; tandem divina miſeratione, & beatæ Martyris, ut credimus, auxilio, ignibus eruta, ſella juxta poſita conſedit. Tarde poſt, quædam conſerva ejus, aliique cum ſupradicto Sacerdote Egiberto, intrantes diverſorium illamque videntes ita crematam, obſtupuerunt inſolita facie. Cumque inquirerent ab ea ſi ipſa eſſet Kebinina, paululum reſumpto ſpiritu reſpondit: Ego quidem

B ſum. Nolite, quæſo, obſtupeſcere neque mirari: inimicus hoc fecit. Non enim hæc mala, quaſi non præſcita, mihi evenire. Nam cum in cella S. Georgii apud Dominam meam Wiboradam manſitarem, contigit me graviſſima infirmitate detineri. Cumque mihi in dubio eſſet vita & mors, ſubito viſus eſt capiti meo aſtare juvenis pulcherrimus, & alius quaſi perſona deformis Æthiopis: quem ille pulcher increpans, Quid, inquit, hic adſtas, cruenta beſtia? in aliquo enim adhuc poſt tempus dabitur tibi poteſtas lędere hoc corpus, in anima vero nec modo nec deinceps ullam tibi conceſſam ſcias. En tempus læſionis. Spero autem de Domini miſericordia, ſi cum Propheta ei tradita ſum in interitum carnis, quod etiam animam meam cum illius anima ſervet. Mirabile dictu, cerneres eam in uno latere uſque ad pectus ita concrematam, ut oſſa & interiora quædam apparerent, & veſtem nil eſſe læſam. In altero vero veſtem combuſtam, & carnem in nullo penitus læſam. Igitur dolore hujus uſtionis in lectum decidens, cum per aliquot dies graviter laboraſſet, accidit ut quadam veſpera reſolutis membris, frigido corpore, ita omnium officiorum jaceret effœta, ut à cunctis circumſtantibus mortua nuntiaretur. Fletur, extenditur,

C ordinatiſque excubiis, pro mortua cuſtoditur. Circa pullorum vero cantum, fragor nimius veluti tonitrus, ita graviter ſuper ipſam domum increpuit, ut omnes qui in excubiis aderant, nimio terrore perculſi, ad terram corruerent. At Virgo Rachilda, divino ut credimus inſtinctu, vocans ad ſe prædictam conſervam, dedit ei cilicium B. Wiboradæ, eumque ſuper defletę corpus expandere juſſit: ſed & baculum ejus addens, ſuperponi præcepit. Quod cum factum fuiſſet, extemplo recalefacta convaluit, reſedit, viſum aperuit, omnibuſque quinque partitis officiis ad plenum recuperata D eſt. Tunc erumpens in vocem dixit: Gratias tibi refero, Chriſte, ſalus omnium in te ſperantium, qui dolores meæ uſtionis medicamento gratiæ tuæ fugaſti: & tibi Domina mea Wiborada, per cujus merita hanc miſericordiam confido me conſecutam.

15 Operæ pretium eſſe duximus & hoc paginæ commendare, qualiter omnipotens Deus has ſanctas Virgines, prius in ergaſtulis, in quibus ſe pro ejus amore incluſerant tumulatas, baſilicæ Sancti Magni intromitti revelare dignatus eſt. Quadā igitur nocte ſæpedictæ Kebininæ viſum eſt per ſomnium quidam juvenis, aſpectu decorus, trahens rhedam geminis rotis compoſitam, quadam cerea materia, ut ei viſum eſt, oneratam. Cumque illa interrogaret qua de cauſa veniret, vel quid ex hac materia facere vellet; Miſſus ſum, ait, ut harum ſanctarum Virginum ſepulcra, muro interrupto, baſilicæ intromittam. Poſt hanc igitur viſionem aliquot diebus exactis, Gralo, qui id temporis cœnobio S. Galli præerat, in animum induxit (credo divina inſpiratione) viſionem ancillæ factis exequi. Tune proſtratus ad memoriam Virginum devotis precibus illarum voluntatem & adjutorium cœpit implo- E rare, ut is cujus voluntas opus eſt, patrandum opus dignaretur aſpirando prævenire, & adiuvando proſequi. Poſtquam hæc & ſimilia virgineis auribus humiliter inſtillavit, ſurrexit; convenienſque ancillam quam prædixi, enucleavit illi arcana voluntatis ſuæ. His illa auditis, retulit ei è contra ſomnium quod viderat; ſicque factum eſt ut fide veniente ab utroque ad utrumque, duo certa fugarent dubium ab opere patrando. Extemplo vocantur cæmentarii, opuſque in divina providentia perfectum, humanis ſtudiis traditur perficiendum. Jam tum fervente opere contigit ut quoddam immane ſaxum, ab eiſdem artificibus levatum incaute, ſed incautius relictum, uni ex illis in pedem cecidiſſet graviterque collideret. Qui à ſociis ad diverſorium delatus, juſſit cereum parari, eumque ad ſepulchrum B. Wiboradæ accendi. Quod cum factum fuiſſet, meritis beatæ Martyris id obtinentibus, ſequenti die cum ceteris cæmentariis ſoſpes & lætus ad opus inceptum mature venit.

famula à diabolo in ignem protruſa,

Divina revelationi

corpora 2 Virginum in baſilicam S. Magni de ferunitur

& pes attritus ſanatur,

juxta id quod olim ei revelatum erat,

Iob. 2, 6.

quæ miſere aduſta,

& mortua credita,

adhibitis cilicio S. Wiboradæ, & baculo convaleſcit.

ANNOTATA.

E

a *Deeſt hoc miraculum in priore Vita: uti quæ num.* 4 *&* 5 *narrantur.*

b Trigeſimum gradum *appellat ſtatum conjugalem; uti mox viduale*m, ſexageſimum.

c *Prior Vita*, ſub Scholari diſciplina degebat. *Eſt autem* Pierium *Muſarum palæſtra, & hæ* Pierides *in monte Theſſaliæ* Piero *natæ dicuntur.*

d *Goldaſtus* Erigowe. *De* Friſgowe *ſeu potius* Zuriegowe *ſupra egimus.*

e *Prior Vita*, Hiltruda.

f *Eadem*, Hyacinthinæ.

g *Reliqua miracula deſunt in priore Vita.*

DE

DE BEATO CONRADO MARTYRE

FUNDATORE MONTIS-ANGELORUM ORD. S. BENEDICTI,

APVD SVBSILVANOS IN HELVETIA. D. P.

ANNO MCXXV.

In loco utriuſque ſexus Sanctis frequenti,

PLures, imo plurimos, in Monte-Angelorum vixiſſe & obiiſſe Sanctos & Sanctas, & etiamnum tumulata ſervari ibidem haud pauca eorumdem & earumdem corpora, in dubium non poteſt revocari ab eo, qui antiquum hujus Montis in temporalibus ac ſpiritualibus ſplendorem atque fœcunditatem, diſciplinæ regularis rigorem ac vigorem, & famam utriuſque monaſterii conſiderat; in quo, per tria plus minus ſecula, monachi diu noctuque famulantes minorem numerum non fecerunt quam centenarium, ſæpe autem dimidio ſuperarunt; Sanctimoniales vero quod attinet uno die, in feſto S. Verenæ Virginis, anno MCXXV, præſente D. Agnete quondam Regina Hungarorum, Alberti Regis Romanorum filia, velatæ ſunt centum triginta novem Virgines. *Ita in ſuis ad nos litteris, anno* MDCLXXVI *die* V *Auguſti ſcriptis, Reverendiſſimus Abbas loci Ignatius, mirifice recreatus, quando Aprilis noſtri ſynopſim accepit. Quem animi ſui ſenſum ut verbis exprimeret,* Deo, *inquit,* ſeminatori tam boni, tam ſancti, ac magni altique conſilii *(Sanctorum ſcilicet Vitas ſic colligendi)* ago gratias, humillimiſque precibus flecto genua cordis, animæ & corporis mei, ut Divina bonitas, quæ per veſtras Paternitates, cum gaudio & conſolatione totius orbis Chriſtiani, feliciſſime cœpta ſunt, per eaſdem compleat.

B

S. Adelhelmi I *Abbatis*

2 *Queritur deinde,* temporum incuria & injuria *factum eſſe, ut nequeat ſatisfieri votis noſtris, antiqua monumenta obtinendi de S. Adelhelmo primo loci Abbate, de B. Conrado Fundatore, deque BB. Frowino & Bertholdo Adelhelmi ſucceſſoribus, utque nihil addi poſſit ſcriptis à Murero in Helvetia ſacra & à Bucelino in Menologio. Præcipuum ergo veteris erga illos, præſertim priores duos, religionis teſtimonium ſuggerit* conſtans, ut idem Abbas in jam citata epiſtola loquitur, uſque nunc veneratio & cultus erga S. Adelhelmum Abbatem, ſextis præcipue Feriis, magna devotæ plebis fiducia impetrandi per hujus Sancti interceſſionem, quidquid tribus per ordinem ſibi conſequentibus feriis pie poſtulant. Extat etiamnum effigies ſancti hujus Abbatis, encauſtico opere annis ab hinc centenis & ultra expreſſa, adjecto Sancti epitheto, ac radiis ſecundum caput ornata. Porro ad aram, ipſius & beati Fundatoris cultui nuper erectam, lampas jugiter ardet; nec non quotannis feſto S. Adelhelmi die, nimirum XXV Februarii, ſacrum ſolenniſſimo ritu, magna cum populi frequentia fieri aſſolet: obitum vero prædicti Fundatoris Necrologium noſtrum & vetuſtiora Kalendaria diei II Maji paſſim aſſignant: ut miremur Murerum, tamquam ſi ignotus dies foret, retuliſſe eum ad XXVI Novembris, quando colitur S. Conradus Conſtantienſis Epiſcopus.

cultus perſeverat & altare,

C

commune ipſi & B. Conrado.

3 *De eorum ſepulcris corporumque Reliquiis cum indicetur nihil, credo ignota latere, vel hoſtilibus incurſionibus fuiſſe diſſipata. Interim, ſicut agnoſcimus plus ſatis eſſe cauſæ, ut de S. Adelhelmo, antehac defectu congruæ informationis prætermiſſo, agamus in Supplemento Februarii; ita credimus poſſe ſufficere, ad B. Conradi Vitam qualemcumque hic collocandum, quod communem cum Sancto illo aram habeat: ad quam auctor ſim, ut, licet proprium de eo Sacrum facere abſque expreſſo Sedis Apoſtolicæ decreto non liceat, fiat tamen quod talibus Beatis indulget ea, in ejus honorem de Sanctiſſima Trinitate quotannis; maxime ſi contingat aliquando (quod utinam contingat!) ſacra utriuſque corpora reperiri, ad publicum cultum elevanda.* *Conradi Acta hic dantur à Murero collecta.*

Illius vita ſervatur ad ſupplementū Februarii,

Murerus, allegat ipſius monaſterii Chronicon, anno MDCXXIV *conſcriptum ab ejus Abbate D. Benedicto, quod neſcio an ſuperſit; ſuperſunt ſaltem typis edita, Chronica Helvetiæ Ioannis Stumphii, & Matthæi Meriani Topographia: quorum hic, loci ſitum figuram & in Appendice fol.* II *exhibet, aneæ forma excuſam; iſte fundationem explicat lib.* 7 *cap.* 3: *quibus Bucelinus addit monumenta cœnobii à D. Placido Abbate ſibi communicata: quæ forte non ſunt aliud quam D. Benedicti præcitatum Chronicon.*

VITA

Ex Germanico Henrici Mureri.

E

Conradus nobili ac pia proſapia ortus,

1 ANte centenos aliquot annos, in agri Turicini diſtrictu, vetus ac nobilis familia habitavit, ex Albio monte deducta, non procul à Birmenſtorffio oppido & fluvio Repſca, in quodam caſtro Sellenburen aut Seldenburen nuncupato, unde & titulum ferebant ejus familiæ Principes. Horum unus, nomine Regibertus, anno DCCCCXLV fundavit monaſterium S. Blaſii in Silva-nigra, obiitque anno DCCCCLXIV. Alius Henricus, Murenſis cœnobii in Argovia fundationem juvit, anno MXXX. Nec diu poſt, anno ſcilicet MLXX ibidem vixit par nobilium atque piorum conjugum, quibus eam gratiam conceſſit Deus, ut inter concordis ſui conjugii fructus numerarent etiam B. Conradum, de quo nobis eſt ſermo.

bona ſua in cœnobii fundationem converſurus,

2 Hic, poſt mortem parentum, contingentem ſibi hereditatis portionem, non luxui aut vanitati, ut paſſim alii, cenſuit impendendam; ſed de ædificando cœnobio cogitavit, eo ſolicitius, quod iſtis in partibus rara tunc eſſent & valde ab invicem ſemota monaſteria. Cui rei cum locum haud ſatis idoneum juxta Seldenburenſe caſtrum inveniret; omnia circumſpectans, tandem anno MCXVIII tranſito Karnorum nemore apud Subſilvanos, abiit per vallem, quam Aa ſeu Saa fluvius interſecat, ubi Wolfenſchieſſen & Graffenoort loca nominantur, donec attingeret abrupta Alpium & montem Hennenbergh, id eſt, Gallinarum tunc nuncupatum. Placuit vehementer hic locus, ad monaſterium virorum Ordinis S. Benedicti, in honorem Matris Dei Mariæ ſanctorumque Angelorum, ibi collocandum; quandoquidem frequentius ibi Angelorum cantus auditi eſſe dicebantur; à quibus, mutato priori nomine, appellandum deinceps cenſuit. Nec mora extirpatur ſilva, complanatur fundus, exurgit ſtructura clauſtri atque eccleſiæ, & altare princeps eo loci collocatur, ubi quondam fuerat urſi ſilveſtris ſpelæum. Tum ex monaſterio Eremitarum Einſidlenſi, vel ut alii volunt ex Hirſchaugienſi, accerſitur S. Adelhelmus cum ſociis, primuſque loco Abbas præficitur, & ab Udalrico Conſtantienſi Epiſcopo conſecratur eccleſia circa annum MCXX die I Aprilis; celebratæque traditioni bonorum tam mobilium quam immobilium, ad fundationem collatorum in manus novi Abbatis, acceſſerunt confirmationis & protectionis privilegia, tam à Calixto II Papa, quam ab Henrico Imperatore Romanorum IV, Germaniæ Rege V:

F

delectum ad id locum ab Angelis nuncupat.

ſub Abbate S. Adelhelmo.

EX GERM. MURERI

prout latius legi poteſt in noſtro Theatro eccleſiaſtico Helvetiorum.

3 In his omnibus ſolam Dei gloriam præ oculis habens Dominus Conradus proximorumque ſalutem, ad eum gradum virtutis perfectioris aſcendit, ut hactenus parum egiſſe ſe crederet, niſi ſeipſum etiam Deo ſanctæque ejus Matri in vita cœnobiali offerret ac conſecraret. Itaque depoſito ſeculari faſtu, ex conſilio ſancti Abbatis Adelhelmi, virginem ſe ſervare propoſuit, & S. Benedicti habitum in ordine tamen laicali permanendo ſuſcipere: in quo ita ſtrenue ſe exercuit, ut virtutum omnium præcipue autem humilitatis & obedientiæ ſpeculum Fratribus omnibus eſſet. Paucis poſt hæc annis contigit, ut ſecularis quidam nonnulla bona, quæ monaſterio donarat Conradus, ſui juris eſſe contenderet. Quapropter coactus fuit Adelhelmus Abbas ipſum ablegare ad hominem, quo lis illa aut jure aut precario terminaretur. Conveniunt ergo in unum ambo, interque ſe conferunt momenta cauſæ; dumque nil tale ſuſpicaretur Conradus, alter, ira & diabolo inſtigante actus, ſicam corripuit; & beatro Fratri letalia duo infligens vulnera, humi ſtratum ſuo in ſanguine reliquit, ubi mox etiam expiravit Martyr, Virgo & Monachus, anno MCXXV.

factuſque monachus

dum tuetur jura cœnobii, occiditur,

D

4 Corpus in Montem-Angelorum delatum, medio in choro perquam honorificum tumulum accepit: quanta autem Conradi eſſent apud ſe merita teſtatus eſt Deus patratis ad ſepulcrum miraculis, quæ narranda relinquo expertis interceſſionum ejus ſuffragia. Nec homicidæ ceſſit impune perpetratum facinus; ſed brevi etiam ipſe vindice gladio percuſſus occubuit. *Hactenus Murerus, cujus Theatrum eccleſiaſticum, pridem expetitum, necdum ad manus noſtras pervenit. A Murero ſola fere brevitate diſcrepat Bucelinus, niſi dum dicit, quod Conradus*, officii ſpecie comiter exceptus, inter ſimulatos amplexus, bino in latus utrumque inflicto vulnere eſt confectus anno Chriſti MCXXVI: *antea autem dixerat idem Bucelinus, quod* cum cœnobium prope Buſch pagum moliretur *Conradus*, corruentibus mox quæ ſtruxerat, locum à Numine reprobari doctus, indomiti tandem bovis ductu, repetitaque frequentius Angelorum muſica, aream, cui hodie cœnobium incumbit, delegit.

& miraculis claret.

DE S. ANTONIO SEV ANTONINO,

D. P. *ARCHIEPISCOPO FLORENTINO IN HETRVRIA,*

ORDINIS PRÆDICATORVM.

Epiſtola Dedicatoria.

Clariſsimo & Eruditiſsimo viro, Antonio Magliabechi,
Daniel Papebrochius, æternâ cum Sanctis in gloriâ numerari.

DAturus vitam Sanctiſſimi Florentinorum Præſulis Antonii, *à quo Tibi nomen Chriſtiano ritu datum ſic meminiſti, ut ipſum habeas excitamentum virtutis; omittere nolui, quin primo in limine propoſiti operis palam facerem quantum me Tibi obſtrictum agnoſcam. Non tamen multa tua in me privatim officia ac beneficia recenſebo; quorum in animo meo recondi memoriam pro tua ſingulari modeſtia mavis, quam enumerationem audire. Vnum dicam, quod neque diſſimulare tu vis, neque ego debeo occultare; inter plurimos, quos hoc de Actis Sanctorum opus, toto orbe Chriſtiano, fautores habet adjutoreſque, neminem eſſe, cui de propenſiſſimo erga profectum ejus affectu primas cedere velis aut debeas. Neque ſterilis hic Tuus affectus eſt: extendit ſeſe per omnes operis hujus partes. Poſtquam enim R. P. Godefrido Henſchenio mihique, ſub annum* MDCLXI *Florentiam appulſis, omnes publicarum ac privatarum bibliothecarum aditus patere feciſti, ex quibus ingens collectus fructus, tum aliis menſibus, tum hoc potiſſimum Majo proponitur; non deſiſti, promptiſſima ſemper voluntate addere beneficiis beneficia, & quoties de Etruriæ Tuæ Sanctis occurrebat requirendum quidpiam, voluiſti ad Te ut recurrerem; recurrentem vero ea quam ipſe dederas libertate ac fiducia, juviſti ſolicite induſtrieque; maximam, qua apud bonos omnes & doctos patriæ Tuæ viros vales auctoritatem ac gratiam ſic impendens ad ſingula, quæ deſiderari à me contigit, monumenta litterarum varie abditarum, per amicos ubicumque poſitos inveſtiganda, quaſi nulla urgentior tibi cura incumberet. Igitur dum exsmiam tuam, in omni diſciplinarum cultiorum genere, eruditionem commendant alii; dum beneficam erga homines, ex quacumque natione aut profeſſione, litteratos humanitatem extollunt laudibus; dum ſtupendam prorſus librorum auctorumque notitiam, in capaciſſimæ memoriæ tuæ ſinu, velut in vivente bibliotheca, digeſtam, admirantur; dum collectam apud Sereniſſimos Patronos tuos gratiam ſuſpiciunt, velut ipſa ſuperiorem invidentiâ, quia meritorum evidentiâ fultam; dum omni ex regione deferuntur Florentiam eruditiſſimi libri, nomini tuo, tamquam communis eruditorum Mæcenatis, inſcripti; ego prætendo manibus*

Sancto-

A *Sanctorum plurium Vitas, à Te nobis ſubmiſſas, atque imprimis hanc* S. Antonii, *nominis ac patriæ communione Tui; ipſum & omnes Sanctos obteſtans, ut Te nobis, ad ſua Acta illuſtranda adjutorem tam ſtrenuum, diu ſervent incolumem; & poſt multos demum feliceſque annos, ſuorum gloriam meritorum, quorum ſic gaudes eruderare ac propalare inſignia, faciant coram intueri in cæleſti beatitudine quo aſpiras, quamque Tibi differri patereris ægrius, niſi eam quadamtenus prælibare Te legendis his noſtris commentationibus crederes. Vale, Amicorum, Amiciſſime: atque, ut facis, ſtudia pro Sanctis ſuſcepta, amare perge ac juvare. Ex Muſæo noſtro Antverpienſi* MDCLXXVII, *Idibus Auguſti.* AUCTORE D.P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

ANNO MCCCCLIX. INter alia Medicææ pietatis ac magnificentiæ monumenta, *quibus Florentinam urbem ornavit* Coſmus, decreto publico pater patriæ *dictus (ſicuti in ejus, anno* MCCCCLXIV *defuncti, epitaphio legitur) eminet Prædicatorum, arctiorem obſervantiam Profeſſorum, conventus, S. Marci nuncupatus; cui is à ſe fundato dotatoque inſignem etiam eccleſiam adjecit, anno* MCCCCXLII *ab Eugenio* IV *Pontifice Maximo conſecratam. Conventum iſtum* S. Antonius, *vulgatiori nunc nomine* Antoninus *appellatus, aliquando cum titulo Prioris rexit vivens; eccleſiam deinde ſui ſatri corporis depoſito locupletavit, anno* MCCCCLIX *hoc* II *die Maji vita functus, poſtquam Florentiæ rem ſacram annis tredecim Archiepiſcopus adminiſtraſſet, Sanctis adſcriptus anno* MDXXIII *ab Adriano Papa* VI, *Bullam Canonizationis (quam hic præventus morte non potuerat publicare) evulgante Adriani ſucceſſore Clemente* VII. *Is, poſt Romani Martyrologii recognitionem, ſub Gregorio* XIII *curatam, eidem inſcriptus legitur his verbis;* Florentiæ S. Antonini Epiſcopi, Ordinis Prædicatorum, ſanctitate ac doctrina celebris. *Cum multo longiori elogio antea eum Martyrologio ſuo inſcripſerat Galeſinius, brevius Maurolycus, & poſt Maurolycum Ioannes Molanus in ſuis ad Vſuardum additionibus, citatis auctoribus vitæ duobus,* Franciſco Caſtellionenſi, Canonico S. Laurentii in Florentia, & Vincentio de S. Geminiano, Ordinis Prædicatorum Procuratore Generali.

Florentiæ, in eccleſia S. Marci ſepultus S. Antoninus,

2 Maji adſcriptus Rom. Martyrologio.

B

2 *Franciſcus* apud virum *ſanctum* fuit & domi ejus, ultra octavum annum; geſtaque ejus ſingula aut bonam partem propriis oculis vidit auribuſque hauſit, *uti ipſe præfatur in Vita quam intra annum ab obitu ſcripſit: quamque habemus MS. ex legendario Corſendonckano Canonicorum Regularium, impreſſam vero apud Leandrum Albertum lib.* 3 *de viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum. Vtrobique quia obſcura quædam erant, rurſus eamdem nobis ex Florentino Conventus S. Marci autographo tranſcripſit D. Bernardus Benvenuti, rogatu Illuſtriſſimi atque eruditiſſimi viri D. Antonii Magliabechii, officium ſuum exiſtimantis curare, ut Sancti ſui Patroni vita in noſtro opere quam accuratiſſime ederetur. Dirigitur ea* Priori Fratribuſque S. Dominici, conventus Bononienſis; & ſi quid minus apte minuſque pro dignitate rei ſcriptum, *ignoſci ſibi petit auctor*, qui numquam hactenus ad ſcribendum acceſſit. *Facto autem ſemel ſcribendi principio, compoſuit deinde Vitas aliorum Sanctorum ejuſdem Ordinis, videlicet S. Petri Martyris, S. Thomæ Aquinatis, S. Vincentii Ferrerii, quarum jam meminimus Menſibus Martii & Aprilis; atque Antonii de Pedemontium; cum encomio S. Marci Papæ, & laudibus eccleſiæ Laurentianæ; quæ omnia, cum Vita S. Antonini elegantes deſcripta, continet codex à nobis viſus in Bibliotheca prædicti Conventus S. Marci, exaratus anno* MDXLVII.

Vitam ſcripſit Franc. Caſtellion. annis 8 domeſticus

plurium poſtea aliarum auctor.

C

3 *Poſt hanc Vitam invenimus* Additiones quaſdam, de vita & miraculis B. Antonii de Florentia, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Archiepiſcopi Florentini, factas per Fr. Leonardum Ser-Uberti de Florentia, de dicto Ordine Prædicatorum: *quas eo ſolicitius nobis tranſcribendas putavimus, & ab opuſculo Franciſci nullatenus abjungendas, quod ipſo in prologo eum videremus promittere,* ſimplici ſed veraci ſtylo, quædam alia, quæ B. Antonius ſive in vita ſive poſt obitum geſſit, prout à fide dignis, *ac fere oculatis teſtibus,* accepit, *intra decimum ab exitu Sancti annum: idque ex voto, quo ſe Fabrianenſis conventus Prior anno* MCCCCLXVII *obligarat, pro impetranda Fratris cujuſdam apud ſe hoſpitis ſanitate. In Additionibus anno* MDXVI *factis primo Proceſſui in ordine ad Canonizationem,* in teſtimonium Leonardi ... Rev. in Chriſto Pater D. Benedictus Epiſcopus Vaſionenſis ſcit, quod Fr. Leonardus Ser-Uberti, quem novit, fuit vir doctus & bonus, fidelis, veridicus & legalis, atque obſervantiſſimus Religioſus. Idem de certa cognitione atque experientia teſtificantur Fr. Gregorius Orlandi de Mediolano, annorum LXXII; & Fr. Laurentius Nicolai de Uzano, annorum LXVI; ambo ſenes Patres Conventus S. Marci: *quorum teſtimoniis addit* Fr. Antonius Chriſtophorus de Radda, *quod* fuit Secretarius Reverendiſſimi Generalis Ordinis; & Petrus Silveſtri de Lapis civis Florentinus, annorum LXXXII, quod eum cognovit in ſeculo & in religione, & quod in ſeculo fuit Notarius publicus Florentinus, fideliſſimus & vir optimæ famæ.

illi inſignes additiones ſubjunxit Fr. Leonardus Ser-Uberti,

E

teſtatæ fidei ſcriptor,

4 *Hæc illi de Leonardo, jurati omnes: Franciſco, in titulo MS. Corſendonckani datur encomium* Profeſſoris eximii, & Græcis ac Latinis litteris excellentiſſimi: *eadem fere verba habentur in MS. Florentino ante Vitam S. Vincentii Ferrerii. Poſt vitam autem S. Thomæ, ab eodem, ut diximus, exaratam anno* MCCCCLXXII, eleganti & breviſſimo, *ut præfertur Stylo idem Franciſcus appellatur* ſacræ Theologiæ Doctor, & in litteris Græcis atq; Latinis vir ſui tēporis peritiſſimus, Canonicus S. Laurentii Florentiæ & Plebanus S. Appiani *In Prologo ad B. Antonii Pedemontani Paſſionem (quam ſervamus in diem* XXIX *Auguſti, quando Ripolis, ubi corpus eſt, colitur) circa annum* MCCCCLXXV *exaratam, ipſe ſuorum ſtudiorum rationem reddens Franciſcus, haud obſcure oſtendit, quam ſerio ad litteraturæ politioris artiumque liberalium cultum inſignem ſeſe applicuerit; quodque nonniſi* XXX *anno ætatis proximus, ad Sacerdotium, deinde ad S. Antonini Vitam ſcribendam, acceſſerit.*

uti & Franciſcus præfatus.

Eamdem carmine ſcripſit Vgolinus Verinus,

5 *Præter hos Vitam S. Antonini Carmine Heroico conſcripſit Vgolinus Verinus, qui (uti in Catalogo Scriptorum Florentinorum aſſerit Michael Pocciantius) fuit* vir omnigena ſcientiarum varietate refertus: ſed in edendis carminibus poëta ita eruditus, venuſtus, ſublimis, gravis, exquiſitus, diligens & accuratus, ut Ficinus ille magnus, Muſarum Sacerdotem & bonarum artium promptuarium inſigne, appellare non veritus fuerit: emicuit anno MCCCCXC, eaque ſingulari eloquentiæ puritate tranſmiſit poſteris, quibus ſe non tantum vatem ſublimem, ſed hiſtoricum ſingularem & Theologum admodum pium inſinuat. *Poterunt hæc apud Pocciantium enumerata videri qualia, anno* MDLXXXIX *autographa ſervabantur Piſis apud Franciſcum Verinum (Vgolini forſan ex fratre Franciſco nepotem) Philoſophiæ Profeſſorem. Vitæ, quam dixi, hoc affertur exordium:*

Antonii

AUCTORE D.P.

Antonii dum gesta volo Pastoris.

6 *Idem in tribus libris de gloria, viris illustribus, nobilitate urbis Florentinæ, Laudem S. Antonini paucis attigit versibus; quos ex Vghello non pigebit transcribere, ad ingenii sui seculo laudatissimi specimen, cujus tractatum de Sancto hoc necdum videre nobis contigit: ibi autem hæc scribit.*

& alibi cum laude meminit Sancti,

Temporibus nostris Antonius, alter Aquinas
Moribus, exemplo, scripto Thomasus habetur.
Infectos Cleri mores correxit & urbis,
Commissumque vigil Pastor defendit ovile;
Ne lupus insidiis caperet, vel ne improbus hostis
Incustoditas pecudes laceraret; & omni
Arte gregem morbo incolumem servavit ab omni.
Antoni, venerande Pater, quo carmine laudes
Percurram? meritas Tibi quas Florentia grates
Exolvat? Tu siderei novus incola cæli
Adiis, & patriæ tolle impia semina belli:
Tolle famē & pestem, & quidquid mortalis egestas
Sustinet, ut vigeat mens recta in corpore sano.

7 *Denique* Rev. D. Antonius de Alliis, Episcopus Vulterranus, *ab anno* MCCCCLXX *usque ad* LXXVIII *quo decessit*, in Chronica sua obiter Antonium Archiepiscopum memorans, paulo longius memoriam sui faciens protrahit sermonem, & refert virtutibus ejus ac sanctis moribus magnum testimonium veritatis, *uti dicitur post Summarium miraculorum, ex scriptis Francisci & Leonardi contractorum, ubi* supra duodecim testes testificantur ex cognitione certa, quod *quatuor hactenus nominati auctores* fuerint tales, ut fides indubitata & plena eorum scriptis sit adhibenda. *Verum nec Volaterrani Episcopi Chronica, nobis hactenus innotuit: nec si innotuisset, aliquid ab ea ut credo possemus discere, quod non distincte us & copiosius à Francisco & Leonardo referatur. Neque enim in Summario Processuum invenitur punctum vel unicum, quod illius chronicæ testimonio figillatim confirmetur; uti nihil etiam in eodem occurrit, quod à Verini carmine fidem suam peculiariter accipiat.*

uti etiam Antonius de Alliis Ep. Vulterranus in Chronica,

B

8 *Sed Antonini laudatores referendo, nefas est præteriri Pium* II *Pontificem Maximum, cujus Pontificatus mense* IX *ad cælos transiit Antoninus, libro* II *Commentariorum illius his verbis descriptus*: Per idem tempus migravit in Domino Antoninus, ecclesiæ Florentinæ Archiepiscopus, Ordinis Prædicatorum professor, vir memoria dignus. Domuit avaritiam, conculcavit superbiam, libidinem prorsus ignoravit: potu ciboque parcissime usus est: non iræ, non invidiæ, non alteri passioni succubuit: doctrina Theologica emicuit: scripsit plura volumina, quæ docti laudant. Prædicator acceptus in populo, quamvis scelerum insectator vehemens, correxit Cleri & populi mores, lites diligenter composuit, inimicitias quoad potuit ex urbe pepulit, proventus Ecclesiæ inter Christi pauperes distribuit, in cognatos & affines suos (nisi admodum inopes essent) nihil contulit, vitreis ac fictilibus tantum vasis est usus; familiam, quæ parva illi fuit, modicis contentari voluit, & ad philosophiæ leges vivere. Mortuo nobile funus ex publico ductum: in domo nihil repertum est præter mulum, quo incedere solitus erat, & vilem supellectilem: cetera manus pauperum asportavere. Civitas (nec vana putanda opinio est) ad vitam illum migrare beatam putavit.

& Pius 2 *in Commentariis.*

C

Summarium Processuum pro canonizatione

9 *Primum hoc promeritæ canonizationis testimonium, præsagium vero ejusdem post annos* LXIII *perficiendæ, habuit Antoninus; cujus canonizationis Bulla, ut diximus, sub Clemente* VII *edita, meminit miraculorum,* quæ libello quodam impresso, ex ipso Canonizationis Processu per causæ Procuratorem fideliter excepta, & per ipsum fideliter revisa atque collata continentur. *Libellum istum, anno* MDXIX *impressum in Italia verosimiliter, ex Hispania accepimus anno* MDCXLIX *à D. Waltero del Brugghen, Hanseaticarum Civitatum in aula Madritensi*

cum brevi Vita.

Actore. Continet is libellus primo Vitam Sancti, quam in annotatis ad Vitam per Franciscum & Leonardum scriptam vocabimus secundam; neque enim operæ pretium visum est illam hic dare: tum Breve Summarium miraculorum in vita operatorum, *in articulos* 49 *distinctum; aliudque* de miraculis operatis post vitam, *articulorum* 76, *cum duplici appendice acceptorum à Francisco & Leonardo præfatis, & ex litteris quibusdam Neapoli submissis. Ex illo autē duplici Summario verbotenus desumpsimus* Analecta, *inferius sic danda, ut solus ordo noster sit, & testes plures ad singula longiori quandoque serie producti, ad pauciores magisque necessarios reducantur.*

D

unde hic edita Analecta

10 *Sequuntur denique in eodem libello* Nomina testium, & summarium eorum quæ *singuli* deposuerunt, *in triplici examine duplicis Processus; quæ cum inutilem huic operi prolixitatem fuissent allatura, ab eo resecuimus; satisque habuimus, quidquid in eis reperiebatur, in Summariis miraculorum præteritum vel obscurius dictum, referre ad Annotata. Vnum ex illis hic proponendum, quia ad hunc prævium commentarium pertinens, suggerit in* 2 *Examine Testis vigesimus*, Dominicus olim Bernardi Dominici Mazzighi, nobilis civis Florentinus, annorum LXXIV; *dum* testificatur se vidisse quemdam librum de Vita & miraculis B. Antonii compositum per Ser-Baldouinum de Baldouinis, civem Florentinum & Notarium Archiepiscopi Antonii, hominem legalem, justum & bonum, & scriptum propria manu dicti Ser-Baldouini: quem vidit tempore Innocentii VIII, *circa annum scilicet* MCCCCXC, quando tractari cœpit de canonizatione ipsius Archiepiscopi: *qui tamen liber* deperditus est, quoniam filia Baldouini commodavit cuidam Priori Cistercienſi, & non sibi restituit, *uti testatur illius maritus, Baldouini gener, qui* librum aliquando legit, scilicet Franciscus Albizi Lucæ, nobilis Florentinus, annorum LXXXV.

pro deperditi Baldouini Notarii scripti,

E

11 *Peracta denique canonizatione S. Antonini (sic enim postea semper fere appellatus est) cupiens Clemens* VII Vitam & gesta ejus, quæ sparsa erant, aliquo adhibito ordine in unum corpus redigi; *mandavit id faciendum* per Reverendum sacrarum litterarum Professorem, Magistrum ac Fratrem Vincentium Mainardum Geminianensem, ejusdem Ordinis Procuratorem meritissimum, *uti legitur post eamdem vitam, una cum Officio proprio per eumdem Pontificem approbato, ad cujus calcem dicuntur omnia* Sedulitate Fr. Hieronymi Pomerii, Bachalarii formati almæ Academiæ Parisiensis, suæ professionis cultorum commoditati operam dantis, auctorique tamquam patri obtemperantis, cum nonnullis marginalibus Notatiunculis Vitæ superadditis, sanctissimi Præsulis gesta insinuantibus, ad amussim recognita & impressioni tradita anno à partu Virgineo MDXXVI, XX Januarii; suffragantibus expensis bonorum virorum Engelberti de Marnef, Mace des Boys, & Nicolai Præpositi, Parisiis in via Jacobæa commorantium.

3 Vita jussu Clementis 7 edita cum officio

E

12 *Est Officium prædictum ex Romanæ Ecclesiæ usu ordinatum per tria nocturna, cum novem Lectionibus de Vita, uti olim consueverat in Festis Sanctorum; illudque recitaturis propositæ fuerunt Indulgentiæ: quod hic censuerā in fine dandum, utpote in quo sint propria omnia; donec inspecto Breviario Prædicatorum impresso Parisiis anno* MDLV, *vidi iisdem fere omnibus Ordinem uti; nisi quod ex suo peculiari ritu absolvat Matutinum sub unico nocturno trium Psalmorum ac trium Lectionum; cum Officium per tria nocturna divisum Antiphonis & Responsoriis pluribus constet, ceteriſque ad numerum tot Nocturnorum requisitis. Multo minus visa est recudenda hic prædicta Vita, quoniam & apud Surium in Majo & apud Bzovium in Annalibus ad annum* MCCCCLIX *integra invenitur; nosque pro instituto nostro historicam veritatem lectori malumus ex ipso fonte hauriendam præbere, quam offerre eamdem quantulumcumque alteratam. Itaque etiam ex hac, quam tertiam Vitam dicimus, pauca*

quod totum proprium factum ex eo quo Prædicatores utuntur;

Vita vero recusa

apud Surium & Bzovium.

A *pauca duntaxat inter Annotata libamus : de canonizatione deinde, Tranſlatione, Reliquiis in fine agentes, totam de S. Antonino tractationem abſolvimus.*

VITA

Auctore Franciſco Caſtilionenſi, Sancti domeſtico per octennium.

Ex autographo Florentino Conventus S. Marci, MS. Corſendonckano, & Leandro Alberti.

EPISTOLA DEDICATORIA.

FRanciſcus Caſtilionenſis Presbyter, Priori Fratribuſque B. Dominici Conventus Bononienſis ſalutem. Cum vitam reverendiſſimi Patris Fratris Antonii Archiepiſcopi Florentini nuper conſcripſiſſem, quæ, propter geſta illius viri, præclara admodum, atque vitæ hominum, eo quod in ſe multarum virtutum exempla contineat, non parum utilis eſſe videtur : nullus mihi convenientior viſus eſt, quam Tu Fratreſque tui, cui hoc eſſet opuſculum dirigendum. Nam cum locus veſter ſit inter alios Conventus iſtius Ordinis, tum vitæ atque obſervantiæ integritate, tum civitatis ac ſtudii ſacrarum litterarum nobilitate, nō minus ob ſanctorum Fratrum & eorumdem doctiſſimorum magnam copiam, maxime vero propter præſentiam ſacrati corporis B. Dominici Patris veſtri, toto Ordine illuſtris ac nobiliſſimus; ad vos ſane pertinere potiſſimum videtur tantarum virtutum laudem celebrare. Ipſe etiam Antonius tantum decoris tantumque ornamenti addidit Ordini veſtro, tantum Religioni veſtræ, quæ jam pene extincta erat, incrementi adjecit, tantum vel maxime Ordini veſtro ſua doctrina ſuoque exemplo profuit; ut numquam poſſit ejus memoria à quocumque veſtrum ſatis pro dignitate celebrari. Habuiſtis enim in Ordine, ex quo conditus eſt, ſanctiſſimorum virorum magnam copiam; habuiſtis Pontifices plurimos, etiam Romanos; habuiſtis doctores egregios, qui multa ſcripſere ad communem hominum utilitatem : ſed ſinguli pene ſingulis virtutibus ornati. In hoc uno viro certe ſanctitas immenſa, Pontificatus excellentia, cœlibatus ſive ut ita dixerim virginitatis gloria, doctrina ſingularis & noſtris temporibus accommodata, peculiari quodam ac divino privilegio convenerunt. Nihil ſane huic viro niſi martyrii palma, quam tamen ex tolerantia multorum laborum ac corporis paſſionum merito ſibi vendicare poteſt, defuiſſe videtur. Sed quid ad hæc explicanda me extendo? cum jam ipſius vitam omnem audituri ſumus : in qua non omnia quæ dici de eo poterant, neque ea qua decebat tantam rem narratione conſcripſi : ſed brevi, ne moleſtus fierem, eaque inepta, ſat ſcio, oratione ejus geſta complexus ſum. Unum te id, Pater optime, & Fratres tuos rogatos volo, ut hoc breve opuſculum primum vos legere non pigeat; deinde aliis ſimul Fratribus veſtris, qui per ceteras Italiæ civitates conſtituti ſunt, cognoſcendum; poſtremo vero in veſtra bibliotheca conſervandum cuſtodiendumque recondatis, ut tanti viri exempla poſteris quoque ſint incitamenta virtutum. Si quid vero minus apte minuſque pro dignitate rei ſcriptum eſt, in hoc veniam mihi dari poſtulo, qui numquam hactenus ad ſcribendum acceſſi; idque partim ex mearum rerum ac totius vitæ perturbatione, partim ex inſtituto fortaſſe non improbando faciendum putavi. Sin autem quodcumque in tantarum virtutum laudem cuipiam veſtrum gratum jucundumque ſcripſi, id mihi, ad orationes ſuffragiaque Sanctorum Fratrumque impetranda, patrocinari poſtulo. Valete.

Cur potiſſimum inſcribat hanc vitam Conventui Bononienſi.

per ipſum aliis conventibus communicandā.

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

PROLOGUS.

NOnnullis rebus ſæpenumero annexa eſt quædam, ut ita dixerim, vis officii atque honeſta neceſſitas; ut ad certas res peragendas, non manu violenta compulſi, ſed ipſa virtutis decorique neceſſitudine ita pertrahamur, ut à nobis omitti ſine nefario ſcelere non poſſint. Hujuſmodi eſt, ſi quis parentem ætate confectum ac pauperem ſuis opibus, cum id poſſit, enutrire contemnat : ſi quis item filiam jam nubilem, potius domi impudicam retinere, quam honeſto viro nuptui tradere pertinaciter contendat : aliaque hujuſmodi tam multa ſunt, ut vix narratione longiſſima comprehendi poſſint. Hac ego decori honeſtique neceſſitate adductus, vitam ſanctiſſimi viri Antonii Florentini Præſulis, qui hoc anno *a* ex hac vita migravit, litteris memoriæque mandare conſtitui. Quamquam enim plures ſint alii docti viri in noſtra civitate, quibus & doctrina & ingenio facile cedam, qui rem hanc poſſent ſententiis & amplitudine orationis illuſtrare; tamen quia apud virum ipſum fui, & domi ejus ultra octavum annum; geſtaque ejus ſingula aut bonam partem propriis oculis vidi, auribuſque hauſi; ad me potius hoc onus officii, quam ad quemvis alium, merito deferri ac pertinere ſum arbitratus. Eſt enim res digna memoratu, tum aliis de cauſis, tum vel maxime ut qualem noſtra ætas produxerit virum intelligamus. Incredibileque eſt, ut his noſtris temporibus, quibus omnis bene vivendi ac religionis norma labefacta ac pene deſtituta eſt, tot tamque excellentes virtutes in uno homine convenire potuiſſent. In eo namque omnis pietas divini cultus, omnis ſacrarum Scripturarum certiſſima doctrina, omnis denique ſanctiſſimæ vitæ lucidiſſimum exemplar ſitum erat. Hinc omnes Religioſi viri, ſive Monachi ſive Presbyteri fuerint, ſive etiam Epiſcopi, poterunt optimam vitæ ſuæ morumque diſciplinam ac pie vivendi certam regulam adipiſci. Hic enim vir, non tantum poſtquam è vita migravit, verum etiam & antea dum viveret, ab omnibus Italiæ populis omnique Romana Curia (de Prælatis loquor ſummiſque Pontificibus) Sanctus appellabatur. De hoc igitur viro ea quæ ipſe vidi & quæ aliis veriſſimis teſtimoniis accepi, breviter atque conciſe dilucideque narrabo : aliis, qui majori dicendi vi majorique eloquentiæ artificio præſtant, exornationem tantarum laudum amplitudinemque relinquo.

Cauſa quā ad ſcribendam S. Antonii Vitam impulerunt auctorum.

octo amplius annis ejus domeſticum.

S. Antonii compendioſa laus.

ANNOTATA.

a *Annus hic computandus à morte, 2 Majii obita : nam num.* 18 *mentio fit Epiſcopi Spoletani, ut ad Cardinalatum* nuper *evecti, quod ſolum factum eſt anno* 1460, 111 *Nonas Martii.*

Placet hic addere titulos, quibus autographum Florentinum diſtinguitur, ab aliis tranſcribentibus prætermiſſos.

A FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

I De his quæ geſſit in pueritia.
II De ingreſſu ejus in Ordinem Fratrum Prædicatorum, per manus Fr. Joannis Dominici in conventu S. Dominici de Feſulis, anno ætatis ſuæ ſexto decimo.
III De ſancta ejus converſatione in Ordine, & multis laboribus pro Ordine toleratis.
IV Qualiter Eugenius quartus beatum Fratrem Antonium fecit Archiepiſcopum Florentinum.
V Qualiter electionem de ſe factam ad Pontificatus gradum multis modis declinare conatus eſt.
VI Qualiter tandem B. Antonius, imperio Pontificis parens, electionem hujuſmodi devotiſſime acceptavit.
VII Qualiter ſe geſſit in officio Archiepiſcopali, imprimiſque de diſpoſitione domus & familiæ ſuæ, & de ſuo & ſuorum victu.
VIII Qualiter ſe exhibuit in cura Paſtorali quoad Deum, ad ſe, & ad ſubditos, & de ejus manſuetudine ac pietate ad omnes.
IX Qualiter in nocte ibat ad Matutinum ad eccleſiam Cathedralem, ut ſuo exemplo negligentes Clericos excitaret.
B X De fama ſanctitatis ejus ubique ipſo vivente diffuſa: & qualiter morienti Eugenio Papæ IV Sacramenta miniſtravit: & quemadmodum Nicolaus Papa V eum in ſumma habuit veneratione.
Duobus aut tribus aliis titulis poſt hunc locus eſſe poterat, nolumus tamen aliquid de noſtro ponere hic, ubi ſolum exhibemus id quod reperitur in MSS. codicibus quos ſequimur.
XI De libris ejus.
XII De morte ejus.
XIII De muliere ſanata ad tactum ſacri corporis.
XIV De exequiis ejus, & integritate corporis ſui per multos dies, & de Indulgentia conceſſa viſitantibus ſacrum corpus: & de mirabili concurſu populorum per eos dies, quibus inhumatum, ſine ullo fœtore, perſtitit ſanctum corpus.
XV De quibuſdam miraculis poſt ejus obitum ſubſecutis.
XVI Qualiter Leonardum Reatinum & filium ejus unicum, quorum ſalus deſperabatur humanitus, B. Antonius plenæ ſanitati reſtituit & ſaluti.
XVII De muliere à periculo partus liberata, cum prolis perfectione.
C XVIII De Cardinali S. Sixti, in ſua ſenectute & ægritudine meritis B. Antonii mirabiliter ſublevato.
XIX De patre Luiſi, domeſtici B. Antonii, ab infirmitate ſimul & amentia liberato.
XX De Nicolao de Sacchettis, cive Florentino, pene mortuo, meritis B. Antonii liberato.
XXI De quibuſdam miraculis per eum adhuc viventem patratis. Et 1 de ferro congelato in fornace ardenti, quod ad benedictionem ſancti viri igne reſolvi ac fluere cœpit & fundi.
XXII De Sacerdote ægrotante, orationibus B. Antonii liberato, apud Mugellum.
XXIII De muliere multis annis ſterili, cui prolis fœcunditatem ſua benedictione B. Antonius mirabiliter impetravit.
XXIV Concluſio operis dulciſque lamentatio de tranſitu Antonii, ejuſque digna laus.

D

CAPUT I.

Acta Vitæ uſque ad Archiepiſcopatum ſuſceptum.

ANtonius, Florentina urbe oriundus, honeſtiſſimis *a* parentibus, patre Nicolao *b*, matre Thomaſia natus eſt. Is multa ſolertia, plus memoria valuit; ingenio gravis, mitiſque admodum ac taciturnus, ſtatura corporis non magnus, oſſibus ac nervis magis quam carne ſuffultus. In ipſa pueritia religionis ſtudioſus, eccleſiam & auditionem divini verbi frequentabat: cœpitque jam tum orationi aſſiduę contemplationique vacare: Ferturque adhuc puer ad figuram Crucifixi, quæ in eccleſia S. Michaelis in horto, ſic enim appellatur, ſita eſt, longo tempore ſingulis diebus accedere conſueviſſe, ibique ſupplex ac genibus flexis diutius orare; adeo ut plurimi id cernentes admirarentur tantam eſſe in puero tolerantiam in orando, & in perſeverando conſtantiam. Cum vero letaniæ ac proceſſiones publicæ fierent, Fratres Prædicatores, quibus jam tum afficiebatur, multa cum E gravitate ac modeſtia ſequebatur. Numquam in ludo litterario, in quo ſupra coætaneos ſuos mirum in modum proficiebat, quidquam puerile à ſociis, qui adhuc ſuperſtites ſunt, in noſtra civitate feciſſe memoratur: erat enim jam tum in ejus moribus, ſermoneque ac geſtu corporis, præmatura ſenectus gravitaſque immenſa.

a b *Naſcitur Florentiæ honeſtis parentibus;*

puer ſtudio precandi tenetur,

moribus ſupra puriles præditus;

2 Cum autem ad pubertatis annos perveniſſet, animum ad religioſam vitam capeſſendam convertit; motus, ut ſæpius nobis narrabat, prædicationibus præſtantiſſimi viri Fratris Joannis *c* Dominici, qui ex Ordine Prædicatorum poſtea, ejus virtutibus ita poſtulantibus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis effectus eſt: cujus viri ſingulares virtutes atque doctrinam, in primiſque ſolertiam & acumen ingenii ſummis in cælum laudibus extollebat Antonius. Erat enim in eo magna divinarum Scripturarum cognitio, in interprætando ſolertia, in proloquendo facundia, in rebus agendis experientia, & in conſulendo prudentia ſingularis. Ad hunc cum ſuſcipiendi habitus cauſa acceſſiſſet Antonius (ille enim tunc Feſulis eccleſiam B. Dominici ac eum Conventum, qui nunc F extat, à fundamentis *d* condebat) viſus eſt homini prudentiſſimo puer, acutus quidem ingenio ac bonæ indolis, ſed ætate *e* tenellus: jubet illum adhuc aliquot annis exſpectare, donec ad perferendam religionis auſteritatem ſufficiat.

CAP. II *concionibus motus Fr. Ioannis Dominici,* *c*

d e *ab eodem admitti in Ordinem S. Dominici petit:*

3 Et quoniam interrogatus ab eo, cuinam ſcientiæ aut facultati operam daret, reſpondit, ſe Decreti lectione plurimum delectari: Vade, inquit, cum totum Decretum memoriæ mandaveris, *f* tunc in ordine admitteris. Non auſim affirmare quid loquar (nam ipſe Antonius numquam de ſe talia nobis narraſſet) ſed in ſignum ſingularis memoriæ, vulgo hæc de illo fama ferebatur. Dicitur enim adoleſcens tunc ab homine diſceſſiſſe, transactoque anno ad eumdem, ita Decreto familiari effecto, rediiſſe, ut, in quacumque ejus libri parte illum interrogaſſet, mirum in modum homini ſatisfaceret. Tum vero non jam repulſus, ſed aviditſſime ſuſceptus, ſextodecimo ætatis ſuæ anno, aſſumpto B. Dominici ac Prædicatorum habitu, novum induit hominem *g* qui ſecundum Deum creatus eſt. Narravit nobis poſtea ſanctus Præſul, mihi ſcilicet Marcoque Presbytero (cui ſumma

à quo rejectus quoad volumen Iuris Canonici memoriæ mandaſſet,

anno ætatis 16 habitu donatur:

g

A ma dilectione, eo quod bonus ac fidelis magnoque ſibi uſui eſſet, afficiebatur; in cujus etiam morte, Defecit, inquit, baculus ſenectutis meæ) ſe, antequam ad Religionem accederet, voluiſſe de virtute ſua periculum facere: cumque ab eſu carnium abſtineret, ut id parentes lateret, fingebat ſe ſumptas de menſe carnes conſumere, quas poſtea clam ſub diſcum projiciebat.

4 In ea vero Religione, quam mitis in Fratres caruſque omnibus, quam dicto majorum obediens, quam orationi lectionique aſſiduus, quam
CAP. III denique earum obſervationum, quas Conſtitutiones appellant, obſervantiſſimus fuerit, non longa etiam narratione explicari poſſe confidam. Mul-
variis virtutibus praluceat: ta reſecanda cenſeo, ne orationis longitudine legentibus moleſtiam afferam. Cognita igitur hominis virtute, ſtatim à Patribus Ordinis ad gubernationem aliorum Fratrum aſſumptus eſt, multiſque in locis Italiæ Prior effectus *h*, Romæ, Neapoli, Cajetæ, Cortonæ, Senis, Florentiæ, Feſulis; poſtremo etiam generalis hujus Tuſciæ Provinciæ Vicarius ac Neapolitanæ factus eſt *i*. In quo mu-
h varias in Ordine præfecturas obiit nere multos Italiæ Conventus ad veræ religionis atque obſervantiæ regulam reformavit, multoſque annos magna cum diligentia ac ſeveritate Provin-
B ciam gubernavit. Circumeundo civitates, pedes ſæpenumero incedens; poſtremo vero, ætate atque corporis infirmitate confectus, aſellum, imitatus perſonam Salvatoris, pro jumento habebat: ubi vero aſellus aut itineris longitudine aut viarum hiemiſve aſperitate non ſufficeret, majori robuſtiorique jumento utebatur. Tot vero tamque graves morbos in eo Ordine perpeſſus eſt, ut ſæpius ad mortis periculum acceſſiſſe videretur. Herniam quoque ingentem magna cum moleſtia pertulit quamplures annos: quæ & poſtremo maximam morti ejus occaſionem præbuit. Narrabat ipſe Pater nonnumquam, quam multas variaſque ægritudines perpeſſus eſſet, quot febrium genera, quar-
varios morbos patienter tolerat: tanamque imprimis longiſſimam: in phthiſim etiam flecti ab omnibus in ipſa juventute putabatur. Sed ex his omnibus, ajebat, liberavit me Dominus: quippe qui ad majora ſervabatur. Tranſeo quam fuerit caritatis amator, & fraternæ ſalutis zelator ardentiſſimus, recenſere; non ſolum ſuorum Fratrum, verum etiam reliquorum omnium. Omitto dicere, quanto uſui hominum ejus admonitio-
zelum exercet animarum. nes, confeſſiones, prædicationeſque fuerint: ad præclarum enim ejus facinus, qualem ſe ſcilicet in
C ſua ad Pontificatum aſſumptione oſtenderit, feſtinat oratio.

5 Cum enim vacante Florentina Eccleſia, poſt mortem Bartholomæi de Zabarellis Archiepiſcopi, Eugenius Quartus in demortui locum eum
CAP. IV ſuffecturus eſſet; quamplures, partim de noſtris civibus, partim de eis qui erant apud Eugenium,
Pluribus Archiepiſcopatum Florentinum ambientibus, qui omnes maximis opibus maximiſque favoribus gloriabantur, ad eam dignitatem conſequendam maxima ambitione ferebantur: diuque vexatus Romanus Pontifex, pulſatuſque undique precibus ac multarum pecuniarum pollicitatione (ut fertur) in ambiguo fuit, ad quemnam tale munus merito deferri poſſe videretur. Poſtulabant Florentini virum gravem, ſcientia virtutibuſque ornatum, inprimiſque civem ſuum: ſed ad quem iretur, non facile reperiebatur. Ita novem menſibus ambiguus ſuſpenſuſque animo Romanus Pontifex perſeverat: cui tandem ſubjicientibus viris religioſis perſonam Antonii, cum jam antea virtutem ho-
deſignatus à Pontifice, minis cognoviſſet, ſtatim eorum conſiliis acquievit: & non multo poſt in Conſiſtorio publico A. FRANC.
Fratrem Antonium, admirantibus cunctis ac ſtu- CASTILION
pefactis in exaltatione incogniti viri, Archiepiſco- DOMEST.
pum Florentinum pronuntiavit: ut in illo id ve- EX MSS.
riſſime Prophetæ dictum conveniret: Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem Excelſi. Erat tum forte Antonius in peregrinatione, & Eccli 44,20
Neapolim viſitandorum cœnobiorum gratia pergebat. Cumque in ipſo itinere ad eum hæc eſſet fa- CAP. V
ma perlata, cœpit vir ſanctus ſtatim de fuga cogitare, & à conſueta via divertere propoſuit. Ad mare *declinandi causa fugam molitur:*
Thuſcum igitur iter dirigens, in Sardiniam properabat, quo ibi, ut poſtea intelleximus, incognitus latere poſſet. Hæc enim poſtea accepi à Nepote ejus Petro, qui hominem ſtudioſe quæritans, talia molientem invenerat.

6 Cumque Nepoti id nuntianti, conantique eum ad patriam revocare, ille ſe talem dignitatem unquam ſubiturum negaret, velletque à ſe Nepotem dimittere; ille vero nuſquam ab eo ſe diſceſſurum aſſereret; neceſſitate coactus, Senas à Nepote ſuoque comite Converſo Ordinis deductus, *à qua redire ſua recuſat,*
cœpit, quod fuga non poterat, voluntate firmoque propoſito, huic de ſe factæ electioni contraire. Aſſerebat ſe tanto oneri minus aptum minuſ- E
que idoneum eſſe: ſed ſtatim ad eum Apoſtolicæ litteræ perferuntur: ſignificatur ei voluntas Pontificis; mandaturque, ut quamprimum Feſulas ad Conventum S. Dominici ſe conferat: is enim locus *deprecatur hujuſmodi onus:*
non longe à mœnibus Florentiæ urbis ſitus eſt. Cumque illuc vir Sanctus, Apoſtolico dicto parens, deveniſſet, cœpit pro hac evitanda dignitate ſolicitus eſſe. Cives, qui ad eum frequentes, viſitandi Paſtoris ſui congratulandique gratiâ veniebant, ut ſe tali onere liberum eſſe paterentur, orabat. Scribebat Eugenio litteras; aliaſque itidem civium, imprimiſque *i* Coſmi Medicis (qui tum in noſtra civitate auctoritate atque opibus ceteros anteibat) ad eumdem ſummum Pontificem, de hoc ſuo firmo obnixoque propoſito, conſcribi litteras ſummis precibus impetravit. Sic omni qua poterat arte hujuſmodi aufugere dignitatem nitebatur.

7 At Romanus Pontifex, cum ſciret ſe optimam de eo electionem feciſſe; cumque nullis perſuaſoriis litteris, quas plures ad Antonium dederat, videret hominem à ſuo propoſito flecti poſ- *ſed parere juſſus,*
ſe; tandem per litteras nonnullorum Prælatorum, in primiſque graviſſimi maximæque auctoritatis viri, Dominici *k* Cardinalis Firmani, hanc ſuam omnino voluntatem irrevocabilemque ſententiam eſſe F
declarari fecit. Miſſiſque ad eum omnibus ſuper Pontificatu capiendo litteris Apoſtolicis, quidquid ſibi pro illis offerri exſolvique conſuevit, non modicam profecto pecuniam, libere condonavit. Tum demum Antonius, nullum jam cernens ſibi ſub- CAP. VI
terfugium relictum, cum hanc ſummi Pontificis videret obnixam firmamque ſententiam, hoc omnium ſuorum civium deſiderium; veritus ne volun- *mandato Pontificis cum Clero communicato,*
tati Dei contrairet, quæ in his ſignis tam manifeſtis apparere videbatur; decrevit ad ſe nonnullos venerabiles Sacerdotes, Abbateſque ac Prælatos fere omnes civitatis convocare, inter quos etiam nonnulli graviſſimi civium adfuerunt. Qui cum ad eum Feſulas in unum convenirent, declarata primum ſummi Pontificis voluntate, cum ſinguli ſuper ea re ab eo ſententiam dicere requiſiti, ad id oneris ſuſcipiendum hortarentur; tum demum omnes, ut ſi- *& fuſis prece ac lacrymis dignitatem capeſcit,*
mul cum eo preces Deo orationemque facerent, exoravit. Qua peracta, Deum hominesque teſta- tus

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

tus id contra voluntatem ſuam fieri, proſtratus in terram totus, impoſitum à Sede Apoſtolica onus ſuſcepit. Videres tum lacrymas in maxillis omnium ſingultuſque frequentes ac gemitus; cum præ dulcedine tanti facinoris virtutiſque ſuavitate omnes commoti eſſent. *l* In hoc imitatus eſt vir ſanctiſſimus antiquos noſtræ fidei Patres. Nonne Ambroſium, Nicolaum, Martinum, alioſque majores noſtros, in quibus erat ſanctitas immenſa, hoc itidem feciſſe memoriæ proditum eſt? A quibus hic noſter Pontifex, cum in ceteris mihi non impar illis fuiſſe videatur, vitæ ſcilicet ſanctimonia, doctrina & exemplis, in hujus etiam dignitatis contemptu, quam illorum virtuti haud diſpar fuerit facile demonſtravit.

l imitatus exemplum Sanctorum Epiſcoporum,

ſolenni cum pompa ſed pedes Florentiam ingreditur.

8 Ingreſſum vero civitatis, non in equo (ut mos eſſe ferebatur) ſed pedes, non prætermiſſa tamen ſolenni proceſſione reliquoque apparatu, qui ad religionem pertinebat, faciendum inſtituit. Cumque primo *m* diluculo Miſſam celebraſſet extra civitatem in eccleſia *n* S. Galli, tum magna cum ſolennitate atque omnium exſpectatione civitatem ingreſſus, primum eccleſiam S. Petri majoris, mox inde nudis pedibus *o*, eccleſiam Cathedralem ut mos eſt acceſſit. Poſtremo obſervatis conſuetis cæremoniis ſatis fatigatus, antequam cibum ſumeret, ſe domum recipere: ibi plures Prælati, cum nonnullis civibus qui Archiepiſcopatus cuſtodes appellantur, pro dignitate accepti.

m

n

o

ANNOTATA.

a *Vita* 2 Ingenuis, nobilibus & orthodoxis parentibus, unicus legitimus natus. *Vita* 3 *addit*, anno ſalutis MCCCLXXXIX, Urbano VI Pontifice, Uenceſlao Cęſare.

b *Eadem Vita* 3, Nicolaus pater, vir probatis moribus, tabellionatus collegio (quod in urbe Florentina non contemnendo loco habetur) quater præfuit.

c *Eadem Ioannes Dominici laudes brevi hoc encomio carptim perſtringit:* Is ille eſt, qui primus collapſas vitæ regularis obſervationes (quæ ablumptis Patribus, in vaſto illo infandæ luis incendio ac peſtilentiſſima contagione, quæ ſub annum MCCCXLVIII contigit, prorſus conciderant) in aliquam ſpem ac lucem dicendo & agendo revocavit; tanti à Gregorio XI habitus, ut Raguſinam illi primum Eccleſiam crediderit, inde etiam in Cardinalium numerum coopraverit. Mox apud Conſtantiam, ubi de tollendo ſchiſmate, quod tres Pontifices ducere videbantur, totius Eccleſiæ & Chriſtianorum Principum conſenſu agebatur, egregiam laudem reportavit, dum ſummopere contendit, ut Gregorius (cujus ille partes tuebatur) Pontificatui cederet: tandem à Martino V (qui, depoſitis vel cedentibus ceteris, ſumma orbis conſenſione Pontifex in ea Synodo declaratus fuerat) ad convellendam Boëmorum hæreſim, quæ tunc ſerpere incipiebat, legatus in Pannoniã miſſus, Budæ diem ſuam obiit *anno* MCCCCXVIII, *uti ſcribit S. Antoninus, vel potius anno* MCCCCXX, *ut habetur in Vita, quam prologo & exordio mutilam edidit Leander Alberti lib.* 3, *integre ex MS. Conventus Florentini S. Mariæ Novellæ deſcriptam nobis dedit Franciſcus Redi, Medicus & Patricius Aretinus, auctore Ioanne Carolo Florentino Ord. Prædicatorum ad Franciſcum Berlingherium fratrem, ubi etiam dicitur in ſuburbano eremitarum S. Pauli templo, inſigni ſepulcro traditus.* Ferunt autem, *inquit idem auctor*, in eo templo ad ejus venerabile corpus prodigia fieri multa, plurimaſque ibi imagines adſtare, prodigiorum teſtimonia referentes, quæ meritis hujus viri fideles ſunt conſecuti. *Dedi igitur operam ut etiam ex Hungaria diſcerem, num alicunde venire poſſem in notitiam certæ diei, ad quam Vita ea referretur; aut firmius aliquod publici cultus teſtimonium, quam quod hic ex mera fama profertur: ſed hactenus nihil comperi quod ſuaderet huic operi inſerendam Vitam, cujus interim hanc notitiam volui hic lectori proponere: eumque porro remittere ad Leandrum præcitatum vel ad Sigiſmundum Ferrarium, de rebus Hungaricæ Provinciæ ſui Ordinis parte* 2 *lib.* 1 *cap.* 26 *& ſeqq. eadem prolixe deſcribentem.*

C

D

d *Addunt Vitæ* 2 *&* 3, dum regularem Ordinis obſervantiam reformaret. *Abſunt autem Feſulæ Florentia, ut ait Vita* 2, duobus milliaribus, *eademque* jam funditus interierant *cum ederetur Vita* 3.

e *Eadem* 3 *Vita*, cum gracili eſſet corpuſculo, & magis oſſibus & nervis quam carne ſuffulto.

f *Vita* 2 Nos, inquit Joannes, ſcholares Canoniſtas in Ordinem noſtrum non admittimus, niſi univerſo Decreto memorato: tu ergo, fili, ita facito: deinde poteris ad nos ſecurior redire.

E

g Et Cortonam mittitur, *inquit Vita* 3 (cum novum cœnobium Feſulanum nondum eſſet abſolutum) regularibus diſciplinis imbuendus ſub viro integerrimo Laurentio Rupefracta: id viculi nomen eſt in agro Piſano unde oriundus erat *Laurentius: de* Cortona *autem Etruriæ oppido egimus* 22 *Februarii ante Vitam B. Margaretæ.* Exacto *deinde* anno juravit quod Religioſi ſolent, eſulani cœnobii nomine, quamquam Cortonæ conſtitutus: unde demum Feſulas reverſus eſt. *Omittitur in hac* 3 *Vita ætas habitum aſſumentis, quæ in* 2 *Vita ſic exprimitur*: Tredecim annis in ſeculo tranſactis, deinde in religione Prædicatorum quadraginta quatuor annis perſeveravit. *Placet magis annus* XVI *hic a Caſtillionæo expreſſus.*

F

h *Vita* 2 Senas *&* Florentiam *præponit* Cortonæ, *& addit* Piſtorium, *alibi præteritum: in quo conventu dicit Vita* 3 *Laurentium Antonini inſtitutorem conditum*, poſcentibus opem non denegare ſalutarem: *quem etiam* longa vita functum, epiſtola adhuc extante, proſequutus *ſit Sanctus.*

i *Quia infra num.* 28 *laudatur Coſmus, quod* in Antonii promotione, ſua ſuorumque poſtponens commoda, utilitati publicæ conſulendum putavit; *ideo auctor Vitæ* 3 *hoc loco ſcribit, quod* quamquam *Antonii* adactus precibus litteras *ad Eugenium* dedit, ut eo faſce levaretur; clam tamen, nequem alium præficeret, calentius & ex judicio perſcripſit.

k Dominicus Capranica, *à Martino* V *in Schiſmate Epiſcopus primum Firmanus, dein & Cardinalis ſecreto nominatus, ab Eugenio* IV *palam declaratus fuit, titulo ſanctæ Crucis in Hieruſalem.*

l Geſta hæc, *inquit Vita* 3, eſſe conſtat ad Kalendas Martias.

m Poſt natalitium Divi Gregorii ſolennem diem, qui ad ſecundam Quadrageſimæ Dominicam eo anno cecidit, *ut habet eadem* 3. *Recte: modo intelligas ipſam Dominicam ſecutam eſſe poſt feſtum S. Gregorii, ſcilicet* 13 *Martii, cum Paſcha anno* 1446 *agendum eſſet* 17 *Aprilis, ita ut τὸ* ad *ſumatur pro* immediate ante *ſive* juxta.

n *Ea* portæ civitatis accubat, *ſecundum eamdem Vitam.*

o *Nudipedem ingredi voluiſſe putat auctor Vitæ* 3, quod ea via, quæ ab Albitiis ibi habitantibus Albitia dicebatur, D. Zenobium, Florentium Præſulem, filium mulieris Gallicæ ab inferis olim revocaſſe, ſecum animo reputaret: *quod miraculum legetur in ejus Vita* 25 *Maji.*

CAP. II.

A

CAPUT II.

Eximiæ virtutes S. Antonii in administratione Archiepiscopali.

CAP. VII

Omnem à re familiari luxum proscribit,

HIc jam majori ingenio majorique quam in me sit facundia opus esset, ad id scilicet explicandum, quanta cum sapientia, quo studio, qua vigilantia, qua justitia, qua mansuetudine, qua denique omnium hominum admiratione tredecim annis Pontificatum gesserit. Primum omnium domi familiam modestissimam habere voluit, eamque non magnam, sed quæ vix officiis necessariis satisfaceret. *a* Omnemque pompam omnemque luxum à victu vestituque suo & suorum eliminans, nullam habuit supellectilem, nullum apparatum, non aurea vasa, non argentea, non canes, non equos ut plerique Prælatorum faciunt; unum tantum parvulum *b* mulum, qui etiam ei dono datus fuerat, domi pro extrema necessitate retinebat. Aiebat non decere Prælatum bona pauperum in nutriendas bestias aut in quemvis alium superfluum luxum consumere. Duobus primo Vicariis, qui jus dicerent; deinde, cum duo controversiam sibi invicem afferre viderentur, uno tantum utebatur; eligebatque virum, quem probum peritumque potissimum arbitrabatur, cui pro labore annuo centum aureos mercedis nomine de suis bonis dari jubebat, Procuratori triginta, aliisque domesticis ministris, de quo convenerat præmio, satisfieri integerrime, curabat. Nemo fuit apud illum, qui non sibi satis superque factum esse coram omnibus profiteretur. Procuratori soli omnium colligendorum fructuum proventuumque ac totius rei familiaris administrationem relinquebat, reliquam Pastoralis curæ solicitudinem sibi reservabat. Universam æque familiam, quam sæpe numero in timore Dei vivere hortabatur, optimo victu, seclusо tamen semper luxu superfluo, pasci jubebat.

a

b

B

ministros interim suos liberaliter ac perhoneste tractans.

10 Ipse cibis communibus vescebatur, in hisque minime curiosus: semper enim quid quaque die comesturus esset penitus ignorabat; quod ei apparabatur apponebaturque, sumebat. Omni sexta feria quadragesimalibus cibis pro se omnique familia uti, jejuniumque servari mandabat. Jejunium quoque Adventus Domini singulis annis, velut in Religione faciebat, servare consueverat. Quo etiam tempore nonnunquam ovis, ingravescente ætate, pro corporis imbecillitate utebatur. Jejunia vero Ecclesiæ nullâ penitus, nisi morbi gravissimi causâ, reliquisset. Lectioni divinæ, quam in mensa semper habebat, ita erat intentus, ut nullum posset lector verbum minus recte proferre, quod non statim ejus correctione emendaretur. Diceres hominem, non ad cibum, sed ad lectionem accessisse. Cœna ejus aut nulla aut brevissima erat. Surgebat noctu semper, adeoque solicite, ut signum matutini officii Cathedralis ecclesiæ præveniret. Cumque divinum officium cum suis Clericis, magna cum attentione & mentis elevatione, persolvisset; reliquum quod erat temporis, usque ad horam diei tertiam, lectioni sacræ aut componendis libris, de quibus paulo post verba faciam, tribuebat. Hora tertia Missam *c* celebrabat, quam nunquam nisi magna urgente necessitate reliquisset. Celebrata Missa, quod reliquum erat diei totum in curæ Pastoralis solicitudine, in audiendisque his qui multi diversis de causis ad eum ibant, usque ad seram noctem, præter id temporis, quod necessitati corporis condonabat, consummabat.

victũ suum ad leges paupertatis accommodat:

C

ad mensam sacra lectione se pascit:

CAP. VIII

Clerum ad matutinum officium prævertit:

c

11 Neminem inauditum, nec vilissimum quemque, à se dimittebat. Satisfaciebat omnibus quantum in se erat, quippe qui audiendo patientissimus ac respondendo mitissimus esset. Tanta enim ejus ingenio insita erat humanitas, ut neminem etiam domesticum ministrum unquam quavis de causa in quovis errato acerbe reprehenderet, ut ne paululum quidem irasci aut excandescere posse videretur. Dixerat olim, cum esset in ordine, cuidam ex Fratribus suis admodum carissimo, si Superior quempiam in aliquo errato asperius castigasset, non id ex animi perturbatione, sed ex violentia quam sibi inferebat, effecisse. Nullis denique vexabatur injuriis; nullis contumeliis, nullis jacturis movebatur: omnibus humanus, affabilis omnibus, ut de illo id verissime dici posset, quod de Moyse in libro Numerorum scriptum est: Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. *d* Confluebant ad eum omnes causæ civitatis, nedum Clericorum sed & laicorum plurimæ: qui de communi consensu eas in illum, tamquam in optimum ac justissimum cognitorem, rejiciebant. Singulis vero diebus religiosis viris quamplurimis domus ejus referta erat, qui partim eleemosynas (omnia enim bona sua in pauperes distribuebat) partim de rebus dubiis certissima verissimaque ab eo judicia reportabant. Tanta enim erat in eo sacrarum litterarum cognitio, tanta consuetudo, tanta denique in consulendo experientia, ut non solum cives, verum & advenæ plurimi, Principes ac Prælati, de rebus gravissimis ejus sententiam plurimi facerent. Ob quam rem etiam antea Frater Antoninus consiliorum appellari ceperat: sic enim ut plurimum diminutive, antequam Pontifex fieret, vocari consueverat.

A. FRANC. CASTILION DOMEST EX MSS.

Omnium causas benigne audit

omnibus placidum se præbens.

Num. 2, 3.

d

cognominatur à præstantia in suggerendis consiliis:

F

12 Quod si quis libros ejus, quos de omni doctrina sacra magnis voluminibus conscripsit, perlegerit; dicet tantam in eo homine fuisse sapientiam, ut merito totius Italiæ, quin potius, juxta Euangelicum dictum, tamquam sal & condimentum quoddam totius terræ dici posse videretur. Siquando vero ex illo negotiorum tumultu dabatur aliqua vel parva requies; statim ad studium divinamque lectionem vel orationem revertebatur. Multa enim alia præter Officium usitatum dicere consueverat: nam Psalmos pœnitentiæ dicatos cum letaniis, Officiumque Beatæ Virginis, quamvis in festo duplici, nullo die dicere prætermisisset. Bis saltem in hebdomada Officium mortuorum cum novem lectionibus, & in festis solennibus integrum Psalterium *e* dicere usitaverat. Quodque multa admiratione dignum est, nihil umquam legendo, sed omnes ponitus Psalmos memoriter recitabat. Hoc enim ii qui cum eo psalmodiam dicebant, experimento didicerunt. Asseruit etiam mihi unus ex suis veteribus familiaribus, se potuisse animadvertere, illum se nonnumquam flagris verberare consueviſse: & hoc ex quo ad Archiepiscopatus dignitatem assumptus est.

libros conscribit:

Matt. 5, 13.

e

E

& castigator fui corporis.

13 Illud sane in eo magnæ gravitatis magnæque prudentiæ signum erat, quod nulla erat tam magna negotiorum perturbatio, quæ ei ad divinarum rerum speculationem tædium remoraretur; adeo nulla molestia perturbatus, summa pace ac quiete interna animus fruebatur. Dederat mihi sanctissimus Pater egregiam quamdam monitionem, litterisque aureis sententiam conscribendam: cum enim molestiam Pastorales curæ ac tantam diversorum negotiorum perturbationem solus apud illum detestarer: Non est, inquit, possibile plerisque mortalium ac fere omnibus, ob eam quæ ex rebus hujus seculi consurgit solicitudinem, aliqua pace ac quiete sedati animi perfrui; nisi ipse sibi aliquem secretum occultumque mentis secessum reservaverit, ad quem nec

vacuum negotiis tempus precationi impendit:

insignis cultor Divæ Virginis,

imperturbatum in omnibus negotiis animum servat;

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

negotiorum moleſtia, nec curarum ſolicitudo, nec omnium rerum agendarum quæ fores ſunt, perturbatio penetret; quo, cum negotiorum exercitatio ceſſaverit, ſtatim omni paſſione nudatus animus, tamquam ad arcem quamdam, & ad hominem, quem Paulus interiorem appellat, confugiat: ad quod conſequendum magna aiebat arte opus eſſe. Cumque ipſe hac ſedati animi pace ac quiete frueretur, nullum tamen Paſtoralis dignitatis officium omittebat, nullam ſacrorum locorum ac ſanctimonialium mulierum *f* viſitationem, nulla Miſſarum ſolennia, nullas altarium conſecrationes aut calicum ſeu ſacrarum veſtium benedictiones prætermittebat: quibus in rebus omnes conſuetas cæremonias diligenter accuratiſſimeque obſervabat.

ſedulo Archiepiſcopale munus obit:

f

14 In Ordinationibus vero ſacrorum Ordinum, itidemque in eccleſiarum collationibus ſeu confirmationibus, nihil muneris penitus accipi, aut à ſe aut à ſuorum quoquam, patiebatur. Aiebat id genus commercii haud quaquam ab eo avaritiæ crimine, quæ ſimonia nuncupatur, alienum eſſe. Sic etiam reliquis in rebus ab omni munere immaculatas innoxiaſque manus conſervabat. Non amicitia, non odio, neque prece, neque precario (ut Poëtico *g* utar verbo) à recti judicii quam noviſſet ſemita divertebat. Erat tamen cum illa ſeveritate ſumma bonitas miſericordiaque conjuncta; eaque in delictis Sacerdotum potiſſimum utebatur; idque agebat ut nec impunitum crimen relinqueret, nec etiam ad vivum putridum vulnus penitus reſecaret. Tantumque ſua induſtria, ſuaque ſolicitudine factum eſt, ut Clerum, quem ſatis inhoneſtum ſatiſque deperditum omni genere flagitiorum acceperat, ſatis modeſtum ſatiſque emendatum relinqueret *h*. A multis quoque erratis cives ſuos, maximeque à commerciis uſurariis revocans, multos ad rectam vivendi normam perduxit. Cœperat primo, in ipſis primordiis ſui Pontificatus, ſingulis Dominicis diebus ad ſingulas civitatis eccleſias accedere, ibique populo qui affuiſſet ſalutis monita ac divinum proferre ſermonem conſueverat. At poſtea cernens id jam vileſcere, cum ſimul huc alii plures egregiique divini verbi oratores accederent, decrevit in alium rectius operandi uſum id tempus conſumere.

ab accipiendis muneribus abhorret:

g

h

uſuras tollit:

15 Sic vir ſanctus omnia ſui muneris officia magna cum diligentia majorique caritate proſequebatur: nullum vitans laborem, nullum periculum, non frigora, non æſtus, non pluvias obſervabat: omnes etiam robuſtiſſimos juvenes in tolerandis laboribus anteire videbatur. Accepi ego, ab uno ex ejus domeſticis miniſtris, illum, cum per agros ad Eccleſiarum *i* viſitationes accederet; cum ſub ardenti ſæpius ſole ad opus inceptum exire conſueſceret; nonnunquam compreſſos remoratoſque gemitus, dum equum aſcenderet, edere conſueviſſe: quos, ex latenti, ut, ille exiſtimabat, mala valetudine vehementique corporis dolore inflictos, comprimere ac diſſimulare non poterat. Cumque ille vellet ſanctum virum in ipſo itinere remorari, & ad modicam vel parvi momenti requiem hortaretur, Perge modo, aiebat, noſtrum iter proſequamur. Illud ſane intactum non præteream, quod egomet in eo viro ſingularis patientiæ ſignum conſpexi.

arduos & moleſtos labores pro grege ſuo ſubit.

C

i

CAP. IX

16 Cum enim tribus fere annis ante obitum ejus relatum fuiſſet ei, Clericos in majori eccleſia minus attente minuſque religioſe Officia matutina celebrare; cœpit ipſe ſingulis noctibus ad eccleſiam Cathedralem, imponendæ modeſtiæ cauſa, accedere. Cumque quadam nocte magna vis ventorum ac pluviæ, ex hiemis aſperitate, omnia perturbaret; acceſſimus duo Presbyteri, ego & Marcus, de quo prius verba feci, ad antiquum Patrem, ut illum ab incepto itinere illa tantum nocte retraherèmus. Cumque in ſententia permaneret, cœpi ego audacius adverſari, afferens ſenectuti ejus illud incommodum algoris ac pluviæ (non enim eſt unita Cathedrali eccleſiæ domus Epiſcopalis) maximum detrimentum afferre poſſe. Cumque itidem renitenter dicerem; Nonne heri ac nudiuſtertius hoc egiſti, Pater? hanc tantum cœpto operi noctem interpone, quo te à tanti rigoris ventorumque flantium tempeſtate conſerves. Tum ille teſtimonium Apoſtoli, tamquam pro contrario ſumens argumento: In fame, inquiebat, & ſiti, in frigore & nuditate. Cumque me, tamquam imbecilliorem, ad remanendum hortatus eſſet; ipſe, ad ſuſceptum jam munus proſequendum, properavit.

D

ſenex nulla ab hoc tempeſtate retardari ſe paſſus.

præſentia ſua clerum ad decentem celebrationem matutini Officii excitat:

ANNOTATA.

a *Vita* 2, Familiares non ultra ſex, in quibus unum ad minus ſui Ordinis regularem, habere voluit.

b *Inter teſtes ultimo examine productos*, Ven. P. Fr. Angelus de Caduccis, Ordinis Minorum de Obſervantia, Vicarius ſeu Guardianus Fratrum conventus S. Salvatoris ad montem, extra mœnia Florentinæ urbis, ann. LXVII, *deponit*, quod mula pluries ſibi data, pluries ab eo fuerit vendita, ut pretium pauperibus daret.

E

c *Eadem addit:* & Dominicis aut feſtis etiam in cantu.

d *In* 2 *Exam. Teſtis* 5 D. Petrus qu. Paganelli Franciſci de Talanis, ann. LXXXIV, dicit de mira manſuetudine Epiſcopi, ex certo experimento in ſe facto, cum litigaret cum eodem Archiepiſcopo, ſuper collatione eccleſiæ S. Mariæ de Accone, ipſi teſti collatæ à Patronis; in qua numquam potuit videre ipſum vel in modico turbatum, quamvis ipſe eſſet ſubditus ejus, & cum ſuperiore auſus litigare.

e *In* 3 *examine Teſtis* 96, Fr. Mattheus Marci de Florentia, vir venerabilis vitæ, ann. LXX, *ait*, quod ter in qualibet hebdomade totũ dicebat Pſalterium.

f *In* 2, Joannes olim Jacobi Fei de Ridolfo, civis Florentinus Teſtis 27 ann. LXXV, addit quod in reformatione cujuſdam monaſterii omnes moniales ad obſervantiam & vitam communem redegit, quæ prius ſeparatim & proprietarie vivebant.

g *Neſcio quod hic* Poëticum verbum *innuat auctor*: *exgraphum noſtrum*, Neque prece neque precatio, *forte* pretio: *ſed malui ſequi lectionem Leandri.*

h *Fortitudinis in corrigendo Clero exemplum hoc habe.* *In* 3 *Exam.* Nobilis Robertus Laurentii Franciſci de Michis, Teſtis 34, ann. XC, dicit quod juvenem Presbyterum nobilem propia manu totonderit in eccleſia uſque ad dimidiũ, imponens ei ut reliquum uſque ad eam menſuram compleret, nec auſus fuerit præ ſanctitate ipſius contraire. *Fuiſſe cum tali ex cauſa mortis incurreret periculum in Vita* 3 *ſic narratur.* Sacerdos Ciardus, vir fama & moribus perditiſſimus, cum ad tribunal Præſulis citaretur, falcato gladio ſe accinxit: mox in Epiſcopium profectus, exerto ferro Antonini caput, qui ſolus tunc in ſella quieſcebat, petiit, ut diſciſſum bifariam ad uſque dentes aperiret: ſed flexu capitis, dum ictum vitat, ſellæ tergo gladius inhæſit. Ciardus, furore ebrius, ob id impreſſum capiti vulnus putans, ex Epiſcopio in proximam ſe domum proripuit, ex muliercula latibulum ad præſentem caſum rogans, necubi occiſo Præſule caperetur. Femina, ad ſceleratum facinus inardeſcens furore muliebri, accepto ſubſellio perfregit caput Sacerdotis & expulit; qui ſtatim fuga verſus Feſulas arrepta, ſeu metu actus & poſt culpam reſipiſcens, ad Ducciam in divi Michaelis cœnobiolo, accepto habitu Minorum, vixit innocentius. Antonius

F

A nius tantum abeſt ut in Ciardum quoquomodo deſævierit, ut etiam maxime exhilaratus ſit, occaſionem illi præſtitam ad ineundam vitæ melioris formam.

1 *Vita* 3, Omnia ſui Epiſcopatus templa, non per Vicarios, ſed ipſe viſitavit, quibus Feſulanam quoque ac Piſtorienſem diœceſim adjecit quibus ut Metropolitanus præſidebat. *Vita* 2 *addit*, Ad quod etiam munus cum pauciſſimis equis accedebat, contentari faciens ſuos modicis expenſis & ſimplici victu. In viſitationibus & judiciis primam admiſſionem criminum mitiſſime corripiebat, ſecundam durius; tertiam & deinceps duriſſimus ac pene inexorabilis vindicabat, nullaque ſpe aut timore à correptione poterat amoveri. Quæ tamen omnia, cum ſumma juſtitia judicaret, tanta cum caritate temperabat, ut non rigorem ſed caritatem exercere videretur, unde voluntarios ad correctionem plurimos inducebat.

CAPUT III.

Acta S. Antonii in Epiſcopatu & legationes.

CAP. X

Opinionem ſanctitatis apud omnes obtinet,

B 17 His tantis tamque egregiis virtutibus effectum eſt, ut magnum ſibi ſapientiæ nomen, magnamque ſanctitatis auctoritatem, non ſolum apud cives ſuos, verum etiam apud omnes Italiæ populos, apud nobiliſſimos Principes ac Romanæ Eccleſiæ Prælatos compararet. Summa erat populi erga eum reverentia, ſumma pietas, magna de ejus ſanctitate opinio. Quacumque illum tranſeuntem intelligebant, accurrebant omnes, ſimulque genibus flexis pronique in terra, majores pariter & nobiliſſimi civium atque optimates pro benedictione ab eo ſuſcipienda flectebantur. *a* A ſummis vero Pontificibus non ſolum amabatur, verum ſumma reverentia ſummaque veneratione dignus eſſe ducebatur. Eugenius quartus, qui cognita hominis virtute illum ad eum dignitatis gradum vocaverat, paulo poſt ut eo copioſius frui poſſet, Florentia illum ad ſe Romam accerſivit. Erat enim Pontificis ſummi, ut fertur, intentio, majori eum honeſtare dignitate: feciſſetque voto ſatis, niſi paulo poſt morbo præventus diem *b* obiiſſet. In qua ægritudine Antonium ſemper ægrotanti aſſiſtere, & per manus ejus ſacroſanctæ Eccleſiæ Sacramenta extremamque Unctionem ſuſcipere voluit. Non minori eum dilectione aut reverentia Nicolaus quintus, qui in Pontificatu ſucceſſit Eugenio, proſecutus eſt. Integritatem autem atque hominis ſanctitatem non ſolum admirabatur, verum & aliis prædicabat; diciturque hoc fuiſſe ex Nicolai ſummi Pontificis ore prolatum: Non minus, ait, ego Archiepiſcopum Florentinum Sanctorum catalogo adhuc vivum adſcribendum putarem, quam Bernardinum mortuum, quem ego multis veriſſimiſque teſtimoniis, omni approbante Eccleſia, Canonica celebratione *c* decoravi. Magnum profecto verbum atque immenſæ ſanctitatis teſtimonium: idque non in Bernardini detractionem, ſed in laudem Antonii, prolatum fuiſſe judicamus.

a *auctoritatem apud ſummos Pontifices:*

Eugenio 4 *morienti aſſiſtit:*

b

C *à Nicolao* 5 *vivus catalogo ſanctorum dignus judicatur;*

c

18 Conſtituerat etiam idem ſummus Pontifex, ut appellationes cauſarum & judiciorum, quæ à ſententia ipſius Archiepiſcopi fierent ad Sedem Apoſtolicam, in Romana curia non admitterentur, *d* Exiſtimabat enim, quod judicaſſet vir ſanctus nulliuscumque judicio infringendum eſſe. Nil tum ab Apoſtolica Sede petiiſſet Antonius, quod non ſive pro ſe ſive pro quovis alio facillime impetraſſet. Quin etiam cum in quadam penuria civitatis noſtræ, poſtulata primo à ſummo Magiſtratu acceptaque pecunia publica, famelicam plebem ac pauperes Jeſu Chriſti paviſſet Antonius; cum perdurante caritate annonæ ſuis ſumptibus proventibuſque Epiſcopatus, qui exiles admodum ſunt, ſupplere non poſſet, à Nicolao Papa pro paſcenda plebe magnæ pecuniæ *e* ſubſidium impetravit: neque id ſemel tantum, ſed & ſæpius à ſummo Magiſtratu conſecutus eſt. Complectebantur illum pari caritate pariqueque benevolentia Prælati omnes ac Reverendiſſimi Romanæ Eccleſiæ Cardinales: imprimiſque vir magnæ auctoritatis ac virtutis, Dominicus ſub titulo ſanctæ Crucis Eccleſiæ Romanæ Cardinalis Firmanus, qui de ſe poſt *f* obitum magnum integritatis ac ſanctitatis nomen poſteris dereliquit. Quid dicam de *g* Petro ſub titulo S. Marci, qui Eugenii Pontificis nepos fuerat? Quid de Joanne *h* ſub titulo ſancti Sixti? Quid de eo, qui nuper ſub titulo ſanctæ Sabinæ *i* Cardinalis effectus eſt, tum vero Epiſcopus Spoletanus erat? quo amore ac mutua inter ſe caritate, maxime ob ſimilia ſtudia, amplectebantur, conſulebatque ſæpe alter alterum in rebus dubiis? Quid de reliquis Cardinalibus loquar? quibus ita carus erat, ita benevolentia devinctus, ut omnes ſancto viro rem gratam facere ſummo geſtirent deſiderio.

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

e

variis Cardinalibus in amore eſt.

f

g

h

i

Neque hoc ex officioſa Antonii ambitione provenerat: nemo enim hominum erat qui minus eo E ad gloriam & ad excellentiam dignitatum accenderetur. Non pecunia, non laude hominum, non vituperatione, non voluptatibus ullis movebatur Antonius: non habitum *k* Ordinis ſui, non animum, non faciem aut vultum in dignitate mutarat: cupiebatque potius, ut ſæpius ex ejus ore audivimus, ſi licuiſſet ad ſuam reverti monaſticam cellulam, quam ad altiora tranſcendere. Memini ego cum quidam ei ſatis impudenter, brevi eum Cardinalem futurum adulandi gratia dixiſſet, tum ille: De ſcrobe, inquit, ac propinqua morte nobis, non de majori gradu ac exaltatione, meditandum. Cumque alio itidem tempore alius eum ſanctitatis nomine appellaſſet: Sancti, inquit Antonius, in Paradiſo habitant, nos autem peccatores in terra.

in dignitate ad humilima aſpirat.

k

20 Poſt obitum vero Nicolai, *l* ad Caliſtum tertium; qui in Apoſtolica Sede ei ſucceſſerat, à ſummo Magiſtratu noſtræ civitatis legati Romam miſſi ſunt, inter quos, ut legationi adderetur auctoritas, Antonius primo loco electus. Collegæ autem ejus Giannotius Pandulphinus equeſtris ordinis, Otto Nicolinus Juriſconſultus, Antonius Ridulfus & Ioannes *m* Medices. Qui cum Peruſio iter facientes Romam magno apparatu perveniſſent, ſtatuta die in Conſiſtorio publico ad præſentiam Pontificis admiſſi ſunt. *n* Quo in loco, qui & perſonarum auctoritate & magna hominum etiam doctiſſimorum frequentia celeberrimus erat, talis fuit ad ſummum Pontificem oratio Antonii, tanta verborũ ac ſententiarum venuſtate, tantaque geſtus ac vultus gravitate vociſque ſonoritate prolata; ut ſtupentibus omnibus, non jam Theologus aut Orator, ſed miſſus è cœlo Angelus prolocutus eſſe videretur Tangebat in ea oratione abſtruſa myſteria, ſententiaſque graviſſimas adiecerat: quæ omnia nunc enumerare, cum adhuc ipſa extat oratio, ſuperfluum judico.

l

legatus Florentinorum nomine Calixtum 3 *adiens,*

m

F *n*

graviſſime apud illum perorat:

21 Qua ex re id factum eſt, ut cum Antonius magnum antea civitatis noſtræ nomen majori tum gloria majorique auctoritate illuſtraſſet; ad ſucceſſorem Caliſti *o* Pium Secundum Romanum Pontificem, eodem legationis officio fungi ſummo itidem volente Magiſtratu cogeretur. Nec fuit ea legatio priore deterior, aut apparatus aut perſonarum dignitate, in qua etiam elegans ac glorioſa fuit oratio Antonii. Fuerunt autem collegæ Anto-

o

eodem munere apud Pium 2 *functus,*

d *à quo & privilegiu donatur,*

ac pecunia ad ſublevandam annonæ caritatem;

nii

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

nii in hac ſecunda legatione Angelus Acciajolus Equeſtris Ordinis, Loyſius Guicciardinus, Petrus Pazius, Guilielmus Rucellarius, Petrus Franciſcus Medices *p*. Qua vero benevolentia ac dilectione Pius Papa ex tam parva, quam in illa legatione cum eo habuerat, conſuetudine Antonium complexus fuerit, quamque de ejus ſanctitate opinionem conceperit, indicavit poſtea in obitu ejus decretum ejuſdem ſummi Pontificis, quam rem paulo poſt ſerioſius enarrabo. Illud ſane ad maximam Antonii laudem ceſſiſſe videtur, quod cum Pius Papa in ipſa prima aſſumptione ſuam vellet Curiam Romanam, in quibuſdam minus decenter minuſque honeſte uſitatis, reformari; & ad id curandum aliquos ex gravioribus Cardinalibus conſtituiſſet, quos Reformatores Curiæ appellavit; Antonium quoque illis ſocium, tamquam optimum ac prudentiſſimum virum, adiecit. Sed ea reformatio majori urgente neceſſitate tunc intermiſſa, & in aliud majoris quietis tempus dilata eſt.

p

ab eo ad reformandam Romanam curiam deſignatur.

22. Cum etiam Fredericus Imperator, qui Romam ad coronam *q* Imperii capiendam profectus eſt, ad Italiam adventare diceretur; elegit ſummus Magiſtratus noſtræ civitatis Antonium legatum, qui Imperatori obviam fieret: ſed Antonius, jam ſenio atque imbecillitate confractus, id honoris ad alium deferri maluit. Hæc dico, ut intelligamus qualis erat de prudentia Antonii deque ejus facundia opinio. Neque profecto falſa: nam ut cetera omittam, in quibus eloquentia Antonii demonſtrata eſt, illud ſane ſilentio prætexendum eſſe non cenſeo, quod, cum e legatione quam ad Caliſtum habuit in patriam cum collegis reverſus eſſet Antonius; cumque ad ſummum Magiſtratum, ut de more eſt, functæ legationis rationem redditurus acceſſiſſet (totum enim legationis pondus ei incubuerat) talis, tam longa, tam dilucida, tamque recenti memoria fuit eorum quæ geſſerant in legationem copioſa enarratio, ut à divino potius quodam quam ab humano ingenio oratio illa habita eſſe videretur. Eoque id magis animadverti, quo omnes qui tum aderant plurima admiratione maximoque ſtupore perculſos eſſe conſpexi. In utraque enim legatione ſancto viro comes fui, & ſecretarii officio functus.

q

ſimilem legationem apud Fredericum Imperatorem obiturus excuſat

B

23. Neque vero uſquam, etiam in rebus magnis, deerat Antonio animi magnitudo. Quod tum maxime patuit, cum etiam Magiſtratū ſummum nonnullis in rebus coram redarguere auſus eſt. Idque potiſſimum fecit eo tempore, quo Franciſcus *r* Patavinus, qui nunc eſt Ferrarienſis Epiſcopus, tum vero Eugenii Theſaurarius, huc miſſus, ab ipſo ſummo Magiſtratu, pro vindicandis redimendiſque nonnullis noſtrorum civium, qui Romæ detenti erant, velut obſes captus eſt. Erat tum forte extra civitatem viſitationis cauſa Antonius: qui cum hanc rem accepiſſet, magna ad urbem feſtinatione properavit, ſummumque ſtatim Magiſtratum adiit, magnaque deteſtatione, quod per illos factum erat, redarguit. Clamabat tum ſummo Magiſtratui Antonius, Nō licet, quavis de cauſa, viro eccleſiaſtico violentiam afferri. Quod niſi ab incepto deſtitiſſent, graviſſimam in eos excommunicationis ſententiam publicaſſet. *ſ*

Senatum Florentinum libere redarguens,

C

immunitatē eccleſiaſticā tuetur;

ſ

24. In principio quoque ſui Pontificatus non minore laude dignum operatus eſt facinus. Cum enim quadam die viſitandarum eccleſiarum gratia civitatem perambularet, ventum eſt ad quemdam locum ubi cives multi publice ad talorum alearumque ludum convenerant. Quod cum vidiſſet vir ſanctus, illuc accedens, præcedente Cruce, ſumma cum deteſtatione omnia ludi inſtrumenta ſubvertit. Cum vero ſubſequentibus annis ſubito in civitate noſtra ludus novus, per quem ſortes fiebant, exortus eſſet; in quo non tantum noſtra, verum & Romana civitas infecta erat, adeoque deperdita, ut omnis pene populus, relicto artium exercitio, illuc ad perdendam pecuniam privatamque ſubſtantiam ſe converteret; tanta fuit Paſtoris induſtria, ut ſicut repente advenerat ludus deteſtabilis, ita repente penitus exſtinctus eſſe videretur: quod etiam Romæ poſtea ſummus Pontifex ad imitationem Antonii tolli juſſit. Ex qua re unum id bonum conſecutum eſt, quod cum quidam in noſtra civitate Sacerdos ex illis ſortibus aureos mille lucratus eſſet, intercepit eam pecuniam Antonius, ac pauperibus erogavit: erat enim tunc quoque plebs famelica in noſtra civitate. Non defuit etiam tum Antonio magnitudo animi, cum ſordidiſſimum hominem ac deteſtabile caput Ioannis Cavini, quem hæretica pravitate infectum deprehenderat, non approbantibus id multis civibus, flammis concremandum eſſe adjudicavit. Quid verò in hac extrema poſitus ægritudine, in qua etiam deceſſit? quibus verbis, quo animo eccleſiaſticam immunitatem tutabatur? Cum enim per publicos Magiſtratus lata lex eſſet, in qua contra Canones Clericorum patrimonia tangebantur; audebat dicere, ſe etiam in ſummum Magiſtratum, niſi ea lex abrogata fuiſſet, excommunicationis ſententiam, quin & ſi opus eſſet, in univerſam civitatem ſe interdictum eccleſiaſticum immiſſurum.

D

eoque acquiſitam pecuniam in pauperes erogat:

hæreticum flammis addicit,

ſenatui cenſuras minatur.

E

noxios ludos tollis,

ANNOTATA.

a *Additur in Summario num.* 9, exiſtimantes non poſſe male habere, qui à Sancto Dei benedici mererentur.

b *Obiit* Eugenius IV *anno* 1447 23 *Februarii Romæ, cui ſuccedens* Nicolaus V (*ut habetur in Vita* 2 *num.* 14) multis precibus Antoninum in Romana Curia retinere conatus eſt: ille autem Eccleſiæ ſuæ Florentinæ adeſſe cupiens, cum bona tandem Nicolai gratia rediit ad ſponſam ſuam.

c *Colitur S. Bernardinus* 20 *Maji, canonizatus anno* 1430.

d *In Summario num.* 20 *allegantur ipſius Nicolai circa hoc litteræ, in forma Brevis productæ & regiſtratæ in primo Proceſſu,* ubi eum mirabiliter laudat de ſanctitudine vitæ & Dei timore.

e Summam videlicet quingentorum ducatorum auri, *ut ibidem dicitur.*

f *Obiit* Cardinalis Firmanus *anno* 1456.

g Petrus Barbus, *Eugenii ex ſorore nepos Cardinalis, creatus primum Diaconus Card. S. Mariæ-novæ, poſtea Presbyter tit. S. Marci, ac demum anno* 1464 *Pontifex Paulus* II.

h Joannes de Turrecremata, *ex Magiſterio ſacri Palatii ad Purpuram evectus ab Eugenio* IV.

i Berardus Herulus *Narnienſis, ab an.* 1448 *Epiſcopus Spoletanus, dicitur ab Vghello & Ciacconio per Pium* II *Cardinalis lectus* 1460 5 *Martii: ergo intra primum ab obitu Sancti annum, quando hac Vita eſt ſcripta.*

k *Vita* 3 Splendidiorem nullum in veſtitu cultum quam ſoleret, factus jam Pontifex admiſit. *Vnde in* 3 *exam. Teſtis* 4 Blaſius Pauli ann. xc, dicit de Rege Hungariæ, de viſu, qui ex habitu vili ſpreverat Archiepiſcopum, non eum cognoſcens: ſed audito nomine quod fuerit ille, debitus reſtitutus honor. *Porro Vladiſlao* V, *anno* 1458 *ſucceſſit Matthias, ut dubium eſſe non poſſit quin hic de Ladiſlao agatur, qui in comitatu Friderici Imperatoris an.* 1452 *potuit veniſſe in Italiam, immediate antequam poſtulanti Hungariæ reſtitueretur.*

l *Suffectus eſt Nicolao* V Calixtus III *anno* 1455 8 *Aprilis.*

m Ioannes Medices, *Coſmi primogenitus, ex quo nulla poſteritas.*

n *In*

A n *In* 2 *Exam. teſt.* 35 Bernardus Caroli de Gondis, de auditu à fide digno relatore, dixit: quod dum Legatus Florentinorum, obedientiam Papę laturus, acceſſit ad Urbem; Pontifex, viſo Antonio aſſurgens, illi obviam factus, ſanctitatis ſuæ odore ac fama illectus, & amplexatus eſt eum in oſculo ſancto. *Quod tamen utrum ad hanc pertineat, an ad ſequentem legationem, non facile definiveris.*

o *Suffectus eſt Calixto* III Pius II *an.* 1458, 18 *Auguſti, ante Pontificatum Æneas Sylvius Piccolomineus Senenſis.*

p *Addit Vita* 2 *num.* 14 Totaque Curia & ipſa urbs ad eum viſendum & pro Sancto venerandum uniformiter accenſa properabat, nec ſecus quam Florentini tranſeuntem genuflexionibus venerabantur.

q *Hanc* Fredericus *cum Eleonora conjuge accepit* 19 *Martii* 1452.

r Franciſcus de Lignamine, *Ferrarienſis Epiſcopus creatus an.* 1446 *menſe Auguſto; cum autem Antoninus eodem anno menſe Martio Epiſcopatum inierit, apparet quod primis ſtatim menſibus res hæc acta ſit.*

ſ *Huc ſpectat quod in Vita* 3 *refertur his verbis:* Octoviri (is Magiſtratus Florentiæ, quamquam non ſupremus, vitæ & necis imperium habet) duos forte
B Sacerdotes, in crimine deprehenſos, ac noctu à ſatellitibus captos, cum diluxiſſet, ad Epiſcopium clangentibus tubis deduci ad Præſulem imperarunt; ſatis eſſe pœnarum ſumptum rati, quod eos publica ignominia affeciſſent: ſi quid aerius eſſent commeriti, eſſe ab Epiſcopo caſtigandos. Antoninus mirum quã moleſte tulerit: dimiſſis vero Sacerdotibus, quos tunc puniri non eſſe commodum putavit; ſtatim ad publicas ſupremi Magiſtratus ædes proficiſcitur (eſt namque ubi Octo-viri quoq; ſua judicia exerceant) eumque ubi aſſederant, igne quodam juſtitiæ percitus, ad eos irrupiſſet; temeritatis graviſſimæ coarguit: tum eſſe illos anathemate illaqueatos, ſeque nexibus quibus ſe irretiſſent nõ expediturum [pronuntiavit]: irent Romam, ſummum Pontificem adirent, ad eum eſſe rem totam devolutam: diſcerent impoſterum aut nullo pacto, aut certe conſideratius alienas cauſas tractare. Erant Octo-viri, quamquam lapſi fuerant, nõ tamen ingenio perdito & complorato. Ubi Antiſtitis conſtantiam cognoverunt, conſcientia ducti, ſupplices litteras, quibus expediri ſe petebant, ad Pontificẽ dedere. Qui cum ſe totum relaturos ex Curia putarent, ecce Pontificiis litteris jubentur, uti Antonium convenirent, ac ultro ſupplices faſſi culpam, pro ca-
C nonum inſtitutis anathemate ſolverentur. Antiſtes, quoniam publice peccaverant, zona collo indita ad fores templi juſſit procedere: atque ibi, ſpectante populo converberatos terga, vinculo excommunicationis liberavit. Ea res vix dici poteſt quantum omni ſexui, omni ordini terrorem, præ ſui magnitudine, incuſſerit.

CAPUT IV.

Aliæ virtutes S. Antonii, libri conſcripti.

25 SIc merito eum, ut ſummæ virtutis virum, verebantur omnes; colebant ut Patrem, ut ſanctiſſimum virum adorabant. Neq; id immerito: erat enim univerſorum civium patronus quidam ac pater patriæ, qui omnibus prodeſſet, neminem læderet, omnemq; ſubſtantiam ſuam pauperibus erogaret. Neq; id parce, aut minutim: centum enim aureos in feſtis Paſchalibus in pios uſus & neceſſitates pauperum diſtribuere conſueverat, præter quotidianas eleemoſynas. Nihil ſibi reſervabat, nihil poſt ſe in morte, niſi neceſſariam eamq; parvam ac tenuem ſuppellectilem dereliquit. *a* Ædificandi quoque curam aut ſolicitudinem numquam habuit: Hoc ſucceſſoribus, aiebat, meis faciendum relinquam. Verumtamen cum
b non parvis terrę motibus *b* univerſa eſſet Florentina civitas conquaſſata, in reſtaurationẽm domorum, itidemque in aliis condendis novis ædificiis, ita poſtulante neceſſitate [multum] conſumpſit.

Facultates egenorum neceſſitatibus impendit,

a & reædificandis domibus terræmotu proſtratis.

b A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

26 Et quoniam terræ motuum mentionem feci-
quem ſubſecuta ingens tempeſtas magnam ſtragem edit,
mus, adjiciendum eſt illud portentum, quod apud Caſtellũ S. Caſſiani, quod à noſtra civitate octo millibus paſſuum diſtat, biennio poſt terræmotus illos contigiſſe conſpeximus. Nam in vigilia S. Bartholomæi Apoſtoli, ſummo mane, in ipſo crepuſculo, talis tamque vehemens fuit aëris perturbatio, tanta ventorum procella, ut nullæ nedum arbores aut virgulta, ſed nec ædificia quidem ſtare poſſent. Evulſæ ſunt radicitus quercus ingentiſſimæ, aliæ truncatæ, pinus quoque groſſiſſimæ per medium fractæ ac diſtractæ ſunt, vaſtatique ſunt agri arboribus. Sed neque domus ullæ tantam tempeſtatem perferre potuerunt: omnium tecta everſa ac diſperſa, nonnulla etiam integra ſublata, & longo ſpatio de loco ad locum tranſlata ſunt: pleraque ædificia penitus ad terram proſtrata: occiſi etiam multi promiſcui ſexus viri ac mulieres, ac ruinis oppreſſi. De pecoribus nihil loquor, cum in ea procella illud ſane poëticum dici poſſet,

Cum ſtabulis armenta trahit ----

Facta eſt igitur tum magna arborum, domorum; atque hominum ſtrages: illudque profecto multa admiratione in ea ventorum perturbatione dignum
E *intacto tabernaculo in everſo templo.*
eſt, quod cum quædam eccleſia magnam ex ea procella ruinam feciſſet, corruentibus aliis undiq; muris ac parietibus, ſolum tabernaculum corporis Domini intactũ ibidem illæſumque permanſit, magnum ſane noſtræ fidei argumentum. Fuit autem ea rerum perturbatio ex ventorum commotione, ſine aqua primo; mox ſubſecuta eſt ingens pluvia, nihilque in eo turbine ſalubrius fuit, quam brevitas temporis: nam octavo fere horæ ſpatio perduravit. Breve etiam terrarum ſpatium per latitudinem occupavit, non enim integros mille paſſus complexa eſt: per longitudinem vero magis magiſque ad quinquaginta millia paſſuum pluſve protracta eſt; & à Tyrrheno, ut fertur, mari elevata, per Vulterranum agrum ac Florentinum, ad Feſulanum uſque pervenit *c*. Res ſa- 6
ne magni portenti, ac noſtris temporibus inaudita.

27 Erat vero Antonius (ut jam ad illum redeamus) ut in aliis accuratus, ita ſui commodi aut cultus *ſui negligens*
corporis negligentiſſimus, adeo ut poſt menſes multos ad commutandas, plenas ſordibus ac pediculis, tunicellas *d* & caligas vix compelli poſſet. Quin *d*
etiam id, quod ab uno ex ejus Fratribus admodum illi familiariſſimo accepi, non tacebo. Sunt enim quę nunc à me ſcribuntur de Antonio, viris gravibus & F
his qui jam ſolido, ut ait Apoſtolus, utuntur cibo, Heb. 5, 14.
maximæ ædificationis cauſa ac magnæ ſanctitatis exemplar: quid vero filii hujus ſeculi de hiſce rebus ſentiant parvi facimus. Ajebat autem Frater ille, Antonium quadam vice cum cibum ſumeret petiiſſe, ut fit, vinum ſibi miſceri. Cumque Frater ille cyathum, *ex vaſe urinario bibere non abhorret:*
in quo paulo ante vrina fuerat, abluere & mundum reddere feſtinaret; Sic miſceto, inquit Antonius, nã lotum illotumque eſſe nil refert. In quo B. Franciſco ſimile quid feciſſe apparet, qui cinerem ferculo immiſcuiſſe dicitur, ne vitio gulæ tangeretur.

28 Ut vero ſui aut voluptatis negligentiſſimus, ita erat æqui juſtique diligentiſſimus obſervator *e*. Ab *e*
eo quod ſemel bonum rectumque eſſe noverat, nullis multorum magnorumque civium precibus flectebatur. Sic tandem cives omnes illum admodum verebantur & amabant plurimum. Quin hæc fuerunt *multas à patria calamitates arcuiſſe creditus:*
Coſmi multa cum ſapientia verba prolata, qui ut opibus ita & prudentia ceteros civium anteire diſcebatur: Magnæ, aiebat, fuerunt hac tempeſtate noſtræ civitatis calamitates, majora pericula locorum, peſtis,

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

inediæ, terræmotuum, in primisque occultarum sedi-
tionum: quæ omnia, meo judicio, nostram ever-
tissent civitatem, nisi Pontificis nostri merita ora-
tionesque restituissent. O, præclara ac sapienti viro
digna sententia! Is etiam, ut nuper in successore *f*
Antonii, sic prius in ipsa Antonii *g* promotione,
sua suorumque postponens commoda, utilitati pu-
blicæ consulendum putavit. Illud sane non est præ-
termittendum, quod ad perfectam Antonii gloriam
Ps. 22, 1. pertinere videatur: Nihil enim deest, ut Propheta ait,
timentibus Deum. Si enim Antonio tabulis testa-
mentoque dignitatem suam cuipiam legare licuisset,
neminem ei qui sibi in Pontificatu successit præpo-
nendum indicasset: eum enim rectum doctumque
virum existimabat, cujus etiam judicio in dubiis va-
riisque sententiis sæpius utebatur. Sed de hoc alias.
Nunc ad Antonium redeamus. Qui cum jam se-
ægrotans mortem prædixit: ptuagesimum ætatis annum attigisset (tredecim enim,
ut diximus, annis Pontificatum gessit, ad quem,
cum quinquagesimum septimum ageret annum, as-
sumptus est) febri quadam lenta correptus, quam
phlegmaticam plures Physici appellant, non vehe-
menti sed longa ægritudine laboravit. Cumque cœ-
B pisset morbus ingravescere, vehementiorque eum
febris vexaret; accessi ego ad lectum, in quo jacebat;
conabarque, ut fit ægrotis, ipsum amantissimum Pa-
trem consolari, simulque bonam spem & convales-
centiam pollicebar. Ad quod vir sanctus: Fiat, inquit,
voluntas Dei. Et paulo post subjunxit Prophetę ver-
Ps. 30, 10 ba, quæ scribuntur in Psalmo: Dies, inquit, annorum
nostrorum in ipsis septuaginta anni: quasi prævidis-
ante quam non multo tempore summam suam perficit: set vitæ suæ terminum, cum ad eam jam ætatem, ut
paullo superius diximus, perveniisset. Imposuerat
etiam non multo antea extremam manum ingenti
libro magnoque volumini, quam *h* Summam appel-
lavit. Quam longo tempore, magno labore, multo-
que artificio conscriptam (ut paulo post docebo)
non ad meatus siderum naturęque occultas vires de-
monstrandas, sed ad dandam edocendamque salutis
scientiam ediderat: quæ in edocendo timore Domi-
ni, cum perceptione mandatorum ejus ac operis cō-
summatione, posita est. In quo libro quidquid ad cō-
sideration em speculationemque sacratissimę theoriæ,
quidquid ad nobilissimarum virtutum acquisitionem,
quidquid denique ad beate beneque vivendi usum
ejus laus pertinere videatur dilucide sapienterq; conscriptum
est. Nihil ibi prætermissum, nil obscure, nil concise
C mutilateque dictum; eaque de causa magno eum vo-
lumine necessario conclusit. Non enim de universa-
libus tantum rebus scripsit: verum etiam ad particu-
laria quæque descendens, ad hunc nostrum vivendi
usum & ad singularem quamdam humanæ vitæ ope-
rationem, doctrinam accommodavit.

CAP. XI.

ejus divisio in partes,

30 Quam etiam quinque partitam esse voluit. Et
in prima parte de anima ingenere, deque ejus nobi-
litate ac de immortalitate animæ disputavit, de in-
fusione ejus in corpore, de ejus potentiis quæ extrin-
secus sunt, de intellectu ac voluntate, de passionibus
animæ, item de causis peccati, de peccato ac nocu-
mento ejus, item de septemplici genere legum, cujus
principium est: Quam magnificata sunt opera tua
Domine, &: Vade ad formicam o piger. In secun-
da parte; de septem vitiis in specie, & de eorum ra-
mis, imprimisque de superbia eorum capite: & in
primo titulo tractavit de simonia & usuris diffuse,
in secundo de restitutionibus, item de juramento ac
perjurio, item de voto ac transgressione voti, postre-
mo de infidelitate ejusque generibus; quæ incipit,
Tu contribulasti capita draconum in aquis, tu con-
fregisti capita draconis. In tertio de officiis cujusque
hominis, cujusque conditionis, de omni arte atque
usu vivendi, utilissimum sane opus: quod etiam de
statibus hominum appellavit. In quo etiam de cen- D
suris, de excommunicatione scilicet, suspensione &
interdicto atque irregularitate copiose pertractavit:
item de septem Ecclesiæ sacramentis: quæ incipit: Ad-
stitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circū-
data varietate, In quarta vero parte de septem virtu-
tibus, quatuor cardinalibus tribusque theologicis;
de gratia Spiritus sancti in genere, de septem donis:
& in dono pietatis adjecit quadraginta sex sermones
de Beata Virgine Maria: incipit: Benedictionem da-
bit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur
Deus Deorum in Sion. In quinta vero historiam à
principio orbis conditi usque ad tempora sua com-
plexus est: quæ incipit: Loquar propositiones ab
initio.

31 Alios itidem breves libellos quosdam Lati-
nos, *i* nonnullos Hetrusco sermone conscripsit, *i*
ut Sacerdotibus minus doctis aliisque idiotis personis *alii libri ab eo conscripti*
consuleret: in quibus, omissis argumentorum dis-
ceptationibus, nudas conclusiones brevitatis causa
conscripsit. In illo vero magno opere, quam quin-
quepartitam Summam esse diximus, nihil omnino
dixit, quod non multis rationibus, maximisque ar-
gumentis, omniumque etiam approbatissimorum
Doctorum Augustini, Hieronymi, Gregorii, Ambro-
sii, Thomæ, aliorumque testimoniis atque auctori- E
tate confirmatum protulerit; adeo ut nemo umquam
in tanto opere quidquam minus recte, minus eli-
mate aut imprudenter prolatum redarguere potue-
rit. In qua re illud sane multa admiratione dignum
est, eum hominem, qui prius in Ordine suo, in con- *inter gravissima per totam vitam negotia,*
tinua ac maxima suorum administratione; deinde in
Pontificatu, in maximis negotiorum ac rerum agen-
darum perturbationibus constitutus fuerit; potuisse
tot librorum volumina, tam variis materiis con-
scripta, tot Doctorum ac sacrorum Canonum testi-
moniis & auctoritate firmata conscribere.

ANNOTATA.

a *Vita 2 num.* 20. Spolia morientis valorem qua-
tuor aureorum non attingebant, nec in eis pretio-
sum aliquid, præter cochleare unum argenteum, quo
electuaria seu medicinalia sumere solebat, inventum
est. *Pius* II *mulum addit, quo vehi solebat.*

b *Scipio Admiratus hist. Florent. lib.* 22 *ad an.* 1453
asserit, 28 *Septembris de nocte inchoatos motus, toto mense
Octobri sæpe repetitos fuisse.*

c *Idem lib.* 23 *ad an.* 1456 *describens hanc tempesta-
tem, nonnullos eventus notabiles strictim attingit, eosque ait* F
in unum librum diligenter collectos à Joanne de Rucel-
lariis: *qui fortasse abbreviato nomine is est, cujus filium aut
nepotem ex fratre Catalogus scriptorum vocat* Ioannem
Oricellarium, *sub Clemente* VII *clari nominis Poëtam.*

d *Ecgraphum nostrum* Fornicellas.

e *Exemplo sit quod Bernardus Caroli de Gondis præci-
tatus dixit,* quod cuidam concubinario, nolenti dimit-
tere peccatum suum, noluit Antonius prædium Ar-
chiepiscopale, quod jam reciderat iterum ad libellū,
transacto scilicet locationis termino denuo elocandum, con-
cedere: sed abstulit ab eo, & duobus ejus filiis legi-
timis reddidit, hac conditione ut nihil ad patrem
perveniret.

f Orlandus Bonarlius: *hic fuit Palatii Auditor, desi-
gnatus die* II *Maji*, vir pauper, verum doctus &
justitiæ tenax, *uti eum Pius ipse describit lib.* 2
*comment. suorum: sed cum ex tam insperata promotione ere-
ctus esset in certam expectationem Cardinalatus,* adeo spem
illam arripuit, ut numquam ad se nuntium ex Curia
venientem viderit, quin sibi allatum pileum existi-
maret: atque idcirco creatis postea Cardinalibus, cum
sui

A ſui nullam factam mentionem intellexit,mœrore cõfectus in morbum incidit, ex quo mortuus eſt. Pius amicum occidit,dum honeſtare contendit: adeo parum eſt quod mortalibus ex ſententia cadit. *Obiit Orlandus anno* 1462,*natus Florentiæ: cujus etiam Vitam per modum Epiſtolæ ſcripſiſſe dicitur Caſtilionenſis in Catalogo ſcriptorum:nos eam Vitam non vidimus. In eo præ aliis poſcendoCoſmi prudentia landatur:interim per urbis ſuæ Vexilliferum Bernardum Gerardi,Florentini poſtulantes Florentinum ſibi Præſulem dari, maxime commendarant juvenẽ nobilem, Nicolaum Ianozzi,Pandolphini filium, qui poſtea à Leone* X *Epiſcopus Piſtorienſis & Cardinalis creatus eſt.*

g *Auctor Vitæ* 3 *hujus integritatis mercedem divinitus acceptam facit duos ſummos Pontificatus,inCoſmi poſteritatem collatos, in Leone ſcilicet* X *& Clemente* VII.

h *Vita* 2 *num.* 6 *minutius adnumerat titulos ſingulos : fuit autem* Summa Doctrinalis *hactenus explicata,Argentinæ anno* 1496 *tribus tomis impreſſa per Ioannem Gruninger cum ampliſſimo Repertorio. Quæ ſequitur pars ſub titulo* Summæ hiſtorialis,*habetur uno grandi tomo impreſſa primum Norimbergæ an.* 1484 *per Iacobum Koberger, deinde Lugduni an.* 1527 *per Iacobum Myt.*

i *Numerantur in Bibliotheca Geſneri.*

B Opus de eruditione Confeſſorum, impreſſum Memmingæ anno 1483, Capita ſunt 49.

Tractatus de Cẽſuris eccleſiaſticis, de ſponſalibus & matrimoniis, impreſſi olim Lugduni.

Summa caſuum conſcientiæ lib. 4, *quam hic præcipue deſignari intelligo; una cum ſequenti opere,*

Summa Confeſſionis, quæ tres libros complectitur, quorum primus ſubdividitur in tres partes, ſecundus dicitur Interrogatorium,tertius eſt de Reſtitutionibus. Venetiis impreſſa in 16 anno 1572.

Sermones de tempore liber 1.

Sermones de Sanctis liber 1.

Catologus ſcriptorum Florentinorũ nihil proponit ut vulgari lingua ſcriptum ab Antonino,quia tale forſan nihil amplius ſupereſt:eorum autem,quæ hactenus enumerata etiam ibi adnotantur, omnium archetypa in bibliotheca S. Marci aſſervari *ait; iiſq; præponit, alibi non nominatum*, Trialogum in hiſtoriam duorum diſcipulorum euntium in Emaus, in qua ad invicem de Chriſto in habitu viatoris omnia vaticinia,oracula,atque præſagia declarantur, quæ de vita, morte & reſurrectione Chriſti in veteri Teſtamento ſcripta ſunt.

CAPUT V.

Pia mors S. Antonii, exequiæ miracula.

C CAP. XII 32 CUm igitur Antonius, ut paulo ſuperius diximus, jam libros ſuos, pro ſuo deſiderio, ad communem hominum utilitatẽ exactos reddidiſſet; cum jam Clerum civeſque ſuos ex mala vitiorũ conſuetudine,ad recte vivendi normam maxima ex parte revocaſſet; cum denique de ſe omnibus mortalibus optimum ſanctiſſimæ vitæ exẽplum præbuiſſet; placuit Altiſſimo corona debita tantorum laborum hominem non fruſtrari. In ea igitur,de qua nunc dicimus, poſitus ægritudine, curavit primò omnia Eccleſiæ,quod omnibus mandatur fidelibus,ſacramenta ſuſcipere. Cumque in die Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ante crepuſculum, extremam Vnctionem ſimulq; plenariam Indulgentiam,adſtantibus Fratribus ſuis, qui ſanctum virum in ea ægritudine aſſidue ac frequentes magna cum caritate obſervarunt,ſuſcepiſſet; cumque illi circumfuſi lecto matutinum Officium decantarent,perveniſſentque ad laudes;tum vir ſanctus, in ipſa jam mortis anxietate poſitus, magno conatu in fervore ſpiritus initium aliis faciens dixit: Deus in adiutorium meum intende. Quod immenſę pietatis ſignũ magna fuit gemituũ omnibus adſtantibus ac lacrymarum reintegratio. Cum vero quaſi ad ipſum vitæ terminum deveniſſet, nec jam ulla niſi pauca admodum atque ea ſemiintegra verba proferret, hoc ſæpius ex ore ejus verbũ auſcultantibus audiebatur,Servire Deo regnare eſt; quaſi jam laboris ſui præmium paratamque ante oculos mercedẽ intueretur. Aliud hoc item verbum ſæpius proferebat: Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferã neſcio. Cumq; Fratres, qui totum jam Pſalterium legerant, eoſdem Pſalmos reiterarent; perveniſſentque ad eum verſum Pſalmi quadrageſimi quarti, qui dicit, Oculi mei ſemper ad Dominũ; ipſe elevatis tum oculis erectiſque ad cælum manibus,eumdem verſum replicavit; Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos; ſimulq; ex continuo labiorum motu,& ex nonnullis perceptis ex ore ejus verbis,intelligebatur,illum in continua tacitaque Pſalmodia detineri, maximeque eum Pſalmum ſæpius iterare videbatur, qui in ultimis matutinis laudibus decantatur, Laudate Dominum de cælis, & reliqua: quo etiam in vita, ut ſui Fratres aſſerunt, delectari plurimum conſueverat. Nonnunquam etiam porrectam à Fratribus brevem Domini Crucifixi imaginem complexus, tanto dilectionis deoſculabatur affectu,ut aſtantes omnes nullo pacto lacrymas continere valeremus. Sequenti igitur die, poſt feſtum Apoſtolorũ,hoc eſt ſecunda Maji,& in *a* vigilia Aſtenſionis Domini,poſt longam anxietatem, ſpiritus ille ſanctiſſimus, ſolutis corporis vinculis,ad æthereas ſedes evolavit.

Extremis munitus,

& Officium ac Pſalmos cum adſtantibus recitans,

a

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

Spe æternæ retributionis plenus.

& Crucifixũ exoſculans, pientiſſime moritur

E

33 Quod magnis ſignis veriſſimiſque argumentis ita fuiſſe comprobatur: ex quibus non omnia nunc recenſenda, ſed quædam in laudem tantarum virtutum prætermittenda non ſunt. Illudque in primis, quod veriſſima ipſorum Fratrum narratione percepimus. Fertur enim quidam ejuſdem Ordinis Frater, Conſtantius nomine, vir magnæ ſanctitatis, cum eſſet in civitate Aſculana & vigilans oraret in Eccleſia, vidiſſe manifeſte Antonium, eadem ipſa hora qua ex hac vita migravit, glorioſum ad cæleſtẽ patriam evolaſſe. Utque illud ita eſſe majori confirmaretur argumento,vidit eadem hora alium Fratrem, qui etiam in alia civitate tunc obierat, non jam ad cælum,ſed ad purgatorias ſedes deſcendere. Quod cum ille aliquamdiu reticens, ex lætitia inſueta vultuſque hilaritate,diſſimulare non poſſet;pulſatus precibus diu à Fratribus, tandem id quod vidiſſet magno cum gaudio enarravit, & de morte utrorumque, poſt aliquos dies id ita eſſe certa rei experientia compertũ eſt. In ipſo quoq; exequiarum die, dum corpus in Eccleſia S. Marci poſitum eſſet,acceſſit mulier quæ altero latere debilitato ac ſtupido diu manca fuerat; tactoq; ſancto corpore, antequam eccleſiã recederet, integritatem virium cepit. *b*

Demortui anima ad cælum migrare conſpicitur.

CAP. XIII *Contracta ſanatur ad contactum corporis:*

F

b

34 Sed antequam ad reliqua quæ volumus ſigna narrare accedamus, dicendum eſt,quali eum honore in ipſo funere Pius Romanus Pontifex honeſtare ac glorioſum reddere voluerit, qui tum forte in civitate Florentina aderat,& ad celebrandum id Concilium quod Diætam appellavit, Mantuam properavit. Primum igitur omnium, ſtatim poſt obitum Antonii, funus ipſum diligenter ac magnifice curari, *c* pro viri ac civitatis dignitate, mandavit; quamplureſque Epiſcopos alioſque Prælatos ad funus deducẽdum accedere,& omnem Archiepiſcopi defuncti familiam longis pulliſque veſtibus indui,ad quod etiam bona pars civium magneque auctoritatis viri honeſtandum acceſſerunt. Reverendiſſimus quoque Cardinalis S. Marci, de quo ſuperius mentionem fecimus, tum amicitia tum pietate commotus, in ipſa Cathedrali Eccleſia officio exequiarum adeſſe voluit. *d* Primum igitur ad eccleſiam majorem deductum, unde rite officio celebrato ad eccleſiam S. Marci & Conventum Prædicatorum veſperi, magnâ

CAP. XIV *quod ſplendidis exequiis à Pio* 2 *honeſtatum*

c

d

& ad cœnobium Prædicatorum delatum;

A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

populi ſubſequente multitudine, corpus tranſlatum: ſic enim ipſe teſtamento legaverat, ut juxta Fratres ſuos humi conderetur. Videres tum univerſam commotam civitatem, à majoribus uſque ad minores; & tam mares quam feminas, ad ſancti viri manus pedeſq; deoſculandos accedere; hinc gemitus, inde ſuſpiria; à multis lacrymæ, à nonnullis querulæ voces edebantur. Neque hoc tantum ipſa civitas fecit vicique in ſuburbiis poſiti; verum ex montibus undique deſcendentes, ac de remotis regionibus innumerabilis populus accedebat. Addiderat etiam ſummus Pontifex, maximum ejus viri ſanctitati teſtimonium, ut quicumque ad ſanctum corpus benedictaſque manus deoſculandas acceſſiſſet, ſeptem annos ſeptemq; quadragenas indulgentiæ ac culparum remiſſionis conſequeretur. Factumq; eſt ex nova ſemper ſupervenientis populi atque advenarum multitudine, ut ſanctum corpus in ipſa eccleſia aliquot dies videndum omnibus deoſculandumque neceſſario poneretur, nec niſi octava die poſt ejus obitum ſepulcro condi poſſet. Illudque ſane multa admiratione dignum eſt, tanto tempore reſervatum corpus exanime nullum tetrum odorem edidiſſe: quin potius mirabili ſemper fragrantia redolebat, videbaturque omnium judicio venuſtior lætiorque in mortuo facies quam fuerat in vivo. Inſuper manus pedeſque, nullo rigore contracti, nulloque maculati livore cernebantur: quod certe omnibus id cernentibus magnum ſanctitatis ſignum eſſe ducebatur. *e*

conceſſis venerantibus illud indulgentiis,

toto octiduo nil graveolens proflat.

B

e

CAP. XIV

35 Ad ſigna vero, quæ hactenus poſt ejus obitum viſa ſunt, non omnia tamen, enarranda accedamus. Sed ut paulo ante dixeramus, non ſunt etiam omnia pretermittenda: ne eam partem, quæ multis fortaſſe in eo nobiliſſima eſſe videatur, intactã relinquamus; utque etiam piis mentibus aliqua ex parte ſatisfactum eſſe videatur. Pauca igitur ex illis certiſſima perſtringemus; ſimulque cum ſingulis diebus nova ſemper addi videantur, aliis hoc munus copioſius abſolvendum relinquemus. Narravit mihi nuper vir quidam, Leonardus Antonii civis Reatinus, non ex infima plebe, ſe hujus ſancti viri meritis non tantum bonam valetudinem, verum, etiam incolumitatem ac vitam conſecutum. Nam cum ad balneas *f* Porrectæ profectus, in graviſſimam febrem incidiſſet, adeo ut jam de ſua ſalute diffideret; recordatus ſanctitatis Antonii Pontificis, facto voto ſtatim convaluit. Filiolum quoq; ſuum, qui de alto loco ad terram ceciderat, cum medici jam de ejus morte patri meditandum præciperent; magna cum fiducia pater ſancto viro Antonio natum unicum toto mentis affectu commendavit, & paulo poſt filium ſe habere incolumem intellexit. Hæc mihi Leonardus ipſe longiore narratione cum lacrymis recenſebat. In cujus rei teſtimonium ad ſepulcrum Antonii, magnã ſui, acfilioli parvam imaginem appoſuerat.

Quidam voto facto à periculoſa febri liberatur,

CAP. XV

f

alius ab inſtanti morte ex gravi lapſu,

C

CAP. XVI.

36 Accepimus etiam à fide dignis, mulierẽ quandam, hinc civem ac nobilem, cum in pariendo diutius laboraſſet, nec difficultati partus ullum remedium invenire poſſet; ſuppoſitis alligatiſque ejus ventri paucis admodum pilis, qui ex barba Antonii jam mortui abraſi conſervatique fuerant, illico partus facilitatem ac perfectionem conſecutam. Reverendiſſimus vero Cardinalis S. Sixti, vir magnæ ſcientiæ atq; auctoritatis, cum ætate ſimul ac morbo confectus, Senis ad civitatem Florentinam accederet, nuntiatuſque ei eſſet obitus Antonii; oculis ſimul ac mente ad cælum erectis, à ſancto viro magnum ſenſibiliter ægritudinis ſuæ ac corporis paſſionum levamen impetravit. Cumq; poſtea civitatem intraſſet, ad ſepulcrum Antonii ſupplex cum lacrymis in teſtimonium tantæ ſanctitatis acceſſit, ibique lampadem glorioſam accendi voluit. Quid Luiſius, qui fuerat Antonii domeſticus? nonne patrem ſuum Jacobum, qui ob infirmitatem ex amentia noctu domum exire & ſolus in tenebris civitatem circuire conſueverat, nec ab hoc morbo ulla medicorum cura biennio ſanari poterat; cum pro eo filius ſancto viro votum feciſſet, incolumem ac ſanum parentem recepit? quod mihi poſtea ipſe Luiſius proprio ore recenſuit.

Cardinalis S. Sixti à morbo,

CAP. XVII

D

CAP. XVIII

quidam à diuturna amentia,

37 Alius item adoleſcens, Nicolaus Sacchetus nomine, civis noſter, cum graviſſimo apoplexiæ morbo correptus eſſet, cumque de ejus vita penitus medici diffiderent, eo quod ultra viginti & quatuor horas inſenſibilis perduraret; contigit ut duo ex Fratribus Prædicatoribus, qui ad viſitandum infirmum acceſſerant, cum illum pene mortuum eſſe conſpexiſſent, reverſi domum, poſitis genibus ad ſepulcrum Antonii, oraverunt pro illo. Qui ſtatim ſequenti die, ſtupentibus omnibus, convaleſcere cœpit; ſicque non multo poſt incolumitati eſt reſtitutus. Poſſem alia multa ſigna hujuſmodi enarrare, quę prærermittenda cenſeo: pluris enim facienda judicamus quæ in ejus vita ac moribus vidimus, quæque ex ejus doctrina ac ſapientia bona naſcuntur, quæ ſuperius enarravimus, quam ipſa miracula.

CAP. XIX

alius ab apoplexia,

38 Quin etiam antequam ex hac vita decederet Antonius, non caruit ejus vita miraculis. Cum enim aliquot annis ante obitum, pro officio Paſtorali Suffraganei ſui Epiſcopi Piſtorienſis Diœceſim viſitaret (eſt enim Florentina civitas urbis Piſtorii Feſularumque metropolis) cumque ipſas quoque Alpes viſitando circumiret, pervenit ad officinam quamdã ferri fundendi *g*. Cumque ipſe una cum ſuis comitibus, videndæ novæ fabricæ deſiderio, officinam intraſſet; fertur quidam ex iis qui fabrili operi intenti erant, calore ignis ac labore fatigatus, cum eos intrantes officinam conſpiceret, idque moleſtè ferret, cœpiſſe perturbati animi verba ac blaſphemias proferre. Mirum eſt profecto quod fertur. Cœpit ſtatim ferrum congelari, adeo ut nullo igne, nullo labore, nullaque arte fundi poſſet, ſicque tota illa nocte perduravit. Sequenti mane officinæ magiſter, ſancto ut videtur ſpiritu afflatus, ad Antonium accedit; eumque ſummis precibus exorat, ut ad officinam accedens, ſuper illam ſignum Crucis ejuſque benedictionem infunderet. Quod cum feciſſet Antonius, motus viri precibus, ferrum, quod prius duriſſimum fuerat, ſtatim fundi cœpit. Hoc mihi ii qui cum ipſo Præſule præſentes fuerant, mox ut in patriam reverſus eſt, magna cum gratulatione retulerunt. In alia item viſitatione ſuæ Diœceſis, ejus ſcilicet partis, quæ eſt Bononiam verſus, quæ Mugellus nuncupatur; cum perveniſſet ad quamdam plebem, nuntiatumque eſſet ei Plebanum loci graviter ægrotare, acceſſit vir ſanctus ad lectum ægroti. Cumque ſuper eo quoddam Euangelium certaſque orationes perlegiſſet, paulo poſt Sacerdos, qui prius de ſalute ſua parum ſperabat, cœpit integerrimę valetudinis vires aſſumere. In qua re non dubitabant omnes qui adſtiterant, id Antonii orationibus impetratum fuiſſe.

Ferri fluxũ ex fornace propter blaſphemias, inhibitum,

CAP. XX

E

g

benedictione ſua reſtituit:

CAP. XXI

F

agroto valetudinem,

39 Illud ſane mihi profiteri licet quod in noſtra familia experimento didici. Cum enim alio item tempore eccleſias rurales viſitaret Antonius, & me alioque propinquo meo impetrante ad villam noſtram Caſtilionenſem *h* divertiſſet, ibique pernoctaſſet; cum ſequenti luce diſceſſum pararet, cœpi apud illum calamitatem noſtram deplorare, ex eo quod cum tres eſſemus in familia noſtra, ex quibus unus ſolummodo Danthes nomine uxorem eamque multis annis ſterilem haberet, brevi de extinctione antiquæ familiæ dubitari facile poterat; ſimulque benedictionem domui noſtræ, in auxilium ſuſcipiendæ prolis, ab eo dari petii atque impetravi. Factum eſt non multo poſt ut ea quæ

CAP. XXII

ſterili fœcunditatem impertit,

h

multos

A multos annos apud virum ſuum ſterilis fuerat, ipſo adhuc vivente Archiepiſcopo, primo feminam, reliquos mares omnes, eoſq; venuſtos cœperit filios procreare, continueq; in ſuſcipienda nova prole hactenus perſeverat *i*. In qua re ego benedictionem ſancti viri tantum valuiſſe non dubito, ut deſiderii noſtri compotes efficeremur. Hæc de ſignis, quæ partim in vita partim poſt obitum ejus viſa ſunt, cum multa alia ac pene infinita recenſeri poſſint, pro tempore dicta ſufficiant.

ANNOTATA.

a *Siquidem anno* 1459, *Paſcha celebratum fuerat* 25 *Martii.*

b *Idem, narratur in Summario miraculorum poſt mortem num.* 7: *& citato Franciſco additur*, cui concordat dictum Bernardi Stephani de Roſſellis ann. LXVII *in primo examine Teſtis* 56. Qui affirmat ſe vidiſſe plures, dum inſepultum corpus in eccleſia ſervaretur, euntes & redeuntes ad ſatisfaciendum votis, pro ſanitatibus inde receptis.

c Neque enim, *inquit Vita* 3, quidquam de eo ſtatuerat: tantum dum morbus ingraveſceret, ſi quid domi fuerat, dividi pauperibus imperaverat.

B d *Addit Vita* 2, *quod Cardinalis hic* multis lacrymis funus Antonii eſt proſecutus: cujus manus etiam ſæpius eſt devotiſſime deoſculatus, illaſque propriis lacrymis irrigavit. *In ſecundo examine Teſtis* 8, Marcus Joannis Marci de Stroziis, ann. LXXII, dicit, quod inter deoſculantes pedes defuncti, Cardinalis Venetus *(idem ſcilicet qui à titulo Card. S. Marci)* lacrymis rigavit pedes illius.

e *De ſepultura in Vita* 3 *ſic legitur*: Ut ardor ille currentium populorum paululum refrixit, ſepulcro tandem intulerunt. Ne vero ultimam illius voluntatem infringerent, qui teſtamento caverat, uti eodem conditorio in quo cœnobitæ clauderetur (id vero pro Chori foribus excavato antro, humili ac depreſſo loco, ſitum eſt) aliud Choro aſſidens, temporarium ac paulo eminentius extruxerunt: ita factum eſt ut voluntati ejus obviam non iretur, & ſanctitatis aliqua ratio ac dignitatis haberetur.

f Balnea Porettæ *in finibus Bononienſibus ad Rhenum fluvium viſuntur trans Apenninum.*

g *In* 1 *parte Summarii num.* 8 *vocatur*, Fabrica ſeu fucina ferri (*hanc autem tabulæ notant intra Apenninum in finibus Mutinenſibus trans Dardaniam fluvium*; *aut* Fabricas *pluraliter*, *in finibus Bononienſibus ad Briſmonem)*

C *& ſequentis miraculi referuntur plures teſtes ex auditu eorum qui viderunt: inter quos imprimis notandus* Nobilis Franciſcus Albizi civis Florentinus, ann. LXXXV, qui dicit hoc ex certa ſcientia; quia videlicet vidit librum editum à D. Baldouino de Baldouinis, ſocero dicti teſtis, qui fuerat Notarius Antonii & cum eodem in viſitatione præſens, dum fuit miraculum factum: & quod in eo libro inter alia plura miracula, ab ipſo D. Baldouino ſcripta de viſu & ab Antonio operata, hoc ipſum de fabrica fuerat ſcriptum: quem librum uxor ejuſdem teſtis, filia Baldouini præfati, commodato dedit Priori Bonſolazii Ciſtercienſis Ordinis, qui numquam reſtituit illum.

h *Plura hujus nominis loca ſunt in Hetruria & cognominibus diſtinguuntur; ut ſunt* Caſtiglione di Peſcia *Lucenſis diœceſis*, *&* Caſtiglione Aretino; Fiorentino, di Lunigiana, *&* di Valdorcia: *quod autem hic intelligitur in confinio Bononienſi, tabulæ vocant* Caſtiglione de Gatte, *vel* dei Gatti, *id eſt*, Catrorum.

i *In Summario præcitato num.* 15 *idem narratur*, *& dicitur mulieri nomen fuiſſe* Mariectæ, *ipſaque ſeptem omnino filios mares peperiſſe*, *quos feliciter educarit: ibidemque inter alios teſtes aſſignatur* Bernardus, filius Danthis ac Mariectæ, ann. LIX, qui habuit hoc ab eiſdem parentibus, & Nicolaus Junctæ, ann. LXX, qui novit omnes filios ac filiam Danthis & Mariectæ, atque etiam ipſum Danthem & D. Franciſcus Canonicum, à quibus idipſum audivit. A. FRANC. CASTILION DOMEST. EX MSS.

EPILOGUS.

30 NOn poſſum autem hujus tanti viri mortem atque abſentiam non ſummo mœrore ſummoque deſiderio proſequi. Dicitur B. Ambroſius, cum ei obitus cujuſdam optimi ac præſtantiſſimi viri nuntiatus eſſet, multis lacrymis faciem irrigare cœpiſſe. Cumque ille qui id nuntiaverat admiraretur, hominē graviſſimum in tantam, ut ita dixerim animi mollitiem flecti, ac cauſam tanti fletus perquireret, Non eſt, inquit Ambroſius, deflenda tanti viri carentia, qualem vix multa tempora producere conſueverunt? Merito igitur ejus obitum defleverunt omnes boni omneſque viri religioſi, qui frequentes ad eum accedentes conſulebant hominem in rebus dubiis, quibus, tamquam oraculum quoddam totius Italiæ, certiſſimas irreprobabileſque veritatis ſententias proferebat. Defleverunt eum non immerito pauperes Jeſu Chriſti, quibus patronus alter ac tamquam pius E pater extiterat. Tota denique civitas, velut publico luctu, ſanctum virum pioque deſiderio proſecuta eſt: inprimiſque optimi cives atque optimates, qui illum tamquam ſanctum virum non ſolum venerabantur atque colebant, verum etiam verebantur, maximam ſe in ejus morte feciſſe jacturam profitentur: tanta erat apud illos auctoritas ſancti viri. Illudque ſane inauditum ac multa admiratione dignum eſt, quod, dum ejus funus ad eccleſiam S. Marci deferretur, animadvertentibus cernebatur, ut enim dum viveret concurrebant univerſi viri ac mulieres ad locum, qua illum tranſeuntem intelligebant, ſubmiſſique in terram ac proni ſanctum Præſulem adorare conſueverant; ſic exanimi tum corpori ac feretro inclinati poſitiſque in terram genibus, non curantes etiam pluviam, quæ tunc forte ingruebat, omnes, non tantum cives, verum & advenæ, qui tum multi in noſtram civitatem propter præſentiam ſummi Pontificis advenerant, tamquam conſuetam ab eo benedi- *quo ad ſe-*
ctionem accepturi, conſuetam adorationem, licet *pulturam*
mortuo, humiliter ac devote præſtabant, magnum *alato omnes*
de ſua erga eum fide ac reverentia teſtimonium red- *veluti ad*
dentes, majorem de tali jactura luctum oſtendentes. *benedictio-*
Quis tantum calamitatem Chriſtiano populo infli- *ſe proſter-*
ctam non deploret? Quis tam præclarum juſtitiæ ac F *nunt.*
veritatis lumen extinctum non defleat. Vereor ego profecto ne poſt hac ſublato è medio tanto lumine in obſcuram tenebrarum caliginem atque in graviſſimas temporum rerumque omnium perturbationes protrahamur: cujus rei jam quædam magnarum calamitatem ſigna ſuboriri videntur. Totus fluctat orbis undique, Eccleſiæ vires labefactæ jam pluribus annis magno conatu contra impios hoſtes atque atrociſſimos infideles in caſſum hactenus laborarunt: Galli jam nonnullas Italiæ partes occuparunt, & ad majora accinguntur. Suſpenſi ſunt omnium populorum ac Principum animi; magna quædam lunæ ſoliſque eclipſes, brevi futuræ, ſignificare; majora his temporibus prophetiæ quædam minari videntur. Quem ſit res exitum habitura incertum eſt, utinam bene vertat! Amen.

Obitus S. Antonii ornatus lacrymis fuis.

A

ADDITIONES

Fr. Leonardi de Ser-Vbertis Ordinis Prædicatorum, intra annum decimum à Sancti obitu ſcriptæ.

Ex MS. bibliothecæ Conv. S. Marci Florentiæ.

PROLOGUS.

Vita & miraculis illuſtrat Antoninū,

1 SCitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum ſuum. Pſalmo IV. Dominus Deus ſervum ſuum Antonium, cognominatum Antoninum de Florentia, de Ordine Fratrum Prædicatorum, Archiepiſcopum Florentinum mirificavit, id eſt, mirabilem reddidit & oſtendit in conſpectu omnis populi. Mirabilis utique Antonius cunctis effectus eſt, tum propter juſtitiæ opera & ſuæ ſanctiſſimæ vitæ converſationem, tum propter miracula crebraque prodigia, in vita ejus coruſcantia pariter & in morte. Sed longe majora ſunt juſtitiæ opera quam ipſa miracula: unde

B & quilibet juſtus, propter bene actæ vitæ merita, mirabilis prædicatur; quamvis ſignorum oſtenſione non luceat. Qui enim viriliter reſiſtit deſideriis ſuis; qui ſpiritus deſideriorum malorum, hoſtes certe ferociſſimos, qui eum perſequuntur, expugnat; qui mundi oblectamenta, carnis incentiva, inteſtinaque bella, atque callidi inimici inſidias ſuperat; qui poſt aurum, mundi gloriam, ſuaſque concupiſcentias non ambulat; facit hic profecto mirabiles res, etiamſi nulla alia de eo miracula videantur. Sed qui cum ſanctitate vitæ etiam prodigiorum gratia fulget, hic certe mirabilis eſt, & hunc Deus gloria duplicata mirificat, in eoque Dei virtus magna apparet, qui juxta Pſalmiſtæ vocem in Sanctis ſuis mirabilis prædicatur. Antonius ergo noſter, quia utroque effulſit, magnus vocatur in regno cælorum. Scitote itaque, Fratres mei dilectiſſimi, quoniam non ipſe ſeipſum, nec eum alius, ſed ſolus Dominus Sanctum ſuum Antonium mirificavit, mirabilemque vitæ ſanctitate & ſignorum gloria demonſtravit.

ſic à Franc. Caſtilionenſi deſcriptus fuit,

2 Quia vero, ſicut in Pſalmo ſcribitur, Dominum in Sanctis ejus laudare jubemur; quod tunc efficimus, ſi eorum quos Dominus Sanctos fecit, geſta fortia divinaque prodigia prædicamus; non immerito Sanctorum vitas atq; miracula tanto ſtudio tantoque labore deſcripta comperimus. Quis enim dubitet totū

C ad laudē Domini pertinere, quidquid ſervis ſuis propter gloriā Dei, ſive calamo, ſine ore, ſine quovis opere fuerit impenſum. Sane B. Antonii Archiepiſcopi Florentini vitam celeberrimam, nonnullaque miracula, Franciſcus Caſtilionenſis Presbyter, vir litteris Græcis atque Latinis eruditiſſimus, & S. Theologiæ Profeſſor, luculento ſermone conſcripſit. Sed quia, ut ipſe in ejuſmodi opere atteſtatur, non omnes ſancti viri virtutes, non omnia laudum ejus preconia

ut multa aliis relicta ſint,

complectens, multa aliis de eodem ſanctiſſimo viro conſcribenda reliquit: ego quoque Fr. Leonardus Ser-Uberti de Florentia, minimus indignuſque Ordinis Prædicatorum, cupiens pro modulo meo offerre in templo Domini, ſi non aurum vel argentum, (quia non eſt mihi) ſi non coccum purpuramque aut byſſum, ſaltem caprarum pilos aut pelles arietum rubricatas, vel ſi quid eſt aliud noſtræ pauperrimæ facultatis Deo acceptum; quædam alia, quæ B. Antonius ſive in vita ſive poſt obitum geſſit, prout à fide dignis accepi, rudi ac ſimplici, ſed veraci ſtylo deſcribere ſtatui, ad laudem omnipotentis Dei & gloriam Sancti ſui legentiumque ſolatium atque ædificatio-

nem: reſervans tam hæc eadem quæ ipſe deſcribam, quam multa alia ac pene innumerabilia, quæ de ſancto Viro dici poſſent, alius majori facundia majorique gravitate & eloquentia deſcribenda. Exiſtimò enim neminem, quacumque ſapientia vel elegantia præditum, ſatis ſufficienter poſſe omnes Antonii virtutes & merita pro ſua dignitate enarrare. A. FR. LEONARDO. EX MSS.

3 Ego, inquit quidam Pater venerabilis, Fr. Santez Florentinus, in eo viro multo magis admiror ac ſtupeo, vitæ integritatem, animi conſtantiam, patientiam, manſuetudinem, benignitatem, vultus immutabilitatem, puramque & immaculatum ſemper converſationem, ac morum ac virtutum omnium luciditſſimum ſpectandumque exemplar, quam quæcumque alia miracula, quæ de illo poſſint referri. Fuit nempe dictus F. Santez ſancto viro Antonio valde familiaris, ac pro ſua bonitate multum ab eo dilectus, & propterea multa mirabilia in beato viro conſpexit, pluraque ab eo didicit virtutum ac morum & ſapientiæ preclariſſima ornamenta. Vox præterea omnium erat & eſt, quod poſt S. Zenobium, qui ſupra mille annos ante Antonium Florentinæ Urbis Epiſcopus exſtitit, non ſurrexit Paſtor qualis Antonius, ſanctus & rectus, doctus & prudens, ac Deum timens & diligens toto corde. *cum numquam ſatis laudari poſſit.*

E

4 de virtutibus igitur & immenſis laudibus tanti viri locuturus, qualiacumque oris & calami munera & obſequia, ſicuti conceſſerit Dominus, offeram in templo ſuo. Pretioſiora dona offerant ditiores, & unuſquiſque ſecundum donatam ſibi gratiam magnalia Dei prædicet in Sanctis ſuis, ceterum nulli mirum videatur, ſi rerum geſtarum ordinem in narratione non teneam, ut videlicet prius ea quę dum vixit operatus eſt, deinde quæ poſt obitum geſſit, & ex his item quę antea ſunt patrata, ſecundum ordinem temporum rerumque dignitatem, referantur: nam ea quę dicturus ſum, prout diebus ſingulis per veriſſima teſtimonia accipiam, narrare intendo. Singulis tamen capitulis hujus opuſculi ſingulas rubricas tituloſque apponam, ut facilius intuenti ſumma totius capituli ſtatim occurrat; & ea ipſa omnia quandoque valeant, ſi forte placuerint, in ſuo & temporis & dignitatis ordine collocari. Pro labore autem meo, ſi forte aliqua ex parte gratus exſtiterit, nihil aliud niſi B. Antonii interceſſiones & merita, legentium vero preces & orationes expoſco: ſi vero ſermo incultus forſitan fuerit oneroſus, ego pro omni errato veniam humiliter poſtulo. *Hujus ſupplementi ordo & diviſio.*

F

Vt more noſtro proſequamur diſtinctionem Capitum, veteris partitionis titulos hic habe.

I Qualiter B. Antonius, adhuc puerulus, inſtanter orando, petiit ſibi donari gratiam ſanctiſſimæ virginitatis.

II De Bonis moribus & ſancta converſatione ipſius, & qualiter conſcientiæ ſimul & famæ ac boni nominis diligentiſſimus extitit obſervator.

III Qualiter B. Antonius virginitatem ſuam ab omni vel leviſſimæ ſuſpicionis macula integram cuſtodivit.

IV De muliere mirabiliter liberata à quadam magna ſpirituali tentatione meritis B. Antonii adhuc viventis; quamvis præfata mulier numquam illum fuerit allocuta, ſed ſolum in ſpiritu ſe ejus ſanctitati commendarit.

V De quodam cive Florentino, liberato à quadam magna tentatione, meritis B. Antonii jam defuncti.

VI De Fratre quodam Ordinis Prædicatorum, qui impugnabatur à ſpititu fornicationis, per merita B. Antonii liberato.

VII De viſione mirabili, oſtendente gloriam B. Antonii,

A tonii, quæ apparuit cuidam devotæ feminæ in hora tranſitus ejus.

VIII De muliere membris omnibus contracta, cujus facies tota intumuerat, liberata ad contactum tunicæ B. Antonii in oppido Fabriano.

IX De quodam cive Florentino, pro una ſua filia maritanda magnifice exaudito.

X De quodam cive Florentino, liberato ad tumulum B. Antonii à tumore veſicæ & deſcenſu inteſtinorum.

XI Qualiter D. Jacobus de Mannellis, in Canonicatu Cathedralis eccleſiæ Florentinæ, ſibi in Romana Curia petito, multum vexatus; à B. Antonio, cui ſe vovit, eſt repente adjutus.

XII De famulo cujuſdam Cardinalis, letaliter vulnerato, & ſanato meritis B. Antonii.

XIII De muliere ſterili per octodecim annos, quæ facto voto ad B. Antonium genuit filios & filias.

XIV De quodam Tabellione, liberato à febre, de qua fuerat pene à medicis deſperatus.

XV De quodam Converſo Ordinis Prædicatorum, liberato à dolore ſimul & obcæcatione oculi dextri.

XVI De Fr. Mariano de Firmo Ord. Præd. libérato à febre & ab infirmitate, de qua fuerat à medicis
B deſperatus.

XVII De quodam Fratre Ord. Præd. quem B. Antonius à grandi dolore dentium liberavit.

CAPUT I.

Virginitas illibata, ſancta converſatio, aliæque virtutes S. Antonii.

Pie educatus puer,

5 BEatus igitur Antonius, Florentina Urbe oriundus, patrem habuit Notarium Nicolaum Pierozzi, matrem vero Thomaſiam nomine, parentes utique honeſtis moribus & religioſa converſatione fulgentes: qui filium ſuum multa diligentia nutrierunt, eumque ab infantia docuerunt timere Deum, & cavere ab omni peccato. Ipſe vero paternarum monitionum non ſurdus auditor, cœpit eſſe puer ingenioſus, utpote qui ſortitus fuerat animam bonam. Hic in ipſa ſua pueritia mirabili quadam gravitate & multa morum honeſtate reſplendens, ſuper omnia orationi ultra quam credi poſſet erat intenLuc. 18, 1 tus. Jam enim illud euangelicum, quomodo oportet ſemper orare & non deficere, intenta cordis aure percipiens, non ceſſabat à Domino petere, ut dirigeJoan. 15, 5 ret greſſus ſuos. Intraverat jam in cor tenelli pueri
C illud quod veritas dicit, Sine me nihil poteſtis facere. Propterea puer Dei Dominum ſuum puris precibus exorabat, ut eum doceret facere voluntatem ſuam.

virginitatis donum petit,

6 Quanta vero in ſancta oratione Domino inſpirante didicerit, vel ex hoc conjici poteſt, quod virtutum omnium reginam, ſanctam videlicet & immaculatam virginitatem, inter cetera obnixius dicitur poſtulaſſe. Quis enim tam teneram mentem tantilli pueri ad amorem ſanctiſſimæ caſtitatis tam vehementer creditur inflammaſſe, ut eam ſuper omnia ſibi donari expoſceret, niſi Rex ipſe Virginum, caſtitatis amator Dominus Jeſus Chriſtus, quem purus puer tam aſſidue exorabat? In eccleſia igitur S. Michaelis in Horto, ad quamdam imaginem Crucifixi,
a B. Antonius, ſingulis diebus diutius a orare conſueverat; ita ut propter ſuam in orando perſeverantiam multos verteret in ſtuporem; ibique inter cetera hoc fertur à Domino Jeſu Chriſto inſtantius poſtulaſſe,

impetrat,

ut ſcilicet perpetuam mentis & corporis virginitatem ſibi concedere dignaretur, dicens cum Pſalmiſta, Fiat,
Pſal. 118, 80 Dñe, cor meum & corpus meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar. Quam pu- A. FR. LEOram Deoque acceptiſſimam petitionem, ſicut poſtea NARDO. rei probavit eventus, gratia ſibi divina conceſſit: li- EX MSS. benter enim annuit Dominus talibus precibus. Virgo igitur immaculatus & purus B. Antonius uſque in finem perduraſſe narratur.

& in mortis articulo gratias de eo agit:

7 Hujus etiam conſervatæ virginitatis indicium fuiſſe videtur, quod dum in extremo eſſet mortis articulo conſtitutus, ita ut vix ejus vox à circumſtantibus audiretur, ſæpius in ejus ore reſonabant repetita hæc verba; Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio. Quamvis enim ad B. Mariam Virginem, cui ſemper devotiſſimus extitit Antonius, poſſint illa verba referri; tamen non incongrue creditur, quod ipſe ſanctiſſimam virginitatis integritatem laudans, agebat gratias Deo, omnis caſtitatis datori, ipſique virginitatis virtuti, qua in ſe per Dei gratiam inviolabiliter cuſtodita, cognoſcebat ſe ceterarum quoque virtutum cuſtodiam obtinuiſſe, ſimulque vitiorum omnium habuiſſe victoriam. Noverat profecto electus Dei puer Antonius, magni apud Deum meriti cognatamque Angelis eſſe virginitatem. Inſpiraverat Altiſſimus ſervuli ſui mentem, quæ mox fuerat futura omnium chariſmatum receptaculum, quoniam non niſi caſte viventes templum E ſunt Spiritus ſancti. Et ob id ipſam mentis & corporis puritatem puer Domini tantopere cupiebat, propterea etiam de tam grandi virtute uſque in finem ſervata exultans in morte, crebro dicebat, Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio: ſciebat enim quod donata eſt illi innumerabilis honeſtas per manus illius.

omnibuſque ornatus virtutibus Ambr. l. 2 de Virgin.

8 Jam vero nunc vellem facundus eſſe, ut clariſſimos mores, ſanctamque converſationem, omnemque vitam lucidam B. Antonii proloqui poſſem. In eo namque, ut verbis utar S. Ambroſii, tamquam in imagine videbatur imprimis ipſa virginitas, omniſque ſanctiſſimæ vitæ integritas. De ejus ſiquidem vita & converſatione, velut de ſpeculo quodam, fulgebat ſpecies caſtitatis & cunctarum forma virtutum: hinc ſumi poſſunt exempla vivendi. In vita Antonii, tamquam in exemplari, magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeamus oſtendunt. Virgo erat, non ſolum corpore, ſed etiam mente, qui nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſcribendique ſtudioſior, memoria præſtans: non in incerto divitiarum, ſed in ſancta humilitate & prece pauperis ſpem reponens: intentus lectioni & operi, verecundus ſermone; arbitrum mentis ſolitus, non ho- F minem, ſed Deum quærere; providere tamen bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus: non lædere reos, bene velle ac bene facere omnibus: obedire prælatis, aſſurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, omnibus ſe ex humilitate ſubjicere, fugere jactantiam, rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſte vel vultu aliquem læſit? quando faſtidivit humilem? quando riſit debilem? quando vitavit inopem? Nihil torvum in oculis aut curioſum, nihil in verbis procax, nihil in actu aliquando fuit inverecundum: ut ipſa ſpecies corporis & morum ornatus, ſimulacrum fuerit mentis figuraque probitatis: bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci. Nihil intus tenebrarum in anima latebat Antonii, ita ut mens ejus nullis repagulis corporalibus, nullis vitiorum umbraculis impedita, tamquam lucernæ lux intus poſita, foris facile cunctis luceret.

9 Quid exequar ciborum parcimoniam, officiorum redundantiam, tolerantiamque laborum? alterum enim ultra naturam ſuperfuiſſe, alterum vero, id

eſt

A. FR. LEONARDO. EX MSS.

est parcitatem ciborum, penitus ipsi naturæ defuisse videtur. Hinc Antonius semper erat operosus, illinc continuata jejunia sanctissimum corpusculum macerabant: cibus ejus erat talis qui mortem arceret, non delicias ministraret: nulla illi unquam fuit cura de escis, sciens quod dicit Apostolus in 1 epistola ad Corinthios cap. VI, Esca ventri & venter escis, Deus autem hunc & illam destruet. Proinde quid in potum cibumque sumptum esset Antonius, non ante noverat, quam sibi foret appositum. Ita etiam omnem edendi bibendique solicitudinem, omnem escarum delectationem projecerat, ut plerumque epulas appositas non discerneret, & unum pro alio sumeret: sicut & de S. Bernardo legimus, qui sagimen crudum, per errorem sibi oblatum, pro butyro multis diebus noscitur comedisse; & oleum bibisse, tamquam aquam. Nam cum propter ejus debilitatem crebrosque languores aliquando carnes comedere cogeretur Antonius, perdices appositas non cognovit, quia numquam tam pretiosas aves, utpote cibos delicatos & regios, vir sanctus sumere consensisset. Sed [comedit] quia ministri, perdices, quas sibi ad sublevandam suam debilitatem apponebant, cornices aves vilissimas esse dicebant. In qua re duplex ejus virtus sanctitatis apparet: prima est victus sui austeritas, quando in ipsa quoque infirmitatis necessitate cultiores escas vitabat: secunda vero est ejus admiranda simplicitas, & nulla prorsus cibi sui potusque solicitudo, uando cornices à perdicibus non discernebat.

& vilioribus sic assuetus ut delicatiora non discerneret,

B

b Hæc & his similia multa de viri simplicitate ac bonitate retulit mihi vir religiosus Fr. Andreas de Fabriano Conversus nostri Ordinis Prædicatorum, qui socius ejus multo tempore fuit usque ad mortem suam: qui est etiam consecutus à sancto viro post ejus decessum in suis parentibus miraculosum beneficium, quod infra narrabitur.

10 Quid de somno referam & quiete Antonii? Dormire illi non prius cupiditas, quam necessitas fuit. *c* Sacras vigilias supra modum amabat Antonius, primusque semper inter Fratres solitus erat surgere ad Matutinas, implens Davidicum illud, Media nocte surgebam ad confitendum tibi: & item illud, Castigatio mea in matutinis. Post Matutinas vero non redibat vir sanctus ad quietem corporis, nec lassis membris indulgebat, quibus etiam multa necessaria subtrahebat: sed aut lectioni, aut orationi, vel suorum librorum compositioni vacabat: Fratrum insuper consolationi & consiliis, eorumque exhortationibus & confessionibus insistebat. Si quando tamen somnus illum imminens oppressisset, non in lecto corporalis quietis debile corpusculum deponebat: sed residens in loco ubi orabat aut legebat sive scribebat, elevata sursum ad cælum, quo semper erat intentus, facie sua, paululum quiescebat. Et tamen, cum quiesceret corpus, vigilabat animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetebat, aut somno interrupto continuabat, aut disposita gerebat, aut gerenda prænuntiabat.

b

brevis quoque somni erat:

C

11 Quid de ejus humilitate dicam? quid ejus mansuetudinem exequar? Hic namque cum apud omnes venerabilis atque gloriosus pro sua sanctitate existeret, apud semetipsum pro sua humilitate incredibili vilescebat; memor illius sententiæ quæ scribitur in libro Ecclesiastici cap. III, Quanto major es humilia te in omnibus; & ejus item quæ scripta est ibidem cap. 7, Humilia valde spiritum tuum. Hic Dei amicus sibi semper humilis, aliis vero judex æquissimus, sed mitissimus nihilominus fuit. Hic ex humilitate sibi durus & rigidus, aliis ex mansuetudine largus extitit, patiens & benignus: gerebat enim semper in pectore illam Salvatoris nostri sententiam Matthæi XI, Discite à me quia mitis sum & humilis corde *d*. Mitis in moribus, ut neminem lædam, omnibus benefaciam: humilis autem in mente, ut neminē judicē neminē condemnē. Mitis ergo & humilis erat Antonius: quia virtutes quas exterius ejus mansuetudo clamabat, interius ejus humilitas peramplius possidebat. Longum nimis esset hujus viri omnia virtutū præconia enarrare: sed de moribus ejus & laudibus hæc in generali sic breviter decursa sufficiant: nunc aliqua particularius exprimamus.

& mire humilis.

D

d

12 Noverat vir Dei teneram & lubricam esse castitatis opinionem, facileque aut amitti aut maculari, nisi virginum pudor ab omni specie mala abstineat se. Quia enim pauci sunt qui carnis continentiam servent, pauciores vero qui cum carne etiam mentem teneant mundam; ex levissima suspicione ipsi incontinentes de aliorum continentia incipiunt titubare. Propterea fugiebat Antonius omnia suspecta consortia: pudica mens ejus pudicos servabat oculos, pudicos sermones, pudicosque gestus omnes & mores. Ait ipse in quadam sua epistola, posteaquam factus est Episcopus, ad Fr. Laurentium de Ripa-fracta: Ego, inquit, in familia nostra nullum habeo puerum vel adolescentulum: sed omnes excedunt XXV annum, & sunt Sacerdotes, uno excepto qui Diaconus est: & multo magis famuli laici ab adolescentia recedunt: nec hic conversantur pueri, nisi qui veniunt cum patronis suis Presbyteris, habentibus diversas causas, vel portantes litteras à mercatoribus vel magistris. Ego nec cum pueris, nec cum mulieribus loquor, nisi in locis publicis, videntibus cunctis. Sunt multa in eadem epistola digna memoria, quæ omnia brevitatis causa omitto: spero tamen, si permiserit Deus, & hanc & nonnullas alias ejus epistolas aliaque opuscula in unum *e*, sicut potero, coarctare volumen. Interim hæc pauca sumpta sufficiant ad propositum præsentis negotii.

à familia sua excludit pueros & mulieres,

E

e

13 Videant ergo minus perfecti & infirmi, quanta custodia servanda sit castitas; quando vir Dei, de quo nulla jam vel levis poterat esse suspicio (utpote qui, dum adhuc viveret, Sanctus, sicuti erat, appellabatur & credebatur) tanta vigilantia domum suam, tanta diligentia virginitatis suæ odorem suavissimum conservabat; ita ut nec bonus nec malus quisque de purissimo viro impurum posset aliquid suspicari. Providebat enim Dei servus, juxta sententiam Pauli ad Romanos cap. XII, bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Oportet enim Sanctos & ab his qui foris sunt testimonium habere bonum, sicut dicit Apostolus in 1 epistola ad Timotheum cap. III. Sic B. Nicolaus mulierum consortia ab ipso juventutis suæ tempore semper exhorruit: sed ex quo factus est Episcopus, quasi quamdam pestem fugiebat, ne videlicet tantæ dignitati aliquam malę opinionis maculam inferret. Beatissimus Pater noster Augustinus etiam sororis familiaritatem vitabat, indignum ducens ut Episcopus implicaretur colloquiis feminarum.

ne quam de se suspicionem mali præberet.

F

14 Quid dicam de B. Dominico Patre nostro, qui ad mortem veniens, Fratres suos præcipue ad castitatis custodiam hortabatur: ajebat enim, decere virum euangelicum; qualem suus Ordo instituit & requirit, etsi [conveniat] omnium virtutum floribus esse ornatum; tamen virginitatis odore etiam in hominum opinione præcipue redolere oportere. Sic, inquiens vir sanctus, magis erit prædicatio fructuosa, si Fratres mei, quos ad prædicandum specialiter deputo, illius summi prædicatoris Domini nostri Jesu Christi puritatem puritatisque famam imitari conentur, quem numquam adversarii sui Judæi ausi sunt de aliqua suspecta familiaritate notare. Sanctus etiam Doctor Thomas Aquinas, postquam superata illa terribili tentatione ab Angelis est visibiliter ac sensi-

in hoc secutus exempla Sanctorum.

A ſenſibiliter perpetuæ caſtitatis cingulo communitus, maxime cœpit vitare conſortia feminarum : dicebatque, non decere virum Deo dicatum diu manere cum mulieribus ad loquendum ; quin potius mirabatur, quomodo religioſus, quem ſemper oportet eſſe in his quæ Dei ſunt, poſſet cum feminis, niſi de valde neceſſariis & multum utilibus, fabulari; quamvis & hoc ipſum utile & neceſſarium breviori ſit ſermone ſolvendum.

ANNOTATA.

a Bernardus de Martinis, civis Florentinus, ann. LXXV, *in 2 exam. teſtis* 10, dicit, audiſſe à D. Agnolecta de Ghibertis, nobili Matrona Florentina, quod cum puer eſſet Antonius, ante ingreſſum Religionis, ſingulis diebus mane, in eccleſia S. Michaelis de Orto, in civitate Florentiæ, per unam horam, genibus flexis orabat ante Crucifixi figuram : quod ipſa D. Agnolecta habuit ab avia ipſius Archiepiſcopi, prædicta ſciente.

b *His adde* 1, *quod* Joannes Miniatis Chriſtophori de Florentia, *in* 1 *exam. Teſtis* 15, ann. LXXIV, dicit quod doluit dum ſibi procurator appoſuit perdicem unam, affirmans totam familiam unius pauperis ea
B impenſa uno die potuiſſe ſuſtentari. 11, *quod Teſtis* 43 *in* 2 *exam.* Ser-Joannes Attavantis de Vincentiis, civis Florentinus & Notarius publicus, addit ; quod dum eſſet infirmus Antonius, & à nobili muliere perdix præparata fuiſſet pretii ſolidorum ſex, remiſit eam Antonius, dicens, tanti valentis pretium demptum fuiſſe pauperibus plus eo egentibus.

c *In eodem* 2 *Exam. Teſtis* 23, Marcus olim Joannis Marci de Florentia, ann. LXXVI, dicit, ſe tetigiſſe lectum ipſius, & quod neque culcitram neque lintea teneret.

d *Id ſi factum & alicubi adhuc extat ejuſmodi collectio, injuriam publico faciunt, qui theſaurum illum abditum premunt ; cum ſanctorum virorum ſpiritus nuſquam magis puriuſque appareat quam in epiſtolis, animi ſenſa intima potius quam ſtudio efformatos conceptus exprimentibus.*

CAPUT II.

Tentationes per merita B. Antonii diſpulſæ : morientis gloria revelata.

16 ADhuc vivente B. Antonio hoc ſtupendum contigit miraculum, quod narratur. Fuit in
C civitate Florentia quædam devota & bona mulier de *Mulieri ſibi numquam locuta præ reverentia* Pœnitentia B. Dominici, quæ virum Dei Antonium magno venerabatur affectu, tantaque eum devotione proſequebatur, quod ubicumque illum fore aut quacumque tranſiturum exaudiſſet, continuo accurreret, ut illius benedictionem poſitis gemibus, ſicut & ceteri, recipere mereretur : ſeque beatam atque ab omni periculo tutam eſſe exiſtimabat illa die, qua à ſancto viro benedictionem accepiſſet. Erat enim mirabilis devotio univerſi populi ad quærendum ab illo benedici : omnes namque, quacumque illum tranſire rumor ante clamaſſet, currebant protinus, ſenes & parvuli, nobiles & plebei, laborantes & otioſi, viri & mulieres : & flexis genibus inclinatiſque cervicibus benedictionem ſancti Præſulis expectabant. Quamvis autem tantum illi eſſet affecta, numquam tamen, præ quadam reverentia ac etiam pudore femineo, locuta eſt ſecum : ſed ſolum ejus præſentiam, tamquam Angelum Dei, delectabatur aſpicere.

16 Hæc igitur devota mulier vexari cœpit magna quadam & periculoſa tentatione ac impugnatione ſpiritali, quæ eam diaboli factione pene in deſperationem adduceret. Caſta & mitis erat hæc mulier, & multis ornata virtutibus : & tamen tantis impugnata tentationibus, & una præcipue ceteris duriore, quod qualiter evaderet neſciebat. Cœpit igitur in ſpiritu ſe ſancto viro Antonio devotius commendare ; quamquam, ſicut præmiſimus, nihil unquam de hac vel alia re loqueretur eidem. Denique factum eſt ut non multo poſt ab Antonio plenius audiretur ac liberaretur, viſione quadam imaginaria ſibi hujuſcemodi apparente. Videbatur ſiquidem dictæ mulieri, quod in Cathedrali eccleſia Florentina, quæ S. Maria del Fiore ſive etiam S. Reparata nuncupatur, vir Dei adeſſet, magna populi frequentia conſtipatus : in quem intenta aſpiciens, benedictionem more ſolito exſpectabat. Tum ille, qui nedum feminam, ſed nec virum aſpicere pro ſua modeſtia ſolitus erat ; intendens in eam, nimio certe dolore afflictam, extenta manu ut ad ſe accederet annuebat. Illa vero tum ex verecundia, tum etiam quia, cum plena eſſet eccleſia, non magis illam Epiſcopus quam alium vel aliam quamlibet vocare nutibus videbatur, Sancto appropinquare non audebat. Sed vir Dei iterum atque iterum in eam intendens, ut ad ſe veniret clarius annuebat.

A. FR. LEONARDO. EX MSS.

graviterque tentata,

in ſomno apparens,

17 Tunc illa, ſumpta fiducia, per medios populos ad Sanctum accedit : & ille aliquantulum declinata turba, quaſi ſecretius locuturus, eamdem mulierem de multis admonuit & inſtruxit : & ſibi aperuit & revelavit, quidquid in ejus conſcientia erat, & quidquid illa in corde verſabat, præſertim ſuper illa ſua tribulatione, quam patiebatur : dixitque illi, Vade & Confeſſori tuo talem & talem rem aperi, & ultra non timeas diaboli tentamenta nec dolos. Adiecitque, Vade illuc ad illam parvulam teneſtram ſeu foramen, & cyathum qui ibi plenus eſt accipe, & bibe, & liberaberis ab omni tentatione ac deſperatione quam pateris. Quæ accepta Epiſcopali benedictione, cum acceſſiſſet ad locum, & cyathum plenum amariſſima potione conſpiceret ; primum illam aſſumere durum ſibi videbatur ; demum juſſis Præſulis parere volens, cum vellet bibere medicinam, cyathus è manibus ejus ad pedes dilabitur, & fractus rumore ſuo mulierem excitat dormientem. Illa vero ad ſe reverſa, mirari cœpit ſuper hujuſcemodi viſione ; præcipue ſuper eo quod vir ſanctus illi indicaverat omnia quæ habebat illa in corde : magis autem ſtupebat, quomodo tam ſubito omnis illa ſua tentatio abſceſſiſſet. Nam è ſomno ſurgens, ſenſit ſe protinus ab omni ſcrupulo & impugnatione mirabiliter liberatam. Juſſa vero ac monita ſancti Paſtoris, quæ ſibi in viſione dederat, devote & fideliter implens, in magna pectoris pace ac animi tranquillitate remanſit ; gratias agens Deo & ſancto ſuo Antonio, qui tam excelſi meriti fuit, ut adhuc vivens cordis ſui videret occulta, & tam citum tamque ſalubre poſſet præſtare remedium.

eique bene conſulere viſus,

E

ſerenitatem mentis reſtituit.

F

18 Aliud audivi miraculum, ex ore proprio ejus qui recepit à Sancto ſubſidium : quod miraculum, ſicut & illud quod paulo ante narravi, mihi videtur miraculorum maximum : quia menti non corpori præſtitit ſanitatem, quod ſolius Dei proprium eſſe videtur, vel illorum qui ſibi maxima familiaritate junguntur. Civis namque quidam Florentinus, Sandrus Pagagnottus nomine, qui pro ſua prudentia ac fidelitate domus omnis Petri Franciſci Laurentii de Medicis œconomus extitit, & nunc quoque omnem ejus ſubſtantiam adminiſtrat atque diſpenſat, cœpit circa annum Domini MCCCCLXV tanta mentis perturbatione, tanta dæmonis impugnatione vexari, ut pene rueret in deſperationem. Cogebatur ſiquidem vehementer, diabolo inſtigante, ea agere quæ animæ & corpori magnum eſſent paritura diſpendium : atque ad ea perductus eſt, ut neque

Item civi honorato

ac pene ad deſperationem acto,

A.FR.LEONARDO. EX MSS.

tanti mali perpetrationem poſſet ſatis evadere, neque quid pro conſilio ageret in re tam periculoſa occurreret. Perdurat in hac anguſtia menſibus circiter ſex, nec ulla inveniuntur remedia vel conſilia: & jam prope erat ut in eventum cadat, quo fiat vir prudens & bonus cunctis irriſio & opprobrium; & quod his omnibus gravius eſt, ruina & inſanabile ferme ſcandalum ſibi ipſi.

devote invocatus.

19 Denique dum quadam die iret eques in villam quæ vulgo dicitur Mugello, & ea tribulatione ſolito gravius premeretur; cœpit ſic equitando, præ nimia anguſtia ſpiritus, ſe devote & ex toto corde commendare B. Antonio; rogans ut illum dignaretur de tanto ac tali periculo ſuis meritis & precibus liberare. Mirum dictu! Paululum progrediens, ſenſit continuo tantam mentis tranquillitatem, quantam numquam antea ſit expertus: & occurrente ſibi, ob merita viri ſancti, remedio ſalutari, omnis illa tribulatio omneque periculum penitus diſceſſerunt. Ex quo multum admirans, de tam celeri tamque ſalubri ſubſidio, Deo & B. Antonio gratias referens immortales, etiam reddidit vota ſua, mihique hæc omnia poſtmodum de anno Domini MCCCCLXVI, die XXVII menſis Aprilis, lætus pariter &
B admirans, per ordinem enarravit.

Religioſo quoque ſeni,

20 Religioſus quidam, valde devotus B. Antonii, gravi cœpit carnis ſordidarumque cogitationum impugnatione vexari; idque mirum videbatur, quod in homine jam provectæ ætatis tanta libidinum incendia pullularent. Agebat ille non ſegniter adverſus teterrimm fœtidiſſimumque hoſtem ſed ipſe magis magiſque ardentis concupiſcentiæ flammas contra Chriſti athletam excitabat. Demum vir bonus, nimia anxietate permotus, magnaque repletus amaritudine, ad Jeſu jacebat pedes: & ne in turpem illam tentationem induceretur, humiliter precabatur. Denique cum parum proficeret, adverſario ſuo nimirum contra eum fortiter dimicante; ea qua potuit devotione & fide, ſe B. Antonio commendavit, poſtulans à tanto æſtu refrigerium ſalutare. O mirum ſtupendumque miraculum! Senſit ille continuo auxilium, paulatimque turpis illa tentatio, Domino concedente & B. Antonio intercedente, ceſſavit. Hoc autem contigit circa annum Domini MCCCCLXVIII, Religioſo eodem, qui tale promeruerat beneficium, mihi cum gaudio revelante: qui quidem Religioſus, ob dictam cauſam ac propter alias gratias quas à ſancto Viro recepit, ipſum B. Antonium magna devotione veneratur.
C

graves carnis ſtimulos eximit.

Ipſa qua moritur hora,

21 Eadem die eademque hora qua S. Antonius migravit à corpore, videlicet 11 die menſis Maji, anno Domini MCCCCLIX, in crepuſculo diei, in Vigilia Aſcenſionis D.N. Jeſu Chriſti, quædam devota mulier de pœnitentia S. Dominici, de qua jam fecimus mentionem, de ipſius B. Antonii tranſitu & gloria viſionem habuit hujuſcemodi. Erat præfata mulier in ſua domo quieſcens in ſtratu ſuo, die & hora jam dicta; habebatque ſecum matronam quamdam ſeniorem, quaſi cuſtodem juventutis ſuæ, præcipueque cum ad eccleſiam vel alias foris procederet ſociam: neque enim ſine comite prodire domo ſciebat, propter teneram famam pudoris. Hæc igitur anus, dum appropinquare cerneret auroram, juvenculam à ſomno excitat, ut dictis eorum Matutinis laudibus, poſtea cum dies clarior illuxiſſet, ad eccleſiam pergerent: Surge, inquit, quoniam prope eſt jam dies. Expergefacta illa ſurgere cœpit à lecto; ſed ſomno oppreſſa (erant enim oculi ejus gravati) pauliſper inclinata ſuper ſtratum ſuum, iterum requievit, non tamen plene dormiens, neque aperte vigilans. Et ecce ſubito facta eſt ſuper eam manus Domini, & ſic inter ſomnum & vigiliam vidit cælos apertos, & Jeſum Chriſtum ſe- D
dentem ſuper ſolium excelſum & elevatum nimis, circumdatum immenſa gloria innumeriſque Sanctorum & Angelorum millibus circum ſeptum, & plena erat omnis terra majeſtate ejus, & vidit arcana Dei quæ non licet homini loqui.

oſtenditur juxta SS. Dominicum & Thomam

22 Tunc illa, hujuſcemodi viſionem cum gaudio admirans, convertit oculos ut videret Sanctos ſui Ordinis, videlicet Fratrum Prædicatorum: & ecce vidit innumeram multitudinem Fratrum dicti Ordinis, quorum ſinguli pro ſuis meritis diverſa claritate fulgebant. Inter reliquos autem conſpexit inclytum Patriarcham S. Dominicum, in pulcherrima atque ornatiſſima manſione; & juxta eum vidit glorioſum Doctorem S. Thomam de Aquino, immenſa claritate decorum, uno Angelo medio inter utrumque: penes vero Thomam aſpexit tabernaculum pulcherrimum & manſionem ornatiſſimam vacuam, uno etiam Angelo medio inter S. Thomam & ſedem vacantem. Cumque mulier tam *præparatus locus* ſuavi viſione paſceretur, ecce unus de miniſtris Regis æterni, cum baculo ſive virga aurea, ſicut portare ſolent miniſtri Papæ hodiernis temporibus, cœpit annuere circumſtantibus voce & geſtibus, ut locum venienti darent: videbaturque ſibi, quod E
inter alia diceret hæc verba, tranſiens per eam quæ aſtabat mediam multitudinem, Fate largo, Fate largo: hoc eſt, Cedite, cedite: date locum. Ipſa autem mulier, ut illi apparebat in viſione, erat in paradiſo, in loco inferiori, ſuper pavimentum ſtratum tapetis & pulcherrimis pannis; ibique ſedens cum innumera multitudine Jeſum in decore ſuo læta aſpiciebat: majores autem Sancti juxta ipſum Regem gloriæ, in gradibus & locis eminentioribus, collocati erant ſinguli in ordine ſuo.

in quem introducendus Antonius.

23 Cumque Angelus ille miniſter Domini ſolicite ageret ut locus daretur venienti; mulier, cum juxta eam ille tranſiret, ſecum audacter loquitur, interrogans eum & dicens, Quidnam eſt hoc? cur ut locum cedamus tanta celeritate, jubes? En, inquit, B. Antonius Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopus Florentinus, modo ſeculum hoc triſte relinquens, cælum ingreſſurus eſt, locandus in ſede ſibi diſpoſita, & paratam ſibi in domo Dei patris manſionem, pro ſuis laboribus & meritis, accepturus. Vix Angelus verba finierat, cum jam jam omnes cum gaudio Antonium expectarent. Et ecce matrona illa, moræ impatiens, juniorem ſociam ſuam iterum vocans, excitavit eam, F
& continuo viſio illa diſparuit. Mulier vero nimium dolens, quia finem tam admirabilis viſionis videre nō meruit, ſimile quiddam reſpondiſſe fertur, ſicut B. Ambroſius, qui in Miſſa obdormiens ad exequias rapitur B. Martini, ſed excitantibus eum Clericis ſuis finem funeralis officii explere non potuit. Notavit ergo mulier tempus, & invenit quod eadem die & hora R.P. Antonius migravit ad Chriſtum. Unde quis dubitet virginem ac doctum Antonium, juxta Virginem & Doctorem Thomam eſſe locatum in cælis, cujus doctrinam & vitam eſt imitatus in terris.

CAPUT III.

Varia beneficia, mortui Antonii invocatione impetrata

pia mulieri dormienti,

Toto vultu tumens

24 POſt mortem Viri paucis exactis menſibus, contigit hoc quod narro miraculum. Quędam mulier de Fabriano, inſigni oppido Marchiæ Anconitanæ, ita totius capitis ac faciei tumore cœpit ægrotare, ut in fronte ejus vix poſſent oculorū formæ diſcerni: tumulus enim quidā caput ejus & facies videbātur, ac per hoc nihil pene videbat. Cumq; hoc morbo diutius laboraſſet, addita eſt infirmitati ejus contractio totius corporis;

A corporis; & velut in globum redacta, membrorum omnium uſum perdiderat. Jacere in ſtrato ſuo paupere miſera non valebat: & cum etiam ſtare non poſſet, ſedens in ſpirarum morem, dolens heu nimium atque ejulans, laborabat. Hujus germanus fuit quidam vir religioſus Fr. Andreas de Fabriano, Converſus Ordinis Prædicatorum, ac ſocius per aliquot annos B. Antonii uſque ad obitum ſuum: qui Fr. Andreas adhuc multa ſolet mecum atque cum aliis de beati viri virtutibus cum lacrymis recitare. Hic igitur Fr. Andreas, poſt tranſitum B. Antonii, uſque Fabrianum parentes ſuos viſitaturus perrexit. Ut autem matri & ſuæ præfatæ ſorori infirmæ, egeſtate non modica laborantibus, in aliquo ſubveniret; donavit illis quamdam tunicam S. P. Antonii, in eorum neceſſitates convertendam: nam & alias, dum adhuc ſuperſtes eſſet Antonius, multas eleëmoſynas, quas ab ipſo acceperat, pauperculis feminis tribuebat Fr. Andreas. Suſcipientes igitur devotę mulieres præfatam tunicam, in quădam caſſa cum devotione & reverentia poſuerunt; penuriam potius ferre volentes, quam tam pretioſum theſaurum in uſus proprios ac tam neceſſarios convertere; aut tam ſancta veſte ad operimentum uti alterius earum: ipſe enim Fr. Andreas multa
B de virtutibus & miraculis B. Antonii retulerat prædictis feminis.

& corpore contracta,

donatam ſibi mortui Antonii tunicã

25 Viſitata ergo matre, viſitata & ſorore infirma, cum eas ad patientiam, ad fiduciam in Domino, & ad devotionem S. Antonii fuiſſet hortatus, abſceſſit. Præfata igitur mulier, omni ſpe atque omni humano auxilio deſtituta, Deo ſe totam committens, devote cœpit ſuam calamitatem commendare B. Antonio, ſupplicibus quibus poterat votis auxilium poſtulando: & cum jam adveſperaſceret, petiit à matre ſua, ut ſanctam illam tunicam ſibi afferret, eamque indueret. Quod & illa continuo fecit, & ſic ſuper nudum veſtivit filiam tunica ſancti Viri. Tum ægra, ſpem magnam habens in Deo & in S. Antonio, tota nocte dormiens cum veſtibus ſanctis, mane facto ſurgens è lectulo, ſanam ſe ac liberatam invenit, tam à faciei capitiſque tumore quam à contractione membrorum. Unde Deo & B. Antonio gratias agens, eadem die perrexit ad flumen, & cum aliis mulieribus cœpit lavare pannos lineos, quos mater ſua per ſe ipſam lavatura, niſi filia ſua fuiſſet tam ſubito curata, paraverat. Mirantibus vero cunctis ſuper tanta novitate & ſuper tam repentina gratia ſa-
C nitatis, narravit illa miraculum: & facta eſt admiratio & lætitia magna in populo, & omnes qui viderant & qui audierant glorificabant Deum, qui in Sanctis ſuis uſque hodie mirabilia operari non ceſſat.

reverenter induens

ſubito convaleſcit.

Vir nobilis & filiabus gravatus, a

26 Fuit in civitate Florentiæ civis quidam, vir nobilis, bonus & ſimplex ac timens Deum, nomine Feus, quondam alterius Fei de Belchariis, non mediocriter in ſacris litteris eruditus *a*, eidem B. Antonio ſatis familiaris & notus: cui etiam aliquando generaliter confeſſus eſt omnia peccata, omnemque à pueris vitam ſuam: qui non multum opibus abundans, familiam habuit admodum oneroſam, non quidem moribus malis, ſed magis fortunæ neceſſitate. Nam in familia ſua, quam religioſe nutriens ab ipſa infantia ſemper docuit timere Deum & cavere ab omni peccato, habuit plures filias feminas, quas honorifice ſecundum ſuum ſtatum & carnis ingenuitatem nuptui vix tradere poterat; multas tamen, Domino largiente, honorabiliter maritavit. Hic itaque de quadam ejus filia, nomine Margarita, quæ erat jam plenis nubilis annis, propter dotis exiguitatem multo tempore anxius fuit, eo maxime quia tempore illo in ſua civitate puellæ vix poterant magnis dotibus deſponſari: ſicque per annum & ultra in quærendo viro ſuæ filiæ laboravit; nec ſibi occurrebat gener, qui divitiis & nobilitate, magis autem honeſtis moribus adornatus, ſatis ſuæ filiæ conveniret.

A. FR. LEONARDO. EX MSS.

27 Contigit igitur quadam die, in anno obitus B. Antonii, de menſe videlicet Januarii, qui menſis fuit nonus ab ejuſdem beati viri tranſitu, ut idem Feus, cujus ſemper fuit moris cum ſanctis & religioſis hominibus converſari, eſſet in domo monachorum S. Benedicti, Congregationis S. Juſtinæ de Padua, in monaſterio quod eſt prope Florentiam, in loco qui vulgariter le Campora nuncupatur. Ubi cum poſt multa ſancta colloquia, habita cum monachis & ſecularibus, qui illuc ex devotione convenerant, quieti ſe cum aliis pauliſper dediſſet; viſionem quamdam imaginariam in ſomnis circa auroram habuit hujuſcemodi. Videbatur ſiquidem ſibi eſſe in eccleſia S. Marci Ordinis Prædicatorum, in civitate Florentia, ubi corpus S. Antonii præfati quieſcit: videbatque ſacrum corpus Antonii, in quodam feretro exiſtens in medio eccleſiæ, verſis pedibus ad oſtium eccleſiæ; Fratres vero dicti Conventus ſtare circa ipſum corpus, clauſa eccleſia, nullo alio ex ſecularibus præter ipſum ſolum Feum exiſtente. Deſcendebat autem E
ipſe Feus à choro Fratrum in eccleſiam, ad videndum Sancti ſacrum corpus, illudque integrum ac prorſus immaculatum conſpiciebat. Cumque reverenter corpori, ut deoſcularetur illud, appropinquaſſet; viſum eſt illi vivum videre S. Antonium, cœpitque cum admiratione & gaudio dicere, En vivit Antonius, quem mortuum putabamus.

in ſomnis adſtare viſus corpori Sancto,

eique unam earum commendare,

28 Tum ille, flexis genibus ante faciem Antonii, cum lacrymis adoravit eum; & ſuam illi filiam, pro qua maritanda jam, ſicut prædixi, per annum anxius ſteterat, devotius commendavit; dicens, Commendo vobis, Pater & Domine mi, Margaritam meam filiam, ut oretis pro ea: addititque, Facietisne quod peto? Vir autem ſanctus, Feum læto vultu aſpiciens, inclinanſque caput, ſuæ petitioni annuere videbatur: ſicque viſio illa diſparuit. Feus vero expergefactus rem tacitus conſiderabat; expectanſque auxilium à S. Antonio Florentiam rediit. Mira res? Paucis interjectis diebus, offertur Feo pro filia ſua vir dives & nobilis ac bonis moribus adornatus, contentus ſatis parva dote, quingentis videlicet aureis; cum ab aliis octingentos aureos, majorem adhuc dotem expetens, recuſaret. Celebrantur ex more nuptiæ, & uſque ho-
die in bono & felici ſtatu ac ſancto timore tale con- F
jugium perſeverat. Non dubitat idem Feus, quin in tali matrimonio apud Deum mirabiliter ſit operatus S. Antonius, cui ſæpe pater filiam commendarat. Ecce quomodo B. Antonius ſe invocantes exaudit: ecce quomodo vivens Feo fuit amicus, & mortuus ſubſidia pręſtitit poſtulata.

virum illi ſuppa ſpem invenit.

29 Civis quidam Florentinus, nomine Simon Pierozzy Orlandi, de populo S. Mariæ Alberighi, per multos annos tumorem veſicæ & deſcenſum inteſtinorum in ipſam *b* veſicam gravi languore portavit, *b*
quam quidem infirmitatem herniam vocant: qui *gravem her-*
etiam morbus, ut materno utar ſermone, dicitur il *niam pa-*
male del crepato, ſive, rotto di ſotto *c*. Hic dum poſt *tiens*
mortem præfati ſanctiſſimi viri circa annum Domini *c*
MCCCCLX gravius tali ægritudine premeretur, & nulla poſſet per medicos remedia invenire, nulla etiam vota, nullæ preces ipſum juvarent; quadam die, poſtquam multas eccleſias circumeundo ſe Deo & Sanctis ejus plurimum commendaverat, nec tamen levamen ſenſerat; tandem ad eccleſiam S. Marci veniens, ante ſepulcrum B. Antonii in oratione ſe poſuit, & flexis genibus ac prę nimio dolore gemens, recordatus eſt familiaritatis quam habuit cum

A.FR.LEONARDO. EX MSS. ſancta viro eum adhuc viveret, atque in hoc mœrore ſimulque dulci recordatione talia ad eum verba direxit: O ſanctiſſime Præſul, o venerande mi Pater Antoni, ſicuti ego firmiter credo te pro tuis meritis adſtare coram Deo inter reliquos Sanctos, ita rogo & ſupplico, quantum valeo, miſericordiam tuam, quam ſemper vivens erga afflictos & miſeros oſtendiſti, ut pro me intercedas apud Reginam cæli virginem glorioſam Mariam, quatenus dignetur ipſa rogare filium ſuum, ut me liberet à tantis doloribus. His dictis neque voto alio emiſſo, cum paululum mœrens & lacrymans ſubſtitiſſet, continuo exhilaratus ab oratione ſurrexit: &, o mira res, ſtupendumque miraculum! ſtatim ante ſepulcrum Antonii ſe ab omni dolore liberum, ac ab omni illa inflatura ac infirmitate ſanatum invenit. Quod ipſe admiratus, domumque lætus remeans, ac deponens omnem ligaturam, gratias Deo & B.Mariæ reddidit, nec non & B.Antonio, qui eum ſuis meritis tam repente ſanavit ab infirmitate; quæ in ſenibus, cujuſmodi ipſe erat, pene eſt incurabilis. Hæc omnia referre ſolet cum gaudio & lacrymis ipſe Simon, à quo & ego iſta audivi.

ad ſepulcrum ejus orando ſanatur.

30 Quidam adoleſcens, bonæ profecto indolis, devotus & purus ac timoratus, nomine Jacobus, filius
B nobilis viri Leonardi de Mannellis de Florentia; dum ſibi à patre in Romana Curia petitum foret munus Canonicatus in Cathedrali Florentina eccleſia, quæ S.Maria del Fiore nuncupatur, nec illud poſſet pacifice abſque magna impenſa & vexatione poſſidere; videns patrem ſuum Leonardum in tali cauſa auxium nimis atque ſolicitum, multiſque curis & vexationibus ac ſumptibus perturbatum; ac propterea religioſus juvenis, patris moleſtiæ magis compatiens, quam Canonicatum ambiens, tale Deo & B. Antonio votum vovit. Oravit ſiquidem B. Antonium, ut ſi ſuæ ſaluti expediret, tale ſibi officium talemque dignitatem à Domino pacificam impetraret, & patrem ſuum à tanta ſolicitudine & anguſtia liberaret: ſin autem hoc ſuæ ſaluti videretur eſſe contrarium, finem ſimul quæſtioni poneret & dignitati. Nec mora, poſt paucos dies lite omni finita Canonicatus officium cum pace obtinuit, & ſucceſſit in locum D.Coluccii de Salviatis, & hodie vocatur D. Jacobus de Mannellis. Qui ſtatim ut tale beneficium conſecutus eſt, ad tumulum acceſſit Antonii, & reddidit votum ſuum, gratias agens, quod & patris vexatio eſſet terminata, & ipſe munus obtinuiſſet
C quod nequaquam videretur ſuæ repugnare ſaluti. Contigit autem hoc circa annum Domini MCCCCLXII, idque ab ipſo D. Jacobo coram duobus teſtibus mihi relatum eſt, die XXIV menſis Maji ejuſdem anni.

impeditus in adeundo canonicatu,

mox ut eum invocat, litis ſuæ finem obtinet.

d cruris fracti deſperata plaga

31 Quidam de familia D. Cardinalis *d* Sanctorum quatuor Coronatorum ita acriter fuit de anno MCCCCLXIII vulneratus in crure, quod oſſe fracto & magna plaga & ſciſſura facta in ſura, ſive ut vulgariter loquar in polpa cruris, pene eſt à medicis deſperatus. Unde cum dolor nimius eum vexaret, & ſpes ſalutis nulla miſerum ſublevaret; quidam ejus ſocius hortatus eſt eum, ut ſe commendaret & votum faceret ſancto viro Antonio Archiepiſcopo Florentino, cujus ſanctitas erat in urbe notiſſima. Qui ſtatim emiſſo voto cœpit melius ſe habere: & qui cum dolore jacebat, cœpit lætus ambulare per domum: ac demum plenæ redditus ſanitati, Florentiam venit ad tumulum B. Antonii, reddens Altiſſimo vota ſua: Priorique domus S.Marci, in qua jacet corpus B.Antonii, obtulit ſe velle ſervire Fratribus & Conventui per tres menſes, ſicut ipſe voverat. Pius tamen Pater Fr.Santez de Florentia, tunc Prior dicti Conventus S.Marci, cognita fidelitate voventis & promptitudine adimplendi, inſpecta etiam paupertate perſonæ, ſecum in tali voto & ſervitio miſericorditer diſpenſavit: qui gratias agens, & ſe nihilominus ad ejuſdem Prioris mandata promptiſſime offerens, lætus remeavit ad propria. *e*

voto facto ſolidatur.

D

e

E

ANNOTATA.

a *De hoc Vita* 3, Feus Belcarius, boni vir nominis, & Hetruſca lingua Poëta non vulgaris, cujus hodieque nonnulla monumenta extant reſperſa pietate Chriſtiana.

b Veſica *hic pro* ſcroto *accipitur, tamquam vocabulum decentius*

c *Ad verbum*, malum rupturæ in parte inferiori.

d Joannes Ludovicus Milanus, Valentinus Hiſpanus, Callixti Papæ III ex Sorore nepos, ex Epiſcopo Segobienſi Herdenſis, Presb.Card.tit. SS. quatuor Coronatorum & Bononiæ Legatus. *Ita Ciacconius.*

e *Huc ſpectat quod in 2 Exam.teſtis* 46, Fr.Georgius olim Baronio de Capellis ann.III *dixit*, quod ex humilitate, etiam Prælatus exiſtens in religione, hora dormitionis & ſilentii, Fratres ad orandum & quieſcendum ire jubebat, & ipſe coquinam purgabat & vaſa & ſcutellas lavabat: & quod ſolitus fuerat, poſt celebrationem Miſſæ ſuæ quotidianæ, deſervire alteri
E Sacerdoti Miſſam celebranti, pro majori merito & humilitate.

CAPUT IV.

Sterilis fœcundata, varii infirmi ſanati.

Mulieri per annos 18 ſterili

32 MUlier quædam nobilis Florentina, nomine Conſtantia, filia Lucæ de Panzano, tres viros habuit, cum quibus vixit annos circiter XXII à virginitate ſua: per annos vero XVIII ſemper ſterilis perduravit, neque balnearum fomenta, neque medicamina ulla, ſed neque preces aut vota prolem ei tradere potuerunt. Tandem de anno Domini MCCCCLXII, die XXII Maji, cum jam annos quatuor exegiſſet cum tertio viro, ſic ſemper ſterilis; votum vovit B. Antonio, quod ſi ſibi puerum maſculum à Domino impetraret, illa editum filium per annos VII habitu Ordinis Prædicatorum indueret, ac imaginem ceream ad ſimilitudinem parvi pueri ferret ad ejus tumulum, Miſſaſque celebrari faceret ac cereos offerret, atque alia prout noverat fideliter adimpleret. Miranda profecto res! Non poſt multos dies conjuncta ex more viro, ſe protinus concepiſſe gaudet, & menſe nono poſt emiſſum votum, videlicet die XXIII Februarii de anno MCCCCLXIII, peperit pulcherrimum puerum, vocans eum ſicut voverat Pier-Antonium. Mirantur vicini & cognati, & præ admiratione tanti miraculi non poſſunt credere prolem eſſe Conſtantiæ, ſterilis tanto tempore, ſed ſubmiſſum & ſuppoſitum partum ſuſpicantur. Verum cum illa parere non ceſſaret, ſequentes filii fidem primogeniti reddiderunt. Nono poſt hunc menſe alium peperit, quem Bartholomeum vocavit: ac deinde duas filias genuit, & ſic in tribus annis, quibus cum tertio viro, Bardo Angeli Zonaccia, poſt emiſſum votum vixit, duos filios maſculos duas genuit filias feminas.

quatuor proles concedantur.

F

33 Hic libet conſiderare, Antonii merita quantum valeant apud Deum: hic animadvertere magnificam largitatem Antonii, qui rogatus ut unum puerum ſterili feminæ daret, dedit quatuor, pluresque dediſſet ſi vir ejus non fuiſſet mortuus. Videtur mihi Antonius alter Iſaac, qui ut ſcribitur Geneſeos XXV, deprecatus eſt Dominum pro uxore ſua eo quod eſſet ſterilis: qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sic Antonius pro devota ſibi femina ſterili deprecatus eſt Deum, qui ob merita Antonii donavit mulieri fructum copioſiſſimum ventris ſui.

A ſui. Non ceſſavit vir ſanctus gratias multiplicare, ſed miraculum miraculo addidit. Bartholomæus enim, ſecundus filius Conſtantiæ, bis ad extrema deductus, deſperatus à medicis, facto voto ad B. Antonium continuo liberatus eſt. Perſeverat hæc mulier in magna devotione ad virum Dei, multaque beneficia quotidie miraculoſe recipit per merita B. Antonii. Nam & fratri ſuo, infirmo valde graviter, contulit beneficium ſanitatis, jam à medicis deſperatæ: qui ſanus effectus, uxorem duxit, & in bona valetudine adhuc perdurat. Hæc omnia retulit mihi præfata mulier in preſentia Fr. Antonii de Lajone de Florentia, die VI Martii MCCCCLXVIII, dum veniſſet ad tumulum B. Antonii, ex devotione maxima quam habet ad eum, & ut perſolveret vota ſua pro prædictis ac innumeris aliis gratiis, quas frequentes à B. Antonio experitur in ſuis neceſſitatibus.

ejus filius bis ad extrema deductus ſervatur:

34 Quidam Tabellio, nomine Santez de Bagnano Florentini Comitatus, de anno Domini MCCC LXIII de menſe Julii, ita vi febrium eſt oppreſſus, quod pene à medicis deſperaretur, nõ valentibus illis ardorem febris reſtinguere, aut ſaltem quo eam ferret levius temperare. Tunc ille humano auxilio deſtitutus, tale votum vovit Deo & B. Antonio, quod ſi infra ſex dies liberaretur, quædam, prout ipſe propoſuit, ad honorem B. Antonii obſervaret. Et ecce

B quinta die poſt votum, affuit quidam alienigena, qui ſibi ſalubre remedium attulit: & continuo ceſſavit febris, & liberatus eſt. Ipſe vero Santez, non medico forenſi, ſed B. Antonio hanc ſanitatem attribuit: & non viventis arte, ſed ſancti viri de functi prece & merito, ſe credit & prædicat liberatum. Mihique hoc cum gaudio retulit, die XXX Novembris de dicto anno MCCCCLXIII, in præſentia Fr. Laurentii de Piſtorio Ord. Predicatorum & nonnullorum etiam ſecularium.

ardens & incurabilis febris auferetur:

35 Fr. Joannes de Marignolle de Florentia, Conſ verſus Ord. Predicatorum, tunc veſtiarius in Conventu S. Marci, ubi jacet corpus B. Antonii, circa annum Domini MCCCCLXIII, talem per totam unam diem in dextero oculo dolorem perpeſſus eſt, ut putaret ſe ſagittarum ſeu acuum punCturis in pupilla oculi & in ſupercilio crudeliſſime vulnerari. Sequenti nocte ſurgit dolens ad Matutinas, & præ lacrymarum humore deſiccato oculum clauſum ſenſit. Conatur ille pro viribus aperire, ſed minime poteſt, licet magna vi pauliſper jam reſpirare inciperet. Tandem nimio dolore ſimul & mœrore vexatus, ad

C ſepulcrum beati viri in eccleſia pergit, ibique flexis genibus taliter cum lacrymis exorſus eſt. Pater ſancte, recordare, quia dum viveres numquam mihi eleemoſynam pro matre mea vetula & pauperrima denegaſti, numquam me pro quacumque mea neceſſitate à tua miſericordia inconſultum abire permiſiſti: & nunc quoque noli me, precor, in hac anguſtia derelinquere. Ego tantam in te fiduciam habeo, tantumque de tua ſanctitate ac pietate præſumo, quod hinc non recedam, niſi prius ſanitatis ſenſero beneficium: ego vero, ad laudem Dei & tuam, diebus ſingulis quoad vixero volo dicere decies Pater noſter, & decies Ave Maria. Mira res! Vix verba finierat, oculum ſanum aperit, & abiit protinus dolor omnis. Hæc ipſe Fr. Ioannes mihi ſæpe multiſque Fratribus enarravit, & perſeverat in voto ſuo & in magna devotione ad ſervum Dei Antonium.

oculus dexter cum gravi cruciatu fere excæcatus

ad ſepulcrum referatur:

36 Hoc inſuper, quod vidi, miraculum litteris mandare curavi. Quidam namque Fr. Marianus de Firmo Ord. Predicatorum, in Conventu S. Luciæ de Fabriano ejuſdem Ordinis, per duos menſes & ultra graviſſime ægrotavit, nunc tertiana, nunc quartana, nunc continua febre laborans: de cujus vita

ſanatur diuturnis febribus afflictus,

ſæpius exſtitit dubitatum: dé quo etiam erat communis opinio, aut quod nullo modo mortem ex tali infirmitate evaderet, aut certe longa eſſet & moleſtiſſima ægritudo. Sæpe etiam medici hæc verba fuerunt, quæ & ego ſæpius ab ejus ore audivi: Fortis eſt, inquit, ignis qui aqua non extinguitur. Mirabatur enim medicus, quomodo nullis medicamentis febrem illam poſſet extinguere, aut ſaltem reddere mitiorem. Demum ipſe medicus de infirmi ſalute deſperabat: multis vero de ipſo Fr. Mariano interrogantibus, Diffido, aiebat, jam de ſalute Fr. Mariani, quem nulla arte, nulla quamvis magna diligentia potui à vehementia atque ardore febrium ſublevare. A.ER.LEONARDO. EX MSS.

37 Ego igitur Fr. Leonardus, ſuperius nominatus, qui tunc, licet indigne, præeram dicto Conventui Fabrianenſi, Fratri compatiens ſimul & ſuo Conventui Firmano, unde peſtem fugiens ad nos venerat, votum vovi Deo & B. Antonio, præfato die XVII menſis Auguſti, de anno Domini MCCCCLXVII, pro ſalute ipſius Fr. Mariani, multũ eum ſancto viro commendans, promittens ita efficere, quod vita dicti B. Antonii compoſita per D. Franciſcum Caſtilionenſem Presbyterum, una cum quibuſdam miraculis ejuſdem Antonii, præcipue hoc quod ad præſens narro, poneretur in bibliotheca dicti conventus E Fabrianenſis: votumque hoc apud me tacitus retinui per dies octo, infra quos ſancti auxilium præſtolabar. Mira res! Die ſequenti poſt emiſſum votum, cum tertianæ febris tormentum ex more Frater mœrens exſpectaret, ſenſit protinus Sancti virtutem: nam febris exſpectata non venit, & extunc ulterius nulla febre vexatus, ita demum per Dei gratiam & Antonii merita bene convaluit, quod in brevi ad ſuum Conventum Firmanum ſanus & incolumis cum gaudio remeavit, quamvis tranſactæ ægritudinis aliquantulam debilitatem & laſſitudinem per dies aliquot retineret: & ſic qui pene mortuus putabatur, tandem vivus & ſanus ſuis eſt Fratribus reſtitutus. Hoc miraculum me compulit ad ſcribendum aliquid de virtutibus & ſignis B. Antonii, ut & his qui devotionem & fidem in B. Antonio habent, & voto meo, in quo tam repente fueram exauditus, taliter ſatisfacerem.

poſt votum auctoris ſuo hoſpiti compatientis

indeque ad ſcribendum inductis,

38 Fr. Hieronymus Franciſci Bianciardi de Florentia ordinis Predicatorum, juvenis devotus & bonus, cœpit die XXVI menſis Decembris anno Domi- F nicæ Incarnationis MCCCCLXIX gravi dentium dolore vexari: adeoque cruciatus excrevit, ut putaret ſe in brevi cerebrum & memoriam perditurum. Conſulit medicos, tentat medicamina, multa adhibet quæ credit profutura remedia: ſed nihil proſunt humana conſilia. Denique die ſequenti, videlicet XXVII dicti menſis, ego ſæpe jam nominatus Fr. Leonardus, prefatum Fr. Hieronymum reperi, in hoſpitio Conventus S. Marci ad ignem ſe calefacientem, & novam pro tanti doloris remedio medicinam præparantem, ne quid inexpertum moriturus forte relinquat. Hic mihi de ejus valetudine ſciſcitanti, & ad patientiam exhortanti, cum maxima anxietate reſpondit: Si hac nocte dolor iſte dentium tam grandis adhuc perdurat, credo equidem quod præ nimia afflictione & tormento in amentiam vertar: non enim poſſum ſomnum capere, & vigilare in tanta paſſione non valeo.

alius Frater laborans ex dentibus,

49 Tum ego cœpi conſolari mœrentem, & hortari ut ſe B. Antonio Archiepiſcopo Florentino devote commendaret. Annuit ſe illud facturum, ſed prius tentat medicamina ſua: quæ cum nequaquam prodeſſe conſpexit, circa horam ferme quartam noctis, omni jam humano auxilio deſtiturus, ſancto Dei Antonio ſe devotiſſime commendavit, vovens

ejuſdem ſuaſu Sanctum invocat & ſanatur.

A.FR.LEONARDO. EX MSS.

& promittèns dicere certas orationes ad ejus gloriam & honorem. Mira res! Vix votum emiſerat, & ſenſit protinus Sancti virtutem, continuoque dolor omnis atque pœna ceſſavit. Mane igitur ſequenti, ſcilicet die XXVIII dicti menſis, in die videlicet SS. Innocentum, præfatus Fr. Hieronymus lætus & gaudens miraculum refert in ſacriſtia dicti Conventus S. Marci, coram R. P. Fr. Sante de Schiattenſibus, tum Priore Conventus, nec non Fr. Bernardo Aldobrandini, & Fr. Sebaſtiano de Adimaribus, & multis aliis Fratribus, meque omnium minimo Fr. Leonardo de Ser-Uberto ſuperius nominato, præſente & audiente dictum Fr. Hieronymum, gratias Deo & beato viro Antonio de tam ſubita liberatione referentem: omnes vero magnificaverunt Deum & ſanctum ſuum Præſulem Antonium.

APPENDIX.

Quæ ſequuntur partim eâdem, partim alia manu, quibuſdam interpoſitis, reperiuntur deſcripta in eodem codice: quorum nihil cum indicetur in Summario Proceſſuum, ad calcem miraculorum poſt vitam Antonii factorum, ubi tamen adjiciuntur omnia quæ ex Franciſco & Leonardo habentur, nec attinguntur à teſtibus in judicio auditis; cogimur credere, vel hanc appendicem non eſſe Fr. Leonardi, vel, ſi ſit, ex alio exemplo ſumptam quam quod in proceſſibus productum fuit: diſtinguebatur autem hæc appendix duobus titulis.

Qualiter meritis B. Antonii decem circiter juvenes Ordinem Prædicatorum ſint ingreſſi.

De miraculo in die funeris ejus.

Atque hæc eâdem manu ſcripta erant: deinde diverſa, in vacuo folio,

De liberato à morſu lupi rabidi,

Denique poſt aliquot vacuas paginas, eadem manu qua priora omnia & ſine titulo, ſequebatur § 46. de Andrea Simonis ſanato.

Fratri zeloſo pro bono Ordinis,

40 Quanti autem meriti fuerit vir ſanctus apud Altiſſimum, vel hinc poteſt oſtendi, quod hominum converſionem, uſque ad contemptum ſeculi & religionis ingreſſum, potuerit à Domino impetrare. Eſt ſane in civitate Florentia Conventus S. Marci ordinis Prædicatorum ſumma religione pollens, magnaque fama & opinione præclarus, ubi aliquando Prælatus exſtitit B. Antonius, ubi & nunc coruſcans multis miraculis requieſcit. In quo quidem Conventu, dum circa annum Domini MCCCCLVI duo tantum eſſent novitii, aut forſitan unicus; quidam venerabilis P. Fr. Baptiſta Antonii de Florentia, vir valde devotus Religionis amator, & Ordinis ſui diligentiſſimus obſervator, ac ſuper quam credi poteſt zelator animarum, ægre valde ferebat, quod ſuus Conventus tam parvum fructum faceret in convertendis hominibus ad ſuum Ordinem; præcipue cum videret eodem tempore alias Religiones multos habere novitios, multoſque recipere per ſingulos dies. Hic conceptam ſanctiſſimam ſitim ſedare cupiens, acceſſit ad B. Antonium, jam tunc Archiepiſcopum Florentinum, ſuam illi paſſionem ſuumque deſiderium narraturus.

C

& eum à paucis aſſumis dolenti

multumque ſuper ea re anxio,

41 Quem mox in ipſo ſalutationis exordio vir Dei præveniens, Quomodo inquit Fr. Baptiſta, vales? Quomodo in Domino Deo noſtro exultat ſpiritus tuus? Valeo, ait, ſed abſque gaudio. Et quomodo ſine gaudio potes ſpiritualiter valere? cum Apoſtolus in epiſtola ſua ad Galatas cap. VI inter ceteros fructus ſpiritus, & inter cetera ſigna bonæ in Domino valetudinis, gaudium [numeret]. Sed qualiter, ait, Sanctiſſime Domine, lætari poſſum, qui me cerno ſine ſociis ire ad Dominum meum? atque ob hoc quod ſodales non invenio, ad ipſum meum Dominum ire formido. Ordo noſter, Pater ſancte, præ aliis ſanctæ Eccleſiæ Ordinibus, pro ſalute animarum noſcitur inſtitutus; & propter hoc Fratres noſtri continuis prædicationibus ac lectionibus & ſanctis moribus vacant: ſed quem fructum ſperare poſſum laborum meorum, quando nullum jam ad Religionem noſtram converti; & in ſeculo augeri quotidie, non emendari mala perſpiciam? Omnes reliquæ religiones novos quotidie Chriſto generant filios, Conventu noſtro ſterili permanente: quale ergo gaudium mihi eſſe poteſt, Beatiſſime Pater, quando Religiones aliæ, tamquam fertiles Chriſti ſponſæ, quotidie parturiunt & faciunt fructum, noſtra vero fructu ventris ſui omnino privata [deſolatur]? Hoc eſt Pater quod me cruciat, hic eſt zelus qui me comedit, hic eſt dolor quo premor: nam in ceteris bene utcumque valeo.

D

reſpondet Sanctus præviſurum Deum,

42 Tunc vir ſanctus, religioſi Fratris fervorem admirans, remque nihilominus tacitus conſiderans, ſubridens, quaſi blande eum conſolans, ait, Vade Fr. Baptiſta, & bono animo eſto: quia Dominus providebit, & dabit tibi petitionem cordis tui. His ac ſimilibus hinc inde verbis relatis, receptaque tandem Epiſcopali benedictione, receſſit Fr. Baptiſta gaudens, ac fiducia tanti viri & ſpe factus alacrior. Mira res! Vix tranſivit annus, & ecce decem, in quibus multi nobiles & docti, in dicto conventu habitum noſtri Ordinis receperunt: ac deinde infra tres annos pluſquam triginta relicto ſeculo ad noſtram venere Religionem, ex quibus multi ſcientia & moribus ac vitæ ſanctitate præclari uſque hodie perſeverant, nonnulli vero ex hac luce ſubſtracti ſunt. O admiranda utriuſque devotio! ſed magis ſtupenda ſanctitas B. Antonii! Alter enim, velut novus Bernardus, non fuit contentus, Deo ſolus ſervire, niſi etiam plures quam triginta ibidem ad Dei ſervitium adduceret: alter vero, tamquam novus Dominicus, qui magnum Conrardum Teutonicum ſuis precibus à Domino impetravit, ut Ordinem ſuum ingrederetur, tot potuit ſuis meritis ad Dominum relicto mundo convertere.

E

& proxime anno ſequenti obdormierunt de-cem novitii

ac deinde plures ad 30.

ab oculorum infirmitate curata ad ejus funus,

43 Domina Eliſabetha, Filia Taddei Simonis Capuccii aromatarii, & uxor Vannozzy Joannis Lottrighi de Florentia, per tres annos & ultra gravem oculorum pertulerat infirmitatem: continue enim oculi humorem emittebant, & rubei valde vix ei viſum præbebant, inſuper & dolorem maximum illi dabant. Conſulunt medicos ipſa & vir, & remedium non invenitur: exiſtimant plerique in cancrum abire talem morbum. Ipſa vero gemens, hortatu matris, ad corpus viri ſancti, quod tunc in eccleſia S. Reparatæ jacebat exanime, acceſſit, oſculari manus ejus, ut ceteri faciebant. Quę accipiens manus Sancti, ad oculos ſuos perrexit; & domum rediens, ſe liberatam invenit. De quo admirans, vovit caput offerre cereum, ſi ultra non rediret infirmitas. Mira res! Ex tunc numquam paſſa eſt ſimilem infirmitatem, ſed in ſanitate uſque hodie perſeverat, quando hæc mihi dixit in præſentia Ff. .... de Lajone & Fr. Michaelis Converſi de Florentia; & Fr. Thomæ de tertio habitu, in eccleſia S. Marci, die XIII Maji MCCCCLXXI. Dixit etiam coram prædictis eadem Domina, quod quando tetigit manus ſancti viri habebat unam reliquiam beati Patris noſtri, cum qua tetigit manus ejus, quam perdidit prope eccleſiam S. Miniatis. Et inde rediens domum, cum lavaſſet manus, lavaſſet & caput filiæ ſuæ, & alia feciſſet; in cameram intrans ſenſit rumorem; & in manu ſua invenit illam Reliquiam ſancti Patris noſtri. Ipſa vero clamavit, ad ſonitum territa: dolebat autem rediens domum, quod perdiderat dictam Reliquiam, qua tetigerat ſanctum virum; & precabatur Deum, ut redderet illam,

F

amiſſam lipſanothecæ recuperat.

illam. Similiter ..... iterum alias perdidit dictam Reliquiam,& iterum reperit in bra. . . .

sanatur lupi rabidi morsus,

44 Joanninus Antonii Barnabæ de Monte-Regio, diœcesis Fesulanæ, laborator prudentis viri ac civis Florentini Miglioris Laurentii Crossii, cum à quodam lupo rabido vulneratus morsibus fuisset, vovit Deo ac B. Antonio,& liberatus est: cum tamen duo alii socii sui ab eodem lupo similiter vulnerati, eodem die quo & ipse, mortui fuerint anno Domini MCCCC. . .

& dolor viscerum.

45 Andreas Simonis Nicolai de Nanna, Cartarius de Fabriano, cum intolerabili viscerum dolore quateretur, vovit monitu meo facere transcribi pro conventu Fabrianensi Legendam Sancti, & dehinc ..... in vulgari: & statim sequenti nocte circa horam tertiam cessavit dolor, nec unquam postea rediit: immo & febris omnino abscessit, quam multo tempore sustinuerat. Benedictus Deus, de mense Augusti MCCCCLXVII.

ANALECTA

Ex summario Processuum impresso.

CAPUT I.

B

Fama sanctitatis, extases & revelationes divinæ.

Communi famæ sanctitatis,

COntinuus atque universalis conceptus & firma credulitas totius populi Florentini fuit,ac ferme totius provinciæ, in vita Antonii & in ipsius morte, quod fuerit Sanctus& innumeris claruerit miraculis: &ita vivens & mortuus pro Sancto ab omnibus fuerit reputatus, habitus & veneratus, & continue usque in præsentem diem similiter habeatur & veneretur. Quod ultra probationes historiarum,quæ scriptæ de eo sunt à Ven. D. Francisco Castilionensi Canonico Florentino, & Leonardo Ser-Uberti Theologo,ac Ugolino Verino laico, viris fidelibus, veridicis ac doctis; & ultra etiam testimonium Rev. Patris & Domini Episcopi Vulterrani D. Antonii de Alliis in chronica sua; ac ultra dicta fere omnium testium primi *a* & secundi examinis facti in processu vigore primæ commissionis Apostolicæ; probant centum testes & plures *b* in tertio examine, acto in alio processu vigore secundæ Commissionis Apostolicæ. Inter quos sunt fortasse triginta & ultra de visu & certa scientia; & fere omnes sunt testes qualificati & nobiles, ita ut sint omni exceptione majores.Sunt enim ibi etiam Cardinales *c*, Archiepiscopi *d*, Episcopi *e*, Protonotarii *f*, Canonici *g*, Prælati *h* diversi, Theologi, *i* Religiosi fere omnium Religionum & Ordinum; ac laicorum Nobiles Equites; Doctores, Medici *k*, & omnis generis antiquorum; ut in processu patet expresso: & quasi omnes *l* Patricii civitatis Florentinæ. Et in litteris suis etiam hoc attestatur Magistratus summus Dominii civitatis, Priores libertatis, ac Vexillifer justitiæ populi Florentini; multique & magni Principes, Reges, Duces, ac Potentatus diversi; ac plures Ecclesiæ Prælati absentes,per suas ad sanctissimum Dominum nostrum, in testimonium directas. *m*

a

b

attestantur rite examinati plurimi,

C

c d e f g h i k l

& ex omni ordine præcipui;

m

innocentissimæ conscientiæ, Confessarii ejus duo:

2 Virginitas ejus perpetua & carnis integritas, ultra eos qui scripserunt prædictas historias, confirmatur à pluribus testibus de auditu, ab antiquis Patribus S.Marci, qui hoc pro comperto habebant & Fr. Desiderius de Cianoctis, annorum LX, dicit se audivisse à Fr.Mattheo Pistoriensi,integerrimo sene, qui Confessor fuerat Antonii, quod numquam invenerit eum peccasse mortaliter: & quod stupefactus semper remanebat, dum ejus audiret confessionem, admiratus quomodo ita pure vivere potuisset in hac vita mortali. Et idem testis dicit se audivisse ab alio Confessore Antonii Fr. Laurentio de Martinengo, viro doctissimo & bono,quod semper invenerit eumdem Antonium in confessionibus suis ejusdem puritatis,ac si esset puer quinq; annorum:quod Fr. Mattheus Marci de Florentia in primo testatur, & multi de auditu confirmant.

EX PROCESSU.

& decretalium libro intra annum memoriæ mandato plures.

n

3 Item quod in primis pubertatis suæ annis, ne in seculo contingeret maculari, ubi semper caverat super mortem & alia omnia Dei offensam, ... sacrum Prædicatorum Ordinem fuerit ingressus præcedente miraculo quodam, ut scilicet brevissimo tempore & infra annum memoriæ mandaverit *n* totum Decretum.Ultra duas historias hoc affirmantes,& dicta testium novem nominatorũ,idem affirmat D.Hieronymus Benzius,Decretorum Doctor LXI annorum, qui bene cognovit Antonium, & hoc dicit audivisse à Ven.P.Fr.Sancte de Schiattensibus,Priore S.Marci, discipulo Antonii, successore ipsius in Prioratu & sanctis moribus: & plures alii testes idẽ testificantur, & quod est quasi de hoc publica vox & fama Florentiæ. Non habuit autem Præceptorem Antonius, nisi in Grammaticalibus tantum;& illum etiam valde debilem; in aliis vero facultatibus nullum, excepta parte Dialecticæ, & satis interrupte. Sed neq; Ducem aut Prælatum qui ad studia eum impelleret aut eadem imperaret; ut ipsemet in procœmio Summæ loquitur de seipso & attestatur: & tamen manifestissime apparet, qualiter universaliter evaserit doctus,etiam in sacra Theologia & Juris-peritia,& adeo quod inter Doctores Ecclesiæ scripserit tot & tanta, ita fideliter & tam diligenter,quod in pretio habeantur à cunctis:quod eveniisse fatendum est,& quia diligentissimus fuit,ac tempus minime centerens,quod sapientissime dividebat numquam otiosus existens; & quia totus Deo devotus erat. Unde vere concludi potest, quod pro majori parte hujus præclarissimi viri sana, catholica, vera,& famosissima doctrina,fuerit desuper illi ex divino dono infusa,licet etiam aliqualiter acquisita, quod est inter miracula computandum.

E

idque cum fere magistris caruerit: quo ejus doctrina mirabilior.

elevationes quandoque in oratione pati visus,

4 Elevatio Antonii per nonnulla brachia dum oraret,& cum splendore nimio circumfuso in camera ejus: & quod pluries visus & deprehensus fuerit taliter orans, sic corporaliter elevatus, & aliquando etiam in elevatione applicatus cuidã Cruci cum imagine Crucifixi,& cum eo ardentissime ac devotissime loqui. Probarunt hoc Nicolaus Primerani annorum LXXV, cui Primeranus pater hoc ipsum retulit, qui eumdem sic vidit elevatũ & orantem. Dominicus de Boninsegnis ann.XLII, qui audivit à Bartholomæo, domestico famulo Antonii,qui eum viderat nocte in oratione sic elevatum. Nobilis Hieronymus Stupha ann. LXVI de auditu ab alio servitore Antonii, qui eum elevatũ invenerat.Fr. Julianus Dominici de Florentia ann. LXVI qui similiter audivit ab alio domestico, Gregorio Imolensi, qui vidit eumdem elevatum & Cruci applicatum cum splendore. Hieronymus de Butis,Florentinus civis ann. LXX,qui à Guilielmo domestico Antonii,qui eumdẽ sic in oratione elevatum per quatuor brachia à terra deprehenderat ..... *o*

o

& secreta cordium aliaq; occulta nosse deprehensus,

5 Notitia occultorum & cognitio secretorũ cordis ac contingentium futurorũ,quę non nisi ex divina revelatione cognosci potuissent, Antonio nõ defuerunt:quod probatur per depositionem Presbyteri Francisci Petri Antonii, ann. LXXXV, qui dicit de seipso; cui contigit ab Antonio revelari quæ soli sibi tantum in corde conscia fuerant; & de socio ejusdem testis, cui Antonius similiter revelavit cordis secretum: Presbyteri Balthasaris ann. LXVI, dicentis se novisse quosdam, qui non secuti monita

P. Anto-

EX PROCESSU. P. Antonii ſic revelantis ac bene monentis male finierunt... His aliiſque teſtibus de auditu accedunt ſoror Antonia, monialis S. Luciæ ann. LXII quæ audivit à patre ſuo, illud ſciente, ex eo quod ſibi ac ſuę familię ſeu domui acciderat, quod erat per Antonium revelatum: & D. Franciſcus Cæſaris de Petrucciis, Prior Innocentium de Florentia, qui dicit de quodam monacho, volente litteras Antonio exhibere, nec cognoſcente illum; cum inveniſſet eumdem cum ſcopa verrere pavimentum. Cui Antonius ad cor monachi cœpit loqui de contentis in litteris eiſdem, non adhuc viſis; & animum prædicti monachi converterit ad redeundum unde exire diſpoſuerat, ſcilicet ad monaſterium, animo perſiſtendi.

familiam claudeſtinis furtis vexatam

6. Contigit quod in domo Franciſci delle Opere, Florentini civis, quidam fures committerent furtum, ipſum Franciſcum graviter inde damnificantes: ex quo etiam, cum non reperiretur, ſcandalum magnum exoriretur in domo illa: imponebatur enim uni ex quatuor fratribus ſimul conviventibus in eadem, Laurentio videlicet juniori, qui mercaturæ intendens ea de cauſa frequenter ad exteras civitates ibat: unde judicabatur quod transferendi ac finiendi drappos aureos furtim ablatos, adſcendentes ad valorem ducatorum quingentorum aureorum largorum & ultra, faciliorem facultatem ille haberet: & ideo illum furem fuiſſe ſuſpicabantur. Quod cum Antonio, adhuc viventi & degenti in Ordine, fuiſſet per Franciſcum relatum, ut precum ſuarum auxilio juvaretur; ille ſe rogaturum pro eis Dominum promiſit, & deinde ſibi hoc modo reſpondit. Ne dubita, drappi aurei tui, furto ablati, brevi reperientur, & detrimentum non patieris ullum, & injuſta infamia Laurentii omnino purgabitur. Quibus prolatis verbis, breviſſimo deinde tempore, per Damianum, unum ex fratribus quatuor prædictis, repertum fuit, fuiſſe drappos per duos fures depoſitatos penes quoſdam, qui reſervabant eos furibus, pacti cum illis ſuper pretio pro tali reſervatione recipiendo (ſicuti duo capti confeſſione ſua manifeſtarunt) & drappi prædicti Franciſco ſunt reſtituti penitus abſque damno, & Laurentius eſt ab infamia liberatus, juxta verbum Antonii, quo prædixerat ita fore eventurum. Hoc in tertio examine dicunt ſoror Antonia ann: LXII, filia Leonardi delle Opere & neptis D. Franciſci, quæ à patre audivit pluries & à patruis: item D. Margarita etiam filia Leonardi & ſoror Annæ ann. LV, ac D. Magdalena, filia Laurentii delle Opere ann. LXIII, de auditu ſimiliter à patribus & à patruis ſuis in domo prædicta, pluries & vicibus multis.

liberat à ſcandalo & perturbatione:

intelligit pauperem cerdonem ſibi meritis æqualē eſſe,

7 Dum etiam ſanctus ille Antiſtes elevaretur ſemel in oratione exiſtens, fuit eidem divinitus revelatum, qualiter in civitate Florentiæ quidam pauperculus cerdo, pauperibus inſerviens in quodam parvo S. Pauli hoſpitali par ſibi in merito eſſet, ſimiliterq; par ei futurus in gloria. Quem Sanctus diligenter quæſitum invenit, tritoque examine vitæ illius peracto, comperit, quia cum maxima caritate pauperibus miniſtraret in hoſpitali prædicto, atque ſerviret cum humilitate & patientia multa; & quod continue laboraret manibus ſuis, ut de labore proprio parciſſime viveret, & de reſiduo egenis faceret caritatem. Comperit inſuper ultra hæc quod domi retineret ſecrete leproſum unum, cui propriis manibus miniſtrando faceret ſervitia opportuna; non ſecus ac ſi Chriſti perſonæ ſerviret, horrorem ulcerum ac fœtorem ſuperans caritatis fervore: à quo tamen leproſo opprobria & ingratitudinē reportabat, pro ſui mercede laboris: quæ tamen omnia patientiſſime tolerabat, ab opere nō deſiſtens, ſed perſeverans in caritate.

propter caritatem leproſo ingrato impenſam:

Quod admirans cū noviſſet Antonius, leproſum, qui etiam ſecū de benefactore conqueſtus fuerat, de ingratitudine reprehenſum dimiſit; benefactorem vero hortatus eſt ad perſeverandū in opere ſancto, declarans illi in cælo mercedē multā à Domino reſervari: ſe vero indignum putabat tam perfecto Domini ſervo & tantis meritis coæquari *p*; & gratias bonitati divinæ tribuens, quod ita miſericorditer ſecum ageret, ſtimulis continuis ſeipſum excitabat ad augmentum fervoris divini amoris in fundamento humilitatis. De hoc Franciſcus Ser-Joannis Andreæ de Spigliatis ann. XLVI cum juramento affirmat habuiſſe à patre ſuo, familiari olim domeſtico Archiepiſcopi Antonii dum vivebat. Item D. Magdalena vidua, uxor olim Dominici de Paganucciis, ann. LXIV, quæ dicit ſe idem audiviſſe à Chriſtophoro de Succis, patre ſuo, viro antiquo, olim familiari & notiſſimo ipſius Archiepiſcopi; & qui multa de illo ſibi nota eidem teſti ſolitus fuerit enarrare, inter quæ retulit ſupradicta.

videt Angelos ſupra domunculum in qua vidua pauper cum filiabus vivebant laboriosē:

8 Vidit etiam quandoque vir Dei ſanctos Angelos ſuper domunculam parvam, dum die feſto transiret per civitatem in populo S. Ambroſii Florentiæ. Et ingreſſus domum illam ut cognoſceret cauſam viſionis, invenit quod vidua paupercula ibidem inhabitaret, habens filias tres, quas in timore Dei honeſte vivere docuerat, labore manuum ſibi victum neceſſarium acquirentes, diſcalceatas & fere nudas, & eo die feſto eas laborantes invenit. De quo ſervili opere aliquantiſper eas reprehendit, non judicans tamen in eis fuiſſe peccatum, ex quo Angelos Dei viderat ſuper eas: ſed hortabatur ad divinam confidentiam de providentia ſua, pollicituſque eſt etiam eis eleëmoſynam ſe daturum, ut non cogerentur ita labori inſiſtere feſtis diebus, ac eleëmoſynas ſatis copioſe tribuebat eiſdem. Inde vero ad certum tempus ſuper eamdem domum vidit dæmones loco Angelorum. Et iterum ſciſcitatus de cauſa viſionis, trito examine cognovit, quod ex abundantia eleëmoſynarum dimiſiſſent illę nimium de labore manuum, & à priſtina ſua devotione declinaſſent ad vanitates ornamentorum ac veſtium, femineis paſſionibus actæ. Igitur Antonius ipſas de ingratitudine & abuſu beneficiorum Dei acriter reprehendit: tuncque declaravit eis de myſterio Angelorum Dei & dæmonum, & hortatus eſt eas ut juxta ſolitum morem devotioni vacarent diebus feſtivis, & labori inſiſterent temporibus ſuis, ne in tentationes ulterius inciderent. Et ex hoc facto probavit, quantum ſit commendabilis ſtatus paupertatis ſuper divitias peccatorum multas, & quantum conferat ad ſalutem: & partem dimiſit de eleëmoſynis, quas nimium pingues antea conferebat illis. Habetur hoc in tertio examine ex dictis D. Magdalenæ viduæ præcitatæ & D. Orectæ *q* viduæ filiæ Marci de Nellis ann. LXXIII, ac etiam D. Marc-Antonii Geminianenſis, Phyſici & medici Florentini ann. XL, qui audierunt prædicta ab antiquis relatoribus, ut in proceſſu & examine latius patet.

ūſdem acceptа eleëmoſyna remiſſius agentibus, locum ceſſiſſe dæmoni:

q

Rigor pœnitentiæ in Antonio.

9 Dicitur etiam fuiſſe Antonius tantæ abſtinentiæ ac tolerantiæ, quod corpus ſuum jejuniis multis atque vigiliis macerabat & verberabat flagris: atque ut plurimum ſupra carnem ſuam rotundum ferreum cingulum cingebat, ſemperque ad nudum cilicio utebatur. Et ultra id quod habetur de hac materia à D. Franciſco ac Fr. Leonardo, referentibus in ſupramemoratis Hiſtoriis, & obiter à Vulterrano Epiſcopo in Chronica, idipſum teſtificatur D. Agnolecta nobilis de Ghibertis ann. LXXIII in ſecundo examine, in tertio autem de auditu plures teſtes deponunt... & in ultimo examine ſimiliter plures.

AN.

ANNOTATA.

a *Poſt relata* nomina teſtium, & ſummarium eorum quæ depoſuerunt in primo examine primi proceſſus, *Teſtes numero ſexaginta duo, hæc ſequitur clauſula*: Hi ſupraſcripti omnes fuerunt in primo examine primi proceſſus diligenter examinati per Reverendos Patres D. Jacobum Simonectum, & D. Guilielmum Caſſodor, Auditores Apoſtolicarum cauſarum ſacri Palatii ac Dominos Rotæ, dum Florentiæ ageret S. D.N. Leo X Pontifex Maximus, vigore commiſſionis Apoſtolicæ eiſdem datæ, in cauſa Canonizationis in civitate prædicta. *Anno ſcilicet* 1516, *quando à colloquio Franciſci Galliarum Regis Bononia revertens Papa, aliquantulam moram fecit Florentiæ, cujus & Medicææ in ea familiæ commodis maxime caverat in conditionibus Gallici fœderis: ubi eum fuiſſe die* 18 *Ianuarii probat Bulla in Regiſtro Waddingi ad Annales Minorum relata poſt tomum* 2. *Sequitur deinde* Summarium ſecundi examinis teſtium *quadraginta octo, qui* fuerunt examinati Florentiæ, in abſentia Reverendorum Patrum *prænominatorum*, per Venerabiles Patres D. Generalem Vallis-umbroſæ, & D. Vicarium Epiſcopi
B Feſulani, ac D. Antonium Sacromorum Canonicum Eccleſiæ Florentinæ. *Quo examine ad Vrbem tranſmiſſo & relatione coram Pontifice facta, acceſſerunt* additiones de quibuſdam novis examinibus, è Florentia tranſmiſſis ad urbem, per D. Ludovicum Vicarium Epiſcopi Feſulani (*utique à priori diverſum, nam hic in bulla vocatur Leonardus de Guaſconibus*) autenticatis: *& ſic numerus hujus ſecundi examinis univerſim eſt teſtium ſexaginta.*

b *Tertii hujus examinis teſtes univerſim numerantur* centum, quinquaginta unus.

c Reverendiſſ. in Chriſto Pater & Dominus D. Silvius Paſſerinus de Cortonio, S. R. E. tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. annorum LII Teſtis LII, latiſſime dicit de publica voce & fama ſanctitatis Antonii atque doctrinæ ſingularis ipſius, & de aſſumptione laudabili ab Eugenio facta, & quod fuerit verus Paſtor & bonus, ac de ſacri ejuſdem corporis & tumuli veneratione. *Quod hic exempli cauſa ſit poſitum, ut intelligatur quomodo in his examinibus ſinguli Teſtes eorumque dicta indicentur.*

d Reverendiſſ. Franciſcus de Minerbettis, Florentinus, Archiepiſcopus Turrectanus, ann. LIV, Teſtis 50

C e Rev. in Chriſto Pater, D. Alderius Caroli de Bilottis, Epiſcopus Tudertinus, ann. LIII, Teſtis 49. D. Joannoctius de Pandulfinis, nobilis Florentinus, Epiſcopus Trojanus ann. LXII, Teſtis 51. D. Ghorus de Piſtorio, Electus civitatis Fanenſis ann. XLVII, Teſtis 52; & D. Benedictus de Florentia, Epiſcopus Vazionenſis, *in addit. 2 Examinis.*

f Rev. in Chriſto Pater D. Ricciardus Becchius, Protonotarius Apoſtolicus, ann. LXVI, Teſtis 54.

g Rev. P. D. Nicolaus Raynerii de Toſinghis, nobilis Florent. Doctor & Canonicus eccleſiæ Florent. ann. LXIV, Teſtis 40. Venerandus Canonicus Florentinus ac nobilis D. Marcus de Stroziis, ann. LXVI, Teſtis 55. Venerabilis D. Franciſcus de Sigiractis, Decretorum Doctor & Canonicus Feſulanus, civis Florent. ann. LXVII, Teſtis 69, *quibus accedunt Presbyteri varii aut eccleſiarum Rectores.*

h *Abbates ſolos enumerare hic libet, omiſſis Prioribus, Supprioribus, Guardianis, Camaldulenſium, Carthuſienſium, Humiliatorum, Predicatorum & Minorum, qui duodecim & ultra nominantur. Sunt ergo Abbates.* Rev. P. Donnus Bartholomæus de Salvatoribus de Florentia, Abbas Abbatiæ Puppienæ, Ord. Camaldulenſis, ann. LXVIII Teſtis 59. Honophrius Franciſci de Bonaveris de Florentia Ord. Vallis-umbroſæ, Abbas, S. Pancratii ann. XL Teſtis 82. Matthias Franciſci de Florentia, ejuſdem Ord. Vallis-umbroſæ, D
Abbas monaſterii S. Mariæ de Murradio, ann. LVI, Teſtis 85. Maurus de Torniis de Florentia, Abbas monaſterii S. Miniatis ad montem extra mœnia Florentinæ urbis, Ord. Montis-olivarum, ann. XLVIII, Teſtis 84. D. Antonius de Albizis, nobilis Florentinus, Abbas Abbatiæ S. Salvatoris de Septimo Ciſtercienſis Ordinis, ann. XLVIII, Teſtis centeſimus.

i *Inter Theologiæ Magiſtros varios, imprimis & præ ceteris nominandus hic venit ratione officii*, Rev. in Chriſto Pater & S. Theologiæ Profeſſor eximius Mag. Paulus de Fucechio, Ordinis Minorum S. Franciſci ac etiam hæreticæ pravitatis Inquiſitor, ann. LXVI Teſtis 52.

k *Artium ac Medicinæ Doctores minimum ſex, Doctores Vtriuſque Iuris aut Canonum plures quam decem inveniuntur; quos nihil attinet nominatim exprimere; uti nec ſingulos qui titulo nobilitatis communi, citra aliam prærogativam, commendantur.*

l *Præcipui ſunt* Magnificus ac generoſus vir Petrus Franciſcus Laurentii de Medicis, Teſtis 57, ann. XXXIII (*fuit hic Coſmi ex fratre item Laurentio abnepos*) Magnif. ac generoſus miles & auratus Eques D. Aloyſius Stupha, Patricius civitatis, Teſtis 107, E
ann. LXIV. Magnif. ac nobiliſſimus vir D. Jacobus de Salviatis, pater Reverendiſſimi Cardinalis & Patricius civitatis, Teſtis 108, ann. LVIII. Spectatiſſimus & nobilis Jacobus de Venturia, Patricius, Teſtis 109, ann. LXXXII. Magnif. & gener. vir D. Petrus de Ridolfis, Patricius Florent. cognatus S. D.N. Leonis Papæ & pater Cardinalis S. Viti, Teſtis 110, ann. LII. Excellentiſſimus I. V. Doctor D. Mattheus, olim D. Angeli de Nicolinis, Patricius, Teſtis 125, ann. XLVII. Eximius Doctor & Orator excellentiſſimus, D. Marcellus Virgilii, Cancellarius & Secretarius Dominii Florentini, Teſtis 128, ann. LVI. Egregius vir ac nobilis civis D. Antonius Veſpuccius de Florentia, etiam Cancellarius ac Secretarius Dominorum Florentinorum, Teſtis 129, ann. LXVIII. Nobiliſſimus civis Thomas Ginorius Patricius civ. Florent. Teſtis 130, ann. LXVIII. Nobilis & gener. vir Hieronymus Gini de Capponibus, Patricius Florent. Teſtis 131 ann. LX. Nobilis Franciſcus Roberti de Martellis, hon. civis Florent. Patricius civitatis, Teſtis 132, ann. LXIV. Egregius & nobilis Nicolaus de Corbinellis, civis hon. & Patricius Florent. Teſtis 133, ann. LXVII. Generoſus ac nobiliſſimus vir Ioannes Acciajolus Patricius Florent. Teſtis 135, ann. LX. Nobiliſſimus F
Lucas de Albizis, Patricius Florentinæ urbis, Teſtis 139, ann. LXVIII. Spectabilis vir Antonius Averardi de Ser-Piſtoris, etiam Patricius Florent. Teſtis 140 ann. LVIII. Spectabilis vir & Patricius civitatis Pandulfus de Corbinellis, Teſtis 142 ann. LXIX. Nobilis Franciſcus Victorius, civis Florent. & Patricius, Teſtis 143, ann. XLVIII. Gherardus Corſinus, etiam Florentinus Patricius civis, Teſtis 144, ann. LXIII.

m *Huc facit in 3 examine* Rev. P. Fr. Nicolaus, filius Comitis de Scembergh de Alamania, Ordinis Predic. ac Secretarius Reverendiſſ. D. Cardinalis de Medicis, Teſtis XLII ann. L, qui probat de latiſſima fama ſanctitatis Antonii, & in partibus ſuis & in curia Imperatoris..... & denique ait, quia à ducentis annis non credit fuiſſe parem Antonio, etiam in Sanctis canonizatis.

n *Vita 2 id explicans*, ſive ad litteram, *inquit*, ſive per ſummatas concluſiones, quod majoris intelligentiæ eſt argumentum: id enim Teſtes non expreſſerunt.

EX PROcessu.

o *In Summario Teſtium* 2 *Examinis*, *Hieronymus iſte eſt teſtis* 48; & teſtificatur, ſæpius ſe audiſſe, quod famulus ejus, nomine Guilielmus, dum ſolito more cameram matutinali hora intraret, ad excitandum illum ad Matutinas; ſemel eum invenit orantem, & alloquentem imaginem Crucifixi, mirabili ſplendore circumfuſum, ita ut eo camera ſic reluceret quaſi meridies appareret: & quod propterea fuerit ab eo admonitus, ne de cetero ejus cameram aperiret. *Addit Vita* 3 *caviſſe* ne quidpiam eorum quæ vidiſſet prodere auderet: quod ipſum tamen poſt, cum humanis rebus exceſſit, invulgarit. *Similiter in* 2 *Exam. Teſtis* 32 D. Camilla, olim Andreæ de Zatis filia, & uxor Franciſci de Aldobrandinis, ann. LXVII, dixit audiſſe Mag. Simonem de Bertis, famoſiſſimum Prædicatorem, publice in eccleſia prædicantem de laudibus ſancti Archiepiſcopi, qualiter fuit inventus in orationibus ſuis elevatus à terra, alloquens Crucifixum in camera ſua, à quodam de familia ſua, qui poſt mortem ipſius Archiepiſcopi hoc retulit ipſi prædicatori.

p *Non defuit deinde Antonio ſimilis occaſio heroicæ caritatis, nam* Fr. Deſiderius Joannis de Florentia Ord. Prædic. in 1 Exam. Teſtis 51 ann. LV dicit de ſua caritate notanda viſitando & ſubvehiendo quotidie
B quemdam infirmum in civitate Florent. qui pro debitis gratiis, ut par erat, opprobria & injurias etiam referebat: numquam tamen deſtitit Antonius ſubvenire, & pro injuriis bona illi verba proferre.

q Orecta, *nunc* Oretta *pronuntiaretur ac ſcriberetur: quod idem de ceteris hujus terminationis nominibus, ſeu maſculinis ſeu femininis, intelligi debet, juxta illius ævi nunc abolitam dialectum.*

CAPUT II.

Zelus religionis & juſtitiæ ac publici boni in S. Antonio jam Archiepiſcopo.

Coactus ſuſcipere Epiſcopatum

10 FUit Antonius Dei nutu, eo non ſolum non quærente aſſumi, neque aliquo alio pro eo, ſed neque ipſo neque ullo hominum præcogitante, imo mirantibus cunctis & laudantibus, ipſo autem pro viribus recuſante ac fugiente, ad dignitatem Archiepiſcopalem aſſumptus, ex ſola virtutum ſuarum ac ſanctitatis fama ab Eugenio quarto, dimiſſis petitionibus plurimorum magnorum virorum, qui favoribus & rationibus multis adnitebantur in competitionibus ſuis de Florentina Eccleſia obtinenda.
C Et ipſe non acceptavit niſi coactus Apoſtolicis juſſionibus, & habita prius conſultatione multorum, ac facta devotiſſima proceſſione pedeſtri, in qua etiam ipſe nudis pedibus inceſſit. Quod, ultra probationes eorum qui ſcripſerunt præfatas hiſtorias, confirmatur aſſertione plurimorum teſtium, præſertim D. Leonelli Presbyteri ann. LXXV, qui fuerat Clericus in domo Antonii Archiepiſcopi, & ei prædicta nota fuerunt ..... Idipſum in alio proceſſu & tertio examine pluſquam centum teſtes, qui de eadem re conformiter loquuntur, tamquam de re publica & fama notiſſima probant: aliqui tamen ex eis antiquiores de viſu & certa ſcientia, ut videlicet Presbyter Thomas Dominici ann. LXXIX, qui fuerat tunc temporis Clericus in eccleſia Cathedrali, & Antonium perfecte noverat, & viderat eum nudis pedibus, tamquam Angelum Dei, proceſſionaliter incedentem.

nudipes ingreditur eccleſiam.

expurgat civitatem à ludis vetitis

11 Quod tantæ etiam fuerit ſanctitatis & auctoritatis, exemplaritatis & reverentiæ, in propria etiam acceptus patria (quod patet privilegium eſſe Sanctorum ac Prophetarum) ut ludos omnes prohibitos ac inhoneſtos ritus excluderet à Florentina urbe: & ludum ſortium, quo Florentini involvebantur, penitus extinguere ſubito potuerit (cujus etiam exemplo, & multa hominis auctoritate, poſtea idem Romæ ſecutum eſt) ac etiam luſores expulerit de atriis publicis ac porticibus & logiis civitatis, etiam ex logia nobilium Bonorum del Monte *a*, ſic cognominatorum, acriter reprehendendo ludentes & crimina hominum. Similiter etiam de templo, publice & in diebus magnarum ſolennitatum, ejecerit feminas impudice ornatas & juvenes impudico aſpectui earum vacantes ibidem, quantumcumque nobiles & potentes: *b* & non ſemel tantum, ſed pluries: cui paruerint omnes, & timuerint eum, ſicuti paruerunt Chriſto tumidi Judæi & Phariſæi olim in templo: ac bonas, pro extirpatis pravis, introducere conſuetudines in civitate & provincia ſua potuerit. Quod ultra quæ dicuntur à D. Franciſco in Hiſtoria & D. Epiſcopo Vulterrano in Chronica, probatur ex dictis fere omnium teſtium ... inter quos multi deponunt de viſu & certa ſcientia.

D

a

& templa à ſcandalis juventutis.

b

ob id in eum convitia jaciens male perit.

12 Et de Dardanio Acciajolo, viro audaciſſimo, cive in urbe potente, verba injuriæ in Antonium proferente, dum actu de Buondelmontium porticu luſores ejiceret: qui brevi poſtmodum ſquinantiæ morbo in gutture, puniente linguam ejus effrenem, repentina & violenta morte defecit. Quod à populo univerſo judicatum eſt propterea eveniſſe illi, quia verba protulerit indecentia in Domini Sacerdotem & Antiſtitem ſanctum: & timuerunt ceteri omnes exinde illum. Archiepiſcopus tamen hujus & aliorum omnium injurias patientiſſime & æquo animo toleravit, mitiſſime reſpondendo ſi quando neceſſe fuiſſet: quod probat magnus & qualificatorum teſtium numerus ...

E

acerrime vindicat, etiam in publicos magiſtratus,

13 Defenſio libertatis eccleſiaſticæ ac publici boni; pro qua cauſa viriliter decertavit, pugnans quandoque etiam contra Dominos Florentinos ac Vexilliferum juſtitiæ, attentantes aliquid contra eam: illoſque debite monuit: quos non parentes etiam excommunicavit & eiſdem interdixit divina: quibus præſentibus nec abſolutis juſſit à divinis ceſſari, & fores eiſdem eccleſiæ claudi: ſacrorumque canonum coëgit eos ſanctioni parere, ac Romam mittere compulit pro beneficio abſolutionis obtinendo, ſpretis eorum minis de abdicando illum ab Epiſcopio & civitate, & aliis multis. Quibus conſtantiſſime ſemper reſpondit *c* & officium ſuum intrepide eſt proſecutus: coëgitque inſuper eos ſervare patrias leges juſtas, ac libertatem populi ſui tutatus eſt; ſignanter autem in obſervatione redditionis votorum ſeu ſuffragiorum per fabas nigras & albas in eorum *d* partitis, ut ſcilicet redderentur ſecrete à Magiſtratibus in eiſdem agendis & in decretis firmandis, quod redundabat contra Magnates ac contra gubernare tyrannice volentes liberam civitatem. Et id genus multa pro juſtitia quod egerit fidenter, audacter, ac ſapienter, probatur in hiſtoriis & à pluribus teſtibus ... Aliqualiter etiam latius loquuntur aliqui in materia de partitis ſecreto reddendis, ut Robertus de Michis annorum XC, qui ex certa ſcientia loquitur, addens etiam de Nicolao Bartholino cive optimo, qui fuit, propterea quia Antonio Archiepiſcopo ea in re favit, à Magnatibus depoſitus ab officiis civitatis .....

c eccleſiaſticam libertatem & jura civitatis.

d

F

pro levi cauſa præſidium à comminanda excommunicatione petentes

14 Contigit etiam, ut Archiepiſcopus ipſe, curam Paſtoralem exercens debite & cum omni zelo animarum, volens retrahere quoſdam, nimium faciles ad innodandum animas, pro cauſa levi ac damno tantummodo temporali, ſub excommunicationis ſententiæ *e* vinculo; ſemel vocarit eos in camera ſua ſecum; & quod prius docuerat verbo, de gravitate ipſius & maxima excommunicationis ſententiæ pœna, voluit confirmare ſigno. Gernentibus ergo illis juſſit afferri albiſſimum panem, quem vocant buffectum,

e

A buffectum *f*, & tulit ſententiam excommunicationis
f in illum : qui ſtatim effectus fuit nigerrimus tamquam corvi nigredo. Deinde etiam illum eumdem
miraculo docet quanta ſit illius efficatia & pœna. panem per ſuam ipſius Archiepiſcopi manum benedicendo, ab excommunicationis ſententia primo lata & pœna abſolvit : ſtatimque idem panis reverſus eſt coram eis ad priſtinam albedinem ſuam, quam habuerat ante ſententiam illam. Quo mirabili facto docuit eos, quanti nocumenti animæ ſit extra communicationem fieri Eccleſiæ Dei. Teſtificatur hoc in tertio examine Marcus Antonii de Campogialli diœceſis Aretinæ ann. LXXX audiſſe publice referri in eccleſia S. Agathæ de Campogialli inter ſolennia Miſſæ, à D. Nicolao de Linari ipſius eccleſiæ Rectore, viro venerabili, monente populum ſuum, exemplo miraculi facti ab Antiſtite ſancto, ne facile impetrarent etiam ipſi litteras excommunicationum ab Ordinariis, nec vellent (prout Antonius oſtenderat) pro temporali & levi damno, illaqueare animas ſpiritualibus & tam gravibus pœnis. Teſtificantur etiam hoc ipſum audiviſſe ab eodem D. Nicolao affirmari in eodem loco & publice prædicari, Antonius Bertini de Campogialli ann. LXXVII, & Blaſius Gaſparis Antonii de Campogialli ann. LIII, examinati per publicum Notarium, Ser-Baſtianum de Manie-
B ris, Notarium publicum Florentinum, ut patet in publico inſtrumento inde per eum rogato & confecto.

maleficos & hæreticos exterminat: 15 De magno fidei zelo quem habuit Antonius, & quod paſſus non fuerit pullulare in illa errores tempore ſuo in eccleſia Florentina & in provincia ſua ; neque etiam patiebatur in ea maleficos aut incantatores & incantatrices, & conſimiles ſuperſtitioſos ac fidei adverſantes ; libroſque magicos igni tradiderit concremandos, & hæreticum quemdam, Mag. Joannem de Canibus dictum, adventitium accolam Florentini ſoli, magicum & nicromantum, ac male de beatiſſima & immaculata Domina noſtra, ſemper Virgine Maria, matre D. N. Jeſu Chriſti pertinaciter ſentientem, poſt canonicas monitiones ac debitum examen & juſtum ſuę condemnationis proceſſum, dimiſit in manu Curiæ ſecularis, à qua publice demum, in ſua pertinacia perſeverans, fuit combuſtus; habetur in Hiſtoria D. Franciſci, & Michael Chriſtophori Guajanarius, ann. LXXXIII late probat, & plures alii teſtes confirmant, & quidam etiam de viſu.

16 Cum tonderetur Antonius ſemel à Mag. Petro, Chirurgo Florentino & tonſore, ſciſcitabatur
C quomodo ſe haberet in ſuſtentatione familiæ ſuæ, cum litteras non haberet Latinas, & quomodo artem medicinariam exerceret atque ſanaret infirmos & ſimilia. Et comperto quod librum chirurgicum recepiſſet à quodam monacho albo in quo ſtuderet, & ſatis bene ſuccederent ſibi curæ & omnia ; rogavit Archiepiſcopus ut eum librum afferret : quod Petrus libenter effecit. Archiepiſcopus autem cognoſcens librum incantationibus plenũ, ac rebus & ſignis pertinentibus ad malas & magicas artes ; venit ad prandium una die ad S. Marcum. Et cum quidam nobiles cives ſecum fuiſſent in clauſtro poſt prandium, fecit adduci ignem in vaſe fictili terreo, & ibi
oſtendit ubi ille eſſet, manere dæmones, expoſuit librum ad comburendum. Statimque aër fuit graviter obſcuratus, adeo ut cives timerent, Archiepiſcopo fortiter adhærentes. Qui confortavit eos dicens, quomodo libro totaliter combuſto ceſſaret omnis obſcuritas & obnubilatio aëris, ſicut & poſtea factum eſt. Illis ergo civibus & Mag. Petro vocatis, declaravit librum ipſum continere incantationes, & deſuper eum Miſſam conjurationis & advocationis dæmonum fuiſſe aliquando celebratam : & ubi liber ille erat, multitudo dæmonum ibi manebat, & ut aliter curaret infirmos admonuit Petrum qui monitis paruit, & Deus non defuit proviſioni familiæ ſuæ. Hoc dicit Magiſter Marcus filius d. Mag. Petri annorum LXIV ſe habuiſſe ab eodem Mag. Petro genitore ſuo. EX PROCESSU.

17 Idem dicebat, quod cum filii parvuli ipſius Mag. Petri de nocte extraherentur de lecto, & per domum tranſportarentur ; & quandoque prope ignem, quandoque vero alibi diverſis in locis inveniebantur in mane (opera ſcilicet peſſimorum hoſpitum, prædictum librum comitantium, uti poſtea S. Antonius palam fecit & jam dictum eſt) cum lacrymis ſancto viro rem deferente ipſo Mag. Petro, certa verba ſcripſit in pergameno manu propria Antonius, & illi tradidit apponenda juxta beatæ Virginis Mariæ imaginem in camera ſua. Quo quidem expleto cum devotione ab ipſo Mag. Petro, non eſt ulterius paſſus eam filiorum tranſportationem & mutationem, quæ omnino ceſſavit. *ſicut etiam in filiis experta erat libri poſſeſſor:*

18 Benedictum Nicolai de Tempis civis Florentini filium lactentem contigit lamiari à lamiis ſeu faſcinari vel facturari factura dæmoniorum aut ſtrigum : ac dum quadrimeſtris eſſet infirmabatur morbo à medicis penitus incognito, & conſumebatur uſque ad cutem & oſſa, nullaque ſibi profecerunt unquam medicamenta, quamquam plurima ſunt intenE tata : & ultra hoc etiam quandoque rapiebatur de lecto, quandoque de cunis, quandoque avellebatur ex ulnis nutricis & ponebatur in pavimento & locis diverſis, nec videbatur à quo fierent omnia hæc. Parentes vero magorum uſi conſilio ſunt præ dolore, ac quaſdam ſuperſtitioſas eorum obſervantias deinde experti, quæ etiam nihil puero profuerunt. Mater autem, quæ filia ſpiritualis in ſacramentali Confeſſione Archiepiſcopi fuerat, de culpa compuncta eru- *cui adhibita ſuperſtitiones nil profuerant*
beſcebat accedere ad Antonium. Stimulis autem urgentibus conſcientiæ acceſſit, & cuncta confeſſa fuit. A quo graviſſime reprehenſa, & de culpæ gravitate edocta, promiſit eidem numquam ulterius ſe tale quid admiſſuram, neque admittenti præbuiſſe aſſenſum ; & ab eo ſatisfactionem accepit cum exhortatione divinæ confidentiæ, ſimulque cum promiſſione quod & pro ſe & pro filio ſuo orationem faceret P. Antonius : qui inſuper etiam ſudariolum, quo utebatur pro naſitergio, eidem feminæ dedit, quod *miſſo ſudario ſuo curat.*
filio ſuperponeret cum fiducia orans. Femina vero illud devote ſuſcepit, & ſuper filium domum reverſa impoſuit & oravit. Quo facto filius ille ſubito ſanitatem recepit, & accidentia illa omnia ceſſaverunt. Teſtificantur hoc in tertio examine Joannes de Tempis ann. LXVI ; & D. Lucretia vidua, ejus itemque Benedicti ſanati ſoror, ann. LXIV, qui ambo audierunt omnia ſupradicta pluries & pluries à D. Felice, matre ipſius Benedicti & teſtium prædictorum. F

infantem veneficio extenuatum,

ANNOTATA.

a *In 2 Exam. Teſtis* 33 D. Philippus olim Laurentii de Buondelmontibus, auratus Eques, Nobilis & Patricius Florentinus, annorum LXXXIII, confirmat quod monuit eos de familia Buondelmontium, etiam ſub cenſuris, ut clauderent logiam ſuam, in qua ludebatur : & deinde, non parentibus illis perſonaliter accedens, luſores expulit & claudi fecit eamdem.

b *In 1 Exam. Teſtis* 16, Dominicus Bernardi de Maringhis, ann. LXXIV, dicit vidiſſe .... & quod dicebat, Domus mea, domus orationis eſt ; vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

c *Vita 2 § 12 hæc diſtinctius explicat.* Et cum aliquando ei minarentur niſi abſtineret, quod eum à Pontificatu dejicerent, vel in carceres traderent, ſeu ejicerent

EX PROCESSU.

ejicerent è feneſtris palatii Dominorum: clavem illis celliæ ſuæ, quam habebat in monaſterio S. Marci, ubi reciperetur, hilaris oſtendebat; & quod Pontificatui, quem coactus ſuſceperat, facile ipſis volentibus & ſuis Superioribus annuentibus cederet; & in carcerem, pro bono publico & ſacrorum Canonum obſervatione, ire non formidaret. De præcipitatione vero ajebat, non ſe tanti meriti apud Deum eſſe ut dignus corona martyrii computaretur. Et ſemel, cum his inſolentiis plurimum fatigaretur, dimiſit Epiſcopale Palatium, & ad ſolitam monaſterii cellam conceſſit; à qua deinde magnis precibus Dominorum Priorum civiumque bonorum, & ſignanter Magnifici D. Coſmi de Medicis, omnibus primo rite compoſitis, redire conſenſit. Et in hujuſmodi contentionibus contradicentes & ei maledicentes, ut plurimum divinam ultionem ſunt experti, à qua non niſi Antonii precibus aut illi conciliati vix levabantur. *Huic rei atteſtans in 2 Exam. Teſtis 36* D. Franciſcus Apollonii de Florentia, Plebanus Plebis S. Petri de Preſciano Feſulanæ diœceſis, ann. LXXX dicit ... quod dum Dominis prædictis excommunicatis prohibuerit ingreſſum eccleſiæ, jubens à divinis ceſſari; unus ex Dominis protuliſſet in eum injurioſa verba; graviter infirmatus illico fuit, nec prius convaluit quam ab eo veniam petierit & reconciliatus fuerit. B

d Partitum *Italis eſt, conſilium, deliberatio: de modo autem colligendi ſuffragia per globulos ſeu paloctas, albas, quas vocant* del ſi, *& nigras, quas vocant* del no, *vide exemplum in deliberatione Senenſium circa reformationem cujuſdam decreti anno* 1328, *in Gloria poſthuma B. Ambroſii Senenſis, num.* 20 *&* 24, *ad diem* 20 *Martii.*

e Ad ea tempora jam devenimus, *inquit auctor Vitæ*, ut ſiquis raſtros, marram vel bidentem amiſerit, putet ſe non eſſe commodius reperturum quam excluſione à ſacris.

f Buffectus panis *unde dicatur non capio: Francis* Bufet *dicitur* abacus, *cui imponuntur honoraria ad menſam vaſa, panis &c.*

CAPUT III.

Caritas & liberalitas S. Antonii erga pauperes, miraculis illuſtrata.

19 ITa etiam fuerat caritate repletus ac pietate Antonius pollebat, ut bona ſua omnia, præter modicum ſuo tenui ac familiæ ſuæ honeſto victui neceſſarium reſervatum, pauperibus erogaret. Unde & inſtitutor fuit hoſpitalis ſeu ſocietatis S. Martini verecundorum pauperum mendicare erubeſcentium in civitate Florentiæ. Ubi magna ejuſmodi generis nobilium multitudo alitur ac fovetur, & ſecundum inſtituta Patris Antonii fiunt quaſi innumerabilia opera caritatis. Et in eo opere, pauperum ipſe pater, pauperrime vivens pro ſe, multa ex bonis Eccleſiæ ſuæ condividebat, & in miſerabilium perſonarum filiabus nuptui tradendis præſertim largiebatur, & nullum pauperem vacuum à ſe unquam diſcedere patiebatur: qui niſi habuiſſet aut non potuiſſet ab aliis *a* mutuare, dabat eis propria veſtimenta *b* & utenſilia domus; ne contingeret, Dei audito nomine, vacuum abſque caritate dimittere pro ejus amore petentem. Tangunt notando prædicta qui hiſtorias ſcribunt, & plures teſtes late idem teſtificantur, in primo & ſecundo examine... in tertio autem idipſum teſtificantur ſupra centum teſtes, pariformiter ac latiſſime loquentes, & plures ex eis antiqui ex certa ſcientia ... & addunt aliqui ex eis, ſpiritum propheticum in hoc facto habuiſſe Antonium, dum tempora futura præſcivit & ſtatum, ad quem deventuri eſſent plurimi civium nobiles, futuri egeni: quibus providere curavit etiam poſt mortem ſuam pientiſſimus Pater. Cumque Præpoſiti ab eodem tam pio operi dicerent, ſe de frumento ac neceſſariis providiſſe, ſed qui egerent deeſſe nobiles, quibus tribuerent bona proviſa; reſpondit, tempus futurum cum non ſufficerent frumenti modia multa, etiam ad centenaria plura, ad finem operis inſtituti. Et ita rei probavit eventus, quia pluſquam ſexcentis *c* familiis providetur, aliquibus in totum & aliquibus in partem, à Præpoſitis duodecim bonis viris Societatis illius, ex inſtituto opere ſancti Patris Antonii Archipræſulis ſupradicti. Hoc totum latiſſime probatur in ultimo examine ex dictis teſtium plurimorum, quorum nomina citare nimis prolixum eſſet. D *& futuras neceſſitates præſagiens.* *c*

20 Dum iret Antonius Romam, excelſi Dominii Florentini ad Pontificem ſummum Orator, cum nobilibus aliis civibus ſuis in ea legatione collegis, obedientiæ verba laturus; & prope urbem pauperi nomine Chriſti petenti dediſſet propriam *d* cappam; antequam portæ urbis appropinquaret, miraculoſe fuit eidem de alia cappa proviſum: quod duo teſtes probant de viſu & certa ſcientia, Blaſius Pauli, excelſi Dominii Florentini Domnicellus, annorum xc, qui interfuiſſe ſe dum hoc actualiter evenirét affirmat; & Guidaloctus de Guidaloctis Florentinus, qui etiam ipſe interfuit & deponit de viſu; & quidam de auditu narrative teſtes concordant. *pro donata pauperi cappa aliam divinitus accipit.* *d* E

21 Cum ſemel barbam tonderet Antonio prædictus Mag. Petrus, & pulſatum oſtium eſſet à pauperе uno eleemoſynam quærente, & demandaſſet Antonius famulo ut daret; ille reſpondit, non remanſiſſe in ſcrinio niſi tres panes: & Antiſtes, ut unum daret, præcepit, & dedit famulus. Poſt hunc alius petiit, & juſſit unam panem ſimiliter dari, & dedit miniſter. Et ſucceſſive petiit tertius, & juſſit dari illi eum qui ſuperfuerat panem, & dedit famulus illum. Expleta autem poſtmodum tonſione, dixit tonſori Antonius, quod reſtaret *e* ad comedendum, & famulo ut apponeret menſam. Ille parata menſa, quem panem eſſet appoſiturus cum ſcrinium vacuum eſſet, turbatus interrogavit. Et iens juxta Præſulis verbum ad capſam, eamdem ſubito panibus plenam invenit, & gratias de miraculo egit Domino: quod poſtea aliis in abſentia Antiſtitis enarravit: nam eo præſente ſub ſilentio ejuſmodi reſervabant, juſſi ab eo, quæ pluries ex ſanctitate ipſius contigiſſe domeſtici referebant, ſicut dixit Mag. Marcus ab eodem patre ſuo Petro audiſſe. *tres ſolum reſiduos panes erogans,* *e* *capſam plenam invenit.* F

22 Nobilis quidam pauper, habens filias nubiles, conſiliis & exhortationibus Antonii credens, confiſus in eis, ad eccleſiam *f* Annuntiatæ viſitandam acceſſit aliquo tempore: ut de dotibus filiarum ab eadem Domina noſtra ſibi provideretur. Et ſemel accidit, ut cæcos duos mane ante lucem inter ſe conferentes ibidem in veſtibulo eccleſiæ audiret, de pecuniis quæſtu acquiſitis & congregatis; & quod unus ducentos quinquaginta, & alter trecentos aureos congregatos haberent; alter autem in birreto conſutos, alter vero in galero ſimiliter bene repoſitos conſutos conſervarent eos, & cuſtodirent. Civis vero ille pauper ab utroque rapuit birretum atque galerum, & abſtulit inde fugiens, & ad Archiepiſcopum perrexit. Antiſtes igitur hoc audiens cæcos ad ſe citavit, & de mendacio eos reprehendit, dum ſe egere fidelibus affirmarent, & eleemoſynas pauperum indebite acciperent ab iiſdem. Et tandem cum concordia & voluntate cæcorum, primo viginti quinque, ſecundo autem triginta ducatis dimiſſis, reliquos omnes pauperi civi nobili pro maritandis filiabus diſtribuit & conceſſit: hoc tamen injuncto *f* *550 aureos; duobus cæcis mendicantibus raptos,* *in dotem pauperum puellarum expendi jubet.*

C *inſtituit hoſpitale verecundorum pauperum*

petentes numquam vacuos dimittens, *a* *b*

ut

A ut ea res teneretur ſecreta. Hoc autem geſtum creditur cum Dei ac beatiſſimæ Virginis providentia in opere pio: cui concurrerunt cæcorum conſenſus in ſalutem animarum ſuarum & Archiepiſcopi æquiſſima ordinatio. Teſtificatur cum ſuo juramento hoc Juriſperitus Franciſcus Ciardius, Florentinus civis annorum LXXII, ſecreto ſe habuiſſe à quodam nobili Florentino fide digno.

poma danti apprecatus mercedem à Deo,

23 Florentiæ contigit quod quidam apportavit D. Archiepiſcopo Antonio paropſidem unam plenam pomis, inde expectans ſe aliquid habiturum ab eo. Fuerunt Antonio poma grata, & donatori dixit, Dio tel meriti. Pauper autem ille homo diſcedens, lamentabatur ſecum quia nihil præter verba recepiſſet, abiens triſtis. Quod intelligens Antonius Præſul fecit eum ad ſe revocari, & petiit papyrum, atramentarium & bilancem, & in papyro ſcripſit verba illa, Deus retribuat tibi; & ipſis poſitis in bilance vel trutina fecit ea cum omnibus illis pomis invicem ponderari: & ſtatim viſa & inventa eſt chartula pomis præponderare ſuis. Quare Archiepiſcopus, ſtupentibus omnibus & ipſo donatore inde maxime conſolato, dixit: Vide, fili mi, quam potiora dederim tibi: vade modo in pace, & grata ſint tibi dona divina: qui aceepta ſchedula hoc miraculum cum devotione ac laude pluribus enarravit. Teſtificatur hoc nobiliſſima matrona D. Franciſca de Ridolfis, annorum LXXII, cum juramento.

oſtendit quam talis apprecatio facienda ſit.

B

ANNOTATA.

a *In* 2 *Exam. teſtis* 23 Marcus olim Joannis Marci de Florentia, ann. LXXVI, teſtificatur ipſum Archiepiſcopum, jam propter largam erogationem eleemoſynarum redactum ad ſummam indigentiam, conſueviſſe à penſionariis exigere pauculas pecunias, quas daret; & ab aliis mutuare.

b *In* 1 *Exam. teſtis* 56 Bernardus Stephani de Roſſellis de Florentia ann. LXVII, dicit, quod cum non haberet unde ſubveniret cuidam pauperi pro Deo petenti, caligas ſuas proprias quas ſibi detraxit, dedit eidem ne vacuus abiret. *Vita* 2 § 13 quandoque mantellum ſuum, quandoque tunicam, quandoque caligas & calceos proprios, quandoque linteamina & alia utenſilia familiæ ſuæ, quandoque ſua ocularia præſtabat. *His adde quod in* 2 *exam. teſtis* 46 Fr. Georgius, olim Baronis de Capellis, Ord. Prædic. *dixit*

C *quod devaſtavit hortum & viridaria magna* palatii ſui, & reduxit ad prædii formam, ut ex frumentis poſſet pauperes alere plures.

c *Notat auctor Vitæ* 3 *propter Dominii Florentini, Apennino propemodum concluſi, anguſtias & incolarum multitudinem fieri*, ut qui mercaturæ ſtudio non juvantur, aut nullis omnino aut exiguis agrorum fulti proventibus, ægre poſſint pro ſplendore natalium vitam agere; præſertim ſi fuerint filiæ maritis collocandæ.

d *Videtur* cappæ *nomine hic intelligi ſuperhumerale cum caputio: & ab eo diverſum cenſeri viatorium mantellum, de quo in* 2 *Exam. Teſtis* 10 Bernardus de Martinis civis Florent. ann. LXXV, *qui* dixit, paupertatem ipſius tantam fuiſſe, ut cum fuiſſet olim creatus Orator ad ſummum Pontificem à Dominio Florentino, non haberet mantellum quo uteretur in itinere equitando, ſed commodato illud acceperit à Bartholomæo Lucæ de Martinis, patruo d. teſtis.

e Reſtare *Itali uſurpant, pro* manere: *intelligendum enim, quod jubeat Sanctus ipſum tonſorem ſecum manere ad prandium.*

f Annuntiatæ *eccleſia, ſervorum S. Mariæ, eſt Florentiæ celeberrima, propter miraculoſam Annuntiationis imaginem.*

EX PROCESSU.

CAPUT IV.

Quædam viventis miracula & laus morientis.

Vnigenitum mortuum patri vivum reddit.

24 VNigenitus filius cujuſdam nobilis Florentini, domi à patre ſuo relictus mortuus, dum ad Antonium iret ad S. Marcum, ſuſcitatus fuit ab ipſo Antonio adhuc vivente, ac tandem caritate & pietate impulſo dicente ipſi patri defuncti, fideliter deprecanti ac flenti, Vade, filius tuus vivit. Et ultra dictum hoc deponentis nobilis Talduccii Joannis de la Caſa, Florentini ann. LXXVI, qui non dixerat niſi quod hoc audiſſet à matre ſua ſibi referente; Ven. religioſus Fr. Matthæus Jacobi Florentinus Ord. Prædicatorum ann. L, dicit ſe hoc audiſſe à præfato Talduccio, referente ipſi teſti, quod ille nobilis, unigeniti defuncti pater, fuerat de nobili familia illorum de Filicaria Florentinorum civium; ac conſanguinitatis matris ipſius Talduccii, quæ fuerat eorumdem de Filicaria, quæ rem ipſam ex certa ſciéntia ſciverat & cognoverat quam narravit.

curat hydropicam, E

25 Soror Eliſabetha, tertii Ordinis de Pœnitentia S. Dominici, per ſex continuos annos hydropica exiſtens, incurabilis omnino, quadam die genu flexa cum fide ante Antiſtitem Antonium, & benedicta per ejus ſacratiſſimas manus, ſurrexit levior inde; atque recedens ab illo cum Dei laude in ore ſuo, breviſſimo temporis ſpatio effecta eſt totaliter ſana: & quæ tumida in toto corpore etiam deformiter fuerat, poſtmodum macra etiam notabiliter devenit: atque per annos multos, etiam ad decrepitam ætatem, vixit ſana, & in tantum monaſterio utilis, ut multo tempore in eodem fuerit etiam Prioriſſa, ex beneficio Antonii. Teſtificantur hoc ſoror Laurentia ann. LXXXI, quæ fuit olim diſcipula ejuſdem hydropicæ ſanatæ, & vidit eam infirmam prius & poſtea ſanam, & ex ore ipſius habuit, qualiter, ut præfertur genuflexa ſurrexit, & cetera ut ſupra: & ſoror Leonarda ann. LXXXVIII, quæ ſimiliter audivit ab ore ipſius Eliſabeth ſupradicta, ut præferuntur.

& puerum paralyticum:

26 Andreas Chriſtophori Andreæ Florentinus, infans puerulus annorum duorum & parum ultra, effectus fuerat aridus in cruribus ſuis, evacuatis etiam oſſibus crurium medulla & omni humore, pelle tantum oſſibus vacuis adhærente; neque movere ſe poterat, neque in pedibus ſtare per annos duos cum F dimidio in circa; ſine ſpe ulla omnino quod ſanari in poſterum debuiſſet: & à medicis, poſt innumera in vanum adhibita remedia, pro penitus incurabili derelictus. Ejus tamen mater, cum mulier eſſet devota, ad Archiepiſcopum Antonium accedens, proſtrata, cum lacrymis inconſolabilibus orans, eſt deprecata, ut filium ejus ſanaret Antonius: & non ante ab eo recedere voluit, quam conciperet pro filio ſpem ſalutis ex verbis ejuſdem ei dicentis; Noli mulier, flere, conſolaberis de filio tuo: vade jam, redi domum confiſa de bonitate Dei; & ego rogabo pro filio tuo. Quæ domum regreſſa, filiolum ſuum Andream in pedes erectum invenit, & ambulantem & ſanum: tuncque præ gaudio acclamavit, magnificans Deum & Sanctum: & tota vicinia congaviſa eſt illi. Teſtificantur hoc præfatus Andreas ſanatus ann. LXIX, & D. Alexandra uxor ejus ann. XLIV, & D. Eliſabeth filia eorum ann. XXIX, item D. Franciſcus Canonicus Feſulanus ann. LXVIII, qui dicunt ſe pluries audiviſſe à D. Zenobia genitrice & Chriſtophoro patre ipſius ſanati.

lapſum in Se urameremgere facit ſiccis veſtibus:

27 D. Boninſegna de nobili familia de Machiavellis, de Florentia, Canonicus Florentinus, comitabatur ſemel Archiepiſcopum diœceſim viſitantem in agro Mugellano: & cum tranſirent equitando, mula

EX PROCESSU.

mula D. Boninſegnæ ex vitio ſe projecit in aquam fluminis magni *a* Sevæ. Ubi,cum eſſet jam in ſubmerſionis articulo D.Boninſegna, magnis clamoribus Deo ſe ac beato viro Dei Antonio commendabat. Antonius vero, cum eum in ejuſmodi periculo vidiſſet,manibus junctis benedixit eidem : & ſtatim D.Boninſegna evaſit ex illo, exeunte mirabiliter mula pariter ſecum ex flumine ad ripam, ſiccis etiam veſtibus ac non madefactis, gratias agens omnipotentiæ magni Dei.Probant hoc ipſum D.Joannes Bapt. de Machiavellis Prior Lucardi ann.LXXIV, qui audivit hoc ipſum à D. Boninſegna conſanguineo, cui contigerat caſus, proprio ore referente;& Federicus Leonardi,nobilis Florentinus ann.LXXXVI,qui ſimiliter ab eodem D.Boninſegna audivit;& D.Franciſcus Plebanus Pithiani ſeu Preſciani Feſulanæ diœceſis ann. LXXX.

a

benedicendo compreſſis Arni fluctibus,

28 Miraculum etiam adhuc vivens eſt operatus Antonius : quia dum extra urbem iret Florentiæ, & eſſet juxta flumen Arni,in eo vico vel burgo cui Ricorboli nomen eſt, & flumen valde tunc ita tumidum & ita impetuoſum factum fuiſſet,ut valde etiam fluctuoſum eſſet, inundantibus undis in curſu rapaci : cumque in navicula plures exiſterent medio in flumine fluctuantes, ac in articulo ſubmerſionis & mortis periclitantes. Quos videns vir Domini ſanctus, in divina tunc pietate confiſus, & caritatis ardore motus in oves Dominicas ſibi commiſſas, periclitantes hortatus eſt ad eamdem confidentiam de Domini bonitate, dicens ; Nolite timere : confidite in Domino, & cetera quædam hujuſcemodi verba. Deinde oculis in cælum levatis, ſacratiſſima ejus manu extenſa, præfatam navim & exiſtentes in ea homines in nomine Domini benedixit. Qua benedictione data,viſæ ſunt undę fluminis & fluctus aquæ ſubito mirabiliter firmari ac placide ſtare, fluctuanſque navicula tunc ad ripam fluminis quiete, ab omni periculo libera, venit. Sicque de ipſa ſubmerſione cuncti exiſtentes in illa erepti fuerunt, ex quo Deo gratias reddiderunt & Præſuli ſervo ſuo. Dicit hoc nobilis civis Federicus de Comis ann. LXXXVI medio juramento.

B

ſalvat in cymba periclitantes:

tumentem Paliam innoxie tranſit

b

29 Cum miſſus eſſet ab excelſo Dominio Florentino,cum nobilibus aliis collegis ſuis oratoribus, Antonius legatus ad Papam, ut obedientiam illorum deferret ; & flumen *b* Paleæ in itinere inundantibus aquis plenum nimis fuiſſet, & intranſvadabile judicaretur ; Antonius, facto ſigno Crucis, cum parvulo ſuo mulettino ipſum tumidum tranſvadavit abſque difficultate,liber ab omni periculo penitus & ab omni malo illæſus, ita in nomine Domini pertranſivit, ut oratores & qui viderant tranſitum illum miraculo retuliſſent. Hoc dicunt in depoſitionibus ſuis Franciſcus Laurentii ann.LXXVIII, Fr.Thomas de Strozzis Ord.Prædicatorum, ac prædictus Federicus de Comis ; & quidam alii de auditu confirmant.

C

reſtaurat molendinum

30 In agro Mugellano, dum viſitaret diœceſin, ſemel molendinarium pauperculum graviter gementem invenit, quod molendinum ſuum grandi aquarum impetu fuerat paſſum ruinam : qui illi ſe fideliter commendavit. Antonius pietate motus, ut eumdem conſolaretur, dixit : Vade, mi cariſſime frater, quia cum parva impenſa & magna facilitate reficietur : confide tantum in Domino, quia præſtabit auxilium. Is rediit ſecurus ad molendinum ſuum,& invenit ipſum miraculoſe reſtauratum in totum, unde gratias cum lætitia Deo agebat. Hoc ipſum teſtificatus eſt D. Franciſcus Apollonii,Rector plebis Pithiani,vir venerandus,de quo ſupra.

31 Accidit ut Fr. Antonius,dum ſemel cum ſocio Fratre Ordinis iret extra civitatem juxta torrentem *c* Mugnonis, & inveniſſet flentem puellam juvenculam, ibidem à genetrice ſua de more dimiſſam pro lineorum lotione pannorum : & cum cecidiſſet ei vas *d* ligneum continens ejus pannos,& in duas partes fractum fuiſſet, ipſaque puella inconſolabiliter fleret,neque ullo pacto domum redire vellet, verens matrem ſuam verberibus eam cæſuram, & cum ejulatu ajebat ; Heu, me miſeram ! occidet me mater mea, & ſimilia : nec unquam recepit verba conſolatoria Patris Antonii, niſi vaſe prius ab illo reintegrato, per ſuam benedictionem ſuper eodem vaſe ligneo factam *e*. Quod operatus fuit,ne forte puella ex ea occaſione impudicitiæ diſcrimini objiceretur. Hoc dicit D.Oretta vidua, filia Marci de Nellis, & uxor Antonii de Soldis de Florentia ann.LXXIII.

c

D

d & alveolum fractum:

e

32 Contigit etiam ſemel, quod cum Antonius viſitaret diœceſim ſuam, venit ex improviſo ad oppidum Cornachiariæ. Et cum non haberet Plebanus quod apponeret Epiſcopo ad comedendum, rete unum parvum accepit & poſuit in fonte oppidi, ubi pauci piſciculi erant & parvi. Et poſt modicum rediit ad extrahendum rete, & ſtatim miraculoſe ac præter ſpem ſuam, invenit piſcium multitudinem magnam captam eſſe in eo atque comprehenſam : de quo gratias egit Deo, & propter hoſpitis tanti gratiam & conſolationem credidit factum miraculoſe à Deo (ſimiliter & alii crediderunt omnes) ſicut in piſcatura Petri Chriſto Domino præſente contigit. Hoc teſtificatur in ſuo dicto nobilis vir Bernardus de Gondis.

copioſam piſcationem præbet.

E

f

Servit peſte infectis.

33 Bonus fuit Antonius *f* Paſtor ac verus, non lac & lanam cupiens accipere ab ovibus ſuis;ſed normam boni Paſtoris ac veri Chriſti ſecutus, exemplo vitæ & verbo paſcendo illas, animam ponere pro eis ac mori pro Domini grege ſibi commiſſo paratus erat. Quod multi teſtes latiſſime probant; ſignanter autem D. Antonius, vir integerrimus ac vitæ venerabilis, Epiſcopus Vulterranus in chronica. Et D. Joannes Bapt. de Machiavellis *g*, Prior Lucardenſis, vidit tempore peſtis pluries illum euntem ad peſtilentiatos, ad providendum de ſpiritualibus ac temporalibus, nihil timentem, ſed mori paratum pro eorum ſalute.

g

ANNOTATA.

a Seva *fluvius,in confinio Bononienſi ſupra Barberinum exortus,ab Occidente in Orientem & hinc in Meridiem flexus, Arno immiſcetur* 10 *circiter millibus ſupra Florentiam, infra locum qui* Pons-Sevæ *dicitur.*

b Palia, *Dominii Senenſis fluvius, Romam euntium iter ſecat, tenendum inter Aquam-pendentem & Orvietum ; Clanique fluvio immerſus mox cum eo in Tiberim devolvitur.*

F

c Mugno, *torrens ſupra Pratolinum oriens, haud paulo plus quam* 10 p.m. *decurſis infra Florentiam, Arno illabitur,urbi proximus.*

d *Vita* 3 Scaphiſterium *appellat à forma oblonga. Bzovius Annalibus hanc vitam intexens*, Capiſterium *legit, quia capite feratur. Tale omnino videtur fuiſſe* Capiſterium, *quod ad uſum purgandi tritici S.Benedicti nutrix commodatum à vicinis acceperat, & pius puer flentem eam videns orando redintegravit,teſte S.Gregorio in Vita num.*2. *ad* 21 *Martii. Non igitur* vaſis fictilis genus, *ut in indice Onomaſtico tunc fecimus, ſed* alveolum ligneum *deinceps interpretabimur.*

e *Eadem res narratur in Vita* 2 § 12 *& dicitur accidiſſe*, antequam fuiſſet in throno Pontificali electus *Antonius. Ad idem tempus ſpectant quæ ad calcem Summarii Proceſſuum leguntur his verbis.*

D.Maria de Cayetta, Matrona Neapolitana nobilis, teſtificatur de Archiepiſcopo, qualiter cum præſideret in conventu S.Petri Martyris de Neapoli, prædicatione ſua & vitæ ſuæ exemplis convertit corda

A corda plurimorum ad Deum, & induxit devotionem magnam in populo illo, & inter cetera duas ſorores ad ſervitium Dei in regulari obſervantia & habitu religioſo: quæ ad decrepitam uſque ætatem perſeverarunt, & ſanctæ ab omnibus putabantur: à quibus ipſa teſtis, quæ neptis fuit earum, habuit multa de ſanctitate Antonii teſtimonia. Inter quæ hoc unum recolit, quod tempore famis fecerit ab eis fieri cibaria quædam, cum farina, oleo & melle, pro hoſpitibus ab eodem Antonio receptis paſcendis: & quod per ſeptem continuos annos, haurientes continuo in omni neceſſitate de vaſis prædictis oleum & mel, numquã defecit, ſed abunde ibi miraculoſe fuit. Item de planta limonum, Antonii manibus conſerta, quod brumoſa hieme, cunctis aliis deſiccatis, illa ſola viridior quam antea unquam fuiſſet, remanſerit. Item quod de quarumdam morte infra annum futura prædixerit, & ita evenerit: & de duabus qualiter futuræ eſſent religioſæ & bonæ, & ita evenit: & de quibuſdam filiis viduæ, in tribulatione ab eodem viſitatæ, prædixit, qualiter clariſſimi omnes, docti ac divites evaſuri forent, & matrem conſolaturi: & ita evenit: quia unus Archiepiſcopus, Doctor alter, tertius vero mercator famoſiſſimus, & omnes ditiſſimi ſunt effecti,
B juxta prænuntiatum ab Antonio verbum. De his omnibus habetur teſtimonium per litteras, ſcriptas manu Franciſci Moſcectulæ Neapolitani, mariti ejuſdem Mariæ teſtis prædictæ, ac Romam tranſmiſſas ut regiſtrari deberent. Item per litteras ſcriptas manu Fr. Joannis Mariæ de Valle Ord. Prædicatorum, Theologiæ Lectoris in civitate Neapolitana, ſimiliter ad Urbem tranſmiſſas, cum alio miraculo de quadam parvula morte ſculpta, & tabula quadam parva, manu cujuſdam devoti Fratris, Joannis pictoris, depicta, dimiſſa prædictis duabus ſororibus ab Archiepiſcopo in ſuo receſſu, ubi haberent recurſum; in tentatione videlicet, ad mortem; in tribulatione, ad eam picturam: & ita fuit quod in tentatione & in tribulatione ſentiebant Domini auxilium. Et dicit ſe idem audiviſſe à Provinciali Regni, affirmante omnia ſupradicta vera fuiſſe, ex relatu D. Laurentii de Palmieriis, ditioris mercatoris ſuper omnes Neapolitanos, conſanguinei d. D. Mariæ teſtis prædictæ: & quod quando canonizatus fuit S. Bonaventura Ordinis Minorum *(per Sixtum* IV *anno* MCCCCXLII*)* prædixerint hæ ſanctæ ſorores, quandoque futurum Papam Florentinum, qui canonizaturus eſſet ipſum B. Antonium.

f *In* 3 *Exam. teſtis* 108 D. Jacobus de Salviatis, pater Cardinalis, teſtificatur de proverbio de illo dicto,
C videlicet, Vixit Antonius bene in ſeculo, in Religione melius, ſed in Paſtoris officio optime: & quod non ſit inventus ſimilis illi in Eccleſia Dei à ducentis annis citra.

g *Eſt hic in* 3 *Exam. teſtis* 56, *ad cujus nomen in Summario teſtium additur*, vidiſſe eum tempore peſtis ad peſtilentiarios ire, ad providendum de neceſſariis ad ſalutem animæ & corporis, miniſtrando Sacramenta & exhortando ad chriſtianiſſimum tranſitum; & ducentem aſinum onuſtum cibariis & medicinalibus, ut non deeſſet in aliquo Paſtorali officio.

CAPUT V.

Miracula poſt mortem ad S. Antonii cadaver & ſepulcrum patrata.

Glorioſus ejus tranſitus cuidam Ciſtercienſi revelatur:

34 PRimum ipſa nocte obitus beatiſſimi P. Antonii, anno Domini MCCCCLIX, die 11 Maji, cantantibus monachis Ciſtercienſibus Matutinas in monaſterio Ciſtelli Florentiæ, Fr. Tuccius, vir multæ devotionis ac ſanctitatis, dicti Ordinis Frater Converſus, qui primus ad orationem ſemper & ad vigilias fervens ſurgere & in eis inſiſtere ſolitus erat, in claſtro dicti conventus exiſtens, vidit in aëre nubeculam ſplendidam aſcendere in forma pyramidis; & in ea infantem, à palatio Archiepiſcopi, ubi defunctus eſt Antonius extra portam S. Galli: quæ recta protendebatur via ad cælum, & intra ſe dixit: Certe Archiepiſcopus obiit, & hæc eſt anima ejus delata in cælum. Et Abbati S. Salvatoris de Septimo dicti Ordinis, qui tunc ibi aderat, ſoli & in ſecreto retulit. Mane autem facto ita ſignificatum eſt, ea hora viſionis in eo loco Antonium deceſſiſſe. Plures teſtes ex monachis ipſius Ordinis & monaſterii ac etiam ex laïcis hoc ipſum teſtificantur; in primis qui ab ipſo Fr. Tuccio audiverunt, Fr. Zenobius Ciſterciẽſis Ordinis ann. LXXIV, Donnus Theodorus d. Ordinis & monaſterii ann. LXVIII, D. Coſmas de Buonaveris Florentinus d. Ordinis ann. LII. Marcus Joannis Marci civis Florentinus ann. LXXVI, D. Franciſcus Cæſaris de Petrucciis, Prior Innocentum, ann. LX. EX PROCESSU.

35 Inteſtina ejuſdem beati viri, quod eſt mirabile dictu, mirifico odore bono fragrabant, à corpore ſeparata & inſepulta reſervata in cella Fr. Dominici de Feis. Quæ etiam pro parte fuerunt Placentiam civitatem Lombardiæ pro Reliquiis tranſportata, ubi etiã aliqua ſigna Deus optimus eorum devotione oſtendit ac mira patravit; remanentibus Florentię ac Feſulis reliquis partibus ſimiliter venerandis. Teſtis Fr. Dominicus Riccius ann. LXX dicit audiſſe à præfato Fr. Domino de Feis: & vir ſpectabilis Hieronymus Benivenius, ann. LXVII, teſtificatur idem audiviſſe à teſtibus fide dignis, ſignanter ab avunculo ſuo Benedicto de Brunis cive Florentino, integerrimo ac probatiſſimo & veridico teſte: & inter Fratres S. Marci Florentini ac S. Dominici de Feſulis eſt fama de hoc, ab antiquis ſenioribus propagata, & uſque in præſens tempus continuata. *inteſtina perſeverant ſuave olere.*

36 In exequiis ejuſdem ſancti Antiſtitis, cum adhuc inſepultum corpus in eccleſia S. Marci maneret, quidam Matthęus Joannis de Ciacchis, Florentinus civis, qui antea multis annis brachio dextero attractus & invalidus fuerat, ita ut ipſum nec elevare nec deprimere poſſet, ac neque ulla medicorum potuerat unquam arte curari, unde ipſe non valebat artem ſuã lanariam exercere; habens devotionem multam & fidem in meritis ſancti viri, acceſſit ad corpus ejus & flexis genibus adoravit; atque devotiſſime oſculata manu ipſius cum lacrymis, deinde cum eadem ſanctiſſima manu tetigit brachium ſuum attractum & aridum: & ſtatim ſanus effectus fuit, & deinceps artem ſuam optime & fructuoſe exercuit toto tempore vitæ ſuæ. Dicit de viſu hoc Nicolaus Primerani, *de quo alibi* ann. LXXV: qui dicit expreſſe dictum Matthęum tangentem cognoviſſe mancum, & deinde ut præfertur ſanum, & ſuam artem exercentem. Idem dicit Bartholomæus Angeli, civis Florentinus ann. LXX, qui licet non viderit Matthęum actu tangentem, audivit hoc tamen à Bartholomæo filio d. Matthęi, & à Joanne Angeli fratre carnali ſuo, qui etiam viderat ipſum tangentem ita ſanari uti præmittitur: & ipſe teſtis novit d. Matthęum antea attractum & deinde ſanum. *ad corpus in eccleſia expoſitum, curatur brachium aridum & attractum,*

37 Similiter Laurentia Florentina, quę per plures etiam annos morbum atq; tumorem nimium in manibus & cruribus horrendum atq; graviſſimum patiebatur, acceſſit devotiſſime ad corpus ipſius Antonii, cum adhuc inſepultum eſſet: & oſculatis ejuſdem manibus ſępe ſępius, manus ſuas morbidas ac tumefactas tetigit & fricavit cum manibus Sancti: & deinde etiam fecit cum manibus ſuis propriis, quibus tetigerat ſacras manus, fricando in cruribus & pedibus ſuis infirmis, cum magna fide ac ſpe: & adjuvante Deo, recuperavit inde pleniſſimam ſanitatem. Teſtatur hoc D. Helena, filia ipſius Laurentiæ ſanatæ & Bartholomæi *tumor manuum cruruмque,*

EX PROCESSU. tholomæi Nicolai de Florentia, uxor olim Petri Jacobi de Florentia ann. LIV, quæ vidit matrem ita ut præfertur infirmam, & deinde uſque ad obitum ejus etiam ab ea infirmitate mundatam, & ab ipſa audivit qualiter, ut prædictum eſt ſupra, ſanata miraculoſe fuit.

& dolor capitis, 38 Domina Camilla, uxor Averardi de Medicis, cum diutino & intenſo dolore capitis laboraſſet abſque ullo remedio; dum corpus S. Antonii in eccleſia S. Marci ſervaretur adhuc inſepultum, ipſa ei ſe commendavit cum voto, & illico eſt ſanata. Unde & ſuper feretrum videntibus cunctis poſuit caput cereum, quod ibidem manſit per aliquot dies. Hoc ipſum deponunt de viſu Sor. Laurentia Caroli, Bartholomæa de Bon-Joannis, & Sor. Leonarda Thomaſii Antonii Guidi, *de quibus ſupra num.* 25 utraque tertii habitus de pœnitentia S. Dominici. D. Franciſcus de Aldemariis, Presbyter & nobilis Florentinus, ann. LX, dicit de patre ſuo doloris capitis graviſſimo morbo vexato, & dum corpus B. Antonii ſtaret in eccleſia adhuc inſepultum, miſſo illuc cereo capite ex voto ac devotione cum fide per ejus cognatum, ſtatim eadem hora qua caput fuit ſuper
B feretrum ipſum oblatum & tetigit ſacrum corpus, liberatus fuit à dolore. Quod etiam ab avunculo ipſo referente oblationem teſtis audivit: & dictum Joannis Roſſelli ann. LXVII hujuſmodi facto eſt conforme.

impetratur proles maſcula, 39 Conſtantia, relicta quondam Thomæ de Benincaſa, ann. LXVIII, jurata deponit, quod cum periſſet octo filias feminas, audiens miracula Beati Præſulis Antonii ad ſepulcrum acceſſit, & devotiſſime ſe commendavit pro maſculo filio adhuc gignendo, quod quaſi poſt triduum viſum fuit eidem contingere: & maſculum concepit, & poſtea feliciter peperit: de quo illi & Deo reddidit gratias multas.

Officium alendæ familiæ ſufficiens, 40 Franciſcus, D. Manni de Temperanis Equitis aurati filius, nobilis Florentinus, ann. LXVIII, dicit, qualiter pater ſuus, cum eſſet in magna penuria & neceſſitate, ob plures filios parvos & inutilem familiam, & tamen nobilis & equeſtris Ordinis, ad ſepulcrum acceſſit Antonii, ex corde ſe recommendans, ut haberet unde provideret ſuæ neceſſitati pro familia ſuſtentanda decenter: & brevi evenit ut crearetur Camerarius officii Montis communis Flo-
C rentiæ (quod eſt officium multæ utilitatis) quo aſſecuto potuit congrue ſibi ac ſuæ familiæ ingenuæ providere. Idem teſtatur quod cum pater ſuus graviſſimis febribus laboraret, commendavit ſe cum voto eidem B. P. Antonio, & ſtatim convaluit, & votum ante ſepulcrum, imaginem ſcilicet ceram apponendam perſolvit.

& alia quæcumque opportuna ſubſidia, 41 D. Damianus Geminianenſis, vir nonagenarius & ultra, qui novit Antonium virum ſanctum, & ipſum ſibi elegit in patrem & proviſorem ac protectorem, continue illi ſe recommendans; in cunctis deſideriis ſuis, ac neceſſariis ſibi & ſuſtentationi familiæ ſuæ, nullum aliud confugium quam Antonii præſidium habens, ſemper exauditus fuit ab eo: & officia & quæcumque alia optata & petita ſemper obtinuit & obtinet per interceſſionem illius à Deo: ita ut in terra ſua inter concives hoc ſit notorium. Dicit hoc latius Mag. Marc-Antonius Doctor eximius, filius præfati Damiani, de auditu à patre ſuo predicto, quia deperditum fuit ex incuria Fratrum teſtimonium, per publicum inſtrumentum in conventu S. Marci dimiſſum, redditum ab ipſo Damiano, viro bono & integerrimæ famæ.

mitigatio dolorum capitis 42 D. Magdalena vidua, uxor olim Dominici de Paganuccis, frequenter intenſo capitis dolore cruciata, nihil ſibi proficientibus jam expertis remediis multis, ad tumulum Antonii orans ſubito liberatur. Quod ultra decem vices illi contigit: & D quotieſcumque accidit toties accedit, & ſimiliter liberatur, & permanet ſic ſana quandoque per plures menſes, quandoque per annum inde ab oratione diſcedens, ipſa jam annorum LXIV, gratias Sancti plures experta. Blaſius Pauli de Florentia annorum XC de ſeipſo affirmat, qualiter in ſe experiatur mirabile quiddam: quia videlicet patitur in renibus morbum gravem, & medicum nullum habet præter Archiepiſcopi auxilium: & quotiens in eo maximo dolore conſtitutus ſit accedit ad tumulum ejus: ac ſe Antonio genuflexus devote commendans, ſurgit inde ſemper abſque dolore, relevatus ab ejus meritis glorioſis. *& renum quotieſcumque petitur*

& vocatio ad Ordinem Prædicatorũ 43 Frater Bartholomæus de Cavalcantibus de Florentia dicit, quod in quadam oratione quæ fiebat à novitiis Fratribus S. Marci ad ipſum B. Antonium, quotquot petebantur ab eiſdem orantibus ut inſpirarentur ad ingreſſum religionis, omnes infra modicum tempus fiebant Religioſi in dicto conventu: & quod ille fuit unus ex petitis, quem in ea oratione nominaverat & petierat Fr. Benedictus de Montelupo, ipſo tamen neſciente, qui eſt ann. LIII: & in E ipſo conventu Fratres multi hoc idem affirmant eſſe veriſſimum. Majus eſt quod ſequitur, quia magis indigno collatũ beneficium. Cum recepiſſet ad religionis habitum Antonius, tunc Prior S. Marci, quemdã Pedemontanum, cui etiam nomen ſuum indiderat: qui receptus, poſt aliquod tempus, ad partes infidelium Africanas cum perveniſſet, apud Tunetum Barbarorum abnegavit Catholicam fidem. Poſtmodum audita in conſpectu Domini Præſulis Antonii pretioſa morte, & qualiter miraculis coruſcaſſet; apparente etiam illi, juxta quorumdam relationem, B. Antonio, ipſumque fortiter ſuper tam gravi peccato redarguente; motus ille intus atque compunctus, ac fervore fidei caritate formatæ accenſus, ſequenti die in publicum prodiens ubi abnegaverat, iterum publice Chriſtum & fidem ejus conſtantiſſime profeſſus fuit, ac revocavit penitus abnegationem illam, mortem non timens, & amicitiam Regis quam contraxerat, & omnes mundanas proſperitates quibus eum proſequi jam cœperat, & in poſterum majores pollicitas contemnens; iniqui Regis impio juſſu à Mauris Saracenis, indignantibus & in eum lapidibus irruentibus, orans & in Chriſti confeſſione perſiſtens, occiſus glorioſum martyrium cum ſumma conſtantia conſummavit: cujus corpus etiam in cloaca fuit à Jeſu Chriſto mirabiliter conſervatum, & à Januenſi- F bus fidelibus inde Januam tranſlatum. De hoc facto, martyrio & miraculis D. Franciſcus Caſtilionenſis hiſtoriam ſcripſit, latius omnia continentem. Et Michael Chriſtophorus ann. LXXXII teſtificatur hoc habuiſſe à Fr. Baptiſta, Seniore Ord. Prædicatorum, qui ab ipſo Antonio, tunc Priore S. Marci, ſimul cum prædicto martyrizato, religionis habitum ſuſceperat. Et Fr. Jacobus Siculus D. Ordinis ann. LXIV idem dicit, & quia vidit martyrii locum & intellexit hiſtoriam. *Hanc Hiſtoriam Florentiæ deſcripſimus, & invenimus impreſſam ſine Prologo apud Leandrum Albertum, dandam* XXIX *Auguſti, quo Ripolis in Pedemontio colitur iſte* B. *Antonius; niſi haberemus epiſtolam teſtis oculati, quem ſe ſecutum Caſtilionenſis profitetur.* *Apoſtata Ordinis & fidei, fama mortis glorioſæ adductus ad pœnitentiam*

Martyr obit Tuneti.

44 Nicolaus Caroli de Bilioctis, Frater Ord. Prædicatorum de Obſervantia, Florentinus, cum præpararet eccleſiam S. Marci pro feſto ejuſdem, caſu cecidit in eadem eccleſia ex quodam portatili ſcaligradio ſexdecim graduum ad minus; & dum caderet B. Antonium Antiſtitem invocabat: & judicio omnium ex eodem caſu debuiſſet mori; & adſtantium ibidem æſtimatione poſt lapſum etiam mortuus putabatur, & ipſe ſe talem reputabat cadens. *Frater è ſcalis periculoſe lapſus*

A dens. Sed poſtquam cœpit trahere ſpiritum & loqui, petiit devote non in conventum ſe, quo eum portabant, ſed ad ſepulcrum P. Antonii deferri. Et ibidem deductus, fuſa oratione cum lacrymis, ſtatim omnimodam conſervationem & ſanitatem adeptus fuit, & ad ipſam eccleſiam eodem die rediit, ac ſi non ipſe, ſed alius fuiſſet qui ceciderat, ſanus perfecte. Dicit hoc de ſeipſo Fr. Nicolaus prædictus ann. XLVII, & Fr. Matthæus Jacobi ann. L, de viſu, quia interfuit, & cadentem & omnia ſupraſcripta circa eumdem vidit: item Fr. Bartholomæus Joannis ann. LIV, qui exiſtens in eadem eccleſia & prope locum ubi cecidit, licet non viderit eum actualiter cadentem, affuit tamen caſui poſt lapſum, & recollectioni ejuſdem de terra, & omnibus ſupradictis.

ad tumulum convaleſcit.

CAPUT VI.

Naufragio, lapſu, paralyſi, phthiſi periclitantes, voto facto à morte præſenti liberati.

B 45 DIxerat *Antonius cum adhuc viveret*, cuidam Petro nauclero, familiariter ſibi noto, ac nimium lucri cupido, ex qua cauſa nimis intentus fuerat illi exercitio, quod contentaretur humiliori ſtatu, nec tam lucri cupidus eſſet: ac, ſi proſequeretur exercitio illi vacare, male illi inde conduceret cum animi & corporis diſcrimine magno. Cumque inter Paduam & Venetias ſemel poſtea periclitaretur ex naufragio in mari præfatus Petrus, & jam ſubmerſioni proximus recordaretur verbi quod illi prædixerat, dum viveret, Præſul ſanctus, ejuſdem auxilium invocavit cum voto. Quo facto, vidit miraculoſe Antonium ſe per capillos capitis de maritima ſubmerſione trahentem ac liberantem. Et ita in facto miraculoſe evaſit: & ad ſepulcrum ipſius deinde Florentiam acceſſit, ubi & tabulam, ſui voti picturam & rei geſtæ ſeriem continentem, dimiſit. Dicit hoc Sor. Antonia Leonardi delle Opere, ann. LXII, audiſſe à patre ſuo Leonardo, qui noverat & viderat, & plene prædicta omnia ſciverat. Etiam Andreas de Cambinis, ann. LXX, & Montes Joannis, ann. LXVIII, ſunt teſtes conformes: & ad ſepulcrum adhuc tabula exſtat depicta, cum nominis ſubſcriptione convenienti, quia dicit vulgari ſermone, Piero, bono barcherolo, miſero peccatore.

Nauclerum, cui vivus periculum prædixerat,

C *Addit* Andreas *prædictus*, *filius* Antonii de Cambinis nobilis Florentinus, quod viderit Petrum pluries ibidem audientem Miſſam in eadem eccleſia S. Marci, ſibique ac pluribus hoc miraculum referentem.

mortuus naufragio eripit.

liberat navim de naufragio periclitantem:

46 Marioctus de Stechutis, civis honorabilis & mercator Florentinus, dum fluctuante nave, in qua ipſe erat in magna tempeſtate & fluctibus, periclitaretur in mari, mirabiliter liberatus eſt, ceſſante valida tempeſtate ac fluctibus maris, Antonii beneficio, ex voto eidem facto per Marioctum prædictum: quod poſtea implevit ante figuram ipſius B. Antonii, in conventu S. Mariæ Novellæ Ord. Prædicatorum, ubi ceream navem cum tempeſtatis pictura appendi, & lampadem fecit accendi, quam & toto tempore vitæ ſuæ ibidem alere perſeveravit accenſam. Probant hoc Fr. Nicolaus de Marinis Ord. Prædicatorum, Confeſſor præfati Mariocti ex

a certa ſcientia: & Michael Chriſtophori *a* guainarius, ann. LXXXV, qui hoc ipſum ſcribit propria manu in fidem teſtimonii ſui, audito quod per publicum bannum citati fuerunt teſtes in negotio canonizationis B. Antonii: & dictum ſuum ſcriptum miſit ad urbem, ſubſcriptum à duobus aliis teſtibus, regiſtrandum in proceſſu per Notarium cauſæ prædictæ.

EX PROCESSU *item aliam, in qua poſt factam fruſtra jacturæ,*

47 Fr. Vincentius Thucci de Florentia, Converſus Ord. Predicatorum, dum ſocius per obedientiam eſſet Fr. Thomæ Cajani Florentini ejuſdem Ordinis, euntis Ragúſium ad prædicandum anno Domini MDXIX, de menſe Novembris: & in mari validiſſima fortuna ac tempeſtate exorta, ita ut navis periclitaretur fluctibus per plures dies, & rupta arbore in tres partes, & rebus mercatorum projectis in mare, ac omnibus in ea exiſtentibus ſe invicem exhortatis ad bene moriendum, & jam Crucifixum deoſculantes, cuncti quaſi præſentem mortem videntes expectarent; ipſe Fr. Vincentius cum fide oravit, & cum voto ad B. Antonium: & mirabiliter ipſe cum ſocio & aliis tale periculum evaſerunt, quale etiam incolæ affirmant à ſexaginta annis citra in eo mari numquam fuiſſe ex memoria viventium hominum. Hoc habetur ex litteris ipſius Fr. Thomæ Prædicatoris, ſcribentis ad Fr. Jacobum Siculum, S. Marci Florentiæ Priorem, de qualitate graviſſimæ tempeſtatis: in quibus etiam Fr. Vincentius ipſe petit à præfato Priore, ut tabulam, eum fortuna & navi & eiſdem Fratribus ſupplicantibus cum ipſo vovente, depingi faciat, & apponi ante ſepulcrum ipſius B. Antonii, in memoriam beneficii recepti. Quas litteras ipſe Fr. Jacobus produxit & regiſtrari fecit coram Judice in cauſa Canonizationis, Apoſtolico delegato, & totum tenorem illarum.

omnes jam ſe parabant ad mortem 1519.

E

48 Soror Euſtochia de Boninſegnis de Florentia, ann. LII, nobilis Petri filia, & Monialis S. Luciæ, deponit in proprio facto, qualiter auxilio B. Antonii Præſulis invocato, dum in ſeculo eſſet, liberata fuerit mirabiliter ab evidenti periculo mortis, & impetuoſo curſu equi, cui teſtis eadem inſidebat, equitans in invia ripa fluminis, in alta quadam balza *b*, ſubtus qua erat aqua profunda, & ſine humano adiutorio poſt curſum prædictum: matre ſua, & aliis qui fuerant ſecum remanentibus in altera parte trans flumen. Invocatione tamen Antonii facta, ſubito firmavit *c* beſtia curſum, & ſtetit in eodem loco: quod videretur incredibile, ſi quis locum videret. Et dicit ſe alium non habere conteſtem niſi conſcientiam ſuam, quia mortui ſunt qui ſecum comitabantur.

ſalvatur puella periclitans in præcipitio,

b

49 Marcus Jacobi del Pechia, Florentinus civis, ann. LXVI, dicit de ſe, qualiter equus ſuus caſu de via, dum equitaret in eo, cecidit in foveam quamdam ſatis profundam, equo deſuper ipſum teſtem manente. Cumque caderet devovit ſe Marcus B. Archiepiſcopo Antonio, advocato ſuo: & cum ipſe, juxta ætatem gravem & magnam equi ruinam, crederet omnino ſe tunc moriturum, videretque ſe in diſcrimine ſummo jam conſtitutum; Deus tamen, propter meritum Antonii, fecit evadere penitus incolumem, abſque ulla læſione ſui & equi.

ſenex ſub equo lapſus in foveam:

F

d monialis toto corpore incurvus erigitur,

50 Monialis S. Luciæ *d* de Florentia, nomine Sor. Caritas, filia Guidi de Toloſinis civis Florentini, graviſſime infirma & attracta atque curvata in oſſibus ſpinalibus dorſi, ita ut nullo modo ſe poſſet erigere; & ita deformiter, ut os quaſi tangeret genua, & monſtrum videretur effecta (ſub qua ægritudine per ſex continuos annos laboravit, à medicis etiam, poſt multa remedia tribus annis fruſtra adhibita, relicta pro incurabili & penitus inſanabili) commendans ſe & vovens B. Antonio; & ipſo ſuo voto expleto, quodam ſero, cum fatigata ſederet in cella, & ferventiori ſpiritu orans ſe commendaſſet eidem, cujus imaginem ibidem continue pro ſua devotione habebat; ſenſit totum corpus ſuum ardore intrinſeco commoveri, ac videbatur

EX PROcessu. sibi videre B. Antonium (non tamen corporeis oculis eum videbat) à quo sensit se erigi una manu beati viri à parte interiori pectoris, alia vero à parte dorsi ipsius curvi: & statim sana effecta est atque in totum erecta, neque ultérius unquam in eam ægritudinem recidivavit, sed sana semper ab inde fuit, sicuti modo est. Et hoc in primo examine testificatur Fr. Bonajutus Thomæ, Confessor tunc monialium & d. Sororis sanatæ, ann. LXI. Et in additionibus examinum dicunt hoc idem ipsamet Sor. Caritas ann. XXXVIII, item Sorores tredecim sigillatim nominatæ, & Fr. Laurentius Nicolai Confessor monasterii per plures annos, ann. LXVI, omnes de visu & certa scientia. Item Mag. Petrus Spinelli Doctor physicus & medicus, qui eam curavit, annorum LXIII. Et Fr. Bartholomæus Joannis, modernus Confessor monasterii prædicti, ann. LIV, testificatur se idem audisse fere ab omnibus monialibus d. monasterii singillatim, in quo sunt circiter centum quadraginta Sorores.

51 D. Flammecta, nobilissima Florentina vidua, filia Nicolai de Ridolfis, & olim uxor Martini de Martinis, cum anno MDXIX longa & gravissima ægritudine, imo ægritudinibus pluribus simul junctis, laboraret ad mortem, & penitus fuisset ethica *e* febre ac pluribus accidentibus consumpta, ac etiam paralytica facta & contracta, ita ut nec ullatenus se quoquam vertere, nec ab aliis verti aut tangi absque dolore maximo potuisset, nec se movere aut agitare membra; & quæ jam non movebatur, nisi aliqualiter inordinato motu paralytici tremoris; & cujus vox ita tenuis fuerat effecta, ut à nemine audiretur, nisi vix ab auribus ori adhærentibus (nam vix jam halitum trahere poterat vel respirare, & Sacramenta Ecclesiæ jam receperat omnia, diffidata & desperata à medicis omnino, post infinita à variis & diversa in vanum experimentata remedia) jamque Sacerdote ibidem pernoctante cum pluribus aliis pro recommendatione animæ, & expectantibus horam transitus ejus; & tamen contra spem omnium atque judicium de tam gravi morbo mirabiliter evasit, ex voto pro se emisso de sua commissione; & ad B. Antonium facta recommendatione & prece per Fr. Thomam de Strozzis, patrem spiritualem Confessorem ipsius infirmæ: quæ adhuc in valetudine perseverat & sana, annorum XXX. Ipsa eadem D. Flammecta de se ipsa hoc dicit, & Fr. Thomas præfatus Confessor ejus, vovens prædictus; & Mag. Zenobius de Carlectis, civis & medicus Florentinus, de visu & certa scientia, conformiter loquens in cunctis, qui unus fuit ex medicis habentibus curam infirmitatis.

e B *paralytica in extremis cõstituta sanatur;*

C

52 Mag. Martinus, Theologus Ord. Humiliatorum, ann. LXXXI, hoc præsenti anno MDXIX subito apoplexiæ morbo correptus, ac desuper hoc gravissime infirmatus, amissa loquela alteroque latere in totum deperdito, prostrata etiam virtute per aliquot hebdomadas, ita se habuit ut crederetur firmiter ab omnibus tunc moriturus: & tamen subito quadam die sic sensit se relevari, ut visum fuerit ei miraculose factum. Nesciebat tamen quod Sor. Anna de Davanzatis, devotissima monialis, emisisset pro eo votum S. Antonio Archiepiscopo Florentino, quod ab ea post tres dies rescivit: unde gratias Deo egit & Sancto, ac votum reddidit pro se à Sorore emissum. Dicit hoc ipse Mag. Martinus de seipso: & idem conteſtificatur Joannes Simon de Florentia, ejusdem Mag. Martini affinis ann. LIV, de visu & certa scientia, qui etiam emit imaginem, & ad sepulcrum Antonii detulit.

Religiosus paralyticus ex alieno voto,

53 D. Pacina, mulier Florentina, ann. XXXVI, deponit in facto proprio, qualiter subito apoplexiæ morbo correpta fuerit, & latere deperdito per dies viginti quatuor in hospitali magno S. Mariæ-novæ *alia ex suo*, Florentiæ diligenter curata sanari nequiverit: & facta cum magna devotione beato Antistiti Sancto recommandatione cum voto, subito cœperit membra movere, ac brevi inde etiam totaliter exierit sana: unde postea etiam habitum Ordinis ipsius beati Archiepiscopi ex devotione *f* portaverit ab eo tempore annis multis, & semper innupta in virginali statu Domino decreverit deservire, ac serviat modo in domo Sororum de pœnitentia B. Dominici, propriis manibus laborando &c. D *f*

54 Eadem quoque Pacina dicit, quod cum contigisse audierit, D. Apolloniam (unam ex Sororibus deservientibus infirmis in d. Hospitali S. Mariæ-novæ, in quo sunt circiter centum quinquaginta sic servientes Sorores, quę quidem infirmæ olim testi multa cum caritate ministraverat) graviter infirmari ex quodam humore, taliter descendente ut lumen alterius oculi amisisset, cui juvamina medicorum numquam aliquid profuerunt; ipsa testis recommendavit eam, ex caritate & gratitudine accepti beneficii, B. Antonio, cum voto offerendi pro ea oculos argenteos ad sepulcrum ipsius & cereum caput. Qua facto voto, Apollonia subito liberata fuit ab ægritudine sua, & lumen vidit quo prius caruit in altera parte visus. *qua ipsa etiam alteri impetrat oculi restitutionem.*

55 Fr. Alexander Petri de Bencivennis Ord. Prædicatorum, in Quadragesima missus ad prædicandum, graviter infirmatus & impeditus ab officio prædicandi, ex ruptione pectoralis venæ in magna copia per aliquos dies expuens sanguinẽ vivum; emisso voto cum prece ab eo ipsi B. Antonio, statim liberatus fuit ab eadem ruptione venæ, ac stetit sanguis, & gratiam petitam posse in ea Quadragesima prædicare impetravit, ac sine ullo impedimento usque post festa Paschalia prædicavit. Ipse de se hoc dicit ann. XXIX, qui vovit & gratiam impetravit anno MDXIX. E *vena pectoris rupta*

56 Elisa, Petri de Bencivennis filia & præfati Fr. Alexandi soror carnalis, & uxor Bartholomæi de Thieris, de mense Julii MDXIX ex pleuresi ac phthisis morbo, cum ruptura venæ pectoris effluens vivum sanguinem, infirmatur ad mortem; ac *g* diffidata à Mag. Jacobo phisico & medico, fratre suo carnali, de corporali salute; ex voto cum prece, de ipsius Elisæ licentia B. Antonio per d. Fr. Alexandrum emisso, miraculose sanatur. Dicit hoc Fr. Alexander præfatus; & satisfactio voti per ipsam Elisam apparet in testimonio Alexandri Iuliani *h* cerajoli Florentini ann. LXIII: qui etiam obtulit tabulam, in pictura idem continentem, cum subscriptione ipsius Elisæ, ante sepulcrum Antonii in ecclesia S. Marci. *& in pleuritica moribunda.* *g* *h* F

57 Quædam Sanctimonialis S. Luciæ de Florentia, nomine Sor. Raphaella de Ubaldinis de Gagliano, pluribus annis ægrota, cum non sperarent jam medici de salute ipsius, supervenit illi quod vena pectoris tussiendo rupta esset, & multis diebus continuis funderet sanguinem vivum, phthisica judicata & ab aliis seorsim curata ne contagione plures inficeret; & adeo ut perducta esset ad periculum mortis, etiam superveniente sibi alia valida febre. Quod intelligens Raphael Antonii, nobilis Florentinus, frater carnalis ipsius ægrotæ, vehementer dolens ac suæ dilectæ sorori compatiens, citus accessit cum multa devotione ad sepulcrum Præsulis sancti; & humillime se super illud in oratione projiciens, recommendavit ei sororem suam. Et ipsa nocte cœpit soror ejus melius habere ac relevari; in tantum ut facto mane, cum rediret ad supradictum monasterium, cupiens scire statum sororis, cui de morte timebat, jam sanam invenit & ad crates euntem ad secum loquendum: quod *itemque in moniali phthisica*

ab

A ab eiſdem fuit miraculo gratioſi Archiepiſcopi Antonii cum gratiarum actione relatum. Et hoc probatur ex dicto ejuſdem Raphaelis, ann. XLVIII: & idem teſtificatur Soror eadem Raphaella, ann. XLII, & ſex aliæ Sorores nominatæ, inter quas Sor. Euangeliſta, quæ Prioriſſa monaſterii tunc erat tempore facti miraculi; omnes ex ſcientia certa de viſu.

ANNOTATA.

a Guaina *Italis dicitur* Vagina: *hinc* Gnainaro, *vaginarum factor.*

b Balza *iiſdem eſt* rupes.

c Firmare *neutraliter*, ſubſiſtere, *per idiotiſmum Hetruſcum.*

d *Auctor Vitæ 3 appellat* monaſterium, ubi ſub ſignis Divi Dominici nobilis virginum cœtus militat.

e Ethica febris, *paſſim & vulgo dicitur pro* hectica.

f *In 3 Exam. Teſtis 103* Fr. Theophilus Danielis Angeli de Florentia, conventus S. Galli, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ann. IX, dicit audiſſe in Confeſſione ſacramentali multos, qui aſſerunt ex devotione portare habitum S. Dominici, ex voto, propter gratias multas miraculoſe receptas ab iſto ſancto Antiſtite Antonio; & ſe induiſſe plures habitu illo.

g Diffidatus, *Italis* depoſitus, deſperatus.

h *Hic in Exam. 3 Teſtis 65 recenſetur cum cognomento*
B de Benintendis, *& Cerifex appellatur, ſive (ut magis explicatur ad nomen teſtis 66* Ceraiolus ſeu cerifaber aut imaginum fictor: *qui* actualiter oſtendit votũ cujuſdam Eliſæ, liberatæ ab extremo vitæ termino, ex voto quod ipſe debebat apponere ſepulcro.

CAPUT VII.

Variimorbi voto ad S. Antonium facto curati.

Voto facto ſanantur, diſuria laborans,

58 MAgnificus ac generoſus vir, Petrus Franciſcus Laurentii de Medicis, cum de anno Domini MDXVII infirmaretur ad mortem, nec ullo pacto valeret urinam emittere, quibuſlibet etiam peritiſſimorũ medicorum diverſis adiutoriis & remediis humanis, quæ adhibita fere innumera per eos fuerunt; & per viginti quatuor horas in periculo etiam conſtitutus mortis, omnino ſe moriturum crederet; viſitatus fuit à quodam Fr. Stephano ſibi noto. Qui requiſita & habita ab eodem Petro Franciſco licentia ipſum vovendi beato Archiepiſcopo Antonio, eodem ſero reverſus eſt ad ſuum conventum S. Marci, & projiciens ſe inoratione ante ſepulcrum Archiepiſcopi, commendavit eumdem infirmum, cũ voto imaginis unius ibidem ſtatuendæ, ad ſimilitudinem naturalis ſtaturæ ipſius infirmi. Quo voto emiſſo eodemque ſero, nobilis ille æger fecit urinam, &
C liberatus tunc fuit à periculo mortis, & deinde etiam plene ſanatus. Qui ſtatim beneficio urinæ recepto, cuidam familiari injunxit, ut Fr. Stephano voventi illud ſignificaret, ac etiam poſtmodum commiſit ut pecuniam ſolveret pro voto reddendo: qui totum explevit juxta commiſſum. Teſtificantur hoc totum primo idem Petrus Franciſcus de ſeipſo, ann. XXXIII; & idem dicit Joannes Franciſcus Zephius, familiaris prædictus, ann. XL; & Fr. Stephanus, vovens prædictus, ann. LXIV; ac Mag. Bernardus Bandinus, phyſicus & medicus egregius, qui curæ prædictæ interfuit, ann. LXXII.

Matrona jam extremis munita;

59 D. Franciſca, vidua nobilis Florentina, uxor olim Bartholomæi de Guardis, cum infirmaretur ad mortem, & adeo graviter, ut ſacramentis eccleſiaſticis jam receptis, etiam Unctionem extremam attulerint Sacerdotes ad inungendam infirmam, & lugubres veſtes à marito & cæris attinentibus ac funeralia omnia domi præparentur; D. Giſmunda, ſoror ejuſdem, in eo extremo vitæ ſororem conſtituram proſpiciens, fide viva & ſpe concepta, rogavit Fr. Antonium de Radda Ord. Prædicatorum, ut Dominum ferventi ſpiritu oraret atq; rogaret pro ſalute ſororis (cujus Pater erat ſpiritualis) cum voto ad Patrem Archiepiſcopum S. Antonium. Quod Fr. Antonius fecit, orans & vovens, quod ſanata pauperibus erogaret pro eleemoſyna decẽ ducatos. Et facto voto cœpit mulier reaſſumere vitalem ſpiritum, & infra triduum de lecto ſurrexit libera totaliter & ſana, Deum laudans in ſancto ſuo: & votum reddidit, per Confeſſorem ſibi promiſſum, & erogavit amore Dei pecuniam illam. Hoc dicit in teſtimonium veritatis ipſa D. Franciſca de ſe, cum juramento affirmans, per inſtrumentum publicum, rogatum per Ser-Paulum Bartholomæi de Dinis, Notarium publicum Florentinum, cum audierit citatos fuiſſe ſcientes Archiepiſcopi vitam & opera, ad deponendum de veritate, per publicum præconem in civitate Florentiæ, & tunc illa fuiſſet extra civitatem in partibus Mugelli *a* in oppido Burgi, hoc dictum ſuum curavit mittere ad urbem: quæ dicit hoc contigiſſe jam ſunt anni viginti tres incirca examen vero ſui dicti factum fuit II Martii MDXIX. *a*

EX PROCESSU.

item alia graviter infirma,

60 Antonia vidua, olim uxor Mag. Antonii de Mediolano ann. LXXX, dicit de ſe ipſa, quod ſtatim poſtquam ſe Antonio recommendavit, ſenſit ſe à graviſſimo morbo liberam & dolore, quo in maxima ægritudine tam fortiter vexabatur, ut in articulo eſſet animã exhalandi, & per Dei gratiam incolumis evaſit. Et ſic deſeipſa teſtificatur. Item eadem de ſe ipſa dicit, qualiter ab eodem illuminata fuit circa quamdam artem faciendi notas argenteas, ſuper quadam fraudata *b* mixtura argenti vivi, tradita ſibi à quodam Mag. Petro æmulo ſuo, quam dimiſit, & de bono argento fecit. Dominicus de Boninſegnis, Florentinus nobilis, cum bis ægrotaret ad mortẽ, ferme abſque ſpe ſalutis, commendatus fideliter à parentibus B. Antonio, incolumis ſemper evaſit. Ipſe Dominicus ann. XLII dicit de ſeipſo hoc à parẽtibus ſuis habuiſſe. *b*

E

ante in quodam dubio illuminata:

item magnis febribus correptus,

61 Marcellus Leonardi de Vernaccis, nobilis Florentinus, anno Domini MCCCXC, extra Florentiam exiſtens in loco Prioratus S. Barnabæ de Gamundo, correptus eſt magnis febribus, & mori timebat: ſignanter etiam quia ibi non aderant medici neq; medicinalia poterãt haberi. Et recordatus ſanctitatis atq; miraculorum B. Antonii, una nocte illi ſe devotiſſime commendavit, promittens recuperata ſalute viſitaturũ ſe eſſe cum cereo, in honorem ejus accenſo, ſepulcrum illius. Quo voto facto ſubito ſanitatẽ recuperavit, votumq; deinde perſolvit. Dicit hoc ipſe de ſe idem Marcellus ann. LV. Alius quidam Florentinus, graviſſima febre laborans & à medicis diffidatus, cum judicatum eſſet actum de illo quoad corporalem ſalutem, invocato cum fide Antonii Præſulis auxilio, ſtatim liber à morte ſimul & infirmitate evaſit. Teſtificatur hoc Andreas Marci de Rubia civis Florentinus ann. LXXXI.

F

aliique febricitantes plures.

62 Fr. Bartholomæus Faventinus Ord. Prædicatorũ, febricitans graviſſime & ſciaticus, de cujus vita dubitabatur, commẽdatus cum voto ipſi B. Antonio, ſtatim cœpit melius ſe habere, ac poſtea breviſſimo temporis intervallo totaliter convaluit, & miraculo ſancti Præſulis retulit ſanitatem illam. Teſtificatur hoc Fr. Bonajutus Thomæ ann. LXVI, qui præd. Fratrem infirmum vovit, & Bartholomæus prædictus de ſeipſo, & Mag. Bernardus de Bandinis, phyſicus & medicus, qui curæ prædictæ affuit. Agnes Soror Monialis in monaſterio S. Catharinæ de Senis, Ord. Prædicatorum Florentiæ, cum magnis febribus & phthiſica laboraret, commendata cum voto B. Antonio, plene ſanata eſt. Idẽ Fr. Bonajutus qui ſupra, Confeſſor monaſterii, teſtificatur certa ſcientia.

63 Marcus de Bellaccis, civis nobilis Florentinus, & mercator optimæ famæ, vir devotus

EX PROCESSU. & honoratus, cum infirmaretur ad mortem maligna & valida febre, ac jam desperatus corporali salute, animæ tantum vacaret; cumque super eam ægritudinem intolerabili etiam dolore capitis vexaretur, cui medicinæ arte non poterat subveniri; tunc D. Petra, uxor illius, de suo consensu eumdem vovit Antonio Præsuli, & misit cereum caput ad ejus sepulcrum, & statim abiit capitis dolor omnis. Quæ uxor deinde iterum vovit similiter pro viri salute imaginem ceream ad staturam corporis ejus: & statim voto emisso, cœpit relevari meliusque habere infirmus, ac postea brevi est perfecte sanatus, mirantibus cunctis cum Dei laude adstantibus ac scientibus, simul cum ipso Marco infirmo ac Petra vovente, & votum persolvit Marcus sanatus. Dicunt hoc ipse Marcus, ann. LIII; & uxor ejus D. Petra, ann. XLII, uniformiter loquens.

quidã etiam à febri maligna

& Religiosi duo.

64 Domnus Minias, Frater Ord. S. Augustini Congregationis S. Salvatoris de Scopetinis Canonicus Regularis ann. LXIII testificatur de seipso, qualiter ex longa ægritudine febrium & dolorum accidentiumque plurium, non proficientibus remediis medicorum multis, tandem commendatione facta cum voto Archiepiscopo Antonio, miraculose fuerit
B sua intercessione totaliter liberatus. Fr. Bonaventura Christophori de Lilio, Ord. FFr. Minorum de Observantia S. Francisci, ann. LXIV de seipso dicit, qualiter ex gravissima & periculosa infirmitate, ex voto per suos parentes pro eo emisso ad B. Antonium, cui fuerant valde noti dum viveret, & quem venerabantur ut Sanctum; confidentes in eo plurimum, fuerit testis ipse totaliter liberatus: qui etiam multa deponit in suo dicto de virtutibus ac sanctitate Antonii & miraculis ejus, de auditu & publica fama. *c* Mulier quædam nobilis, gravissima infirmi-

item mulier amens,

tate laborans, cum in insaniam incidisset, à qua curari non poterat, & per virum suum B. Antonio fuisset commendata; omnino sanata est. Dicit hoc Fr. Nicolaus Caroli ann. XLVII, qui vidit maritum prædictum ad sepulcrum ejus imaginem ceream ponentem, & ab ipso omnia audivit.

65 Jacobus Hieronymi, Florentinus civis, cum

vir leprosus,

quatuordecim annis lepram per totum caput, faciem, & spatulas gravissimam pateretur, nec ullis medicorum remediis posset juvari; commendavit se tandem devotissime cum voto ipsi B. Antonio: quo voto emisso, ante octavum ab inde diem, integram à tam
C contagioso morbo sanitatem recuperavit. Testificatur hoc de visu Hieronymus Hieronymi, frater carnalis ipsius Jacobi leprosi sanati, ann. L; & D. Barbara, soror etiam carnalis eorumdem, ann. LI: & addit factum ipsum exprimens, quod caro ejus in ipsa sanatione miraculosa effecta fuerit tamquam caro pueri mundissima, & quod vixerit postea semper sanus per annos quatuordecim, videlicet usque ad ejus obitum; & omnia de visu & scientia certa. Soror Bernardina Monialis S. Luciæ ann. XX, filia nobilis Patritii Florentini Laurentii de Alexandris, dicit de D. Bartholomæa genitrice ipsius testis, hoc præsenti anno laborante diu morbo maligno in altero pedum,

matrona laborans pede,

cui non profuerunt peritissimorum medicorum multa experimenta: & statim voto ab ipsa filia teste B. Antonio pro matre emisso, fuerit mater perfecte sanata: quę votum reddidit à filia factum, cum gratiarum actione Præsuli sancto.

66 Paulus Laurentius delle Opere Florentinus,

puer surdus ac mutus,

natus surdus, & mutus & à sua nativitate sic mutus usque ad prope septennium, sine spe ulla locutionis perseveravit, signum non habens ullum vel faciens
d unquam loquendi, sed neque etiam *d* mugulandi (ut verbis propriis testium loquamur) probatis etiam absque fructu aliquo medicorum remediis quodammodo infinitis, cum maximo patris ac matris suæ dolore. Cui postquam Laurentius pater ipsius ad Antonium Antistitem jam defunctum, cujus amicitia dum viveret fuerat usus, & auxilium senserat in angustiis propriis, animum direxit, & vota nonnulla pro eodem filio muto emisit; statim fuit restituta eidem seu concessa loquela, & ita perfecte, ut infra octo dierum spatium sic recte de omnibus necessariis loqueretur, ac si numquam fuisset mutus; qui, ut præfertur, ante nec minimum loquendi dederat aut mugulandi fecerat signum. Et pater vota reddidit repromissa: & Paulus filius inter alia vota pluribus annis habitum S. Dominici ad Archiepiscopi Antonii reverentiam induit & portavit, ac ejus imago cum gratiarum actione fuit apposita & oblata illi ante sepulcrum. Testificantur hoc totum latissime D. Magdalena vidua, ann. LXIII, soror Pauli supradicti muti sanati; & D. Margarita, filia Leonardi delle Opere, ann. LV, ambæ de visu & scientia certa. *e*

D

e

ANNOTATA.

a Mugellum, *jam sæpe nominatum, nullæ exprimunt tabulæ chorographicæ: ex locis tamen ibidem jam indicatis* Castilione, Balneis Porrettanis, Fabricis ferri *&c*, *colligitur esse regio intra Apenninum, in Bononienses Mutinenseſque fines usque porrecta; in qua etiam invenio notatum* Bargii castrum, *quod videtur hic minus recte dici* Burgum.

E

b *In 2 Examine ipsa Antonia testis 7 clarius* dicit se commendatione ad illum facta fuisse illuminatam, super quadam fraude cujusdam Mag. Petri æmuli sui, super arte faciendi notas argenteas, qui fecerat mixturam argenti vivi, & eam reduxerat ad miseram vitam: quæ post illuminationem fraudis de bono argento faciens eas, lucrabatur parvo tempore supra centum ducatos.

c *Duobus his Religiosis addatur* Monachus Vallisumbrosæ, statim ex voto à febre & magna ægritudine liberatus, *de quo in 2 Exam. Testis* 40 Fr. Thomas Laurentius de Strozziis Ord. Prædicatorum.

d Mugulare *ab Italico* Mugghiare, *pro* Mugire, *sumitur etiam pro quavis inarticulata voce.*

e *His adde quod in Exam. 2 Testis* 14 D. Dora, olim filia D. Jannoctii de Pandolfinis, & uxor olim Vannis de Strozziis, ann. LXXXIII, audivit à D. Nannina de Thedaldis, conjuge Francisci de Strozziis, quod cum Ludovicus, filius d. Nanninæ, in partibus Orientalibus graviter ægrotus & in magnis calamitatibus angustiatus fuisset; ipsamet filium vovit Antonio, & posuit imaginem ceream ad ejus sepulcrum: quo facto, filius ejus illico sanus effectus, & ab omni angustia & periculo liberatus fuit: & per sequentes litteras omnia illi significata fuerunt.

F

CAPUT VIII.

Miracula ad contactum vestium S. Antonii facta: cereorum anathematum multitudo.

Birreto pro reliquiis servatio Pisis

67 NEc solum commendationibus & votis B. Antonio factis hæc & alia plura, quæ hic non scribuntur, patrata fuerunt; verum etiam contactu rerum suarum, & signanter cujusdam birreti sui pro reliquiis reservati, Deus ipse mirabilis in Sanctis miracula facere dignatus est. Apud civitatem Pisanam, Raphael, filius Mathiæ de Fedinis, Castellani Arcis Pisanæ antiquioris infans puerulus, cecidit ex mœnibus arcis prædictæ, ad altitudinem brachio-

A brachiorum quinquaginta, ſupra cumulum petrarum conglobatarum ; ita ut mater ejus quæ ſtatim accurrit, & alii omnes ſtantes ibi, poſt lapſum illum mortuum indicabant & flebant. Cumque intellexiſſet hoc Megliorius Laurentii de Creſcis, civis Florentinus & jam pro Communi Florentino in civitatula Piſana Officialis, apud quem pro magnis reliquiis quoddam birretum Antonii ſervabatur; acceſſit illico cum birreto ad puerum : quo cum magna devotione impoſito ſuper eum, ſtatim viſus eſt reviviſcere infans,& melius ſe habere : qui etiam ad paucos inde dies omnino incolumis & penitus mirabili Dei opere ſanus evaſit. Hoc duo teſtes dicunt fratres carnales,ſcilicet filii prefati Meglioris Laurentii Creſcii, primus major natu Antonius nomine ann. LV ; alter vero natu minor, nomine Bernardus ann. LIII.

ſanatur puer ex alto lapſu,

ex proceſſu.

68 Iidem duo fratres prædicti teſtificantur, quod Hieronymus Antonii del Jocundo, Florentinus civis, cum diu graviſſimis febribus ac dolore nimio laboraſſet,eſſetque à medicis deſperatus; impoſito ſibi d.birreto,infra breviſſimum tempus fuit perfecte ſanatus : & ipſe Hieronymus de ſeipſo idem teſtatur. Similiter hi ambo dicunt,quod mulier quædam quæ laboraverat in partu, & fœtus in utero mortuus fuerat, nec extrahi poterat, & magiſter cum ferreis inſtrumentis ad extrahendum fœtum advenerat ; ſuperinducto birreto & impoſito mulieri, ſtatim ſine labore ac ferris fœtum mortuum & abſque læſione penitus ulla emiſit. Ambo etiam iidem fratres dicunt, quod uxor alia in alio partu timens abortire, petiit d.ſanctum birretum;& ſibi impoſito illo abſque ulla difficultate feliciter peperit.

febricitans deſperatus,

parturiens mortuo fœtu periclitans,

B

69 Antonius,Meglioris prædicti filius natu major,per ſe dicit,quod Julianus Petri de Bectinis,dum luderet ludo pilæ inflatæ, quæ dicitur palla groſſa, fregerat ſibi brachium, & maxima ſibi ſupervenerat febris, adeo quod de ſua ſalute deſperaretur ; & impoſito illi birreto ſancti viri prædicto , ſanatus fuit. Dicit etiam præfatus Antonius , quod Fr.Hieronymus de Ginis,nunc Frater Ord. Prædicatorum, cum eſſet ſecularis,graviſſime in capite fuit percuſſus letali vulnere, ex quo triginta oſſium fruſta extracta fuerunt,nec expectabant medici ultra ſalutem: & impoſito illi eodem birreto ſanitatem recuperavit. Et ipſe Fr. Hieronymus ann. XLVI idem multo latius de ſeipſo teſtificatur. Et ſoror ipſius Fr.Hieronymi, nomine Alexandra vidua, ann. LVIII , idem latiſſime probat de viſu & ſcientia certa : & addit prædictis, quod jam ad inſaniam verſus fuiſſet infirmus , & ulcus putridũ & irremediabile omnino jam factum.

brachium fractum,

caput contuſum,

C

70 Bernardus etiam,filius d. Meglioris natu minor,teſtificatur ſeorſim , quod Bartholomæus Naſius,nobilis Florentinus,graviter quadam vice ægrotans,non valens ullo modo urinam emittere;impoſito ſibi præfato birreto, ſtatim fecit urinam , & fuit extra periculum factus,quod dicit ipſe teſtis de viſu. Ipſemet etiam Bernardus dicit,quod Riccius aurifex, infirmus febribus ad mortem , & à medicis omnino ſine ſpe derelictus,impoſito ſibi birreto ſanatur. Narrat etiam ipſe Bernardus,quod quidam nepos ſuus, filius filiæ dicti teſtis , cum eſſet ægrotus & tribus diebus non ſumpſiſſet cibum; impoſito illi d.birreto ſtatim convaluit & cibum ſumpſit. D. Alexandra de Mazinghis ann. XLIV teſtificatur,quod D.Margarita, uxor Hieronymi de Paulis, conſanguinea teſtis, cum graviſſime valida febre capitiſque dolore maximo torqueretur , accepto beati viri birreto ſtatim convaluit. Puer ad mortem laborans , impoſito ſibi præd. Præſulis ſancti birreto, etiam plene ſanatur. Dicit hoc nobilis Bernardus de Gondis. Puer cadens à ponte Piſano , ſemimortuus remanens inde , impoſito eidem prædicto Sancti birreto convaluit.

diſuriam patiens,

duo ægri deſperati:

alii graviter periclitantes,

D. Vaggia, mater præd. ſanati , ann. LXVIII, hoc teſtatur de facto filii ſui.

71 Bernardi Miglioris Creſcii filia , quæ ſemper ſolebat cum cruciatu nimio atque doloribus parere filios,non abſque diſcrimine magno vitæ, per impoſitionem birreti Antonii parit abinde ſemper abſque dolore. Teſtificatus eſt hoc de filia Bernardus pater ipſius. Mulier alia,cum multos filios mortuos antea emiſiſſet, poſtea alias paritura , per impoſitionem birreti præd. Antonii,peperit abortivum. Teſtis idem Bernardus. Mag. Valentinus de Camerino , Theologus magnus Ordinis Prædicatorum cum morbo epileptico laboraret , impoſito ſibi in capite birreto alio albo P. Antonii,quod Perufii cuſtodiebatur pro Reliquiis à quodam Fr.Dominico Guerruccio Florentino,Vicario Conventus Perufini, ſtatim incolumis evaſi,nec ulterius illam incurrit infirmitatem. Teſtatur hoc Fr. Dominicus Riccius Ord. prædicti ann. LXX.

& partu-rientes adjuvat;

& epilepticus Perufii.

72 Sor. Conſtantia de Vectoris,monialis nunc S. Luciæ & olim uxor Franciſci de Oricellariis nobilis Florentini, ann. LXXIII, dixit de quadam nobiliſſima muliere magni nominis in civitate Florentina, cujus tamen nomen ex cauſa juſta reticendum putat , quæ longa ægritudine ac validiſſima laboravit ; ſuperaddito etiam,quod audierit fratrem ejus carnalem , ſibi valde dilectum atque primarium civitatis & magnum civem,interfectum fuiſſe , illa in inſaniam verſa fuerit, in qua diu laborans numquam potuerit medicorum aliiſque infinitis curari remediis , & tandem hortatu quorumdam Patrum conventus S. Marci Ordinis Prædicatorum,cum deducta fuiſſet ad ſepulcrum Antiſtitis in eccleſia S.Marci , & fuſa oratione ſuper ea à Fratribus & à viro ſuo , aliiſque nonnullis neceſſitudine pertinentibus ad eamdem adſtantibus cum voto, & impoſito birreto Antonii ſuper caput, & ſcapulari illius in dorſo,ſuper ſcapulas infirmæ, ac aliis indumentis Sancti nonnullis etiam ſuper infirmam,ſana mente facta inde diſceſſit,cum lætitia multa ſuorum:& poſtea etiam brevi tempore fuit in corpore perfecte ſanata ; ita ut etiam deinde cum viro ſuo vixerit,& ex eodem genuerit (quos feliciter peperit) liberos tres. Et omnia hæc prædicta teſtis affinis ejuſdem de viſu deponit & ſcientia certa. *a*

Matrona nobiliſſima curatur à morbo & inſania,

E

impoſitis ad ſepulcrum veſtibus S. Antonii:

a

73 D. Camilla de Oricellariis,uxor Bartholomæi de Clachis de Florentia , cum infirmaretur graviter ex febribus ac doloribus magnis , & ultra hoc ejus oculi ſomnum capere nequiviſſent aliquo modo per dies plures ac noctes quas ducebat inſomnes , etiam plurimis adhibitis medicinæ adjumentis in vanum, ita ut ea ſe ſimilem eſſe diceret animæ damnatæ ; & Frater Dominicus Piſcienſis Ord. Prædicatorum viſitaſſet eamdem , confortans illam ad devotionem & fidem Archiepiſcopi Antonii ; quam ſe habere cum reſpondiſſet,facta oratione à Fr.Dominico & Socio ſuper eam ; indeque diſcedentibus Fratribus , pulvinari, quod vulgo dicitur el guanciale *b* o vero cuſſino,ſuper quo dormiens Antoninus ſolitus fuerat reclinare caput, dimiſſo ægrotæ : & Camilla ſuper eodem ſequenti nocte jacens, oculi ejus placide ſomnum ceperant, & illa quiete dormivit ac relevata eſt ab ægritudine,doloribus mirabiliter mitigatis & febre : & ita brevi poſtmodum totaliter ſana effecta,ut à cunctis qui viderunt & adfuerunt Archiepiſcopi miraculo fuerit hoc adſcriptum. De hoc Fr.Robertus Ubaldinus dicit, qui prædicta omnia vidit & ſcivit, quia cum Fr.Dominico prædicto acceſſit ad infirmam, & cum illo oravit, & cuſſino dimiſſo abſceſſit : & die ſequenti inutiliter cum eodem rediens ad infirmam,ita ſe,ut prefertur,inveniſſe omnia affirmat.

& alia ſomnum nullum capiens,

F

b

adhibito ejus pulvinari,

74 Bartholomæus Angeli de Lajone , civis Florentinus, ann. LXX, teſtificatur vidiſſe ſe ſuper quem-

EX PROCESSU.

& fudariolo plures infirmi.

dam graviſſime infirmantem apponi ſudariolum quoddam, quod fuerat olim Antonii, quod à quadam perſona teſti non nota, pro Reliquiis ſervabatur, in eo quod vulgari vocabulo appellatur *c* fazoleto: & ſtatim fuiſſe illi redditam ſanitatem: & deinde dicit audiſſe, quod pluribus aliis ſimiliter impoſitum virtutem oſtendiſſet ſanctitatis Antonii ſudariolum ſeu naſitergium ſupradictum. Raſa imago B. Antonii, & data in potu cum aqua, diverſos febricitantes, ac etiam plures variaſque infirmitates etiam graviſſimas patientes ſanabat. Fr. Zenobius Matthię de viſu & etiam de auditu à multis *d*. Mag. Antonius de Sciattenſibus, Theologus Ord. Prædicatorum excellentiſſimus, ſæpe ſæpius dolore iliaco graviter laborabat: & impoſita loco doloris prima parte Summæ doctrinalis, Antonii manu ſanctiſſima ſcripta, pro reliquiis ab eodem ex devotione ſervata, ſanabatur ſemper. Teſtificatur hoc Fr. Petrus Benedicti Angeli, ann. LXXII, qui ſcivit ab ipſo Mag. Antonio ſanato: à quo etiam moriente habuit cum magna commendatione originalem partem illam, manu ſancti viri ſcriptam.

c fazoleto

Raſura imaginũ febres pellit,

d

ſcriptura dolores iliacos:

cilicii portiuncula peſtem tollit

B

75 D. Magdalena vidua, filia olim Chriſtophori de Succis, & uxor Dominici de Paganuccis, peſtiferæ febris morbo laborans ad mortem, jamq; deducta in articulum vitę ultimũ, & Eccleſię Sacramentis acceptis, & ita morti proxima ut datam ſibi extremam Unctionem non ſenſerit, neque ullatenus adverterit; ab omnibus jam deſperata cunctiſque expectantibus tranſitum ſuum, tamen impoſito ſibi in eo extremo articulo mortis quodam vaſculo argenteo, in quo reſervabatur pro reliquiis cum magna veneratione Antonii cilicii portiuncula, à quodam Fr. Zenobio, S. Marci Fratre & conſobrino teſtis, ſubito relevata fuit tunc à morte præſenti, & deinde brevi etiam in totum ſanata. Ipſamet D. Magdalena de facto proprio de ſeipſa deponit, annorum LXIV. Item D. Orecta vidua, ann. LXXIII, idem dicit & confirmat.

& dæmonem compeſcit:

C

76 Eadem D. Magdalena dicit de filio ſuo lactente, à dæmonio crudeliter collidente ipſum liberato, per anted. argenteum vaſculum, cum eadem cilicii portione in illo incluſa, in modum brevis ligatum in collo pueruli ſui lactentis: & quod ereptus à morte tunc fuerit affirmat: & quod ita etiam vox dæmonis audita fuerit ab ipſa pueri matre dicentis, quod ſcilicet niſi per illud quod tenebat ſupra ſe puer in collo cilicium Antonii dæmon impediretur, occidiſſet infantem. Per quatuor tamen annos ait, quod ex tunc ſemper infirmus & quaſi conſumptus remanſerit, nec potuerit relevari puer: & tandem facto ab eadem matre voto ad ſepulcrum Antonii, fuerit perfecte ſanatus. Mater de filio prædicta teſtificatur; & idem dicit etiam D. Orecta, vidua Antonii de Soldis conteſtis.

Lecticam Sancti irreligioſe habens

e

77 Cum lectica lignea lecti, ſuper quo jacuit & deceſſit Antonius in Archiepiſcopali palatio, ad S. Antonii del Veſcovo extra portam S. Galli cum reverentia ſervaretur; & in adventu Regis *e* Caroli, manentibus ibidem Gallis militibus, lectica in ea conturbatione delata fuiſſet in propinquam tabernam, ubi in coquina irreverenter & ad turpe cedendarum carnium exercitium detinebatur; & tandem quidam conqueſtus cum Laurentio tabernario Marcus de Radda de illa irreverentia, & eo maxime quia nollet Laurentius volenti redimere illam vendere;

f

eumque blaſphemans cancro perit.

Laurentius ille indecentiſſime reſpondit, dicens *f*: Ti venga il canchero à te & al tuo B. Antonio, che miracoli fece mai, che tu vuoi che ſia Sancto? Cui ille reſpondit: Quæ fecerit neſcio, ſed bene ſcio quod erat in magna veneratione ſanctitatis. Et recedens audivit præfatum Laurentium tertia inde die correptum fuiſſe in ore, quo peccaverat maledicendo in Sanctum, graviſſimo morbo cancri, ex quo etiam non multo poſt obiit. Dicit hoc ipſe Marcus ann. LXXV; Dominus vero Franciſcus Cæſar Prior Innocentum, dicit idem habuiſſe à quodam villico hoſpitalis *g* prædicti, bono viro, qui olim œconomus fuit Archiepiſcopi Rainaldi *h* de Urſinis, ex cujus commiſſione cuſtodiebat lecticam illam cum reverentia multa, & late probat conformiter omnia ſupradicta. *i*

D

g

h

i

Multitudo anathematum maxima

78 Multa quoque alia ſparſim in tertio examine mirabilia dicuntur, à centum quinquaginta & uno teſtibus, fere omnibus qualificatis, juratis, & diligenter examinatis; quæ in præſenti compendio non extrahuntur ad vitandam prolixitatem. Unam tamen conteſtationem ſolummodo ſubjungemus, de imaginibus confractis & diminutis, quæ fuerant ante ſepulcrum ipſius in eccleſia S. Marci Florentiæ: ex quibus oſtenditur multitudo miraculorum, quæ Deus per ipſum dignatus eſt operari. Dicunt igitur in hoc tertio & ultimo examine pariformiter multi, qualiter ad ſepulcrum Antonii mira ſigna & innumerabilia facta fuerint, & quotidie fiant continuate de novo; & niſi per Fratres S. Marci pluries vota & imagines eorum, qui per interceſſionem ipſius à Deo gratias ſanitatum & diverſarum petitionum ſuarum exauditi receperunt & in teſtimonium appoſuerunt, amoviſſent & confregiſſent; jam ita ex multiplicatione miraculorum numerus votorum ac imaginum percreviſſet, ut eccleſia S. Marci eiſdem repleta eſſet *k*: ſed non ideo in tanta quantitate ibi appareant, quia pluries confregerint eas.

coëgit Fratres S. Marci ea ſæpius amovere.

E

k

quod præcipue factum an. 1498.

79 Signanter vero quia una vice, de anno MCCCC XCVIII de menſe Maji, quando ſcilicet eccleſia ipſa S. Marci polluta eſt ſanguinis effuſione in homicidiis ibidem perpetratis, & clauſa manſit diebus plurimis in caſu Fr Hieronymi *l* de Ferraria; dum exſpectaretur quod eſſet iterum per Epiſcopum benedicenda, & Fratres aliqui eam mundare & aptare vellent, ſeu ex quavis alia cauſa; imagines prædictas, ibidem reſtantes in multitudine magna, pro majori parte de ſcannis *m* ligneis & *n* ſcaffalibus dejecerunt ad terram, & projecerunt ac confregerunt; & reliquas omnes ſimiliter dejicere & confringere volebant, niſi Prior conventus tunc vocatus affuiſſet & prohibuiſſet reliquarum dejectionem, dejicientibuſque pœnitentiam injunxiſſet: & quod etiam ſcanna & ſcaffalia lignea, in quibus continebantur imagines, inde remota fuerint nec remanſerint niſi duo tantum, in uno latere ſolum ipſius eccleſiæ; & tamen adhuc ibi appareant imaginum prædictarum ad centenaria plura, ex continuatis & multiplicatis miraculis, operatis à Deo per merita Sancti. *o*

l

m *n*

F

o

ANNOTATA.

a *Habentur hæc in Summario miraculorum poſt mortem num.* 50 *cum paulo ante num.* 43 *hæc poſita fuiſſent.* Mulier nobilis Florentina, graviſſime infirma & jam redita inde inſana, cum nullis poſſet medicinis juvari, quæſito & habito birreto Antonii & capiti ſuo impoſito, ſanatur. Teſtis 37 in 2 Exam. Mag. Joannes Gualbertus de Paulis, ann. LXI, egregius Doctor phyſicus & medicus, qui dicit ſe vidiſſe & curaſſe eam, & nihil profeciſſe niſi cum Sancti viri birreto. *Quæ nolui adjungere ceteris, eo quod ſuſpicer unam eamdemque matronam eſſe, cum hac de qua latius & diſtinctius loquentem audivimus Sor. Conſtantiam.*

b Guancia *Hetruſcis* gena *eſt: videturque retenta à Longobardis & derivata à Teutonico* wanghe: *hinc* guanciale, *pulvillus dormientis capiti ſeu genæ ſupponendus.*

c Faccia *Italis, quod Latine* Facies: *hinc* Fazoletum, *panniculus tergendæ faciei comparatus.*

d *Idem Fr. Zenobius Matthiæ* reſidebat in Conventu Fabrianenſi, *quando in eo oppido ad contactum tunicæ S. Antonii,*

A *S. Antonii, contigit miraculum in Sorore Fr. Andreæ de Fabriano, relatum à Leonardo num. 24 & de eodem teſtatur ſecundus Teſtis in 1 Examine, uti & de Raſura jam dicta; ut ſuſpicari poſsimus, iſtius Raſuræ uſum ad febres pellendas Fabriani quoque fuiſſe.*

e Carolus VIII Rex *Galliæ, anno 1494 per Petrum de Petris, tunc omnia Florentiæ moderantem inductus, cum ad Neapolitanum regnum occupandum tenderet, tantum non ipſius urbis dominium ſibi arrogavit: ſed audaci Petri facto dictoque cohibitus, ſatis habuit patrocinium urbis ſervare, & pactis utrimque juratis diſceſſit 26 Novembris, vide Scip. Ammiratum lib. 26.*

f *Latine ſic leges*: Obvèniat cancer tibi & tuo Antonio: quænam ille unquam fecit miracula, propter quæ velis Sanctum eſſe?

f Hoſpitale *hic dici videtur pro* diverſorio *ſeu* hoſpitio, *Italis* Oſtelria, *Francis* Hoſtellerie: *intelligo autem hoc dici non de ipſa taberna, in qua commiſſum facinus; ſed de palatiolo ſeu hoſpitio Epiſcopalis Francis* Hoſtel, *unde advecta & quo poſt Gallorum receſſum relata fuit lectica.*

h Rainaldus de Urſinis, *Rexit eccleſiam Florentinam ab anno 1474 ad 1508.*

i *Hanc hiſtoriam cum retuliſſet auctor Vitæ 3, addidit etiam ſequens exemplum haud impune negatæ reverentiæ*
B *Sancto debitæ.* Recentius adhuc illud, quod, cum de conſecrando Antonio agebatur, Romæ contigiſſe eſt ad me perlatum. Epiſcopus (cujus Ordinis, & quod nomen illi eſſet, ne cui forſan moleſtias ingeram, non prodo) opera unius Cardinalium, quos trutinandæ Antonini vitæ Leo decimus præfecerat, cujus in contubernio etiam vivebat, tam pio operi, livore ut puto ductus, ſubdolis rationum nodis repugnabat: erat enim vir doctrina ſingulari, qui & commentarios in Theologiam jam ediderat, & tunc etiam in dialecticen ſcribebat. Miſer, oblitus illud Davidicum, non eſſe tangendos Chriſtos Dei, cum extremam jam manū vellet Dialecticis imponere, feſſus, ut fit, cubitū proceſſit; ea ipſa nocte, paulum abfuit quin repentino, ſed tamen accelerato interitu ſublatus, interiret. Antequam tamē extremū ſpiritum efflaſſet, mandavit Cardinali, ne ſuo vellet ſuaſu & conſilio rem interturbare; debitis Antoninum honoribus ne fraudaret; errati ſe nunc, quod reluctatus eſſet, & ipſum quoque ad id ſua garrulitate flexiſſet, pœnas dare. Et ille quidem extremum ſic clauſit diem: Cardinalis vero ejus obitu terrefactus, quanto antea ſtudio conſecrationem ejus impugnarat, tanto mox ardore impendendis ei honoribus inſudavit: ajebat enim, etſi
C nulla extarent alia indicia ſanctitatis, vel uno hoc ſibi eſſe magnitudinem ejus exploratam.

k *Signanter hic audiendi ex 3 Examine teſtis 65 & 66 ſupra memoratus* Alexander Juliani de Benintendis Cerifex ann. LXIII, & Mag. Jacobus Franciſci de Florentia, ſimiliter ceraiolus ann. LIII: *quorum primus dixit*, quod ipſe ſupra centum quinquaginta imagines, ad petitionem voventium ſe beato Antiſtiti, fecerit: partemque miſit, & partem propriis manibus apportavit ad ejus ſepulcrum. Et dicit quod ſi conſervaſſent imagines Fratres, prout non conſervaverunt, ſed confregerunt eas, jam plena eſſet ex eis tota Eccleſia S. Marci. *Alter ſimiliter*, ultra generalia ſanctitatis indicia & Sancti famam, probat, quod ipſe portaverit à puerilibus annis per quadraginta annos innumeram quantitatem imaginum cerearum ad ipſius ſancti viri ſepulcrum; & ipſe multas fecerit, etiam magnarum perſonarum & nobilium, perſolventium vota Archiepiſcopo facta. *Intelligendi ſunt autem de imaginibus, voventium menſuram & ſtaturam æquantibus, quales Florentiæ etiam nunc multa videre eſt apud Servos in templo Annuntiatæ; alibi autem in Italia, Gallia, atque Germania, nuſquam à nobis viſas meminimus: facit autem earum ſpectabilis moles, ut minutiorum figurarum ex cera, manus, pedes, oculos, capita, crura aut brachia referentium, maximo quamvis numero, ratio fere non habeatur.*

EX PROCESSU.

l *Eſt hic* Hieronymus de Savanarola, *Ordinis Vicarius, cujus notiſsima tragœdia fuit. Pro quo cum ignis judicium publice ſubiturum ſe promiſiſſet Fr. Dominicus de Peſcia Prior Feſulanus, ſed cauſæ diffidere viſus fuiſſet, nolens aliter ignem ingredi quam cum ſacra Euchariſtia; uſque adeo viluit ejus auctoritas; contrariæ factionis inſolentia, ut facto in templum S. Marci impetu incenſiſque foribus, extrema omnium intus congregatorum pernicies aliter vitari non potuerit, quam traditione dictorum Hieronymi & Dominici in manus Magiſtratuum. Facta hæc eſſe 6 Aprilis ſcribit Scipio Ammiratus lib. 27: adeo ut integro menſe à ſacris ceſſatum in ea eccleſia ſit. Vitam Savanarolæ conſcripſit Ioannes Franciſcus Picus, Mirandulæ & Concordiæ Princeps, eamque notis variis ac genealogicis tabulis illuſtratam nuper Pariſiis vulgauit Fr. Iacobus Quetif Ord. Prædicatorum: quod amicitiæ cauſa hic indicatum volui; ſimulque indicare, Florentiæ in Bibliotheca S. Marci extare ampliſsimum Italicum MS. auctore Franciſco Burlamachi, ubi tam ipſe quam ſocii duo Beatorum titulo inſigniuntur: ſubjunguntur que ſimili Italica lingua miranda multa, veluti ad ejus invocationem & innocentiæ atteſtationem miraculoſe patrata, auctore Auguſtino Campi de Petramola: de quibus quid ſentiendum altioris examinis definitioni relinquo. Suſ-*
E *penſus & combuſtus fuit Hieronymus die 23 Maji 1498, quo die in Prætermiſsis iterum de eo dicemus aliquid.*

m Scanno, *Italis* ſcamnum, *non tantum ſeſsioni aptatur, ſed etiam diſponendis ſeriatim quibuſcumque ſeu vaſis ſeu figuris, quemadmodum fit in anathematis ſacris ad parietes digeſtis, per aſſurgentes gradatim tabulas.*

n Scaffale *in eodem ſenſu, ſed per aliam etymologiam hic dici videtur id cui aliquid imponitur ad ſpectaculum: ſic Francis* Eſchauffaud *dicitur* theatrum, *tam illud ex quo ſpectantur ludi, quam in quo ipſi exhibentur:* ſuggeſtum ligneum *Latine diceremus: videtur à Teutonico* ſchauwen, *ſpectare, derivatio petenda.*

o *Addatur unum ex Vita 3, Senis factum & nuſquam alibi notatum, quia memoriæ recentioris.* Joanna, Petri Libri filia, ab uſque incunabulis morbo comitiali vexabatur. Cum deinde ad monaſterium Paradiſi in campo regio virgo inter virgines habitaret, bis fere ſingulis menſibus ejuſdem morbi furiis immaniter agebatur, ſic ut inſaniens ac pene ſtulta cogeretur per dies aliquot, quouſque reſipiſceret, compedibus & vinculis coerceri. Cum reſipuiſſet, & de referendo inter Sanctos Antonino (quæ res tunc agebatur) cognoviſſet, audito etiam quod ſignis coruſcaret, F
Confeſſoris hortatu ejus præſidium, pollicita ceream ſtatuam, imploravit. Brevibus rem claudo. Vidit virgo Præſulem in Prædicatorum habitu, Angelis compluribus ſtipatum, qui ſe non conflictandam in poſterum eo morbo pollicebatur: tum ut Florentiam iret, atque ad ſepulcrum ſtatuam erigeret admonebat. Saluti reddita, ac mox cum licuit Florentiam profecta, ſtatuam ac tabellam pro ſepulcro, reportatæ valetudinis indicium, appendit.

GLORIA POSTUMA.

§ 1. *Proceſſus ad Canonizationem prævii ſub Leone X.*

1 QVod anno MCCCCXLII, *cum S. Bernardinus Senenſis Canonizaretur, de Antonino adhuc vivente prophetaſſe leguntur duæ ejus diſcipulæ, Neapolitanæ ſorores*, quandoque futurum Papam Florentinum qui canonizaturus eſſet ipſum B. Antoninum; *id reipſa implevit Clemens* VII, *anno* MDXXIII *electus ex familia Medicæa; qui operi, quod ſub Adriano* VI *Deceſſore exorſus fuerat promovere, tunc adhuc Iulius tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis,* *Iuxta prædictionem anni 1442*

AUCTORE D. P.

Cardinalis, extremam apponendo manum, evulgatione Bullæ quæ ſola deſiderabatur. Habemus eam in Bullario Laertii Cherubini tom. 1 impreſſam, & in Annalibus eccleſiaſticis Bzovii poſt vitam Sancti ad finem anni MCCCCLIX. *Quare nihil neceſſe videtur totam hic dare, cum ſufficere poſſint excerpta, quibus conſtet tum qua ratione proceſſum ſit ad Canonizationis deſideratæ effectum, tum quid à Sede Apoſtolica decretum ſit circa cultum venerationemque ab univerſa Eccleſia S. Antonino deferendam.*

de Canonizato per Adrianum Antonino

2 *Præfatus ergo Pontifex, quantis & qualibus Dei erga homines beneficiis motus Adrianus, induxerit animum ad illius vicißim voluntatem complendam* in illis qui ſibi propter vitæ integritatem ac ſanctimoniam dilecti fuerunt, & per quos diverſa & magna miracula oſtendit, ſanctiſſimum nomẽ ſuum glorificando, ipſoſque catalogo Sanctorum adſcribendo : *quodque univerſam Eccleſiam, tam triumphantem quam militantem, idem Adrianus invitandam cenſuiſſet ad exultandum tali occaſione*, Præcipue, *inquit*, Prædeceſſor ipſe putavit exultare debere Pontificum beatorum cœtum, & ſacram illam Doctorum concionem, inter quos S. Antoninus, poſtquam ex hac lacrymarum valle ad cæleſtem illam quæ ſurſum eſt Hieruſalem (vocante ipſum Domino) migraverat, tamquam novum ſidus glorioſe micabat & fulgebat. *Deinde ad enarrandum cauſam, quæ acta fuerat, agendaque reſtabat, accedens Clemens:*

bullam edit Clemens 7.

B

3 Cum, *inquit*, ejuſdem Antonini Archiepiſcopi Florentini, ex civitate Florentiæ oriundi, Ordinis Prædicatorum, vitæ excellentia, caſti mores, fructuoſa prædicatio, ac ſanctiſſimorum operum perpetua coruſcatio toti fere orbi nota eſſet, & ab omnibus prædicaretur; nos, tunc in minoribus conſtituti, & tituli S. Laurentii in Damaſo, tunc S. Mariæ in Dominica, Diaconus, qui ex conceſſione Apoſtolica Eccleſiæ Florentinæ præeſſe dignoſcebamur; & dilectus filius noſter, tunc ipſius prædeceſſoris, Thomas titulo S. Sixti, tunc Ordinis Prædicatorum generalis Magiſter, Presbyteri, Cardinales; ac tunc Priores libertatis & Vexilliter juſtitiæ populi Florentini, nec non Archidiaconus & dilecti filii Capitulum Eccleſiæ Florentinæ; conſiderantes ipſius Antonini Archiepiſcopi vitæ ſanctimoniam, quotve & quibus miraculis tam in vita, quam poſt mortem clarueſat, & in dies clarebat; deſideranteſque ipſum, juxta morem & ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, canonizationis dignitate præfulgere, ac Sanctorum numero & catalogo aggregari; piæ memoriæ Leoni Papæ x, ſecundum carnem fratri patrueli, etiam prædeceſſori noſtro, in dicta Eccleſia Florentina tunc exiſtenti, Miſſa Pontificali & aliis peractis ſolenniis, humiliter ſupplicarunt, ut glorioſæ memoriæ dicti Antonini Archiepiſcopi canonizationi intendere dignaretur.

quo adhuc Florentino Archiepiſc.

cum Cajetano & aliis primum apud Leonem inſtante,

C

4 Idem Leo prædeceſſor, eorum pio deſiderio annuere volens, dilectis filiis Magiſtris Jacobo Symonetæ & Guillermo Caſſadoro noſtris, tunc ipſius Leonis prædeceſſoris Capellanis & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, commiſerat, ut ipſi & quilibet eorum de ſanctitate vitæ ceteriſque virtutibus & miraculis ejuſdem Antonini Archiepiſcopi ſe diligenter informarent, & habita ſuper his informatione matura, ipſi Leoni prædeceſſori in Conſiſtorio ſuo ſecreto fideliter referrent; ut de Fratrum ſuorum conſilio, ad Omnipotentis Dei laudem, efficere poſſet, quæ Sanctorum Patrum dogmata & Sanctorum canonum inſtitutiones, nec non juſtitia & Chriſtiana caritas poſtularet atque requireret. Cumque Auditores præfati, ad inquiſitionem præmiſſorum procedentes, articulis & interrogatoriis datis ac citatione legitima præcedente, ſexaginta duos teſtes, coram eis productos, recepiſſent, eoſque prævio juramento examinaſſent; idemque Leo prædeceſſor ex dicta civitate Florentiæ ad almam Urbem & Romanam curiam redire propoſuiſſet, dilectos filios Joannem Mariam Abbatem monaſterii Vallis. Umbroſæ Feſulanæ diœceſis, & Antonium Sacramorum Canonicum dictæ Eccleſiæ Florentinæ, ac Leonardum de Gualconibus, tunc Vicarium Epiſcopi Feſulani in ſpiritualibus generalem, dictorum Auditorum loco in cauſa canonizationis hujuſmodi ſubrogaverat; eiſque commiſerat & mandaverat, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum, ad ulteriorem præmiſſorum inquiſitionem procederent, ac teſtes reciperent, eorumque atteſtationes ac depoſitiones & omnia alia acta, in ſcriptis fideliter redacta, ſub eorum ſigillo clauſa, ad ipſum Leonem prædeceſſorem remitterent.

quibus Romam Florentia migrantibus, audivis prius 62 teſtibus

ſubſtituti alii

D

5 Ipſique ſubrogati in cauſa inquiſitionis hujuſmodi ad ulteriora procedentes, quadraginta octo teſtibus coram eis productis, juratis & examinatis, ac proceſſu deſuper formato & abſoluto, illum ſub eorum ſigillis clauſum, ad eumdem Leonem prædeceſſorem remiſerant, & ſucceſſive nonnullis aliis teſtibus, tam per præfatum Vicarium, quam nonnullos alios Notarios, ad Procuratoris fidelis civitatis Florentinæ inſtantiam, examinatis & eorum atteſtationibus etiam ſub ſigillo clauſis, ad eoſdem Auditores remiſſis, & de eorum mandato per Notarium cauſæ in regiſtro inſertis; præfatus Jacobus, præſente eodem Guillermo, die nona menſis Decembris anni milleſimi quingenteſimi ſextidecimi, omnia & ſingula in hujuſmodi canonizationis cauſa, tam coram eis, quam dictis Subrogatis & Notariis Acta deducta, producta, & probata, plene, fideliter & diligenter eidem Leoni prædeceſſori, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Conſiſtorio ſuo ſecreto retulerat. Qua relatione facta, idem Leo prædeceſſor, eam volens adhibere diligentiam & gravitatem quam rei magnitudo poſtulabat; proceſſus in ipſius canonizationis negotio factos Venerabili Fratri noſtro, tunc ſuo, Bernardino Oſtienſi, tunc Sabinenſi, Epiſcopo; & tunc in humanis agentibus bonæ memoriæ Leonardo, titulo S. Petri ad Vincula Presbytero, & Bernardo S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinalibus, per eos denuo diligenter examinandos in dicto Conſiſtorio ſecreto vivæ vocis oraculo commiſerat. Cumque idem Leo prædeceſſor præfatum Bernardum Cardinalem ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, tunc ſuum, Franciſcum, Francorum Regem Chriſtianiſſimum, Legatum à latere ſuo deſtinaſſet; in ejus locum dilectum filium noſtrum, tunc ſuum, Innocentium S. Mariæ in Dominica Diaconum Cardinalem ſubrogaverat.

auditis 48 teſtibus

E

examen ſuum anno 1516 Romam ad Conſiſtorium mittunt.

altarum tribus Cardinalibus committitur.

F

6 Ipſique Bernardinus ac Leonardus & Innocentius Cardinales, in cauſa canonizationis hujuſmodi rite procedentes, ac dicto proceſſu una cum Auditoribus & Abbate præfatis, nec non dilecto filio Melchiore Baldaſſino Juris utriuſque Doctore, noſtræ, tunc ipſius Leonis prædeceſſoris, Aulæ Conſiſtorialis Advocato, iteratis vicibus diligenter examinato, & cauſa hujuſmodi mature diſcuſſa; primo per Bernardinum Epiſcopum die tertia decima Junii anni milleſimi quingenteſimi deciminoni, in uno multis & magnis in Vita, deinde in alio Conſiſtorio ſecreto per Leonardum Cardinalem præfatum, poſt mortem ipſius Antonini Archiepiſcopi, miraculis fideliter relatis; eodem Innocentio Cardinale præſente, & relationem per ipſos factam comprobante: etſi ex eorumdem Cardinalium relationibus de vitæ ſanctimonia, & humilitate aliiſque virtutibus, & miraculis ejuſdem Antonini Archiepiſcopi pleniſſime conſtaret; quamplurimis tamen fide dignis teſtibus ſe offerentibus, ac ſuper iiſdem miraculis deponere volentibus, idem Leo prædeceſſor, die vigeſima quinta menſis Januarii anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi

qui de eo anno 1519 bus ad Conſiſtorium referunt

A vigeſimi iiſdem Jacobo & Guillermo Auditoribus etiam commiſerat & mandaverat, ut per ſe vel alium ſeu alios,tam in dicta Urbe, quam extra eam & ad partes, ad aliorum teſtium receptionem & illorum examinationem procederent,& deinde in dicto Conſiſtorio ſecreto referrent.

committitur à Leone quæſtoribus tertium examen

7 Ipſique Jacobus & Guillermus Auditores, dilectos filios venerabilium Fratrum noſtrorum, tunc ipſius Leonis prædeceſſoris Archiepiſcopi Senenſis & Piſtorienſis ac ejuſdem Feſulani Epiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus generales, ac præfatum Antonium Sacramorum Canonicum, juxta tenorem commiſſionis eis factæ,ſubdelegaverant; eiſque & eorum cuilibet mandaverant, ut ſuper miraculis, in vita & poſt mortem per ipſum Antoninum Archiepiſcopum factis, teſtes reciperent; & prævio juramento diligenter examinarent, eorumque dicta & atteſtationes in ſcriptis redigerent, & cuncta ſub eorum ſigillis clauſa ad eos remitterent. Cujus commiſſionis vigore dilectus filius Ludovicus de Adimaris, præfati Epiſcopi Feſulani Vicarius in ſpiritualibus generalis, in cauſa canonizationis hujuſmodi rite procedens, ſuper eiſdem miraculis centum quinquaginta & uno teſtibus,coram eo adhibito fideli Procuratore hujuſmodi deductis, juratis & fideliter examinatis, eorumque dictis in ſcriptis redactis; proceſſum, per eum abſolutum & ſuo ſigillo clauſum,ad eoſdem Jacobum & Guillermum Auditores per proprium nuntium remiſerat.

in quo audito 151 teſtibus,

B

8 Ipſoque proceſſu per eoſdem Auditores recepto & aperto, ac diligenter examinato, & facta per eos ſuper illum in ſecreto Conſiſtorio fideli relatione; idem Leo prædeceſſor ipſius ultimi proceſſus examen commiſerat eiſdem Bernardino Epiſcopo & Innocentio Cardinali ac dilecto filio noſtro, tunc ipſius Leonis prædeceſſoris, Achilli titulo S.Mariæ trans Tiberim Presbytero Cardinali: quem ipſe Leo prædeceſſor, loco ejuſdem Leonardi Cardinalis vita functi,in hujuſmodi cauſa ſubrogaverat. Ipſique, omnibus proceſſibus per eoſdem Bernardinum & Achillem ac Innocentium Cardinales de novo diligenter examinatis, facta per eos plena & fideli relatione, ac ſcrutatis eorumdem Cardinalium votis, in eamdem ſententiam convenerunt, & Antoninum Archiepiſcopum ipſum canonizandum cenſuerunt. Deinde alio tempore, videlicet die quartadecima menſis Decembris anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi,ſcrutatis votis omnium & ſingulorum Cardinalium, qui numero triginta ſeptem tunc in ſecreto

iterumque commiſſo tribus Cardinalibus,

C

Conſiſtorio aderant, una & eadem omnium ſententia fuerat, ipſum videlicet Antoninum Archiepiſcopum canonizandum fore.

9 Quibus peractis idem Leo prædeceſſor, in vigilia Pentecoſtes anni milleſimi quingenteſimi vigeſimi primi, publicum Conſiſtorium pro ſexta feria poſt feſtum ipſius Pentecoſtes indixerat, & teneri mandaverat; in quo idem Melchior publicam orationem de vita,ſanctitate,moribus ac virtutibus ipſius Antonini Archiepiſcopi, nec non miraculis in vita & poſt mortem factis, & in proceſſibus hujuſmodi contentis atque probatis, ut ea in ſecretis Conſiſtoriis relata Prælatis Curiæ ac Curialibus omnibus innoteſcerent, habiturus erat. Sed cum ante dictam ſextam feriam febre correptus fuiſſet, Conſiſtorium illud præfata ſexta feria teneri non potuerat. Deinde impedimentis ac poſtremo obitu ejuſdem Leonis prædeceſſoris ſupervenientibus,in canonizationis hujus negotio ulterius proceſſum non fuerat.

pro Canonizatione decernenda conſiſtorium anno 1521 à Leone indictum.

§ 11. *Canonizatio ab Adriano* VI *celebrata, promulgata à Clemente* VII.

AUCTORE D. P.

IDem Adrianus prædeceſſor, qui poſt ipſius Leonis prædeceſſoris obitum, divina favente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptus fuerat, cum ad dictam Urbem Domino concedente perveniſſet, & à nobis tunc in minoribus conſtitutis, ut præfertur, ac Thoma S.Sixti præfato, ut Venerabile Fratre noſtro, tunc ipſius Adriani prædeceſſoris,Nicolao Epiſcopo Cardinali de Fliſco, dicti Ordinis Prædicatorum Protectore, ac eiſdem Prioribus libertatis & Vexillifero juſtitiæ populi Florentini, requiſitus fuiſſet, ut ad ulteriorem ejuſdem canonizationis expeditionem procedere dignaretur: etſi omnino ipſe Adrianus prædeceſſor id facere intenderet, peſte tamen in dicta Urbe tunc ultra modum ſæviente, idipſum aliquantulum differre coactus fuerat. Poſtmodum vero, cum peſtis ipſa per Dei miſericordiam ceſſaſſet, ipſe Adrianus prædeceſſor, Chriſtiani gregis univerſalem curam gerens, pro debito Paſtoralis officii, militantem Eccleſiam cæleſti ac triumphanti Sponſo illius conformare; & pro ejus ædificationis implemento, omnibus diligenter examinatis ac mature diſcuſſis, ipſum B. Antoninum in catalogo Sanctorum referendum eſſe duxit. *Relato deinde Vitæ Summario, quod omittimus, pergit Clemens.*

Adrianus VI ſucceſſor rogatus ut rem promoveret

decretum renovat:

E

11 Cumque præter magna & multiplicia hujus B. Antonini merita & mirabilia ſigna, per divinam potentiam ad ejus interceſſionem mortalibus oſtenſa,quæ in libellum,ut præfertur, à diligenti & fideli Procuratore cauſę de proceſſu &teſtium dictis redacta & impreſſa, cum adeo multa eſſent & probatiſſima & vera, ut per ſe Adrianum prædeceſſorem hujuſmodi, ad canonizationem eamdem faciendam facile perſuadere poſſent; ſciretque ipſe Adrianus prędeceſſor,nihil unquam fere ab omnibus Regibus & Principibus Chriſtianis,etiam à claræ memoriæ Maximiliano in Imperatorem electo, tunc in humanis agente, majore inſtantia à præfato Leone & ab eodem Adriano prædeceſſoribus poſtulatum ac prope flagitatum fuiſſe; durum & quodammodo impium ipſe Adrianus prædeceſſor arbitratus fuerat, eos tam pio ac devoto deſiderio ſuo diutius fruſtrari. Ne igitur ipſe Adrianus prædeceſſor,tam præfatis Principibus piè ſupplicantibus ac Spiritui ſancto reſiſtere videretur, qui per os Prophetæ laudare Deum in ſanctis ſuis jubet; Conſiſtorium publicum habuerat, in quo cum pro ulteriore executione præfatus Melchior Advocatus omnia de ipſius Beati viri vita, moribus, & miraculis copioſe percenſuiſſet; ipſique Adriano prædeceſſori,pro parte eorumdem Regum, Ducum, Principum, ac plurimorum Prælatorum, Epiſcoporum, Capitulorum, ac Religionum humiliter ſupplicaſſet, ut ad ejuſdem canonizationem matura deliberatione præhabita procedere dignaretur; idem Adrianus prædeceſſor, de relatis coram eo in primis humiliter Deo gratias agens, magna multitudine adſtante, in triduum orationes jejuniaque indixit; ut Deus omnipotens ipſi Adriano prædeceſſori,quod factu optimum in hac re foret, oſtendere dignaretur; nec pateretur militantem Eccleſiam ſuam errare, quæ ſe triumphanti conformare conſueverat. Triduo deinde elapſo, omnes qui in Romana curia erant Prælatos juſſit in ſuo ſecreto Conſiſtorio convenire: qui proceſſibus ſuper ipſius B. Antonini vita, moribus, fama & miraculis editis, per ipſum Melchiorem Advocatum breviter repetitis, ad unum interrogati quid ſuper hujuſmodi negotio faciendum cenſerent, in eamdem ſententiam convene-

indictis jejunio ac precibus iterum Suffragia colligit,

F

AUCTORE D. P.

runt, Beatum videlicet Antoninum canonizandum esse.

12 Ipse ergo Adrianus prædecessor, Dei nutum & voluntatem sequens, attendensque justum ac debitum esse, ut quos Deus honorat in cælis, veneratione officio laudarentur & glorificarentur in terris; cum ipse potius laudetur & glorificetur in illis, qui est laudabilis & gloriosus in secula; diem illum canonizationis ipsius B. Antonini, in medio Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, quo maxima omnis generis ordinisque multitudo confluxerat, celebrandæ statuerat, ibi astante populo & universo Clero, de vita & fama & miraculis ejusdem Antonini humili devotioneque pleno sermone per eumdem Adrianum prædecessorem, ut moris est, habito. Deinde Letania & hymno, Veni creator Spiritus, devote cantatis, ac reliquis omnibus legitime peractis; prædictus Ordinis Prædicatorum in causa Procurator, in medio stans, dictumque illud B. Joannis Apostoli clara voce proponens, videlicet: Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus, probaverat ipsas Beatæ Trinitatis personas testimonium perhibere, quod B. Antoninus in cælis esset: Patrem videlicet in miraculorum

B potentia, Filium in doctrinæ sapientia, & Spiritum sanctum in vitæ ipsius bonitate: & propterea non solum nominibus omnium, qui antedictam canonizationem fieri supplicaverant, sed etiam ex parte ipsius sanctæ ac summæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti, quatenus ipse Adrianus prædecessor eumdem B. Antoninum Sanctum pronuntiare dignaretur, postulaverat.

S. Antonium solenni ritu Sanctis adscribit,

13 Ea propter Adrianus prædecessor hujusmodi, considerans quod in eadem canonizatione non permissurus esset Deus ipsum errare, qui omnia in ea quomodolibet requisita observata fuisse cognoverat & observari fecerat, prout observaverat, sub data videlicet pridie Calend. Junii, Pontificatus sui anno primo, de eorumdem Fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, omniumque Prælatorum in Romana curia existentium, unanimi consensu & maturo consilio, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisus, beatæ memoriæ Antoninum Florentinum, sacræ Theologiæ Professorem, ex gremio sacri Ordinis Prædicatorum, & ex officio Vicariatus generalis congregationis Tusciæ regularis

C observantiæ hujusmodi, in Archiepiscopum Florentinum assumptum, Sanctum esse, & aliorum Sanctorum Dei catalogo adscribendum & aggregandum fore, ac fideliter firmiterque teneri debere decrevit; ipsumque sanctorum Confessorum & Doctorum, quos sancta Dei venerabatur Ecclesia, consortio solenniter adscripsit aggregavitque; ac eum tanquam Sanctum publice privatimque colendum esse declaravit ac voluit.

festum ei 2 Maji & officium decernit,

14 Statuitque & mandavit universis Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis dictorum, ac Patriarchalium, Metropolitanarum & Cathedralium Ecclesiarum Capitulis, & quorumvis Ordinum tam mendicantium quam non mendicantium professoribus, nec non quibuscumque Ecclesiasticis personis, ut festum ipsius S. Antonini secunda die mensis Maji, qua die nexu carnis soluta ejus anima pretiosa cælos ascenderat, singulis annis solenniter & devote celebrarent; Divinum Officium, veluti pro uno Confessore Pontifice & Doctore, tam publice quam privatim prout contingeret persolvendo. Dilectis vero filiis Fratribus dicti Ordinis Prædicatorum hujusmodi officium, sub Duplici festo & Majori cum octavis, eo modo quo aliorum dicti Ordinis Prædicatorum Sanctorum celebrari D festa tam in die quam in Octavis consueverant, etiam *proprias de* in vacantiis ferialium hebdomadalium in provincia, *eo orationes* juxta consuetudinem Ordinis præfati, celebrandi *S. decantans* concessit facultatem. Quibus debite peractis, inchoatoque per eumdem Adrianum prædecessorem & decantato ac ad finem usque à cantoribus prosecuto hymno Te Deum laudamus, in illius etiam fine Cardinali Diacono in cantu dicente: Ora pro nobis B. Antonine, à choroque responso: Ut digni efficiamur promissionibus Christi; ipse Adrianus prædecessor illico propriam Orationem de eodem Sancto alta voce decantavit: quæ talis est, videlicet: Gregem tuum quæsumus, Pastor æterne, custodi, & quos Beati Præsidis Antonini, à te virginitatis & pietatis speciali prærogativa dotati, doctrina salutis illustras, ejusdem etiam semper tuere præsidiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

sub Missa de Dominica Trinitatis,

15 Deinde vero à d. choro responso, Amen, solennem illic Missam idem Adrianus Prædecessor celebravit de die tunc currente Dominica Trinitatis, Collectas singulas sub una conclusione terminans, additis etiam prædictâ ceteriisque specialibus ejusdem sancti Collectis, immediate sequentibus: Munera, quæ in salutiferæ Passionis Filii tui memo- E riam sacrificantes offerimus, quæsumus ut B. Antonino, Confessore tuo atque Pontifice, assistente, nobis ad salutem provenire concedas. Deinde vero post Communionem subjunxit dicens: Quæsumus, Domine Deus noster, ut cælesti & admirabili sacramento salutis nostræ refecti, B. Antistitis Antonini Confessoris tui auxiliis semper adiuti, & abstrahamur à noxiis, & ad salutaria dirigamur. Per Dominum &c. & ita Missam ipsam ad finem usque cum solitis ceremoniis juxta ordinarium Apostolicum illic debite terminavit, Indulgentiamque plenariam omnibus Officio hujusmodi tunc assistentibus devote *etiam pro* concessit. Ac etiam in loco sepulturæ ejusdem S. *annua depo-* Antonini in depositionis suæ die, videlicet 11 Maji, *sitionis die.* hujusmodi perpetuo duraturam quadraginta annorum & totidem quadragenarum Indulgentiam annuatim condonavit.

Bullam evulgat Clemens 7.

16 Ne autem de Canonizatione ... mandato, concessionibus & condonatione prædictis, pro eo quod super illis ipsius Adriani prædecessoris litteræ, ejus superveniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari; volumus & præfata Apostolica auctoritate decernimus, quod Canonizatio (quam, tam Communitatis d. civitatis Florentinæ, quam nostris, qui eidem Ecclesiæ Florentinæ præeramus, impensis, summo desiderio ac diligentia fieri procuravimus) ... mandatum, concessiones & condonatio prædictæ, à d. die pridie kal. Junii suum desuper consequantur effectum, ac si super illis ipsius Adriani prædecessoris litteræ, sub ejusdem diei data, confectæ fuissent, prout superius enarratur ..... Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDXXIII, VI kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

F

§ III *Officium proprium de S. Antonino.*

Clemens 7. Officium, quod à Procuratore Ordinis ordinandum curaverat,

17 *Secundo post Canonizationis publicationẽ anno,* Clemens Papa VII Dilecto filio Fr. Vincentio de S. Geminiano, Procuratori Ordinis Prædicatorum, salutem & Apostolicam benedictionem *impertiens, uti post Vitam ab hoc conscriptam & ante Officium legitur, in hunc modum scripsit,* Romæ die septima Maji Pontificatus anno II. MDXXV. Cum in minoribus constituti, pro virili studuerimus, ut B. Antoninus, olim Archiepiscopus Florentinus, in quæ Ecclesia postmodum volente Deo illi successimus, condigno canonizationis

A nonizationis honore non fraudaretur (quod & ſub fel. mem. Leone X magna ex parte factum, tandem ſub Adriano VI, prædeceſſoribus noſtris, eſt conſummatum) rationi conſentaneum eſt, ut ad ea quæ ad decorandum illum ſupereſſe videbantur, paterna cura & peculiari affectu, quem ad eum gerimus, proſequamur. Cum itaque Vitam & geſta ejus, quæ ſparſa erant, cuperemus aliquo adhibito ordine in unum corpus redigi, quo poſſet ad fidelium notitiam tanti viri ſanctitas pervenire; tibi, de cujus diligentia fiduciam pleniorem gerebamus, mandari curavimus, ut ejus Vitam & geſta, nec non Officium novem Lectionum cum Miſſa, pro gratia tibi cœlitus data, ſcriberes, componeres & ordinares: quæ omnia cum diligenter perfeceris, noſtræ & Apoſtolicæ Sedis munimine duximus roboranda.

approbat & omnibus recitandum proponit,

18 Quapropter vitam & geſta præd. S. Antonini, per te conſcripta, plurimum in Domino commendantes; Officium cum Miſſa, à te etiam compoſitum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus; volumuſque illa ab omnibus tam ſecularibus quam regularibus, utriuſque ſexus in ejus feſtivitate recitari, ſecundum morem ſuarum Eccleſiarum. Quod ut libentius & devotius ab illis

B fiat, & à Chriſtiano populo ad eccleſiam in ejus feſtivitate concurratur, ob ſingularem affectum quem ad eum gerimus, omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui præd. Officium in d. feſtivitate, pro more ut præfertur ſuarum eccleſiarum, per vel cum aliis ſive in choro recitaverint vel cantaverint, viginti, qui vero Miſſæ majori, quæ in ejus honorem præd. feſtivitatis die celebrabitur, præſentes fuerint, ſingulis vicibus viginti quinque annos & totidem quadragenas, perpetuis futuris temporibus, de injunctis eis pœnitentiis, de ſpeciali gratia, auctoritate Apoſtolica, miſericorditer in Domino relaxamus.

additis indulgentiis,

feſtum S. Catherinæ Senenſis ſi concurrat, transferri jubens.

19 Et quoniam cupimus ut dies natalis illius ſolenniter celebretur, poſſet autem ob feſtum S. Catharinæ de Senis, quod prima Dominica menſis Maji fel. record. Pius II etiam prædeceſſor noſter celebrandum inſtituit, impediri, quod in die ſecunda præd. menſis poteſt contingere, qua die Natalis eſt ejuſdem B. Antonini; cum præd. feſtum S. Catharinæ diem certum non habeat; eadem auctoritate ſtatuimus & declaramus, quod prima Dominica Maji, quoad feſtum S. Catharinæ, illa eſſe cenſeatur quæ immediate venerit poſt feſtum ſanctæ Cru-

C cis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, & ſtatutis & conſuetudinibus Ordinis prædicti, ceteriſque quibuſcumque.

non videtur tamen uſu receptum fuiſſe,

20 *Quod ad Officium & Miſſam, ab omnibus tam Secularibus quam Regularibus recitandam, attinet, fueritne deſuper ulla unquam promulgata conſtitutio, & in praxim deducta, vehementer ambigo: nullum enim invenio iſtius temporis, ac ne poſterioris quidem ullius Kalendarium, Breviarium, vel Miſſale, cui inſertum ſit S. Antonini nomen. Cur autem hoc omiſſum fuerit cauſam non poſſum divinando aſſequi: neque enim eſt cur ſuſpiceris prævaluiſſe S. Athanaſii meritum erga Eccleſiam univerſam ut ipſi relinqueretur*

quamvis 2 Maji adhuc vacaret.

hujus diei poſſeſſio: necdum enim in illam inductus Athanaſius erat; quem Gavantus ait ad ordinem Feſtorum Simplicium fuiſſe receptum in Breviario anni MDL. *Eſto autem ad eum receptus fuiſſet etiam ante obitum Clementis* VII *(nam Cardinalis Quignonius, juſſu ejus novum molitus Breviarium, quod primum fuit ſub Paulo* III *anno* MD XXXV *permiſſum, etiam de Athanaſio lectionem proponit) apparet tamen diem ſecundum eatenus fuiſſe vacuum: nec enim novum feſtum Simplex aliud antiquius Duplex exſtinxiſſet: qui vero S. Athanaſii feſtum duplex eſſe juſſit, juxta renovationem Breviarii anno* MDLXVIII *approbatam, Pius* V *fuit.*

§. IV *Præparatio ad Tranſlationem corporis in novum Salviatorum Sacellum faciendam.*

AUTORE D. P.

Decreta ab Adriano Papa Tranſlatio

21 *TEſtatur in bulla canonizationis Clemens Papa* VII, *quod deceſſor ſuus Adrianus Papa* VI, *poſt elargitam iis qui Canonizationis actui interfuerant plenariam Indulgentiam*; plenariam ſimiliter *conceſſerit* omnibus & ſingulis fidelibus, in die qua contingeret tranſlatio fieri ſacri corporis ejuſdem Beatiſſimi Antonini, de loco ubi humiliter tunc jacebat in terra, in eccleſia S. Marci Florentiæ Ordinis Prædicatorum, ad eminentiorem & honorabiliorem locum, per Fratres d. eccleſiæ in eadem S. Marci eccleſia, ad honorem & laudem Dei & ipſius Sancti, convenientibus & manus adjutrices porrigentibus, tam pro ſeipſis viventibus, quam pro defunctis & abſentibus ſeu infirmis aut corporaliter accedere impeditis, mittentibus pro eadem conſequenda ad d. eccleſiam eleemoſynam, à primis Veſperis tranſlationis ipſius, & deinde per totam Octavam ejuſdem, pro una vice tantummodo duraturam. Volens ut ad effectum præd. Indulgentiæ conſequendum, tam Prior domus ipſius eccleſiæ S. Marci, quam alii duodecim Fratres per eumdem ibidem Confeſſores deputandi, poſſent abſolvere omnes confitentes ab omnibus caſibus & E cenſuris, à quibus de jure Epiſcopi & Diœceſani poterant, & vota ſimiliter commutare.

cum plenaria Indulgentia,

differtur per annos 66,

22 *Hæc tunc quidem Adrianus Papa; verum non ita cito, quam forte futurum crediderat, peracta ſancti corporis tranſlatio eſt: ſed annis adhuc ſexaginta ſex dilata. Interim nihil dubitem ornatum cultumque fuiſſe quam antea ſtudioſius primum, quamvis humile, ſepulcrum; Florentinum populum ad id officii excitantibus miraculis, quæ poſt canonizationem frequentiora etiam fuiſſe quam antea, nullus dubito, licet ea non fuerint litterarum monumentis conſignata. Tunc etiam, aut forte ſtatim à morte, appoſitum ſacro tumulo epitaphium fuiſſe crediderim, quod poſt Additiones Fr. Leonardi deſcriptum reperimus, &, ne memoria excidat, deſcribendum putavimus.*

Hic eſt ille tuus Paſtor, Florentia, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas,
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar:
Qui ſcripſit quidquid littera ſacra docet.

uſque ad an. 1589.

23 *De tranſlatione poſtmodum facta extat hoc marmori inciſum monumentum, quod legere etiam eſt apud Ferdinandum Vghellum tomo 3 Italiæ ſacræ col.* 225 S. Antonini Archiep. Floren. quem Adrianus VI Pont. Max. in Sanctorum numerum retulit, demortui corpus ex priore ſepulcro, quo CXXX annos ante conditum fuerat, hoc in ſacellum, quod Averardus & F Antonius, Philippi FF. Averardi NN. Salviati, magnis ſumptibus ædificarunt, ut auguſtiorem locum tanto Divo exornarent, quem ipſi pie ſanctequе imprimis colerent; Alexander Medices Archiep. Florent. & S. R. E. Card. Xiſti V Pont. Max. juſſu, & Salviatorum fratrum rogatu, & pietate ſua privatim impulſus, ſumma cura & diligentia, cum multis penitus recognitum, ac per urbem inſigni ac pia pompa circumlatum, VII Id. Maji MD LXXXIX incorruptum integrumque repertum inferendum ac ſub ipſa ara condendum curavit.

edita de ea re relatio Italica,

24 *Pleniorem rei geſtæ relationem Italico ſermone conſcripſit & edidit, idem qui Latino orationem de Sancto encomiaſticam, in ipſo dictæ ſolennitatis die habitam,* Fr. Thomas Boninſegnius, ſacram Theologiam in Florentino Gymnaſio publice profitens, *hanc* Ferdinando Medicæo Hetruriæ Magno Duci Sereniſſimo; *iſtam* Sereniſſimæ Magnæ Duciſſæ *dedicans, typis Bartholomæi Ser-Martelli: utramque vero nobiſcum communicavit præ laudatus* D. *Antonius Magliabechius. Oratio ad rem noſtram non facit: Relatio incipit ab accuratiſſima*

AUCTORE D. P.

descriptione sacelli marmorei, à Fratribus Salviatis in istum finem erecti, juxta ædem S. Marci, ad manum ejus sinistram, largi ulnas sedecim, longi triginta tres; cujus arcuato speciosoque ingressui, ex altera ecclesiæ parte, respondet similis formæ & materiæ arcus, supra cujus medium eminet statua gypsea S. Zenobii, respondens marmoreo S. Antonini simulacro, supra suum arcum similiter eminentis. Longum esset transcribere singularum partium dimensionem, structuram atque materiam; satis sit dicere, totum opus esse è pulchrioribus Florentinæ civitatis unum, quod annis octo elaboratum, curatori suo Mag. Benedicto Gondi non minorem laudem peperit diligentiæ, quam suo architecto Ioanni Bologna confirmavit famam perfectissimæ artis, multiplici specimine in eadem urbe pridem acquisitam: ut de picturis nihil dicam, Alexandri Allorii, Francisci Puppiensis, & Baptistæ Naldini penicillo expressis.

cum accurata descriptione novi sacelli.

25 *In medio sacello, supra spatiosam cryptam, sepeliendis fundatorum corporibus præparatam, & sub insigni ornatissimoque tholo (cupulam vulgo appellant) assurgit speciosum altare ex omni parte marmoribus vestitum, ex anteriori vero patens totum, nisi quod cratis ænea texturæ Arabicæ, contactum arceat, non item conspectum marmoreæ tumbæ, recipiendo sacro corpori fabricatæ; supra quam Pontificaliter indutũ cernitur jacere S. Antonini simulacrum, una cum variis historiatis tabellis figurisque ære fusum à Fr. Dominico Portigiano Florentino, ex designatione ejus quem supra nominavi famosi sculptoris & architecti Ioannis Bologna. Ad hanc aram, supra quam erecta stabat argentea herma, mitratum S. Antonini caput, cum humeris, Pontificali pallio opertis, ac pectore repræsentans, sacrificio Missæ operati sumus* P. *Henschenius & ego, anno* MDCLXI *die* XXVII *Decembris; sacrum sub eo corpus rite venerantes: quod quomodo illuc illatum sit, placet ex Boninsegni relatione distinctius discere.*

& altaris sub quo depositum corpus.

B

26 Finito opere, & translatione decreta, statutum prudenter sane fuit, ut prius quam ea fieret, inspiceretur sacrum corpus, quod annis centum atque triginta jacuerat in priori sepulcro. Die igitur XV Aprilis anni MDLXXXIX, prima noctis hora, Illustrissimus ac Reverendissimus D. Alexander, S.R.E. Cardinalis Medicæus & Archiepiscopus Florentinus, venit ad ecclesiam S. Marci, cum Dominis Averardo & Antonio Salviatis; & coram Provinciali, Priori, ac Patribus pluribus istius Conventus, curavit cognoscere primæ sepulturæ locum, interrogans seniores num certum haberent crederentque, depositum istic esse corpus S. Antonini. Quibus citra dubitationem respondentibus id se habere & credere certissimum, quia sic audiverant à senioribus Fratribus vita functis, qui sepulturæ ipsi adfuerant, idque etiam confirmabat pictus in imagine Sanctus, à tempore depositionis suæ supra sepulcrum expressus; præter historias vitæ, & quotidianam Florentini populi pietatem, precum faciendarum & votorum solvendorum causa illuc, velut ad sepulcrum Sancti, tot annis continuis accedentis; quia denique fidem prædictæ veritatis indubitatam fieri dicebant per Bullam Clementis VII, expresse affirmantis in ecclesia S. Marci sepultum S. Antoninum fuisse.

quod audita Seniorum attestatione, ex veteri sepulcro

C

eductum integrum,

27 In hunc modum certus, de eo quod quærebat, redditus Archiepiscopus, manu ipse sua destruendo sepulcro veteri initium dedit, & opus alacriter prosecuti sunt Fratres, donec ab eo potuit sarcophagus excipi. Quo reverenter circumspecteque aperto, apparuit facies discooperta, prorsus integra, priorumque quæ viventi fuerant lineamentorum perfectissime retinens; adeo ut qui eum imaginibus expressum aspicere consuerant, eumdem prorsus esse vultum jurarent. Erat autem corpus suæ Religionis habitu simpliciter vestitum, nullumque monstrabat Archiepiscopi indicium, præter pallium. Detractis deinde vestibus, quæ hinc inde aliquantum corruptæ ac maculosæ videbantur (quamvis nigra cum suo capucio & pileolo cappa satis integra appareret) conspectum est corpus integrum, membris omnibus optime cohærentibus, & nihil aut parum admodum læsis: in manibus autem pedibusque distincte notabantur articuli & ungues, cum musculis, adeo ut dignum fuerit admiratione spectaculum. In ore quoque numerabantur adhuc dentes quinque, quos solos verosimiliter intulerat in sepulcrum mortuus; aures insuper, brachia, tibiæ, & pectus, cum gutture & collo, in sua adhuc carne & pelle illibata cernebantur. Tum absterso pulvere, indutum primo fuit idem sanctum corpus novis suæ religionis vestibus, deinde habitu Pontificali; alba videlicet mundissima, tunicellis, casula atque mitra; multisque cum luminibus inter sacrorum hymnorum concentum, delatum ad sacristiam.

D

& novis indutum vestimentis.

illatum erat in sacristiã.

28 *Post hæc laborari cœptum in ornanda ad actum tam solennem ecclesia; quæ ut undequaque venustior appareret, curatum est, ut omnia utriusque lateris sacella, & altaria, uniformiter composita ordinataque viderentur, coloribus tamen supra telam depictis dumtaxat, donec successu temporis ad eumdem modum omnia ex saxo & marmore fierent. Supra frontem autem sacellorum, per eam quæ navim templi circuit coronidem, egregii operis spectabatur ornatus, pariter pictura expressus, supra quem, æqualibus inter se spatiis ornamentisque distinctæ, visebantur puellari in habitu Beatitudines octo, cum geminis figuris Contemplativam & Activam vitam repræsentatibus; & cum aptis è Scriptura aut sanctorum Patrum auctoritate sententiis, cujusque perfectionem explicantibus. In medio autem ecclesiæ, ubi sanctum corpus reponendum erat, locus erat præparatus in quadrum, decem & semis pedum ex omni latere, columellis ac peribolo cinctus, intraque eum ornatus suggestus.*

donec absolveretur templi ornatus

E

29 *Huic suggestui ad singula latera inscriptum unum ex distichis, à Mag. Petro Angelio compositis, ac præcipuas quatuor Sancti laudes exprimentibus, ita ut in fronte hoc legeretur:*

cum magnifico suggestu in ejus medio,

Pascit oves bonus ut pastor curaque fideque,
Sic populum pavit Pastor & iste suum.

A tergo.

Scripta pie sancteque Patrum patefecit, & omnem
Vivendi docuit cum ratione modum.

Ad dexteram:

Ornavit totam miranda modestia vitam,
Atque incorruptus virginitatis honor.

Ad sinistram denique:

F

Omni ope qua potuit vitam sic juvit egentum,
Vitæ ut subtraheret sæpe alimenta suæ.

ad excipiendum sacrum feretrum.

Supra hunc suggestum, ad duas circiter ulnas, attollebatur tabula, panno aureo undique defluente instrata, ac supra eam stabat tumba: ad cujus caput formæ Angelicæ duæ, manibus efferentes coronam floridam, supra ipsius Sancti desuper collocandi caput: totum vero quadratum, quod dixi, spatium operiebatur umbella ornatissima, desuper appensa, & in pyramidis modum ad octo circiter ulnarum altitudinem fastigiata.

§ V. *Translationis* IX *Maji peractæ ordo & majestas.*

Promulgatis 8 Maji Indulgentiis

30 OMnibus in diem octavam Maji sic paratis (*quæ prolixius minutiusque descripta videri possunt in ipsa Italica relatione*) *ad horam Vesperarum, proposita est Indulgentia plenaria, usque ad finem diei sequentis duratura, pro iis omnibus, qui sua præsentia honoraturi essent translationem Sancti, juxta Pontificium Breve: & coram Archiepiscopo expositum fuit sacrum corpus, in media (ut dictum) ecclesia, supra præmemoratum suggestum, concurrente populo fere innumerabili ad conspectum sui*

exponitur corpus conspiciendum:

A *fui quondam fidelissimi amantissimique Pastoris, cujus notos* ex imagine vultus, tanto post tempore mirabantur eosdem in cadavere contueri: quod exosculari atque contingere omnis ordo, sexus, & ætas avebat. Die postero, qui festi ipsius claudebat Octavam, convenerunt in ecclesiam S. Marci Principes ac Prælati complures; divina enim ordinante providentia actum videtur, ut iisdem diebus, quibus celebratæ fuerant nuptiæ Magni Ducis Ferdinandi, cum Domina Christierna à Lotharingia, hæc quoque perageretur Translatio; itáque iidem omnes ipsi præsentes essent qui illis.

quod coram Cardinalibus quatuor

31 Convenerunt ergo summo mane, ad memoratum jam sæpius templum S. Marci, Illustrissimi Domini Cardinales Colomna, Gonzaga, Giojosa, à Monte; quibus ad sinistram sancti corporis parata sedilia, quia ad dexteram erat futura sessio Cardinalis Archiepiscopi, cum aliis Prælatis Pontificali in habitu confessuris, qui erant Archiepiscopi Pisanus & Aquensis, Episcopi Fesulanus, Volaterranus, Montis-politiani, Burgi Sancti-sepulcri, Aretinus, Clusinus, Soanensis, Massensis, Glandatensis, Massilliensis, Cortonensis, Faventinus, Carcassonensis, Matisconensis, Forolivensis, Chorepiscopus Mediolanensis, & Clusini viventis atque post abdicatum regimen Florentiæ privatim in suo monasterio viventis ibiq; præsentis Coadjutor Episcopus Ludovicus Martelli, numero novemdecim: ex quibus Glandatensis *(Hugolinus Martelli hic fuit, nobilis Florentinus, prædicti Ludovici forsan frater, nescio qua ratione ad Glandatensem in Gallia Narbonensi Episcopatum provectus)* habiturus erat Italica lingua orationem, interim dum duceretur processio per ecclesiam.

Archiepiscopus & Episcopus 19

B

cum solenni omnium Ordinum supplicantium pompa,

32 Hæc autem procedere cœpit ab ecclesia Annuntiatæ; ubi fuerat congregata, ingressaque per portam claustri S. Marci transivit per ecclesiam; præcedentibus sodalitiis cum face accensa in manu singulorum, cum regularibus, tam monachis quam mendicantibus, sub sua cunctis cruce ac labaro, deinde ecclesiarum Collegiatarum Presbyteris; qui & ipsi singuli facem portabant, ac denique Cathedralis ecclesiæ Clero cum Dominis Canonicis. Hos ita præcessos sequebatur Sacerdos è familia Salviatorum, sacris indutus vestibus, & equæ prætiose stratæ insidens, ac manibus efferens insigne vexillum, ex serico rubro, intextum auro, & utrimque pictum exhibens S. Antoninum Pontificali in habitu; regentibus utrimque habenis equæ & sellam stipantibus famulis superbe vestitis eorumdem Dominorum Salviatorum, qui ipsimet subsequebantur cum D. Laurentio nepote suo, multisque nobilibus affinibus aut consanguineis. Agmen vero totum claudebat D. Archiepiscopus Pontificaliter vestitus, totique populo benedictionem impertiens.

C

circum ducit Archiepisc. Card. Mediceus

succollantibus ecclesiasticis,

33 Motum deinde à loco prædicto est sacrum corpus: & primum quidem Episcoporum humeris portatum, deinde, ubi ad templi portam est ventum, per viam reliquam exceptum à variis successive Sacerdotibus Ordinis Prædicatorum, qui ad eum finem numero quadraginta, casulas rubras induti, procedebant. Mox autem ut motum fuit sanctum corpus, umbellam super illud extendendam, arripuerunt Serenissimi Duces Hetruriæ & Mantuæ, item Illustrissimi atque Excellentissimi Domini Don Petrus de Medices & Don Cæsar Estensis, Domini Franciscus Salviati, & Ferrantes de Rossis, Dominique Marchiones de Riano & de Cornia: à quibus cum eductum feretrum extra ecclesiam esset, stipabant illud ex utroque latere Domini Boni-viri de S. Martino, unusquisque accensam facem portans, eo quod ipsorum Collegium fuisset à sancto Antistite, cum viveret, institutum. Ipsa porro umbella per viam successive excepta fuit ab Equitibus, Doctoribus & Magistratibus Florentinis, sequentibus eamdem Cardinalibus duobus Giojosa & Montano: post hos vero ibant D. Locumtenens, Consiliarii quatuor, Potestas urbis, Auditores Rotæ, Senatus ac Magistratus reliqui, cum maximo populi numero, præter eos qui spectandi causa impleverant fora plateasque & domorum fenestras, quacumque transitus aut prospectus erat. Neque enim facile posset explicari, quanta & quam communis fuerit tota civitate lætitia simul & devotio, ad conspectum tam reverendi corporis.

AUTORE D. P.

Principibus viris umbellam ferentibus,

34 *Prætermitto explicare ornatum viarum, lususque Poeticorum ingeniorum in honorem Sancti, quos inter eluxit elegantia Mag. Francisci Sanberlini & Fr. Modesti Biliotti, quorum epigrammata aliqua, præcipuis affixa locis, Boninsegnius proponit: satis sit dicere quod* è S. Marci egressa pompa, per viam cucumeris, ducta sit ad ædem S. Nicolai; in quam laterali porta ingrediens, & egrediens majori, ad prædictæ viæ caput pervenit. Inde vertit sese ad sinistram; procedens retrò Cathedralem, usque ad angulum Pazziorum, & viam Albiziorum; ubi flexa transivit per aream S. Petri-majoris, ascenditque per viam Palatii, & à scalis Abbatiæ, per viam del Gerbo dictam, devenit in Forum primo vetus, deinde novum: & per Rubeam portam processit ad columnam Trinitatis & aream Antinoriorum, ac denique ad ecclesias S. Mariæ-Majoris & S. Mariæ à Flore. Cum autem in Cathedralem inferendum esset corpus sanctum, exceperunt illud humeris suis Canonici, per eamque circumlatum eduxerunt in aream; unde viam Martellorum ingressa pompa, demum per viam Largam redivit ad S. Marci, unde egressa fuerat, ecclesiam.

longo per civitatem ambita:

E

delatumque in novum sacellum

35 In prætensa huic ecclesiæ area receperunt Episcopi venerabile feretrum, detuleruntque ad sacellum ipsi præparatum, ubi illud aliquamdiu stetit supra altare; interim dum Archiepiscopus noster brevem exorsus oratiunculam ad Dominos Averardum & Antonium Salviatos, coram Priore Conventus S. Marci Fr. Taddæo Bartoli ac pluribus Religiosis, paterne eos amanterque admonuit; ut quandoquidem placuerit Deo sacrum istud corpus adeo integrum custodire; ipsi quoque ea qua par est diligentia conarentur servare tam pretiosum thesaurum. Deinde, juxta Breve Sixti v Papæ (qui omnibus translationi interfuturis etiam plenariam concesserat suorum peccatorum Indulgentiam) consignavit ipsum corpus prædictis Dominis Salviatis; jubens ipsum reponi sub altari, intra capsam ad id præparatam, atque de ea re omni publicum confici instrumentum, per manus Notarii Archiepiscopalis Ser-Jacobi Cantoni di Diacetto, ipsi contractui inseri jubens tenorem Brevis Pontificii, quod explicatum lectumque est publice, ut constaret quod sua Sanctitas Illustrissimo D. Cardinali Archiepiscopo fecerit potestatem, concedendi prædictis Fratribus corpus S. Antonini, in ædificato ab ipsis sacello collocandum; citra præjudicium tamen cujuscumque tertii, quo pacto consulebatur juri Fratrum S. Marci, quibus ipse Sanctus corpus suum testamento legarat, in eorum ecclesia sepeliendum.

F

tradit fratribus salviatis ex mandato Sixti v.

coram testibus primariis ad id requisitis,

36 Actui huic requisiti & rogati testes intervenere præsentes Clarissimus D. Locumtenens, D. Antonius Franciscus Gondi, & quatuor Illustrissimi Domini Consiliarii, qui supremum hujus civitatis Magistratum constituebant, Mag. Joannes Baptista Concini, Doctor & Eques, Mag. Brancacius Rucellarii,

AUTORE D. P.

cellarii, Mag. Bernardus Vecchietti, & Mag. Julianus Fornabuoni. Hoc autem facto obſeratum eſt Depoſitum ſanctum cum tribus clavibus; quarum unam Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Archiepiſcopus dedit prædictis DD. Averardo & Antonio Salviatis, duas autem alias prænominato Priori. Atque in hunc modum finita fuit ſolenniſſima illa ceremonia, ſed abſque Miſſæ Pontificalis ſolenniis, quibus congrua cum majeſtate celebrandis tempus deerat. Sed quod fieri tunc ſatis commode non poterat, id factum ſequenti die mane, ad novum ipſius Sancti altare, coram Dominis Salviatis Patronis & grandi Fratrum numero; non ſolum ex omnibus Hetruriæ Conventibus, ſed etiam ex Lombardia, Pedemontio, Romaniola & Neapolitano regno, imo & ex Hiſpania, Francia, Germaniaque præſentium.

ac ſuper eo poſtridie celebrat ſacrũ

præſentibus pluribus Principum urbiumque legatis.

37 Neque hic reticendum exiſtimo, quod ſubducto numero religioſorum aliorumque, ad ſolam proceſſionalem pompam pertinentium (præter eos qui undique aderant ad ſpectaculum) cenſa ſint capita virorum ad tria millia quingenta quadraginta octo: quodque ſolennitati prædictæ intervenerint, non ſolum Principes atque Prælati ſuperius nominati; ſed etiam multi ex variis Italiæ ſtatibus Legati. Nam præter Nuntium Apoſtolicum Dominum Prioli, Epiſcopum Vincentinum, aderant eodem die Florentiæ, Clariſſimus D. Franciſcus Contarini Legatus Venetus, Dominus de Lenoncourt Ducis Lotharingiæ Orator, D. Hieronymus Giliolus Ferraria miſſus, D. Thomas de Carpegna deputatus ex Urbinate Ducatu, Comes Alexander Sforza Orator Parmenſis, Domini Joannes-Carolus & Joannes-Baptiſta Imperiales cum D. Petro Lomellini, Legati Genuenſium; Domini Hieronymus Buonviſi & Cæſar Cenami, Lucenſium Oratores; & denique ex Senenſi civitate deputati nobiliſſimi quatuor-viri, Mag. Alexander Vannocci Biringucci, Mag. Æmilius Pannilini, Mag. Petrinus Bellanti, & Mag. Æmilius Caroli Piccolomini.

B

D

38 Ita honoratus fuit ab hominibus is quem Deus voluit honorari .... ad cujus extremam laudem, quamvis aliis ſpiritualibus ornamentis longe inferiorem, etiam addere liceat, quod in antiquis conventus S. Dominici Felulani Annalibus reperi notatum; ſcilicet in una villarum, cui nomen Piſcina, prope Montem-Morellum, quinque millibus paſſuum Florentia, fuiſſe tres fratres, Nannozzum, Laurentium & Cennium, de Furcilione familia antiqua; qui ab invicem digredientes ſedem acceperint, Nannozzus, in villa Cercina; Laurentius, ad S. Silveſtrum in Valcinis ad Quintum, quinque milliaribus Florentia diſtantem locum, à quo prodiit Frillorum familia, etiam hodie numeroſa in oppido Sexto; Cennius autem Florentiam venerit, ex eoque natus ſit Petrozzus, jus civilitatis Florentinæ adeptus, pater Ser-Nicolai, qui anno MCCCLXII fuit Notarius publicus Florentinus, quemadmodum videre licet in Officio Proconſulari artis notarialis, ipſe quartum Proconſul, videlicet anno MCCCLXXXVIII & XC, annoque MCCCCVIII & XII, ſicut ex libris archivii Florentini apparet: quæ dignitas temporibus iis erat Florentiæ auctoritatis permagnæ, nec cuiquam niſi civi Florentino conferebatur. Ab illo autem Ser-Nicolao prognatus eſt S. Antoninus, adeoque nec quoad mundum quidem, genere obſcuro vel ignobili editus, ſed per patrem avumque civilitatis noſtræ jus in ſe derivatum participans; neque ex oppido Sexto oriundus, uti aliqui forſitan exiſtimarunt, licet Frillorum familiam ibidem claram jure conſanguinitatis collateraliter attingat.

S. Antonini genus paternum.

jure civitatis Florentia donatum.

E

TERTIA

TERTIA DIES MAII

SANCTI QVI V NONAS MAII COLVNTVR.

INventio sanctæ crucis, per SS. Helenam & Macarium Hierosolymis.
S. Hermogenes, Martyr in Asia.
S. Alexander I Pontifex, S. Eventius, S. Theodulus Diaconi, Martyres Romæ.
S. Timotheus, S. Maura, Conjuges, Martyres in Thebaide.
S. Alexander miles, S. Antonina Virgo, Martyres, Constantinopolim translati.
B S. Diodorus, S. Rodopianus Diaconus, Martyres Aphrodisiæ in Caria.
S. Arbonus Martyr.
S. Marianus, S. Fortunatus, S. Saturninus, S. Rufina, S. Fortunio, S. Fortunatus II, Martyres in Africa
S. Viola, Virgo & Martyr Veronæ.
S. Genius seu Hyginius, Sancti XXX milites, Martyres Lectoræ, in Vasconia Aquitanica.
S. Iuvenalis, Episcopus Narniensis, in Vmbria.
S. Iuvenalis Confessor, Fossani in Pedemontio.
S. Eusebius Presbyter, S. Avitus Diaconus; Autisiodori in Gallia.
S. Philippus Presbyter, Cellæ in Palatinatu Rheni. E
S. Vrsius, in agro Italiæ Vicentino.
S. Petrus Thaumaturgus, Episcopus Argivorum, in Peloponneso.
B. Aufridus, sive Anfridus, Episcopus Vltrajectinus in Belgio.
B. Ventura, Ordinis Cruciferorum, Hispelli in Vmbria.
B. Alexander, Conversus Ordinis Cistercienſis, Fusniaci in Gallia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAncti Odilonis, Abbatis Cluniacensis, reseratio corporis *inscripta est Martyrol. Gallic. Saussaji. Vitam dedimus* 1 Januarii.
Sperandus, Abbas Benedictinus & Reformator monasterii S. Petri Eugubii in Umbria, *dicitur hoc die coli ibidem* apud monachos Montis Oliveti, qui corpus ejus habent. *Verum Iacobillus refert ejus Natalem die, quando in Supplemento de eo poterit agi,* XV Januarii.
C
B. F. Zacharias, discipulus S. Francisci, *cum illustri elogio profertur in Hagiologio Lusitano Georgii Cardosi. Ast in Martyrologio Franciscano ad diem, quod in Supplemento examinandum,* XX Januarii.
S. Messalina, Virgo & Martyr, Fulginii in Umbria, *indicatur ab Arturo du Monstier in Gynæceo sacro. Vitam dedimus* XXIII Januarii.
Conclaidus Killdarienſis Episcopus, Ronchenus dictus. *Ita MS. Tamlachtense. De eo pluribus actum ad Vitam S. Brigidæ* 1 *Februarii, quæ* S. Tigernacum curavit per eum baptizari, *ut ibidem* § 13 *pag.* 116 *dictum.* Cumque ejus vestes pauperi dedisset, similes pro eo divinitus recepit. *Vita* 1 *num.* 104, *& Vita* 4 *num.* 68. *At quæ in* 2 *Vita num.* 17 *dicuntur de prima* sepultura S. Brigidæ, *&* Conlei, *seu* Conlaeth *ut habet Capgravii, id est* Conlaidi Archiepiscopi, *ut ibi dicitur, illustria sunt, quæ (nam alia non occurrunt addenda) Lector inveniet dicto* 1 Februarii.
S. Musa, *forsan* Virgo Romana, *memoratur in MS. Tamlactensi. De ea egimus* 11 Aprilis.
S. Walterus, Abbas apud Pontisaram, *memoratur à Molano in Auctario Vsuardi; & à Carthusianis Bruxellensibus, in Notis MSS. ad Grevenum. Molanum allegat Wion, sed hic & plures alii eum confundunt cum Walleno, Scoto & Abbate Maelroſenſi, de quo mox. Vitam dicti Walteri Pontisarensis duplicem, cum miraculis & bulla Canonizationis, dedimus* VIII Aprilis.
Idesbaldi, Abbatis Dunensis, translatio corporis Brugas *indicatur à Chrysostomo Henriquez & Saussajo. Vitam dedimus* XVIII Aprilis.
S. Catharina Senensis *memoratur à Molano, Canisio & aliis: Vitam illustravimus* XXX Aprilis.
S. Andeolus, Subdiaconus Martyr, *refertur in MS. Vltrajectina Carthusiæ. De eo egimus* 1 Maji.
S. Marculphus Confessor, *refertur à nonnemine. Acta varia dedimus* 1 Maji.
SS. Florentius & Vindemialis, Episcopi & Confessores, *indicantur à Greveno, Canisio & Witfordo. Vitam eorum dedimus* 11 Maji.
Memoria sacri Sanguinis Christi *colitur Brugis in Flandria. De hac solemnitate videri possunt Molanus in Natalibus Belgii, & Scriptores de rebus Brugensibus & Flandricis.*
Heraclius Martyr, *signatur in Martyrologio Notkeri. Plures hujus nominis Martyres hactenus dedimus & daturi sumus, etiam hoc mense Majo; ut facile aliquis fuerit istorum hoc die relatus.*
Severina matrona, uxor Aureliani Cæsaris, *memoratur a Greveno in Auctario Vsuardi, & cum titulo* Sanctæ *a Canisio in Martyrologio Germanico, Ferrario in Catalogo generali, & Arturo du Monstier in Gynæceo Sacro. Est hæc* Severina, uxor Aureliani, *non Cæsaris, sed* Comitis utriusque militiæ; *à quo interfecti sunt* SS. Alexan-

SS. Alexander Papa, Eventius & Theodulus Presbyteri, quorum corpora Severina ſepelivit, *ut hoc die in illorum Actis ſub finem legitur.*

Sophronius, qui librum B. Hieronymi de illuſtribus Scriptoribus & Vitam S. Hilarionis, aliaque ex Latino Græce tranſtulit, ut Sanctus & Confeſſor, qui in eremo vitam anachoreticam duxit, *refertur à Petro de Natalibus lib.* 11 *cap.* 91, *quod diem ejus natalem ignorarit: quem Richardus Witfordus Martyrologio Anglice edito inſcripſit ad hunc diem, ſed ut ſæpius facit propria auctoritate.*

Viennæ dedicatio capellæ & altaris, ſub nomine legis & gratiæ, ubi antiquitus erat hoſpitium pauperum. *Ita Ms. Viennenſis Eccleſiæ.*

Adamus Confeſſor, *abſque ulteriori notitia, indicatur in ſcriptis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum, quod aliis ad ulteriorem inquiſitionem proponimus.*

Joannes, *nullo verbo addito, indicatur in Martyrologio Ægyptiaco ſeu Coptico, per Seldenum edito.*

Athgenius de Boith *memoratur in Ms. Tamlachtenſi. Colgano videtur is, qui in Vita tripartita S. Patricii lib.* 3. *cap.* 98 *dicitur* Sanctus Athgenius de Bothdomnaich, coquus S. Patricii, *ſcilicet (ut in Notis num.* 12. *additur)* in diœceſi Derenſi in valle quadam Tironiæ, Gleann-arche appellata, in qua colitur & aliter Corbmaeus dicitur, *uti habetur in Sanctilogio genealogico.*

Carbrerus *ſive* Carpreus, Epiſcopus Magbilenſis in Hibernia, *refertur à Colgano cum aliis ejuſdem loci ſanctis Epiſcopis ad Vitam S. Fridiani* 18 *Martii in Appendice cap.* 8, *& citantur Martyrologia Tamlachtenſe, Ængußi, Mariani & Maguir, item ad Vitam S. Canoci* XI *Februarii in Notis num.* 14.

Barrindus de Druim-Chulim *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Videtur is Vſſerio pag.* 961 *dici* Barrindeus, Abbas monaſterii Druin-Caillin, in confinio Mumonienſium & Laginenſium & nepotum Neill, in terra quæ dicitur Fearceall, in qua eſt etiam civitas Raythen, *& in Indice Chronologico aſſerit,* claruiſſe anno DXC.

Neccanus, *nullo alio titulo addito, refertur in Ms. Tamlachtenſi: forte* Neſſanus *eſt in Actis Hibernorum Mss. ab Henrico Fitz-Simon commu nicatis, ubi dicitur* habitaſſe in inſula, quæ oculus Hiberniæ dicitur, ad Orientalem plagam, ad ſex milliaria de Dublin, & aqua benedicta fugaſſe diabolum ultra mare in rupem. *Præterea* liber ſuus Euangeliorum in mare lapſus, & illæſus inventus, vocatur Kyrlabar, & habetur in pretio magno, ita ut vix juſtus audeat jurare ſuper illum, quia vindicta Dei oſtenſa fuit perjurātibus in illum. *Hæc ibi, quæ aliorum ſcriptis optamus confirmari. Conſule Colganum* 17 *Martii, ubi de variis Neſſanis agit abſque mentione hujus.*

Theodoſii Kiovienſis obitus *indicatur in figurato Kalendario Moſcovitico Amſtelodami apud Laurentiū vander Hem aſſervato. Apparet ex ipſa imaginis hiſtoricæ adjunctæ amplitudine cultum ejus apud Moſchos celeberrimum eſſe, proinde de hujus vita, ætate & ſanctitate optaremus plenius edoceri. Dedimus* XII *Februarii Vitam S. Alexii Confeſſoris Kiovienſis. Memoratur in Menologiis unitorum ad* XXI *Decembris B. Petrus Metropolita Kiovienſis, inter Patronos proprios Ducatus Lituaniæ apud Albertum Wiuck-Kojalowicx; ſed quia hic de illo tacet, nihil ſtatuere audemus, donec reſponſum è Lithicania acceperimus.*

S. Priſcæ Virginis & Martyris, *à Romana diverſa, Inventio in Sardinia indicatur in Menologio Laherii.*

Arnugus ſanctus Eremita, juxta mœnia Ulmeti, *vulgo* Ormedo, *in diœceſi Abulenſi*, extruxit eccleſiam ſub titulo S. Crucis, quæ nunc monialibus commendatariis S. Joannis Maltenſis, urbis Zomaræ paret. Vitam & ſanctitatis famam indigitant antiquæ litteræ in marmore inciſæ, quæ viri ſancti Acta recenſent hujuſmodi: D

Sub Cruce, ſub Chriſto, dum corpore vixit in iſto.

Hæc Sandovallius apud Tamajum Salazar, qui inquit Acta à nemine ſcripta ſe extendere, *adducto elegio ex Iuliano Petri, & fatetur* memoriam illius adhuc inter Eccleſiaſticas tabulas non fuiſſe ſcriptam.

Mochonna de Doire *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Colgano* 8 *Martii eſt* Mochona, qui & Dochona Antiſtes Dorenſis, *& ibidem in Notis num.* 2. *decem dies referuntur, in quibus celebratur aliqua memoria* Mochonnæ Dorenſis: *inter eos tamen non eſt hic* 3 *Maji, unde difficile eſt aliquid ſtatuere.*

Sandalius de Kill-Conbrain, Clothacus Sanctus, Darchellus Glenndalocenſis, Filiæ Oſſeni, Aidanus, } *memorantur in Ms. Hibernico Tamlachtenſi, de quibus alibi nihil reperimus.* Aidanus *etiam pridie ſeu* 2 *hujus relatus legitur, ſed non conſtat utrum diverſus ab hoc.*

Dominus Wallenus, primus Ordinis Ciſtercienſis Melroſæ in Scotia Abbas, S. Bernardi diſcipulus, ac Macolmi Regis avunculus, qui ſpreto S. Andreæ Epiſcopatu ſanctitate celebris, obiit anno MCLV. *Ita Gaſpar Iongelinus in Abbatiis Ordinis Ciſtercienſis in regno Scotiæ. Hunc* Walterum, *aut* Gualterum *dictum, & factum apud Pontiſaram in Gallia Abbatem (ut ſupra dictum, dum ad* VIII *Aprilis remiſimus) arbitrantur Wion, Camerarius, Dempſterus, Ferrarius, & hinc titulus* Sancti *&* Canonizatio *ei perperam adſcripta à Chryſoſtomo Henriquez, Chalemoto, Wilſono & aliis recentioribus. At Menardus ſolum tribuit titulum* Venerabilis. E

Joanna à Cruce, Abbatiſſa Tertiaria Ordinis S. Franciſci, in territorio Hiſpaniæ Toletano, *paſſim* Sancta *&* Beata *vocatur ab Auctoribus Vitæ & Scriptoribus Ordinis, ob celebrem famam miraculorum & cultum olim plus quam privatum: ideo multam operam dedimus, ut antiquam ejus Vitam nanciſceremur, ſcriptam vulgari lingua ab ejus ſocia & diſcipula Sor. Mariæ Euangeliſta, ad hoc divinitus litteras edocta; verum neque id ſucceßit; neque ut ſucceſſiſſet, ea Vita hic poni potuiſſet. Quia enim mortua Ioanna eſt an.* 1534 *adeoq; intra terminos Decreti Vrbaniani, & cauſa Beatificationis agenda erat Romæ, ſuſpenſa dicuntur tantiſper omnia: quod & nos facimus, ne judicium Eccleſiæ præoccupare videamur.*

Dominica de Cruce, Ordinis S. Dominici Profeſſa in monaſterio S. Catharinę de Senis Duaci, *hoc* III *Maij an.* MDCXVI *cū magnā ſanctitatis opinione mortua, cujus vita per aliquot paginas deducta extat lib.* 3 *de Vitis Sanctarum & Beatarum ſanctimonialium Ordinis S. Dominici, à Ioanne de S. Maria Gallice Pariſiis editis cap.* 6, *ejuſque breve compendium in Anno ſancto ejuſdem Ordinis Gallice & Belgice excuſo, & ubique* Beata Soror *compellatur.* Venerabilis *à Laherio in Menologio Virginum.* F

Claudius Roletus, in territorio Tullenſi anno 1575 ab hæreticis occiſus;

Hieronymus Gallus, ſeculo 13 Lucæ in Hetruria;

Petrus Martini, laicus Avenione, anno 1622 mortuus; Ordinis S. Franciſci, *referuntur in Martyrol. Franciſc. Arturi du Monſtier cum titulo* Beati, *à quo alii abſtinent. Waddingus,* Hieronymum Gallum beatum virum *appellat an.* 1289 *num.* 45.

S. Silvanus, Epiſcopus & Martyr, cum plurimis Clericorum ſuorum *memoratur in MS. Carthuſiæ Vltrajectinæ. Colitur is* IV Maji.

S. Coreodomi depoſitio & tranſlatio corporis Autiſſiodori *indicatur in MS. Divionenſi S. Stephani: ab aliis* IV Maji.

S. Juve-

A S. Juvenalis Martyr, *indicatur in MS. Barberiniano, & in Auctario Greveni, uti indicamus die, quo colitur,* VII Maji.

S. Alexander ⎫ *Apud Arvernos, tamquam hoc die colendi*
S. Galla, ⎭ *habent elogium apud Iacobum Branche, in Vitis Sanctarum & Sanctarum Arverniæ, citato Molano, qui & alii post eum ipsos habent* XXXI Maji.

B. Staniſlaus, Canonicus Regularis S. Auguſtini, ac Vice-Prior Conventus ſacratiſſimi Corporis Chriſti, Caſimiriæ ad Cracoviam, *hoc die obiiſſe dicitur in litteris P. Frederici Schembec ad nos miſſis. Verum in Vita impreſſa, obiiſſe ſtatuitur* VII Junii.

Alexander Vinciolus, ex Ordine Minorum Epiſcopus Nucerinus, *paſſim* Beatus *habetur, & refertur ad hunc diem à Iacobillo & Vghello tomo* I *Italiæ in Epiſcopis Nucerinis. Verum Haroldus, qui poſtea ſcripſit Hiſtoriam Ordinis Minorum, refert obitum ejus die* XIII Junii.

S. Viventianus Hiſpanus, abductus in Gallias & martyrio hoc die coronatus, *traditur ab Antonio Corvaſſerio, in Hiſtoria Epiſcoporum Cenomanenſium pag.* 110 *&* 111. *At colitur cum Sociis* Peregrino & Machorato *apud Sauſſajum & Tamajum Salazar, citato ab hoc antiquo Breviario Cenomanenſi,* IV Auguſti.

B S. Helena, mater Conſtantini Magni, *memoratur hoc die in Viola Sanctorum, occaſione Crucis inventæ. Vita ejus danda erit* XVIII Auguſti.

S. Joannes Epiſcopus Eugubinus, *hodie relatus in Menologio Benedictino Bucelini, obiit & colitur* VII Sept. D

S. Aurea, Virgo & Martyr Urſulina, *indicatur à Laherio in Menologio Virginum. De ea agi poterit* XXI Octob.

S. Optatus Epiſcopus, ⎫ Autiſſiodori: quorũ de-
S. Memorius, ⎬ Presbyteri ⎨ poſitio *memoratur à Gre-*
S. Sentianus, ⎭ ⎩ *veno & Caniſio. Conſule de iis inter Prætermiſſos dicta & latius dicenda* XXXI Auguſti. II Maji.

S. Ambroſius *memoratur in MS. Tamlactenſi. Si hic ſit* Epiſcopus Mediolanenſis, *celebratur* IV *Aprilis, ut ibi diximus inter Prætermiſſos; plenior rerum ab eo geſtarum expoſitio danda erit* VII Decembris.

Mariæ Virginis Conceptio *celebratur in Martyrologio Tamlactenſi. Colitur in Eccleſia* VIII Decembris.

S. Hildemani, Epiſcopi Bellovaci, inventio *recolitur à Sauſſajo, Menardo, & Bucelino. Dies natalis eſt* VIII Decembris.

S. Albinæ Virginis & Martyris corpus tranſlatum eſt Juliaci, ad eccleſiam ſanctimonialium ſancti Sepulcri, anno 1665 Dominica quarta poſt feſtum Reſurrectionis, tunc die Inventionis ſanctæ Crucis. *In libello, de hac tranſlatione Germanice edito, indicatur hanc* S. Albinã *eſſe, quæ Formiis in Campania dicitur in Martyrologio Romano coronata die, quando poterit id examinari,* XVI Decembris. E

DE INVENTIONE SANCTÆ CRVCIS PER SS. HELENAM ET MACARIVM HIEROSOLYMIS.

D. P.

CAPUT I.

S. Helena loca ſacra adit, inventaque Cruce exornat ædificiis.

ANNO CCCXXVI

Macarius Ep. Hieroſol.

DE *S. Macario Hieroſolymitano Epiſcopo agentes, die ejus Natali* X *Martii, quæ circa inventionem ſanctæ Crucis egit, dedimus explicata antiquiſſimorum duorum auctorum verbis, Ruffini ſcilicet Aquilejenſis & Theodoreti; quorum hic in Cyro urbe Syriæ fuit Epiſcopus, iſte in Syria diu multumque verſatus eſt; uterque autem uno dumtaxat poſt inventionem prædictam ſeculo floruit, ut loco ſic tempore proximi. Nolo eorum hic verba repetere: ſed potius S. Theophanis, laudati die* XII *Martii. Cum enim hic ſeculo* IX *floruerit, ſatis oſtendit, quod ne tunc quidem apud viros eruditos in Græcia fidem invenerint fabulæ, quas paulo poſt Synaxariorum ac Menæorum compilatores ſecuti ſunt ad* XXVIII *Octobris, agentes de S. Cyriaco. Eas fabulas die ſequenti de eodem acturi referemus integras, ut falſitas evidentior ſit. Verba Theophanis, copioſius rem deſcribentis, ſed nihil in ſubſtantia variantis, hæc ſunt ad annum Conſtantini Imperatoris* XX.

C

à Concilio Niceno reverſus,

2 Macario Hieroſolymorum Epiſcopo, qui Concilio I *Nicæno* interfuit, mandavit Imperator, ut reverſus Sanctæ Reſurrectionis locum, & Calvarii Golgotham, & vivificum Crucis lignum requireret. Eodem quoque anno matrem Helenam, mulierem divino ſenſu prædítam, coronavit Conſtantinus: oſtentum autem vidit illa, jubens Hieroſolymam proficiſci; & divina loca, ſub terram ab impiis & profanis defoſſa, in lucem educere. Tunc ipſa filium Conſtantinum rogat, ut divinitus ſibi mandata perficeret: & ille divino nutu motus, matri morem geſſit. *Hæc ibi Theophanes; proximo deinde Conſtantini anno* XXI *cœptam narrationem ſic proſequitur:* Eodem anno Beatam Helenam, cum ingenti pecuniarum pondere, ad vivificam Domini Crucem perquirendam, divinus Conſtantinus Hieroſolymam miſit. At cum debito honore Imperatrici factus obviam Patriarcha, una cum ipſa ſemotus à comitatus tumultus, cũ mentis tranquillitate fervidis orationibus & jejuniis vacans, deſiderati ligni perquiſitionem agebat.

excipit Helenam;

3 His præmiſſis, divino tandem nutu, locus, quo Veneris impuræ templum ac ſimulacrum erecta fuerant, ipſi Macario manifeſtatus eſt: eumque Helena, divinitus coronata Imperatrix, regia poteſtate uſa, operarum adhibita multitudine, à fundamentis effoſſum dejecit; rudera exportavit, & cuncta, ab Ælio Adriano quondam ibi magnis ſumptibus conſtructa, demolita eſt & expurgavit. Confeſtim vero ſanctum Sepulcrum detectum, & Calvarii locus patefactus eſt, & his proxime tres cruces ad orientem effoſſæ: ſed & ſtudioſius inveſtigantibus clavi etiam reperti. Anxiis vero cunctis quæ utique Crux Dominica foret, & Beatâ Helenâ valido mœrore confectâ, Macarius Epiſcopus, proprii nominis claritudine Beatus, dubium omne fide ſua diſſolvit. Illuſtrium enim feminarum cuidam, de vita deſperatæ & jam animam agenti, hujus & illarum crucium admotis lignis, Dominicam agnovit. Nam ut ad infirmam ſola acceſſit umbra; quæ abſque ſpiritu & omni motu deſtituta jacebat, divina virtute confeſtim exiluit, & magna voce Deo laudem reddidit. Pientiſſima vero Helena, cum tremore plurimo & cordis tripudio vivifica Cruce ſublata, partem quidem cum clavis ad filium detulit; aliam autem argenteo loculo incluſam Macario Epiſcopo tradidit, ſecuturæ deinceps poſteritati monumentum. Eccleſiam quoque juſſit extrui in ſancto Sepulcro & in Calvario; & ſingularem aliam de filii ſui nomine, ubi vivifica Crux reperta eſt; & in Bethleem & in Olivarum monte; atque ita regreſſa eſt ad illuſtriſſimum Conſtantinum. *& locum deſoſſæ crucis divinitus edoctus,* F *reſoſſam à latronum cruciibus miraculo diſcernit; regreſſaque ad filium Helena*

4 *Hic verò ubi ex reduce matre intellexit quomodo res actæ eſſent, ſcripſit ad Macarium Epiſcopum Epiſtolam, quæ*

AUCTORE D. P. *apud Euſebium in Vita Conſtantini lib.3 cap.3 legitur his verbis concepta* : Tanta eſt Servatoris noſtri gratia, ut nulla ſermonis copia ad præſentis miraculi narrationem ſufficere videatur. Nam ſacratiſſimæ illius paſſionis ſignum, ſub terra jam pridem occultatum, tot annorum ſpatio delituiſſe, quoad communi omnium hoſte ſublato, famulis ejus in libertatem vindicatis affulgeret ; omnem revera admirationem ſuperat. Nam tametſi omnes, quotquot ubique terrarum ſapientes habentur, in unum coacti, aliquid pro hujus rei dignitate dicere inſtituerint, ne ad minimam quidem illius partem aſpirare poſſe mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides, omnem humanæ rationis capacem naturam tantum excedit, quantum humanis divina præcellunt. Quocirca hic unus ac præcipuus mihi ſemper eſt ſcopus, ut, quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclareſcit, ſic etiam mentes omnium noſtrum ad ſanctiſſimæ legis obſervantiam, cum omni modeſtia & cordis alacritate, incitentur. Quod quoniam omnibus perſpectiſſimum eſſe confido, illud tibi imprimis perſuaſum velim, nihil mihi antiquius eſſe, quam ut ſacrum illum locum, quem Dei juſſu turpiſſimi adjectione ſimulacri, velut gravi quodam pondere exoneravi ; & qui ab initio quidem Dei judicio ſanctus fuit, poſtea vero multo ſanctior effectus eſt, ex quo Dominicæ paſſionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarum pulchritudine exornemus.

ab hoc mandatum accipit

ſtruendi auguſtiſſimi templi,

B

5 *Placuit totam epiſtolam dare, ut intelligeretur clarius, quod omnia iſta ordinata ab Imperatore fuerint reſpectu Crucis Dominicæ, refoſſa & miraculis illuſtrata, quæ Crux hic appellatur* τὸ γνώρισμα τῦ ἁγιωτάτυ πάθυς, *&,* τῦ σωτηρίυ πάθυς πίστις, Sanctiſſimæ & ſalutiferæ Paſſionis ſignum, &, fides ſeu teſtimonium. *De hac expreſſius non eſſe locutum Euſebium, neque miraculi ad ejus agnitionem patrati meminiſſe, miraremur ; niſi videremus in ſolius Conſtantini laudibus ita occupatum, ut nec matris quidem Helenæ, ad hoc in Hieruſalem miſſæ, fuerit recordatus; utique feſtinans ad fabricæ illius auguſtiſſimæ deſcriptionem, cui mox integra decem capitula impendit : ac tum demum, veluti reſpirans, deſcendit ad laudandam Helenæ pietatem, caput 41 ſic concludens.* Atque hæc loca, *Bethlem ſcilicet & Montis Olivarum*, magnifico cultu exornans *Conſtantinus*, ſimul nomen matris ſuæ, cujus opera ac miniſterio tantum bonum humano generi procurabatur, ad æternam poſterorum memoriam conſecravit. *Tunc diſtinctius enumerare incipiens loca, Helenæ ſolicitudine & Conſtantini impenſis extructa, proſequitur Imperatricis laudes ac mortem, encomium potius ejus texendo quam ordinatam & hiſtoricam rerum ab ea in Oriente geſtarum narrationem. Quid ergo mirum, ſi non attigerit miraculum illud, quod magis proprie ſpectabat ad fidem S. Macarii ipſiuſque Crucis virtutem prædicandam ?*

C

cujus indicium à Iudæis habitum

6 *Hæc conſiderans, ſatis mirari nequeo præcipitantiam cujuſdam Anconitani Cauſidici ; qui, veluti ſi malarum cauſarum ſatis Anconæ non foret, mihi quoque litem intentandam ſuſcepit, ea ſolum ex cauſa, quod in familiari epiſtola, ad eum operoſe id petentem ſcripta, non ſatis ex voto ejus probaſſem eas omnes fabulas, quibus S. Macario nihil in toto hoc negotio tribuitur, omnia Iudæo indici adſcribuntur ; cum, ut infra oſtendam, ipſum quoque Iudaicum indicium fabuloſitatis ſuſpectum haberi debeat, velut ex iiſdem fabulis acceptum. Sed hic mirandum nobis occurrit quod ſuæ ſententiæ auctorem Legulejus iſte adeo fidenter citet Euſebium Cæſarienſem, qui, uti dixi, quæſitæ ab Helena Crucis nuſquam meminit, nedum modum deſcribit quo inventa eſt. Quæ allegat non Euſebii Cæſaræenſis, ſed Ruffini Aquileienſis verba ſunt iſta lib.10 cap.7.* Per idem tempus Helena ... Hieroſolymam petit : atque ibi locum in quo ſacroſanctum corpus Chriſti pependerat ab incolis requiſivit. *Excuſabilis videatur alicui error & memoriæ lapſus, unius auctoris nomen pro altero ſuggerentis :*

idque reſpectu inventæ Crucis ;

nec Euſebius,

nec Ruffinus,

ſed excuſationem adimit eâdem pagella citatus Ruffinus, tamquam teſtis ab Euſebio diverſus, & breviori verborum periodo eamdem rem afferens. Quid autem Ruffinus iſte tandem uſſerit, niſi id quod erat convenientiſſimum ; quodque S. Paulinus Nolanus Ep. 11 plenius ſic explicat ? Regina illa venerabilis, ut venit Hieroſolymam ... Crucem Domini ſtudioſiſſime requirere adorſa eſt. Sed quæ via vel ratio inveniendi ſubeſſet, cum index idoneus nullus inveniri poſſet, ubi memoriam & curam religioſæ conſcientiæ vel obſervantiæ & antiquitas ævi & ſuperſtitionis diuturnitas aboleviſſet ? Verum .... fidelis mulier ſanctum Spiritum per affectum pium meruit : quo aſpirante, cum rem ab humana conſcientia diutius remoram fruſtra diligens requiſiſſet, de loco tantum paſſionis certior fieri ſtuduit.

D

nec Paulinus.

7 *De hoc igitur ſolo conſultis incolis cognoſcendo ſpem habens, præter Chriſtianos etiam Iudæos conſuluit, teſte eodem Paulino; nec plus Ruffini verba ſignificant : eorum autem* omnium unâ de loco teſtificatione confirmata, juſſit illico (urgente ſine dubio conceptæ revelationis inſtinctu) in ipſum locum operam foſſionis accingi. *Ergo quod humano indicio ſciri adhuc poterat, id interrogando didicit ; cum jam antea divinitus eſſet edocta, id quod homines docere non poterant ; eo nempe loco, ubi hi dicerent paſſum Chriſtum, ipſam ejus crucem inveniendam. Paulini ſententiam jam ante paucioribus verbis ita expreſſerat Ruffinus.* Cum religioſa femina properaſſet ad locum, *diligenti ſcilicet perquiſitione agnitum Crucem tuliſſe olim, ſed* cæleſti indicio ſibi deſignatum *eamdem nunc quoque occultare* ; cuncta ex eo profana & polluta deturbans; in altum purgatis ruderibus ; tres confuſo ordine reperit Cruces. *Aſt Sozomenus lib.2 cap.1 ; Iudaici indicii, quo Crux inventa meminit, his verbis. Audiamus.* Locus ille patefactus eſt, & deprehenſa impoſtura quam in eo malitioſe Judæi fecerant, indicio viri cujuſdam Hebræi ; ex illis qui in Oriente habitant, qui locum hunc ex paterno quodam ſcripto manifeſtavit. *Hæccine Sozomenus ita abſolute & quidem de Cruce ? O quadruplatoris impoſturam inſignem ! Sozomenus dicit loco citato* : Tandem locus erutus eſt, & error, in quo ſtabiliendo tantopere laboratum fuerat (*nempe à Gentilibus, uti fuſe deſcripſerat*) manifeſte deprehenſus, indicio (uti quidam memorant) Hebræi cujuſdam verſus Orientem habitantis, qui avito quodam ſcripto admonitus locum demonſtravit : ſeu (quæ verior eſt opinio) monſtratione Dei optimi maximi, qui ſignis quibuſdam & ſomniis homines ad loci memoriam excitavit : nam res divinæ, mea quidem ſententia, humano indicio non egent, cum Deo viſum fuerit eas patefacere. *Hæc Sozomeni verba ſunt : de quorum veritate ut conſuli facilius libri editi poſſint, malui ea ex veteri & vulgatiori Ioannis Chriſtophorſoni interpetratione dare, quam ex Hadriani Valeſii accuratiore ſed nova. Quo autem fundamento quidam memorent Hebræi cujuſdam indicio patefactum locum, jam aggrediar explicare.*

E

nec denique Sozomenus aſſerunt.

F

CAPUT II.

Fabuloſa inventæ Crucis Acta: alia quædam de eodem argumento ſcripta.

8 *Elaſius Papa, in Synodo Epiſcoporum ſeptuaginta anno* CCCCXCIV, *authenticos libros ab aliis deſcernens, inter apocrypha retulit* ſcripta de inventione Crucis Dominicæ, *velut quæ ſint* novellæ quædam relationes. *Eas Græcas vidimus Romæ in Codice Vaticano 866, nec fuit operæ pretium curare deſcriptionem : Græcum autem fuiſſe auctorem, & quidem omnis ſacræ ac profanæ hiſtoriæ imperitiſſimum, pluribus oſtendetur ad diem ſequentem, ubi integre dabimus fabuloſa Acta* S. Judæ, qui & Cy-

Scripta de inventione Crucis an. 494 reprobavit Gelaſius ;

A Cyriacus, *Hierosolymis passi: cujus nomen è seculo* II *& ætate Adriani Imperatoris acceptum, bardus iste sic transtulit ad seculum* IV *& Constantini atque Helenæ tempora, quasi eum pro merito indicatæ Crucis consecrari ad Sedis istius regimen curaverit Helena; & quidem (si Superis placet) per S. Eusebium, totis* XIV *annis pius mortuum, quam Crux requireretur.*

scatent ea anachronismis & fabulis.

9 *Est vero operæ pretium figmenti istius, prout in Latinis antiquissimis MSS. extat, initium legere; & simul auctoris levitatem cognoscere. Sic ergo incipit.* Anno ducentesimo tricesimo tertio post passionem D. N. Jesu Christi, regnante venerabili Dei cultore magno viro Constantino, in sexto anno regni ejus, gens multa barbarorum congregata est super Danubium, parata ad bellum contra Romaniam. Videns autem quia multitudo esset innumerabilis, contristatus est & timuit usque ad mortem. Ea vero nocte veniens vir splendidissimus, suscitavit eum, & dixit: Constantine, noli timere, sed respice sursum in cælum, & vide. Et intendens in cælum vidit signum Crucis Christi, ex lumine clare constitutum, & desuper litteris conscriptum titulum, IN HOC VINCE. Viso autem signo hoc, Rex Constantinus fecit similitudinem Crucis quam viderat in cælo.

B 10 *Certum est initia Constantini annis ut minimum quinquaginta serius, quam hic dicatur, esse ponenda: primam autem victoriam Constantini de Sarmatis Danubium transgressis eodem contigisse tempore, quo res ipsi contra Licinium erat, circa annum imperii ejus* XIII; *quam victoriam Zosimus lib.* 2. *describit. Quæ autem divinitus ostensa hic dicuntur illam prænuntiasse, ea infallibili Eusebii testimonio, rem ex Constantini ore referentis, contigisse scimus, multo citius, idque in Italia, cum adversus Maxentium iret Imperator, Vrbem à Maxentii tyrannide liberaturus; quod revera anno Constantini,* VI *contigit. Vt hoc solum de re toto orbe notissima sciviisse videatur hic fabulator, dum quæ ad Tiberim, contra Romanos ipsos, signa Maxentii secutos, sunt gesta, ineptissime transfert ad Danubium, eumque transgressos barbaros. Tum victor Constantinus, in suam urbem reversus, fingitur ex convocatis Sacerdotibus quærere, cujus Deorum aut Dearum signum esset quod viderat; quasi tam ignota esset eo tempore Christianorum religio, ut quod ejus signum esset ignoraret Gentilium aliquis.*

quibus fingitur Constantinus viso Crucis signo debellasse Sarmatas,

& ab Eusebio Papa baptizatus;

11 *Deinde ab Eusebio, urbis Romæ Episcopo, catechizatus dicitur ac baptizatus Constantinus: Helena vero, ex mandato filii ad Crucis perquisitionem profecta Hierosolymam, expurgato loco sacri sepuleri, inducitur convocatis Iudæis, deque suo in Christum scelere increpitis, mandare, ut peritiores è suo numero seligant, qui respondeant ad interroganda. Cumque delecti quingenti coram ea adstitissent, nec hi satis essent, sed adhuc meliores quæri juberentur, itaque res haberet omnes valde perplexos; quod esset de Cruce Christi futura quæstio conjectare fingitur Iudas quidam: cujus Pater Simeon, filius Zachæi, Christum in carne viderit, & Iudam clam instruxerit de Christi passione, de martyrio Stephani, de Pauli conversione (quæ omnia Iudæi admirantes numquam à se audita dicunt) monueritque ut facta de ligno crucis inquisitione ipsum manifestaret: quod ne Iudas faceret deprecati sint Iudæi.*

C

ejus autem matri Helenæ Crucem revelasse Iudas,

12 *Sed cum jussu Reginæ cremandi essent omnes, quia nolebant edicere veritatem; tandem Iudam, ut secreti illius conscium designasse dicuntur: qui tergiversatus aliquamdiu & septiduana inedia maceratus in carcere, elegerit obedire, & fusis ante precibus acceperit fossorium; cumque fodisset* XX *passus, repererit tres cruces: quas in civitatem adferens ad Helenam, scire volentem quæ ex illis esset Christi, certiorem reddiderit per suscitationem ejus qui tum forte efferebatur mortui; lamentante dæmone, quod qui per proditorem Iudam Christum de medio tulerat, per hunc Iudam ejiceretur ab urbe. Denique baptizatus, & Episcopus ab Eusebio Romano consecratus, non jam Iudas, sed Cyriacus, juxta hanc fabellam, jubetur ab Helena etiam clavos Dominicos requirere:*

postea Episcopus & Cyriacus dictus.

quibus repertis per divinæ claritatis, locum colluſtrantis signum (quod omnes qui aderamus vidimus, *inquit auctor, ut testem oculatum credas*) *& regio fræno ex iis confecto, moriens* XVII *kalendas Maji Imperatrix, Cyriaco Episcopo multas opes demiserit, & Crucis inventionem quotannis jusserit quinto Nonarum Majarum celebrari. Hæc figmenti istius summa, quam retuliisse ipsum quidem est refutasse; sed pervicacia eorum, qui Anconitanæ urbis Patrono Quiriaco potiorem laudis suæ partem detrahi censent, nisi verum ipsum, quadamtenus saltem, esse credatur; cogit nos illud uti habetur in Mss. verbotenus exhibere sequenti die.* AUTORE D. P.

13 *Nunc satis dixisse videmur, ad justificandam Gelasii Papæ censuram,* Scripta de inventione crucis Dominicæ *vocantis* novellas narrationes. *Quia tamen* nonnulli eas Catholici legunt, *jubet idem Gelasius, ut* cum hæc ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apostoli præcedat sententia: Omnia probate, quod bonum est tenete. *Monitum hoc præ oculis non habuit Catalogi Pontificii secundi, ante Aprilem a nobis explicati auctor, quando de S. Eusebio Papa dixit:* sub hujus tempora inventa est sancta Crux Domini nostri Jesu Christi v Nonas Maji. Hic baptizatus est Judas Quiriacus. *Floruit hic auctor initio sexti seculi, quem sine scrupulo secuti ceteri Pontificiorum Catalogorum compilatores, ostenderunt, majori se fide quam judicio descripsisse quæ à prioribus scripta repererant. Idem dicendum videtur de iis qui inter Epistolas Pontificias receperunt unam, quasi ab Eusebio Papa Episcopis Tusciæ & Campaniæ directam, inter alia sic monentem;* Crucis ergo Domini nostri Jesu, quæ nuper, nobis gubernacula S. R. Ecclesiæ tenentibus, v Nonas Maji inventa est, in prædicta kalendarum die, inventionis festum vobis solenniter celebrare mandamus. *Hanc epistolam uti jam nemo non agnoscit supposititiam esse, ita & olim agnoscere potuissent omnes, si tam clare explicatas, quam nunc habemus, habuissent chronologicas rationes. Nunc vero excusandi sunt, qui hoc subsidio destituti minus discernere potuerunt inter vera & falsa.* *Deceperunt illa.* *Auctorem Catalogi Pontificii,*

E

14 *Præter Catalogorum auctores decepti istiusmodi figmentis sunt etiam alii viri magni; atque imprimis S. Gregorius Turonensis, Historiæ Francicæ scriptor antiquus; eoque majori venia dignus in iis quæ libro* I *scripsit quasi præludia ad eamdem, utpote & locis & temporibus remotiora ab ejus cognitione, quam sint ea quæ deinde narrando exequitur. Hic dicti libri cap.* 36, *ubi de Constantino Imperatore agit,* Hujus, *inquit,* tempore venerabile crucis Dominicæ lignum, per studium Helenæ repertum est, prodente Juda Hebræo, qui post baptismum Quiriacus est vocitatus. *Rabanus atque Notkerus, in suis Martyrologiis ad kalendas Maji, idem secuti sunt hujusmodi verbis:* In Hierosolyma passio S. Judæ sive Quiriaci Episcopi, cui revelatum est lignum Dominicæ Crucis. *Imo idem Notkerus, ne quid videri possit circa prænarratas fabulas dubitasse, ad* V *Nonas Maji earundem initium sic inseruit.* Hierosolymis inventio sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi, ab Helena Regina post passionem Domini, anno ducentesimo trigesimo tertio, *quæ eadem verba ante eum Florus Lugdunensis, ad memoriam Inventæ Crucis, addidit, ex præmemorata Legenda Denique Berengosius, S. Maximini Abbas, non seculo* VII (*cui eum fortuito adscripsit Bellarminus, præfatus incertum esse quo tempore vixerit*) *sed initio seculi* XII (*uti ex diplomate Henrici* V *probant Sammarthani*) Berengosius, *inquam, Abbas, tres libros scribens* de laude & inventione sanctæ Crucis, *eorum medio aliud non egit, quam dilatare & exornare præfatam de Iuda Crucis revelatore fabellam, hoc cautior quam Florus & Notkerus, quod anni designationem omiserit, neque de Hierosolymitano illius Episcopatu verbum fecerit aliquod, soli argumento de Cruce inhærens. Idem Berengosius, dum lib.* 3 *cap.* 7 *Constantinum dicit in Græcorum Gestis baptizatum* *Gregorium Turonen.* *Florum, Rabanum, Notkerum,* *Berengosium.*

F

AUCTORE D. P.

tum aſſeri ab Euſebio, Romanæ urbis Epiſcopo; & ſuadere nititur, Græco nomine dictum fuiſſe Euſebium, qui Latino dicebatur Silveſter; non tam nobis id probat quod intendit, quam noſtram confirmat opinionem de Græca totius fictionis origine: quomodo enim Græcos allegaſſet Berengoſius, ſi in Latinis dumtaxat ſcripturis Euſebium legiſſet pro Silveſtro poſitum.

& auctorum orationis Græcæ,

15 *Porro ſicut hi omnes, fabuloſa quæ diximus Acta ſecuti non commovent nos, ut inventioni ſanctæ Crucis patiamur Iudam-Quiriacum admiſceri; ſic nec ad credendum, quod ulli omnino Iudæi defoſſam crucem manifeſtarint, movemur ea oratione Græca, quam ſub nomine S. Andreæ Cretenſis edidit Gretzerus, ejuſdemque Andreæ operibus inſeruit Combefiſius, rurſumque tomo 8 Bibliothecæ concionatoriæ recudit pro feſto Exaltatæ Crucis. Ibi primum dicitur divinitus inſtructa fuiſſe Helena, pro perſuadenda Iudæis ſeu extorquenda Crucis manifeſtatione,* ut partim quidem regia ſeveritate, partim vulgari perſuadendi ratione inſtaret, & omnia afferret, quæ inflexibilem Judæorum mentem inflectere poterant. *Deinde in oratione altera, ſeu potius prioris parte ſecunda, ſic habetur:* Exaltatur Crux, ut oſtendat inanem eſſe Judæorum invidiam; ut nos margaritam recipiamus, quam qui Dominum crucifixerunt, vel inviti patefecerunt. .... Nam Imperatrici quidem, ut paulo ante dixi,
B ardens immiſit deſiderium Deus, illis autem timorem incuſſit, qui totam illorum vitam conturbaret: cumque viderent fieri non poſſe ut ab inquiſitione deſiſteretur, oſtendentes ſe ſua ſponte facere quod faciebant inviti, imprimis venerandum Domini ſignum manifeſtarunt. *Ita ille; Iudam quidem nuſquam nominans, ſed ſatis oſtendens ex ipſius fabuloſa hiſtoria talia ſe accepiſſe. Verum abſit ut Andreæ Hieroſolymitæ, ab Epiſcopatu poſtea dicti Cretenſis, orationes illas eſſe credamus; nedum ut aſſentiamur Combefiſio in notis, ſuſpicanti in ipſa Hieroſolymitana eccleſia, ab Andrea, necdum Conſtantinopolim tranſgreſſo, fuiſſe pronuntiatas. Obſervat ille, quod* ſtylus commatis *ſit* incultior quam ſoleat in

S. Andreæ Cretenſi perperam attributa.

aliis eſſe Andreæ, nec ea majeſtate iiſque floribus cum gravitate delectare. *Cur non etiam obſervavit, credi non poſſe, quod in gremio Hieroſolymitanæ eccleſiæ ſeculo* VII *educatus erudituſque vir cultiſſimus, dixerit res à vera inventionis hiſtoria alienißimas, idque in ipſo ubi acciderat loco, & ubi vel ſola majorum memoria debuiſſet eum confutare? Sit ergo oratio illa, prout in Mazariniano Codice inveniſſe fatetur Combefiſius,* auctoris incerti.

16 *Iam quod ad reliquas inventæ Crucis circumſtantias attinet; S. Paulinus Nolanus Epiſcopus, rem veroſimiliter ex auditu potius quam certis litterarum monumentis deſcribens, nonnihil variat in ejus miraculi relatione, per quod vera Crux diſcreta fuit ab aliis duabus, dum Epiſtola* II *ad amicum ſuum S. Severum Sulpitium, eidem particulam mittens vivifici ligni, ſic loquitur:* Cum tres
C pariter cruces, ut quondam fixæ Domino & latronibus ſteterant, repertæ fuiſſent; gratulatio repertarum cœpit anxia dubitatione confundi, juſto piorum metu, ne forſitan aut pro Cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut ſalutare lignum pro ſtipite latronis violarent. Reſpexit pias fideliter æſtuantium curas Dominus; & ipſi potiſſimum, quæ tam piæ ſolicitudinis Princeps erat, hujus conſilii lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri & inferri juberet. Nec mora: verbum factum, cadaver illatum eſt, deponitur: jacenti una de crucibus admovetur, & altera: ſed reorum ligna mors ſprevit. Poſtremo Dominicam crucem prodit reſurrectio, & ad ſalutaris ligni tactum morte profuga funus excuſſum & corpus erectum eſt. *Ita Paulinus, cujus narrationem ſalvare nituntur aliqui, dum ſucceßive moribundam ſalvatam, mortuum ſuſcitatum dicunt; ſed non efficiunt ne videatur unum idemque miraculum ſub aliqua circumſtantiarum varietate narrari.*

S. Paulini aliquantum diverſa narratio miraculi.

17 *S. Ambroſius, Paulini familiaris, tertiam ſacri ligni*
D *recognoſcendi viam, forte ex propria magis conjectura quam ex antiquioris ſcripturæ relatione, his verbis tradidit, ſic loquens de Helena in oratione de obitu Theodoſii.* Aperit humum, decutit pulverem, tria patibula confuſa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus abſconderat; ſed non potuit oblitterari Chriſti triumphus. Incerta hæret ut mulier, ſed certam indaginem ſanctus Spiritus inſpirat, eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignum: ſed poterat fieri ut patibula inter ſe ruina confunderet, caſus nudaret & inverteret. Sedit ad Euangelii lectionem: invenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat, JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Hinc collecta eſt ſeries veritatis, titulo Crux patuit Salvatoris. Hoc eſt quod petentibus Judæis Pilatus reſpondit, Quod ſcripſi ſcripſi: id eſt, Non ea ſcripſi quæ vobis placerent, ſed quæ ætas futura cognoſceret: non vobis ſcripſi, ſed poſteritati; propemodum dicens: Habeat Helena quæ legat, unde Crucem Domini recognoſcat. *Hæc narratio & ſingularis prorſus eſt, & Crucis gloriam vehementer imminuit. Veroſimilior multo opinio videtur, Titulum & clavos ſeorſim projectos inventoſque fuiſſe, ſicut de Titulo expreſſe ſcribit Sozomenus, de clavis omnes conſentiunt. Ceteri*
E *Græcorum hæc tractantes non meminerunt Tituli, ut neque Coronæ ſpineæ neque Spongiæ, de quibus omnibus cum longa inſtitui tractatio poßit, nos eam, ut à ſcopo noſtro alienam, dimittimus.*

S. Ambroſii de Crucis titulo ſententia ſingularis,

nec ſatis veroſimilis,

CAPUT III.

Quibus diebus Crux Hieroſolymis oſtendatur; feſtum Inventionis apud Latinos quando cœptum? oratio Alexandri monachi de Cruce qualis?

18 *Quod ad ipſum diem feſtum attinet,* III *Maji celebrandum, eſt illud Græcis Menologiis prorſus ignotum. Cauſam eſſe putat Baronius in Notis ad Romanum Martyrologium, quod Crucis inventionem illi numerent inter mobilia feſta, tertia die à Reſurrectione Domini celebrandam. Ad Typicum igitur ſpectabat, inter ſacra Paſchalium feriarum, de eadem agere: & tamen nihil tale in toto invenitur Typico. Quæ autem huc allegat Baronius ex SS. Sophronio & Paulino loca, ſi probarent aliquid, non aliud probarent, quam in ſanctæ Reſurrectionis Hieroſolymitana eccleſia ita fieri ſolitum; non item pro aliis urbis ſanctæ eccleſiis aut monaſteriis, ex quorum antiquo uſu deſcriptum & impreſſum habetur Typicon, nedum pro aliis Græcorum Patriarchatibus, Antiocheno, Alexandrino vel Conſtantinopolitano.*

Crucis inventio non colitur à Græcis feſto mobili,

F

19 *Sed neque Sophronium, quamvis ab Achille Statio Latine redditum, ſatis accurate legit Baronius. Ille enim in Oratione, quæ extat in Bibliotheca Patrum tomo 7, editionis Colonienſis, quærit,* Cur, non, ſicut antea divina crux prius exorta refulſit, *Domino in cruce feria* VI *pendente, quam hic reſurgeret; ſic & nunc* luciflua Reſurrectio *ejuſdem Domini* tertio poſt illam die reſplendeat? *id eſt cur myſterium Reſurrectionis non celebretur die tertio poſt exaltatam ſeu demonſtratam ſolenniter Crucem? Poſtquam autem hoc quæſivit, ipſemet ſibi ad propoſitam interrogationem reſpondens, ſignificat poſtridie Reſurrectionis convenientius oſtendi Crucem: &* Arbitramur, *inquit,* nobiſque conjectura ducti perſuademus, eos, qui ex finibus terræ ad utriuſque adorationem ſe conferunt, hujus ſubſecutionis & antegreſſionis cauſam fuiſſe; ut obito prius & celebrato lætiſſimo & ſplendidiſſimo Reſurrectionis feſto, poſt hoc autem ſtatim Crucis exaltatione conſpecta, potentiſſimum ejus comitatum, quaſi egregium quoddam viaticum, ſecum

neque ipſa Hieroſolymis exponebatur feria 3 Paſchæ,

A secum asportent; habeantque Crucem, in terra simul
sed secunda; gradientem, in mari simul navigantem comitem, omniumque incommodorum profligatricem. *Ne vero saltem unam feriam putes posse interjici, præcavit ipse sic ante professus*: Hodie procedit Resurrectio, suaque progressione omnia illustrat & ornat; eras Crux manifestatur cultoribusque largitur munera: hodie Resurrectio expanditur, eras Crux in edito loco quodammodo supervolat.

neque tunc tantum, 20 *Atque hoc est quod in præcitata ad Severum Epistola indicant hæc S. Paulini verba*: Basilica auratis coruscа laquearibus, arcano positam sacrario, Crucem servat: quam Episcopus urbis ejus quotannis, cum Pascha Domini agitur, adorandam populo, princeps ipse venerantium, promit. *Addit deinde idem Paulinus.* Neque præter hanc diem, qua Crucis ipsum mysterium celebratur, ipsa, quæ sacramentorum causa est, quasi quoddam sacræ solennitatis insigne profertur; nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo peregrinati advenerint, ut sibi ejus revelatio quasi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur: quod solum Episcopi munere obtineri ferunt. *Verum in hoc quod dicit, ista solum die id fieri solere, ei non magis possumus assentiri, quam Baronio, qui ipsam*
B *diem ab eo actu* Resurrectionem Crucis *appellatam fuisse scripsit; cum* Adorationis *solum nomen in hac materia fuerit usurpatum Græcis.*

sed etiam in media Quadragesima 21 *Hanc autem Adorationem prolatæ è sacrario Crucis, non solum in contigua Paschatis die fieri solitam: sed etiam* in media Jejuniorum hebdomade, *quæ nobis est Quadragesimæ tertia, probat alia prælaudati Sophronii oratio pro ea festivitate, post alteram edita sub eodem* adorationis *titulo: in qua expresse dicit*, quod in medio jejunii, adorationis gratia, proponi solet lignum vitale venerandæ Crucis. *Idem fiebat & cum multo majori populorum concursu in festo Exaltationis, quod Ecclesia universa,*
& in festo Exaltationis, *tam Occidentalis quam Orientalis,* XIV *Septembris agendum suscepit; prout constat ex Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, dictæ ostensionis occasione conversæ, idque anno vulgaris Æræ* CCCLXXXIII, *uti ostendimus ante ejus Acta* 2 *Aprilis num.* 7.

quod solum Græci norant. 22 *Manet interim, quod antea dixi*, festum Inventionis, *sub eo nomine Græcis esse ignotum.* Festum, *inquam: nam quod in excusis Menæis ad* VI *diem Martii notetur*, Inventio venerandæ Crucis, quando ab Helena inventa est, *&* Inventio venerandorum Clavorum *cum duobus distichis, nimium exile est quam ut considerari mereatur, nec passim invenitur in*
C *MSS. potuit autem in una aliqua ecclesia ob privatam rationem simile quid induci. Quod autem tam notabili rei nullum proprium festum Hierosolymis statutum fuerit, haud equidem miror. Cum enim statim ab inventa Cruce, decreverit Helena, ejusdem & sanctæ Resurrectionis honori, suis ac filii sumptibus, extruendum magnificentissimum templum, multiplicatis operis quam citissime absolvendum; neque prius quam illud dedicaretur, commoditas digna daretur Crucis in publicum proferendæ; non erat operæ pretium instituere festivitatem diversam ab ea, quæ jam jam facienda expectabatur, quæque postea propagata ad posteros est, sub titulo* Exaltationis *annue peragenda, eo die quo Crucis exhibitione publica dedicatis est locus, eum in finem comparatus: adeo ut vanum sit aliud inventæ Crucis festum quærere apud Græcos.*

Romani etiam inventionis festum agunt. 23 *Ast Romæ aliter composita res erat. Ibi jam pridem, in memoriam ejus, quæ Constantino contra Maxentium pugnaturo apparuerat, Crucis, ecclesia stabat in ædibus Sessorianis erecta: ad hanc, tamquam ad proprium locum, partem sacri ligni detulisse Helena credi potest, mox atque è Terra sancta redux in urbem appulit. Quod si credam: cur non & in hac, priusquam Hierosolymitana fabrica absolveretur, putem cœptam recoli memoriam ejus diei, quo Crucem invenisse se narrabat Helena? Sic tamen id credere velim, ut etiam existimem quod ea festivitas propria manserit isti Ba-* AUCTORE
silicæ, usque dum succedentium Pontificum aliquis, ante se- D. P.
culum verosimiliter sextum, idem festum voluit ab aliis quoque Romanæ urbis ecclesiis celebrari; unde paulatim propagatum ipsum est ad Ecclesias alias, ac tandem etiam inter festa à populo feriato agenda numeratum, quemadmodum hodie usurpat tota Ecclesia Occidentalis.

ejus mentio perperam inserta Hieronymiano Martyrologio 24 *Erit forte, qui ad probandam majorem antiquitatem communis in festo hoc celebrando observantiæ, uti volet verbis iis, quibus præsentem diem exorditur Hieronymianum Martyrologium, juxta exemplaris Lucensis olim in Gallia scripti fidem editum à Francisco Maria Florentinio; eoque asseverantius quod eadem verba inveniantur etiam in antiquiori codice Henrici Iulii Baronis de Blum, quicum Lucensem Codicem conferens jam dictus Florentinius, in sua ad calcem appendice monet, Ecclesiæ Trajectensis fuisse; itemque in MS. Corbeiensi, unde idem Martyrologium edidit Lucas Acherius. Omnia diem hunc sic ordiuntur*: In Jerosolyma inventio S. Crucis D. N. Jesu Christi ab Helena [Regina] post passionem Domini anno CCXXXIII regnante Constantino Imperatore. *Erit fortasis etiam, qui idem volet confirmare ex eo Kalendario, potius quam Martyrologio, qui Comes S. Hieronymi dicitur, editus ab eo-*
dem Florentinio ad operis calcem, ubi IV *Nonas Maji notatur* Inventio sanctæ Crucis. E

& Lectionario sive Comiti, 25 *Sed horum ego nihil tamquam S. Hieronymi recipio. Nam quod ad S. Hieronymi Comitem sive Lectionarium attinet; integrum illum ex optimis codicibus edidit Iacobus Pamelius, tomo* 2 *Liturgici Latini, absque ulla talis festi mentione: in Martyrologii autem vetustissimo ecgrapho Epternacensi similiter absunt jam dicta verba ex apocryphis Actis desumpta, & die* VII *Maji (quod alibi fit nusquam) notatur primo loco* Inventio sanctæ Crucis Domini. *Hac autem die* III *in genuino Bedæ Martyrologio, non nisi ultimo loco, quasi festum recentiori memoria fastis additum, notata legitur* Inventio sanctæ Crucis, *post longum Alexandri Euentii & Theoduli elogium. Merito igitur Ioannes Fronto, Canonicus Regularis ad S. Genovefam Parisiis, cum ejusdem festi nullam memoriam inveniret in Romano Kalendario, annis nongentis vetustiori, quod ex domestico MS. eruditis annotationibus illustratum edidit anno* 1652; *me-*
cum ipsum usque ad ætatem S. Gregorii à sacris fastis abfuerit, *rito, inquam, Fronto censuit, tale festum post annum* DCCXX *celebrari cœpisse, id est, inter universalis Ecclesiæ festa communia numerari. Quod tamen putamus non obesse, quo minus vere S. Gregorii locus sit in Sacramentario æque ac Antiphonario, ubi festum istud notatur: quidni enim ritum, in una Romanarum ecclesiarum pridem usurpatum, ad ceteras Urbis ecclesias Papa iste traduxerit, exemplum paulatim sequentibus diœcesibus aliis etiam transmontanis? Ka-*
lendarium vero à Frontone editum potest fuisse transcriptum F
ab exemplari, ante Pontificatum Gregorii exarato.

Quod de ipsa inventione nihil legatur 26 *Quidam hoc loco Scaligerum arguunt, quasi is Calviniano in Crucem & res sacras animo, censuerit ad Eusebii Chronicon, non ipsius aut S. Hieronymi manu, sed aliena, esse adjectam inventæ Crucis mentionem, ubi, occasione inducti in Alexandrinam Sedem Alexandri Episcopi, nominatur Arius, ab eo de ecclesia dejectus, & Arianorum in Nicena Synodo secuta damnatio indicatur; quædam autem exemplaria deinde sic legunt*, Helena, Constantini mater, divinis monita visionibus, beatissimum Crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit. *Sunt alia in quibus Scaligeri doctrina & fides merito requiritur à piis & eruditis lectoribus: sed in hoc puncto, ubi ex sola fide antiquorum codicum definivit quid germanum spuriumve sit, non possum ei non assentiri, locum istum esse purum ac merum glossema inertis librarii, qui Nicænam synodum, anno quidem non suo, sed tamen ex occasione nominatam legens, præsumpsit linearum aliquot in suo forte codice vacuum spatium implere ista Crucis inventæ commemoratione, ex Ruffino sumpta; non attendens quam id nihil faceret ad Alexandrum & Arium, quorum gratia fuerat Nicæna synodus nominata.*

AUCTORE D. P.

28 *Gloſſema autem eſſe probant, non ſolum Græci Codices, ex quibus Euſebii genuinum textum idem Scaliger edidit: ſed etiam plerique & vetuſtiores Latini, in quibus Hieronymi verſio legitur abſque iſta lacinia. Talium aliqui apud nos ſunt; & quidem unus, in Francia finitus anno* XIV Heraclii & XL Chlotacharii Regis eſt, *id eſt Chriſti* DCXXIV, *quo fideliorem antiquioremque hactenus reperiri non puto. Dum porro pro veritate ſic loquimur, nihil detrahere nos putamus honori ſanctæ Crucis. Conſtat illius inventæ certitudo atque celebritas, neque ea Chronici Euſebiani iſto ſilentio magis infirmatur, quam res infinitæ aliæ in eodem præteritæ, quaſque vel ipſemet Euſebius alibi, vel alii magnæ fidei auctores, velut relatu digniſſimas, prolixo ſermone explicatas reliquerunt; uti in hoc argumento factum vidimus. Quanto autem jure ſacrum lignum honoretur colaturq; ab iis omnibus, qui ſe per Crucifixi mortem redemptos profitentur, clarius eſt ex Græcis Latiniſq; Patribus omnibus, quam ut hoc à nobis debeat contra Calvinianorũ vabularum veſaniã demonſtrari.*

in antiquis Euſebiani Chronici Mss.

non officit ejus veritati.

29 *His ita deductis, ne in ſola fere errorum alienorum redargutione hæreret oratio, volebam ſubjungere* Hiſtoricum encomium Alexandri monachi Hiſtoriographi, de inventione pretioſæ & vivificæ Crucis, *quale Gretzerus noſter Græcolatinum edidit ex MSS. Cryptæ ferratæ & Bibliothecæ Auguſtanæ. Ad id autem eo inclinabar magis, quod ipſum in ſuâ Concionatoriâ Bibliothecæ tomo 6 recudi faciens Franciſcus Combefis, notaſſet ad calcem, ante Heracliana tempora & reportatam ex Perſide Crucem, ſcriptam videri orationem, in qua nulla ejuſdem Hieroſolymam reductæ invenitur mentio. Placebat etiam atque ad rem facere haud parum videbatur, quod Alexander iſte ſuam concludens narrationem, quæ Theophani ut plurimum conformis eſt, expreſſe caveat edicatque,* Ne quis ſeipſum decipiat, fabuloſas narrationes peregrinis nominibus contextas argumento huic inſerendo: neque enim, *inquit,* ullus alius Epiſcopus Hieroſolymitanus fuit præter prædictos *(ſcilicet Hermonæ ſucceſſorem Macarium, & huic ſuffectum Maximũ, qui ibi vocatur Maximonas)* neq; alius Romanorũ Imperator, neque alio modo veneranda crux inventa fuit. *Exploditur hac ratione Iudas ille Cyriacus, qui gentis ſuæ arcanum prodens Epiſcopatũ Hieroſolymitanũ meruiſſet; hunc autẽ explodi nõ poterã nõ probare.*

Oratio Alexandri monachi de hoc argumento

Theophanis narrationi quoad rem conformis;

& eatenus fabuloſa Acta refutans,

30 *Verum ut orationem illam inſpexi propius, non modo cenſui eam Heraclianis temporibus longo intervallo poſteriorem eſſe; ſed omnino talem, quæ præter ſubſtantiam ac pene verba narrationis ex Theophane vel ſimili ſcriptore acceptæ, nihil omnino habeat, quo non manifeſtetur turpis plurium notiſſimarum rerum ignorantia; adeo ut nihil minus convenire illius auctori poſſit, quam Hiſtoriographi titulus. Dicit enim, ut alia omittam, quod Nicæni Concilii Patres,* Eos qui in prava Arii & Euſebii Nicomedienſis opinione permanſerant, à ſuo corpore abſciderunt exilioque damnarunt, aliis in eorum locum creatis: *cum ipſi Ariani Epiſcopi, etiam Euſebius, rectæ fidei tunc ſubſcripſerint, quamvis diſſimulanter. Poſtea Macarium Hieroſolymitanum Epiſcopum facit Imperatrici Helenæ occurrere cum comprovincialibus Epiſcopis, quaſi illa Sedes jam tunc Metropolitico vel Patriarchali jure habuerit alias ſibi ſubjectas, ipſa Cæſarienſi Metropolitæ uſq; in longũ poſt hac tempus ſubdita.*

hominis eſt imperiti non tantum in hiſtoria veteri,

31 *Sed levia ſunt iſta: quæ autem ſequuntur plane ejuſmodi, ut niſi Græce ſcripta oratio foret, Græcas litteras vix attigiſſe crederem, qui tempora ſic notare potuit:* Colliguntur autem, à Chriſti in carne præſentia uſque ad tempus inventionis Crucis venerandę, anni trecenti quinquaginta duo: ab Adam vero uſq; ad tempus quo Chriſtus in carne apparuit, quinquies mille quingenti: ſecundũ alios vero, quinquies mille quadringenti ſeptuaginta quinque. *Rotundus ille numerus quienquies mille quingentorum annorum ante Chriſtum, eſt Alexandrinæ Æræ, vulgo notiſſimæ, & paſſim à ſcriptoribus eccleſiaſticis uſurpatæ, quæ Æra quantum poſt Chriſti nativitatem excurrit, tantum de annis ab eadem nativitate numerandis deque Gentilium Imperatorum regno detrahit, eo fine ut mundialium & Chriſtianorum annorum numeri pariformiter progrediantur, & ſic annus Conſtantini* XX, *conjungitur cum anno ab ortu mundi quinquies milleſimo* DCCCXVIII, *Chriſti* CCCXVIII; *comparandus cum anno noſtræ vulgatæ Æræ* CCCXXVI; *à vero autem Chriſti natali, alibi à nobis demonſtrato, removendus annis* CCCXXXI: *ſed Æra quæ ad* CCCLII *annum Conſtantini Vicennalia differret, hactenus inventa non eſt. Similiter Æra Conſtantinopolitana, ſecundum Romanos dicta, in numerandis Mundi annis ab Alexandrina differt ante Chriſtum, annis* VIII, *poſt eumdem natum, annis* XVI; *& ſic annus Conſtantini* XX *ipſis eſt annus Mundi quinquies milleſimus* DCCCII, *annus vero Chriſti nativitatem præcedens quinquies milleſimus* CCCCXCII: *ſed qui ab eo numero adhuc detraheret* XVII, *ut ſolum colligantur anni Mundi ante Chriſtum quinquies mille* CCCCLXXV, *hactenus quod ſciam fuit nemo.*

ſed etiam in Græcorum uſitata chronologia,

32 *Nihilo minoris ignorantiæ fuit, de numero Romanorum Imperatorũ & Hieroſolymitanorũ Epiſcoporum, ita ſcribere:* Ab Auguſto Imperatore, ſub quo Chriſtus ſecundum carnem natus eſt, uſq; ad Conſtantinũ magnũ triginta quinq; Imperatores interceſſerunt: ſimiliter à Jacobo fratre Domini, uſq; ad hujus Imperiũ, triginta quinq; fuerũt Hieroſolymis Epiſcopi. *In omnibus enim qui paſſim per manus volvebantur Hieroſolymitanæ ſedis Catalogis, apud Euſebiũ, Epiphaniũ, Gregoriũ Syncellũ atque Nicephorũ (ut Latinos catalogos alibi citatos taceã) minimũ quadrageſimus eſt S. Macarius, qui Crucẽ Dominicã cum Helena Imperatrice requiſivit & reperit: Conſtantinus autẽ Helenæ filius, in ſerie Romanorũ Imperatorũ, gradibus aliquot ſuperat quadrageſimum; & ſi adjungas eos, qui una cum aliis regnantes Imperatores etiam ipſi fuerunt, quiq; breviſſimo tempore tyrannidem potius tenuere quam Imperium, ultra quinquageſimum fere ad ſexageſimum promoveretur. Quibus conſideratis, encomium iſtud judicamus hoc opere indignum eſſe: auctorem vero ſuſpicamur fuiſſe monachum Cryptæ Ferratæ in Latio prope Romam; unde ſimiles quiſquiliæ plures inter Græcas Sanctorum Legendas ad Vaticanam bibliothecam pervenerunt, uti oſtendimus ad* III *Martii, repudiantes Acta SS. Agapes, Chioniæ & Irenes, ibidem ſimili cum levitate ac temeritate compilata. Sufficiant ergo quæ initio hujus Commentarii diximus, certa & teſtata ſatis.*

& Imperatorum atque Epiſcoporum ſucceſſionibus;

forſan compoſita in Cryptæ ferratæ.

DE SANCTO HERMOGENE

MARTYRE IN ASIA.

G. H.

SECULO I

Antiquiſſimum Martyrologii Hieronymiani apographum, quo ab Epternacenſibus monachis accepto diu ut noſtro uſi ſumus, V Nonas Maji Natale S. Hermogenis *ſic notat, ut nihil prius potiuſve collocet: alia tria minus antiqua præmittunt ſanctiſſimæ Crucis* D. N. *Ieſu Chriſti inventionem, ac tunc proxime ſubjiciunt hunc ſanctum Martyrem, de quo in Mss. Lucenſi & Blumiano iſta leguntur:* Provincia Aſiæ, in Luminata civitate, Natalis S. Hermogenis de antiquis. *Hiſce valde accedit Notkerus, ita ſcribens.* In Aſia S. Hermogenis de antiquis; *omiſſis iſtis verbis,* in Luminata civitate; *pro quibus in Ms. Corbeienſi Martyrol. Hieronymiani, Pariſiis excuſo poſt relatam Inventionem Crucis ponuntur hæc verba,* illuminata civitas, *quaſi id ſpectaret ad* Hieroſolymam: *Dein additur:* Et natalis S. Hermogenis. *Sed vix dubitamus quin errori librarii interpunctio depravata, & una alterave littera mutata ſit, debeatque novus ſenſus inchoari,* In Luminata civitate. *Sed & hic mendum veremur: quæ enim* Luminata civitas? *An* Limenis, *ſeu* Limenopolis? *Eſt hæc civitas Piſidiæ: Piſidia vero videtur attribui* Aſiæ Provinciæ, *ſeu Aſiæ proprie dictæ, prout ea à Romanis in Provinciam eſt redacta, dum in Notitia dignitatum Imperii tota Minor Aſia ſeu Natolia in decem Ponticas, totidemque Aſianas diœceſes dividitur, quarum quarta eſt Piſidia. Quemadmodum autem Hermogenes dicitur* de antiquis; *ſic etiam* S. Thraſeas Epiſcopus V *Octobris* martyrio Smyrnæ coronatus, *dicitur ab Adone & Notkero* unus de antiquis, *& varii alii Martyres nominantur*

de

A de antiquis S. Pauli, *aut* Apoſtolorum diſcipulis. *Quod idem de præfato* S. Hermogene *dicendum videtur: qui ideo in præfatis Martyrologii Hieronymiani apographis præponitur ante S. Alexandrum ejuſque ſocios ſub Trajano paſſos, ut etiam ſub hoc aut potius Domitiano aut aliis primi ſeculi Imperatoribus cenſendus ſit ad coronam martyrii perveniſſe. In Martyrologiis MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbei, iſta conjunguntur:* Romæ Hermogenis, Alexandri, Euentii & Theodoli, *ubi palæſtra* Roma, *ad SS. Alexandrum ejuſque ſocios eſt transferenda.* D

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

ALEXANDRO PRIMO, PONTIFICE, EVENTIO ET THEODVLO PRESBYTERIS,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

G. H.

§ 1. *Acta horum Martyrum ſinceriſſima. Cultus Sacer cum elogiis variis.*

ANNO CXVII

DIdimus *ante Acta Sanctorum menſis Aprilis aliquem tractatum de Summis Eccleſiæ Romanæ Pontificibus, gaviſi ſumme, quod inter primos illos Pontifices unus adeſſet* Alexander *Martyr, cujus extarent Acta martyrii ſinceriſſima, & ob ſuam antiquitatem veneranda, utpote ante perſecutionem Decianam ſeculo* III *conſcripta,*

B *Acta ſinceriſſima S. Alexandri,* *quemadmodum ad calcem eorum notamus, quæ deceſſorum & ſucceſſorum Pontificum, quorum Acta deſiderantur, poſſent chronotaxin firmiſſime ſtabilire. Ea ad hunc diem tertium Maji, quo paſſus eſt cum ſuis ſociis* Alexander, *accuratius elucidata promiſimus dare, & jam fidem datam cupimus liberare. Edidit ea Laurentius Surius; ſed ſtylo, ut præfatur, modice mutato. Extant primævo ſtylo in plurimis præcipuarum totius orbis bibliothecarum manuſcriptis, quæ nec nobis lubuit annotare omnia, nec poſſent lectori abſque ingenti tædio enumerari. Aliqua ergo & ſelectiora proponimus. Ac primo extant dicta Acta in bibliotheca Romanorum Pontificum Vaticana, in membranis optima manu litteris grandiuſculis ante annos, quantum apparet, facile ſexcentos exarata, eſtque hic codex numero* 1191 *inſignitus. Reperimus eadem in illuſtri bibliotheca Reginæ Sueciæ, à nobis primum Antverpiæ, dein Romæ perluſtrata; & quidem in tribus membraneis codicibus, ſignatis num.* 13, 81, *&* 482.

paſſim extant:

& dantur ex 6 MSS. collatis:

2 *Damus ipſa hic potiſſimum ex ſeptem antiquis voluminibus accuratius inter ſe collatis; videlicet ex Trevirenſi Imperialis monaſterii S. Maximini, Rebdorffenſi Canonicorum Regularium in diœceſi Eiſtettenſi, Monaſterienſi Domini Rottendorffii, Bôdecenſi etiam Canonicorum Regularium in diœceſi Paderbornenſi, Audomarenſi in Arteſia Eccleſiæ Cathedralis, & duobus exemplaribus noſtris, quorum*

C *alterum aliquot tomis à Majo uſque ad finem anni exhibet illuſtria plurimorum Sanctorum Acta, à nobis jam cœpta aliquoties proferri; alterum exemplar, à nobis ne periret feliciter redemptum, continet eorumdem menſium aliquot rariora Acta, antiquorum Sanctorum & fere Martyrum; eſtque ipſe codex talis, ut omnibus, quos hactenus licuit videre, ob ſuam antiquitatem non videatur poſſe aut debere cedere. Extant denique eadem Acta à Ionino Mombritio, ante ducentos circiter annos ex MSS. codicibus Italicis excuſa, & ex aliis MSS. Germanicis inſeruntur Hiſtoriis Sanctorum anno* MCCCCLXXXIII *Coloniæ & biennio poſt Lovanii excuſis, etſi hinc inde contracta. Hæc ſunt Acta, quæ quia judicamus ſinceriſſima atque ob ſuam antiquitatem præcipue veneranda, miramur illa in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* CXXXII *à Cardinale Baronio notari, tamquam* ſua antiquitate mendoſa, *talemque cenſuram in ultima Surii editione apponi, ut lector cum iſta cautela legat. Cauſam cenſuræ tam iniquæ, imo neceſſitatem, fecerant Baronio illa ipſorum Actorum verba, quibus dicitur,* Sub Trajano Imperatore & Aureliano Comite utriuſque militiæ Alexander punctim per tota membra transfixus, & Euentius & Theodulus decollati. *Aſt Baronius Hadriani Imperatoris, qui Trajano ſucceſſit, anno decimo, mortuum credebat Alexandrum: non potuit igitur ut ſincera recipere ea, quæ*

perperam dicta ſua antiquitate mendoſa.

tam enormi intervallo diſtabant à calculo ſuorum Annalium: in quo prius quam erraſſe illum oſtendam, operæ pretium fuerit declarare, qui quantique auctores ea judicaverint omni acceptione digniſſima.

3 *Sanctus ac venerabilis Beda, in fine Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum, enumerat à ſe conſcriptos libros, &* *ex illis dedurant elogia S. Bedæ, ſeculo* 8 E *inter ceteros teſtatur ſe edidiſſe* Martyrologium de Natalitiis ſanctorum Martyrum diebus, in quo omnes, quos invenire potuit, non ſolum quo die, verum etiam quo genere certaminis, vel ſub quo Judice mundum vicerit, diligenter annotare ſtuduit. *Hoc Bedæ Martyrologium genuinum edidimus ante tomum ſecundum Martii noſtri ex octo antiquis Mss. quorum unum quia repertum erat in codice Vaticano Eccleſiæ S. Petri, arbitramur illud huic ſaltem Eccleſiæ uſurpatum fuiſſe. In eo autem Martyrologio Beda ita ſcribit:* v Nonas Maji Romæ SS. Alexandri Papæ & Euentii & Theoduli Presbyterorum, quorum primus poſt vincula & carceres, eculeum, ungulas & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus eſt: ſequentes & ipſi, poſt longam carceris ſuſtinentiam, ignibus examinati, & ad ultimum decollati ſunt ſub Aureliano Judice, tempore Trajani Principis. Ipſo die inventio ſanctæ Crucis. *Hæc Beda, mortuus anno* DCCXXXV *die Aſcenſionis Chriſti* XXVI *Maji, qui, uti apparet, laudata ſuperius Acta S. Alexandri ſociorumque apud ſe habuit; eaque ſinceriſſima judicans, jam indicatum elogium ab eis excerpſit. Beda integro ſeculo junior eſt* B. Rabanus, *Abbas primum Fuldenſis, dein Archiepiſcopus Moguntinus, mortuus anno* DCCCLVI, *die* IV *Februarii. Hic in ſuo Martyrologio primò omnium profert elogium de Inventione ſanctæ Crucis, tum ſubjungit verbotenus ex Beda deſcriptum elogium de SS. Alexandro Papa, Euentio & Theodulo Presbyteris, nullo prorſus verbo addito aut omiſſo, & cum depoſitione S. Philippi Confeſſoris, cujus infra Acta damus, concludit hunc diem. Sunt autem dicti Beda & Rabanus duo præcipui ſuorum ſeculorum Doctores, qui Eccleſiam ſuis ſcriptis exornarunt.*

& ſeculo 9 B. Rabanus, F

4 *Dicitur in Actis,* eodem anno, *quo hi Sancti martyrium compleverunt,* nutu Dei defunctus Trajanus, *ſcilicet die* X *Auguſti, quando ex Oriente in Italiam rediturus, in Cilicia vivere deſiit, elapſis poſt dictum martyrium tribus menſibus & ſeptem diebus. Cui tunc ſucceſſit Adrianus Imperator, à quibuſdam Chronologis relatus ad dictum annum, neglectis forſan ſeptem menſibus Imperii Trajani. Hoc errore aſſumpto, videtur horum Sanctorum martyrium ad Hadrianum relatum ab aliquibus, quos S. Ado, Archiepiſcopus Viennenſis creatus anno* DCCCLIX, *in ſuo Martyrologio tacite rejicit, dato longiſſimo de his ſanctis Martyribus encomio, quod neceſſario hic proponendum duximus, & eſt hujuſmodi.* Eodem die Romæ via Numentana milliario ſeptimo S. Alexandri Papæ, cum Euentio & Theodulo Presbyteris, ſub Trajano Principe, Judice Aureliano. Qui Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum quintus poſt Petrum tenuit annos decem, menſes

S. Ado Archiepiſcopus Viennenſis cum longo elogio:

AUCTORE G. H.

menſes duos, dies decem, & ſanctitate incomparabilis, fide clariſſimus, maximam partem Senatorum urbis convertit ad Dominum. Qui poſtmodum jubente Trajano Principe, ab Aureliano Comite urriuſque militiæ, carceri mancipatus; poſt ſtupenda & divina miracula, ubi per puerum, qui faculam ferebat ardentem, è carcere nocturno ſilentio per feneſtram eductus, ad domum Quirini Tribuni, ubi B. Hermes Præfectus ſub cuſtodia tenebatur, perducitur; & poſtquam ſanata eſt filia ipſius Quirini, Balbina nomine, & ipſe Quirinus converſus baptiſmi gratiam deſideravit; poſtque liberationem & baptizationem eorum, quos vinculis arctatos in carcere Quirinus ipſe tenuerat, inter quos duos quoque ſanctiſſimos Presbyteros inter reos conſtrinxerat, Euentium & Theodolum, qui de Oriente venerat; poſt iſta omnia, & ſi quæ ſunt alia venerabiliter ab eo geſta, Aureliano Comiti iterum, Principe adhuc Trajano (ſiquidem Adrianus nondum imperabat) exhibitus eſt ſimul cum ipſis beatis duobus Presbyteris: primoque in eculeum levatus, & tortus ungulis, atque lampadibus attractatus graviſſime fuit.

5 Cumque nullas daret voces, dixit ei Aurelianus: Quare taces? S. Alexander reſpondit: Quia tempore orationis Chriſtianus homo cum Deo loquitur. Depoſito autem Alexandro, juſſit impius Iudex applicari Euentium & Theodolum, & interrogavit B. Alexandrum; Qui ſunt iſti? B. Alexander dixit: Ambo viri ſancti, ambo Presbyteri. Tunc converſus ad B. Euentium Judex interrogavit eum: Quando factus es Chriſtianus? Cui B. Euentius: Ante annos ſeptuaginta, & annorum undecim ſum baptizatus, & annorum viginti Presbyter ordinatus fui, & nunc ago octogeſimum & unum ætatis, quem in carcere & vinculis complevi. Et poſtquam interrogavit etiam Theodolum, & in confeſſione manentem invenit; juſſit furnum incendi fortiter, & B. Alexandrum atque Euentium ligatos in medium præcipitari. Cum eis & B. Theodolus ſponte in flammas proſilivit, decantans cum ipſis & pariter gratias agens; Igne nos examinaſti, & non eſt inventa in nobis iniquitas. Quod cum nuntiatum impio Aureliano eſſet, fecit beatiſſimum Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra, donec deficeret. Hujuſmodi fine vir ſanctus martyrium ſuum complevit. Sancti autem duo Presbyteri gladio conſummati ſunt. Quorum corpora* Severa femina religioſa collegit, & B. Alexandrum atque Euentium in uno ſepulcro, Sanctum vero Theodolum ſeparatim in alio poſuit, via Numentana in prædio ſuo, v Nonas Maji. *Hæc omnia S. Ado Archiepiſcopus (exceptis paucis de tempore Sedis, quod infra examinabimus) ex Actis S. Alexandri; ipſis eorum verbis ferme retentis, præclariſſime collegit & expoſuit prudentiſſime. Habemus ergo conſentientia ſuffragia trium illuſtriſſimorum ſanctitate & doctrina virorum, qui dicta Acta habuerunt in Anglia, Germania & Gallia; eaque ſinceriſſima, neque ſua antiquitate mendoſa judicarunt.*

6 *Quartus accedat teſtis B. Notkerus Balbulus, monachus Sangallenſis in Heluetia, cujus Acta illuſtravimus ad diem* VI *Aprilis. Erat hic ibidem religioſam vitam profeſſus cum anno* DCCCLXX *prædictus S. Ado reliquias S. Deſiderii Martyris ad cœnobium S. Galli mitteret, ut ipſe Notkerus ad diem* XXIII *Maji teſtatur in ſuo Martyrologio; cui ad hunc* III *Maji inſerens præclarum elogium de S. Alexandro Papa ejuſque ſociis; plurima quidem videtur ex Adone deſcripſiſſe: quia tamen addit,* Balbinam ſtruma colli ſanatam, & nutricem aliam illuminatam, *quod Ado omiſerat, oſtendit ſe etiam ipſa Acta habuiſſe: & ſinceriſſima judicavit, ex iis tranſcribens quod* jubente Trajano Cæſare, ab Aureliano Comite utriuſque militiæ S. Alexander carceri mancipatus ſit, & punctis creberrimis per cuncta punctus membra. *Denique inter alia quæ habemus antiqua Mss. Martyrologia, unum eſt in Anglia ante annos ſexcentos in pergameno exaratum, ubi iſta leguntur, ex Beda, omiſſo nomine* Trajani, *fere deſumpta:* Romæ via Numentana paſſio S. Alexandri Papæ, Euentii & Theodoli Presbyterorum, ſub Aureliano Principe. Quorum primus poſt vincula, carceres, eculeum, ungulas, & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus, ſequentes quoque poſt longam carceris * cuſtodiam ignibus examinati, ad ultimum decollati ſunt. *Quæ eadem habet Bellinus de Padua, in Martyrologio ſecundum morem Romanæ curiæ anno* MCCCCXCVIII *Venetiis excuſo, ac poſtea ſæpius recuſo.*

7 *Verum hic aliquibus, qui Acta horum Sanctorum non habebant, aut ſaltem accurate non perpenderant, viſus fuit lapis ſcandali & offenſionis, quaſi diceretur S.* Alexander Papa paſſus ſub Aureliano Imperatore, *anno ſolum* CCLXX *ad eam dignitatem electo. Ergo è ſua conjectura, quod nomen* Adriani *non multum abluderet, & ab eadem littera inciperet, in locum* Aureliani *ſuppoſuerunt nomen* Adriani; *itaque habent varia exemplaria Vſuardi, & ſervavit Molanus in prima editione ſua ejuſdem Vſuardi: ſed poſtea vir magnæ eruditionis & prudentiæ ſeipſum correxit, atque in ſecunda & tertia dicti Vſuardi editione repoſuit nomen* Aureliani Principis: *omnem ſcrupulum ſuis exempturus lectoribus, ſi Martyrologium, quod potiſſimum ex Vſuardo Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *eſt excuſum, ſecutus, cum eodem ſcripſiſſet,* ſub Aureliano Judice, Principe Trajano; *aut cum antiquo Ms. Leodienſi S. Lamberti impreſſiſſet,* ſub Trajano Principe, Judice Aureliano. *Fecit hoc perquam expreſſe Molanus ad* XXX *Martii, quo die paſſus eſt* S. Quirinus Tribunus, à S. Alexandro ad fidem converſus. *Nam cum hic paſſim apud Vſuardum legeretur;* Sub Aureliano Imperatore agonem martyrii gladio conſummaſſe, *id Molanus in ſecunda & tertia editione Vſuardi, interpoſitis verbis parentheſi à nobis incluſis, ita explicat:* Sub Aureliano [Comite utriuſque militiæ & Trajano] Imperatore. *At ſimpliciter,* Quirinum paſſum ſub Trajano Imperatore, *ſcribunt Ado & Notkerus. Eumdem, Petrus de Natalibus lib.* 4 *cap.* 14 *tradit* paſſum in perſecutione Trajani, ſub Aureliano Comite utriuſque provinciæ. *Denique Maurolycus, Felicius & Caniſius, ſcribunt paſſum Quirinum* Trajano imperante, ſub Aureliano Præfecto. *Eadem parentheſi, qua defectuoſum Vſuardi textum ſupplevit Molanus, ſupplendus eſt ſimilis error in Adone atque Notkero, dum ad diem* XXVIII *Auguſti aſſerunt,* S. Hermetem à S. Alexandro converſum, *uti & hujus Acta infra declarant,* ſub Aureliano Imperatore paſſum: *ubi multo accuratius in memorato ante Martyrologio, Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo, appellatur* Aurelianus Comes; *& ipſe* Hermes *in Martyrologio Germanico Caniſii* ſub Trajano Imperatore paſſus dicitur. *Simili modo ad Kalendas Aprilis neceſſario explicandi Vſuardus, Ado, Notkerus, Bellinus & alij, aſſerentes* S. Theodoram, ſororem S. Hermetis, martyrizatam ſub Aureliano Principe, *aut* Imperatore. *Verum iterum melius in laudato Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo* Aurelianus *tantummodo* Comes *appellatur. Non voluimus omnia & ſingula martyrologia enumerare, quæ S. Alexandri & ſociorum nuda fere nomina referunt, cum antiquis Martyrologij Hieronymiani apographis; ac tertium fere* Theodolum, *varius* Theodulum *appellant; quamvis poſterior lectio magis genuina ſit, ex Græco* Θεόδουλος Dei-ſervus, *unaque cum* Euentio Presbyterum *agnoſcunt: Wandelbertus eos his verſibus honorat.*

Præſul Alexander quinas & Euentius ornant,
Theodoluſque, Dei pariter pro nomine cæſi.

B *ex ipſis Actorum verbis compilati:*

C * *aliis* Severina.

& B Notkerus monachus Sangallenſis,

D

antiquum Ms. Martyrologium,

E

pro Aureliano Principe,

noto etiam in Faſtis de SS. Quirino

Hermete,

F

& hujus ſorore Theodora.

A

§ 11 *Tempus Sedis ex Catalogis & Vitis Pontificum: dignitas Comitum utriuſque militiæ.*

8 HActenus *ex antiquis martyrii Actis, & variorum Martyrologiorum elogiis, quæ oſtendimus fuiſſe ex dictis Actis deſumpta, ſatis probatum eſt, ſemper, creditum fuiſſe pro certo, quod S. Alexander Papa ejuſque ſocii ſub Trajano Imperatore paſſi ſint: quam autem id merito & recte creditum fuerit ut intelligatur, quot & quibus annis præfuerit Eccleſiæ nunc quærimus. Primum ergo Lectorem monemus, nos ob monitum Cardinalis Baronii, ad diem* XXVI *Aprilis datum,* in his quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem fidem adhibere ejus alumnis quam ceteris. *Inter alumnorum vero ſcripta huc ſpectantia eminent Catalogi Summorum Pontificum, editi à nobis ante tomum primum Aprilis: ex quibus primus à S. Damaſo Papa miſſus eſt ad S. Hieronymum: & hujus priorem partem videri à S. Antero Papa ex antiquioribus monumentis circa annum Chriſti* CCXXX *collectam fuiſſe, monuimus in noſtra ad dictos Catalogos Præfatione; unaque indicavimus, quod hiſtoriis per Conſules deductis velit idem Baronius præcipuam fidem adhiberi. His poſitis, annos præſidentis Alexandri clare expreſſos oſtendent hæc pauca verba:* Alexander annis octo, menſibus duobus, B die uno. Fuit temporibus Trajani, à Conſulatu Palmæ & Tulli, uſque Æliano & vetere. *Succeſſit Alexander S. Euariſto Papæ, cujus hoc eſt elogium in dicto Catalogo:* Euariſtus annis tredecim, menſibus ſeptem, diebus duobus. Fuit temporibus noviſſimis Domitiani & Nervæ & Trajani, à Conſulatu Valentis & Veri, uſque Gallo & Bradua. *Fuerunt* C. Fulvius Valens & C. Antiſtius Vetus, *ſine* Verus, Conſules *anno* XCVI, *quo Domitianus eſt interemptus* XVIII *Septembris. At* Ap. Annius Trebonius Gallus & M. Atilius Metilius Bradua Conſules *extiterunt anno* CVIII, *Trajani* XI, *ultra quem videri aliquamdiu ſuperfuiſſe S. Euariſtum alibi monuimus. Habemus præterea prælo paratam Chronologiam Pontificiam accuratiorem, ſuper antiquos Catalogos fundatam, & ante tres proximi Iunii tomos tripartito edendam; ubi oſtendemus, prædictos Conſules ſic eſſe accipiendos, ut idem* Euariſtus *cœperit Romanam Eccleſiam regere, primum quidem S. Anacleti Vicarius, à die* XXV *Martii anno* XCV, ante Conſulatum Valentis & Veri; *deinde à* XIII *Iulii, quo Anacletus obiit, ſummus Pontifex, uſque ad* XXVI *Octobris anni* CIX poſt Conſulatum Galli & Braduæ. *Quod autem ad Sedem S.* Alexandri *ſpectat, priores* Conſules A. Cornelius Palma & C. Calviſius Tullus, *(aut iis* C *intra annum ſubſtituti* P. Ælius Adrianus *&* Publilius Celſus) *fuerunt anno centeſimo nono, Imperii Trajani duodecimo, cujus maximam partem in ſuo Epiſcopatu habuit S.* Alexander, *primum quidem Vicarius Euariſti, ordinatus die tertio Martii; deinde poſt ejus mortem ſummus Pontifex in quo munere vidit* Conſules Æmilium Æliquorum iſte paſſus 3 Maji an. 117. num & L. Antiſtium Veterem, *anno centeſimo decimo ſexto, Imperii Trajani decimo nono; poſt hunc vero annum vixit* S. Alexander, *ſed fere carceri incluſus, uſque ad diem* III *Maji anni ſequentis* CXVII, *& ſic ab anno* CIX *& die* III *Martii, præfuit Eccleſiæ* annos octo, menſes duos, diem unum, *in dicto Catalogo indicatos.*

9 *Congruunt Acta S. Alexandri, in quibus dicitur* eodem anno nutu Dei defunctus Trajanus Imperator, *ſcilicet ut ſupra monuimus, elapſis tribus menſibus & ſeptem diebus poſt martyrium S. Alexandri; quia Trajanus ex Oriente in Italiam reverſurus, in Cilicia* X *Auguſti vivere deſiit: eaque de cauſa monet Ado Viennenſis ſupra relatus,* Adrianum nondum imperaſſe *cum S. Alexander ejuſque ſocii martyrium ſubirent. Succeſſor S. Alexandri in Pontificatu fuit S. Sixtus primus: cujus Pontificatus conſequenter ad dicta de Alexandro in præcitato Catalogo ſic deſcribitur:* Sixtus annis decem, menſibus tribus, diebus viginti uno. Fuit temporibus Adriani à Conſulatu Nigri & Aproniani, uſque Vero III & Ambibulo. *Fuerunt* Quintius Niger & T. Vipſanius Apronianus Conſules *indicato anno* CXVII, *quo diximus S. Alexandrum* III *Maji martyrio coronatum, & Trajanum* X *Auguſti periiſſe; quod utrumque hinc confirmatur: Reliqua S. Sixti Acta dedimus* VI *Aprilis. Hæc viderentur ſufficere circa tempus, quo præfuit Eccleſiæ S. Alexander, niſi in Catalogo Pontificum, ex Ms. Chriſtinæ Reginæ Sueciæ deſumpto iſta legerentur:* Alexander natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caput-Tauri, ſedit annos decem, menſes ſeptem, dies duos. Fuit autem temporibus Trajani, uſque Æliano & Vetere *Eadem plane leguntur in Mss. Geſtis Pontificum uſque ad Martinum* V *deductis, & in Mss. codicibus Anaſtaſii Bibliothecarii de Vitis Pontificum Thuano & Mazarinico. Poſſem reſpondere apud Anaſtaſium excuſum & in variis ejus Mss. ſic legi:* Alexander natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caput-Tauri, ſedit annos octo, menſes quinq; dies duos. Fuit temporibus Trajani, uſque ad Helianum & Veterem, *ſcilicet* Conſules, *uti additur in dictis Mss. Geſtis Pontificum. Verum fruſtra recurrerem ad variantes lectiones, nequaquam deciſuras controverſiam: cum hæc ex ſententia Baronii in ſimili caſu anno* 337 *num.* 67 *definitive terminetur per Conſules ubique eoſdem. Nam in prædictis omnibus codicibus* Conſulatus Galli & Braduæ, *anni* CVIII, *ſpectat ad Euariſtum deceſſorem S. Alexandri; & hujus ultimus annus indicatur per* Conſules Ælianum & Veterem, *ſive annum* CXVI, *& conſequenter non ſunt intermedii, niſi anni ſolum octo: quos cum primo & vetuſtiſſimo Catalogo, & Anaſtaſio Bibliothecario retinemus, indeque corrigendos cenſemus qui omiſſis Conſulibus annos decem Alexandro tribuerunt.* Menſes duos & diem unum *ex eodem antiquiſſimo Catalogo adjunximus: quos etiam habet Ado menſes duos, ſed dies decem. Si quis malit aſſignem cum Anaſtaſio* menſes quinque & dies duos, *meminerit initium Pontificatus auſpicari à Kalendis Decembris anni* CVIII.

10 *Adduntur apud Anaſtaſium & alios aliqua Alexandri geſta in Pontificatu his verbis:* Hic paſſionem Domini miſcuit in precationem Sacerdotum, quando Miſſæ celebrantur. Martyrio coronatur, & cum eo Euentius Presbyter & Theodolus Diaconus. Hic conſtituit aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, Presbyteros ſex, Diaconos duos, Epiſcopos per diverſa loca quinque. Qui etiam ſepultus eſt via Numentana, ubi decollatus eſt, ab urbe Roma non longa milliario ſeptimo, quinto Nonas Maji. *Verum in his aliqua σφάλματα ſunt, quia* Euentius & Theodolus ambo Presbyteri *fuerunt, &* decollati *martyrium compleverunt. Sed* S. Alexander punctim per tota membra transfixus eſt, *ſive* punctis creberrimis per tota punctus membra donec deficeret, *uti habent antiqua Breviaria Romana manu exarata & excuſa anno* 1479, 1490, 1522, *& paſſim aliarum eccleſiarum Breviaria, quæ penes nos habemus: in quibus omnibus dicuntur,* paſſi ſub Trajano Principe & Judice Aureliano. *In Breviario Romano juſſu Pii* V *edito, dicitur* Alexander Romanus Trajano Imperatore rexiſſe Eccleſiam, *nulla Adriani ſucceſſoris facta mentione.*

11 *Paſſi igitur ſunt ſub* Trajano Imperatore, *ſed in Orientem profecto: qui inde* ad interfectionem Chriſtianorum Romam miſit Aurelianum, Comitem utriuſque militiæ in Iſauria: cui omnis Senatus ita famulatus eſt, ut ipſum Principem crederent eſſe Trajanum. *Erat utriuſque militiæ Comitatus, ſummus*

AUCTORE G. H.

habetur tempus Alexandri:

& deceſſoris Euariſti:

quo etiam obiit Trajanus Imp. 10 Auguſti,

Ex præcipuæ fidei catalogo

ſedit autem annos tamen 8 non 10

E

Aliqua in Pontificatu geſta:

F

Dignitas Comitum utriuſque militiæ,

AUCTORE G. H.

honoris & dignitatis titulus, qui ad tempora Arcadii & Honorii duravit: hinc in Notitia Imperii, tunc ſcripta, recenſentur duo viri ſpectabiles, Comites rei militaris per Ægyptum & Iſauriam, *ſub quorum diſpoſitione erant variæ legiones & miniſtri Imperatorum. Et hanc ob cauſam videtur dictus* Comes Aurelianus *variis titulis honoratus, & appellatus* Judex, Præfectus, Præſes, Princeps, Imperator. *In Lexico Heſychii* Κόμης *eſt* ἄρχων, ἡγεμών. Comes idem qui Princeps & Dux. *Et apud Suidam,* Κόμης ὁ λαῷ ἄρχων. Comes eſt Princeps populi. *Præterea olim* Imperatores *dicebantur, qui aliis* Præfecti copiarum & Duces exercituũ *habebãtur: & Appianus, qui eodẽ, quo hic Comes Aurelianus, tempore vixit, teſtatur lib. 2 Bellorum civilium,* Imperatoris nomen ſuo tempore dari ſolitum Ducibus exercituum, poſt victoriam cæſis hoſtibus reportatam. *Ex quibus facile eſt rationem reddere, qua factum ut diceretur* Aurelianus Princeps & Imperator.

§ III. *Reliquiæ horum Sanctorum in variis eccleſiis.*

Corpora horum Sanctorum in Vrbẽ delata:

12 PAſchalis Papa primus, *qui ſedit ab anno* DCCCXVII *uſque ad annum* XXIV *iſtius ſeculi, teſte Anaſtaſio in ejus Vita,* multa Sanctorum corpora requirens invenit: quæ & diligentius intra civitatem, ad honorem & gloriam Dei, recondidit. *Octavius Pancirolus in Theſauro abſcondito Vrbis Romanæ regione 5 eccleſia 5, dicit ab hoc Pontifice* corpora SS. Alexandri Papæ, Euentii & Theodoli depoſita fuiſſe in aliquo oratorio intra monaſterium S. Praxedis, eaque inde ab Alexandro II Papa anno MLX extracta, & Lucam fuiſſe tranſmiſſa. *Verum addit credi poſſe, partem Reliquiarum aliquam tunc donatam fuiſſe eccleſiæ S. Laurentii in Lucinâ, aliquam etiam eccleſiæ S. Sabinæ. Paulus Aringhus lib. 4 Romæ Subterraneæ cap. 22, aſſerit* Sanctorum eorumdem corpora in Urbem tranſlata, quam multas pretioſis Reliquiis eccleſias ditaſſe. Quamobrem plereque, vel exiguis reliquiarum particulis cumulatæ, ſacra ſe eorumdem poſſidere corpora gloriantur. In eccleſia enim S. Sabinæ Aventino in colle anno MDLXXXVI

quorum pars eſt in Eccleſia S. Sabinæ;

marmoream arcam, pervetuſto ſub altari, quod ab Eugenio Papa II erectum fuerat, inter explorandum reperiri contigit: in qua SS. Alexandri Papæ, Euentii & Theoduli aſſervari corpora exſculptis notis legebatur: quæ quidem arca majori ſub ara, quam poſtremis temporibus Sixtus Papa Quintus erexit, perhonorifice condita eſt. *Hæc ibi. Succeßit dictus Eugenius II ante memorato Paſchali I. Idem Aringhus poſtea his addit, quod ſub ara majori eccleſiæ S. Laurentii in Lucina haud modicam eorumdem Sanctorum partem aſſervari binæ inſcriptiones teſtentur: in quarum altera à Cæleſtino Papa III eadem ſub ara inter ejuſdem conſecrationis ſolennia anno* MCXCVI *reliquiæ ibi conditæ hunc in modum exſculptis notis adnumerantur:* CORPORA BEATORUM MARTYRUM ALEXANDRI PAPÆ, EUENTII, THEODULI, SEVERINÆ &c, *De hac inter Prætermiſſos ad hunc diem egimus. Pancirolus loco citato ait,* Caput S. Alexandri in dicta S. Laurentii eccleſia oſtendi.

pars in Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina,

13 *Tiburtini etiam, teſte Aringho, & Iuſtinopolitani in Iſtriâ, affirmante Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, gloriantur ſe poſſidere* corpus S. Alexandri Papæ. *Sulmonæ in Pelignis templum celebre habet S. Alexander Papa, teſte Vghello tom. 1. Italiæ ſacræ col.* * 252, *in quo circa annum* DCCCLXXX *Arnulphus Epiſcopus ſepultus fuit: diu autem antea allata eo fuiſſe debuit pars corporis ſancti ipſius Papæ, ut facile colligitur ex ſtylo hujus diſtichi, marmorea in tabula juxta altare legendi,*

Hic Alexandri ſunt oſſa recondita ſancti.
Papæ, qui Petro quintus ſucceſſor habetur.

apud eos ſcilicet, qui Linum & Cletum ter S. Petri ſucceſſores non numerant: inferius vero ſic ibidem notatur,

Ugonis fortis, ſapientis, nec non potentis opus.
Si foret ad manum Herculis Ciofani deſcriptio urbis Sulmonenſis, una cum Ovidij inde nati vita edita anno 1578 *& ab Vghello laudata, in ea fortaſis inveniremus tempus iſtius Vgonis, & haud dubie aliquid de prædicta eccleſia, unde veniremus in cognitionem ejus temporis qua ſacra illa oſſa eo allata ſunt. Tiburtini habuiſſe partem potuerunt, à cive ſuo S. Simplicio Papa: neque enim probatur quod primus Paſchalis Sanctum corpus extulerit in lucem.* D

alia Tiburi & Sulmone.

14 *De Iuſtinopolitanis, quod Romani Pontificis partem poßideant, dubium mihi facit Vghellus, quando tomo 5 Italiæ ſacræ col.* 356, *agens de eccleſia eorum Cathedrali, ait:* Hic aſſervantur tria ſanctorum corpora, nempe Nazarij Epiſcopi Tuletaris, & SS. Alexandri atque Ælij. *Sicut enim erravit Ferrarius quando diem* XIII *Kalendas Iunij, quo migraviſſe* S. Nazarium *teſtatur lamina plumbea, intra arcam cum corpore reperta, dicit fuiſſe diem inventionis; ſic etiam credendus eſt erraſſe in* Alexandro, *qui Iuſtinopoli* VI *Kalendas Novembris colitur, dum ſimiliter eum diem inventionis appellat; ex falſo veroſimiliter ſuppoſito quod Epiſcopus Romanus fuerit, qui potuit Iuſtinopolitanus aut alibi in Iſtria Epiſcopus fuiſſe; forte nec Epiſcopus fuit, ſed ſimpliciter Confeſſor, æque ac Ælius ſive* Helius, *qui colitur* XV. *Kalendas Auguſti: eſtque veroſimile, non ſucceßive, ſed uno pariter die ex eadem revelatione, inventa eſſe ſacra corpora, ſub ijs nominibus, quibus jam ante diverſi dies erant ſacri.* E

an etiam Iuſtinopoli?

15 *Meliori veroſimiliter fundamento credunt Parmenſes ſeſe habere corpus, id eſt partem de corpore S. Alexandri Papæ, cui & ſanctimonialium monaſterium ibidem conſecratum, hodieque ſub S. Benedicti regula inſigniter florens, fundatricem agnoſcit Cunigandam, Bernardi Italiæ Regis viduam, ſub annum* DCCCXXXVII; *quæ accepta à Gregorio* IV *ea quam dixi reliquia, excipiendam curarit inſigni Epiſcoporum ex vicinis urbibus accitorum concurſu, accedentibus etiam Tranſmontanis duobus Lamberto & Herberto. Ita ad jam dictum annum Bonaventura Angeli in in Hiſtoria Parmenſi, vulgata anno* MDXCI: *cui ejuſdem temporis auctor Garoſani in Sanctuario Parmenſi conſentit; ſequiturque Ranuccius Picus in Theatro Sanctorum ac Beatorum Parmenſium, ante annos fere quadraginta excuſo, ingenue confitens, neſcire ſe, unde acceperint auctores iſti Cunigundæ Reginæ nomen. Recte autem concludit, ex illorum dictis conſequi, quod S. Alexandri Papæ veneratio Parmæ, multo antiquior ſit quam Lucæ, quò ad ejuſdem nominis ibidem eccleſiam ipſius Reliquias tranſtulit Alexander* II, *qui Lucenſis Epiſcopus fuerat, nec niſi anno* MLXI *factus eſt Romanus Pontifex. Tranſlationis iſtius teſtimonium continet recentior hujuſmodi titulus, ſuperiori ſeculo poſitus, quem teſtem noviſſimæ tranſlationis Baronius ad an.* 1070 *num.* 28, *& Franciottus in Hiſtoria ſacrarum imaginum & Sanctorum Patronorum civitatis Lucenſis pag.* 361 *proferunt his verbis.* Corpus Beatiſſimi Alexandri primi Pontificis Maximi, ſub Hadriano (*imo Trajano*) Imperatore Martyrio coronati, una cum catena qua vinctus cuſtodiebatur, ab Alexandro II in ara hujus templi ſubterranea conditum debita cum reverentia, fuit in hoc altare tranſlatum anno MDXXXIII Menſe Decembri, curante nobili viro Joanne Arnolphinio Ædituo. F

& Lucæ,

ubi & catena qua vinctus Sanctus.

16 *Narrat deinde Franciottus caſum circa prædictam Catenam notabilem.* Anno MDLXXXIII, cum eſſet Epiſcopus Lucenſis adm. Illuſtris D. Alexander Guidiccionius ſenior; & præfatæ Eccleſiæ S. Alexandri Rector haberetur D. Horatius San-Miniati, qui poſtea à fel. mem. Sixto V creatus eſt Archiepiſcopus Theatinus; contigit ut quidam, furti faciendi cauſa ingreſſus ſacrarium, ubi ipſa ſervabatur Catena; cum aliud pretioſioris metalli nihil inveniret, eamdem abſtulerit, & inſtar inutilis ferri vendiderit exiguo nummo. Jacturam ubi comperit Sacellanus eccleſiæ, id quod erat ſuſpicatus, circuire

inviolata ab igne

circuire cœpit per officinas fabrorum ferrariorum; tandemque ad eum perveniens, qui emptam ſolidis quatuor abjecerat in angulũ, eo quod igni impoſitam nequiverat ad uſus ſuos emollire; aguitam redemit prompte retulitque ad eccleſiam; & quod ex fabro de ea intellexerat, id poſtea cum Romæ eſſet conſignavit litteris, anno MDXCVI; addens vidiſſe Lucæ multos, qui graviter infirmi contactu ſacræ illius Catenæ ſanitatem recuperarint, merito ſancti Pontificis. Quod eo libentius refero, *inquit Franciottus*, quia & Catenam ipſam ſingulari favore videre merui, & epiſtolam omnia ſupradicta atteſtantem.

& attactu ſalutaris.

Corpus S. Alexandri in Gallia,

17 *Gabriel Bucelinus in Sacrario Benedictino ait, S Alexandri Papæ* corpus ſacratiſſimum haberi & magna veneratione coli in S. Dionyſii Pariſiis; coſtarum partes aliquas in Weingartten, *quod eſt antiquiſſimæ fundationis monaſterium Altorfiæ in Franconia. Aſt de San-Dionyſianis Reliquiis ſcribens Iacobus Doubletius lib. 1 cap. 42, ait quod* Leo Papa III corpora SS. Alexandri Papæ, Cucuphatis & Hippolyti Martyrum dedit Carolo Magno, qui eadem diſtribuens in totidem Prioratus, monaſterio San-Dionyſiano ſubjiciendos, corpus S. Alexandri poſuerit in Prioratu vallis Lebrahæ. *Vnde ſi fuiſſet ipſum relatum ad S. Dionyſii eccleſiam,*

B *æque hoc dixiſſet Doubletius, quam id dixit de Reliquiis SS. Cucuphatis & Hippolyti; quas ait poſt mortem Caroli, curante S. Fulrado Abbate illius nepote allatas, & propriis in ſacellis locatas. Vti autem has non audemus dicere eſſe famoſiorum iſtis nominibus Martyrum, quorum Cucuphas Barcinonæ paſſus eſt procul à Roma; ita nec de Alexandro velim aſſeverare, Papam eſſe Romanum; cum multi Alexandri Martyres, etiam Epiſcopi, inveniantur. Nempe uſu, ſeu potius abuſu quodam, in defectu antiquorum documentorum fundato, fieri ſolet, ut ad præcipuum unius nominis Sanctum referantur omnia; & hinc factum exiſtimamus, ut paſſim ad S. Alexandrum Papam reſpiciant omnes, qui alicujus S. Alexandri Martyris corpus aut reliquias habent. Itaque finem facimus inquirendi in alias eccleſias plures, quæ ejuſmodi titulo gloriantur. Gelenius in una Agrippina Colonia tres invenit: alii alias adnumerabunt: nos nullius poſſeſſioni refragari intendimus, nec etiam uni præ aliis operoſe ſuffragari.*

alicubi forſan, ut & alia alibi partes.

ACTA MARTYRII

Ex variis & optimæ notæ Codicibus MSS.

CAPUT I.

A. S. Alexandro converſus S. Hermes cum aliis. Hujus cum Quirino Tribuno diſſertatio de fide.

a A S. Alexandro converſo Hermæ Præfecto & aliis multis b c

1 QUinto loco à beato Petro Apoſtolo Romanæ urbis Eccleſiæ *a* Cathedram ſedit Alexander, ſanctitate incomparabilis; juvenis quidem ætate, ſed fide ſenior *b*. Totius autem populi verum affectum gratia ei divina contulerat: ut & Senatorum maximam partem converteret ad Dominum, & Præfectum Urbis quoque, *c* Hermen cum uxore & ſorore & filiis baptizaret, cum mille ducentis quinquaginta ſervis ſuis, uxoribus quoque & filiis eorum, quos omnes *d* in die ſancto Paſchæ prius fecit fieri ingenuos, & ita baptizari: quibus poſtea etiam multa, cum ingenuos faceret, dona conceſſit.

d

2 Unde cum hæc opera ejus ad Trajanum Principem perveniſſent, miſit Aurelianum Comitem utriuſque militiæ de Seleucia Iſauriæ, ad interfectionem omnium Chriſtianorum: unde nutu Dei eodem anno *e* defunctus eſt Trajanus. Et ingreſſo Urbem Aureliano, omnis ſenatus ita famulatus eſt ei, ut ipſum Principem crederent eſſe Trajanum. Statim ergo ut ingreſſus eſt Romam, venerunt ad eum templorum Pontifices; & ea quæ facta ſunt invidioſis vocibus ſuggerentes, ita animum Aureliani ad iracundiam concitaverunt, ut Hermen Præfectum Urbis in vincula mitteret, ſed & S. Alexandrum Papam carceri manciparet: unde orta eſt *f* grandis ſeditio populi Romani. Nam alii clamabant, vivus ardeat Alexander: alii dicebant, Hermes debet Vivus incendi, qui tot millia hominum à Deorum cultura avertit, quos fecit templa derelinquere, & Deos *g* lares ſuos in ſuis ſedibus unumquemque confringere.

EX MSS. *miſſus Aurelianus Comes*

utrumque includit carceri.

f

g

3 Igitur dum Hermes Præfectus Urbis haberetur in vinculis apud Quirinum Tribunum, dicit ei Quirinus: Quæ ratio eſt ut vir illuſtris, vice ſacra judicans, non ſolum ad iſtam injuriam te redigi velis, verum etiam Præfecturæ *h* carens honore tamquam privatum vinculis te onerari æquanimiter feras? Sanctus Hermes dixit: Ego Præfecturam non perdidi, ſed mutavi: nam dignitas terrena à terris tollitur ac mutatur; dignitas vero cæleſtis æterna ſublimitate ſubſiſtit. Dicit ei Quirinus: Miror te prudentem E virum ad tantam *i* ſtultitiam deveniſſe, ut credas te extra iſtam vitam aliquid habiturum; cum cineres humani corporis ita redigantur ad nihilum, ut nec ipſa oſſa ſubſiſtant. Hermes dixit: Et ego *k* ante hos annos iſta deridebam, & iſtam carnalem utilem eſſe dicebam vitam. Dicit ei Quirinus: Fac & me probare, ut ſi ita eſt, ſicut tu credidiſti, & ego credam.

ubi cum Quirino Tribuno diſputat Hermes,

h

i

k

4 Hermes dixit: Sanctus Alexander, qui habetur in vinculis, hoc me docuit. Audiens hæc Quirinus, maledicere cœpit Alexandro, dicens: Domine mi, vir illuſtris Hermes, recipe præfecturam tuam: redi ad mentem tuam: recipe patrimonium tuum: recipe familiam tuam, tuæque domus ornatum. Ad hoc enim miſit me Dominus meus Aurelianus Comes utriuſque militiæ, ut, ſi ſacrificare volueris, Præfecturam tuam non deſeras: ut etiam de his te vindices, qui inimicitias contra te habentes inſultant caſibus tuis. Hermes dixit: Non me permiſiſti loqui tibi, quod ut loquerer tu voluiſti? Dicit ei Quirinus: Ego te interrogavi dicens, Fac me probare juſte te credidiſſe; & tu mihi nominaſti hominem magum, quem ego in vinculis habeo & in carceris ima concluſum: & ideo mox ut mihi nomen ſcelerati R hominis nominaſti, per quem deceptus es, jam te audire non potui. Video enim te ſicut ruſticanum quaſi à *l* Samardaco ſeductum, qui & ſe & te decepit, homo miſerrimus in vinculis & in tenebris conſtitutus, & forſitan flammis pro ſuis ſceleribus exurendus. Sed ſi quid poteſt, liberet & ſe & te. Hermes dixit: Domino meo Jeſu Chriſto in cruce poſito Judæi dicebant: Si quid poteſt, deſcendat de cruce, & credimus ei. Ille autem, ſi cor eorum non exhorruiſſet, plenum ſqualore perfidiæ, & vidiſſet vere eos velle credere, ſine dubio deſcendiſſet. Quirinus dixit: Si verum dicis, ego vado ad eum & dico illi: Si vis ut credam te verum Dei eſſe præconem, & verum Deum eſſe quem colis, aut te apud Hermen inveniam, aut Hermen apud te, & omnia quæ mihi dixeris credam. Hermes dixit, Ita fiat. Dicit ei Quirinus: Vadam ergo modo, & ſuper eum vincula triplicabo & cuſtodes, dicamque illi ut eum apud te inveniam cœnandi hora. & ſi hoc potuerit facere, per totam noctem, credam quod & me poterit edocere.

profitens aliam vitam ſibi à S. Alexandro indicatam.

l

ille ſe credi-turum promittit,

ſi ipſos noctu ſimul inveniet.

EX MSS.

ANNOTATA.

a *MS. Rebdorffenſe*, Cathedram ſuſcepit. *MS. S. Maximini*, regimen tenuit.

b *MS. Audomarenſe*, Omnem autem populi Romani amorem ita in eum gratia divina infudit.

c *Idem Audomaren.* Præfectum Urbis, Hermetem nomine.

d *MS. Rebdorf.* in Sabbato ſancto Paſchæ.

e *MS. Audom.* contigit ut Imperator obiret Trajanus. *Mortuus hic eſt in Cilicia* 10 *Auguſti anni* 117.

f *Idem MS*, graviſſima.

g *Idem*, claros.

h *Idem MS. Audom.* honorem patiaris amittere, & vinculis tamquam privatum onerari te.

i *Idem MS.* fatuitatem perductum.

k *Idem*, ante hos duos annos deridebam iſtam aſſertionem, ſed Dei fretus auxilio ad hoc perveni, ut probarem iſtam carnalem vitam eſſe vaniſſimam.

l *MS. Rebdorf.* à Samariſco ſeductum, *aliis* indutum & inductum. *Eſt autem* Samardacus homo ridiculus & verſipellis. *S. Chryſoſtomus Homilia* 17 *in epiſtolam S. Pauli ad Epheſios*: Οὐχ ὁρᾷς τὰς λεγομένας γελωτοποιὰς, Σαμαρδάκους; ἤτοι εἰσὶν ἐυτράπελοι. *Conſule Gloſſarium Meurſii.*

CAPUT II.

S. Alexander è carcere ductus ad S. Hermetem & reductus. Hujus filius à morte reſuſcitatus, & nutrix cæca illuminata.

S. Alexander petit Angelum à quo ad Hermen ducatur,

5 CUmque iſſet & hoc dixiſſet Tribunus Quirinus ſancto Alexandro, & triplicaſſet ei cuſtodes & clauſtra; mittens ſe in orationem Alexander, dixit: Domine Jeſu Chriſte qui me in Cathedra Apoſtoli tui Petri ſedere feciſti, præſta mihi *a* ut ſalva paſſione mittas ad me Angelum tuum, qui me hodie, veſpertino tempore, perducat ad famulum tuum Hermen, & iterum matutino huc revocet me, nemine ſentiente uſque dum ego huc redeam. Primo igitur nocturno ſilentio affuit puer, faculam ardentem ferens in carcerem, dixitque ſancto Alexandro,

eumque fueriti ſpecie apparentem probat,

Sequere me. At ille reſpondit: Vivit Dominus meus Jeſus Chriſtus, quia ſi non mecum flexeris genua, & *b* orationem Domini mei Jeſu Chriſti dixeris, non ſequar te. Puer autem, qui videbatur, non amplius

b

C erat quam quinque annorum, flectenſque genua ſua oravit dimidiam fere horam: & ſurgens dixit orationem Dominicam: & apprehendens manum ejus puer, duxit eum ad feneſtram quæ erat clauſa, & quaſi oſtium aperuit eam, & perduxit eum ad Hermen in domum Quirini, intra clauſum cubiculum.

ac ſequitur:

6 Et veniens poſt Quirinus aperuit oſtium: & inveniens eos ſimul extenſis manibus orantes, & faculam ardentem videns, exterritus eſt. Cumque viderent eum illi amentem effectum, dixerunt ei:

illi Quirinum exterritum ad fidem alliciunt:

Quoniam ex fide hanc diffinitionem habuiſti in corde tuo, ut ſi nos, qui fuimus ſeparati corporibus, animo tamen eramus conjuncti, etiam corpore ſociatos videres, crederes; ecce vidiſti nos, crede. Sed ne putes quod noſtræ evaſionis cauſa nos tibi à vinculis abſolutos oſtendimus, quos iterum mane invenies ut ipſe vinxiſti: ſed tuæ magis liberationis cauſa factú eſt, ut credas Chriſtum Filium Dei eſſe verum

c Deũ, qui exaudit credentes in ſe, & quidquid ab eo *c* fueris deprecatus accipies. Dicit eis Quirinus: Hoc potuerunt facere etiam artes magicæ. Reſpondit ei Hermes: Numquid noſtra voluntate perrupimus carceres? ſed ideo quia tu dixiſti te crediturum ſi nos in unum videres, ecce vides nos quos triplicibus cuſtodiis mancipaſti. Crede: nam ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus talium beneficiorum ſe manifeſtavit indiciis, dum illuminaret cæcos, mundaret leproſos, curaret paralyticos, effugaret dæmonia, mortuos ſuſcitaret. D

Chriſti miracula docent.

7 Denique ideo factum eſt, ut ego iſti Papæ ſancto Alexandro crederem. Unicus mihi cum eſſet filius, in nimio languore poſitus, qui adhuc ad litterarum ſtudia ambulabat, iſte in Capitolium ductus eſt à me & à matre ſua; & cum ſacrificaſſemus omnibus Diis, omnibuſque Pontificibus præmia dediſſemus, mortuus eſt. Tunc increpare me cœpit nutrix ejus, dicens: Tu ſi ad ſancti Petri limina eum adduxiſſes, & credidiſſes Chriſto, hodie filium tuum haberes incolumem. Cui ego dixi: Dum tu ipſa cæca

narrat S. Hermes nutricem filii 5 annis cæcam à S. Alexandro ſanatam,

ſis facta, & non ſis curata, quomodo filium meum mihi reddes incolumem? At illa dixit: Sic quomodo cæca ſum ante iſtos quinque annos, ſi Chriſto crediſſem, redderentur mihi oculi mei. Cui ego dixi: Vade, & crede: & ſi tibi oculos aperuerit Alexander, credam quod & mihi poſſit reſtituere unicum filium. Tunc abiit ad ipſum cęca circa horam tertiam: & ecce hora diei ſexta, reverſa eſt ad me ſana, imponenſque mortuum filium meum in humeris ſuis currere cœpit, ſic ut vix eam juvenes ac pueri ſequerentur. Quæ cum veniſſet [ad Alexandum] jactavit eum ante pedes ejus dicens: Domine, redeat ad me cæcitas, tantummodo ut iſte reſuſcitetur ad vitam. Tunc ſanctus Alexander dixit ei, ſic vero iſtum

E

ipſumque filium mortuum reſuſcitatum,

puerum reſuſcitet Chriſtus, ut tibi ſemel quos redonavit non auferat oculos. Cumque oratione facta ſanaſſet eum, & ipſe per ſe veniens ad me, reddidiſſet filium meum viventem & ſanum; ſtatim me miſi ad pedes ejus, & rogavi eum ut me faceret Chriſtianum: & ex eo die credidi Chriſto. Conſtitui ipſum filio meo tutorem, & omne patrimonium matris ejus defunctæ ipſi contuli, aliquanta etiam de meo addidi: cetera, vero omnibus ſervis meis, qui mecum facti ſunt Chriſtiani, ſimul cum libertate donavi: quicquid vero ſuperfuit erogavi pauperibus. Nunc vero in expedito poſitus, nec confiſcationem timeo, nec offenſam hominis morituri paveſco, credens me partem habere cum his qui pro Chriſti nomine ad coronam martyrii pervenerunt.

itáque converſum ſe ad martyrium ab helato.

8 Audiens hæc Quirinus miſit ſe ad pedes eorum, & cœpit dicere: Lucretur ergo animam meam Chriſtus per vos hoc modo. Habeo filiam adultam & volo eam viro tradere, cujus aſpectum quidem pulcritudo condecorat, ſed collum ejus ſtruma circumdat. Hanc vos ſalvam facite, & conferam ei omnia, & vobiſcum Chriſtum confiteor. Dicit ei ſanctus Alexander: Vade & adduc eam ad carcerem ad me cito, & tolle boiam de collo meo, & impone ei & fac ſimul illam manere cum boia, & mane illam invenies ſalvam. Quirinus dixit ei: Et cum tu hic ſis in domo mea, quomodo te inveniam in carcere? Sanctus Alexander reſpondit ei: Feſtinanter vade, quoniam qui me adduxit ad te priuſquam tu venires, reduci me ibidem faciet. Hæc cum dixiſſet egreſſus eſt Quirinus, & cœpit velle apertum dimittere locum ubi clauſum tenebat Hermen. Dicit ei Alexander Papa & S. Hermes; Claude more ſolito. Et cum nollet, coëgerunt eum, & clauſit. Et cum ſibi valedicerent orantes, ecce infantulus ille cum facula paratus aperuit ei feneſtram, dicens: Sequere me. Et intra unum punctum horæ revocavit eum in carcerem, eique vincula repoſuit & abſceſſit.

Quirinus capit filiam Balbinam Sanari, F

quod promittit Alexander

quando venerit ad ſe in carcerem.

ANNOTATA.

a *In Ms. Audomar. iſta interponuntur*: ut ſalva paſſione, quæ mihi ſuper mel & favum dulcior eſt pro

pro tui nominis confeſſione, mittas *&c.*

b *Alterum Ms. noſtrum*: orationem Dominicam dixeris.

c *Aliqua Mss.* fueris poſtulatus, *Ms. Audomar.* poſtulaveris.

CAPUT III.

SS. Quirinus & Balbina filia & alii captivi à S. Alexandro baptizati. Martyrium SS. Quirini, Hermetis & aliorum.

S. Alexander excipit Quirinum cum filia Balbina

9 POſt unam vero horam venit ad cuſtodes quatuor viros Quirinus, quos ante ima carceris poſuerat: & cum inveniſſet eos vigilantes, & clauſtra omnia integerrima atq; ſignata, ſicuti dimiſerat; aperiens invenit S. Alexandrum Papam, ad cujus pedes procidens, cœpit clamare dicens: Peto, Domine, ut ores pro me, ne veniat ſuper me ira Dei, cujus tu es Epiſcopus. Cui reſpondens S. Alexander ait: Deus meus non vult perire quemquam, ſed converti peccantes. Nam & cum in cruce poſitus eſſet, pro crucifigentibus ſe oravit. Tunc proſternens ſe Quirinus dixit: Ut juſſiſti, ecce ancilla tua filia mea. Dicit ei S. Alexander: Quot ſunt in iſto carcere

a clauſæ perſonæ? At ille; *a* Prope viginti. Sanctus

B Alexander dixit ei: Require ſi ſunt hic aliqui pro nomine Chriſti clauſi. Et cum requiſiſſet, invenit ac renuntiávit ei dicens: *b* Eſt ibi Euentius Presbyter

b ſenex, & Theodolus, quem dicunt de Oriente veniſſe Presbyterum. Dicit ei Alexander Papa; Vade curſim, & cum honore adduc eos ad me. Tamen, dum vadis & venis, tolle boiam de collo meo, & induc eam filiæ tuæ. Statim tollens omnia vincula

& ſtruma ejus per boia impoſitionẽ ſanata, ab eo Quirinus, oſculari cœpit pedes S. Alexandri, dicens. Tuis manibus impone eam illi. At ubi impoſuit urgere cœpit Alexander Quirinum ut iret. Qui dum vadit, ecce puer ille ſubito cum facula apparuit, & venit ad puellam dicens ei; Salva eſto, & in virginitate tua permane, & ego faciam te videre ſponſum tuum, qui pro amore tuo ſanguinem ſuum fudit. Hæc cum dixiſſet, abſceſſit.

10 Veniens autem pater puellæ Quirinus cum

C Euentio & Theodolo Presbyteris, invenit filiam ſuam ſanam, & cœpit clamare: Exi hinc de iſta cuſtodia, Domine Alexander, ne forte, dum tu hic

c tardas, veniat ignis de cælo & conſumat me. Dicit ei S. Alexander: Si vis mihi præſtare beneficium, ſuade omnibus, qui ſunt in carcere, baptizari, ut fiant Chriſtiani. Quirinus reſpondit: Vos Chriſtiani Sancti eſtis, horum autem alii *d* effractores ſunt, alii

d adulteri, alii *e* malefici, alii diverſorum criminum

e rei. Dicit ei S. Alexander: Pro peccatoribus filius Dei Dominus noſter Jeſus Chriſtus de cælo deſcendit, & de Virgine natus omnes vocat ad indulgentiam. Noli ergo dubitare, ſed omnes fac ad me venire. Tunc Quirinus dixit omnibus clara voce; Quicumque voluerit fieri Chriſtianus, fiat: & qui baptizatus fuerit, vadat liber quocumque voluerit.

petit ut captivi ceteri adducantur inſtruendi in fide:

11 Cumque veniſſent omnes ad S. Alexandrum Papam, aperuit Deus os ejus & cœpit dicere: O Filioli, audite & credite. Deus qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt: qui fulgura mittit & tonat, qui mortificat & vivificat, cui ſerviunt ſol & luna & ſtellæ & ſerenitates, & nubes & pluviæ; hic filium ſuum de regno cælorum miſit per Virginis uterum, ut ex homine naſceretur, & inciperet naſci, qui initium naſcendi numquam habuit, cum eo qui naſcebatur ex Virgine. Hic cœpit ad fidem ſuam invitare omne genus hominum: ſed cum duri eſſent Judæi ad credendum, & nollent ei credere, hoc ſignum fecit: Prandens cum eis, dum

quibus cum Chriſtum prædicaſſet

vinum in conviviis defeciſſet, aquam convertit *in* EX MSS.
vinum: item cogitationes hominum ſingulis cœpit exprimere: item cæcorum aperire oculos, mutorum ora reſolvere, reddere claudicantibus greſſum, fugare dæmonia, ſalvare languentes ac febricitantes; ſed & mortuos ſuſcitare, imperare ventis, tempeſtates *f* arcere, ſupra mare pedibus ambulare: cum- *f*
que hæc omnia faceret, & innumerabilis ei multitudo crederet, zelo ducti Phariſæi atque Judæi crucifixerunt eum: quos facere ideo id non vetuit, dum poſſet, quia noſtræ mortis auctorem ſtuduit captivare. Quo facto tertia die reſurrexit à mortuis, & coram multis teſtibus aſcendit in cælos, dans poteſtatem diſcipulis ſuis eaſdem exercere virtutes. Hic poſt finem ſeculi venturus eſt judex, ut reddat bonis bona, & malis mala. Ergo vos videte cui credidiſtis, & date nomina veſtra ut efficiamini Chriſtiani.

omnes cum Quirino & familia baptizat:

12 Cumque univerſi credidiſſent, præcepit Euentio & Theodolo, ut manus eis imponerent, & catechumenos eos facerent. Poſt hæc autem Quirinus, ſimul cum filia ſua Balbina & omni domo ſua, baptizatus eſt, omneſq; qui ſimul erant in cuſtodia. Et omnibus baptizatis apertus eſt carcer, & cœpit eſſe quaſi eccleſia.

Quirinus coram Aureliano fidem,

E 13 Tunc abiit Commentarienſis ad Aurelianum, dixitque ei univerſa quæ geſta ſunt. Vnde iratus juſſit ad ſe adduci Quirinum, & dixit ei: Ego te quaſi filium dilexi, tu autem irriſiſti me, deceptus ab Alexandro. Dicit ei Quirinus: Ego Chriſtianus factus ſum. Vis occidere, vis fuſtigare, vis incendere, aliud non ero. Nam & omnes qui erant in carcere feci fieri Chriſtianos, & dimiſi eos, & noluerunt uſquam ire. Sanctum autem Alexandrum Papam, *pro ſe & aliis fatetur:*
& virum illuſtrem Hermen rogavi, ut abſcederent, & noluerunt, ibique ſunt omnes in carcere, dicentes; Si pro criminibus noſtris mori habuimus ac perire, quanto magis pro Chriſti nomine animas offerimus? Ego vero rogavi eos ut exirent omnes qui baptizati ſunt, & veſtibus candidis noviſque *h* veſtiti, quia *h*
hoc exigit religio Chriſtiana: ſed ad martyrium omnes uſque nunc aſtant, parati ad necem ſuam, ſicut eſuriens paratus ad epulas. Jam quod tibi placet, incipe facere.

14 Tunc fecit ei linguam abſcindi, dicens: Linguam tuam aufero, quia non timuiſti ſic audacter tua mihi pandere ſecreta, ut tacentem te torqueri jubeam *i* in eculeo. Quirinus dixit: Miſer & infe- *i*
lix, libera animam tuam, ne æternæ te pœnæ ſuſcipiant. Qui tortus in eculeo *k* cum ab Aureliani *k*
non ceſſaret injuriis, juſſit ei manus ac pedes ab- F
ſcindi, & ſic eum decollari, & projici canibus. Tunc *& poſt varia tormenta decollatur.*
corpus ejus rapientes Chriſtiani in via Appia *l* ſepelierunt, in cœmeterio Prætextati *m*: Filia vero ejus *l m*
ſancta Balbina in ſacra virginitate permanſit. Cui ſæpe *S. Balbina vincula S. Petri quærit*
oſculanti boiam per quam ſalvata fuerat, dixit ei S. Alexander: Deſine hanc boiam oſculari, ſed potius require beati Petri vincula, & ea oſculare, & boiam meam oſculari deſine. Tunc data ſibi opera cum ſtudio ac deſiderio magno pervenit ad illa S. *n* Balbina, deditque ea Theodoræ illuſtriſſimæ *n*
feminæ, ſorori ſancti Hermetis Præfecti urbis. Qui *S. Hermes capite plectitur.*
cum ab Aureliano decollatus fuiſſet, corpus ſoror ejus Theodora collegit, & in Salaria veteri ſepelivit, non longe ab urbe Roma, ſub die quinto Kalend. Septembris *o*. Omnes in carcere baptizatos Aurelianus cum navi vetuſta in altum mare duci juſ- *o*
ſit, & illic ligatis ad colla lapidibus *p* mergi. *p*

EX MSS.

ANNOTATA.

a *Ms. Audomar.* Prope centum viginti.

b *Idem addit*: Sunt hic duo Presbyteri. Euentius ſenex & Theodolus, *Ms. Bodecenſe*, Eſt hic ſenex Euentius ab Oriente veniens, & Theodolus, ambo Presbyteri.

c *Alia Mss.* Moras facis, tricas, conſtringeris, detineris.

d *Ms. Audom.* fures.

e *Ms. Rebdorf.* maledici.

f *Idem Ms.* compeſcere.

g *Ms. Audom.* prohibuit.

h *Ms. S. Maxim.* veſtivi.

i *Ms. Audom.* In eculeo poſito Quirino aperuit Deus os ejus & dixit.

k *Ms. Bodecenſe apponit*, licet lingua amputata.

l *Ms. S. Maxim. interponit*: in qua eſt poſtea poſitum corpus Martyris Ianuarii.

m *Quomodo poſtea corpus S. Quirini delatum fuerit Noveſium, dictum eſt ad ejus Vitam* 30 *Martii.*

n *Acta S. Balbinæ dedimus* 31 *Martii, & S. Theodoræ* 1 *Aprilis.*

B o *Corpus S. Hermetis poſtea Rothnacum, municipium Flandriæ inter Tornacum & Aldenardam, tranſlatum eſt, uti latius dicendum erit* 28 *Auguſti.*

p *Horum Martyrum ſacra memoria celebratur* 10 *Aprilis.*

a

CAPUT IV.

Varia tormenta inflicta SS. Alexandro, Euentio & Theodolo. Horum martyrium & ſepultura.

DEinde ſanctum Alexandrum Papam juſſit ſibi exhiberi, dixitque ei: Exquiro à te prius, ut omnia ſectæ veſtræ mihi myſteria manifeſtes, ut ſciam cur pro Chriſto, neſcio quo, occidi quam vinci optetis. S. Alexander dixit: Quod quæris ſanctum eſt, & non permittimur à Chriſto ſanctum dare canibus. Aurelianus Comes dixit: Ergo ego canis ſum? S. Alexander reſpondit; Utinam canis eſſes, ſed quod tibi pejus eſt, etiam cane deterior: canis enim pro factis malis in ignem æternum non mittetur, ſed ſemel mortuus, & corpore ſimul moritur & flatu. Homo autem, qui ad Dei ſimilitudinem factus eſt, ſi per iniqua opera à Dei cultura receſſerit, æternis ſuppliciis ſubiacebit: ſicut ille reus eſt tibi, qui ſimilitudinem imaginis tuæ ſive ſtatuæ tuæ auſus fuerit inquinare. Sed & tu, dum temporalis es homo, temporales hominibus infers pœnas; Deus autem, qui æternus eſt, æternas peccantibus pœnas & æterna infert incendia. Aurelianus Comes dixit: Si interrogationibus meis ſatis non feceris, ſcias te verberibus attrectandum. S. Alexander dixit: Aureliane tyranne, quid eſt quod talia temerario auſu perquiris? & hoc à me, qui præter Regem meum, qui eſt in cælis, alterum omnino non timeo? Erras, ſi te putas, non credendo, ſed diſcutiendo à Chriſtianis hominibus erudiri.

S. Alexander recuſat Aureliano myſteria fidei aperire:

C *ejus incredulitatem*

16 Aurelianus Comes dixit: Artificioſa loquacitas tua ceſſet, non enim ante Judicem qualemcumq; loqueris, ſed ante eum, cujus potentiam totus mundus expertus eſt. S. Alexander dixit: Noli de potentia tua gloriari, prope eſt enim ut definat eſſe potens qui in ſua potentia gloriatur. Aurelianus Comes dixit: Ideo permitteris loqui, miſerrime, quia vario tormentorum genere cito anima tua extorquenda eſt. Alexander dixit: Nihil novum facturus es: quis enim innocens manus tuas evaſit? Soli illi apud te vivunt, qui negaverunt ſe ſervos eſſe Domini Jeſu Chriſti. Ego autem, quia certus ſum me Dominum meum numquam negaturum, neceſſe eſt ut à te interficiar, ſicut Hermes vir ſanctus, qui modo vere illuſtris eſt; & Quirinus, qui modo vere eſt Tribunus; ſed & omnes illi qui nuper illuminati migraverunt ad regna ſiderea. Aurelianus Comes dixit: Hoc eſt quod à te inquiro, quæ tantæ rei cauſa eſt, ut optetis magis vos occidi quam vinci. Alexander dixit: Jam dixi tibi, non licet ſanctum dare canibus. Aurelianus dixit: Nunquid ego ſum canis? *minas ſpernit.* Ceſſent verba, quia præſto ſunt verba. Alexander dixit: Ego non timeo verba iſta, quæ tempore tranſeunt, & ſub celeritate finem inveniunt: ſed illa tormenta timeo, quæ tu non times.

D

17 Tunc iratus Aurelianus juſſit eum in eculeo levari, & torqueri ungulis, atque lampadibus attrectari. Cumque diu hæc faceret, & ille nullam emitteret vocem, dixit ei Aurelianus: Quare taces? S. Alexander dixit: Quia tempore orationis homo Chriſtianus cum Deo loquitur. Aurelianus dicit ei: Reſponde ad omnia quæ te interrogo, & ceſſare faciam verba à te. S. Alexander dixit: Stulte, ego te increpo, quia de tua crudelitate non curo. Aurelianus Comes dixit: Conſidera quia triginta *b* annorum ætas tibi eſt, quare tuam perdere vis juventutem? S. Alexander dixit: Utinam animam tuam non perderes: Et cum eſſet in eculeo ſuſpenſus ſanctus Alexander, miſit ad Aurelianum uxor ejus dicens; Libera te, & dimitte iſtum ſanctum Alexandrum, quia & tu mala morte moriturus es, & me viduam derelinques. Aurelianus dixit: Nonne amicus tuus eſt, & ideo talia verba pro ipſo loqueris?

& *exhortatur:*

b

E

18 Et depoſito S. Alexandro juſſit applicari Euentium & Theodolum: & interrogans B. Alexandrum dixit: Dic mihi, Alexander, iſti qui ſunt? Alexander reſpondit: Ambo viri ſancti, ambo Presbyteri. Applicato igitur S. Euentio, Aurelianus dixit: Quis diceris? S. Euentius reſpondit: Nomine carnali Euentius dicor, nomine ſpirituali Chriſtianus ſum. Aurelianus dixit: Et tu quando factus es Chriſtianus? S. Euentius dixit: Ante hos annos ſeptuaginta, quia cum annorum eſſem undecim baptizatus ſum, cum autem eſſem viginti annorum, Presbyter ordinatus ſum: nunc vero ago octoginta & unum ætatis annum, *c* & iſtum unum annum in carcere habeo & in vinculis, unde & gaudeo. Aurelianus dixit: Conſule ſenectuti tuę: nega Chriſtum eſſe Deum tuum, & amicum meum te faciam & divitem comitemque. Euentius dixit. Ubi eſt ſenſus tuus, & ubi eſt intellectus tuus? Putabam te aliquid ſapere: tu autem cæcus corde non potes videre quæ Dei ſunt. Unde, miſer, vel tarde intellige, quia homo mortalis es; & age pœnitentiam, & crede Chriſtum Dei filium eſſe verum Deum, ut poſſis ejus miſericordiam invenire. Tunc amoveri fecit & hunc Aurelianus, & juſſit ſibi Theodolum applicari, cui & dixit; Tu es Theodolus, qui juſſa mea pro nihilo computaſti? S. Theodolus dixit: Etiam pro nihilo teipſum ſemper computabo, qui Sanctos Dei his ſuppliciis maceras. Quid enim fecit S. Alexander, ut tantis eum tormentis affligeres? Aurelianus dixit: Quaſi tu immunis eris? Theodolus dixit: Credo de miſericordia Dei mei, quia non ſeparabor à ſocietate Sanctorum Martyrum ejus.

S. Euentius annorum 81

ſolicitatus ad defectionem

F

arguit Aurelianum:

idem facit S. Theodolus

& crudelitatem arguit

19 Tunc Aurelianus juſſit fortiter incendi furnum, & juſſit Alexandrum & Euentium dorſum ad dorſum ligari, & ſic præcipitari in futurum candentem. Theodolum vero ante ipſum furnum ſtare præcepit, ut quaſi eorum territus paſſione ad ſacrificandum idolis conſentiret. Sanctus vero Alexander

& cum Alexandro in furno ardente manent illæſi.

clamavit

A clamavit dicens: Frater Theodole, festina venire
d huc,& *d* age nobiscum, quia ille quartus, qui inter tres pueros Hebræos apparuit nunc hic nobiscum est. Et exiliens in ignem S.Theodolus ingressus est furnum: & gratias agentes Deo pariter dicebant: Igne nos examinasti Domine, & non est inventa in nobis iniquitas. Quod cum nuntiatum fuisset Aureliano; iratus ingemuit, & angustiatus præ furore, jussit Euentium & Theodolum decollari, Alexandrum vero *e* punctim per tota membra transfigi.

cum eoque martyrium complent

e

20 Cumque eis quasi mortuis insultaret, vox facta est repente ad eum de Cælo dicens; Aureliane, istis, quibus insultas, apertus est paradisus deliciarum, tibi autem apertus est tartarus & infernus. Ad hæc verba tremor corripuit Aurelianum, & cœpit dicere ad *f* Severinam uxorem suam; Venit ad me quidam juvenis cum virga ferrea ignita, & jactavit eam ante pedes meos, dicens; Habes Aureliane quod egisti. Et ex illa hora totus contremui, & in febre sum devolutus, & quid faciam nescio: ora pro me, Severina, Deum tuum, ut indulgeat mihi. Severina vero dixit ei: Ego vadam & per me sepeliam eos, ne & mihi similiter contingat. Vadens autem in septimo milliario ab urbe Roma via Numentana in *g* prædium suum; Euentium & Alexandrum in uno posuit monumento, Theodolum vere solum in loco altero sepelivit. Omnes vero Clerici Romani, & religiosi viri qui ad exequias venerant, ibidem remanserunt. Severina autem festinans rediit, invenitque Aurelianum loquentem aliena, candentem febribus, ac sibi omnes miserias reputantem. Cui respondens Severina, dixit: Noluisti audire vocem meam, & ecce ipse mala morte morieris, & me viduam derelinques. Qui mox expiravit masticans linguam suam: Severina vero uxor ejus vestivit se cilicio, & tam diu jacuit ante limina Sanctorum quos ipsa sepelierat, donec veniret ab Oriente sanctus Sixtus Episcopus, à quo impetravit Severina, ut in eodem loco prædii ipsius ordinaretur Episcopus, qui omni die quæ sunt *h* Sancta Martyribus celebraret: ideoque locus ipse habet proprium Sacerdotem, usque in hodiernum *i* diem. Sanctorum autem ipsorum natilitia cum omni gloria & honore celebrantur quinto nonas Maji; benedictus Deus in secula seculorum. Amen. *k*

Aurelianus voce & visione territus,

f

petit preces uxoris,

g

B

quæ Sanctos sepelit:

ac, mortuo marito,

induit cilicium.

h

i

k

ANNOTATA.

C

a *Quæ hoc capite referuntur habemus seorsim ex Mss. Romano bibliothecæ Vaticanæ & Vltrajectino ecclesiæ S. Salvatoris, sed variis amplificationibus immutata, uti etiam sunt in Ms. Trevirensi S. Maximini: quæ minus placent.* EX MSS.

b *Vtcumque infra veritatem tam exigua Alexandro ætas hic tribuatur à blandienti judice, oportet tamen, venusta plane specie ac vivida fuisse Sanctum, qui licet haud dubie excederet annum ætatis quadragesimum, potuerit tamen tricenarius videri: quo faciebat usitata eo tempore rasura barbæ, potissimum in personis ecclesiasticis.*

c *Idem Ms.* jam secundum annum.

d *Alia Mss*, alge, *aut* vade.

e *Aliqua Mss.* pungi per tota membra præcepit. *Beda*, punctis creberrimis per tota membra peremptus est.

f *Aliquibus* Severiana *dicitur, & ad hunc diem est non nullis fastis inscripta; ut supra inter Prætermissos diximus.*

g *Aringhus lib.* 4 *Romæ subterraneæ cap.* 22 *asserit,* hoc prædium vulgo appellari Casam-novam, & conspici adhuc pervetustæ ecclesiæ reliquias, & parietinas ex colonorum habitationibus restantes.

h *Id est. Missæ sacrificium offerret in memoriam ipsorum Martyrum.*

i *Quandoquidem non est verosimile, quod sub S. Silvestro aut deinde sæculo* 4 *habuerit locus iste Episcopum proprium (nec enim de Presbytero simplici intelligenda est vox* Sacerdos) *verosimile fit hæc Acta esse scripta sæculo* 3, *in ea ecclesiæ pace quæ Decii persecutionem præcessit. Cum autem locus iste fuerit via Numentana octavo ab urbe milliario, ultra quem uno alterove dumtaxat milliario ipsum* Nomentum *fuisse suadent ejus reliquiæ hodieque superstites sub nomine* Lamentanæ; *sicut pons super Anienem in ipsa via stratus* Ponte Lamentano *vulgo dicitur; credibile est ibi constitutam fuisse Sedem Episcopi* Numentani; *qui tamen Episcopatus sub Decio aut Diocletiano nominari desierit.* E

k *Extant in Bibliotheca Ambrosiana sub littera N in in folio num.* 151 *hæc ipsa Acta tamquam Vita* S. Hermetis, *Græce reddita, & solo diversa principio, quemadmodum colligitur ex* § *ultimo, quem Mediolano Lauretum ad Pœnitentiariam sedem pro Belgis transiens anno* 1677 *P. Ignatius le Febvre, nobis transcripsit: utinam & principium describat aliquis, unde de re tota certius feratur judicium. Interim videtur Interpres locum de* Sixto Episcopo Sanctissimo, *qui de Romano Pontifice, S. Alexandri successore, à nobis intelligitur; intellexisse, quasi rogatus fuerit à S. Severina, ut ipsemet ibi fieri Episcopus dignaretur, sic enim habet,* μέχρις ὅτε ἐκ τῶν τῆ ἀναλολῆς ἀναγένεσο μερῶν ὁ ἁγιώτατος ξίστος, ὄντινα ἠ ἤτησεν ἡ Σευερίνα ἐν τῷ αὐτῷ προσκυνῆ αὐτῆς ἐπίσκοπον αὐτὸν καθαχῆσαι, ὅπως διὰ παντὸς τὰ προσήκοντα τοῖς μάρτυσιν ἐπιτελεσθήσοντω· ἢ διὰ τοῦτο ὁ αὐτὸς τόπος μέχρι τῆ σήμερον οἰκεῖον ἐκληρώσατο ἱερέα. F

DE SANCTIS MARTYRIBVS

TIMOTHEO LECTORE ET MAVRA VXORE EIVS

IN THEBAIDE.

D.P.

CIRCA AN. CCLXXXVI

Sub Ariano Præside Passi in Ægypto

Luries nobis in hoc opere commemoranda venit Ariani, Præsidis in Thebaide à Diocletiano constituti, crudelitas adversum Christianos, ibidem exercita; prius quam ipse veritatem fidei nostræ agnoscens, illustre pro eadem martyrium subiit, circa annum, ut arbitramur, vulgaris æræ CCLXXXVI; *quod explicuimus* VIII *Martii, ubi dedimus communia ipsius & SS. Philemonis atque Apollonii & quatuor Protectorum Imperialium Acta. Hic par conjugum generosum offertur, sub eo coronatum,* Timotheus *scilicet &* Maura; *quorum festum hoc die agebatur Constantinopoli, ut testantur Menæa excusa & Claromontanum Synaxarium, in quibus prolixa Passionis narratio terminatur hic verbis:* Agitur ipsorum Synaxis in sanctissimo eorum Martyrio, quod est Peræ in Justinianis: *unde intelligimus, eorum corpora aut partem notabilem illuc aliquando fuisse delatam.*

coluntur Constantinopoli

2 Trans-

AUCTORE D. P.

2 *Tranſlationem hanc Reliquiarum, aut ſaltem Martyrii dedicationem, fuiſſe quotannis valde feſtivam, perſuadent tam Typicum Græcorum, quam Kalendarium metricum, ſolam SS. Timothei & Mauræ ſynaxim indicantia: unde etiam Moſchi, in ſuo figurato Kalendario, eoſdem Sanctos hodie potiſſimum celebrant, ex toto numero aliorum Martyrum; & in Ruthenicis faſtis apud Poſſevinum* S. Timothei Mart. *nomen legitur. Non fuiſſe tamen feſtivitatem illam Conſtantinopoli antiquiſſimam credere ſuadet hujus diei Canon ſacer, totus de illis, utpote S. Ioſephi Hymnographi opus, qui ſeculo nono, & quidem ad finem vergente, floruit. Canonis illius Acroſtichis, etiam Theotocia & nomen auctoris comprehendens, hæc eſt:*

valde celebri officio,

per S. Ioſeph Hymnogr. compoſito.

Τιμοθέε Μαύρας τε τοὺς πόνους σέβω. ΙΩΣΗΦ.
Timothei Mauræque veneror labores. JOSEP.

3 *Acta damus ex Græco Codice Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, ſimpliciter ſcripta, ad eum fere modum quo ex Proconſularibus Actis habemus quædam, & maximi facimus. Paſſionem in cruce conſummatam Menæa inſuper hoc diſticho ornant:*

Acta dantur ex Græco,

Ἥπλωσε Χριστὸς χεῖρας ἐν ξύλῳ πάλαι·
Ἥπλωσε κἀ νῦν Μαῦρα σὺν Τιμοθέῳ.
Expandit olim Chriſtus in cruce manus,
Expandit & nunc illas cum Timotheo Maura.

B *In Menologio Baſilii Imperatoris brevius eorum elogium ſic deducitur.* Timotheus, Chriſti Martyr, Lector fuit Eccleſiæ Dei: cum autem conjugii lege Mauram accepiſſet in uxorem, vix prætergreſſis diebus viginti, comprehenſus eſt ab idololatris, & vinctus ad Arianum Præſidem Thebaidos adductus, eique traditus. Qui ait ei: Affer libros tuos, eoſque coram me combure. Sancto autem id facere renuenti immiſerunt ferramenta candentia in aures, & ſtatim exciderunt pupillæ oculorum ejus: deinde alligatus eſt rotæ per talos, & lignum impoſuerunt ori ejus, ligantesque ad collum lapidem ſuſpenderunt eum converſum in caput. Cum autem nihil ei perſuadere poſſet Præſes; ait uxori ejus, ut ſuaderet ei deficere à Chriſto: hæc vero elegit ipſamet potius martyrium pati; quare evelli juſſit crines capitis ejus; ac denique utrumque ad parietem clavis configi, ubi poſt novem dierum perſeverantiam conſummati ſunt.

elogium ex Synaxario.

4 *Pluribus, ut dixi eadem in Menæis deſcribuntur, unde nonnihil lucis inferemus contextui Græco; ne Latinum, in tria capita more noſtro dividendum, diſtinguamus Annotatis minime hic neceſſariis: quippe quæ in Græci contextus conſideratione fundarentur. Cardinalis Sirletus in ſuo Menologio mentionem horum Martyrum fecerat: hinc eorum notitia accepta, Baronius Romano Martyrologio ſic inſcripſit.* In Thebaide Sanctorum Martyrum Timothei & Mauræ Conjugis, quos Arianus Præſes poſt multa tormenta cruci juſſit affigi; in qua novem diebus vivi pendentes, ac ſeipſos in fide roborantes, martyrium conſummarunt. *Notat deinde* eorum Acta in menologio fuſius explicari: *ſunt tamen ea ex Menæis contracta.*

C & Romano Martyrolog.

ACTA MARTYRII

Ex cod. Græco Palatino 27 Bibl. Vatic.

CAPUT I.

Tormenta à S. Timotheo tolerata, Maura uxor animata ad martyrium.

Adductus ad Præſidem

1 PErſecutionis tempore quærebantur Chriſtiani, & Ariano Præſidi adductus eſt vir, nomine Timotheus, Lector ex vico Perapeorum. Dixit autem ei Præſes, Quis es tu & cujus dignitatis? Reſpondit Timotheus, Chriſtianus ſum, Lector ordinatus. Cui Præſes: Num ſolus forte non audiviſti mandata Imperatoris, jubentis ut quiſquis non immolaverit Diis male pereat? Timotheus inquit: Spiritus Jeſu Chriſti in me habitat, & ideo non ſacrifico. Dixit ei Arianus Præſes: Numquid vides tormentorum inſtrumenta circum te poſita? Neque tu, reſpondit Timotheus, vides Angelos Dei me confortantes? Tum Præſes: Da mihi libros tuos ut eorum virtutem cognoſcam. Cui Timotheus: Demens & omnis nequitiæ inventor, quis hominum unquam filios ſuos in mortem tradidit? An ergo non intelligis, quia libri mei filii mei ſunt? quodque dum iis utor, circumdant me Angeli Dei? Dixit Præſes: Hoc prætexis, quia non vis ſacrificare neque libros oſtendere: vide & conſidera ne hæc audacia tibi cedat in damnum. Timotheus reſpondit: Non ſacrifico, Chriſtianus enim ſum. D

recuſat ſacrificare aut libros tradere

2 Tunc indignatus Præſes juſſit afferri ſtylos candentes atque in aures ejus immitti. Statimque ab æſtu ignis nimiaque inflammatione ferri pupillæ oculorum ejus proſilierunt: & dixerunt ei milites Præſidis, Ecce quia non vis ſacrificare amiſiſti oculos tuos. Timotheus reſpondit: Oculi quidem corporis, inſulſa multa videre ſoliti, hoc patiuntur: ſed ſalutiferi oculi Domini mei Jeſu Chriſti illuminant animam meam. Quod audiens Præſes iratus eſt, juſſitque talos ejus alligari ad rotam, dicens ei: Sacrifica & à tormentis liberaberis. Timotheus econtra: Non ſacrifico: habeo enim Dominum protegentem me. Tunc Præſes ait: Solvite eum à rota; ligantesque illi manus injicite ori camum, & in caput converſum ſuſpendite de columna, colloque ejus appendite lapidem. E

ſtylis ignitis per aures immiſſis excæcatur,

alligatur rotæ:

in caput ſuſpenditur.

3 Expectabant autem & auſcultabant num à ſententia ſua diſcederet, grave enim erat tormentum quo affligebatur. Beatus vero Timotheus, in cælum ſuſpiciens, dixit: Eſt Deus in cælis, qui me ab hac anguſtia liberabit. Tunc milites annuntiarunt Præſidi quæ dicebat, ſuggerentes ei quod per humanitatem potius videretur convertendus quam per ejuſmodi tormenta: Sponſus enim eſt, inquiebant, neque plures quam viginti ſunt dies quod nuptias celebravit, & habet uxorem adhuc juvenculam. Juſſit ergo illam adduci Præſes & coram ſe conſtitui. Adductâ autem illâ, dixit Arianus Præſes, Quod tibi nomen eſt? Reſpondit illa, Maura. Subinfert Præſes, Miſeret me calamitatis tuæ, quod adeo juvencula, efficiaris vidua. Proinde mando tibi, ut ſumpto ornatu vario, & crinibus comptis, veſteſque induta decoras, abeas ad virum tuum Timotheum; ſi forte ei perſuadere poſſis ut converſus ſacrificet, ne vere fias viduas adhuc juvencula. F

Maura juſſa ſe comere ut viro defectionem ſuadeat,

4 Fecit illa ſicut juſſerat Præſes, & abiens ornavit ſeſe, venitque ad virum, multa ei ſuadens: ſed reſpondere non poterat ipſe eamo præpeditus. Converſa igitur ad Præſidem Maura, rogabat ut camus adimeretur: quod ut fieret, continuo mandavit Præſes. Tunc rurſus cum acceſſiſſet Maura & ad Timotheum appropinquaſſet, olfaciens ille fragrantiam ornamentorum ejus, exclamavit, Ubi eſt, inquiens, pater meus Pœcilius Presbyter? Adveniens hic ait; Numquid vis, fili beate? Reſpondit ei S. Timotheus; Rogo te pater, bonum opus operare in me, & palliolum afferens obvolve vultum meum, ut hujus ſuaveolentiæ peſtem evadam; hæc enim fragantia mortifera eſt, & in perniciem pertrahit homines, hæc gehennam præparat, hæc eſt malæ cupiditatis mater, diaboli comes, inimica ſanctorum, juſtorum abominatio.

& ob veſtium fragrantiam rejectam,

5 Cumque his dictis ſiluiſſet, ait ad eum Maura. Frater mi Timothee, quare me tali afficis contumelia, queritur prius quam offenſus à me fueris? Vix enim viginti

amanter

dies

A dies ſunt ex quo conjuncti ſumus, & nondum cepiſti experientiam morum meorum : nec ipſa viciſſim adhuc novi omnia domus tuæ loca, tantum abeſt ut alteri cuiquam verbo aut menſa communicaverim : nunc vero conficior planctu videns te poſitum in tormentis, & miſereor tui talia citra culpam patientis : ipſaque tuis tormentis affligor, quia etiamnum juvenculam me viduam derelinquis. An forte prodigus nimium, eoque obœratus, comprehenſuſque ad debitum fœneratori ſolvendum huc deveniſti, ut teipſum occideres & vitam tuam perderes ? Age, ſurge frater : eamus domum, divenditiſque veſtimentis noſtris diſſolvamus debitum creditori. Quod ſi propter tributa publica comprehenſus es à lictoribus, nec habens unde facias ſatis teipſum hujuſmodi ærumnis tradidiſti ; ecce coram te eſt omnis meus mundus nuptialis, aurumque & veſtis ; hæc aufer à me, ac vende, & redde Imperatori tributum.

eique redimendo ornamenta offert ornatum.

6 Poſt hæc cum illa ſiluiſſet, dixit S. Timotheus. Soror mea Maura, vidi te venientem è domo, & à dextra tua comitantem dæmonem qui
B habebat manu claviculam verſatilem, qua cor tuum convertebat converſus mundum. Dixit ei Maura, Frater mi Timothee ; ſi te te requiſivero, ubinam deinceps inveniam ? Sane me tui miſeret vehementer. Cum vero ſabbatum aut Dominica advenerit, quis demum leget libros tuos ? Timotheus reſpondit. Valedicens tranſitoriis & vanis hujus mundi, veni mecum Maura, ad ſuſtinendum pulcrum hunc agonem, quatenus à Salvatore noſtro Deo promeritam ſuſcipiamus coronam. Si enim ſponte ad ipſum iverimus, non imputabit nobis peccata noſtra. Reſpondit ei Maura. Equidem cupiebam tecum eſſe, ſed cogitabam quod cor meum iniquitate & dolo plenum erat : poſtquam autem mihi locutus es, Spiritus Dei ſubingreſſus eſt ; & propter te, frater beatiſſime, conſecuta ſum juſtitiam. Scias igitur quod ego quoque ea præfero quæ tu amas.

Timotheus oſtendit eam à diabolo deceptam

& pœnitentem

7 Dicit ei Timotheus : Si vere ut ſentis, ita loqueris ; vade & corripe Præſidem ſuper his quæ facit. Reſpondit ei, Timeo, frater mi Timothee, ne aſpiciens ira commotum Præſidem & tormentorum magnitudinem, non poſſim ſuſtinere cruciatum ; nam tenera admodum eſt ætas
C mea & annorum dumtaxat ſeptemdecim. Ait ei Timotheus : Spera in Dominum Jeſum Chriſtum, & tormenta atque cruciatus Præſidis erunt tamquam oleum ſuperfuſum corpori tuo, ac veluti ſpiritus roris in oſſibus tuis, recreans atque refocillans te ab omni dolore. Tu vero o Deus omnis gratiæ, tu auxiliatus es tribus pueris in camino ignis, qui Danielem ſalvaſti ex ore leonum, & Prophetæ per Prophetam tribuiſti alimoniam, ad remunerandam eorum juſtitiam ; qui Abacuc ad ferendum prandium confirmaſti, & non ſolum in captivitate opem tuliſti, ſed etiam in leonum lacu & camino ignis confidentes in te ſalvaſti, in teſtimonium benignitatis tuæ, qua captivum accipiens feciſti Martyrem & Prophetam. Nunc autem Domine, Domine, reſpice ſuper famulam tuam Mauram : & qui nos in conjugium copulaſti, idem in hoc agone non abjungas nos à ſanctiſſimo choro tuorum Martyrum : ſed largire nobis obſecro, ut cum tolerantia ſuſtineamus paſſionem propter te ipſamque mortem ; ut confundatur adverſarius, quia non potuit abducere nos ab ea concordia, quam habemus in Chriſto Domino noſtro, cum quo tibi Patri & Spiritui ſancto gloria ſit in ſecula. Amen. EX.MS.GR. VATIC.

jubet ſe Præſidi ſiſtere,

Deum orans

ut ipſi conſtantiam largiatur.

CAPUT II.

S. Mauræ in tormentis conſtantia admiranda.

8 COmpletis à Timotheo precibus, ſurrexit Maura ; & ſancto Spiritu incitata, abiit ad Præſidem, & ſteterit coram eo atque ait, O Dux iniquitatis, argentum & aurum præberi mihi juſſiſti, animam meam in perditionem illiciens : nec quidquam magis tibi cordi eſt quam animos auro donando occidere : ſed per tuam hanc fraudem non prævalebis adverſum me : quia armaturam Salvatoris mei Jeſu Chriſti indutam me tibi ſiſto. Tunc Præſes Arianus dixit ad ſuos : Numquid non prædixi vobis de Timotheo, quod homo magus ſit : ecce enim & uxorem ſuam faſcinavit ut ſecum fureret. Ad illam vero ait : An tu quoque, Maura, mortem præ vita elegiſti ? Conſidera, quia privaberis hac ſuaviſſima vita, tormenta & ſupplicia ſuſtinens. An mortem viri tui prævidens, & quod vidua facta nullam amplius in hac vita requiem habebis, propoſuiſti cum eo mori ? Ne cor tuum crucia : non enim vidua eris, quia à me in conjugem accipies unum ex meis centurionibus, qui jam duodecim ſtipendia meruerunt, cum quo vitæ hujus deliciis fruaris, & marito multo quam ante nobiliori glorieris.

Coram Præſide conſtituta confitetur Chriſtum

& novas nuptias obtatas

E

9 Cui Maura, Cum omnibus ſeculi rebus nuntium remiſerim, nulli me centurionum addico in conjugem : dico autem tibi pro certo quod conjuncta ſim ſponſo cæleſti Jeſu Chriſto filio Dei, in quo confiſa animo conſtanti exhibui me tibi, nihil injuſtum tuum tribunal reverita. Iratus Præſes juſſit capillos capitis ejus evelli : quo facto, dixit ei, Ecce coma capitis tui evulſa jam eſt, quare ſuadeo ut lucri facias cetera quæ te manent tormenta multa & gravia. Reſpondit Maura. Nunc ſcio, o Præſes, quia me Chriſtus ſibi aſſumpſit peccatum illud mihi non imputans, quod per ignorantiam commiſi à te perſuaſa : exſcidiſti enim mihi crines, quos ut exornarem in deceptionem beati viri mei fraudulenter effeciſti : magnum autem illud crimen tranſtulit à me Deus, ne alius quiſpiam adſtantium ſcandalizetur in hoc ſpectaculo.

generoſe ſpernens,

evulſam ſibi comam gaudet,

F

10 Exacerbatus Præſes hujuſcemodi reſponſo, juſſit digitos ejus abſcindi & abjici. Cui Maura dixit : Etiam in hoc gratias me tibi debere profiteor : juſſiſti enim amputari digitos, quibus mihi ipſi ornamenta deceptionis impoſui, Scito igitur ignorare te quid agas circa me : hoc enim alterum meum peccatum fuit, & per hoc tormentum, ipſum mihi dimitti feciſti : quare lætanter me tibi ſiſto ad quaſcumque cruciatuum inventiones ac machinas. Qua ejus tolerantia conſpecta in ferendis tormentis vehementer admiratus eſt. Presbyter autem Poccilius, conſtantiam illius intuens, (neque enim longe aberat) inquit ei, O Maura, fortis ac proba, quomodo nunc te habes, filia, videns exciſos & abjectos digitos ? Cui Maura, Quemadmodum, inquit, ſæpe vidiſti eſſe hominem in horto irriguo revellentem à radice olera, ſic & ego videbam abſciſſos mihi digitos, nec ſentiebam.

& abſciſſos digitos,

EXMS.GR. VATIC. 11 Tunc præcepit Arianus duodecim militibus succendere magnum lebetem, in eumque conji-
in lebetem aquæ fervens missa, cere S. Mauram; bulliebat autem lebes, & efferve-
scens strepebat tonitrui instar. Cumque in eum conjecta esset, visa est in medio ejus consistere, nihil grave patiens: sic autem loqui cœpit Præsidi: Rursus ob hoc gratias tibi ago: jussisti enim ablui me & perpurgari ab iis quibus ante me inquinaveram delictis, quæque paulo ante in mundo com-
insultat Præsidi, misi: itaque jam corde mundo accedens ad Deum, accipiam coronam vitæ: quæ enim à te patior, ad salutem mihi in Christo proficiunt. Verumtamen nimium festinasti immittere me in lebetem necdum bullientem, nam aqua in eo admodum frigida est; neque calorem sentio, uti nec tormenta tua priora.

qui frigidam infusa existimans, 12 Talia cum audiret Præses, iratus est vehementer; cœpitque suspicari, quod milites, Mauræ colludentes, aliud pro alio suppositissent; & ferventem effundentes aquam, infudissent frigidam in lebetem; ut cum dimissa esset excipientes eam, eadem turpiter uterentur ad libidinem suam. Hæc itaque cogitans a throno suo exiliit, cur-
B rens & scire volens, num vere aqua in lebete frigida esset: & ait Sanctæ: Si propter nimiam insensibilitatem tuam contemnis aquam, age paululum ejus tolle, & manui meæ infunde, ut & ego intelligam vere frigidam esse aquam lebetis. Cui Maura, Adeo frigida est, ut nesciam me sentire ullum ejus calorem: quare si tibi deest lignorum copia ut lebetem succendas, mitte ad patrem
ejus experimentum capit malo suo. meum, qui dabit tibi plaustrum lignorum, est enim faber, ut lebetem hunc amplius fervere facias. Hoc autem dicebat irridens Præsidem, ejusque machinamenta. Dixit ei Præses: Adeone algeS ut fervorem aquæ non sentias? jam dixi tibi ut ex lebete manui meæ infunderes. Sancta autem infudit manibus ejus, quæ statim ob fervorem lebetis vehementem adustæ sunt: & obstupescens Præses tantam illius tolerantiam, exclamavit cum admiratione & laudavit eam; dixitque, Benedictus Dominus Deus Mauræ: & non est alius præter eum in quo ipsa gloriatur. Et hæc dicens, jussit eam dimitti.

rursus solicitata ad sacrificandum 13 Verumtamen, dum illa dimittitur, diabolo rursus in ejus cor subeunte, ad repugnandum iis
C qui nihil melius judicabant quam habere bonam ad Deum conscientiam; vocavit eam & dixit, Desine tandem, Maura, sperare in Christum, & confestim sacrifica Diis. Respondit Maura, Non sacrifico: habeo enim Dominum protegentem me. Cui Præses: Os tuum prunis implens aduram, ni-
prunas ori immittendas, si consenseris sacrificare. Respondit Maura, Insipienter commotus nescis quid agas: jubes enim os meum impleri prunis, ut omnino eximar à delictis & peccatis in quæ per linguam & labia incidi. Sic & Christus meus, quando Esaiæ Prophetæ gloriam suam ostendit, eumque audire fecit cælestium virtutum concentum; eum adhuc peccatis inquinatum dicens, misit ad ipsum unum ex ministrantibus sibi Seraphim, habentem in manu car-
optabiles sibi esse ostendit. bonem ignitum, quem forcipe tulerat de altari sancto, & admovit carbonem illum labiis Prophetæ, & dixit ei: Ecce tetigit hoc labia tua, & dimissa est omnis iniquitas tua, & mundatus es à delicto tuo. Quod si per carbonem unum Propheta meruit accipere remissionem peccatorum & delictorum suorum; obsecro te, ut non solum os meum jubeas prunis impleri; sed & faciem & corpus universum operiri in odorem suavem Christo: ut qui olim in Prophetam, idem & in me descen- D
dat Deus, neque liberet ab omnibus meis peccatis.

& lampade ardentis ustulata 14 Ad hæc verba consternatus Præses, simul & iracundia æstuans, jussit adferri lampadem sulfure & pice plenam, ad ustulandam eam. Turba vero quæ ad spectaculum circumstabat, exclamans voce magna ait: Quousque, o Præses, persistes, cruciatus novos excogitans, & quidem contra puellam. Desine tandem sævire, multum enim miramur illius tolerantiam. Conversa autem ad eos Maura, dixit ad turbam: Unusquisque vestrum attendat negotiis suis propriis, viri virilia exerceant opera, mulieres vero muliebria agant moderate & caste: mihi nihil opus est patrocinio vestro, Deus enim, in quem spero, protector meus est. Talia dicenti admoveri lampadem jussit Præses, ut corpus ejus adureretur flamma. Maura vero videns flammantem lampadem, ait ad Præsidem: Quasi nullam mei experientiam haberes per tormenta priora, putas me terrere una miserabili lampade? Numquid non amplius est fervens lebes, in quo tota fui immersa, & in cujus fundo velut aquæ re-
frigerium sensi, ut ipse mihi testis es, quando ustu- E
latæ sunt manus tuæ, quam unica lampas, unico *integram* corporis mei loco admota? Si quid ergo potes, *fornacem* fornacem accende vehementissime, in eamque me *petit.* conjice, ut sumas experimentum constantiæ meæ: quia Christi sum famula, neque derelinquet me Deus meus, qui me ad hunc agonem sustinendum vocavit per beatum meum virum. Lampas autem quam mihi te admovisse putas, est mihi veluti ros matutinus, qui de cælo descendens in terram facit germinare arborem ac fructus ferre.

CAPUT III.

Utriusque conjugis pariter crucifixi pia mors.

Damnatis ad crucem 15 SUperatus ergo Præses responsis ejus, per opera ipsa probatis; neque graviora ulla tormenta sciens, quæ ipsi inferret; anxiatus est animo, & jussit ipsam cum viro suo crucifigi, alteram è regione alterius. Euntibus autem illis ut cru-
cifigerentur, occurrens mater ejus apprehendit F
eam, & exclamans dixit: Filia Maura, siccine deseris matrem quærentem te? Quis deinceps utetur ornatu tuo, argento & auro & ceteris omnibus? Quis illa deteret, postquam filia mea in vivis esse *frustra occurrit matri Maura:* desierit? Respondit ei Maura; Aurum, o mater, perit, & vestimenta comedunt tineæ, decor autem formæ ætate temporeque marcescit: at corona Jesu Christi immarcescibilis est in omnem æternitatem. Cumque ei non posset illa contradicere quidquam aut ultra obstare, erumpens de manu matris suæ, recta stetit in cruce dixitque matri: Quid me distrahis, ne Domino statim fruar in similitudine mortis ejus?

16 Tunc crucifixerunt eos conversos ad invicem: fueruntque in cruce diebus novem ac totidem noctibus, mutua cohortatione invicem confortantes. *hæc Timotheum ut vigilet monens.* Dixit autem S. Maura ad B. Timotheum: Non demus nos somno, ne forte Dominus superveniat habitationi nostræ, & sopitos inveniens irascatur nobis. Etenim lampas ardens in domo patris-familias vigilantis, furem ingressurum avertit; cum autem extincta fuerit, facile irrumpit qui prædari desiderat. Simus igitur vigiles & orationibus intenti, ut

A ti, ut Dominus noſter iterum iterumque nos inveniat in conſtanti expectatione illius, neque inimicus præſumat clam accedens nobis in cruce inſidiari.

17 Et iterum ait ad eum, Expergiſcere, mi frater, & repelle à te ſomnolentiam, ac vigilans eſto: vidi enim velut in ecſtaſi hominem ſtantem ante me, & habentem in manu ſua poculum plenum lacte ac melle, & dicebat mihi, Hoc accipiens, bibe. Ego autem ad eum dixi, Ecquis es tu? Ille vero mihi reſpondit, Angelus Dei ſum. Tunc ego ad eum, Surge igitur & oremus: ipſe vero, Miſertus tui huc adveni; quia cum jejunaveris uſque ad horam nonam, dicis quod eſurias. Ego autem reſpondi: Quis te movet ad hæc dicenda? aut unde contra meam tolerantiam & temperantiam incitaris? Neſcis quia quæ impoſſibilia ſunt, orantibus largiatur Deus? Cumque orarem, vidi vultum averſum à me: & continuo agnovi inimici hoc eſſe machinamentum, volentis nos etiam in cruce poſitos opprimere: ſtatimque receſſit à nobis. Ecce autem advenit alius, eduxitque me ad rivum fluentem lacte ac melle, dicens mihi, Bibe. Ego autem: Jam dixi quod non bibam aquam, aut ullum omnino potum guſtabo, B uſque dum bibero poculum Chriſti, quod mihi per mortem temperatur in ſalutem & immortalitatem vitæ æternæ. Ipſe vero bibit, & bibente eo, immutatus eſt fluvius: atque ita etiam iſte à nobis receſſit.

eique narrat quomodo bis tentata à dæmone,

tandem monſtrante ſibi Angelo

18 Rurſus vero tertius adſtitit in habitu decenti, cujus vultus inſtar ſolis ſplendebat; arreptamque me per manum induxit in cælum, & oſtendit mihi thronum ſtratum, ſuper quem jacebant ſtola alba atque corona. Ego vero obſtupefacta dixi: Cujus hæc ſunt, Domine? Et ipſe reſpondit mihi, hæc ſunt victoriæ tuæ præmia, tibi præparatus eſt thronus iſte & corona. Deinde deduxit me paulo altius, monſtravitque mihi thronum alium, habentem ſimiliter ſtolam albam cum corona: & interroganti mihi, cujus eſſent, Hæc ſunt, ait, viri tui Timothei. Tunc porro oravi eum ut diceret, quare ab invicem diſtarent throni: dixitque mihi, Multum intereſt inter te & virum tuum. Neſcin' quia propter ipſum & per ejus adhortationem accipies coronam? Abi ergo, & revertere ad corpus tuum uſque in horam ſextam: cras enim venient Angeli Dei ad ſuſcipiendas animas veſtras, eaſque in cælum deferendas: verumtamen eſtote vigiles, ne iterum vos oppugnet hoſtis.

EX MS. GR. VATIC.

viderit threnos utrique paratos:

19 Cum igitur decimam diem agerent in cruce, hora ſexta venit Angelus pro animabus eorum: & exclamavit S. Maura ad populum dicens, Fratres, mementote, quia fecimus quæ mundi hujus erant, & etiam perfecimus quæ erant Dei, jamque accipiemus immortalem coronam à Domino Jeſu Chriſto. Vos igitur cum feceritis quæ mundi ſunt, facite ſimiliter quæ ſunt Dei, & accipietis coronam ejuſdem Domini noſtri: quotquot enim accipiunt ejus coronam, eorum dimittentur peccata. Atque hæc dicente illa, ambo ſpiritum reddiderunt in pace. Conſummatum eſt autem eorum martyrium per bonum atque perfectum certamen, in Chriſto Domino noſtro, cui gloria & poteſtas cum Patre & ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen. E

& ſimul ambo expirant die decima.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
ALEXANDRO ET ANTONINA
CONSTANTINOPOLIM TRANSLATIS.

D. P.

ANNO CH. CCCXIII

Ob Reliquias CP. coluntur 9 Iunii

C

Hi quoque duo Sancti celeberrimum Conſtantinopoli habent cultum: idque, ut ex Synaxario MS. Collegii Claromontani Pariſius habemus, ἐν τῇ μονῇ τοῦ Μαξιμίνου, διακειμένῃ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔνθα τὰ τίμια αὐτῶν κατάκεινται λείψανα, ἐξ ὧν ἡ πολλῶν θαυμάτων ἴασεις ἀναπηγάζουσι, *in monaſterio Maximini, Conſtantinopoli ſito, ubi venerandæ eorum depoſitæ ſunt Reliquiæ: ex quibus etiam multarum ſanationum miracula effluunt. Ita prædictum MS. die* IX *Iunii. Eumdem diem cetera quæ vidimus ſervant: MS. imprimis Baſilii Imperatoris, quod ſequuntur in ſuo Kalendario figurato Moſchi. Similiter factum eſſe in Ephemeride metrica, etſi probare non poſſim, deficientibus hujus & ſequentis diei verſibus in Menæis excuſis, unde eos accipimus; ipſa tamen illa verſuum dictorum omiſſio ſuſpicionem ingerit, quod Menæa, dum diem hunc S. Cyrilli Alexandrini officio totum occupant, rejecto in diem ſequentem Officio horum Sanctorum, aliquid habeant non paſſim commune Conſtantinopoli, & illi ſoli forte eccleſiæ proprium, ex cujus codice menſis iſte impreſſus fuit. Quod etiam ſuſpicari licet de altero exemplari, unde Sirletus in ſuo apud Caniſium Menologio diem* VIII *Iunii ſumpſit: ſi tamen habuit alterum, & non (ut alias ſæpe) erravit tranſcribendo.*

nonnullis 10 *aut* 8.

2 *Solum hoc Menologium Sirleti vidit & ſecutus eſt Baronius, quando in Notis ad Romanum Martyrologium ſcripſit, quod* de his agunt Græci ad VI Idus Junii. *Diem tamen ipſum tenendum non putavit: ſed utriuſque Sancti memoriam attribuit diei* V Nonas Maji, *quando eos Martyrium paſſos habebant Acta, Latine reddita apud Lipoma-*

Romano Martyrologio inſcripti 3 Maji

num, & tomo 3 Suriano inſerta: quare ibidem ſic ſcripſit. Conſtantinopoli Sanctorum Martyrum Alexandri militis & Antoninæ Virginis, quæ in perſecutione Maximiani ſub Præſide Feſto ad lupanar damnata, & ab Alexandro, qui pro ea ibi remanſerat, mutato habitu clam educta, cum eo poſtmodum juſſa eſt torqueri: & ambo ſimul præciſis manibus, in ignem pro Chriſto conjecti, egregio peracto certamine coronantur. *Nolim credere, Baronium ex mera conjectura Maximiani perſecutionem, nuſquam alibi ubi de his Sanctis agitur nominatam, de ſua accepiſſe phantaſia. Invenerit fortaſſe in aliis Martyrum Græcorum Actis Feſti Præſidis nomen in iſta perſecutione famoſum: ſicuti Ariani Præſidis in Thebaide nomen expreſſum in præmiſſis SS. Timothei & Mauræ Actis, cauſam nobis dedit eoſdem ad Diocletiani & Maximiani tempora referendi, quibus Arianum Præſidem in Thebaide ſæviiſſe aliunde nobis certo conſtabat.*

ut tunc paſſi ſub Maximiano

F

3 *Libenter igitur daremus auctoritati Baronii, in re aliunde incerta, ut ad ſeculi* IV *initium poneremus hos Martyres & Feſti magiſtratum; niſi contra veroſimilitudinem, ipſi undecumque oblatam, reperiretur ratio ineluctabilis ex Actis, dum dicitur, quod* Martyrium compleverunt ſancti Martyres Alexander & Antonina V (*vel* VI) Nonas Maji die ſabbato; *quodque ſeptimo poſt die obierit Feſtus &* ceſſavit perſecutio. *Nullo modo hæc cadere poſſunt in finem perſecutionis ejus, quam toto Imperii ſui tempore Diocletiani Collega Maximianus Herculius in Oriente exercuit, ejuſque ſucceſſor Galerius Maximianus ibidem crudeliſſime continuavit. Huic enim ipſemet finem impoſuit*

AUCTORE D. P.

priusquam moreretur anno CCCXI, *quando initium mensis Maji cadebat in Feriam* II. *Est tamen cur nolimus à sententia Baronii longe recedere, & eum posumus excusare, sub nomine Maximiani comprehendisse etiam illam tempestatem, quam paulo post ejus mortem suscitavit Maximinus, agre ab Imperii Collegis Licinio & Constantino inductus, ut eam in Oriente (ubi fere solus rerum potiebatur) contrario decreto promulgato, quod Eusebius recitat, cessare faceret anno* CCCXIII, *quando dies sabbati incidit in* VI *Nonas Maji, quæ est nostri MS. expressissima lectio* περὶ ἐξ Νόννων, *ubi in alio codice Sirletus videtur legisse* περὶ ε', *per litteram numeralem respondentem Latinorum* V. *Eadem congruentia fortasis invenietur in aliarum aliquarum persecutionum fine, ea præsertim, quæ sub Imperatore Severo mota, post auctoris sui Plautiani mortem elanguit anno* CCVI, *& sequenti anno, cum* VI *Nonas Maji sabbatum esset, omnino cessavit. Verum donec certius innotescat Festi præsidis ætatem tanto altius referendam, nolo ab eorum tyrannorum discedere temporibus, quorum impurissimi mores in usum frequentiorem induxere ut Christianæ virgines (prout hic factum Antoninæ) ad lupanaria traherentur.*

quod potius dici debet factum sub Maximiano

anno 313 2 Maji

B

4 *Non tam circumspecte moderateque, in corrigendo Baronio & martyrii hujus tempore definiendo, agunt Franciscus Bivarius & Ioannes Tamajus: quia postquam in Pseudodexteri figmentis repererunt, ad annum centesimum Christi, insigne hoc par Martyrum* Olcadibus in Carpetania Hispaniæ Tarraconensis *adscriptum; nihil dubitarunt, Præsidem quoque & tempus Passionis eorum à se manibus teneri: quandoquidem inscriptio Pontis Alcanterensis testabatur, eum positum fuisse Imperante Vespasiano &* .... CALPETANO, RANTIO QUIRINALI, VALERIO FESTO, LEG. AUG. PR PR. *Vbi ultimas quatuor litteras* Prætorem *legi debere putat Bivarius,* Festum Hispaniæ Præsidem *vocari haud dubitanter Tamajus asserit. Mallem ego geminatas litteras explicare pluraliter, titulum pluribus ultimo nominatis communem, eumque longe inferioris ordinis, dicique* Legionis Augustæ Primipilos. *Nihil certe hic video, quod Festum, plurium Collegarum ultimum, evehat ad officium, quo singularis haberi præ omnibus debeat.*

Fingunt alii in Hispania passos anno 100

indeque translatos Constantinopolim

5 *Verum cur libeat his immorari, dum abunde jam constat eruditis viris, etiam in Hispania, totum Dexteri Chronicon spurium esse novitiumque figmentum: cujus auctor, ut Romano Martyrologio inhæreret, quantum licere videbatur per novum jus à se Hispaniæ adscriptum in jam dictos Martyres; dicit quod* Constantinopoli venerantur & coluntur ut cives, licet alibi, *videlicet in Carpetania illa imaginaria,* passi. *Hic interim obiter notet lector phrasim & titulum cultus, superiori primum ævo cœptum usurpari, & hoc ævo Hispanis usitatissimum; postquam istis aliisque figmentis factum est, ut novi Hispanorum Fasti, raptis undecumque Sanctis plurimis, tamquam in Hispania natis vel Hispano genere oriundis, implerentur. Constantinopoli natos nemo hactenus bonæ fidei auctor nos docuit: econtra, Acta quæ damus,* ex Brodamnorum *seu* Crodamnorum vico *natam Antoninam dicunt; de Alexandri patria altum silent: & nisi Constantinopolim nominarent Menæa ac Synaxaria, nequidem locum, Reliquiarum cultu olim notum, nunc sciremus. An Constantinopoli, sive ut tunc loquebantur Byzantii affectos martyrio Baronius censuerit, nescio: non erat certe Byzantium, anno* CCCXIII *incultum dirutumque, Thraciæ Præsidum aut Proconsulum sedes; quod tamen deberet fuisse, ut ea conjectura aliquo niteretur fundamento.*

C

patriam suam,

6 *Claromontani Synaxarii quem dixi codex membraneus, pro eo quod egraphum legit* κώμης Βρωδάμνων *seu potius* Κρωδάμνων, *uti in MS. Cryptæ Ferratæ invenit apud Lipomanum Sirletus (nam quoad litteram* K *cetera omnia exempla conveniunt) habet* Κρωδάμων. *Longius hinc abeunt Menæa excusa, atque ea secutus in Menologio Sirletus,*

Ast Antoninam ex vico Crodammorum adducta

ubi scribitur κώμης Καρδάμε, *in Menologio vitiosius expressum* Cardemi. *Menæorum lectionem, rebus nondum adeo accurate discussis, secutus ego ad* XXVIII, *tractans de simili SS. Didymi & Theodoræ certamine, Alexandriæ sub Diocletiani & Maximiani tyrannide peracto, scripsi Alexandrum & Antoninam qui hoc die* III *Maji passi sunt, fuisse oriundos* ex Cardamo oppido: *quod cum in Thesauro Geographico Ortelius* locum circa Thraciam *esse scriberet, vix dubitabam quin intra Europam haud adeo longe à Constantinopoli quærendus esset locus certaminis hujus. Verum dum Historiâ Miscellæ librum* 23, *ab Ortelio citatum, consulo; multam ibi quidem invenio* Cardami *mentionem, sed nullam castelli, verum* Bulgariæ Domini, *sic appellati.*

D

qui per errorem collocatur in Thracia,

7 *Fateamur ergo, quoad regionem, in qua vixerint Alexander & Antonina, nihil quidquam nobis esse compertũ: & hoc solo quod Constantinopolitani suggerunt contenti, optemus aliunde plus lucis circa utrumque accipere, itemque circa ipsum* Maximini *monasterium, in quo requievisse dicuntur corpora, ex quavis potius Orientis regione quam ex Hispaniis allata. Si per conjecturam dicendum esset aliquid; potius crederem, in minori Asia quærendum esse* Crodamnorum vicum; *Martyrium vero in ea urbe peractum, in qua Provinciæ Præses residere solebat, puta Ephesi; quandoquidem in hac urbe constet fuisse præcipuum Dianæ cultum, cujus Sacerdotium à Festo dicitur oblatum Antoninæ. Quia tamen Dianæ cultus, sumpto ab Ephesiis exemplo, per alias quoque Asiæ minoris provincias late viguit; satis habeo, si in Oriente res acta credatur. Ad Asiam enim & Orientales Provincias, non vero ad Europam pertinet illud supplicii genus, quod identidem in Actis vocatur* σπαθίζεσθαι, *& vertitur* virgis cædi, *non qualibuscumque, sed palmeis, quas solas ab Asianis vocari* σπάθας *in hac materia notum est; nec minus, quam dirum ac diuturnum tales inferant aculeorum suorum asperitate cruciatum, quemadmodum videre licet apud S. Athanasium, qui* ῥάβδους τῶν Φοινίκων *appellat, deploratque in sua Apologia crudelitatem, qua flagellati sunt illi quadraginta cives, de quibus ex ipso egimus* XXVI *Martii, ubi de S. Eutychio num.* 5.

E

cum videatur potius in Asia circa Ephesum quærendus.

aut saltem in Oriente.

8 *Acta, ante corporum translationem, scripta esse existimamus, quia nullam ejus faciunt mentionem; non tamen ea censemus antiquissima plane; nec pro simplicitate styli, simplicissimam quoque videntur continere narrationem; sed ingenio suo indulsisse auctor, dum identidem refert voces, modo ad Sanctos, modo ad Præsidem de cælo factas; quas verosimile est non nisi internas pleraque fuisse: & ut has sic alias quasdam circumstantias potuit pro suo captu explicuisse scriptor, quem nequaquam dixeris Metaphrasten, si ejus stylum noveris ex Vitis, quas hunc scripsisse Allatius probat. Damus autem illa Acta quibus per hoc distichon præluditur*

Acta ex Græco Vaticano

F

Εὗρεκτο Ἀλέξανδρον ἅμ' Ἀντωνίνῃ,
Τὸν βόθρον, ἀκάπον εἰς τρυφλὼ φέρον.
Foveam Alexander simul cum Antonina,
Invenit, ut navem in delicias ferentem.

Canonis totius per Odas distributi auctor, idem qui de SS. Timotheo ac Mauro Canonem supra indicatum composuit, S. Iosephus Hymnographus: ex cujus ætate conjectare possis; festi Martyribus istis solennius agendi originem, imo ipsam forte eorum translationem, haud multo esse anteriorem nono, quo is floruit, æra Christianæ seculo: Proponitur autem prædictus Canon de SS. Alexandro & Antonina sub hac Acrostichi:

Canon à S. Iosepho compositus.

Ὕμνοις ἐπαινῶ τὴν καλὴν ξυνωρίδα. ΙΩΣΗΦ.
Pulcrum par hymnis Martyrum laudo. Josep.

ACTA

A

ACTA

Ex Græco Codice Vaticano 655.

Antonina virgo,

CUm eſſet temporibus illis perſecutio, & multi Fratrum pro Chriſtiana pietate interfecti, poſt dies non paucos adducta eſt ad Feſtum, Præſidem immaniſſimum, Chriſtiana virgo, nomine Antonina, ex vico * Brodamnorum: quam honeſte vi-

* *al.* Krodamnorum

ventem, oſtendit Deus idoneam certaminibus ad inimici ſubverſionem ineundis. Cum enim tradita eſſet, ut dixi; cœpit Præſes inſidioſe blandiri ac dicere: Domina Antonina, adeo caſta virgo cum ſis,

reſpuens oblatum à Feſto Præſ. Sacerdotium Dianæ.

volo te non ſolum creare Sacerdotem Dianæ, ſed & munera atque honores conferre tibi, & ut toti familiæ meæ domineris.

2 Tacuit illa aliquamdiu, atque vix demum in verba prorumpens, Quid, inquit, munera vana promittis? quin tu potius, Feſte, mearum particeps opum eſto: & credens in Dominum Chriſtum, æternas obtinebis divitias. Abſit hoc, reponit Feſtus, ut ejuſmodi Deo credam, & quidem crucifixo. Non

Chriſti divinitatem aſſerit,

B

ego negaverim crucifixum & ſepultum, inquit illa: attamen & tertia die reſurrexit, & nunc ſedet ad dexteram Patris ſui, ſicut ſcriptum eſt in Pſalmo CIX, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Ad hæc Feſtus: Vana ſunt iſta ſermonum artificia: potius ergo mihi obtemperans ſacrifica, ut in quiete vivas. Reſpondit Antonina & ait: Ego iſtiuſmodi diis inanimis non ſacrificò; dæmones enim ſunt, ſicut in lege Dei mei ſcriptum eſt, Om-

& alapis cæſa differtur ad triduum.

nes dii gentium dæmonia; Dominus autem cælos fecit. Cui Feſtus: Tune Deos noſtros appellas dæmones? Maxime, inquit illa, quippe, quibus virtus nulla, nulla ſubſiſtentia ineſt, non ſunt dii, ſed dæmones. Tunc Feſtus, Genas ejus alapis opplete, ut vel ſic modicum erubeſcat: Per Deos autem juro, Antonina, quod niſi obedieris mandatis Imperatoris, peſſime cruciatam immittam in lupanar, ac deinde flammis te conſumam: nunc triduanas tibi inducias largior, ut diſpicias, num cœpti pœnitens velis ſacrificare: quod enim nunc audes, alii plures tentaverunt facere; ſed deinde pœnitentes ſacrificarunt. Reſpondit Antonina, Impie tyranne, fac quod vis.

3 Tradita igitur militibus quatuor, abiit lætanter in carcerem: cujus Præfecto clam ad ſe vocato dixit

C

quo inter preces transacto,

Præſes, Nihil omnino mali ei facias, ſed ſuade ut mente mutata ſacrificet; pertinax enim eſt Chriſtianorum genus. Inducens ergo eam in carcerem Præfectus, cœpit ei ſuadere ac dicere; Domina Antonina, ut quid obſtinaſti in propoſito animum? Convertere potius, & ſacrifica, & ſic ſalva eſto. Ipſa autem nihil ei reſpondit, ita ut Præfectus anxiaretur animo, cogitans quidnam id eſſet. Exinde B. Antonina, poſitis in terra genibus, perſeverabat orans diu noctuque: cum vero impletum eſſet tempus trium dierum, ſubito circa horam ſextam factũ eſt

de cælo confortata illa

tonitru, quo clauſtra carceris diffracta & januæ reſeratæ ſunt; lumen quoque magnum reſplenduit in cuſtodia, & vox de cælo venit dicens, Surge, Antonina, & panem atque aquam in refectionem ſumens confortare, nec timeas impium Præſidem Feſtum: quia ego tecum ſum. Surgens ergo & orationem complens, addito Amen, aquam & panem poſtulavit, editque ac bibit, & ſomno ſe tradidit.

4 Mane autem facto, ſedit pro tribunali Præſes,

reducitur ad tribunal,

& dixit, Sacrilegam iſtam huc adducite, ut videamus quo nunc animo ſit. Iverunt ergo milites & adduxerunt eam: adductam vero ſedens Præſes coram ſe ſtare juſſit. Tunc ſuſpiciens B. Antonina in cælum; Gratias, inquit, tibi ago, Domine Deus meus, quia voluntatem tuam facis in me; ne igitur deſeras me uſque ad mortem. Et vox de cælo facta eſt dicens: Vade in viam tuam, ego enim tecum ſum. Appropinquans autem Sancta ad locum ubi ſedebat Præſes, ſubriſit: quod videns ille; Quare, inquit, rides, Antonina. At hæc; Viſne, ait, dicam, impie, quare riſerim? Vidi ſubverti thronum tuum, & propterea irriſi te. Commotus contumelia Præſes, juſſit illam conculcari pedibus: quæ mentis oculos in cælum erigens, Gratias tibi, inquit, ago Domine Deus meus, quia me miſeram & peccatricem dignaris cum tuis Sanctis ad hereditatem tuam recipere; hunc autem ſanguinarium cito trades in manus inferi, ut cognoſcat quod vani ſint Dii in quibus ſperavit.

EX. MS GR. VATIC.

& Præſidem videns conculcatur,

5 Hæc audiens crudelis ille magis conturbatus eſt, dixitque militibus, Impia hæc & impura non tantum offendit deos, ſed nos quoque injuria afficit: quare inducite eam in lupanar, ut [quicumque voluerit] impleatur libidine ejus. Inducta eſt ergo in domunculam quamdam parvam. Interim Angelus Domini aparuit uni militum, ætate juveni, quippe qui annum vigeſimum ſecundum agebat, nomine Alexandro, & dixit ei: Alexander, loquere Præſidi & ingredere ad Antoninam, eamque chlamyde tua indue, ut egreſſa effugiat impium Præſidem. Ipſe vero, qui erat perfectus miles Chriſti, dixit Præſidi,

inde raptam ad lupanar

E

Jube ut ingrediar ad Antoninam, ſi forte ei perſuadere poſſim: ſin minus, fac ut voles. Annuit petitioni ejus Præſes: ingreſſus vero in cellam Alexander, ubi erat B. Antonina, procidit ad ejus pedes, inquiens, Famula Dei Antonina, Dominus miſit me ad te, ut dicam tibi quæcumque mihi locutus eſt. Obſtupuit illa, & vehementer conterrita eſt: ſed vox ad eam ſubito venit & ait, Ne timeas, Antonina, qui enim ad hoc certamen te adduxit, etiam hunc Alexandrum pro ſua benignitate ad ejuſdem bravii communionem aſcivit. Accipe ergo amiculum ejus, & caput tuum operi, & egrediens alloquere Præſidem, eidem annuens: non enim te cognoſcet: quia ego occultabo te ei. Sumens ergo Alexandri ſagum Antonina, eo induta eſt, & caput ſuum eidem involvit: & progreſſa foras manu ſua innuit, ac Præſidi dixit, Fac quod vis: ſtatimque, velut dama laqueis erepta, viam ſuam proſecuta eſt gaudens.

Alexander veſte commutata emittit:

6 Tunc Præſes exiſtimans Alexandrum eſſe qui hæc ſibi diceret, immiſit ad eam quatuor milites, ju-

F

qui comprehenſus,

bens ut ea pro libidine uterentur, dein foras educerent, majori adhuc contumelia afficiendam. Ingreſſi vero milites ut ei inferrent ſtuprum, non invenerunt niſi ſolum Alexandrum; & obſtupefacti dixerunt: Ubinam eſt illa? & tu quomodo hic es? Apprehendenteſque manum ejus, eduxerunt eum ad Præſidem, dixeruntque: Hunc ſolum intus reperimus. Præſes vero intuitus illum, multumque perturbatus, Dic mihi, inquit, infelix ac miſerabilis,

interrogatur & virgis caditur.

quomodo hoc nobis feciſti? ubinam eſt impia illa meretrix? Omnino illius concubitu fruitus, dimiſiſti data ei chlamyde tua, promittens quod uxorem eam haberes: verum non ita fiet, non enim manus meas effugies. Cumque multum deliberaſſet intra ſe Præſes, juſſit ſuſpendi Alexandrum, & virgis palmeis cædi.

7 Dum autem cæderetur dixit ei Præſes: Ubinam eſt venefica illa? Alexander vero nihil ei reſpondebat, ſed ſolum intuebatur in cælum: & venit vox è cælo ad Præſidem dicens, Impie Feſte, quare inſontem hunc crucias? Hac ergo audita voce deſiit torquere eum, & depoſitum ab eculio juſſit haberi ſub cuſtodia, Inducias, inquiens, ei damus, ut accepto de-

rurſumque poſt dies 7 productus,

EXMS. GR. VATIC. liberandi ſpatio convertatur ab impietate. Diebus autem ſeptem tranſactis, accerſivit Præſes Alexandrum, & dixit: Quidnam decreviſti? Cui Alexander, Quid erat decernendum mihi? o impure potator ſanguinis. At Præſes: Ubi eſt illa ad quam ingreſſus es? Reſpondit ei Alexander, Neſcio. Ipſis autem adhuc loquentibus, dixit Dominus Antoninæ: Confortare, Antonina, & vade in eum locum ubi impius Præſes ſedet. Illa ergo ivit & ſtans ante Præſidem ait: Impure & immunde Feſte, quem quæris? numquid me? Adſum ecce, ut poteſtatem tuam diſſolvam.

cum Antonina ultro ſe ſiſtente,

8 Ipſe vero, conſpecta illa, anxiabatur animo, multumque conturbari cœpit; & miſſis militibus juſſit eam propius aſſiſtere, atque ſuſpenſam ſimiliter palmeis virgis cædi, volens ſcire utrum adhuc virgo eſſet, an corrupta. Cum autem cæderetur, nullam omnino vocem emiſit. Depoſitam deinde ex eculeo interrogans eam Præſes dixit: Die mihi ſincere, an virgo ſis. B. Antonina reſpondit, O ſacrilege & crudelis, non ceſſimus immanitati & petulantiæ tuæ, ſua enim clementia Dominus me incontaminatam ſervavit. Tum ille, intuitus eam & admiratus: Si ergo virgo es, ſacrifica diis, & una cum Alexandro ſalva eſto. Alexander autem & Antonina, attollentes vocem quaſi ex uno ore dixerunt: Non uſque adeo, infelix Feſte, tormenta tua valent contra nos, ut poſſis nobis perſuadere ſacrificium, vanis iis diis, quorum nulla eſt virtus, offerendum. At Præſes, Ambobus inquit, manuum ſummitates abſcindite. Illi vero, tamquam generoſi milites Chriſti, protendentes manus ſuas dixerunt, Prædiximus tibi, impure & impie, quod nulla tua machinatio poſſet elidere noſtrum religioſum propoſitum: fac ergo quidquid volueris.

& virgis etiam cæſa,

præciſis mánuum ſummitatibus

9 Tum milites prolato gladio ſummitates manuum eis amputarunt: quod illi cum fieret non ſentientes, inceperunt glorificare Deum, atque dicebant Præſidi; Carnivore & ſceleratiſſime, nec ſentimus quidem moleſtiam quam nobis vis facere: te autem brevi transferet Deus ad inferos in cruciatus numquam leniendos. Quibus verbis & contumeliis ſibi dictis ad iracundiam motus Præſes, cavari juſſit profundâ foveam: interim aiebat: Suſpenſos virgis cædite donec cruciatum ſentiant, deinde in foveam igne plenam ipſos conjicite. Porro dum cæderentur Sancti, neque ſentirent quidquam ſed Deum laudarent, juſſit impius Præſes adferri lampadas, eorumque lateribus admoveri. Alexander autem & Antonina exclamaverunt voce magna, Nos quidem, infelix, hæc patimur propter pietatem in Chriſtum, credentes quod poſt mortem recipiemus & mercedem: te vero cito diſperdet Deus, quia famulos ejus crucias.

D

iterum cæditur,

lampádibus uſtulatur,

10 Non continuit ultra furorem Feſtus: ſed, Accendite, inquit, in fovea pyram maximam, ut ſtatim ei injiciantur. Fecerunt ergo milites ſicuti eis juſſum à Præſide fuerat, & renuntiarunt ei paratum eſſe quem mandarat incendi rogum: quibus immiſericors ille imperavit, dicens: Statim ungite eos liquenti pice, & conjicite in flammam. Quod cum etiam factum eſſet & in ignem immiſſi ambo, juſſit inſuper Præſes aridam picem conjici; Ita, inquiens, penitus conſumentur & ipſa quoque oſſa redigentur in cinerem; ne venientes mulierculæ colligant quidpiam ex oſſibus eorum, ſicut Chriſtianis in more eſt. Denique juſſit foveam, in qua conflagrarant, impleri terra; & in domum ſuam abiit, nihil exinde bibens aut comedens & mutus remanens. Etenim ſpiritus malignus, per angelos vindices immiſſus, uſque in ſeptimum diem torquebat illum: diebus autem ſeptem decurſis, inter magnos graveſque cruciatus tradidit ſpiritum, & ſepelierunt eum; atque ita ceſſavit perſecutio.

ac denique in fovea exuſtus obruitur.

E

Præſes à dæmone correptus extinguitur.

11 Martyrium vero pertulerunt Sancti Alexander & Antonina ad VI Nonas Maji, hora nona, die Sabbati, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor in ſecula ſeculorum, Amen.

DE SS. DIODORO ET RODOPIANO DIACONO

MARTYRIBVS APHRODISIÆ IN CARIA.

G. H.

Cultus 3 Maji

C

Raci in Menæis & apud Maximum Epiſcopum Cytherorum celebrant hos Martyres ad diem III *Maji his verbis*: Certamen ſanctorum Martyrum Diodori & Rhodopiani Diaconi. Fuerunt hi temporibus Diocletiani: at propter fidem à propriis civibus multas contumelias, ſupplicia & verbera pertulerunt Aphrodiſiæ in Caria: demum crebra lapidatione ab eiſdem obruti, ſuum Domino ſpiritum reddiderunt, *qua eadem ipſa verba ad* XXIX *Aprilis leguntur in Ms. Synaxario Collegii noſtri Claromontani, quod Pariſiis commodatò accepimus; & in alio quod vidimus Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana. In Menologio Sirleti dicuntur* à carnificibus lapidati. *Reliqua eadem ſunt. Citato hoc Menologio, inſcripti ſunt hodierno Martyrologio Romano hac phraſi:* Aphrodiſiæ in Caria ſanctorum Martyrum Diodori & Rodopiani, qui in perſecutione Diocletiani à civibus ſuis lapidati ſunt. *Eoſdem refert Galeſinius & Græcia adſcribit more ſuo, quo ab ea non diſtinguit Aſiam vicinam, in qua eſt provincia* Caria *inter Ioniam & Lyciam, & in illa* Aphrodyſia *ſive* Aphrodiſias *metropolis.*

F

& 29 Apr.

DE S. ARBONO MARTYRE.

G. H.

III *Maji*

Vatuor Martyrologii Hieronymiani apographa, poſt relatos Martyres Romanos Alexandrum, Euentium & Theodulum, referunt hunc Martyrem his ſolum verbis: Natalis Arboni. *In Epternacenſi codice præponebatur particula copulativa, &. An etiam Romæ paſſus fuerit, ſed diverſo aliquo anno, quam prædicti Martyres, dubitari poteſt: forſan ex aliis monumentis aliquando reſolutio reperietur. Nos hactenus hujus nominis* Sanctum *necdum cognovimus.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

MARIANO, FORTVNATO, SATVRNINO, RVFINA, FORTVNIONE, ITEM FORTVNATO

G. H.

III Maii Pternacenſe *S. Hieronymi Martyrologium hos Martyres ita proponit*: In Africa Mariani, Fortunati, Saturnini, Rufinæ, Fortunonis, item Fortunati. *In reliquis tribus apographis ejuſdem Martyrologii legitur* Fortunionis, *& nomen alterius* Fortunati *abeſt*; *ſed perperam tranſlatum ad Martyres Romanos Alexandrum ejuſque ſocios. In Ms. Richenovienſi iſta habentur*: In Africa Marciani, Fortunati, Rufini: *pro quo* Rufinæ *in aliis legitur. In Mss. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi referuntur nomina* Urbani *ſeu* Orbani *(qui ad ſequentis diei Martyres Afros ſpectat)* Marcani *ſeu* Marciani, *&* Fortunati. *In Ms. Tamlactenſi*, Rufinæ, Saturnini, Mariani, *&* Fortunati.

DE SANCTA VIOLA

G. H.

VIRGINE ET MARTYRE VERONÆ.

III Maii Philippus *Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non ſunt, ad hunc diem* III *Maji* ex tabulis Eccleſiæ Veronenſis *iſta ſcribit*: Veronæ Commemoratio S. Violæ Virginis & Martyris: *additque in Notis* Commemorationem ejus ibidem hac die fieri. *Verum* ubi paſſa fuerit, & quando, neque ex monumentis prædictæ Eccleſiæ, neque aliunde ſe ſcire potuiſſe. *Idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ eamdem celebrat, aſſerens* Veronæ recoli V Nonas Maji, uti tabulæ Eccleſiaſticæ ad Eccleſiæ Veronenſis uſum compoſitæ teſtantur. *Cetera ignorari. Ferrarium ſecutus eamdem retulit Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro. Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinæ in Martyrologio Poëtico hoc eamdem diſticho honorat.*

B E

Tormentis potuit corpus lacerare tyrannus
Jmmanis, Violæ non violare fidem.

DE S. GENIO CONFESSORE
ET TRIGINTA MILITIBVS MARTYRIBVS

G. H.

LACTORÆ IN VASCONIA AQVITANICA.

III Maii Lactora *ſeu* Lactorium, *aliis* Lectora *ſeu* Lectorium, *urbs antiqua Epiſcopalis Vaſconiæ Aquitanicæ, inter Patronos ſuæ Eccleſiæ veneratur* S. Genium Confeſſorem: *cujus meminit Ferrarius in Catalogo generali, ad diem tertium Maji, his verbis*: In civitate Lectorenſi S. Genii Confeſſoris. *Aſſerit in Notis ſe ejus notitiam accepiſſe*, à R. P. Odone Geſſeio Societatis Jeſu, viro erudito & in perveſtigandis Sanctorum memoriis accurato. Vixiſſe *addit* temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, multoſque ab idolorum cultu ad Chriſti fidem perduxiſſe: de eo agi in Breviario ſive Officio Eccleſiæ Lectorenſis; illi dicatum viſi templum ad urbis radices, ejuſque meminiſſe Bernardum Lodevenſem Epiſcopum. *Hæc Ferrarius. At Bernardi Guidonis Epiſcopi Lodevenſis Sanctorale tranſcriptum habuit noſter P. Philippus Labbe, à Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Franciſco Boſqueto Epiſcopo Monſpelienſi, ex quo Vitam S. Genii edidit tomo 2 Novæ bibliothecæ manuſcriptorum librorum, in Collectione rerum Aquitanicarum pag.* 564 *& ſequentibus. Titulus præfigitur hujuſmodi*: Tranſitus S. Genii ſive Hyginii Confeſſoris Chriſti, cujus corpus requieſcit in Lectora civitate. *Eodem modo ab Arnaldo Oihenarto in Notitia Vaſconiæ, & à Sammarthanis in Epiſcopis Lactorenſibus appellatur* S. Genius ſive Hyginus

C *Acta ex collectione Bernardi Guidonis,*

2 *Auctor haud dubie antiquus eſt; ſed ipſi Sancto fuiſſe coævum non perſuadet ſtylus, luxurians in explicandis verbis orationum ad Deum fuſarum, & nihil exhibens particularium circumſtantiarum loci, temporis, perſonarum, quales oculati & coævi teſtes, etiam dum minime ad hoc intendunt, ſolent aſpergere ſuis ſcriptis; in externis & ſub oculum cadentibus actionibus fuſiores, parciores alibi, contra quam hic fit. Præterea cum dixiſſet quod* nomen loci, *in quo occiſi triginta milites*, vocatur Cruor-innocentum; *addit*, uſque in hodiernum diem, *quæ eſt phraſis poſt notabile annorum aut etiam ſeculorum intervallum ſcribentium. Quid igitur, inquit, in ipſo limine, fidem à lectore poſtulans*, quia quod oculis noſtris vidimus, auribus audivimus, vobis geſta ſcripſimus? *Credo, ut alias ſæpe notatum invenitur, ac nominatim in S. Caſſiano Foro-Cornelienſi,* XIII *Auguſti & S. Mercuriali Foro-Livienſi* XXX *Aprilis, Vitam Sancti & patrata poſt ejus mortem miracula antiquis picturis expreſſa proſtitiſſe, in ea in qua corpus tunc ſervabatur eccleſia, quas ſuis oculis auctor viderit; auribus vero audiverit ab Senioribus earumdem ſignificationem ſecundum majorum traditionem; & ita præſentem narrationem concinnarit, pro exigua & confuſa quæ ſolum tunc poterat haberi notitia.* *non tamen coævo.*

ſcripta ab auctore antiquo.

F

3 *In hiſe Actis annotatur S. Genii* tranſitus die quinto Nonas Aprilis: *ad quem diem Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani hoc eum exornat elogio*: In Vaſconia apud Lectoram civitatem tranſitus S. Genii Confeſſoris, qui nobilitate generis, gratia prædicationis, & magnis virtutibus clarus, infracto animo falſorum numinum cultum deteſtans, cum Chriſti fidem ad ſalutem neceſſariam eſſe clara voce teſtaretur, agente Aſclepiade Proconſule Gentili, ſub Maximo tyranno, præmiſſis multis de fideli populo ad coronam martyrii, armatus ſcuto fidei, inſequentibus Gentilibus in ſpeluncam ſe recepit: ibique in oratione poſitus, ſenio & laboribus confectus, intentis in cælum oculis coronas vidit, quæ ſibi & ſociis parabantur, diverſis margaritis coruſcantes, & multitudinem candidatorum circa eas canentium; Deputentur in numero juſtorum, & ſcribantur in libro *Compendiū ex Sauſſaio,*

AUCTORE G. H. libro viventium, qui vicerunt antiquum ſerpentem; genuflexus effuſuſque in pios affectus, impollutum ſpiritum ad præmia quæ cernebat emeritus miles tranſiniſit. Cujus corpus ad radices montis prope eamdem civitatem poſitum miraculis multis emicuit: baſilicaque illic demum erecta eſt, in qua frequenti populi devoti concurſu ejus memoria celebratur, coliturque ipſe ut ſpecialis Lectoranorum Apoſtolus & Patronus. *Hac Sauſſajus.*

aliud ex Breviario Moyſſiacenſi

4 *Eſt nobile monaſterium in agro Caturcino, Vaſconiæ ſatis vicino,* Moyſſiacum *dictum, in cujus eccleſia ob ſolennitatem Inventionis ſanctæ Crucis feſtum S. Genii ſolebat celebrari ſequenti die, ſcilicet quarto Maji, & ad matutinum recitari compendium Vitæ, quod aliis Actis præmittimus hujuſmodi.* Genius genere nobilis, corpore caſtus, divinis rebus intentus, cæleſte colloquium audire meruit. Antequam enim conceptus eſſet, B. Celſum Presbyterum terna admonitione certum eſt in Somnis fuiſſe ſolicitatum, quod mater ſua beatiſſima Clara maſculum eſſet conceptura, multis fidelibus profuturum. Sub Maximo igitur tyranno inhumano miſſi Proconſules in Galliam, ad perſequendum Chriſtianos, qui civitatem Auſcium venientes, comperto quod per B. Genium multi ab idolorum cultura ceſſarent; tunc igitur tyranni, triginta milites
B ad comprehendendum eum miſerunt in monte juxta diverſorium ſuum, in ſuburbio Lactoræ civitatis, in quo die ac noctu orationi inſiſtebat. Quo audito B. Genius, facta oratione, locus ipſe contremuit, ipſe à voce cæli confortatus: fluvius autem inde tranſiens in eorum adventu in tantum impetuoſe excrevit, ut nullus homo malignus per eum tranſitū facere potuiſſet. Qui cum hoc miraculoſe actum comperiſſent, tertia die pedibus B. Genii prævoluuntur, veniam poſtulantes. Facta itaque oratione, ipſi in fide Chriſti inſtructi, à Celſo presbytero B. Genius milites baptizari fecit. Milites autem cum ad Præſidem rediiſſent, comperto quod Chriſtiani eſſent effecti, nec idola adorare vellent, extra portam civitatis decollati ſunt: vocaturque nomen illius loci Cruor-Innocentium. Præſes autem plures alios milites miſit: quod præſentiens B. Genius oravit Dominum, & vidit coronas, quæ ei & ſociis ſuis parabantur: & ſtatim ut fixit genua emiſit Spiritum. Corpus autem B. Genii à Chriſtianis fuit honorifice ibidem ſepultum, prope radicem montis, in baſilica quam ipſe conſtruxit, ubi etiam ſepelierat matrem ſuam. Milites vero ipſius tyranni videre eum non fuerunt digni, ſed confuſi ad Præſidem ſunt converſi. Ipſa die duo cæci à decem annis illuminati ſunt,
C & alii à diverſis infirmitatibus ſunt curati. Sit ipſe Sanctus talis, qui cum Domino judicaturus ſedeat: ſit ipſe talis, qui ad judicandum ad dexteram aſſiſtat.

ſub quibus Imperatoribus hæc Acta.

5 *Hactenus illud Compendium, in quo* Maximus tyrannus *appellatur, ſupra ex animadverſione Odonis Geſſei* Maximianus, *ubi adjungitur* Diocletianus, *in Vita* Jovinianus. *In Actis S. Clementis Ancyrani Epiſcopi ad* XXIII *Ianuarii fuit aliquis* Maximus Dux *ſeu* Præſes Maximiani Imperatoris. *Quod tamen ſimiles Duces & Præfecti,* Maximus & Jovinianus, *fuerint ſcripti loco Maximiani & Diocletiani, quis ex nuda conjectura dicet, potiſſimum quia alii Proconſules miſſi fuerunt, ut urgerent hanc executionem. Reſidebant hi in urbe* Auſcio *ſive* Auxio, *metropoli Vaſconiæ, ſub cujus Archiepiſcopo etiamnum eſt Epiſcopus Lactorenſis. Qui hiſce Actis inſeruntur* triginta milites *ad Chriſtum converſi, baptizati & martyrio coronati, quia alium diem non habent indicatum, S. Genio*

30 *Milites Martyres*

in titulo adjunguntur. De B. Clara *S. Genii matre, quod cultum habuerit aliquem in eccleſia nemo cum fundamento dixit: nec etiam de* B. Celſo presbytero *niſi forſan hic ille eſt* Confeſſor, cujus caput à Domino ſignis pleriſque clarificatum apud Lemovicos in æde Cathedratica S. Stephani haberi, *forſan ex Vaſconia allatum,* D *& VII Auguſti ſumma cum veneratione populo oſtendi, ſcribit Sauſſajus in Supplemento.*

VITA

Auctore antiquo.

Ex collectione Bernardi Guidonis, Epiſcopi Lodevenſis.

1 OBſecro vos omnes, qui hoc audituri aut lecturi eſtis, ut obſtruatur eor veſtrum, nullam blaſphemiam habens, nullam læſionem contra me, quod Vitam beatiſſimi Genii exarare contendo: quia quod oculis noſtris vidimus, auribus audivimus, vobis geſta ſcripſimus. Unde credimus aliquam nos beatitudinem poſſe promereri. Vos autem major expectat gloria, qui auditis & creditis Dominum implere in Sanctis ſuis, quæ hic ſcripta cognoſcitis.

S. Genius in pueritia ſanctis moribus fuit; E

2 Hic autem B. Genius ex nobili familia & illuſtribus fuit parentibus procreatus, & tota intentione puer ſatagebat, quomodo ad Chriſtianam religionē pertingere potuiſſet. Celabat propoſitum, celabat & ſanctum deſiderium: & ſic ſe Domino à juventutis ætate caſtum exhibuit, ut ſapientiam hujus mundi ſtultitiam reputaret. Florebat incluſa viſceribus ejus perfecta caritas, & numquam potuit in eum inimicus bellum aliquod excitare: quia ipſe propter regna cælorum non ſolum à largioribus vel lautioribus ferculis evidenter ſe ſequeſtravit; verum etiam ipſe in corde nihil aliud agebat niſi orationem ſanctitatis. Vera itaque pietas & benignitas, ſpes, fides atque caritas ejus reſonabant in pſalmis, hymnis & canticis. Intantum namque valuit ipſius deprecatio ut cæleſte alloquium audire meruiſſet. Etiam ante- *etiam ante ortum talis prædictus.* quam conceptus erat, B. Celſum presbyterum tertia admonitione certum eſt in ſomnis fuiſſe ſollicitatum, quod mater ſua beatiſſima Clara maſculum eſſet conceptura; & quod multa congregatio fidelium per ipſum pergeret ad regna cælorum.

3 Cum vero eſſet jam ætate primævus, ſanctitate pleniſſimus, ſub * Maximo tyranno & Joviniano, coram palatio Arimiani & Aſclepiadis, in temporibus illis miſſi ſunt Proconſules eorum ad regiones Galliarum, ut quoſcumque Chriſtianos invenire potuiſſent, aliquos interficerent, aliquos aſpectibus exhiberent. Venientes autem * Axium civitatem, audienteſque opinionem S. Genii, quod multos de idolorum cultura relevaret ad gratiam Spiritus ſancti, miſerunt milites numero quaſi triginta, qui eum ipſorum inſolentiæ præſentarent. Audiens hoc B. Genius certus & ſecurus de Dominica repromiſſione, pergit ad montem, ubi orationem fundere ſolebat. Hic enim erat locus juxta diverſorium ſuum in ſuburbio Lactoræ civitatis, in quo die noctuque in oratione pervigilans poſtulabat à Domino, ne ſuam mentem in aliquo inimicus prævaleret immutare, orans & dicens: Domine Deus, ſpes & Magiſter ac conſolator meus, qui me docuiſti orare, ecce oro te. Tu es enim mecum uſque ad finem. Tu es qui mihi ab infantia vitam ſeminaſti, & à corruptione me cuſtodiſti. Tu es qui me ab iſtius mundi paupertate eduxiſti, & ad tuas divitias venire voluiſti. Quapropter Domine Jeſu Chriſte, aſſiſtat mihi conſolatio tua, ne unquam inſultent mihi inimici mei, qui quærunt animam meam velut aquam abſorbere; quia mens mea minime valet laudare te de tanto ſtudio, quod in me exercuiſti, niſi mē tuis divitiis repleas, & ab omni avaritiæ ſolicitudine liberes, & animas ſervi tui de manibus inimicorum meorum eripias.

** al Maximiano & Diocletiani*

** al Auſcium.* F

Ecce

A Ecce igitur tuum opus perficiam, & præcepta tua ſervabo. Propterea non ſterilis fiat oratio mea, & diabolus non rapiat tritici ſemen ex me tua optima terra, in qua neque ſpinæ neque zizania unquam appareant. Cumque orationem fudiſſet, ſubito locus ille contremuit, & vox de nubibus cæli locuta eſt ad eum dicens: Euge, euge, ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: viriliter age & confortetur cor tuum: intrabis enim gaudium cum his, qui cum mulieribus non ſunt polluti: multi enim vaſa dilectionis per te mihi dedicabuntur. Et cum hoc dixiſſet, gaudio magno gaviſus eſt, & Spiritu ſancto repletus, ſurrexit ab oratione, armans frontē ſigno fidei pectuſq; confirmans.

cœleſti voce confortatur:

4 Videntes ergo eum milites à longe venientes quaſi ſtadia quindecim, ſtatim fluvius, qui locum illum præterfluit, ut dictum ſit quaſi incredibile, impetu inenarrabilium undarum eructavit ſurſum, ita ut nullus per eum tranſitum facere potuiſſet. Videntes autē milites, quod ex juſſu Dei alveus ipſe inundaret, timor & tremor invaſit eos quaſi ad mortem, & proſtraverunt facies ſuas coram Domino cęlorum utique, & dixerunt: O magnum myſterium quod vidimus! Vere magnus eſt Deus Chriſtianorum. Si Deus eorum eſſet ut Deus noſter, in quo nos iniqui ut digna recolimus lapides & ligna, ſurda & muta, hominum manu facta, numquam faceret talia. Derelinquamus igitur hæc omnia & adoremus Dominum vivū, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt: quia vere magnus eſt Deus Chriſtianorum, qui ſic protegit ſperantes in ſe, & non derelinquit omnes ſuos, ſed in anguſtiis & preſſuris eſt præſidium præſtans. Steterunt autem in eodem loco quaſi biduo: tertio denique die, gaudio pleni & ſpiritu veritatis accenſi, perveniunt ad B. Genium, proſtrati in terra ante pedes ejus. Cumque oſcularentur veſtigia ejus, deprecabantur eum dicentes: Benedictus Deus tuus, & benedic nos benedictione tua, Pater & auctor nominis Dei. Et ſcias quia impiiſſimus Præſes miſit nos ad perſequendum te: ſed ex divino præcepto cognovimus quod magnus eſt Deus tuus. Precamur itaque Domine, ut noſtri miſereri digneris, ut imitatores, tui eſſe mereamur, & ſequipedes tui efficiamur.

30 milites eum comprehenſuri,

inundatione fluvii impediti,

B *in fidem proclives,*

petunt à S. Genio inſtrui,

5 Statim B. Genius figens genua, & ſurſum elevatis oculis in cælum dixit: Domine Jeſu Chriſte, gratias ago tibi, quia dignatus es mirabilia tua ſervis tuis oſtendere, quos tibi acquiſiviſti, & ideo Domine efficiantur vaſa munda, in quibus habitet Spiritus tuus ſanctus: & da eis Domine, quod in nomine tuo petunt ut celeriter exequi mereantur. Adhuc etiam

C *inſtructi*

& alia plurima quæ ſequuntur his qui ſecum erant dicebat: Credite in Deum vivum, quem prædico: credite in Jeſum Chriſtum quem annuntio: credite in Salvatorem qui ſervorum ſuorum adiutor extitit: credite in Redemptorem, qui mercedem retribuit laborantibus: credite ipſis qui eum diligunt. Ipſe cultura mea & flos eſt animæ meæ, quoniam prope eſt tempus ut eum recipiam. Cum enim ſit pulcherrimus ipſe & ſpecioſus Dominus, procurat nos ſemper diſcere de ſe aliquid: qui tamen qualis ſit neque capere poſſumus, neque homo enarrare poteſt: ſed ipſe obſcuritatis meæ [illuminatio] eſt, completio mearum diminutionum, & nutritor meæ indigentiæ, & eſt mecum uſque quo deſcendam ad eum, & amplectar illum. Et cum oraſſet & eos docuiſſet qui Chriſto ſe credere aſſerebant; pervenit una cum eis ad portam civitatis, & abierunt ad venerabilem Presbyterum, nomine Celſum, provoluti ejus pedibus & rogantes ut eis baptiſmi gratiam miniſtraret. At ille catechizavit eos, & baptizavit eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti: & ſteterunt apud ipſum quaſi diebus decem.

baptizantur.

6 Poſt hos autem dies redeuntes ad Præſidem, cujus cor malitia excæcatum erat, & ipſe ſperans ut gaudium ſibi annuptiarent, cum perveniſſent ad eum, dixit eis: Quid tardati eſtis? Numquid aurum & argentum accepiſtis; aut aliqua maleficia vobis prævaluerunt? Cui illi dixerunt: Auro vel argento ſplendidior eſt gratia Chriſti. Cognovimus enim quod omne genus hominum, quod in tali errore conſiſtit, in quo vos uſque adhuc manſiſtis, perpetua damnatione ferietur. Tunc ingemiſcens Præſes dixit: Ergo invictiſſimi Principes, per quos mundus floret, damnantur? Dixitque unus de puſillis: Non per ipſos floret mundus, ſed tenebreſcit. Exagitans autem caput Præſes dixit: Doleo ſuper vos pueruli. Dicunt illi: Non eſt neceſſe ſuper nos dolere, ſed ſuper te multum eſt dolendum, ſi non credideris in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. At ille dixit eis: Per ſalutem & ceremonias deorum, aut ſacrificabitis diis immortalibus ſecundum decreta Principum, aut vos puniri jubeo. Illi autem dixerunt: Sicut non valet movere ſerpentem, qui carmina neſcit, ita nec nos ullo modo potes ſeparare ab amore Chriſti. Eadem vero hora juſſit eos extra portam civitatis decollari: vocaturque nomen loci illius Cruor-Innocentum, uſque in hodiernum diem. Erat autem multitudo Chriſtianorum in loco illo, qui corpora de ſpiculatoribus redimentes ſepelierunt. Beatus vero Genius in die qua hoc contigit, Paſſionem eorum ſolenniter celebravit.

AUCTORE ANTIQUO *apud Praſidem profeſſi fidem,*

martyres gladio obeunt:

E

7 Iterum miſit Præſes alios plures milites, qui S. Genium variis tormentis interficerent. Ille vero, cujus ſpiritum nihil latebat, præſentiens pergit ad montem, ubi orationem jugiter fundebat, & proſtravit genua ſua coram Domino & dixit: Domine, gaudeant & epulentur omnes qui ſperant in te, quos tu acquiſiviſti. Peto ut oculi mei ad te reſpiciant, & cor meum exultet in ſalutari tuo, quoniam voluntatem tuam volui & compleui, & præcepta tua ex integro ſervavi: reſpice ad ſervum tuum timentem te, ne pereat ſtudium meum quod in me huc uſque operatus es. Peto iterum, ô Domine, ut quos pro nomine tuo paſſioni tradidi, ante ſedem Majeſtatis tuæ eos videre merear, & ibi eis redde mercedem. Precor etiam, Domine, reſpice ad puerum tuum ſecundum magnam miſericordiam tuam, & recipe animam famuli tui in pace. Cumque orationem fudiſſet, intentis oculis in cælum reſpexit: & ſcuto fidei armans frontem, vidit coronas, quæ ei & ſociis ejus parabantur, diverſis margaritis coruſcantes, & multitudinem candidatorum circa eos præconantes & dicentes: Deputentur in numero juſtorum & ſcribantur in libro viventium, qui vicerunt antiquum ſerpentem, & qui eum mulieribus non ſunt coinquinati. Et ſtatim ut flexit genua emiſit ſpiritū: actuſque eſt ipſius tranſitus quinto Nonas Maji.

S. Genius ſciens alios milites ad ſe mitti,

Deum precatur,

F

moritur 3 Maji.

8 Erat autem in monte tunc corpus ejus venerabile omnibus, ſed prope radicem montis eſt baſilica, quam ipſe conſtruxit: ibique tumulum juxta ſtatum menſuræ conſtabilivit Epiſcopus civitatis ipſius, Heuterus nomine, cum quo & Sacerdotes & ceteri miniſtri, & multitudo Chriſtianorum eum devote ſepelierunt. Milites autem ipſius tyranni videre eum non fuerunt digni, ſed erubeſcentes & confuſi reverſi ſunt cum eſſet ipſe ſepultus. Tantus autem odor ſuavitatis ibidem de corpore ejus fragravit, qualis nec ante nec poſt eſt futurus. Ipſa autem die duo cæci, qui per annos decem cæci fuerant, lumen receperunt ibidem, & multi detenti diverſis languoribus ſani effecti ſunt. Poſt parvi vero temporis ſpatia, orta eſt fames in tota regione Galliarum: & ecce quædam viduæ pauperculæ, egredientes portam civitatis, quærentes herbas quaſcumque juvenire potuiſſent, hoſpitium in baſilica S. Genii habuerunt. In qua utique nocte lumen magnum &

ſepelitur

cum odore ſuavi:

2 Cæci & alii ſanātur:

odor liliorum & roſarum baſilicam ipſam circumfulſit. Cum autem ad lucem perveniſſent, invenerunt prope ſepulcrum S. Genii duos panes miræ magnitudinis, & ſtatim abierunt & ſuſtulerunt illos. O quantus qualiſque in vita ſua fuit, ut multos eſurientes ſatiaret bonis ſuis! Nam & volucres cæli, dum viveret, aliquæ ſaturandæ ad manum ejus veniebant, aliquæ ſaturatæ recedebant. Denique loci illius incolæ patrocinia ejus ibi venerari feliciter debent, quia multa virtute ad exemplū credentiū [pollens] tantum apud Dominū meruit habere honorem, ut ex illa die repleret Dominus regionem illam omnibus fructibus bonis uſq; in hodiernum diem, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. D

panes viduis collati.

DE SANCTO IVVENALE

D. P.

EPISCOPO NARNIENSI IN VMBRIA

ANNO CCCLXXVI.

Narnia, *antiqua Vmbriæ civitas, eximia cum veneratione colit hoc die* III *Maji S. Iuvenalem, primum ſuum Epiſcopum, qui creditur ordinatus à S. Damaſo Papa, anno Chriſti* CCCLXIX, *poſt annos vero ſeptem, quibus huic Sedi præfuit, ſacrum Deo ſpiritum reddidiſſe anno* CCCLXXVI. *Succeſſit illi in Epiſcopatu* Maximus, *ſive* Maximianus, *cujus* juſſu vitam & actus ejus edita fuiſſe, *legitur ſub finem eorum; quæ ut nunc habentur, parum quidem ſincera & varie interpolata putamus, damus tamen ex pluribus & illuſtribus codicibus Mss. ſcilicet ex Vallicellano Patrum congregationis Oratorii, uti ſunt in libro Antonii Gallonii littera N Signato; ex alio, Fulginii apud Ludovicum Iacobillum reperto, & quantum arbitramur ad fidem codicis Narnienſis deſcripto; & ex tertio Paſſionali pergameno menſis Maji, aſſervato in Bodecenſi cœnobio Canonicorum Regularium S. Auguſtini in diœceſi Weſtphaliæ Paderbornenſi, unde plures nobis Vitas deſcripſit Ioannes Gamanſius noſter: Quartum etiam exemplar, omniumque optimum, nobis Ingolſtadio ſubmiſſum fuit ex Ms. antiquo monaſterii Wiblingenſis Ordinis Benedictini in Suevia. Eadem acta habuimus ex Ms. Vaticano, ſed alicui amico commodata non recepimus: ipſaque etiam Neapoli extare indicavit nobis Antonius Beatillus. Eorumdem Actorum compendium ſervamus ex Ms. Vltrajectino S. Salvatoris: aliud edidit Petrus de Natalibus lib. 4 Catalogi cap. 119: alia denique extant apud Laurentium Surium, Ferdinandum Vghellum tomo I Italiæ ſacræ in Epiſcopis Narnienſibus, & Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ. Quia autem* S. Juvenalis obiit VII Auguſti, *etiam hoc die feſtum ejus nunc agitur Narniæ cum Octava, quod Ferrarius non recte aſſerit feſtū eſſe* Trāſlationis. *Nos* III Maji *cenſemus diem* Ordinationis *eſſe, quem Epiſcopi ſuum vocabunt* Natalē.

Tempus Sedis.

Acta ex Mss dantur:

B

2 *Controvertitur quo mortis genere deceſſerit è vita S. Iuvenalis, proinde num Confeſſoris Officio Eccleſiaſtico ſit honorandus, an vero inter Martyres recenſendus. Acta in omnibus memoratis Mss. ita obitum ejus declarant:* Completis ſeptem annis, ſacrum (*aliquibus* ſacratum) ſpiritum Domino reddidit: *quæ eadem apud Petrum de Natalibus leguntur. Apud Surium iſta habentur:* Poſt annos ſeptem in Epiſcopatu exactos, ſpiritum Domino reddidit. *Antiquum Miſſæ canticum, quod Sequentia dicitur, ita mortem indicat:* Demum poſt cujus tranſitum, Chriſto jam reddit ſpiritum, gaudens in cæleſtibus. *Idem ſenſus in omnibus Martyrologiis reperitur. Verba Vſuardi in cunctis Mss. & excuſis exemplaribus ad hunc* III *Maji ſunt*: Ipſa die S. Juvenalis Epiſcopi & Confeſſoris. *Ita etiam Ado*: Ipſo die natalis S. Juvenalis Epiſcopi & Confeſſoris, *& ſequuntur paſſim recentiores. Martyrologium Romanum ita habet*: Narniæ S. Juvenalis Epiſcopi & Confeſſoris. *Quæ confirmantur in Breviario Romano his verbis*: In eumdem diem incidit beata mors Sancti Juvenalis Narnienſis Epiſcopi: qui cū plurimos in eadem urbe ſanctitate & doctrina Chriſto peperiſſet; clarus miraculis in pace quievit; ibique honorifice ſepultus eſt. *In Miſſali Mediolanenſi anni* MDXXII *& Breviario anni* MDXXXIX *transfertur in diem* VII *Maji feſtum (ut notatur)* S. Juvenalis Epiſcopi & Confeſſoris: *quo etiam die colitur in* Eccleſia Interamnenſi, *ubi S. Proculus ejus nominis ſecundus eccleſiam in colle, ſub ipſius invocatione, in agro Interamnenſi ædificavit, uti antea S. Iuvenalis in honorem S. Valentini Epiſcopi Interamnenſis oratorium Narniæ conſtruxerat; imo & ipſe S. Iuvenalis creditur ſimul eccleſiam Interamnenſem vicinā rexiſſe. Eodem modo præter Eccleſiam S. Iuvenali à ſucceſſore Narniæ erectam, aliæ ei fuerunt à vicinis dicatæ, utpote* Magliani *ſeu* Malliani *in Sabinis, cujus loci Epiſcopi Sabinenſes dicuntur, & eſt titulus alicujus ex ſex antiquioribus Cardinalibus: eſt autē dictus locus ad Tiberim infra Narniam, inde* X. M. P. *diſtans, uti* XX M. P. *ab urbe Romana. Alia eidem S. Iuvenali dicata ſunt* Valeriani *& Ciſefunæ in diœceſi Caſtrenſi, Narnienſi proxima. Præterea, teſte Anaſtaſio Bibliothecario in Geſtis Vigilii Papæ,* Beliſarius Patricius fecit in via Flaminia, juxta civitatē Hortas, monaſterium S. Juvenalis, ubi poſſeſſiones & dona multa largitus eſt. *Eſt vero* Horta *ſive* Hortanū *in colle, ex oppoſito Naris fluvii in Tiberim delabentis, ad* VIII M. P. *Narnia diſtans. Deniq; Cypriano Manente in ſua hiſtoria atteſtante, ſub annū* MIV *apud Vrbevetanos in vico Vlmi eidem S. Iuvenali ædificata eſt inſignis parochia, & à familiis Monaldeſca, Ranaldina, Montanaria, Cōtana, Salvana, Roſſa, ac Marſciana congruenter dotata.*

eique variæ dicata eccleſiæ.

E

3 *Hæc omnia antiquū cultum S. Iuvenalis demonſtrant, neq; aliquid objiciunt, quo minus inter Confeſſores habeatur. Verum poſtmodum inter Martyres collocatus eſt ob auctoritatē Summi Pontificis S. Gregorii Magni, aſſerentis lib. 4 Dialogorum cap. 12* S. Probo, Epiſcopo Reatino, apparuiſſe moribundo S. Juvenalem & S. Eleutherium Martyres: *Colitur S. Probus* XV *Martii, ubi cum aliis innuimus videri* S. Juvenalem *eſſe hunc* Narnienſem Epiſcopum, *quod Reate ſolum* XX M. P. *circitur Narnia diſtet, &* S. Eleutherium *eſſe* Epiſcopū Æcanenſē in Apulia, *cujus & S. Antiæ ſacra corpora ab ipſo Probo fuiſſe in urbem Reatinam tranſlata, nobis ſatis probabile viſum eſt ad horū natalem* XVIII *Aprilis n.* 28. *At multo clarius loquitur S. Gregorius Homilia* XXXVII *in Euangelia, ubi de* S. Caſſio Epiſcopo Narnienſi (*cujus feſtū celebratur* XXIX *Iunii*) *multa interſerit, atq; inter alia ſcribit,* Caſſium ex more, juxta B. Juvenalis Martyris ſepulcrum, ad offerendum ſacrificium conſiſtentem, à Presbytero fuiſſe repertū. *Ob hujus Pontificis auctoritatem Narnienſes S. Iuvenalem cœperunt poſtmodum Martyrem appellare & venerari: ac primo Actis S. Iuvenalis apposuerunt titulum hunc,* Paſſio S. Juvenalis Martyris, *& ſic etiam præfigitur in Ms. apographo Ludovici Iacobilli. Verum non fuit ſui ſatis memor, qui hunc titulum præfixerat, relictis his verbis ſub finem,* Explicit Vita S. Juvenalis Epiſcopi. *Alia autem horū Actorum ecgrapha manſerunt immutata, & ſic in Ms. Vallicellano hic præfigitur titulus:* Vita & acta S. Juvenalis Epiſcopi. *Ita etiam Ms. Wiblingenſe:* Vita & actus S. Juvenalis Epiſcopi. *Ms. Bodecenſe:* Incipit Vita S. Juvenalis Epiſcopi. *In tomis Surianis:* Vita brevior S. Juvenalis Epiſcopi Narnienſis & Confeſſoris. *Præterea Officium Eccleſiaſticum immutatum eſt apud Narnienſes, & Antiphonæ ac Reſponſoria recitari cœptæ de Martyre Pontifice. Imo & aſſumptus Introitus Miſſæ,* Protexiſti me Deus, *&c. de Communi unius Martyris Pontificis tempore Paſchali, & hæ recitantur Orationes,* Exaudi quęſumus Domine preces noſtras, quas in S. Juvenalis, Marty-

à S. Gregorio Martyr appellatur.

& ſecuti Narnienſes in titulo Vit.

in Officio Eccleſiaſtico & Orationibus,

Vt Confeſſor dicitur in pace quieviſſe:

C

F

A Martyris tui atque Pontificis, ſolennitate deferimus; ut quem nobis Patronum miſericorditer tribuiſti in terris, interceſſorem habere mereamur in cælis. *Altera vero eſt*: Divina libãtes myſteria te, Domine, deprecamur, ut ſicut in calice Martyris tui Juvenalis libamen Deicum crevit, ſic nos in tua ſemper gratia creſcere valeamus. *Tertia demum hæc eſt.* Fac nos quæſumus, Domine Deus noſter, ſancti Martyris atq; Epiſcopi tui Juvenalis interventu cælica dona guſtare, qui & ipſe populum tuum pretioſo Sanguine filii tui divinitus ſatiavit. *Interim Acta ejus in Lectiones diſtributa & ad Matutinum recitari ſolita, nihil de ejus martyrio habent. Imo & Canticum ſeu Sequentia Miſſæ, ex eiſdem Actis formatum, abſque ulla martyrii mentione recitatur. Deinde Martyrologia Eccleſiæ Narnienſis iſta habent:* Die tertia Maji, Sanctorum Martyrum Alexandri, Euentii, Theoduli & Juvenalis Epiſcopi, *aut etiam tali modo:* Die tertia Maji Sanctorum Martyrum Alexandri, Euentii & Theoduli. Ipſa die S. Juvenalis Epiſcopi & Martyris in civitate Narniæ. *Ex ſimili errore Galeſinius adjunxit aliis* Juvenalem, & Diaconum *fecit. Inter antiquora Martyrologia, à nobis collecta, ſunt Auguſtanum S. Vdalrici, & Pariſienſe à Labbæo noſtro ſubmiſſum: in hos poſt* Romę *adſcriptos* Alexandrum, Euentium & Theodolum, *additur* Juvenalis Confeſſor. *ut ſupra ex aliis Martyrologiis deduximus.*

in Martyrologio ſuo.

B

4 *Quidquid ſit & opponatur*; *certum eſt in reliquis quæ circa corporis tranſlationẽ à Narnienſibus referuntur, ſemper* Martyrem *appellari* Juvenalem. *Ex his primo datur à nobis* Hiſtoria tranſlationis Lucam, & *relationis Narniam ſeculo* IX *factæ, ex Ms. Narnienſi: ubi dicitur in hac tranſlatione* iterum martyrium portaviſſe. *In Miraculo anno* MCCXXXIII *facto, clariſſime aſſeritur* claudus per Juvenalem Martyrem ſanatus *ubi & altare & ara Martyris & liquor Martyris appellatur. Ad ejuſdem tituli confirmationem exhibetur Bulla Indulgentiarum, à tribus Archiepiſcopis & duodecim Epiſcopis anno* MCCLXXXIII *conceſſarum, & aliarum a Summis Pontificibus Nicolao* IV *Ioanne* XXI, *aliis* XXII *habito, Bonifacio* IX, *& Gregorio* XIII *datarum quarum ecgrapha, nobis curavit Illuſtriſſimus D. Ludovicus Bonetti Canonicus Narnienſis: in quibus compellatur* B. Juvenalis Epiſcopus & Martyr, & dicti loci Patronus. Eccleſia Narnienſis in honorem B. Juvenalis Martyris conſtructa. Eccleſia Narnienſis, in qua Corpus pretioſi Martyris requieſcere dicitur. *His omnibus ſubjungimus hiſtoriam elevationis hoc ſeculo* XVII *factæ, ex authenticis inſtrumentis Pauli Bucciarelli Epiſcopi Narnienſis & aliorum, quæ nos Romæ anno* MDCLXI *accepimus, procurante R.P. Odone de Comitibus, ex originalibus per Notarios publicos deſumpta, & firmata ſubſcriptione ac ſigillo Priorum populi Civitatis Narnienſis, in quibus* Martyr *habetur. Addimus denique quæ nos ipſi in Eccleſia Narnienſi obſervavimus anno* MDCLX *cum dilineatione novæ, quæ tunc inchoata erat, nunc perfecta habetur, Confeſſionis, propter miram operis venuſtatem, cui ſculpendæ neceſſarios ſumptus liberaliter Capitulum Illuſtriſſimum contulit; ubi ſupra portã, qua patet ingreſſus in Sanctuarium, hic titulus legitur. S.* Juvenali Mart. Epiſcopo Narnienſi, fundatori primo, ſalutis ac fidei parenti optimo, Paſtoriq; ſuo, Narnia univerſa ſupplex, animi grati monumentum ponit ac dicat. Anno MDCLXXVII.

C

Dantur hiſtoria tranſlationum & miraculorum in quibus Martyr habetur.

5 *Ex prænotata alteratione titulorum* Confeſſoris & Martyris *nata eſt altera controverſia, num duo ſint ſtatuendi Iuvenales Epiſcopi Narnienſes, quorum unus Confeſſor, alius Martyr fuerit. Id aſſeruerunt Ioannes Baptiſta Bracheſchi, in tractatu quem anno* MDLXXXVI *de duobus Herculanis Epiſcopis Peruſinis vulgavit; Baronius, in Notis ad* III *&* VII *Maji; Vghellus, tomo* I *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Narnienſibus, & nonnulli alii. Egimus Kalendis Martii de S. Herculano Epiſcopo Peruſino & Martyre, nec potuimus ullas reperire convincentes rationes, propter quas duos ſtatueremus Herculanos. Idem fecimus* XII *Aprilis ad Vitam S.*

Hinc quidã duos ſtatuunt SS. Iuvenales Epiſcopos Narnienſes.

Maji Tomus I.

Zenonis Epiſcopi Veronenſis, quem alii aſſeruere obiiſſe Confeſſorem, alii cum S. Gregorio martyrio fuiſſe coronatum: cui plane affinis eſt hæc controverſia. Omnibus autem conſideratis, arbitramur cum Ferrario, in Annotatione ad hunc III *Maji, nos poſſe dicere:* Si duo Juvenales extitiſſent, aliqua ipſorum Narniæ memoria extaret. *Dubito vero an ideo recte judicet Ferrarius* Martyrem appellari, quod à cultoribus Bacchi tentus, immolare & carnes immolatas edere dum cogeretur, in os ejus gladius immiſſus fuerit; quem is ita dentibus tenuit, ut qui illum immiſerat, extrahere conatus, guttur ſibi præcideret. *Vghellus arbitratur ideo a poſteris* Martyrem *habitum, quod, ut in Tranſlatione corporis n 5 dicitur, cum* ibi ejus eſſent Mauſeola tracta, ſanguis effluxiſſet, & pavimenta ſuę aulæ irrigaſſet, illeq; ſanguis à piis Clericis fuiſſet collectus. *Primaria ratio ſtatuendi duos Iuvenales videtur eſſe, ut alteri & majori controverſiæ fiat ſatis, qua diſputatur num* corpus S. Juvenalis Epiſcopi Narnienſis *Foſſanum, urbem Pedemontii nunc Epiſcopalem, ſit tranſlatum; quod Narnienſes negant, & Foſſanenſes aſſerunt. Si autem forent duo Iuvenales Epiſcopi Narnienſes, invenienda̅m putant aliqui rationem conciliandi utroſque modo pars alterutra ſecundo Iuvenali velit eſſe contenta. Nos de Foſſanenſi Iuvenali malumus peculiarem inſtituere tractationem, in qua prolatis omnibus Foſſanenſium monimentis, ſicut hic proferuntur omnia quæ ex parte Narnienſium haberi potuerunt, ſperamus fore ut totius controverſiæ ambages omnes ultro ſeſe evolvant & explicent.*

& alterutrius corpus Foſſani eſſe credunt.

D. P. AUCTORE

E

VITA

Ex pluribus Codicibus Mss.

F

1 CUm diverſo orbe terrarum miſericors & omnipotens Deus Sanctos ſuos ſegregaret, ut ſcriptum eſt, à peccatoribus; & rurſum ad prædicandum ejus gloriam eos diſpergeret inter incredulas gentes; impletum eſt quod dictum eſt per Prophetam: Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, & vox tonitrui in rota, id eſt in hunc mundum, qui per ſua veſtigia volvitur, & implentur anni multi. Et quidem ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, Jacob in regno Dei: quoniam alios per paſſionem, alios per confeſſionem, alios per genera linguarum, alios per prophetiam, alios per gratiam curationum, ſuos teſtes eſſe conſtituit. Et unicuique provinciæ, unicuique regioni ſive urbi, proprios dedit habere cuſtodes. Sicut illi, quæ Domina gentium eſt & princeps provinciarum, urbi Romæ Petrum & Paulum Principes Apoſtolorum ab Oriente, tamquam prima hora operarios, donavit in vineam Italiæ, Tuſciæ, & Campaniæ. In *a* Sebaſte donavit Joannem Baptiſtam; Jacobos duos, Mathiam & Stephanum in Hieroſolymis; Andream in Patris provinciæ Achaiæ; Joannem in Epheſum provinciæ Aſiæ, & *b* ceteros Apoſtolos eorumq; diſcipulos, divini verbi ſatores & miniſtros, per ſingulas civitates & regiones miſit agricolas, ut dictum eſt, in vineam ſuam: & alios ad tertiam, alios ad ſextam, alios ad nonam, vel undecimam horam ex denario conventionis, id eſt coronæ, locavit: ut per eorum merita non ſolum Italia, ſed cunctus polleret orbis: quia omnes accepturi ſunt ancipites gladios in manibus ſuis, ad faciendum vindictam in nationibus, increpationes in populis, ut ligent Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Heb. 7, 26 Pſal. 76, 19 *Poſt fidem per orbem promulgatã.* *a*

2 Dum omnes jam penè urbes ad Chriſti fidem per prædicationem Martyrum perveniſſent, & clara eorum miracula & doctrina ubique reſonarent; ſola civitas Narnienſis nullum penitus recipiebat Chriſti gratiam prædicantem, ſed tanta idolorum illic erat cultura, ut nullus ibi locus vacuus reperiretur: quo nõ ſacrificarent in templis Jovi, Jano, Herculi, Marti, Saturno, Veneri, Minervæ, Junoni, Fortunæ, Nep-

EX MSS. *deſtructamque & innovatam Narniam,*

tuno, Vulcano: vel quodcumque idolum nominatur illic pullulabat quotidie. Sed hæc incommoda interim reticentes ſeponamus, & antiquam rem geſtam enarremus, occaſionemque perditionis prædictæ civitatis noſſe cupientibus non negemus. Dum Auguſtus Cæſar ad Perſarum olim bella procederet, & de omnibus civitatibus ſecum adduceret exercitum; ſola Narnia, quæ ante *c* Nequina nuncupabatur & à *d* nequitia duxit nomen, contempſit ire. Qui dum ſe vidiſſet taliter contemptum, & cauſa ſibi urgeret ambulandi, donavit eam genti *e* Carporum: quæ tam diu obſedit eam, uſque dum ſe intus ab homine uſque ad pecus interficerent gladio, jurantes ita ut unus qui remanſerit in ſuo incumberet gladio, & ne unus quidem remanſiſſet. Intrantes autem Carpi vaſtaverunt omnia, & civitatem incendio conſumpſerunt. Revertente vero Cæſare jam victore cum multis ſpoliis, condolens huic civitati, juſſit reſtaurari partem mediam civitatis, *f* pontemque ei miræ magnitudinis in ſublimitate fundavit, & intra triginta annos explevit; & ſuo ſignavit Carmine: Cæſar Auguſtus de manubiis, Narnienſis Patronus: & ni fallor, nullius provinciæ huic, ut dicitur, aſſimilatur pons. Aquæductum ei amplius de quindecim millibus intromiſit: de quo nunc tacendum eſt, quæ ſit altitudo, quæque circuitiones, quot pontes, in quibus longitudinibus transforati montis. Ibi ſtatuam dedicavit, qui locus ipſe in medio foro Auguſtus vocatur: & de diverſis civitatibus congregatis civibus intromiſit: & impoſito ei nomine de Nare *g* flumine, qui de naribus ſculpti quaſi vituli lapidei egreditur, Narnia in Colonia dicitur, quia omnes qui de alia regione veniunt & habitant nobiſcum, hujus ſoli incolæ vocantur, ideoque Narnia in Colonia appellatur. Sileamus jam quod nunc cœpimus, quia ad inchoationem primæ veritatis convenit reverti. Viſitabatur ipſa urbs Narnia à multis Sanctis, à *h* S. Terentiano ſæpius, *i* à S. Feliciano quamplurimis vicibus, qui multas ibi injurias perpeſſus eſt, ita ut in carceribus retruderetur; nec non à S. Valentino *k* inceſſanter: & tamen ut dictum eſt, nullum recipiebat verbum ſalutis.

c *d* *e* *f* *g* *cives ejus in fide inſtruunt Sancti vanii* *b* *i* *k*

poſt quas S. Iuvenalis ordinatus Epiſcopus

3 Accidit autem, ut S. Juvenalis ex Africa Romam pergeret Presbyter; arte medicus: & dum ad quamdam Matronam, Philadelphiam nomine, quæ erat ex genere Imperatoris, perveniſſet; fecit eum ingredi in domum ſuam, quæ etiam Chriſtianitatis exercebat opuſcula: & didicit eum eſſe virum Sanctum. Cœpitque vir Dei ab ea exquirere, in qua urbe tum eſſet Epiſcopus. Et cum didiciſſet, quia Narnienſis civitas non haberet Epiſcopum, miſit ad eam viros prudentiſſimos qui explorarent ſi in ea invenirentur fideles. Et dum reperiſſent viros nobiles ac mulieres de *l* Aniciorum genere, habito conſilio ſuaſit eis, ut poſtularent conſecrari ſibi Epiſcopum. Euntes pariter ad urbem Romam petierunt à *m* Pontifice ut eis ordinandum donaret Juvenalem Epiſcopum. Quod cum Deo favente impletum eſt; venerunt in Civitatem ſuam Narniam cum conſecrato Juvenali Epiſcopo. Tunc cœpit S. Juvenalis claro ſermone exhortari populum, ut converterentur ab idolis, & Chriſti efficerentur cultores. Et facto ibi oraculo in honore ſancti Martyris Valentini Epiſcopi, qui jam Martyr fuerat, ibidem ſacroſancta myſteria celebrabat, multaq; mirabilia multaſque virtutes faciebat. Accidit quadam die, dum iter ad oraculum ſupra nominatum faceret, quod ad inferiorem portam, in regione quæ vocatur Marcellinata, conſtituerat, [quando] venerat ad taurum æreum, ubi templum erat Liberi patris; continuo exivit de templo immolans, & tenuit eum, & nitebatur ei de idolothyto in os mittere: produxitque gladium, & *n* inverſam gladii manicam in os ejus miſit: qui ſtrictis dentibus tenuit viriliter. Et dum ad ſe invaſor ſacrilegus retrahere voluit gladium, manu ſua ſibi illum intromiſit in gutture: & inciſo gurgulione cœpit ſpumas per os cruentas evomere, & clamare; O ultor Briarei, libera me. Et hæc dicens expiravit. Videntes hoc populi admirati ſunt, & crediderunt, & baptizati ſunt. Eodem tempore, quia Paſcha proximum erat, viri ac mulieres fere duo millia, & matrona quædam ibi nomine Venantia *o* cum filiis ſuis, nobili genere orta & prima civitatis, baptizata eſt, quæ & miniſtrabat ei de facultatibus ſuis. Habitatio vero ſancti viri Juvenalis erat ad portam ſuperiorem, in turre cohærenti muro, in vico qui dicitur novus: nam & lectus, in quo ipſe dormitabat, uſq; nunc conſtat in eadē turri.

illæſus à gladio, quo ſemet percuſſor interemit, *n* *o*

plurimos convertit.

precibus protemporibus enituit. *fligat hoſtes urbem obſidentes:*

4 Delectat & hoc miraculum referare, quod ejus annos perditionis Nequinæ civitatis, ut progenies ipſa Carporum, mixtique Ligures, armati omnes, de regionibus ſuis ad vaſtandas civitates proceſſiſſent. Qui dum multas jam invaſiſſent regiones, devenerunt in valle, quæ eſt inter Narniam & Interamnem, quæ nuncupatur Tyria ſuſpecta, & ambarum civitatum prædia obſidebant. Et circumdantes civitatem Interamnem ceperunt eam, & magnam ex ea duxerunt prædam, nec non & multitudinem populi interfecerunt. Obſidentes vero Narniam, dum adhuc in corpore eſſet S. Juvenalis, quinto ordinationis ſuæ anno, in menſe Quintili, qui nunc Julius, facta oratione cum ſuis Domino fidelibus, tales incircuitu muri verſiculos pſallit: Fiat, Domine, via illorum tenebra & lubricum, & Angelus tuus perſequatur eos: & veniat illis laqueus, quem ignorant; & captio, quam occultaverunt, apprehendat eos. Et poſt Pſalmi iſtius finem, hanc dedit vir Sanctus *p* orationem: Deus, qui univerſas gentes ad nihilum redigis; da huic civitati de interitu eorum lætitiam; ut credant quia tu es Deus ſolus, qui pro nihilo habes omnes gentes, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit in æternum, & cum ſpiritu Sancto, in ſecula ſeculorum. Et cum omnes reſpondiſſent cum lacrymis, Amen; ſubito medio die intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: & miſit ſagittas ſuas & diſſipavit eos, fulgura multiplicavit, & conturbavit eos: & apparuerunt in ſiccitate fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terræ, ab increpatione furoris Domini. Vere enim hi verſiculi eodem die impleti ſunt. Tanta enim fuerunt tonitrua & fulgura micantia ac turbines, ut amplius tria millia viri cum armis ſuis, juxta murum antiquum, ad templum quod vocatur Herculis, ſint ſubmerſi, & nec apparuerunt. Et magnificabatur Deus in his operibus, & liberata eſt civitas.

o *p* Pſal. 34. 6. Pſal. 17, 14.

non abſque miraculo celebra, Miſſam.

5 Tunc S. Juvenalis indicto jejunio ſacroſancta myſteria celebrabat. Habebat enim calicem ex metallo cryſtallino factum, quem ſecum adduxerat; paruum quidem, ſed virtute clarum: qui dum *q* tot millia populi ad eum labia propinarent, non ei refundebatur à miniſtro, ſed creſcebant in eo Sancta libamina. Tunc omnes in ſtuporem verſi mentis, glorificabant Dominum, qui talia per ſervum ſuum Juvenalem Epiſcopum oſtendere dignatus eſt. Nam & ipſe Calix uſque hodie diligenti cura conſtat; & *r* die Natalis ejus à miniſtro producitur, catenulis aureis gemmiſque ornatus, eo quod & anſulas habeat. Completis autem ſeptem annis ſacrum Domino reddidit ſpiritum, & ſepultus eſt ad portam ſuperiorem *ſ* via Flaminia, milliario ab urbe Roma *t* quinquageſimo quinto, ſub die *u* ſeptimo Iduum Auguſtarum. Natalis *x* vero ejus celebratur quinto

q *r* *& pie obit.* *ſ* *t*

nonas

A nonas Majas, quo die & Crux Domini, imminente Helena matre Imperatoris Conſtantini, per Judam, qui nominatur Cyriacus, in loco Calvariæ, qui eſt in Hieroſolymis, inventa eſt.

6 Sed & illud, fratres cariſſimi, non prætermittimus, nuntiantibus amplius quadraginta viris, navim ſuam, ſancti viri orationibus, periculo jam proximam liberatam. Nam & ipſe S. Juvenalis retulit ſe in viſione admonitum, ut pro navigantibus exoret; quod poſt, exitus rei docuit. Navigantibus ergo quaſi trecentis viris ex Oriente, & contendentibus ad portum cum multis opibus onerata nave; dum per tranquilla maria tuto velificarent, ſubito die media nox ſupervenit atra, irruerunt venti, inſonuit procella cum turbine; mergebatur navis, ut jam nullam ſpem ſibi vitæ crederent eſſe ſervatam, ſed omnis ſpes quæſtus eorum in periculo labefiebat. Continuo apparuit eis Angelus Domini in effigie S. Juvenalis, ſtans ſuper aquam: qui videntes eum clamaverunt dicentes: Si vir Dei es, libera nos. Qui extendens manus, exoravit pro eis: & pervenit navis ad portum ſecuritatis optatum. Tunc ſciſcitati ſunt ab eo, quis eſſet: & ille dixit eis: Ego ſum Juvenalis Epiſcopus Narnienſis. Agite gratias Deo, B qui vos liberavit: & ſi me malueritis inquirere, ad portam ſuperiorem me invenietis. Et hæc dicens, abſceſſit ab oculis eorum: qui admirantes valde glorificabant Dominum. Et expletis actibus ſuis, miſerunt, ut ſupradictum eſt, quadraginta viros prudentiſſimos cum magnis muneribus. Et cum ducentorum millium via extenderetur uſque ad portum, duorum dierum itinere ad Narniam pervenerunt. Qui dum introiſſent civitatem, exquirebant ubi maneret Juvenalis liberator eorum. Et ut cognoverunt, quia jam obiiſſet, voluerunt videre ſepulcrum ejus. Unus ex eis, nomine *y* Aërius, quartanum typum agebat: & tacto ſepulcro ejus, continuo evomuit venenum cholericum, & ſanus receſſit. Datiſque muneribus ejus [ſucceſſori] vere venerabili z Maximo Epiſcopo [qui quadraginta annis ac tribus menſibus Cathedram] ejus poſſedit, rogaverunt ut ei baſilicam cum confeſſione conſtrueret: & factum eſt.

Mercatores ejus meritis naufragium evadunt:

y & baſilicam extrui petunt,

z

7 Recondentibus iis abdito loco ſacrum corpus; ubi ex lapidibus ac auro argentoque conſtructa confeſſio conſtat, & ſuper ejus venerabile corpus carmina ſignaverunt hoc modo

Titulus ſepulcri,

Secretus locus intus ineſt ſanctique receſſus,
Quem, dum ſumma petit, Juvenalis morte dicavit:
C Quo ſibi poſt obitum placuit dare corpus humandũ
unde liquor ſalutaris emanat. In cauto manibus ſeindens: ne polluat imber
Idibus Auguſti Domino præſtante ſepultum

Die vero Natalis ejus confeſſio ipſa, tam marmora quam aurum vel argentum, tanti ſudoris aqua diſtillat, ut cum ſpongiolis tergentes in ampullis recondant; mixtaque cum ſancto oleo multis infirmis deportatur, & Domino cooperante ſanantur. Hæc autem geſta jubente venerabili Maximo Epiſcopo edita ſunt, petentibus his qui & vitam & actus ejus requiſierunt.

8 *Hactenus MS. Wiblingenſe, cum ceteris collatum: & conſentiens Vallicellanum ſic finit*: petentibus eis qui & vitam & actus ejus, à quo liberati ſunt, voluerunt noſſe: & reverſi ſunt cum magno gaudio, gratias agentes Deo per Jeſum Chriſtum, cui eſt honor & imperium, una cum Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen. *Cetera in ſubſequentibus Annotatis indicabimus; prius tamen quam ad ea veniamus, hic ſignifico primum quod verba, ad nomen* Maximi Epiſcopi *à nobis incluſa* [ ], *haud dubie poſt mortem ipſius Maximi ſint interjecta. Secundo idem judicandum videri de toto fere numero* 7, *ubi dicitur* auro argentoque extructa confeſſio, *quod non eſt credibile primo ſtatim initio cultus ſa-*

interpolationes quædam ultimæ [ ] *diſcretæ.*

ctum; & recitatur Epitaphium, quod ſatis erat ſepulcro inſcriptum legi; ac denique indicatur annua aquæ ſalutaris ſtillatio, cujus probatio certa longioris temporis intervallum videtur ſupponere. Iſtud autem epitaphium vel extritum pro parte erat, quando huic vitæ inſcriptum eſt; vel antiquioris codicis vitio accidit, ut non potuerit Wiblingenſis ſcriptor totos verſus exprimere: cujus interim fidem vel hinc debemus æſtimare, quod de ſuo nihil præſumpſerit addere. Alii econtra (& hoc tertio loco notandum venit) varie ſuppleverunt defectum, prout vel ſucceſſu temporis factum repererunt à curatoribus ſacri ſepulcri, vel privato judicio cenſuerunt melius fore. Nam MS. Foſſanenſe multò auctius ipſum exhibet; MS. Vallicellanum, ſervato verſuum ordine, ſenſum nonnihil mutatum eo modo repreſentat, ut depoſitionis diem, qui fuerat à die mortis ſextus, non curaverit exprimere; eo quod uſu invaluiſſet ut dies Natalis præ alio feſtivus haberetur, ſicuti ipſo adhuc vivente agi conſueverat: propterea quod dies hic, quo Epiſcopus ſcilicet ordinatus fuerat Iuvenalis, non ejus tantum, ſed ipſius quoque Narnienſis Cathedræ eſſet Natalis. Hac autem ratione ſederit S. Iuvenalis, præter annos ſeptem aſſignatos in Actis, menſibus tribus, & diebus quatuor: ſiquidem obierit VII *Idus Auguſti, ipſis Idibus ſepultus.*

EX MSS.

Epitaphium à poſteris alteratum,

9 *Poſteri Epitaphium, ut dixi, innovantes haud paulo aliter legendum proponere maluerunt; nam in MS. Vallicellano ſic reperitur:* E

duplici modo.

Secreti loeus eſt intus ſanctique receſſus,
Quem famulus Chriſti Sanctus Juvenalis amavit,
Sanctorum ſocius, meritis evectus in aſtra.
Rupe cava placuit tumulari membra ſepulcro,
Ne polluta manus ſacrum contingere poſſet.

In MS. Foſſanenſi epitaphium idem plures habebat verſus, hoc modo & ordine:

Tu quicumque legis, iſtud venerare ſepulcrum,
Quod famulus Chriſti Sanctus Juvenalis honorat.
Primus Epiſcopus ipſe fuit Narni & Pater ejus.
Africa quem genuit, hunc Narnia poſſidet ipſum.
Rupe cava placuit abſcondere membra, ſepulcrum
Ne polluta manus ſacrum contingere poſſit.
Sanctorum ſocius meritis electus, in antro
Hoc quidem poſitus, charos tamen ipſe tuetur.

Ego (ne in conjectando lector fatigaretur) nullo verbo litterave mutata, & paucis ſyllabis alio charactere adjectis, conatus ſum laborem ejus juvare, utinam feliciter ſatis!

ANNOTATA.

a *S. Hieronymus in Vita S. Paulæ 26 Ianuarii num.* 18 *aſſerit, hanc inviſiſſe* Sebaſten, id eſt Samariam, ubi ſiti F ſunt Eliſeus & Abdias, &, quo major inter natos mulierum non fuit, Joannes Baptiſta: *cujus ſcilicet corpus ab diſcipulis eo delatum fuit, ubi ante Chriſti adventum annuntiarat.*

b *In aliquibus MSS. adſcripta erant de nonnullis aliis Apoſtolis, nec ſatis cohærentia, quæ ut impertinentia omiſimus, vel in notas referre placuit.*

c *Imo ante* Nequinum *dictum, aſſerunt Livius & Plinius.*

d *Alii* ab aſperrimo difficillimoque ſitu loci *dictam tradunt.*

e Carpi *antiqua urbs eſt, Principatus titulo inſignis cum aliquot civitatibus ſubjectis, olim ſub Imperio Picorum, nunc Ducum Mutinenſium. Sed uti hæc ex traditionibus plebejis non ex certa hiſtoria deſumpta videntur; ſic nolumus operoſe ſcrutari, num hi* Carpi *externi fuerint: Iacobillus eos in Germania ad Danubium collocat.*

f *Procopius lib.* 1 *Rerum Gothicarum*, Pontem hunc, *inquit*, Cæſar Auguſtus olim conſtruxit, ſpectaculum memoratu digniſſimum, quippe omnium fornicum, quos ſcimus, excelſiſſimus eſt. *Conſpeximus nos anno* 1660 *aliquos dicti operis ſuperſtites fornices.*

g Nar *ad urbis hujus in monte ſitæ radices præterfluit,*

AUCTORE D. P. *ita aliquibus dictus, quod odore ſulfureo nares conſtringat. Hinc Virgilius lib. 7 Æneidos memorantur*

Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini.

quia Nar *è montibus Amiternis per* Velinum lacum *fluens, inde per Interamnum & Narniæ radices, inter Ocriculum & Hortam, in Tiberim defertur.*

h S. Terentianus 1 *Epiſcopus Tudertinus & Martyr, ſub Hadriano paſſus* 1 *Septembris.*

i S. Feliciani *Epiſcopi Fulginatis Martyris, ſub Decio paſſi, Acta illuſtravimus* 24 *Ianuarii.*

k S. Valentinus *Epiſcopus Interamnenſis, Martyr ſub Claudio* 2 *paſſus. Ejus Acta martyrii dedimus* 14 *Februarii. Porro vix dubitamus quin totum hoc principium Vitæ, uti & nonnulla alia hinc inde notanda, præſertim in fine, adjuncta ſint, poſt plura ſecula, quam hæc Acta primum ſcripta fuere.*

l *Illuſtris & nota eſt* Aniciorum. *familia apud Romanos. In MS. Vallicellano* Anicorum *in MS. Germ.* Anichinorum *erat. Iacobillus* ex familia Coccia, ſtirpe Nervę Coccii Arucia.

m *Iacobillus aſſerit fuiſſe* S. Damaſum, *& ab hoc conſecratum anno* 369. *Auctor Summarii Italici notat annum* 370 *& eumdem Damaſum nominat.*

n *MSS. Bodec. & Vallicel.* univerſam. *MS. Iacobilli*
B inverſa gladii manica. *Petrus de Natalibus* cultellum *appellat, quo os volebat tenere apertum, ut idolothyta injicerentur.*

o *Iacobillus addit,* ex familia Anicia.

p *Idem alias preces habet, ab illo crucem manu tenente in muris urbis recitatas. Eaſdem & quaſdam præterea habet præcitatus auctor Summarii.*

q *Idem habet* tria millia, *ſicut etiam auctor Summarii.*

r *Idem tradit* calicem oſtendi cum aliis reliquiis in feſto Aſcenſionis Chriſti.

ſ Via Flaminia *per Otriculum, Narniam, Spoletum &c. Ariminum uſque tenditur.*

t *Sunt hæc milliaria aliquanto minora, alias ſolum* 40 *eſſent numeranda: & ſic alibi memini etiam minora obſervaſſe.*

u *Vel hic abundat* τὸ ſeptimo, *vel omiſſum eſt aliquid, quo intelligi debuit Sanctus, non ſepultus eſſe, ſed obiiſſe* die VII Iduum Auguſtarum: *cum ipſis* Idibus *eſſe* ſepultum *ſatis clare dicat epitaphium ſincerum, & ab ipſomet Maximo veroſimiliter ſcriptum.*

x *Iam indicavi* Natalem *hic intelligendum ex more Epiſcoporum iſtius ævi, diem* Ordinationis Natalem *vocantium: nec potuit obſtare feſtum inventæ Crucis (utpote non niſi* VIII *ſeculo cœptum univerſaliter celebrari) quo*
C *ſolennior in populo maneret hujus Natalis memoria, præ die obitus aut depoſitionis, uti in S. Ambroſio & aliis nonnullis uſus retinuit, abolita pene memoria depoſitionis eorumdem. Quod autem de Cruce additur, non auſim dicere eſſe à Maximo, potuit tamen etiam hic ſecutus fuiſſe* novellas, *ut ait Gelaſius Papa,* relationes *de inventione Crucis Dominicæ, quarum fabuloſitatem jam redarguimus, & quoad* Judam-Cyriacum *plenius confutabimus die ſequenti.*

y *Iacobillo* Nerius, *in aliis MSS.* Crius *&* Erias.

z *MS. Bodecenſe, Surius & Vghellus* Maximiano.

SEQUENTIA

Ex antiquo Miſſali Narnienſis Eccleſiæ.

EXultet plebs fidelium,
Chorusque Narnienſium
Pſallat in hac die,
In qua vir ſanctus hodie
Juvenalis eſt gloriæ
Deputatus pie:
Cujus virtus rutilat,
Cujus laus emicat
Virtutis præconio.
Sacrum hic dum perficit,
Dei corpus conficit,
Ejus miniſterio,
Parvo in calice,
Vere mirifice,
Libamen eſt Deicum:
In quo renovatur,
Per quod memoratur,
Signum Euangelicum,
Jeſus panes augmentavit,
Quibus turbas multas pavit,
Satiatis omnibus:
Sanctus potum ſacrum dedit,
In quo Chriſti Sanguis crevit,
Propinatus millibus;
Nec à miniſtro funditur,
Vel liquor ullus ponitur
In vaſe cryſtallino:
Sic ſtupet plebs Narnicola,
Sua relinquens idola,
Deo adhærens Trino,
Non ceſſat preces fundere,
Nec manus differt jungere,
Pro ſalute civium,
Quos ſacris verbis educat,
Carporum gentes effugat,
Strage data hoſtium.
Suos inſtruxit atque direxit,
Quoſq; deduxit nec nõ protexit,
Eorum gerens curam.
Sic honoratur & exaltatur
Et commendatur [& laudatur]
Proferens vitam puram.
Demum poſt cujus tranſitum
Chriſto jam reddit ſpiritum,
Gaudens in cæleſtibus.
Ex ipſius tumba manat,
Quod infirmos multos ſanat
A cunctis languoribus,
Surdis auditus redditur,
Et ſoſpes quis regreditur,
Si locum poſſunt tangere.
Privati quoque lumine,
Videre Dei nomine
Merentur hic recipere.
Poſſeſſus à dæmonio,
Sancto curatur medio,
feneſtram frangens vitream.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Quidam nautæ naufragantes,
Juvenalem invocantes,
Evadunt periculum:
Illi vero non ingrati,
Ære perguot onerati
Ad ipſius tumulum.
Laus ergo Regi gloriæ,
Qui nos reformat gratiæ,
Pro Juvenalis precibus,
Quos tutat in hoc ſeculo,
Conſervat à periculo,
Coronat in cæleſtibus. Amen.

Hactenus illa Sequentia, cui tres verſiculos ad complendam antepenultimam ſtrophan deeſſe cum ipſa rythmi ratio indicet; curavimus librum originalem conſuli: ſed nec E *ibi quidquam repertum eſt amplius, quam in noſtro ecgrapho habebamus; ut dubitari poſſit, utrum pars illa non defuerit ab initio, per ipſius auctoris incuriam, non admodum ſolliciti ut ryhtmum undequaque perfectum daret.*

ABLATIO ET RELATIO

Corporis S. Iuvenalis ſeculo IX.

Ex veteri MS. Narnienſi.

Poſt Legendam ſeu Vitam in Lectiones diviſam, in jam dicto MS. ſequebatur de corpore ablato relatoque narratio, ſimiliter in Lectiones diſtributa, fortaſſis pro Officio ad diem VII *Auguſti recitando, quando obiiſſe Sanctum dicunt vitæ Acta, & feſtum ei duplex cum Octava celebrari indicat tabella Officiorum duplicium Cathedralis Narnienſis. Dicit illa quidem feſtum hoc eſſe* S. Juvenalis ſecundi Epiſcopi & Confeſſoris: *ſed ex ſuppoſito quod duo ſint hujus nominis Epiſcopi, & primus eorum Martyr fuerit: quorum neutrum ſuſtineri poteſt ſtante Vitæ jam præmiſſæ auctoritate, quæ tamen (ſi eſt ſcripta juſſu Maximi ſucceſſoris) ſola præcipuam fidem exigit. Fortaſſis etiam contigit, ut Corporis Lucam ablati & Narniam relati ſolennis exceptio aut repoſitio in locum priorem, hoc eodem* VII *Auguſti die acciderit; ſicuti Deo diſponente contigit, ut die* XIV *Septembris, quo primum in dedicatione Hieroſolymitanæ Baſilicæ ſub Conſtantino fuerat exaltata Crux Domini, eodem iſtic reponeretur ab Heraclio Imperatore, recepta ex Perſide. Prædictæ narrationis auctorem nequaquam coævum rei geſtæ, ſed ex populari traditione, poſt aliquot ſecula ſcripſiſſe quæ referri audiebat, haud æque in omnibus congrua cum ſeipſis & cum majori veri ſimilitudine, notum fiet ex ſequenti tractatu* § 7. *Interim, ſub hujus præmonitionis cautela, ipſam hic lege, iis ſolis nunc illuſtrandam obſervationibus, quibus explicentur obſcura, non quibus diſcutiantur errata, eo quem indicavi loco opportunius caſtiganda.*

Forſitan legi ſolita 7 Auguſti

nec ſatis authentica.

1 Domini noſtri Jeſu Chriſti, Fratres cariſſimi, Sanctorumque omnium miracula clara merito perſonat orbis; quando [etiam] carmina poëtarum priorumque philoſophorum gliſcit animus ſcandere, quæ [tamen] ſunt fabulæ & inanes lectiones & fallaciæ Gentilium, nec non deceptiones infidelium. Quis enim paveſcit legere ſilentio abdicationem hoſtium, dæmonumque occultationem; qualiter devicti ſunt à militibus Chriſti, & vires eorum confractæ, & ſub pedibus eorum conculcatæ. Recolimus enim

Sancti dæmonum dominatores patrocinium noſtri ſuſcipiunt

A enim ſemper fuiſſe invidos & callidos cunctorum fidelium (nam ſine intermiſſione ex inſidiis diaboli homines tentantur, ut virtus tentata probetur, & palma non conſentienti glorioſior appareat) unde quanto amplius ſcelerum cupiunt, tanto amplius læti ſunt; adhuc [autem] non quieſcunt, ſed miris facinoribus exigentibus chaos circumeunt, & in erebi gurgitem deſidioſi ruunt, heroës conculcant, & fideles aliquando necant. Quis de odio confitetur & pœnitet? quis de invidia mœret? quis de cumulo avaritiæ contremiſcit? Prorſus pauci. Sed Dominus eſt juſtus & pius, qui expectat omnes & ſuffert, per orationes Sanctorum & oblationes fidelium. Hoc tamen pavendum eſt omnibus, quia quanto amplius portat tanto durius punit.

2 Quæ fauces poterunt retexere Sanctorum omnium remunerationem, infinitæ miſericordiæ gloriam, præparationem lætitiæ paradiſi? Morari debemus in laude omnium Sanctorũ, ſed præcipue in noſtris Patronis ſilere noxium cenſuimus. En omnes defendunt: & ſicut prius pro eis agonizaverunt, quamvis à ſuis ut juſtum eſt non obſequantur, tamen adhuc certant & pro eis obſecrant: ipſi nos defendunt, ipſi cuſtodiunt, protegunt, & claris inter nos miraculis coruſcant. Inter quorum claſſes noſter glorioſus & mirabilis fulget coronatus Sanctiſſimus Juvenalis. O quam prædicandus! quantum amandus! qui in tantum ſuam dilexit Eccleſiam, ut multis ſuppliciis ſuperans triumpharet: apte ſibi commiſſum Thronum decorans, ſecum provexit credentes ad aſtra polorum. Igitur B. Juvenalis, non ſolum [civitati profuit], dum in hoc ærumnoſo deguit ævo; verum & poſt liberam ejus ad æthera evolationem, cum pro ſuis exulavit *a* & iterum martyrium portavit; pro ſuis flevit, ingemuit, ſanguinem fudit, & in exilium quaſi pietatis cauſa portatus eſt, in tantum ſuas oves diligens. Ne [autem civitas in perpetuum] fruſtraretur à tali Patrono, cum eximio honore ad Narniam eſt reductus, adjuvante Domino per ejus auxilium & orationem venerabilium Clericorum, poſtulationemque nobilium populorum præfati loci. Qualiter [vero] tranſlatus reverſuſque fuerit, ſeriatim retexere, quantum eſt licitum, curamus. Priſcum excidium Narniæ recolimus, de quo legitur, quia de eis relictus nec unus nuntiaret mortem ceterorum; nunc vero nemo reſiduus fuit, & non eſt dimiſſus aliquis vivus nec illæſus. Prius evenit, quia offenderunt Regem terrenum; nunc accidit, quia impii erant in Chriſtum Dominum. *b*

Narnienſium vero præcipue S. Juvenalis.

a

b

C 3 Evenit ut quidam potens & nobilis Tuſciæ Marchio nomine *c* Adalbertus, cauſa obſequii ſummi Præſulis, nec non ad [viſitanda] limina Apoſtolorum deveniret Romam: unde cum ſecus Narniam tranſiret, putabat ſe obediri ab eis. Illi vero Pontifici ſubjacentes renuerunt ei ſubeſſe: nam ventura erat vindicta; nec alio modo ordinari poterat. Nec multo poſt quadam die, dum [Adalbertus] aſtaret in præſentia Præſulis, affuit unus ex nobili proſapia ortus Civitatis Narniæ, Demetrius nomine: qui, cum cerneret eum, contra Pontificem taliter eſt affatus: Domine mi & rector omnium Eccleſiarum, defenſor piarum plebium, placet tibi ita me exhonoratum haberi? Cum in tuo venirem obſequio, iſti Narnienſes contra me extiterunt, nihil obedientes, verum nec pacifica verba mihi locuti ſunt? Ad hæc Demetrius reſpondit, Non eſt nobis licitum abſque Domino noſtro Papa ulli poteſtati obedire, niſi Imperatori tantum de mandato ſummi Pontificis. Qui ſtomachatus, indignante & magna voce dixit: Non eſt mirum inſanos laſciva verba proferre; ſed hoc te ſcire convenit, quia niſi fuiſſet ob reverentiam Domini noſtri Pontificis, cum verberibus ceſſarent verba. Putabat enim terrere eum minis. Tunc turgido vultu Demetrius, cum nollet recipere verba, reſpondit: Mirandum eſt quod à te audio; quia dum in noſtris ſumus partibus, æquiparia corda gerimus, æque inter nos obedientes. EX MSS.

Adalbertus Tuſciæ Marchio Narnia excluſus

c

& fruſtra id propter queſtus apud Pontificem,

4 Eadem hora interius mens Ducis corrupta eſt, & ſicut virus chelydri ita viguit odium in corde illius *d*. Heu pro dolor! Ira verſa in odium quantum lædit, quantos interimit quantoſque ruere fecit! O venenum occultum! o morbum iniquum! quia non tantum duraſti, ut Bajulum *e* interimeres aut necares terrigenas, vel mundialia ſuffocares; ſed in tantum creviſti, ut beatorum corpora Juvenalis *f*, Caſſii, *g* Fauſtæ interim debellares. Sed o! milites Chriſti, eſtote parati pro grege iterum corpora ponere, qui dudum pro eis animas cum corporibus ponere non neglexiſtis. Eja Juvenalis glorioſe, ſicut Chriſtus pro omnibus, ita tu pro Sede tibi commiſſa adhuc dura expecta: prius liberaſti animas à jure Gentilium, nunc demonſtra jura ſufferentium; invita ſucceſſorem tuum pacificum & laudabilem Caſſium; offerat preces, ut ſuos pariter commiſſos dimittat illæſos, & Fauſta nobis fruere calle ſecura, cum tuo Paſtore eſto parata exilio. E

vindictæ cupidinem animo concipit

d

e

f

g

5 Quid multa? Reverſo Duce in propria [ejus animus] callide durat in facinus. Audito non poſt multum de morte illius Pontificis, ſurrexit iratus, invitavit amicos, conduxit parentes, præcepit fidelibus, per prolixa tempora movit prælia, totam urbem Narnienſem circumvallavit, & dira excitata ſunt bella. Infeſta civitas funditur in lamentum univerſa: per muros clamabant Sacerdotes, vociferabant ſenes, ejulabant conjugati, dicebant hoſtibus: Quare hæc agitis? cur hanc cædem patratis? Offenſi ſumus Deo, vobis enim nihil culpavimus: date rogamus cladibus finem. Ille etiam jure jurando dicebat, Quia ſi mihi vita comes fuerit, non relinquam hujus civitatis lapidem ſuper lapidem, & cunctos habitatores exules dimittam. Tunc omnes munierunt civitatem & conglobati ſunt omnes, defenſorem ſibi promittentes; & unanimiter pugnabant, clamantes & dicentes: O Sanctiſſime Juvenalis, pro tua caterva intercedere digneris, ut non deſtruatur noſtra urbs ab his hoſtibus crudeliter dimicantibus.

urbemque obſidione cingit:

ſed invocato à civibus S. Juvenale

6 Dux vero fecit congregari immenſam congeriem lignorum, carduos & ſtipulam, picem & ſebum; & pontem miræ magnitudinis atque pulcritudinis, quem Rex pacificus Octavianus cum magno labore ſtabilierat, putabat evertere. Miſſo igitur igne nihil prævaluit nec minus in aliquo potuit. Cernens ſe in hoc eſſe illuſum, dixit ſuis: Quid agimus milites mei? Graviter triſtor & cor meum diſſipatum eſt, eoque devictum me eſſe video ab iſtorum inimicorum meorum aſtutia. Utinam nec inchoaſſem! Tunc omnes conſiliarii ſui in zelo dixerunt: Defenſores eorum ita veridicos & ſtabiles eſſe videmus, ut neque promiſſis neque precibus ſuaderi poſſint, quia pro eis aſſiduas preces fundere non ceſſant, nam ii ſunt Juvenalis, Caſſius Paſtores eorum, & Fauſta prudentiſſima *h* Virgo interpellatrix eorum: ſed audi, domine Dux, recolimus enim, quoniam Athenienſes, dum eſſent à quoddam Rege obſeſſi, decem *i* ſapientes ſecum habebant, conſilio quorum muniti lædi à nemine poterant, qui erant terreni homines; quanto magis iſti familiariſſimi filii Dei? Unde à ſuis præfatus Rex conſiliatus eſt, ut ſi callide illos diſſiparet & ab invicem ſepararentur, lædi à facile poſſent: quod & factum eſt: unde nobis notamus, quia ita agi à nobis neceſſe eſt.

non valens pontem incendere

F

intelligit eam defendi à Sanctis.

h

i

7 Finito conſilio, diaboli inſtinctu [placuit Duci] ut promitterent [pacem] & pactum inter ſe [& obſeſſos] ſtabilirent. Hoc dolo moti cum callida pace miſerunt

EX MSS. *quare facta pace dolosa petit ut solum transire per urbem liceat:*

miserunt duodecim ex Ducis optimatibus,ut rectum fœdus cum eis inirent & firmam cum eis pacem facerent; eo tamen tenore, ut intra civitatem cum suis intrarent à prima porta,& pacifice exirent per aliam, nulli mala patrantes. Heu fallacia! Insciа tali fraude decepti sunt; putaverunt quod sacramenta non frangerent, dederunt assensum suorum excidio. Nunc vero scire convenit de crudeli fallacia, quæ tam dire versa est in *k* Narniensium perniciem. Cur non patebas impia fallacia? *a* quare tam latentia fuistis venenata consilia? Antiqua mala sunt excitata, viguerunt facinora, oblita sunt sacramenta, odia clare patuerunt. Sed o infelix ratio! Dedit [tamen] Dux licentiam,ut tantum suarum rerum cives secum extra civitatem ferrent, quantum in una vice portare possent.

k

quam ingressus expellit cives spoliatos

8 Flebant Sacerdotes,lamentabantur senes,ejulabant conjugati,mulieres lapsis crinibus se carpebant, filii vociferabant contra parentes, omnes unanimiter vocem mittentes: O patroni nostri, ubi sunt vestra juvamenta? o auxilia, ubi inveniri possunt? Periit spes nostra, consilia nostra dissipata sunt, virtus nostra confusa est. S. Juvenalis nobis non subvenis? quare tibi expectas longa exilia? Ecce dimisisti commissos, quia tibi est martyrium præparatum. O Sanctum corpus, ubi es pro nostris sceleribus deducendum? Venerande Cassi, pacifice Pastor amabilis Ecclesiæ nostræ, quomodo dimittis concessos, quos portare debes ad Christum? Fausta amantissima, nobilis & decora vultu angelico, Virgo glorioſa,fulgida nimis, spes optima, cur nos dimittis? vel tu cum tuis morere, mori quæ in martyrio timida non fuisti.

frustraque lamentantes:

B

9 Nec mora: sarcophaga rupta sunt, mausoleа fracta, corpora Sanctorum abstracta sunt, vehicula parata Invenerunt corpus glorioſissimi Juvenalis ita integrum, & ita paratum in martyrio, ac si fuisset cum anima caro. Tulerunt corpus ejus, & posuerunt juxta cryptam sepulcri sui. Et ecce cum cæli esset serenitas, citata sunt tonitrua, excitata sunt fulgura mittentia fulmina, creverunt venti, terra mota est, & verberati oculi inimicorum nihil viderunt; sed præ pavore dimiserunt Sanctum corpus, quod erectum stetit supra pedes suos. Illi vero & cecciderunt in terram, jacentes per duarum fere horarum spatia nihil sentientes; sed quasi exanimes accubantes. Postremo vero tempestas siluit: in se reversi, erigentes se, levantes oculos suos, viderunt Sanctum Juvenalem erectum stantem, quasi in itinere præparatum. Tunc tulerunt eum ut ponerent in loculo, erant enim ilia ejus fracta quasi præ lassitudine, ita ut præ dolore sanguis exinde flueret, & pavimenta suæ aulæ irrigaret. Tunc qui ibi aderant, & pii Clerici, lacrymantes collegerunt sanguinem ejus in quantum valuerunt.

& S. Iuvenalis imputre adhuc corpus,

quod sese erexerat & sanguine fluebat,

C

10 Illi vero tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in biroto *l* novo, una cum beatissimo Cassio *m* atque Fausta, cum hymnis & laudibus ducentes choros, psallentes atque laudantes Deum, pergebant ad propria: populos vero Narniensis tristes atque mærentes dimittentes, lamentantes & clamantes: Cui nos orphanos reliquistis beati Patres? vel cui nos dimittitis Tutores nostri? Usquequo vivimus,qui sine defensore sumus? Prius mori debuimus, quam tanta clades nobis eveniret. O antiquissima Civitas Narniensis! O famosa in Romanorum finibus! robustissima contra inimicos, amabilis notis, desiderabilis contra hostes,glorioſa vicinis,delectabilis in confinibus! nunc depopulata à civibus, frustrata à Patronis, à Defensoribus derelicta,à Custodibus dimissa! Scimus quia nostra peccata nostrorumque parentum hoc nobis incitarunt periculum. Sed cur antea mortui non fuimus atque pœnis afflicti & macerati, quam evacuati essemus à talibus Patronis? D

l m cum SS. Cassio & Fausta avehit,

11 Inter hæc ducta sunt Sanctorum corpora in unam nobilium Civitatum Tusciæ, quæ dicitur Luca, & cum omni honore posita in ecclesia *n* S.Frigidiani, haud procul à corpore ejus! Sed omnipotens Deus qui concessit volendo voluntati Ducis & exercitus ejus ut ita ducerent Sanctos, numquid irascetur per singulos diei? Ipse longaminis, ut inquit per Prophetam, nisi convertantur, gladium suum vibrabit. Aliquando enim eos monens ut pater; aliquando per certas visiones terrens ut filios, ut ad proprias ædes reducerent Sanctos per subjectas personas minabatur Sacerdotibus,monebat Episcopos, populos cunctos pessimis cladibus hortabatur: dicebat enim per nuntios, hæc eis umbras esse adversum clades venturas,nisi corpus B.Juvenalis cum nimio honore in suam reducerent parochiam.Grandinem frequentem miserat,calidam pluebat aquam, fulgurei imbres crebro venerant, fontes & putei eorum fœtore ac verminibus scaturiebant, jumenta eorum & cuncta animantia repentinus interitus interimebat; ita ut sero mittentes in stabulis mane mortua invenirent. Induratum enim erat cor eorum, ut prius ferrent supplicia atque plagas, quam Sanctorum corpora in propriis dimitterent reverti locis, putabant enim dari cladibus finem. Post hæc nex in homines versa est,ita ut qui tumulum defuncti cadaveris patrassent, ibi deficerent,& simul sepelirentur. *& Lucam deportat ea*

ubi cives, divinitus moniti S. Iuvenalem suis reddere,

p

E

12 Tunc quamvis sero consilium inierunt salutis, dicentes unanimiter: Quid agimus, vel quid facturi sumus? Ubi est consilium nostrum? Depopulatur urbs, devastati sumus ab animalibus, & nunc nos pessimis necibus succumbimus: ut quid hæc? nisi quia frustramur Narnienses à suis Patronis. O simulata pietas! Non placet Deo vana operatio, venerantia stultitiæ. Non agnoscebamus nuntios, non cognovimus Angelos,non credidimus dictis, territi non fuimus ex plagis. Nunc vero nos qui residui sumus,fundamus, antequam interimamur, preces nostras Duci,ut cum honore corpus S. Juvenalis mittat ad Dominum nostrum Pontificem Romanorum; ut ipse honorifice remittat ad propriam ædem. O omnes cernite antiquissima miracula in prioribus populis patrata.Quando Philistæi temporibus Heli Sacerdotis pugnaverant contra Israelitas, & fuerunt duo filii Heli mortui cum plurima multitudine ex Israel; & eorum peccatis exigentibus captivam duxerunt Arcam Domini Dei Sabaoth, & posuerunt eam in templo Dagon; quamvis honorifice venerantes,tamen mane Deum eorum confractis cervicibus & totum diminutum invenerunt ante arcam Domini: nec multo post pessima clade percussi, intellexerunt malum de Arca perpetrasse, ut in Regum volumine refertur; tuleruntque duas vaccas fœtas quæ non sudaverunt jugo, & eam posuerunt super currum ita ducentes ut non declinarent ad dexteram neque ad sinistram; & sic cum pluribus thesauris Arca est reversa in civitatem suam. Ita nos decet agere. *decernunt obedire exemplo Philistæorum arcam remittentium,*

F

1 Reg. 6, 7

13 Statim surrexerunt omnes unanimiter cum Duce,& tulerunt corpus B.Juvenalis, & cum nimio honore reduxerunt, cum hymnis & canticis, cum psalmis & choris, ad Apostolorum limina summo Pontifici deferentes. Tunc conglobati Episcopi Romanorum & Presbyteri cum cœtu Romanorum susceperunt corpus beatissimi Juvenalis, cum infinitis gaudiis. Clamabat Pontifex: Eja Juvenalis sanctissime,dum in carne esses, duxit te Dominus derelicto parente rebusque patris ex Africanis partibus, Romam ob amorem Apostolorum adventantem, & per præceptiones Sanctorum Pontificum Narnienses fortitus *& Romam mittunt ejus corpus*

A sortitus es prædicare, quos tibi Sede commissa decorasti, & prædicando traxisti ad Christum : & nunc omnis te expectat plebs tua, Beate, quasi reductum de exilio. Quantas autem virtutes per eum Dominus, postquam Romam ingressus est, sit operatus, quanti cæci illuminati, quanti dæmoniaci salvati, quanti infirmi sanati, enumerare longum est. Unde per triduum ibi detento, quarto die ipse per se Pontifex cum cuncto Clero ornaverunt vehiculum, excalceatis pedibus bajulantes eum, sic contra suos dicentes cives . . . . *q* Dum vero per itinera duceretur, occurrebant ei multi infirmi, qui tacto feretro ejus sani efficiebantur.

ubi multis miraculis factis,

revehitur Narniam,

14 Nuntiatum est autem civibus suis; qui quanta lætitias admirati, quantas Deo gratias reddiderunt, enumerare non possum, unusquisque sufficit mente tractare. Omnes enim quibuscumque occupationibus tenerentur, parvulorum & supellectilis præ tanta lætitia obliviscentes, omni cura postposita, prout quisque velocius ire poterat, obviam processerunt. Plurima igitur exultatione beatissimum corpus recipientes, diligentissime in Confessione propria locaverunt : ubi jugiter omnipotens Deus non solum dæmoniacis, verum etiam omnibus infirmantibus, qui pura conscientia beatissimum Juvenalem fideliter venerantur, salutis beneficia præstare non desinit. Præterea Narniensis patriæ incolas ubilibet tanta dilectione custodit, ut in quocumque periculo seu tribulatione constitutos, ad ipsum fideliter proclamantes eruat, & suis precibus quod juste poscitur efficiat, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto laudabilis & gloriosus permanet in secula seculorum. Amen.

B *& lætanter excipitur.*

ANNOTATA.

a *Ecgraphum nostrum* exolvit ; *nobis visum est legendum* exulavit ; *in eo autem quod sequitur videtur invaluisse sensus S. Gregorii, quod Martyr occubuerit Iuvenalis.*

b *Hinc incipit MS. Iacobilli.*

c Adalbertus Marchio Tusciæ, fuit excommunicatus à Joanne 8 Papa, *qui præfuit Ecclesiæ ab anno* 872 *ad* 882. *Extat hujus epistola* 258 *data Indictione* 14, *ergo anno* 880, *qua* eum conversum & fidelem erga Romanam Ecclesiam ab excommunicatione absolvit. *Luitprandus lib.* 1 *de Rebus Imperatorum & Regum cap.* 8 *& seqq. ista habet :* Adalbertus illustris, Tuscorum Marchio, tantæ erat potentiæ, ut inter Italiæ Principes solus ipse cognomento diceretur Dives.

C Huic erat uxor, nomine Berta, cujus instinctu nefaria cœpit facinora, & collecto exercitu Papiam tendit, nisus rebellare Lantberto ; sed ab hoc captus est. Sed post mortem Lantberti Adalbertus ad propria destinatur. *Lantbertus hic imperio potitus est anno* 892, *peremptus an.* 899.

d *Reliqua hujus numeri desunt in MS. Iacobilli.*

e Bajulus *alias* Bailivus, *Italis* Baylo.

f S. Cassius *dicitur in conjugio cum Fausta perpetuam coluisse virginitatem, ac dein factus Episcopus Narniensis ab anno* 537 *usque ad annum* 558, *inscriptus Martyrologio Romano ad diem* 29 *Iunii.*

g *Lucenses hanc colunt* 20 *Septembris, confundentes eam cum* S. Fausta, *Cyzici martyrium passa cum Evilasio.*

h *MS. Iacobilli*, pudentissima.

i *Memini pueris nobis, primas litteras discentibus, inter vernaculas fabellas lectum librum de decem Sapientibus illis ; hinc vero disco antiquæ inventionis esse commentum illud, & forsan ab Italis ad Francos, à Francis translatum ad nos, ut alia similia multa, quæ vulgo Romancia dicuntur.*

k *MSS.* quæ tunc dira versa est in Narniensi provincia : *quod visum correctione egere.*

l Birotum & Birota, *duarum rotarum plaustrum in Codice Theodosiano & alibi.* EX MSS.

m *Reliqua deerant in MS. Iacobilli.*

n S. Frigidianus, *vulgo* Fridianus, *Episcopus & Patronus præcipuus Lucensis, colitur* 18 *Novembris, quod festum est Translationis.*

o *Franciottus retulit hanc Sanctorum Narniensium translationem ad an.* 845, *quasi illi tunc à Philippo Rege Francorum, cognato Lotharii Imperatoris, fuissent allati : quæ miramur à viro erudito non exactius discussa fuisse ; cum ea ex hac historia plane evanescant.*

p Vermine *Italis dicitur* vermiculus.

q *Videntur deesse verba monentium Romanos, ne restitutioni Sancti corporis se opponant.*

HOMILIA

in dedicatione ecclesiæ S. Iuvenalis

ex eodem veteri MS. Narniensi.

MIrabilis est Divinæ legis doctrina, cujus censura nihil jubetur, nisi quod optima ratione censetur : nihil in ea mandatur, nisi quod auctoritate summa nititur : & ut ad ipsius Divinæ legis exhibitionem veniamus ; nec ipsa sacrosancta mysteria passim ab omnibus & ubique sunt celebranda, sed certis horis atque temporibus, destinatisque locis, ab electis viris, summa cum veneratione, sunt exornanda. Nam cum Sion adornato thalamo Regem cæli suscipere jubeatur, merito præsens Ecclesia, quæ typum ejus gerit, sponsum Christum susceptura, primum colitur & exornatur, id est solenniter consecratur : ideoque summorum Pontificum decreto statutum fuit, ut oratoria solennibus officiorum mysteriis deputata, divinæ religionis intuitu à sacris Pontificum manibus emundentur, & cælestis pluviæ roribus irrigentur, & quatenus fidelium devotio prævalet, exornentur. Cujus exornationis decore S. Juvenalis Basilica tanto celebrius decoratur, quanto sublimius à Summo Urbis Præsule Eugenio, universali Ecclesia teste sanctificatur. Beatus enim Romanæ urbis Antistes, nomine & gratia Eugenius, urbem egressus, cum civitati Narniensium suæ præsentiæ copiam faceret, placuit ejus auctoritati, ut oratorium Sancti Juvenalis, una cum Orientali & Occidentali ecclesia, quæ * sibi tunc residebat, consecraretur. Et cum aliquantisper in eadem civitate commoratus esset, collectis tam finitimarum civitatum quam etiam Orientalium locorum Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, aliisque religiosis viris, Altare in honore Virginis matris Christi Mariæ dedicatum consecravit : totamque Sancti Juvenalis Ecclesiam oleo Chrismatis ungens, & aqua Sanctificationis perfundens, conciliavit ; eisque qui præfatam ecclesiam revolutis annis in die tantæ Consecrationis visitarent, unius anni remissionem indulsit, super his peccatis pro quibus Sacerdotalis auctoritas pœnitentiam eisdem injunxerit. Adornat ergo thalamum suum Sion, ut Regem cæli suscipiat, id est, Fratres, Ecclesia consecratur, ut orationes in eadem factas Rex cæli placatus accipiat.

E

Dedicatio facta ab Eugenio Papa,

* *an* quia ibi ?

F

Hactenus satis sit exhibuisse Homiliæ hujus verba : reliquam ejus partem, quæ nihil habet non commune Dedicationi cuilibet, haud fuit operæ pretium describere. Omnino autem videtur hic esse intelligendus Eugenius Papa III, *S. Bernardi discipulus, ex Ordine Cistercienſi assumptus, anno* MCXLV, *mortuus* MCLIII *die* VIII *Iulii. Neque dubium injiciant* Orientalium locorum Episcopi *dedicationi præsentes : curanti enim negotia Terræ-sanctæ, tunc adhuc possessa à Latinis, & pacem inter horum Principes ac Manuelem Græcorum Imperatorem, contingebat frequen-*

A *ter ex illis partibus adeſſe Præſules, tam Latinos quam Græcos. Quomodo porro intelligi debeat duplex eccleſia fuiſſe Narniæ, quarum una Orientalis, altera Occidentalis dicebatur; & quam ſitu conjuncta vel diſcreta utraque, Narnienſium antiquitatum ſcrutatoribus examinandum reliquo.*

MIRACVLVM

Anno MCCXXXIII patratum

Ex libello vetuſto Archivii Foſſanenſis.

Claudus liquore S. Iuvenalis unctus ſanatur.

MIraculum Glorioſi Martyris Chriſti Iuvenalis, Narnienſis Epiſcopi, de quodam claudo ab eodem Martyre factum, quod oculis noſtris vidimus, * Fratres, volumus vobis revelare. Claudus quidam, natione Hibernienſis, Moriens nomine, extra portam Narniæ, per laci plateam gradiebatur, erga terram pectus ſuum deportans. [Hunc videns] Rufus quidam, de civitate Romana ortus, in improperium Ieſu Chriſti & venerabilis Martyris Iuvenalis Narnienſis Epiſcopi, infra populum Narnienſem
B ſuum verbum innotuit; quod ſi contingeret præfatum claudum per Iuvenalem Martyrem liberari, ipſe de Fratribus incontinenti efficeretur. Tunc claudus in baſilicam Martyris intravit, & ad locum in quo corpus Martyris requieſcit, devenit: & procidens ante altare Martyris, Deum deprecabatur, quod per venerabilem Iuvenalē Martyrem ab illo languore ſe liberaret. Tunc tantus liquor [emanavit] de ara Martyris quantum vobis, Fratres, nequivimus aliquatenus enarrare. Verum quia Sacerdos quidam, Iacobus nomine, qui in eadem baſilica tunc temporis cuſtodiæ gerebat officium, invocata gratia ſancti Spiritus, de liquore Martyris tibias & genua claudi cœpit ungere & linire; Claudus ille cum lacrymis clamabat: Sanctiſſime Pater Iuvenalis, libera me. Quem ſtatim ab illo languore per Juvenalem Martyrem Deus liberavit. Præpoſitus vero ejuſdem baſilicæ, nomine Berardus, qui templum Martyris quod ruerat reædificavit; cum Canonicis ejuſdem Eccleſiæ & omni Clero & populo Narnienſi, nobiſcum eiſdem euntibus, ad altare Martyris accedens, hymnos pſalmoſque cum præfato Clero lacrymabiliter Domino decantavit, gratias agens Deo, qui claudum per venerabilem Juvenalem ſuum Martyrem ab illa infirmi-
C tate ſanavit. Rufus autem, de quo ſuperius mentio eſt habita, maximis cereis accenſis, ante altare Martyris ſe proſternens, gratias Deo agebat, qui claudum per B. Juvenalem Martyrem ab illo languore voluit liberare, anno Domini MCCXXXIII, menſis Junii die VIII, regnante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Exordium hujus narrationis poſt verbum vidimus * *interrumpebatur hoc titulo.* Clero & Populo Narnienſi: *de quo lectori judicandum relinquo, fueritne ex ipſius ſcriptoris mente narrationi præpoſitus velut ad memoriam poſteritatis, & à librario perperam collocatus; an vero poſtea quomodocumque adjectus. Patet interim Narniæ rem geſtam & ſcriptam eſſe: an ut aliis Eccleſiis communicaretur, non divino.*

BULLÆ INDULGENTIARUM

annis MCCLXXXVII *&* MCCCXXIII *conceſſarum.*

VNiverſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras
a inſpecturis, Frater *a* Raynaldus, miſeratione
b divina Meſſanenſis, Michael *b* Antibarenſis, & Bonaventura *c* Raguſinus Archiepiſcopi; Romanus *d* D
Crohenſis, *e* Bartholomæus Groſſeranus, Ægidius c d
Turtyburenſis *f* Thomas Aderarum, *g* Perronus Larinenſis, Valdebrunus *h* Avellonenſis, Petrus Stanenſis, *i* Aldebrandus Sutrinus, *k* Stephanus Vlyxbonenſis, *l* Romanus Alyphanus, *m* Maurus Amelienſis, & Frater *n* Orlandus Narnienſis Epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit ut ſibi à ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ merita ſupplicum excedens & vota, bene ſervientibus multo majora tribuat quam valeant promereri; deſiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, fideles Chriſti ad complacendum & quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis ultra & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur Divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut eccleſia Narnienſis, Cathedrali præfulgens dignitate, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſam eccleſiam, in feſtis ſubſcriptis, videlicet in quatuor feſtivitatibus Beatæ Mariæ Virginis, in dedicatione ipſius eccleſiæ, in feſtis BB. Joannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ, in *o* ſingulis feſtis B. Juvenalis Epiſcopi & Martyris, dicti loci Patroni, in feſto B. Nicolai Epiſcopi & per Octavas feſtorum omnium prædictorum, cauſa devotionis acceſſerint, vel ad ornamenta eccleſiæ & altaris ibidem manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quidquam facultatum ſuarum legaverint: Nos, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ſinguli ſingulos quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Nos autem Frater Orlandus, ante dictus memorati loci Diœceſanus, ad quem Indulgentiæ prædictæ conceduntur, omnes Indulgentias ſupradictas approbamus, ratificamus & tenore præſentium in nomine Domini confirmamus. Ad ſupplementum vero Indulgentiarum dictarum auctoritate prædicta centum dies conferimus, in nomine Domini Chriſti. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum Romæ, anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo, pridie Calendas Iunii, Apoſtolica Sede *p* vacante, Epacta quarta, concurrente 2, indictione decima quinta. Frater Raynaldus Meſſanenſis, Michael Antibarenſis. & Frater Bonaventura Raculinus, Archiepiſcopi; Romanus Crohenſis Epiſcopus, Frater Bartholomæus Groſſetanus Epiſcopus, Ægidius Tartyburen. Epiſcopus, Thomas Aderarum Ep. Perronus Larinen. Ep. Valdebrunus Avellonenſis Ep. Petrus Stanenſis Ep. Aldebrandus Sutrinus Ep. Stephanus Vlyxbonenſis Ep. Frater Maurus Amellienſis Ep. & Frater Orlandus Narnienſis, loci diœceſanus Epiſcopus.

Archiepiſcopi 3 & Epiſcopi 12.

concedunt Indulgentias

anno 1287.

Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Vitæ perennis gloria, qua mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem Civium ſupernorum, à redemptis pretio ſanguinis fuſi de pretioſo Corpore Redemptoris, meritorū, debet acquiri virtute. [Hinc] illud eſſe prægrande dignoſcitur, quod ubique, ſed præcipue in Sanctorum eccleſiis, majeſtas Altiſſimi collaudetur. Cupientes igitur ut, Eccleſia Narnienſis, in qua Corpus pretioſi Martyris Beati Juvenalis, qui eidem eccleſiæ Epiſcopali dignitate præfuit, requieſcere dicitur, congruis honoribus frequentetur, Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad eccleſiam ipſam, imploraturi à Domino delictorum veniam, in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim, ut Chriſti fideles, quaſi per præmia,

Item Nicolaus 4.

A mia, ſalubriter ad merita invitemus, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ipſam eccleſiam in ipſius Martyris, & in ſingulis Beatæ Mariæ ac Luciæ Virginum & Sancti Laurentii feſtivitatibus, ac per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, devote viſitaverint, annuatim unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum apud Urbem-Veterem XVI Junii, Pontificatus noſtri anno *q* quarto.

anno 1289

q

r Joannes *r* Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut eccleſia Narnienſis, quæ in honorem B. Juvenalis Martyris noſcitur eſſe conſtructa, congruis honoribus frequentetur; & ut Chriſti fideles eo libentius ad eamdem confluant, quo magis ibidem ſalutaris dono gratiæ conſpexerint ſe refectos; univerſi-

Joannes 21 *Papa*

B tatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad eamdem eccleſiam, veſtrorum ibidem imploraturi veniam à Domino delictorum, in humilitatis ſpiritu accedatis. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in quatuor Beatæ Mariæ Virginis ac in ſingulis ipſius Martyris feſtivitatibus eamdem eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & ad opus ipſius eccleſiæ manus porrexerint adjutrices, centum, & per octavas quadraginta dies,

anno 1323 de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Præſentibus poſt triennium minime valituris, quas mitti per quęſtuarios diſtrictius inhibemus; eos, ſi ſecus actum fuerit, carere juribus decernentes. Datum

ſ *ſ* Avenione quinto Idus Junii, Pontificatus Noſtri Anno Octavo. *t*

t Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, uni-

Bonifacius 9 verſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad venerandam eccleſiam Narnienſem, tamquam Apoſtolicæ Sedis & noſtram filiam prædilectam, in his præſertim

C per quæ Divinus cultus prætenditur & ſaluti conſulitur animarum, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum; tanto libentius illam ſpecialis favoris prærogativa proſequimur, quanto dilectos filios Capitulum ipſius eccleſiæ nec non Clerum ac Populum Civitatis noſtrę Narnienſem, Nobis & Romanę Eccleſię novimus plus devotos. Cum itaque, ſicut pro parte Capituli, Cleri, & Populi prædictorum nuper nobis

renovat pro feſto Aſcenſionis porrecta petitio continebat, dudum non nulli Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, pie conſiderantes conſtantem fidelitatem, & fidelem conſtantiam, ac ſinceræ fidei puritatem, quam prædicti Capitulum, Clerus & Populus, inter ceteros ejuſdem Eccleſiæ Romanæ fideles, ad eamdem Romanam Eccleſiam ſervaverant, & inconcuſſe ſervabant; volentes propterea prædictam eccleſiam Narnienſem condignis honoribus decorare, gratioſe ac pie per ipſorum litteras conceſſerunt, quod omnes vere pœnitentes & confeſſi qui in feſto Aſcenſionis D.N. Jeſu Chriſti prædictam eccleſiam Narnienſem devote annis ſingulis viſitarent, illam ſuorum aſſequerentur Indulgentiam peccatorum, quam ſimiliter pœnitentes & confeſſi, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas de Urbe in dicto feſto viſitantes, ex conceſſionibus Apoſtolicis aſſequuntur; propter quod eadem eccleſia Narnienſis à Chriſti fidelibus in magna habebatur veneratione, & devotione eximia colebatur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, propter guerrarum incurſus, quæ proh dolor! jam diu illis in partibus viguerunt notorie, prout indeſinenter vigent *x*, ac rerum mutationes, depopulationes, ac alias novitates exinde ſubſecutas, præfatæ litteræ caſualiter ſunt amiſſæ; & propterea dubitetur ne in poſterum hujuſmodi devotio ac veneratio in ipſis Chriſti fidelibus evaneſcat; pro parte eorumdem Capituli, Cleri, & Populi nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſimili conſideratione inducti, pie attendentes quod ipſi Capitulum, Clerus, & Populus, procelloſis temporibus, perſonarum pericula ac rerum diſpendia non timentes, in fidei ſinceritate & devotione illibata dictæ Romanæ Eccleſiæ immobiles perſtiterunt ac indefeſſe perſiſtunt; hujuſmodi eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum prædictorum auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eamdem eccleſiam Narnienſem in dicto feſto Aſcenſionis devote viſitaverint, annuatim hujuſmodi ſuorum Indulgentiam concedimus peccatorum, quæ ſimiliter pœnitentibus & confeſſis, præfatas Baſilicas in eodem feſto ut præmittitur viſitantibus, eſt conceſſa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, 11 Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri anno Primo.

EX MSS.

x

communicationem Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus limina Apoſtolorum.

E

Gregorius Papa XIII, ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris D. N. Jeſu Chriſti, æterno Patri conſubſtantialis & coæterni, qui pro redemptione generis humani de ſummo cælorum ſolio ad hujus mundi infima deſcendere, & carnem noſtram ex utero Virginis aſſumere dignatus eſt, Vices, licet immeriti gerentes in terris, & ejus exempla ſectantes, animabus Chriſti fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, quæ per caritatem Deo unitæ ab hac luce deceſſerunt, & piorum ſuffragiis juvari meruerunt,

& Gregorius 13

facit altare S. Iuvenalis privilegiatum

opportuna de theſauris Eccleſiæ ſubſidia ſubminiſtrare ſtudemus; ut illæ, quantum divinæ bonitati placuerit, adjutæ, ad cæleſtem patriam facilius pervenire valeant. De Divina igitur miſericordia confiſi, tenore præſentium perpetuo concedimus, ut quoties quicumque Sacerdos, ſive Secularis ſive Regularis, Miſſam ad Altare, in quo ut accepimus Corpus S. Juvenalis requieſcit, ſitum in Cathedrali eccleſia Narnienſi, pro liberatione unius animæ in purgatorio exiſtentis celebraverit; ipſa anima per hujuſmodi celebrationem eaſdem Indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequatur, quas conſequeretur & operaretur, ſi prædictus Sacerdos hac de cauſa Miſſam ad altare, ſitum in eccleſia S. Gregorii *y* de Urbe, ad id deputatum, celebraret. Non obſtantibus noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XXVII Maji MDLXXVII, Pontificatus noſtri anno ſexto. *z*

E

y

anno 1577.

ANNOTATA.

a Raynaldus *ſeu* Reginaldus *Ord. Prædicat. creatus Archiepiſcopus Meſſanenſis anno* 1268, *præfuit uſque ad annum* 1288. *Conſule Rocchum Pirrum.*

b Antibarum, *vulgo* Antivari, *urbs Dalmatiæ, de qua & Sede Archiepiſcopali ad eam tranſlata agit* Ioannes Lucius, *de Regno Dalmatiæ & Croatiæ cap.* 14.

c Raguſium *ſive* Rauſium *in Orientali parte Dalmatiæ, in locum Salonæ metropolim factam, tradit idem Lucius lib.* 1 *cap.* 14.

A d Croia *seu* Croha, *urbs Albaniæ, & Scanderbegi olim Sedes.*

c Bartholomæus *Ord. Minorum, creatus Episcopus anno* 1278, *mortuus anno* 1291. *Consule Wadingum & Harduinum. Est autem* Grossetum *urbs Hetruriæ in ditione Senensi.*

f Turcyburensis *Sedes, infra* Tartyburensis, *nobis incognita, forte* Tribinensis *in Dalmatia sub Ragusino. Ita etiam latet Sedes* Aderarum: *quod autẽ sit* Abdera *urbs Thraciæ Episcopalis, non arbitramur, quia ea Sedes erat sub Patriarchis* C P. *forsan nomina hic sunt male descripta, ita ut hic legi debeat* Aternanus, *fuit enim* Aternum *urbs olim Episcopalis in Aprutio citeriori: & probabilem conjecturam facit, mox sequens ex vicina regione Episcopus.*

g Larinum *vetusta, Ferentanorum Sedes, in hodierno Comitatu Molisino, Episcopalis sub Archiepiscopo Beneventano; hujus Episcopus* Perronus, *aliis* Petronus & Paronus, *anno* 1288 *subscripsit Indulgentiæ concessæ Ecclesiæ Carmelitarum de Senis. Plura de eo tradit Vghellus tomo* 8 *Italia sacræ col.* 437

h *An* Avellinum, *urbs in Principatu ulteriori sub Beneventano? sed tum sedisset ante Benedictum anno* 1288 *ad hanc Ecclesiam translatum, quod vix dici potest, si Leonardus, ante illum à Capitulo electus, non nisi sub Nicolao* IV *(ut ait Vghellus) post longam altercationem juri suo cessit. Quid si locus ignotus nobis sit, æque ac proxime sequens Sedes* Stanensis? *Nec enim hæc posset esse* Stabiensis *sub Archiepiscopo Surrentino, vulgo* Castel à mar di Stabia *ejus enim Episcopus ab an.* 1283 *ad* 1295 *vocabatur Theobaldus.*

B i Sutria, *urbs Hetruriæ in ditione Pontificia & Patrimonio S. Petri, cui* Aldobrandus *datus Episcopus anno* 1283, *sedit usque ad ann.* 1290. *Vghellus tomo* 1 *columna** 191.

k Stephanus Annius Vasconcellius, *creatus Episcopus Vlyssiponensis anno* 1284, *de quo agit Rodericus de Cunha par.* 2 *Histor. Eccl. Vlyssipon. cap.* 65.

l Alypha *sive* Allifa, *urbs Samnii sub Archiepiscopo Beneventano, cui datus Episcopus* Romanus *Ord. Prædicat. Consule Vghellum tom.* 8 *col.* 292.

m Ameria *urbs, vulgo* Amelia, *antiqua Vmbriæ urbs in hodierno Patrimonio S. Petri, haud procul à Narnia. At* Maurus *ex Abbate S. Praxedis ibi Episcopus sedit anno* 1286 *&* 1289. *Vghellus tomo* 1 *col.* 339

n Orlandus *saltem sedit ab an.* 1278 *ad an.* 1303. *Vghellus tom.* 1 *col.* 1091.

o *Scilicet hoc* 3 *Maji in ejus natali, &* 13 *Augusti in die translationis.*

C p *Ob mortem Honorii* IV *defuncti* 3 *Aprilis, cui successit Nicolaus* 4 *electus* 22 *Februarii anni sequentis* 1288, *à quo Indulgentiæ sequentes datæ.*

q *Christi* 289.

r *Hic est* Ioannes XXI Papa *creatus* 7 *Augusti anno* 1316, *mortuus an.* 1334, *die* 4 *Decembris.*

s Avenionem *migrarat ejus decessor* Clemens V *Papa.*

t *Christi* 1323.

u Bonifacium IX *indicat nota marginalis, ecgrapho nobis missо adscripta: fuit autem hic creatus anno* 1389 2 *Novembris.*

x *Distracta scilicet per Clementinum schisma Ecclesia, & pro Clemente stantibus Francis, Hispanis aliisque Principibus multis: quorum ille nixus subsidiis Italiam & S. Petri patrimonium vehementer vexavit, specialiter ipso quo Bonifacius electus est anno per populabundos Britones Vasconesque.*

y *Est hæc ecclesia dicta* S. Gregorii in monte Celio, *de qua Pancirolius Reg.* 9 *eccl.* 28 *quæ nunc Camaldulensium est, ubi ipse Sanctus creditur monachus vixisse, ejusque ostentatur cella in capellam conversa, quatuor item altaria pro subsidio animarum ut creditur ab eo consecrata: ibi certe celebris est ceremonia* 30 *Missarum pro alicujus defuncti anima dicendorum, exemplo ex ipsius Vita accepto, qui ea ratione cujusdam monachi sibi apparentis animam liberavit.* D

z *Fuit enim Pontifex creatus* Gregorius 13 *an.* 1572 5 *Maji.*

EXCERPTA
EX STATVTIS NARNIENSIBUS,
Factis sub Pontificatu a Gregorii XI a

1 STatuimus *b* ad honorem & reverentiam glorioſiſſimi Juvenalis Martyris, Patroni, Gubernatoris & defenſoris populi & Communis dictæ civitatis, quod die feſtivitatis ipſius, quæ celebratur tertia die menſis Maji, debet curri annulus de argento qui ſit valoris & extimationis centum ſolidorum Cortonenſium & pallium: de quo ſupra fit mentio in præcedenti capitulo, ſit valoris trium librarum de auro. Hoc modo, videlicet, quod Vicarius dictæ civitatis *c* bandiri faciat tribus diebus ante dictum feſtum, qualibet die ſemel per civitatem prædictam, quod quicumq; equum habens ſe debeat præparare, ut ſibi placuerit, ad currendum annulum & pallium dicta die, & quod in platea majori ipſius civitatis volentes currere debeant comparere. Et quod ibidem exiſtentibus mandare debeat, quod ipſi omnes volentes currere ad annulum debeant ſtare ab angulo eccleſiæ S. Salvati *d* infra verſus fontem. Et poſito annulo in loco ſolito, debeant currere ſeriatim cum haſta ſeu *e* bortone ſingulariter ſecundum voluntatem Domini Vicarii vel Officialis ibidem præſentis: & ei currenti, qui currendo ſuam haſtam miſerit in annulum, ſecundum judicium ipſius militis, dari & aſſignari debeat ipſe annulus in ſignum victoriæ & honoris, dummodo ronzeni *f* ad vecturã vel jumenta currere non poſſint; nec habere ipſum annulum. Hoc addito, quod primus currens ſit primus unus ex Poteſtatibus Brigatarum *g* Mezalis, ſecundus currens ſit unus ex Poteſtatibus Fraportæ, tertius ſit unus ex Poteſtatibus Tercerii S. Mariæ. *h*

Ordinatur Curſus ad annulum die 3 *Maji in feſto S. Iuvenalis.*

2 Item ſtatuimus, & ordinamus, ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei, & Glorioſi ac Beati Martyris Juvenalis, Patroni & Defenſoris Communis & populi dictæ civitatis, ad hoc ut ipſi Communi & populo aſſiſtat, quod D. Vicarius, qui nunc eſt & erit per tempora in Officio dictæ civitatis, ſuo juramento & ad pœnam ccc librarum Cortonenſium, teneatur dare opus & operam efficacem, ut procedatur in opere & ad perfectionem operis *i* tribunæ novæ dictæ eccleſiæ S. Juvenalis, & ut per dictum Commune, & Capitulum, & Canonicos dictæ eccleſiæ obſerventur omnia & ſingula pacta, inter eos habita & facta, ut ſcripta & publicata apparent, manu *k* Gori Richy de Acetio notarii, & olim Cancellarii dicti Communis. Itaque annuatim, donec dictum opus perficiatur, de menſe Septembris cujuslibet anni, teneatur exigere & exigi facere à caſtris, ſeu comitatibus *l* ſubjectis dicto Communi, trecentas libras Cortonenſes, quæ pecuniæ debentur à dictis Caſtris Communi Narnienſi pro cenſu; quas trecentas libras Cortonenſes, niſi infradictum menſem Septembris exigerentur, Camerarius Communis Narnienſis Camerario dicti operis de ſalario debito ipſi Vicario pro dicto opere ſolvere teneatur, & in libro expenſarum dicti Communis eas reaptare. Licitum tamen ſit ipſi Vicario, quantitatem quam pro caſtris ſoluerit, per manus Camerarii ab ipſis caſtris recuperare & recipere, quas trecentas libras dari faciat Camerario dicti operis, qui eſt & erit per tempora, in fabricatione dictæ tribunæ & cœmeterii convertendas. Teneatur etiam dictus Vicarius requirere Dominum Epiſcopum & Capitulum dictæ

Tribuna ad honorem S. Iuvenalis faciendæ adjudicuntur annuæ libræ 300

E F
d e f g h i k l

A dictæ ecclesiæ, ut ipsi Canonici & Capitulum expendant, & in ipso *m* laborerio convertantur per manus Camerarii dicti operis annuatim, usque ad perfectionem ipsius operis de eorum pecunia cc libræ Cortonenses. Et omnia & singula, quæ deinceps fuerint in ipsum opus relicta, donata, obligata & concessa ab aliquo, vel aliquibus dictæ ecclesiæ pro opere præfato, seu ad dictum opus; & fructus, redditus, & proventus beneficiorum, seu præbendarum, seu Canonicorum ipsius ecclesiæ, qui deberentur pro operibus dictæ ecclesiæ, scilicet primi anni ipsarum vacationis, ut faciant pervenire pecuniam à Canonicis, & Capitulo, & Communi Narnienſi debitam ad manus Camerarii dicti operis. Qui Camerarius dicti operis Communis, & Capituli, de ipsa pecunia pro rata, pro ipso opere expensas facere teneantur, prout per magistros & sapientes & antepositos, per Commune & Capitulum anteponendos, visum fuerit expedire. Teneantur etiam de introitibus & expensis fieri facere tres libros, quorum unus sit penes Camerarium dicti operis, alius sit penes Superstantem dicti operis, & alius penes aliquem probum virum, per Capitulum eligendum. Teneantur etiam singulis quatuor mensibus à Camerario

B dicti operis, de introitibus & expensis præteritis & futuris, exigere & exigi facere plenariam rationem per aliquos probos viros, per Capitulum & Commune Narnienſe eligendos. Teneantur etiam Camerarius Communis Narnienſis & Notarius ejus, ad petitionem Camerarii dicti operis; eas in introitibus & expensis dicti Communis ponere & scribere,

n sine aliqua appodissa *n* & deliberatione alicujus consilii, auctoritate præsentis statuti, statuto aliquo non obstante, quod in contrarium loqueretur. Et præsens statutum in prædictis volumus anteferri. Et si Camerarius Communis & Notarius ejus prædicta facere neglexerint, eo ipso eorum officio sunt privati, & etiam de eorum salario: & qui *o* syndicabunt, Vicarius & Camerarius & Notarius ejus, teneantur de prædictis inquirere, & sententiam ferre sub pœna xxv librarum Cortonensium pro quolibet ipsorum officialium, qui syndicarent prædictos. Adjicimus, quod prædicta vendicent sibi locum, si prædicti Canonici primo expendant id quod deberent & promiserunt. Hoc addito, quod prædictas *p* cc libras Cortonenses Camerarius Communis non solvat nec solvere debeat, nisi primo dicti Canonici aperiant viam posterne tribunam dictę

C ecclesiæ, & juxta ipsam ecclesiam; ita quod per eam commode iri & rediri possit. Et si Camerarius Communis ipsas quantitates solverit, antequam primo aperta fuerit dicta via, ut dictum est; propter pœnam perjurii, incurrat pœnam xxv librarum Cortonensium dictæ Camerę persolvendarum, nisi dicta pecunia seu census debitus, per dictam Communitatem Romanæ ecclesiæ deberetur, quia tunc volumus præsens statutum, quantum ad hoc, esse nullius efficaciæ vel momenti.

3 Item statuimus, quod Vicarius dictæ civitatis, ad honorem & reverentiam omnipotentis Dei & gloriosissimæ Mariæ semper Virginis Matris ejus, & Beatorum Juvenalis Martyris & Cassii Episcoporum, & aliorum Sanctorum & Sanctarum Dei, offerat & offerri faciat infrascriptis ecclesiis, videlicet ecclesiæ B. Iuvenalis in die festivitatis ipsius, de mense, Maji unum Pallium sericum, & unum aliud ecclesiæ sanctæ Mariæ Majori loci Fratrum Prædicatorum in die festivitatis ipsius, & unum aliud ecclesiæ S. Augustini loci Fratrum Eremitarum in die festivitatis ipsius, quæ pallia sint valoris infrascriptæ quantitatis. Videlicet Pallium pro ecclesia B. Iuvenalis quatuor florenorum de auro, & alia resdua tria valoris xii librarum Cortonensium *q* pro quolibet. Et hoc fiat expensis dicti Communis de pecunia Cameræ Narnienſis, & Camerarius dictæ Cameræ procuret ante tempus, quod ipsa Pallia habeantur. EX MSS. *q*

4 *His instrumentis juncta erat imago chartacea, aereæ laminæ eleganter incisa, longa palmum unum & proportionaliter lata, cum hac epigraphe*, S. Juvenalis Ep. Narn. *prout indicabat etiam habitus stantis in habitu Episcopi sacrificaturi, cum casula, mitra & pedo, ac palmæ ramo in sinistra; dextra, ad benedicendum erectis indice & medio, elevata: cui à tergo inscriptum manu Notarii erat Italice, quod hic Latine reddimus*, Retroposita imago depicta cernitur in tabula antiquissimæ picturæ, ad cornu Euangelii, juxta altare quod est in ecclesia Confraternitatis S. Antonii Narnienſis, cum eadem inscriptione & palma martyrii. *Imago antiqua duplex S. Iuvenalis.*

5 *Altera, rudi delineatione in chartam plumbo ducta, Episcopum infulatum, indutum pluviali & chirothecis, exhibebat in equo; cujus manus sinistra applicita fræno, dextra ad cœlum elevata: post cujus tergum eidem equo insidet puer, dextra apprehendens cappam ante sedentis, sinistra extensa calicem ostentans, unde eucharisticæ Hostiæ species eminet. Adscriptum erat ejusdem Notarii manu Italice:* Hæc est figura S. Juvenalis, quæ dicitur equestris, E sub quo nomine ei celebratur festum vii Augusti: creditur que monumentum esse cujusdam *r* miraculi. Est autem pictura illa antiquissima, in fronte cujusdam vetustæ domus, pertinentis ad Episcopium. *r*

ANNOTATA.

a Gregorius xi *sedit ab anno* 1370, *ad an.* 1378, *mortuus Romæ, quo Sedem reduxerat.*

b *Est tenor quinti Capituli libri primi: præcesserat autem capitulum de pallio, in victoriæ præmium proponendo, quod nobis non fuit communicatum: videri possunt quæ de ritu* currendi pallium *habentur, ex similibus urbis Senensis decretis in honorem B. Ambrosii, ad ejus gloriam postumam die* 20 *Martii num.* 43.

c Bandiri *vox Italica, publico edicto jubere, & notum facere.*

d *Quæ hæc ecclesia* S. Salvati, *an* S. Salvatoris? *Ita omnino corrigendum Narnienses Canonici censent.*

e Bordone *nunc dicunt Itali de quovis hastili, sed potissimum de longiori peregrinantium scipione.*

f Ronzenus *vulgo* Roncino, *equus castratus seu cantherius: tales scilicet, arcentur hac conditione, æque ac* jumenta, *id est, equæ: & soli generosi equi ac masculi admittuntur.* F

g Brigata, *Italis significat cœtum, quandoque etiam stirpem seu progeniem: hic in priori sensu accipitur, sic ut singula Terceria urbis suam intelligantur brigatam mittere ad hunc cursum. Dicuntur autem* Terceria *ob tripartitam civitatis Narnienſis divisionem*; medium, superius & inferius, *juxta vulgarem & hic notatam singulorum appellationem.*

h *Qui sequitur est* tenor 45 Capituli de opere Tribunæ S. Juvenalis.

i Tribuna *Italis est absis templi in hemicycli formam altari circumducta, Græcis* concha, *uti sæpius dictum.*

k Gorius, *abbreviatum nomen pro* Gregorio, *ut plurima alia apud Italos.*

l Comitatus *sunt vici seu pagi, unde rustici vocantur* Contadini.

m Laborerium, *opus seu fabrica.*

n Appodizza, *syngrapha seu scheda: accipitur hic pro mandato scripto de pecunia exhibenda, quod hic vocatur etiam* deliberatio, *eo sensu quo* deliberare *accipitur pro* traderere? *Dici autem videtur* Apodixa *(quomodo nunc scribitur) à Græco* Ἀπόδειξις facultas.

o Syndicare *est hic rationibus reddendis præsidere, &*

à Capitulo petuntur alia 150,

item, qualiter reddenda sit à Camerario operis ratio expensarum factarum,

& quæ mulcta pendenda à neglectoribus statuti.

pallia offerenda S. Iuvenali & aliis Sanctis

x MSS. *defectus commissos notare: quod ut fiat diligentius, addicitur Syndicis mulcta, à negligentibus pendenda.*

p *Quia hic per cyfram scriptum erat* 300, *ideo supra, ubi solum notabantur* cc, *addidimus alterum* c; *maxime quia æquum videbatur, ut largitio civitatis collationem petitam à Capitulo in duplum superaret.*

q *Existimant Narnienses* libram Cortonensem *majoribus suis fuisse, quod nunc simpliciter* libra *dicitur; valor scilicet* medii testonis *seu* quindecim assium.

r *Dum recordor miraculi Georgiani, relati ad 23 Aprilis inter Analecta cap. 3, de puero Paphlagone, quem in equo susceptum Magnus iste Martyr ex captivitate Bulgarica citius revexit in patriam, quam frigefieret jusculum quod prandenti domino fervens ex culina portabat ille; subit animum cogitare, simile quid factum à S. Iuvenali alicui juniori Ecclesiæ Narnienſis Diacono, sacra mysteria ferenti, & cum iisdem forsitan in longinqua abducto ab hostibus aut prædonibus.*

ELEVATIO VLTIMA,

Ex authenticis instrumentis

B Pauli Bucciarelli Episc. Narnienſis.

CAPUT I.

Inventio corporis intra arcam lapideam anno MDCXLVI.

Anno 1642 1 IN Dei nomine Amen. Præsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter & sit notum, quod anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, indictione decima, die vero Mercurii sacrosanctæ Hebdomadæ decima sexta Aprilis, circa quintam noctis horam, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Urbani Divina providentia Papæ VIII, anno ejus decimo nono. Cum gravium virorum & ecclesiæ Narnienſis documentorum testimonio, ne dum hoc tempore sed elapsis etiam seculis, Corpus Divi Juvenalis Episcopi & Martyris & Civitatis prædictæ Patroni, in sacello & crypta dictæ ecclesiæ Cathedralis, vulgo corporis sancti nuncupata, requiescere & asservari in ore omnium esset; cumque sepulcrum ejusdem glorioſissimi Sancti per feneſtrulam, ferreis cratibus munitam, in eodē sacello cerneretur antiquissima veneratione; C eodemq; in loco eaque in crypta eodemq; in monumento idem Sanctum corpus à Narnienſibus aliisque Christi fidelibus devotissime summo coleretur honore; gratiasque innumeras ejusdē Sancti precibus ab omnipotenti Deo impetratas esse dignoscerētur; ac proinde quam plurimæ votorum causa in ipsius sacelli facie appensę inspicerentur tabellę (quę omnia existentiā sancti corporis probabiliter designabant) cumque etiam esset, quod hujusmodi sacellum & crypta, in quo sepulcrum & capsa aderat; altareque ipsum, in quo sacrum fieri solebat; nimia humiditate deturpatum depravatumque respicerentur; ita ut non sine multa animi repugnantia & corporis offensione, præ malo odore & aëre præcluso (altero ibidem non apparente spiraculo, præter parvum ostiolum per quod ingressus habetur ad sacellum) in eo celebrari poterat; ægre id ferens Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Joannes Paulus Buceiarellus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Narnienſis; ac indignum existimans, dictum sacrum pignus sic indecenter retineri; nec valens cum sui cordis mœrore ad prædictum altare ut solebat sacrum facere; speransque in sui populi erga ejusdem Sancti devotione & pia largitione, glorioſissimum illud corpus in decentiori digniorique loco reponere, pietatis spiritu motus ferventique impulsu ductus, pluries ad Deum super his precibus effusis; hæc sui cordis incitamenta admodum Rever. Domino Sulpitio Carissimo, Canonico Decano Ecclesiæ Cathedralis prędictæ, ætatis suæ annorum septuaginta octo, vitæ ac morum [gravitate] conspicuo aperire notumque facere sub confidentiæ sigillo decrevit.

Corpus S. Iuvenalis conditum in crypta eccleſiæ Narnienſis

rofoſſurus Epiſcopus Bucciarellus

D

2 Ipso igitur accersito & silentio eidem imposito etiam per censuras, secretum detegit. Verum quia in hujusmodi re divinum prius est invocandum auxilium, in sententiam venerunt orationes indicere, & augustissimum in monialium ecclesiis exponi facere Sacramentum; ibique per ealdem sanctimoniales humiliter mentem ad Deum effundere in preces, ac eleemolynis & jejuniis tam grandem arduamque aggredi functionem. Animis igitur, ut præmittitur, ita compositis, idem Illustrissimus D. Episcopus vocatis ad se Reverendo Septimio Donato, ecclesiæ Cathedralis Custode sive Subsacrista, ac magistro Michaele Angelo Mello Comensi, architecto in terra *a* Carbii degente, qui tunc in hac aderat civitate; reque cum ipsis communicata, juramento prius recepto in & super præmissis silentium servandi, tertia noctis hora feriæ secundæ hebdomadæ sanctæ, Sacellum & altare recognoverunt [& locum per] quem cryptam ingressuri erant designarunt. Et accersito etiam die altera Admodum Reverendo Domino Remulo Maximo Canonico Subdiacono ecclesiæ prædictæ Cathedralis, ætatis annorum septuaginta unius circiter, ipsique re patefacta; statuerunt, ut omnes, sacra refectione muniti, quarta feria Majoris Hebdomadæ circa quintam noctis horam convenirent ad eamdem ecclesiam Cathedralem, paratis instrumentis, & aliis ad murum erumpendum, prout evenit.

negotii seriem communicat cum Decano,

& accersitis aliis

E

3 Sacellumque ingressi, Divino auxilio freti, iterum atque iterum ejusdem S. Juvenalis nomine invocato, muro à cornu Euangelii adstantis altaris dirupto, ita ut facile quis ingredi posset in cryptam, ea qua decuit devotione & reverentia ingressi sunt; & invento deposito, ex Tiburtino lapide crassitudinis quatuor digitorum, latitudinis palmorum trium, & longitudinis novem circiter, cum operculo supposito ex eodem genere lapidis, ad sepulcri modum, ferreis *b* grappis firmato plumboque munito, ita ut non sine maximo labore operiri posset: Et ferreis effractis impedimentis remotisque lapidibus, qui hinc inde ipsam circumtenebant capsam, præsertim in extremitate ejusdem, particulam operculi ad mensuram duorum circiter palmorum dislocarunt: ex quo foramine prius dictus Mag. Michael Angelus, postea prædictus Reverendus Septimius & succeſſive idem Illustriss. D. Joannes Paulus Episcopus cryptam ingressi sunt: & oculis propriis, candelam accensam præ manibus habentes, unus post alium capsam ipsam à parte interiori per dictum foramen inspexere, & sacrum corpus in eadem capsa Tiburtina repererunt reconditum existere; caput videlicet & alia corporis ossa, Et procumbentes: lacrymis prægaudio effusis, immensas Deo Optimo Maximo reddidere gratias. Aliisque amotis lapidibus, ad facilius operculum dictæ capsæ sublevandum; & ad mensuram palmi cum dimidio illo elevato, corpus ejusdem Sancti (nempe caput, ossa & cineres) evidentius apparuere à cornu Euangelii, prope altare ibidem existens, ad cælum conversum, aliquantulum inclinatum ad dextram; aliaque ossa cujuslibet partis corporis suis locata locis, disjuncta tamen & una cum cineribus sancti corporis commixta.

cryptam ingressus 16 Aprilis

b illud in lapidea arca reperit:

E

4 Tunc hymno dicto unanimiter idem Illustriss. Dominus Episcopus mandavit dictum corpus Sancti

A Sancti ejuſdem, oſſa & cineres, per prædictos admodum Reverendos Canonicos Sulpitium Cariſſimum & Remulum Maximum, & dictum Rev. Septimium Subſacriſtam, & Mag. Michaëlem Angelum Mellum firmiter recognoſci, prout medio juramento tactis pectoribus more Sacerdotum & Scripturis reſpective jurarunt. Dictus adm. Rev. Dominus Sulpitius interrogatus per eumdem Illuſtriſſ. Dominum Epiſcopum meque quidnam videret intus dictam capſam lapideam exiſtere; Reſpondit: Ego jam video, ut & modo vidi, in hac ex lapide Tiburtino arca, corpus noſtri S. Juvenalis Epiſcopi & Martyris, conditum in hac crypta & oratorio quæ Sancto eidem ſacra ſunt: videlicet, ſacrum ipſius caput, (quod petita licentia ab eodem Epiſcopo preſente propriis manibus aliquantulum de capſa ſublevavit) oſſa eadem in capſa & loco ſuo diſpoſita, & hoſce cineres colore ſanguineo imbutos: & habeo illud ac adoro ut corpus glorioſi S. Juvenalis Epiſcopi noſtri & Martyris: quod paſſim creditum eſt quieſcere in hac crypta arcaque ex Tiburtino lapide, quæ videbatur per hanc feneſtellulam hic exiſtentem. Et gratias ago Deo benedicto, quod illud videre mihi contigerit antequam morior: Subdenſque dixit: Iam dicere poſſum Domino: Nunc dimittis ſervum tuum Domine, quia viderunt oculi mei &c.

de quo reperto & inſpecto jurati teſtimonium dicunt Decanus,

B

5 Et interrogatus etiam ut ſupra adm. Rev. Dominus Canonicus Remulus Maximus, & ipſe reſpondit: Hic videmus omnes hoc ſacrum corpus S. Juvenalis Epiſcopi noſtri; videlicet ſacratiſſimum caput, oſſa ac cineres ejus ſanguine velut indicio martyrii cruentatos: illudque ego ipſe jam jam vidi, cum ab arca ex Tiburtino lapide facta operculum auferretur: jamque illud pro eodem habeo, adoro, veneror, ut ſolitus fui cum aliis hujus urbis civibus facere hac in eadem arca conditum, ab omnibus per hanc feneſtellulam ſpectabili. Et procumbens corpus ipſum iterum adoravit. Vocatiſque tum dicto Magiſtro Michaele Angelo Mello & Rev. Septimio Donato Subſacriſta, ipſiſque in & ſuper præmiſſis interrogatis, reſponderunt unus poſt alium [in] ſingulari: Videmus hoc corpus & hæc oſſa, condita ac inventa in hac arca ac ſepulcro ex Tiburtino lapide & in hac crypta ac oratorio S. Juvenalis hujus urbis Epiſcopi: ſuntque eadem ipſa quæ paulo ante vidimus, dum ab arca partem operculi removimus: agnoſcimus ſacrum caput, facie ad cælum converſa & nonnihil ad dexteram inflexa; & hæc oſſa ac cineres ſanguine ejus tinctos. Credimuſque eſſe & veneramur ut glorioſi S. Juvenalis urbis hujus Epiſcopi Reliquias, quemadmodum & ſemper populus honorare illas eſt ſolitus in eadem ipſa hac arca: & præ lætitia cum lacrymis ad dictam capſam & corpus ſe inclinaverunt.

Canonicus annus,

Subſacriſta & Architectus.

C

6 Et in teſtibus ad hæc vocatis & adhibitis RR. Franciſco Cantagallo Sacerdote Fulginatenſi, & Auguſtino de Agnis Clerico Mediolanenſi, Illuſtriſſ. Domini Epiſcopi familiaribus, ad hæc omnia præſentibus &c. ipſiſque quoque ad capſam Tiburtinam dicti ſancti corporis accedentibus, idem corpus (nempe caput, oſſa & cineres, ut ſupra) in forma recognoverunt. Quibus peractis idem Illuſtriſſ. Dominus Epiſcopus præſens præcepit, ut depoſitum & operculum capſæ, eo modo quo ſupra dictum fuit, ſemiclauſum tapeto tegeretur & cooperiretur. Et accerſitis Dominis Antonio Brunello, & Ioanne Baptiſta Tepelle Priore & Camerario *d* Societatis ſanctiſſimi Sacramenti eccleſiæ Cathedralis, ad habendos cereos pro luminaribus apponendis ante monumentum dicti ſancti corporis; & ipſi quoque venerabundi ad capſam de licentia ejuſdem Illuſtriſſ. D. Epiſcopi acceſſerunt; elevatoque tapeto, quo ipſa tegebatur capſa, Sanctum corpus inſpexerunt, adorarunt, ſimulque venerati ſunt: & luminaribus appoſitis Illuſtriſſ. Dominus Epiſcopus mandavit claudi ferream portam ejuſdem ſacelli, & illam catenis & clavibus communiri. Et campanis præ ſummo gaudio à Clericis ejuſdem Cathedralis propulſatis, aliiſque ſignis præ lætitia datis, populus de hujuſmodi S. Juvenalis inventione certioratus, eccleſiam adivit, Sanctum veneratus eſt corpus, ſacellumque admiratus; Illuſtriſſimus Epiſcopus ad ſuas rediit ædes, de hujuſmodi Sancti corporis tranſlatione cogitabundus: ſuper quibus &c.

quod & alii advocati faciunt,

EX MSS.

corpus in crypta relictum.

ANNOTATA.

a *Veroſimiliter* Carpi *Ducatus Mutinenſis oppidum.*

b Grappo, *eſt Italicis uncinus; Francis compoſita voce* Agrafe: *à Teutonica radice* Grypen, Gryfen, *apprehendere.*

c *Verba reſpondentium, Italice excepta à Notario, hic Latine reddidi.*

d *Vides* Camerarios *dici Narniæ, quos alibi* Theſaurarios *vocant, pecuniæ publicæ Præfectos, ſeu ſacra illa ſeu profana ſit.*

E

CAPUT II.

Tranſlatio corporis in novam Lipſanothecam & hujus expoſitio.

7 EIſdem anno, menſe & Pontificatu, die vero XVII Aprilis circa tertiam noctis horam denuo Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſcopus Narnienſis ex ſuo palatio, talari veſte inductus, *a* rocheto & *b* muzzeta, ſe contulit ad prædictam ſuam eccleſiam Cathedralem, eidem palatio contiguam; ubi expectantes perilluſtres & admodum Reverendi Joannes Carolus de Alexandris, & Ludovicus Picininus, Canonici *c* antiani, nec non Domini Gabriel Maſſeus, & Vincentius Conneſtabilis Canonici, deputati à Rev. Capitulo, de ordine & mandato ejuſdem Illuſtriſſ. D. Epiſcopi, & Sulpitius Cariſſimus & Remulus Maximus antiquiores Canonici ejuſdem Cathedralis, omnes cum *d* cottis & ſtolis, precibus prius ſolitis ante ſanctiſſimum Sacramentum & ſacellum S. Juvenalis effuſis, de ordine & mandato ejuſdem Illuſtriſſ. D. Epiſcopi aperta fuit porta ferrea dicti ſacelli: & illud ingreſſi omnes una cum Rever. D. Actilio Perfecto & Rev. D. Septimio Donato de Narnia, ac Rev. D. Franciſco Cantagallo de Fulgineo meque; ſupradicti adm. Reverendi Domini Sulpitius & Remulus, ac Reverendi Domini Actilius, Franciſcus & Septimius, qui præſentes fuerunt inventioni ſancti corporis ſupraſcripti, ut ſupra in inſtrumento, per me heri circa quintam noctis horam rogato, medio eorum juramento, tactis pectoribus more Sacerdotali recognoverunt ſupra ſcriptam capſam ſeu depoſitum, & idem Sanctum corpus & omnia ejuſdem oſſa, eſſe ab ipſis antea viſa & inſpecta; ac in eodem ſitu, loco & modo, quibus eadem viſa reliquerant exiſtere ac ſita eſſe, prout in inſtrumento ſupra ſcripto per me heri circa quintam noctis horam rogato apparet.

a
b
c
17 *Aprilis eodem ſitu inventum,*
d
F

8 Factaque dicta recognitione idem Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopus, collo impoſitus *e* ſtola, juſſit lintea in terram ſterni prope ſanctum depoſitum prædictum: & ſuis propriis manibus, in terram projectus, ſanctum Caput acceptum & omnia oſſa maxima cum diligentia collocavit in quamdam capſulam ex cupreſſo: in cujus operculo & in illius parte anteriori erat appoſitum *f* talcum, & cui ſubſtratum intus erat ſericum velum rubeum, vulgo vocatum *g* taffeta.

e

ab arca eximitur

f
g

EX MSS. taffeta. Inde collecti cineres ſumma cum diligentia poſiti fuerunt in quodam pollubro ſeu *h* bacili : & illi cineres qui exiſtebant circa caput ejuſdem Sancti, ut illi qui omnium oculis apparebant colore ſanguineo profuſi, collocati fuerunt intra [ampullam] vitream, remanente impreſſa macula *i* ſanguinea in eodem loco depoſiti ex lapide Tiburtino, ubi erat clauſum corpus. Itaque obſtupuerunt omnes atque horruerunt, videntes hujuſmodi ſanguineam maculam in lapide impreſſam, cum mille plus annis martyrio fuerit ſanctus Epiſcopus Juvenalis coronatus, ibique ejus corpus ſepultum *k*. Præcepit idem Illuſtriſſimus D. Epiſcopus, ut clauderetur dicta capſula cupreſſea, dictum ſanctum corpus continens, & clavis ferreis, ac cordulis circa eam ductis firmaretur: in cujus extremo nodo appoſitum fuit ſigillum Illuſtriſſimi Domini, impreſſum in cera rubea Hiſpaniarum, ut ſemper de identitate ejuſdem conſtaret. Collocata fuit dicta capſula, ſicut ſupra clauſa & ſigillata, & cineres prædicti intus dictum bacile & dictam vitream, prope dictam capſulam ſuper altare dicti ſacelli, in quo ſuperpoſitum fuit quoddam ſericum velum rubeum. His peractis de ordine ejuſdem Illuſt. D. Epiſcopi fuit clauſa dicta porta ferrea ejuſdem ſacelli, clavibus & *l* lucheto, ita ut à nemine poſſet aperiri. Et prædicta omnia facta & geſta fuerunt ad præſentiam mei & ſupra ſcriptorum teſtium ad prædicta vocatorum, habitorum ſpecialiter atque rogatorum. Actum ubi ſupra, præſentibus quibus ſupra: & Ill.& Rev. D. Epiſcopus rediit ad prædictum ſuum Palatium ; aſſociatus à prædictis Dominis Canonicis.

h *in qua videbatur macula ſanguinea ;*

i

k *& capſula impoſitum obſignatur.*

cineribus ſeorſim locatis.

l

B

9 Currente die decima ſeptima menſis Aprilis, anni milleſimi ſexenteſimi quadrageſimi ſecundi, adm. Rev. D. Julius Cæſar Mautinus, Civis Narnienſis Cathedraliſque Eccleſiæ S. Juvenalis Illuſtriſſimæ civitatis Narniæ Canonicus Antianus, miſſus (ut ipſe dixit) ab Ill.& Rev. D. Paulo Bucciarello de Arquata ejuſdem Illuſtriſſimæ Civitatis Epiſcopo, Venerabilique Capitulo præfatæ Cathedralis ad Illuſtriſſimos Dominos Priores reſidentes *m* præfatæ Civitatis, nimirum Excellentem D. Sebaſtianum Santellinum, D. Joſephum Sciopertam, & D. Vincentium Virgilium, ad certiores eos reddendos, qualiter nocte ante ſanctum diem Jovis Majoris hebdomadæ, milleſimum & ducenteſſimum ſexageſimum circiter à morte annum, ab eodem Ill.& Rev. D. Epiſcopo, aſſiſtentibus duobus Dominis Canonicis Cathedralis prædictæ, ac aliis eidem Ill. Epiſcopo fideliſſimis, ſanctiſſimum corpus Divi Juvenalis, primi Epiſcopi civitatis præfatæ, in eccleſia ejuſdem Sancti exiſtens, muro munitum pervetuſto, in ſacello nuncupato Corpus ſanctum, in arca lapidea, conſtructa lapide qui Tiburtinus dicitur, cum operculo pariter ſaxo condito & calce interlito, repertum fuit cum capite ceteriſque oſſibus, integrum condere corpus aptis. Et hæc omnia de ordine & commiſſione quo ſupra expoſuiſſe dixit, ut tamquam univerſæ civitatis perſonam gerentes de toto prædicto facto edocti eſſent.

inventio primoribus civitatis indicatur.

m

C

10 Eiſdem anno & Pontificatu, die XVIII Aprilis, circa ſecundam noctis horam, Præd. Illuſtriſſ. & Rev. Ioannes Paulus Bucciarellus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Narnienſis, una cum ſuprad. adm. RR. Dominis Sulpitio Cariſſimo, Joanne Carolo de Alexandris, & Ludovico Piccinino Canonicis, ac RR. Dominis Actilio Perfecto, & Septimio Donato de Narnia, nec non Michaële Angelo Mellis Mediolanenſi & R. D. Auguſtino de Agnis, meque, iterum ſe contulit ad ſupradictum ſacellum: & facta prius oratione ante ſanctiſſimum Sacramentum & dictum ſacellum; de ordine & mandato Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ, aperta de[illegible]o

18 Aprilis tentat Epiſcopus arcam exirahere :

cavea ferrea, prævia recognitione ſupradictæ capſulę, ubi erat repoſitum ſupraſcriptum ſanctum corpus, facta de ea per ſupraſcriptos RR. Dominos Sulpitium, Ioannem Carolum, & Ludovicum, adeſſe eo modo, quo ut ſupra relicta fuit, prout medio juramento tactis pectoribus juraverunt & affirmarunt idem Illuſtriſſ. D. Epiſcopus, juſſit dictam capſam ex Tiburtino lapide, ut ſupra, defoſsâ circa terrâ, quantum poterat, ſublevari, quamquam maximo cum labore id factum fuerit, ut eam erutam ſi fieri potuiſſet populo videndam exponeret. Sed magna cum difficultate ante dictam capſam, quæ ſuberat terra, excavata parumper fuit ; quæ extrinſecus elaborata cernebatur inſtar operum, quibus fabrefactus eſt pes, ſeu baſis altaris ibi exiſtentis. Et quia fere impoſſibile erat eam poſſe inde extrahi, niſi dirueretur magna ex parte paries medius inter ſacellum & ſepulcrum ; inde mandavit iiſdem clavibus eodemque modo januam ferream prædictam claudi, prout clauſa fuit, præſentibus quibus ſupra &c.

D

ſed citra ruinam fieri non poſſe videns, eam ſuo loco relinquit.

11 Die XXII Aprilis anni MDCXLII Illuſtriſſ. & Rev. D. Joannes Paulus Bucciarellus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Narnienſis, ad aptandas, & melius componendas ſacro-ſanctas reliquias Corporis S. Juvenalis Epiſcopi Narnienſis & Martyris, ex ſuo Epiſcopali palatio ſe tranſtulit ad eamdem ſuam Cathedralem Eccleſiam S. Juvenalis, indutus Rocheto, ſupra Mozzeta, comitatus à Perilluſtribus & adm. Reverendis Dominis Sulpitio Cariſſimo, Remulo Maximo, Franciſco Ravello, Gabriele Maſteo, Auguſtino Angelo Pellegrino, Georgio Cardono, Tiberio Caldarino, Ioanne Nicolao Farnetto, Anſelmo Spera, Thoma Herulo, Ioanne Franciſco Germanello, Petro Saratino, Ioanne Carolo de Alexandris, Ludovico Piccinino, & Iulio Cæſare Mautino, Canonicis ſupradictæ Cathedralis familiaribus, meque. Et precibus ſolitis ante Sanctiſſimum Sacramentum & ſacellum S. Iuvenalis effuſis, mandavit, aperiri portam ferream ſeu ferratam dicti Sacelli : & aperta omneſque præſentes ingreſſi dictum ſacellum prænominati, RR. Domini Sulpitius & Remulus, medio eorum juramento, recognoverunt capſulam, in qua fuerat poſitum dictum ſanctũ Corpus dicti S. Iuvenalis, exiſtentem in altari dicti ſacelli, ligatam cordulis non fractis neque devaſtatis, ſed in illis bene apparere ſigillum, eo prorſus modo quo ab eiſdem in proximo acceſſu diſcedentibus relicta fuit, una cum dictis cineribus ut ſupra ab eadem capſa acceptis, & in bacile & dicta vitrea, eo met modo & poſitura, quibus ultima vice ibidem relicta fuerunt.

E

22 Aprilis corpus & cineres ſub inviolato ſigillo inſpecta

F

12 Unde de ordine & mandato ejuſdem Illuſt. D. Epiſcopi aperta dicta capſula, inventum fuit caput, cineres & oſſa, ſancti corporis omnia ſplendentis inſtar lampadis, alabaſtri aut aluminis, radiolos lucidos effundentia : quod protulit maximam admirationem & venerationem erga illas ſanctas reliquias. Poſtea Ill. D. Epiſcopus ab ipſa capſula acceptas reliquias poſuit diligenter ſuper abaco, in quo prius ſtrata fuit quædam tabula, & prædicta capſula rubeo ſerico, taffeta appellato, intrinſecus veſtita immediate ipſas reliquias repoſuit in eamdem capſulam, & prius poſuit ex una parte omnes cineres qui erant in bacile & in alia dicta vitrea cum illis cineribus prę- rubeis, ſanguine ut exiſtimatur perfuſis, ſuperpoſito bombice. Poſtmodum apprehenſum propriis manibus caput Sancti, quod ab eodem Illuſtriſſ. D. Epiſcopo fuerat colligatum cũm *n* fettuccia ſerica rubea, collocavit in medio ejuſdem capſulæ, in cujus anteriori parte ſuper operculo erat accomodatum talcum, ita ut quod intrinſecus erat per eum conſpicĩ poſſet, quamquam clauſa dicta capſula. Et hinc inde

mira luce collucentia reperit Epiſcopus,

intra eamdẽ capſam jungit;

A de prope dictum caput compoſitis ceteris, accerſivit Illuſtriſſ. Rev. Dominos Priores reſidentes, nempe Sebaſtianum Santellinum, Joſephum Sciopertam, & Vincentium Vergilium : qui accedentes devote venerati ſunt ſanctiſſimum corpus ; & prius omnium Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Thomas Monticolus Nobilis Ariminenſis ; & Illuſtriſſ. Civitatis Narniæ Gubernator, qui cum ſupradicto Magiſtratu venerat ; tactis ab eodem Illuſtriſſ. D. Epiſcopo coronis cujuſque cum ſupradictis Reliquiis.

eaque prolata populo benedicit,

13 Eodem tempore confluxere non ſolum Primates Civitatis, ſed etiam ad ſonum campanarum, in ſignum lætitiæ pulſatarum, ad dictum ſacellum ſe contulit univerſus populus, & plures peregrini itinerantes. Unde ob magnum concurſum populi, qui augebatur, idem Ill. D. Epiſcopus manibus accepta dicta capſula, cum auxilio duorum ex dictis Canonicis eam hinc inde ſuſtinentibus, in janua ipſius ſacelli populum pluries ſigno Crucis cum dicta capſula benedixit. Tandem poſita intus dictam capſulam ſchedula, tenoris pro ut in ea, propria manu ipſius Ill. D. Epiſcopi ſcripta, mandavit claudi eamdem capſulam clavis ferreis, & circum circa ligari ; videlicet à pede & à capite fettucciis ſericis rubeis & extremis ipſarum fettucciarum invicem ſuppoſitis *o* bollettis firmari, & ſuo ſigillo in cera rubea Hiſpaniarum ex una parte capſulæ, ex altera vero ſigillo Rev. Capituli muniri.

ipſamque alteri ſimili,

B

o

deinde tertia majori ac triplici ſera munita imponit.

14 Poſtea poſita fuit dicta capſula intra aliam capſulam ſimilem majorem ex ligno, quæ pariter clauſa fuit & clavibus ferreis firmata, coram omnibus ſupradictis Dominis Gubernatore, Prioribus, Canonicis & teſtibus infraſcriptis. Hæc tamen poſita fuit immediate in aliam capſam magnam & craſſam ligneam, intus tela ut dicitur ſangalla rubea indutam, & extrinſecus munitam laminis ferreis: quæ clauſa fuit tribus clavibus : quarum unam Ill. D. Epiſcopus dedit Rev. Capitulo preſenti, & pro eo RR. D. Joanni Carolo de Alexandris & Ludovico Piccinino, duobus ex dictis Canonicis & Antianis præſentibus & accipientibus ; alteram ſupraſcriptis Dominis Prioribus ſimiliter præſentibus : poſtremam vero idem Ill. D. Epiſcopus penes ſe retinuit, & mandavit muro claudi januam dicti ſacelli, & deinde januam ferream duobus clavibus, quarum unam penes ſe retinere intendit, & alteram conſignari mandavit dicto Rev. Capitulo. Et deinde aſſociatus à prædictis omnibus rediit ad ſuum Palatium Epiſcopale, relictis ibidem infraſcriptis Dominis teſtibus, de prædictis & infraſcriptis ſpecialiter habitis, & Notariis, videlicet D. Franciſco Gallieno de Stronconio Cancellario Curiæ Epiſcopali, D. Celſo Victorio de Gualdo dictæ Ill. Civitatis & Communitatis Secretario, & me Notario dicti Capituli de præmiſſis rogato, donec clauderentur prædicta. Clauſa autem fuit janua muro & clavibus ut ſupra per Magiſtrum Octavium quondam Petri Auguſtini alias Iorge de Narnia, & Magiſtrum Franciſcum Rugerium Romanum cæmentarios.... Acta fuerunt hæc Narniæ in ſuprad. ſacello, & eccleſia Cathedrali reſpective, præſentibus RR. Dominis Stephano Cardiacello, Felice Ferentello, Caſſio Benedicto, & Actilio Perfecto, Presbyteris Narnienſibus, nec non Perilluſtribus Dominis Vincentio Mancinello, Baldovino Cardulo, Marco Antonio Area, & Petro Paulo Mangonio, omnibus de Narnia teſtibus. Et ego Thadeus de Comitibus Narniæ, pub. Dei gratia Apoſtolica auctoritate Notarius ....

ſacelli vero oſtium muro claudi facit.

C

D

ANNOTATA.

a Rocchetum, *linea veſtis, tunicæ ſuper indui ſolitæ ab Epiſcopis aliiſque Prælatis; eſtque diminutivum à Teutonico* Rok, *quamlibet longam veſtem ſignificante.*

b Muzzeta, *Epomis Præſularis, aſſutum ſibi caputium habens, ſimili modo diminutive formatur à Teutonico* Mutze, *quo tegmen capitis ſignificatur.*

c Antianus *Senior, Francis* Ancien, *ſumitur immediate à Latina præpoſitione* Ante. *Nam quod ajunt Academici della Cruſca in ſuo Vocabulario, ab* Antibus, *id eſt paraſtatis ædificiorum, acceptum nomen, non placet : quamvis etiam illi ab eadem præpoſitione appellationem habeant.*

d Cotta, *veſtis linea, Clericalis, alias* ſuperpelliceum.

e *Italicus idiotiſmus hic eſt pro,* collo impoſitam habens ſtolam.

f Talcum *infra num.* 18 *explicatur* lapis tranſparens. *Vidimus ſic ipſi in Italia veterum quorumdam ſacellorum feneſtras, pro vitro obductas tranſparenti marmore. Teutones* Talck *vocant, eum qui ex Muſcovia advehitur, in laminas quavis membrana tenuiores fiſſilem, quem à puriſſimi vitri ſimilitudine alii* Muſcoviticum vitrum *appellant*

E

g Taffetá *veſtis bombycina tenuiſſima*, multitia *antiquis dicta : nomen idem & Galli & Belgæ uſurpant, ultima acuta omnes, niſi quod Belgæ* Taffetaf *dicant vel ſimpliciter* taf : *ab Oriente una cum ipſa materia veniſſe texturæ & nominis formam, non facile dubitaverim.*

h Bacile, *Francis* Bazin, *formatus à Teutonico* Bak, *vas quodvis, ex ligno vel metallo cavatum.*

i *Ita legendum ex ſenſu apparet, licet ecgraphum noſtrum habeat* dictam vitream *quaſi ſuperius illius eſſet facta mentio, quod nuſquam apparet. Ita S. Ianuarii ſanguis Neapoli, tamquam cinis ſanguineus, intra vitream ampullam ſpectatur ; ſed hoc particulare habet, quod in conſpectu capitis fluidus efficiatur : ſicut ipſimet vidimus.*

k *Si, qui hæc tunc mirabantur, legiſſent antea hiſtoriam ablati per Ducem Adalbertum corporis, ſciviſſent ipſum tunc ſanguinem ſudaſſe, & intellexiſſent ab hoc ſanguine arcam tinctam fuiſſe.*

l Luchetum *peſſulus, Francis* loquét & liquét, *à Teutonico* Luken *claudere, Angloſaxonibus* loke. *Neque mireris in Italica lingua tot voces referri ad radices Teutonicas : quando Gothos & Longobardos, qui Italicæ ex Latina formandæ cauſa fuerunt, conſtat uſos lingua originaliter eadem qua Teutones.*

m *Vidimus & didicimus Lucæ eam ibi eſſe publici regiminis formam, ut ex novem Antianis, annua ſortitione ductis, terni menſtruatim reſideant in curia diu noctuque : quod item locum videtur habere in Prioribus Narnienſibus quorum tres hic vocantur pro menſe Aprili* Reſidentes.

F

n Fettuccia, *diminutivum à* fetta, *quod Italis eſt ſegmentum ſubtile ex quacumque materia, etiam lapide aut ligno.*

o Bolletta, *diminutium ab Italico* bolla, *Latine* bulla: *ſumitur hic pro ipſa cera cui imprimendum ſigillum, ante impreſſionem globuli formam habente.* Bol *autem Teutonibus globum ſignificat.*

CAPUT III.

Tranſlatio corporis in alium locum : arcæ lapideæ expoſitio, & miraculum effigiei in ea apparentis.

15 DIe XIII Junii anni MDCXLII Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Ioannes Paulus Bucciarellus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Narnienſis, volens rem gratam facere adm. R. Patri Petro *a* Gravitæ Presbytero è Societate Jeſu, cupienti videre

16 Iunii volens Epiſcopus oſtendere P. Gravitæ corpus Sancti

EX MSS. ſacra oſſa ſancti corporis glorioſi Iuvenalis, comitatus ab Illuſtriſſ. Dominis Prioribus reſidentibus & non nullis RR. DD. Canonicis dictæ ſuæ Cathedralis ejuſque adm. Rev. D. Vicario Generali, ſuiſque familiaribus, meque Notario pro dicto Rev. Capitulo dictæ Eccleſiæ: & precibus ſolitis primum ante ſanctiſſimum Sacramentum, & deinde ante ſacellum dicti S. Iuvenalis effuſis, mandavit aperiri januam capellæ prædictæ & exinde amoveri murum, quo ultima vice clauſa fuit, prout in actis ſub die XXII Aprilis. Qua aperta & muro prædicto remoto, ſupradictis RR. Prioribus, Vicario & Canonicis, ac Perilluſt. RR. Vincentio Mancinello, & Balduino Cardulo, duobus ex tribus habitis dicta ultima vice, qua clauſa fuit & murata capella prædicta, Mandavit aperiri capſulam ferream, tribus clavibus clauſam, intus ſe continentem alias duas capſulas ligneas, unam intus, aliam poſitas ultima vice, &, ut ſimiliter in actis meis ibidem ante altare repoſitam & relictam. Qua dictis clavibus aperta, & ex illa accepta capſula lignea cupreſſi, cum talchis ſupra operculum & ante poſitis, ligata à capite & à pede circumcirca duobus fettucciis ſericis rubeis, in extremis ipſarum invicem ſuperpoſitis, & bullatis, firmatis, non fractis neque devaſtatis, in illis bene & evidenter apparere [cognovit] ſigilla Dominationis ſuæ Illuſtriſſimæ & dicti Rev. Capituli, in cera rubea Hiſpaniarum impreſſa, eo prorſus modo, quo in dicto ultimo acceſſu & modo relictæ fuerunt.

jubet refracto muro aperiri aream:

B

16 Quam quidem intra capſulam, ex dictis talchis videntur exiſtere caput, oſſa & cineres ſancti corporis glorioſi Iuvenalis. Et omnia prædicta dicti DD. Vincentius & Balduinus recognoverunt in forma, & affirmarunt remanere eodemmet modo, quo ab ipſis in ſupradicto ultimo acceſſu relicta fuerunt. Quibus omnibus peractis, & effuſis prius orationibus ante dictas ſanctas Reliquias, tactiſque coronis ſuper eis omnium adſtantium, idem Illuſtriſſ. D. Epiſcopus, accepta dicta capſula, ſic ut ſupra ligata & ſigillata, cum dicto auxilio duorum ex dictis Canonicis hinc inde ſuſtinentibus, in januam ipſius ſacelli populum pluries ſigno Crucis benedixit: & tandem poſita dicta capſula intra aliam prædictam, illaque clavibus ferreis firmata, eadem repoſita fuit intus ſupradictam capſulam ferream, & ſupraſcriptis tribus clavibus clauſam: quarum una fuit conſignata dicto Capitulo, & pro eo adm. RR. DD. Sulpitio Cariſſimo & Julio Cæſari Mautino Antianis, & alia dictis Prioribus ibidem præſentibus, & aliam idem Illuſtriſſ. D. Epiſcopus penes ſe retinuit, ad præſentiam mei & infraſcriptorum teſtium, &c: & mandavit denuo dictam capellam muro claudi, pro ut clauſa fuit, & intus relicta ante altare capſula ferrea, prout ſupra clauſa.

ac denuo claudi & murari.

C

17 Die XX Junii anni MDCXLII volens Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopus Narnienſis plene ſatisfacere devoto deſiderio admodum R. Patris Petri Gravitæ, è Societate Jeſu Presbyteri, qui Dominationem ſuam Illuſtriſſimam rogavit, ut exponeret univerſo populo capſam ex Tiburtino lapide, ubi prius extabant oſſa ſeu Reliquiæ ſancti Epiſcopi & Martyris S. Juvenalis: ideirco præcepit & facultatem dedit eadem Dominatio ſua Illuſtriſſima, ut inveniretur locus magis decens ac accomodatus ad reponendum dictum ſanctum corpus, jam intus ſuam capellam muro clauſum, in qua inventa eſt crypta, ubi apte collocata eſt dicta capſa. Et reperto immediate dicto loco, denuo capellæ murus fuit dirutus, & inde à RR. DD. Sacerdotibus, ſuperpelliceis & ſtolis indutis, cum omni devotione & veneratione ablata capſa ferrea, in qua incluſum eſt prædicti Sancti corpus, delata fuit ante altare majus dictæ eccleſiæ S. Juvenalis. Et cum fuerit aperta aſſiſtentibus ſemper Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo, Capitulo & Magiſtratu, per admodum Illuſtriſſ. DD. Capit. Marcum Antonium Aream & Petrum Paulum Mangonium de Narnia, ac R. Patrem Petrum Gravitam, eorum mediante juramento tactis pectore & Scripturis reſpective, recognita fuit capſula interior lignea cupreſſina, in qua tranſparentes ex talcho lapides infixi ſunt, & cordulis non fractis ligata ac ſigillis præmunita, dictum ſacrum corpus continere, prout in aliis inſtrumentis per me rogatis.

Invento loco aptiori pro ſancto corpore,

defertur capſa ad altare majus & recognoſcitur,

D

18 Poſtmodum expoſita fuit ſuper dicto Altari majori: ubi, poſt celebratam ab ipſo Illuſtriſſ. D. Epiſcopo Miſſam, delatum fuit ſanctum Corpus intra dictam capſulam, ut ſupra, ligatam ac ſigillatam exiſtens, ſolenniter ac proceſſionaliter ab eodem Illuſtriſſimo D. Epiſcopo, Clero & ſupradicto R. Patre Gravita, comitantibus Magiſtratu & populo univerſo, circa plateas & vias eccleſiæ Cathedralis proximas, ut fieri ſolet in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti ſingulis menſibus. Qua proceſſione peracta, iterum expoſita fuit capſula, ut ſuperius præmunita, & collocata intra dictam aliam clavibus firmatam, quæ tribus clavibus ut ſupra recluſa fuit: quarum clavium una fuit conſignata dicto R. Capitulo, alia Magiſtratui & aliam idem Ill. Dominus penes ſe retinuit: dictaque capſula ferrea, ſic intus eam continens dictas alias duas cum ſupradictis ſanctis Reliquiis, ut ſupra, aſportata & collocata fuit in loco idoneo & apto, exiſtente inter muros Capellæ S. Juvenalis vulgo dictæ Córpo ſancto, & Capellæ ſantiſſimi Crucifixi: quo interſtitio apparet janua muſaico lapide exornata: ſuper quam Crux marmorea muro affixa ineſt, & paulo ſupra *b* feneſtrula, vulgo nichia appellata, in qua ſedens inſpicitur ſimulacrum ligneum S. Juvenalis Epiſcopi & Martyris, in modum populum benedicendi: quæ quidem janua de mandato ejuſdem Illuſtriſſ. D. Epiſcopi muro clauſa fuit, intus continens dictum ſanctum corpus.

& proceſſionaliter circumlata,

in eo apte ornata ponitur.

E

b

19 Die XX Junii anni MDCXLII Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Joannes Paulus Buccia-rellus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Narnienſis, mandavit excavari capſulam, lapideam è crypta capellæ S. Iuvenalis, in qua fuerunt reperta ſancta oſſa corporis S. Iuvenalis, ſub die XVII Aprilis proximi circa quintam noctis horam, prout conſtat ſub rogatu infraſcripti D. Franciſci Galieni, Notarii & Cancellarii curiæ Epiſcopalis Narniæ; illamque excavatam exponi populo in medio eccleſiæ Cathedralis S. Iuvenalis prædicti. Prout excavata & expoſita fuit in medio dictæ eccleſiæ, cooperta cum quadam ferrata cordulis affirmata, & ibidem relicta ad totius populi aſpectum, animo eidem dandi poſtea locum ſuum decentem. Super quibus actum Narniæ in ſupra ſcripta Eccleſia Cathedrali S. Iuvenalis, preſentibus adm. R. P. Petro Gravita è Societate Ieſu, & adm. RR. DD. Sulpitio Cariſſimo, & Iulio Cæſare Mautino de Narnia teſtibus, & relatione ſupradicti D. Franciſci Galieni Cancellarii & Connotarii.

in fundo arce lapidea è crypta exempta,

F

20 Die XXIII Iunii anni MDCLII hora prima noctis, cum fuerit vocatus Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopus Narnienſis ab admodum R. Petro Gravita Narnienſi Presbytero è Societate Ieſu, ut Dominatio ſua Illuſtriſſima ad videndum accederet miraculum in ſua eccleſia Cathedrali denuo *c* apparſum, & repertum intus capſam lapideam, in qua repertum fuit corpus S. Iuvenalis. Et cum ſtatim in templum veniſſet, comitatus à ſuo Perilluſtri Vicario Generali ſuiſque ex familia & Cancellario, inventum & vi-

invenitur 23 Iunii impreſſa corporis ſancti forma.

c

A & viſum fuit in eadem capſa, ubi jacuerat corpus glorioſi Martyris S. Iuvenalis, expoſita in medio eccleſiæ, cooperta cum quadam ferrata, ad totius populi aſpectum, apparere & videri, quemadmodum apparet & videtur, effigiem dicti S. Iuvenalis Epiſcopi & Martyris adumbratam, ac videri eum quodammodo effigiatum; cum in ea inſpiceretur, prout inſpicitur, caput, tota facies cum diademate, manus, pedes, univerſaque corporis effigies, cum Paſtorali prope ſiniſtram manum, etiam indumento quod Pluviale appellatur, eo ſitu quo ſacra oſſa in prædicta amet capſa jacebant, & reperta fuerunt. Imo, quod admiratione dignius erat, nec ad naturalem cauſam referri ullo modo poterat, erat, quod faciei effigies ſupradicta frontem, oculos, naſum & barbam demonſtrabat: cum tamen ſupra dictam faciei effigiem collocata eſſet poſterior cranei ſeu capitis pars, occiput appellatum. Quemadmodum medio juramento, tactis pectoribus & Scripturis, reſpective atteſtantur ſe vidiſſe & diligenter obſervaſſe Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Paulus Mangonius, Cardolus de Cardulis, adm. R. P. Petrus Gravita prædictus, & adm. R. D. Ludovicus Piccininus Canonicus ſupradictæ Cathedralis eccleſiæ: qui primi animadverterunt, & caſu quodam obſervarunt dictam effigiem.

B Qua de cauſa idem Illuſtriſſ. D. Epiſcopus præcepit infraſcripto Cancellario ut prædicta omnia adnotaret, & ſe rogaret de hoc caſu & miraculo, & de prædictis omnibus faceret & ſtipularet publicum ſeu publica Inſtrumenta, ad facti veritatem perpetuamque memoriam, prout prædicta omnia vidit, adnotavit, ſtipulavit, adpręſentiam ſupradictorum teſtium. *d*


ANNOTATA.

a P. Petrus Gravita *qui vir fuerit quærenti mihi, reſpondit anno 1676 die 5 Decembris, ejus olim in urbe* EX MSS. *Romana amiciſſimus, P. Petrus Poſſinus, noſtræ Societatis Hiſtoriographus, in hæc verba*: Non geſſit is Magiſtratum in Societate, nec libros, quod ſciam, edidit: ſed floruit in hac urbe per annos circiter triginta, opinione præſtantis virtutis & Apoſtolicæ induſtriæ, regendo Sodalitio quod vocant Communionis Generalis, quod exercitia quotidiana ſumme utilia amplectitur, ad quorum uſum facellum bene amplum à fundamentis exſtruxit. Vere habitus Pater pauperum, aſſiduus in carceribus, noſocomiis &c. prætereaque ſecretas domuum neceſſitates, & animarum pericula, diurna nocturnaque contentione indefeſſe luſtrans; & prout cuique opus erat, eleemoſynis, conſiliis, interceſſionibus ad Potentes, quibus erat in ſumma gratia, omnes adjuvans: quibus eſt laboribus immortuus, excellenti opinione ſanctitatis.

b Nichia, *melius diceretur* loculus, *quam* feneſtrula: *hæc enim pervia luci concipitur, iſte non item: Francis etiam* Niche *appellatur.*

c Apparſo *dicunt Itali, pro eo* quod apparuit.

d *Placet, ad majorem miraculi declarationem, ipſam expreſſæ in lapide effigiei adumbrationẽ hic dare, qualẽ Narnia accepi auctoritate Illuſtriſſimi Capituli efformatam, nullo artis fuco obſcuratam, ſed (qualis revera cernitur) rudem & obſcuram. Si quis autem dubitare vellet, miraculone res adſcribenda ſit, an arti, cum eo contendere equidem nollem, fieri enim potuit ut ablato Lucam ſacro corpore, in cineres & oſſa reſoluto, ejus abſentiam ſupplere voluerint Narnienſes, tincto in eum modum fundo arcæ, eoque docere poſteros, quis ibi aliquando jacuiſſet: & ſic conſpicua ea forma manſerit, donec reſtitutis in ſuum locum Reliquiis corporis, eadem arca denuo clauſa eſt, ſicut deinde eſt inventa.*



C

CAPUT IV.

Corporis ad majus altare tranſlatio facta XXIV *Aprilis anni* MDCXLIX.

Anno 1649 die 17 Aprilis,

21 IN nomine Domini Amen. Anno Chriſti MDCXLIX, Indictione II, Pontificatu felicis recordationis D. Innocentii Papæ decimi, anno ejus quinto, die vero vigeſima ſeptima Aprilis. In noſtrorum Franciſci Coffari Narnienſis, & Ioannis Auguſtini Ænei è Monte-bono in Sabinis Civis Narnienſis ad præſens Illuſt. Communitatis prædictæ Civitatis Narniæ Secretarii, Notariorum publicorum, in ſolidum rogatorum, præſens & principaliter exiſtens Illuſt. & R. D. Ioannes Paulus Bucciarellus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus prædictæ civitatis, qui reminiſcens quod alias ad conſervationem glorioſi Corporis S. Iuvenalis Epiſcopi & Martyris, olim pariter Præſulis præfatæ civitatis ac adhuc etiam ejuſdem civitatis Patroni & Protectoris, in oſſibus redacti, inventi & extracti de ejus ordine ex capſa lapidea in qua conſervabatur, publiceque à Chriſti fidelibus venerabatur, intus quamdam cryptam ſeu locum obſcurum exiſtentem à manu ſiniſtra capellæ appellatæ dicti S. Iuvenalis, vulgariter dictæ de corpo ſancto, ſitæ in eccleſia Cathedrali, in honorem & nomen ejuſdem S. Iuvenalis antiquitus conſtructa. Et eadem capſa aſpiciebatur mediante quadam lampade accenſa, quæ ponebatur ſupra eamdem capſam ex quadam parvula feneſtra, facta in pariete præfatę cryptæ, exiſtente in dicta Capella, & reſpiciente intus prædictam cryptam. Prout ex inventione hujuſmodi conſtare dicitur ex Inſtrumento rogato per D. Franciſcum Galienum de Stronconio, Notarium publicum & olim Cancellarium Epiſcopalem prædictæ civitatis, die XVII Aprilis anni MDCXLII.

F

Epiſcopus, qui corpus ſanctum è loco obſcuro extractum,

22 Quodque illud ſanctum corpus poni fecerit intus tres capſulas, ut ſupra, unam intus aliam: quarum altera longitudinis palmorum quatuor, altitudinis palmorum duorum cum dimidio, clauſa tribus clavibus, erat cooperta lamina ferrea. Et poſtea, loco depoſiti & animo illud ponendi, retinendi & conſervandi in loco digniori, poni & murari fecerit in quodam loco valde humido, per quem aſcendebatur ad quoddam altare antiquitus conſtructum ſub nomine S. Blaſii, mediante quadam ſcala lapidea ad hujuſmodi effectum confecta, exiſtente ultra dictam cryptam, habente januam lapideam fere undique

in triplicem arcam transferri,

& ibidem claudi feſſerat,

ex MSS. fruſtis lapidum diverſorũ colorũ à duobus lateribus & ſupra ornatam, in pariete ultra cryptam prædictæ eccleſiæ, & verſus eamdem eccleſiam, inter capellam ſanctiſſimi Crucifixi & prædicti S. Juvenalis, alias de Corpo ſancto. Et quod idem locus in prædicta janua cum dicto ſancto corpore fuerit poſtea cęmentis muratoriis, videlicet lateribus calceque & *a* puteolana clauſus. Prout latius apparere etiam aſſeritur ex Inſtrumentis rogatis per dictum Coffarum Notarium primo, die XXII prædicti Menſis Aprilis: & ſecundo, apertis capſulis, intra quas ſanctum corpus poſitum erat, intuitu quarumdam perſonarum, illud videre adorareque cupientium, die VI Junii ejuſdem anni MDCXLII: & ante dictam januam ut ſupra clauſam & muratam aptari fecerit quoddam altare ligneum, nomini dicti S. Juvenalis dicatum per modum proviſionis.

a

nova translationis causa accedit:

23 Et conſiderans quod in eodem loco dictum ſanctum corpus potius pati poterat quam conſervari; propterea dictus Illuſt. & Rev. D. Antiſtes, indutus pluviali & aliis indumentis ſacris ſolitis, cupiens idem ſanctum corpus intus eaſdem capſulas, eiſdem modo & forma, prout in eis ut ſupra clauſum extiterat, pro majori illius conſervatione, ac ad augendam devotionem populi, præſertim dictæ civitatis, ejus ſanctum Protectorem apud Deum omnipotentem extrahere, amovere ex eodem loco, aſportarique & reponi facere in altari jam conſtructo, politiſque & nobilibus lapidibus ornato, retro Confeſſionẽ pariter lapidibus politis & nobilibus inceptam, ſubtus altare majus prædictæ eccleſiæ, & ſubtus chorum ejuſdem eccleſiæ; circa mediam horam noctis, ablato prius præfato altari ligneo, præcepit & mandavit

B

b Magiſtro Joanni Antonio Franſono Bavenenſi *b* Novarienſis diœceſis, & Petro Flariama de Auximo, Magiſtri ejus famulo, quod aperirent prædictum locum & penitus deſtruerent murum, ut ſupra in dicta illius janua confectum ad claudendum ſanctum corpus S. Juvenalis, præſente & aſſiſtente magna quantitate populi, ad hunc actum *c* impenſatæ devotionis jam *c* concurſi *d*, ac præſentibus, & adſtantibus adm. RR. DD. Canonicis Presbyteriſque & Cantoribus ejuſdem eccleſiæ, omnibus cottâ & aliis indumentis ſolitis reſpective indutis, nec non Illuſtriſſimis DD. Prioribus, Reſidentibus prædictæ civitatis, videlicet D. Vicario Piccinino, D. Nicolao Germanello, & D. Vincentio Donato, nec non Excellente D. Raphaele Coneſtabile, D. Meo de Meis, D. Antonio Brunello, D. Alberto de Albertis, D. Franciſco Lombardo, Excellente D. Cæleſtino Racano, Exc. D. Rominiaco Bonetto, Exc. D. Paulo Saraceno & Exc. D. Baldaſare Carnuccia, reſpective deputatis de Illuſtribus Numeris ſuper fabrica novæ capellæ S. Juvenalis, & tranſlatione illius ſancti corporis, vocatis per dictos Illuſtriſſ. DD. Priores in adimplementum reſolutionis habitæ in Ill. *e* Cernita prædictæ civitatis, celebrata die XXI præſentis menſis.

b *& ſublato muro portam obſtruente,*

c d

coram multis Proceribus, ad id vocatis,

C

e

24 Et ita D. Mag. Petrus illico executus fuit, apertaque prædicta janua, intus prædictum locum & juxta eamdem januam fuit viſa & optime recognita præfata capſula, lamina ferrea cooperta, ibi ut ſupra recondita, per omnes aſtantes. Et deinde eadem capſula, ita clauſa, prout ſupra in eodem loco poſita inventaque fuerat, ita mandante & ordinante ipſo Illuſtriſſ. ac Rev. D. Epiſcopo, fuit ex eodem loco extracta, & ſucceſſive per nonnullos Presbyteros operè & auxilio prædictorum Magiſtrorum Joannis Antonii & Petri, ejus famuli, & aliorum, præcedentibus octo facibus ſeu *f* torciis ceræ albæ accenſis in manibus diverſarum perſonarum ſecularium, & concomitantibus dictis Venerando Clero, DD. Prioribus deputatis, & aliis ut ſupra concurſis, fuit aſportata

effert illud è loco priſtino;

f

ad capellam & altare, ut ſupra conſtructum, retro dictam Confeſſionem, & ſubtus chorum præfatę eccleſiæ. Et poſtea idem Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopus, præcedentibus ſolitis cæremoniis, Cleroque & Cantoribus alternatim ſecundum indigentias concinentibus & reſpondentibus; benedixit & conſecravit tumulum relictum & factum à parte poſteriori prædicti altaris, ut ſupra fabricati lapidibus politis, in dicta capella retro præfatam Confeſſionem, in quo reponere ſtatuerat dictam capſulam cum ſancto corpore S. Juvenalis.

D

& nova Confeſſione ſub choro conſecrata

ipſum intra eam claudi jubet,

25 Hujuſmodi conſecratione peracta, mandavit eiſdem Mag. Joanni Antonio & Petro, ejus famulo, quod in eodem tumulo ponerent & collocarent prædictam capſulam, intus quam antedictum ſanctum corpus S. Juvenalis alias ac ſupra poſitum & clauſum fuerat, ex d. loco, in quo nomine depoſiti ut ſupra conſervabatur; ibidemque aſportatam & collocatam in eodem tumulo claudi & firmari omnibus congruentiis & neceſſariis jam præparatis ad hunc effectum; prout idem Magiſter Joannes Antonius, opere & auxilio prædicti Petri, & aliorum muratorum ibidem adſtantium & juxta ipſius Magiſtri Joannis Antonii ordinem deferentium omnia neceſſaria, poſuit & collocavit dictam capſulam ut ſupra coopertam ab extra laminâ ferreâ, in qua fuerat clauſum glorioſum corpus dicti S. Juvenalis in præfato tumulo: & relicta eadem capſula in illius fundo, idem tumulum clauſit primo lapide Tiburtino *g*, vulgo dicto Travertino, longitudinis palmorum quinque cum dimidio, latitudinis palmi unius, & altitudinis unciarum quinque, juxta menſurationem coram omnibus publice receptam per dictum Mag. Joannem Antonium, habente in parte ſuperiori duos annulos ferreos collocatos & implumbatos, ad effectum ut facilius idem lapis Tiburtinus amoveri & aptari poſſet, & retro dictum lapidem verſus murum dictæ Confeſſionis [poſuit tabulam ex] ligno caſtaneacio, vulgo dicto *h* pontajolo di caſtagno.

E

g

h

ac deſuper altare conſtrui,

26 Dictiſque lapide & ligno firmatis in ſummitate prædicti tumuli, ſupra præfatam capſulam & ſupra dictum lapidem & lignum, pro majori & firmiori clauſura, poſuit, prout de more, calcem cum puteolanâ mixtam, prout muratores murando facere ſolent, & ſupra dictam calcem lateres, vulgo dictos mattoni di *i* mezzanelle, integros & ruptos reſpective in ea quantitate, quæ ſufficere potuit ad claudendum totum vacuum ſupra dictum lapidem & lignum. Et poſita ſupra ad formam plateolæ planæ alia calce, quia omnis opera prædicti altaris & tumuli non poterat impleri, attenta raritate horæ; fuit omne ita derelictum: & dictus Illuſtriſſ. & Rev. Epiſcopus ſe expoliavit indumentis ſacris, ipſeque & univerſus populus ibi exiſtens domum redierunt, animo tamen perficiendi dictum altare, juxta ordinem datum per dictum Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopum eidem Mag. Joanni Antonio, & pro hujuſmodi perfectione ponendi & murandi ſupra dictum altare, clauſuramque prædictæ capſulæ, intus quam, ut ſupra, eſt clauſum dictum ſanctum corpus S. Juvenalis; & illius tumuli tabulam marmoream jam ut dicitur laboratam, ad effectum, ut altare cum tumulo in parte ſuperiori ſit una eadem res; ita quod inter altare & tumulum nulla exiſtat differentia, & ſolum altare demonſtretur & appareat: & his completis atque in bonum ſtatum redactis, conſecrandi die craſtina dictum altare, per ipſummet Illuſtriſſ. & Rev. D. Epiſcopum, pro majori & decentiori veneratione prædicti glorioſi corporis S. Juvenalis Epiſcopi & Martyris. *k*


F

i

poſtera die conſecrandum.

k

ANNO-



Illustrissimo ac Reverendissimo Domino,
D. OCTAVIO AVIO CAMERINENSI, EPISCOPO NARNIENSI.
NEC NON PERILL.^mvs ET REVERENDISS.^is DD. CAPITVLO ET CANONICIS CATHED.^lis EIVSDEM CIVITATIS.
Vaticanæ Magnificentiæ æmulam S. IVVENALIS NARNIENSIVM EPISCOPI ET PATRONI *Confessionem, et Chori sedilia eiusq; novis fenestris exornandi ideam, hanc designatam animo, illam opere Consummatam.*
gratulatur Daniel Papebrochius Societatis Iesu. A.D. MDCLXXVIII.

Dat. Antverpiæ Superiorum permissu. *R. Collin sc.*

ANNOTATA.

a Puteolana, *vulgo* Pozzolana, *arena eſt ex ſolo friabiliter lapidoſo extracta, quæ calci admixta cæmentum facit, ipſis lapidibus, cum induruerit, æquiparandum: dicitur autem, non à* Puteolis *civitate Campaniæ, ſed a* puteis *ſeu* puteolis *unde eruitur.*

b Bavenum *ad medium ſinum lacus Verbani ſive Majoris,* 30 P.M. *circiter diſtat Novaria, qua lacus ille in Occidentem protuberat Vgoniam verſus.*

c Impenſatus, *inopinatus.*

d Concurſus *participium, pro eo* qui concurrit.

e Cernita, *Conſultatio publica, ab Italico* Cernire, *diſcernere.*

f Torcia, *Francis* Torche *olim* Intorticium, *unde vox illa trunca remanſiſſe videtur.*

g Tiburtinus lapis; *magnitudine & duritie ſpectabilis, colore albus, eò differt à marmore, quod rudior ſit nec poliri poſſit ac lævigari; ab eo autem qui Tibure effoditur præſtantiſſimus, omnis alius ſimilis vocatur* Tiburtinus; *uti talis lapis in Belgio vocatur* Arduennas, *vulgo* arduyn *ubicunque effoſſus, à famoſioribus in Arduenna ſilva latomiis.*

h Pontajolo *trabs parva, à Latino* Ponte *diminutivum: ſic fulcrum quodvis ligneum Italis etiam* Pontello *dicitur, & hinc deductum* Pontellare, *fulcire.*

i Mezzanelle *dicuntur lateres formæ mediocris, nomine diminutivo ex* Mezzano, mediocris, *ſive (ut ſyllabatim exprimam immediatam originem)* Medianus.

k *Poſt hanc actionem ſupervixit jam ſæpe dictus Epiſcopus* D. Joannes Pauli de Bucciarellis *uſque ad* 21 *Februarii* 1656; *adeoque potuit valde promotum videre ornatum marmoreum novæ Confeſſionis de quo infra: ſucceſſit autem ei* D. Raymundus de Caſtellis Interamnenſis: *& hoc etiam è vivis ſublato, ad diem* 14 *Iulii anni* 1670; *in eamdem Sedem ſubrogatus* D. Octavius Avius Camerinenſis, *completum denique hoc anno* 1677 *opus vidit, cui longam felicemque in eo munere vitam precantur Narnienſes Canonici, ex quorum inſtructione hæc didicimus.*

CAPUT V.

Deſcriptio veteris ſacelli & novæ Confeſſionis.

27 IN Nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter & ſit notum, quod anno à Nativitate ejuſdem D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo primo, indictione decima quarta, die vero undecima menſis Junii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Alexandri, divina providentia Papæ ſeptimi, anno ejus ſeptimo, ego Notarius publicus ad præſens Illuſtriſſ. Communitatis, civitatis Narniæ Secretarius, miſſus ab Illuſtriſſ. DD. Prioribus reſidentibus ejuſdem civitatis, vigore decreti Illuſtris Numeri ſuper vener. fabrica novæ capellæ S. Iuvenalis Martyris primi Epiſcopi, Apoſtoli & Protectoris præfatæ civitatis, celebrati die octava hujus, ad eccleſiam Cathedralem dictæ civitatis eidem Sancto dicatam, ad effectum exemplandi & tranſumptandi, & in protocollo Inſtrumentorum præfatæ Illuſtriſſimæ Communitatis redigendi quamdam inſcriptionem, antiquitus conſtructam & inciſam in quodam marmoreo lapide, ſigno ſanctiſſimæ Crucis in medio ipſius lapidis, & duobus agni imaginibus eminentibus, cis et citra eamdem Crucem inſpicientibus mutuo; acceſſi ad eccleſiam Cathedralem præfatam; una cum infraſcriptis DD. teſtibus.

Anno 1661 *11 Junii*

Secretarius civitatis,

28 Et prope altare ſanctiſſimi corporis Chriſti à cornu Euangelii, verſus ſacellum Sanctiſſimi Crucifixi, olim nuncupatum S. Leonardi, adeſt capella vetuſtiſſima, nuncupata di Corpo ſancto, cum janua ferrea perforata, & retro eamdem requieſcebat in quadam cryptuncula, à natura condita, ſanctum Corpus ſupradicti S. Iuvenalis Martyris, in quadam capſa lapidea, totam dictam cryptunculam occupante; & mediante quadam parva feneſtra in pariete & à cornu Euangelii altaris dictæ capellæ, latitudinis unius palmi & quarta parte, & altitudinis quinque & ſex partibus unius palmi cum clathro trium ferrorum: per quam venerabatur dictum ſanctum corpus à Chriſti fidelibus, prout egomet ſæpiſſime veneravi, ante illius amotionem factam à bona memoria Illuſtriſſ. & R. D. Ioannis Pauli Bucciarelli, die XVII Aprilis anni MDCXLII, tunc temporis Epiſcopi Narnienſis; prout narrat hiſtoria duorum Sanctorum Iuvenalium impreſſa Romæ apud Franciſcum Cavallum MDCXLVI ſine nomine auctoris cum privilegio, ad fol. 58. Et in antiquis orabat S. Caſſius, etiam Epiſcopus Narnienſis, ad eumdem Sanctum Iuvenalem, ut atteſtatus eſt Divus Gregorius homilia 37 ſuper Euangeliis: ubi narrando vitam dicti S. Caſſii ait: Dum ex more juxta B. Iuvenalis Martyris ſepulcrum ad offerendum ſacrificium conſiſtebat: prout narratur in dicta hiſtoria ad fol. 72 & 73.

EX MSS.

in quo olim colebatur corpus S. Iuvenalis,

Orare ſolebat S. Caſſius

inſpicit veterem ſacellum

29 Et ſupra januam dictæ capellæ inveni & adeſt muratus quidam lapis marmoreus vetuſtiſſimus, longitudinis ſex palmorum cannæ minus duos digitos, & altitudinis duorum palmorum cum dimidio ſimilium, & in extremitatibus à pluribus lateribus aliquantulum fractus; in quo adſunt ſupraſcriptum ſignum ſanctæ Crucis & prænarrati duo agni, fere totam longitudinem ipſius lapidis occupantes, inſignia Rev. Capituli præfatæ Cathedralis eccleſiæ ſignificantes: ſupra quos & eis & citra caput ſupraſcriptæ ſanctæ Crucis, adſunt inciſa in eodem marmoreo lapide infraſcripta verba, poſita ab eodem Divo Caſſio in vita, ut notavit Eminentiſſ. Cardinalis Baronius in ſuis Adnotationibus ad Martyrologium, & Cæſar Franciottus in vita ſupraſcripti S. Caſſii, prout in eadem hiſtoria prædicto fol. 73, per me ex eodem lapide fideliter tranſumptatum & copiatum de verbo ad verbum; nil addens vel minuens propter quod rei veritas & facti variari ſeu vitiari poſſit, tenoris ſequentis videlicet.

cujus ibidem in veteri marmore

epitaphium deſcribit.

Caſſius, immerito Præſul de munere Chriſti,
Hic ſua reſtituo terræ, mihi credita membra:
Quem fato anticipans conſors dulciſſima vitæ,
Ante meum in pace requieſcit Fauſta ſepulcrum.
Tu rogo, quisquis ades, prece nos memorare benigna;
Cuncta recepturum te noſcens congrua factis.

SD. ANN. XXI. M. IX. D. X. RQ. IN PACE
PRID. KAL. IUL. P. C. BASILII V. C. ANN. XVII.

30 *Hactenus Secretarius Narnienſis. Baronius autem in notis ad* XXIX *Iunii recte:* Ea verba poſt Carmen, ſedit annos XXI, menſes IX, dies X, requievit in pace pridie Kalendas Julii, poſt Conſulatum Baſilii Viri Clariſſimi anno XVII, Caſſio mortuo fuiſſe addita certum eſt. Numeratur autem hic annus Domini quingenteſimes quinquageſimus octavus, Juſtiniani Imperatoris trigeſimus ſecundus. *Ita Baronius, quæ pluribus illuſtranda erunt ad diem ipſius S. Caſſii; præter cujus uxorem, nullam cogimur agnoſcere* S. Fauſtam, *quæ Martyr obierit, & Narniæ aliquando ſuum cultum habuerit; etſi id nunc credant Narnienſes, uti vidimus ipſi: lubet enim deſcribere hoc loco, quæ Romam euntes, & Narniæ tantiſper ſubſiſtentes, dum equi aſcenſu fatigati aliquantulum reſpirant, obiter quidem & raptim, haud tamen omnino negligenter, in pugillares retulimus die* XXII *Decembris anni* MDCLX.

Ipſe an. 1660 *22 Dec. Narniatranſeuntes,*

31 Ab Interamna, ubi equos Romam uſque conductos

EX MSS. ductos mane conſcenderamus, facili via uſis uſque Narniam, enitendum fuit in arduum plane callem: urbs enim tota ex clivo montis pendet. Hic dimiſſis tantiſper equis, ad Cathedrale templum aſcendimus, quod lateraliter foro adjacet: in quo fons copioſus ſatis, opere amplo & venuſto. Templum porro vetus atque obſcurum eſt, verum amplum. Ibi in dextero latere vidimus ingreſſique fumus ſacellum vetus, totum marmoreum, in quo nullum à ſole lumen, ſed copioſæ dicebantur arſiſſe olim lampades. Hic ſub altari, in formam modicæ cryptæ, excavatam vidimus terram, unde ſanctum corpus fuit erutum. In dextro latere vacuum erat primæ elevationis ſepulcrum cum hac inſcriptione, D. O. M. In hoc, quod modo vacuum ſpectas ſepulcrum, S. Juvenalis Epiſcopi corpus olim requievit: hinc ad aram maximam honorificentiſſime tumulatum, ſubtus in ſacello Narnia cõlit, veneratur. Pictæ deinde erant geminæ imagines, ſcilicet in pariete, recentiori ut videbatur opere, adeoque ante annos non multos: S. Caſſii cum hoc diſticho:

vidimus ſacellum vetus S. Iuvenalis,

in quo picti SS. Caſſius & Fauſta,

Hac jacuit primum Juvenalis Paſtor in arca,
Cui lacrymans fudit Caſſius ore preces.

Et S. Fauſtæ Virginis & Martyris, cum diſticho ſequenti:

B Hanc civis Virgo, tum Martyr Fauſta, reviſit:
Viſere & hanc debes, Narnia, corde frequens.

32 Hinc converſi verſus chorum acceſſimus ad novã Confeſſionem, cujus fama, tamquam rei ſpectatu digniſſimæ, nobis communicata per Illuſtriſſ. Julium Henricum Baronem de Blum, tunc Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliarium intimum, nunc ſacræ Cæſareæ Majeſtatis in regio Appellationum tribunali Pragæ Senatorem, potiſſimum nos impulerat ab equis deſcendere & templum hoc ingredi. Conſpeximus igitur cum voluptate & admiratione maximo opus, necdum quidem abſolutum, exſpectatione tamen noſtra longe majus; cujus frons marmorea prætenditur partim fundamentis chori, ſupra commune templi pavimentum altius extantis, partim ſub ipſum pavimenti ſolum deprimitur quam profunde depreſſum eſt ſolum cryptæ ſive inferioris chori, ſuperiori in hemicyclum circumducto coextenſi, ita ut excavata ante Confeſſionis frontem humo in figuram alterius medii circuli, ante ſacrarium adoraturis ſpatium prebeat amplum, ad quod marmoreis deſcenditur gradibus; & ne ex alto deſpicienti periculum lapſus offeratur, cavetur marmoreo inſigni periſtylio, cum periſtylio chori eleganter continuato, & per ſummam ſpatii ante antedicti oram circumacto. *Hujus porro operis majeſtatem, poſtquam eidem acceſſit altare, cum ſuo deſuper extructo Conopæo, Vaticanæ magnificentiæ æmulo, ut ipſis oculis æſtimandam ſubjiceret Illuſtriſſ. Capitulum Narnienſe, ſuggerente Illuſtriſſ. D. Canonico Ludovico Bonetti, delineationem accuratiſſimam nobis miſit, & curandæ ſculpturæ neceſſarios ſumptus: quare cum eam hic ære expreſſam videre liceat, deſino ſingula proſequi verbis; & explicationis cauſa ſolum addo; per portam quæ hic medio loco cernitur, ingreſſum dari in Sacrarium, intra quod loco altaris ſtat marmorea arca, continens S. Iuvenalis ſacra oſſa. Sublimis ea olim ſteterat, illo quo nunc altare cernis loco, imo ipſamet pro altari erat, ex una quidem parte qua populum reſpiciebat in tumbæ formã ſinu turgente protuberans; ex altera qua Clerum circumſidentem, pro commodo ſacrificantis plana. Sed mutato poſtmodum ut apparet conſilio, placuit ſub fornice chorum ſuſtinente ſacrarium condere, eoque arcam prædictam demittere; educto in conum quo operitur lapide, palmiſque ac mitra deſuper erecta coronato, novum vero, quod vides in tabula, altare condere; quem admodum in Vaticana SS. Petri & Pauli Confeſſione deſuper erectum altare, non continet ipſa Sanctorum Apoſtolorum corpora, ſed Sacrario ea continenti ſuperſtat. Quæ in ejuſdem Confeſſionis fronte hinc inde vides clathrata gemini armarii oſtia, multas variaſque reliquias, in ſuis ſingulas thecis apto ordine digeſtas, claudere ſcias. Poſt hæc autem & illud quod dixi Sanctuarium, ſub choro patet coextenſa eidem crypta, & ex utroque latere Confeſſionis ſua habet oſtia, per quæ admittit ſubeuntes in partem iſtam ſecretiorem; in quam etiam datur aforis ingredi per duas portulas: interque has ingens orbicularis feneſtra copioſe illuminat locum, choro ſubjectum & à templo anteriori interpoſita Confeſſione ſeparatum.*

cujus nunc abſoluta imago exhibetur.

& novam ante chorum Confeſſionem,

DE S. IVVENALE CONFESSORE

FOSSANI IN PEDEMONTIO,

cujus corpus ibidem per quatuor ſecula creditum eſſe

S. IVVENALIS EPISCOPI NARNIENSIS.

D. P.

CAPUT I.

Foſſanenſium pia apud nos ſtudia pro aſſerendo ſibi Narnienſi.

Ecclesia olim Collegiata

FOſſanum *urbs Pedemontii, inter Alpes & Aſtenſis dominii colles, ad ripam Sturiæ poſita, gloriatur patrocinio* S. Juvenalis Narnienſis Epiſcopi; *aſſeruntque incolæ, Canonicorum Collegium ſub titulo* S. Juvenalis Epiſcopi *in vicino municipio* Romaniſii *inſtitutum, una cum ejus Corpore ad ſuam civitatem fuiſſe tranſlatum; ipſoq, propterea aſſumpto in Protectorem præcipuam Eccleſiam* Deiparæ Virgini & S. Juvenali *dicatam habent. Hæc Eccleſia, cum Taurinenſi antea ſubjaceret, anno* MDXCII VIII Collegiatam Eccleſiam B. Mariæ & S. Juvenalis, inibi exiſtentem, in Cathedralem, ſub eadem invocatione, pro uno Epiſcopo Foſſanenſi nuncupavit. *In hac Eccleſia fuit Canonicus Pœnitentiarius & Vicarius generalis Admodum Illuſtris & Reverendus Dominus* D. Joannes Niger, *Iuris utriuſque Doctor & Protonotarius Apoſtolicus, qui anno* MDCL, *typis Taurinenſibus, idiomate Italico, edidit* Vitam & Miracula S. Juvenalis, primi Epiſcopi Narnienſis, Patroni Foſſanenſis & Titularis eccleſiæ Cathedralis, cum Summario translationis Reliquiarum ejus. *Fuimus porro utrimq; ſoliciti, nos ut dictam Vitam nanciſceremur, ille ut ad nos tranſmitteretur: nec ſuo utrimq; effectu caruit pia ſolicitudo: uti apparet ex epiſtola quam ejus manu ſcriptam die* XX *Aprilis, anni* MDCLXVIII *accepimus: eſt autem hujuſmodi.*

in Cathedralẽ erecta an. 1592.

A

cujus Pœnitentiarius Ioannes Niger,

2 Ex epiſtola Reverentiarũ veſtrarũ ad Patres hujus Provinciæ, XXIII Aprilis anni proxime præteriti directa, profuſe gaviſus ſum, meum librum, de Vita & miraculis S. Juvenalis primi Epiſcopi Narnienſis editum jam pridem anno MDCL, ad RR. VV. perveniſſe, diligentia P. Joannis Veracis; eumdemque librum ad III Maji ſepoſitum fuiſſe. Quia vero, ut audio, Narnienſes, & cum eis P. Odo de Comitibus; diverſa in propoſito veræ exiſtentiæ ſacri Corporis & Reliquiarum prædicti Sancti fortaſſe ſuggerunt; propterea hoc meæ ſolicitudinis epiſtolium ad RR. VV. & alios Patres, egregii Actorum operis ſcriptores tranſmitto, ſupplex tum proprio, tum hujus civitatis, imo totius Provinciæ nomine, rogans, ut

miſſo ad nos libro ſuo de S. Iuvenali,

pro veſtro ſtudio & integritate exacte intendatis ad ea præcipue, quæ firmis argumentis ſuper prædicta exiſtentia ſcripſi: ex quibus utpote cognoſcetis, hic Foſſani, ſub celeberrima totius hujus regionis veneratione, à quatuor & ultra ſeculis, ſacrum caput & corpus S. Juvenalis Africani, primi Narniæ Epiſcopi & Confeſſoris & hujus civitatis Patroni, vere & realiter teneri ac præ oculis haberi. Narniæ vero in Confeſſione ejuſdem Sancti nihil exiſtere præter parvas Reliquias, inſignia Epiſcopalia; & cultum. Unde eſſet quidem durum noſtris Principibus & Prelatis, ſi immemorabilis noſtræ venerationis identitas & poſſeſſio in veſtra ſcriptura obumbraretur. In hac etiam Cathedrali aſſervantur corpora & nomina ſanctorum Martyrum Alverii & Sebaſtiani ex legione Thebęa, & nonnullorum venerabilium Servorum Dei, ut in prædicto meo libro offendent RR. VV. quæ ſcriptioni veſtræ, prout ſtylus exegerit commendo. Faxit Deus & veſtra Caritas, ut omnia ad Divinæ Majeſtatis gloriam, Chriſtianæ Reipublicæ decorem & noſtri cultus augmentum excreſcant, eo felici exitu & incolumitate, quæ vobis cum humili meę ſervitutis oblatione ſupplico.

3 *Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Clemens Trottus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Foſſani & Comes, nunc vita functus, eodem menſe & anno ſimilique religioſæ pietatis zelo, nobis in hæc verba ſcripſit*: Rutilant & has in oras ſuam protendunt lucem, priuſquam ſint edita luci, quæ in ſacrorum Cælitum recolendis geſtis pietas & eruditio congerit veſtra. Hinc excitor Ego, pro mea in Divum Juvenalem, primum Narnienſem Epiſcopum (cujus recolendam meritorum feſtivitatem die tertia Maji quotannis Eccleſia univerſa recolit) veneratione ac cultu, utpote Civitatis hujus Foſſanenſis Patronum, & hujuſce meæ Cathedralis, in qua ejuſdem pientiſſime requieſcit corpus cum capite, huc ab integris ſeculis è Narnia ominoſiſſime delatum, Titularem. Hinc, inquam, advocor, ut à vobis, quod impenſiſſime hiſce meis præſto, ex animo efflagitem, ut eximia itidem ipſius memorandi. Cælicolæ digniſſimi merita, præclaris calami veſtri fulgoribus colluſtretis. Innuerem hic ego quam ſint à vero, imo à veriſimili abſona, quæ contra ejuſdem S. Juvenalis pretioſa pignora, ſacrarumque exuviarum penes nos exiſtentium, & per quadringentos ferme annos ſub ineluctabilibus documentis, religioſiſſimo aſſervatarum cultu, inconcuſſam realis exiſtentiæ & identitatis veritatem, nuper Narnienſes, veluti quærentes nodum in ſcirpo, & cum eiſdem nuperrime Pater Odo de Comitibus objecerunt; niſi his omnibus jam abunde & fideliter ſatisfeciſſet D. Joannes Niger, Canonicus Pœnitentiarius præſentis Cathedralis, in libro de ejuſdem vita & miraculis edito, quem lætor ad Vos, opera & ſolicitudine Patris Joannis Veracis, nuper fuiſſe perlatum: cui ideo nil à me cenſeo adjiciendum, præter quod firmiſſime, ſub cujuſque dignioris veritatis obteſtatione, ejuſmodi meæ aſſertionis ſuperaddo teſtimonium: quæcumque ulterius ad rem eamdem commode afferri poſſent, eximiæ eruditioni, & prudentiæ veſtræ ſinens elucidanda & ediſſerenda. Faxit Deus, ut quantocius luceant ſuper candelabrum, quæ adhuc detinetis ſub modio; ut videntes quamprimum fideles ſacræ prorſus elocutionis ſcripta veſtra, glorificent Patrem ipſum Deum, quem uberius pietas veſtra deprædicat mirabilem in Sanctis ſuis: cum quibus una tandem mereamur omnes fieri æternæ conſortes felicitatis, quam vobis enixa mente deprecatus, ego amantiſſime hic demum me ſubſcribo PP. VV. admodum RR. addictiſſimus, uti frater,

idem facit Epiſcopus Clemens Trottus,

CLEMENS EPISCOPUS FOSSANI.

B

noſtrum in controverſia cum Narnienſibus petit ſuffragium;

C

ad dictum librum ſeſe referens:

AUCTORA D. P.

4 *Tanta tam venerandi ac religioſi Præſulis dignatio, adjuncta æſtimationi quam de ipſius Perilluſtris ac Rev. adm. Domini Ioannis Nigri eruditione & fide ſingulari nobis merito magnam ingeſſerat ejuſdem Antiſtitis graviſſima auctoritas; movit me, cui res iſta forte relicta erat, ut inter primas de ſecuturo poſt Aprilem Majo curas hanc aſſumerem; & animis tam faventibus porro uſurus ad quæcumque neceſſaria viderentur, dictum librum ſtudioſe revolverẽ. Animadvertens igitur, quod acta prætenſæ tranſlationis Narnia Romaneſium & hinc Foſſanum, aliaq; ſimilia plura nõ inveniren-*

qui rogatus mittere authentica omnium documenta,

E

tur in prædicto libro primigenia phraſi antiquorum monumentorum; modeſte indicavi, ex operis noſtri ratione ac forma, neceſſario inquirendum eſſe in ipſos fontes, ex quibus ſuam ipſe D. Niger hiſtoriam elegentori ſtylo cultuque compilaſſet. Accepta benigne ea ſuggeſtio fuit, magnaque cum fide & diligentia actum, ut quæcumque haberi potuerunt cuncta tranſcriberentur in forma, ut loquimur, probanti, ſignataque legitime tranſmitterentur anno MDCLXXV *die* VIII *Aprilis ſub hac forma.*

an. 1675

5 Clemens Trottus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Foſſani & Comes, omnibus & ſingulis præſentes noſtras inſpecturis, notum facimus & verbo veritatis atteſtamur; ſicuti, cum ab adm. R. P. Daniele Papebrochio, qui cum aliis Patribus Societatis Jeſu Sanctorum Vitis colligendis Antverpiæ præeſt, admoniti fuerimus per ejus epiſtolam ſub XXIII Decembris proxime elapſi, ut ſi quæ haberemus majora documenta ſuper miraculis, exiſtentia & tranſlatione corporis S. Juvenalis .... cujus reliquiæ in hac noſtra Cathedrali ab immemorabili aſſervantur & coluntur, illa tranſmitteremus. Nos igitur prædictorum Patrum urbanitati obſequentes, acceſſimus ad archivium d. Cathedralis, ex quo adſtantibus adm. RR. DD. Canonicis Joanne Nigro Pœnitentiario & Petro Antonio Viterbo I. V. D.

accedit ad archivium

F

Claviculariis d. Archivii, Petro Viterbo Decano, Conſtantio Piola Cantore, Octavio Dalmatio Syndico, Cæſare Magliano, Guilielmo Magliano, Petro Laurentio Capello Theologo, extraximus infraſcripta Acta & Legendam ſeu Summarium vitæ S. Juvenalis, quæ ibi pro authenticis aſſervantur: videlicet Codicem originalem Actorum teſtimonialium, per qu. D. Joannem Franciſcum Boettum Notarium ſuprad. civitatis, ſub diebus XXV Maji & XI Junii anni MDCXX, & XXIX Decembris MDCXXI, ac XXX Junii MDCXXII, continentem folia 17; nec non alium codicem antiquo charactere ſcriptum, ſeu Legendam aut. Summarium Vitæ S. Juvenalis continentem folia 18 .... omnia rite diſpoſita, integra & illæſa, quæ Rev. Sacerdoti Amedio Botto, ſcriptori fideli hic reſcribenda commiſimus.

indeque acceptæ originalia tranſcribi jubet,

6 *Sequuntur deinde prædicta omnia, & alia plura, ad B. Odinum Præpoſitum Foſſanenſem, qui* XXI *Iulii obiit, pertinentia, prædicti Amedei manu exarata.* Poſt quorum Actorum atque Legendæ tranſcriptionem, *inquit Ill. ac Reverend. D. Epiſcopus.* ad idem archivium reverſi ſumus, & ſuprad. Acta & Legendam ſeu Summarium præ manibus tenentes, prædictis DD. Clavicularii Canonicis & perſonis adſtantibus videntibus & no-

& tranſcripta coram ſe relegi.

AUCTORE D P. & transcripta coram se relegi

& nobiſcum auſcultantibus, præſentia Acta & Legendam ſeu Summarium hic ſupra tranſcripta, continentia folia 61, integra pariter & illæſa, legi fecimus, alta & clara voce, per infraſcr. Curiæ noſtræ Cancellarium: & eadem omnia de verbo ad verbum concordare, & in nullo deſcrepare ab ipſis originalibus reperimus & cognovimus; & videntibus iiſdem DD. Clavicularius Canonicis & Perſonis, prædicta Acta & Legendam ſeu Summarium originalia in d. Archivio repoſuimus. Atteſtamur inſuper ſuprad. D. Notarium Ioannem Franciſcum Boëtum, à quo prædicta Acta originalia recepta & manualiter ſubſignata ſunt, nec non teſtes qui ad hujuſmodi Acta adhibiti fuerunt, fuiſſe & eſſe bonarum vocis, atq; ſignavi. conditionis & famæ, adeo ut de ipſorum fide & veritate dubitari non debeat. *Alia deinde nonnulla atteſtatus idem Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominus, quæ D. Niger in libro ſuo attigerat, circa S. Iuvenalem vel Sanctos Alverium & Sebaſtianum Thebæos Martyres, quorum Tranſlatio celebratur* XXVI *Ianuarii, concludit dicens*: Et propterea, cum veritas ſic ſe habeat, de præmiſſis omnibus requiſitas teſtimoniales conceſſimus, & præſentes noſtra propria manu firmatas, ſigilloque noſtro Epiſcopali munitas per infraſcr. noſtrę Curiæ Cancellarium expediri juſſimus. Datum Foſſani in
B ſacrario ſuprad. noſtræ Cathedralis, die IV Menſis Aprilis MDCLXXV.

M. Niger Cancell.

7 *Addidit Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominus peculiares ad me litteras, in commendationem hiſtoriæ à Ioanne Nigro editæ, ſub die* VIII *Aprilis; quibus & Communitas Foſſanenſis, per Syndicos ſive Conſules ſuos, auctoritatis ſuæ momentum addidit, teſtatum volens, quam vehementer habeat cordi hanc cauſam, eodemque die ſic ad nos ſcripſit:* Addunt Syndici Foſſanenſes, Cum ad notitiam pervenerit noſtram, Vos, adm. RR. Patres, indefeſſo labore geſta Sanctorum omnium, diverſis & confuſis in voluminibus diſtracta, omnia in unum colligere, atque miro ordine contexta depromere, ut eo clarius quo fieri poteſt ſuo tempore omnium oculis pateant; quocirca digniora aliqua & clariora de Sanctiſſimo Juvenale noſtro Patrono ac tutiſſimo Defenſore requiratis: Nos ideo, ut ejus merita totis viribus efferamus, & innumera beneficia non taceamus, operæ pretium duximus hæc ſaltem pauca vobis verba facere. Scitote itaque, Patres ſtudioſiſſimi, quod tanta ejus fama percrebuerit, ut ad ſacri corporis aſpectum frequens populi multitudo ex diverſis hujus Pedemontanæ Provin-
C ciæ partibus accurrat, & quilibet ſancti viri miracu- preces etiam ſuas: la narret, & beneficia per eum accepta prædicet: imo cum tot miracula, ipſo intercedente, operatus ſit Deus in hac noſtra civitate, fatemur quod nec melius dari nec optari nobis poſſit . . . Precamur igitur Reverentias veſtras, ut in teſtimonium veritatis, ſcripturas & teſtimonialia, quæ vobis à Religioſiſſ. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Antiſtite noſtro tranſmittuntur, ſereno vultu agnoſcatis, & talia credatis, qualia fuere deſcripta à Devoto Perill. & Rev. D. Canonico Pœnitentiario Ioanne Nigro, in Vita ejuſdem Patroni; & una cum Inventione, Tranſlatione & cultu SS. Alverii & Sebaſtiani Compatronorum, Sanctiſſimi Tutelaris noſtri Vitam, ad laudem Dei, hiſce documentis admoniti, exornetis. Quapropter epiſtolæ clauſula hæc erit, ut ipſe Deus Opt. Max. cœpta ſecundet, ut vobis expetitum finem bonis avibus videatis, ut Nos ominamur, majora vovemus, & auſpicamur firmiora. Valete, & totius orbis bono nati æternum vivite. Foſſani, die VIII Aprilis MDCLXXV.

Adſtrictiſſimi & obſequentiſſ. Servi
Lelius Bava, Io. Steph. Bertinus, Syndici.

9 *Tam inflammatis Foſſanenſium ſtudiis ut faciamus ſatis, primum ex Italico Latine reddam (nam Italice ſcripta ſunt) Acta noviſſimæ recognitionis tranſlationiſque, annis, ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Domino prænotatis, confecta. Deinde relationem primæ tranſlationis ex Legenda ſeu Summario, ſimiliter Italice compoſito: quod dum* D *characterе antiquo ſcriptum dicitur, intelligi debet cum re-* quibus ut *ſpectu ad hodiernam ſcripturam, quæ cum ſcripturis ſeculi fiat, quæ licet præcedentis collata magis diſcrepat, quam inter ſe differant* ſatis, *ſeculi* IX & XIV *ſcripturæ: nam quod ad ſtylum attinet, quo maxime dignoſci deberent auctorum ætates, is omnino talis eſt, ut ſecundum hoc vix poſſit judicari compilatores illius Legendæ vel Summarii ante centum integros annos floruiſſe*

10 *Quod excuſatum volens* Adm. R. D. Octavius Latine reddantur quo miſerunt Italice Dalmatius, Canonicus & Syndicus Reverendiſſ. Capituli Cathedralis Eccleſiæ; *prædicto* anno MDC LXXV, die vero IV menſis Aprilis, coram Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Clemente Trotto Epiſcopo Foſſanenſi & Comite, & in Palatio ejus ſolitæ reſidentiæ, comparuit, atque ad bonum finem & ad majorem firmitatem infraſcriptorum petiit teſtes examinari, & pro notorio pronuntiari, *tum alia puncta, ali-* confirmata *bi inſerenda aut attingenda, tum quod* ante annum MD atteſtationi- XCIII hæc civitas & loca vicina erant ſub diœceſi bus juratis; E Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Archiepiſcopi Taurinenſis, & propter hæreſes & notiſſima bella quæ in hac provincia graſſabantur, dicta eccleſia Foſſanenſis de Collegiata in Cathedralem, & oppidum Foſſani in civitatem erecta ſunt, ut animabus melius conſultum foret; & ideo propter d. bella & hæreſes & diſtantiam archivii Metropolitanæ, paſſim & fere omnes antiquæ ſcripturæ ſunt deperditæ, ut etiam accidit ex diuturnitate temporis. . . . .

11 Et præfatus Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Epiſcopus, audita ſuprad. requiſitione, mandavit ſuper præmiſſis per Rev. Joannem Blaſium Ronchinum, Clericum curſorem hujus Cathedralis, advocari teſtes ex ſenioribus præd. civitatis, bonarum vocis, æſtimationis & famæ, videlicet Perilluſtres Dominos ſeniorum Capitaneum majorem Philibertum Opertum, ætatis annorum LXXXI; Capitaneum Facinum Specialem, æt. ann. LXXX; Gaſparem Melchioris Specialem, æt. ann. LXIX; Petrinum Nigrum, æt. ann. LXXVI; Franciſcum Bernardinum Palatia, æt. ann. LXXI; Capitaneum Joſephum Panaterium, æt. ann. LXVIII; Joannem Mariam Viterbum, Medicum primarium, æt. ann. LXXII; Franciſcum Mariam Paxerium, ann. LXX; Conſtantium Alexandrum, ann. LXXV; & Petrinum 5
Barotium, ann. LXX: qui, medio eorum juramento, ſingulariter & ſigillatim præſtito, tactis Scripturis in manibus ejuſdem Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domini, conjunctim & ſeparatim reſpective depoſuerunt (*Italica nempe lingua*) Nos plene informati ſumus de veritate eorum omnium, quæ in præd. requiſitione nobis lecta continentur.

12 *Tum ad ſingula capita ſibi propoſita, de quibus alias, reſpondentes, de amiſſione ſcripturarum, primæ Tranſlationis hiſtoriam continentium, nihil omnino reſpondent: in fine tamen depoſitionis ſuæ*, Affirmamus, *inquiunt* de omnibus præmiſſis (*inter quæ forte poſſet cenſeri etiam amiſſio ſcripturarum, quatenus etiam de hac propoſitum à Syndico fuerat*) eſſe publicam vocem & famam, & antiquiſſi- aſſerentium mam & invariatam traditionem: quia ſic audimus de iis eſſe dici, tum paſſim & populariter, tum à noſtris re- publicam ſpective genitoribus, avis, conſanguineis & amicis: vocem & qui eadem nobis adhuc juvenibus ſic narrabant, tam- famam, quam per vetuſtiſſimam traditionem, non ſolum in hac civitate ſed in tota provincia ſine variatione receptam, & per credulitatem publicam, fundatam ſupra pleniora quæ olim extiterint documenta. De quibus omnibus ſuprad. D. Syndicus petiit

ſibi

A ſibi publicas teſtimoniales concedi : quas præfatus Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Epiſcopus concedendas eſſe ordinavit & conceſſit : & Ego ſubſignatus Cancellarius Epiſcopalis recepi, & manualiter ſubſignavi,

M. Niger Secretarius.

Atque ita totum inſtrumentum, ſeu potius inſtrumentorum plurium fideliſſima collectio, concluditur, firmaturque oppreſſione Epiſcopalis ſigilli; qualiter in noſtro Muſæo ſervatur, ad memoriam poſterorum, & uſum etiam aliorum temporum, quando de B. Odino *agendum erit in Iulio, & de* SS. Alverio atque Sebaſtiano Thebęis, *vel ad ſupplementum Ianuarii, vel ad* XXII *Septembris, ubi de S. Mauritio, Thebææ Legionis Duce, & ſociis ejus.*

CAPUT II.

Inſtrumentum de inſpectione Corporis ſolenni.

Die 25 Maji, propter decretam capellæ inſtaurationem,

B 13 ANno Domini noſtri MDCXX currenti, die XXV Maji, in Civitate Foſſanenſi, in eccleſia Cathedrali SS. Mariæ & Iuvenalis. Notum ſit omnibus, quod cum ſit decretum reædificare & reformare capellam glorioſi S. Iuvenalis Patroni ac Protectoris hujus præſentis civitatis, in qua requieſcit ipſius Sancti corpus; ideoque conveniat auferre illud à loco in quo nunc eſt, ut dari poſſit initium operi, & fabricæ perfici; concluſum eſt inter Illuſtres & Rever. adm. Dominos Præpoſitum & Canonicos d. Cathedralis, Illuſtrem civitatem Foſſanenſem, & infraſcriptos procuratores Illuſtriſſ. Dominorum Comitum Iacobi-Antonii, Petri-Franciſci, & Arduini Valpergæ, Rivaræ, & S. Iuliæ, transferendum corpus ſanctum in ſacriſtiam ipſius Cathedralis, ad archivium Illuſtriſſ. ac Rev. adm. Capituli.

coram deputatis à Civitate, Capitulo & Comitibus S. Iuliæ,

14 Die autem hodierno ad id faciendum præfixo, comparuerunt Illuſtriſſ. Domini Ioannes-Matthęus Niger Doctor Legum, Ioannes-Ioſephus Staſius moderni Syndici præd. Illuſtriſſ. civit. Foſſanenſis, ex vi mandati publici in Concilio civitatis præd. heri ſibi dati; & Illuſtriſſ. ac Rev. adm. DD. Ioannes-Georgius Vinea Præpoſitus, Gaufredus Taperellus Decanus, Sebaſtianus Palazza, Franciſcus Iſnardus, Leander Mallianus Syndicus, & Ioannes-Paulus Araudinus Archiviſta, Canonici d. Cathedralis, tam proprio nomine, quam vice

C Illuſtriſſ. & Rev. adm. Dominorum Ioſephi Bava & Ioannis Carlone Canonicorum abſentium, ex parte ſui præd. Capituli; denique multum Magnif. & adm. Rev. D. Ioannes-Laurentius Cuneus, Sacerdos & Rector eccleſiæ Parochialis S. Mariæ de Salice, hujus civitatis Eques Hieroſolymitanus, & Mag. Claudius Dalmazzo, Procuratores generales ex parte Illuſtriſſ. DD. Comitum Valpergæ, Rivaræ, & S. Iuliæ, Patronorum capellæ ſupradictæ, fidem ſuæ auctoritatis & procurationis facientes per inſtrumentum rogatum à Mag. Bernardino Marruchi de Rivara Notario, ſub data diei IV Auguſti MDCXVIII.

pro ſua quiq; parte exhibentibus claves cratis ferreæ

15 Qui omnes unanimiter conſentientes in deliberationem præd. pro excutione propoſitæ fabricæ, exhibuerunt claves, penes ſe reſpective aſſervatas, videlicet Domini Syndici unam, quæ erat Civitatis; Domini Canonici alteram, quæ erat Capituli; & DD. Cuneus atque Dalmatius tertiam, quæ eſt dd. Comitum Patronorum : petieruntque ut iiſdem clavibus aperiretur crates ferrea, quæ eſt ſupra altare præd. capellæ, ut inde extrahatur d. Corpus ſanctum ad effectum præfatum, ſub promiſſione dd. Procura-

toribus Cuneo & Dalmatio facienda, quod ſtatim atquè erit abſoluta fabrica reſtitui debeat Corpus ſanctum in eumdem locum. Quod cum DD. Syndici & Canonici promiſiſſent, univerſo Capitulo congregato, & magno civium numero præſente, coram Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Thoma Piolato, hujus Urbis Epiſcopo, ejuſque Vicario Generali Illuſt. ac Rev. adm. D. Antonio Bava Legum Doctore, aſcenderunt prædd. DD. Syndici & D. Canonicus Araudinus Archiviſta, atque Procuratores præfati, per duas ſcalas, caveæ ferreæ quę ſupra altare eſt applicatas: & ſinguli eorum reſpective, cum ſua quiſque clavi, aperuerunt ſeram cratis cuique clavi reſpondentem AUCTORE D. P. *& coram Epiſcopo ac pluribus teſtibus,*

16 Aperta in hunc modum crate, extracta inde capſa eſt, longa pedes quatuor : ad cujus extractionem accenſæ ſunt faces & candelæ multæ, Clero populoque reverenter ſanctum ſalutante, Clero muſicaliter canente Hymnum, Iſte Confeſſor. Ipſa deinde capſa per dd. DD. Canonicos eorumque Præpoſitum circumlata proceſſionaliter eſt per eccleſiam, ſub umbella ex panno aureo confecta, dum continuatur cantus pręd. Hymni. Ita ventum eſt in Sacriſtiam, ubi cum repoſita ſupra menſam eſſet capſa præd. rogaverunt prædd. partes, ut per nos Fredericum Borgarellum Secretarium ordinarium menſæ Epiſcopalis & præd. Capituli, & Ioannem Franciſcum Boëttum Secretarium ordinarium Conſilii d. Civitatis, ambos Notarios Ducales & cives Foſſanenſes, concederentur publicæ teſtimoniales de ſtatu præd. capſæ atque menſura, nec non de iis omnibus quæ intro habentur ad perpetuam rei memoriam. *extrahitur capſa è loco ſupra altari* *& in ſacriſtiam delata* E

17 Vi cujus requiſitionis, nos prædd. Notarii & Secretarii teſtamur, & teſtimoniales deſuper concedimus, quod prædicta capſa ſit longitudinis quatuor pedum uſualium, alta unum cum dimidio, & ad ſimilem menſuram larga; compacta ex tabulis nuceis, firmis, & clauſa tribus bracteis ferreis, bene clavatis & ad extimas oras majoribus clavis inter ſe commiſſis, quarum una per medium d. capſæ, duæ aliæ per utramque extremitatem circumducuntur. In fronte autem ipſius capſæ, pictæ cernuntur imagines duæ; altera B. V. Mariæ, filium brachio ſuſtinentis, ad dextram; altera ad ſiniſtram, ſancti alicujus Epiſcopi, librum manu tenentis. Volentibus autem prædd. Syndicis, Capitulo, & Procuratoribus, extracti ſunt majores clavi, quibus bracteæ ad oras extimas connectebantur : intraque ipſam capſam inventa eſt arcula buxea: quæ inde educta expoſitaque ſupra menſam, apparuit circumligata cingulo coreaceo albo, per fibulam ferream adſtricto, teſquipedem habens in longitudine, & coloribus variegata : in ejuſque operculo ſpectatur pictus homo, equo inſidens, cum ſcuto in dextra, & floribus in ſiniſtra, ſcriptum in humeris habens, S. JUVENALIS EPUS : utrimque autem expreſſa eſt imago mulieris coronatæ: eſt autem ea capſula alta fere dimidium pedem, lata unum. *accurate deſcribitur:* *in caque aperta invenitur vetus arcula è buxo,* F

18 Hæc vero etiam aperta, inventa eſt habere ſeram, *ſed inutilem, ut propterea opus fuerit prædicto cingulo;* intraque eam inventa eſt particula panni Ormuzini cremiſiti, operiens cetera intus contenta : ſupraque ipſum pannum Ormuzinum jacebat pars lateris, palmum unum larga, cui inſculptum eſt grandibus litteris, *(quæ ſi expreſſæ ad verum haberentur, ipſamet earum forma poſſet veroſimiliter probare maximam vetuſtatem ſcripturæ)* HOC EST CORPUS JUVENALIS CONFESSORIS. Operculo etiam d. arculæ, à parte interiori, clavículis affixa eſt ſchedula, legendum exhibens ſcriptum, ut ſequitur : Anno Domini MDLXXXIII, die XVII Auguſti, R. P. & D. Hieronymus Scarampus, Epiſcopus Campanienſis, Viſitator Apoſtolicus, viſitavit hoc corpus S. Iuvenalis Epiſcopi, pręſentibus *& in hac later inſcriptus nomine Iuvenalis Confeſſ.* *cum atteſtatione viſitationis factæ 1583, 17 Auguſti.*

AUCTORE D. P. RR. Iafredo de Salutio Commendatario S. Antonii, Bartholomæo Georgio Pœnitentiario, Hieronymo Novellino Canonico, Aſtenſibus, ac univerſo Clero populoque Foſſanenſi devotiſſime venerante, ſub Sanctiſſ. Gregorio Papa XIII, anno ejus XI, ac Sereniſſ. Principe Carolo-Emmanuele Sabaudiæ Duce.

Oſſa item involuta ſerico,

19 Elevato deinde præd. ormuſino, viſæ ſunt eidem involutæ multæ partes oſſium, cranei, brachiorum, tibiarum, aliorumque minorum oſſium, decenter compoſitorum. Sub ipſo vero involucro Ormuſino repoſita erat particula ſindonis, cinereo & obſcuro colore; intraque ipſam caryophilli, aliorumque velut aromatum aut terreæ maſſulæ fragmina: ad latus vero poſita erat pyxis exigua, intraque eam chartacea cannula, plena pulveribus. Omnibus porro viſis, lectis, & publice recognitis, in præſentia partium & infra ſcriptorum teſtium, relatum eſt ad eccleſiam ſacrum corpus cum debita reverentia, ut ibi populo expectanti præberetur facultas ejus viſendi & oſculandi; ac denique collocatum in ſacriſtia, poſtquam ipſa arcula præd. coriaceo cingulo albo rurſum clauſa ac tribus ſigillis obſignata fuit, atque ex conſenſu partium depoſita in archivio Capitulari ibidem exiſtente, ubi etiam aſſervatur ſacrum caput S. Iuvenalis, aliaque Sanctorum corpora & Reliquiæ: quod archivium duobus oſtiolis clauditur, quorum unum duabus clavibus ac ſeris, alterum quinque munitur. His autem clauſis per DD. Mallianum Syndicum & Archiviſtam Araudinum, ſpectantibus partibus & teſtibus infraſcriptis; Præpoſitus & Canonici promiſerunt, quod ſecure cuſtodirent & cuſtodiri facerent præd. depoſitum & Reliquias; donec finita fabrica, in priorem locum reſtituerentur omnia; idque juráverunt admota pectori manu more Religioſorum.

cum cineribus.

Poſthæc clauſa & ſignata capſula archivio includitur.

B

& deſcribuntur nomina teſtiũ.

20 Cui actui, ultra prænominatos, præſentes adfuerunt Ill. adm. Domini, Fr. Aſcanius de Comitibus de Piozzaſco & Schalengho, Commendator ſanctiſſ. Dominæ de Salice, Ioannes Federicus de Marchionibus de Ceua, Carolus Opertus de Dominis Cerverienſibus Referendarius, Ioannes Thomas Specialis, Capitaneus Ioannes Franciſcus Mallianus, Antoninus Bava, Ioannes Iacobus Paſerus, Gabriel Borgarellus Controlator Civitatis, Camillus Calcagranus, Bernardinus Niger, Antifortis Bertinus, Stephanus Araudinus, Alferius Fabricius Caldera, Blaſius Coſtafortis, Bartholomæus Sarrachus, Antoninus Viterbus, Hortenſius Dionyſius, Alferius Bartholomæus Marchiſius, Antonius Coſtafortis, Coſmus Bartholomæus Boëttus, Antonius Panaterus, adm. RR. DD. Hieronymus Calcagranus, Barnabas Marchiſius Sacriſtra Cathedralis, Mag. Georgius Forcus, & Ioannes Franciſcus Dalmatius, cives Foſſanenſes. In fide quorum &c.

C

CAPUT III.

Inſtrumentum de picturis in capella S. Iuvenalis ante renovationem inventis, factis anno 1445.

Rogantibus deputatis 10 *Iunii*

21 ANno Domini MDCXX die X Junii, *eodem quo ſupra loco & coram eodem Notario*, comparentes *prænominati* Syndici ex parte Civitatis, Giofredus Tapparellus ex Dominis de Genola & Ioannes Paulus Araudinus Canonici ex parte Capituli, & Mag. Claudius Dalmatius Procurator generalis ex parte Comitum Patronorum capellæ S. Iuvenalis, dicunt, quod debeat manus admoveri capellæ præd. magnificentius decentiuſque reſtaurandæ & exornandæ; quæ ſua vetuſtate fatiſcens, exiguam minimeque dignam tam venerabili depoſito ſpeciem ſervat. Quia autem in eadem capella depicti ſunt varii actus & miracula præd. Sancti, ne eorũ memoria diſpereat, requirunt ut ego Notarius & Secretarius præfatus ad ipſam capellam me transferam, ad recognoſcendas deſcribendaſque ipſas picturas, deque iis teſtimoniales dandas in forma legali. Qua petitione accepta, una cum dictis partibus me requirentibus acceſſi ad d. capellam, quæ eſt ad ſiniſtrum latus chori: ibique proceſſi ad deſcriptionem ſingularum picturarum, eo modo ut ſequitur.

D

ut deſcribantur veteres picturæ in capella S. Iuvenalis reliquiæ.

22 Primo conceſſi & concedo dd. partibus teſtimoniales, aſſerens quod d. capella tota ſit depicta, quamvis ipſe picturæ, ex parte ea quæ Sacriſtiæ vicinior eſt, omnino corruptæ humore loci, nullam certam & diſtinguibilem ſui ſpeciem retineant. In parte interiori, ubi eſt crates ferrea, intra quam fuit repoſitum corpus S. Iuvenalis, hæ picturæ conſpiciuntur. Primo ex parte dextera capellæ, depictus cernitur Sanctus, in habitu peregrini, cum ſcipione longo in manu & radiis circum caput, cui adgeniculata inclinatur mulier, in habitu viduæ. Quæ pictura denotat peregrinationem, quam fecit Sanctus Iuvenalis ab Africa Romam, ad viſitanda Sanctorum corpora & loca pia; & quomodo receptus fuerit à Philadelphia, nobili ac præcipua matrona Romana: ſub eaque pictura veteribus litteris ſcriptum eſt, QUOMODO SANCTUS JUVENALIS, MEDICINÆ DOCTOR, RELIQUIT AFRICAM ET ACCEDENS ROMAM... aliaq; verba quę antiquitate conſumpta legi amplius nõ poſſunt.

invenitur expreſſus adventus Sancti ex Africa Romam,

E

23 In eodem pariete conſpiciuntur aliæ quadrarę picturæ. In prima eſt Papa cum corona Papali in capite, grandi ſellæ inſidens, aſtantibus duobus Cardinalibus & duobus Epiſcopis: ad quorum pedes exprimitur genuflexus Sanctus in habitu Epiſcopali, cujus capiti mitram imponit Papa: quo denotatur actus Conſecrationis Epiſcopalis, licet epigraphe propter vetuſtatem legi nequeat. In altero quadro depingitur Sanctus Epiſcopus aliquis, veſtitus Pontificaliter in pulpito, quaſi verba faciens ad magnã multitudinem circumſtantis auditorii, cum effigie civitatis, ſub qua ſcriptum, CIVITAS NARNIA, & ſub ipſo quadro, QUOMODO IN SUA PRIMA PRÆDICATIONE CONVERTIT NARNIENSES AB IDOLIS AD DOMINUM: & in eodem quadro etiam leguntur hæc verba: MCCCC.XLV. DIE XXVII. JUNII HÆC CAPELLA PICTA FUIT, PER ME PETRUM DE PAUCA-PALEA DE SALUCIS.

ejuſdem ordinatio in Epiſcopum

& populi Narnienſis converſio:

24 In tertio quadro videre eſt civitatem, obſeſſam ab hominibus armatis & equis in terram proſtratis, ſupraque murum civitatis ſanctum Epiſcopum, Pontificaliter indutum, & aſſiſtente ei Clero ſuo cum Paſtorali & Cruce, Sacerdotibuſque in habitu Canonicali. Hæc autem pictura deſignat miraculum, factum à S. Iuvenali, quando liberavit civitatem Narnienſem ab obſidione Genuenſium: de cujus epigraphe parum admodum legi poterat. In ultimo deniq; quadro præd. partis dexterę conſpicitur ſanctus quidam Epiſcopus, in eccleſia multis perſonis communionem ſacri calicis impertiens, in memoriam miraculi quod accidit, quando modicum vini, ſemel tantum infuſum calici, ſuffecit communicandis tribus millibus & amplius. Sed neque hujus quadri legi potuit inſcriptio.

ſoluta ejuſdem precibus obſidio,

F

communio calicis inexhauſti,

25 In fronte parietis ipſius capellæ ſimiliter depicta ſunt quatuor quadra, prout ſequitur. Primo eccleſia aperta, in qua apparet monumentum apertum, unde egreditur Epiſcopus ſanctus, cum mitra in capite, cetera nudus, in actu volantis: de cujus corpore cadunt multæ ſtillæ ſanguinis, & circumquaque multi homines armati, interque eos Sacerdos quidam genuflexus, qui ſanguinem humi lapſum colligit, & vaſi cuidam imponit ſub hac epigraphe. QUOMODO SANCTUS JUVENALIS DIU POST MORTEM EXIVIT DE MONUMENTO, PARATUS PRO DEFENSIONE POPULI CIVITATIS NARNIÆ, CONTRA HOSTES QUI CIVITATEM DOLO INVASERUNT,

Sanctus de ſepulcro egrediens & ſanguinem ſtillans,

ET

A ET EXPARSIT SANGUINEM MIRACULOSE. In ſecundo quadro exhibetur equus, habens ſupra dorſum capſam; quem ſequitur Presbyter, virgam manu tenens: quo repreſentatur exportatio corporis ſancti ex civitate Narnienſi per quemdam Canonicum, volentem illud conducere Toloſam patriam ſuam: verum epigraphe non eſt amplius legibilis.

Presbyter capſam avehens,

26 In tertio quadro picta eſt Regina coronato capite, & viri duo violenter retinentes puellam, de qua egrediuntur duo dæmonia: aſſiſtunt etiam Preſbyteri duo, habentes in manibus quamdam capſam, eamque imponentes capiti ipſius puellæ. Sub hoc autem quadro ſic legitur, QUOMODO LIBERAVIT FILIAM REGIS ANGLIÆ A DÆMONE, QUO CRUCIABATUR IN ECCLESIA S. MARIÆ DE CAMPIS. In ultimo quadro conſpicitur proceſſio Sacerdotum, Religioſorum & populi plurimi præcedente cruce; in cujus picturæ parte una videtur eccleſia cum ſupraſcripto SANCTÆ MARIÆ DE CAMPIS. Ipſa autem proceſſio ingreditur in locum ſive oppidum ſupra cujus portam ſcriptum eſt, ROMANISIUM. Per quod explicatur Tranſlatio ſancti Corporis facta ab eccleſia Dominæ noſtræ de Campis ad oppidum Romaniſium: nam apparet in eodem quadro capſa impoſita humeris quatuor Religioſorum; cum cereis facibuſque accenſis.

filia Regis Angliæ liberata à dæmone,

tranſlatio capſæ Romaniſium

B 27 In altero pariete, ex parte ſiniſtra, habentur alia quadra: quorum ſupremum dividitur, per unam feneſtram; in eoque videtur depicta proceſſio Cleri, Presbyterorum, Canonicorum & populi, cum luminibus facibuſque ardentibus, Clero autem in humeris geſtante capſulam unam: ſub qua pictura ſic ſcriptum eſt: QUOMODO POST DESTRUCTIONEM ROMANISII CORPUS S. JUVENALIS FUIT TRANSLATUM IN FOSSANO. In alio quadro picta eſt fabrica unius eccleſiæ, cum magiſtris cæmentariis aliiſque ædificio intendentibus: & ex alto ponte ejuſdem fabricæ labi videtur homo quidam, quem medio in aëre retinet quidam ſanctus Epiſcopus: & ſubtus hæc eſt ſcriptura: QUOMODO SANCTUS JUVENALIS VISIBILITER LIBERAVIT HENRICUM DE BOA, CADENTEM DE PONTE.

ac deinde Foſſanum.

item miracula, innoxii lapſus,

infantiù reſuſcitati,

28 In tertio quadro videtur in aëre pictus Epiſcopus ſanctus, & ante eum vir quidam genuflexus, in habitu orantis: ibidem etiam adſtant cunæ, in quibus jacet infans mortuus: qui infans ibidem etiam depictus eſt vivens, genuflexus ante eumdem Sanctum: quo ſignificatur reſuſcitatio cujuſdam pueri mortui, per merita S. Juvenalis, quamvis ſola hæc verba nunc legantur. QUOMODO SANCTUS JUVENALIS LIBERAVIT ....In ultimo inferiori quadro pictus ſimiliter in aëre conſpicitur ſanctus Epiſcopus, cui magna populi multitudo reverentiam exhibet, videlicet manci, claudi, aliique infirmi: quo ſignificantur miracula in ejuſmodi infirmorum curationibus ad ſepulcrum patrata. Et in eodem quadro videntur etiam navis una & una triremis, in mari ventis agitatę: adeſt autem etiam in aëre Epiſcopus ſanctus, in forma Angeli & actu adjuvantis dicta navigia; in memoriam quarumdam navium Chriſtianarum, à marina tempeſtate per Sanctum liberatarum: ſcriptura tamen quæ ſubtus eſt, legi nequit, utpote corrupta. Denique totum capellæ tectum etiam pictum eſt, expreſſis ibidem imaginibus quatuor Doctorum Eccleſiæ.

C *curationum omnis generis,*

& navium ſalvatarum.

29 Hæ porro picturæ recognitæ fuerunt à nobilibus Mag. Ioanne Matthęo Dionyſio annorum LXXI, Mag. Antonio Panatero mercatore ann. L, Mag. Iuvenali Coſtaforte ann. L, Ill. adm. D. Ioannne Thoma Speciali Conſiliario Status & Referendario ſuæ Celſitudinis ann. L, D. Ioanne Bapt. Paſero ann. LII, D. Ioanne Franciſco Marcheſio qu. Matthęi ann. XXXV: qui tactis inter meas Notarii manus Scripturis teſtati ſunt, ſcire ſe & verum eſſe, quod à prima eorum ætate

auditiſque teſtibus de antiquitate dd. picturarum,

reſpective ſemper viderint iſtas picturas in ipſa Capella: quas firmiter credunt exprimere vitam, miracula & actus glorioſi S. Iuvenalis Epiſcopi Narnienſis, Patroni & Protectoris hujuſce civitatis: quia id audiverunt à ſuis reſpective majoribus; eſtque publica vox & fama, nullo unquam dubitante, nedum diſſentiente. De quibus omnibus, ſic inventis & geſtis, ego infraſcriptus Notarius confeci publicum teſtimonium coram teſtibus, ad omnia præſentibus & rogatis, videlicet Nobilibus Mag. Bartholomæo Sarracho, & Mag. Anſelmo Anſaldo, & Rev. adm. Mag. Barnaba Marchiſio, Sacerdote & Sacriſta d. Cathedralis, Foſſanenſibus; atque Illuſtriſſ. D. Laurentio Nazario de Villafalletto, Medico ordinario hujus civitatis.

AUCTORE D. P.

30 Eodem anno, die & loco, coram iiſdem teſtibus, præfatus Mag. Claudius Dalmatius, Procurator Illuſtriſſ. Dominorum ac fratrum Comitum Valpargæ, Rivaræ, & S. Iuliæ, ad probandum jus quod dd. Domini, tamquam heredes Dominorum S. Iuliæ de Foſſano, habent in Capellam S. Iuvenalis; petiit à me ſuprad. Notario teſtimoniales, quod in præd. Capella conſpiciantur antiquitus picta inſignia San-Iulianææ familiæ, videlicet ſcutum rubrum, diſtinctum faſcia alba, cui interludit linea nigra. Ideoque atteſtor quod in fronte interiori ipſius Capellæ, videatur grandis pictura prædictorum inſignium, & aliæ duæ ſimiles ſupra capitella columnarum Capellæ ejuſdem. Quæ inſignia prædicti DD. teſtes, tactis inter meas Notarii manus Scripturis, teſtati ſunt & juraverunt eſſe inſignia familiæ dictæ à S. Iulia, quæ eſt antiqua & nobilis familia hujus civitatis, & paſſim ut talis nota & æſtimata. De quibus &c.

probatur ex inſignibus ibidem pictis jus Patronatus Comitum S. Iuliæ in Capellam.

E

CAPUT IV.

Inſtrumenta de Tranſlatione Corpŏris anno 1621 *ejuſque iterata inſpectione anno* 1622.

31 ANno MDCXXI die XXIX Decembris, feſto Tranſlationis S. Iuvenalis, in eccleſia Cathedrali civitatis Foſſanenſis. Notum ſit omnibus, quod cum anno MDCXX die XX Maji factum ſit *quidquid inſtrumentum cap. 2 relatum continet, & hic rurſum paucioribus totum recenſetur*; cumq; jam abſoluta ſit præd. fabrica, & locus in altari d. Capellæ aptatus, ad ſecuram dd. ſanctarum Reliquiarum cuſtodiam; Illuſt. autem ac Reverendiſſ. D. Agaffinus de Solario ex Comitibus Morettæ, modernus urbis hujuſce Epiſcopus, mandavit ut d. Reliquiæ hodierna die, ipſius Tranſlationis feſto, reponantur in loco præd. altaris; ideo Conſilium d. Civitatis, per decretum factum XXVI hujus menſis, commiſit DD. Syndicis, ut aſſiſterent recognitioni d. depoſiti ejuſque repoſitioni, atque de omnibus Inſtrumentum publicum conficiendum curarent. Cui mandato obſequentes DD. Syndici moderni, D. Ioannes Iacobus Paſerus & Hortenſius Dionyſius, comparuerunt ex parte Civitatis intra Sacriſtiam eccleſiæ Cathedralis, *ex parte autem Capituli omnes nominati initio cap. 1 præter Leandrum Mallianum abſentem: Rector item eccleſiæ Parochialis S. Mariæ de Salice prænominatus, una cum Procuratore etiam prænominato DD. Comitum Valpergæ & S. Iuliæ.*

Die 29 Decembris

F

coram Epiſcopo & Deputatis,

32 Hi autem ſimul omnes poſtularunt inſtanter, ut præd. archivium aperiretur. Quod cum, adhibitis ſeptem clavibus, apertum eſſet per manus præd. D. Canonici Araudini Archiviſtæ, in præſentia partium, Notariorum, & Teſtium infraſcriptorum; inventa ibidem eſt arcula ſuperius deſcripta: deque omnium conſenſu & voluntate abinde extracta, recognita eſt à partibus ipſa eadem eſſe, cum iiſdem picturis, ligatura cinguli albi, ipſisque ſigillis intactis

recepta ex archivio arcula

AUCTORE D. P. intactis & absque suspicione ullius aperturæ. De quibus omnibus rogato & scripto instrumento testimoniali, delata fuit præd. arcula, sic, ut dictum est, sigillata, in chorum ecclesiæ præd. cum cereis facibusque accensis: ac deinde ex mandato Illustriss. & Reverendiss. Episcopi circumlata processionaliter per civitatem sub umbella auro texta, comitante eamdem Sodalitate ad ipsius Sancti honorem erecta, Episcopo, Presbyteris, monachis, cum cereis facibusque, & primum locum civitatis nomine tenentibus Syndicis. Qua processione finita, ipse Illust. D. Episcopus acceptam propriis manibus arculam, ligatam & sigillatam ut supra, posuit in altari Capellę S. Juvenalis, crate ferrea obarmato, cum tabulis quernis bene spissis; hæc autem crates tribus instructa seris, totidem clavibus clausa fuit. De quibus &c.

& processionaliter circumlata,

in capellam restauratam infertur.

eademque anno 1622 30 Iunii

33 Anno MDCXXII die XXX Junii, Fossani in ecclesia Cathedrali in Capella S. Juvenalis. Notum sit omnibus, quod cum in hac civitate esset Illustriss. D. Comes Ardouinus Valperga de Rivara, unus ex Patronis glorioſi S. Juvenalis; cuperetque pro sua singulari devotione visitare corpus & reliquias ipsius Sancti, petierit à DD. Syndicis & Rev. adm. Capitulo, cum bona eorum venia aperiretur sibi crates ferrea sub altari, post quam servatur Corpus sanctum. Comparuerunt ergo coram multum Ill. & Rev. adm. D. Carolo Operto, Visitatore generali & Equite sacræ Religionis S. Mauritii & Lazari, Vicario generali Episcopatus Fossanensis, ipse D. Comes prædictus, D. Lazarus Borgarellus, & Joannes Franciscus Pellazza qu. Antonii, Syndici Illustriss. Civitatis Fossani; & Illustriss. ac Rev. adm. DD. Ghiaffredus Topparellus, Sebastianus Pellazza, Franciscus Isnardus, Josephus Paulus Araudinus & Joannes Petrus Viterbus, Canonici: qui exhibitis suis tribus clavibus respective, cum quibus aperiuntur seræ d. ferreæ crates, ipsam propria manu aperuerunt: exemptaque est capsula illa picta, in qua solet haberi & asservari corpus d. Sancti, eodem modo quo notatum fuit in testimonialibus anni MDCXX die XXV Maji, & anni MDCXXI die XXIX Decembris prəteriti.

B

ad petitionem Comitis Ardouini referata,

34 Sublatis autem sigillis, inventum est sacrum Corpus eodem modo involutum, sicut præd. instrumenta explicant: cumque ipsum inspexisset præd. D. Comes Ardouinus, atque cum debita reverentia ostendisset populo, qui multus accurrerat; sigillata rursum est arcula cum tribus segmentis chartæ, ita ut medium locum teneret sigillum ipsius D. Comitis, ad dextram sigillum civitatis, & sigillum Capituli ad sinistram apprimeretur in cera Hispanica rubra: atque ita locata rursum est arcula sub altare in loco præd. reclusaque ut antea, præsente ad omnia d. Vicario Generali: de quibus instrumentum rogatus conceſſi, coram Illustriss. & Rev. adm. D. Gaspare Operto, ex Dominis de Cerveria Rectore S. Joannis; adm. Illustri D. Equite Fr. Octaviano del Carretto, ex Marchionibus Savonæ; adm. Rev. D. Fr. Ioanne Laurentio Cuneo, Sacerdote & Equite Hierosolymitano; & DD. Gabriele Borgarello, Gailardo Nigro, atque Stephano Ricolfo, testibus vocatis & rogatis.

novis sigillis munitur.

C

Ioan. Franc. Boëttus Secretarius.

& Translatio ultima annue celebratur,

Hac porro ratione credibile est alias sæpius, ad supplicationem virorum Principum, apertam fuisse ac porro aperiri arculam præfatam, nec non in visitationibus Episcopalibus. Pro his certe facit attestatio authentica Episcopi Trotti, his verbis concepta. Item attestamur, sicut in prima nostra visitatione, quam fecimus sub die XVII Februarii MDCLX, super statu, existentia & veneratione sacrarum Reliquiarum d. Cathedralis, reperimus ossa corporis & caput S. Iuvenalis; existere ea, coli & solenniter celebrari, modo, ritu & forma, quibus in supradictis authenticis & in libro Vitæ S. Iuvenalis à præd. D. Canonico Pœnitentiario Ioanne Nigro describuntur; ac festum Translationis S. Iuvenalis celebrari die XXVIII Decembris Officio duplici & solenni.

D

CAPUT V.

Translatio corporis Romanisium, ut habetur Italice descripta ante annos fortaßis centum.

Summarium Italicum non valde vetus,

35 *Legenda sive Summarium MS. (cujus tamquam antiquo charactere exarati mentio fit num. 5) licet indice stylo appareat non valde esse vetustum, non tamen debet censeri tam novum, ut post annum* MDCII *fuerit compositum, eo quod in fine faciat mentionem Iuvenalis de Ancona, ut Episcopi Salutiensis, quod solum anno jam dicto creatus est; tum quia in miraculis ad calcem additis nonnulla styli diversitas invenitur, tum quia incredibile videtur, quod auctor nullam feciſſet mentionem instituti in ecclesia Fossanensis Episcopatus, si post hujus erectionem scripsisset. Vt ut sit (nam hoc deberet oculis ipsis æstimari viderique, an scilicet appareat aliqua prima ab ultima scriptura diversitas) jam dictus Auctor, prioribus Capitulis* XXII, *fideliter insistit MSS. Narniensibus, de Vita & miraculis Sancti, deque ablatione & relatione sacri corporis, solum de suo addens præsentiam Episcopi & Cleri Lucensis in occupatione Narniæ & violatione sepulcri; & mentionem* SS. Caſſii atque Faustæ, *quasi horum corpora pariter Narniam relata sint, quod historia originalis nusquam asserit, de solo agens* S. Iuvenali. *Deinde Capitibus octo prosequitur Translationem ejusdem sancti Corporis in Pedemontium, & ejus ibidem miracula: quæ unde hausta acceptaque sint & qua fide tradita, priusquam discutiam; proponendus est ipse Auctoris contextus, ex Italico Latine redditus, quoniam circa hæc antiquius nihil habere se fatentur Fossanenses, præter picturas Cap. 3 descriptas & majorum traditionem.*

E

post relatam vitam & alia quæ dedimus ex Mss. Narnienſibus,

asserit quod anno 1223

36 *Postquam ergo cap. 22 exposuisset Summarii Auctor miraculum, Narniæ patratum, in claudo Hibernienſi anno* MCCXXIII *de quo supra; sequens cap.* XXIII *sic exorditur:* Præsens aderat jam narrato miraculo Clericus quidam Tolosanus, Ioannes nomine, Canonicus Narnienſis: qui cum vidisset gratiarum per merita S. Iuvenalis obtentarum multitudinem, & imprimis istud miraculum, aliaque prəteritorum temporum legisset; consilio sumpto redeundi in Franciam ad visendos consanguineos & notos suos, decrevit secum ferre corpus S. Iuvenalis, eoq; locupletare civitatem Tolosam. Quia autem erat ecclesiæ Narnienſis Canonicus, commoditatem reperit, mediante quodam Clerico munus gerente Subsacristę, & pecuniis donatis conciliato, obtinendi claves; noctuq; (Deo id permittente) cum auxilio præd. Clerici exemit è sepulcro corpus Sancti, una cum lapide, in quo scriptum erat. HIC IACET CORPUS SANCTI JUVENALIS PRIMI EPISCOPI NARNIENSIS: quem simul cum corpore reposuit in ferream capsam; adjunxitque eisdem copiam Legendæ & Officii. Ambo deinde occluserunt sepulcrum, sicut fuerat antea, ne quis in suspicionem furti veniret: eodemque Clerico adjuvante detulit ferratam capsam in domum suam: nec alius quispiam conscius fuit furti, aut cognovit quid in illa capsa contineretur.

F

Canonicus Narnienſis Gallus,

furatus corpus

37 Neque diu deliberatum iter distulit, sed in viam se dedit cum jumento clitellario; cui ex una parte appenderat S. Iuvenalis corpus, ex altera sarcinulas & vestes suas. Insistens autem viam quę Genuã ducit, in Pedemontium appulit; ibique æstu & incommodis itineris fatigatus, infirmari cœpit. Prosequebatur nihilominus viam suam, donec in villam Meyranam,

illudque in capsa Tolosam avehens,

A ram, intra fines Foſſanenſes ſitam, appulit: hic autem uſque adeo invaluit febris, ut pergere ultra non poſſet. Paucis deinde elapſis diebus, videns ſe morti appropinquare, mandavit famulis ſuis; ut poſtquam obiiſſet, cadaver ſuum decoquerent, oſſaque reponerent in ea capſa, in qua erant ſuæ veſtes: atque ita cum utraque capſa proſequerentur iter in Franciam; ipſaſque capſas conſignarent in manus Epiſcopi Toloſani & Canonicorum ejus: caverent autem ne aperirent capſam alteram, in qua ſimiliter erat cadaver unum. Cumque juramento obſtrinxiſſet eos de hac ſua voluntate executioni mandanda, obiit Canonicus; quem famuli ſui componentes in ſarcophagum, honeſtæ dederunt ſepulturæ: nocte autem facta aperuerunt ſarcophagum, & cadaver (quod tanto in æſtu ſervari non poterat) decoquunt: ſeparatiſque à carne oſſibus, hæc quidem mundiſſimæ telæ involuta reponunt in capſam, carnem vero terræ benedictæ reddunt.

in Pedemontio mortuus ſit:

cujus oſſa & capſam uti juſſerat avecturi famuli,

38 Impoſitis deinde in equum capſis, iter intendunt verſus Franciam: verum mox atque venerunt ad eccleſiam à Salice dictam, nunc vero S. Mariæ de Campis; equus præd. divino nutu, ibidem ſubſtitit; nec potuit, quantiſcumque plagis urgeretur, paſſum ultra movere; ſed in terram concidit. Imputant infirmitati animalis caſum. Ergo ipſum exonerantes, alteri valentiori imponunt capſas: quibus liber prior equus alacriter ſurgit, & viam ingreditur; qui autem in onus ſucceſſerat ſimili modo ſubſtitit, nec fuit poſſibile ulla ratione efficere ut auferret capſam, in qua erat corpus S. Juvenalis: quod cum ipſi famuli facere tentaſſent, etiam non valuerunt, ſed viribus deſtitutos ſeſe ſenſerunt. Hoc tam grandi ſigno viſo, coacti fuerunt capſas deponere intra d. eccleſiam, factaque ad ingreſſum ipſius grandi foſſa, ibidem inhumarunt d. capſas, bene ut erant clavatas: abiveruntque in Franciam, non parum triſtes, quod non potuiſſent implere mandatum Domini ſui. Atque ita corpus S. Iuvenalis ibidem annis aliquot ſepultum & ignotum latuit.

ſed coacti ſubſiſtere ad S. Mariæ de Campis,

B

capſis ibidem defoſſis diſceſſerint.

39 Verum non venerat in has partes S. Juvenalis, ut incognitus deliteſceret: itaque revelatum eſt ejus corpus, hoc qui ſequitur modo. Infanta D. Catherina, unica Regis Angliæ filia, tempore illo obſeſſa tenebatur à dæmone, crudeliſſime ipſam affligente: qui exorciſmis conſtrictus fateri modum quo eſſet expellendus, pellendum ſe dixit per quemdam Juvenaluccium, nec impetrari potuit ut plura adderet. Deſiderabat cariſſimæ filiæ ſalurem Rex pater, nullique parcebat aut pecuniæ aut laboris impendio; cumque proficeretur nihil, decrevit eam mittere Romam, ubi forte inveniretur nominatus à dæmone Juvenaluccius, vel aliqua ejus notitia obtineretur. Cum ergo bene comitata deduceretur Romam, jamque in Pedemontio eſſent, Villam Meyranam ingreſſos nox occupavit; propter quam ultra pergere nolens comitatus, ibidem ſtiterunt equos, & hoſpitium ceperunt in vicinia eccleſiæ, tunc à Salice dictæ, nunc S. Mariæ à Campis nominatæ.

tum ex Anglia veniſſe Regis filiam obſeſſam,

C

40 Sequenti mane placuit Miſſam ibidem dicendam curare, quam de more audirent, prius quam iter reſumerent; habebatur enim ille locus tunc in veneratione magna; multumque frequentabatur à peregrinis, propter crebras, quæ iſtic impetrabantur, gratias. Verum puella, à regente eam dæmone impedita, non potuit perſuaderi ut introiret, prætextu vanarum quarumdam rationum; apparebatque plus ſolito conturbata vultu: unde ejus aulici in majorem venerunt ſuſpicionem, quod hæc agerentur opera diaboli; in cujus contemptum ipſam voluerunt violenter perducere, imo pertrahere in eccleſiam.

quæ illuc inducta cum Iuvenaluccium inclamaret

Ut ergo ad portam appulit, cum clamore appellavit Juvenaluccium. Tum vero audita hac voce, cœperunt ſperare, ibidem ſe inventuros vel vivum vel mortuum quem requirebant. Intrant in eccleſiam, & Deo ſic ordinante, flectunt genua una cum puella juxta ſepulcrum S. Juvenalis: & continuo puella, quantumvis catenis vincta, impetu magno reſiliit tamquam fugere cuperet, exclamans, O quantum exuror! Ergo cavatur eodem loco terra; inveniuntur capſæ pulchræ duæ, bene clauſæ cum ſuis clavibus; cumque aperuiſſent primam quæ erat Canonici, & accepta inde oſſa impoſuiſſent capiti puellæ, fingebat quidem dæmon timere ſe aliquantum, non tamen quidquam movebatur: ubi vero aperta fuit capſa altera quæ continebat corpus S. Juvenalis, tum facto ter impetu ad rumpendas catenas, frendens atque ululans dæmon exclamavit, Iuvenalucci, Iuvenalucci, tu me aduris nimium. Atque his dictis dimiſit puellam velut mortuam: quæ ſibi reddita liberamque ſe ſentiens, Deo & ſanctiſſimæ Virgini egit gratias & S. Juvenali, quem ſibi concepto voto adoptavit Patronum. Abſoluta deinde Miſſa, comites aulici magnam pecuniæ ſummam tradiderunt in manus Reverendi Parochi, ea conditione, ut ædificaretur eccleſia S. Juvenali in ſignum gratitudinis; & famam tam glorioſi Sancti ſecum in Angliam retulerunt.

AUCTORE D P.

hujus oſſa reſoſſa ſint,

ad quorum tactum liberatam puellam,

E

41 Divulgatum ſermonibus hoc miraculum venit ad aures Reverendiſſ. D. Epiſcopi Taurinenſis, qui juſſit ut corpus S. Juvenalis ferretur in eccleſiam Collegiatam Romaniſii, quod temporibus illis erat præcipuum diſtrictus illius oppidum, ibique cum ſumma veneratione ſervaretur. Huic mandato facturus ſatis Rev. D. Præpoſitus cum ſuis Canonicis & Clero Romaniſienſi, convocatis vicinorum oppidorum & caſtellorum Presbyteris atque perſonis religioſis, cum magno concurſu populi inſtituerunt ſupplicationem ſolennem; ingreſſique in eccleſiam à Salice nuncupatam, aperuerunt capſam; in eaque repererunt totum corpus S. Juvenalis ſindoni involutum, unde ſuaviſſima expirabat fragantia, & totam mirabili odore implebat eccleſiam. Simul invenerunt deſcriptam in pergameno Legendam vitæ & exemplar Officii, itemque petram hoc modo inſcriptam. HIC IACET CORPUS SANCTI IUVENALIS, PRIMI EPISCOPI NARNIENSIS ET CONFESSORIS. Tum multis cereis facibuſque accenſis, cum capſam feretro impoſitam palliis auro textis operuiſſent ſuſtuliſſentque in humeros, decantantes hymnum Te Deum laudamus, tulerunt Reverendi Sacerdotes corpus S. Juvenalis, in ſua capſa ſub umbella, proceſſionaliter ad Collegiatam Romaniſienſem, cum ſonitu inſtrumentorum & canticis ſpiritualibus, ibique ſummo cum honore locarunt. Ubi fabricata eſt deinde eccleſia ſub ejus nomine, quæ licet diruta, uſque hodie dicitur S. Juvenalis antiquus, ad diſtinctionem alterius quæ eſt Foſſani.

intelligens Epiſcopus Taurinen.

juſſerit Romanitium illa transferri,

F

ubi ædificata eccleſia,

42 Non fuit ibi diu otioſus glorioſus Chriſti Confeſſor Juvenalis, ſed inſtar perfectiſſimi medici, de longinquis partibus per Dei voluntatem advecti, ad curandas ſanandaſq; infirmitates non ſolum corporales ſed etiam ſpirituales, continuo diffamatus eſt per totum Pedemontium, propter frequentes imo infinitas gratias, quas iſtis in principiis largiebatur. Erat ergo concurſus populi ad jam dictam eccleſiam maximus, augebaturque devotio & roborabatur ſancta fides in hiſce regionibus: quarum incolæ, honorem Dei & Sanctorum ejus zelantes, fabricaverunt multas eccleſias, eaſque copioſis dotarunt reditibus ad ipſarum conſervationem & cultum divinum. Durabat adhuc temporibus illis conſuetudo vigilandi in eccleſia per noctem, Sancti alicujus

& aliis aliis ſub nomine S. Iuvenalis

AUCTORE D P.

festum præcedentem: quare, quando instabat festivitas S. Juvenalis, circum ecclesiam erigebantur porticus, linea tela aut ramis tectæ: quia non poterant omnes in ecclesiam intrare. Obtinebantur autem multæ ac variæ gratiæ, potissimum circa energumenos: inter quos aliquando adfuit aliquis, multis annis vexatus, & ad varia Sanctorũ loca fruſtra circumductus. Cumque ad sepulchrum S. Juvenalis adductus esset, exclamavit; Nihil te timeo, Juvenalucci. Sed à Reverendo quodam Sacerdote (quem crediderim fuisse Parochum) adjuratus ut per merita S. Juvenalis, personam illam sanam liberamque dimitteret, multo cum strepitu egressus est. Multi etiam ibidem curabantur à morbo epileptico: eo quod vesperi & nocte præcedente festum, ii qui malum hoc patiebantur, circuibant saltantes ecclesiam (uti nunc fit ad ecclesiam parochialem Saviglianensem & aliis locis piis) & quotquot eo tempore concidebant, toto illo anno non cadebant amplius. Tam magnus autem erat concursus hominum, ut vice quadam in dicta ecclesia ceciderit vir quidam (forsitan præ nimia compressione) itaque lapsus maneret sine motu aut loquela. Quem cum circumstantes quo poterant modo meliori hortarentur, ut saltem
B corde postularet à Deo indulgentiam, & votum faceret S. Juvenali; ipse intus in animo vovens quovis anno visitare ejus sepulcrum, subito sanus valensque surrexit.

clarnerit precipue liberandis energumenis

& epilepticis curandis.

43 *Hactenus compilator Italicus, ad quorum confirmationem faciunt tum pictura à num. 26 memorata, tum etiam quod hodie quoq; extet ecclesia S. Mariæ de Campis, ruinam minitans, in qua Testes anno* MDCLXXV *jurati & nominati num.* 11, *asserunt quod* ibidem in fornice foramen factum est à dæmonio, egrediente de corpore puellæ regiæ, itaque mansit usque dum fornix præd. corruit. Et ego, *inquit Facinus Specialis*, recordor me, cum essem juvenis, ipsum vidisse: & etiam hodie visitatur ista ecclesia, sicut nos sæpius eam visitavimus. *In propositione autem testibus facta, dicitur*, vetustissima ecclesia S. Mariæ del Lago seu del Salice, nunc vero de Campis, parum distans à civitate Fossani. *Similiter ad propositum facit, quod adhuc* extant & reperiuntur maceriæ & fundamenta loci Romanisii, in quo erat Collegiata S. Iuvenalis, & quo ejusdem corpus de d. ecclesia S. Mariæ deportatum fuit; & exinde Fossanum, propter ruinam Romanisii. *Affirmarunt etiam prædicti Testes*, quod sæpe viderint & consideraverint situm, in quo ante quadringentos annos erat locus & communitas Romanisii, procul à civitate milliariis tribus, ibique adhuc videantur fundamenta castri & Collegiatę. *Denique* inter alias vetustissimas membranas, *quas sibi* à D. Dalmatio, Canonico & Syndico Capituli, ex hujus Archivio exhibitas fuisse *testatur Reverendiss. Episcopus Clemens, numeratur* membrana una conventionis, initæ in claustris ecclesiæ S. Iuvenalis de Romanisio, sub die XXV Octobris MCCXXIX, inter Iacobum Episcopum Astensem & Vilermum ac fratres Condralios, cum Manfredo Marchione Salutiarum.

Hæc pro parte confirmantur

per reliquias utriusque loci adhuc visitari solitas,

C

& memoriã ecclesiæ Romanisii an. 1229.

CAPUT VI.

Translatio Corporis Romanisio Fossanum ex eodem Italico Ms. & S. Iuvenalis ibidem continuatus cultus ex antiquis membranis.

Romanisienses migrantes Fossanum,

4 CUm anno MCCLIII incursionibus Saracenorum multum affligeretur Pedemontium, concordarunt oppida Romanisii, Villæ-meyranæ, Ricrosi, & Salmatoris sese unire cum Fossano; ipsumque auxerunt & munierunt, quemadmodum nunc videtur, ut ita se melius tuerentur contra inimicos. Descriptis autem vicis & ecclesiis, fabricaverunt etiam primam partem ecclesiæ Collegiatæ in vico Romanisiensium, sub titulo SS. Mariæ & Iuvenalis, expensis (uti creditur) Dominorum à S. Iulia nuncupatorum, quorum familia tunc admodum celebris, opulenta ac potens habebatur; unde & Præpositum & Canonicos duos in ipsa Collegiata censebat. Cum ergo Romanisiensis populus esset Fossanum migraturus, præmittere illuc voluit Protectorem suum S. Iuvenalem, tamquam pretiosum thesaurum: eamque translationem fecerunt in Natalitiis Domini, cum magno utriusque plebis concursu. Placuit autem Deo media in via augere devotionem, hoc sequenti miraculo. D

Collegiatam & corpus S. Iuvenalis eo transferunt

45 Cum media in via mutandi essent Reverendi portitores sacræ capsæ, depositum in terram est feretrum; interimque dum novi portitores sese accingunt labori, cantabatur hymnus aliquis. Cum ecce humus ipsa, supra quam depositum feretrum stabat, ultro sese attulit intumuitque, sic ut ii qui succedebant oneri, absque ulla corporis inflexione, potuerint ei supponere humeros. Unde multitudo omnis, in gratias Deo & Sancto reddendas effusa, in ipsius terræ sic elevatæ medio plantavit Crucem, quæ communiter vocatur Crux S. Iuvenalis: lapsuque temporis ibidem ædificata est ecclesia, quæ primum nomen retinens, etiam nunc vocatur Crux S. Iuvenalis. Fuit autem sacrum corpus magna cum lætitia Fossanum allatum, & repositum in sua capella, prout hodie videtur: sed illius caput, justis de causis inde separatum, servatur seorsim in Sacristia, cum debita reverentia, ut facilius circumferri in processionibus & fidelibus devotis requirentibus possit monstrari: ubi etiam servantur sacra corpora SS. Alverii & Sebastiani Martyrum ex Societate S. Mauritii. E

cui in via assurgit humus.

46 *Circa hæc interrogati Testes, ut supra, jurarunt, locum & ecclesiam Sanctæ illius Crucis sibi sæpius visam, adduntque Fossanensem ædem, olim Collegiatam, nunc etiam Cathedralem, à situ quem habebat in foro, dictam fuisse*, S. Mariæ della piazza. *Imprimis autem ad rem facit, quod in suo Testimoniali, supra num. 6 laudata, affirmat Illustriss. ac Reverendiss. Clemens Trottus, quod* ab Illustriss. DD. Capitaneo Lelio Bava, Capitaneo Ioanne Stephano Bertini, Syndicis; Petro Alexandro Bava Advocato, & Cap. Iosepho Oggerio Controllatore civitatis; præsentatum sibi fuit antiquissimum volumen, ab eorum archivio extractum, in membranis rite conscriptum, de annis MCCLXXXVII & sequentibus, in quo registrantur authentica instrumẽtorum Communitatis Fossani, quando locus & Communitas Romanisii cum Collegiata & corpore S. Juvenalis translata sunt, cum inscriptione, videlicet, In nomine D. N. Jesu Christi & B. Mariæ Virginis Matris ejusdem & gloriam B. Iuvenalis Rectoris & Defensoris Communis & hominum de Fossano & Communis & singularum personarum loci ejusdem. Nec non aliud volumen Statutorum ejusdem Civitatis, promulgatorum de annis MCCC & sequentibus: in quo, inter alia instrumenta conventionum & privilegiorum, inspicitur instrumentum conventionis, sub invocatione S. Juvenalis, inter Illustriss. D. Philippum Principem Sabaudiæ & communitatem Fossani, sub die V Maij MCCCXIV. F

ex inde habitum Patronum Fossanenſem ostẽdunt libri statutorum civitatis ab annis 1287 & 1300

47 *Idem Illust. ac Reverendissimus simili modo attestatur, à Syndico Capituli ex Archivio ostensum* Instrumentum in membrana Statutorum ecclesiæ B. Mariæ & B. Iuvenalis Fossani, sub XV Martii MCCC. Item antiquissimum volumen, in membranis rite dispositum, aliorum Statutorum præd. Capituli, promulgatorum in ecclesia S. Iuvenalis, sub die IV Septembris MCCCXXXII,

& statutorũ Capituli ab annis 1300, 1332 & 1388

A MCCCXXXII, ſuperiorum auctoritate confirmatum, ubi paſſim invocatur nomen S. Iuvenalis. Item volumen vetuſti characteris, integrum & illæſum, conſignationis Decimarum ejuſdem Cathedralis tunc Collegiatæ, ſcriptum ſub die XI Decembris MCCCL, & inſcriptum ſub invocatione S. Iuvenalis. Item aliud volumen, vetuſti pariter characteris, rite diſpoſitum & ſcriptum manu propria B. Odini, tunc ejuſdem eccleſiæ Præpoſiti, cum inſcriptione & invocatione ejuſdem S. Juvenalis Patroni, inceptum ſub die . . . Iulii MCCCLXXXVIII. *Quæ omnia probant, ſub nomine S. Iuvenalis eccleſiam primum fuiſſe Romaniſii; deinde eam quæ Foſſani erat, poſtquam illatæ illuc ejuſdem Sancti reliquiæ ſunt, in ejuſdem nomen paulatim tranſiiſſe, cum antea ſub nomine B. Mariæ vulgo cenſeretur.*

Caput Sancti argenteū

48 *Ad argenteam hermam ſeu caput quod attinet, cujus infra ſæpius facienda mentio, ejus accurata expreſsio habetur ante librum Ioannis Nigri, mento raſo cum mitra Epiſcopali in capite, & pretioſo collari ex gemmis; ſub quo dependet uſque ad baſim cor pretioſum, intra quod & prædictum collare, ad ipſum pectus imaginis, viſuntur inſignia quædam, habentia crucem albam, cerulea linea à læva in dextram ſtricta diſtinctam, in campo rubro; cujuſmodi inſignia etiam exprimuntur in baſi decagona, ſub utroque humero præd. hermæ. Auctorem ejus Ioannes Niger ait fuiſſe Philippum, Achaiæ Principem; circa annum* MCCCXIV: *quem Samuel Guichenon, in Hiſtoria Genealogica Domus Sabaudicæ, oſtendit fuiſſe filium primogenitum Thomæ; hujus nominis* III, *Comitis Maurienna, appellatque* Achaiæ & Moreæ ſeu Peloponneſi Principem; Comitem Pedemontium; & Dominum Eporediæ: *in ſuo autem Epitaphio apud Franciſcanos poſito, ſolum dicitur* Illuſtriſſimus D.D. Philippus de Sabaudia, Princeps Achaiæ & Pedemontium, *& obiiſſe ponitur anno* MCCCXXXIV.

B *donum eſt Philippi Princ. anno 1314*

ad quod 3 Maji oſculandum undique concurritur.

49 *Eſt porro in maxima populi veneratione hoc caput: eo quod* vulgo perſuaſum habeant homines pii, eo anno quo ipſum exoſculati fuerint, adjuvandos ſeſe in adverſitatibus ſuis; *uti ſcribit Niger. Epiſcopus autem Clemens, in ſuis ad nos litteris num. 7 memoratis, addit;* quod dolore capitis divexati, ex pia ejuſdem exoſculatione, & levamen ſentiant, & frequentius plena ſanitate donentur. Fuit quidem, *inquit hæc proſequens Niger,* ferventibus bellis aliquanto minor concurſus iſte, verum his duobus proximis annis, ſtatim ac liberior aditus peregrinis ad nos patuit, tantus fuit, ut cum mihi anno MDCXLII impoſitum eſſet munus præbendi d. caput oſculandum populo, poſt proceſſionem ipſo Sancti feſto ductam, obſervaverim accurriſſe ad viginti quinque millia hominum; eramque per horas complures tanta obſitus multitudine, ut niſi bene firmo ſepto fortique cuſtodum manu defenſus fuiſſem, oppreſſus cum ipſa Reliquia & conculcatus forem. *Idem autem cap. ſequ. narrat, id ipſum* caput in Sacriſtia ſolitum *fuiſſe* ſervari, uſque dum anno MDCXLV die VI Februarii, una cum corporibus duorum prænominatorum Thebæorum Martyrum aliiſque Reliquiis, collocatum fuit intra parietem, cum ornatu pulcherrimo, ad perſpectivæ leges elaborato, ex adverſo capellæ S. Iuvenalis.

C *adeo ut an. 1642 numerati ſint illud oſculantes ad 25000.*

50 Eſt etiam ibidem, *ut ait Niger,* erecta Sodalitas multis privilegiis indulgentiiſque ornata, ſub patrocinio S. Iuvenalis: ejuſdemque Sancti intuitu ipſi Cathedrali data ſunt alia multa privilegia & Indulgentiæ conceſſæ, per varias Bullas, maxime cum ampliaretur fabrica, prout teſtatur Bulla Alexandri VI, data Romæ die I Iunii MCCCCXCIX. *Quin &* Taurini in Metropolitana eccleſia, ſub titulo S. Iuvenalis Epiſcopi & Confeſſoris, extat vetus capella: ubi, quia dies III Maji impeditus eſt feſto Inventæ Crucis, die V ejuſdem menſis peragitur Officium de S. Iuvenali ſub ritu Duplicis, non obſtante ſolennitate Octavæ Sanctiſſimæ Sindonis, tunc concurrente. Denique in territorio Beneæ eccleſia eſt ſimilis tituli, quæ paucis ab hinc annis reſtaurata & amplificata fuit. *In tanta porro totius Pedemontii erga S. Iuvenalem devotione, non ceſſaverunt Sereniſſimi Domus Sabaudicæ Principes: nam* anno MDCXLIII Regiæ ſuæ Celſitudines D. Chriſtina & Carolus Emanuel, veneratiReliquias S. Juvenalis, obtulerunt duplas quinquaginta, ad faciendam argenteam capſam, quam ſperamus brevi confectam videre, *inquit jam ſæpe laudatus Niger, anno* MDCL *librum ſuum evulgans.*

Sodalitas S. Iuvenalis Foſſani

capella & feſtum Taurini 5 Maji.

AUCTORE D. P.

Sabaudiæ Ducū pietas erga eumdē.

CAPUT VII.

Miracula ad invocationem S. Iuvenalis Foſſani patrata.

Multitudinē miraculorū teſtantur anathemata.

51 QUam multas gratias per intereceſſionem hujus glorioſi Sancti impetraverint cujuſcumque generis homines, ex diverſis regionibus huc adducti, ubi ejus ſacrum corpus requieſcit; quam multi ſanati ſint à morbis incurabilibus, quor energumini liberati; aut à malo epileptico aut à carceribus, injuſta oppreſſione; periculis extremis expediti; quamvis nulla authentica ſcriptura nunc doceat; ſatis tamen clare id teſtantur omnis generis anathemata ac vota; ex auro, argento; cera fabrefacta; veſtes item, axillaria fulcra; tabellæ pictæ; & id genus alia, quæ longo ordine ſtipant circumductos per capellam aſſerculos longurioſque.

E

Mortuum puerili ludo ſimulans,

52 Nominatim tamen in antiquis chartis DD. Canonicorum ſcriptum invenitur, quod cum adoleſcentuli aliquot circa eccleſiam S. Juvenalis colluderent, & eorum quidam mortuum ſimularet in feretro; alii eum veluti ſepeliendum detulerunt ad foſſam quamdam in cœmeterio, ibique invertunt feretrum, ut ſuum ſimulatum mortuum deponant in terram: hic vero neque motum ullum neque verbum dabat. Tunc illi, qui æſtimabant quod ſe per jocum ita contineret, incipiunt eum ſpoliare veſtibus, & hac illac trahere. Contra quos ille, utpote juſta Dei vindicta revera mortuus, cum nihil obniteretur; agnoverunt tandem id quod erat, atque amare plangentes pro ſuo qualicumque delicto, deliberatione inter ſe habita inferunt mortuum ſuum in capellam S. Juvenalis, alta voce clamantes, O ſanctiſſime Iuvenali, Protector noſter glorioſe, miſericordia, miſericordia: ora Deum ut nobis dimittatur delictum, & ad vitam redeat mortuus ſocius. Non erimus ingrati pro beneficio, ſed annis ſingulis tuam devote agemus vigiliam. Nec vero per contemptum fecimus quidquam, ſed ſolum hilaritatis & joci cauſa. Ad hos clamores & ſpectaculum tam triſte, multi ex Reverendis Canonicis, Presbyteris & civibus accurrerunt: & intellecto funeſto caſu, mortuum commiſerantes, pro eodem orabant. Quod dum fit, mirabiliter quaſi experrectus juvenis, plorare cœpit; proſtratuſque in genua, poſt veniam à Deo & S. Juvenali poſtulatam, confirmavit votum ſociorum: & addidit, quod ſemper comitaturus eſſet elatos ad ſepulturam, quantumcumque pauperes.

F *à vera morte invocato ſancto reſuſcitatur.*

blaſphemus luſor pœnæ divinitus immiſſæ,

53 Iuvenis quidam ex territorio Cheraſci, nomine Carmaccius, alea ludebat ſub porticu Foſſanenſi prope forum: & quia adverſam fortunam cum ſuo damno experiebatur, cœpit blaſphemare in Deum, in ſanctiſſimam Virginem & in S. Iuvenalem. Ecce autem ſubito os ejus horribiliter converſum eſt, totoque vultu fœdum in modum alteratus artubus omnibus tremebat. Videns ergo ſe caſtigatum & pejora metuens, cum voce non poſſet, corde

ſeſe

AUCTORE D. P.

seſe convertit ad eos, quos blaſphemiis impetierat: omniſque alterius conſilii inops, paulatim adrepit ad Capellam S. Iuvenalis; ibique cum multis lacrymis proſtratus ante altare, vovit ex animo, numquam deinceps amplius blaſphemare Deum aut Sanctos ejus, neque aleis ullis aut chartis ludere; omni autem anno vigiliam S. Iuvenalis agere. Hoc porro facto, ceſſavit tremor: vultuſque & loquela ejus, coram multis adſtantibus, in priſtinum ſtatum rediit. Ad cujus miraculi verificationem examinati fuerunt adm. Rev. D. Antonius de Pocapaglia Præpoſitus d. eccleſiæ, & alii decem teſtes, ſuis nominibus & cognominibus expreſſi.

laxationem impetrat.

In mari periclitans liberatur:

54 Ioannes de Gareſſo, civis Foſſanenſis, dum mari Genua Savonam reverteretur in quadam navi, una cum aliis multis; videns ſe eſſe in manifeſto periculo mortis, propter terribilem quæ mari incumbebat tempeſtatem; poſt multas orationes & irrita vota, recordatus Gareſſus auditum aliquando ſibi in concione fuiſſe, quomodo S. Iuvenalis miraculoſe liberaverit mercatores à naufragio illo ſupra memorato, ex omni corde & fide firma votum fecit S. Iuvenali, promittens, quod ad ejus altare offerret magnam imaginem ceream cum face. Quo facto ceſſavit tempeſtas, & intra breve tempus ſalvi & incolumes omnes appulerunt Savonam.

B

miles ab hoſtibus circumventus redditur eis inviſibilis:

55 Tempore antiquarum factionum bellum erat inter Foſſanenſes & Aſtenſes: cui cum intereſſet Mag. Georgius de Moncalieri, civis Foſſanenſis, ſolus in campo, conſpectus fuit à turma equitum Aſtenſium: qui continuo ſolutis habenis accurrerunt, ut eum circumdarent & captivum abducerent. Vidit ille nullum eſſe effugio locum: quare projectus in terram commendare ſe S. Iuvenali exorſus eſt, promittendo quod ſi evaderet, ſtatim ab obtenta gratia, ab ipſomet loco ad altare S. Iuvenalis genibus adreperet nudis, cum laqueo ad collum. Vix votum nuncupaverat, cum ſuis inimicis inviſibilem redditum circumdant illi, & circumeunt locum in quo certo eum ſibi viſum ſciebant, neque aliqua elapſum via, neque ullum notare poterant latendi modum. Cumque circumſpexiſſent quaquaverſum, & fruſtra omnem fore laborem viderent, receſſerunt inviti à capta jam præda. Ipſe vero aliquanto poſt ſublatus à terra, & quieta circum omnia viſu audituque æſtimans; arreptum quem penes ſe habebat funem collo injecit, cœpitque geniculis nudis verſus Foſſanum moveri, nemini occurrentium per viam & interrogantium cur id faceret, quidquam reſpondens. Noverant hominem nobilem qui ad portam Salicis cuſtodiebant milites: quare multum admirantes tale ſpectaculum, etiam tranſitum ei negabant, niſi fateretur talis pœnitentiæ cauſam. Narravit ergo illis per ordinem, quomodo elapſus eſſet ab Aſtenſium manibus; eorumque aliqui, omnibus miraculum laudantibus, comitati eum ad eccleſiam ſunt; ubi ſupra altare fecit accendi candelas duas, reddens gratias Deo & S. Juvenali: atque de hoc pariter ſervatur inſtrumentum in d. archivio.

C

& ut voverat nudis genibus Foſſanum adrepit.

curatur dolor cruris

56 Anno MCCCCI die XIV Auguſti, Petrus Roſſus de Saluzzio, ingentem dolorem patiens in dextero crure, adeo ut movere ſe non poſſet nec malo remedium invenire, vovit S. Juvenali quod ejus eccleſiam viſitans offerret ibi crus ex cera: & continuo ſanatus votum ſuum complevit. Anno MCCCCXI die I Maji, Andreas de Saluzzio in ſacriſtia S. Juvenalis atteſtatus eſt, quod anguſtias tales pectoris patiens ut ſe extinguendum crederet, voto facto ſanatus fuerit.

& anguſtia pectoris.

Anno MCCCCXXIII, die XVI Novembris, Michael Faſuolo Savilianenſis, examinatus deponit, quod multo tempore caruerit ſenſu coxæ tibiæque ſiniſtræ, quaſi ea mortua prorſus fuiſſet, ideoque cogebatur incedere cum fulcris axillaribus: cumque intellexiſſet quam multas gratias faceret Deus per merita S. Juvenalis, vovit quolibet anno viſitare illius eccleſiam; & ſubito reſtauratam ſenſit coxam tibiamque: ideoque advenerat gratias acturus Deo, & in monumentum obtentæ gratiæ fulcra ſua ibidem appenderat.

D

item paralyticus.

objectu capitis argentei extinguitur incendium an. 1588

58 Reverendiſſ. D. Ancina, Epiſcopus Salutienſis, vidiſſe ſe dixit, quod domus, quæ nunc eſt D. Petri Marchiſii, tota correpta eſſet flammis, quæ continuo extinctæ ſunt atque allatum illuc fuit caput S. Iuvenalis anno .... Idem accidit domui qu. Mag. Alexandri aromatarii, anno MDLXXXVIII, die XVI Octobris, ipſaque nocte qua turma militum Foſſanenſium cæſa fuit ad Chianalem. *Atque hic finitur pars illa Summarii vitæ ac miraculorum S. Iuvenalis: cui jam diximus adjectam hoc ſeculo videri appendicem poſtremorum quatuor miraculorum: quippe quæ, præter ſtylum obſervatum in præcedentibus, accurate habent adſcriptam ſibi notam diei & anni, & multo ſtrictius recenſentur quam iſta. Optandum autem foret, ut etiam nunc invenirentur nobiſque communicarentur inſtrumenta, quorum hic ſit mentio: ſed forte auctori exhibita, poſtea numquam ſunt reſtituta: ſicut accidit documentis quæ habebantur de inventione SS. Alverii & Sebaſtiani, poſtquam illa miſſa fuerunt Guilielmo Baldeſano, ſcribenti hiſtoriam S. Mauritii & Legionis Thebeæ, prout in ſua epiſtola merito queritur Ioannes Niger.*

E

item ardente turri publica

59 *Lubet porro etiam ex opere prædicti Ioannis Nigri colligere reliqua, alibi non expreſſa miracula. Vt ergo ab incendiis ordiar, ubi prior compilatio deſinit, Caput ille* 30 *lib. 1 ſic finit*: Ipſi nos præteritis annis, quando in hac civitate commorabatur aula Regia, vidimus hujus ſacræ Reliquiæ virtutem. Cum enim occaſione feſtivorum ignium, accenſorum ſupra turrim Communitatis, ad honorandum natalem Dominæ Regalis Chriſtianæ Francicæ, ipſammet turrim corripuiſſet flamma, adeo ut exedræ culminaque, æneis marginibus eleganter ornata, in cineres redacta fuerint; jamque non tantum ruina turris, ſed ſubiectorum quoque palatiorum atque domorum timeretur exitium; accurſum eſt ad ſacrum Caput, velut ad probatum uſu remedium. Nec fruſta: reſedit ad illius conſpectum ignis, ſolius culminis & lignorum aduſtione contentus; ipſaque campanæ moles, de cataſta cadens, cum maxima omnium videntium admiratione, velut ſtudioſe collocata, reſedit ſupra ſummitatem muri hiantis: utque in perpetuum reminiſcerentur cives conceſſæ gratiæ hoc appendere monumentum placuit: D. O. M. Divo Juvenali Epiſcopo, Protectori piiſſimo; à quo propitiatus Altiſſimus, turris publicæ conflagrantis flammas (id fuit IV Idus Februarii in prima noctis vigilia, ſalutis anno MDCXLIV) incendium undequaque & exitium vicinis ædibus minitantes, ſine mora compeſcuit. Non exiguæ molis campanam, igne combuſtis ſuſtentaculis, cum ipſius turris diſcrimine delapſuram, quod nulla potuiſſet ars humana, mirabiliter ſuſtinuit: ſummo Largitori laudes: pio Interceſſori gratias referens. P.

an. 1644.

F

an. 1630 urbs protegitur à peſtilentia

61 Anno MDCXXX peſtis adeo univerſalis Pedemontio incubuit, ut in omnibus fere urbibus oppidiſque, præterquam Foſſani, Cheraſci, & Beneæ, dimidia hominum pars interierit; ſola autem hæc civitas gloriari poſſit, quod manſerit omnino intacta; prout ego ipſe comperi, qui libros parochiales examinans, reperi, tertia parte plures eo anno natos quam mortuos fuiſſe. Quod protectioni S. Juvenalis eo certius poteſt adſcribi, quo minus intenta fuit portarum cuſtodia, dum hic reſideret Sereniſſ. Princeps Thomas, & reliqua aula Cheraſci maneret: quin etiam Minores Zoccolantes cum ſuo Guardiano,

diano, licet lue essent contacti (sicuti eorum mors paulo post secuta, & tumores contagiosi, in corporibus deprehensi, patefecerunt) citra ullam tamen populi noxam, prima Dominica Octobris, quæ ipsis singulariter festiva erat, egere cum promiscua plebe, Confessiones audiendo & Eucharistiam administrando. Simili ratione constat à contagionis circum grassantis periculo liberatam civitatem anno MDXCIX, post votum de perficiendo fornice Cathedralis ecclesiæ.

uti antea an. 1599.

62 Quamvis autem in quovis casu auxilium sui S. Juvenalis experiantur cives; firmior tamen solito eorum fiducia apparuit anno MDCXLI, quando, dissidentibus de tutela Regiæ suæ Celsitudinis Caroli Emanuelis, Regia Domina Christiana Francica cum Sereniss. Principibus cognatis suis, oppugnabatur Pedemontium armis Francorum & Hispanorum. Dum enim Eporediam, à Principibus occupatam, obsident copiæ, nomine Ducissæ viduæ auctoratæ; illorum miles, Cuneum, Mondovicum & Cevam insidens, sub Marchione Binascensi Philiberto de Carrette, per dies aliquot excurrit circum hanc civitatem; sive ut adversariorum Eporediam obsidentium vires diverterent, sive (ut magis credebatur) in

& an. 1641 à metu obsidionis.

B

occasionem intenti ipsum locum occupandi, annona & frugibus ibidem collectis plenum. Erat in magno timore civitas, ægre vim si fieret propriis viribus repulsura, licet multum fideret vigilantiæ & generositati sui Gubernatoris, qui tunc erat D. Marchio Carolus Opertus. Verumtamen ubique audiebatur hæc vox invicem se animantium civium, S. Iuvenalis adjuvabit nos. Interim adfuit ejus festivitas: dumque sacrum Caput circumfertur, lætus campanarum sonus, in belli signum conversus, procedentem pompam stitit. Sed tantum abfuit ut eo consternarentur cives, ut potius inflammarentur animis, nec dubitarent adfuturum sibi contra perturbatores festi auxilium ejus Sancti, qui suos semper solebat defendere. Ergo alacriter ad muros curritur, parantur defensioni opportuna omnia, nec deerant qui susurrarent visum in mœniis Episcopum ad eorum custodiam. Ut ut sit, post biduum cœptæ obsidionis, adfuit, circa tertiam noctis horam, D. Comes de Plessis-Pralin, Superintendens Franciæ, cum guardia Ducali; & post velitationem levem, actos in confusionem obsidentes trans Sturam pepulit, atq; honorifice receptus in urbem est.

C

63 Quod porro sequenti anno MDCXLII accidit, in eadem processione S. Juvenalis, miraculi instar visum est habere. Cum enim more solito, & maximo Cleri populique concursu, circumferretur sacrum Caput, milites in castro præsidiarii exivere in occursum optimo ordine; dispositique per forum, salutaverunt, explosione suarum quique fistularum, transeuntem sub umbella Reliquiam, sed animis adeo solutis & cautela vacuis, ut plumbeæ glandes umbellam perforarent, earumque plures transierint per vestes & superpellicium Parochi Cathedralis, umbellam portantis, nec non Diaconi ac Subdiaconi assistentium Canonico d. sacri Capitis gestatori: qui etiam ictus senserunt in tibiis; alioque duos stricti transeuntes frontem & crura: inventaque est una ipsarum glandium humi jacens adhuc calida: nec tamen omnino quisquam fuit vel in minimo læsus. Quare incunctanter judicatum est, fieri non potuisse, ut tot letiferi ictus caderent incassum, nisi interveniisset protectio S. Iuvenalis: quapropter de hac ipsa formatus est processus authenticus.

& 1642 à periculo mortis plures glandibus ejusdem tacti.

AUCTORE D. P.

CAPUT VIII.

Narnienſium & Foſſanenſium hiſtoriæ de tranſlationibus S. Iuvenalis, diu poſt ex populari traditione ſcriptæ & parum ſolidæ.

64 *Eorum qui paulo superioribus ab hoc nostro seculis, de rebus antiquis scripsere historias, nullis antiquiorum monumentorum ipsisque coævorum relationibus subnixas, sed soli narrationi populari, inter tradentium narrationes facillime alterabili; mirum quam sæpe indiscreta credulitas in recipiendis auditis, aut imprudens temeritas fuerit in comminiscendis, ut cuique commodum videbatur, personarum, temporum, locorum & actionum circumstantiis: quæ nisi accurato discutiantur examine, magnas afferunt historiæ sacræ ac profanæ tenebras, cum inde sumuntur velut indubitatæ veritatis argumenta ac testimonia, quæ vix ad medium infimumve fidei faciendæ gradum recipi merebantur. Hujusmodi videntur mihi esse ea quæ de S.* Juvenalis Narniensis *translatione, seu Lucam, seu Fossanum, ex Narniensium Fossanensiumque scriptis supra dedimus; & quæ prius considerari debent, quam controversiæ inter ipsos agitatæ cognoscendæ intendam: ne (quod factum inter eos hactenus) dimicemus in tenebris.*

Ut solent cetera ejusmodi alia,

ita etiam ipsa multam coriam mixtam habent.

E

65 *Quod attinet ad Narniensium relationem (de qua examinanda nihil solicitos Fossanenses esse video) nihil est quod suadeat scriptam fuisse ab auctore coævo, aut coævorum vestigia fideliter secuto; tantam autem ubique invenio in ea rerum ac circumstantiarum incongruentiam, ut tribus minimum post rem gestam seculis vixisse debuerit, qui tam parum similia vero scripserit. Dicit is* Adalbertum, *Tusciæ* Marchionem, *Romam euntem ad Pontificem (potuit id factum esse anno* DCCCLXXX, *quando per* Joannem VIII *fuit ab excommunicatione solutus, cui octennio subjacuerat) non fuisse receptum à Narniensibus; contra quos magis etiam Romæ sit exacerbatus, liberiori responso præsentis ibidem a Narnia Demetrii; itáque vindictam cogitasse, cum totius civitatis exterminio exercendam: & quod cogitaverat effectui mancipasse, statim à Pontificis morte (obiit autem Ioannes anno* DCCCLXXXII) *urbem obsidendo: atque igne immisso tentando eversionem Pontis ab Augusto fabricati. Sed hic ex solido marmore firmissime fabricatus, quid timere sibi ab igne poterat?*

In Narniensi displicet,

Adalberti conatus ad incendendum pontem,

66 *Leve est hoc; inconvenientius quod sequitur. Sentiebat Adalbertus,* SS. Juvenalis, Cassii, & Faustæ *Patronorum subsidio fultos Narnienses expugnari non posse; & consilium audiebat accipiebatque de isto quasi Palladio illis subducendo, ita facilem fore victoriam. Prudenter hactenus; sed quis non expectaret consequenter audire, dolo aliquo subductos Sanctos, dein urbem occupatam? Interim prorsus contrarium legimus. Nam primo occupasse urbem Marchio legitur, tum etiam templum spoliasse: occupasse autem sub specie simulatæ pacis, petitique exercitui per eam transitus, redactis tali occasione in potestatem portis. Amentes fuisse cogitet Narnienses necesse est, qui credere potuit, tam insanam eis pacis cupiditatem fuisse, ut paulo ante infestissimum hostem cum suo exercitu consenserint intra civitatem admittere, creditis fidei ejus portis. Urbe autem capta, quid opus avehere corpora, quæ sicut nihil profuissent illi quo minus caperetur, sic nec timeri debebant ne quietæ possessioni officerent? Ut quid deinde* S. Juvenalis *ultro surrexit è tumulo, sanguinem sudans, ac deinde sui auferendi copiam faciens? An ut intelligeremus non solum protectionis pristinæ immemorem noluisse juvare suos; sed etiam offensum deseruisse afflictos, & victorem sequi voluisse? Merito igitur pictor Fossanensis, aut quisquis manum pingentis direxit, credere noluit rem ita gestam (si tamen ita gestam*

F

modus occupatæ ac spoliatæ ab eo Narniæ,

& Sancti egressus spontaneus,

AUCTORE D P.

audivit aut legit) ſed longe aliter eam concipiens, ſubſcripſit imagini, hoc miraculum repreſentanti, Quomodo S. Juvenalis, diu poſt mortem, exivit de monumento, paratus pro defenſione populi civitatis Narniæ contra hoſtes, qui civitatem dolo invaſerunt. *De ablatione autem corporis Lucam nihil idem videtur credidiſſe, qui glorioſam poſtea relationem pictura ſpeciali dignam non cenſuit.*

& ſanſii poſtea egreſſus ſponte-neus,

60 *Poſtquam porro Lucenſes, ad quos devectus dicitur cum ſociis* Juvenalis, *calamitatibus illis portentoſis, quæ narrantur, flagellati, didicerunt velle Sanctos ſuæ ſedi reſtitui; cur* S. Juvenalis *corpus Romam misêre potius quam Narniam, cum urbs utraq; pari intervallo diſtet Lucâ? Cur ſolum dimiſerunt* Juvenalem, *qui à SS. Caſſio atque Fauſta, pari violentia traductis retentiſque, paria debebant mala formidare? Præterea cetera quæ poſſent notari plura: ſolum addo, Lucenſes abnormiorem multo traditionem ſecutos, quando apud Fraciottum dicunt ſe ab* Rege Franciæ Philippo, Lotharii Imperatoris cognato, *accepiſſe corpora* SS. Caſſii & Fauſtæ *prædictorum anno* DCCCXLV, *optatum præmium operæ regio exercitui fortiter navatæ in expugnanda Narnia. Habuitne Francia Regem aliquem* Philippum *ante annum* MLX? *Hic vero quomodo appellatur cognatus* Lotharii Imperatoris, *cum primus hujus appellationis Imperator an.* DCCCLV *obierit, ſecundus & idē ultimus ante annū* MCXXXIII *non nominetur? Quæ autem, aut primo, quem dixi Regi Francorum Philippo, aut è quinque ſynonymis ſucceſſoribus alteri, ſuſcepta in Italiam expeditio, in qua ei ad capiendam Narniam militare Lucenſes potuerint?*

cauſa quæ Lucenſes compulerit ſolum S. Iuvenalem remittere.

Hi quoq; in tempore hallucinantur.

B

61 *Vtinam his ſanior eſſet tranſlationis Foſſanenſis hiſtoria! Hanc qui putant acceptam ex vetuſtioribus, quæ nunc perierint, ſcriptis, primo mihi fidem non faciunt tam univerſalis, quam ipſi prætexunt, excidii veterum inſtrumentorum: quippe ea fere omnia, quæ ad civitatis conſtitutionem pertinent, fideliter ſervata citantur à Ioanne Nigro toto libro tertio, qui eſt de origine & fundatione illius: & nos ipſi jam ſupra allegavimus plurima ex Archivio tam Civitatis quam Capituli, ſatis probantia quod non perierint omnia. Deinde nec inter ea quæ forte perierunt, credere poſſum fuiſſe aliquid ſpectans ad hanc tranſlationem. Nam inter monumenta Capitularia, Epiſcopo Trotto exhibita, ut ſupra dictum*, vetuſtiſſimus *eſt* liber divini Officii S. Juvenalis, cum Octava, vetuſtiſſimis pariter characteribus rubeis & nigris prolixe conſcriptus: in quo ad modum Lectionum S. Juvenalis acta & miracula continentur: *ad cujus calcem hiſtoria Tranſlationis adſcripta deberet inveniri, ſi ea tunc extitiſſet, vel ſeorſim ſcripta æque ac magis potuiſſet ſalvari. Quid quod pictor anni* MCCCCXLV, *faciens quadra illa duo, quibus Toletanum Clericum auferentem arcam ſacri corporis & liberationem ener[illegible]ena Anglæ expreſſam voluit, longe aliter utrumque ſactum debuiſſet exprimere, ſi ita habebatur deſcriptus, quo[illegible]m exprimit Compilator; quem vel hinc intelligere poſſumus ne quidem veteri traditioni, ſecundum quam proceſſit pictor, ſatis fideliter inhæſiſſe; ſed eam vel accepiſſe variatam, vel ex ſuomet judicio variaſſe, ut hiſtoriam conciunaret.*

Nec fidelior relatio Foſſanenſium,

nulli veteri ſcripto innixa,

C

& contravic picturis antiquis

62 *Quod ſi nihilominus perſiſtat aliquis, & omnino velit Summarii auctorem habuiſſe alia anteriora quæ ſequeretur ſcripta; dicam, ea (niſi infideliter ſint à Compilatore expreſſa) dicam, inquam, ea falſa probari, & Foſſanenſibus teſtibus oculatis convincam. Viderunt hi, cum anno* MDCXX *accuratiſſima inſpectione explorarent arculam, & ſingula intus contenta jurati deſcriberent,* partem lateris (*ut num.* 18 *legitur*) palmum unum largam, cui inſculptum eſt grandibus litteris Hoc EST CORPUS JUVENALIS CONFESSORIS. *Compilator vero num.* 36 *inſcriptionem ſic expreſſit.* HIC IACET CORPUS SANCTI JUVENALIS, PRIMI EPISCOPI NARNIENSIS: *&, quaſi necdum ſatis in hoc titulo triumphans de Narnienſibus, quibus alium* Iuvenalem, *ſed poſteriorem &* Martyrem, *haud illibenter concedunt Foſſanens, eamdem inſcriptionem repetens num.* 41, *addidit;* ET CONFESSORIS: *quæ alteratio ſenſus & verborum, ut eſt ignoſcenda ei qui ex ſola traditione ipſam didicit inſcriptionem, ita non potuit in auctorem cadere qui ſolum certo cognita exploratáque ſcribere voluiſſet.*

ac titulo in arcula reperto,

D

63 *Idem Compilator num.* 36 *ait, quod Clericus, ſacri prædo corporis,* ipſum repoſuit in ferream capſam, adjunxitque copiam Legendæ & Officii: *eamdemque deinde ait ſic fuiſſe reperiam in eccleſia S. Mariæ de Salice, Romaniſiumque ac demum Foſſanum tranſportatam: haud dubie indicans capſam illam nuceam, ferro obarmatam, quæ ſola trans cratem Foſſani ſpectabatur, quamque Romaniſii aut ibidem fuiſſe confectam (eo forte quo capella picturis ornata eſt anno) ſatis indicant* Sanctorum Mariæ & Iuvenalis imagines *in fronte picta, utpote Patronorum Collegiatæ olim Romaniſienſis & nunc Cathedralis Foſſanenſis. Neſciebat ſcilicet Compilator, intra jam dictam ferratam contineri buxeam capſam aliam, longe vetuſtiorem, in qua primitus allatum inventumque fuiſſe ſacrum corpus res ipſa declarat. Ad* Legendam *quod attinet, eam ipſe fortaſſis eſſe credidit quæ ſervabatur in archivio: ſed ea ſi intra arculam prædictam fuiſſet inventa, in eadem relicta foret, ſimul cum indice nominis latere, ad faciendam poſteritati fidem, quod Reliquiæ non ſolum eſſent* S. Iuvenalis, *ſed* Iuvenalis Narnienſis, *& quidem* primi Epiſcopi ac Patroni: *vel ſi eam placuiſſet extra capſam ſervare, aliquod tantæ auctoritatis indicium vel ipſi libro fuiſſet adſcriptum, vel ad eorum notitiam perveniſſet, qui eum in tali cauſa exhibuerunt Epiſcopo, nulla facta mentione ſimilis traditionis de libro intra arcam reperto.*

in eadem diſplicet mentio capſæ ferratæ,

& Legenda Narnienſis Iuvenalis inſtus reperta,

E

64 *Pari fere evidentia, qua later, intra arculam etiam nunc conſpiciendus, arguit exiguam fidem ejus quæ habetur narrationis, eadem argui poteſt ex originali* membrana conventionis initæ in clauſtris eccleſiæ S. Iuvenalis de Romaniſio, ſub die XXV Octobris MCCXXIX, *cujus meminimus num.* 43. *Nam ſi anno* MCCXXIII *die* VIII *Iunii, quando ſanatus eſt* Claudus *ille Hibernus, ut habet authenticum teſtis oculati ſcriptum ſuperius exhibitum, adhuc erat Narniæ corpus* S. Iuvenalis, *& annis aliquot in eccleſia S. Mariæ de Salice defoſſum latuit, ac deinde ædificata eſt* S. Juvenalis eccleſia Romaniſii, *à qua demum appellationem traxiſſe debuit adjunctum eccleſiæ ipſi clauſtrum: quis credat ad iſta omnia ſufficere ſpatium quatuor aut quinque annorum? & non potius exiſtimet illud* S. Iuvenalis corpus, *cujuſcumque tandem ſit, in honore & cultu apud Pedemontanos fuiſſe, multo prius quam Narniæ ſanaretur claudus? Adde quod non ſit veriſimile, diſſentionibus ac bellis inter Sabaudos & Taurinenſes tunc vel maxime ardentibus, aut novam eccleſiam ædificatam fuiſſe in loco ad omnes hoſtium incurſus patenti, ob quas ipſemet poſt annos circiter triginta dimittendus ab incolis fuit; aut Anglos, qui Romam tendentes longe commodius marinum iter tenuiſſent, per terras adeo inquietas & alpinarum viarum difficultates, iter inſtituendum cenſuiſſe,*

item annus 1223 prætenſa tranſlationi adſcriptus.

F

65 *Habet igitur etiam circumſtantia temporis, quo narratur tranſlatus Narnia in Pedemontium* S. Iuvenalis, *ac modus difficultatis haud parum; nec minus incongruentia ad veri ſimilitudinem habet modus, quo facta narratur à Compilatore. Nam ſi Ioannes ille, Narnienſis eccleſiæ ſpoliator ſacrilegus (quod ipſum difficile creditu eſt de ipſiusmet eccleſiæ Canonico, ut pariter tanto ſcelere ſe obſtringere & beneficium perdere voluerit) ſi, inquam uti dicitur, neminem Narniæ habuit facti conſcium, præter Subſacriſtam (cui ſilentium neceſſarium faciebat timor commeriti certoque ferendi ſupplicii ſi res innoteſceret) ſi furti auctor nec in morte quidem ſuis famulis voluit quidquam aliud indicare quam quod in capſa haberentur oſſa alicujus mortui, quæ una cum ſuis in alteram capſam reponendis vellet Toloſam tranſferri; ſi denique famuli illi, prohibiti id facere miraculo equi reſtitantis, utramque capſam clam omnibus defoderint in eccleſia S. Mariæ de Salice, & nemo quidquam de S. Iuve-*

furti à Canonico Narnienſi patrati,

A *S. Iuvenali cogitavit antequam ejus indicium faceret dæmon; unde quæso didicit auctor seriem rerum adeo occulte gestarum? Vnde factum, ut appellante* Iuvenaluccium *dæmone, nec aliud quidquam addente, effringendum sibi pavimentum putaverint homines, ut istic sepultum quærerent, qui ejus nec nomen quidem eatenus audierant, nec de sepultura quidquam norant?*

& causa quæsiti sub terra corpo. ris,

66 *Porro Romanisiensium migrationem describpturus compilator, factam eam ait*, cum anno MCCLIII incursionibus Saracenorum multum affligeretur Pedemontium: *quod rursum habere non potuit nisi ex vulgi relatione, tempora, ut solet, & res confundentis. Nam* Saraceni *eas quidem regiones valde vexaverunt, occupato Fraxineto inexpugnabili pene castro, & Mauro monte munito, prout legitur in historia Luitprandi Ticinensis tum viventis; sed quod ii ultra annum millesimum istic aut in vicinia hæserint, nulla probari potest melioris scriptoris auctoritate, uti videre est in Historia Niceensi, auctore Petro Ioffredo impressa Taurini anno 1658 cap. 13 num. 5. Quare si migrationi anno prænotato causam dedere bella, non alia fuerunt quam civilia, quæ* Casalenses & Papienses anno MCCLII in Taurinenses moverunt, *quando* Ioannes Episcopus captus ab illis, & à Thoma Sabaudo multa pecunia redemptus, castrum Montisoli adversus Astensium & Chariensium insultus sustinuit & servavit: *anno autem* MCCLIV, *commisso cum Astensibus atroci prælio* ad montem Brunum, adverso marte captus Thomas *ipse fuit*, & in vinculis diu detentus, *uti scribit Philippus Pignonius in sua Augusta Taurinorum.*

ac Saracenorum metus migrationi prætensus.

B 67 *Erat autem Fossanum quadamtenus dependens ab Astensium jurisdictione, uti ex eo apparet, quod hi, aliquot annis conati impedire suspecta sibi Fossani incrementa, tandem* anno MCCLI Potestatem sive Prætorem suum misere cum sex legatis, qui Syndicis Fossanensibus conferrent investituram eorum omnium quæ possederat Communitas Romanisii, omniaque pacta & statuta desuper Fossani confecta rata esse juberent, *uti scribit Niger lib. 3 cap. 3. Vbi etiam allegat marmoreum lapidem, Sarmatoriæ portæ cum ædificaretur insertum, ex quo constat, quod* In nomine Regis Regum & Reginæ Cœlestis ac S. Georgii Patroni, fundatus est locus Fossani, anno MCCXXXVI die VII Septembris, sub Regimine D. Manfredi Lanceæ Marchionis & Bartoldi de Nono. *Narrat deinde idem Niger, quomodo paulo post Romanisienses, Dominorum suorum pertæsi, propter severiorem exactionem jurium, præsertim primæ noctis in casu nuptiarum, ad eos occidendos & evertendum funditus castrum conspirarint: patratoque scelere & Fossani opportunitate explorata, edixerint sub pœna capitis, ut suis ædibus solo æquatis omnes illuc migrarent. Quæ si vera sunt, certum est & tempus & causas transmigrationis Romanisiensis ignoratas fuisse à Compilatore: sin fabulosa, certum tamen est, exemplum migrandi quod Romanisienses ded int acceptum fuisse ab aliis successive familiis nobilibus & communitatibus, anno* MCCXL *& sequentibus, non vero uno omnes consilio in id conspirasse: hoc enim probant pacta conventa, modo cum his, modo cum illis, qui jus Fossanensis habitationis ambiebant, ibidem à Ioanne Nigro de anno in annum allegata. Iam vero sicut verosimile est pecuniam, olim collatam ab Anglicana Principis comitatu, non ultra valuisse quam ad fundationem capellæ unius, nec fuisse Canonicos & Præpositum Romanisii, quin suam ipsi haberent Collegiatam ibidem ecclesiam, cui capella ista accesserit; contra quam sequitur ex narrationis præmissæ serie (nisi malimus credere erectionem Capituli fuisse translatione ipsa S. Iuvenalis & ædificatione ecclesiæ posteriorem, quod fortasse est verius) ita omnino est certum, Dominos à S. Iulia male asseri fundatores ecclesiæ Collegiatæ Fossanensis, cum viderimus eorum heredes in solam capellam S. Iuvenalis vindicare sibi jus Patronatus.*

item tempus ejusdem migrationis,

cum diversa omnia in suis monumentis inveniant ipsi Fossanenses.

C

aque temere asseruntur Domini S. Iuliæ fundasse Collegiatam.

68 *Denique affirmat compilator, sacrum* S. Iuvenalis corpus *fuisse* in sua capella repositum; sed illius caput, justis de causis inde separatum, servari seorsim in sacristia cum debita reverentia, ut facilius circumferri in processionibus, & fidelibus devote requirentibus possit monstrari. *Hoc autem oculari fide rursum redarguunt tot jurati testes, quot anno* MDCXXII *adfuerunt recognitioni reliquiarum inventarum in arcula, interque ossa grandiora numerarunt ossa capitis, puta cranii & mandibulæ. Vt omnino fatendum sit, statuam illam argenteam, quæ servatur in sacristia, ut supra dicitur, servitque ad usus processionum & similes alios, meram esse statuam, uti sunt aliorum Sanctorum alibi passim; nec quidquam ex sacro corpore continere, nisi forte exiguam aliquam particulam, quod Fossanensibus examinandum relinquo. Atque hinc apparet quam merito supra potuerim similiter opinari, Compilatorem ex mera conjectura asseruisse, quod Legenda & Officium S. Iuvenalis una cum corpore fuerint allata; quia eorum exemplar aliquod videbat in sacristia; sicut ex conspecto in eadem sacristia capite argenteo conjectavit & dixit, caput à corpore separatum haberi.*

AUCTORE D. P.

& caput Sancti exemptum ab arcula fuisse

CAPUT IX.

Verosimilior conjectura de modo prædictarum Translationum.

E

69 *Si quam est facile assuefactis ad veri falsique discrimen investigandum ingeniis, agnoscere & refutare errores scriptorum, ex populari dumtaxat traditione suarumque conjecturarum debilitate priorum temporum acta narrantium; tam etiam expeditum foret, rejectis falsis & incertis, vera certaque substituere; non fuisset nobis operæ pretium Narniensium ac Fossanensium historias integre proponere, propositasque examinare. Nunc primum faciendum fuit, ne circa res ignotas esset disputatio; nec omitti secundum potuit, ne gratis videremur rejicere argumenta, ex iis sumpta sumendave pro parte alterutra, de possessione* S. Juvenalis, *primi* Narniensium Episcopi, *contendentium. Hac autem in controversia præfari velim, utrique parti æqualiter amicum me, & utrique æqualiter obligatum esse, proinde in neutrius favorem inclinari sive alterutrius injuria posse. Favorem ergo, qui etiam alias ab hoc opere deberet removeri procul habentes, Veritati scribimus, nec à veritatis amatoribus timemus offensam, dum aliquid eorum præjudiciis dissonum asserimus; ita animo comparati, ut continuo velimus mutare sententiam, ac certius aliquid objectum nobis fuerit.*

Tot erroribus in historia deprehensis

possumus ei diffidere,

70 *Sub hac protestatione, cum bona Narniensium atque imprimis Fossanensium venia, nego me niti posse translationum historiis jam relatis, nisi quatenus ipsæ habere videntur aliquod in veritate fundamentum, ut fere solent traditiones historicæ omnes, in substantia plerumque veræ, in circumstantiis per ignorantem conjecturam additis sæpe nec verosimiles quidem. Existimo autem rem sub* Adalberto Tusciæ Marchione *sic accidere potuisse, ut post mortem* Joannis VIII *cito resiliens à jurata Ecclesiæ Romanæ fide, redierit ad ingenium; & Narniam, Apostolici patrimonii urbem, quam manifestus hostis aliquando frustra obsederat, & defendentibus eam Sanctis suis Patronis obtinere nequiverat; sub prætentu pacis amicitiæque securam fraudulenter ceperit, spoliaveritque, non tantum profanis, sed & sacris thesauris, ipsas Sanctorum corporum arcas auferendo Lucam. Hujus tantæ calamitatis præmonstrationem præcessisse crediderim, cum alicui Mansionariorum, in ecclesia Cathedrali pervigilantium, visionem illam terrificam obtulit, qua Sanctus Iuvenalis visus est è suo evolare sepulcro, & qua volabat stillantis sanguinis deciduo rore humectare pavimentum: atque hoc fuerit quod confusa continebat traditio, verbis & picturis expressa superius: non quod reipsa tale aliquid contigerit, sive cum urbs liberata fuit ab obsidione, sive cum postea capta fuit & hostibus inspectanti-*

& opinari rem Narniæ sub Adalberto longe aliter actam,

AUCTORE D. P.

bus: quæ duo tempora, notabili intervallo dirimenda, parum apte conjuncta sibi invicem fuerunt ab historiæ istius scriptore: cui nescio an crèdere debeam de causa restitutionis, & non potius opinari, quod cum rursus ecclesiæ pacem ambiret Adalbertus, *non aliter eam impetrarit à Pontifice, justis Narniensium querelis moto, quam sub ea conditione ut saltem corpus* S. Iuvenalis *Romam mitteret, inde debito cum honore Narniam reducendum.*

itemque in Pedemontio, neque jam aliud posse constare,

71 *In his ut puto nihil incongruum, nihil vero absimile offendet Lector. Simili ratione de eo quod Fossani est corpore, cujuscumque ipsum sit, à quocumque vel undecumque allatum, verosimilior mihi videtur traditio antiquior, quam secutus pictor anni* MCCCCXLV *pinxit Clericum incomitatum, in actu minantis equum, non duplici cista sed unica arcula parva onustum; qui Clericus in Villa Meyrana decubuerit æger, seque mori videns, nec revelare volens quod haberet in arcula, hospites suos prece ac pretio obligarit ut intactam illam una cum corporis sui ossibus curarent perferendam ad Episcopum Tolosanum; à quo, tam sacri muneris acquisitione lætaturo, haud indecoram sperare poterat sepulturam, & gratiam hic famam apud cives etiam se mortuo perennaturam. Ita hic obierit, & volentibus mandata explere Meyranis acciderit, ut ad ecclesiam S. Mariæ de Salice immobilis equus admonuerit scrutari d. arculam, in qua fortasis inventuri essent causam remoræ equo objectæ:*

B

quam allatũ illuc corpus

invenerint autem, teste latere, corpus Iuvenalis Confessoris: *quod reverenter in dictam ecclesiam intulerint, habuerintque in altari aut aliter in sacrario,* Clerici *Tolosani ossa ibidem humantes: quanti autem apud Deum meriti esset, tunc cognoscere cœperint, quãdo transeunte istac Angliæ Regina (qualem alia tabula exprimit) dæmõ, qui obsidebat ex ejus comitatu aliquã vociferari cœpit à* Iuvenaluccio *aduri se; & hujus arcula capiti energumenæ per manus ministrãtium ibidem Sacerdotum imposita, compulsus est male possessam habitationem dimittere. Tum vero exarserit devotio accolarum ad venerationem eatenus ignoti Sancti, & crebrescentibus miraculis ac pariter largitionibus piis surrexerit nova Romanisii ecclesia, erecto nobili Canonicorum collegio, & claustro ad horum usum ædificato honestanda: ita tamen ut multis annis, aut aliquot forte seculis prius, ecclesiam & Canonicos S. Iuvenalis habuerit Romanisium, quam de migratione Fossanum cogitaretur.*

esse alicujus S. Iuvenalis Confessoris:

quem crediderint Ep. Narniensem, 3 Maji colendum,

72 *Talia dum fierent in ecclesia S. Mariæ de Salice, ac deinde Romanisii; non poterant tanti possessores thesauri, non angi animo, solicitarique ad sciendum, quis, & qualis, & quo die colendus esset tam propitius Sanctus. Obierat Clericus, qui solus rem indicare poterat: nec præter nudum nomen & Confessoris titulum quidquam legebatur in lapide. Proximum ergo fuit ut consulèrentur Martyrologii tabulæ, per Vsuardum conscriptæ, quæ mediis istis seculi solæ ferme erant in usu quotidiano Ecclesiarum, & ex communi vulgi errore credebantur omnium qui uspiam coluntur Sanctorum nomina continere: quemadmodum hodie plerique faciunt, dum Roma vel aliunde Reliquias accipiunt; & imprudenter facere, nescio an ante nos monuerit aliquis. In illis tabulis apparuit ad* III *Maji inscriptum nomen* S. Iuvenalis Episcopi & Confessoris, *alterius autem* Iuvenalis, *per totum anni circulum, nullum erat ibidem indicium, quam* VII *Maji* S. Iuvenalis Martyris. *Ergo jam non dubitantibus, quin ejus haberent corpus, qui colitur* III *Maji, nihil pronius fuit quam concludere ipsum furtim ablatum Narnia, ubi primus Episcopus nomine* Iuvenalis *celebris habebatur, etsi omnino ignorabatur unde aut quomodo in Pedemontium pervenisset.*

C

quia alium sic dictum non inveniebant in Martyrologio:

& Acta ejus Narniæ petierint,

73 *Ex hac, tam incerto fundamento nixa persuasione, eamque secuta observatione jam dictæ diei, apud Pedemontanos factum omnino crediderim, ut dies vel expositi primum ad publicum honorem corporis, vel Romanisium translati, nulla ad posteros memoria fuerit consecratus; uti nec ea, qua postea Fossani ipsum exceptum est; magis autem laboratum sit, ut Acta vitæ & miraculorum Narnia haberentur. Hoc vero factum crediderim eodem seculo* XV, *quo capellam innovatam ipsamque ecclesiæ fabricam, ætate aut alio casu quopiam ruinæ propinquam, fuisse instauratam vidimus; atque tunc primum vel scriptum esse, vel saltem Fossanum allatum librum, cujus supra meminimus, quoque solo usum crediderim compilatorem Legendæ seu Summarii Italici, in ceteris non tam lecta quam audita vel à se cogitata secutum. Non ita fecit Ioannes Niger, sed utrumque archivium diligenter scrutatus, in iis quæ Fossani gesta sunt certiorem multo historiam tradit; excusandus in prioribus, in quibus compilatorem sibi sequendum putavit, antiquiori auctore destitutus, & de inventis Narniæ reliquiis S. Iuvenalis adeo obscura monitus fama; ut admodum exiles eas esse crediderit. Nigri vestigiis fideliter inhæsit Thomas Opertus, heroicò carmine, sane eleganti, tractans* Gesta S. Iuvenalis, Narniensis Episcopi & Confessoris: *quod carmen cum junior duobus edidisset libris, senior auxit divisitque in quatuor, ultimo complexus translationes, quales in Nigro legerat. Inscribitur autem opus totum,* Africanus Antistes: *& præfixa habens librorum summaria, à Ioanne Baptista Bonino, quinque haud imparis elegantiæ versibus feliciter descripta, Planitiarumque Marchioni (quem precipuæ nobilitatis, auctoritatis, doctrinæ ac pietatis virum gaudemus Taurini cognovisse) dedicatum, anno* MDCLXI *in lucem secundam prodiit.*

D

quod secuti scriptores recentiores.

74 *Quod porrò de consulto Vsuardi Martyrologio diximus, & in hoc fundata quadringentorum annorum traditione, de corpore* S. Iuvenalis Narniensis, *ut Fossani existente; non eget confirmatione infinitorum, quæ ex opere nostro colligi possent, exemplorum. Possum enim in genere dicere; & pro multo & longo tam meo quam antecedentium in hoc labore sociorum usu, fidem obtenturum me credo, si dixero; quod in omni passim regione, & quovis medii ævi seculo, talis praxis viguerit; unde nunc plurimæ & parum utiles inter ecclesias rixæ, indies adhuc multiplicandæ, nisi desinant ii quorum interest, acceptis Roma aut aliunde Reliquiis eum assignare diem cultus annui, quo nomina reperiuntur in Martyrologio. Vnum interim exemplum non possum præterire, quia connexum cum hac ipsa quam tractamus historia. Habetur Lucæ in ecclesia S. Frigidiani, præter corpus* S. Cassii Episcopi, *etiam corpus* S. Faustæ Virginis, *pariter ut diximus allatum Narnia.* Cassium *Vsuardus, ad usum Narniensis ecclesiæ auctus, uti & apud nos plura similiter aucti Vsuardi exemplaria notabant die* XXIX *Iunii; non fuit ergo in hoc errare facile. Sed* Faustam *neque olim peculiari festo coluerant Narnienses, neque etiamnum colunt: & tamen volebant id facere Lucenses. Consuluerunt igitur Vsuardum suum: & nullam aliam invenientes Sanctam hujus nominis Virginem, præter eam quæ, una cum S. Euilasio Cyzici passa in Hellesponto, notabatur die* XX *Septembris; continuo corpus quod Narnia acceperant, tali die venerandum decreverunt, cum Officio Virginis ac Martyris; nihil soliciti ultra quærere, qua verosimilitudine credi posset,* Faustæ Cyzicenæ corpus *ad ecclesiam Narniensem aliquando pervenisse.*

E

Sicuti autem Fossani actũ circa S. Iuvenalem, sic alibi sæpius circa alios,

& Luca circa S. Faustam.

F

ubi hæc creditur Martyr Cyzicena

75 *Miramur, nec recipimus Franciottum, quod sciens Narniæ haberi commune utriusque Sancti epitaphium, ex eoque constare ante sepulcrum* Cassii *Episcopi fuisse tumulatam ejus uxorem* Faustam, *virginem creditam à Narniensibus, licet hoc non dicat epitaphium; miramur, inquam, quod hæc sciens, ipsumque illud epitaphium recitans, dubitaverit an simul utriusque translata sint ossa: nec recipimus ita argumentantem,* Constat per traditionem numquã interruptam, & per vetustissima Fridianensis ecclesiæ Manuscripta, S. Faustam, cujus ibidem est corpus, ab immemorabili tempore cultam fuisse Lucæ die XX Septembris, sub titulo Virginis pariter & Martyris; ergo ipsum potius credi debet ejus esse, cujus tali die Cyzici passæ meminit Martyrologium, etsi nesciatur quomodo aut quando illud pervenerit Narniam; quam Narniensis Matronæ, licet hanc Narniæ vixisse sciamus, & ibidem juxta virum suum sepultam esse. *Cum autem ita argumentantem*

tantem miremur nec recipiendum putemus; quid facere poterimus Foſſanenſibus, ſimili prorſus argumentandi ratione ſuam cauſam agentibus contra Narnienſes, pro vindicando ſibi primo eorum Epiſcopo ac patrono Iuvenali; licet illi jurati oſtendant corpus integrum, ex eodem eductum ſepulcro, in quo primo tumulatum, nec Foſſanenſes quidem negare volent.

Videtur ergo Narnienſibus adjudicandus ſuus Iuvenalis,

76 *Etenim antiquiſſimum ejus epitaphium, à ſucceſſore Maximo veroſimiliter conſcriptum, teſtatur quod ipſe Sanctus ſepulcrum ſibi ſtruxerit, illud* in caute manibus ſcindens, *vel (ut poſteris mutare placuit) in* rupe cava. *Exſtructa deinde baſilica cum Confeßione eſt, non tamen propterea violatum ſepulcrum ad efferendum inde corpus: non enim miraculoſus ille liquor, qui die Sancti natali colligebatur, ex corpore aut capſa dicitur fluere: ſed* confeſſio ipſa, tam marmora quam aurum & argentum, *illa* ſudoris aqua diſtillare. *Cur autem dubitemus, quin, ſicut baſilica extructa fuit ad ſepulcrum S. Iuvenalis, ſic ſupra illud erecta Confeßio fuerit; & hæc ſit capella, quæ ſemper ſervavit & ſervat etiam nunc nomen* Corporis Sancti? *Si Adelberto, ſacrum pignus poſcenti, non potuit fieri ſatis niſi tradito illo, eaque de cauſa refigenda marmora & ſepulcrum aperiendum fuit; eodem (ut creditur) reddito, quo loco illud potius repoſuiſſent Narnienſes, quam eo ubi Sanctus miraculoſi cruoris notam reliquerat, & abſentem quoque perrexerant venerari Narnienſes, ob memoriam tot beneficiorum iſtic receptorum? Ita autem repoſito corpore & reſtitutis marmoribus in priſtinam formam renovatum ſepulcrum, minime facile apertu fuiſſe perſuadet ejuſdem hoc ſeculo facta retectio.*

cujus fuerit iſtud verum ſepulcrum

in quo nuper reperta ſunt oſſa,

77 *Omnino autem non fuiſſe depoſito venerabili viduatum, nec parvas ſolum Reliquias corporis Narniæ exiſtere ſed integrum corpus, tam neceſſario cogor credere productis ſupra teſtimoniis oculatis Narnienſium; quam juratæ Foſſanenſium aſſertioni, ſua in arcula haberi præcipua humani corporis oſſa, quod oppoſitus titulus lateritius (idem veroſimiliter cum quo primo poſitum fuit in ſepulcro) indicabat eſſe* Iuvenalis Confeſſoris. *Solent nunc ferme homines, & rudioribus ad res perſonaſque diſtinguendas ſeculis ſolebant fere ſemper, ad unum notum præ ceteris nominis alicujus Sanctum referre quidquid de Sancto aliquo ejuſdem nominis citra ulteriorem determinationem legunt vel audiunt, idque in cauſa Reliquiarum eo pronius, quo optabilius cuique videtur eas eſſe Sancti quam maxime illuſtris & famoſi. Idem Foſſanenſibus eveniſſe putamus, & hinc factum eſſe, ut pro ejus quem vere habebant* Iuvenalis, *ſed ignoti quoad cetera, cultu, aſſumerent cultum* S. Iuvenalis Narnienſis, *ex Martyrologiis & aliunde cogniti.*

neque hæc alterius quæ Patroni urbe.

78 *Contra hanc definitionem opponi poſſunt varia, quæ Narnienſibus objicit Ioannes Niger, ſed talia ut æſtimem, ipſimet facile occurſurum quid reſponderi ad ſingula debeat poſtquam hæc legerit. Vis præcipua verſatur in diſtinctione duorum Epiſcoporum ejuſdem nominis, recentius excogitata, & nimis facile recepta à partibus, tamquam unico dirimendæ controverſiæ medio. Sed infeliciter. Sicut enim certum eſt* Narnienſes *unum ſolum coluiſſe* Iuvenalem, *qui fuit ipſorum* primus Epiſcopus *& die* VII *Auguſti defunctus, præcipuam tamen venerationem habet die* III *Maji, ſive is* Confeſſor *fuerit ſive* Martyr: *ita, merito exiſtimant* Foſſanenſes, *ſi vere alicujus* Iuvenalis Epiſcopi Narnienſis *corpus furari voluit ac potuit Tholoſanus Clericus, voluiſſe & revera attuliſſe corpus ejus, cujus noverat miracula, & ad cujus ſepulcrum videbat populum Narnienſem proſterni. Sed hoc feciſſe aut omnino Narniæ fuiſſe aliquando illum, nulla probant idonea monumenta, uti patet ex redargutione errorum in ipſa tranſlationis hiſtoria notatorum, ob quos ei merito fides abrogatur, præſertim in iis punctis quæ demonſtrantur ex mera conjectura credi cœpiſſe, qualis eſt Clerici illius Canonicatus in eccleſia Narnienſi, & conſpiratio ipſius & Subſacriſtæ ad ſacrilegiũ, cum certa jactura beneficii & graviori complicis periculo.*

à quo alius Iuvenalis nihil facit ad quæſtionem.

AUCTORE D. P.

CAPUT X.

De qualitate S. Iuvenalis Confeſſoris Foſſani, veroſimilior conjectura.

Sumendo titulum Confeſſoris in propriiſſimo ſenſu,

79 *Satis ſit ergo Foſſanenſibus à quatuor ſeculis poßidere divinitus ſibi conceſſum Patronum, eoque habeant cariorem, quod ſibi ſolis poßint æſtimare proprium; non diſtractis aut diviſis inter plures ſuffragiis impenſurum ſibi, quidquid apud Deum poteſt; cum poſſe plurimum oſtendant miracula gratiaque, quas populo Foſſanenſi conferre non ceſſat; nec conferre ceſſabit, etſi eum deſinant colere ſub litigioſo titulo* Epiſcopi Narnienſis. *Præ hoc mihi longe glorioſior videtur eſſe titulus* Confeſſoris, *eo ſenſu, ut plane exiſtimo, mortuo appoſitus, ut nulli Narnienſium Epiſcoporum ſit communicabilis: cum eo in primigenia ſignificatione accepto, intelligatur fidei cauſa carceres aut exilium perpeſſus, eiſque immortuus. Nec enim ſex primis aut octo ſeculis puto quemquam cum hoc titulo ſepeliendum fuiſſe, niſi qui ſic obiiſſet; etſi jam pridem & nunc etiam in communi ſermone & eccleſiaſtici cultus ratione omnes* Sancti *vocentur* Confeſſores, *qui morte incruenta cæleſtem gloriam ita ſunt adepti, ut meruerint titulum ſanctitatis.* E

poteſt S. Iuvenalis Foſſanenſis,

eorum qui ſub Hunerico ex Africa pulſi exules obierunt,

80 *Tales quales jam dixi, veri nominis* Confeſſores *multos Corſica & Sardinia, nonnullos haud dubie etiam Italia habuit tẽpore perſecutionis Wandalicæ ex Africa pulſos, etiam Epiſcopos, qui ignobilibus in locis vitam exigentes aut ad ea poſt mortem tranſlati, ratione patratorum miraculorum qualemcumque cultum habuerunt olim aut nunc etiam obtinent, pro locorum conditione obſcurum & ſolis vicinioribus notum. De* Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo *teſtatur Gregorius Taronenſis, exulem ſub Hunerico Rege defunctum apud Albigenſes in Gallia. De* SS. Florentio & Vindemiali, *ex Corſica tranſvectis Tarviſium, egimus die præcedenti: ibidemque indicavimus de alio* S. Florentio Epiſcopo, *forſan* Seminenſi, *ex Provincia Proconſulari, in Corſicam ſub eadem perſecutione relegato, cujus inde corpus miraculo Campigliam allatum credatur; adeo interim (quod ad rem noſtram præcipue facit) parum celebris, ut cum ab urbe Senenſi, in cujus territorio aut ſaltem confinio oppidum illud eſt, prima ejus ad nos cognitio perveniſſet, & majorem poſtea requirerem à P. Sebaſtiano de Comitibus, Faſtorum Senenſium editore, faſſus nobis ingenue ſit, ejus nomen ex noſtris primum litteris ad ſe perlatum, cum antea de eo numquam inaudierit.*

unus credi & quidem Epiſcopus,

81 *Quid ni ſimiliter liceat opinari,* Juvenalem *aliquem ex Africanis Confeſſoribus, tam Epiſcopis quam Clericis laicisve, poſt carceres & quæſtiones fidei cauſa toleratas, depoſito corporis ſui honeſtaſſe aliquam ruralem eccleſiam, in eo terrarum tractu, qui Romanum agrum inter & Pedemontium jacet; quæque temporum aut bellorum injuriis male cuſtodita ac forte ſemiruta, invitaverit Toloſanum peregrinum ad tentandum furtum, ut multi ſibi medio ævo perſuadebant, pium? Itaque exiſtimabimus effractum eſſe, quod forte ſub* S. Iuvenalis Epiſcopi *titulo inveniebatur altare; repertaq; ibidem, cum latere nominis indice, oſſa at cineres; quos qui abſtulit repoſuerit in arculam illam buxeam, quam inter ſarcinas ſuas habebat; ad alios longe uſus confectam, ideoque profanis dumtaxat armati equitis duarumque puellarum imaginibus ornatam, eique inſcripſerit, ſupra equitis humeros,* S. Juvenalis Eps. *Qui poſtquam factum morte luit, quia forte lucri turpis cauſa potius quam religionis intuitu Sanctum è loco ſuo abſtraxerat; videntur Villa-meirani, inter quos obiit, effregiſſe ſeram arculæ, cujus clavis non inveniebatur; ut viderent num vere ſacrum aliquid in ea reperiretur: ſeraque per hoc jam reddita inutili, cingulo illo coriaceo, colligaſſe: & curatori eccleſiæ S. Mariæ del Salice tradidiſſe aſſervandam.* F

ſub alicujus deſolatæ eccleſiæ altari repertus,

& inde in Pedemontium ablatus.

AUCTORE D P

Id quam facile sic fieri potuerit,

91 *Nihil hic apparet captu crediuque difficile ei, qui viderit, quam sæpe negligenter quibusdam in locis, non tantum ruralibus, sed etiam urbanis, habeantur Sanctorum quorumdam corpora. Cum anno* MDCLX *die* XXIX *Novembris Pisaurum advecti, vetus S. Cassiani templum, olim Cathedrale, tunc solum parochiale, essemus ingressi; monstrata est nobis lignea capsa, olim haud inele anter picta; tunc vero, vitiatis detritisve ævo coloribus, vix digna quæ inter sacras haberetur. Hæc supra armarium quoddam temere reposita, ac ne operculo quidem ligneo ad excludendos pulveres tecta, per cratem, non ferream, sed ligneam & carie exesam ac locis nonnullis fractam, spectanda dabat caput & ossa præcipua cujusdam* S. Lamberti Martyris, *cujus festum dicebant qui aderant agi in illa ecclesia* XVII *Septembris, eo quod crederetur etiam fuisse* Episcopus; *& consulto Romano Martyrologio, unicus dumtaxat inveniebatur tali die* Lambertus *simul* Episcopus & Martyr; *nempe celeberrimus hujus nominis Trajectensis Antistes, ad cujus sepulcrum miraculis notissimum Leodiensis locus, qui vicus antea ignobilis erat, accrevit in urbem unam ex maximis Belgicarum & Bononiæ Italicæ comparandam.*

ipse vidi Pisauri, ubi corpus cujusdam S. Lamberti Martyris,

B

92 *Hunc ergo se habere sustinent Pisaurenses: neque profuit quod tunc ipsis & postea eorum Episcopo Romæ significaverimus, manifeste errari; non tantum quia corpus* S. Lamberti Trajectensis *sit Leodii, idque certissimo constet: sed etiam quia ab hoc diversum esse Pisaurensem, satis indicant versus, quamvis semitriti, in lateribus arcæ descripti, quibus dicitur ossa illa fuisse Pisaurum illata, & in capsam istam reposita, sub Pontificatu Pii* II *anno* MCCCCLX, *à Duce Alexandro Sfortiæ filio, qui ea advexerit ex Basques, id est Vasconiæ regione, totius Galliæ quam longa est interjectu à Belgis remota. Ut autem sacra ossa omnia observante nemine auferrentur (nam hoc volebam probare de S. Iuvenali Fossanensi esse credibile) solum opus foret prætextu aliquo aditum dari in sacristiam; ad quam receptus non longiori egeret ad furtum patrandum temporis spatio, quam dum incuriosus & nihil tale metuens sacrista, dimisso intus hospite, candelas in altari accendendas pro Missa aut vinum è domo vicina quæreret.*

male creditum esse Trajecten. Episcopi, negligenter servabatur:

93 *Quid dicam quomodo Florentiæ anno* MDCLXII *die* XIV *Februarii, in amplam pulchramque S. Miniatis ecclesiam, sed quia arci nunc includitur desolatam, intromissi à prætidiariis militibus, & arbitrio nostro cuncta lustrantes, intromissis sub aras ornatu omni nudas capitibus manibus que, viderimus ac tetigerimus arculas marmoreas plures, ex quibus arte aliqua reseratis facillimum fuisset educere lipsana intus deposita, si sui fuisset animus, qualem habuit Tolosanus ille clericus, ad furtum abuti libertate ea quam dabat vitæ ecclesiasticæ professio, apud militares viros, talium incuriosos, extra suspicionem posita? Hæc placuit adducere exempli causa, ut cum in urbibus adeo nobilibus tales contingat offerri commoditates subducendi sanctorum corporum aliquod; nemo credere cunctetur id fieri potuisse in aliquo forsitan ignobili aut desolato pago, ubi istius, qui nunc Fossani Patronus meritissimo colitur,* S. Juvenalis corpus, *æque indiligenter custoditum detinebatur.*

C

sicuti & in templo S. Miniatis Florentiæ corpora alia.

94 *Verum inquies, si credebant Narnienses, in eo quod sancti Corporis appellabant & frequentabant sacello, sese revera possidere corpus sui Patroni, cur non sese omni modo opposuerunt Fossanensibus, quos eumdem arrogare sibi, discere poterant vel ex peregrinis, post adoratum Fossani* S. Iuvenalem, *Narnia transeuntibus Romam? Cur tot seculis neglexerunt aperire sepulcrum, quod contrariam sibi assertionem posset exhibito corpore redarguere manifesto? Respondebunt credo Narnienses, adeo de possessione securos fuisse majores suos, ut quæ de Fossanensium forte audiebant opinione, sibi putarent contemnenda: quemadmodum Leodienses (ut in exemplo proposito maneam) numquam se commoverunt propter Pisaurenses, asserentes sibi S. Lambertum Trajectensem. Vt autem propterea sepulcrum illud referarent, quod majorum pietas diligenter occluserat: non poterat eis videri conveniens. Rem probo exemplo uno ex multis. Inter Brixienses Episcopum & Abbatem, atque adeo inter ipsos cives in partes scissos, ut dictum parte* 3 *Propilæi ad* 2 *tomum Aprilis, gravissima controversia extiterat, propter corpora in ecclesia S. Faustini ad sanguinem anno* MCLXXXVII *reperta & elevata, tamquam si essent SS. Faustini & Iovitæ Patronorum Brixiensium; quia hæc pridem inde translata fuisse ad ædem Abbatialem S. Faustini majoris, pro certo credebatur à plerisque, & merito; non tamen propterea actum est ut aperiretur tumba quæ semper fuerat in honore. Eadem controversia, Pontificis summi interventu compressa potius quam sedata, aliquoties recruduit: non tamen ante annum* MCCCCLV *reserata vetus tumba est; idque alia prorsus ex causa; cum scilicet ipsa Civitas elegantiorem arcam fabricandam & solennem translationem faciendam censuisset. Hoc autem non valuit in Narniensibus ad persuadendam sepulcri apertionem, quamdiu nihil de facienda translatione cogitantes cives, contenti fuerunt sacello seu confessione, cujus ornatus innovari semper poterat intacto quod subtus erat sepulcro.*

D

Satisfit objectioni contra Narnienses facta,

exemplis Leodiensium & Brixiensium.

E

95 *Positis in hunc modum contentionibus, quæ inter* Narnienses *ac* Fossanenses *versantur, dum his suus asseritur* S. Iuvenalis, *commune nihil habens cum Narnia; haud erit difficile ipsos inter se* Narnienses *componere, disputantes, unusne an duo fuerint ipsis Episcopi* Iuvenales. *Nam si illos Gregorii auctoritas movet, considerare debent hunc ubi agit de* S. Cassio, *ad* S. Iuvenalis Martyris *sepulcrum ex more orante, non posse intelligi nisi de urbis ipsius* Patrono: *qui idem S. Probo Episcopo Reatino apparuerit, quemadmodum hujus nepos, itidem Probus dictus, narrare consuevit ipsimet Gregorio. Hunc vero censemus more suo liberalius usum titulo Martyris in compellando* S. Iuvenale, *quem alias constabat in pace defunctum; cum idem eum feciisse viderimus in* SS. Herculano & Zenone. *Nec vero eo tempore, quo volunt quidam vixisse* Iuvenalem secundum & Martyrem *obiisse, idonea ulla potest concipi martyrii occasio. Nam sive hunc secundum referas ad annum* CCCCXXV, *ut facit in Interamnensibus Episcopis Vghellus; sive ad* DLXV, *ut idem facit in Episcopis Narniensibus, parum sui memor (vult autem utrique ecclesiæ communiter præfuisse) probari nulla ratione potest, quod* ob sacrarum cultum imaginum ab hæreticis neci traditus *sit: cum Iconomachorum hæresis neque ante Leonem Isauricum (qui solum regnare cœpit anno* DCCXVII) *exordium sumpserit, neque extra Græciam cuiquam molesta fuerit, uti patet historias eorum temporum legentibus.*

nec videtur ab illis admittendus Iuvenalis 2

qui causa imaginum Martyr obierit.

F

DE SS. EVSEBIO PRESBYTERO, ET AVITO DIACONO.

AVTISSIODORI IN GALLIA.

G H.

Memoria horum conservata est in antiquis Martyrologiis. Ex his est aliquod Romanum Cardinalis Barberini, quocum contulimus Martyrologium genuinum Bedæ; ante tomum 2 Martii editum: alterum est Trevirense antiqui monasterii S. Maximini; & tertium quod S. Notkerus Balbulus scripsit: In his ista leguntur: Autisſiodoro depositio SS. Eusebii Presbyteri & Aviti Diaconi. *Eorumdem Sanctorum festivitas celebratur in quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, sed hac ex parte auctis: & quidem in antiquissimo Epternacensi ista habentur:* Civitate Autisſiodoro depositio & translatio SS. Eusebii Presbyteri & Aurei Diaconi. *Verum in Lucensi & Blumiano sic legitur:* Autisſiodoro depositio & translatio corporum sanctorum Confessorum Eusebii Presbyteri & Aviti Diaconi. *Eadem, omisso solum depositionis nomine, referuntur in MS. Corbejensi Parisiis excuso. Hactenus quæ in septem hisce Martyrologiis reperimus proponimus Autisiodorensibus, ut si quæ hisce testimoniis addenda invenerint, dignentur ad honorem Ecclesiæ suæ manifestare.*

DE S. PHILIPPO PRESBYTERO

CELLÆ IN PALATINATV RHENI.

G. H.

B
SEC. VIII

In Germania prima

& pago Nahgowi

visitur Cella à S. Philippo constructa,

C

cujus possessiones Academiæ Heidelbergensi attributæ.

IN antiqua Notitia Provinciarum & civitatum Galliæ, temporibus Honorii Augusti (ut censent viri eruditi) condita, est inter Provincias Germania prima; continetque metropolim Mogunciacensium, civitates Argentoratensium, Nemetum & Vangionum: fuitque ea provincia postmodum sub Francis Austrasiis, quam cum reliqua Francia obtinuit seculo octavo Pippinus Rex, pater Caroli Magni Imperatoris: cujus tempore ibidem sanctitate & miraculis floruit S. Philippus Presbyter in pago Nahgowe, *sito in hodierno Palatinatu Rheni, ad dexterum hujus fluminis latus, ubi prædictus fluvius* Nava; *in confinio ditionis Trevirensis exortus, ac Lutera aliisque duobus fluminibus auctus, irrigato Cruciniaco, juxta Bingium in Rhenum se exonerat. Hinc apud Tacitum lib. 4 Historiarum cap. 70.* Tutor Treveris comitantibus, vitato Moguntiaco, Bingium concessit, fidens loco, quia pontem Navæ fluminis abruperat. *Et Ausonius in Mosellanicis.*

Transieram celerem nebuloso flumine Navam.

Pro Nava *apud Freherum in Originibus Palatinis etiam* Naha *legitur. Hinc totus vicinus tractus, versus Wormatiam urbem per Palatinatum,* pagus Nahgowe *dictus est. Porro apud Frodoardum indicatur* anno DCCCCXLVIII ab Ottone Magno Imperatore Synodus habita apud Engilenheim in pago Nagawi. *In hoc tractu etiamnum exhibetur in mappis geographicis* Cella, *à* S. Philippo *constructa, in qua cum Horoscolso Presbytero vixit, ac plenus meritis obiit, sanctitate ac miraculis in vita ac post mortem clarus. Hinc Cella, in ditione divite opum, frumenti ac vini ferace sita, accrevit in parochiam magnam; ejusque ecclesia in Collegiatam erecta fuit, cujus fundationum, consecrationum, indulgentiarum, fraternitatum, ceteraque avitæ venerationis monumenta translata fuerunt Heidelbergam, ubi ea in cista Academiæ adservari, & à se visa, anno* MDCLX *testatus est nobis Ioannes Gamansius noster, nunc autem etiam eorum ecgrapha nobis mittere cœpit. Sed hæc aliaque adhuc expectanda inveniet lector in fine hujus tomi: neq; enim lubet tãtilla ex causa progredientis præli cursum sistere. Fuerat Heidelbergensis Academia à Ruperto* II *Palatino anno* MCCCXLVI *instituta; ad cujus splendorem à Paulo* III *& Iulio* III *Pontificibus Romanis concessam fuisse dictam Cellam cum omnibus ei attributis possessionibus, testatur Matthæus Merianus in descriptione Palatinatus pag.* 25.

2 *Vitam* S. Philippi Presbyteri, *hactenus ineditam, damus ex MSS. codicibus, Trevirensi monasterii S. Maximini, & Passionali Blaburensi Hirsaugiensis cœnobii. Auctor ibidem vixit, atque præfatur, se plurima ex memorato Horoscolfo, Philippi socio, ac ceteris incolis scivisse, quorum plurium nomina indicat. Hinc antiquus ejusdem Sancti cultus innotescit, quem confirmat in suo Martyrologio* B. *Rabanus, ex Abbate Fuldensi Archiepiscopus Moguntinus anno* DCCCXLVII *creatus, cujus ista sunt verba ad hunc* III *Maji:* Eodem die S. Philippi Confessoris. *Quæ verba inde translata sunt ad Martyrologium, quod hactenus sub nomine Bedæ fuit excusum. Grevenus in suis ad Vsuardum additionibus ista habet:* In Galliis, in loco qui dicitur Cella, Philippi Presbyteri & Confessoris. *Grevenum descripsit Canisius in Martyrologio Germanico, & hunc allegat Ferrarius in Catalogo generali: qui loci ignarus plurima de variis Cellis collegit. Hinc Saussajus, in Supplemento Martyrologii Gallicani, usus solita sibi sæpius conjectura, ista scribit:* In territorio Parisiensi Kalæ monasterio S. Philippi Presbyteri, Virginum sacrarum pædagogi, viri Angelicæ puritatis & gratiæ. *Saussajo fidem tribuit Bucelinus in Sacrario Benedictino, & sua adjungit his verbis:* In monasterio Calensi S. Philippi Presbyteri, cujus corpus ibidem colitur. *Potius sic scripsisset:* In ecclesia collegiata Cellensi in Palatinatu Rheni, S. Philippi Presbyteri, cujus corpus ibi olim in veneratione fuit. *Nam fide orthodoxa ibidem eliminata & hæresi inducta, quid factum fuerit sacro corpori non liquet.*

memoria in fastis.

E

F

VITA

Ab Auctore coævo descripta.

Ex codicibus MSS.

Vita ex Ms.

VIrorum illustrium vitam atque actus simulque doctrinam scribere, mos antiquus & consuetudo ecclesiastica est: ut dum eorum conversatio atque pietas fidei à posteris legendo dignoscitur, ad earumdem imitationem animi audientium incitentur. Ideoque considerans profuturum profectum animarum, ratum duxi ea quæ de B. Philippo ab incolis loci illius, & à discipulo ejus Horoscolfo Presbytero didici, litteris posteris commendare. *Prologus.*

2 Fuit siquidem vir sanctissimus Philippus, genere Anglus, transmarinis insulis ortus. Sed quia Spiritus sancti donum, dum animum cujuslibet tetigerit, in divino *a* amore ardentem reddit; Beatus Philippus, nimio inflammatus amore Christi, genus patri- *Anglus ortu.*

a

AUCTORE COÆVO EX MSS.

patriamque relinquens, Romam adiit, limina B. Petri Principis Apostolorum quæsivit, ibique diu in sancta conversatione Domino militans, jubente Apostolico Papa, invitus Sacerdotii onus suscepit. Sed S. Philippus vitam remotiorem multum *b* inhianter diligens, Romam reliquit, & Galliarum partibus *c* lustratis reperit locum qui nunc Cella vocitatur, qui situs est in pago Nahgowe. Potiebatur tunc temporis gubernacula regni Francorum Pippinus, glorioſissimus & piissimus Rex; cui successit Carolus primus. Nempe jam dictus vir accensus amore cælesti, theoricam cœpit amplecti vitam, imitatus *d* Paulum Eremitam & Arsenium magnum. Erat enim animo constans, in opere Dei sedulus, in oratione Dei pervigil, in opere hilaris, in humilitate devotus, in verbis pacificus, in factis honestus, corpore castus, in caritate Dei & proximi sufficiens. Non eum corporalis voluptas evertit, non ambitio seculi decepit, non tristitia pusillanimem reddidit, non lætitia immoderatum fecit. Nec prætereundum sane, quod idem beatissimus vir oratorium sibimet faciens, in honorem S. Michaelis construxit cellulam, fecitque hortum arboribus consitum: eratque illi socius Horoscolsus, superius jam dictus, qui etiam cum illo à pueritia Domino militavit. Sed Dominus qui milites suos honorare numquam distulit, cœpit foris per exhibita miracula, qualis introrsus esset, ostendere.

Romæ Sacerdos factus

b

c

in Palatinatu Rheni

d

construit oratorium S. Michaelis

B

3 Primum etenim cœperunt illi aviculæ indomitæ ad manum occurrere illique congaudere, quibus ille victum manu propria tribuens, hilares abire sinebat. Nam & lepores sæpe venientes ad eum, lingebant pedes illius: quos blande ille demulcens, redire jussit. Non mirum, obtemperabat enim in omnibus præceptis divinis, quamobrem & irrationabilia animalia congratulabantur illi. Nec hoc sub silentio reticere possum, quod pluribus in propatulo est. Ferunt siquidem ii quibus plenissime notum est, habuisse beatum virum boves duos, propter diversas necessitates: sed venientes fures nocte furati sunt illos. Totam ergo illam noctem iter agentes, itinere nimio fatigati sunt, & ad ostium ipsius cellulæ, cum istis bobus quos furati sunt, mane reperti sunt. Qui nimio pudore perfusi, sancti viri genibus provoluti, dixerunt, quantum per totam illam noctem laborassent: quos ille benignissime alloquens, & exhortans ne denuo talia committerent, dato cibo abundanter, abire permisit, Euangelicus siquidem vir, non immemor erat præcepti Domini, ubi ait; Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est.

habet aviculas & lepores familiares:

benefacit furibus qui boves frustra conati erant abducere

Matt. 5, 44

C

4 Interea accidit ut ejus sancta conversatio & salubris, huc atque illuc per multorum ora volitaret, atque ad notitiam cujusdam Potentis ejus sublimis fama perveniret: qui abiit, & ejus cellulam ingressus, locutusque cum illo, familiaris ut sibi fieret deprecabatur. Sed & confessionem suam, sicut mos est Sacerdotibus dare, sic illi dedit: fueruntque multo tempore connexi divino amore; unde factum est, ut sæpius ad eum veniret, & illius frueretur eloquio sancto. Ipse vero amicus illius, præpotens inter cæteros Optimates Pippini Regis illo in tempore fuit: quippe cum esset instructus ex colloquio viri Dei, cœpit Deum diligere atque timere, totamque spem suam in Deum ponere.

Optimatem Regis instituit in amore & timore Dei:

5 Denique cum hæc & alia quam plurima bonorum opera sanctus vir Domini Philippus perficeret, & multos suo exemplo ad pium opus divini præcepti informasset; Dominus Jesus Christus, pius in retributione, famuli sui merita in ejus obitu manifestare non distulit. Nam cum febre arreptus esset, sanctorum Angelorum chorus, clementissime animam ejus sanctum cælo suscepit, Fratres vero sancti viri, qui cum illo fuerant, paraverunt tumulum, & totum Sancti corpusculum in feretro posuerunt. Dicturus sum enim quod forsitan, apud impios & infideles, incredibile forte videbitur; adjuvante autem gratuita & multimoda clementia Christi, à quibus hoc nobis revelatum, plurimi præsto sunt testes. Nam venit jussio regalis, ut omnes in prælium pergerent Franci. Unde contigit amicum viri sancti, cujus superius fecimus mentionem, cum ceteris sociis iter arripere: nesciebat enim quod defunctus esset *e* amicus suus vir Domini. Sed jam cum iter facere debuisset, occurrit ei ad memoriam, quod benedictionem hominis Dei, sicut consueverat, non accepisset. Cœpto itaque itinere venit ad cellulam, invenitque corpus Sancti jacens in feretro. Illico ipse nimio animi dolore perculsus, lacrymabiliter atque flebili voce ejulans, clamare cœpit: Heu, heu Pater! numquam sine benedictione tua iter agere consuevi: tua nempe benedictio, mihi clypeus & galea fuit. Sed Dominus, qui mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit, illic sua mirabilia innovavit. A nimio enim ejulatu illius, Sanctus qui fuerat mortuus, erigens se resedit in feretro, sicque alloquitur amicum: Perge, inquit: prospera, Deo opitulante omnia tibi: tantum memento loci istius dum vixeris; sanus enim ibis, sanus reverteris: & benedicens illi reversus est ad feretri caput. Fratres autem accepto corpusculo, in tumulum quē illi paraverant, posuerunt. Horoscolsus autem socius & condiscipulus hominis Dei, multo tempore in religioso habitu & sancta conversatione vivens, cum esset centum annorum, obiit in Domino.

D

e

ad lacrymas dicti Optimatis

se erigens, illi prospera prædicit.

E

6 Nec prætereundum sane quod, Deo revelante, de miraculis viri Dei cognovimus. Post obitum vero illius contigit, ut quidam homo iter faciens, sine benedictione & licentia de pomis, in arbores quas beatus Vir plantaverat manum extendens, acciperet, quę sibi in os posuit, ut comederet: sed nec deglutire interius potuit nec foris rejicere, unde cum summa celeritate, currens ad sepulcrum B. Philippi, ensem simul & sagum posuit, & Domino opitulante pristinam sanitatem recepit. Siquidem & alius de incolis loci illius, sicut relatum nobis cognovimus, ad eumdem hortum sanctissimi viri, ut poma furtim tolleret, venit: saccum ex pomis replevit, & super jumentum posuit: sed ea poma quæ acceperat, domum non detulit: nam jumentum illius illico crepuit, & vitam finiens mortuum est.

Poma ex horto ejus furati divinitus puniuntur:

7 Aliud miraculum scribere ratum duximus, quia & præsentem testem, nomine *f* Einhardum nobiscum habemus. Refert quoque quod fuerit prope ipsius beati viri cellulam mulier quædam, longo tempore cæca, quæ nunc usque in carne esse viva asseritur, cui nomen est Godildis. Hæc ex voto ad sepulcrum jam prædicti Sancti veniens, lumen quod amiserat, Domino juvante, recepit.

F

f

cæca illuminatur:

8 Magnam rem & sublime miraculum scripturi, sed plurimorum veracium testimonio suffulti, non pertimescimus ea scribere, quæ ex veritate reperimus. Fuit etenim custos ibidem ejusdem sancti viri oratorii, in laicali habitu constitutus, nomine Luitbaldus; qui longo tempore inibi degens, cellulam custodiebat, & luminaria in ipso oratorio certis horis facere debuerat. Accidit autem ut quadam die, propter necessitatem frigoris, juxta focum sederet, ut calefieret; sed modica scintilla de igne advolans in femoralia illius, videlicet jam memorati viri, insideret & ardere inciperet: quam ipse cum summo nisu & magno certamine extinguere satagens, nullatenus valuit; sed magis magisque flammarum, tam ipsum quam & vestimenta ejus, circumdederat globus.

custos oratorii triduo concrematur ob luminaria negligenter curata.

à morte in feretro positus,

Cucurrit

A Cucurrit clamitans, & in aquam ſemet ipſum projecit: ſed nihil illi profuit: adhuc enim & majorem pœnam ſuſtinuit. Quid in longum proſequar? tres ſiquidem dies miſerrimus hominum tali incendio concrematus, in cinere pœnituit, quod negligendo deliquit. Inter ipſa autem incendia quibus urebatur, interrogatus à multis, cur taliter concremaretur; confeſſus eſt quod in luminaria quæ ibi facere debuerat, negligens extitiſſet. Profeſſus eſt etiam ſe multoties voces ibidem canentium Angelorũ audiſſe: ſed & dixit, ſæpe in nocte in eodem oratorio, inter nebulas, quæ ibi propter ſuam negligentiam, ſæpè fiebant, ſe ſpecioſiſſimas vidiſſe columbas: aſſeruitq; quod & luminaria perſæpe incenſa inveniſſet.

teſtatur quæ audivit & vidit.

9 Proteſtabatur hæc nobis ſiquidem ille, qui Domino largiente per ſervum ſuum, illi ſanitatem donare diſpoſuit: ſiquidem Willibertus quidam, ſex annis arido corpore atque diſſolutis inembris, nec non amiſſo unius oculi lumine, illuc plenus fide ex voto ſe duci juſſit. Cumque in oratorio, ubi idem beatiſſimus humatus jacebat, pernoctaſſet; integram ſanitatem luminis promeruit & greſſum rectitudinis.

ſanatur claudus & monoculus:

10 Proſequor & illud, quod revelante nobis religioſo viro monacho atque Presbytero, nomine Wacario, cognovimus. Quodam autem tempore *g* Warinharius cum exercitu magno, uxorem ſuam ſecum in comitatu habens, ad eamdem cellulam gratia orationis venit. Sed cum eſſet militibus præpotentibus, ſicut jam præmiſi, ſuffultus, cum nimia multitudine populi quæ ſecum affuit, manſionem ſibi parare juſſit. Erat in eadem cellula paululum vini in vaſe uno. Sed ipſum vas, ſicut refert jam dictus monachus & presbyter, tertia parte vacuum erat. Bibit exinde ipſe Warinharius, biberunt & amici & cuncta familia ejus, & omnes miniſtri illius, pene uſque ad pleniſſimam ſaturitatem: ſimiliter & in-craſtinum, quoniam & ibidem per totam diem commoratus eſt. In tertio vero die, ipſo iter arripiente, jam dictus monachus & Presbyter cellariũ ingreſſus, ipſum vas redundans reperit, ita ut foras efflueret.

B

g vinum miraculo augetur:

11 Moderno namque tempore actum eſt, quod minime reticere ſub ſilentio debemus. Hartmandus ſiquidem monachus, natalibus valde ſublimibus ortus, cum triduana febre longo tempore laboraſſet; & in tantum eum febris ſublata virtute debilitaſſet, ut per ſe incedere minime valeret; ex voto ad oratorium ſancti viri ſe deferri juſſit. Ibi ergo, Domino largiente, ob merita Beati ſcilicet Philippi, priſtinam ſanitatem, ut optavit, dulcem in medullis recepit.

febris triduana curatur:

C

12 Nec hoc ſub tarditate eloquii abſcondendum eſt, quod monachus noſter, nomine Taſſilo, cum obedientiæ gratia illuc directus fuiſſet; in comitatu ſuo unum ex familia noſtra ſecum habuit, nomine Regingarium; & cum perveniſſent ad prædictum locum, idem Regingarius cernit in horto herbam, ad paſtum valde bonam, caballumque ſuum intus miſit, eumque ut paſceret reliquit. Sed ille illico tanta violentia ſomni arreptus eſt, ut tres dies continuatos treſque noctes ita dormiret, ut vix ab excitantibus quarto die à ſomno eriperetur. Ille autem poſt hæc dans gloriam, confeſſus eſt, quod ob contemptum hominis Dei temere deliquiſſet in horto, gravi quiete corporis perſolviſſet: talique correptus increpatione ſpopondit, ſe in futurum à mala peccati quiete evigilare.

triduano ſomno punitur injurius horto.

13 Rurſum etiam atque brevi ſermone miraculis, quæ Dominus per ſervum ſuum fieri decrevit, de innumerabilibus paucis deſcriptis; ad ea narranda nos quamvis ruſtice contulimus, quæ poſt tranſlationem ipſius corporis geſta veraciter ſcimus. Placuit etiam Fratribus omnibus, ut ob incommoditatem aëris tunc temporis inſtantem, Sanctum illius corpuſculum proceſſionis gratia, ad vicina tranſportaretur monaſteria. Quam ob rem directis illuc monachis & Sacerdotibus & Diaconibus & aliis ex Clero; juſſum eſt, ut ad hoc idonea hymnis & divinis laudibus ſancta exercerent ſervitia. Sed hi illuc venientes, tumulumque aperientes, tam gratiſſimo tamque ſuaviſſimo odore ſe repletos fore aſſerunt, ut non antea ullus illorum talem odorem ſe ſenſiſſe dicat. Erat autem tunc temporis inundatio pluviarum valde gravis, & imber nimium importunus. Sed Dominus qui merita ſervorum ſuorum recompenſare benigniſſime novit, ubicunque beati viri corpus eſt ductum, tantam ſerenitatem adeſſe conceſſit, ut nec pallium quod ſuper eum fuit ullo modo vel gutta minima tangeret, ut quaſi roratum vel modicum appareret.

In elevatione corporis

AUCTORE COÆVO EX MSS.

ſuavis odor hauritur & pluvia ſiſtitur,

14 Cum autem veniſſemus cum ſanctiſſimo corpuſculo ad locum qui dicitur *h* Luttera; occurrit nobis quędam mulier, habens ſpiritum immundum, qui elidens eam in terram multum diſcerpſit. Nos autem hoc videntes, oravimus Dominum, qui operatur mirabilia per ſervos ſuos, ut & per famulum ſuum Philippum, mulieri propriam recuperaret ſanitatem. Quod ita factum eſt. Sana enim atque incolumis ad patriam rediit domum.

h Energumena liberatur:

E

15 Cum autem ejus corpuſculum venerabile ad monaſterium ſuum, unde ſublatum, reportatum veniſſet; atque in baſilica, quæ in honorem Sancti Salvatoris conſecrata dignoſcitur, poſitum eſſet; indigebat cuſtos eccleſiæ lignis ad luminaria componenda; initque in ſilvam, quæ juxta eccleſiam illam tunc cælo imminebat, cæſiſque arboribus fecit congeriem. Cumque deficiente die non poſſet domum ipſa ligna adducere, uſque in craſtinum voluit ſuſtinere. Sed quidam alienorum raptor, ex familia ejus ſcilicet, quæ juxta monaſterium commanere videbatur, hoc ſciens; in noctis quiete illuc properavit, quatenus cum onuſto vehiculo furtum lignorum reportaret domum. Quibus ita peractis, par boum adjunctum, haud potuit de loco vel movere vehiculum: ille autem abiens quaſi furibundus, iterato alios duos boves adduxit vehiculo quod applicuit. Verum, ut æquum fuit, immobile remanſit. Ille autem repugnans juſtitiæ, exiſtimabat, quod ideo immobile vehiculum permaneret, quod nimio aggravatum lignorum pondere fuiſſet. [Illud igitur exonerare] aggreſſus, medietatem depoſuit: ſed tamen, ut prius fuit, immobile permanſit. Tuncque demum cum vehiculo domũ reverſus eſt vacuo. Quid in hoc facto ſanctum Dei virum Philippum nobis annuiſſe profitemur? niſi hoc quod quaſi unumquemque moneat, ne aliena diripere debeat.

Currus furtivis lignis onuſtus moveri nequit.

F

16 Geſtum eſſe & aliud miraculum ibidem ſcimus, quod ut credimus fidelium auribus detrahere non debemus. Nempe unus ex noſtra familia à cuſtode ipſius eccleſiæ, quodam ex liquore qui ibi ad luminaria excitanda præſto aderat, illi ut dare debuiſſet, rogavit. Fecit cuſtos ſicut ille poſtulaverat, deditque liquorem pro pretio quod attulerat. Nam ille ruſticus pro aruina quam petiit, duas inaures ſupradicto cuſtodi obtulit; quo percepto perrexit homo ad domum ſuam. Cum autem tempus prandendi veniſſet, juſſit ſuæ uxori de eadem pinguedine in ſartagine ſibi victum parare. Quo decocto & allato, mulier porrexit marito. Hoc autem cum ille in os mitteret, ac comedere debuiſſet, nec interius deglutire, nec foris rejicere potuit. Similiter & mulier de eodem victu percipiens, ſimili pœna plexa eſt, nec non quiqui ex familia ejus de jam dicto cibo guſtaverunt in tantum cruciati ſunt, ut in illa nocte nullum vel potum percipere poſſent. Unde factum eſt

guſtantes ex aruina pro lumine deſtinata miſere cruciantur.

AUCTORE COÆVO EX MSS.

est ut mane facto ad monasterium Sancti viri concurrerent, ibiq; uno animo confessionem acciperent, & sanitatem pristinam recuperarent, redditis quę inde transtulerunt: nam quisquis conpunctione peccatorum tactus, vere pœnitentiam egerit, Sanctorum meritis in anima & corpore incolumis erit. Multa quidem nos scribere posse de vita & virtutibus B. Philippi profitemur, secundum id quod nobis relatum à viris religiosis cognovimus. Sed ne stylus in longum porrectus fastidium legentibus ingereret, finem loquendi fecimus.i

i

Inter varios agros sanatos,

17 Quia, ut diximus perlongum est dinumerare quanti ad sepulcrum sacri corpusculi, scilicet Philippi, cæci illuminati sint, quanti à dæmonum infestatione erepti, quanti contracti erecti, quantique surdi auditui restituti, & à variis infirmitatibus quam plurimi quoque febribus liberati, eorum quorum possumus nomina tantum scripturæ commendamus. Wanicho & Hugibalt inflammati, à dæmonio insano liberati sunt ibi. Ratri & Ratgalt & Theganger contracti, egressi sunt inde erecti. Isti sunt qui lumen illic receperunt: Willusuint illuminata, Heribith, & Risloubita, Hilttuiar & Reginger, Witbalt, & Dagervin illuminati, Walsuint, & Waura, Megindrud & Hilderath, Ruadheit & Mathhilt, Gripsuar, & Hildebalt, de perceptione amborum luminum; similiter Humbrath & Wolsgare de eadem re, scilicet oculorum largitate, effecti sunt læti. Item Madalthilt & Kello, & Gliwib, & Wilidrud, Wilihartque consolati sunt visionum dulcedine. Duæ autem feminæ, ut scimus, ibi sunt illuminatæ: nec non una contracta erecta, sed non tenemus illarum nomina. Engelsuint autem cæca cum illuc ad monasterium properaret devota, in via est illuminata. Facta sunt autem hæc in monte, cujus vocabulum est Oslin, apud villam quæ dicitur Cella, juxta fluvium qui vocatur Primina; apud æternum Patrem & Spiritum sanctum, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui in cuncta secula vivit, simul unus tota Trinitas Deus.

fuerunt 2 energumeni

3 contracti

25 caci,

B

D

c. contracta.

E

ANNOTATA.

a *Ms. Blabur.* timore.

b *Idem*, humaniter.

c *Ms. Trevir.* illustratis.

d *Vita* S. Pauli *data est ad diem* 10 *Ianuarii*, S. Arsenii *illustranda ad* 19 *Iulii.*

e *Ms. Trevir.* amiculus ejus.

f Einhardus *videtur is esse, qui à Carolo Magno in aula regia enutritus, ejus dein Acta scripsit ad* 28 *Ianuarii illustrata. Aliis etiam* Eginhardus *dicitur.*

g *Plures fuerunt insignes viri* Warnarii *seu* Wirinharii *dicti istis seculis, post Warnarium Majorem Domus Theoderici Regis, qui ab illo & avia Brunechilde discessit ad Chlotharium* II, *ei opitulatus in regno Austrasiæ & Burgundiæ occupando.*

h Luttera *seu* Luttra, *ad ejusdem nomnis fluvium, ob arcem istic à Friderico Barbarossa conditam* Cæsaris-Luttera *dicta.*

i *Hic finit Ms. Blaburense.*

DE SANCTO VRSIO

IN AGRO ITALIÆ VICENTINO.

G. H.

III MAII

Cultus & ecclesia S. Vrsii.

MOns *in territorio urbis Vicentinæ sub dominio Veneto, incolis ob ejus celsitudinem* Summanus *dictus, ab ipsa urbe Vicentina ad* XV M. P. *abest. Ad hujus radices pagus est cum ecclesia S. Vrsio dicata, apud Salzenam oppidum, ab Ezelino tyranno excisum. Agitur hujus S. Vrsii dies festus* VNonas *Maji magno peregrinorum accolarumque concursu, propter maximas à Summis Pontificibus indulgentias templo illius concessas. Quæ omnia tradit Ferrarius tum in Catalogo Sanctorum Italiæ, tum in Catalogo generali Sanctorum qui non sunt in Martyrologio Romano. Ejusdem meminerunt Maurolycus & Molanus. Antiquissimum hujus Sancti testimonium ediderunt Antonius verlus Vicentinus, & Henricus de S. Vrsio librarius Vicentinus: quorum opera Vicentiæ anno* MCCCXCIII *in lucem prodiit Catalogus Sanctorum, à Petro de Natalibus Episcopo Equilino collectus, cum præfatione dicti Antonii Verli; qui post hoc opus cum suo Indice completum, aliquot Sanctorum gesta subjungit cum hac præfatione.* Postquam ad libri calcem, Deo annuente pervenimus, nobis visum est fore haud inutile, quorumdam Sanctorum gesta subnectere: quæ ex eorum historiis quam compendiose potuimus, auctorem hujus imitati decerpsimus, ordinem temporis tantummodo servantes; & ut opus uberius habeatur, & ut cœptis nostris aliorum animos ad ampliorem fœcunditatem excitemus. *Et hæc in prima anni* MCCCC XCIII *impressione.*

C

Post Catalogum Petri de Natalibus,

subjuncta aliorum quorumdam Sanctorum gesta,

2 *At postmodum dictus* Petri de Natalibus Catalogus *Lugduni anno* MDXIV *est recusus, in quo ante hujus Catalogi supplementum intrusus est, & in singulis paginis repetitus hic titulus,* De Sanctis nuperrime canonizatis, *idque valde inepte; cum de variis quorum gesta sic referuntur non constet unquam fuisse canonizatos: adeoque vehementer errant qui illis à tali titulo putant aliquid auctoritatis accedere. Nam uti dictus* Antonius Verlus *absque ulla animadversione edidit memoratum* Petri de Natalibus catalogum, *licet varia in eo apocrypha reperiantur; ita etiam absque debito examine in Supplemento adjecit quorumdam Sanctorum gesta, prout se ex Sanctorum historiis decerpsisse ait. Porro si ea quæ cap.* 2. *de S. Guillelmo Duce Aquitaniæ congerit Verlus, conferantur cum iis, quæ* X *Februarii à nobis accurate discussa fuerunt; facile apparebit, quam parvo judicio imprimenda dederit, quæcumque in hanc appendicem conjecit. His necessario indicatis, accedimus ad Acta S. Vrsii, cap.* 8 *producta ex vulgi ac maxime Summontanorum traditione, non sine aliqua animadversione danda.*

non magnæ fidei,

in quibus vitæ S. Vrsii

3 *Extat* Legenda Sanctorum, aurea *seu* Lombardica *cognominata, à Iacobo de Voragine Episcopo Genuensi scripta, statimque post impressionem inventam excusa & recusa, item à Claudio de Rota recognita & ab aliis in varias linguas transcripta. In hac ad* XXIV *Februarii in Actis S. Matthæi Apostoli primo datur historia apocrypha Iudæ Iscariotis, proditoris, quasi hic post varios casus & scelera patrem suum, quem ignorabat talem esse, occidisset, & hujus uxorem, quam nesciebat matrem suam esse, duxisset in conjugem: qua relicta ad Christum venisset, ab eo inter Apostolos assumptus. Hinc hominum noscitur inclinatio ad similes narratiunculas proclivis: at forte in priore parte Vitæ S. Vrsii paucis mutatis, assumpta sunt Acta S. Iuliani Hospitatoris, qui parentes suos benigne ab uxore exceptos temere occidit, suspicatus adulteros esse. Dedimus aliqua compendia Vitæ dicti Iuliani* XXIX *Ianuarii, qualia habentur apud Vincentium Bellovacensem, S. Antoninum, dictosque*

cujus prior pars forte sumpta ex Actis S. Iuliani Hospitatoris,

A *dictoſque Petrum de Natalibus & Ioannem à Voragine; ſed ex quibus omnibus de natali ejus ſolo, ætate, parricidii aut pœnitentiæ loco nihil vel per conjecturam quidem prof.r potuimus. Poſtea Romam profecti, reperimus in bibliotheca Vaticana Acta ejus uberiora hoc exordio:* Quidam Probus ſcripſit Vitam B. Juliani Martyris, credens quod quicumq; eam audierit, delectaretur in ea.

quare hic aliqua indicantur inventa poſt editum Ianuarium,

4 *Vt autem quæ de S. Vrſio narrantur, commodius conferantur, & de S. Iuliano, cui eccleſiæ & hoſpitalia per omnes Chriſtiani orbis partes & in urbe etiam Romana ſunt dicata, judicium certius formetur, paucas circumſtantias ab aliis neglectas proferemus. Ac primo pater ejus indicatur* Joffredus Comes Anione, *cui antiqua manu ſupraſcriptum erat,* alias Avinione, *diciturque habuiſſe* totum dominium de Anione & de Maym. *Mater ejus appellatur* Anna, conſanguinea Reginæ Franciæ. *Horum filius in juventute venationi deditus, cum eſſet circiter octodecim annorum, beſtiæ voce traditur præmonitus de patrando per eum parricidio; proinde patria relicta ſeptennio peregrinatus, etiam Hieroſolymæ, quæ (ſeculo ſcilicet duodecimo) erat ſub Chriſtianis, infirmis in publico noſocomio inſerviſſet: & inde cum Templariis navi reverſus in Gallias, apud oppidum S. Ægidii aliquamdiu eſſet moratus. Eſt illud in Nemauſenſi inferioris Occitaniæ*

B *de ejus proſapia,*

tractu, olim celebris Benedictinorum Abbatia, nunc Melitenſibus Equitibus ſubeſt. Hinc abiturus ad S. Iacobum, poſt iter novem dierum, veniſſe ſcribitur Iulianus in caſtrum, cujus Comes cum vicinis acre gerebat bellum, ibique exceptus à Milite, & eum comitatus ad bellum ſtrenue egiſſe & à Comite Miles creatus, illoque ex vulnere mortuo rogatus à populo relictam viduam, Comitiſſam Caſtri, *duxiſſe uxorem, & quinque annis Comes præfuiſſe. Sammarthani, acturi de Epiſcopatu Caſtrenſi, ſeculo* XIV *inſtituto, aſſerunt,* Caſtrum fuiſſe caput inſignis Comitatus gentis primo Montfortiæ & Britannicæ ſtirpis, deinde Borboniæ & Armaniacæ familiæ Regulos, uſq; ad ſeculi ſuperioris exordia, illud poſſediſſe.

peregrinatione ac morte parentum,

5 *Ioffredus porro Comes & Anna parentes S. Iuliani, pro inveniendo filio peregrinaturi ad S.* Eugenium, *juxta Vitam jam dictam, Anione diſceßiſſent primo ad S. Ægidium, inde Caſtrum jam relatum petiviſſent, & cum Comitiſſa egiſſent: & agniti ut parentes, benigneque excepti, ac balneo recreati, collocati fuiſſent in lecto ipſius Comitiſſæ: in quo placide dormientes reperiens Iulianus, à venatione redux, per ſubitam iracundiam ambos occiderit, arbitratus deprehendiſſe adulterum cum uxore. Eſt*

C *dictum* Caſtrum, *in quo hæc contigiſſent, in ſuperiori Occitania, nec procul inde* Albia *ſive* Albiga *urbs, in cujus eccleſia quieſcit corpus* S. Eugenii Confeſſoris, *uti conſtat ex diplomate Pontii ſecundi Comitis Toloſani, apud Catellum in Hiſtoria Comitum Toloſanorum pag.* 100, *& apud Sauſſajum in Martyrologio Gallicano* XIII *Iulii, & ejus ſupplemento* VI *Septembris. Parricidio patrato S. Iulianus pœnitens cum uxore caſtrum reliquiſſet, Romam ad Summum Pontificem diſceſſurus; veniſſetque ad* S. Ægidium, *inde in* Provinciam Provinciæ, *& ad* Gaudonem fluvium *(fortaſſe* Caulonem *vel* Vardonem, *hi enim navium capaces ſunt) ubi ambo hoſpitium erexerint, & peregrinos navi trajectos aut trajecturos exciperint, & inter illos Chriſtum Salvatorem noſtrum in agri peregrini habitu: tandem vero a latronibus, pecuniam apud illos eſſe arbitratis, ſimul interempti, miraculis claruerint, poſtea ad vicinam aliquam, civitatem tranſlati.*

ipſiuſque poſtea vita ac morte ſancta,

6 *Honoratus Boucheus l. 2. Hiſtoriæ Provinciæ ſec. 2 pag.* 524 *aſſerit, plurimas eccleſias in dicta Provincia eſſe dicatas* S. Juliano Martyri, *imo quinque aut ſex pagos* à S. Juliano *denominatos. Conjectat autem idem Boucheus, iſtarum eccleſiarum Patronum eſſe* S. Julianum, Brivate apud Arvernos XXVIII Auguſti paſſum. *Verum quidni à S. Iuliano Hoſpitatore aliquas ibi eccleſias aut pagos denominari arbitremur? Certe in parochiali eccleſia*

hinc multæ ei in provincia eccleſiæ,

S. Iuliani Arelate, quæ ſui Patroni Reliquias ſe habere gloriatur, inveniuntur lectiones Mss. acceptæ ex S. Antonino agente de Iuliano Hoſpitatore; ut videantur olim credidiſſe illius eccleſiæ curatores, hujus omnino ſe habere Reliquias, & hunc Patronum agnoviſſe: quod confirmat imago picta in habitu venatoris, accipitrem manu ſuſtinentis. Verum quidem eſt quod auctores Officiorum propriorum pro eccleſiis Arelatenſibus Pariſiis impreſſorum anno MDCXII, *agere maluerint de S. Iuliano Martyre, ſponſo S. Baſiliſſæ: ſed hujus memoria in editione anni* MDCLVI *prudentius omiſſa fuit, & hactenus in dicta parochia (quæ etiam S. Antonii appellatur) de nullo alio quam de parricida pœnitente fieri feſtum dicitur. Hæc propter ſimilitudinem argumenti, de S. Vrſio aſſumpti, placuit hic libare de S. Iuliano hoſpitatore, ut viris eruditis illarum regionum occaſio detur plura diſquirendi nobiſque ſuggerendi pro ſupplemento Ianuarii, in quod ſepoſuimus etiam obſervationes nonnullas, à P. Carolo Faber aliiſq; Avenione, Arelate, & Apta transmiſſas, cum ea nihil adhuc certi expediant. Nunc ad S. Vrſium regrediamur.*

Arelate ad am Ligeris & imago.

ACTA SVSPECTA,

Edita ab Antonio Verlo Vicentino

E

VRſius Confeſſor, ex nobili Francorum genere traxit originem: quem adhuc lactentem quidam peregrinus matri prænuntiavit futurum parricidam. Cum vero adoleviſſet puer annorum octodecim, ad palatia Caroli Imperatoris accedens, ſive pedes ſive eques adeo ſe ſtrenue gerebat, quod armorũ ductor creatus eſt. Qui cum parentes aliquando viſitaret; matrem, prognoſtici memorem, ſemper flentem inveniebat: quæ de lacrymis ſæpius interrogata, tandem dulcibus victa precibus, filio cauſam propalavit. Qui ut horrendum ſcelus declinaret, annorũ jam viginti ſex, cum Cliente ſodali, Dalmatiam verſus perrexerunt: ubi multos Paganorum ab eorum Rege miſſos, ut ſe Chriſtianos caperent, trucidarunt. Ad quorum vindictam Rex exercitum parans, per filium admonetur; ut prius jubeat ipſos ad ſe impune accedere, & de eorum peregrinatione interroget. Quo facto Rex cum populo ab ipſis convertitur ad Dominum: & filiam unicam Urſio deſponſavit: cui poſtmodum in regnum ſucceſſit. Hoc autem pater per litteras intelligens, prognoſticum peregrini floccifaciens, ad aulam filii ſe contulit: ubi datis induciis à nuru ſuſcipitur: & quia Urſius extra urbem venatum ierat, in proprio lecto cum ſene & filio parvulo majoris gratia honoris ſe collocavit. Sed ecce humani generis hoſtis, ſub ipſius cubicularii facie, Regi denuntiat, virum cum uxore concumbere. Qui domum feſtinans, patrem, filium & uxorem interfecit. Quo cognito facti pœnitens Romam perrexit: cui pro peccato ab Hadriano Pontifice adhibetur pœnitentia, ut habitu peregrino eccleſiam S. Mariæ in monte Summano viſitet, nemini petens ubi ſit. Qui inde cũ bullis remiſſionis receſſit, & tandem ſepulcro Domini, monte Sina & liminibus B. Jacobi viſitatis, annuente Domino Vicentiam applicuit: & inde montes verſus tendens, paſtores audivit dicentes: Eamus domum, quoniam nebulę circumdant montem Summanum. Ad quorum verba B Urſius genibus flexis Deo gratias agens, Salzenam oppidum, poſtea per impium Ezelinum dirutum, ſe contulit: ubi ab ancilla Oralda bis potum petens, & non impetrans, expiravit, campanis ex ſemetipſis perſonantibus: & ſic inventus eſt Sanctus cum bullis & baculo florenti: cui ſtatim erecta fuit eccleſia. Quod intelligens Imperator cum ejus affinibus venerunt, ut aſportarent corpus: & cum ſublevare nequiviſſent, cum brachio & florido baculo in Galliam redierunt. Ejus feſtiva dies colitur v Nonas Maji.

Dicitur ſtrenuus miles,

F

patrem filium & uxorem occidiſſe

pœnitentia aſſumpta.

in agro Vicentino ſanctè obiiſſe.

DE S. PETRO THAVMATVRGO

D P

EPISCOPO ARGIVORVM IN PELOPONNESO.

SECULO X.

Frater Petrus Corinthi Archiep.

Vo ſeculo Chriſti decimo floruerunt in Peloponneſo fratres, ob ſingularem virtutem in Epiſcopos aſſumpti: horum alter Paulus præfuit Eccleſiæ Corinthiorum, cujus memoriam celebravimus die XXVII *Martii; alter Petrus, cognomento Thaumaturgus, ad hunc.* III *Maji ſpectat. Hunc Epiſcopum habuit regio, Poëtarum fabulis decantatiſſima,* Argiva *ſeu* Argolica *in Peloponneſo, nunc* Saconia *vel* Romania Moreæ *dicta: cujus metropolis diſtat* XV P. M. *Corintho, cui ſubeſt, eaq; etiam nunc* Argo *appellatur, Græcis τὸ Ἄργος, atque in genitivo τοῦ Ἄργεος & contractim τοῦ Ἄργους: quod Latinis in plurali maſculini eſt generis, & ſic potiſſimum uſurpatur. Docet autem Stephanus de urbibus, qui decem diverſas hujus nominis enumerat,* Ἄργος *fere dici omnem planiciem maritimam, forte ab albicantis & arenoſi ſoli colore, cum* ἄργος albus *ſit:* vacuus *etiam &* otioſus, *ut plerumque ſunt littora.*

ipſe Epiſcopus Argivorum,

B

laudatus in Synaxario MS.

2 *S. Petri elogium inſigne, Thaumaturgi titulum præclare confirmans, habemus in MS. Synaxario Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis, quod etiam Græce exhibemus, inventumque à nobis ferme idem eſt in MSS. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ &, Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, nunc flammâ abſumptis. Eſt autem hujuſmodi.*

ad exercitationem monaſticam,

3 Eodem die, *tertio ſcilicet Maji,* memoria S. P. N. Petri, Epiſcopi Argorum, Thaumaturgi. Habuit hic patriam Conſtantinopolim: cumque eſſet filius pientiſſimorum parentum, qui cum tota familia monaſticam vitam amplexi ſunt, attonſis ante fratribus Paulo & Dionyſio, ipſe ſimul cum Platone ad eorum æmulationem & imitationem ſuſcepit agonem aſceticum, atque tam bene decertavit, ut non ſit facile explicatu. Non enim ſolum in vigiliis & meditationibus Scriptuarum ſacrarum ſuperabat omnes, ſed & largitate eleemoſynarum erga pauperes & commiſeratione. Cum autem propter excellentiam virtutis cogeretur fieri Corinthi Archiepiſcopus, propter modeſtiam atque humilitatem non potuit perſuaderi ut conſentiret. Ordinato igitur fratre ejus Paulo, ſecutus eum eſt: & precibus Argivorum atque ipſius fratris inductus, Argis conſecratus eſt Epiſcopus. Quo in gradu adeo exuberavit in eleemoſynas, ut ſingulis diebus nihil in penu reperiretur præter tunicam quam induebatur, nec ullum ad ſe venientem pauperem repelleret. Fame autem Peloponneſum atterente, multa hominum millia pavit: cumque liberalitas ejus, non niſi farinæ modicum reliquiſſet in vaſe, inventum hoc eſt plenum, & longo ſuffecit tempore tam egenis quam ſa-

liberalitate in pauperes,

C

miraculorũ excellentia

miliaribus ejus: multos autem captivos lytro perſoluto redemit, & manu violenta oppreſſos libertati reddidit, quin & puellam virginem à dæmone inſeſſam curavit, & ſuperventuram Peloponneſo calamitatem ſub ænigmate prædixit, & ipſum obitus ſui tempus præſcivit. Annum ergo ætatis agens ſeptuageſimum, poſt innumeros virtutis agones beatum ſpiritum tradidit: atque poſt mortem manifeſtam faciens ſuæ virtutis efficaciam, ex ſancta ſua tumba profundit oleum, dæmones abigit, & omnis generis morbos ſanans, palam facit quanta potiatur gloria beatitudinis & præmiorum, in altera vita à Deo receptorum.

etiam poſt mortem.

4 *Hactenus MS. Claromontani Collegii. Synaxarium juſſu Baſilii Imperatoris compilatum, eadem fere habet quoad primum partem, alteram paucis abſolvit dicens quod,* multa patravit miracula, &, cum diu Deo ſerviiſſet, in pace deceſſit. *MS. Chiffletianum elogio diſtichon tale præmittit.*

alibi elogiũ brevius,

Πῖψας τὸν ἔχθρον ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ
Ζωσῇ ἐφ' νίκης ζωννύη θάνων, Πέτρε.

E

Vitæ in theatro hoſtem proſternens humo,
Victoriæ zona accingeris in obitu, Petre.

Aliud elogium, quo pars utraque compendio perſtringitur, miſit nobis Pariſiis Iacobus Goar ex Synaxario MS. Gabrielis Nauæi, eodem fortaſsis quod nunc in eo, ubi Goar obiit, conventu Prædicatorum reformatorum ſervatur apud Franciſcum Combefis & ſucceſſores ejus, ubi ipſum nobis communicatum raptim evolvimus, deſcribentes ea ſolum quæ majoris videbantur momenti, ut facile potuerit fugere nos verbum unum alterumve: quale eſt quod apographum nobis miſſum continet, docens eum, qui Petrum cogere voluit ad Archiepiſcopatum Corinthiorum ſuſcipiendum, & Paulum fratrem pro eo recuſante ordinavit, fuiſſe Nicolaum Patriarcham Conſtantinopolitanum: *ipſiuſque Petri ordinationem factam eſſe* violentia Argivorum & Naupliorum ſuaſione. *Quare credimus ampliora ejus Acta aliqua extitiſſe, unde ſua quiſque auctor elogia accepit, propria, ut viſum, phraſi utens.*

ex quo ſcimus floruiſſe ſub Nicolao Patriarcha

5 *Eſt* Nauplia *Argolicæ regionis navale, urbs hodie & emporium celebre, vulgo* Napoli. Nicolaus *anno* DCCCXCV *ſucceßit S. Antonio Cauleæ uti oſtendimus ad hujus Vitam die* XII *Februarii, mortuus teſte Cedreno, anno* DCCCCXXX. *Hinc tempora, quibus ambo hi ſancti fratres floruerunt, utcumque cognoſcimus. Edidimus ad* XXXI *Ianuarii Vitam S. Athanaſii Epiſcopi Methonenſis, auctore Petro Epiſcopo Argivorum, quem hunc arbitramur. Eſt enim Methone urbs ejuſdem Peloponneſi in Meſſenia provincia. De Athanaſio autem hoc eſt actum etiam* V *Februarii* §. XIII *ad Vitam S. Agathæ Virginis,*

F

Poſt an. 900.

DE B. AVFRIDO SIVE ANFRIDO

EPISCOPO VLTRAIECTINO INBELGIO.

ANNO MVIII

Floruit circa annum Chriſti milleſimum, & generis nobiliſſimo ſplendore & vitæ innocentiſſima ſanctitate, Aufridus, *aliis etiam* Ausfridus, Ausfredus, Anfridus, Ansfridus & Ansfredus *dictus. In Vita infra danda appellatur* Comes apud Brachbantium, & infeſtiſſimus prædonibus, quibus regio Brachbant alebatur. *Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad annum* DCCCCXCVII *hoc ejus elogium, & forſan ex Actis, delibavit:* Clarebat hoc tempore inter Gallos Ansfridus,

Comes apud Brachbantium,

qui cum fuiſſet Comes Bratuſpantium, non minus juſtitia quam potentia ſeculari famoſus, depoſito militiæ cingulo, tonſuratus in Clericum, eo provectus eſt, ut ordinaretur Epiſcopus Ultrajectenſis Eccleſiæ. *En* regio Brachbant & Brachbantium, *aliter* Bratuſpantium *dictum: de quo idem Sigebertus ad annum* MXII *iſta ſcribit:* Henricus Imperator Godefridum Ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit, ad obſidendum caſtrum Lovanium. *Porro Ægidius à Leodio, monachus Aureæ-vallis, in ſuis*

ſeu Bratuſpantium,

A *ſuis ad Anſelmum Canonicum Leodienſem additionibus, aut ipſe (ut arbitratur Autbertus Miræus) Anſelmus, in Geſtis Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium cap.* 53, Dominum Aufredum Comitem Lovanienſem *appellat. Hinc Miræus in Chronico Belgico, ad annum* DCCCCXLVIII, *enumerans* Comites Lovanienſes (*quos ait etiam* Bruxellam poſſediſſe, & Advocatiam Eccleſię Nivellenſis, & Abbatię Gemblacenſis) *primũ ſtatuit* Aufridi patrem Lambertum, Ragineri primi Hannoniæ Comitis filiũ, *cui* ſucceſſit filius Aufridus, ut ex Archivis monaſterii Gemblacenſis colligi datur. *Nam ex MS. Catalogo Abbatum Gemblacenſium, in Notis ad Caput* XXXIII *Codicis Donationum, iſta deſcribit:* Nobilis vir Lambertus medietatem Eccleſię de Wiettine, in pago Maſaw, tradidit Erluino Abbati Gemblacenſi ejuſque Advocato, videnti Aufrido filio Lamberti. *Hæc, inquit,* ex chartula, exinde peracta, & à Lamberto ſubſcripta, liquent.

item Lovanienſis,

2 *Florebat eo tempore Notgerus ſeu Notkerus Epiſcopus Leodienſis, creatus anno* DCCCCLXXI, *mortuus* IV *Idus Aprilis anno* MVII, *qui* inter innumerabilia bona, quæ geſſit, caſtrum Hoy Leodienſi Eccleſiæ acquiſivit, *uti teſtatur memoratus Ægidius cap.* 54, *addito Privilegio, in hanc rem ab Ottone* III *Imperatore conceſſo, ſed mutilato: cujus chartam integram ex libro primo chartarum Eccleſiæ Leodienſis ſubjecit Ioannes Chapeavillus, eamque refert etiam Miræus in dicto Codice Donationum cap.* 41, *ex quo iſta excerpimus.* Adiit Celſitudinem noſtram venerabilis ... Notkerus, Tungrenſium vel Lebdienſium Epiſcopus, ut ei vel ſucceſſoribus ſuis, S. Mariæ ſanctoque Lamberto deſervituris, Comitatum Hoyenſem, qui in noſtra ditione hactenus erat, quemque Aufridus Comes, illuſtris vir, qui illum ad præſens tenebat, ſed pro Dei honore & prædictorum Sanctorum veneratione ipſiuſque Epiſcopi amore reddiderat, perpetuo habendum concederemus ... Super hæc omnia concedimus eidem venerabili Notkero Epiſcopo, & per eum omnibus ejus ſucceſſoribus, quod reliquum Hoyenſis Comitatus in noſtra ditione ſuperfuerat ... Datum Nonis Julii anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo quinto. *Hæc ibi. Hinc inter Comites Hoyenſes paſſim numeratur* Aufridus, *& à Laurentio Melarto lib.* I *Antiquitatum Hoyenſium pag.* 62 quintus Comes *traditur fuiſſe, ac* ſextus Nodgerus Epiſcopus. *Eſt autem* Huyum *oppidum valde præclarum, ad Moſam ſupra Leodium, in confinio Comitatus Namurcenſis.*

B

atque Huyenſis,

fundat Cœnobium Thorenſe.

C 3 *In eadem ditione Leodienſi infra Trajectum eſt oppidum Maſeca ſeu Maſacum, à quo ſeſquimilliari diſtat nobiliſſimarum Virginum Canonicarum illuſtre ac potens collegium in vico* Thoren, *de quo memoratus Ægidius indicato cap.* 53 *iſta habet:* Eo etiam tempore à Domino Aufredo, Comite Lovanienſi, de conſilio & licentia venerabilis Notgeri Epiſcopi, fundatum eſt cœnobium ſanctimonialium B. Mariæ in villa de Turne, quam tenet Comes Brabanticus à Leodienſi Epiſcopo. Hic itaque Aufredus Comes ... ſuam conjugem Hilſuindem in dicto cœnobio conſtituit: in quo filia eorum Benedicta primò regimen animarum ſub regula B. Benedicti ſuſcipit: ubi & meruerunt ſepeliri. *Hæc ibi. Miræus lib.* I *Diplomatum Belgicorum cap.* 24 *profert ipſum fundationis diploma, cujus priorem partem hîc inſerimus, & eſt hujuſmodi.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hilzondis, Comitiſſa terræ de Stryen, ſequi cupiens eum, qui eſt Sponſus Virginum, de conſilio Domini mei Ansfredi, eccleſiam conſtruxi in alodio meo de Thorne, ubi ego & filia mea Benedicta, ſub regula ſanctę obedientiæ ita viveremus in hoc ſeculo, ut mereamur in futuro, amictæ ſtolis albis, inter Angelos comparere in diſtrictu juſti Judicis. Itaque amicos mihi faciens de mammona iniquitatis, attuli ad dictam eccleſiam omne alodium meum, quod in terra mea de Stryen glorioſus Rex Zuentiboldus olim perdonaverat: inprimis ipſam eccleſiam de Stryen; quæ eſt conſecrata in honore Mariæ Virginis; Montem-littoris, ubi beatiſſima Gertrudis corporaliter converſata eſt, & cellam habet à B. Amando conſecratam, villam Gilleyela cum appendiciis, villam Baerle cum altari in honore ſancti Confeſſoris Remigii à me conſtructo, caſtellum Sprundelheim cum omni integritate, ſicut ſitum eſt ſuper fluvium Moerwater... Non ſit ullus Advocatus, niſi quem Fratres & Sorores de Thorne cœnobii elegerint... Datum apud Thorne anno nongenteſimo nonageſimo ſecundo, Kalendis Junii. *Hæc ibi. In dicto* Comitatu de Stryen, *olim amplo, nunc adhuc noto, eſt* Mons-littoris, *nunc* Mons S. Gertrudis *dictus, oppidum Hollandiæ in confinio Brabantiæ ſitum. Dicuntur etiam* Fratres & Sorores de Thorne, *propter ſex Canonicos, qui Virginibus ad ſacra munia obeunda ſubſerviunt, dotati etiam ipſi ampliſſime.*

ſanctimoniales conſtituit uxorem & filiam:

AUCTORE G. H.

4 *Dicto anno* DCCCXCII, *aut etiam citius,* Aufridus, de ſeculari Comite, Clericus attonſus eſt: *& quidem* pridem, *inquit Ioannes de Beka in Epiſcopis Vltrajectinis,* *antequam* ab Eccleſia Trajectenſi Epiſcopus XVIII electus eſt, *quod contigit poſt obitum* Baldevini Epiſcopi, vita functi VI Idus Maji anno DCCCXCIV. *Inter illuſtria opera quæ præſtitit Aufridus Epiſcopus, annotat Wilhelmus Heda de Epiſcopis Vltrajectinis, ab eo* anno DCCCXCVII non aſpernendam partem ditionum ſuarum collatam Eccleſiæ ſuæ Trajectenſi, ut patet per litteram donationis ſuæ, *quam ſubjungit integram: nos partem hic damus, quæ eſt hujuſmodi.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis ... Deſideramus notum eſſe cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, quod ego Anfridus, Dei ſolummodo gratia ſanctæ Trajectenſis Eccleſiæ Præſul indignus, jure confiſus in Domino cum tranſitoriis acquirere perennis vitæ gaudia, quamdam mei juris hereditatem, quam antea poteſtative poſſederam, infra Comitatum Rien nuncupatum, quorum locorum hæc ſunt nomina, Weſterlo, Oudlo, Colo, Mirenbeke, Honbeke, Borchte: pro meo meorumque parentum remedio, cum omnibus ad hæc pertinentibus eccleſiis, ædificiis, mancipiis, agris, paſcuis, pratis, cultis & incultis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, trado ad Eccleſias S. Mariæ ſemper Virginis, ſanctique Martini in Trajecto, ad reſtaurandum ibidem Dei ſervitium &c. *Pontus Heuterus lib.* 2 *veteris ac ſui ſeculi Belgii cap.* 14, *nomina pagorum ita recenſet.* Weſterlo, Ooſterlo, Mierbeca, Hombeca, Burenta. *Addit Heda*, ea loca eſſe in poteſtate Eccleſiæ Trajectenſis, & à Nobilibus de Merode ſub cenſu poſſideri, exceptis quibuſdam eccleſiis & bonis, quæ nonnulli de Weſemale occuparunt, & tranſtulerunt in monaſterium Tongerlo. *Hæc ibi. De tranſlatione dictorum locorum ad Dominos de Merode legendum inter Diplomata Belgica Miræi lib.* I *cap.* 97 *diploma: cujus hæc eſt pars:* Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentia viſuris ſive audituris, nos Decani & Capitula Majoris & S. Salvatoris Trajectenſis Eccleſiarum ... cupimus fore notum, quod licet pridem, tranſactis nonnullis annis, poſtquam bona noſtra & Eccleſiarum noſtrarum ſupradictarum de Oelen, Weſterlo, Quakenbeke, Hartſſel & Berchem cum ſuis pertinentiis, per mortem ſpectabilis Baronis, quondam Domini Joannis Domini de Weſemale & Phalais, ad nos & dictas noſtras Eccleſias fuerunt legitime devoluta; dicta noſtra bona ſtrenuo & nobili viro Domino Richardo, Domino de Merode & de Frentz, vocatis vocandis, unanimiter in perpetuam conceſſerimus emphyteoſin, traditis ſibi deſuper litteris opportunis ... Datum anno MCCCCXXIX. *Hæc ibi: ubi* major eccleſia *dicitur* Eccleſia Cathedralis S. Martini, *&* Eccleſia S. Salvatoris, *olim*

creatus Epiſcopus an. 994

tradit Weſterlo & alios pagos eccleſiis Vltrajectinis.

AUCTORE G. H.

olim vocata fuit Eccleſia S.Mariæ, *de qua ex diplomate S.Aufridi jam dato eſt actum. Miræus, in Notis ad jam relatum diploma, deducit ſtemma Merodiorum ex jam nominato* Richardo, *unde ſunt* Joannes, Richardus, Henricus Comes de Oelen, Joannes, Philippus, *& hujus filius* Philippus anno MDCXXVI à Philippo IV Rege Catholico primus Weſterloæ renuntiatus Marchio. *Quo etiam modo à primo* Richardo *prognati.* Philippus, Marchio de Treſlon *creatus*; *&* Philippus Baro de Frentz, Comes Middelburgenſis.

accepit à Freteboldo varia bona in Teſterbantia:

5 *Memoratus Heda addit*, hujus Præſulis Anfridi, contuitu Fredeboldum, nobili proſapia progenitum, tradidiſſe Eccleſiæ Trajectenſi omnem juris ſui hereditatem, quam habuit intra Comitatum Teiſterbantiæ, *ipſumque traditionis exemplar ſubjungit: in quo* Dominus Præſul Anfridus, pia memoria recolendus, pro hujuſmodi traditionis remuneratione, ut firmior & ſtabilior eſſet hujuſmodi traditio, conceſſit ſingulis annis de ſua parte dari duodecim libras in beneficium dum viveret ... Actum in Trajecto in præſentia Domini piæ recordationis Anfridi Præſulis, coram teſtibus quam plurimis ... Mox poſt hæc ſubſequenti IV die, ut firmius & ſtabilius eſſet, infra terminum prædicti Comitatus, in villa quoque Trila
B nuncupata ... cum ramo & ceſpite, jure rituque populari, ſancitum eſt rationabiliterque firmatum, ut hujuſmodi traditio intacta & inconvulſa permaneat feliciter, ſub Chriſto ſtipulatione ſubnixa. *Hæc in dicto diplomate: ſed poſtea, ut videtur, interpolato. Nam* Anfridus *appellatur* pia memoria recolendus, *&* piæ recordationis Præſul. *Quæ phraſis ſolet adhiberi poſt mortem, non in alicujus præſentia. Præterea annus Chriſti* DCCCCXCVII *& Indictio* X *cum* XII *Kalend. Octobris notatur, cum Feria quinta. Verum littera tunc Dominicali* C, *dictus* XII *Kalend. Octobris ſive dies* XX *Septembris conveniebat in feriam ſecundam. Et annus Præſulatus habetur ſecundus, qui erat quartus aut ſaltem tertius, ſi Sedes ultra tres menſes vacarit. Aliud extat diploma Ottonis* III *Imperatoris apud dictum Hedam & Ioannem a Leidis, lib.* 9 *Chronici Belgici cap.* 4, *in quo iſta leguntur*: Interventu & ſupplici rogatu Aufridi, Sanctæ Trajectenſis Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi, & Franconis reverendi Præſulis noſtri, prædictæ Sedi Trajectenſis Eccleſiæ, in honorem S.Martini Confeſſoris conſtructæ, dedimus, largiti ſumus, & omnino conceſſimus omnem diſtrictum ſuper villam Bommele, & ſuper cuncta quæ ad eamdem villam pertinent, videlicet publicæ rei ſubjecta ... Inſuper ſibi donavimus quid-
C quid Poppo, filius Walgeri, habuit in miniſterium in pago Teſterbandia & in villa Arclo, proprietario jure habendum tali ordine, ut præfatus Aufridus venerabilis Præſul ſuique ſucceſſores eaſdem res per noſtram confirmationem traditas teneat, diſponat, ordinet & perfruatur, noſtra omniumque noſtrorum perpetualiter remota contradictione ... Data III Idus Aprilis anno DCCCCXCIX. *Hæc Otto* III, *quæ ſucceſſor ejus S. Henricus,* III *Nonas Septembris anno* MIII *confirmavit, & alia conceſſit de ſervis, liberis, & advenis Presbyteris, quæ ibi videri poſſunt. Hinc Ioannes à Leidis cap.* 2 *dicti libri* 9 Aufridum *appellat* Comitem Hoyenſem, Teſterbandiæ, Bratuſpantiæ & Dominum de Holtena, *ſive* Altena *ut alii interpetrantur. Additurque* ſolitus reſidere in territorio ſuo Driel apud Bommel, quia erat Dominus fere illius inſulæ.

& alia ab Ottone 3

& S. Henrico Impp.

6 *Dictum autem territorium* Driel *obtulit ipſe Anfridus monaſterio à ſe conſtructo prope urbem Amerſfordiam: cujus fundationis & donationis diploma ex monumentis Abbatiæ deſcripſit Arnoldus Buchelius, ediditque in ſuis ad Hedam notis, quod hîc damus.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus ſub Chriſtianæ religionis norma degentibus, qualiter ego Anfridus, licet indignus Trajectenſis Epiſcopus, in loco qui vocatur Hohorſta, ædificari præcepi cellulam, D inprimis in honorem Dei noſtri Jeſu Chriſti conſtructam, nec non gloriſſimæ Genitricis ejus Mariæ, ſed & beatorum Petri & Pauli, meique Patroni ſpecialis S.Martini, ea ratione, ut inibi Fratribus monachis, ſub S.Benedicti regula feliciter vivere cupientibus, dies ducere liceat huic vitæ conceſſos. Ut autem locus prædictus in Dei ſervitio firmius poſſit eſſe ſtabilitus, jam dictis Fratribus tradidi, quidquid viſus fui habere in villa Thrile, in pago Teſterbantenſi, cum omni familia cunctoque ſervitio & diſtrictione, ita ut omni tempore tenui ac poſſedi, abſque ullius contradictione, regali ſcilicet manu, traditione ac ſtipulatione nobis conceſſum: & in Twenre dimidium cenſus teloniarii & monetæ & foreſtę in Rumelo, & quartam partem ſilvæ in Fugenhoute. Præter hæc tradidi inter villas Heſe & Sous quatuordecim manſos, cum prædio Hohorſt prædicto, cum mancipiis & omnibus appendiciis, id eſt ſilvis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis aquarumque decurſibus, acquiſitis & acquirendis, quod dedit quidam Garwardus miles S. Martino: & novale quoddam de monte Hohorſt, uſque in Bachevorth. Addidi & has eccleſias, Ermelo, Maſemunſter, Livemunſter, Leyre, Suindrecht, Hamerthe, Loyſden. Actum eſt hoc pu- E
blice coram idoneis teſtibus, in baſilica S.Mariæ Sanctique Martini in Hohorſt, ipſo die dedicationis ejus, id eſt, XIV Kalendas Decembris, anno ab Incarnatione Domini MVI, Indictione IV, regnante Henrico III, Imperii ſui anno V. *Hæc ibi. Introducti erant duodecim monachi ex S. Viti Martyris Gladbacenſi monaſterio, & inſtitutus Domnus Weringerus, doctus pariter & pius, primus Abbas: cui Adelboldus Epiſcopus, Anfridi ſucceſſor, tradidit decimas Secundus Abbas fuit Adelbertus. Huic Bernoldus ſive Bernulphus Epiſcopus dedit bona, & monaſterium in urbem Vltrajectinam tranſtulit, anno* ML. *Gervicus, dein tertius Abbas fuit, & primus monaſterii S.Pauli in urbe. Quæ aliaque tradit Miræus in Originibus cœnobiorum Benedictinorum in Belgio cap.* 31.

tranſlatum Vltrajectum ad S. Paulum.

7 *Ex vetuſto codice pergameno hujus monaſterii S. Pauli habemus aliquam Vitæ partem, quam ſubjicimus, ibidem ab aliquo monacho conſcriptam: in hac deſunt quæ ad S. Anfridi obitum, ſepulturam, miracula ac venerationem ſpectant, forſan alibi reperienda. Titulus hic, recentiori manu præfixus,* Vita S.Aufridi Epiſcopi Ultrajectenſis Patroni loci, *dein appellatur* almus Confeſſor, *&* ſanctus Sacerdos: *quæ aliquem innuunt cultum. Vixit ultimis ſuis annis cæcus in dicto monaſterio, ibique vitam finivit. Ipſum autem monaſterium mutato nomine* Hohorſt, *ap-* F
pellatum fuit Heiligen-berch: *quo adhuc vocabulo in mappis geographicis exprimitur, quod Latinè ſonat* Sanctum-montem. *An propter Anfridi ſanctitatem & miracula, non liquet. Horum in genere mentionem facit Heda dum ait*: Cujus converſatio qualis fuerit, per miracula, ad ejus ſepulcrum oſtenſa, crebro innotuit. Anno Domini MVIII V Nonarum Maji feliciter eum obdormiviſſe, *tradunt Beka, Heda & paſſim alii, quamvis aliqui ad annum ſequentem referant ejus obitum. Trithemius lib.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, ita inſcribit caput* CCLXXXIX. De S.Ausfrido Epiſcopo, *& hoc ſubnectit elogium:* Ausfridus Epiſcopus Trajectenſis, vir ſecundum ſeculi dignitatem Comes nobilis & potens, ſed ſecundum Deum ſanctus & devotus, magis elegit abjectus eſſe in domo Domini, quam mundi honoribus extolli. Poſt Epiſcopatum namque monachus factus, in monte S.Mariæ latens, multis virtutibus clarus emicuit. Ejus feſtum agitur V Nonas Maji. *Arnoldus Wion & Hugo Menardus in Martyrologio monaſtico iſta ſcribunt*: Trajecti S. Aufridi Epiſcopi & Confeſſoris, qui relicto Epiſcopatu monachus effectus eſt in Monte-S.Mariæ, quod propriis ſumptibus non procul ab Amerfordia oppido ſub

Vitæ pars ex MS. cultum probat.

corpus in monaſterio Monte Sancto dicto.

elogium ex Trithemio.

Martyrologiis monaſticis.

fundat monaſterium in Hohorſt

A ſub regula S. Benedicti conſtruxerat. *Pauciora habet Dorganius, at multo plura Bucelinus cum MS. Kalendario Sanctorum Ordinis S. Benedicti, in quo, & potißimum in monaſterio Vltrajectino S. Pauli, videtur in veneratione publica fuiſſe.*

MS Florario, 8 *Interim in MS. Florario Sanctorum longo exornatur encomio, cujus pars eſt iſta* : Apud Trajectum inferius depoſitio Sancti Aufridi Epiſcopi & Confeſſoris ... Hic in monaſterio S. Mariæ Virginis, Ordinis S. Benedicti juxta Amersfordiam, quod ipſe conſtruxerat, ſacræ religionis habitum ſuſcepit, in quo uſque ad vitæ ſuum terminum devotus permanſit. *Grevenus* *Greveno,* *Carthuſianus in ſuis ad Vſuardum additionibus, anno* MDXV *&* MDXXI *excuſis, iſta habet:* Aufridi Epiſcopi Trajecti inferioris & Confeſſoris. *Non ſolet Grevenus ubique iterare titulum* Sancti, *& ita abſque eo poſt Aufridum refert* Florentium & Vindemialem Epiſcopos, & Philippum Presbyterum, *& hos eodem modo* Confeſſores *indigetat, quorum Acta hoc aut præcedenti die illuſtravimus.* *Caniſio & aliis.* *In Martyrologio Germanico Petri Caniſii iſta leguntur* : Item 3. Aufridi Epiſcopi Ultrajectini & Confeſſoris. *Quæ eadem cum longo encomio habentur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji, & apud Bartholomæum Fiſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis. Balduinus Willotius in Hagiologio*

B *Belgico iſta habet* : In Monte ſancto juxta Amersfordiam, S. Ansfridi Epiſcopi Ultrajectini. *Similia habentur in adjunctis Martyrologii Romani Leodii anno* MDCXXIV *excuſi, ſed errore aliquo dicitur* Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam. *Habent ejuſdem elogia Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, & Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis, quorum ille abſtinet ab omni titulo honoris Eccleſiaſticis, iſte ſolum* Beatum *appellat.*

VITÆ PARS

Auctore monacho Vltrajectino S. Pauli.

Ex vetuſto codice MS. ejuſdem monaſterii.

Amans juſtitiæ 1 ANno tertio Henrici Imperatoris, Ottonis tertii beatæ memoriæ Cæſaris Auguſti ſucceſſoris, erat apud Brachbantium Comes Aufridus, ſummæ juſtitiæ vir : qui neque muneribus neque donis tranſitoriis ullo modo à rectitudinis calle reflecti poterat. Frequenter enim à Conciliis & Conventibus ſententiæ ab eo imprimis exquiſitæ, ab ore

C ejus omnes erant pendentes, & quæ ipſe legum decreta ſtatuit, his nulli contradicere fas fuit. Sermo ejus ita mediocritate & diſcretione temperatus erat, *honeſtatis* ut ſecundum Comici noſtri dictum, Ne quid nimis, ſupergrederetur. Sed & hoc annectendum, quia ex moderatione ſuorum verborum facile compoſitio & honeſtas ejus occulti cordis ab audientibus intelligi potuit. Quidquid vero in jugi & quotidiana confabulatione loquebatur, hoc divinarum Scripturarum exemplis blande leniterque condiebat. Et ſi *& Lectionis ſacræ,* quando contigit, ut à ſecularibus negotiis quietus eſſe potuiſſet, aut juſta judicia legum tractabat, aut lectioni tanto ſtudio inſiſtebat, ut à quibuſdam inſipientibus monachicam vitam illum agere deriderentur. Quod ideo minus ſit mirum neceſſe eſt, quia quanto avidiori meditatione Sancti divinis operibus invigilant, tanto amplius viliores mundo fiunt; & ut patientia eorum probetur, à pravis hominibus ex

Pſal. 38, 9 permiſſione Dei plerumque dehoneſtantur, teſte notario Spiritus ſancti dicente, Opprobrium inſipienti dediſti me.

2 Summi etiam & illuſtres viri, dum in jure dicendo gravius quid diſceptandum erat & ut ſolet fieri, diverſa ſentirent, & variari ſententiæ viderentur, ad eum gratia diſcendi veniebant, & interrogandi. Imperialibus quoque ſecretis ſæpiſſime intererat, & quoties de majoribus rebus tractandum erat, *optimi vir conſilii* tantæ auctoritatis habebatur, ut ſine ipſius conſilio raro aliquid ſtatueretur. Hoc ſibi decretum in omni ætate, hoc ſibi propoſitum (non ſicut quidam noſtri temporis, quos plerumque aut miſericordia aut invidia à judicio labi conſpicimus) de juris & legis veritate nihil diminuere. Ob hoc à Rege fre- *etiam Reg* quenter adſcitus & carus præ ceteris habitus, ejus oratione, & primos coërcebat & regnum per eum in pace gubernabat. Prædonibus, quibus regio Brachbant maxime alebatur, infeſtiſſimus erat, & *infeſtus prædonibus,* crebris occurſionibus eorum conatus impediebat. Principem quoque eorum, deſperatum hominem, cujus nomen nec dici quidem opus eſt, ſanguine civili adultum, frequenti fuga vix ſe eripientem vehementer premebat; cum ille ſaltubus aut paludibus, *eorumque principi,* denſiſſimis arboribus conſitis, præſens evadere periculum cupiens, ſeſe occultaret. Multi præterea triumphi, multa bella feliciter geſta, non ad perniciem civium, ſed ad reprimendam audaciam improborum. Hæc quidem laicus gerebat.

3 Cum vero Balduinus Sacerdos Trajectenſis E vita decederet, nuntiuſque in caſtra veniſſet; Rex Aufridum ſeorſum manu ducens, Sacerdotium illud *oblatum Epiſcopatum Vltrajectinum* ei offerre cœpit. Cumque ille reniteretur, jamque ſe ſenem, & in militaribus armis omni tempore vitæ ſuæ verſatum; Clericatus officia ſuſcipere omnino abſurdum videri contenderet; & Rex vehementer inſtans, vi ad ſuſcipiendum compelleret; proſpiciens quia Regi reſiſtere non poſſet, ut cum ſuis deliberaret expoſcit. Qua re impetrata, & à ſuis oratione accepta, quæ Rex imperaret ſe facturum pollicetur : & accepto gladio quo erat accinctus, ſuper altare S. Mariæ poſuit dicens : Hactenus hunc terrenum honorem obtinui, & hoſtes pauperum Chriſti & viduarum expuli; nunc deinceps huic Dominæ meæ S. *honorem S. Mariæ protecturus acceptat :* Mariæ, qua virtute honorem & ſalutem animæ meæ obtineam, commendo. Hoc cum diceret, omnium obortis lacrymis ac plauſu eorum qui aderant, dignis ejus meritis tribuitur infula Pontificalis. Verſiculos quidam è noſtris de his rebus cecinit, quos etiam huic opuſculo annectere libuit, quo etiam alium in noſtra narratione teſtem haberemus.

4 O bona Trajectum, mater prælecta locorum,
Nunc retines Dominum generali laude potitum. *à militia ad Sacerdotium promotus*
Ansfrid pro meritis datus eſt tibi Pontificalis,
Eſt & prælectus Domino Confeſſor & almus. F
Qui prius in bello firmabat regna popello,
Eccleſiæ cuſtos nunc eſt ſanctuſque Sacerdos.
Vertitur in melius ſic ſic certaminis uſus,
Quondam bellator; nunc autem pacis amator;
Tunc pars bellorum, nunc autem Dux animarum.
Quondam pugnabat, populi nunc corda gubernat:
Militis officium precis obmutavit in uſum,
Veſte Sacerdotis nunc prorſus liber ab armis,
Accepit calicem manibus, liquitque mucronem;
Depoſuit parmam, cœpit levare patenam;
Sprevit vexillum, voluit quia pſallere Miſſam :
Nunc Miſſam cantat, precibuſque fideliter inſtat. *exemplo S. Petri*
Iſta ſuo exemplo Petri facit indubitando,
Qui primus cecinit Miſſam barbamque totondit.
Quæ vult ut veniant Deus, omnia protinus aſſunt.
De cane fecit ovem Deus hic, ut fecerat olim,
Ad ſe cum Paulum rapuit de ſorte luporum, *& S. Pauli:*
Quem poſt Eccleſiæ Doctorem juſſerat eſſe.
Nunc eſt ablatus cum ſtemmate glorificatus,
Atque ſtolam portat, virtutis & arma miniſtrat,
Qui prius in multis valuit per bella periclis :
Gloria Paſtoris ſonat in ſermone ſuavis.

5 Sumpto

EX MS.

Episcopus sanctius vivit:

5 Sumpto Episcopatu aliquando Canonicis vestibus utebatur, non quidem elationis causa, sed ne dedignationis suspicione à ceterorum moribus Sacerdotum videretur dissentire. Sed quia pius Dominus jam illum ad suam servitutem advocavit, jamque illi curam Ecclesiæ commisit; ad hæc plenius sua consueta pietate sibi adjungere dispositi. Nam quamvis impossibile sit vitam ullius Sancti sine peccatis transire, cũ tamẽ illa quę fragilitate carnis incaute cõtracta sunt, largissima misericordia in hoc seculo aliqua molestia corporali soleant purgari (attestante Scriptura, quæ dicit, flagellat Dominus omnem filium quem recipit) Ansfridus lumen tenebrarum harum taliter amisit, quodammodo manente integritate oculorum, ut nihil minus quam aspiciens & videns putaretur. Defectum quidem in se sustinuit, sed deformitas faciem viri nulla dehonestavit. Hoc ex benignitate Salvatoris nostri credo actum esse, ut extincto oculorum desiderio, & exclusa occasione peccandi, & vultus dignitatem Episcopi servaret, & ulterius unde concupiscere non haberet. Neque hoc incommodo accepto unquam superatus vel animo dejectus est: sed eodem vultu, eadem hilaritate, eadem jucunditate, cum summa patientia permansit.

Hebr. 12, 6

cæcitatem inflictam æquo fert animo:

B

6 Igitur ex hoc respectu Dei in se propensius rediens, salutifera cogitatio sibi incidit, flores hujus mundi sordes apud Deum videri; & ea quæ multo sumptu ad ornatum putrescendæ carnis captarentur, non solum detrimentum, sed ad perpetuam ruinam animæ pertinere: vestem delicatiorem deposuit, indumenta non dixerim vilia, sed potius Angelica ad institutionem S. Benedicti sumpsit. Est collis Heiligenberg, tribus millibus à Trajecto distans, undique circumclusus: una ex parte flumen limosum, reliquum spatium perpetua palus eademque latissima ambiendo, omnem aditum excludit. Huc adacta navicula trans flumen illud ferri se jubet: & quia orationis causa tumultus hominum vitare cupiebat, verticem collis, succisis arboribus & fruticibus, in planitiem deduxit: in primis oratorium, dein sibi cellam;

habitum Ordinis Benedictini assumit:

construit monasterium Heiligenbergense.

post aliis constructis & claustro effecto, conventicula monachorum ibidem collocavit, & Abbatem eis præfecit. Huc se post colloquia Regis, post Synodum, post diversos conventus recipere solebat. Hic miseram curam secularis negotii à se removit, viribus totis Dei laudibus & obsequiis institit, orationibus, vigiliis, eleëmosynis ita intentus, ut nostra ætate sibi nemo posset assimilari. D

7 Unam ex ejus innumeris liberalitatem in pauperes Christi exhibitam referemus. In ipsa cella, quam diximus, positus, post tertiam vigiliam, unum è suis ministris ad se vocat, quid fieri velit ostendit, & ut nemo id cognoscat interdicit. Sumit situlam, immittit vectem, seque simul portando, ministrum ad regendos gressus suos usque ad flumen præcedere jubet. Aqua hausta rediit, igne calefecit, in dolium infudit: leprosum, cujus corpus miserabilis sanies totum obduxerat, pannis exutum in balneum deposuit, putrescentia membra manibus perlustrans diligenter lavit, lotum in lectum ipsius collocavit, & vestibus novis vestitum ante lucanum, sub testatione ne quis id sciret, abire præcepit. Hic si quæras cur iste tantus vir, tot virtutibus præditus, Spiritus sancti gratia irroratus, leproso illi solatium curationis non impendit; facili responsione has cogitationes obvius excipiam. Legimus namque quod signa infidelibus, non fidelibus data sunt, quo in initio nascentis Ecclesiæ corda Gentilium, longa consuetudine idolorum indurata, visis tot prodigiis ad credendum emollirentur. Quis enim tunc temporis, mundo in florentibus rebus posito, prædicanti aliam vitam crederet, nisi ea exhiberentur, quæ antea non visa nec audita fuerant? & quæ necessitas fuit istis nostris temporibus Ecclesiam Dei signis illustrari; cum nullus sit locus quovis gentium, non mons, non silva, non vallis infinita, non palus immensa, non insula ab orbe remota terræ, quæ non sunt Domini nostri Jesu Christi confessione repleta? Vir namque Domini inanibus favoribus hominum extolli noluit, qui semper intra conscientiam quod boni egit soli Deo cognoscendum contegere studuit.

leprosum à se lotum, in lecto suo collocat, & novis vestibus ornat:

E

evitat laudes humanas.

DE BEATO VENTVRA

G. H. ORDINIS CRVCIFERORVM HISPELLI IN VMBRIA.

C

III MAII

Hispellum, *illustre oppidum Vmbriæ, Fulginium inter & Assisium, (ubi Sedem olim Episcopalem fuisse multi tradunt) hoc die veneratur* S. Venturam: *cujus nomini ibidẽ extat dicata Ecclesia. Hunc Silvester Marulus seu Maurolycus, in Mari Oceano Sacræ historiæ omnium religionum lib.* I *pag.* 51, *tradit fuisse* Ordinis Cruciferorum, *& in Francisci Maurolyci Martyrologio referri ad* XXX *Aprilis. Non levis sane hallucinatio: nam Martyrologii Maurolyci duplicem habemus editionem, sed absque mentione* B. Venturæ: *neque etiam illius meminit Felicius, Maurolycum sequi potissimum solitus. At Ferrarius,* ex tabulis Ecclesiæ Hispellensis & Cruciferorum, *eum in Catalogo generali refert his verbis*: Hispelli B. Venturæ, Ordinis Cruciferorum. *Idem Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ,* de S. Venturâ Confessore Hispellensi *istud elogium habet*: Ventura Hispelli, ex antiqua Hispelluciorum familia, quæ hac quoque tempestate perseverat, natus, ut vetus habet traditio, sanctitate floruit. Corpus illius in arca marmorea conditum, in ecclesia suo nomini constructa & dicata pie apud urbis mœnia asservatur; magnamque apud Hispellenses veneration nem habet v Nonas Maji, qua die ejus * natalis summa celebritate à Clero & populo publica processione & devotione colitur. Miraculis aliquot fulsisse fertur. Sed Acta non extant, neque quo tempore vixit, memoriæ proditum est. *Hæc Ferrarius ad* XXX *Aprilis* ex monumentis & Annalibus urbis Hispellensis *ejus mortem tali die consignantibus.* Illum, *inquit idem Ferrarius*, Fratres Cruciferi congregationis suæ alumnum fuisse affirmant: ejusq; memoriam hac die celebrant. *Nicolaus Brautius, Episcopus Sarsinæ, in suo Martyrologio Poetico ad eumdem* XXX *Aprilis*, S. Venturam *colit his versibus*:

F

Memoria apud Ferrarium,

Brautium,

Floruit Hispelli natus Ventura, bonorum
Qui fructu plenus transit ad astra senex.

Ludovicus Iacobillus, in opere de Sanctis & Beatis Vmbriæ, collegit ex variis Vitam B. Venturæ Ordinis Cruciferorum, Fundatoris conventus & domus hospitalis ad mœnia Hispelli. *Eam ex Italico Latinam offerimus benevolo Lectori, ut pro sua prudentia eam dijudicet. Est autem hujusmodi.*

& Iacobillum:

2 Beatus Ventura Hispelli, in regione Umbria & diœcesi Spoletina, natus est ex antiqua familia Spelluciorum, quæ etiamnum viget. Anhelans vero ad æternam vitam, sprevit atque odio habuit omnia caduca & fragilia præsentis vitæ: & quoniam cognoscebat bonum illud quod infinitum est non posse acquiri, nisi impensis multorum bonorum operum, & potissimum cum magna caritate patratorum; ideo

Hispelli natus,

virtuti dedi-tus.

* *potius* memoria

A ideo ſemet occupavit in multis erga Deum & proximos exercitiis eximiæ caritatis, intentus ſemper ut majora & majora opera præſtaret. Contigit autem ut per civitatem Hiſpellenſem tranſirent aliqui Patres Ordinis Crucigerorum, inde profecturi Romam, tum ut viſitarent Corpora ſanctorum Apoſtolorum & alias Sacras Reliquias, tum potiſſimum ut operam ſuam pauperibus peregrinis in hoſpitali impenderent, prout inſtitutum Ordinis requirit. Quo intellecto B. Ventura ſe illis ſubjecit, non aliter hanc occſionem arripiens, quam ſi fuiſſet à Deo imperata. Adjunxit autem ſe illis comitem Romam uſque, ubi aſſumpto dictæ Religionis habitu, ſemet majore cum ardore tradidit exercitiis caritatis, factus reliquis illuſtre exemplum. Inter aſſiduas domus hoſpitalis fatigationes oculos mentis intendebat in aliarum virtutum acquiſitionē, in multas vigilias & abſtinentias, in orationē & contemplationē magno cum fervorē ſuſceptam. Hinc fama ſanctitatis ejus, de die in diem accreſcens, reddebat eum lucidiſſimum ſpeculum cujuſcumque laudabilis actionis.

Crucigeris adhæret,

habitum ſuſcepit:

Sanctè vivit:

B 3 Interea eidem obtigerunt per mortem conſanguineorum ſuorum variæ poſſeſſiones, ea potiſſimum intentione donatæ, ut iis ædificaretur cœnobium cum domo hoſpitali pro Patribus Cruciferis. Quare mandato præpoſitorum Superiorum Ordinis, B. Ventura Hiſpellum miſſus, ut huic ædificationi intenderet, intra breve tempus extra mœnia conſtruxit eccleſiam ſub titulo ſanctæ Crucis; adjunxitque cœnobium pro ſuis religioſis, & domum hoſpitalem, in qua pauperes peregrini ſuſciperentur. Fuit autem ipſe creatus primus Prior hujus novi conventus, ad quem miſſi multi alii Patres Cruciferi, ut ibi habitarent: quos ipſe rexit magna cum caritate, prudentia & zelo. Reperit ibidem ipſemet amplam occaſionem exercendi munera hoſpitalitatis & caritatis, maxime quod eſſet locus ſitus in via Romana, per quam innumeri ſemper peregrini & pauperes tranſibant: qua etiam ratione magis innoteſcebat ejus ſanctitas. Demum plenus dierum & bonorum operum, ad æternam vitam, quam tantopere deſideraverat, migravit in dicto cœnobio die xxx Aprilis ..... Corpus ejus venerabile fuit in eadem eccleſia in arca marmorea depoſitum; & Dominus Deus, propter merita ejus, in diverſis temporibus magna & plurima miracula operatus eſt; ac tunc dicta eccleſia, relicto nomine ſanctæ Crucis, cœpta eſt appellari, eccleſia S. Venturæ, uti adhuc appellatur. Interim in feſto Inventionis ſanctę Crucis die iii Maji, ex antiquis ſtatutis Hiſpellenſium, Clerus utriuſque Eccleſiæ collegiatæ, quæ ibidem reperitur, Religioſi alii & Confraternitates cum Gubernatore, Magiſtratu & populo, quotannis in ſolenni ſupplicatione procedunt ad dictam eccleſiam: in qua aliquis Canonicus eccleſiæ S. Laurentii tunc ſacrificium Miſſæ Deo offert.

Hiſpelli fundat cœnobium & domum hoſpitalem:

moritur 30 Aprilis

claret miraculis:

C 4 Clemens Papa iv, in Brevi Peruſii anno MCCLXV ſignato, & ad domum hoſpitalem Cruciferorum Bononienſium directo, ſignavit ſub ſuo regiſtro omnes eccleſias & domos hoſpitales, quas tunc temporis habebat Ordo Cruciferorum: atque intra alias nominat domum hoſpitalem S. Venturæ apud Hiſpellenſes: ſed hæc poſtmodum, quod eſſet ad viam publicam, fuit à militibus deſtructa cum ipſo conventu. Eccleſia tamen, cum paulatim ad ruinam tenderet, fuit anno MDCXXV, à Juſtiniano Cambio Hiſpellenſi Sacerdote reſtaurata, & anno ſequente MDCXXVI à Nicolao Venanzi Abbate, & Vicario Hiſpellenſi, auctoritate Laurentii Caſtruccii Epiſcopi Spoletani, ſepulcrum B. Venturæ apertum; & intra illud reperta arca cypreſſina, tribus circulis ferreis arcte concluſa, intra quam erant caput & reliqua oſſa dicti Beati: quæ dein fuit iterum concluſa, & in priore loco repoſita. Eſt ab antiquiſſimo tempore huc uſque pia devotio Hiſpellenſium, venerantium hoc ejus ſepulcrum: ubi in dicta eccleſia adſervatur antiquiſſima ejus imago, & conceduntur à Deo multa beneficia, iis qui cum devotione & fide B. Venturam invocant.

Clemens 4. Papa meminit hujus Conventus S. Venturæ,

ecclesia reſtauratur:

Sacra oſſa elevantur:

imago antiqua.

AUCTORE G. H.

5 *Hæc Iacobillus, citatis ad marginem MS. Chronico Cruciferorum M. Antonii Boldu Venetiis adſervato, MS. Hiſtoria Hiſpellenſi Guidonis Olerini & Fauſti Gentilis Donnolæ, MSS. monumentis Cruciferorum Romæ & Bononiæ adſervatis & aliis cum Ferrario ſupra allegato: cui credere malumus dicenti,* quo tempore vixerit, memoriæ non eſſe proditum, *quam verbis Iacobilli, ſupra de induſtria prætermiſſis, ſignantibus* annum Domini noſtri DLVIII tempore Pelagii Papæ I. *Tantam certe illius antiquitatem non ſuadet* Venturæ *nomen, pro* Bonaventura *ex ſolenni Vmbrorum conſuetudini decurtatū, & ætatem ſeculo* X *vel* XI *poſteriorem ſapiens. Vtinam Clementis* IV *Bullam integram exhibeat aliquis, ex qua de Crucigerorum ſub ipſo, nomine, ordine, amplitudine certius nobis conſtaret, quam ex ipſis Crucigerorum hiſtoriis: qui exordia ſua a S. Cleti Papæ temporibus repetiiſſe contenti, ad ſeque trahentes quidquid de inſtitutione Hoſpitalium ubicumque legitur, in hujuſmodi imaginariæ antiquitatis aſſertione & deductione hærent abſorpti; nihil interim nos docentes de medio ævo, ad quod originem eorum certior conjectura referret.*

Auctores à Iacobillo citati.

male videntur referri ad ſecul. 6

6 *Temporibus Pii* II *præcipua Ordini iſti claritas acceſſiſſe putatur: hoc enim anno* MCCCCLXIV *conventum celebrante Mantuæ, in quo de bello contra Turcas actum, plurium per Italiam Hoſpitalium Fratres habitu, inſtitutis, origine varii, in unam Religionem Crucigerorum coordinati dicuntur: quam Religionem anno* MDLXVIII *reformavit Pius* V, *& noſtra ætate extinxit Alexander* VII, *una cum aliis nonnullis minoris utilitatis in Eccleſia cœtibus, eorum poſſeſſiones convertens ad neceſſitates Eccleſiæ urgentiores. Quidquid ſit, & cujuſcumque tituli atque ætatis ea congregatio fuerit, ad cujus poſſeſſionem* Hoſpitale S. Venturæ apud Hiſpellum *pertinuit, ante coordinationem prædictam, jam inde à ſeculo* XIII; *uno alterove ſeculo oportet ſeniorem fuiſſe Venturam, cujus ut Sancti adeo celebre nomen tunc fuerit; & fieri poteſt ut eum Cruciferi eo dumtaxat modo ſuis annumerent Sanctis, quomodo alii Ordines varii eos Sanctos inter ſuos colunt, à quibus fundata aut provecta loca ipſi poſtea poſſederunt. Nos eis per conjecturam nihil detractum volumus, ejuſque memoriam ad hunc potius diem quo colitur, quam ad ultimum Aprilis quo mortuus dicitur referendam putavimus: & cauſam præcipui hoc die cultus eam putamus, quod cum hoſpitalis illius titulare feſtum tunc ageretur, & ſimul ad Venturæ ſepulcrum tunc maxime accederetur, nec propriam ullam ipſe venerationem haberet alio tempore, ipſa ſancta Crucis feſtivitas vulgo cœperit pro ſolennitate ejus reputari.*

haud multum ſeculo 12 antiquior.

DE BEATO ALEXANDRO

G. H.

CONVERSO CISTERCIENSI FVSNIACI IN GALLIA

SEC. XIII

Fusniacum, *Ordinis Cisterciensis percelebris Abbatia, de dignioribus & magis conspicuis religione filiabus Claræ-vallis, sita est in diœcesi Laudunensi, in Veromanduensis pagi finibus & regione Thieraschiæ, secundo lapide ab oppido Vervino. Ibi vitam sancte finivit* B. Alexander, *Princeps Scotiæ, & habet altare; estque pictus solus in tabula altaris habitu Conversi dicti Ordinis Cistercienſis, uti ad nos scriptum. Quæ de hoc* B. Alexandro *dicere possumus, sunt à Thoma Cantipratano conscripta lib.2 de Apibus, qui cap.10 ista asserit:*

Cultus:

progenies regia Scotorum:

2 Memor sum illustrissimæ Virginis Mathildis, quæ nostro tempore obdormisse probatur. Hæc filia Regis Scotiæ, ut probabili relatione didicimus, quatuor fratres habuit; unum Ducem, qui relicta uxore pro Christo pauperrimus exulavit; item alium Comitem, qui vitam eremiticam duxit; item Archiepiscopum, qui relicto regimine Ordinem Cistercienſem intravit. Quartus fuit Alexander junior frater, annorum sedecim: quem cum pater Rex regnare cogeret, Mathildis soror ejus, virgo viginti tantum annorum, dixit ei: Alexander, frater carissime, quid nunc ages? Fratres tui majores natu mundum terramque deseruerunt, ut cælum acquirerent: regnum spreverunt mortale, ut regna perpetua possiderent. Tibi ergo soli regnum relictum est, pro quo es & cælestem gloriam & animam perditurus. Nec mora, Alexander resolutus in fletus, Heu, ait, soror, & quid consulis facere? Ego paratus sum & quidquid jusseris adimplere.

B

custodia vaccarum,

3 Quo audito, gavisa soror, accepit fratrem, & mutato habitu ad remotiora transduxit: ubi eum & mulgere vaccas, & lac ad coagulum coadunare, & caseos optimos facere docuit. Inde venerunt in Gallias, ad Fonii claustrum Ordinis Cistercienſis, ubi soror locavit fratrem pro mulsore vaccarum, & probatus inventus est in optimis caseis faciendis. Hinc monasterii fratrem Conversum factum soror alloquitur, dicens: Multum, carissime frater, apud Dominum meritum acquiremus, quod terram parentesque amisimus: sed in hoc specialissimam remunerationem habebimus, si usque ad tempus futurum, quo nos invicem in cælo ad consolationem perpetuam videamus, ad præsens nos, ut nullus nostrûm alterum amplius videat, ab invicem sequestremus. Hoc audito flevit frater, gravius istud ducens omnibus quæ dimisit: & licet invitus, imperat animo, & à sorore totaliter separatur. Illa autem ad novem milliaria, in villa quæ dicitur Lapion, ibidem mansura secessit . . .

etiam in Ordine Cistercienſi:

C

à morte apparitio cum duplici corona:

4 Ne autem de fratre ejus Alexandro, quod gratius est prætermittam. Cum monachus quidam fistulatum ex ulcere pectus haberet, oraretque ad tumulum jam defuncti; apparuit ei frater Alexander sole lucidior, coronam gestans in manibus, & corona capitis insignitus. Cum ergo monachus quæreret, quid corona duplicata signaret; Corona, inquit, quam gesto manibus, corona extitit temporalis, quam pro Christo deserui. Illa vero, quam gesto in capite corona est, quam communem cum Sanctis accepi: & ut tibi fidentius in hac visione credatur, secundum fidem tuam sanus eris ab omni incommodo quo torqueris. Et notandum quod incognitus mansit usque in diem mortis suæ: & tunc constrictus obedientia Prioris sui, se fratrem sanctæ Magthildis de Lapione & filium Regis Scotiæ revelavit. Fecerat autem eum in nobilitate suspectum factum quoddam, quod multum postea doluit evenisse. Vir enim nobilissimus, Dominus Hugo de Rumenni, aprum immanis magnitudinis venatu lassaverat, & ut natura bestiæ est stare coëgerat ad resistendum. Equo autem nobilis ille descendens, aprato pugione eum bestiam vellet impetere, & tamen ejus truculentiam formidaret; Frater Alexander, qui vaccas in vicino pascebat, arrepto pugione de manu formidantis, bestiam audacter impetiit & occidit. Quo viso nobilis ille in oscula Fratris Alexandri illico ruens, Vere, inquit, numquam vaccarum custos, numquam rusticus, etiam undecumque veneris, increvisti. *Hæc Cantipratanus.*

notitia stirpis,

E

5 *Nomen ejus deinceps inscriptum est recentioribus Fastis, & quidem die tertio Maji, quo colitur S. Alexander Papa, refertur in Kalendario sacri Ordinis Cistercienſis Divione anno* MDCXVII *excuso, & in serie Sanctorum & Beatorum dicti Ordinis à Claudio Chalemoto anno* MDCLXVI *Parisiis impressa: qui sub finem ista addit:* Sepultus jacet in antiquo Fusniaci cœmeterio, ubi adhuc lapis sepulcralis conspicitur, diuque locus à peregrinis ob solatium quod hinc habere solebant, est frequentatus: etsi Cistercienses pii hujus Fratris ossa retro majus altare in propria basilica tumulata fuisse credant, ob antiquum ibidem positum epitaphium seu vitæ compendium, Alexandri historiam referens: quod tumuli testimonium non ita certum est, cum aliunde adhuc Fusniaci videatur. *Hæc Chalemotus, qui* depositionem B. Alexandri *appellat, uti etiam Chrysostomus Henriquez ad sequentem diem* IV. *Maji, & secuti sunt Bucelinus & Saussajus, qui cum Menardo retulit etiam ad diem* XIV *Ianuarii.*

Nomen in Fastis: 3 *Maji.*

4 Maji & 14 Ianuarii.

6 *Angelus Manrique in Annalibus Cistercienſibus agit de illo ad annũ* MCCXVII *Capite* VI, *quo anno aut forte aliquanto serius vita functus est, ut tempore Thomæ Cantipratani, qui libros citra annum* MCCLX *conscripsit, censeatur adhuc vixisse. Aliquas conjecturas de patre, sed fassus incertas, profert ibidem Manrique. Quid si avum aut proavum habuerit ex Regibus primariis totius Scotiæ, & patrem alicujus ditionis in dicta Scotia toparcham, sed more etiam apud Anglos consueto Regem habituri; eo modo quo solent adhuc in Germania appellari Archiduces, Duces, Comites, quod sint ex simili prosapia prognati, & sic melius latuerint, neque passim apud alios coævos auctores memorati fuerint.* De S. Maghtilde *seu* Mechtilde *egimus inter prætermissos ad* XII *Aprilis quo dicitur obiisse, & verosimiliter ante fratrem, atque sepulta in eo loco quem Cantipratanus nominat* Lapionem: *in quo si cultum habuit aut etiam nunc habeat aliquem, uti asserit in Menologio Virginum noster Franciscus Lahier (tacito tamen loci nomine) libenter eam reponemus in Supplemento Aprilis. Nunc nec nomen quidem loci ipsius invenimus in tabulis, ex quo præcipue petenda illius rei notitia foret: quod interim ut pro nobis faciat alius, cui is forte notior erit, rogamus.*

Tempus vitæ & stirps regia.

F

Soror an colatur ut Sancta?

QVARTA

QVARTA DIES MAII.

SANCTI QVI IV NONAS MAII COLVNTVR.

SAnctus Iudas, aliàs Quiriacus, Episcopus Martyr Hierosolymis.

S. Porphyrius Presbyter, Martyr Camerini in Vmbria.

S. Heraclius, S. Iustus, S. Maurus, } Martyres, Fulginii in Vmbria.

S. Corcodemus Diaconus, Autissiodori in Gallia.

S. Pelagia Virgo, Martyr Tarsi in Cilicia.

S. Olbianus Episc. Aneorum, Sancti illius discipuli, } Martyres in Asia.

B S. Aphrodisius, S. Meldas, S. Macrobius, S. Valerianus, S. Leontius, S. Antoninus, Socii LX } Martyres, Scythopoli in Palæstina.

S. Antonia, Martyr Nicomediæ in Bithynia.

S. Cælestinus, S. Felix, S. Vrbanus, S. Romanus, S. Bellicus, S. Martialis, seu Marcianus, S. Mittunus Presb. C S. Florianus, S. Petrus, } Martyres in Africa.

S. Nestorius, S. Mictonius, seu Mittorius, S. Antoninus, S. Secundianus, S. Marcellianus, } Martyres.

S. Florianus Princeps Officii, Socii ejusdem varii } Martyres Laureaci in Norico Ripensi seu Superiore Austria.

S. Silvanus Episc. Gazensis, Alii XXXIX aut XL } Martyres in Palæstina.

S. Synesius Martyr, depositus Lucæ in Hetruria.

S. Neophytus, S. Gajus, S. Gajanus, S. Zenon, S. Marcius, S. Macarius, } Martyres apud Græcos.

S Iacobus Diaconus, Martyr, Bergomi in Italia.

S. MONICA, mater S. Augustini.

S. Macarius Episcopus, in territorio & urbe Burdegalensi.

S. Venerius, Episcopus Mediolanensis in Insubria.

S. Benedictus, Episcopus Æsernienſis in Italia. E

S. Valerianus, Martyr Foro-Livii in Italia.

S. Titianus, Episcopus Laudensis in Italia.

S. Antonius, Abbas Turonibus in Gallia.

S. Paulinus, Episc. Senogalliæ in Italia.

S Paulinus Diaconus, Martyr Colonię.

S. Nicephorus, Confessor, Hegumenus Medicienſis in Bithynia.

S. Godehardus, Episcopus Hildesheimensis, in Saxonia inferiore.

S. Helena Virgo, Trecis in Campania Gallicana.

S. Lupinus, Carcassone in Gallia Narbonensi.

Ven. Catharina, Sanctimonialis Ordinis Cistercienſis, Parci Dominarum in Brabantia. F

B. Ioanna recluſa, Ripatorii in diœcesi Galliarum Trecensi.

B. Gregorius, Eremita Augustinianus, Veruculi in finibus Vrbinatium.

B. Philippus Aquilanus, ex Ordine Observantium S. Francisci, Sulmone in Italia.

B. Michael Gedrocius, Lithuanus Ordinis Canonicorũ Regularium Mendicantium Cracoviæ.

B. Ladislaus Gielnovius, Ordinis Minorum de Observantia Varsaviæ.

S. PIUS PAPA V Romæ.

SAnctus Antherius Papa *memoratur in Ms. Hibernico monaſterii Tamlactenſis. Forſan eſt* S. Anterus Papa & Martyr *relatus* III Januarii.

S. Vincentii Levitæ & Martyris aliquæ Reliquiæ, anno 1176, dono Alphonſi Regis Luſitaniæ impetratæ, Bracaram tranſlatæ, & miraculo febris depulſæ fuerunt honoratæ, *uti à Cardoſo in Hagiologio Luſitano indicatur. De S. Vincentio ejuſque Reliquiis, Vlyſiponem anno 1173 tranſlatis, egimus die quo colitur,* XXII Januarii.

B. Franchildis *ſive* Framehildis, matris S. Auſtrebertæ tranſlatio, *memoratur à Sauſſajo: & iterum natalis 17 hujus; ſed ubique charactere minore, ſive inter Pios: at cum titulo* Sanctæ *in Gynæceo Arturi. De ea actum cap.* 1 *Vitæ S. Auſtrebertæ filiæ* 10 Februarii.

S. Walburgis, Virgo & Abbatiſſa, *à Kalendis Maji transfertur ad hunc diem in quibuſdam faſtis Belgicis. Acta ejus varia dedimus* XXV Februarii.

S. Antonina Martyr, Nicææ in Bithynia, *memoratur in Epternacenſi apographo Martyrologii Hieronymiani. Conſule quæ infra ad Acta S. Antoniæ referimus, arbitrati illam coli, uti ibidem dicimus,* 1 Martii.

S. Hilarion Thaumaturgus *indicatur in Menæis excuſis, & Mss. Card. Mazarini, & in Ms. Synaxario Claromontano. Omnia ſimul cum elogio hic inferto dedimus* XXVIII Martii.

S. Franciſci de Paula, Ordinis Minimorum Fundatoris, Canonizatio, *celebratur in dicto Ordine ſub ritu duplici. Acta ejus dedimus* 11 Aprilis.

Nicetas, Hegumenus Medicienſis in Bithynia, *memoratur in Menæis Græcis; forſan ob tranſlationem corporis ad proprium monaſterium, uti diximus ad ejus Vitam* III Aprilis.

S. Joannes Palæolaurita Presbyter *indicatur cum aliquo elogio in Menæis excuſis & apud Maximum Cytheræum. Sed cum Græcis in Typico S. Sabæ & aliis de eo egimus.* XIX Aprilis.

S. Quintianus *memoratur à Greveno in Auctario Vſuardi. Videtur is eſſe* Martyr in Africa, *indicatus* 1 Maij.

SS. Orentius & Patientia, parentes S. Laurentii, *inſcribuntur Catalogo generali Ferrarii, citatis tabulis Eccleſiæ Oſchenſis cum Marietta; & apud Sauſſajum in Supplemento. De iis poterit agi ad vitam S. Laurentii, uti diximus inter Prætermiſſos* 1 Maji.

S. Fortunatus *adjungitur aliis Martyribus in Ms. Auguſtano & Labbæano; uti infra dicimus, dum de SS. Cæleſtino & aliis in Africa paſſis agimus, ubi hunc rejicimus in diem* III Maji.

S. Genius Confeſſor, Lactoræ in Vaſconia Aquitanica, *celebrem cultum habuit in monaſterio Moyſiacenſi. Vitam ejus dedimus* III Maij.

B. Alexander, Converſus Ciſtercienſis Fuſniaci in Gallia, *memoratur à Chryſoſtomo Henriquez, Sauſſaio, Bucelino. Acta ejus illuſtravimus* III Maji.

Herſwindis, prima Abbatiſſa Thorenſis ad Moſam, inter Ruremundam & Maſecam, *memoratur in Ms. Florario &* Venerabilis *dicitur: at* Beata *à Greveno:* Sancta Abbatiſſa *à Caniſio.* Sanctæ *titulo abſolute honoratur à Ferrario, Sauſſajo, Gelenio, Arturo. Verum nullus ei cultus tribuitur in ipſa Abbatia Thorenſi, ſed anniverſariæ exequiæ, olim inſtitutæ, adhuc pro ejus animæ ſalute celebrantur. De ea nonnulla habentur in Actis B. Ansfridi parentis* III Maji.

Pueri Jeſu inventi *feſtum hoc die refert Balinghemius, in Faſtis Marianis.*

Coronæ ſpineæ Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtum, *ſeu* commemoratio, *celebratur in variis Eccleſiis, & refertur in Breviario Ordinis Teutonici, & de Mercede item in Miſſali Septemtrionali; in Martyrologiis Mss. Pragenſi & Florario; in Siculo Cajetani, alioquc Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, nec non Auctario Greveni ad Vſuardum. In aliquibus dicitur* feſtum lanceæ, coronæ ſpineæ & clavorum *aut* Sindonis. *Quod indicaſſe ad inſtitutum noſtrum ſufficit.*

S. Trifinæ Martyris corpus, anno 1650 ſub Innocentio Papa x Roma Bononiam tranſlatum eſt, & depoſitum in eccleſia S. Mariæ de Galliera, *uti ad hunc diem indicat Maſinus in Bononia perluſtrata.*

S. Paulini Martyris caput } anno 1662 Roma
S. Fulgentii, } Martyrum reliquiæ } Bononiam delatæ
S. Innocentii, } ſunt, & depoſitæ in
S. Fortunati, } Eccleſia Parochiali
S. Eraſmi, } S. Mamoli, *quorum*
S. Valentini, } *ſolennitas celebratur*
S. Pacifici, } *Dominica prima Maji, ſcilicet alio Officio duplici non impedita, ut tres dies priores fuerunt; & ideo indicatur à Maſino ad hunc 4 diem Maji.*

S. Floriani, Martyris in Aquitania paſſi, natalis, *indicatur à Sauſſajo in Supplemento Martyrologii Gallicani. Videtur hic Lipſius memoria, ac voluiſſe agere* de S. Florentio in Aquitania paſſo, *ſed 22 Septembris; qui in variis Actis dicitur frater* S. Floriani *Martyris, ſed Lauriaci in Norico Ripenſi, hoc die paſſi. Num hujus frater fuerit* S. Florentius, *infra ad hujus Acta quærimus.*

B. Valeria, Matrona religioſiſſima, fide & pietate ſpectabilis Lauriaci, *memoratur in Gynæceo ſacro Arturi,* quod illa corpus S. Floriani curarit ſepeliri, *uti clarius indicatur infra in ſecunda hujus Vitæ num.* 8.

Quadrageſima, ut Sancta Virgo & Martyr, ſub Adriano Imperatore paſſa, *refertur à Dionyſio Bonfant lib.* 4 *Triumphi Sanctorum Sardiniæ cap.* 14 *& pro probatione allegatur hoc epitaphium:* † Hic jacet B. M. Quadrageſima, quæ vixit an. plus minus XIIII. Requievit in pace ſub d. IIII Nonas Maji. Ind. decima. *Quidni per* B. M. *intelligatur* bonæ memoriæ? *& quia* requievit in pace, *unde ſcitur martyrio coronata & ſub Adriano? Denique ea inſcriptio eſt recentior, cum Indictio non fuerit ſub Ethnicis Imperatoribus inventa.*

Venerabilis Alvarus, Scriptor Vitæ S. Eulogii, Presbyteri & Martyris Cordubenſis, *quam dedimus* XI *Martii, inſcriptus eſt Martyrologio Hiſpanico Tamaji-Salazar,* ne, *inquit* tanti civis, & de ſanctorum Martyrum veneratione optime meriti, memoria deperiret. *Allegat etiam Luitprandi Chronicon, in quo* Sanctus *compellatur. Sed id à recentioribus ſuppoſitum auctori non ſuo creditur.*

Ethelredus Rex Merciorum, anno regni ſui XXIX monachus Bardenenſis effectus, anno DCCXVI à ſeculo migravit, & æternæ felicitatis, ſerenitatis ac lucis gaudia intravit, magnæ vir ſanctitatis & religionis. *Ita Wigornienſis ad dictum annum. Eumdem laudant Malmesburienſis, Huntindonius & alii. Tomo* 1 *Monaſtici Anglicani pag.* 142 Sanctus Ethelredus *compellatur, citato lib.* 5 *Chronici Ceſtrenſis, quod habemus in inſigni codice MS. in quo iſta leguntur:* Rex Ethelredus, poſtquam XXX annos ſuper Mercios regnaſſet, & XIII annos apud Bardenege monachus fuiſſet, obiit. *Non reperimus nomen ejus ullis antiquis Martyrologiis inſcriptum aut diem obitus in antiquis Chronicis notatum. Interim ad hunc* IV *Maji (forte quod alius Sanctus deeſſet) refertur* S. Ethelredus Rex Merciorum *in Martyrologio Anglicano; ejuſque auctoritate ſubnixus Michaël Alfordus,*

fordus, Sanctorum Angliæ albo adſcripſit, & nos ita eum citavimus. Menardus & Maihew eumdem ad hunc diem allegant, & ſolum Beati *titulo honorant. Hinc omnibus expenſis honoramus* Ethelredum Regem, ut virum ſanctum, *ſed Eccleſiaſtico cultu non arbitramur exornatum.*

Diethmarus, Abbas Hirſaugienſis in Ducatu Wirtenbergico, hoc die anno DCCCCLII mortuus *traditur, in Helvetia ſacra Mureri pag.* 200 *cum titulo* Beati Confeſſoris. *At Bucelinus ait factum* ex Abbate Epiſcopum Hildesheimenſem & mortuum anno DCCCCLIV; *nec titulum ei tribuit* Beati.

Willericus, diſcipulus & ſucceſſor S. Willehadi in Epiſcopatu Bremenſi, anno DCCCXXXVII mortuus hoc IV Maji, *refertur cum titulo* Sancti *à Bucelino in Menologio; abſtinet vero ab omni titulo par. 4. Germaniæ ſacræ, ubi recenſet Epiſcopos Bremenſes: abſtinent & alii qui de eo agunt antiqui & recentiores.*

Maria & Rufina *indicantur in Ms. Tamlactenſi, aliis ignotæ.*

Sillanus monachus S. Berachi, à latronibus trucidatus, & à S. Beracho reſuſcitatus *traditur in Supplemento ad hujus Vitam* XV *Februarii num.* 7 *apud Colganum: qui in Notis num.* 6 *arbitratur hoc* IV *Maji coli.*

Mochua, filius Crumminei in monte Eblina, *indicatur in Ms. Tamlachtenſi, de quo alibi nihil legimus.*

S. Haymarus, Epiſcopus & Martyr, qui S. Manſueti Scoti in Tullenſi Cathedra ſucceſſor fuit, & ordine XXVII, lanceis perfoſſus anno DCCLX. *Hæc aliaque Camerarius. Habetur S. Manſuetus primus Epiſcopus Tullenſis & colitur* III *Septembris. Hujus ſucceſſor dicitur* Ammon, *relatus in ſupplemento Sauſſaji* XXV Septembris, *neque alius* Haymarus *dictus agnoſcitur apud Sammarthanos & alios.*

Colmocus, Epiſcopus Bamfiæ, mirus concionator *refertur in Menologio Scotico Dempſteri, qui lib.* 3 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scotorum pag.* 152, *aſſerit* obiiſſe anno MX, & Sanctorum albo adſcriptum, & templa ei erecta eſſe: *imo & more ſuo aliquos ab eo libros ſcriptos indicat. Secutus Ferrarius, allegans Breviarium; quod ſaltem non eſt Aberdonenſe, à qua urbe ſolum* ad XXX M. P. introrſum recedere *ait* Bamfiam, olim Comitum Buchaniæ regionis Sedem. *Nos certiora & antiquiora monumenta venerationis expectamus.*

Didacus, Donatus in Hiſpania, in Vallis-Paradiſi cœnobio, Ordinis Ciſtercienſis, floruit cum opinione ſanctitatis, *relatus ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino, ſub titulo* pii Fratris *aut* beatæ memoriæ.

Monachi à Turcis in monte Thabor interfecti *indicantur ad annum* 1113 *à Roberto de Monte, & ad hunc diem referuntur à Menardo & Bucelino in faſtis Benedictinis, & Sauſſajo in ſupplemento Martyrologii Gallicani.*

Amelia, Virgo Swivekana, juxta Teneramundam in diœceſi Gandenſi, ſpiritu prophetico inſignis, *memoratur ab Arturo du Monſtier in Sacro gynaceo, citatque* Harduinum in Ms. Sanctorum Flandriæ indiculo, *quem non vidi; ac Sanderum in Hagiologio Flandriæ, quod habemus anno* MDCXXXIX *Inſulis excuſum, in quo nihil de dicta Amelia reperimus, ut neque in Auctario Molani per Raißium aut alios.*

Vincentius, Presbyter ex Ordine S. Dominici, ſanctitate & miraculis Panormi clarus, *indicatur in Martyrologio Siculo Octavii Cajetani, additque* Acta jurata auctoritate Eccleſiæ eſſe. *Interim abſtinet à titulo* Sancti & Beati, *neque ejus meminit in magno opere de Vitis Sanctorum Siciliæ.*

Alexander Papa V, ante Minorita, *cum titulo* Beati *refertur ad hunc diem ab Arturo du Monſtier in Martyrologio Franciſcano, licet in Notis aſſerat* V Nonas Maji obiiſſe, *uti & alii cum Haroldo ad annum* 1410, *ubi de eo agit, ſed abſque titulo* Beati.

Marina ſolitaria, ſepulta in Conventu S. Mariæ de Pomerio, Ordinis Minorum, *refertur à Gonzaga* 3. *par. in Provincia S. Michaëlis Conventu* 13 *pag.* 1041, *& dicitur* ad ejus honorem ædes ædificata, *memoratur à Cardoſo in Hagiologio Luſitano hoc die, citaturq; Gonzales de Avila in prima impreſſione Theatri Salmantini, qui ejus poſtea in alia editione non meminit. Non ſit ejus mentio in Martyrol. Franciſcano Arturi aut ejus Gynaceo. Hinc certiora documenta optamus.*

Baltaſar à Florentia anno 1433 } Ordinis
Bernardinus à Caſtro-viridi anno 1540, } Franciſcani *obierunt*
Jacobus Borbanus Goæ ſeculo 16 } *aut floruerunt.*
Hieronymus à Pedona Capucinus Fani anno 1576 } *aut floruerunt.*
Clara Serrana Illiturgi anno 1541 } *aut floruerunt.*

Cum titulo Beati *relati in Martyrologio Franciſcano Arturi du Monſtier, ſed ejus unius auctoritate.*

Cecilia de Ferrara, cum annis octo in matrimonio vixiſſet, tam hæc quam maritus Ordinem S. Dominici profeſſi ſunt; hic in monaſterio S. Dominici, illa in S. Catharinæ Martyris, ubi per annos triginta ſancte vixit, mortua anno MDXI. *Vitam ejus, poſt Michaelem Pium, Seraphinum Razium & Menopolium, edidit Ioannes de Rechach de S. Maria, ejuſque compendium extat ad hunc* IV *Maji in Anno ſancto Ordinis S. Dominici, ac* Beata ſoror *compellatur.*

Maria Blondeau tertii Ordinis *adjungitur in dicto Anno ſancto, quæ dicitur* Angelis familiaris fuiſſe, & ab illis ſæpe è domo ſua in eccleſiam deportata, *ac* Beata ſoror *nuncupatur.*

Beatæ memoriæ Joannis Houthon, Prioris Carthuſiæ Londinenſis, qui noluit Regem Anglorum ſupremum caput in temporalibus & ſpiritualibus acceptare, credere & affirmare: ideoque crudeliſſime martyrizatur, primus inter octodecim Martyres Carthuſianos. Siquidem ſuper vimicillam, vulgariter Ahyrdle dictam, reſupinus alligatus, per milliare ad calces equorum trahitur ad locum bubali. Ubi ſuſpenſus eſt primum in patibulum: verum abſciſſo fune ſemivivus decidit in terram. Deinde cruentus lictor verenda ejus abſcidit, ventrem ejus dirupit, cor & omnia ejus interiora evulſa in ignem conjecit. Sic patientiſſimus Martyr migravit anno trigeſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, cum ſanctiſſimis collegis Roberto Laurens, Priore Bellæ-Vallis; Auguſtino Webſter, Priore domus Viſitationis B. Mariæ; & Reginaldo Ordinis S. Brigittæ. Quorum morticina, in caldariis aliquantum lixa, per diverſa civitatis loca ſunt ſuſpenſa. *Hæc Molanus in Auctario ad Vſuardum diverſo charactere, citatque* ſcriptum de Paſſione octodecim Carthuſianorum à Mauritio Chamney Profeſſo domus Londinenſis. *Molanum ſequuntur Canißius in Martyrologio Germanico, & alius in Martyrologio Gallico Leodii anno* MDCXXIV *excuſo. Pleniorem relationem ſeponimus, dum veneratio illis à Sede Apoſtolica concedatur.*

Euthymius Martyr *indicatur ſub finem apographi Blumiani Martyrologii Hieronymiani, in aliis primo loco* V Maji.

S. Sacerdos Epiſcopus Lemovicenſis *memoratur in Martyrologio Romano & à Molano citato. Vitam damus die ejus natali* V Maji

S. Irene Martyr, *memoratur in MS. Synaxario Claromontano & à Maurolyco: ab aliis* V Maji.

S. Athanaſius, Archiepiſcopus Corinthiorum, *indicatur in MS. Chißletiano Græco. De eo agimus* V Maji.

A S. Juſtus, Epiſcopus Viennenſis in Gallia, Martyr *celebratur in variis Martyrologiis; aſt in eccleſia Viennenſi* VI Maji.

S. Senericus magna ſolennitate colitur in Caſtro Theoderici, ubi Corpus ejus in arcis eccleſia cœnobitica quieſcit. *Ita Sauſſajus. Vitam ejus illuſtramus ad diem* VII Maji.

S. Gordiani paſſio *inſcripta eſt Auctario Greveni ad Vſuardum. Colitur* X Maji.

S. Majoli Abbatis tranſlatio *memoratur in MS. Leodienſi S. Lamberti. Ejuſdem nomen inſertum Greveni Auctario. Dies natalis eſt* XI Maji.

S. Mucii Martyris paſſio *inſcripta eſt antiquo Kalendario Eccleſiæ S. Maximini. Videtur eſſe qui colitur,* XIII Maji.

B. Joannes Negopomucenſis *hodie commemoratur à Ioanne Nadazi in Anno Ioannis, tamquam hoc die captus ſecreti Confeſſionalis cauſa: vitam ejus dabimus die, quo Martyr obiit* XVI Maji.

S. Plechelmi Abbatis in Anglia, qui in Aldenzael quieſcit, tranſlatio *inſcripta eſt Kalendario MS. Ordinis Benedictini. Fuit is* Epiſcopus Candidæ-caſæ *& colitur* XV Julii.

S. Annæ, matris Deiparæ Virginis, feſtum Tranſla-
B tionis venerandi corporis ad eccleſiam Cathedralem Aptenſem in Provincia, *ſolenniter in dicta eccleſia & diœceſi celebratur: cujus Officium per annum feria tertia non impedita feſto novem Lectionum, præterquam in Adventu, Quadrageſima & Vigilia recitatur ſub ritu ſemiduplici. Honoratus Boucheus lib. 4 Chorographiæ cap. 2 § 2 tradit ibidem aſſervari Caput & plures particulas corporis. Poterunt ea accuratius diſcuti ad ejus feſtum* XXVI Julii.

Licinianus, Carthaginis Spartariæ Epiſcopus, in ſacris Scripturis doctus temporibus Mauritii Imperatoris, occubuit Conſtantinopoli, veneno (ut ferunt) extinctus ab æmulis. *Ita S. Iſidorus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui aliquas ejus epiſtolas citat. Hic cum titulo Sancti refertur à Tamajo Salazar in Martyrologio Hiſpanico, nixo auctoritate M. Maximi & Iuliani Petri, ſed quorum opera ſuſpecta ſunt. Si certiora monumenta venerationis proferantur, poterunt dari die, quo apud Maximum dicitur mortuus,* VI Septembris.

Guarinus, Præmonſtratenſis Eccleſiæ Canonicus,
C dein primus Prior cœnobii S. Martini Laudunenſis, poſtea primus Abbas Viconienſis in Hannoniâ, demum ſecundus Abbas dicti cœnobii S. Martini Laudunenſis, *refertur, ut* Beatus, *in Natalibus Sanct. Ord. Præmonſtrat. Chryſoſtomi Vander Sterre. Appendicem Vitæ habet Ioannes le Paige in Bibliotheca Præmonſtratenſi pag.* 507, *in qua dicitur ad meliorem patriam exceſiſſe.* X Septembris.

S. Joannes Martyr, ab Euſebio cum S. Silvano & XXXIX Martyribus *relatus, poſt hoſce refertur à Galeſinio. Verum uti infra ad Acta horum Martyrum dicimus, à Græcis colitur* XX Septembris.

S. Clarus Epiſcopus, in Territorio Genuenſi, cujus corpus in eccleſia Parochiali S. M. Valliis regiæ, D
10 m. p. Genua diſtantis, requieſcit, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii. ac* traditur Epiſcopus Arelatenſis *fuiſſe. Sed deeſt nomen inter hos Epiſcopos. Verũ in Indice apud eumdem Ferrarium legitur,* Clarus I Epiſcopus Nannetenſis 4 Maji & 10 Octobris. *Nos dum certiora monumenta accipimus, remittimus ad* X Octobris.

S. Tryphon puer *recolitur in MS. Floravio: at in alio Carthuſiæ Vltrajectinæ ſequenti die. Videtur eſſe, qui ab aliis refertur* X Novembris.

Aidus, filius Breki *ſeu* Brecci, *indicatur in MS. Tamlachtenſi: ab aliis additur* Epiſcopus de Kill-air in Media, monaſterii Enach-midbrenin conditor, mortuus anno DLXXXVIII; die *quando dabitur Vita* X Novembris.

S. Eliſabethæ viduæ tranſlatio *ſub ritu duplici celebratur in Breviario Trajectenſi, ante ducentos annos excuſo. De illa agendum erit ad diem ejus natalem* XIX Novembris.

Paulus Bigazzinus, Ordinis Silveſtrinorum Peruſii in Italia, *refertur cum titulo* Beati *à Iacobillo de Sanctis & Beatis Vmbriæ ad hunc diem; & tertio tomo in Additionibus: ſed quæ potiſſimum ad virtutes & miracula ſpectant, deſumpta ſunt ex Vita B. Silveſtri Fundatoris, cujus diſcipulus fuit, referenda* XXVI Novembris. E

SS. Pulchronii, Poſſeſſoris, & Firmini, Epiſcoporum Virdunenſium, Tranſlatio *celebratur in Eccleſia & diœceſi Virdunenſi Officio trium lectionum, & memoratur à Sauſſajo & Molano, & in MSS. Centulenſi & Atrebatenſi. Vitam* S. Pulchronii *dedimus* XVII Febr. *at* SS. Poſſeſſoris & Firmini *danda erit* III Decemb.

B. Werrici, Prioris Alnenſis, Ordinis Ciſtercienſis, in Belgio, elevatio corporis *memoratur in Kalendario Ciſtercienſi Divione 1617 excuſo, & apud Claudium Chalemotum. Habemus Vitã ejus MS. ubi dicitur* obiiſſe Nonis, *aliis* IV Nonas Decembris, *aut* XVIII Kalendas Januarii, *id eſt,* II, V, *aut* XV Decemb.

Commemoratio depoſitionis venerandarum Reliquiarum ſancti & juſti Lazari, qui fuit amicus Chriſti; & Mariæ Magdalenæ, quæ hunc unxit. Contigit autem ea depoſitio ſub Leone piiſſimo & Chriſtianiſſimo Imperatore: & agitur celebritas in ſanctiſſimo monaſterio ab eodem Imperatore ad honorem S. Lazari conſtituto. Item celebratur dedicatio eccleſiæ ejuſdem S. Lazari. *Ita MS. Synaxarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis. De his Reliquiis agendum erit ad Vitam* S. Mariæ Magdalenæ XXII Julii, F
& ad Vitam S. Lazari XVII Decembris.

S. Waltfridus, monachus Montis-falconis, memoratur in Kalendario MS. Ordinis Benedictini. *Quod ſit illud monaſterium non invenio. Fuit* S. Waltfridus Abbas Montis-viridis in Etruriâ, *cujus Vitam dedimus* XV Februarii.

Alius Abbas Waltfridus Duelli *ſive* Hohenwiel in Germaniâ, *refertur à Bucelino ad diem* XX Decemb.

DE

DE S. IVDA QVIRIACO

EPISCOPO MARTYRE HIEROSOLYMIS.

D. P.

CAPUT I.

De cultu hujus Sancti in Eccleſiis, olim & nunc vario.

ANNO CXXXIII *Natalis S. Judæ-Quiriaci relatus* 2 *Maji in antiquioribus Martyrologiis,*

Ieronymiani Martyrologii (quod omnium in ſuo genere antiquiſſimum, maximam præ ceteris auctoritatem apud nos habet) exempla quatuor, hactenus reperta & nobis identidem citata, miro ubique conſenſu hæc verba efferunt ad Kalendas Maji: In Hieroſolymis natalis S. Judæ ſive Quiriaci Epiſcopi. *Eadem verba ad has easdem Kalendas leguntur in MS. Barberino vetuſto: ſed pro* Quiriaco *ſcribitur* Cyriacus, *more ſcilicet Græco. In MS. Reginæ Sueciæ*: qui cognominatus eſt Quiriacus. *In MS. Trevirenſi S. Maximini perquam antiquo*, qui vocatur Kiriacus. *In Altempſtano Romæ ita legitur*, Hieroſolymis S. Quirici Epiſcopi, qui & Juda. *In Auguſtano S. Vdalrici & Labbeano ſimpliciter ponitur nomen* Judæ, *hoc modo*: Matthæi Apoſtoli. Judæ. *E contra in MSS. Caſinenſi & Trevirenſi ſimpliciter habetur nomen* S. Quiriaci, Epiſcopi & Martyris.

B

alicubi adſcriptus 30 *Aprilis,*

2 *Tantus antiquiſſimorum quorumque Martyrologiorum aut ex antiquiſſimis tranſcriptorum conſenſus, facit ut dubitare nequeamus, quin hujus de quo agere inſtituimus Sancti verus* Natalis (*uti eum S. Hieronymus vocat*) *ad hunc diem pertineat*, & Hieroſolymis *adſcribi debeat. Quia tamen in ejuſdem Hieronymiani Martyrologii exemplis quibuſdam*, pridie Kalendas Maji, *iſtic ubi præcitata Apographa omnia poſt alios Sanctos tunc relatos, habent hæc verba*, Romæ S. Quirini Epiſcopi, *ut in Epternacenſi, aut* Romæ depoſitio Quirini, *ut in Corbeienſi*; *aut etiam ut in Lucenſi* Romæ depoſitio Quirini Epiſcopi: *quia inquam alia nonnulla exemplaria habuiſſe ultimo Aprilis videntur, pro nomine* Quirini, *nomen* Quirici *aut* Quiriaci (*uti MS. Leodienſe atque Pragenſe, nec non Florarium Sanctorum quod penes nos eſt*) *ideo, locum iſtum de hoc Sancto interpretati ſunt aliqui: ex quibus interpolator Vſuardi pro Bruxellenſi S. Gudulæ eccleſia*, Hieroſolymis, *inquit*, Quiriacus, qui Judas cognominatur, *deinde ſubdit prolixius elogium, quale alii addunt ad* IV *Maji, ut infra dicetur.*

C

tamquam tunc Romæ ejus ageretur depoſitio.

3 *Verum retinenda eſt antiqua lectio*, Romæ: *nec tamen propterea noſtro huic* Quiriaco *ibidem cultus aliquis adſcribendus eo die; ſed relinquendus cuidam* S. Quirino: *quem idem MS. S. Gudulæ eodem die ſic habet* Romæ via Appia Elevatio S. Quirini Martyris, cujus Paſſio III Kalendas Aprilis celebratur. *Similiter quoddam a Florentinio citatum ſub nomine Adonis*, S. Quirini Tribuni & Martyris, de quo ſupra III Kalendas Aprilis. *Aliud quoque MS. Reginæ Sueciæ*, Romæ in cœmeterio Prætextati via Appia S. Quirini: *utique Tribuni prædicti*; *quod enim in hoc MS. addatur*, Epiſcopi, *ſubreptitium judicari debet: & idem forſitan cenſeri poteſt de Hieronymianis Apographis, atque* Epiſcopi *titulum iſto ultimo die Aprilis in Epternacenſi omnium vetuſtiſſimo melius abeſſe, quam adſit in aliis: librariorum vero errori adſcribendum ſi alicubi* Quiricus, *ac deinde* Quiriacus, *pro* Quirino *obrepſit.*

Ipſum die 1 *etiam habet Florus:*

4 *Abeſt* S. Quiriaci *ſive* Judæ *nomen à genuino Venerabilis Bedæ Martyrologio: ſed Florus Lugdunenſis*, Bedæ *proximus, cœptumque ab eo opus proſequens ac ſupplens, uti extriplici MS. ante* 2 *tomum Aprilis ipſum dedimus*, Eodem, *inquit*, die, *id eſt Kalendis Maji*, paſſio S. Judę Hieroſolymitani, cognomento Quiriaci, qui paſſus eſt in Hieroſolyma. *Rabanus etiam atque Notkerus in ſuis Martyrologiis ad has ipſas Kalendas*, Hieroſolymis, *inquiunt*, paſſio S. Judæ ſive Quiriaci Epiſcopi, cui revelatum eſt lignum Dominicæ Crucis. *Quam male id creditum, die præcedenti diximus. Recte igitur id omiſit Florus: ſed in aliis minus cautus deſcribit tormentorum ab eo toleratorum ſeriem, in quorum veritatem infra quæretur, additque* Scriptum in Paſſione ejus. *In hac Paſſione, dicitur Quiriacus*, aſſumptus in gloria die Sabbathi, hora octava, menſe Majo intrante, regnante Juliano Tyranno anno ejus II, *qua phraſi initium menſis intelligitur. Nihilominus Vſuardus & Ado tranſtulerunt nomen & elogium Judæ-Quiriaci à prima Maji, cui eatenus ad ſcriptum manſerat, in diem quartam quæ anno* CCCLXII, *Iuliani* I, *non* II, *adhuc currente Sabbatum fuit. Hoc autem una cum ipſo eorum ac potiſſimum Vſuardi Martyrologio, paulatim in eccleſiarum omnium etiam Romanarum uſum inducto, receptum paſſim eſt, atque in hodierno quoque Romano perſeverat. Notkerus, cum prædictorum auctorum exemplo etiam poſtremum aſſumpſiſſet diem, iteratam die quarto memoriam* Quiriaci Epiſcopi cognomento Judæ, *his verbis concluſit*: Dies Paſſionis ejus ſecundum alios hic, ſecundum Martyrologium vero S. Hieronymi Calendis Maji celebris habetur.

Vſuardus & Ado tranſtulerunt ad 4 *Maji*

E

5 *Anconitani, apud quos à tempore immemorabili Patronus colitur, obſervarunt diem quem Vſuardi Martyrologium ſuggerebat. Idem facit Ordo Crucigerorum in Belgio & alibi, eumdem Sanctum habens pro Patrono primario, quia credit Dominicam crucem illius indicio fuiſſe repertam. Carmelitanus etiam Ordo, Breviarium ex uſu Dominici Sepulcri Hieroſolymitanæ eccleſiæ ordinatum conſervans, juxta antiquas illius editiones, proprio ipſum officio die* IV *colebat; quod nunc, ſubſtituta in locum S. Monica, mutatum eſt. Miſſale autem Melitenſium Equitum S. Ioannis, excuſum Argentinæ anno* 1505, *propriam de S. Cyriaco Miſſam hoc die proponit: & Kalendarium Ms. præfixum Breviario Canonicorum Regularium S. Sepulcri, cujus partem hiemalem ſolam habemus, Officium de eodem tunc agendum præſcribit: ac denique Officia Propria & Commemorationes Prophetarum & Epiſcoporum Martyrum & Confeſſorum Terræ-ſanctæ, excuſa Venetiis* 1613 *ad uſum Latinorum peregrinantium, tale quid habent. Dubium proinde eſſe nullum poteſt, quin apud omnes, ad quos hic Sanctus quomodocunque ſpectat, ex quodam ad Terram ſanctam reſpectu (quales imprimis ſunt Ordines monaſtici aut militares, iſtic inſtituti & inde huc traducti) diem quantum Maji illi feſtivum habeant.*

quo die Patronus colitur apud Crucigeros & Ancona.

& ordines Latinorum in Terra ſancta inſtitutos.

F

6 *Non tamen propterea tibi perſuadeas, Latinos in Palæſtinam profectos, ejuſmodi cultum iſtic reperiſſe; cum ejus veſtigium nullum appareat in Græcorum Syraxariis, aut S. Sabæ Typico ex uſu monaſteriorum Vrbis ſanctæ ſumpto. Ipſi potius Latini, recitando in ſacris Vſuardi Martyrologio aſſueti, & Officio Canonico ſecundum formam*, quam (*ut loquitur Tyrius lib.* 9 *cap.* 9) Magnæ & ampliſſimæ ultra montes, *id eſt Gallicanæ*, ſervabant eccleſiæ, *ritum colendi Cyriacum die* IV *Maji iſtuc invexerunt: juxta quam formam habemus Officium ejus, ut vocant ſemiduplex, in Breviario Pariſienſi anni* 1584, *in Æduenſi anni* 1534, *Senonenſi anni* 1625, *Meldenſi anni* 1640. *Quidam, propter concurrens eodem die S. Monicæ Officium, penitus illum dimiſere: alii, ut Lexovienſes anno* 1624, *ſolam ejus Commemorationem retinuere. Warmienſes quoque in ſuo Breviario Norimbergæ impreſſo, ſub nota anni* 1516, *Commemorationem de eodem præ-*

ſecundum ritum non iſtic inventum,

ſed advectũ ex Francia.

AUCTOR D P.

præcipiunt. Et hæc quidem in iis quorum apud nos extat copia : in aliarum eccleſiarum Francicarum aut Germanicarum, quos nondum habemus, libris, fortaſsis haud pauciora reperientur exempla, aut ſemiduplicis de Cyriaco Officii, aut Commemorationis ſimplicis ad hunc diem præſcriptæ.

cui uſui & Romano Martyrol. nos quoque aptamus

7 *Quem diem cum non ſolum prædicti Ordines & particulares illæ eccleſiæ, ac plures aliæ, quas non eſt promptum enumerare, aut habuerint olim, aut etiamnum retineant ut* S. Cyriaco *ſacrum; cumque eumdem præſcribat Romanum Martyrologium tam vetus quam novum; convenit eumdem omnino retineri, quiſcumque prior uſus fuerit. Vſus enim Eccleſiæ vim legis habet: cum ab hujus libera electione & tacita approbatione hujuſmodi res pendeat. Fortaſsis autem mutandæ in Martyrologiis diei cauſa fuit, quod Eccleſia Aurelianenſis in Gallia, accepto ipſius capite, ſolenniori Officio eumdem volens honorare; & primum diem Maji cultu Sanctorum Philippi & Iacobi inveniens occupatum; convenientiſsimum iudicaverit, poſt inventæ Crucis celebritatem agere feſtum S. Cyriaci, qui ex vulgatis paſsim Actis credebatur eamdem revelaſſe. Veroſimile eſt autem quod crebreſcentibus ad ejuſdem Capitis veneration*em *miraculis, aliæ plurimæ per Gallias eccleſiæ S. Cyriacum eodem die honorandum ſuſceperint Aurelianenſium exemplo: quos inſuper* ſuſceptionem *ejuſdem* Capitis *celebrare ſolitos Idibus Aprilis, indicat in Gallicano Martyrologio Sauſſajus, & quidem primo loco, tamquam primi nominis feſtum: deinde* XV *kal. Decembris agens de Aurelianenſium reliquiarum exuſtione, facta per hæreticos anno* MDLXII, *in iis numerat* caput S. Quiriaci Epiſcopi Martyris, *ut hunc notari clarum ſit: quod rurſum in Indice Martyrologii confirmat pro dicta* 13 *Aprilis. Vereor tamen ne per aliquem errorem in cyfra hic ei dies obrepſerit, pro* 15. *Etenim (ut ad* XV *diem inter prætermiſſos diximus)* S. Quiricus Epiſcopus, qui Crucem Domini invenit (*aliis alibi ſemper* Quiriacus) *refertur in Ms. Adone Monaſterii S. Laurentii apud Leodienſes & noſtro Ms. Florario Sanctorum: item apud Bellinum, Grevenum & Molanum in Auctario Vſuardi, Maurolycum, Caniſium & Ferrarium: qui omnes præſumi poſſunt ab Aurelianenſibus eum diem accepiſſe, & ſuo conſenſu prævalent unius Sauſſaji dicto.*

Aurelii ſuſceptio Capitis 13 *Apr. aut* 15.

8 *Ad Græcos quod attinet, apud hos die* XVIII *Octobris in eorum Synaxariis reperitur ſimplex elogium, abſque aliis ſolennioris cultus indiciis recitandum, quod ex iiſdem Actis contractum eſſe apparet: fortaſsis quia Conſtantinopolitana aut alia huic ſuccenſita Eccleſia tali die excepit illius Reliquias. Huic autem uſui aptare ſe maluerit Synaxariorum auctor, quam dici in Actis notato; niſi hunc etiam alium in Græco textu repererit, quemadmodum Legendarum utraque in lingua ſcriptores ſæpe invenimus, ſingulos juxta proprium uſum notaſſe Natales Sanctorum dies, cum perturbatione veritatis hiſtoricæ minime levi.*

apud Græcos commemoratio 18 *Octob.*

CAPUT II.

De Reliquiis S. Cyriaci Anconæ, ubi Patronus colitur.

Monaſterium S Cyriaci Romæ,

9 INter *cetera plurima monaſteria, quæ aliquando floruerunt Romæ, nunc memoriam ſui ægre retinent in ſcripturis antiquis, unum Sanctimonialium Virginum fuit, ſub appellatione* S. Cyriaci, *ſæpe nominatum à Baronio, occaſione veteris manuſcripti Martyrologii, quo ſe potiſsime adjutum profitetur in Romano hodierno recognoſcendo augendoque. In hoc ad kalendas Aprilis ſic legitur.* Hieroſolymæ paſſio S. Jacobi . . . Eodem die S. Quiriaci Epiſcopi & Martyris, cujus geſta & reliquiæ nos Domino commendant. *Hæc tam extraordinaria formula ipſique loco ſingulariter propria, non tantum nobis aliquando perſuaſit, Reliquias Hieroſolymitani Cyriaci, & quidem valde notabiles, Romæ haberi: ſed etiam ſub ipſius Patrocinio ſtetiſſe monaſterium iſtud, Cardinali Baronio non ſatis diſtinctum à Titulo S. Cyriaci ad Thermas, qui Diaconus tantum & Romæ paſſus fuit. Verum, ubi in manus noſtras venit Floravantis Martinelli liber, Tropheum ſanctiſsimæ Crucis inſcriptus, in quo clariſsime deducitur tota illius monaſterii hiſtoria, ſic ut nequeat dubitari, quin ipſum acceperit nomen à S. Cyriaco Romæ paſſo, occaſione capitis atque brachii illuc ſub Agapito Papa* II *tranſlati; non potui non damnare ſcriptorem illius Martyrologii, qui duplicis Cyriaci ignorantia Hieroſolymitanum hoc die cum Romano confuderit.*

D *eſt Romani Mart. non Hieroſolymitani;*

hujus reliquiæ Anconæ: ex ſuburbana ædo S. Stephani

10 *Igitur omiſſa cura quærendi quomodo illæ Reliquiæ ad dictum pervenerint monaſterium, ac deinde cum aliis olim in titulari ad Thermas eccleſia aſſervatis nunc habeantur in Baſilica S. Mariæ in Via lata; Anconam ſeſe convertat ſtylus, urbem in Piceno notam & amplam; juxta quam eccleſiam S. Stephano fuiſſe à Galla Placidia, Honorii & Arcadii Imperatorum ſorore, erectam, & ejus de quo agimus S. Cyriaci corpore aut corporis reliquiis aliquibus locupletatam, conſtans habet populi Anconitani traditio. Poſtmodum condita intra urbem eſt nova Cathedralis eccleſia: ad quam tranſlatas ex ſuburbana S. Stephani æde Reliquias fuiſſe, apparet ex brevi Gregorii* XI, *dato Pontificatus anno* VII, *qui fuit Chriſti* MCCCLXXVII; *ubi Pontifex, cupiens ut* eccleſia Anconitana, quæ in honorem & ſub vocabulo S. Laurentii Martyris fundata & conſtructa extitit, & in qua glorioſum S. Quiriaci Martyris corpus venerabiliter requieſcit, ob cujus preces & merita D.N. Jeſus Chriſtus inibi multa miracula continuo operatur, congruis honoribus frequentetur; *concedit* Chriſti fidelibus dictam eccleſiam viſitantibus, aut ad fabricam ejus manus porrigentibus adjutrices, omnes & ſingulas indulgentias, quas fel. record. Alexander Papa III & quicumque alii Romani Pontifices Prædeceſſores, eccleſiam S. Marci de Venetiis Caſtellanæ diœceſis in feſtivitate Aſcenſionis D. N. Jeſu Chriſti viſitantibus, annuatim conceſſerunt.

creduntur ad novam Cathedralē tranſlatæ

E

ubi & miraculis claruerunt,

11 *Eodem ſancti corporis iſtuc tranſlati miraculorumq; ad illud continuorum reſpectu motus, iiſdemque verbis nonnihil amplificatis utens Paulus Palæologus, ſanctæ Sedis Conſtantinopolitanæ Patriarcha, anno* MCCCLXXX, *in ipſa eccleſia Anconitana Cathedrali conſtitutus, per duplex inſtrumentum, die* IV *&* XIII *Aprilis coram Anconitanis Magiſtratibus ſcriptum, eidem eccleſiæ tradit caput S. Iacobi aliaſque Reliquias, quarum die* I *facta eſt mentio, addens de miraculorum operatione continua,* prout & nos experimento cognovimus. *Eorum tamen (quæ deploranda fuit priorum temporum negligentia) nihil ad poſteros ſcripto manavit. Perſeveravit tamen conſuetudo,* VI *Idus Auguſti annuatim ſub ritu Officii duplicis celebrandi tranſlationem S. Cyriaci: verum, primane tunc recolatur, qua Reliquiæ Anconam allatæ ſunt; an ſecunda, qua in templum S. Laurentii tranſlatæ, incertum.*

& colitur Tranſlatio 8 *Auguſti*

Idē Sanctus in moneta urbis propria expreſſus:

12 *Ipſum nunc S. Cyriaci dicitur, abolita priori Laurentiani Patrocinii appellatione; & civitas eum ſe primarium Patronum agnoſcere profitens, cœpit monetam cudere, qualem apud Vghellum videre eſt tomo* I *col.* 373 *cum lemmate, ducto ex una parte circum effigiem ſtantis ac benedicentis in habitu Græcanico Epiſcopi ſeu Patriarchæ,* S. QUIRIACUS PP. *ex altera, circum circa majorem in medio Crucem* ✠, DE ANCONA; *quales etiam alios aliarum Italicarum civitatum nummos, cum Patroni imagine cuſos, ante quatuor aut quinque ſecula, paſsim videre eſt apud antiquarios Italos. Multo recentior eſt nummus alius, in quo caſula, mitra, & crux Patriarchalis ex hodierno Latinorum uſu formaque exprimuntur, cum lemmate circum ducto* SANCTUS QUIRIACUS EPISCOPUS, *ex una;* ANCONA DORICA CIVITAS FIDEI, *ex altera: ubi eques, in curſum incitatus ac fere ad morem hodiernum veſtitus, exprimitur: cujus nummi ectypum prædictus Iulianus Saracenus ad nos miſit inſeruitque notitiis Hiſtoricis*

Anconæ

A *Anconæ à ſe vulgatis Romæ anno* 1675 ; *quem ſi dixiſſet cuſum ſub* Clemente VII, *uti expreſſe habet alius ſimilis inſcriptionis nummus, fidem facilius inveniſſet apud antiquarios, quam dum circa annum* CCCCXVIII, *quo corpus allatum credit, ipſum formatum aſſerit; pro vetuſtiſſimo laudans, quem ſpecies habitus Epiſcopalis probat eſſe recentiſſimæ fabricæ.*

dens & articulus in ſacrario ;

13 *Nos anno* MDCLX, *Ancona tranſeuntes Romam, vidimus die* III *Decembris templum prædictum ; & ſacrarum in eo reliquiarum theſaurum ; interque eas dentem atque articulum manus unicum, qui S. Cyriaci Patroni urbis eſſe dicebantur ; veroſimiliter ſeparati ab aliis oſſibus, quando ea compoſita fuerunt in grandem marmoream arcam, quæ nobis ibidem eſt oſtenſa in ala ſiniſtra templi inferioris ſive cryptæ, ferreis vinculis firmiſſime clauſa. Ibi, poſt ingentes ex ferro inaurato crates, per tria intercolumnia ſtabant digeſtæ tres arcæ : quarum media, enormis per omnem dimenſionem magnitudinis, dicebatur eſſe S. Liberii,*

tumba marmorea ſub choro.

de quo agemus XXVII *hujus Maji ; altera S. Marcelli, de quo egimus* IX *Ianuarii : S. Cyriaci oſſa contineri credebantur in arca tertia : quæ autem vel quot, dicere nemo poterat, propter firmam clauſuram, quam aliquando fuiſſe reſeratam nullus meminerat. Id ſi poſthac fiat, poterunt ſcire Anconitani quantum poſſideant de corpore S. Cyriaci. Nec enim æſtimari hoc debet ex forma & magnitudine arcæ : vidimus enim ejuſmodi plures, ad menſuram integrorum corporum conformatas, in quibus unum dumtaxat os contineri fatebantur iidem, qui poſſidebant ; illudque appellabant indefinito* corporis *nomine, ſicuti S. Baſilius ait etiam in exiguo pulviſculo totum Martyrem venerari Chriſtianos.*

B

Acta prima tranſlationis parachroniſmo ſcientia,

14 *Reſtabat quærere, unde vel quando, iſtud ſeu corpus ſeu reliquiæ corporis allatæ Anconam forent. Ad hoc docendum exhibitum Officium eſt, quo ante Breviarii correctionem urbs illa & eccleſia utebatur. atque inter cetera ex Hymno ad Veſperas cantando notata hæc verba :* Noſter ut eſſet Protector, Gallæ Placidiæ precibus, Imperator Conſtantius tranſtulit eum Anconam. *Exhibita etiam Acta ſunt, ibidem ſolita recitari, in iiſque tranſlationis præfatæ enarratio talis.* Regina quædam, nomine Galla Placidia, à Hieroſolymis venit in partibus Italiæ : quæ fuit tantæ virtutis ac potentiæ ut in femineo ſexu virilem videretur habere conſtantiam. Hæc vero cum per diverſas partes Italicas plurimas conſtituiſſet eccleſias, tandem apud Anconitanam urbem, ibi quamdam in honorem Proto-Martyris Stephani fecit ædificare baſilicam, votum habens atque propoſitum ibi Protomartyris corporis honorifice collocare ; ut ſicut ejus eccleſia vocabulo erat illuſtris, ita illius corporali præſentia fieret inſignis. Diligenter itaque nuntiis memoratæ Dominæ & litteris deſtinatis ad fratrem ſuum Conſtantium, qui tum temporis in Hieroſolymitanis partibus regebat imperium [oravit], quatenus ei Proto-martyris Stephani corpus largiretur. Qui voluit ſororis in hac parte ſatisfacere voluntati, ſed nequivit. Sanctum latitabat corpus : quod populo contradicente auferri prohibebatur. Cupiens tamen frater ut ſoror penitus non fraudaretur deſiderio, ſcilicet æquipollentem theſaurum, corpus ei S. Cyriaci tranſmiſit.

auctorem ejus faciunt Gallam Placidiam,

C

quam fingunt Conſtantii Imperatoris ſororem,

15 *Hæc aliaque ad ſe tranſcripta cum jam olim Baronius acceperiſſet, in notis ad hunc diem & S. Cyriaci mentionem, merito cenſuit, quod* aliqua indigeant caſtigatione : *lenius ſane nihil dicere poterat. Severior alius penitus omnia abolita voluiſſet. Quis enim vel modice verſatus in hiſtoria, non videat cum quanta rerum, perſonarum ac temporum confuſione conſcripta aut ſorte conficta ſint omnia. De corpore S. Stephani transferendo aut retinendo, quæ vel Imperatori voluntas vel populo religio incidere potuit, quamdiu illud ſic latebat terra conditum, ut ipſe ſepulturæ quidem locus prorſus extra cognitionem hominum*

nedum in veneratione eſſet aliqua? Sic autem latuit uſque ad Conſulatum Honorii X *& Theodoſii* VI, *id eſt Chriſti annum* CCCCXV, *annis* LIV *poſtquam è vivis exceſiſſet* Conſtantius, *non tantum Orientis, ſed etiam Occidentis Imperator, qui tamen Hieroſolymitanas partes numquam ſua præſentia propius attigit, quam cum ad bellum Perſis inferendum proficiſcens Antiochiam intravit, paſſuum millibus circiter trecentis diſtantem ab Hieroſolyma. Nulla huic ſoror fuit* Galla Placidia ; *ſed quæ hoc nomine celebratur in Hiſtoriis, Imperatorum Arcadii & Honorii erat germana. Hanc, Romæ una cum urbe captam, anno* CCCCXI *Ataulphus Gotthorum Rex conjugem accepit, abductamq; in Hiſpanias apud ſe habuit Barcinone ; unde illa, non autem Hieroſolymis, anno* CCCCXV *reſtituta Honorio fratri, in pignus ſerio quæſitæ pacis ; data eſt anno* CCCCXVI *in uxorem Conſtantio, Patricio & anni iſtius Conſuli, paulo poſt Cæſari, ac deinde anno* CCCCXX *Honorii indulgentia etiam Auguſto : qui cum ea ut plurimum Ravennæ vixit (ubi varia piiſſimæ mulieris monumenta ac denique etiam ſepulcrum extant) poſtquam Imperium Italiæ cum filio ſuo Valentiniano Auguſto tenuiſſet, anno* CCCCL *Romæ defuncta.*

AUCTORE D. P.

nõ impetrato corpore S. Stephani,

tuliſſe Hieroſolymis corpus S. Cyriaci,

16 *Qui hæc conſiderare voluerit, & quæ de Vita tranſlationeque S. Liberii Anconæ ſcripta fuiſſe dicemus* XXVII *Maji ; utraque vero dignabitur comparare cum Officio veteri S. Africani, de quo jam egimus* I *hujus ; judicabit ejuſdem farinæ eſſe omnia, & ſeculo dumtaxat* XIV *compoſita, ex male conſutis popularis traditionis narrationibus, à quibus hoc ſolum certum habeatur, Reliquias S. Cyriaci, Hieroſolymis paſſi, fuiſſe Anconæ à tempore immemorabili. Quod ſi eidem populari traditioni amplius aliquid concedere placeat, poterit ex eodem fundamento haberi probabile, quod Galla Placidia, ſi condendi Anconæ S. Stephano templi auctor vel adjutrix fuit, cum jam ejuſdem S. Stephani repertum corpus maximis celeberrimiſque clareret miraculis, inſtitiſſe apud nepotem ſuum Theodoſium Iuniorem, ut ſibi concederentur reliquiæ, quas Eudocia Imperatrix ab Hieroſolymis rediens Conſtantinopolim anno* CCCC XXXIX *apportarat : his autem non impetratis, obtinuiſſe & miſiſſe Anconam partem aliquam ex Reliquiis S. Cyriaci, vel ab Eudocia tunc etiam advectis, vel jam pridem Conſtantinopoli exiſtentibus.*

quæ omnia ex incerta traditione compoſita ſeculo 14.

E

liberam cuique conjecturam relinquunt.

CAPUT III.

Veteres de Epiſcopatu, ætate, & martyrio S. Cyriaci opiniones.

17 *Quem prima Maji proponunt antiquiora Martyrologia S. Iudam ſive Quiriacum, Epiſcopum Martyrem, deinde vero quarta ejuſdem ordinatius Eccleſia colendum recepit, Hieroſolymitanum Antiſtitem fuiſſe, uſque adhæc noviſſima ſecula dubitaverat nemo ; nec adhuc eſſet dubitandi cauſa, niſi tam multa ſcripta impreſſaque legerentur de Cruce ipſius indicio reperta, de ejus ordinatione in Epiſcopum per Helenum curata, deque martyrio obito coram Apoſtata Iuliano. Videbant eruditi viri, à S. Macario (ſub quo Crux Domini eſt inventa) uſque ad Iulianum (ſub quo paſſus Cyriacus credebatur) nullum eſſe cuiquam alteri Epiſcopo locum, ſive Catholico, ſive hæretico, quam quos ex Epiſcopalibus Catalogis apud Euſebium, Epiphanium, Nicephorum, Theophanemque habemus nominatos, & certis coævorum ſcriptorum ac publicorum actorum monumentis notos. Cetera convellere non erat animus, ac ne examinare quidem. Ergo ſatis habuere, alium ei Epiſcopatum quærere ; neque erat in quem vicinior conjectura inclinaret quam Anconitanus, ubi pridem Patronus colebatur. Hac ergo uſus Baronius & poſt Baronium Vghellus aliique, ita moderatus eſt Martyrologii à ſe recogniti verba, ut hoc ſolum nunc legatur,* Hieroſolymis S. Cyriaci Epiſcopi, quicum loca ſancta viſitaret, ſub Juliano Apoſtata cæſus eſt. *In quem etiam ſenſum Meldenſis*

F

Cum viri eruditi viderent poſt S. Macarium non eſſe in Hieroſolymitanis Epiſcopis locum S. Cyriaco,

credere cœperunt hunc fuiſſe Anconitanum,

AUCTORE D P.

Breviarii reformator anno 1640 *aptavit ſecundam de S. Cyriaco Lectionem (nam ex more illius eccleſiæ, numquam niſi tres Lectiones uſurpantis, prima de Scriptura præſcribitur, tertia de S. Monica eſt) de Cruce vero inventa altum ſilet, uti etiam Baronius fecerat.*

Eum ſub Helena & Iuliano floruiſſe,

18 *Iam vidimus die præcedenti, quanto jure quantaque auctoritate nixus Alexander monachus, cum aſſeruiſſet S. Macario immediate ſucceſsiſſe S. Maximum, ſubjunxerit,* & nemo ſe decipiat vana referendo, fabuloſaſque narrationes peregrinis nominibus contextas argumento huic inferendo: neque enim ullus alius Epiſcopus Hieroſolymitanus, præter prædictos fuit ..... neque alio modo veneranda Crux inventa eſt. *Peregrina nomina, in Hiſtoriam Crucis inventæ illata, per* novellas (*ut Gelaſius Papa loquitur*) narrationes, *intellige primo nomen* Euſebii, *Romani Pontificis, ad ordinandum Cyriacum Hieroſolymam vocati ab Helena; qui tamen obierat anno* CCCXI, *id eſt* XV *annis prius quam pro requirenda Cruce Domini Helena in Terram-ſanctam abiret. Deinde nomen* Judæ, *poſt baptiſmum appellati* Cyriaci, *qui S. Macario mortuo, eadem Helena mandante, ſuffectus fingitur: tum progenitores ejus* Zacheus *avus &* Simon *pater, qui Dominum in carne viderint.*

non niſi ex fabuloſiſſimis Actis acceperunt Veteres,

19 *Quid autem ex his conſequens erat? Id nempe, quod ex ſimilibus de S. Servatii generatione commentis conſequens eſſe videns* Iocundus Presbyter, *convertit in rem ſuam, ut annorum trecentorum ætas S. Servatio adſcripta non videretur nimia;* à paſſione, *inquiens,* Protomartyris Stephani, quoad uſque Judas, qui fratris ejus Simonis filius erat, invenit Crucem ſanctam, ducentos & plures annos tranſiiſſe dicunt, & tamen eumdem Judam uſque in Julianum Apoſtatam vixiſſe conſtanter affirmant. *Si bene attendas animum in verba Legendæ; videbis Iudam ipſius S. Stephani non nepotem tantum, ſed fratrem dici: cujus mater Anna, cum adhuc ſingatur fuiſſe in vivis ſub Iuliano, ab hac potius ſumendum fuiſſet ætatis annos* 350 *excedentis exemplum. Sed prudenter reponit Harigerus Abbas, qui ſeculo* XII *ineunte, paucis poſt Iocundum annis, floruit, quod* hujus opinionis aſſertoribus conveniat ignorantiam potius verecunde fateri, quam irreverenter pro pietate mentiri. *Diſplicet tamen cenſura acrimonia: nec enim* irreverenter mentiri *dicendus eſt is, qui alieno mendacio inductus in fraudem, illud ipſum tueri nititur, putans non debere revocari in dubium quod ipſe præeuntium auctoritate deceptus credidit. Non omnes omnia, nec omni tempore dijudicare poſſumus: ideoque Gelaſius Papa de apocryphis circa Crucis Dominicæ inventionem hiſtoriis, quas videbat invariis eccleſiis legi ac recipi, ſatis habuit monuiſſe, ut* cum ea ad Catholicorum manus pervenerint, B. Pauli Apoſtoli præceat ſententia, Omnia probate, quod bonum eſt tenete.

B *juxta quæ ultra annos ducentos vixiſſet.*

Excuſandi tamen qui ea ſecuti olim erravere.

20 *Excuſamus igitur antiquos ſcriptores, viros aliunde maximos, quod temporibus iis, quibus exiguum adhuc ſtudium diſcernendarum hiſtoriarum erat, bona ut plurimum fide allegarint & ſecuti ſint ſcripta, quæ alii magis experti in talibus aut repudiarunt olim aut nunc omnino repudianda judicant. Beata ſane ſecula illa, quibus tanta impendebatur cura Scripturis ſacris perſcrutandis, atque ad fidei morumque informationem applicandis; ut omnium fere ſtudiis in hoc intentis, pauci admodum inveniretur, qui narrationes hiſtoricas ſuſciperent excutiendas, atque diſquirerent, qua fide ſingula, quaque eſſent veroſimilitudine ſcripta, modo ea Catholicæ Religioni non viderentur contraria. Non tamen contemnenda ætas noſtra, qua, tam multis in potiori arena ſeſe exercentibus, ut de ſacrorum ſtudiorum exercitatione nunc ſi unquam ferventiſſima gloriari merito Eccleſia poſſit; multi etiam inveniuntur, qui magis ex profeſſo Hiſtoriam Eccleſiaſticam & civilem tractent, temporibus tempora, ſcriptores ſcriptoribus componentes; eoque enitentes, ut rebus utrimque libratis poſſit dijudicari, quid inter diverſas narrationes verius aut veroſimilius ſit, exemplo S. Gelaſii Papæ, qui ejuſmodi ſtudium non indignum credidit ſummo illo Romani Pontificii culmine.*

D

Sicuti non ſunt audiendi qui S. Macario ſufficiunt Cyriacum,

21 *Ceterum, quia præcedenti die ſatis demonſtravimus, quam illa quæ de Iudæ-Cyriaci opera, ad inventionem ſanctæ Crucis collata, ex apocryphis inventionis iſtius Actis aſſumuntur à ſcriptoribus, quantumvis antiquis, nullam habeant veri ſpeciem; & ex ibi dictis conſequens eſt, non debere nos amplius eſſe ſolicitos, ut S. Cyriaco, de quo hic agimus, inveniatur locus inter Hieroſolymitanos Epiſcopos, qui tempore Helenæ Reginæ vixerunt; illud etiam videamus, an Iuliani Apoſtatæ tempore fuerit in eorum ſucceſſoribus Cyriacus aliquis; & ſi fuiſſe fingeretur, aut aliunde Hieroſolymas peregrinus adveniſſe, an poſſet veroſimiliter dici ab Iuliano Imperatore ea paſſus, quæ in Paſsionis ejus hiſtoria leguntur.*

ita nec ii qui poſt Maximum vellent Canonice electum contra Cyrillum,

22 *Quo tempore Hieroſolymis Iulianus fuit, id eſt anno Chriſti* CCCLXII *aut ſequenti, Sedem Hieroſolymitanam tenebat S. Cyrillus, cujus Acta explicuimus* XVIII *Martii, ab exilio, in quod ipſum hæretici Ariani expulerant, ex decreto ejuſdem Iuliani primum reverſus: de qua re adeo nullum dubium cuiquam eſt, ut Cauſidicus quidam Anconitanus, Cyriaci Patriarchæ defenſorem ſe profeſſus, tam evidentem veritatem negare non valens, auſus fuerit affirmare, Cyrillo, quod hæreticus aut ab hæreticis eſſet electus, oppoſitum fuiſſe à Catholicis Cyriacum, qui ſub Iuliano martyrium tulerit. Si vir ille legiſſet noſtrum de Sancto iſto Commentarium, cognoviſſet utique quam certa conſtantique Catholicæ fidei profeſſione diluerit notam in ſua ordinatione contractam. Vt autem ab hæreticis electo ordinatoque Cyrillo oppoſitum alium fuiſſe rationabiliter cogitaret, non ſufficiebat apud Platinam legiſſe, quod Rhotarius Longobardorum Rex Arianus in omnibus fere civitatibus duos habuit Epiſcopos, Catholicum ſcilicet & Arianum.*

E

cum hic nec hæreticus fuerit

23 *Longobardi enim Reges æquali providentia curabant gentiles ſuos Longobardos Arianos & Catholicos Italos; regnique ſui columen in eo ſitum arbitrabantur, ſi pacate inter ſe agerent utrimque victores & victi, advenæ & indigenæ, quique ſecundum religionem ſuam: quod idem ante illos fecerant Gotthorum Reges, tanta erga Romanos Pontifices obſervantia uſi, ut illi nec à Catholicis quidem Principibus ſperare majorem debuiſſent. Aſt vero ſub Conſtantii Imperio res plane aliter agebantur, Eccleſias omnes ſubvertentibus hæreticis; & Epiſcoporum electiones, ſicubi vacare Sedem aliquam contingeret, pro libidine verſantibus; quin etiam contra orthodoxos Præſules, à ſe exauctoratos depulſoſque, ſubſtituentibus alios, quos ſecum vel facere ſciebant vel facturos ſperabant. Ex tanto autē ſcriptorum numero, ejus temporis hiſtoriam proſequentium, nec unius quidem Epiſcopi poteſt adduci exemplum, quem ordinationi ab hæreticis factæ Catholici uſpiam oppoſuerint. Multum erat, ſicubi animus eis conſtantiaque ſuppetebat, ad eorum qui ſibi ſic fuerant obtruſi fugiendam communionem. Hoc autem plerique faciendum non ſentiebant, ſi ii quos promoverant hæretici ſeſe palam pro Catholicis gererent; uti patuit Antiochiæ, ubi S. Meletio, in locum expulſi Euſtathii ſanctiſſimi ſubſtituto ab Arianis, cum hic ſeſe ſincere Catholicum commonſtraſſet, Chriſtianæ plebis pars major adhæſit; pauci autem illi, qui cum S. Paulino Presbytero ab ejus communione ſeſe ſeparaverant, numquam præſumpſerunt quoad vixit Conſtantius, de Epiſcopo ſibi proprie aſciſcendo cogitare.*

neque ſi fuiſſet alium eligere præſumſiſſent Catholici,

ſub tyrannide Conſtantii, nihil uſpiam tale auſi.

F

Gratis autem fingitur Schiſma Hieroſolymis

24 *Quod ſi nec ibi quidem, ubi generoſius quam alibi actum ſcimus, tale quid accidit; cur in totius antiquitatis ſilentio, & Catholicis ſcriptoribus omnibus S. Maximo immediate ſufficientibus S. Cyrillum, credere nos cogat aliquis, in Hieroſolymitana eccleſia, ordinato à Catholicis conſtantioribus Cyriaco, factum eſſe ſchiſma, idque duraviſſe etiam ſub Iuliano; nihil iſtud curante S. Athanaſio ceteriſque Epiſcopis Confeſſoribus; quorum ſtudium pro Eccleſia Antiochena pacificanda tantum laudant ſcriptores omnes?* Quomodo *qui talia primus auſus fuerit dicere,* abſurdum non putabit in re ſeria ludere & fidelium patientia abuti? *Præterea quomodo poterit ſibi perſuadere aliquis quod*

A *cujus nullū extat indicium apud Catholicos ſcriptores,*

quod ſcriptores Catholici, in texendo Epiſcoporum catalogo, rationem habuerint, non tantum Cyrilli, ſed etiam Eutychii, Irenæi, Hilarii (qui loco Cyrilli, identidem pulſi ac reſtituti, fuerunt ab Arianis intruſi) & præterierint cum quem Catholici Catholicum canonice elegiſſent, ſi vere aliquem elegerunt? Hoc autem argumentum tanto premit magis, quanto illuſtrius fuiſſe dicitur S. Cyriaci martyrium, gravitate & multiplicitate tormentorum, eidem in ipſius Iuliani conſpectu illatorum: quam à Iuliano palam exercitam immanitatem nullus Hiſtoricorum Græcorum Latinorumque tacuiſſet, ſi quid tale creditum quarto quintove ſeculo vel auditum fuiſſet.

uti nec crudelitatis à Iuliano palã exercitæ in Chriſtianos.

25 *In Iuliani tyrannidem multis invehuntur SS. Baſilius atque Gregorius Nazianzenus; de eadem quoque ſcribunt Ruffinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus & alii: ſed in hoc conſentiunt omnes, perſecutionem ab eo motam alterius prorſus quam priores fuiſſe generis; quodque ea* non vi neque tormentis, ſed præmiis, honoribus, blanditiis, perſuaſionibus majorem penè populi partem, quam ſi atrociter pulſaſſet, eliſit. Blanda, *inquit Heeronymus in Chronico*, perſecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad ſacrificandum, in qua multi ex noſtris voluntate propria corruerunt. *Totus ſcilicet Iulianus erat in* hujuſmodi legibus *adverſus Chriſtianos* exquirendis, quibus ſi quid verſutum & callidum, tamen quod minus videretur crudele decerneret, *& Chriſtianam religionem in quam maximum poſſet contemptum adduceret. Hinc iſta ejus ad Artabium Epiſtola*: Ego per Deos, neque interfici Galilæos, neque cædi præter jus & æquum, neque moleſtiæ quidquam perpeti volo: ſed tamen iis pios ac ſanctos viros (*idololatras intelligit*) præferendos eſſe vel maxime cenſeo. *Si quid autem ab eo Antiochiæ vel alibi actum in Chriſtianos crudeliter, fere in tenebris carcerumque ſecretis, nec unquam niſi alio quam Chriſtianitatis titulo patratum fuit.*

B

nec ad rem facit inſtrumentum an. 1380 Anconæ ſcriptum,

26 *Aſt Paulus Palæologus Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſeu verius Notarius Anconitanus, Pauli nomine; Gregoriani Brevis verba cum aliqua extenſione applicans inſtrumento per illum ſubſignando, anno* MCCCLXXX *dicit, corpus eſſe* S. Cyriaci Patriarchæ XXVII Hieroſolymitani: *& hoc fuerit, ſi ſucceſſerit Maximo, modo initium facias à Marco, primo è gentibus Epiſcopo. Verum talis numerandi modus apud Orientales in uſu non fuit, ut patet ex Euſebio, Epiphanio, Georgio Syncello, Nicephoro; ſecundum quos, initium numerandi à S. Iacobo ſumentibus, Maximus eſt* XLII. *Sed eſto* XLIII *Cyriacum feciſſet ille qui inſtrumentum ſcripſit vel dictavit; an inde ſequeretur Maximi ſucceſſorem vere fuiſſe Cyriacum? Non magis certe quam ſi alium Cyriacum, quem Vrſalanæ cuidam hiſtoriæ permixtum videmus cum titulo Pontificis Romani, vere talem fuiſſe & S. Pontiani Pontificis* XIX *ſucceſſorem, probare poſſes inde, quod Colonienſis aliquis ſcriptor diceret, Coloniæ eſſe corpus* S. Cyriaci Pontificis XX Romani. *Atque hæc ſufficiunt, ut, quamvis hiſtoriarum rudis ſit aliquis, videat luce meridiana clarius, quod ætate Iuliani non ſit Hieroſolymitanis Epiſcopis miſcendus S. Cyriacus: adeoque huic, ſi revera paſſus foret ſub Iuliano, quærendum alibi fuiſſe Epiſcopatum, & eatenus excuſandum Baronium alioſque, qui crediderint eum Anconitanis, non Hieroſolymitanis fidelibus regendis, ordinatum eſſe.*

C

ſub Iuliano, paſſum

non perſuadent Martyrologia Aſiæ inhærentia,

27 *Tamen nec hoc credere ſuadet auctoritas ulla, quæ evictioni contrariæ præponderare poſſit, ſi ad ſuum reducatur principium. Summa enim quæ hic poſſet obtendi eſt antiquorum Martyrologorum auctoritas, videlicet Flori, Vſuardi Adonis, Notkeri: recentiſſimi autem ſcriptores Volaterranus, Ferrarius atque Beuterius, vel paulo his anteriores, nihil ad rem faciunt. Conſtat enim Florum nihil aliud ſpectaſſe quam Paſſionis Acta, cujus ampliſſimum epitomen dedit* 1 *Maji, uti apud nos videre eſt ante* 2 *tomum Martii. Idem dicendum de Notkero, apud quem elogium, ex iiſdem deſumptum Actis, etiam uberius legitur quam apud Florum, qui ordinationem Euſebio Romano affictam prudenter diſſimulaverat. Ado autem & Vſuardus, ſub breviori compendio, memoriam Cyriaci, tamquam ſub Iuliano paſſi, proponentes* IV *Maji, Florum ut profitentur ſecuti, ſolum immutavere diem, ex fide eorumdem quæ dixi Actorum.*

AUCTORE D. P.

Ceterum, ne multis lectorem morer, Paſſionis ipſius fabuloſam ſeriem arguendo verbis; lubet ipſam, & totam præviam de rebus ſub Helenâ geſtis fictionem ſubjicere oculis; ut hi certam faciant impoſturæ evidentiam, quæ meis forſitan verbis aſſerta fidem difficilius inveniret, præſertim apud animos ea ſuperſtitione vel imbecillitate occupatos, ut pietatis eſſe credant quæcumque de Sanctis ſcripta ſuſcipere, aut metuant ne parte quacumque repudiata, omnium pariter labefactetur fides: cum econtra, rejectis ſpuriis & apocryphis, genuina & authentica Sanctorum Acta tanto plus æſtimationis accipiant apud peritos rerum arbitros, quanto accuratius ſeveriuſque examinantur ad libram coævorum ſcriptorum & aliàs certiſſimorum documentorum. Poſtquam autem Anconitanorum de ſuo Patrono traditioni totum id tribuero quod ſummum pro ea poteſt exigi, uti mox faciam, videlicet haberi Anconæ Reliquias S. Quiriaci Hieroſolymitani Epiſcopi, & quidem à Galla Placidia communicatas; non vereor ne, credere recuſanti quod ſub Helena & Iuliano Epiſcopatum tenuerit, objiciendum aliqui putet id, quod veriſſime, ſed in diverſo prorſus argumento, dixit Auguſtinus, Traditio eſt: nil quæras amplius.

quæ ut eſſe fabuloſa conſtet hic dabuntur integra.

E

CAPUT IV.

Veroſimilior de Epiſcopatu, ætate & martyrio S. Judæ-Quiriaci conjectura.

Hieroſol. Epiſcopus 15 *Iudas,*

29 *Hactenus dicta oſtendunt, quam certus eſt S. Iudæ-Quiriaci in Eccleſia cultus, tam inſerta eſſe omnia quæ de eodem circum feruntur: priorem autem certitudinem totam haberi ex Hieronymiano martyrologio, aliisque ex hoc immediate ſumptis & Capite primo allegatis. Quoties autem in Martyrologiis notatur aliquis Epiſcopus Martyr, paſſus in aliqua Epiſcopali civitate, toties creditur ipſe ejuſdem civitatis fuiſſe Epiſcopus, in qua & paſſus eſt, niſi id aliunde prohibeatur, maxime quando in veteſtis Epiſcoporum Catalogis ejuſdem nomen invenitur. Sic porro inter Hieroſolymitanos Epiſcopos decimus quintus, idemque ex circumciſione ultimus invenitur* Judas: *de quo præſumere poſſumus, quod vel ipſe* Cyriaci *cognomentum aſſumpſit, vel accepit à Chriſtianis, propter memoriam proditoris, gentiſque execrabilis odium, nomen ejus proprium haud libenter uſurpantibus.*

præſumi poteſt cognominatus Cyriacus,

F

& dicitur Martyr obiiſſe ſub Hadriano,

30 *De hoc ita ſcribit Theodoricus Pauli, ex iis quæ Hieroſolymæ habebantur monumentis, cum Eccleſia illa primum ad Latinos venit ſeculo Chriſti* XI; Judas ſanctus, glorioſo Joſeph Martyri Chriſti ſuccedens, XV Patriarcha Hieroſolymitanæ Eccleſiæ conſecratus, atque in maxima tribulatione & perſecutione, tam eccleſiæ quam civitatis ſanctæ, tam à Judæis quam à Gentilibus, feliciſſime rexit.... *Tum narrantur ex inedito quodam ſupplemento Petri Comeſtoris, quæ contra Hadrianum Imperatorem Iudæi & hic vicißim contra eos egit: ac denique Epiſcopatus Iudæ concluditur his verbis.* Judas vero ſanctus Patriarcha, dire tormentatus à Judæis, & ſæpius diverſis pœnis laceſſitus; propter fidem Chriſti, quam non ſolum in Jeruſalem, verum etiam in circumvicinis civitatibus & oppidis ferventiſſime prædicabat; tandem, ſub eodem Imperatore, capitis obtruncatione coronam Martyrii meruit accipere.

31 *Ita Theodoricus, ob eam quam tranſcribendis Hieroſolymitanæ eccleſiæ monumentis commeruit gratiam, dignandus*

AUCTORE D. P.

gnandus venia, quod iſtis non contentus, ex aliis quibuſcumque ſcriptis eadem monumenta interpolavit: tum alibi, ut ſuo loco plenius dicitur, tum circa tempora Iuliani, duos faciens Cyrillos, inter quos medius fuerit Quiriacus, cujus totam fere legendam tranſcribit: ac deinde addit. Iſte S. Quiriacus etiam vocatur Macarius in tripartita hiſtoria. *Meminit ea ſane Macarii lib. 2. cap. 16 ex Theodoreto, ſed ejus, cui Conſtantinus Imperator locorum ſacrorum expurgationem per epiſtolam commendavit: qui non erat cum fictitio iſto Quiriaco confundendus. Alii duo Mss. Patriarcharum Hieroſolymitanorum Catalogi Latini, Macario immediate ſubſtituunt Quiriacum: ex fide ſcilicet Legendæ præcitatæ: quæ cum nulla apud nos ſit, nullam quoque obtinent cetera inde accepta; & fidelioribus antiquioribusque Græcorum Catalogis inhærentes, unicum ſolum in dicta ſerie agnoſcimus* Judam, *& eum putamus eſſe, cui juxta Martyrologia additum fuerit cognomen* Quiriacus *vel* Cyriacus; *martyrium autem obtigerit, non ſub Iuliano, ſed ſub Hadriano.*

prater quem alius gratis admitti non debet.

credi autem is poteſt à rebellium Iudæorum Duce Barchocheba,

B

32 *Quod quidem martyrium ſatis certum prudenti temporum æſtimatori videbitur, ſi conſideret finem Iudaizantis Hieroſolymis Eccleſiæ, prout is deſcribitur apud Euſebium: ſecundum cujus Chronicon, ultimus ex circumciſione, & decimus quintus in ordine Iudas, præfuit μέχρι τῆς καθ' Ἀδριανὸν Ἰουδαίων ἀποστάσεως, uſque ad* defectionem *ſive* rebellionem Judæorum *ſub* Adriano, *vel, ut Hieronymus vertit,* uſque ad everſionem quam ab Hadriano perpeſſa eſt Hieruſalem. *Iſtius autem defectionis ſeu rebellionis tempore (ut ad annum Adriani* XVI, *qui fuit Chriſti* CXXXIII, *ſcribit idem Euſebius)* Χοχεβᾶς, τὸν Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἡγούμενος, Χριστιανοὺς μόνους ἐπιμελῶς ἐτιμωρεῖτο; μὴ βλασφήμους καλοῦ Ρωμαίων συμμαχεῖν: *quæ verba ſic leguntur à Hieronymo reddita,* Barchochebas, Dux factionis Judæorum, nolentes ſibi Chriſtianos adverſus Romanum militem ferre ſubſidium, omnimodis cruciatibus necat. *Id de Chriſtianis origine Iudæis potiſſimum eſſe intelligendum, ut qui ad communem Iudaicæ gentis libertatem vindicandam armis vidébantur ſoli ex Chriſtianis obligati, nemo ut puto diffitebitur. Quod ſi in promiſcuum Iudæorum Chriſto credentium vulgus iram ſuam effudit Barchochebas, tamquam in patriæ libertatis proditores; quanto ille magis exaſperari debuit in eorum Epiſcopum, à cujus potiſſimum arbitrio pendebat, utrum oblatam armorum ſocietatem Chriſtiani ceteri amplecterentur an non. Iudam ergo Epiſcopum præ ceteris ad conſenſum rebellioni præſtandum exquiſierit tyrannus; renuentemque iis excruciaverit modis, quos malim mihi ignotos quoad ſpeciem fateri, quam credere partem aliquam veritatis etiam quoad illos latere ſub Actis, tanta fingendi impudentia conſarcinatis.*

multos Chriſtianos necavit,

necatus etiam ipſe,

C

33 *Tempus Martyrii poteſt ex eodem Euſebio determinari annus* XVII *Hadriani, ab Auguſto anni* CXXXIII *inchoatus; ut martyrium Iudæ,* I *Maji peractum, ſpectet ad ſequentem* CXXXIV; quo bellum Judaicum, *uti ſcribit Euſebius,* quod in Paleſtina gerebatur, finem accepit, rebus Judæorum penitus oppreſſis. Ex quo tempore etiam introeundi Hieroſolymam licentia eſt ablata, primum Dei nutu (ſicut Prophetæ vaticinati ſunt) deinde Romanis interdictionibus. *Ita exercitam contra Chriſtianos ipſumque (ut credimus) Epiſcopum crudelitatem Iudæi luerunt, quorum exterminium aliquanto copioſius in Hiſtoria lib. 4 cap. 6 proſequitur Euſebius. Idem capite præcedenti;* Eorum, *inquit,* Epiſcoporum tempora, qui Hieroſolymis præfuerunt, *ſcilicet ante Marcum,* nuſquam reperire potui: omnes autem brevi admodum tempore ſediſſe perhibentur: *quod ſane neceſſario conſequitur ex morte S. Simeonis ſecundi Epiſcopi, quem* XVIII *Februarii diximus pro Chriſto paſſum anno vulgaris Æræ* CVII: *adeo ut hinc uſque ad annum* CXXXIV *ſolum* XXVI *anni inveniantur medii, in tredecim Epiſcopos dividendi: quod fecerunt Georgius Syncellus & Nicephorus Patriarcha in ſua Chronologia, ſub exigua in tribus tantum locis numerorum diverſitate. Hos autem numeros potuerunt iidem accepiſſe ab aliquo, qui Euſebio felicior eos invenerit ſic notatos, ut inchoati anni integro exprimerentur numero, & unuſquiſque Epiſcoporum ultimum Sedis ſuæ annum communem habuerit cum primo ſucceſſoris; atque ita Iudas, cui aſſignantur anni duo, cœpiſſet anno* CXXXIII; *ejuſque deceſſor Ioſephus, ſub eadem Barchochebæ perſecutione Martyrium ſuſtinuiſſet, incertum quo die, quia nullis adſcriptus Martyrologiis.*

anno 134 Chriſti,

& ſui Epiſcopatus ſecundo.

D

34 *Cum deducta hactenus anno* MDCLXXIV *meditarer, contigit ut eodem forte tempore contentio ſubnaſceretur inter Iulianum Saracenum, Anconitanum Patricium, Canonicum & Decanum eccleſiæ Cathedralis, prælo parantem Notitias Hiſtoricas Anconæ, prout eas nunc habemus editas Romæ anno* 1675 *& ſupra indicatum ejuſdem urbis Cauſidicum. Vterque igitur per interpoſitos amicos ſcriptaſque litteras me ſolicitavit, ut quid de S. Cyriaci Epiſcopatu ſentirem ego, amice communicarem. Feci candore Belgico quod rogabar, monuique, videri mihi ambos rationibus niti, quarum potentiores hinc quidem probent Epiſcopum Hieroſolymitanum fuiſſe S. Cyriacum; inde non fuiſſe tempore S. Helenæ & Iuliani Apoſtatæ, quemadmodum in noſtris Sanctorum Maji Actis eſſem declaraturus; interim ſuadebam, ut ſepoſita contentione, quæ tota fere procederet ex auctoritatibus ſupra fabuloſa inventæ Crucis & Paſſionis Acta fundatis, dignarentur docere me de ipſa corporis tranſlatione Anconam.*

Duobus Anconitanis ſcriptoribus de Epiſcopatu S. Iudæ-Quiriaci certantibus

cum ſenſum meum aperuiſſem,

E

35 *Gratanter officium meum excepit Saracenus, profeſſus ingenue, non perſtiturum ſe in aſſerendo Anconitano S. Cyriaci Epiſcopatu, quem facile crederet ſuperiori primum ſeculo excogitatum ad complanandam temporum rationem alias difficillimam, ſi ſibi oſtenderetur, diverſo quovis ævo alius, inter Hieroſolymitanos notus Epiſcopus, ſub eodem* Judæ *vel* Cyriaci *nomine: non enim ignorabat in Martyrologiis utrumque nomen vel conjunctim accipi, vel disjunctim alterum ſupponi pro altero; nec difficulter recipiebat cenſuram, prædictis Actis à me poſitam. Alius, cui jam tractatus ſub præla erat cum titulo* Patriarchæ defenſi, *fortaſis exacerbatus, quod Tractatum illum non ſineretur dare in lucem, convertii in me bilem ſuam; & beneficio reponens maledicentiam, non expectato Majo, qui publici juris factus publice quoque poſſet citra juſtam cujuſque offenſionem redargui; contra meas, ipſi privatim ſcriptas litteras, properavit, me inſcio, vulgare* Confutationem collectionis, *ut vocat,* novarum opinionum, quas futiles nonnulli compilarunt & leves: *in qua, diſſimulato eo quod præcipuum eſſe debuerat, ut oſtenderet ſcilicet, Hieroſolymarum Epiſcopum fuiſſe alium ſub Iuliano quam Cyrillum, vel ut authentica de modo ac tempore factæ tranſlationis exhiberet documenta; dilapſus ad parerga eſt.*

humaniter eum accepit in cui minus videbar favere;

alium privatæ epiſtolæ publicam confutationem oppoſuit,

F

36 *Ceterum non eſt nova Anconitanis de ſuo Patrono quæſtio: pridem ea ipſos ſolicitos habuit, cum votis certarent ambiguis, utrum optabilius ſuæ eſſet civitati, poſſidere corpus ejus qui olim Anconitanus Epiſcopus, an qui Hieroſolymitanus fuiſſet. Qui Anconitanum ajebant, in partes ſuas traxere Baronium. Baronium ſecutus mox ille eſt, qui anno* MDCXIII *Venetiis, ut ſupra dixi, imprimendum curavit Officium & Commemorationes Patriarcharum & Prophetarum, Martyrum & Confeſſorum Terræ-ſanctæ. Idem in hujus operis tirocinio, ad* IX *Ianuarii & S. Marcellini Epiſcopi Anconitani Acta, ſequi tantiſper maluit Bollandus noſter, quam vel admittere manifeſtam cum tota antiquitate repugnantiam, à qua contrariæ ſententiæ aſſertores nullatenus ſe expediebant; vel intempeſtivo præjudicio antevertere tempus controverſiæ illius examinandæ: quo ſuo facto tantum abeſt ut putaverit ſucceſſores ſuos obligari, ad ſingula quæ ſic ex incidenti cauſa notaret ſuſtinenda; ut econtra plurimum lætaretur cum videret nos, tamquam humeris elatos ſuis, proſpicere aliquanto longius. Nam cum ille circa Hibernicas hiſtorias (ut hoc exempli cauſa dicam) in*

Antehac Anconitano Epiſcopatui Cyriacum arrogantes

re nondum examinata ſecutus Bollandus,

Ianuario

A *Ianuario ac Februario ſecutus fuiſſet Chronologiam Vſſerianam, donec S. Patricius neceſſitatem & facultatem præberet ipſam ſi opus foret corrigendi : ubi me, rem à fundamentis ſcrutari exorſum, vidit, dimiſſa illa, longe diverſam multoque certiorem viam iniiſſe; probavit vehementiſſime, neque voluit ullam eorum rationem haberi, quæ ſcripſerat ipſe diverſimode de S. Brigitta aliiſque Sanctis nationis iſtius.*

38 *Deſinat igitur me, velut degenerem Bollandi diſcipulum, ex eo capite increpare Saraceni adverſarius; uſque adeo parum bene conſultus, ut mihi vitio vertere voluerit, quod duas ex ſententia aliena ſcriptas à Bollando lineas non ſequar, in aſſerenda morte ſub Iuliano tolerata; cum gaudere potius debuiſſet & gratias agere, quod Cyriaco Hieroſolymitanum Epiſcopatum aſſerens, contrariam ſibi Bollandi auctoritatem præriperem facientibus Anconitanum. Potuiſſet enim Bollandi ſententiam objecturis reſpondere, ipſum vel per ſe vel per ſuos in opere ſuo eſſores re melius examinata mutaſſe opinionem; quemadmodum ſe jactat vacillatione Baronii, eumdem Anconitanum Epiſcopatum, quem aſſeruerat in Martyrologio, in Tomo 4 Annalium ad annum 363 dubium eſſe agnoſcentis: quod feciſſe crediderim, ne alterius factionis zelum, ad retinendum Hieroſolymitani Patriarchatus titulum obſirmatum, in ſe concitaret.*

male nobis objicitur ab eo qui ipſe in contraria eſt ſententia,

B 39 *Etenim hujus zeli indicium retinent inſtrumenta Notarialia, nobiſcum olim communicata, & fidem facientia, primo, quod Lectiones de S. Cyriaco ex Breviario Lugdunenſi anni* MDVII, *exiſtente apud Carmelitas Avenionenſes, legitime tranſcriptæ eſſent in præſentia Fr. Stephani Dulcis Avenionenſis Archiepiſcopi : ſecundo, quod ex libro dicto Sermones diſcipuli de Sanctis, impreſſo* MDXXXIV, *exiſtente penes Bartholomæum Tancredum Canonicum Anconitanum, tranſcripta fideliter ſit rubrica de inventione Sanctæ Crucis Latine; Italice autem ex alio libro de Vitis Sanctorum Venetiis impreſſo* MDLVI: *tertio quod in Catalogo Generali Ferrarii inveniatur pariter exhibitum elogium S. Cyriaci. Et hæc omnia anno* MDCXXII *per Notarios publicos ſic curata ſunt, ut talium librorum auctoritate collata credatur S. Cyriacus, urbis Anconitanæ Patronus, vere fuiſſe Hieroſolymitanus Epiſcopus: quod & fuiſſe contendit obtrectator noſter, & nos probabile conamur reddere. non quidem pro eo tempore, quod dubitandi cauſam juſtiſſimam aliis præbuit; ſed pro alio, quo certum eſt fuiſſe Hieroſolymis Epiſcopum Iudam: quem etiam eſſe martyrio coronatum, ſi non certum, ſaltem probabile omnino fecimus; contenti tamen opinionem noſtram appellare conjecturam; quam eo credemus firmiorem, quo evidentior cunctis erit Actorum, velut de alio compoſitorum, fabuloſitas, jam jam oculis ſubjicienda.*

eui quæſita undique fuerunt documenta an. 1623.

& noſtrum quoque ſuffragium accedit.

C

ACTA APOCRYPHA

PROLOGUS.

QUi ſui proprii generis & naturæ propriæ radice ſubſiſtens Deus, ante creaturam mundi ejus finem agnoſcens, & ante plaſmationem Adæ, quæ per ipſum futura erant, uſque in unum numerum & actus & cogitationes præſcivit, ſolus Rex æternus, qui omnibus Sanctis ſemper propria præſtat dona, ipſe & Sancti & Beati Judę nativitatę in utero ſacravit. Verum tamen Anna cum vocaretur quæ hunc genuit, hereditatem accepit S. Annæ : cum omnibus autem quæ dixerat, in finem cum filio ſuo paſſa eſt.

Prologum hunc in MSS. ad 2 partem infra citandis reperimus, & utrique ſimul parti præfixam fuiſſe putamus; ſed ab iis qui primam, ut diverſo die legendam ſeparārunt, fuiſſe reſervatum; ut cum ſecunda conſcriberetur : ideoque, ut earum inter ſe connexio clarius cernatur, ipſum reſtituimus proprio ſuo loco.

D

PARS I.

In qua S. Quiriacus, poſt indicatam S Helenæ Crucem Domini, mortuo S. Macario Hieroſolymis ſuffectus, & à S. Euſebio Papa ordinatus fingitur.

Ex quatuor [a] MSS. & Mombritio.

a

1 ANno ducenteſimo triceſimo tertio, poſt paſſionem *b* Domini noſtri Jeſu Chriſti, regnante venerabili Dei cultore magno viro Conſtantino, in ſexto *c* anno regni ejus, gens multa barbarorum congregata eſt ſuper Danubium, parati ad bellum contra Romaniam. Nuntiatum eſt autem Regi *d* Conſtantino. Tunc congregans & ipſe multitudinem exercitus profectus eſt obviam, & invenit eos qui vindicaverant Romaniæ *e* partes, & erant ſeus Danubium. Videns autem quia multitudo eſſet innumerabilis, contriſtatus eſt & timuit uſque ad mortem. Ea vero nocte veniens vir ſplendidiſſimus ſuſcitavit eum, & dixit : Conſtantine, noli timere, ſed reſpice ſurſum in cælum, & vide, & intendens in cælum vidit ſignum Crucis Chriſti, ex lumine claro conſtitutum, & deſuper litteris ſcriptum titulum, IN HOC VINCE *f*. Viſo autem ſigno hoc Rex Conſtantinus fecit ſimilitudinem Crucis quam viderat in cælo : & ſurgens impetum fecit contra Barbaros, & fecit antecedere ſignum Crucis : & veniens cum ſuo exercitu ſuper barbaros, cœpit cædere eos proxima luce : & timuerunt barbari, & dederunt fugam per ripas Danubii, & mortua eſt non minima multitudo: & dedit Deus in illa die victoriam Regi Conſtantino per virtutem ſanctæ Crucis.

b

c *Conſtantinus viſa in cælis cruce*

d

e

E

f *victor de barbaris ad Danubium,*

2 Veniens autem Rex Conſtantinus in ſuam civitatem, convocavit omnes Sacerdotes omnium deorum vel idolorum: & quærebat ab eis cujus vel quid eſſet hoc ſignum Crucis *g*, & non poterant dicere ei. Reſponderunt autem quidam ex ipſis & dixerunt: Hoc ſignum cæleſtis Dei eſt. Audientes autē hoc pauci Chriſtiani, qui erant eodem tempore, venerunt ad Regem, & euangelizaverunt ei myſteriū Trinitatis & adventum Filii Dei, quemadmodum natus eſt & crucifixus & tertia die reſurrexit. Mittens autem Rex Conſtantinus ad Euſebium *h* Epiſcopum urbis Romæ, fecit eum venire ad ſe, & catezizavit eum fidem Chriſtianorum & omnia miniſteria : & baptizavit *i* eum in nomine Domini noſtri Jeſū Chriſti, & confirmatus eſt in fide Chriſti. Juſſit autem ædificari ubique eccleſias, templa vero *k* idolorum deſtrui. Erat autem beatus Conſtantinus perfectus in fide, & fervens Spiritu ſancto exercebatur in ſanctis Euangeliis Chriſti. Cum didiciſſet autem à ſanctis Euangeliis ubi eſſet Dominus crucifixus, miſit *l* ſuam matrem Helenam ut exquireret ſanctum lignum Crucis Domini, & in eodem loco ædificaret eccleſiam. Gratia autem Spiritus ſancti requievit in beatiſſima matre Conſtantini Imperatoris Helena : hæc autem in omnibus Scripturis ſe exercebat, & nimiam in Domino noſtro Jeſu Chriſto poſſedit dilectionem : poſtmodum & ſalutare ſanctæ Crucis lignum exquiſivit. Cum legiſſet autem intente adventum humanitatis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti & crucis ejus aſſumptionem & à mortuis reſurrectionem, non eſt moras paſſa donec victoriæ Chriſti invenit lignum, ubi dominicum & ſanctum fixum eſt corpus. Invenit autem illud hoc modo.

g

fidem & baptiſmum ſuſcepit:

F

h

i

k

l

ab hoc Hieroſolymas miſſa mater Helena,

3 Viceſima & octava die *m* ſecundi menſis in ſanctam civitatem Hieruſalem introivit una cum

EX MSS. exercitu *n* magno,& congregavit in ea congregationem magnam de impiiſſima gente Judæorum. Non ſolum autem eos qui in ea erant civitate, ſed & eos qui in circuitu erant,caſtellis, poſſeſſionibus vel civitatibus Judæos congregari præcepit. Erat autem Hieruſalem deſerta tempore illo, ut vix invenirentur omnes Judæi tria millia virorum *o* [Perrexit autem Helena ad Hieroſolymam,& quæſivit diligenter locum, in quo ſanctum corpus Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti patibulo adfixum pependerat, ab incolis: qui ideirco ad inveniendum difficilis erat, quod ab antiquo tempore, ab Imperatore Adriano, perſecutore Chriſtianorum, ſimulacrum in eo loco Veneris fuerat adfixum; ut ſi quis Chriſtianorum in loco illo Chriſtum adorare voluiſſet, Venerem videretur adorare: & ob hoc pene oblivioni datus fuerat locus. Sed Regina fideliſſima, funditus everſo templo pariter & idolo memorato, invenit antiquas ſubter ruderum concava moles: & militari & ruſticana adhibita multitudine, exinanire fecit locum omnem ab his quæ fuerant illic, à tempore paſſionis Dominicæ, Judaica æmulatione facta.

n *o*

quæſitura Crucem Dominicam,

4 Poſt hæc congregavit multitudinem magnam de impiiſſima Judæorum gente] quos convocans beatiſſima Helena dixit ad eos, Cognovi de ſanctis libris propheticis, quia fuiſtis dilecti Dei: ſed quia repellentes omnem ſapientiam, eum qui volebat de maledicto vos redimere maledixiſtis, & eum qui per ſputum oculos veſtros illuminavit immundis potius ſputis injuriaſtis,& eum qui mortuos veſtros vivificabat in mortem tradidiſtis,& lucem tenebras exiſtimaſtis & veritatem mendacium, pervenit in vos maledictum quod eſt in lege veſtra ſcriptum. Nunc autem eligite ex vobis viros,qui diligenter ſciunt legem veſtram, ut reſpondeant mihi de quibus interrogavero eos. Qui abeuntes cum timore, & multas quæſtiones inter ſemetipſos facientes,invenerunt legis doctores numero mille, & adduxerunt eos ad Helenam, teſtimonium perhibentes eis, quod legis ſcientiam multam haberent. Helena autem dixit ad eos, Audite mea verba, auribus percipite meos ſermones. Non enim intellexerunt patres veſtri neque vos in ſermonibus Prophetarum, quemadmodum de adventu Chriſti prophetaverunt, quia prius dictum eſt *p*, Puer naſcetur & mater ejus virum non agnoſcet *q*: & Iſaias vobis dixit, Filios genui & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me: cognovit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus perſæpe Domini ſui,Iſrael autem me non cognovit,& populus meus me non intellexit: & omnis Scriptura de ipſo locuta eſt. Qui ſciebatis legem erraſtis,nunc autem eligite ex vobis qui diligenter noverint ſcientiam legis, ut ad interrogationes meas dent reſponſum: & militibus juſſit ut cuſtodirent eos cum ſumma diligentia.

B

collectam Judæorum multitudinem increpat;

p *q*

C

Iſ. 1, 3

5 Conſilio autem facto inter ſe elegerunt optimos legis doctores viros numero quingentos, & venientes ſteterunt in conſpectu Helenæ: quæ dixit: Qui ſunt hi? At ille dixerunt: Hi ſunt qui optime noverunt legem. Et cœpit iterum dicere ad eos: Vos quam ſtulti eſtis filii Iſrael ſecundum Scripturas, qui patrum veſtrorum cæcitatem ſecuti eſtis, qui dicitis Jeſum non eſſe filium Dei, qui legiſtis legem & Prophetas & non intellexiſtis. Illi autem dixerunt: Nos quidem & legimus & intelligimus, pro qua cauſa talia nobis dicis,Domina,manifeſta nobis, ut & nos cognoſcentes reſpondeamus de his quæ à te dicuntur. Ipſa autem dixit iterum ad eos: Adhuc euntes eligite meliores legis doctores.Qui cum irent dicebant intra ſe, pro qua cauſa putas hunc laborem facit nobis Regina. Unus ex eis,nomine Judas,dixit: Ego ſcio,quia quæſtionem vult facere ligni, in quod Chriſtum ſuſpenderunt patres noſtri: videte ergo

iterumque allocuta, jubet meliores deligere qui ſibi reſpondeant.

His Judas indicat,quærendum de cruce,

nemo ei confiteatur: nam verè deſtruentur paternæ traditiones, & lex ad nihilum redigetur. Zachæus autem avus meus prænunciavit patri meo, & pater meus cum moreretur adnuntiavit mihi, dicens.

D

6 Vide, fili, cum quæſtio facta fuerit de ligno, in quod Chriſtum ſuſpenderunt patres noſtri, manifeſta illud antequam crucieris: jam enim amplius Hebræorum genus non regnabit,ſed regnum eorum erit qui adorant Crucifixum, ipſe autem regnabit in ſeculum ſeculi. Ego *r* vero dixi ei, Pater, ſi ergo ſciebant patres noſtri quia ipſe eſſet Chriſtus, quare manus ſuas injecerunt in eum? Dixit autem mihi, Audi me, fili, & cognoſce ejus inenarrabile nomen, quia numquam conſiliatus ſum neque conveni cum eis, ſed multoties contradicebam illis; ſed quia arguebat ſeniores & Pontifices noſtros,ideo condemnaverunt eum crucifigi, putantes mortificare immortalem; quem & deponentes de ligno ſepelierunt. Ipſe autem ſepultus poſt tertium diem ſurrexit, & manifeſtavit ſe ſuis diſcipulis; unde credidit Stephanus frater tuus, & cœpit docere in nomine ejus: & conſilio facto Phariſæi cum Saducæis condemnaverunt eum ut lapidaretur; & tollens eum multitudo lapidaverunt eum. Sed beatus ille cum traderet animam, expandit manus ſuas ad cælum, & orabat dicens,Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Audi me, fili, & doceo te de Chriſto & de pietate ejus: quia & Paulus, qui ante templum ſedebat & exercebat artem ſcenographiæ; *ſ* erat perſequens eos qui in Chriſto credebant, qui concitavit populum adverſus fratrem ſuum Stephanum: & pietate ductus ſuper eum Dominus, unum de ſanctis ſuis fecit eum. Propter quod ego & patres mei credidimus in eum, quia vere filius Dei eſt. Et nunc, fili, noli blaſphemare eum, neque eos qui in eum credunt: & habebis vitam æternam.

& narrat quæ ab avo & patre ſuo accepérit de Chriſto,

r

Stephano,

E

ſ

& Paulo.

t

7 Hæc mihi conteſtatus eſt pater meus Simon. Ecce omnia audiſtis: quid vobis placet, ſi interrogaverit nos de ligno Crucis? Ceteri autem dixerunt, Nos talia numquam audivimus,qualia à te hodie dicta ſunt. Si ergo inquiſitio facta fuerit de hoc, vide ne oſtendas. Manifeſte autem qui hæc dicis & locum nôſti. Hæc eis dicentibus,ecce veniunt milites ad eos dicentes, Venite, vocat vos Regina. Illi autem dum veniſſent *u* iudicabantur ab ea; & nihil verum volebant dicere de hoc unde percunctabantur. Tunc beata Helena jubet illos omnes igni tradi. Qui cum timuiſſent,tradiderunt ei Judam,dicentes; Hic viri juſti & prophetæ filius eſt, & legem novit cum actibus ſuis: hic, Domina, omnia quæ deſiderat cor tuum oſtendet tibi diligenter. Et omnibus ſimul teſtimonium illi perhibentibus, dimiſit eos,& tenuit Judam ſolum. Et convocans eum, dixit ad illum: Vita & mors propoſitæ ſunt tibi: elige tibi quod vis, vitam an mortem. Judas dixit: Et quis in ſolitudine conſtitutus, panibus ſibi appoſitis, lapides manducat? Beata autem Helena dixit: Si ergo in cælo & in terra vis vivere, dic mihi ubi abſconditum eſt lignum prætioſæ Crucis.

Rogant hi eum ne crucem indicet.

u

F

ſed ad ignē damnati, Iudam produnt:

8 Judas dixit:Quemadmodum habetur in geſtis, ſunt jam anni ducenti plus *x* minuſve: & nos,cum ſimus juniores,quomodo poſſumus hæc noſſe? Beata Helena dixit: Quomodo ante tantas generationes in Ilio & Troade factum eſt bellum, & omnes nunc commemorantur qui ibi ſunt mortui: & monumenta eorum & loca ſcriptura tradit. Judas dixit, Vere, Domina: quia conſcripta ſunt: nos autem non habemus hæc conſcripta. Beata Helena dixit, Quid eſt quod paulo ante confeſſus es à te ipſo,quia ſunt geſta? Judas dixit, In dubio locutus ſum. Beata Helena dixit, Ego quidem habeo beatam vocem Euangeliorum, in quo loco crucifixus eſt ipſe Dominus;

qui varie tergiverſatus,

A minus; tantum oſtende mihi, qui vocatur Calvarię locus; & ego faciam mundari locum; forſitan inveniam deſiderium meum. Judas dixit, Neque locum novi; quia nec eram tunc. Beata Helena dixit: Per Crucifixum, fame te interficiam, niſi dixeris veritatem. Et cum hæc dixiſſet, juſſit eum mitti in lacum ficcum, uſque in ſeptem dies, ſic ut cuſtodiretur à cuſtodibus. Cum tranſiſſent autem ſeptem dies, clamavit Judas de lacu, dicens, Obſecro vos, educite me, & ego oſtendam vobis Crucem Chriſti.

& ſeptem dierum fame ſubactus,

9 Cum aſcendiſſet autem de lacu, perrexit uſque ad locum, neſciens certius ubi jacebat Crux Chriſti, levavitque vocem ſuam ad Dominum Hebraica linga & dixit *z*: Deus, Deus, qui feciſte cælum & terram, qui palmo metiſti cælum & pugno terram menſuraſti; qui ſedes ſuper currum Cherubin, & ipſa ſunt volántia in aëris curſibus luce immenſa, ubi humana natura tranſire non poteſt; quia tu es qui feciſti ea ad miniſterium tuum: ſex animalia, quæ habent ſenas alas; quatuor quidem ex ipſis quæ volant, miniſtrantia & inceſſabili voce clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Cherubin vocantur; duo autem ex his poſuiſti in Paradiſo cuſtodire lignũ vitæ, quæ vocantur *aa* Seraphin. Tu autem dominaris omnium, quia tua factura ſumus, qui incredibiles Angelos profundo tartaro tradidiſti; & ipſi ſunt ſub fundo abyſſi à draconum fœtore cruciandi, & tuo præcepto contradicere non poſſunt. Et nunc, Domine, ſi tua voluntas eſt regnare filium Mariæ, qui miſſus eſt à te (niſi autem fuiſſet ex te, non tantas virtutes feciſſet: niſi vero tuus puer eſſet, non ſuſcitares eum à mortuis) fac nobis, Domine, prodigium hoc; & ſicut exaudiſti famulum tuum Moyſen, & oſtendiſti ei oſſa patris noſtri *bb* Joſeph; ita & nunc, ſi eſt voluntas tua, oſtende nobis occultum theſaurum: & fac ab eodem loco fumum odoris aromatum & ſuavitatis aſcendere: ut & ego credam crucifixo Chriſto, quia ipſe eſt Rex Iſrael, & nunc & in ſecula ſeculorum.

petit à Deo

aa

B

bb ut ex loco abdita crucis aſcendat fumus aromaticus,

10 Hæc cum oraſſet Judas, ſtatim commotus eſt locus, & multitudo fumi & aromatum odoris ſuavitatis aſcendit de loco: ita ut admiratus Judas plauderet ambabus manibus ſuis, & diceret; In veritate, Chriſte, tu es Salvator mundi: gratias tibi ago Domine, qui cum ſim indignus, non me fraudaſti dono gratiæ tuæ. Deprecor te, Domine Jeſu Chriſte, memor eſto mei & dele peccata mea, & adnumera me cum fratre *cc* meo Stephano, qui ſcriptus eſt in Actibus duodecim Apoſtolorum tuorum. Hęc cum dixiſſet, accipiens foſſorium præcinxit ſe viriliter, & cœpit fodere. Cum autem fodiſſet paſſus viginti *dd* invenit tres cruces abſconditas, quas ejiciens attulit in civitatem. Interrogabat autem beatiſſima Helena, quæ eſſet crux Chriſti: ſcimus autem quia ceteræ duæ latronum ſunt, qui cum eo crucifixi ſunt. Et ponentes eas in media civitate expectabant gloriam Chriſti. Et circa horam nonam ferebatur mortuus juvenis in grabato: Judas *ee* autem gaudio repletus dixit: Nunc cognoſces, Domina, dilectiſſimum lignum & virtutem ejus. Et tenens grabatum Judas, fecit deponi mortuum, & poſuit ſuper eum ſingulas cruces, & non ſurrexit: impoſita autem tertia cruce Dominica ſuper mortuum, ſtatim ſurrexit qui mortuus fuerat juvenis, & omnes qui aderant glorificabant Dominum.

C

quo facto

dd Crux effoditur,

ee & ad ejus contactum ſuſcitatur mortuus,

11 Sed omnium bonorum ſemper invidus diabolus *ff* cum furore vociferabatur in aëre, dicens: Quis iterum hic eſt, qui non permittit me ſuſcipere animas meorum? O Jeſu Nazarene; omnes traxiſti ad te: ecce & lignum tuum manifeſtaſti adverſum me. O Juda! quid hoc feciſti? Nonne prius ego per Iudam traditionẽ perfeci, & populum concitavi impie agere? Ecce nunc per Judam ego hinc ejicior. Inveniam & ego quid faciam adverſum te: ſuſcitabo alium Regem, qui derelinquet Crucifixum, & mea exequetur conſilia, & immittet in te iniqua tormenta: & tunc cruciatus negabis Crucifixum. Judas autem, fremens in ſpiritu ſancto, dixit: Qui mortuos ſuſcitavit Chriſtus, ipſe te damnet in abyſſum ignis æterni. Hæc audiens beata Helena admirabatur fidem Judæ: cum magno autem ſtudio collocans pretioſam Crucem, auro & lapidibus pretioſis, faciens loculum argenteum, in ipſo collocavit Crucem Chriſti; & eccleſiam conſtruxit in ipſo Calvariæ loco. Judas autem accipiens incorruptionis baptiſmum in Chriſto Jeſu, de præcedentibus ſignis oſtenſus eſt fidelis, & commendavit eum Epiſcopo qui illo tempore erat adhuc Ieroſolymis *gg*, & baptizavit eum in Chriſto. Cum moraretur beata Helena in Ieroſolyma factum eſt Beatum Epiſcopum dormitionem accipere in Chriſto. Beata autem Helena accerſivit Epiſcopum Euſebium urbis Romæ *hh*, & ordinavit Judam Epiſcopum in Ieroſolyma Eccleſię Chriſti: mutavit autem nomen ejus, & vocatus eſt Cyriacus.

ff daemone frendente & Iudæ multa comminãte,

qui corroboratus in Chriſti fide baptizatus,

gg ordinatur Epiſcopus.

hh

12 Beata autem Helena, repleta Dei fide, & intelligens Scripturas per vetus & novum Teſtamentum, inſtructa & repleta Spiritu ſancto, iterum cœpit ſtudioſe requirere qui in cruce confixi fuerant clavi, in quibus impii Judæi Salvatorem crucifixerunt: & convocans Judam, qui cognominatus eſt Cyriacus, dixit ei, Quod circa lignum crucis erat, repletum eſt deſiderium meum: ſed de fixoriis qui infixi ſunt imminet triſtitia. Sed non requieſcam & de hoc, donec Dominus compleat deſiderium meum: ſed accede adhuc, & de hoc precare Dominum. Sanctus vero Epiſcopus Cyriacus, veniens ad Calvariæ locum una cum multis Fratribus, qui in Domino Jeſu Chriſto crediderunt per inventionem ſanctæ Crucis, & quod in mortuo factum eſt ſignum; elevans in cælum oculos ſuos & manibus ſimul percutiens pectus, exclamavit ex toto corde ad Dominum, confitens priorem ignorantiam, & beatificans omnes qui crediderunt in Chriſto & qui crediturí ſunt adhuc. Diu autem eo orante, ut manifeſtaretur illi ſignum aliquod, quemadmodum in cruce ita & in fixoriis; in fine orationis, cum diceret, Amen; factum eſt tale ſignum, quod omnes *ii* qui aderamus vidimus. Magna autem coruſcatio de loco illuxit, ubi inventa eſt ſancta Crux, clarior ſolis lumine; & ſtatim apparuerunt clavi illi, qui in Dominico confixi fuerant corpore, tamquam aurum fulgens in terra; ita ut omnes ſine dubio dicerent credentes, Nunc cognoſcimus in quem credimus. Quos accipiens cum magno timore obtulit Beatæ Helenæ. Quæ figens genua & caput inclinans, adoravit eos.

ii indicio lucis cælitus repertos traditæ

D P.

AUCTORE

E

F

14 Repleta autem ſapientia & ſcientia multa valde, cogitabat quid de his faceret. Quæ cum in ſemetipſa poſuiſſet omnem exquirere viam veritatis; Spiritus ſancti gratia miſit in ſenſum ejus tale quiddam facere, ad commemorationem generationum quæ venturæ erant, quod Prophetæ pronuntiaverunt ante multas generationes. Convocans autem virum fidelem & diſciplinatum, cui teſtimonium perhibebant multi, dixit ei; Regis mandata cuſtodi & regale ſacramentum exerce; accipe hos clavos, & fac eos ſalivares *kk* in frẽno equi, qui Regis erit: erunt autem arma inexpugnabilia contra omnes adverſarios, victoria vero erit Regis & pax belli, ut id quod dictum eſt per Prophetam impleatur, Et erit in illo die quod eſt in frẽno equi ſanctum Domini vocabitur. Beata autem Helena, qui in Jeſu Chriſto fide ſunt confirmans in Hieroſolymis, & omnia perficiens, perſecutionem Judæis immiſit, quia incredduli

Helena inde filium fieri jubet,

kk

Zac. 14,20

EX MSS. ll credùli facti ſunt, & minavit eos à Judæa *ll*. Tanta autem gratia ſecuta eſt Sanctum Cyriacum Epiſcopum, ut dæmones per orationes ejus effugaret, & omnes hominum ſanaret infirmitates. Beata autem Helena dona multa derelinquens ſancto Epiſcopo mm Cyriaco ad miniſterium pauperum, dormivit *mm* in nn pace, ſeptimo decimo Kalendas *nn* Maji; demandans *& feſtum inventa Crucis celebrari.* omnibus qui Chriſtum diligunt, viris ac mulieribus, celebrare commemorationem diei, in qua inventa eſt ſancta Crux quinto nonarum Majarum *oo*. Quicumque vero memoriam faciunt ſanctæ Crucis, accipiant oo partem cum Dei genitrice ſancta Maria, & cum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat, per infinita ſecula ſeculorum.

NOTÆ ET CENSURÆ.

a *Videlicet S. Martini Treviris, & S. Maximini ibidem, atque membraneis codicibus duobus, in noſtro Muſæo aſſervatis: quibus addi poſſent MSS. multa in variis Italiæ bibliothecis & alibi per nos viſa, niſi piguiſſet notare ſigillatim ſingula.*

b *Mombritius*, Poſt reſurrectionem.

c *Cœpit* Conſtantinus *anno vulgaris Æræ* 306, *&*
B *ſextus ejus annus incidit in annum ejuſdem Æræ* 311, *incipiendo à die* 25 *Iulii: in quo mox apparet enorme mendum, dum hic annus componitur cum anno* 233 *à Paſſione, quam probavimus incidiſſe in annum Æræ* 29, *adeoque ab ea numerandum hic fuiſſe annum* 278.

d *Mombritius, & hic & alibi deflectens à primigenii ſtyli ſimplicitate*, Imperatori Conſtantino. *Quod autem antiquiora MSS. & magis ſincera plerumque habeant* Regi, *indicium eſt olim hæc ex Græca in Latinam linguam eſſe converſa: Græcis enim uſitatius eſt* Regis *titulum uſurpare.*

e *Ex quo dedicata fuit Conſtantinopolis ſeu Roma nova, adeoque poſt annum* 330 *primum cœpit appellatio* Romaniæ, *necdum forte in uſum inducta cum Conſtantinus moreretur anno* 336.

f *Quam certum eſt hoc ſignum oſtenſum* Conſtantino, *Italiam contra Maxentium ingredi paranti anno ſexto regni ſupra notato: tam eſt indubitatum victoriam ad* Danubium, *de Sarmatis eumdem tranſgredi auſis relatam, ad annum* 14 *Regni, Chriſti* 319 *pertinere, adeoque ineptiſſime conjungi duo, locis temporibuſque diverſiſſima.*

g *Vſque adeone ignarus rerum eſſe potuit filius* Conſtantii *&* Helenæ, *quorum hæc Chriſtiana erat, iſte Chriſtianis ſumme faverat?*

C h *MS. S. Martini* Presbyterum *vocat, ſed infra & deinceps* Epiſcopum. *MS. Maximini nominat* S. Silveſtrum Papam: *ſed hæc ſcioli librarii correctio eſt, quam tamen oblitus eſt in ſequentibus adhibere, ſine ſcrupulo* Euſebium *deinceps nominans. Sedit autem* Euſebius *anno* 310, *menſibus dumtaxat quatuor.*

i *Econtra creditur Conſtantinus a S. Silveſtro Papa baptizatus circa annum* 315. *Apud Mombritium dicitur ſolum* Catechizatus.

k *Edictum de deſtruendis templis ad annum* 331 *pertinet.*

l *Hoc aliquanto poſt Nicænum Concilium, anno* 325 *celebratum, accidit.*

m *Videtur Iudæorum more hic loqui auctor.*

n *Quid opus erat exercitu? Cum pecuniâ miſſam Helenam melius ſcribunt alii.*

o *Quæ ſequuntur* [ ] *incluſa deſunt apud Mombritium & in MS. Antverpienſi: ſunt autem accepta ex Ruffini Hiſtoria Eccleſ. lib.* 10 *cap.* 7, *ut merito judices à Latinis poſtmodum eſſe intruſa.*

p *Mombritius*, Prior Moyſes dixit. *Vbinam vero?*

q *Idem addit.* Et iterum laudationum conſcriptor David dicit, Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper quoniam à dextris eſt mihi ne commovear *Pſal.* 15, 8.

r *Nota Iudam loqui in perſona ſua propria, alloquentis* D *patrem: uti non tantum patet ex concluſione, qua ait*; Hæc mihi conteſtatus eſt pater meus Simeon: *ſed magis infra num.* 10 *ubi S. Stephanum vocat ſuum fratrem. Hoc autem quomodo conſiſtat cum excuſatione junioris ætatis num.* 8, *videat qui hæc figmenta volet pro veris defendere.*

s *MS. Antverpienſe*, exercebatur arte ſcenofactoria.

t *Item.* Unum de Sanctis ſuis miſit ei, & fecit eum unum de diſcipulis ſuis.

u Judicabantur: *id eſt, judicialiter interrogabantur.*

x *MS. Antverp.* ſunt jam anni ducenti triginta tres.

z *Vtrumque Trevirenſe MS.* Ds. Ds. ai. aſaach. rablil. aſphilo. nabo. anach. biro. iole. jameddoch. azabel. zoth. faiek. faitui. baruch. chara. adonai. helai. helech. maro. abraxio. ateai. baruch. ſamul. meludach. ſtrahel. aiamu. ſtraubizi. manuch. beiel. ata. david. daura. jerahel. Jeſu. bemon. ſegenec. manuri. ru. quod interpretatur: Deus, Deus &c. *Quæ melius ab aliis abſunt: nec ſcio an vel ex longinquo, per multas correctiones & conjecturas, adduci poſſint ad ſenſum ſubjectæ orationis.*

aa *Gen.* 3 *v.* 24 *dicitur, quod Deus* collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, *non*, Seraphim.

bb *Exodi* 13 *ſimpliciter*, oſſa Joſeph tuliſſe ſecum, *dicitur* Moyſes: *nec eſt veroſimile, revelatione ad id fuiſſe opus, aut ignotum Iſraelitis ejus ſepulcrum. Rabinorum ſomniis hoc adſcribas licet.* E

cc *Ecce* Judas, *non* patruum ſuum, *ſed* fratrem *vocat* S. Stephanum: *quomodo igitur utriuſque pater* Simeon, *qui ipſemet interfuerat conſiliis Iudæorum contra Chriſtum, debuit ex patre ſuo* Zachæo *audiviſſe, quæ filio Iudæ de illo narrabat?*

dd *Liberalis ſane & fidem omnem ſuperans menſura profunditatis.*

ee S. Macarii *Epiſcopi, quem ſolum meliores ſcriptores in toto hoc negotio nominandum putaverunt, nec ſemel quidem meminit hic auctor.*

ff *Etiam hanc perſonam inducere decebat in talem comœdiam.*

gg *MSS. San Maximinianum, & Antverpienſe addunt*, nomine Macario, *quod poſtea videtur adjectum: & cum mox dicitur*, accidit Beatum Epiſcopum dormitionem accipere, *videtur interpretis ignorantia indicari, qui neſciverit τὸ* μακάριον, *eſſe proprium nomen, ideoque Latine verterit* beatum.

hh *Quis audivit vel legit umquam, trans mare aut omnino Roma egreſſum Pontificem; ad Epiſcopum qualemcumque ordinandum?*

ii *Hoc ſcilicet reſtabat, ut tam male conſuta fabula crederetur habere auctores, oculatos teſtes.* F

kk *Hæc vox, quamvis origine Latina, ex Græco tamen textu retenta videtur, utpote nuſquam apud Latinos medii ævi ſcriptores invenienda. Græci autem ſemibarbari, teſte Meurſio, etiam hodie* σαλιβάριον *uſurpant pro* Lupato. *Textus Græcus hoc loco* σαλιβάριον *habet. Verior hiſtoria unum ſolum clavum fræno fabricando adhibitum perſuadet.*

ll *De hoc exilio, Iudæis indicto, nullum alibi indicium.*

mm *Si Hieroſolymis obiiſſe* Helenam *velit auctor, vehementer fallitur: nam ex Euſebio conſtat morienti adſtitiſſe Conſtantinum; Romæne an Conſtantinopoli controvertitur. Pro Roma Baronius ex veroſimiliori opinione ſtat.*

nn *Ad hunc ſane diem quibuſdam non valde antiquis Martyrologiis MSS. Helenam adſcriptam reperiri, diximus in prætermiſſis ad* 15 *Aprilem: colitur alias & mortua paſſim creditur* 18 *Auguſti.*

oo *Concluſio hæc videtur adjecta ab iis, qui apocryphum hanc S. Cyriaci legendam diviſere bifariam.*

PARS

A

PARS II.

Continens figmenta de paſsione S. Cyriaci & Annæ matris ejus, ſub Iuliano Hieroſolymis tolerata.

a *Ex quatuor Codicibus MSS.* *a*

b 14 POſt venerabilis Conſtantini finem *b*, impius Julianus ſucceſſit in regno; & contra Perſas exivit *c* ſtatim ad bellum. Sancti igitur Cyriaci *d* fama perveniente uſque ad ejus auditum, in ſanctam Hieruſalem pervenit *e* civitatem: & ſtatim beatum Cyriacum exquiſivit. Qui cum veniſſet, Julianus interrogavit dicens, Qui diceris? Qui dixit, Iudas quidem à parentibus cognominatus ſum, quando autem miſertus eſt mei Deus, cum eſſem indignus, Epiſcopatus mihi donavit indumentum. Venerabilis vero Helena Cyriacum me vocari præcepit, beato Epiſcopo Euſebio urbis Romæ, ſuper me peccatore ordinationem faciente. Julianus imperator ait: In corpore ſunt adhuc parentes tui? Qui dixit: Mater ſola. Iulianus ait, vocetur ipſa. Cum autem adeſſet, Iulianus imperator dicit ei: Quod eſt nomen tuum? Quæ ait Anna [Iulianus Imperator dixit, Quam ſectam colis? Anna dixit; Ego colo cæleſtem Regem, qui mihi manifeſtatus eſt per dilectum filium meum Iuda.] *f* Iulianus ait: Ubi eſt nunc filius tuus? Quæ ait: Qui ante tribunal tuum ſtat Cyriacus Epiſcopus, ipſe eſt. Iulianus dicit: Subſtantias promitto vobis, & magnum honorem. Acquieſcite ergo mihi, & ſacrificate magno Deo Iovi. Cui Cyriacus: Ego verò Deo magno, Ieſu Chriſto, incontaminata quotidie immolo ſacrificia.

c d

e

Iulianus Apoſtatæ Cyriacum accerſitum

B

cum Anna matre ſolicitat ad idololatriam.

ſuo ipſius exemplo

15 Iulianus Apoſtata ait; Et ego multum tales exercui vanitates, & nihil mihi profuerunt. Cyriacus dixit: Bene dixiſti, quia nihil tibi profuerunt. Exercitatus igitur cum eſſes in divinis Scripturis, & notitiam omnium earum accipiens, neglexiſti, & divina conculcaſti; & indignus cum eſſes, miſericors Deus tradidit tibi regnum. Et non ſolum impie geſſiſti in Divinitate apoſtata factus; ſed & impie cœpiſti perſequi cultores Dei excelſi. Ideoque celeriter auferetur elatio impiæ animæ tuæ. Iulianus Imperator ait: Multi in Chriſto confidentes malis pœnis de ſeculo exierunt. Unde ſi non ſacrificaveritis, conſentientes mihi, multis interimam vos pœnis. Cyriacus Epiſcopus ait: Non potes talia tormenta parare ad dolorem carnis, qualia Chriſtus præparavit animabus, qui eum negant. Caro quidem ad modicum torquetur, tamquam terra, quæ ab aratro ſcinditur, ut duplicem agricolæ fructum reddat; anima autem, ſoluta à cruciamentis carnis, cum lætitia vadit ad Factorem ſuum, qui pro ipſa tradidit corpus morti. Iulianus dixit: Quid dicis, Cyriace? Dilexiſti propter Crucifixum mori [& non ſacrificare?] Qui dixit: Neſcis, quid dicit Scriptura, quia dii peribunt à terra qui neq; cælum neq, terram fecerunt? Et iterũ; Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Et iterum: Similes illis fiant, qui faciunt ea. Ecce ergo & tu ſimilis factus es illis, damnandus in gehenna ignis.

& minis tormentorũ: ſed fruſtra.

ergo dexteram ei præſcindi jubet,

16 Iratus autem Iulianus, juſſit manum ejus abſcindi dexteram, dicens: In hac manu multas frequentius ſcribens epiſtolas, multos à ſacrificiis deorum avertit. Cyriacus dicit: Tu quidem ignoras, inſenſate canis, mihi quale operatus es bonum. Ego autem non ignoro, quia priuſquam cognoſcerem Chriſtum Ieſum, eram ſcribens ad Synagogam Iudæorum, ut nemo crederet in Ieſum, qui crucifixus eſt; Scandalum ergo corporis mei abſcindens, vitam æternam mihi providiſti, ſicut ſcriptum eſt. Melius eſt, ut pereat unum ex membris tuis, quam totum corpus tuum mittatur in ignem inextinguibilem, Iulianus ait, Tantum exterminabo corpus tuum hic, ut videam quis ſit qui liberet te de manibus meis. Cyriacus dixit: Dominus Ieſus, qui hodie à te injuriam patitur, ipſe in Euangelio mandavit ſic, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non occident. Ideo non timeo tormenta tua, ut poſſim effugere ignem, quo tu feſtinas.

ex MS.

Apoſtaſiam exprobranti

17 Iulianus dixit iratus: Ecce ignis odor ſuper te venit, nunc videbo hodie, ſi ille Galilæus, quem colis, te liberet. Tunc Cyriacus ait: Impie & immemor bonitatis Dei, ferociſſime canis, quomodo non es rememoratus immaculati & puriſſimi Agni altaris glorioſi & ſupercæleſtis, à quo abſconſus es *g*, & effugiſti temporalem punitionem mortis, cum tyrannicam tibi præſumebas inſaniam? quomodo non timuiſti immundiſſimum tuum os extollere, & verba blaſphemiæ proferre in Dominum Ieſum? Iulianus dixit: Si vere ignem contempſiſti, judicabo te intolerandis tormentis, ut non ſolum corpus tuum ignis conſumat, ſed & animum. Et jubet trullum *b* in plumbum reliquari, & extendi beatum Cyriacum, & forcipe ferrea aperiri os ejus, & infundi plumbum, ut interiora ejus conflagrentur. Talem & tam ſceleſtam ſuſtinens pœnam, ſpem habens, cælum aſpiciebat.

g

E

b liquatum plumbum in os fundi:

à quo nihil læſum

18 Et cum duæ horæ tranſiſſent, omnes eum ſperabant jam mortuum: & ille elevans vocem, clamavit dicens, Chriſte, lumen verum, inextinguibilis ſplendor, mortuorum vita, peccatorum propitiatio, errantium redemptor & dux, benedico te, Domine, quia dignum me feciſti participari pœnis tuis; qui imaginem auream contriviſti, & impium Regem ab hominibus expelli feciſti, & cum ferocibus beſtiis portionem poſuiſti, & ſeptem tempora præcepiſti mutari ſuper eum, uſque dum cognoſceret te verum Deum; qui per ſervum tuum beatum Danielem culturam Babyloniorum deſtruxiſti, & Sacerdotes mendaces beſtiis ad eſcam tradidiſti; qui ad exemplum Trinitatis tuæ primos Martyres tuos tres pueros in fornace ignis ardentis ſalvaſti; qui terribiles undas per mare rubrum divino ſiccaſti præcepto, & pedibus populum tuum tranſire juſſiſti, & adverſarios eorum operuiſti fluctibus, & per figuram glorioſę Crucis tuæ ſibilum ſerpentum deſerti extinxiſti, & eos quos mordebant per eum ſanaſti; qui populum tuum Iſrael in tenebris columna ignis illuminaſti, & à ſolis radiis æſtuantem refrigerii nube protexiſti; qui adverſarios tuorum amicorum judicio mortis damnaſti; qui eis, qui tempeſtatem patiuntur, tranquillus es portus; qui in altis montibus revelas fontes, ut beſtiæ deſerti ſatientur potu; de omnibus enim tibi eſt cura, Domine, amator animarum, quia tua ſunt creatura. Deprecor te, Domine Ieſu Chriſte, tranſmitte Michael Archangelum luminis, & libera me de malo operario iſto, ut non me vincat mala operatio ejus, ſed tua patientia confirmet me, qui glorificaris in ſecula.

Deique magnalia extollentem,

D

& auxilium poſcentem,

ac rurſus fruſtra ſolicitatum,

19 Et ut implevit orationem, iterum Iulianus inquit: Ecce, Cyriace, quantum dimiſi te verboſari: frequenter audivi talia. Verumtamen nemo contradicens mihi de manibus meis vivus receſſit. Nam & ego adoravi Chriſtum, & nihil mihi profuit: ſed poſtea pœnitui, & cognovi immortales deos, qui ſalutem præſtant his qui diligunt eos. Cyriacus ad hæc: Scio quia cognoviſti diabolum patrem tuum, & miniſtros ejus, qui eos qui credunt illis in gehennam ignis trahunt: ex quibus tu unus es. Iulianus

EX MSS. nus dicit ſatrifica antequam puniaris. Cyriacus dicit: Ego non ſacrifico lapidibus. Iulianus dicit: Ego propter inſaniam veſtram ſtatuam non erexi. Sed ſacrifica nullo vidente,& tantum dic Magnus eſt Deus Iovis. Tunc Cyriacus: Ego ei,qui vere eſt, vero Deo credidi, qui te deſtruet ab hac ſuperbia tua.

in grabato aneo atque candenti cruciat:

Tunc Iulianus juſſit grabatum æneum afferri, & in eo S.Cyriacum extendi, & ſubſterni carbones ignis, & ſpargi ſuper eum ſal & adipem, & deſuper virgis cædi,ut venter & interiora viſcera aſſarentur ab igne, & dorſum ejus deſuper carminari virgis. Elevans autem Cyriacus vocem Hæbraice ajebat. *i* Deus Deus immenſe, & propter nos inviſibilis, qui das vitam omni credenti in te, qui per Prophetam tuum Ionam, in figura trium dierum, reſurrectionis tuæ oſtendiſti nobis myſterium, qui electum tuum Eliam Prophetam in curru igneo in cælum rapuiſti: qui nutu oculi tui conteris adamantinas feras inferni: Veni, Domine, in hoc judicio, & aufer à me multitudinem dolorum: ecce hæc pro nominis tui amore patior.

20 Hæc eo dicente, admirabatur durus tyrannus ſuper ingentem ejus patientiam, & jubet eum in

B

Carceri inclusum cum mater Anna visitasset,

quodam domicilio cuſtodiri, donec de morte ipſius tacite quæreret. Cum ergo tranſiſſent duo dies, B. Anna mater S.Cyriaci veniens dicit ei: Bene,fili mi, certatus es & agoniżaſti pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Memento beati patris tui, qui in Iudaiſmo *k* mortuus eſt. Redime,fili, patrum tuorum

k

delicta, factus comes primi Martyris Stephani. Memento & mei matris tuæ,quæ genui te. Craſtino, o fili cariſſime,conſummaberis. Miniſtri autem ſatanæ ſtatim de ea retulerunt tyranno, & juſſit eam exhiberi. Adducta autem illa, interrogavit eam Iulianus,dicens: Complacuit tibi Anna ſacrificare, ut vel tu vivas? Inſenſatus autem filius tuus elegit magis mori quam vivere. Anna dicit: Vitam magis cupiens cæleſtem, non ſacrificavit: hæc autem vita temporalis eſt. Iulianus dicit: Quid ergo tu dicis? Nec tu vis ſacrificare? Anna dicit: Sine Deo, inhumaniſſime,& omnis impietatis princeps,non me terrent verba tua: nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus proprium pro nobis effudit ſanguinem, ut ab omni iniquitate mundum redimeret: quanto ergo magis nos peccatores debemus pro ipſo mori?

adducta ad tyrannum & in fide constans,

21 Iratus ergo Julianus juſſit eam capillis ſuſpendi & ungulari. Cumque ungularetur pene tribus horis,& omnino non loqueretur, dicit Julianus. Quid eſt Anna? Bene te acceperunt ungulæ? Quæ dicit: Inſenſate, & omnis iniquitatis operarie, quomodo non ſenſiſti quia non ſenſi dolorem? Sed ſi habes majora tormenta,infer: parata enim ſum certare adverſus patrem tuum diabolum, quem ſpero me ſine viribus oſtendere: propter nomen enim Jeſu habeo eum qui me confortat Deum. Julianus autem juſſit lampades *l* magnas flamma ardentes applicari lateri ejus. Anna autem exclamavit dicens: Domine immaculate,qui igni inextinguibili quinque iniquorum civitates tradidiſti, & juſtum Loth ſalvaſti; qui vocibus Angelorum muros Jericho deſtruxiſti, & Amaleth in manu validâ expugnaſti;qui per ſanctam Judith Holofernem occidiſti,& populum tuum eruiſti: exaudi me,& fac me peccatricem perfecte hunc currere curſum: ut ego exultans intrem in thalamum tuum cum filio meo. Et dicens hæc,efflavit ſpiritum. Tollentes autem eam traxerunt in partem.

C

è capillis suspenditur, ungulis laniatur,

l

& lampadibus ululata moritur.

22 Tunc juſſit Julianus beatum adduci Cyriacum Epiſcopum. Adducto autem eo, admiratus eſt tyrannus quoniam tantas,& tales ſuſtinuerat pœnas, & hilari vultu aſtarer. Tunc Julianus: Dic mihi Cyriace, quibus maleficiis nobis caliginem induxiſti [tamquam nō metuens pœnas & nolens ſacrificare?]

iterum adductus Cyriacus,

Cyriacus, inquit; Anáthema tibi, canis indigne, qui virtutem Dei convertis in maleficia. Julianus dixit: Si non vis ſacrificare, dic ſaltem, Non ſum Chriſtianus. Tunc Cyriacus: Numquid propterea quod tu excidiſti,vis ſtellas ſplendidas exæquari tuis tenebris? Sed non habes locum, nec habebis unquam. Ego vero certus ſum, quia non poſt multos dies percutieris cæleſti plaga. Aſcendens ergo iter tuum, non revertêris,quia exacerbaſti Deum. Juſſit autem Julianus foſſam fieri altam, & vocavit plurimos incantatores ſerpentium,& juſſit eos ut nequiores afferrent, & mitterent in foſſam. Qui & miſerunt cornutas *m* dracones, & Lampias *n* venenoſas, & multitudinem maximam ſerpentium, & juſſit Sanctum mitti inter eas.

D

ad fossam venenatus plenā damnatur:

m

n

23 Cum vero duceretur B. Cyriacus, dicebat: Veni, Domine meus Chriſte Jeſu, & vide agonem theatri hujus & neceſſitatem, qui liberaſti Joſeph de lacu,fac nunc hos dracones quieſcere, ne quando dicant gentes,ubi eſt Deus eorum, quia inimici eorum prævaluerunt adverſus Sanctos Dei. Et hæc dicens miſſus eſt in foſſam. Serpentes autem Angelico nutu mortificati ſunt, ita ut Beatus exultans diceret, Nunc cognovi,quia Dominus,quem veneror, nunquam elongat ſe à ſuis. Gratias ago tibi,Chriſte,non ſolum quia in te compleſti prophetiam David, ſed & in his qui in te confidunt: ecce enim ſuper aſpides ambulamus, & conculcamus leonem & draconem. Hæc dicente B. Cyriaco, Julianus comburi beſtias jubet. Cyriacus vero deſcendebat de fovea illæſus.

in qua dum perseverat illæsus

E

24 Tunc prior incantatorum Amon *o*, Nobilis cognomine,dicit, ô Rex,magna dementia repletus es volens interficere virum hunc. Quare non attendis, quia neque maleficia, neque quis ex vanis diis talia potuit facere mirabilia, ſicut hic verus Deus, quem hic prædicat? Ecce quantas illi intuliſti pœnas & non potuiſti virilem ejus vincere ſenſum. In veritate certus ſum, quia Chriſtianorum Deus magnus, & ingens eſt. Tyrannus igitur videns, quia ex toto corde credidit, juſſit eum decollari. Amon autem valedicens S. Cyriaco, ivit ad locum decollationis alacer, dicens: Jeſu Chriſte, ſuſcipe in pace animam meam. Et hæc dicens, extendit collum, & conſummavit vitam.

o

convertitur Amon incantator & fit Martyr.

25 Poſt modicum iterum vocans tyrannus S.Cyriacum,dixit ei: Nega tantum Crucifixum,& dimittam te. Cyriacus dixit; O cor perverſum, & ſenſum extinctum! Tantorum bonorum præſtatorem Dominum meum negem propter te miſerabilem, ut efficiar ſimilis tui? Iratus autem tyrannus juſſit cacabum magnum impleri oleo,& calefieri: in tantum autem efferbuit cacabus, ut ſtantes non poſſent ſuſtinere vaporem ejus. Et juſſit eum mitti in cacabum. Appropiantibus autem miniſtris dicit illis B. Cyriacus. Foris longe recedite,filioli,ne ullus ex vobis confletur: à me ipſo ingrediar. Et faciens Sanctus in fronte ſua ſignaculum Crucis,intravit dicens; Qui Iordanem ſanctificaſti,Chriſte,& anteceſſorem tuum Joannem repleſti ſapientia, qui donaſti lavacrum per aquam incorruptionis vitæ; ecce nunc iterum oleo baptizer: jam iterum habeam tertium lavacrum ſanguinis,martyrii perfectionem, quam ante multum temporis expecto.

Cyriacus in cacabum fervente immissus,

F

26 Tunc furore repletus tyrannus, juſſit eum magno *p* conto percuti in pectus. Percuſſus autem Cyriacus ſanctus, unam emiſit vocem dicens: Domine Rex Jeſu, peto ut cito cum Sanctis recipias animam meam. Et ſic conſummatus,in Domino,& bonum certamen certatus,aſſumptus eſt in gloriâ,die ſabbati *q* hora octava, menſe Majo intrante;regnante Juliano tyranno anno ſecundo; nobis autem Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

p

contoque percussus expirat.

q

NO-

NOTÆ ET CENSURÆ.

a *Videlicet antiquiſſimo Bertiniano, & alio eccleſiæ S. Audomari: Antverpienſi noſtro & S. Maximini, quod poſtremum phraſi nonnihil varia & cultiori ſcriptum. Eadem reperimus in MS. Reginæ Sueciæ num.* 13, *& alio monaſterii S. Huberti in Arduenna: ut taceam plura quæ vidimus & piguit annotare. Titulus in MS. Bertiniano hic præfigitur.* Incipit Paſſio S. Judæ, qui cognominatus eſt Cyriacus (*Audomarenſe & S. Maximini addit*, qui Crucem Domini invent,*vel*,invenire meruit,) Annæ matris ejus & Ammonis incantatoris. *Horum quoque nomina Græci recentiores in Menæis poſt elogium S. Cyriaci* 28 *Octobris peculiari celebrant diſticho. Notkerus autem in ſuo Martyrologio, poſt memoriam Judæ, addit,* & Annæ matris ejus, omnimodis paſſionibus cruciatæ. *Hæc ergo ſi etiam S. Stephani mater fuit, non jam triſeclis, ſed fere quadriſeclis fingatur neceſſe eſt. Nos, quia certum habemus unicum horum nominum uſurpandorum fundamentum ſumi ex hac Legenda, nolumus meminiſſe eorum, non dico ut Sanctorum, ſed nec ut hominum quidem qui in rerum natura fuerint aliquando. Præfigitur autem in MS. Prologus, quem in principio ante primam partem dedimus.*

b *Obiit* Conſtantinus *an.* 337, *&* Julianus *exorſus eſt ſolus regnare an.* 361, *quod animadvertens San-Maximinianus ſcriptor, ſic ordiri maluit:* Poſtquam piæ memoriæ Conſtantinus Auguſtus & Conſtantinus filius in regno defuncti eſſent ...,

c *Non* ſtatim *exivit, ſed poſt annum integrum in reſtituenda Idololatria, & Chriſtianiſmo deprimendo impenſum, anno* 363.

d *MS. Antverp hic & ubique ſemper* Quiriaci, *quomodo etiam ſcribitur nomen in* 1 *parte.*

e *Certiori auctoritate opus eſt, ut ultra* Antiochiam *perveniſſe in Syria* Julianus, *& uſque* Jeruſalem *excurriſſe credatur: & vehementer fallitur Saracenus pag.* 66, *allegans, velut ex Baronio, Zoſimū qui aſſerat* Jeroſolymis commoratum Iulianum decem menſes integros. *Hoc enim non de* Hieroſolymis, *ſed de* Byzantio *aſſerit Zoſimus lib.* 3, *itaque eum citat Baronius ad an.* 362 *tomo* 4 *num* 81.

f *Ex MS. Antverpienſi & S. Maximini ſuppleta ſcias quæ* [ ] *incluſa vides.*

g *Nihil tale* Iuliano *umquam à Chriſtianis objectum eſt. Scimus eum, quod injuſſu Conſtantii ex Cappadocia veniſſet in Aſiam diſcendæ magiæ cauſa, quodque Conſtantinopoli tranſiens cum Gallo fratre eſſet locutus, in aliquam conſpirationis cum illo initæ ſuſpicionem veniſſe. Sed ad necem quæſitum nuſquam legimus; imo ultro ſeſe Mediolani ſtitit, & ſuſpicionem præſentia ſua diluit.*

h *MS. Antverpienſe,* ollam. *S. Maximini,* juſſit plumbum ſolvi in trullula ab igne.

i *Idem MS.* Baruth. thalai. manuel. tharcuſiar. nemedo. aothi. abachar. tazael. mellico. nabathi. zabeli. zoaram. betheli. adonahel. aeloth, hoc eſt Deus, Deus immenſe &c. *quæ in aliis MSS. diverſimode aliquanto habentur, nuſquam ut arbitror recte, nec uſquam ita, ut vel è longinquo referat argumentum ſubjectæ interpretationis.*

k *Et tamen idem num.* 6 *dixerat:* Ego & patres mei credidimus in eum, *id eſt Ieſum*, quia vere filius Dei eſt: *ſed hoc ibi ſic dici videtur, quaſi interna contentus fide, eam exterius non ſit profeſſus, propter aliorum Iudæorum reſpectum.*

l *MS. S. Maximini,* candelas, *tria MSS.* lapidem magnum, flamma ardentem, *quod ineptius eſt. Florus & Notkerus etiam* lampades *legerunt cum noſtro Antverpienſi MS. quod tamen aliam lectionem alia manu, velut cauſa correctionis ſupraſcriptam, habet.*

m *Antverpienſe* cornutas aſpides, *credo Græce ſimpliciter ſcriptam* ceraſtas, *quod Latine reddere interpres voluerit.*

n *Quid ſint* Lampiæ *ignorare me fateor. MS. Antverpienſe & S. Maximini phraſim mutantes eas omittunt. Quid ſi legam* lampras, *id eſt lucentes à veneno & oculorum ardore, ſitque adjectivum referendum ad* dracones?

o *Florus & MS. Antverpienſe* Ammon; *S. Maximini,* Abdon nomine.

p *Florus* magno cuneo, *Notkerus* macroconto, *immediatius ex Græco. Codex S. Maximini ſimpliciter* conto. *MSS. Bertinianum & S. Audomari* cuſpide.

q *Si annum Iuliani* 2 *incipias cum Kalendis anni* 362, *dies* 4 *Maji, quo* S. Cyriacum *colendum propoſuere poſteriores Martyrologi, incideret in ſabbatum: erat enim littera Dominicalis* F. *Cum tamen ſimpliciter dicitur* menſe intrante, *nullo addito diei numero, videtur potius intelligendus eſſe primus. Vt ut ſit, nos qui martyrium ipſum fabuloſum eſſe totum credimus, neque feriæ, neque horæ hic nominatis quidquam veritatis ſubeſſe opinamur. MS. S. Maximini* die ſabbato, hora octavo, menſe Artemiſio, regnante Iuliano tyranno. *Græci autem in Aſia* Majum *vocabant* Artemiſium, *ab* Artemide, *id eſt Diana, cui eum conſecrarant.*

DE SANCTO PORPHYRIO

PRESBYTERO, MARTYRE, CAMERINI IN VMBRIA.

G. H.

IV MAII

Cultus ſacer

converſio Gentilium,

SS. Venantii, Anaſtaſii cum eorum familia.

Abulæ hodierni Martyrologii Romani celebrant ad hunc diem IV *Maji* S. Porphyrium Martyrem in Umbria, *ubi annotavit Baronius*, de eo mentionem haberi in Actis S. Venantii, qui paſſus eſt Camerini XVIII *hujus menſis Maji, ad quem diem ejus Acta illuſtramus. Ludovicus Iacobillus tomo* I *de Vitis Sanctorum & Beatorum Vmbriæ, ad hunc* IV *Maji, hæc potiſſimum tradit*: Cum ſanctus Sacerdos Porphyrius eſſet magna doctrina, zelo & vita exemplari præditus, perrexit in patriam ſuam Camerinum, ibique fidem Chriſti prædicavit, & copioſam multitudinem Paganorum è cæcitate idololatriæ ad lucem fidei Chriſtianæ perduxit. Inter alios convertit & baptizavit S. Venantium, nobiliſſimum juvenem Camertem, Supprinum patrem ejus, matrem quoque & alios horum conſanguineos: inſtruxitque S. Venantium omni virtutum genere, quo valde illuſtris omnibus apparuit: qui S. Porphyrio obediebat cum magna reverentia, ut vero ſuo magiſtro. Sacro etiam fonte lavit Anaſtaſium Cornicularium Regis, ejuſque uxorem, nec non & quatuor filios, qui poſtea omnes martyrio vitam finiverunt. *Vti dicetur* XI *die Maji. Hæc Iacobilli dicta confirmat Ferdinandus Vghellus tomo* I *Italiæ Sacræ in Præfatione ad Epiſcopos Camerinenſes.* Iam inde, *inquit*, ab anno CCXLVIII lucem Euangelicam amplexata eſt civitas, opera conatuque S. Porphyrii Presbyteri, olim S. Venantii invictiſſimi Martyris magiſtri. Hic enim, cum vix quindecim annos natus eſſet, illuſtremque per exquiſita tormenta tuliſſet palmam martyrii, quamplures idolorum cultores ſua tolerantia convertit ad Chriſtum, ſimul cum Porphyrio præceptore: plenuſque meritis, Decioque devicto tyranno, evolavit ad cælum. *Sed hæc plenius indicantur in Actis S. Venantii. At reliqua ex Iacobillo proſequamur.*

AUCTORE G. H.

expoſitio viſionis Antiocho Præſidi facta:

2 Erat urbis Camerinenſis, *inquit*, Præſes à Decio conſtitutus Antiochus, qui de nocte habuit ejuſmodi viſionem, in qua apparuit ei S. Venantius, ſplendore plenus, dum procuraret populos baptizari, qui etiam magno fulgore reſplendebant: alii vero ſtabant retro, obſcuriſſima caligine involuti. Mandavit ergo Præſes ad ſe accerſiri S. Porphyrium, ut virum magna ſanctitate, auctoritate & doctrina prædituм, ut jam relatam viſionem interpretaretur. Venit & expoſuit Antiocho viſionem, veræ Catholicæ interpretationi conformem: indicavitque eos qui apparuerunt obſcura caligine & tenebris involuti, eſſe qui vivebant in cæcitate idololatriæ, adorantes pro Deo ſtatuas ligneas aut lapideas, quæ nec vident, neque ullo ſenſu utuntur. At S. Venantium alioſque populos ad Chriſtum converſos, eſſe pulchros & omni fulgore reſplendentes, qui mediante aqua ſancti baptiſmatis, erant illuminati, & à feritate enormis peccati idololatriæ liberati. Ac ſimul ei annuntiavit fidem Chriſtianam, indicavitque qua erat cæcitate, quod verum Deum non adoraret. Tunc Præſes, furore contra ſanctum Sacerdotem commotus, ob hanc ſuæ ſectæ adverſantem interpretationem, juſſit ſatellitibus ſuis, ut illi caput amputarent. Adductus igitur ad locum ſupplicii effudit ad Deum ſuas preces, ei commendans animas, quas ad portum ſalutis adduxerat, & ſpiritum proprium. Acceſſit dein carnifex, & caput à reliquo corpore avulſit, & hoc modo anima ejus evolavit in cælum. Factum id eſt Camerini die IV Maji, regnante Decio Imperatore. Corpus ejus fuit à fidelibus reverenter ſepultum, & poſtmodum tranſlatum in eccleſiam, S. Venantio dedicatam eique à populo erectam. *Hæc Iacobillus, citatis ad marginem Hiſtoria Ms. Camerinenſi Angeli Benigni, Lectionibus antiquis Mss, & aliis auctoribus. Idem tomo* 3 *in Catalogo Reliquiarum Vmbriæ, tradit* in eccleſia Collegiata S. Venantii conſervari Corpus S. Prophyrii Martyris, in antiquiſſima marmorea arca. *Reliqua lector reperiet in Actis S. Venantii, in quibus nulla fit mentio* Decii Imperatoris, *ſed omnia adſcribuntur* Antiocho Regi, *qui poſterioribus ſcriptoribus ſolum habetur* Regulus, *aut* Præfectus, *ſeu* Præſes Decii Imperatoris.

D

martyrium:

ſepultura.

DE SS. HERACLIO, IVSTO ET MAVRO

MARTYRIBVS, FVLGINII IN VMBRIA.

G. H.

SUB DECIO

Converſi à S. Feliciano,

in perſecutione Decii, capti,

C

capite plectuntur,

Eccleſia illis erecta,

Vlginatium Antiſtes & nunc Patronus, etiam vicinorum populorum ac totius Vmbriæ, floruit tertio Chriſti ſeculo S. Felicianus, cujus varia Acta dedimus ad diem XXIV *Ianuarii. Ludovicus Iacobillus, & ipſe Fulginas, tomo primo de Vitis Sanctorum & Beatorum Vmbriæ, inter alios infideles, opera & auxilio dicti S. Feliciani ad fidem Chriſti in dicta provincia Vmbria converſos, cenſet fuiſſe* tres milites Fulginates ac dein Martyres, ſcilicet Heraclium, Juſtum & Maurum, qui poſtea zelo honoris divini ac ſalutis animarum accenſi, ſuis exhortationibus & bono virtutum exemplo, auſi fuerunt ſanctam fidem propagare. *Favebant tempora Philippi Imperatoris; ſed huic ejuſque filio anno* CCXLIX *occiſis, ſucceſſit Decius, à quo truculenta in Chriſtianos perſecutio, eaque octava, fuit excitata, neque cum ejus nece, quæ ſub finem anni* CCLI *contigit, ſublata.* In hac perſecutione carceribus incluſi hi tres athletæ, aliquot menſibus poſt martyrium S. Feliciani educti, & coram Aurelio Præſide examinati, ſed intrepidi in fide Chriſti profitenda, adjudicantur morti, ut milliari uno extra portam urbis, quæ verſus Romam vergit, educti, capite plecterentur: atque ita die IV Maji palmam martyrii obtinuerunt. Corpora illorum à fidelibus aſſervata fuerunt, ac poſtmodum apud corpus ſanctiſſimi Paſtoris illorum Feliciani in æde Cathedrali collocata.

2 *Ferdinandus Vghellus tomo* I *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Fulginatenſibus num.* 5. *iſta ſcribit:* Felicianus, dum Fulginatem gregem moderatur ac regit, Heraclius, Juſtus, Mauruſque, Confeſſores Chriſti egregii, agonis ſui orbitam prope Fulginium glorioſiſſime percurrerunt die quarta Maji. Ubi vero pro Chriſto mortem oppetiverunt, ibi in eorumdem honorem templum erectum eſt, mox & caſtellum, quod de nomine S. Heraclii, Heraclium antiqui dixerunt, ſed à Fulginio milliario tantum diſtans Heraclum, ignorantia deinde vulgi, facile fuit deviare in Rachium.

& caſtellum denominatū.

3 *Hæc Vghellus, quibus addit Iacobillus dictum* caſtellum eſſe valde inhabitatum, in eoque numerari ultra mille animas, ibique hos ſanctos Martyres ut præcipuos Protectores coli, ac illorum feſtum agi, uti in urbe & diœceſi Fulginienſi, ſub ritu duplici hoc die IV Maji; & præterea per annum in Officio Eccleſiaſtico eorum Commemorationem, quod eorum ſacra corpora cenſeantur ibi aſſervari. *Eſt autem Oratio hujuſmodi:* Propitiare nobis quæſumus, Domine, per merita glorioſa ſanctorum Martyrum tuorum Heraclij, Juſti & Mauri, atque Florentii & Petri Confeſſorum, quorum corpora in noſtra requieſcunt eccleſia &c. *Celebrat eoſdem Martyres Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, & alio Sanctorum Italiæ: ſed non habuit tam exactam notitiam, quam hic ex Iacobillo & Vghello dedimus.*

cultus facer 4 Maji,

F

4 *In Mss. Martyrologiis Medicæo & Senatoris Strozzii Florentiæ, alioque ibidem excuſo ſub nota anni* 1486 *ad* XXVII *Aprilis iidem uno ſocio auctiores ſic referuntur,* Apud civitatem Fulginatem ſanctorum martyrum Eraclii, Iuſti, Mauri & Vitalis, qui ſub Daciano Præſide Martyrium paſſi ſunt. *Quæ forſan antiquiora & ſinceriora ſunt. Facillime autem contingere potuit, ut pro* Daciano Præſide, *ſubſtituerit aliquis* perſecutionem Decianam; & S. Vitalis *ideo ſolum præteritus ſit, eo quod corpus ejus vel non inventum fuerit vel alio tranſlatum, prius quam tres alii in eccleſiam Cathedralem inferrentur. Quia tamen idem* Vitalis *in Ms. Caſinenſi & in noſtro Florario ſeorſim nominatur, non præſumpſi ipſum adjungere hoc loco Fulginatibus illis Martyribus: quorum nunc agi Tranſlationis feſtum, obliterata natalis ipſius memoria, perſuaſum mihi eſt.*

& 27 Aprilis.

DE

DE SANCTO CORCODEMO

G. H.

DIACONO AVTISSIODORI IN GALLIA.

SEC. III

Cultus ſacer.

Acta S. Amatoris, Epiſcopi Autiſſiodorenſis, illuſtravimus ſupra ad Kalendas Maji, ubi & de Baſilica ad ejus honorem erecta egimus. In hac celebris veneratio fuit S. Corcodemi Archidiaconi, *cujus memoria inſerta eſt ad hunc diem antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, & vetuſtiſſimo Epternacenſi his verbis:* Autiſſiodoro tranſlatio & depoſitio Corcodomi Diaconi. *Quæ aliquanto plenius indicantur in Ms. Corbejenſi Pariſiis excuſo hoc modo:* Autiſſiodoro depoſitio & tranſlatio corporis S. Corcodemi Diaconi & Confeſſoris in baſilica S. Amatoris. *Eadem leguntur in apographis Blumiano & Lucenſi, ſed in iſto nomen* Corcodoni, *& in altero, ſyllaba prima omiſſa,* Codomi *ſcribitur. Vſuardus hæc ita contraxit:* Autiſſiodoro S. Curcodemi Diaconi; *additur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo,* & Confeſſoris. *Similia paſſim leguntur in quamplurimis Mss. at nomen varie exprimitur,* Corcodomi, Corcodemi, Curcodemi, Curcodomi, Corcodoni, Corcodonii, Coreodini, Cocordani, Corobbomi. *Ejus cultus etiam aſſignatur in antiquis Breviariis Eccleſiæ Autiſſiodorenſis.*

B

Elogium ex Ms. Adonis

2 *In Ms. Adonis Eccleſiæ Morinorum, & Leodienſi monaſterii S. Laurentii, illud additur elogium:* Autiſſiodoro depoſitio & tranſlatio corporis S. Corcodomi, Diaconi & Confeſſoris: Qui cum eſſet ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Archiſubdiaconus, à B. Sixto Papa Diaconus ordinatus eſt, & cum S. Peregrino Epiſcopo Galliam ad prædicandum verbum Dei miſſus. Completo itaque fideliſſime miniſterii ſui officio, poſt martyrium beatiſſimi Peregrini Epiſcopi, in pace quievit. *Plurima ex his deſumpta ſunt ex Vita S. Peregrini Epiſcopi, ad diem* XVI *hujus menſis Maji illuſtranda, ex qua hæc pauca tranſcribimus.* Sixtus Papa, vir ſummæ ſanctitatis perſpicuus, magnum & præclarum Dei ſervum Peregrinum Presbyterum, civem quippe Romanum, ordinavit Epiſcopum, Marſum vero Presbyterum, Corcodemum Archiſubdiaconum Levitam eſſe conſtituit, & Jovianum oneri Subdiaconi mancipavit... Hos etenim ſummos Dei cultores beatiſſimus Papa Sixtus cum omni fiducia uſque ad portum marinum perducens, verbum Dei ſpecialius præcipiebat uſque ad mortem fiducialiter prædicare.

& Vita S. Peregrini.

C

3 *Fuiſſe* tranſlatum corpus S. Corcodemi ad baſilicam S. Amatoris, *conſtat etiam ex Vita S. Mamertini Presbyteri, à nobis elucidata ad diem* XX *Aprilis, & confirmatur à Conſtantio Presbytero in Vita S. Germani Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ab eo ſcripta circa annum* CCCCLXXX, *ad diem* XXXI *Iulii danda: in qua iſta S. Mamertinus de ſe narrat:* Perveni ad cœmeterium, in quo S. Amatoris Epiſcopi dicebant eſſe corpuſculum... & parva cellula oſtenditur oculis meis, in qua unus erat ſarcophagus. Ingredior: ſuper ipſum me jactavi ſarcophagum, ignorans quis in eo requieſceret ſepulcro... Intempeſta nocte vigilans reſpexi juvenem veſtibus dealbatum: qui emiſit vocem dulciſluam, dicens S. Corcodeme, S. Corcodeme, Levita Chriſti. His auditis beatiſſimus vir Corcodemus de ſepulcro, ſupra quod procubueram, reſpondit: Scio qui ſis, & vocem tuam audio, dic, quid me vis, Florentine frater. Surge, inquit, velociter. B. Peregrinus Epiſcopus cum ceteris fratribus, pro nocturnis excubiis celebrandis, in eccleſia ſunt congregati: propterea te quoque S. Amator admoneo, ut venias & interſis ſancto conventui. Tunc B. Corcodemus ait: Regredere citius, dulciſſime frater, ad ſanctum ac beatiſſimum Epiſcopum, mea reportans mandata. Hac igitur nocte non poſſum de hoc tabernaculo egredi, quoniam hoſpitalitatem præbui alicui peregrino. E Scio enim, quæ hic ſit obſidens turba catulorum, & inſidias hoſpiti præparans, quo me egreſſo miſerum devoret ac dilaniet; & ſi egreſſus fuero, venenoſos in eum dentes infiget. Me ſuis Deus excubiis non fraudat, quoniam ſunt mecũ fratres Subdiaconi duo, id eſt, Alexander & Jovianus, nec nõ & Jovinianus Lector. Ergo obſecro te, ut ſanctis Epiſcopis hæc quæ tibi locutus ſum referas, & ab his impetres mihi veniam... Poſt hæc rurſus contemplabar, quemadmodum tenuerit dexteram meam reverendiſſimus Diaconus & dixerit: Veni nobiſcum, hoſpes, ad Miſſas. Pergentibus itaque nobis, vidi quinque ſtantes ante crepidinem altaris, ſpecioſiſſimis indutos ſtolis: & videbam me interrogantem beatiſſimum Corcodemum, qui eſſent illi, qui coram altario aſſiſtebant. Et dixit mihi: Ille qui in medio ſtat, eſt S. Peregrinus Epiſcopus & Martyr, cum quo à Romana urbe ego quoque miſſus ſum imperio Papæ Sixti. Illi duo, qui dextro adhærent lateri, ſunt Amator & Marcellianus Epiſcopi; qui ſiniſtro, Elladius eſt & Valerianus ſanctiſſimi, qui beatiſſimo Peregrino gradatim ſucceſſerunt. *Hæc ibi. Ex his coluntur etiam hoc menſe* S. Marcellianus *die decimo tertio,* Elladius *octavo,* & Valerianus *ſexto. At* Sixtus *eſt Papa* II, *à quo SS. Peregrinus & Corcodemus miſſi fuerunt: quamdiu autem hic poſt Peregrini martyrium vixerit, non liquet.*

videtur ſuam profectionem ſumpſiſſe.

& S. Mamertini, quem quieſcentem ſupra ſepulcrum,

& ad SS. Epiſcopos Autiſſiodorenſes duxiſſe,

F

4 *Galeſinius adjungit ſocios his verbis:* Autiſſiodori beatorum Martyrum Curcodomi Diaconi, Antonii, Cæleſtini & aliorum. *Galeſinium deſcribit Sauſſajus, addito mirabili elogio, quod ibi videri poteſt, nec relatu dignum. Eſt* Cæleſtinus *Anteſignanus Martyrum Aſiorum, hoc die celebratus.* Antonius *cum* Neſtorio & Mictonio *hoc die paſſus eſt. At* Curcodomus *ſolus* Autiſſiodori in pace quievit, *teſte Adone ſupra relato, quem citat Galeſinius cum ſuo Ms. ſed valde depravato.*

Perperam illi ſocii martyres adjuncti.

DE S. PELAGIA VIRGINE

D. P.

MARTIRE TARSI IN CALICIA.

SUB DIOCLETIANO

Tarſi paſſa, ut alii plures ſec. 3 enumerant,

Ævientibus in Chriſtianos Diocletiano quater & Maximiano ter *Conſulibus, id eſt anno Chriſti* CCXC, *multum ſanguinis fuſum eſſe* Tarſi *in Cilicia, ſub crudeliſſimo ſimul & avariſſimo Judice Simplicio, qui corporibus Martyrum vendendis etiam quæſtum faciebat, conſtat ex Actis S. Bonifacii, dandis* XIV *Maji. Hæc Acta cum laudet Cardinalis Baronius, tamquam* certis conſignata Conſulibus, *mirum eſt, quod narratum ſub iis Martyrium referat ad annum* CCCV, *quando illi depoſito Imperio exauctorati perſecutionis lampadem Galerio Maximiano jam tradiderant. Pergit autem ad eumdem etiam annum referre*

AUCTORE D P. *Paſionem S. Pelagiæ Virginis : de qua tamen in Martyrologio ad hunc diem dicit , quod* , ſub Diocletiano in bovem æneum candentem incluſa, martyrium complevit. *Ita ſcilicet habebant non ſolum Sirletus in Menologio, Menæaque , & Synaxaria tam impreſſa quam MSS. verum etiam Acta, quæ apud Lipomanum & Surium legenda allegat.*

deinde tranſlata C. P. 2 *Sicut autem S. Boniſicaii corpus redemptum à ſociis revectum eſt Romam,& aliorum viginti tunc quoq; paſſorum ab Africanis mercatoribus ſunt adducta Hipponem ; ita & Reliquias S. Pelagiæ obtigiſſe Byzantinis inſtitoribus,qui illas depoſuerint in eo quod trans ſinum eſt ſuburbio,poſſemus ſuſpicari, niſi Acta dicerent, eas ab Epiſcopo conditas extra urbem, loco quaſi divinitus præparato, qui exinde ab habendis ibi Synaxibus dictus eſt* Mons-Congregationis : *unde conſequens ſit tranſlationem factam eſſe multo ſerius. Vt ut ſit, certum videtur partem ſaltem aliquam fuiſſe tranſlatam : quia apud Græcos præcipuum in hodierni diei Officiis locum haud alia de cauſa nunc habet S. Pelagia, quam quod* τελεῖται ἡ αὐτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ αὐτῆς , τῷ ὄντι Πέραν , πλησίον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Κόνωνος. *quod, inquam,* agatur ejus feſtum in ejus confeſſione, conſtructa Peræ , juxta S. Martyrem Cononem : *quemadmodum habet MS. Claromontanum, ad eccleſia alicujus Conſtantinopolitanæ uſus deſcriptum : ſed , quod miramur* v *Maji, cum Ephemeris metrica expreſſe dicat,*

colitur præcipue hac 4 Maji,

B

Ἀμφὶ τετάρτῃ Πελαγίη βοὶ κάυθι χαλκῷ

Sub quartam in tauro Pelagia flagrat aëno.

Eodem die Officium ejus agendum præſcribit Typicon , & in Menæis ponuntur omnia propria de ipſa dumtaxat , imprimis Canon innominati auctoris , ſub hac acroſtichide,

Πελαγίῃ τὸν αἶνον εἰκότως πλέκω

Pelagiæ laudi congruum hymnum plecto.

propter crebra miracula, 3 *In hoc Canone , frequens ad nomen , velut à* Pelago *ductum, alluſio occurrit ; itemque ad baptiſmum, per quem emerſit ad vitæ portum : notabilis autem præ cæteris eſt prima & tertia ſtrophæ Odes* IX , *quibus & miraculorum operatio affirmatur , & invocatur patrocinium. Prima ſic habet :* Sermo non poteſt eloqui laudes tuas, Pelagia: Pelagus enim miraculorum emittis , gratia & virtute Sponſi tui : quem etiam nunc roga , ut omnes hymnum tibi cantantes ſalventur. *Secunda eſt hujuſmodi.* Roga Sponſum tuum ut mundo pacem largiatur, Pelagia Martyr, divina ſapiens, Eccleſiam inter tentationes ſalvans , & gratia colluſtrans eos qui te colunt. *Interponitur ex more inter ſextam ac ſeptimam Oden elogium ſeu Paſionis ſummarium , cui præcinit diſtichon,*

& pro tota Eccleſia invocatur.

C

Ἄθλῳ πέλαγος ἐμπλέει Πελαγία,
Νεωρίῳ νῦν σάρκα δοῦσα καμίνῳ.
Pelagia pelago innatat paſſionis,
Fornacis in navale corpus immittens.

Elogium ipſum ſic rem exponit.

Actorum epiteme. 4 Hæc erat ex Tarſo temporibus Diocletiani : audiens autem de Chriſti fide,& cupiens diſcere qualis ea ſit, per ſomnium vidit baptizantem Epiſcopum. Dimiſſa igitur à matre ſub prætextu viſendæ nutricis,illum adiit : qui divinis inſpirationibus motus eamdem baptizavit. Quod intelligens ſponſus ejus, filius Imperatoris , totus inſaniens præ amore, manus ſibi violentas intulit. Diocletianus vero accerſens Virginem, neq; valens eam abducere à Chriſti fide, taurum æneum candefieri , eique injici Sanctam juſſit , in quo & vitæ ſuæ finem & confeſſionis coronam ſuſcepit.

ipſa habentur ex Mſs. Græcis 5 *Acta, quorum hoc eſt compendium ; Græca inveniens in Codice ex monaſterio Cryptæ-ferratæ delato ad Bibliothecam Vaticanam Guilielmus Sirletus,roganti Aloyſio Lipomano una cum aliis Latinam fecit : cujus interpretationem aptavimus ad alterum eorumdem Actorum Græcum exemplar, tranſcriptum à nobis in eadem bibliotheca ex Codice Palatino. Sunt autem illa non ſolum verboſitate ſed* D *etiam fide Græca, ex traditione vulgari potius , quam certis ac fidis documentis deſcripta , & circumſtantiis ſupra veri ſimilitudinem quandoque exaggeratis ornata Conſtantinopoli (ut ego quidem exiſtimo) poſt multa ſecula, cum forte ejus Confeſſio reſtaurata novis inciperet clarere miraculis. Certe (ut diſſimulemus Diocletianum ipſum martyrio Virginis Tarſi præſentem , quod deberet certiori teſte probari) minime ferendum eſt , quod dicatur Sancta filio Diocletiani deſponſa, qui nullos umquam genuiſſe ſcitur , & horum defectu Conſtantium , Conſtantini patrem , generum ſibi legit, & Cæſarem appellavit,ac denique conſtituit pro ſe Imperatorem.*

diu poſt rem geſtam exarata CP.

non ſine mendis.

6 *Quod igitur ſub Diocletiano paſſa Pelagia dicitur, non ita certum ex his Actis ſit , ut non facile ad Maximiani Galerii,una cum Conſtantio regnantis,tempora differri pateret martyrium illius , ſi qua auctoritas ſuaderet diſcedere à rigore verborum ; cum notum ſit , Diocletiani perſecutionem a Galerio continuatam, ſæpe ſub nomine primi auctoris cenſeri, etiam poſtquam hic Imperio ceſſit. Quamdiu tamen aliud non offertur quam nuda Baronii conjectura; inhærere malo verborum nativo primumque obvio ſenſui. Interim Diocletiani Præſentis nomine intelligatur vel Simplicius, vel alius quivis ab Imperatore Tarſum miſſus Iudex, ſub quo res acta ſit.*

tempus martyrii non plane certum.

E

ACTA SVSPECTA

Ex MSS. Græco Palatino Bibliothecæ Vaticanæ.

Collata cum editione Lipomani ex alio MS.

Perſecutionis tempore

1 CUm eſſet nuper à Diocletiano Imperatore per totum orbem terrarum Chriſtianorum perſecutio renovata , multi ac fere innumerabiles viri, furorem Imperatoris extimeſcentes , ad montes ipſos aufugerunt. Verum qui erant in fide ſtabiliores,& Deum magis quam homines metuebant, permanſerunt in ſanctis eccleſiis , Deum ipſum precantes, ut certamen pro Chriſto ſubeuntes victores fierent. Eo tempore beatus & religioſus Epiſcopus, qui Clino *a* dicebatur,baptizabat multos ; ac ſingulos, qui ſupernæ vocationis bravium perſequi volebant , hortationibus ſuis magis magiſque excitabat. Ejus autem fama per totum Orientem celebrabatur. Poſtea & Tarſum urbem Ciliciæ Epiſcopus ille ſe contulit,in qua urbe multos baptizavit. Tertio autem die poſt beati ejus viri in eam urbem adventum , audivit Imperator quicquid Epiſcopus ille faciebat, quodque multos à diis ipſius avertens , proprio Deo adjungebat : itaque urbis portas claudi juſſit , & eum virum comprehendi. Beatus vero Epiſcopus Clino, divina revelatione admonitus, exiit ex urbe illa , nemine ipſum videnti. Cumque per totam urbem quæſitus, non fuiſſet inventus, iratus Imperator omnibus illis,quos Epiſcopus Clino baptizaverat, juſſit eos in carcere concludi : erant enim multi,quos Dominus ſingulatim acceperat.

a

F

multis Tarſi baptizatis à Clinone Ep.

2 Virgo autem quædam nomine Pelagia , Dei timore admodum excellens,cujus pulchritudinem pro dignitate explicare non poſſumus , cum in ea urbe habitaret,quæ ſupra dicta eſt, audivit de Epiſcopi fuga, & ipſum videre cupiit. Ejus virginis pulchritudinem & decoram ſpeciem cum Diocletiani filius *b* audiviſſet, miſit Protectores *c* & multos milites, qui virgini perſuaderent , ut ſe illi in matrimonium collocaret. Beata vero Pelagia,cum ſe Chriſti ſigno muniviſſet,eos à ſe repellens : Deſponſata , inquit,ego ſum Dei filio. Redierunt illi , & quæ audierant, Impe-

b

c

Pelagia nuptias recuſans,

A Imperatoris filio retulerunt: qui maximum furorem in eam concepit. Sed tunc quidem tacuit, iracundiam in aliud tempus reſervans. Sancta vero Pelagia ad matrem ingreſſa: Volo, inquit, mater, nutricem meam viſere: illam enim jamdiu non vidi. Nimirum volebat ſancta illa virgo, per nutricis occaſionem, ad Epiſcopum divinum illum hominem accedere: audierat enim à quibuſdam, quo loco ille tunc viveret. At ejus mater pravi dæmonis inſtinctu non conceſſit, quod filia petierat: ſed omnino prohibuit illam diſcedere, dicens: Non potes nunc, ô filia, illuc ire, ſed alias opportunius ire poteris.

ipſum in ſomnis ſibi viſum

3 At Dominus noctis tempore beati Epiſcopi Clinonis ſpeciē revelatione divina Pelagiæ oſtendit: qua adſpectum admirata eſt & eximiam gloriam faciei ipſius. Cum vero ſe à matre prohiberi videret, ne ad nutricem iret, clam ſervos ſuos ad carcerem miſit ad eos, quos ab Epiſcopo illo baptizatos Imperator coërceri juſſerat, ut ab illis ipſis de Clinonis Epiſcopi forma certior fieret: quo ſcire poſſet, an verum fuiſſet, quod nocte per viſum contemplata fuerat. Cum igitur pueri veniſſent, & Epiſcopi formam atque characterem nuntiaſſent, cognovit omnia convenire cum forma illa, quam per nocturnam viſionem didicerat. Itaque ſancta Pelagia gaudio magno affecta: Tuorum, inquit, Domine, bonorum nuntius eſt homo ille: precor te, ne myſteriis tuis indignam me facias. Cumque hæc precata eſſet, ad matrem ſuam introivit, eique dixit: Rogo te nunc, domina ac mater mea, ut præſtes mihi, quod pollicita es, cum dixiſti, opportuno tempore me ad nutricem meam ituram. En tempus nunc præſto eſt: age, mitte me ad illam.

B

pretextu viſendæ nutricis adit,

4 Cum ejus verba mater audiviſſet, ſecum cogitabat dubitans, ne, ſi filiam ire ptohiberet; præ mœrore in morbum illa incideret. Statim igitur exurgens, regalem purpuram, gemmis pretioſis & variis diſtinctam, omniaque ornamenta illuc proferri juſſit, perinde ac ſi filio Diocletiani deſponſata eſſet: eamque ſic indutam, cum puerorum & multorum militum comitatu miſit. Tum mater: Vade, inquit, filia, & meis verbis nutricem tuam ſaluta. Cum igitur lecticæ *d* impoſita fuiſſet, ibat gaudens, & eo, quod expectabat, admodum læta & exultans. Cum vero milliaribus fere decem proceſſiſſent, unus è militibus, qui ſimul ibant, Longinus nomine, vidit quemdam venientem ſub montis cujuſdam arboribus. Quem cum ex habitu & decora faciei ſpecie cognoviſſet, ad commilitonem ſuum converſus: Iuliane, inquit, frater, noſtine virum hunc ante nos venientem? Hic eſt ille Dei homo Clino, ille, inquam, miraculorum effector per totum Orientem, cujus fama uſque ad Imperatorem pervenit, & propter quem Chriſtianorum perſecutio commota eſt. Milites autem illi Longinus & Iulianus erant ex eorum numero, qui Chriſto ſerviebant.

d

C

ab eoque ſibi obviam fit

5 Quidam vero ex Eunuchis cum audiviſſent, quæ milites dicebant, nuntiaverunt dominæ ſuæ. Quæ cum audiviſſet, rem cognovit: & lecticam ſiſti juſſit, è qua deſcendens, pedibus ſancto illi viro ivit obviam, militibus & pueris præcipiens quiete ſe gerere, neque homini moleſtos eſſe, verum ſecedere, & ſub umbra illarum arborum ſe continere, quoad ipſa cum illo Dei viro loqueretur: erant enim in illis plerique Chriſti myſteriorum expertes, ob idque non ſinebat eos myſteria Dei audire. Cum igitur omnes ſeceſſiſſent, ſancta virgo Pelagia divinum illum Dei virum allocuta *e* dixit, Ave, Chriſti famule. Qui ejus viſu perculſus, reſpondit: Tecum ſit Chriſti mei pax, adoleſcentula. Tum illa: Benedictus, inquit, Deus, qui in iſta imagine tua mihi revelatus eſt, quoniam te miſit ad me, ut ſerves animam meam ab interitu. Nunc igitur per Deum, cui ſervis, te precor, ut vere mihi dicas, quis tu es, & quodnam eſt nomen tuum, quæve tua conditio. Cui beatus Epiſcopus dixit: Ego, quod mihi præcipuum & omnibus rebus pretioſius eſt, Chriſtianus ſum, rationalium Chriſti ovium paſtor, qui Clino appellor. Tunc illa, cum exiſtimaſſet paſtorem eorum pecorum eſſe quæ ſacrificantur, ei dixit: Precor te, Domine, ut dicentem me audire non graveris. Multæ ſunt oves in domo patris mei, itaque, ſi placet, veni, & ipſas paſce, & ego tibi mercedem multam tribuam.

e

EX MS. GRÆCO.

6 Tunc Epiſcopus: Non ſum ego pecorum paſtor, quæ tu opinaris, ſed rationalium Chriſti ovium, hoc eſt, hominum, qui vitam æternam conſequi ſperant. Et quidnam, inquit ſancta Pelagia, agnis tuis ipſe das, quare vitam æternam habere poſſint? At beatus Clino: Illis nuntio cognitionem Patris, & Filii, & ſancti Spiritus. Age, inquit illa, Domine mi Pater, dic, quidnam magis neceſſarium ſit iis, qui volunt eſſe cum Deo tuo. Da, quæſo, mihi hoc. Cui Chriſti ovium paſtor reſpondit: Annuntio tibi baptiſma in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam: hoc ipſo nihil magis neceſſarium. Id cum audiviſſet Pelagia, & ad beati Epiſcopi Clinonis genua ſe dejeciſſet: Miſerere, inquit, mei Domine, & da mihi donum iſtud: ex quo enim tempore mecum locutus es, ipſius Dei lumen in corde meo effulſit: Itaque ſatanæ & angelis ac machinis ipſius, hoc eſt, vita carentibus idolis, renuntio. Illa ego hucuſque colui *f*, ab his miſericordiam quærens, ex quibus utilitas nō proficiſcitur, ſed pernicies & mors ſempiterna. Nunc igitur Deum precor, ut ego, quamvis indigna, ipſius filio deſpondear, qui occultas cordis mei partes illuminavit: ipſe enim eſt juſtitiæ ſol.

inſtrui petit & baptizari.

E

f

7 Cum tam admirabilem virginis orationem beatus Epiſcopus Clino audiviſſet, eam admiratus, manus ſuas in cælum ſuſtulit, ac dixit: Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſedes ſuper cælos, & virginem hanc ad tui cognitionem vocaſti, emitte ipſi ſanctum & luminoſum baptiſma dilecti filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum ita ille Deum precaretur, repente fons aquæ vivæ ante ipſos ſcaturiit: cumque beatus Epiſcopus vidiſſet ſe celeriter à Deo exauditum, continuo eum laudans: Magnus es, inquit, Deus noſter, Pater, & Filius, & ſanctus Spiritus, quoniam dediſti hereditatem filiis hominum, baptiſma in vitam ſempiternam. Et nunc, Domine, tu, qui noſti corda hominum, ſcis humilitatem ſervi tui, quod vereor virginem hanc ſic baptiſmate lavare. ſed tu, qui potens es in omnibus, provide quidnam fieri oporteat. Cum ſic ille Deum precatus eſſet, Pelagia dixit: Domine & pater, exaudita eſt in hoc oratio tua: ecce enim miſit Deus lumen, ſicut precatus es: nam video duos milites ſupra fontem ſtantes, & in manibus linteum ita ſplendidum habentes, ut hujus fontis aquæ, velut ſol, fulgeant: ne igitur verearis baptiſmate me lavare. Beatus Epiſcopus cum Pelagiam hæc dicentem audiviſſet, Deo gloriam reddidit, & ad fontem acceſſit, ut aquas ipſas expiaret, & ſanctas faceret: qui cum Deum precaretur, factum eſt ut & ipſe Angelos ſupra fontem ſtantes videret ea figura, qua Pelagia illos viderat.

& excitatus ad ejus preces fonte

F

8 Cum igitur Angelos vidiſſet, vocem ad Deum ſic extulit: Gloria tibi ſit, Rex univerſarum rerum, qui feciſti Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. Tu me dignum efficias, qui hanc virginem, quam ipſe mihi obtuliſti, tibi offeram hoſtiam viventem in memoriam & odorem ſuavitatis. Fac & ipſam dignam, quæ in grege electorum tuorum numerari poſſit, ut in die regni tui, & ipſa cum quinque illis virginibus prudentibus in thalamum Chriſti

baptizata atque communione refecta,

EX MSS. GRÆCIS. Christi tui, lampadem suam accensam habens, ingrediatur. Cum preces compleviſſet, exultans Spiritu ſancto, ob ea quæ viderat mirabiliter facta, virginem ipſam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti illuminavit. Quæ cum baptiſmate renovata
g eſſet, communionem de Chriſti menſa *g* ei impartivit. Poſtea ſancta Pelagia Epiſcopum adoravit, ejuſque veſtigia exoſculans; Domine, inquit, ac Pater benedicte, precare Deum pro me, ut à ſancto Spiritu fortis efficiar. Cui beatus Epiſcopus dixit: Deus ille, cui dediſti pignus animæ tuæ, ipſe mittat tibi auxilium de ſancto habitaculo ſuo, & det tibi ut adverſarium ſuperes.

pretioſas veſtes ſuas ei donat, 9 Ex hac ſancti Epiſcopi oratione cum virgo per Spiritum ſanctum multam lætitiam accepiſſet, Epiſcopum ſic affata eſt: Pater, per Deum illum te precor, qui per teipſum mihi ſalutem dedit, ne me deſpicias, neque quod à te petiero, mihi deneges. Quoniam à ſanctis manibus tuis illam Domini & æterni Regis purpuram accepi, poſt hac corruptibilem terrenamque hanc veſtem & reliqua hæc omnia habere non licet. Tu igitur hæc accipe, & in longinquam regionem feras, ubi vendi poſſint, eorumque pretia cape, & indigentibus diſtribue: mihi enim ex
B hoc tempore hæc ipſa ſunt execrabilia. Tum Epiſcopus Clino: Mihi quidem, inquit, non liceret id facere: ſed ne tibi moleſtum ſit, quoniam me per Deum obteſtata es, capiam iſta. Tum Pelagia: Ego audivi, cum diceres, Dominum noſtrum dixiſſe, nemo poteſt duobus Dominis ſervire. Cum virginis illius prudentiam beatus Epiſcopus admiraretur, & pro ipſa Deum precatus eſſet, illi benedixit, eamque dimittens, ut ad ſuos rediret: Vade, inquit, in
h pace: *h* expectabant enim eam pueri ſui.

famulos via comites convertit ad Chriſtum, 10 Sancta vero cum gaudio affecta in Spiritu ſancto, Dei gloriam laudabat, quod digna effecta eſſet quæ cæleſtia bona perciperet: & rediens ad pueros ſuos, qui eam ſecuti fuerant, vidit ipſos tenebris & caligine detentos: cæcitas enim eis acciderat, ob idque ambulare non poterant. Pelagia cum illos ipſos, tamquam vinctos detineri animadverteſſet, cognovit diaboli arte atque inſidiis id factum: itaque & ſibi & pueris Crucis ſignum adhibuit, ac ſtatim illa tentatio ab ipſis remota eſt. Cœperunt autem ab ea quærere, ubinam eſſet homo ille, qui lumen ei præbuerat; & mulier valde ſpecioſa, quam inter ipſam & eum virum ſtantem à ſe viſam dicebant, in capite ipſo duo diademata, & ſuper ea Cru-
C cis ſignum tenentem. Pelagia hæc audiens: Silete, inquit. Verum poteſtisne & vos accedere, quo & ego acceſſi, ad bonam, inquam, illam ſpem & regnum ſempiternum? Reſponderunt juvenes illi: Quare non poſſemus & nos, hera noſtra, illi credere, qui poteſt à pœnis ſempiternis nos eripere, & in altiſſimo cælo vita donare? Pelagia igitur, cum feciſſet ut idola ejurarent, quæ ad illum uſque diem coluerant, tales effecit ut cæleſtis eruditionis participes fieri poſſent.

à nutrice agnita Chriſtiana, 11 Deinde cum in lecticam aſcendiſſet, abiit ad nutricem ſuam; quæ (ut conſueverat) obviam illi venit, ſanctæque Pelagiæ vultum lætum & longe pulchriorem vidit, quam antea viderat: vidit etiam in ea multa alia mutata. Antea enim ſumptuoſis veſtibus ornabatur, tunc vero modeſto habitu induta erat; antea elato animo fuerat, tunc ſummiſſe & humiliter ſe gerebat; antea ſuperba, tunc abjecta veſte corpus tegebat; antea variis & delicatis cibis delectabatur, tunc *i* precibus & jejunio. Cum hæc
i nutrix intelligeret, illam Chriſtianam factam eſſe animadvertit: cumque recordata eſſet, quot modis Diocletianus Imperator eos cruciabat, qui ejuſmodi mentem haberent, & tamen illis perſuadere non poſſet, ut Chriſtum negarent, hæc ſecum cogi- D
tabat: Si huic conſilium do, ne ſit Chriſtiana, quemadmodum Imperatoris edicto præcipitur, illa nequaquam mihi obtemperabit: particeps enim facta eſt gratiæ illius, quam Chriſtiani profitentur, cum dicunt unum ſolum eſſe Deum. Cœpitque nutrix ipſa ſic Pelagiam affari: Filia, ſicut nimiæ tuæ pulchritudinis atque honeſtæ formæ admirationem attuliſti Diocletiano Imperatori & ejus filio, omnibuſque optimatibus & toto exercitui, iis denique Regibus *l* qui longe hinc abſunt; ita vera pulchri- *l remittitur ad matrem,*
tudine prædita, placeas Dei filio, cui teipſam ſponſam dediſti: æterno enim Imperatori, ut præ te fers, tu credidiſti: ille præbeat tibi vim & patientiam contra adverſarios, & victricia præmia certamini tuo retribuat. Redi autem cum pace, quoniam in domum meam te intromittere non audeo, ne forte hoc audiat is, qui te ſponſam ambit, & cum toto meo genere ac familia me deſtruat. Equidem id mea cauſa non facio, quoniam ſi me periculis traderem, mercedem tecum una perciperem; verus enim eſt Deus, in quem tu credidiſti.

12 Cum hæc audiviſſet Pelagia, dimiſſo vultu à nutrice ſua diſceſſit: cumque ad matrem rediret, & E
prope eſſet, mater obviam illi venit, ut conſueverat. *cujus furorem ſubdolo ſe*
Verum cum ejus veſtem mutatam vidiſſet, ejus rei cauſam non quæſivit, ſed clamorem magnum cum ejulatu atque ululatu emiſit. Pelagia vero riſit illa quidem, ſed nihil reſpondit. At mater furore percita, jacuit ſemimortua, & ſine voce diu manſit. Poſtea cum animum collegiſſet, & ad ſe reverſa eſſet, ſurrexit, ac nihil dicens filiæ, neque quod factum erat ab ipſa exquirens, properavit ad militum multitudinem ab Imperatore petendam. Et miſit cum ea Imperator *m* armatorum equitum ac peditum turbam, præcipiens eis, ut in omnibus his, quæ ipſa *m*
vellet, ei obtemperarent. Venit cum militibus: ſed filiam ſuam non invenit, cum ea interim receſſiſſet. Exierunt igitur illine, & omnes vias & ſemitas circumeuntes, omnia loca perſcrutabantur uſque ad milliaria quadraginta, perveſtigantes *n* illum qui ta- *n*
lem injuriam ejus filiæ intulerat: audierat enim ipſius mater à pueris, quod ad Epiſcopum quemdam ſe contuliſſet: ob idque illis militibus, qui miſſi fuerant, præceperat, ut ſi Epiſcopum invenirent, & ipſum vinctum ad ſe ducerent.

13 Milites igitur abeuntes, & longinqua loca perſcrutantes, neminem invenerunt. Sancta vero Pelagia cum famulis ſuis, qui Chriſto crediderant, F
ſedebat trans flumen *o*; & ipſa quidem milites vi- *o*
debat; illi vero, qui eam quærebant, neminem videre poterant: quamobrem ipſius animus exultavit *fruſtra quæritur,*
in Domino, & arridens adoleſcentibus, qui cum illa erant; Videtiſne, inquit, ut Dominus Jeſus caros habet omnes ad ſe venientes, & ſpem ſuam in ipſo collocantes? Itaque milites fruſtra laborantes ad ipſius matrem redierunt: cui cum dixiſſent, neque virum, qui filiæ injuriam (ut ipſa decebat) intulerat, neque filiam ipſam à ſe inventam; ipſa hæc audiens, gravi mœrore affecta eſt. Sed Pelagia una cum iis, quos ſecum habebat, venit ad matrem, eique dixit: Cur inſania & rabie percita es? Cur non vis reſipiſcere? Non verita es mittere, qui ad te ducant virum ſanctum, qui colit univerſæ naturæ ſpirantis & omnis potentiæ Dominum? Non *poſtea eamdem generoſe redarguit.*
te pudet bellum adverſus Deum ipſum aggredi? à quo ſi ejus ſervus Epiſcopus petierit, Angelum ipſe mittet, & temporis momento omnem exercitum à te miſſum diſſipabit, quoniam Deum ipſum Epiſcopus colit: quamobrem & ab illo exauditur. Reſpondens ejus mater: Et quis nam, inquit, hic eſt, de quo iſta dicis? Rex, inquit filia, regnantium, cui

& me-

A & meipſam tradidi, priorem ſponſum meum execrans. Tunc ejus mater filiam Chriſtianam factam vere cognovit, addenſque: Age, inquit, dic: Ecquiſnam eſt Chriſtianorum Deus, cui teipſam tradidiſti? Tunc filia, Cur, inquit, curioſe inquiris de divinitate illa, quæ verbis explicari non poteſt? Scito enim ipſum eſſe Dominum cæli & terræ, montium & collium, qui & firmamentum creavit, abyſſos conſtituit, terminum mari poſuit, ne tranſiliret & continentem terram vaſtaret. Quæris de Deo meo? Hic eſt, qui portas æreas contrivit, & vectes ferreos confregit, & mortuos in vitam reſtituit.

cumq; ſponſum ejus ſe interemiſſet,

14 Hæc cum ejus mater audiviſſet, ſtatim ad Diocletiani filium miſit, dicens: En ſponſa tua, Chriſtianorum Deo conjugata eſt. Ille hoc audiens, ægre tulit, atque recordatus eſt, quemadmodum antea ipſius pater Diocletianus Chriſtianos capiebat, & multis modis ipſos cruciabat. Secedens ergo, ſecum ita *p* loquebatur: Propterea quod adoleſcentula hæc Deum Chriſtianorum concupivit, non poterit de cetero illum relinquere, & mihi uxor eſſe: poſt hac igitur mirabor Chriſtianos ſeipſos pro Deo ſuo tradentes, eumque non negantes: itaque ne illam ac meipſum tormentis ſubjectum videam, juſtum cenſeo ejus cauſa meipſum interficere. Gladio igitur

p

B ſumpto, paratus erat ſe interimere, cum Pelagiæ deſiderium propter admirabilem ejus pulchritudinem ferre non poſſet: quamobrem lugens ita dicebat: Væ pulchritudini, qua ego privatus ſum; væ mamillis, in quibus ipſe non requievi; væ ori, cujus oſculis mihi frui non licet. Hæc lamentans, neque furorem ſuſtinens, in gladium incubuit, & mortuus eſt.

adductta ad tyrannum,

15 Pelagiæ verò mater, cum audiviſſet filiæ ſponſum ipſius cauſa ſibi mortem intuliſſe, filiam apprehendit, & ad Diocletianum adduxit, ne ipſam cum tota familia Imperator perderet. In palatium igitur ingreſſa, in medio conſtitit: Diocletianus vero cùm matrem una cum filia ſtantem vidiſſet, Quidnam, inquit, eſt iſtud, quod feciſti? Pelagiæ verò mater ei reſpondit: En filiam meam adduxi, cujus cauſa filius tuus ſeipſum interfecit. Nunc igitur hanc puniens, filii tui cædem ulciſcere. Diocletianus cum Pelagiam pulchriorem vidiſſet, quam omnes uxores & pellices ſuæ eſſent, non cogitavit filii cædem ulciſci, ſed quo pacto illam adduceret, ut Chriſtianorum fidem negaret, & ejus conjunx fieret. Statim igitur juſſit ſatellitibus, qui præſto erant, ante virginem illam afferre infinitam vim auri: volebat enim multa ſui auri copia Chriſti ſponſam & ſanctam Dei puellam capere. Cumque ipſius matri centum auri talenta dediſſet, illam dimiſit: quæ domum ſuam rediit à filia ſejuncta, & diabolico gaudio affecta.

C

promiſſa ejus contemnit,

16 Diocletianus vero juſſit Pelagiam mane duci coram exercitu ſuo, ut illam ad fidei negationem impelleret, & conjugem duceret. Itaque illam coram omnibus ſic affatus eſt: Vnum hoc à te peto, ut Chriſtum neges, & mecum matrimonio copuleris, totoque Imperio meo potiaris. Quod ſi feceris, filius, quem ex te ſuſcipiam, poſt me regnabit; & ſi voluntati meæ obtemperaveris, capitis mei diadema capiti tuo imponam. Ad hæc Pelagia: Inſaniens tu quidem temere iſta locutus es: ſed ſcito voluntati tuæ me non obtemperaturam, neque tibi uſui futuram in his quæ dicis, neque capitis tui diadema capiti meo impoſitum iri: novi enim tria diademata in altiſſimis cælis præparata & jam adornata mihi eſſe. Primum diadema erit pro fide, qua meipſam Domino tradidi: alterum erit regni cælorum diadema, quoniam ipſum expecto; tertium mihi propoſitum eſt pro ærumnis atque tormentis, inter homines à me ſuſcipiendis, quorum cauſa cæleſtis gratia excipiet me apud Deum. Illud igitur ſcito, quod voluntati tuæ morem non geram, neque Deum meum negabo. His auditis, Diocletianus Imperator juſſit militibus, qui aderant, bovem æreum, ligna, bitumen & ſaginam ſuillam afferre, bovemque illum ſubjecto igne incendere. Cum igitur æreum bovem, ut ab Imperatore juſſi fuerant, ita incendiſſent, ut ejus adſpectus, inſtar ignis, longius reluceret, (aberat autem bos ille ab Imperatore quinquaginta ulnis) adoleſcentulam illam in medium produxerunt: quam cum Presbyteri *q* & Chriſtiani vidiſſent, pro ipſa Deum precati ſunt, ut vires & patientiam ei Dominus ſufficeret.

EX MS. GRÆCO.

cujus juſſu cum eſſet accenſus bos anus;

q

17 Imperator autem: Exue, inquit, adoleſcentula, veſtes, quibus induta es. Pelagia vero cum vidiſſet paratos eſſe, qui illam exuerent, magna voce atque clamore Imperatorem appellans: Recordare, inquit, uxores & pellices tuas, ipſas etiam, ut me, carne indutas eſſe. Imperator cum hæc audiſſet, & amoris inſaniam ferre non poſſet, juſſit multo magis quamprimum exui. At illa cum ſe Crucis ſigno muniviſſet, & ultro ſe ipſa exuiſſet, ſuas veſtes in conſpectu Imperatoris abjecit, & ait: Fortaſſe tu es doloſus ille ſerpens in arbore involutus, & in Evam irrepens: tu illam corrupiſti, & per eam Adam etiam ipſum cepiſti, quamobrem uterque fuit à Paradiſo ejectus. Tu es doloſus ille, qui olim in cor Cain te inſinuaſti, & in ejus mente invidiam inſeruiſti, ut virginem & conſanguineum fratrem interficeret. Tu es, qui propria tua libidine ac petulantia confiſus, coram Deo ſtetiſti, & expetiviſti juſtum illum virum Job, quem tentares: cujus & filios interfeciſti, & omnes facultates perdidiſti. Sed hoſtes Chriſti deficient gladio conſumpti: è quorum numero tu quoque cum ſis, ad nihilum prorſus adduceris & diſparebis in æternum: impegiſti enim in ipſius Jeſu nomen, cui meipſam tradidi. Hæc ſancta illa virgo dixit Imperatori, quibus etiam aſſiſtentem diabolum convicit.

ipſa damonem in tyranno agentem increpans,

E

18 Tunc diabolus ipſe inops conſilii ſubterfugit, & qui à veritate alienior eſt, è longinquo loco ſic clamabat: O quanta eſt Chriſtianorum me expugnantium violentia! Puella vero Pelagia, ſancto Spiritu corroborata, cucurrit, & æreum bovem apprehendit: ſtatimque manuum ipſius carnes velut cera liquefactæ ſunt: nihil vero omnino ſentiens, caput *r* ſuum in ventrem bovis injecit, ac ſeipſam intra bovem collocavit: ſtatimque ex ejus facie, ventre ac lateribus, totoque corpore, cum ipſa penitus in bovem introiviſſet, carnes inſtar olei effluxerunt: & per totam urbem hora illa odoris ſuavitas, velut unguenti cujuſpiam, perfuſa eſt. Cumque adhuc paululum ſpiraret, Dominum Deum voce magna ſic laudabat: Gloria tibi ſit, Domine unigenite fili altiſſimi Dei, cujus adventu factum eſt, ut qui antea decepti fuerant, ad manus tuas redirent, &, victa atque conculcata hoſtis potentia, in teipſo perfecti evaderent. Sic puella Pelagia in Domino fuit conſummata.

ultro in bovem ſe immittit,

r

F

19 Tunc duobus militibus prope bovem ſtantibus Imperator: Videte, inquit, an adhuc vivat Pelagia. Unus militum Theonicus, alter Julianus appellabatur. Hi cum victricem puellam in Domino conſummatam vidiſſent, dixerunt Diocletiano: Non mortua eſt puella, ſed martyr facta, cum pulcherrimam confeſſionem confeſſa ſit, & ſuum Dominum non negaverit. Imperator cum illos hæc reſpondentes audiviſſet, juſſit eos ligari, & in carcerem conjici: alioſque milites miſit, qui viderent, an vere puella mortua eſſet. Illi cum eam mortuam vidiſſent, retulerunt Imperatori, quod mortua eſſet.

cujus exemplo alii duo Chriſtum confitentur,

EX MS. GRÆCO. Tunc Diocletianus furens, magna voce clamavit, & manibus pupuream ſuam veſtem diſcindens, ait: O Chriſtianorum animos! En ut illi ad mortem uſque perſeverant Deum non negantes, neque voluntati noſtræ obſequentes. Numquid illi ſunt poteſtate mea validiores? Egone inimicis meis non ſatiabor? Cum hæc dixiſſet, vetuit ſanctæ Pelagiæ reliquias ſepultura honorari: ſed projici juſſit in montem, Linatum nomine. Deſcenderunt autem quatuor leones, & circa Pelagiæ oſſa conſederunt, à feris atque volucribus ea ſervantes.

Reliquias ſervant leones,

20 Apparuit autem Spiritus ſanctus beato Epiſcopo Clinoni, qui Pelagiam catechiſmo inſtruxerat, eique dixit: Nuntio tibi optatum nuntium. Hodie puella Pelagia martyrium ſuſtinuit, quemadmodum tu Deum pro illa precatus fueras. Surge igitur, ipſam in oblationem Deo offer, quia conſtans & firma confeſſio ejus fuit. Indicavit autem ipſi & locum, ubi ſancta martyr Pelagia jacebat: quo abiit beatus Epiſcopus Clino. Cumque vidiſſet locum beatæ Pelagiæ, vidit & leones quatuor illi aſſidentes: qui cum Epiſcopum illum beatum intuiti eſſent, ei obviam proceſſerunt, & ipſum ſubmiſſis corporibus adorarunt. Beatus vero Epiſcopus, ea re gaudens exultanſque, ſanctæ Pelagiæ reliquias ſuſcepit, & in montis ſublimiorem partem tulit. Cumque ſtadiis fere decem proceſſiſſet, ad ejus montis verti-

donec condigne ſepeliantur.

cem aſcendit: quem cum velut marmor politum eſſe vidiſſet, conduxit qui lapides inciderent: & altare ædificavit, ſanctæque Pelagiæ reliquias illic repoſuit; s & montem illum appellavit, montem congregationis, ſanctæque Pelagiæ nomen ſic inſcripſit: Sancta virgo Pelagia, quæ Deo ſeipſam obtulit, & ad finem uſque pro veritate certavit, quod ad corpus pertinet, hic requieſcit; ejus autem anima in cælis regnat cum Angelis. Ita martyrium complevit ſancta martyr Chriſti Pelagia, in Patris & Filii & Spiritus ſancti gloriam, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Clino *nullus aliunde nobis innotuit: hic autem verone, an hiſtoriæ gratia adſcito nomine ſic appelletur, quis dicet?*

b *Iam dixi Diocletiano filium non fuiſſe: fortaſſis vera hæc fuerint de Simplicii aut alterius pro Diocletiano judicantis filio, ſicuti pro illius nomine Diocletiani nomen uſurpatur.*

c Procuratores *Sirletus vertit. Sed nota eſt* Protectorum *dignitas ex Cedreno, Zonara, aliiſque. In Actis S. Philemonis & ſociorum ad 8 Martii leguntur Protectores quatuor, à Diocletiano miſſi Alexandriam ad abducendum inde S. Arianum, Ægypti Præſidem, Chriſtianæ fidei profeſſorem è perſecutore effectum, facti etiam ipſi Martyres. Gloſſa Baſil. apud Meurſium* πριμοσκεπάριοι, ὑπερασπίσαι, *vi νῦν λεγόμενοι σωματοφύλακες, utique à* protegendo *dicti, corporis Regii ſtipatores.*

d *Idem Sirletus* jumentum, *at* βασίρνιον, *Græco-barbara vox, diminutivum eſt à Latino* baſterna, *quod Iſidorus lib. 20 Orig. cap. 12, explicat eſſe* vehiculum à duobus animalibus deportandum; *eſt autem* βασίρνιον *proprie* lecticula manualis: *qualis delicatioribus, præſertim feminis, in uſu apud Romanos; & qui eam ferebant,* Lecticarii.

e *Hanc ſalutationis formulam Sirletus omiſit.*

f *Aſt jam ſupra dixerat, eam* admodum excellentem in Dei timore; *& fecerat nuptias recuſare, quia* deſponſata *eſſet* Filio Dei.

g *Sirletus*, Communionem de Chriſti menſa accepit, eique impartivit. *Magis placet brevior phraſi Ms. Palatini; nec enim in templo res agebatur, ſed in via: ubi divinam Margaritam (ſic enim vocabant Particulam ſacram) penes ſe habuiſſe Epiſcopus potuit, ut ſæpe in itinere Chriſtiani, teſte S. Ambroſio in ſuo fratre S. Satyro.*

h *Deerant hæc in alio Ms. quo uſus Sirletus.*

i *Addit Sirletus*, ut fama erat & ex macie cognoſcebatur, precibus & jejuno vacabat: *quæ vel melius abſunt in Ms. Palatino, vel longiorem apud nutricem ſupponunt moram, idque ſatis congrue; ut convictus plurium dierum certum fecerit id, quod ſuſpicari initio juſſerat humilior veſtitus.*

l *Exaggeratio juſto & verofimili major.*

m *Hic* Judicem *Sirletus nominat, qualem melius in tota hac Paſſione intelligemus, cui non credimus præſentem ipſum Imperatorem fuiſſe.*

n *Idem*, Et tam eam invenire ſtudentes quam illum.

o Cydnus *hic eſt, urbem præterfluens, Tibullo & Ovidio laudatus à* lucidis & placidis aquis, *ac prope naſcente* croco.

p *Ita Sirletus, multo melius quam in Ms. Palatino, ubi juvenis dicitur ſic locutus* patri, *quod cum ſequentibus non cohæreret.*

q *Quaſi palam illi adſtitiſſent, nihil reveriti tribunal tyranni.*

r *Græce* εἰς τὸ ζῶμα: *Sirletus videtur legiſſe,* εἰς τὸ ϛόμα, in os. *Si* os fornacis *intelligatur, non male: erat enim bos illa æneus vera & ingens ex ære fornax, præfixo deſuper bovis capite in aliquam animalis ſpeciem conformata, prout clariſſime eam deſcribit Codinus libro de originibus; & hæc fornax ſuum habebat* oſtium, *in ea parte qui pectori bovis aſſimilabatur. Ceterum magis placet quod Synaxaria dicant Sanctam in bovem* immiſſam, *non* ingreſſam.

s *In pace eccleſiæ poſt annos aliquot, Conſtantino jam ſolo & pacifice imperante factum id eſſe credi poteſt, non vero immediate poſt Martyrium.*

DE SS. OLBIANO EPISCOPO ANEORVM

G. H.

ET DISCIPVLIS MARTYRIBVS IN ASIA.

SUB MAXIMIANO

Elogium ex Menol. Baſil. Imp.

Enologium Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris meminit horum Sanctorum iſtis verbis: Eadem die IV *Maji* certamen ſacroſancti Martyris Olbiani & diſcipulorum ejus. Divus Olbianus Chriſti Martyr paſſus eſt ſub Maximiano Imperatore, atque Æliano Aſiæ Præſide. Cum autem quidam idolorum ſacerdos, nomine Agrippinus, ſacrificia Iunoni offerret; comprehenſus Olbianus, juſſus fuit & ipſe ſacrificare, atque aræ thura adolere. Verum ille multis argumentis piiſque ſermonibus Chriſtianam fidem exaltavit & collaudavit, & econtrà ſuperſtitioſum idolorum cultum depreſſit & damnavit. Quapropter ignitis primum ſubulis viſcera ejus & lumbi aduruntur, ferreis deinde virgis verberatus in carcerem detruditur. Poſtea vero ex carcere eductus, ac denuo juſſus Chriſtum abnegare & idolis ſacrificare, cum conſtanter reſpuiſſet, una cum diſcipulis ſuis ad ignem damnatus fuit: ac proinde ingenti fornace accenſas, una cum illis in eam projectus Martyrium conſummavit. *Hactenus dictum Menologium.*

2 *Elogium in vetuſto Synaxario MS Græco Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis, eſt hujuſmodi.* Hic fuit ſub Maximiano Imperatore & Præſide Aſiæ Iulio

aliud ex Synaxario Claromont.

A lio Sexto Æliano. Cum Agrippinus & Clementius ſacrificuli Iunonis ſacra peragerent, juſſus etiam Olbianus Epiſcopus ſacrificare. Verum hic multis verbis & oppoſitionibus fidem Chriſtianam laudavit & deprædicavit, & cultum idolorum damnavit & rejecit. Quare verubus ignitis in dorſo & viſceribus concrematur. Verum cum neque cederet quidquam, neque ut Soli ſacrificaret adduci poſſet, regreſſo propter ipſum Proconſule atque mandante, crudeliter virgis eſt cæſus, ac ſic tandem cum diſcipulis ſuis per ignem martyrium ſubiit. Multa Sanctum hunc cum adhuc viveret miracula patraſſe, uti etiam in loco, ubi ſacra ejus lipſana requieſcunt, clarere miraculis, hiſtoria de ejus vita ſcripta declarat. *Hæc ibi.*

& aliis Mss. *Alia elogia ſed hiſce ſimilia leguntur ad hunc aut ſequentem diem in Menæis MSS. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ, Divionenſibus Petri Franciſci Chifletii & duplici codice Cardinalis Mazarini.*

3 *Interim in Menæis excuſis celebratur ad diem* XXIV *Maji hoc addito elogio.* Eadem die ſancti Martyris Olbiani Epiſcopi urbis Aneo. Fuit ſub Imperio Maximiani, Conſulibus Alexandro & Maximo, & ductus eſt ad Iulium & Ælianum: à quibus interrogatus an vellet ſacrificare, illeque abnueret, omni veſte nudatus, verutis candentibus per viſcera trajicitur & uritur. Dein reductus in carcerem, & ad ſecundam quæſtionem eductus, cum in fide perſeveraret, rurſus exutus fœde laceratur, & in pyram ingentem altamque velut jaculum injectus, in ea ſpiritum Deo reddidit. *Hæc ibi. Quæ inde ad ſuum Menologium tranſtulit Sirletus.*

& 29 Maji in Menæis excuſis.

B

4 *Ex ultima hac relatione eruitur Sedes Epiſcopalis, quæ hic* Ἀνέω, *in antiqua Notitia Orientis, quæ ex MS. Vaticano extat edita in Geographia Sacra Caroli à S. Paulo, appellatur* Ἄνεα & Ἔνεα, *ſita in Provincia Aſia, ſub Metropolita Epheſino, in ora occidua Cariæ contra Samum inſulam. Ejus urbis Epiſcopus* Modeſtus *ſubſcripſit Concilio Epheſino Oecumenico. Tempus aſſignatur in omnibus elogiis* Imperium Maximiani, *at qui in ultimo encomio adduntur* Conſules Alexander & Maximus, *non ſunt cenſendi Romani, & univerſales Imperii, ſed particulares urbis* Aneæ *aut provinciæ ſub qua iſta erat. Præſes Aſiæ in prima relatione appellatur* Ælianus, *in ſecunda* Iulius Sextus Ælianus; *in tertia dicitur* S. Olbianus ductus ad Iulium & Ælianum, *& eorum conditio ſiletur. Quid eorum rectius ſit dijudicare poſſemus, ſi extaret hiſtoria de Vita S. Olbiani ſcripta, & ab auctore Synaxarii Claromontani citata, quæ utinam aliquando emergat in lucem! adhuc enim alicubi ſupereſſe ſperare facit Synaxariorum ætas non maxima, dum de ea velut nota loquuntur. Imo Ephemeris metrica qua uſus compilator Synaxarii Chiffletiani, dum ejus nomen refert, ubi aliud quod damus nominat Pelagium, ſignificat aliquibus in præcipuo honore hunc Sanctum fuiſſe. Ita autem habet*

AUCTOR G. H.

Aneæ Sedes ejus Epiſcopalis

tempus martyrii.

Vita deſideratur

Ὀλβιανὸν κατέπεμφε τετάρτη θεσπεδαὴς πῦρ. *nominis etymon.*
Quarta Olbianum tranſmiſit fervidus ignis.

Idem ibidem laudatur hoc diſtichon.

Ἀφθαρτον ὄλβον Ὀλβιανὸς ἐλπίσας, E
Στοργῆς ὑπὲρ σῆς ὁλοκαυτώθη, Λόγε.
Cenſum immortalem dum ſperat Olbianus,
Amore totus pro tuo flagrat, Chriſte.

Alluſio eſt ad ſignificationem Græcæ vocis ὄλβος opes, cenſus, beatitudo, *unde* ὄλβιος beatus, opulentus, *& hinc* Olbianus: *pro quo Romanis Latine dici videtur* Ulpianus, *inter veteres Iuris Civilis auctores nominatiſſimus; ſicuti* Orbanus *nonnumquam eſt Græcis, qui Latinis* Urbanus.

DE SS. APHRODISIO, MELDA, MACROBIO, VALERIANO, LEONTIO, ANTONINO,

ET SOCIIS LX MARTYRIBVS SCYTHOPOLI.

G. H.

IV MAII

C

Martyrium,

cultus Conſtantinopoli:

Scythopolis, *urbs Palæſtinæ antiqua, in ora lacus Geneſaret ad meridiem, apud Iordanis fluvii egreſſum, in Galilæa, Tiberiadi & Bethſaidæ vicina, hos Chriſto Martyres protulit, in MS. Græco Synaxario Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis ſic relatos.* Eadem die IV *Maji* certamen ſanctorum Martyrum Aphrodiſii, Meldæ, Macrobii, Valeriani, Leontii, Antonini & multitudinis Sanctorum, cum hiſce Scythopoli martyrium paſſorum. Quorum feſtivitas celebratur in venerando Apoſtolio ſancti & præſtanti laude prædicandi Iacobi fratris Domini, conſtituto intra auguſtam ædem ſanctiſſimæ immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ in Chalcopratiis. *Hæc ibi.* Extruxit illud templum Theodoſius Iunior, & terræ motu dejectum reædificavit Iuſtinus, ex Curopalata creatus Imperator, & inſuper ei poſſeſſiones immobiles largitus eſt, *uti docet Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 43 *in editione Luparæa.*

2 *Eadem de hiſce Martyribus narrantur in MSS. Menæis Chifletianis: indicaturque in adjunctis verſibus eos partim gladio cæſos obiiſſe, partim per ignem triumphaſſe: ipſi verſus hi ſunt.*

Martyrii genus

Τίς ἔτος ὁ τράχηλον ἐκλείνων ξίφει;
Ἀφροδίσιος, Ἀφροδίσιος, λέγει.
Quis iſte gladio colla protendens, rogas?
Aphrodius reſpondet, Aphrodiſius vocor.

Ὁ Λεόντιος ἢ σωαθληταὶ δύο,
Λέοντες οἷον ἔδρεμον πρὸς τὸ ξίφος.
Leontius & ſocii certaminis duo, F
Velut leones ad gladium cucurrerunt.

Meldam & Valerianum *intellige. Aliis duobus alterius generis martyrium, igne conſummatum, ſic adſcribi videtur:*

Ὑπὲρ κεφαλὰς Μαρτύρων ὀφθὲν δύο,
Ἀθλητικῶ ἔπηξε πῦρ αὐτοῖς στέγω.
Capita duorum Martyrum ſuper evecta,
Athletico ipſis flamma pro tecto fuit.

3 *Forte nec ſimpliciter igne conſummati fuere: ſed ſupra eos in mordum fornicis miraculoſe conglomeratæ flammæ, velut quondam in fornace Babylonia tribus pueris, eis non tam fuit pro tormento quam pro palæſtra, ſub cujus laqueari certarent, ſecuri ab injuriis aëris, quibus expoſiti ſunt pugnantes ſub dio. Plura & certiora ſciremus, ſi extarent Acta, quæ extitiſſe aliquando aliqua credere indubitanter faciunt jam allegati verſus, argumento inde accepto compoſiti.* *Acta deperdita*

Memoria 5 Maji.

Eorumdem Martyrium celebratur ad diem ſequentem V *Maji in MSS. Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ & Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ. In horum altero codice pro Melda, Valeriano & Antonino leguntur, nomina* Medæ, *ſemel etiam* Melthæ, Adriani & Antonii, & Socii Scythopolitani *indicantur* ſexaginta.

DE SANCTA ANTONIA,

MARTYRE NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

G. H.

IV MAII.

Memoria in Martyrol. S. Hieronymi,

ANtiqua *Martyrologii Hieronymiani apographa, Epternacenſe & Blumianum, ita hunc diem auſpicantur:* IV Nonas Maji. In Nicomedia Antoniæ. *In Apographo Lucenſi legitur:* In Nicomedia natalis S. Sineſii, Antoniæ. *Verum* S. Sineſius *videtur eſſe cujus corpus eſt Lucæ, ibidemque hoc die colitur, ac proinde primo loco debuit nominari, dein addi,* In Nicomedia Antoniæ. *Eodem modo qui in Ms. Corbejenſi Pariſiis excuſo additur* Juſtus, *videtur* Epiſcopus & Martyr Viennenſis *eſſe, etiam hoc die relatus, de quo infra agetur. Maneat ergo conſtans lectio Martyrologii Hieronymiani iſta:* In Nicomedia Antoniæ. *Neque obeſt quod in Epternacenſi hæc cum ſequentibus Martyriis ſubnectantur diei præcedenti, quia id errore amanuenſium factum fuiſſe ex aliis apographis manifeſtum eſt, & confirmatur ex ſequentibus Martyrologiis; ex quibus primum ſit Flori, in ſuo ad Bedam auctario, in Mss. Atrebatenſi, Tornacenſi & Latienſi, ubi iſta leguntur,* IV *Nonas Maji.* In Nicomedia natale S. Antoniæ, quæ nimium torta & variis tormentis afflicta, ab uno brachio tribus diebus ſuſpenſa, & in carcere biennio retruſa, à Priſcilliano Præſide flammis exuſta obiit. *Quæ eadem fere phraſi leguntur apud Adonem, Vſuardum, Notkerum, Bellinum, auctorem Martyrologii Bedæ ſuppoſiti, Maurolycum, Galeſinium, & in præcipuis codicibus Mss. ac tandem in Martyrologio hodierno Romano, in quo etiam* ad ultimum à Priſcilliano Præſide in confeſſione Domini flammis exuſta eſſe *dicitur. Eadem leguntur apud Petrum de Natalibus lib.* 4 *cap.* 123 *citato Martyrologio S. Hieronymi, in quo ejus mentionem fieri oſtendimus. Vincentius quoque Bellovacenſis lib.* 13 *Speculi Hiſtorialis eadem habet.*

B *elogium in Floro & aliis.*

2 *In eodem antiquo codice Epternacenſi, iſta tamquam huic diei propria leguntur:* IV Nonas Maji, Nicia civitate natale Antoninæ. *Ejuſdem* Antoniæ *fit mentio in Mss. Pariſienſi Labbæi, & Hibernico monaſterii Tamlactenſis. In Mss. Richenovienſi & Rhinovienſi habeur:* In Nicæa civitate Antonini. *Verum facilis unius litteræ finalis error potuit irrepſiſſe, cum alius* Antoninus Martyr *hoc die referatur. At nos* S. Antoninam Martyrem Nicææ in Bithynia *celebravimus ipſis Kalendis Martii. Et quod huc maxime ſpectat, ſubjunximus elogium alterius, forte* Antoninæ Martyris, *ex Ms. Græco Synaxario, in quo dicitur* temporibus Diocletiani & Maximiani & Priſcilliani Præſidis flagris in mamillis converberata, in ligno appenſa, in lateribus uſtulata, & ſupra ignitam craticulam extenſa, & ſubulis candentibus & ignitis veruculis in manibus & talis transfixa, & dein biennio omnibus ærumnis conficienda in carcere relicta, ac tandem in mare projecta. *Quibus in Menæis additur, quod* incolumis terræ reddita, fuerit lapidibus obruta, & tandem capite plexa. *In Menologio Sirleti dicitur* ſub Priſcilliano Præſide, verberibus cæſa, in ligno ſuſpenſa, lateribus laniata, ſubulis perfoſſa, flammis incenſa, demum gladio percuſſa, martyrio coronata. *Hæc ibi latius legi poſſunt, & licet* Nicææ in Bithynia *dicatur paſſa, forſan tamen hæc eadem eſt, quæ hic* Nicomediæ in Bithynia *traditur coronata, quamvis iſta* Antonina, *hæc* Antonia *appelletur. Eadem de S. Antonina leguntur ad diem* XII *Iunii, in Menologio Baſilii Imperatoris, Synaxario Ms. Pariſienſi & Menæis, & in Martyrologio Romano.*

S. Antonina Nicææ Martyr.

ati & relata 12 *Iunii.*

C 1 *Martii:*

an ibi relata hunc ſpectet.

3 *In Ms. Martyrologio Pragenſi Eccleſiæ Cathedralis, & in alio Pragenſi proprio ad hunc* IV *Maji dicitur* Carolus Rex, *ſeu* IV *iſtius nominis Imperator,* caput S. Antoniæ Martyris dediſſe Eccleſiæ Pragenſi. *In Diario ejuſdem Eccleſiæ edito à Ioanne Peſſina Decano Pragenſi & Epiſcopo Samadrienſi ſolum dicitur,* pars capitis allata ex Italia cum multis aliis ſanctorum Reliquiis anno MCCCLV; *in Boſphoro autem ſeu Majeſtate & gloria illius Eccleſiæ, quem idem auctor vulgavit an.* 1673 *nobiſque donatum miſit, pag.* 463 *ubi illius Reliquiæ & aliarum fit mentio, additur,* Teſtimoniales omnium ex itinere illo Romano, *quo Coronam accepit Carolus, allatarum hodieque extare in Archivo Capituli: ſed eas cum deinde quærerentur inveniri non potuiſſe, reſponſum nobis eſt. Celebratur ibidem, facultate ab Innocentio* IV *Pontifice conceſſa, feſtum allationis reliquiarum ſecunda die Ianuarii, uti ibidem in Appendice pag.* 1084 *diximus. Verum an ea ſit hæc Antonia Necomediæ paſſa non continuo liquet.*

Caput S. Antoniæ Pragæ.

E

4 *Eadem à Bivario ad Dextri ſuppoſititium Chronicon fingitur* Antima *dici: quia ibi ad annum* 100 *num.* 3 *iſta leguntur:* Antima Maximilla conjux Ægeæ, Patrarum in Achaia Proconſulis, à B. Andrea converſa, in antrum ſe abdidit poſt mortem mariti. Fuit hæc Novo-comenſis, Plinii Junioris conſanguinea, poſt nupſit C. Fonteio Capitoni; inque Nicomediam delata, pro Chriſti fide IV Maji patitur. *Quæ non lubet excutere, cum debito careant fundamento. Ac primo unde probatur quod* Maximilla *ſit* Antima *appellata; & quod alii errant, dum* S. Antoniam *ſcribant loco* Antimæ? *Dicitur* Maximilla *ab interpolatoribus Abdiæ, uxor Ægeæ Proconſulis, ſed hoc aliis plane incredibile videtur, eritque ad Vitam S. Andreæ latius excutiendum. Interim conſule Andream Sauſſajum lib.* 3 *de Gloria S. Andreæ Apoſtoli cap.* 20 *art.* 2 *&* 3. *Tamayus Salazar de hac* S. Martyre Antima *in ſuo Martyrologio Hiſpanico plane ſilet, cum alias Dextri fabulas paſſim amplectatur.*

perperam fingitur eſſe Antimæ Maximilla.

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

CÆLESTINO, FELICE, VRBANO, ROMANO, BELLICO, MARTIALE SEV MARCIANO, MITTVNO PRESBYTERO, FLORIANO, PETRO.

IV MAII.

QVatuor *Martyrologii Hieronymiani apographa referunt hos Martyres, qui in codicibus Lucenſi, & Corbejenſi ita leguntur.* In Africa Natalis Cæleſtini, Felicis, Urbani, Romani, Bellici, Martialis, Mittuni Presbyteri, Floriani, Petri. *In Ms. Blumiano omiſſus eſt* Urbanus. *In Ms. Epternacenſi ſunt omnes, ſed* Marcianus *ſcribitur loco* Martialis, *&* Mittunus *non appellatur* Presbyter. *Cui ſubjunguntur ordine mutato* Petrus, Florianus. *Quod ideo animadvertendum cenſemus, quod in Norico-Ripenſi Lauriaci colatur hoc die* S. Florianus Martyr, *& dictus locus licet corrupte*

A *corrupte absque nomine* S. Floriani *subjungatur in tribus apographis, scilicet Lucensi, Corbeiensi, Blumiano. Qua prænonitione facta relinquimus inter hos Martyres* S. Florianum, *dum aliunde constiterit potius debere abesse. Refertur etiam* Florianus Martyr *in Ms. Casinensi, uti infra dicetur. In Ms. Richenoviensi prope Constantiam Sueviæ ista leguntur:* In Africa Cælestini & aliorum tredecim, *pro quo in Ms. Rhinoviensi habetur*, & aliorum quindecim. *Imo & in Ms. Epternacensi ista repetuntur:* In Africa Cælestini & aliorum quadraginta. *De* Quadraginta Martyribus *seorsim agimus, qui & duplicantur, & diversis etiam conjunguntur. Sunt hic socii S. Cælestini tantum dicto suis nominibus expressi, quibus videntur ab aliquibus adjuncti, qui ad hunc diem seorsim memorantur. In Mss. Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbæi sit mentio* SS. Cælestini, Felicis, Floriani, Romani & Fortunati. *Verum* Fortunatus *videtur referendus ad Martyres Afros præcedenti die propositos, inter quos duo fuerunt* Fortunati *dicti. In Mss. Casinensi & Altempsiano memorantur* passi in Africa Cælestinus, Felix, Urbanus. *Sunt etiam hi tres in Mss. Trevirensi S. Maximini, & Romano Cardinalis Barberini, sed primus* Cælestis *aut* Callistus *scribitur: ita in alio Ms.* Romanus & Cælestina *loco* Cælestini *indicantur. Meminerunt* Cælestini *Ms. Aquisgranense, Grevenus & Galesinius; sed aliis jungunt. In Ms. Tamlactensi sunt nomina* Urbani, Romani, Floriani, *tum* Cælestinæ *&* Emeruni, *loco* Cælestini *&* Mittuni. AUCTORE G. H.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

NESTORIO, MICTONIO ET ANTONINO. ITEM SECVNDIANO ET MARCELLIANO. G. H.

B IV MAII *Post relatos Martyres quadraginta, de quibus infra cum S. Silvano agimus, ista referuntur in Ms. Epternacensi.* Et alibi Nestori, Mictoni, Antonini. *Qui horum medius collocatur, in Ms. Corbeiensi Parisiis excuso, appellatur* Mitton, *in Mss. Lucensi & Blumiano* Mittorius. *Et alii duo eodem modo ubique scribuntur. In Mss. Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbæi memoratur* Nestor. *In Ms. Atrebatensi celebratur* passio Antonini Martyris. *In Ms. Aquisgranensi præter* Antoninum Martyrem *refertur* Antoninus, *qui etiam est inscriptus Mss. Augustano & Adoni Reginæ Suecia. His tribus in titulo adjungimus* SS. Secundianum & Marcellianum, *quorum &* Floriani Martyrum natalem *celebrat antiquum Casinense Martyrologium, characteribus Longobardicis scriptum. Omittimus* Florianum, *quia jam, licet sub dubio, eum dedimus inter Martyres Afros, & alium damus Lauriaci in Norico Ripensi martyrio coronatum.* E

DE S. FLORIANO PRINCIPE OFFICII, ET SOCIIS MARTYRIBVS LAVREACI,

IN NORICO RIPENSI, SIVE SVPERIORE AVSTRIA. G. H.

SUB DIOCLETIANO

In Norico Ripensi

C

Lauriaci nunc Lorch,

passus S. Florianus Princeps Officii,

memoratus in Fastis sacris.

Oricum, *Illyrico Occidentali in Notitia Imperii sub Constantino Magno ejusque posteris inclusum, censetur ea regio, qua ab Oeno fluvio, Rhætiarum & Vindelicia termino, ad Pannonias usque extendebatur, divisa in* Noricum Ripense & Noricum Mediterraneum. *Vtrumque sub suo Præside seu Præfecto consistebat: & Noricum Ripense vicinum Danubio erat, cujus urbs primaria fuit* Lauriacum, *Sedes Præsidis seu Præfecti, & pro Christianis primis etiam Episcopalis. Sed urbe hac ab Attila deleta, Cathedra fuit Passavium translato. Vestigium urbis Laureacensis asservatur in pago* Lorch, *quasi* Laurich *&* Lorich, *unde contractum* Lorch, *in Austria superiore, haud procul ab incursu Anasi sive Anesi fluminis in Danubium, ubi & oppidum* Anasum *sive* Ensium, *vulgo* Ens, *quod ex arce Lauriacensi constructum censetur. Hic locus palæstra martyrii fuit* S. Floriano Principi Officii, *cujus dignitas in citata Imperii Occidentalis Notitia ita explicatur:* Officium habet vir spectabilis Dux *Pannoniæ primæ* hoc modo: Principem de eodem corpore, Numerarium, Commentariensem, Adjutorem, Subadjuvam, Regendarium, Exceptores, Singulares & reliquos Officiales. *Non dubitamus quin sub Diocletiano fuerit in dicto Norico simile Officium, cujus* Princeps *erat S. Florianus: nisi cum Pancyrolo & aliis Pannoniæ pars dicatur Noricum, & sic statuatur S. Florianus Princeps Officii in dicta simul Pannonia, in cujus confinio & limite fuit* Cæcia *munitio, in qua residebat S. Florianus.*

2 *Memoria sacra S. Floriani extat in Martyrologio B. Rabani, ex Abbate Fuldensi anno* DCCCXLVII *creati Archiepiscopi Moguntini, cujus ista sunt verba:* Quarto Nonas Maji Passio S. Floriani Martyris, tempore Diocletiani & Maximiniani Imperatorum, sæviente iniquissimo Præside Aquilino, apud Noricum Ripensen: qui cum se videret superatum à Floriano, jussit eum capitalem subire sententiam, & duci ad fluvium Anesum, & ibi præcipitari de ponte. *Hæc Rabanus: ante quem ejusdem Sancti memoria inserta fuerat antiquo Martyrologio Hieronymiano, sed lectio loci male perturbata fuit his verbis,* Et in Nuricopense locorum, *pro* in Norico Ripensi loco Lauriaco: *Vti ea in Martyrologio Adonis emendantur hoc modo:* Eodem die in Norico Ripensi loco Lauriaco S. Floriani, qui jussu Præsidis ligato ad collum ejus saxo, in flumen Anisi præcipitatus est: & mox, omnibus qui circumstabant videntibus, oculi præcipitatoris ejus crepuerunt. *Similia habent Vsuardus, Bellinus, Maurolycus, Molanus, aliique cum hodierno Martyrologio Romano. At majora encomia exhibent Notkerus, Canisius, Galesinius, alique, quæ ex ipsis Martyrii Actis desumpta sunt.* F

3 *Acta antiqua passionis S. Floriani varia nacti sumus: sed ea prima æstimamus, quæ primo loco damus ex codice Ms. Vltrajectino S. Salvatoris, & Legenda Sanctorum Poloniæ, anno* MDXI *Cracoviæ excusa, collata cum Actis S. Florentii in Gallia passi, de quo infra agemus. Eadem Acta sed contractiora extant in pervetusto Ms. Trevirensi monasterii S. Maximini, ac alio Passionali Ms. Bodecensi in diœcesi Westphaliæ Paderbornensi: cujus pars eisdem verbis extat in Breviario Passaviensi, anno* MDV *impresso. Eadem, sed* ditione nonnihil illimata, *edidit Surius. Alia Acta aliquanto recentiora subjicimus, ex codice Ms. Carthusiæ Gamnicensis, nobis à Ioanne Gamansio submissa, ac notatur* historiam martyrii graviter compositam ac conscriptam fuisse: miracula tamen circa finem videri ab *Acta duplicia dantur ex Mss.*

AUCTORE G. H.

alio adjuncta: *cujus aliquod compendium, ſed aliis immiſtis, edidit, Ioannes Cuſpinianus in Auſtria, ſub finem, ubi S. Florianum inter Patronos Auſtriæ recenſet: & ut talis refertur in Officiis propriis Sanctorum Cathedralis Eccleſiæ & totius diœceſis Viennenſis, quæ habemus anno* MDCXXXII *excuſa, in quo aliquod Vitæ compendium, in tres lectiones diviſum & ad Matutinum in ſecundo Nocturno recitari ſolitum, exhibetur; quod idem refertur in Proprio Sanctorum diœceſeos Paſſavienſis, anno* MDCVIII *excuſo. Ejuſdem Sancti memoriam celebrari in diœceſi Ratiſponenſi & Salisburgenſi, ſcimus ex Officiis propriis earumdem Eccleſiarum.*

Patrocinium Auſtriæ & vicinarum Diœceſeon,

4 *Memorabile etiam illius monumentum protulit Matthæus Raderus tomo* I *Bavariæ ſanctæ pag.* 18, *dum inter alia refert ſequentia:* Conditum illius memoriæ illuſtre templum: adjectum poſteris ſeculis cœnobium, ſodalibus D. Benedicti incolendum: quod inde rurſum, ævo omnia in vetuſtatem redigente, ab Angelberto Batavienſi Pontifice inſtauratum, D. Auguſtini diſciplinam profitentibus aſſignatum, quod demum Altmannus Antiſtes rurſum fatiſcens, in majorem ſplendorem eduxit, à poſteris S. Floriani appellatum. *Hæc Raderus. Eadem confirmat Wiguleius Hundius in Epiſcopis Patauienſibus, aſſerens* Engelbertum, *ſupra* Angelbertum, ſediſſe ab anno Chriſti MXLV uſque ad annum MLXV, & cœnobium S. Floriani ab Hungaris deſtructum, ab eo reparatum & Canonicis S. Auguſtini reſtitutum. *Dein addit* ab Altmanno, *illius ſucceſſore*, anno MLXXX monaſterium S. Floriani mira ſeveritate reformatum. *Eſt illic etiamnum Præpoſitura Canonicorum Regularium S. Auguſtini, media via inter Lintſium & Stiram civitates.*

templum & monaſterium S. Floriani.

B

C

5 *Addit laudatus ſupra Raderus*, in ipſa æde S. Floriani tabulam pictam eſſe, quæ diſtinctis capitibus totam ipſius vitam quindecim argumentis ſpectandam repræſentat; *& undecim icones priores in Actis ſatis explicantur, in reliquis iſta indicantur*: Fons ægris hauſtus haud paucis ſaluti fuit. Mox ad ſepultas ejus Reliquias mortuus in vitam rediit. Duæ Poſtremæ effigies monent exemplo carbonarii, in medium delapſi incendium, & votis S. Floriani erepti, illum adverſus pericula incendiorum præſentem eſſe tutelam. Et quia Tribunum aut Centurionem fuiſſe tradunt hiſtoriæ, etiam in bellicis tumultibus illius vota & auxilia eſſe petenda, nec fuiſſe fruſtra expetita. *Hæc Raderus ex litteris Sebaſtiani ab Adelzhauſen, illius toparchiæ Præfecti, ad ſe miſſis. Andreas Bruner lib.* 4 *Annalium Boicorum, relato S. Floriani martyrio, addit*; ignium furori in tecta graſſantium Floriani nomen hodieque opponi; multiſque documentis omni ævo oſtenſum eſſe, tutelam hanc ædibus contra flammas ſaluti fuiſſe. *Hinc talis ad S. Florianum deprecatio, poſt Acta martyrii, ſcripta reperitur*: O Martyr ſancte Floriane, cuſtodi nos nocte & mane, ab ignis nocivi læſione & ab omni ſeculi confuſione.

Miracula

potiſſimum in tutela contra incendium.

6 *In Eccleſiis Cathedralibus & diœceſibus Viennenſi & Paſſavienſi celebratur ſub ritu duplici feſtum* SS. Floriani & ſociorum Martyrum, *& Oratio recitatur ex Communi plurimorum Martyrum*: Deus qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum Floriani & ſociorum natalitia colere. *Hos eſſe* XL Martyres, *infra in Actis relatos, indicat Petrus de Natalibus lib.* 4 *Catalogi cap.* 125; *aſſeritque* recluſos & inedia afflictos, tandem in carcere ſpiritum tradidiſſe. *Idem traditur in Compendio Ms. Actorum, ex indicata Carthuſia Gamnicenſi nobis tranſmiſſo. At memoratus Bruner*, Quadraginta, inquit, ejus commilitones per varia crudelitatis exempla tracti, laceratis corporibus, fidem integram invictoſque animos ad triumphum ſecum adſportarunt. *Illos* quadraginta Martyres *celebrant Richardus Witfordus in Martyrologio Anglice excuſo, & Caniſius in Germanico, aliique. Alia controverſia movetur ex Actis S. Florentii Presbyteri, qui Rojæ & apud Salmurum in Gallia colitur* XXII *Septembris, creditur que mortuus circa annum* CCCC. *Hujus Acta nacti ſumus ex quatuor Mss. codicibus, & ſcripta dicuntur ſub nepotibus Caroli Magni ſeculo Chriſti nono: in quibus ſtatuitur S. Florentius frater S. Floriani fuiſſe, & cum eo in Norico Ripenſi militaſſe, tormentaque pro fide tuliſſe: ſed cum eſſet cum eo in flumen conjiciendus, ab Angelo juſſum in Gallias abire, ad Sacerdotalem conſecrationem à S. Martino ſuſcipiendam. Horum compendium extat apud Mombritium & Vincentium lib.* 12 *Speculi Hiſtorialis cap.* 68. *Verum hæc nobis minus probantur, tum ob altiſſimum de hoc S. Florentio in præcipuis Actis S. Floriani ſilentium, tum quod tempora non conveniant, cum ſub ejus martyrium S. Martinum necdum fuiſſe natum conſtet. Proinde dubitamus num ex Actis S. Floriani illa aſſuta fuiſſent ab auctore, qui Acta S. Florentii, uti præfatur, ſuccincte ſcripta amplificavit. Sed hæc erunt diligentius excutienda dicto* XXII *Septembris.*

D

Auſtrum ejus S. Florentius Presbyter.

ACTA

Ex variis codicibus Mss. & Legenda Sanctorum Poloniæ excuſa.

Socii Martyres.

IN diebus illis, ſub Diocletiano & Maximiniano Imperatoribus, facta eſt perſecutio Chriſtianorum, quando diverſis agonibus certantes Chriſtiani, à tyrannis illata ſupplicia devota mente pro Domino ſuſcipiebant, ut promiſſionum Chriſti participes efficerentur. *a* Tunc quidam in montibus & rupibus ſe abſconderunt, quidam autem in caveis petrarum delitescebant, & ſic per multas pœnas de hac vita liberabantur. Tunc ſanctitas & fides per patientiam ſuos athletas *b* coronabat, & per victoriam ad vitam perducebat æternam. Tunc impii Judices, juſſi ab Imperatoribus, certamen contra Chriſti milites agebant: ſed athletæ fortiter laborabant & ſuperabant eorum inſaniam; venerabilis vero fides in omnibus vincebat. Ergo in illis diebus cum veniſſet ſacrilegorum Principum præceptio apud Noricum Ripenſe, adminiſtrante *c* Aquilinio Præſide; tunc adveniens præſes in caſtrum Lauriacenſe cœpit vehementer inquirere Chriſtianos, & comprehenſi ſunt quidam Sanctorum numero quadraginta: qui diutiſſime certantes, & multis ſupplicüs cruciati, miſſi ſunt in carcerem. Ad quorum confeſſionem *d* B. Florianus gaudens acceſſit: qui cum habitaret apud *e* Cetiam civitatem, audiens famam Sanctorum qui agonizabant pro Chriſto, dixit ad ſuos: Oportet me Lauriacum ambulare ad Præſidem, & ibi pro Chriſti nomine diverſa ſupplicia ſuſtinere. Et valedicens ſuis iter arripuit.

In Diocletiani perſecutione,

a

b

c ab Aquilino Norici Ripenſis Præſide,

captis 40 Chriſtianis

F

d

e

2 Cum autem veniſſet non longe à Laboriaco, ingreſſus pontem quo fluvius tranſiri ſolet, obviatus eſt cum quibus antea militaverat, qui immiſſi erant ad perſequendos Chriſtianos. Et cum eos interrogaret quo pergerent, dixerunt ad eum: Numquid non audiſti præcepta Imperatorum quæ venerunt ad Præſidem, ubi jubent omnibus hominibus libamina diis offerre & exhibere, qui autem noluerint, diverſis ſuppliciis interire? Hæc audiens B. Florianus, dixit: Fratres & commilitones, quid alios quæritis? Si vultis me tenere, quia vere Chriſtianus ſum, & hic in veſtra ſum præſentia. Illi autem hæc audientes, ſtatim comprehenſum eum duxerunt ad Præſidem, dicentes: Ut quid alios quærimus? nam primus & Princeps noſtri Officii Florianus Chriſtianum ſe profitetur. Præſes autem dixit ad eum: Floriane, ut quid iſta de te dicuntur? Veni, ſacrifica diis, ſicut ego vel commilitones tui,

S. Florianus ultro ſe libertibus offert:

recuſat diis Sacrificare

ut

A ut vivas nobiſcum, & non cum contemptoribus puniaris ſecundum præcepta Imperatorum. B. Florianus reſpondit : Hoc ego certe non ſum facturus : quod autem tibi præceptum eſt, exerce. Tunc Præſes commotus in via, vim ei inferri præcepit, ut vel *implorat divinum auxilium* : invitus ſacrificaret. Beatus autem Florianus levavit vocem ſuam ad Dominum, & dixit : Domine Deus meus, in te ſperavi, & te denegare non poſſum ; ſed tibi milito, & tibi offero ſacrificium laudis : protegat me dextera tua ; quia tuum nomen eſt benedictum in cælo & terra. Domine, da mihi tolerandi virtutem, & ſuſcipe me inter ſanctos & electos athletas tuos, qui ante me converſi & confeſſi ſunt nomen *f* ſanctum tuum *f*. Confirma me, ut te laudem & tibi benedicam : quia tu es benedictus in ſecula. Amen.

3 Aquilinus autem Præſes hæc audiens, irriſit *plenam confeſſionē fidei facit.* eum, dicens : Ut quid inſipienter loqueris, & deri- des præcepta Regum ? B. Florianus reſpondit : Ego quidem, quando humanam militiam exercebam, occulte colebam Deum meum : unde tamen non potuit diabolus me abſtrahere. Nunc autem tu corporis mei quidem poteſtatem habes, animam autem meam tangere non potes : ſolus enim Deus de illa habet poteſtatem. Iuſſioni autem tuæ pareo quantum B decet militem : hoc autem mihi nemo ſuadere poterit, ut idolis ſacrificem : non enim ego illa phantaſmata adoro. In ira autem & furore converſus Præſes, juſſit eum fuſtibus cædi. Florianus dixit : Tantum iraſcere, quantum in corpore meo videris habere poteſtatem, vel quantum tibi eſt conceſſum. Si autem vis ſcire quia non timeo tormenta tua, ignem accende ; & in nomine Domini mei Ieſu Chriſti aſcendo ſuper eum. Milites autem cœperunt eum *Verbera inflicta hilari vultu excipit* cædere. Cum autem cæderent eum, dicit ei Præſes : Sacrifica diis, Floriane, & libera te de tormentis. B. Florianus reſpondit : Ego verum ſacrificium offero modo Domino Ieſu Chriſto, qui me dignatus eſt uſque ad hanc horam perducere, & in exaltationem hanc in qua nunc ſum. Hæc autem ſancto viro dicente ; juſſit eum Præſes iterum cædi. Cum autem *& ſcapularum lacerationem* : cæderetur B. Florianus, ita hilarem vultum oſtendebat, quaſi in gaudio aut in lætitia magna eſſet conſtitutus. Tunc Præſes juſſit ſcapulas ejus acutis ferreis *g* confringi. Hoc autem cum factum fuiſſet, B. Florianus amplius glorificabat Deum, & ſemper ſe Chriſtianum eſſe profitebatur.

4 Tunc iniquiſſimus Præſes, cum ſe ſuperatum eſſe videret in omnibus, dedit ei ſententiam, & juſſit C eum duci ad fluvium Aneſium, & ibi præcipitari de *jubetur in flumen præcipitari* : ponte, quarto Nonas Maji. Beatus autem Florianus datam in ſe ſententiam hujuſmodi gaudens, & exultans in vitam æternam, quam Dominus promiſit diligentibus ſe, ita hilaris pergebat, quaſi ad lavacrum duceretur *h*. Cum autem perveniſſet ad locum ubi eum habebant projicere, ligaverunt ei lapidem ad collum. Rogabat autem B. Florianus milites qui eum tenebant, ut permitterent eum orare ad Dominum. Stans autem B. Florianus contra Orientem, extendens manus ſuas ad cælum, dixit : Domine Ieſu Chriſte, ſuſcipe animam meam. Tunc flectens *factaque oratione ſubmergitur.* genua oravit quaſi unius horæ ſpatium, ut vererentur & timerent eum tangere qui eum duxerunt. Tunc adveniens juvenis, plenus rabie crudelitatis, dixit ad milites : Quid ſtatis & non facitis juſſionem Præſidis ? Et hæc dicens præcipitavit eum de ponte in fluvium : & ſtatim oculi ejus crepuerunt.

5 Fluvius autem ſuſcipiens martyrem Chriſti ex- *Corpus delatum in ſaxū, ab aliqua protegitur* : pavit, & elevatis undis ſuis, in quodam eminentiori loco in ſaxo corpus ejus depoſuit. Tunc annuente favore divino, adveniens aquila, expanſis alis ſuis in modum crucis eum protegebat. Sed B. Florianus manifeſtavit ſe cuidam feminæ, corde Deo devotæ ; & admonuit ut conderet eum humo in ſecretiori loco : EX MSS. certiſque indiciis deſignavit ei locum ubi eum conderet, vel ubi eum ſepulturæ traderet. Mulier autem hac viſione comperta junxit animalia, & ad fluvium properavit ; & corpus requirens invenit, & ſuper quadrigam poſuit *i*. Propter timorem autem Gen- *i* tilium in virgultis & frondibus eum involvit, ſimulans ſe quaſi ad hortulum claudendum ducere. Ducente autem ea ad locum ubi ei deſignaverat, factum eſt ut laſſarentur animalia præ nimio ardore ſolis, & ſteterunt, ita ut non poſſent ambulare neque progredi amplius. Tunc mulier anxia mente oravit ad Dominum, ut ei divina miſericordia ſubveniret. Et ſtatim in eodem loco fons affluentiſſimus erupit, & ad teſtimonium ſancti Martyris perſeverat uſque in hodiernum diem, in quo animalia ſanata cœperunt ulterius ambulare. Ita pervenit ad locum ubi ei ipſe revelaverat, & ubi eum mulier, propter eminentem & amariſſimam perſecutionem, ſub terra depoſuit *k* : *k* in quo loco fiunt ſanitates magnæ, ægri ſanantur, febricitantes curantur, dæmoniaci liberantur, & omnes qui ex fide obſecraverint, miſericordiam conſequentur *l*. Acta autem ſunt hæc tempore Diocletiani & *l* Maximiani Imperatorum, agente iniquiſſimo Præſide Aquilino ; regnante Domino noſtro Ieſu E Chriſto, cui eſt honor & gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Vita S. Florentii.* Tunc quidam ultro ſe gladiatoribus offerebant, alii autem in montibus &c.

b *Legenda Polonica*, corroborabat.

c Aquilo *Wigulejo Hundio dicitur*, *at* Aquila *Cuſpiniano in Auſtria & Pantaleoni.*

d *Hinc Acta S. Florentii jungunt* Florentium *cum* Floriano, *& in plurali numero deſcribuntur.*

e Cætia *ſeu* Cecia, *aliis perperam* Oecia, Thecia, Etium : *de ſitu infra agetur.*

f *In Legenda excuſa & Vita S. Florentii nonnulla huic orationi adduntur, in ſequenti Vita expoſita.*

g *Fortaſſe legendum* configi : *certe auctor ſequentis Vitæ ferreorum uncorum meminit, quibus ſcapularum carnes lacerari, non oſſa confringi moris erat.*

h *Hinc S. Florentius ab Angelo abſtractus, in Gallias abiiſſe traditur in propriis Actis.*

i *Petrus de Natalibus* : Sentibus ſpinoſis timore paganorum operuit. Et interrogantibus quibuſdam, ſpinas collectas ad claudendum hortum ducere ſimulavit. F

k *Mombritius & Vincentius* : Ibi cæci illuminantur, dæmones ejiciuntur, & variis morbis comprehenſi ſanantur.

l *In lectionibus propriis Eccleſiarum Paſſavienſis & Viennenſis iſta adduntur* ; In quo loco poſtea celebre monaſterium erectum fuit, quod uſque in hodiernum diem titulo & patrocinio S. Floriani gaudet : *& eſſe etiamnum Præpoſituram Canonicorum Regularium S. Auguſtini ſupra diximus.*

ALIA ACTA

Ex MS. Carthuſiæ Gamnicenſis.

1 FLorianus, genere *a* Teutonicus, Imperialis militiæ per Orientalem Bavariam Princeps fuit. Invenitur enim in Chronica, quod cum totus mundus Romanis eſſet ſubjectus, habebant in qualibet regione militiam, ſuo obſequio pro annuo ſtipendio deputatam ; ut ſi quando regio vel provincia aliqua Romanæ potentiæ rebellare præſumeret, militia *a* *S. Florianus Princeps militiæ in Ripenſi Norico.*

militia regionum variarum, repugnantium audaciam continuo refrænaret. Unde cum Orientalis *b* Bavaria (quæ olim Ripensis nova, nunc autem *c* Austria nuncupatur, cujus termini ab Æno fluvio usque ad confinia Pannoniæ protenduntur) Romano subjecta esset Imperio; quemadmodum per Præsides, qui ad civitatem Laureacensem ab eisdem mittebantur, patenter ostenditur; habebant in eadem provincia militiam copiosam. Et quia S. Florianus dignitate rerum & familia ceteris præpollebat, Principatum ejusdem militiæ meruit adipisci. Fuit enim residens in castro, quod tunc *d* Cecia, nunc vero Zeizelmaur appellatur: quod cum omnibus suis attinentiis ordinatione divina cessit Ecclesiæ in possessionem; ut sicut Reliquiarum suarum ornaretur thesauro, sic etiam suorum prædiorum habitudine ditaretur: & quo vivens in persona propria usus fuerat, eodem etiam mortuus per suos famulos frueretur.

EX MSS. *b* *c* *d*

in persecutione Diocletiani,

2 In illis temporibus gentilis feritas duos apros emisit sævissimos, Diocletianum scilicet & Maximianum, qui dentibus nefariis vineam Domini exterminio devastarent. Nam cum cederet eisdem cura monarchiæ gubernanda; mox Imperialibus fascibus intumentes, ardenter desiderabat illud genus electum de medio tollere, quod inclyta mater Ecclesia celesti Sponso juncta progenuerat. Qua propter gentes fremunt & populi meditantur inania, Regesque in unum conveniunt contra Christum. Tunc Imperatores miserunt edictum in universis provinciis ac regnis, ut quicumque Christo divinitatem ascriberet, mortis dispendium sub diversis suppliciis pateretur. Hujus itaque mandati executor erat vir effrenis, sæva bestia, humani sanguinis cupidus, nomine Aquilinus; qui cum fines Noricorum Præsidis functus Officio subintraret, scrutari ubique cœpit habitacula fidelium, tamquam leo rugiens, quærens quem devoret. Ingrediens tandem plenus crudelitate nobile castrum Laureacense (quod divitiarum copia, armorum virtute, populi numerositate, murorum amplitudine, famæ celebritate, adeo ceteris præeminebat, ut vix Romanam arcem præferri sibi pateretur) cœpit persequi & alligare cunctos, qui se Christianos profitebantur. Comprehensa est igitur magna fidelium multitudo: quibus ante Tribunal judicis constitutis, parati sunt pro fide Christi omnibus exigentibus reddere rationem; non eos metuentes, qui potestatem habent corruptibilis massam corporis dissolvendi, sed potius eum qui præter corpus etiam animam mittere valet in gehennam. Et quia nulla tormenti species eorum adamantina pectora potuit immutare, ideo subsannaverunt cassa molimina Præsidis, minas ipsius ac promissa levi vento similima reputantes. Quapropter jubet quosdam occidi, quosdam retrudi in carcerem, quo ad usque excogitaret, quibus tormentorum studiis præsentis vitæ solatio privarentur, si jussis suis obtemperare contemnerent. Divulgatur igitur rumor per universum regionis circuitum de Martyrum glorioso certamine.

B

sub Præside Aquilino

post captam magnam fidelium multitudinẽ

C

accensus desiderio martyrii,

3 Interea Florianus, inclytus miles Christi, florens ut palma exaltata, & quasi cedrus in Libano germinans, terrenis rebus tenui radice inhæsit, paratus opportunitate nacta pretiosam margaritam cœlestis Regni venditis omnibus comparare, & Christi vestigia nudus sequi. Tegebant enim vota Christianæ religionis ornamenta secularis militiæ, juxta similitudinem grani sub palea latitantis. Qui cum apud urbem Ceciam honorabilis, ut dictum est, haberetur; audivit qualiter Aquilinus Præses ausu temerario Confessores Christiani nominis diris verberum cruciatibus exstirparet: & condolens meadullitus eorum innocentiæ, desiderio mox accenditur passionis; ut sicut præiret dignitate transitoria, sic præcelleret sempiterna. Compassibilis enim caritas in corde suo id effecerat, ut potius vita præsenti vellet distitui, quam diræ necis fidelium auditum lamentabilem tolerare. Talibus ergo desideriis succensus, socios suos reliquos fideliter adhortatur, ut ardor similis pectora eorum inflammaret: & valediceus suis pariterque manu mittens, iter cum *e* quadraginta militibus festinus arripuit, terram propriam velut Abraham derelinquens. Appropians autem mœnibus Laureaci, qua Sancti torcular calcantes martyrii, vestes suas rubicundo sanguine conspersérant; vidit nuntios præfati tyranni de longe adventare, paratos more vulpecularum vineam Domini morsibus nefariis demoliri. Quibus dum super pontem Anesi intrepidus occurrisset, causam eorum velocis itineris scisciatur. Cui vultu placido, utpote viro reverendo, protinus responderunt: Numquid non nosti quod Romani Principes, missis decretis, universum mundum talibus astrinxerunt, ut ubique locorum majestas deorum, per quos Romana viget potentia & respublica incrementum recipit, sacrificiis debeat honorari? Insuper comprehendi jubent quosdam vesanos, qui Christum ignominiose crucifixum colunt; & deos nostros invictissimos contemnentes, eorum templa astruunt subvertenda: & nisi à sacrilega superstitione cessaverint, deosque nostros adoraverint, diversis suppliciis interibunt. Præses igitur direxit nos, ut hujus sectæ sacrilegos perscrutemur, & vinctos suis conspectibus præsentemus. Continuo Martyr intrepidus, quia cupiebat dissolvi & esse cum Christo, dixit legatis: Fratres & commilitones, si quæritis servos Domini Jesu Christi, qui de cælis ad terram veniens morte sua mortis imperium superavit, humanumque genus tamquam fidus opilio Angelorum cœtui aggregavit; revertentes nuntiate Præsidi, quia ego Christianus sum, & hic præsto sum. Præterea sciat Præses, quod illi soli Deo milito, & omnia dura pati pro ejus amore desidero.

D

assumpta secum XL *militibus Christianis*

e

occurrit Militibus,

E

se Christianum profitetur:

oblatus Iudici,

4 His auditis milites, qui missi fuerant, felle commoti, continuerunt aures suas, velut aspidis surdę, quæ obturat aures suas, ne possit audire vocem venefici incantantis sapienter. Et comprehensum eum præsentaverunt præfato Iudici, dicentes: Quid aliud quærimus? Ecce Florianus Princeps Officii nostri, maligna suggestione deceptus, fatetur se fore discipulum ejus, qui dicitur Christus. Mox Præses, velut sterilis ficulnea, quæ fructum non parit, sed terram inutiliter occupat, invidens etiam alienæ fertilitati, contra ipsum furore nimio inflammatur: condescendens tamen suæ nobilitati, blandis prius sermonibus ipsum aggreditur, si forte sic posset eum à proposito suo revocare. Eo vero in suo voto immutabiliter persistente, asperrimis minarum terroribus flectere satagit cor ipsius sacrificiis idolorum. Quibus etiam minarum terroribus frustra impensis, præcepit Aquilinus, ut juxta præcepta Imperialia magnum Iovem velocius adoraret, alioquin velut rebellis Imperio gravius puniretur. At ille, quia vivum & placens se Domino dederat holocaustum, Iovis simulacrum respuit, dicens ad Præsidem: Non ego colam saxa tua, deitatis honore vacua: sed tu, qui saxeus es, & ratione velut saxa cares, saxeis diis debes honorem impendere. Tum Præses ira repletus, jubet ipsum invitum trahi ad sacrificium, si forte sic superari posset. Beatus autem Florianus elevatis oculis in cælum oravit, dicens: Domine Iesu Christe, spes & summa salus omnium te invocantium, in te speravi & te negare non possum: sed tibi milito, & laudis sacrificium offero. Protege me dextera tua, & ita mihi

F

non movetur blanditiis aut minis,

invocat coram omnibus Christũ

A mihi tolerandi virtutem. Suſcipe me ad Sanctos Athletas tuos, qui ante me converſi, confeſſi ſunt nomen tuum. Indue me, Domine, ſtola candida virtutis tuæ: confirma Spiritum ſanctum tuum in me, & ne permittas me commutari à diabolo, quoniam conſilium malignantium obſedit me, & tauri pingues dilacerare me cupiunt. Sed tu, pie Paſtor, ſcutum tuæ protectionis accipe, & tu veni in adjutorium tironi tuo: quia tu es benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

fuſtibus tunditur.

5 Mox fervida flamma ſuccendit pectus Judicis, plenum irarum fomite, eo quod nullam præceptis ſuis videret reverentiam exhiberi. Juſſit igitur ut latera ejus cum tergo fuſtium ictibus fortiter tunderentur. Cum autem diutius cæderetur, adeo vultum hilarem prætendebat, ac ſi refrigerio frueretur. Et volens exemplum ſuę conſtantiæ ſe fidelibus præſtare, dixit ad Præſidem: Corporis mei poteſtatem habes; ſed non animæ. Ideo noce quantum potes: quia nullo modo tuis præceptis acquieſcam. Ut autem cognoſcas quod tormenta tua non paveam, ignem vehementem accendi præcipias, & ſuper eum

B in nomine Dei mei ſecurus incedam. Tum Præſes, inter diros verberum cruciatus, eidem denuo perſuadebat, ut diis offerret libamina, dixitque ei: Floriane amiciſſime, annue præceptis meis, & immenſis te muneribus honorabo. B. Florianus reſpondit: Juſſioni tuæ pareo quantum decet militem. Abſit autem à me, ut dæmonibus ſacrificem aut, eorum phantaſmata adorem. Præterea verba tua, tamquam plena ludibrio, reſpuo: ſed Chriſtum verum Deum adoro, quem etiam colui cum adhuc humanam militiam exercebam.

paratus incedere per ignem.

adhuc gravius fuſtigatur,

6 Poſt hæc jubet ipſum Tyrannus multo gravius fuſtigari, ut lapis ille pretioſus magis politus, in ſtructuram ſupernæ Jeruſalem aptior fieret. Sed nec vinci poterat: quoniam interior homo tantæ contemplationis dulcedinem guſtaverat, quod exterior plagas illatas minime ſentiebat. Tunc ſceleratiſſimus Aquilinus acrius furens, præcepit ſcapulas ſancti viri

ferreis uncis lacerantur,

ferreis uncis radicitus evelli. Ipſe vero Deus eidem ſcapulis ſuis taliter obumbravit, ut omnia pœnarum genera pro nihilo duceret: imo pro Chriſti nomine mucrone fidei ſtrenue dimicans, profanos tortores penitus confutaret.

C 7 Videns autem Præſes, quod eum ſuperare non poſſet, exacuens linguam ſuam, ut gladium, infremuit & ait: Ecce magus iſte nobis fortior exiſtit, & niſi diræ mortis ſententia prematur, ſtudiis magicis omnem ſubverret populum: & quod deterius eſt, ſuperſtitioſa Chriſtianorum præſumptio adeo roborabitur, quod templa deorum noſtrorum deſtruantur, & fiat noviſſimus error pejor priore: magis ergo convenit unum hominem interimi, quam eunctum populum in errorem deduci. Continuo dedit in eum ſententiam dicens; Suſpendatur lapidea moles in collum ejus, & præcipitetur de ponte in flumen Aneſi: ut ſui ſequaces hac pœna territi, à ſua ſtultitia reſipiſcant. Sic ſaxeus Aquilinus, ob amorem ſaxeorum deorum, ſaxo punit Athletam Chriſti fortiſſimum, dum ſaxis offerre libamina reſpuit. Beatus igitur Florianus, data ſuper ſe mortis ſententia, gaudens & exultans ibat ad locum ſupplicii: quoniam ad vitam ſe credidit pervenire æternam. Cum autem pontis medium, ubi præcipitari juſſus fuerat,

orat expanſis manibus,

attigiſſet; appenderunt collo ejus ſaxum graviſſimum: miniſtri tamen nefandi ſceleris, victi prece Martyris, orandi ſpatium conceſſerunt. Et ſtans contra partes Orientis, expanſis ad Deum manibus offerebat in ara cordis mundarum precum holocautomata: quia fervor divini amoris pectus ejus viva flamma jam accenderat. Dedit autem Dominus tantam virtutem precibus intra ſe fuſis, quod ſævi tor- D tores manus ſibi verebantur immittere. Et cum orandi ſpatium unius horæ fere jam compleſſet, accurrens juvenis, maligno ſpiritu agitatus, aſtantes redarguit, dicens: Quid hic tota die otio vacatis? Cur invicti Præſidis juſſa negligitis? Num & vos ſacrilego dogmate corrupti eſtis? Et irruens in eum furibundus, fortiſſimum Chriſti agoniſtam, in oratione ſtantem, & ſaxi molem collo gerentem, dejecit in fluvium. Confeſtim juſto Dei judicio pœnam emeritam pro tanti auſu facinoris excepit: oculi namque ejus cre-

præcipitatur de ponte in flumen.

puerunt, ut interior cordis cæcitas exteriore caligine manifeſta fieret. Martyre vero ad ima cadente, ſuſcepit unda ſtupefacta venerabile corpus cadentis; &

miniſtro præcipitationis oculis privato.

in altum ſe erigens, in cacumine cujuſdam lapidis collocavit. Sicque Dei providentia factum eſt, ut Martyri ſancto paſſo pro petra Chriſto, per appenſionem gravis petræ, daretur locus requietionis in eminenti petra. Moxque durities petrę Divino nutu in ſeipſam juxta longitudinem Martyris reflexa, locum ſancto corpori quieſcendi tribuit, quemadmodum in præſentiarum cernitur. Quo facto Chriſtus, firmiſſima ſuorum cuſtodia dilectorum, cuſtodem ſibi cælitus aquilam deſtinavit; ut per avem ratione carentem, irrationales actus veſani Præſidis confu-

Corpus ejus ab Aquila cuſtoditur.

E taret. Quæ tamquam cuſtos fidiſſima, non devorans, ſed conſervans corpus exanime; ſalutiferæ Crucis ſignum expanſis alis ſuper ipſum expreſſit: ut creaturam rationalem deteſtaretur, quæ fidem Chriſti evacuare nitebatur, & Crucis myſterium abhorrebat.

à Valeria vidua ad ſepeliendum abducitur.

8 Tunc quædam religioſa vidua, nomine *f* Valeria, omnium virtutum munere ditiſſima, à B. Floriano per viſum monita, ſacratiſſimum corpus occulte ſepeliendum rapuit. Et quia rabiem Gentilium formidabat, eo quod eſſet adhuc lucerna latens ſub modio, circumvoluit reverendum corpus & theſaurum virgultis & frondibus, vehiculoque imponit, quaſi hortum ſuum ſepis auxilio diſponeret munire. Et quamvis illa ſtella clariſſima, ramuſculis abſcondita, eclipſin corporis pateretur; miraculorum tamen radiis coruſcabat. Nam cum fidelis illa matrona iter ſuum metu Gentilium celare contenderet;

animalia laſſantur,

animalia, quæ ſanctum corpus ducebant, ſiti ac æſtu laſſata, dum perveniſſent fere ad locum, ubi Martyr ſe humandum monſtraverat, adeo defecerunt, ut ultra progredi non valerent. Sed prudens femina, mittens manum ſuam ad fortia, opem divinæ miſericordiæ ſuppliciter poſtulabat, dicens in hæc verba: Domine Jeſu Chriſte, cujus munera præſto ſunt omnibus, qui puro corde tua poſcunt ſuffragia: adeſto mihi famulæ tuæ, & fac me inceptum iter perficere. Mox Chriſti benignitas, quæ Sanctos ſuos

F mirificat, volens etiam venerandas Reliquias prædicti Martyris gloria decorare, juſſit erumpere de terra

fons erumpit

fontem affluentiſſimum: qui manens aquis indeficientibus, memorabile factum uſque hodie proteſtatur. Hoc autem ideo, ut per omnia elementa ſanctitas glorioſi Martyris probaretur. Aqua enim, in altum ſe erigens, corpus ſacrum reverenter in petræ

quo refecta animalia, vires recuperant.

cacumine poſuit: petræ durities, ex ignis elemento proveniens, in ſeipſam reflexa, locum quieſcendi tribuit: aër aquilam cuſtodem dirigit: terra de abyſſo fontem producit, ex quo fonte dum refecta fuiſſent ſufficienter animalia, onus pretioſum vehentia, incepti curſum itineris ſine laſſitudinis obſtaculo peregerunt.

corpus ſepelitur:

9 Veniente autem memorata vidua ad locum ſibi divinitus aſſignatum, cum debita devotione tradidit ipſum eccleſiaſticæ ſepulturæ cum feſtinatione, propter imminentem amariſſimæ perſecutionis formidinem. Et ut ampliori reverentia corpus humatum veneraretur in terris, oſtendit Dominus prope

EX MSS. tumulum illius permulta miracula, quam celebris in aula cæleſtis patriæ haberetur. Quotquot enim ægrotantes illuc confluxerunt, ſanitatis beneficium acceperunt. Acta autem ſunt hæc circa annum Domini *g* trecenteſimum, tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum.

g

10 In quodam monaſterio ſibi dicato, dies natalis prædicti Martyris agebatur: ad quam ſolennitatem dum maxima multitudo hominum ex diverſis regionibus confluxiſſet, quidam etiam Miles devotionis cauſa, mortales habens inimicitias, adventat. Qui cum à ſuis hoſtibus in cœmeterio graviſſimis fuiſſet vulneribus ſauciatus; vi compulſus ad monaſterium confugit, corruens ante altare ſemivivus. Ubi dum per modicum quieviſſet, cunctis admirantibus ſurrexit incolumis, omnibus vulneribus ſanatis.

Sanatur ſubito graviter læſus,

11 Cum quidam cliens quamdam capellam, in honore prædicti Martyris conſecratam, violento brachio ſpolii cauſa confregiſſet; & malo malum ſuperaddens, poſt deprædationem incendio funditus devaſtaſſet; in obſequio Domini ſui denuo ſe recepit. Cumque ſtaret coram eo quaſi ſecurus, ſcyphum manu tenens, divino judicio ſubito corruit, & ſpiritum exhalavit. Ipſa vero capella longo tempore ſine reformationis beneficio exiſtente, accidit ut

incenſor ſacelli S. Floriani ſubito obit:

B

h

quidam Abbas Ordinis *h* Ciſtercienſis, cujus monaſterium eidem capellæ fuit contiguum, adeo gravem perſecutionem à Fratribus pateretur, ut etiam Abbatiam dimittere cogeretur. Eodem tempore quidam monachus ejuſdem Ordinis, qui B. Florianum ſpecialiter diligebat, caſu quodam ſuperveniens, audivit de capellæ deſolatione, & de Abbatis depoſitione. Et advocans eum, qui depoſitus fuerat, conſilium ſibi dedit, ut Deo & B. Floriano promitteret, quod capellam dirutam reformaret, & ſine dubio gradum reciperet priſtinæ dignitatis. Qui dum votum hujuſmodi emiſiſſet, & etiam poſtmodum compleviſſet; ad priſtinum honorem in brevi ſpatio meruit ſublimari.

reſtaurator recipit Abbatis dignitatem,

12 Cum tres latrones quamdam capellam S. Floriani intenderent ſpoliare, nec ingreſſum poſſent habere per oſtium; unus eorum tecto confracto inſiliit: & quærens inſtrumentum, quo feram confringeret, ut reliquis ſociis pararet introitum; ad quamcumque partem latro declinavit, illuc etiam imago prædicti Martyris ſe convertit. Quod dum latro conſideraret & ſtaret ſtupefactus, redarguitur à ſociis foris ſtantibus, cur moram faceret in aperiendo: & narrans eis viſionem, juſſerunt ut faciem imaginis, altaris mappa velaret, ne poſſet intueri quid faceret. Uſus igitur eorum conſilio, ſocios intromiſit, qui aſportaverunt inde quidquid volebant: & cum non longe ab eccleſia diſceſſiſſent, unus eorum, qui faciem imaginis velare juſſerat, in furiam converſus, miſerabiliter expiravit. Alter vero in equo reſidens, in Danubium ſemetipſum præcipitavit, & ſic vitam finivit. Tertius vero qui introrſus fuerat, videns ultionem divinam, compunctus corde ad Sacerdotem properat, & ei omnia quæ geſta ſunt ſecundum ordinem confitetur.

Imago contra latronem ſe convertit.

C

Sacelli expilatoribus duobus extinctis,

tertius emendatur.

13 Quædam femina religioſa tanto tempore ægrotaverat, quod viribus corporis omnimode deſtituta, uſum etiam pedum habere non potuit. Cumque ſic decumberet, vidit ſomnium, quaſi multitudo languentium juxta fontem S. Floriani quieſceret, & ſanitatem cælitus expectaret. Ipſis vero moram ibidem aliquantulam facientibus, unus ægrotantium clamavit dicens: Curationis beneficium non accipimus, niſi prius veniat talis femina, nominatim expreſſa. Evigilans autem mulier Sacerdoti viſionem recitat, & ut eam ad fontem duci faciat, Miſſamque pro ea de prædicto Martyre peragat, obnixius ſup-

Sanantur

ſanctimonialis viribus corporis deſtituta,

plicat. Sacerdos igitur ejus petitioni ſatisfaciens, ipſam tranſduci, & ad fontem deponi juſſit: ipſe vero Miſſæ officium inchoavit. Mirabile dictu! Circa medium Miſſæ, mulier ad genua ſe erexit, & poſt puſillum ad venias ſe proſtravit. Sicque factum eſt, ut quę manibus portantium ſubnixa intraverat, completo officio, per merita prædicti Martyris, ad clauſtrum ſine adjutorio remearet. D

14 Cum quidam operarius, ibidem ubi Sanctus ſepultus eſt, de muro monaſterii corruiſſet; & confractis genitalibus dolore vehementiſſimo gravatus, in monaſterio reſideret; aliis exeuntibus, ipſe foras egredi non valebat. Quapropter ad altare in medio monaſterii poſitum ſeſe inclinavit: ubi dum per modicum tempus quieviſſet, ſurrexit ſanus, nullum deinceps ex eadem ruptura gravamen perſentiens.

è lapſu paſſus rupturam in genitalibus.

15 Hæc & alia beneficia quæ enumerare longum eſſet, Dominus per merita B. Floriani quotidie operatur. Igitur, beatiſſime Floriane, purpureæ flos innocentiæ; ad veſperam vitæ mortalis, quæ luceſſit Sanctis in requiem; ad finem curſus ſtadii præſentis, dum bravium accipitur Dei miſerentis; nobis tarde currentibus, tua fide, ſpe & caritate, ut ad regnum perveniamus ſupernum, ſuccurre nunc & in æternum. Quod nobis præſtare dignetur Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Amen.

Sanctus invocatur:

E

ANNOTATA.

a Teutonicus, *id eſt* Germanus; *& tempore hujus ſcriptoris Noricum, uti modo eſt, Germaniæ adſcriptum fuit. Nomina* Floriani, Florentii, Flori *Romana ſunt, an ſcriptor, ipſe natione Germanus, nationis ſuæ honori velificaverit, poſſet dubitari. Notus eſt Florianus qui fratri ſuo Tacito Imperatori conatus ſuccedere, intra dies ſexaginta obiit, vivente tunc S. Floriano.*

b *Eſt pars hodiernæ* Bavariæ *in antiqua Noricorum ditione, & S. Florianus inter Bavaros Sanctos à Radero lib.* 1 *Bavariæ ſanctæ & Andreæ Brunner lib.* 4 *Annalium Bojorum & aliis refertur: eique S. Tozzo Epiſcopus Auguſtanus in Waltenhofen, ad fluvium Lyci in Bavaria, conſtruxit eccleſiam ſeculo* 7, *de qua conſule S. Tozzonis Vitam* 16 *Ianuarii num.* 10. *De Bojorum veſtigiis ſuper Aniſum in Auſtria agit Lazius de Migrationibus gentium lib.* 7 *pag.* 227.

c Auſtria ſuperior *proprie hic intelligitur.*

d Cetius mons *celebris eſt apud Ptolomæum lib.* 2 *Geographiæ cap.* 14 *&* 15, *collocaturque terminus Norici & Pannoniæ ſuperioris, ac dicitur modo* Kalenberg: *ubi &* Cetia munitio *fuit, jam pagus* Zeiſſelmaur, *quaſi* Cætiæ murus *dictus, inter montem Kalenberg & Abendwertum, haud procul à Tulna oppido,* 4 *leucis Germanicis Vienna diſtante. Conſule Lazium lib.* 12 *Reip. Rom. ſec.* 7 *cap.* 9, *Merianum in Topographia Auſtriæ, & alios.* F

e *Hos etiam* 40 milites *una aſſumptos aſſerit Cuſpinianus. At* 40 *milites in prioribus Actis ante Laureaci capti, multis ſuppliciis cruciati, dicuntur carceribus inclusi.*

f Valeria *cum titulo* Beatæ *inſcripta eſt Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier ad hunc diem.*

g *Imo anno* 303, *cum graviſſima contra Chriſtianos prodiiſſent edicta.*

h *Ordinis Ciſtercienſis* 7 *monaſteria in Archiducatu Auſtriæ enumerat Iongelingus: ex quibus monaſterium* Wilaria, *vulgo* Wilhering, *ſitum eſt ad ripam Danubii infra Lintzium, quod forſan hic intelligitur.*

DE TRANSLATIONE CORPORIS IN POLONIAM, EIUSQUE CULTU.

1 *Duæ Sacri corporis B. Floriani Martyris indicantur Tranſlationes: altera è Norico Ripenſi ſive Auſtria*

A *ſtria ſuperiore ad urbem Romanam : altera inde in Poloniam. Quo autem modo prior contigerit Tranſlatio, hactenus non potuimus aſſequi: Plurimas clades paſſa eſt Auſtria ab Hungaris vicinis adhuc Ethnicis, à quibus cœnobium antiquum S. Floriani deſtructum fuiſſe ſupra ex Wigulcio Hundio diximus. Forſan tum aliqui monachi, è Benedictina familia, furorem Hungarorum declinantes, fugerunt in Italiam, & amore ſingulari erga S. Florianum Patronum ſuum accenſi, ſacras ejus Reliquias una cum Actis martyrii ſecum detulerunt Romam, ac Summo Pontifici alicui obtulerunt. Hæc ſic potuiſſe fieri non eſt quod dubitemus. Reipſa hoc aut ſimili aliquo factum modo fuiſſe, colligunt Poloni ex Actis ſecundæ Tranſlationis, quando ſacrum Corpus Romæ in Poloniam portatum fuit.*

Corpus delatum Romam traditur

& inde in Poloniam :

2 *Hiſtoriam Tranſlationis deſcribit Martinus Cromerus, libro ſexto Rerum Polonicarum, in Caſimiro è Sandomirienſi Duce in Principem univerſæ Poloniæ aſſumpto, & iſta tradit :* Impetrarat à Pontifice Maximo Lucio, ejus nominis tertio, Reliquias Floriani Martyris, eaſque ab Ægidio Mutinenſi Epiſcopo allatas, ad ſeptimum milliarium à Cracovia, cum ingenti omnis generis hominum caterva, & ſolenni Sacerdotum pompa obviam progreſſus, reverenter exceperat & in ſuburbano Gracoviæ ſeptemtrionali, quod poſt in formam

B oppidi redactum Cleparia nunc dicitur, extructo magnifico templo, collocarat : idque templum ſplendida ſupellectili dotaverat, & Collegium Sacerdotum Canonicorum in eo inſtituerat, attributo iis cenſu luculento tum de ſua tum de Gedeonis Epiſcopi beneficentia : peculiariter autem Præpoſito maximam partem redituum, parœciæ Divi Michaëlis Rupenſis detractam addixerat, & ſumma veneratione novum hoſpitem & Patronum proſequebatur. Forte dies, Martyris memoriæ ſacra, quæ ad quartum Nonas Maji anniverſaria inſtituta eſt, advenerat : ibi Caſimirus totum eum diem rei divinæ in æde Divi, & piæ in egenos & afflictos largitioni dedit. *Hæc ibi Cromerus. Regnavit Princeps Caſimirus ab anno* MCLXXVII, *uſque ad annum* MCXCIV. *At* Gedeon ſive Gedeo, XVI Epiſcopus Cracovienſis, *aſſumptus anno* MCLXVI ſedit annis viginti, mortuus MCLXXXVI, Cracoviæ ſepultus : cujus tempore S. Floriani Reliquiæ Cracoviam apportatæ, & eccleſia ejus nomine fundata. *Ita Vitæ Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Cracovienſium, poſt Chriſtophorum Katski à Ioanne Cæſario anno* MDCXXXIII *editæ. Et hæc de Principe & Epiſcopo qui ſacras Reliquias exceperunt. At qui donavit fuit Lucius* III *Papa, qui*

C *præfuit Eccleſiæ ab anno* MCLXXXI *uſque ad annũ* MCLXXXV. *Qui autem juſſu Pontificis attulit Reliquias in Poloniam fuit Ægidius, è Garzoniæ gente, Bononienſis, poſtmodum creatus Epiſcopus Mutinenſis, anno ſcilicet* MCXCV. *Ab anno deinde* MCCVI *Archiepiſcopus Ravennas, in hac tranſlatione à poſteris ſcriptoribus per quamdam* ἀθέλψιν *appellatur Epiſcopus Mutinenſis.*

Hiſtoria Tranſlationis à Cromero deſcripta

Patrocinium & cultus in Polonia.

3 *Eſt autem* S. Florianus miles & Martyr in regni Poloniæ Patronum *aſſumptus, coliturque hac die quarta Maji, & ubi non fuerit Eccleſia S. Floriani pridie Veſperæ de Inventione ſanctæ Crucis dicuntur, & à Capitulo fit de S. Floriano, cum commemoratione ſanctæ Crucis & S. Monicæ. Vbi vero fuerit eccleſia S. Floriani, integræ Veſperæ de eo fiunt. Porro tam Hymni ad Veſperas & Laudes, quam variæ Antiphonæ & Reſponſoria deſumpta ſunt & exornata ex Actis paſſionis S. Floriani jam datis. Omnium compendium continetur in tribus Lectionibus, quæ primo die in Nocturno ſecundo ad Matutinum recitantur, & hic ſubjunguntur.*

Lectiones de eo.

AUCTORE G. H.

4 Florianus Martyr paſſus eſt Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, perſecutione decima, eaque ultima. Cum * Thecliæ audiviſſet, quadraginta milites, qui ſub ejus ſignis aliquando ſtipendia merebant, Laureacum Norici martyrii cauſa ablegatos, ac ibi variis tormentis conſumptos eſſe ; feſtine ad illud oppidum ſe contulit : turpe putans, veteranum in tam pulchra victoria à tironibus vinci. Comprehenſus ſiſtitur Aquilino Præfecto. Qui cum in confeſſione Jeſu Chriſti conſtanter perſeveraret ; fuſtibus, Præfecti juſſu, ſemel atque iterum cæditur in ſcapulis, deinde ferro acuto graviter verberatur. Ad extremum, ſaxo ad collum appenſo, in fluvium Anaſum dejici jubetur.

* al. Cæciæ

Vltro ſe offert Præſidi.

5 Gaudens ibat à conſpectu Judicis Florianus. Ad pontem ubi venit, impetrat orationis tempus. In qua cum tota hora commoraretur ; audacior quidam accurrit ; ac Martyrem in fluvium dejecit, in quem confeſtim cecidit caligo & tenebræ. Sed ecce Dei ſervis ſerviunt omnia : deportat fluvius Sancti corpus, & ad ſaxum exponit. Mittitur à Deo inuſitatæ magnitudinis aquila, quæ corpus Sancti ab omni protexit injuria. Apparet demum in ſomnis piæ

E cuidam mulieri Valeriæ, ac ut corpus ſuum condat, admonet. Romam poſtea transfertur, ac cum Principibus Diaconis Stephano & Laurentio collocatur, magno urbis ſolatio ac præſidio. Nam ejus adventu omnis barbarorum furor, qui tum urbem ac univerſam Italiam vexabat, reſedit, paxque optata reſtituta eſt.

Martyr obit :

Corpus Romam defertur,

6 Tandem anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo tertio, Caſimirus, bello & pace clarus Poloniæ Princeps, una cum Gedeone Epiſcopo Cracovienſi, ad Lucium Tertium ſummum Pontificem mittunt ; precantes, ut illis alicujus è Sanctis Martyribus oſſa impertiatur, qui genti & urbi contra Pruſſos, Tartaros, aliaſque barbaras gentes pro muro & vallo eſſet. Mittuntur ergo per Ægidium Epiſcopum Mutinenſem ſacra oſſa. Gens tota cum Rege ſuo ad ſeptem milliaria tanto hoſpiti obviam effuſa prodit. Deponitur honorifice Martyr in templo à Caſimiro extructo : pars corporis in primarium templum defertur, ac in marmoreo altari includitur. Et ſicut Jeroſolyma Stephano, Roma Laurentio ; ita ſuo gaudet Polonia Floriano.

& Cracoviam tranſfertur anno 1183

F 7 *Aliqua memoria* Tranſlationis S. Floriani Martyris *notatur in Ms. Florario Sanctorum ad diem* XXVIII *Aprilis. Inter alias Reliquias, quæ Praga Vlyſiponem anno* MDLXXXVII *delatæ ad eccleſiam Domus Profeſſæ Societatis Ieſu, à nobis ad* XXV *Ianuarii memorantur, eſt aliqua* Reliqua S. Floriani Martyris, in XII ferculo *collocata. In Diario Metropolitanæ Pragenſis dicitur* S. Floriani Mart. inſigne fruſtum allatum Aquiſgrano *ad eccleſiam prædictam, anno* MCCCLXXII *per Carolum* IV *Imperatorem, cujus in hoc genere inſigne ſtudium paſſim hoc opere laudandum venit : ideoque petiimus, ſi quod de ea Reliquia inſtrumentum antiquum ibi habeatur, mitti nobis, ſed reſponſum accepimus non inveniri. Colitur* S. Florianus Martyr, *etiam hoc die* Vicentiæ *& Æſi in Piceno, & Scopulæ dicuntur habere corpus* S. Floriani Martyris *alicujus, ſed à dicto* Floriano *diverſi. De iis agit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.*

aliqua particula Vlyſiponæ.

alii Martyres Floriani dicti.

DE SANCTO SILVANO

G. H. *EPISCOPO GAZENSI MARTYRE,*

ET ALIIS XXXIX VEL XL MARTYRIBVS.

ANNO CCCXI.

Elogium ex Menol. Baſilii Imp.

Lluſtre horum Martyrum, ac potiſſimum S. Silvani Epiſcopi certamen celebratur apud Græcos & Latinos: quibus omnibus præivit Euſebius: ſed lubet primo loco proferre elogium ex Menologio Græco Baſilii Porphyro-geniti Imperatoris, quod facem claram reliquæ hiſtoriæ accendat, & eſt hujuſmodi. Die quarta menſis Maji. Certamen ſancti Martyris Silvani. Silvanus ſacer Chriſti martyr, fuit ex Gazæorum regione, primum quidem miles, poſtea vero propter Chriſtum abdicatis terreni Regis caſtris, militiam cæleſtis Regis Chriſti aſſumpſit. Quare & Sacerdotio magno dignus habitus, primum Presbyter dein & Epiſcopus ordinatus eſt. Cum vero Eccleſiæ ſibi creditæ regimini ſumma tolerantia incumberet, & multos ex ethnicis ſua doctrina ad Chriſtum adduceret: deprehenſus ab idololatris, & coram Cæſarienſi populo in medio conſtitutus, crudeliter cæſus eſt, deinde ſuſpenſus & flagellis exceptus, ac poſtea ad æris metalla effodienda damnatus: ubi cum plures ærumnas ſuſtinuiſſet, ac Chriſtum non ſolum profiteri non ceſſaret, ſed etiam aliis & maxime iis, qui cum ipſo erant ejuſdem pœnæ conſortes, Chriſtum verum Deum annuntiaret; una cum aliis quadraginta Martyribus, qui ab ipſo fidem Chriſti edocti fuerant, capite obtruncatus fuit. *Hæc in dicto Menologio. In antiquo Ms. Synaxario Claromontano Societatis Ieſu Pariſiis, in quo fere eadem recenſentur, additur,* Sacerdotio factus dignus, propter eminentiam urbanorum morum & caſtitatem vitæ, *ac tandem* capite plexus cum aliis quadraginta Martyribus, quorum alii erant ex Ægypto, alii ex Palæſtina prognati.

B

& Ms. Synaxario Claromontano.

una cum multis ad metalla damnatus Silvanus

Ex Euſebio habetur quod an. 308

2 *His relatis, quæ ab Euſebio indicantur proferimus. Primo is lib.* 8. *Hiſt. Eccl. cap.* 13 *refert* Præſides Eccleſiarum, qui religionis quam prædicabant, ſinceritatem fuſo ſanguine declararunt: *deinde,* Inter Martyres Palæſtinæ, *inquit,* Silvanus Gazæ urbis Epiſcopus, apud æris metalla, quæ ſunt in Phæno, cum aliis undequadraginta capite truncatus eſt. *In ſubjuncto autem tractatu de Martyribus Palæſtinæ accuratius ſingula, quæ ad S. Silvanum & hoſce Martyres ſpectant, deſcribit, ac cap.* 7 *iſta habet:* Cum quintus jam annus perſecutionis volveretur (*is eſt annus Chriſti* CCC VIII, *poſt narratum martyrium S. Theodoſiæ Virginis, de qua late egimus die ſecunda Aprilis*) Præſes *Urbanus*, ad reliquos Chriſti Confeſſores ſe transferens, omnes ad æris metalla, quæ ſunt apud Phænum Palæſtinæ damnavit. Poſt hæc die quinto menſis Dii, hoc eſt ut Romani dicunt, Nonis Novembris, in eadem urbe Cæſarea Silvanus, qui etiam tum Presbyter & Confeſſor erat, ſed paulo poſt ad Epiſcopatus honorem evectus, martyrium conſummavit; & alii quidam ejus comites, cum pro vera pietate ſingularem conſtantiam oſtendiſſent, ad opus in iiſdem metallis faciendum, ab eo quem dixi Præſide, condemnati ſunt, decretumque ut pedum junctura candente ferro prius ipſis debilitarentur.

C

& ibi poſt requiem aliquam,

Iterum capite 13 *iſta proponit*: Septimus jam perſecutionis annus ad exitum vergebat, & res noſtræ ſenſim ſine ſenſu calumniantium moleſtia liberatæ ad octavum uſque annum proceſſerant. Cumque in metallis æris apud Palæſtinam maxima Confeſſorum multitudo in unum congregata incredibili libertate frueretur, adeo ut eccleſias etiam extruerent; Præſes provinciæ, vir ſævus atque improbus, ut ex iis quæ adverſus Martyres geſſit perſpici facile poteſt, illuc delatus, audita illorum ratione vivendi, rem ſtatim ad Imperatorem retulit, quæcumque, uti ipſi viſum fuerat, calumnioſe in eos ſcribens. Dehinc Præpoſitus metallorum eo adveniens, velut ex Imperiali præcepto Confeſſores varias in turmas diſtribuit, & alios quidem in Cypro, alios in Libano juſſit incolere. . . Alii rurſus ibidem verſabantur, ſejunctam à ceteris regionem ſeorſum incolendam ſortiti: quotquot ſcilicet ex Confeſſoribus, ob ſenectutem, aut membrorum debilitatem, aut varios corporis morbos, ab opere faciendo immunes erant. Quorum princeps erat Silvanus, Gaza oriundus Epiſcopus, vir qui religionis Chriſtianæ abſolutiſſimum quoddam & venerabile exemplum extitit. Hic cum à primo ut ita dicam perſecutionis die, & per totum deinceps illud tempus, variis confeſſionis certaminibus inclaruiſſet, ad id uſque tempus ſervatus fuerat, ut omne illud in Palæſtina certamen poſtremus quaſi ſignaculo clauderet. . .

rurſum ab. 311 *vexatus*

E

demum cum ſociis 39 *capite plexus fit.*

4 Porro ſupradictos viros, qui ſeorſum degentes orationibus & jejuniis & hujuſcemodi exercitationibus more ſolito incumbebant, Deus quidem beato ac ſalutari exitu donare jam parabat, adjutricem illis porrigens manum. Verum hoſtis ille & bonorum omnium inimicus, cum eos ſemper armatos aſſiduis ad Deum precibus, & ad pugnam paratos ferre non poſſet, interficere, utpote ſibi moleſtos, atque è medio tollere ſatagebat. Quod quidem Deus efficere illi permiſit, partim ne ille à ſponte a ſua improbitate abſterreretur, partim ut iſti tot ac tantorum certaminum præmia tandem perferrent. Sic igitur undequadraginta homines, juſſu ſceleratiſſimi Maximini, uno eodemque die capite truncati ſunt. *Hactenus Euſebius, à quo indicatus annus* VIII *perſecutionis incidit in annum Chriſti* CCCXI, *quo adhuc ſæviebat in Oriente Maximinus Imperator. At Ioannes qui magno elogio laudabatur hoc* 13 *capite, videtur à Græcis in Menæis & in Synaxario Claromontano referri die* XX *Septembris, quando de eo agi poterit.*

F

Eumdem laudant Ruffinus

5 *Hactenus Græci cum Euſebio. Inter Latinos præivit Ruffinus Presbyter, qui lib.* 8 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ iſta cap.* 14 *ſcribit:* In Palæſtina primus Silvanus Epiſcopus apud Gazam, cum pleriſque Clericorum: in metallo autem Fanenſi quadraginta ſimul capite cæſi. *Ita editiones ejus anni* MCCCCLXXIX *& anni* MDXXVI. *Secutus Vſuardus ad hunc diem his verbis:* IV Nonas Maji In Palæſtina, civitate Gaza, natalis B. Silvani ejuſdem urbis Epiſcopi, qui perſecutione Diocletiani, cum plurimis Clericorum ſuorum, martyrio coronatus eſt: *deinde interpoſito S. Quiriaco iſta habentur:* Item in metallo Fanenſi ſanctorum Martyrum quadraginta, qui ſimul capite cæſi ſunt. *Quæ eadem conſequenter poſtpoſito S. Quiriaco, habent Ado, Notkerus & poſteriores Martyrologi. In die aſſignando præivit Martyrologium S. Hieronymi, in cujus apographo Epternacenſi ita legitur:* In Cæſarea natalis Silvani, Alexandri & aliorum XL. *In Ecgraphis Lucenſi & Blumiano hæc ita indicantur:* In Cæſarea natalis Sanctorum Silvani. In Alexandria XL Martyrum. *In Ms. Corbejenſi ſed Pariſiis excuſo appellatur* Silvinus, *&* Vibianus *additur. Similia in aliis Mss. leguntur. Qui hic* Vibianus *legitur, videtur*

Vſuardus & alii Martyrologi Latini,

poſt S. Hieronymum,

A videtur repetitus Urbanus, *inter Martyres Afros ante collocatus. Ita*, & Alexander, *in aliis* Alexandria, *interponitur. Num quia partim Ægyptii erant, ibidem aliquem cultum habuerint, an alia de causa, non lubet conjectare. In hodierno Martyrologio Romano ista habentur:* In metallo Phennensi Palæstinæ natalis B. Silvani Gazæ Episcopi, qui in Diocletiani persecutione Galerii Maximiani mandato, cum plurimis suis Clericis Martyrio coronatus est. Item Sanctorum triginta novem Martyrum qui ibidem ad metalla damnati, post ferri candentis ustionem & alia tormenta simul capite cæsi sunt. *In Notis allegatur Eusebius, qui, ut supra vidimus, asserit* jussu Maximini capite truncatos.

memoratur etiam 2 Maji.

6 *Graci aliis etiam diebus* S. Silvanum aliosque Martyres *celebrant: ac inprimis in Mss. Menæis, quæ Divione apud Petrum Franciscum Chifletium reperimus, ad diem secundum Maji referuntur, addito ad elogium distichо, alio pro S. Silvano, alio pro* XL *Martyribus, qui partim ex Ægypto, partim ex Palæstina dicuntur oriundi. De Silvano distichon hoc est.*

Τῆς λευκοῤῥόθρὸς Σιλβάνου λευκὴς κόμης
Βαφεὶς ἀέλσας γῆρας οἶδα κ' ξίφος.
Comam albicantem albo-rubei Silvani
B Tinxisse gladium & senectutem scio.

Martyribus quadraginta hi versus accinuntur. AUCTORE G. H.

Ἤγειρε διπλῆ Μαρτύρων εἰκὰς ξίφος,
Αἴγυπτος ἣς ἤνεγκε κ' Παλαιστίνη.
Duplam vicenam Martyrum gladius tulit;
Quos Palæstina protulit & quos Ægyptus.

7 *Præterea ad diem* XIV *Octobris refertur* S. Silvanus, *in Ms. Synaxario Claromontano & in Menæis excusis & apud Maximum Cythērorum, hoc elogio.* Silvanus ex Gaza oriundus, vir mitis ingenii & sinceræ fidei, Gazensis Ecclesiæ Presbyter, jam grandis natu ad populum Cæsareæ urbis perductus, flagris peracerbe cæditur, & in lateribus laceratur. Deinde ad æreas metalli fodinas damnatus, à fidelibus officio Pontificio præfectus est. Aliquanto vero post senio confectus, & imbecillitate fractus, capite plexus est. *Denique die quinta Novembris refertur* S. Silvanus ad metalla damnatus, *ubi omnino credendus hic Episcopus intelligi, quod hic idem sit dies, quo latam in ipsum ac socios Confessores sententiam istam indicat Eusebius: quodque eodem die in Martyrologio Basilii Imperatoris & aliis Græcis Mss. cum* SS. Domnino, Theotimo *& aliis non tantum*, ad metalla damnatus dicatur; sed expresse addatur in aliquibus, quod fuerit tandem capite plexus, *idque* sub Præside Palæstinæ Urbano.

14 *Octob.*

& 5 Nov.

DE S. SYNESIO MARTYRE,

DEPOSITO LVCÆ IN HETRVRIA.

G. H

IV MAII

Memoria in Fastis,

NTer Sacra corpora Sanctorum, *quæ in urbis Lucensis ecclesiis in Hetruria plurima adservantur, est corpus S. Synesii Martyris, cujus memoria celebratur in antiquis Martyrologiis Ecclesiæ Lucensis, quæ Franciscus Maria Florentinius post Martyrologium Hieronymianum à se editum adjunxit: in quibus ista habentur*: IV Nonas Maji S. Senesii Martyris. *Eodem die meminerunt illius Carthusiani Bruxellenses, in scriptis additionibus ad Grevenum his verbis*: In Luca civitate S. Senesii Martyris. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, anno* MDCVIII *excuso, sub nomine* S. Sentii *eum honorat, eodem* IV *Maji, his verbis*: Sentius, miles & Martyr, Lucæ hac die venerationem habet. Corpus enim illius in templo majore religiose adservatur, & memoria ejus anniversaria duplici ritu, non modo in civitate, sed & per diœcesim celebratur. Acta tamen Martyris ita periere, ut neque locus, neque tempus neque genus martyrii sciri contigerit. Solæ enim manent ejus reliquiæ, cum inscriptione, Martyris nomen continente. *Et in Annotatione addit*: An hac die passio illius recolatur, vel Inventio sive Translatio, neque id quidem scitur. *Quo ergo indicio* Militem *appellavit, si solum* nomen Martyris *ex inscriptione notum fuerit? Idem Ferrarius edidit anno* MDCXXV *Catalogum generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, ibique ita scripsit*: Lucæ in Hetruria S. Senesii Militis & Martyris, *atque, ut in Notis addit* alias Sentii. Ex tabulis Ecclesiæ Lucensis. Corpus ejus in Ecclesia Cathedrali asservatur. Cyzici passus sub Licinio traditur: cujus corpus primum Romam sub Damaso Pontifice, deinde Lucam translatum est, ut habent Mss. monumenta Ecclesiæ Lucensis: *ex quibus Cæsar Franciottus, in Historia & Vitis Sanctorum Lucensium, anno* MDCXIII *ediderat Italice Martyrium & translationem corporis S. Senesii.*

C

& apud Ferrarium

Martyrium Cyzici sub Licinio affictum ex Actis S. Theogenis.

2 *Nos in itinere nostro Romano bis illa Acta Latine descripsimus, primum Florentiæ in bibliotheca Medicæa Magni Ducis, pluteo* 20 *reperta, deinde Lucæ ex Ms. Legendario Ecclesiæ Cathedralis. Verum dum singula examinamus, deprehendimus eum, qui talia Acta seculo* XIII *post factam in novum altare translationem composuit, eodem modo illusisse Lucensium credulitati, S. Synesii passionem à se repertam mentiendo; quomodo circa Vitam S. Frigidiani, præcipui Lucensium Patroni, factum ab eo, qui ut Sanctum illum Hibernum esse & in Hibernia notum persuaderet, sub ejus nomine supposuit historiam S. Finniani Episcopi Magbilensis, dandam* X *die Septembris; idemque fecit in S. Silao, altero Lucensis ecclesiæ Patrono, applicans ei Vitam S. Sinnani, datam à nobis* VIII *Martii. Sane tota martyrii series, quæ hic attribuitur S. Synesio, spectat ad S. Theogenem sub Licinio Cyzici passum, à nobis ad ejus natalem, diem* III *Ianuarii edita, ex variis Mss. item ex Mombritio & Agonibus Martyrum mensis Ianuarii, extantque sed contracta apud Vincentium Bellovacensem lib.* 13 *Speculi historialis cap.* 60, *& apud Petrum de Natalibus lib.* 2 *Catalogi cap.* 41. *Ex eisdem Actis sua elogia sumpserunt Græci in Menologio Basilii Imperatoris, Ms. Synaxario Claromontano, Menæis excusis & Mss. Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, Latini etiam Martyrologi Florus, Rabanus, Notkerus aliique in variis Mss. ut non detur dubitandi locus, quin sint Acta dicti Theogenis Martyris, paucis hinc inde mutatis attributa S. Synesio Martyri.*

F

adjunctis crassis erroribus de translato corpore Romam.

3 *Verum impostura magis apparet in Translatione corporis, ubi iidem qui* corpus sepelierant Cyzici in Villa-Adamanti sub Licinio, tulissent Romam, *ubi* à Damaso Papa mirifica veneratione susceptum *dicitur, idque illo tempore*, cum cogerentur sacrificare, vel certe si contemnerent illud agere, gladio illorum capita amputarentur. *Constat interim Damasi electionem annis fere* LX *post excessum tyrannorum esse factam. Sed levia hæc forent nisi magis absurda sequerentur ista*: Decedente B. Damaso Papa successit in Episcopatu venerabilis Orosius. Tunc temporis tenebat Romanũ Imperium Constantius nepos Magni Constantini Imperatoris, qui petiit & impetravit à dicto Papa Orosio corpus jam sæpe nominati Martyris, & deduxit ad Lucanam civitatem, & ædificavit Ecclesiam B. Petri, & juxta altare collocavit corpus prælibati Martyris. *Hæc sunt in Ms. Florentino. Ast ubi somnians auctor intellexit aliquem Papam Orosium fuisse, eumque successorem S. Damasi. Cui anno* CCCLXXXII *vita functo, successisset S. Siricius, at quis tunc imperavit Constantius nepos Constantini Magni? Fuit hujus filius Constantius, sed is anno* CCCLXI *è vita decesserat, & dicto anno* CCCLXXXII *regnabant Gratianus,*

AUCTORE G. H.

nus, Valentinianus junior & Theodosius. Qui postea Acta in Legendario Lucensi reperta descripsit, ut dictos errores emendaret, jam relata sic contraxit. Tandem ab Orosio sanctæ Sedis Apostolicæ vice susceptus est; regnante Imperatore Romanorum, potestate quæsitus est S. Synesius ab Orosio Romanæ Ecclesiæ Pontifice, ut regia potestate deveniret, quemadmodum factum est. Suscepto autem corpore B. Senesii deductus est in Lucanam civitatem, & extra portam urbis collocatum in ecclesia S. Petri &c.

an corpus Lucam translatum seculo 8.

4 *Hæc ibi. Quæ omnia ut mera somnia jure neglexit Cæsar Franciottus,* & corpus S. Senesii Lucam delatum anno DCCLXXXVII *statuit, cum huic Ecclesiæ Lucensi præesset* Joannes I Episcopus. *Videtur Franciottus hac nixus conjectura, quod dictus Episcopus corpus S. Reguli Archiepiscopi Africani à Populonia, ubi fuerat à Totilæ Regis militibus martyrium passus, Lucam transtulerit; uti Ferdinandus Vghellus tomo I Italiæ sacræ in Episcopis Lucensibus, allato antiquo instrumento, explicat, & ad Kalendas Septembris dicendum erit. Præterea eodem Ioanne Sedente, urbs Luca nobilitata fuit miraculosa Christi crucifixi imagine, quam ferunt à Nicomedo effictam: hanc nobis cum anno* MDCLXII *Lucæ ad plures dies subsisteremus, venerandam aperuerunt Ecclesiæ Cathedralis præcipui Canonici. De ea autem legi possunt, quæ memoratus Franciottus latius describit.*

B

5 *Verum ut ad S. Synesium revertamur, hoc certum est, quocumque tempore delatum fuerit corpus Lucam, ibidem seculo Christi undecimo fuisse cum debita veneratione asservatii in ecclesia S. Petri, extra muros civitatis Lucanæ. Nam ut Acta in Ms. Florentino habent, tunc* à filiis ejusdem Ecclesiæ & Lucensi populo in eadem Ecclesia mirifice est facta crypta, & in ea decenter est collocatum corpus ab Anselmo Episcopo prædictę civitatis, Clero & populo multo conveniente: qui jam dictus Episcopus postea, non multo tempore currente, Romanæ Ecclesiæ Sedem honorifice tenuit, & Papa Alexander II nominatus est: in quo profecto loco multa exuberant beneficia, ad laudem & gloriam nominis Jesu Christi. *Hæc ibi. Dictus Anselmus adlectus fuit Episcopus Lucensis anno* MLVI, *at Pontifex Romanus creatus anno* MLXI, *Alexander* II *appellatur, mortuus* XXII *Aprilis anni* MLXXIII. *Ab hoc Alexandro* II *constitutus Episcopus Lucensis ejus nepos* S. Anselmus, *cujus Vitam illustravimus ad diem* XVIII *Martii. Deinde substituti fuerunt Episcopi* Gothifredus, Rangerius,

In crypta depositum seculo XI,

C

Rodulphus, *ac postea anno* MCXVIII *successit* Benedictus, *fato functus anno* MCXXVII. *Sub quo hæc circa corpus S. Synesii peracta traduntur in dicto MS. Florentino.*

ob aquæ abundantiam elevatum,

6 Cum in loco illo per occultos terræ meatus aqua sæpius redundaret, & fere usque ad medium altaris excresceret, Benedictus, Dei gratia sanctæ Lucanæ Ecclesiæ servus & Episcopus, solicitus extitit de thesauro recondito, ne videlicet aqua succrescens ossa beatissimi Martyris attingeret, ac per hoc in aliquo sanctum corpus læderetur. Unde factum est, ut præfatus Pontifex à Fratribus consilium peteret quid facto opus esset: plurima siquidem in loco prædicto totius Lucani populi, pro reverentia sanctissimi Martyris, devotio frequentabatur: qui etiam de aquarum redundantia, quam videbant, nihilominus dubitabant. Visum est igitur Episcopo ejusque Fratribus potius & utilius consilium, ut dubitationem hanc de medio auferentes, populi piæ intentioni consulerent, & devotionem eorumdem circa divinum cultum ac Reliquias Martyris augmentarent. Proinde ad prædictam ecclesiam S. Petri majoris venientibus, altare, sub quo jacebat Martyr Senesius, frangitur: locus, in quo latebat thesaurus venerabilis, recluditur: extra cryptam, ipsius Pontificis suorumq; Fratrum manibus, magna cum reverentia deportatur; & desuper ante altare Apostolorum Principis, interim honestissimorum virorum diligenter exquisita & adhibita custodia, collocatur. D

7 Quales ibi vigiliæ, quam solenniter & quam celebriter, & ab ipso Pontifice & ab omni vicissim Clero civitatis, per octo dies continuos ibi pernoctantibus, quantus etiam & quam assiduus virorum concursus; quanta erga Martyrem (sicut earum est consuetudo) devotissimarum mulierum frequentia, cereis & luminaribus, quæ plurima in singulis deferebantur vigiliis, per totam noctem & diem non ibi deficientibus, nullius unquam lingua sufficit enarrare. Octavo denique die convenit apud S. Petrum universa civitas, & de toto Episcopatu quam maxima multitudo. Affuit & Benedictus Pontifex, una cum omni Clero suo; & habita processione celebri, altare quod erat reædificatum mirabiliter benedixit, & per gratiam sancti Spiritus consecravit: sub quo Beati Martyris Senesii diligenter ac reverenter ossa recondita requiescunt

& in altari novo depositum anno 1124.

Anno milleno centeno bis duodeno;
Augustique die jam sexto bisque noveno

24 Augusti,

Ad cujus oratorium quicumque fideliter & recta intentione conveniunt, divinis per intercessionem Martyris perceptis beneficiis, non absque salute mentis & corporis ad propria redeunt. Credimus profecto quod ipsius interventu, qui conveniunt, lætificantur; & Lucana civitas meritis ejusdem protegitur atque defenditur, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. E

translatum in eadem Cathedrali anno 1513.

8 *Hactenus auctor Vitæ S. Senesii in Ms. Florentino. Verum* propter demolitionem fiendam de dicta ecclesia S. Petri ob necessitatem belli, quod dubitabatur per Florentinos indici adversus civitatem Lucanam, veneranda corpora S. Senesii & BB. Romei & Avertani, de consensu & auctoritate R. D. Vicarii Reverendissimi D. Cardinalis Episcopi Lucensis & etiam Capituli dictæ ecclesiæ Cathedralis, nec non & magnificorum Dominorum magnificæ civitatis Lucensis, de ipsa ecclesia S. Petri ad ecclesiam Cathedralem S. Martini de Luca, magna cum solennitate, anno MDXIII translata fuerunt, ad beneplacitum deponentium restituenda novæ ecclesiæ S. Petri Majoris: *uti latius continetur in Tabulis publicis, à nobis* XXV *Februarii ad Vitam S. Avertani* § 3 *editis. Franciottus in Catalogo Sanctorum, quorum sacra corpora in ecclesia Cathedrali servantur, ita interserit:* Corpus S. Senesii, in depositio, pro æde S. Petri majoris: *& recensitis Reliquiis ecclesiæ S. Petri majoris, addit:* Huc debent suo tempore referri tria sancta Corpora, videlicet S. Senesii Martyris, & SS. Avertani & Romei.

cum intentione illud restituendi, F

quod usque in an. 1644 dilatum,

9 *Et ipsum quidem S. Petri templum fuit circa annum* MDLXXXVIII *nobili structura restauratum à fundamentis, ac vulgo jam nuncupatur* ecclesia Dominæ de miraculis, *propter miraculosam ibidem Deiparæ imaginem: sacrorum autem corporum restitutio dilata fuit, propter dissidia quædam desuper suborta usque ad annum* MDCXLIV: *quando factum de eadem restitutione instrumentum, quod ex Lucensis Reipublicæ Archivo, anno* MDCLXXVI *transcribendum nobis curavit Illustrissimus Marius Florentinius, nobilis illius Medici pariter & historici Francisci Mariæ Florentinii, hospitis quondam nostri & in hoc opere sæpius laudati atque laudandi, filius; ex Lucensis Ecclesiæ Diptychis, à suo quondam patre collectis sed adhuc ineditis, addens,* Brachium S. Synesii in ecclesia S. Mariæ curtis-Orlandingorum servari & coli, apud Religiosos Presbyteros Congregationis Matris Dei, *quæ ex eadem Florentinia familia habuit ipsius Francisci Mariæ fratrem* P. *Hieronymum, virum eruditum etiam ipsum, & libris nonnullis editis clarum. Instrumentum prædictæ restitutionis, ex Italico Latine redditum, hujusmodi est.*

10 In

A *quando reſtitutionem poſtulantibus eccleſiæ S. Petri Canonicis,*

10 In nomine Domini Quandoquidem ex Inſtrumento per qu. Petrum Joannis Pauli de Piſcilla, ſub annum MDXIII die XXXI Auguſti confecto pateat, quod adm. Illuſtre ac Reverendiſſ. Capitulum adm. Illuſtrium ac Reverendorum Dominorum Canonicorum Cathedralis Lucenſis receperit in depoſitum corpora S. Syneſii & BB. Romæi & Averardi ſeu Avertani, quæ fuerant in eccleſia Collegiata S. Petri Majoris, à Dominis Canonicis, Præfecto fabricæ atque uno ex Parochianis ejuſdem eccleſiæ, tenenda, ſervanda, & cuſtodienda pro beneplacito dictorum Dominorum Deponentium, ac deinde reddenda reſtituendaque DD. Rectori, Canonicis & Parochianis illius eccleſiæ S. Petri Majoris, ad quamcumque eorum requiſitionem ac voluntatem, idque ſub pœnis atque in forma ac modo in eodem Inſtrumento expreſſis. Quandoquidem etiam adm. Ill. ac Rev. D. Laurentius Bonviſi, in præſentiarum eccleſiæ S. Petri Majoris bene meritus Prior, apud prædictum Eccleſiæ Cathedralis Capitulum inſtiterit, ut in virtute contractæ obligationis dignetur reſtituere corpora illa ſancta.

eadem per deputatos Capituli Cathedralis,

11 Ipſum adm. Ill. ac Reverendiſſ. Capitulum, competenti numero congregatum, die IV Martii anno MDCXLIV inter alia decrevit, ut Domini Primicerius Sigiſmundus Puccini, Franciſcus Galganetti,

B & Felix Trenta, ante hac ad d. reſtitutionis negotium deputati, plenam habeant auctoritatem conſultandi decernendique id quod deſuper utilius factu judicarint, pro ipſius Reverendiſſ. Capituli commodo, pro prima functione futura in feſto ipſius S. Syneſii, deſuperque conficiendi publica inſtrumenta, ſub iis pactis & conditionibus quæ & qualia expedire cenſuerint.

facta eſt in manus Prioris S. Petri,

12 Hac ergo auctoritate inſtructi Domini prædicti . . . dant & conſignant adm. Ill. ac Rev. D. Laurentio Bonviſi Priori, ad hoc conſtituto ab eccleſiæ ſuæ Canonicis, per actum à me Notario publico rogatum ſub die XXVIII Aprilis, & D. Joſepho Baroni, moderno Fabricæ S. Petri Majoris Præfecto, prædicta corpora S. Syneſii, & BB. Romei & Averardi ſeu Avertani, transferenda quandocumque & quomodocumque ipſis libuerit ad jam d. eccleſiam, ut ibi deinceps more ſolito honorentur ea conditione ut Reverendiſſ. Capitulum jus ſervet celebrandi Miſſam ſolennem ad horam Tertiæ in prædicta eccleſia S. Petri Majoris, mane, die IV proximi menſis Maji, quando occurret feſtum d. S. Syneſii, eo modo ac forma quo antea facere ſolebat Reverend. Capitulum in præd. eccleſia S. Petri coram præd. depoſito in feſto ipſius Sancti. AUCTORE G. H.

die 30 Aprilis

13 Hac igitur conſignatione ſic facta, prædicti Prior & Fabricæ Præfectus, abſolvunt prædictos deputatos ab omni obligatione, quæ forte ex vi præcitati inſtrumenti poſſet contra Reverendiſſ. Capitulum prætendi, quocumque modo aut titulo, ſtipulatione adjuncta & quacumque exceptione ſeclusa. De quibus omnibus utrimque factis & reciproce promiſſis, factum eſt præſens inſtrumentum, ſub pœnis contra infractores hujus conventionis ſtatutis, ſolvendis toties quoties &c. Actum Lucæ in ſacrario Eccleſiæ Cathedralis Lucanæ, coram & præſentibus ibidem adm. Rev. D. Joanne Antonetti cuſtode d. Cathedralis, & Bartholomæo olim Domini Merli, Lucenſibus civibus, teſtibus rogatis, ſub anno Nativitatis Domini MDCXLIV, Indictione XII, die vero XXX Aprilis, ad fol. 559 protocolli inſtrumentorum Egregii D. Jacobi de Matronis, in archivio publico Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Lucenſis Reipublicæ exiſtentium. E

Ego Jacobus de Motronis N. P. rogavi,

ubi nunc corpora ſub ara majori habentur.

14 *Ex hoc ergo tempore, uti novis ſubinde litteris prælaudatus Marius Florentinius me docuit* VII *Iulii anni* MDCLXXVII, *oſſa* S. Syneſii ac BB. Romæi & Avertani *requieſcunt in arca jam dicta eccleſiæ maxima, tribus diſtinctis arculis cupreſſinis, multitio & coccineo ſerico ornatis, condita, poſt cratem ferream inauratam, quæ dictum altare ad ipſarum arcularum cuſtodiam præmunitur. Et ſancti quidem* Syneſii *feſtum celebratur quotannis* IV *Maji cum divinis Officiis, Miſſa ſolenni muſico modulamine, & cereorum oblatione nomine Reipublicæ facienda; non tamen eiſdem, ut ſolebat olim, intereſt Excellentiſſimus Reipublicæ Vexillifer cum duobus Decemviris, quia inductum conſuetudine eſt ut illi jam rarius in publicum exeant.* B. Avertani *celebritas die* XXV *Februarii recolitur, & de eo pariter Miſſa peragitur: ſed de* B. Romæo *nihil ſit particulare.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

NEOPHYTO, GAIO ET GAIANO, ITEM ZENONE, MARCIO ET MACARIO.

G. H.

IV MAII

Cultus primorum,

Memoria horum Martyrum variis diebus recolitur, ac primo ad diem IV *Maji in Ms. Synaxario Græco Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Claromont. Societatis Ieſu Pariſiis, in quo iſta habentur*: Certamen ſanctorum Martyrum Neophyti, Gaii & Gajani. Eorum celebritas peragitur in veneranda eccleſia ſanctorum, glorioſorum & in miraculis patrandis eximiorum Coſmæ & Damiani, quæ eſt in ædibus Darii dictis. *Dein ad diem quintum Maji eiſdem pene verbis celebratur in Menæis excuſis, & apud Maximum Cytherorum Epiſcopum & in MSS. Taurinenſibus indicatur* certamen SS. Neophyti, Gaii & Gajanæ Martyrum. *At ſeptimo die Maji in MSS. Menæis, quæ apud Petrum Franciſcum Chifletium Societatis Ieſu reperimus Divione, iſta leguntur*: Sancti Gajanus, Gajus & Neophytus gladio cæſi martyrium conſummarunt. *Adjunguntur dein iſti verſus:*

4, 5 & 7 *Maji.*

Ἐγὼ λέλειμμαι, τέμνε δὲ κἀμὲ ξίφος,
Ὡς τὰς ζυνάθλους, Γάϊος Μάρτυς λέγει.
Fui relictus: enſis aſt mé quoque tulit,
Sicut ſodales, Gaius Martyr inquit.

Omnium II *Auguſti.*

Denique undecimo Auguſti referuntur in priore M. S. Synaxario, & adjunguntur ſocii Zenon, Marcius & Macarius, *& dicitur* celebritas peragi ἐν ἑξαέρῳ οἴκῳ in elevata æde SS. Coſmæ & Damiani *ut ſupra. Et eadem ſunt in Menæis Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ & duplicibus Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ & aliis Patrum Dominicanorum Congregationis S. Ludovici Pariſiis. Quos omnes ad hunc* IV *Maji damus. Si tamen aliqua Acta poſſimus nanciſci (nam extitiſſe aliqua perſuadet circumſtantia cæſi poſt ceteros Gaii, in diſticho notata) referentur ad diem* XI *Auguſti. Interim à conditione editi loci monemur, præmemoratam SS. Coſmæ & Damiani ædem ipſam eſſe, quam, teſte Chronici Alexandrini ſeu verius Conſtantinopolitani auctore, Heraclii Imperatoris ævo inva-*

ſerunt

A ferunt Avares : nam Nicetas Choniates lib. 3 de Alexio Commeno Blachernarum collem appellat: hæc autem ecclesia supra dicitur fuisse, ἐν τοῖς Δαρείᾳ ; an ut distinguatur ab altera suburbana eorumdem Sanctorum æde, ἐν τοῖς Παυλίνᾳ sita, extra eos muros, quos Blachernensi D. Virginis Basilicæ ad eam urbi jungendam circumduxisse Heraclium, testatur Codinus de originibus ? Meminisse illius ædis videtur Cedrenus, cum describit quomodo ex prædicti Blachernensis Basilicæ tecto Michael Balbus signum belli sustulerit adversus rebellem Thomam, urbi & imperio imminentem castraque habentem, ἐν τοῖς Παυλίνᾳ ἔνθα τὸ τῶν Ἀναργύρων τέμενος ἵδρυται, ubi mirificorum Anargyrorum templum consistit. Verum cum ipse locus fuerit in Blachernis, uti ex Cedreni contextu liquet, difficile creditu est, geminas ibi æades eorumdum Sanctorum Cosmæ & Damiani fuisse ; potiusque suademur tot nominibus unum idemque templum significari, in quo Sanctorum prædictorum corpora deposita fuerint, non uno fortasis loco aut tempore cæsa, allataque. D

locus cultus in suburbio CP. Blachernis.

DE S. IACOBO DIACONO,

MARTYRE BERGOMI IN ITALIA.

G. H.

ANNO CCCLXXX

Beficia propria Sanctorum Ecclesiæ Bergomatis habemus, à Sixto V Pontifice anno MDLXXXVII approbata, & Bergomi anno MDCX excusa, atque iterum cum nova facultate recusa Romæ in typographia Cameræ Apostolicæ anno MDCXIV. In his præscribitur festum S. Jacobi Martyris, sub ritu duplici celebrandum, cum hisce ad Matutini Nocturnum secundum recitandis Lectionibus.

B

2 Jacobus Martyr, Bergomi nobilibus parentibus natus, & liberalibus disciplinis eruditus, comitate atque orationis lepore, antequam Christi fidem susciperet, omnibus amabilis & jucundus erat. Quare eum Dei benignitas diu in infidelitatis errore permanere noluit. Cum enim aliquando Presbyterum, in cœtu Christianorum de fidei veritate & falso idolorum cultu differentem, audisset ; Christianæ religionis desiderio incensus, Christo nomen dedit. Baptismi deinde Sacramento initiatus, tantum in Christiana pietate profecit, ut Clero Ecclesiæ adscriptus, Archidiaconatus honore dignatus sit. Ea tempestate cum Ariana hæresis late virus suum diffunderet, & Bergomi ad quadraginta ex præcipuis Clericis in ecclesia trucidati essent ; Jacobus, fratrum cæde minime territus est, quin illis se ut firmissimum murum opponens, & privatim & publice Catholicam fidem sacræ Scripturæ ac Patrum testimoniis confirmavit. Quibus præsidiis non solum Catholicos in fide retinuit, sed & multos hæreticos ab Arianorum fallaciis ad Ecclesiam revocavit : quæ res illorum odium magis in eum concitavit. Itaque conspiratione ad eum facta, Jacobo in templo & suggesto ad populum concionanti caput injecto jaculo vulnerant : moxque ab iis illinc præcipitatus, nodosisque fustibus contusus, martyrio coronatur, quarto Nonas Maji anno Salutis trecentesimo octuagesimo. Ejus corpus Catholici honorifice cum psalmis & hymnis in S. Alexandri basilica sepelierunt : ubi multis miraculis ad fidei Catholicæ comprobationem indies illustratur.

Elogium ex Breviario.

C

3 *Hactenus Lectiones Ecclesiasticæ : quibus alterum antiquitatis monumentum adjungimus, epitaphium ad ejus tumulum olim positum, & à Ferdinando Vghello tomo 4 Italiæ sacræ in Episcopis Bergomensibus excusum his verbis.* Hic requiescit B. M. Jacobus, Clericus & Diaconus Bergomensis, qui Christum prædicans, pro dura impiæ hæresis castigatione, ab Ariana turba fustibus percussus, è pulpito ejectus, Martyr efficitur IV Nonas Maji, anno Salutis humanæ CCCLXXX & Diaconatus sui anno XX, & impii Valentis Catholicorum persecutoris XIII : & in sacra Cathedrali D. Alexandri æde conditus est. *Colitur S. Alexander Martyr, primarius Bergomensium Patronus, die XXVI Augusti. Annus Valentis Imperatoris in Epitaphio positus, melius in Lectionibus omissus est, quod is biennio ante fuerit in pugna contra Gothos interemptus.*

Epitaphio,

4 *Tertium testimonium proferimus ex Vineæ Bergomensi, à Bartholomæo de Peregrinis, Presbytero & cive Bergomensi, anno MDXLV conscripta : in cujus parte 1 cap. 8 ista traduntur :* Hæc subinde vinea, per annos duos & quinquaginta & amplius, permansit sine cultore Episcopo, ob infidelium persecutiones. Subsecutus est autem B. Jacobus, Archidiaconus & Canonicus, qui cum antea hujus Vineæ destructor esset, factus est fortissimus defensor & fidelis cultor. Bergomeamque Ecclesiam sanctissime per annos viginti gubernans, quadraginta illos Clericos Bergomenses, ecclesiam Divo Alexandro dicatam custodientes, in pristinam regularem & Apostolicam vitam restituit, qui postea simul omnes ab hæreticis Arianis occisi sunt. Hic autem Jacobus, propter hoc minime perterritus, contra ipsos Arianos constanter certavit, & tandem pro Christi fide crudeliter interemptus est, anno humanę Salutis CCCLXXX quarto Maji, & in eadem ecclesia à Catholicis Christianis conditus est. Hæc ex libro tertio Chronicorum Domini Joannis Mariæ Mediolanensis Canonici Regularis. Quæ etiam in libro tertio de Antiquitatibus & gestis Divorum Bergomensium historia habetur. *Hæc ibi.*

& Vineæ Barthol. de Peregrinis

E

5 *Hactenus antiquiorum scriptorem fontes ostendi, ex quibus alii suos rivulos deduxerunt : & talis censeri potest M. Antonius Benalius, in suis de Vita & rebus gestis Sanctorum Bergomatũ Commentariis, quos Io. Antonius Guarnerius Canonicus expolivit, auxit & edidit anno MDLXXXIV. Vbi S. Iacobi Martyris Vita est, instar Orationis Panegyricæ late deducta : sed ad historiam nihil producitur, quod non est satis accurate in jam datis monumentis expositum. Simili fere modo Italice ediderunt Marius Mutius in Historia Sanctorum Bergomensium anno MDCX, & MDCXXI excusa ; & Cælestinus Bergomas, Presbyter Capucinus pars 2 Historiæ quadripartitæ Bergomensis, volumine 2 : ubi sub finem addit,* sepulturam S. Jacobi è memoria hominum excidisse, & sacrum corpus longo tempore fuisse occultum, quod tandem anno MCCXC revelatum fuit, & cum aliis tribus corporibus inventum. Præerat tum Ecclesię Bergomensi Robertus Bungus Episcopus, qui ad honorem Sanctorum quatuor in ecclesia Cathedrali altare erexit, & in eo quatuor corpora deposuit. *Videtur Galesinius ad hanc translationem respexisse, dum in suo Martyrologio, ex Annalibus & tabulis Bergomensibus, ad diem XXVI Aprilis ista scribit :* Bergomi translatio sanctorum Martyrum Projecti & Jacobi. *Ex his* Projectus *aliis* Projectitius *Martyr colitur XVII Augusti.*

F

Corpus translatum anno 1219.

6 *Demum quando anno MDLXI ecclesia S. Alexandri destructa est, Clerus cum Reliquiis Sanctorum, inter quas & S. Iacobi fuerunt, demigravit in ecclesiam S. Vincentii, quæ etiamnum Cathedralis persistit. Movet scrupulũ Cælestinus, quasi perperam ejus ævo, supra referatur S. Iacobus à falso idolorũ cultu ad Christianam religionem conversus, ac si eo tempore Paganismus fuisset extinctus. Est in eadem Alpestri ditione*

& iterum anno 1561.

A ditione cum hac diœcesi Bergomensi territorium Tridentinum, in quo anno CCCXCVII à Paganis occisi fuerunt SS. Sisinnius, Martyrius & Alexander, quorum illustria Acta damus XXIX Maji. Meminerunt S. Iacobi Martyris Ferrarius in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ, Nicolaus Brautius in Martyrologio Poëtico, Vghellus in Descriptione urbis Bergomensis, ubi S. Iacobum trucidatum anno CCCLXXXIV scribit.

tempus cædis.

7 Equidem nescio quibus fundamentis ejusmodi chronologia nitatur, qua post Iuliani Apostatæ necem, tantum audaciæ fuisse Arianis in Italia creditur, ut sub piissimis & Christianissimis Imperatoribus Valentiniano (nam Valens ejus frater Arianus solas Orientis ecclesias turbavit) Gratiano, Theodosio, ejusmodi facinus credantur in ecclesia perpetrasse. Si tale quid sub Constantio diceretur actum circa tempus Mediolanensis conciliabuli, & annum CCCLVI, multo verosimilius id appareret. Nihil tamen mutare volui: cum enim impius Constantius ecclesiis passim omnibus Arianos Episcopos curarit præficiendos, potuit Arianorum factio, dum vivcrent illi, adhuc valida fuisse, etiam multis post ejus excessum annis, & quem Bergomatibus ipse imposuerat, ad annum CCCLXXX aut etiam CCCLXXXV vitam prorogasse. Sic anno CCCLXXIII, mortuo Mediolani Auxentio, tumultuatum fuisse scimus circa electionem successoris, satagentibus Arianis, ut aliquis suæ partis eligeretur. D

D. P.

DE S. MONICA VIDVA

MATRE S. AVGVSTINI.

AN. CCC LXXXVIII.

Cultus sacer

FEstum sanctissimæ Matris S. Augustini, Monicæ, celebratur hoc IV Maji solenni cultu, apud omnes passim Religiosos Ordines, qui sub regula & patrocinio S. Augustini militantes, universam Ecclesiam mirifice exornant: quales sunt Canonici Regulares cujuscumque Congregationis, scilicet Gallicanæ, Lateranensis, S. Salvatoris, Aroasiensis, Windeshemensis, & aliarum. Neque his cedunt Ordines Fratrum Eremitarum S. Augustini, & Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis. Quin etiam observo ejus cultum præscriptum in nonnullis Breviariis Ordinis Præmonstratensis & Prædicatorum. Sed & modo in Breviario Romano sub ritu semiduplici est Officium de S. Monica præceptum. Sacra ejusdem memoria refertur in hodierno Martyrologio Romano, & in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno MCCCCXC excuso, uti etiam apud Bellinum, Grevenum, Maurolycum, Molanum, Canisium, Galesinium, Ferrarium, Ghinium, aliosque. B

Vita collecta ex Confessionibus S. Augustini,

2 Vitam & virtutes S. Monicæ filius ejus Augustinus inseruit libris Confessionum suarum, unde eas excerpsit Aloysius Lipomanus; & sic leguntur apud Surium, sed extra formam ordinatæ narrationis. Quam intendens Waltetus, Canonicus Regularis cœnobii Aroasiensis in Artesia; (idem qui descripserat translationem reliquiarum ipsius Sanctæ, Ostia Aroasiam à se deportatarum anno MCLXII) eadem Confessionum Augustinianarum loca digessit, prout exigebat vitæ actæ series. Hanc igitur sic dispositam collectionem damus, ex MS. Bodecensis monasterii in Westphalia erutam à Ioanne Gamansio nostro. Ad calcem legebantur hæc verba: Explicit Vita S. Monicæ matris S. Augustini, cujus historia trahitur ex historia S. Augustini, ex novem libris Confessionum, & ex duabus epistolis sequentibus quas scripsit sorori suæ: & mox subjungitur epistola, non gemina, sed unica; qualis etiam, sub titulo jam relato, excusa est ad calcem Vitarum duobus tomis à Ionino Mombritio editarum. Verum licet epistola scripta sit in persona fratris ad sororem de communi utriusque matre, nemo tamen dixerit eam esse S. Augustini, nisi qui Augustini scripta numquam legerit. Sed nec cogitari potest esse alterius fratris, qui simul aderat morienti; continet enim quædam ei ad quam scribi fingitur, nimium nota, quam ut frater sorori scribere ipsa voluisset, & alia quædam indicabimus infra coævum auctorem non referentia. Quia tamen fieri potuit, ut aliquæ S. Augustini ad sororem epistolæ extiterint aliquando, unde acceptum pro parte aliqua sit argumentum istius scriptionis, eam sub hac præcautione, putavimus subjungendam prædictæ collectioni. C

sub cujus nomine edita epistola ad sororem non est ipsius.

3 Dabimus deinde præmemoratæ translationis historiam, à Waltero, ut dixi, descriptam, quam Aroasia & ex urbe Aerienſi accepimus, & intelleximus etiam MS. extare in cœnobio Bodecensi. Habet ea notas omnes fidelis & coævi scriptoris, ab eaque principium sumpsit totus S. Monicæ cultus, ignotus antiquioribus Martyrologis omnibus, & ab Aroasiensibus ad ceteros Regulares Canonicos per Belgium, Galliam, & Germaniam, inde etiam ad Eremitas Augustinianos, ac deniq; ad Ecclesias omnes transfusus. Iidem Canonici Aroasienses, de quorum fundatione prolixe egimus XIII Ianuarii, ad Vitam B. Hildemari Institutoris, prius quam de Reliquiis S. Monicæ scirent aliquid, habebant in usu celebrandi festum Conversionis S. Augustini die V Maji (nec enim est cur postea credantur diem mutasse) atque inter cetera illius festi ad Matutinum Responsoria etiam illud usurpabant, quod incipit, Accepta baptismi gratia: quod solum ex omnibus cum esset matri ac filio proprium, apte illud assumptum est in advectione S. Monicæ: cujus natalem in cælis diem cum nusquam expressisset S. Augustinus, videntur Aroasienses congruum judicasse, ut acturi S. Monicæ festum, quæ suis precibus lacrymisque filii conversionem impetrarat, eligerent diem ipsius Conversionis festivitati prævium, & ab alio Majori Officio vacuum, scilicet IV Maji: qui dies nunc in tota servatur Ecclesia, tamquam dies natalis. Fuerunt tamen qui, nescio ex quo fundamento, depositionem notarent die XXVIII Aprilis, ut patet ex Bruxellensi Martyrologio MS. S. Gudulæ. E

Historia Translationis Aroasiam,

ubi festum celebrari cœptum 4 Maji.

4 Festum translationis Aroasienses agunt XII kalendas Maji, uti in Annotatis docebimus: neque de veritate illius scimus controversiam motam ab Italis, parum scilicet curantibus, utrum Sanctæ corpus in desolata fere Ostiensi urbe adesset vel abesset: pauciſque Ostiensibus, illius absentiæ conscii, studiose occultantibus damnum sua incuria & negligentia factum. Quare nihil miramur, si post tria fere secula decursa, Augustinianis Eremitis apud Martinum V instantibus, data sit opera ad requirendum Ostiæ quod ablatum esse ignorabatur corpus: quomodo autem persuaderi potuerint Romani istud à se inter alia Sanctorum corpora infra ecclesiam S. Aureæ repertum Ostiæ fuisse, & ut tale transtulerint ad concessam Eremitis S. Triphonis ecclesiam in urbe, unde postea delatum in eam est, quæ nunc S. Augustini dicitur; tunc commodius disquiremus, cum fuerit exposita Walteri historia de translato à se Aroasiam corpore, quam hic subnectimus: de reliquo S. Monicæ in urbe Romana cultu acturi ad finem prætensæ ad illam Translationis, cujus anniversarium in Martyrologio hodierno Romano notatur ad diem IX Aprilis. F

Translatio 20 Aprilis,

Romæ autē 9 Aprilis.

VITA

Ex libris Confeſſionum S. Auguſtini à Walthero Canonico Regulari ante annos quingentos collecta.

Ex MS. Bodecenſi.

PROLOGUS COLLECTORIS.

Auctor Vitæ S. Monicæ in libris Confeſſionũ diſperſam,

1 ROgatus fui à Fratribus, quibus meipſum negare non debeo, ut vitam & actus S. Monicæ, matris Beatiſſimi Auguſtini, de libro Confeſſionum ipſius excerpere ſatagerem; & pro poſſe meo conſequenter quæque ſeriatim loco ſuo & apte conjungerem; ſicut à primæva ætate, uſque ad finem vitæ ipſius, ea geri potuiſſe competenter æſtimarem. Quibus cum reſponderem, quod ſtudioſis lectoribus poſſit ſatis ſufficere, ſicut de actibus ipſius ipſe filius ejus ſcribendo digeſſerat; nec jam neceſſarium, ſed quaſi ſubſannabile videri, ſi quod à pluribus, qui multo melius & facilius id feciſſe potuiſſent, hactenus permanſit intactum, à me, tantillulæ ſcientiæ viro, quaſi præſumptive fuerit attentatum: illi è contra dixerunt, quod ſi ab olim jam factum fuiſſet ipſum, repetere vere conveniens jam non eſſet: nec tamen ab alta ſapientibus, ſed ſimplicibus, ſui ſimilibus, id fieri expetebant; nec aliquem cogi ad legendum.

B

ordinare rogatus à Fratribus,

2 Ea enim quæ inde D. Auguſtinus dixit, ita per librum Confeſſionum, per particulas & quaſi fruſtatim, diſperſa ſunt, ut vix à ſtudioſo lectore teneri memoriter poſſint; ſed & ordine præpoſterato ita poſita ſunt, ut quæ primo facta fuerant, poſtremo; & econtra, dicta videantur. Neque enim circa illud ordinandum ipſius ſcribentis vigilabat intentio; ſed piæ matris benevolentiam & ſolicitudines, quas erga ipſum ſpecialius ſemper habuerat, reminiſcens, ſicut tractantis memoriæ occurrebat, aliqua pro tempore inferebat. Nam & in libro, quem ad Paulinum Epiſcopum ſcribit, de cura pro mortuis agenda, maternæ dilectionis & affectionis ita meminit, dicens: Si rebus viventium intereſſent animæ mortuorum, [& ipſæ nos quando eas videmus alloquerentur in ſomnis] ut de aliis taceam, me ipſum pia mater nulla nocte deſereret, quæ me terra marique ſecuta eſt, ut mecum viveret: abſit enim ut facta ſit vita feliciori crudelis uſque adeo, ut quando aliquid angit cor meum, nec triſtem filium conſoletur, quem dilexit unice, quem numquam voluit mœſtum videre.

C

quibus & Reliquias & attuleræ,

3 Quia vero Reliquias S. Monicæ, Deo volente & me advehente, habere meruerant; pro devotione, quam ad S. Auguſtinum habuerant, & ipſius ſanctiſſimæ Matris Vitam, mea induſtria ex ordine digeſtam, habere multum deſiderabant. Sed cum multis modis excuſarem me, nec uſum, nec ſcientiam habere conteſtans, nihilo minus inſiſtebant, dicentes: Tantummodo adſit voluntas; nam ex dono Dei aderit facultas. Videns itaque tantum deſiderium eorum, & quotidianam fere inſtantiam, cedendum æſtimavi. Promiſi igitur ut tentarem, ſi quo modo id apte poſſem facere quod petebant; ita dumtaxat, ut nihil verborum immutarem omnino, nec aliqua novitate verborum, ſed eiſdem verbis utens, ut non nuper editum, ſed tranſcriptum veraciter dici poſſit.

id facit ſervatis iiſdem verbis,

4 Nec conturbet auditores ſi pleraque abſque determinatione temporis in hoc opere proferuntur, cum nonnulla & in aliis Scripturis divinis ſimiliter reperiantur. In Euangelio quoque plura dicta & acta Salvatoris non eodem ordine ab Euangeliſtis relata ſunt, quo & facta feruntur; quod ſtudioſis lectoribus manifeſtum eſt. Sed non in hoc dubium debet habere fidelis intentio, ſi neſciat, quando bona facta fuerint, dum aliquando facta fuiſſe conſtiterit. Sunt enim quidam carnales adeo, ut nolint credere niſi quod oculis viderint, ſicut ille adhuc ſenſibus carnis deditus dicebat: Niſi videro & tetigero, non credam; qui & in hanc blaſphemiam aliquando incidunt, ut nolint credere Sanctos eſſe, niſi ad nutum ipſorum miracula faciant, ſicut mercenarius vel ſervus ad nutum Domini ſui jubentis; quæ tamen poteſt contingere quod alias fecerint, quamvis neſcierint.

D

ſine definitione temporum,

Io. 10, 21

aut ornatu miraculorũ

5 Verum in hoc multi falluntur, quod nec omnes Sancti miracula faciunt, nec omnes qui faciunt Sancti ſunt. Sunt enim, ait beatus Papa Gregorius, intra ſanctam Eccleſiam multi, qui vitam virtutum tenent, & ſigna virtutum non habent, quæ & reprobis ſunt communia, & magicis artibus aliquando fiunt. De bonis operibus meritum ſanctitatis æſtimandum eſt, non de miraculorum oſtentatione, quam multi Sanctorum fugiſſe leguntur. Quod etiam B. Auguſtinus in ſuis Confeſſionibus oſtendit dicens: Ad te, Deus meus, cui humilem famulatum ac ſimplicem debeo, quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus, ut ſignum aliquod petam? Sed obſecro, per Regem noſtrum & puram Jeruſalem, ſimplicem & caſtam, ut quemadmodum longe eſt à me iſta confeſſio, ita ſemper ſit longe ac longius miraculorum operatio. Hæc enim Sancta, de qua agimus, quam caſta, quam pia, quam ſobria, quam mitis, quam benigna, quam modeſta, quam patiens fuerit, & quam aſſidua, quamque devota, in orationibus, in vigiliis, in jejuniis, in eleemoſynis, ita ut nihil omnino ad perfectionem ei deeſſet, in libris Confeſſionum aperte legitur. Adſint igitur huic noſtro conamini Sancti iſti, de quibus loquimur, & ad quorum obſequium noſtra laborat intentio; ut quod pro illorum devotione & fraterna dilectione, & caritate cognovimus, ipſis occulta inſpiratione præmonſtrantibus, & ignorantiæ noſtræ tenebras illuminantibus, ad propoſitum finem perducere valeamus.

E

quæ nec omnibus Sancti adſunt,

& mult facere ſubter fugerunt:

ad virtutes autem colligendas opem petit.

Hactenus Prologus, cui hoc ſolum monitum ſubjiciendum occurrit, collata à nobis omnia eſſe & emendata juxta accuratiores operum Auguſtinianorum editiones: quædam etiam, quæ vel auctor prætermiſerat, vel potius feſtinans librarius tranſilierat, à nobis eſſe reſtituta ſuis locis, ſic tamen ut [ ] diſcreta à ceteris, intelligas in Bodecenſi Ms. defuiſſe.

F

CAPUT I.

Pia educatio, conjugium, viduitas, ſolicitudo pro filio Auguſtino

lib. 9 c. 8

6 O Domine, quia ego ſervus tuus ſum, ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ: accipe confeſſiones meas & gratiarum actiones, Deus meus, de rebus innumerabilibus. Non enim præteribo quidquid mihi anima mea parturit de famula tua, quæ me parturivit; & carne, ut in hanc temporalem; & corde, ut in æternam lucem renaſcerer. Non ejus, ſed tua dicam dona in ea. Neque enim ſeipſam fecerat aut educaverat: tu creaſti eam (nec pater, nec mater ſciebat quid ex eis fieret) & erudivit eam in timore tuo virga Chriſti tui, regimen unici filii tui, in domo fidei bono membro Eccleſiæ tuæ. [Nec tantam

Deo providente,

A tantam erga ſuam diſciplinam diligentiam matris prædicabat, quantum famulæ cujuſdam decrepitæ, quæ patrem ejus infantem portaverat, ſicut dorſo grandiuſculorum puellarum parvuli portari ſolent: cujus rei gratia & propter ſenectam ac mores optimos, in domo Chriſtiana ſatis à dominis honorabatur: unde etiam curam dominicarum filiarum commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coërcendis, cum opus eſſet, ſancta ſeveritate vehemens, atque in docendis ſobria prudentia. Nam eas, præter illas horas, quibus ad menſam parentum moderatiſſime alebantur, etiamſi exardeſcerent ſiti, nec aquam bibere ſinebat; præcavens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum: Modo aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis: cum autem ad maritos veneritis, factæ dominæ apothecarum & cellariorum, aqua ſordebit, ſed mos potandi prævalebit.

ſub annoſa famulæ ſevera diſciplina

edocta etiam aquæ cupidinem frenare,

7 Hac ratione præcipiendi & auctoritate imperandi, frænabat aviditatem tenerioris ætatis, & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modum, ut jam nec biberet, quod non deceret. Et ſurrepſerat tamen, ſicut mihi filio famula tua narrabat, ſurrepſerat & vinolentia. Nam cum de more, tamquam puella ſobria, juberetur à parentibus de cuppa vinum depromere, ſubmiſſo poculo, qua deſuper

puerili tamen levitati indulgens,

B patet, priuſquam in lagunculam funderet merum, primoribus labris ſorbebat exiguum, quia non poterat amplius ſenſu recuſante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, ſed quibuſdam ſuperfluentibus ætatis exceſſibus, qui lúdicris motibus ebulliunt, & in puerilibus animis majorum pondere premi ſolent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, quoniam qui modica ſpernit paulatim decidit, in eam conſuetudinem lapſa erat, ut prope jam plenos mero caliculos inhianter hauriret.

cum paulatim facta eſſet vini appetens,

8 Ubi tunc ſagax anus & vehemens illa prohibitio? Numquid valebat aliquid adverſus latentem morbum, niſi tua medicina, Domine, vigilaret ſuper nos? Abſente patre & matre & nutritoribus, tu præſens, qui creaſti, qui vocas, qui etiam per præpoſitos homines boni aliquid agis ad animarum ſalutem, quid tunc egiſti, Deus meus? unde curaſti? unde ſanaſti? Nonne protuliſti durum & acutum ex altera anima convitium, tamquam medicinale ferrum, ex occultis proviſionibus tuis, & uno ictu putredinem illam præcidiſti? Ancilla enim, cum qua ſolebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, ut fit, ſola cum ſola, objecit hoc crimen amariſſima inſultatione, vocans meribibulam. Quo illa ſtimulo

ancillæ meribibulam vocantis convitio

C percuſſa, reſpexit fœditatem ſuam, confeſtimque damnavit atque exuit. Sicut amici adulantes pervertunt, ſic inimici litigantes plerumque corrigunt: nec tu quod per eos agis, ſed quod ipſi voluerunt retribuis eis. Illa enim irata exagitare appetivit minorem dominam, non ſanare; & ideo clanculo, aut quia ita eas invenerat locus & tempus litis, aut ne forte & ipſa periclitaretur quod tam ſero prodidiſſet. At tu, Domine, rector cælitum & terrenorum, ad uſus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum ſeculorum ordinans turbulentum, etiam de alterius

ſalubriter compungitur.

animæ inſania ſanaſti alteram; ne quiſquam, cum hoc advertit, potentiæ ſuæ tribuat, ſi verbo ejus alius corrigatur, quem vult corrigi.]

cap. 9 *viro juncta,*

9 Educata itaque pudice ac ſobrie, potius per te ſubdita parentibus, quam à parentibus tibi, ubi plenis annis nubilis facta eſt, tradita viro ſervivit veluti Domino, & ſategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus ſuis, quibus eam pulchram faciebas, & reverenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autem toleravit cubilis injurias, ut nullam de hac re cum marito haberet unquam ſimultatem. Expectabat enim miſericordiam tuam ſuper eum, ut in te credens caſtificaretur. Erat vero ille præterea, ſicut benevolentia præcipuus, ita ira fervidus. Sed noverat hæc non reſiſtere irato viro, non tantum facto, ſed ne verbo quidem. Jam vero refracto & quieto, cum opportunum videret, rationem facti ſui reddebat, ſi forte ille inconſideratius commotus fuerat.

EX CONF. AUGUST.

non tantum ipſa ejus mores tolerando vincit,

10 Denique cum matronæ multæ, quarum viri manſuetiores erant [plagarum veſtigia etiam dehoneſtata facie gererent, inter amica colloquia illæ arguebant maritorum vitam, hæc earum linguam, veluti per jocum, graviter admonens ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audiſſent, tamquam inſtrumenta quibus ancillæ factæ eſſent, deputare debuiſſent: proinde memores conditionis, ſuperbire adverſus dominos non oportere.] Cumque mirarentur illæ, ſcientes quam ferocem conjugem ſuſtineret, numquam fuiſſe auditum, aut aliquo indicio claruiſſe, quod Patricius cæciderit uxorem, aut quod à ſe invicem vel unum diem domeſtica lite diſſenſerint, [& cauſam familiariter quærerent; docebat illa inſtitutum ſuum quod ſupra memoravi. Quæ obſervabant, expertæ gratulabantur: quæ non obſervabant, ſubjectæ vexabantur.]

ſed & alias docet viris eſſe ſubjectas:

E

11 Socrum etiam ſuam, primo ſuſurriis malarum ancillarum adverſus ſe irritatam, ſic vicit obſequiis, perſeverans in tolerantia & manſuetudine, ut illa ultro filio ſuo medias linguas famularum proderet, quibus inter ſe & nurum pax domeſtica turbabatur, expetereteque vindictam. Itaque poſteaquam ille & matri obtemperans, & curans familiæ diſciplinam, & concordiæ ſuorum conſulens, proditas ad prodentis arbitrium verberibus coërcuit; promiſit illa, talia de ſe præmia ſperare debere, quæcumque de ſua nuru, ſibi quo placeret, mali aliquid loqueretur; nullaque jam audente, memorabili inter ſe benevolentiæ ſuavitate vixerunt. Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cujus utero me creaſti, Deus meus, miſericordia mea, munus grande donaveras, quod inter diſſidentes atque diſcordes quaſlibet animas, ubi poterat, tam ſe præbebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem audiret amariſſima, qualia ſolet eructare turgens atque indigeſta diſcordia, quando præſenti amicæ de abſente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum; nihil tamen alteri de altera proderet, niſi quod ad eas reconciliandas valeret. Talis illa erat docente te magiſtro intimo,

ſocrum quoque ſuam ſibi devincit,

inter diſcordes pacifice agit,

F

12 Audieram autem ego adhuc puer de vita æterna, nobis promiſſa per humilitatem Domini Dei noſtri, deſcendentis ad ſuperbiam noſtram, & ſignabar jam ſigno Crucis ejus, & condiebar ejus ſale, jam inde ab utero matris meæ, quæ multum ſperavit in te. Vidiſti, Domine, cum adhuc puer eſſem, & quodam die preſſus ſtomachi dolore, repente æſtuarem, pene moriturus; vidiſti, Deus meus, quoniam cuſtos meus jam eras, quo motu animi & qua fide baptiſmum Chriſti tui, Dei & Domini mei, flagitavi à pietate matris meæ, & matris omnium noſtrûm, Eccleſiæ tuæ & conturbata mater carnis meæ, quoniam & ſempiternam ſalutem meam carius parturiebat corde caſto in fide tua, jam curaret feſtinabunda, ut Sacramentis ſalutaribus initiarer & abluerer, te, Domine Jeſu, confitens in remiſſionem peccatorum; niſi ſtatim recreatus eſſem. Dilata eſt itaque mundatio mea, quaſi neceſſe eſſet adhuc ſordidari ſi viverem: quia videlicet poſt lavacrum illud, major & periculoſior in ſordibus delictorum reatus foret.

lib. 1 c. 11

filium in Chriſtiana fide inſtruit

licet necdum baptizatum,

13 Ita jam credebam, & illa, & omnis domus; niſi pater ſolus, qui tamen non evicit in me jus maternæ pietatis, quo minus in Chriſtum crederem, ſicut ille nondum crediderat. Nam illa ſatagebat ut tu mihi pater

EX CONF. AUGUST.

pater eſſet, Deus meus, potius quam ille ; & in hoc adjuvabas eam ut ſuperaret virum, cui melior ſerviebat : quia & in hoc tibi, utique id jubenti, ſerviebat.

lib.9 cap 9 *& virum quoque ad eamdem adducit*

* Denique etiam virum ſuum, jam in extrema vita temporali ejus, lucrata eſt tibi ; nec in eo jam fideli planxit, quod in nondum fideli toleraverat. Erat etiam ſerva ſervorum tuorum. Quiſquis enim eorum noverat eam, multum in ea laudabat & honorabat & diligebat te : quia ſentiebat præſentiam tuam in corde ejus, ſanctæ converſationis fructibus teſtibus.

peccantes liberos ſolita corrigere

Fuerat enim unius viri uxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum ſuam pie tractaverat, in operibus bonis teſtimonium habebat ; nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deviare cernebat.

14 Itaque illa exilivit pia trepidatione ac tremore, & quamvis mihi nondum fideli, timuit tamen vias

lib.2 cap.3 *imprimis de Auguſtino angitur.*

diſtortas, in quibus ambulant qui ponunt ad te tergum, & non faciem. Heu mihi ! & audeo dicere, tacuiſſe te, Deus meus, cum irem abs te longius ? Itane tunc tacebas mihi ? Et cujus erant, niſi tua, verba illa per matrem meam, fidelem tuam, quæ cantaſti in aures meas ? Nec inde quidquam deſcendit in cor meum, ut facerem illud. Volebat enim illa, & ſecreto memini ut monuerit cum ſolicitudine ingenti, ne

B *qui eam non audiens*

fornicarer, maximeque ne adulterarem cujuſquam uxorem. Qui mihi monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubeſcerem : illi autem tui erant, & neſciebam, & te tacere putabam, atque illam loqui, per quam tu mihi non tacebas ; & in illa contemnebaris à me, filio ejus, filio ancillæ tuæ, ſervo tuo.

15 Itaque patre jam defuncto, cum incidiſſem in

lib.3 cap.6 *adhæret Manichæis,*

homines, ſuperbe delirantes, & carnales nimis, & loquaces, in quorum ore laquei diaboli & viſcum, confectum commixtione ſyllabarum nominis tui & Domini Jeſu Chriſti & Paracleti conſolatoris noſtri Spiritus ſancti ; * miſiſti manum tuam ex alto, &

cap. 11

de hac profunda caligine eruiſti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua, amplius

quod dolentem Monicam

quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam, ex fide & ſpiritu quem habebat ex te ; & exaudiſti eam, Domine. Exaudiſti eam, nec deſpexiſti lacrymas ejus, cum profluentes rigarent terram ſub oculis ejus, in omni loco orationis ejus ; & audiſti eam. Nam unde illud ſomnium, quo eam conſolatus es, ut vivere me ſecum crederet, &

C

habere mecum eamdem menſam in domo, quod nolle cœperat, averſans & deteſtans blaſphemias erroris mei ? Vidit enim ſtantem ſe in quadam regula lignea,

ſolatur Deus per viſum,

& advenientem ad ſe juvenem ſplendidum, hilarem atque arridentem ſibi, cum illa eſſet mœrens & mœrore confecta. Qui cum cauſas quæſiſſet ab ea mœſtitiæ ſuæ quotidianarumque lacrymarum, docendi, ut aſſolet, non diſcendi gratia ; atque illa reſpondiſſet, perditionem meam ſe plangere ; juſſiſſe illum quo ſecura eſſet, atque admonuiſſe ut attenderet & videret, ubi eſſet illa, ibi eſſe & me. Quod illa ubi attendit, vidit me juxta ſe in eadem regula ſtantem. Unde hoc ? niſi quia erant aures ad cor ejus. O tu, bone Omnipotens, qui ſic curas unumquemque noſtrum, tamquam ſolum cures, & ſic omnes tamquam ſingulos !

16 Unde illud etiam ? quod cum mihi narraſſet

certare faciens quod eamdem ſecum fidem aliquamdo teneret.

ipſum viſum, & ego ad id trahere conarer, ut illa ſe potius non deſperaret futuram eſſe quod eram ; continuo, ſine aliqua hæſitatione, Non, inquit : non enim mihi dictum eſt, Ubi ille, ibi & tu ; ſed, Ubi tu, ibi & ille. Confiteor tibi, Domine, recordationem meam quantum recolo, quod ſæpe non tacui, amplius me iſto per matrem vigilantem reſponſo tuo, (quod tam vicina interpretationis falſitate turbata non eſt, & tam cito vidit quod videndum fuit : quod ego certe, antequam dixiſſet, non videram) etiam tum commotum fuiſſe, quam ipſo ſomnio, quo feminæ piæ gaudium, tanto poſt futurum, ad conſolationem tunc præſentis ſolicitudinis tanto ante prædictum eſt. Nam novem ferme anni ſecuti ſunt, quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falſitatis, cum ſæpe ſurgere conarer, & gravius alliderer, volutatus ſum : cum tamen illa vidua caſta, pia, & ſobria, quales amas, jam quidem ſpe alacrior, ſed fletu & gemitu non ſegnior, non deſineret horis omnibus orationum ſuarum de me plangere ad te ; & intrabant in conſpectum tuum preces ejus : & me tamen dimittebas adhuc volvi & involvi illa caligine.

D

17 Et dediſti alterum reſponſum interim, quod recolo : nam & multa prætereo, propter quod propero ad ea quæ me magis urgent confiteri tibi ; & multa non memini. Dediſti ergo alterum per Sacerdotem tuum quemdam Epiſcopum, nutritum in Eccleſia & exercitatum in libris tuis : quem cum illa femina rogaſſet, ut dignaretur mecum colloqui & refellere errores meos, & dedocere me mala ac docere bona (faciebat enim hoc, ſi quos forte idoneos inveniſſet) noluit ille, prudenter ſane, quantum ſenſi poſtea : reſpondit enim me adhuc eſſe indocilem, eo quod inflatus eſſem novitate hæreſis illius, & nonnullis quæſtiunculis jam multos imperitos exagitaſſem, ſicut illa indicaverat ei. Sed, ſine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum ; ipſe legendo reperiet quis ille ſit error & quanta impietas ; ſimul etiam narravit, ſe quoque parvulum à ſeducta matre ſua datum fuiſſe Manichæis, & omnes pene non legiſſe tantum, verum etiam ſcripturaſſe libros eorum ; ſibique apparuiſſe, nullo contra diſputante & convincente, quam eſſet illa ſecta fugienda, itaque fugiſſe. Quæ cum ille dixiſſet, atque illa nollet acquieſcere, ſed inſtaret magis deprecando & ubertim flendo, ut me videret & mecum differeret ; ille jam ſubſtomachans tædio, Vade, inquit, à me, ita vivas : fieri enim non poteſt, ut filius iſtarum lacrymarum pereat. Quod illa ita ſe accepiſſe, inter colloquia ſua, mecum ſæpe recordabatur, ac ſi de cælo ſonuiſſet.

cap. 12 *idque etiam confirmans per os Sacerdotis*

E

negantis perire poſſe tot lacrymarum filium.

CAPUT II.

Diſceſſus S. Auguſtini in Italiam & ad S. Ambroſium, ſecutâ Monicâ : hujus gaudia in ejus converſione.

18 MAnus autem tuæ, Deus meus, in abdito providentiæ tuæ non deſerebant animam meam, & de ſanguine cordis matris meæ per lacrymas ejus diebus ac noctibus pro me ſacrificabatur tibi ; & egiſti mecum miris & occultis modis. Tu illud egiſti, Deus meus : nam à Domino greſſus hominis dirigentur, & viam ejus volet. * Egiſti ergo mecum ut mihi perſuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere quod docebam Carthagine. Sed quare potius hinc abirem & illuc irem tu ſciebas, Deus, nec indicabas mihi, nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & uſque ad mare ſecuta eſt. Sed fefelli eam, violenter me tenentem, ut aut revocaret aut mecum pergeret : & finxi me amicum nolle deſerere donec vento facto navigaret. Et mentitus ſum matri, & illi matri : & evaſi : quia & hoc tu dimiſiſti mihi miſericorditer, ſervans me ab aquis maris, plenum execrandis ſordibus, uſque ad aquam gratiæ tuæ, qua me abluto ſiccarentur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidie tibi rigabat terram ſub vultu ſuo. Et tamen recuſanti ſine me redire, vix perſuaſi, ut

lib.5 cap.7

cap. 8

Romam profecturo Auguſtino fruſtra obluctata,

A ut in loco qui proximus noſtræ navi erat, memoria B. Cypriani, maneret ea nocte.

19 Sed ea nocte clanculo ego profectus ſum: illa autem remanſit orando & flendo. Et quid à te petebat, Deus meus, tantis lacrymis niſi ut navigare me non ſineres? Sed tu alte conſulens & exaudiens cardinem deſiderii ejus, non curaſti quod tunc petebat, ut in me faceres quod ſemper petebat. Flavit ventus, & implevit vela noſtra, & littus ſubtraxit aſpectibus noſtris: in quo mane illa inſaniebat dolore & querelis, ac gemitu implebat aures tuas, contemnentes iſta, cum & me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipſas cupiditates; & illius carnale deſiderium juſto dolorum flagello vapularet. Amabat enim ſecum præſentiam meam more matrum; ſed multis multo amplius: & neſciebat quid tu illi gaudiorum facturus eſſes de abſentia mea. Neſciebat; ideo flebat & ejulabat, atque illis cruciatibus arguebatur rea reliquiarum Evæ, cum gemitu quærens quod cum gemitu pepererat. Et tamen poſt accuſationem fallaciarum & crudelitatis meæ, converſa rurſus ad deprecandum te pro me, abiit ad ſolita, & ego Romam.

furtivo ejus diſceſſu contriſtatur:

Cap. 9 B *eodem ibidē ægrotante,*

20 Et ecce excipior ibi flagello ægritudinis corporalis, & ibam jam ad inferos, portans omnia mala quæ commiſeram, & in te, & in me, & in alios multa & gravia, ſuper originalis peccati vinculum, quo omnes in Adam morimur. Et ingraveſcentibus febribus jam ibam & peribam, & illa hoc neſciebat: & tamen pro me orabat abſens: tu autem ubique præſens, ubi erat exaudiebas eam, & ubi eram miſerebaris mei, ut recuperarem ſalutem corporis mei, ad huc inſanus corde ſacrilego. Neque enim deſiderabam in illo tanto periculo baptiſmum tuum: & melior eram puer, quando illum de materna pietate flagitavi, ſicut jam recordatus atque confeſſus ſum. Sed in dedecus meum creveram, & conſilia medicinæ tuæ demens irridebam, qui me non ſiviſti talem bis mori. Quo vulnere ſi feriretur cor matris, numquam ſanaretur. Non enim ſatis eloquor quid erga me habebat animi, & quanto majore ſollicitudine me parturiebat ſpiritu, quam carne pepererat. Non itaque video quomodo ſanaretur, ſi mea talis illa mors tranſverberaſſet viſcera dilectionis ejus.

ſi abſque baptiſmo obiiſſet, contriſtanda magis.

ad preces ſuarum inſtantiam.

C 21 Et ubi eſſent tantæ preces, & tam crebræ ſine intermiſſione? Nuſquam, niſi ad te. An vero tu, Deus miſericordiarum, ſperneres cor contritum & humiliatum viduæ caſtæ ac ſobriæ, frequentantis eleemoſynas, obſequentis atque ſervientis Sanctis tuis, nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuum; bis in die, mane & veſpere, ad eccleſiam tuam ſine ulla intermiſſione venientis; non ad vanas fabulas & aniles loquacitates, ſed ut te audiret in tuis ſermonibus, & tu illam in ſuis orationibus? Hujuſne tu lacrymas, quibus non à te aurum & argentum petebat, nec aliquod mutabile aut volubile bonum; ſed ſalutem animæ filii ſui, tu, cujus munere talis erat, contemneres & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam, Domine: imo vero aderas, & faciebas ordine quo prædeſtinaveras eſſe faciendum. Abſit ut tu falleres eam in illis viſionibus & reſponſis tuis, quæ jam commemoravi, & quæ non memoravi; quę illa fideli pectore tenebat, & ſemper orans tamquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in ſeculum miſericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promiſſionibus tuis debitor fieri. Recreaſti ergo me ab illa ægritudine, & ſalvum feciſti filium ancillæ tuæ.

ſe matum profeſſum q; Mediolanum Cap. 13

22 Poſtea Miſſum à Mediolano Romam ad Præfectum Urbis, ut illi civitati Rhetoricæ magiſter provideretur, impertita etiam evectione publica; ego ipſe ambivi per eoſdem ipſos Manichęis vanitatibus ebrios, quibus ut carerem ibam, ſed utrique neſciebamus, ut dictione propoſitâ me probatum Præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambroſium Epiſcopum, in optimis notum orbi terræ, pium cultorem tuum, cujus tunc eloquia ſtrenue miniſtrabant adipem frumenti tui, & lætitiam olei, & ſobriam vini ebrietatem populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te neſciens, ut per eum ad te ſciens ducerer; & ſtudioſe audiebam diſputantem in populo. * Itaque Manichęos quidem relinquendos eſſe decrevi, & ſtatui tamdiu eſſe Catechumenus in Catholica fide à parentibus commendata, donec aliquid certi elucęret quo curſum dirigerem.

EX CONF. AUGUST.

Cap. 14

23 Jam venerat ad me mater, pietate fortis, terra marique me ſequens, & in periculis omnibus de te ſecura. Nam & per marina diſcrimina ipſos nautas conſolabatur, à quibus rudes abyſſi viatores, cum perturbantur, conſolari ſolent; pollicens eis perventionem cum ſalute, quia hoc ei tu per viſum pollicitus eras. Et invenit periclitantem quidem graviter me deſperatione indagandæ veritatis: ſed tamen ei cum indicaſſem, non me quidem jam eſſe Manichæum, ſed neque Catholicum Chriſtianum; non quaſi inopinatum aliquid audierit, exiluit lætitia; F cum jam ſecura fieret ex ea parte miſeriæ meæ, in qua me tamquam mortuum, ſed reſuſcitatum tibi flebat, & feretro cogitationis efferebat, ut diceres filio viduæ, Juvenis, tibi dico, ſurge; & reviviſceret, & inciperet loqui, & redderes illum matri ſuæ.

Lib. 6 c. 1 *ſecuta illa, intelligit renuntiaſſe Manichæis,*

24 Nulla ergo turbulenta exultatione trepidavit cor ejus, cum audiſſet ex tanta parte jam factum quod tibi quotidie plangebat ut fieret; veritatem me nondum adeptum, ſed falſitati jam ereptum. Imo vero quia certa erat, & quod reſtabat te daturum, qui totum promiſeras; placidiſſime & pectore pleno fiduciæ, reſpondit mihi, credere ſe in Chriſtum, quod priuſquam de hac vita migraret, me viſura eſſet fidelem Catholicum. Et hoc quidem mihi; tibi autem, fons miſericordiarum, preces & lacrymas denſiores, ut accelerares adjutorium tuum, & illuminares tenebras meas, & ſtudioſius ad eccleſiam currerem, & in Ambroſii ora ſuſpenderer ad fontem ſalientis aquæ in vitam æternam. Diligebat autem illum virum ſicut Angelum Dei, quod per illum cognoverat me interim ad illam ancipitem fluctuationem jam eſſe perductum; per quam tranſiturum me ab ægritudine ad ſanitatem, intercurrente acriore periculo, quaſi per acceſſionem quam criticam medici vocant, certa præſumebat.

& confidit integrę convertendum.

E

25 Et cum inveniſſet Mediolani Eccleſiam ſabbato non jejunantem, cœperat perturbari, & fluctuare quid ageret. Cum ego talia non curabam, ſed propter ipſam conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium. Reſpondit ſe nihil docere me poſſe, niſi quod ipſe faceret: quia ſi melius noſſet, id potius obſervaret. Cumque ego putaſſem, nulla reddita ratione, auctoritate ſola ſua nos voluiſſe admonere, ne ſabbato jejunaremus; ſubſecutus eſt & ait mihi: Cum Romam venio, jejuno ſabbato: cum hic ſum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. Ego vero de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui, tamquam eam cæleſti oraculo ſuſceperim.

Epiſt. 118 Cap. 2 *Mediolan. eccleſiæ ritui ſeſe aptans jejunium Sabbatinum dimittit,*

26 Inter quæ cum ad memorias Sanctorum, ſicut in Africa ſolebat, pultes & panem, & merum attuliſſet, atque ab Oſtiario prohiberetur; ubi hoc Epiſcopum vetuiſſe cognovit, tam pie atque obedienter amplexa eſt, ut ipſe miraretur quod tam facile accuſatrix

Lib. 6 c. 2 *& deſinit ferre ad ſepulcra oblationes,*

EX CONF. AUGUST. ſatrix potius conſuetudinis ſuæ, quam diſceptatrix illius prohibitionis effecta ſit. Non enim obſidebat ſpiritum ejus vinolentia, eamque ſtimulabat in odium veri amor vini, [ſicut pleroſque mares & feminas, qui ad canticum ſobrietatis, ſicut ad potionem aquatam madidi, nauſeant]: ſed illa cum attuliſſet caniſtrum cum ſolennibus epulis præguſtandis atque largiendis, plus etiam quam unum pocillum, pro ſuo palato ſatis ſobrie temperatum, unde dignationem ſumeret, non ponebat: & ſi multæ eſſent, quæ illo modo videbantur honorandæ, memoriæ defunctorum; idem ipſum vinum, quod ubique poneret, circumferebat: quo jam non ſolum aquatiſſimo, ſed etiam tepidiſſimo, cum ſuis præſentibus per ſorbitiones exiguas partiretur: quia pietatem ibi quærebat non voluptatem.

intelligens à id prohibitum à S. Ambroſio

27 Itaque ubi comperit, à præclaro Prædicatore atque Antiſtite pietatis præceptum eſſe iſta non fieri, nec ab eis qui ſobrie facerent, ne ulla occaſio ſe ingurgitandi daretur ebrioſis; & quia illa quaſi parentalia ſuperſtitioni Gentilium eſſent ſimillima; abſtinuit ſe libentiſſime, & pro caniſtro pleno terrenis fructibus, plenum purgatioribus votis pectus ad memorias Martyrum adferre didicerat, ut & quod poſſet daret egentibus, & ſic communicatio Dominici
B Corporis illic celebraretur, cujus Paſſionis imitatione immolati & coronati ſunt Martyres. Sed tamen videtur mihi, Domine Deus meus, & ita eſt in conſpectu tuo de hac re cor meum, non facile fortaſſe de hac amputanda conſuetudine matrē meam fuiſſe ceſſuram, ſi ab alio prohiberetur, quem non ſicut Ambroſium diligebat, quem propter ſalutem meam maximè diligebat; eam vero ille, propter ejus religioſiſſimam converſationem, qua in bonis operibus tam fervens ſpiritu frequentabat eccleſiam; ita ut ſæpe erumperet, cum me videret in ejus prædicatione, gratulans mihi quod talem matrem haberem, neſciens qualem illa me filium, qui dubitabam de illis omnibus, & inveniri poſſe viam vitæ minime putabam.

ſingulariter ſibi obſtricto.

cap. 12 & 13

28 Sic eramus, donec tu, Altiſſime, non deſerens humum noſtram, miſeratus miſeros ſubvenires miris & occultis modis. * Et inſtabatur impigre, ut ducerem uxorem, maxime matre dante operam, quo me conjugatum baptiſmus ſalutaris ablueret, quo me indies gaudebat aptari, & vota ſua ac promiſſa tua in mea fide compleri animadvertebat. Cum ſane & rogatu meo & deſiderio ſuo, forti clamore cordis abste

Optans filii matrimonium,

C deprecaretur quotidie, ut ei per viſum oſtenderes aliquid de futuro matrimonio meo; numquam voluiſti. Et videbat quædam vana & phantaſtica, quo cogebat impetus de hac re fatagentis humani ſpiritus; & narrabat mihi, non cum fiducia, qua ſolebat cum tu demonſtrares ei, ſed contemnens ea. Dicebat enim diſcernere ſe, neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat, quid interreſſet inter revelantem te & animam ſuam ſomniantem.

lib. 8 c. 12

29 Sed poſtea convertiſti me ad te, ut nec uxorem quærerem, nec aliquam ſpem ſeculi hujus, ſtans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ei revelaveras. Et convertiſti luctum ejus in gaudium, multo uberius quam voluerat, & multo carius atque caſtius quam de nepotibus carnis meæ requirebat. Inde jam exultabat illa & benedicebat tibi, qui potens es ultra quam petimus aut intelligimus facere: quia tanto amplius ſibi à te conceſſum de me videbat, quam petere ſolebat miſerabilibus gemitibus fletibuſque.

magis gaudet ejus meliori propoſito

lib. 9 cap. 6 & 8 *ac denique ejuſdem baptiſmo.*

30 Placuit & Alypio renaſci in te mecum: adjunximus etiam nobis puerum Adeodatum, ex me natum carnaliter de peccato meo. * Simul eramus, ſimul habitabamus placito ſancto, matre adhærente, muliebri habitu, virili fide, anili ſecuritate, materna caritate, Chriſtiana pietate: & baptizati ſumus, &
D fugit à nobis ſolicitudo vitæ præteritæ. * Nimirum cap. 8 annus erat aut non multo amplius, cum Juſtina, Valentiniani Regis pueri mater, hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, quæ fuerat ſeducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in eccleſia, mori parata cum Epiſcopo ſuo, ſervo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis & vigiliarum primas cap. 9 partes tenens, orationibus vivebat. * Poſtremo nobis, Domine, omnibus, qui ex munere tuo finis loqui ſervis tuis, qui ante dormitionem ejus in te jam conſociati vivebamus, percepta gratia baptiſmi tui, ita curam geſſit, quaſi omnes genuiſſet; ita ſervivit, quaſi ab omnibus genita fuiſſet.

CAPUT III.

Ultimum utriuſque colloquium, morbus, obitus, preces & ſacrificia mortuæ, ut peterat, impenſa.

lib. 9 c. 10 *Oſtiam devecta cum filio,*

31 IMminente autem die, quo ex hac vita erat exitura, quem diem tu noveras ignorantibus nobis; provenerat (ut credo) procurante te occultis tuis modis, ut ego & ipſa ſoli ſtaremus incumben-
E tes ad quamdam feneſtram, unde hortus intra domum, quæ nos habebat, proſpectabatur; illic apud Oſtia Tiberina, ubi remoti à turbis, poſt longi itineris laborem, inſtaurabamus nos navigationi. Collo- *& ei ſoli colloquens,* quebamur ergo ſoli valde dulciter, & præterita obliviſcentes, in ea quæ ante ſunt extenti, quærebamus inter nos apud præſentem veritatem, quod tu es, qualis futura eſſet vita æterna Sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Sed inhiabamus ore cordis in ſuperna fluenta fontis tui, fontis vitæ qui eſt apud te, ut inde pro captu noſtro aſperſi quoquomodo rem tantam cogitaremus.

de cœleſti beatitudine

32 Cumque ad eum finem ſermo perduceretur, ut carnalium ſenſuum delectatio quantalibet, in quantalibet luce corporea, præ illius vitæ jucunditate, non comparatione, ſed ne commemoratione quidem digna videretur; erigentes nos ardentiore affectu in idipſum, perambulavimus gradatim cuncta corporalia, & ipſum cœlum, unde ſol & luna & ſtellæ lucent ſuper terram. Et adhuc adſcendebamus interim, cogitando & loquendo te, & mirando opera tua; & venimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, ut at-
F tingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi paſcis Iſrael in æternum veritatis pabulo, & ubi vita Sapientia eſt, per quam fiunt omnia iſta, & quæ fuerunt, & quæ futura ſunt; & ipſa non fit, ſed ſic eſt ut fuit, & ſic erit ſemper; quin potius fuiſſe & futurum eſſe non eſt in ea, ſed eſſe ſolum, quoniam æterna eſt: nam fuiſſe & futurum eſſe non eſt æternum.

& Dei intuitiva viſione,

33 Et dum loquimur & inhiamus illi, attigimus eam modice toto ictu cordis; & ſuſpiravimus & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, & remeavimus ad ſtrepitum oris noſtri, ubi verbum & incipitur & finitur. Et quid ſimile Verbo tuo, Domino noſtro, in ſe permanenti ſine vetuſtate, atque innovanti omnia? Dicebamus ergo, Si cui ſileat tumultus carnis, ſileant phantaſiæ terræ & aquarum & aëris, ſileant & poli, & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe non ſe cogitando; ſileant ſomnia & imaginariæ revelationes, omnis lingua, & omne ſignum, & quidquid tranſeundo fit, ſi cui ſileat omnino: quoniam ſi quis audiat, dicunt hæc omnia, Non ipſa nos fecimus, ſed fecit nos qui manet in æternum. His dictis ſi jam taceant, quoniam erexerunt aurem in eum qui fecit ea, & loquatur ipſe ſolus, non per ea, ſed per ſeipſum, ut audiamus verbum ejus, non per

linguam

A linguam carnis, neque per vocem Angeli, neque per ſonitum nubis, neque per ænygma ſimilitudinis; ſed ipſum quem in his amamus, ipſum ſine his audiamus.

cuivis alteri cognitioni præferenda,

34 Sicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam ſapientiam, ſuper omnia manentem; ſi continuetur hoc, & ſubtrahantur aliæ viſiones longe imparis generis, & hæc una rapiat & abſorbeat & recondat in interiora gaudia ſpectatorem ſuum; ut talis ſit ſempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui ſuſpiravimus. Nonne hoc eſt, Intra in gaudium Domini tui? & iſtud, quando? An cum omnes reſurgemus, ſed non immutabimur? Dicebamus talia, & ſi non iſto modo & his verbis, tamen, Domine, tu ſcis quod illo die, cum talia loqueremur, mundus iſte nobis inter verba vileſceret cum omnibus delectationibus ſuis.

fatetur ſe illuc anhelare,

Tunc ait illa: Fili, quantum ad me attinet, nulla jam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic ſim, neſcio, jam conſumpta ſpe hujus ſeculi. Unum erat propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Chriſtianum Catholicum viderem priuſquam morerer. Cumulatius hoc mihi

B Deus meus præſtitit, ut te etiam, contempta felicitate terrena, ſervum ejus videam. Quid hic facio?

Cap. 11 & quinto poſt die deliquium paſſa

35 Ad hæc quid ei reſponderim non ſatis recolo. Tum interea vix intra quinque dies aut non multo amplius decubuit febribus. Et cum ægrotaret, quodam die defectum animæ paſſa eſt, & paululum ſubtracta à præſentibus. Nos concurrimus; ſed cito reddita eſt ſenſui, & adſpexit adſtantes me & fratrem meum, & ait nobis, quaſi quærenti ſimilis, Ubi eram? Deinde nos intuens mœrore attonitos; Ponetis hic, inquit, matrem veſtram. Ego filebam & fletum frænabam: frater autem meus quiddam locutus eſt, quo eam non peregre, ſed in patria defungi, tamquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans eum oculis, quod talia ſaperet; atque inde me intuens; Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus; Ponite, inquit hoc corpus ubicumque, nihil vos ejus cura conturbet: tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei ubi fueritis.

nihil jam ſolicita de ſepulcro,

quod ſibi apud virum tumulandæ paraverat,

36 Cumque hanc ſententiam verbis quibus poterat explicaſſet, conticuit; & ingraveſcente morbo exercebatur. Ego vero cogitans dona tua, Deus meus inviſibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum & proveniunt inde fruges admirabiles; gaudebam & gratias agebam tibi, recolens quod noveram,

C quanta cura ſemper æſtuaſſet de ſepulcro, quod ſibi providerat & præparaverat juxta corpus viri ſui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, ut eſt animus humanus minus capax divinorum, adjungi ad illam felicitatem, & commemorari ab hominibus conceſſum ſibi eſſe, poſt tranſmarinam peregrinationem, ut conjunctâ terrâ amborum conjugum terra tegeretur. Quando autem iſta inanitas, plenitudine bonitatis tuæ, cœperat in ejus corde non eſſe neſciebam, & lætabar admirans quod ſic mihi apparuiſſet.

non recuſat peregre humari,

37 Quamquam & illo ſermone noſtro ad feneſtram, cum dixit, Jam quid hic facio? non apparuit deſiderare in patria mori. Audivi enim poſtea, quod jam cum Oſtiæ eſſemus, cum quibuſdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu vitæ hujus & bono mortis, ubi ipſe non aderam: illiſque ſtupentibus virtutem feminæ quam tu dederas ei, quærentibuſque utrum non formidaret tam longe à ſua civitate corpus relinquere; Nihil, inquit, longe eſt Deo; neque timendum eſt ne ille non agnoſcat in fine ſeculi unde me reſuſcitet. Ergo die nono ægritudinis ſuæ, quinquageſimo & ſexto anno ætatis ſuæ, trigeſimo & tertio ætatis meæ, anima illa religioſa & pia corpore ſoluta eſt.

& moritur æt. an. 56.

EX CONF. AUGUST. Cap. 12

38 Premebam oculos ejus & confluebat in præcordia mea mœſtitudo ingens, & transfluebat in lacrymas; ibidemque oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum uſque ad ſiccitatem; & in tali luctamine valde male mihi erat. Tum vero ubi efflavit extremum ſpiritum, puer Adeodatus exclamavit in planctum, atque ab omnibus nobis coërcitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile, quod labebatur in fletus, juvenili voce cordis coërcebatur & tacebat. Neque enim decere arbitrabamur funus illud queſtibus lacrymoſis gemitibusque celebrare, quia his plerumque ſolet deplorari quædam miſeria morientium, aut quaſi omnimoda extinctio. At illa nec miſere moriebatur, nec omnino moriebatur: hoc & documentis morum ejus & fide non ficta rationibuſque certis tenebamus.

Auguſtinus repreſſis eo in caſu lacrymis,

internoque luctu diſſimulato

39 Quid ergo erat quod intus mihi graviter dolebat, niſi ex conſuetudine ſimul vivendi, dulciſſima & cariſſima, repente dirupta, vulnus recens? Gratulabar quidem teſtimonio ejus, quod in ea ipſa ultima ægritudine obſequiis meis interblandiens, appellabat me pium, & commemorabat grandi dilectionis affectu numquam ſe audiſſe ex ore meo jaculatum in ſe durum aut contumelioſum ſermonem. Sed E tamen quid tale, Deus meus qui feciſti nos, quid comparabile habebat honor à me delatus illi & ſervitus ab illa mihi? Quoniam ita deſerebar tam magno ejus ſolatio, ſauciabatur anima mea; & quaſi dilaniabatur vita, quæ una facta fuerat ex mea & illius. Cohibito ergo à fletu illo puero, pſalterium arripuit Euodius, & cantare cœpit Pſalmum, cui reſpondebamus omnis domus, Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine. Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religioſæ feminæ; & de more illis, quorum officium erat, funus curantibus, ego in parte, ubi decenter poteram, cum eis qui me non deſerendum eſſe cenſebant, quod erat tempori congruum diſputabam: eoque fomento veritatis mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus & intente audientibus, & ſine ſenſu doloris me eſſe arbitrantibus.

cum fratribus pro defuncta orat,

Pſ. 100

eamque poſt ſacrificium oblatum ſepelit,

40 At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem affectus mei, & conſtringebam fluxum mœroris, cedebatque mihi paululum, rurſuſque impetu ſuo ferebatur, non uſque ad eruptionem lacrymarum, nec uſque ad vultus mutationem, ſed ego ſciebam quid corde premerem. F Et quia mihi vehementer diſplicebat tantum in me poſſe hæc humana, quæ ordine debito & ſorte conditionis noſtræ accidere neceſſe eſt; alio dolore dolebam dolorem meum, & duplici triſtitia macerabar. Cum ecce corpus elatum eſt, imus & redimus ſine lacrymis. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea ſacrificium pretii noſtri; nec in eis quas fecimus jam juxta ſepulcrum poſito cadavere, priuſquam deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, ego flevi; ſed toto die graviter in occulto mœſtus eram, & mente turbata rogabam te, ut poteram, quod ſanares dolorem meum: nec faciebas, credo commendans memoriæ meæ vel hoc uno documento, omnis conſuetudinis vinculum, etiam adverſus mentem quæ jam non fallaci verbo paſcitur.

tum balneo uſus,

41 Viſum etiam mihi eſt ut irem lavatum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Græci βαλανεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo. Ecce & hoc confiteor miſericordiæ tuæ, Pater orphanorum, quoniam lavi, & talis eram qualis priuſquam laviſſem. Neque enim exudavit de cor- *ac ſomno recreatus,* de meo mœroris amaritudo. Deinde dormivi, & evigilavi, & non parva ex parte mitigatum inveni dolo-

EX CONF. AUGUST. dolorem meum. Atque eram in lecto meo ſolus, recordatus ſum veridicos verſus Ambroſii tui: tu es enim

Deus creator omnium polique rector, veſtiens
Diem decoro lumine, noctem ſoporis gratia,
Artus ſolutos ut quies reddat laboris uſui,
Menteſque feſſas allevet, luctuſque ſolvat anxios.

lacrymis privatim indulgens

42 Atque inde paulatim reducebam in priſtinum ſenſum ancillam tuam, converſationemque ejus, piam in te & ſanctam, in nos blandam atque morigeram, qua ſubito deſtitutus ſum, & libuit flere in conſpectu tuo de illa & pro illa, de me & pro me: Et dimiſi lacrymas, quas continebam, ut effluerent quantum vellent, ſubſternens eas cordi meo; & requievit in eis, quoniam ibi erant aures tuæ, non cujuſquam hominis ſuperbe interpretantis ploratum meum. Et nunc, Domine, confiteor tibi in litteris; legat qui volet, & interpretetur ut volet; &, ſi peccatum invenerit fleviſſe me matrem exigua parte horæ, matrem oculis meis interim mortuam, quæ me multos annos fleverat, ut oculis tuis viverem; non irrideat, ſed potius, ſi eſt grandis caritate, pro peccatis meis fleat ipſe ad te, Patrem omnium fratrum Chriſti tui.

B

requiem defuncta precatur

43 Ego autem jam ſanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis affectus; fundo tibi, Deus noſter, pro illa famula tua longe aliud lacrymarum genus, quod manat de concuſſo ſpiritu, conſideratione periculorum omnis animæ quæ in Adam moritur. Quamquam illa in Chriſto vivificata, etiam nondum carne reſoluta, ſic vixerit, ut laudetur nomen tuum in fide moribuſque ejus: non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptiſmum regeneraſti, nullum verbum exiſſe ab ore ejus contra præceptum

Mat. 5. 23

tuum. Et dictum eſt à Veritate, Filio tuo; Si quis dixerit fratri ſuo, fatue; reus erit gehennæ ignis. Et væ! etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus, aliquem apud te locum invenire indulgentiæ. Quiſquis autem tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat niſi munera tua? O ſi cognoſcant te omnes homines, & qui gloriantur, in Domino glorientur!

cum bona fiducia de ejus felici exitu,

44 Ego itaque, laus mea & vita mea, Deus cordis mei, ſepoſitis pauliſper bonis ejus actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meæ deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum noſtrorum quæ pependit in ligno, & ſedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis. Scio miſericorditer operatam & ex corde dimiſiſſe debita debitoribus ſuis, dimitte illi & tu debita ſua, ſi qua etiam contraxit per tot annos poſt aquam ſalutis. Dimitte, Domine, dimitte obſecro: ne intres cum ea in judicium: ſuperexaltet miſericordia judicium, quoniam eloquia tua vera ſunt, & promiſiſti miſericordiam miſericordibus: quod ut eſſent tu dediſti eis, qui miſereberis cui miſertus eris, & miſericordiam tuam præſtabis cui miſericors fueris.

C

potiſſimum in Miſſa illius memor, ſicut ipſa præceperat:

45 Et credo jam feceris, quod te rogo: ſed voluntaria oris mei approba, Domine: namque illa imminente die reſolutionis ſuæ, non cogitavit ſuum corpus ſumptuoſe contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrium. Non iſta mandavit nobis: ſed tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei prætermiſſione ſervierat, unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis, computans delicta noſtra, & quærens quid objiciat, & nihil inveniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem ſanguinem? quis ei reſtituet pretium, quo nos emit ut nos auferat ei? Ad cujus pretii noſtri ſacramentum ligavit ancilla tua animam ſuam vinculo fidei. Nemo à protectione tua dirumpat eam. Non ſe interponat nec vi, nec inſidiis, leo & draco. Neque enim reſpondebit illa, nihil ſe debere, ne convincatur & obtineatur ab accuſatore callido; ſed reſpondebit, dimiſſa debita ſua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit. D

aliorum quoque preces pro ea, pro patre ac fratribus petit.

46 Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, & poſt quem nulli nupta eſt: cui ſervivit, fructum tibi afferens cum tolerantia, ut eum quoque lucraretur tibi. Et inſpira, Domine Deus meus, inſpira ſervis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus & voce & corde & litteris ſervio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam ejus conjuge: per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam, quemadmodum neſcio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce tranſitoria, & fratrũ meorũ ſub te Patre in Matre Eccleſia Catholica, & civium meorum in æterna Jeruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui, ab exitu uſque ad reditum; ut quod à me illa popoſcit extremum, uberius ei præſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones quam per orationes meas. E

EPISTOLA,

ſub nomine S. Auguſtini ad ſororem ſcribentis, edita de vita & virtutibus S. Monicæ.

Ex Mss. & Mombritio.

a A pueritia orationi addicta,

HOrtor te, dilecta ſponſa *a* Chriſti, ut Deo ſtudeas in omnibus placere, ſicut & earam matrem noviſti perfeciſſe. Nam dum eſſet puella, ad eccleſiam fugiebat, diu in angulo permanens, & virginales orationes ad Chriſtum fundebat. Dum autem domum tarde rediret, à bajula ſua verberabatur, eo quod extra domum ſine pediſſequa receſſiſſet: & totum ipſa puella patienter portabat *b*. In tota autem pueritia ſua, numquam cum puellis ludentibus ſe miſcuit, ſed frequenter in nocte adhuc in pueritia de lecto ſurgebat, & genibus flexis orationes, quas à matre, nomine *c* Facundia, didicerat, Domino offerebat. Ab infantia autem cum ea crevit miſeratio, & naturali affectione pauperes diligebat. Sæpe panem de menſa in ſinu collocabat, & de paterna domo fugiens pauperibus tribuebat, Hoſpites & infirmos viſitabat, vicinas litigantes reprehendebat, pedes infirmorum ſæpe lavabat, & eis ut puella poterat ſerviebat.

b

c

& eleemoſynis, F

an. æt. 13 deſponsetur viro

2 Cum autem parentes ejus, more ſecularium, veſtibus delicatis eam ornare voluiſſent; ipſa contriſtata reſpuebat. Et cum eſſet annorum tredecim, eam nobili Patricio *d* Carthaginenſi tradiderunt. Quanto autem timore & honeſtate, quanta etiam ſumma pulchritudine Dominus eam dotaverit, quanta etiam pudicitia eam Dominus magnificaverit, certe in brevi dici nullatenus poſſet. Matrimonium tamen optime conſervavit, filios in omni timore Domini ſufficienter erudivit, torum immaculatum cuſtodivit, & maritum ferociſſimum cum magno labore in fine lucrata eſt. Cum autem vixiſſet cum viro ſuo fere annis duodecim, reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, & exaudivit lacrymas ejus: nam inſpiravit Dominus maritum, ut deinceps uxorem pudicam *e* & caſtam ſervaret. O mira res! quia cum eſſet ferociſſimus, quanto affectu carnali ab ea diviſus eſt, tanto magis ſpiritali ei per dilectionem con-

d

quo converſo

e

junctus

A junctus est. Cum enim vir ejus esset annorum septuaginta duorum, obiit in pace.

ac mortuo

3 Quantis autem salutaribus monitis & jejuniis, quantisque lacrymis & orationibus illam viduam sanctam, castam, sobriam & piam Dominus dotavit, mirum est. Omnia tamen post mortem viri contempsit, omne regnum mundi & omnem ornatum ejus respuit propter Deum; in tantum ut non solum mater pauperum vocaretur, sed ancilla. Et quia dum

intendit operibus caritatis

vir ejus vivebat, potestatem proprii corporis non habebat, ideo eleemosynas non ita largiter tribuebat. Sed postea ita vixit, ut non solum eleemosynas largiter tribueret, sed etiam cicatrices pauperum liniret. Propter quos ei Dominus centuplum reddidit, dum crucem ejus in corde ejus infixit & passionem. Dum autem quadam die præventa & visitata à te, Domine, beneficia tua, quæ tu in carne humano generi clemens exhibuisti, ancilla tua consideraret; tantam

Passioni Domini cum lacrymis recolenda,

gratiam tantamque lacrymarum copiam, torculari tuæ crucis expressam, in passione tua adinvenit, quod vestigia ejus per ecclesiam, lacrymæ desuper pavimentum defluentes ostendebant: & quanto plus ab effluentia lacrymarum hortabatur desistere, tanto plus fluvius lacrymarum oriebatur.

B

& jejuniis frequentandis,

4 Tanta autem gratia ancilla Christi jejunando alios præcellebat, quod diebus quibus ad cœnam vocabatur, tamquam ad amaram medicinam accedebat. Erat autem ei timor castus in corde, tamquam fascia pectoralis, qua cogitationes constringeret; in ore, tamquam frænum, quo linguam reprimeret; in opere, tamquam stimulus, ne prigritia torperet; in cunctis, tamquam regula, ne modum excederet. Ti-

Timore Dei excellens,

mor autem iste, tamquam scopa, purgabat cor viduæ ab omni duplicitate, os à falsitate, opera ab omni vanitate. Numquam verbum seculare ab ore ejus recordor me audivisse: sed in omnibus verbis suis & factis semper Christum primo nominabat. Tantum timor Domini mentem ejus occupaverat, quod non solum ab omni specie mali sibi cavebat, sed spiritu pietatis ad omne bonum prona erat. Satagebat mirabiliter opera pietatis pro posse cordialiter implere, super omnia infirmis servire, sepulturam mortuis præbere, orphanos custodire ut filios, viduas & maritatas consolari. Quapropter multa de arcanis cæ-

ad sublimem contemplationis gradum evehitur

lestibus Domino revelante percepit. Unde tanta ebrietate Spiritus sancti sæpe rapiebatur, quod in ea fere per totum diem quiescens, dum esset Rex in accubitu sui cordis, neque vox, neque sensus in ea audiebatur. Neque mirum: quia illa pax, quæ exuperat omnem sensum, sepeliebat viduæ sensus corporales, in tantum ut vix matronæ nostræ & etiam vicinæ eam pungentes excitare valerent.

C

aliquando etiam extasim patitur

5 In die autem B. Cypriani, dum hæc Christi ancilla mereretur accipere Sacramenta, dum esset in domo, fere à terra per cubitum elevata fuit, clamando, quæ quietissima esse consueverat, dicens: Volemus ad cælum; volemus ad cælum fideles. Quam cum post interrogaremus, quid sibi acciderat; non respondebat, sed tanto gaudio replebatur, quod omnes ad festum perducebat, cantantes cum Propheta,

Ps. 83

Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Dum etiam in die Pentecostes, esset refecta refectione illius panis, qui de cælo descendit, post sumptionem Sacramenti tanta satietate repleta fuit, quod per diem ac noctem absque corporali cibo perseveravit.

& pie moritur.

6 Cum apud Ostia Tiberina infirmaretur, & Sacramentum à nobis fideliter peteret, nec dolore stomachi vexata valeret retinere; visibiliter infantulus

f

nocte media ad lectum Dei famulæ venit *f*, eamque in pectore amplectens, anima illa sancta ad cælum volavit. Ergo die nona ægritudinis suæ, quinquagesimo sexto anno ætatis *g*; trigesimo tertio anno ætatis meæ, anima illa pia & religiosa carne soluta est, die *h* quarta Maji. *i*

D

g

h i

ANNOTATA.

a *Mombritius in titulo ait, scriptam* sorori suæ Perpetuæ Virgini.

b *Ms. Vltrajectinum S. Salvatoris, in quo habebatur Vita per Walterum collecta, sed valde contracta, hoc loco interponit breviter narrationem de castigata puellæ vinolentia, quam in Ms. Bodecensi deficientem supra proposuimus num. 6 ad signum* [

c *Nescio an aliunde hoc nomen innotuerit.*

d *An hoc sorori scripsisset frater? Deinde annos 23 nata erat cum peperit Augustinum, ut constat ex ætate supra n. 37 expressa, & hic liberorum primus potius quam ultimus fuisse videtur.*

e *Ex Augustino num. 13 colligimus, quod conversus ad Christum uxori deinceps fidem servarit: sed quod etiam ab illius usu carnali se cohibuerit, non est credibile: quomodo enim tantam, tamque raram virtutem in conjugatis, filius, laudare parentes volens, tacuisset? Lacrymæ autem S. Monicæ pro viro non hoc spectarant, sed ut à gentilismo tandem aliquando converteretur ad Christum, quod hic non bene dissimulatur.* F

f *Nec hoc tacuisset Augustinus, si quid tale vel vidisset ipse vel ex morientis ore postremum accepisset: quare incredibile id nobis videtur.*

g *Hæc fuissent apud sororem superflua, sunt autem accepta ex Confessionibus.*

h *Auctor istius seculi scripsisset,* quarto Nonas Maji. *Existimo ego nec ab Augustino nec ab alio coævo diem notatum, à Compilatore autem hic positum esse ex usu Canonicorum Regularium, tali die festum S. Monicæ agentium, ob eam quam in Commentario prævio indicavi causam.*

i *Subjunguntur, tam in Mss. quam apud Mombritium, loca varia ex Confessionibus collecta tumultuarie, quæ supra habentur num. 39, 9, 13, 31, 35. Mombritius porro, nescio an de suo, addit*: Quanto autem studio & amore B. Monica, ut filius ejus Augustinus ad Deum converteretur, contendit; idem Augustinus in libris Confessionum suarum diligenter inquirenti expressit.

Doctores Lovanienses, in sua editione operum D. Augustini, totam hanc epistolam ad extremam appendicis calcem rejecerunt, ut certissime non suam, idque jure optimo.

HISTORIA TRANSLATIONIS E

Reliquiarum Aroasiam.

Auctore VValtero Canonico Regulari Aroasiensi.

PROLOGUS.

Auctor qui detulit Reliquias, rogatus, post varias excusationes, scribit translationis historiam.

SÆpissime fueram rogatus à pluribus, ut Translationem S. Monicæ, matris B. Augustini, quam de civitate Ostiensi ipse deduleram, scripto posterorum memoriæ commendarem. Asserebant enim, quod nisi litteris mandata futurorum memoriæ traderetur, ignorantes quæ & quanti meriti sint illæ Reliquiæ, non quantum expedit venerabuntur; sed aut parvi, aut forsitan nullius momenti, apud eos habebuntur. Cujus negligentiæ reatum inertiæ meæ volebant adscribere; cujus industia illud malum secutura ætas, si voluissem, poterat præcavere. Quibus, propriæ fragilitatis non immemor, imperitiæ meæ insufficientiam cœpi opponere, contestans me nihil ausum scribere, quod ad aures plurimorum necesse sit pervenire. Nec enim adeo me litteratum sentiebam, & revera usum hujusmodi non habebam. Timebam vero multum, ne si talium inexpertus, quę

A.WALTERO EX MS. Luc,14, 30

postulabar, inciperem; aut tædio aut sermonis inopia patiens defectum, omnium risui paterem, juxta Euangelicam sententiam: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Cumque his & aliis ejusmodi occasionibus diffugium quærerem, illi è contra dicebant, quia qui infantum linguas facit disertas,& jumentorum rictus in verba resolvit, poterat ineloquenti præstare facundiam, & minus scienti multiplicare scientiam. His & aliis hujusmodi hortationibus cœpi ipsis de me melius credere quam mihi,& quasi oblitus mei, quod multum ante negaveram,non jam dictando, sed simplici narratione utendo scribere inchoavi, Nostris ergo conatibus adsit sanctissimæ Monicæ & dilecti filii ejus beatissimi Augustini speciale præsidium, qui pro nostra gravitate divinum implorent auxilium, ut saltem consueto usu quotidiani sermonis vera & utilia referens,& superflua reticens, dicere valeam, quomodo sacratissima ejus ossa ab urbe Ostiâ detulerim in Arroaziam.

Hactenus prologus ad Historiam: hanc vero quia in plura & minutiora Capita distinxit auctor, quam conveniat operi nostro, ipsum Capitum indicem hic habe: quorum distinctionem ne opus sit notare in margine, veteris partitionis formam servamus in numeris.

B
1 De initio schismatis, eo tempore quo missus ad curiam.
2 Quomodo, assumpto secum Abbate Agaunensi, iter arripuit.
3 De juvene Pisano, quem sibi ducem viæ conduxerunt.
4 De homine Dei, in monte Diaboli reperto.
5 Quomodo peregrinum se simulans, relicto Abbate, pedes ad Dominum Papam Terracinæ per multa pericula pervenerit.
6 Quomodo captus Abbas à Præfecto, in civitate Castellana reperitur.
7 De redemptione ipsius Abbatis.
8 De Ostiâ civitate,& collocutione Clericorum.
9 Narratio unius ex Clericis de apparitionibus S.Monicæ, quibus se eis jam multoties revelaverat: & quare reperta, & effossa nondum translata esset.
10 Exhortatio Ulrici de tollendis Reliquiis, & earum sublatio.
11 De metu tollentis Reliquias.
12 De navigatione & tempestate in mari.
13 Quomodo S.Monica in mare projici jussa, per industriam Ulrici reservata,eos liberarit.
C
14 Exultatio & laudatio Dei super Reliquiis non amissis.
15 De iterata tempestate,& liberatione.
16 De Reliquiis datis Ulrico.
17 Quod venientes ad curiam, audierunt Ostiensem Episcopum, super amissione Reliquiarum contristatum.
18 Quod Dominus Fulbertus absolvitur, & alius substitutus nuntiatur.
19 Reditus latoris Reliquiarum: & de eo quod febre corripeus, per eam quam bajulabat, liberatus sit.
20 De quibusdam egrotis apud Domnium,per sanctas Reliquias valetudini restitutis.
21 De allatione, & depositione ipsarum Reliquiarum in ecclesia S.Trinitatis,& S.Nicolai in Arida Gamantia, quæ nunc Arroazia dicitur.
22 De visione cujusdam Fratris.
23 De alia visione subcustodis.
24 De Fratre infirmo sanato.
25 De altero Fratre, tactu Reliquiarum melius habente.
26 De custodis gravi infirmitate,& ejusdem mirabili curatione.

D

CAPUT I.

Occasio profectionis ad Alexandrum III. Iter arduum usque Pisam, & VValteri ac socii Abbatis captivitas.

1 VEnerabilis igitur *a* Fulbertus Abbas ecclesiæ S. Nicolai de Arida-Gamantiâ pro negotio suo misit me ad curiam Domini Alexandri Papæ tertii, *c* primo Apostolicatus sui anno. Qui, defuncto Papâ Adriano, cum esset Apostolicæ Sedis Cancellarius, Rolandus nomine, à quibusdam Cardinalibus in summum Pontificem fuerat electus,& à Gallicana Ecclesia susceptus, & approbatus. Cujus electioni & dignitati *d* Fredericus Imperator, quia eum prius exosum habuerat, tam crudeliter obsistebat; ut cum suis fautoribus Octavianum Antipapam è diverso statuerit, quem Victorem vocaverunt; & omnes qui ad Alexandrum pergerent,ubicumque in Imperio suo reperirentur, capi, teneri, rebus omnibus exspoliari,& suppliciis exquisitis affligi præciperet. Hujus autem occasione mandati à flumine *e* Saonâ, quod Regnum & Imperium terminare dicitur, usque Romam & ultra,nusquam pene securus esse poterat, qui ad prædicti Papæ Alexandri curiam pergebat. Nec enim tantum Imperatoris satellites, sed & alii ea occasione malitiosi, ubicumque tales reperissent,pro suo arbitrio impune cruciabant.

a *b*

c *Tempore Alexandri 3 Papæ, & Victorum 3 Antipapæ, & hunc protegentis Frederici Barbarossæ Imperatoris.*

d

e *iter periculosum aggreditur:*

E

2 Ea tempestate, Imperio contra Alexandrum usquequaque commoto,tantorum malorum nescius, quæ postea patiendo didici, à venerabili Fulberto Abbate nostro,religioso admodum viro,pro negotio Ecclesiæ nostræ missus ad curiam, Agaunum veni. Quia vero illi negotio me solum sufficere posse non credidi,Dominum *f* Radulphum,Abbatem S.Mauricii, præclarum & honestum virum mecum abire feci. Unde transcensis Alpibus à dextra parte ad maritimas partes iter deflexímus: quia propter Imperatorem, qui tunc in Italia morabatur, & ejus satellites, qui ubique fere dispersi erant,regia via ire timuimus. Dicebatur quoque quod per mare navigio tutius iremus. Venientes igitur Genuam equitaturas omnes remisimus, uno tantum equo retento,si forte necessarius esset; & duos tantum detinuimus servientes. Nunc ergo conducta, & equo in urbe commendato, tamquam citius redituri, læti intravimus, parum scientes quid nobis futuro tempore pararetur. Prima enim nocte, ubi ad *g* portum Delfini applicuimus, audito piratarum insidiantium adventu,eadem nocte fugientes ad *h* portum Veneris non sine timore navigavimus. Ubi non multum securi, statim transivimus. Initium dolorum hæc, & totum amplius labor, & dolor. Exin quot & quanta mala perpessi sumus enumerari longum est: novit tamen ille, cui numerus capillorum incognitus non est: quæ quamvis cuncta propter fastidium non sint referenda, quædam tamen breviter videntur attingenda. Postremo portum, qui Vada nuncupatur,navigando intravimus. Ubi cum per aliquot dies, propter tempestatis commotionem, morati essemus; ecce subito in nos quidam maligni à parte Aquilonari irruerunt, & nostra omnia quæcumque invenire potuerunt, abstulerunt. Nos tunc casu navem paulo ante exieramus. Cum autem talia audissemus, conturbati & conterriti, ecclesiam fugiendo intravimus, quamvis adversus eos nulla nos ecclesia tueretur. Dicebant enim se obsequium præstare Deo, si Imperialis edicti contemptores, & inimicos sacrorum, imo execrandorum suorum, ad noctem usq; persequerentur. Nos énim schismaticos & excommunicatos magis esse asserebant, qui illum nefandum & periurum Ro-

assumpto Radulpho Abbate Agaunensi,

f

venit Genuam;

g

F

h

inde navi ad portas Delfini,

& Vada,

ubi discrimen vitæ & perditio rerum adfuit.

A Rolandum ſequeremur. Sed de iſtis judicare non multum noſtra intereſt, viderint illi quibus Eccleſiaſtica diſpenſatio commiſſa eſt; Nos ſcimus quia una eſt columba, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, Trinitas ſancta, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus. Interim nuntiatur nobis adeſſe, qui ſummo mane nos raperent, ut ipſi Imperatori, qui non longe eſſe dicebatur, præſentarent. Quid faceremus? Nullus defenſor, eramus ſicut agni inter lupos, impune ab aliquo lædi poteramus: effugium nuſquam patebat: mare procellis turbatum fugam navigatione prohibebat: cælum turbatum, aëre nubibus condenſato, terram pluviarum inundatione operiebat, ut pene tunc veraciter diceretur; Pugnat orbis terrarum contra inſenſatos. Nec mirum, quia hyems erat. Dum vero talia circa nos agerentur, nox ſupervenit. Quid faceremus, niſi mortem imminentem per mortis diſcrimina fugeremus? Matutina expectatio dura promittebat, & cum jam nos tæderet vivere non tam ipſam mortem, quam dura ſupplicia timebamus. Diſſimulata igitur triſtitia, ut mœrorem animi ficta ſecuritate celantes, copioſam cænam parari præcepimus, ut vel ſic inſidiatorum ſolertiam falleremus. Receſſerunt itaque à nobis, nihil minus quam fugam cogitantes. Sap. 5

B

3 Venerat autem ibi, forſitan Dei nutu, eodem die quidam juvenis Piſanus, cauſa mercationis: quem ſeorſum ducentes, interrogavimus utrum fidei ipſius voluntatem noſtram revelare poſſemus. Reſpondit ſe multum calamitati noſtræ condolere, & in omnibus fidelem fore. Diximus ergo ei quod abſque mora vellemus inde aufugere; obſecrante, ut pro Dei amore, & condigna mercede, nos uſque ad Piſam conaretur educere. Quo ille audito, vehementer obſtupuit, dicens, non eſſe inde viam niſi per mare. Quamdam tamen ſemitam eſſe arduam & valde anguſtam, & præcipitiis adeo plenam, quod ipſis indigenis clara luce vix poſſit eſſe gradibilis. Nos vero inſuetos eundi, & ignaros locorum & viarum, nullo modo de nocte tantum poſſe ſufferre laborem. Cui nos reſpondimus, nos, Deo ſuffragante, velle tentare: tantum ipſe præcederet, nos ſequeremur: malle nos in eundo deficere, quam impiorum ludibriis ſubjacere. Motus ergo precibus noſtris, præbuit aſſenſum. Eximus itaque ſequentes eum in tenebris, iter aſperrimum, ſicut ipſe prædixerat, ineuntes, per concava vallium & ardua montium, & deſerta & avia ſilvarum. Sæpe manibus & pedibus reptantes, non

C eundo, ſed cadendo ſequebamur, ut veriſſime diceretur, Timor addidit alas. Paludes, & torrentes ſæpe cingulo tenus, & ultra, tranſnadavimus; ita ut ille miraretur nos adeo patientes, quod nec ad horam ſubſiſtere, nec laſſitudinem recreare voluerimus, quaſi inſidiæ à tergo ſequerentur. Poſt mediam noctem ſubito gelu aër inhorruit, unde veſtimenta noſtra, quæ prius aquis tranſnadatis immaduerant, congelata riguerunt. Quod nobis euntibus, & jam fatigatione laſſeſcentibus, tum frigore, tum rigore plurimum officiebat.

accepto duce viarum juvene Piſano, de nocte fugiens per arduas vias,

4 Poſt hæc venimus ad quemdam montem, quem tranſire oportebat, cui nubes inſidere videbantur, aſcenſu valde difficilem, & tenebroſo horrore terribilem, quippe qui ab indigenis Mons-diaboli *k* vocabatur: qui inibi inhabitans navium frequentiſſima ſubverſione, & hominum perditione gaudebat (prominebat enim mari) in cujus vertice eremitam quemdam nobis multum oportune reperimus. Cujus portulam cum ductor noſter modice pulſaret, hominis Dei miniſter advenit. Cumque ille ſe nominaret, ſtatim aperuit: & introductis nobis, poſtitium *l* obſeravit, nuntiavitque Magiſtro ſuo, illum cum duobus adveniſſe. Diſtabat autem à tugurio miniſtri, quod poſticio adhærebat, oratorium hominis Dei, ut mihi viſum eſt, quantum jactus eſt lapidis. Nec diſtulit ſervus Dei ad hoſpitas venire: accenſoque lumine, oſculo prælibato, ſalutationem adjunxit. Cumque dux noſter, qui eſſemus, & unde, & qua neceſſitate, & quomodo tali hora illuc veneramus explicaſſet, noſtræ calamitati ſervus Dei compatiens, altius ingemuit, ignemque copioſum accendi fecit. Dein aqua calefacta manus & pedes allui, veſteſque noſtras lavari & ſiccari, & cibum præparari præcepit. Interim diligentius Abbatem conſiderans, perquirebat quomodo talis ac tantus vir ea tempeſtate Romam venire præſumpſerit. Cui cum Abbas ad inquiſita ſufficienter reſpondiſſet, interrogatus ſimiliter homo Dei de ſuo ſtatu, reſpondit ſe ibi multas infeſtationes dæmonum habuiſſe, & manifeſtas incurſiones eorum in diverſis ſpeciebus perpeſſum fuiſſe. Plerumque laboranti, perſepe oranti in principio viſibiliter diabolus apparens, locum illum, quaſi propriam ſedem, ipſo expulſo vendicare conabatur. Ego autem dormitabam, nimia mœſtitudine gravatus: Conſiderans enim talem & tantum virum, Abbatem ſcilicet S. Mauricii, tanti nominis & tantæ apud ſuos dignitatis, meo inſtinctu tantæ calamitati expoſitum, & tamquam morti deſtinatum; me miſerum cogitabam. Ipſe tamen patientiſſimus nihil unquam tale de me conquerebatur, ſed mei amplius quam ſui miſerebatur. Veſtibus igitur noſtris aliquantulum ſiccatis, & corporibus ad ignem recreatis, jam aurora illuceſcente, cum multa alacritate invitat nos ſervus Dei ad refectionem: Pro quo animam ipſius omnipotens Deus æterna ſatietate reficiat. Completa igitur refectione ſtravit aſinum ſuum, & Abbatem uſque ad Piſam deſuper ſedere fecit. Eo die venimus Piſam. *venit Piſam.*

E

F

k & in Monte Diaboli ab eremita recreatus,

l

ANNOTATA.

a Fulbertus *Abbas* 5 *ſucceſſit Gerardo, anno* 1150 *vita functo.*

b Arida-gamantia *eſt ſilva, in qua Aroaſia monaſterium conditum, & pro hoc ſumitur.*

c *Ergo anno* 1159 *quo creatus eſt* 5 *aut* 6 *Septembris* Alexander *Papa* III.

d *Fredericus Barbaroſſa electus anno* 1152, *& Romæ coronatus* 1155.

e Suona *in Ms. Aroaſienſi, at* Scona *in Aërienſi. Eſt quidem* Saona *fluvius Campaniæ, alio nomine etiam dictus* Livinianus, *terramque à Sinueſſa Capuam verſus tenditur mediam ſcindens, qui Regni Neapolitani & Romani Imperii limes cogitari poſſit, ſed ratio itineris, de quo hic agitur, ex Belgio Romam, non patiuntur ut de iſto fluvio hic cogitemus: quare ſenſeo obrepſiſſe auctori, ut fluvium nominaret pro urbe hujus nominis, alias* Savona, *media inter Genuam & Albingannum: quæ potuit tunc fuiſſe limes Regni Francici.*

f *Radulphus ſeu Rodulphus Abbas* 42 *Sanmarthanis, qui illuſtrem epiſtolam ejus ad Ludovicum Regem Francorum referunt De Agaunenſi autem S. Mauritii Abbatia in Sabaudia multis actum* 1 *Maji ubi de S. Sigiſmundo Rege, ejus fundatore.*

g Portus Delfini, *nunc* Porto Fino Italis 15 M.P. *Genua diſtat.*

h Portus Veneris *cum oppidulo & arce prope ſinum Sueſſanum, ad* 40 P. M. *ultra Genuam.*

i Vada portus *in agro Piſano, & in ora maris Tyrrheni ad Cecinam fluvium haud procul à Liburno & Volaterra, unde* Vada Volaterrana *dicitur, diſtatque à Portu Veneris ad* P.M. *fere* 80.

k *Quod inter Vadam & Liburnum interjacet ſpatii* 16 *circiter milliarium montibus aſperum exprimitur in tabulis*

A. WALTERO EXM.

A. WALTERO EX MS.

bulis, Liburno Piſas pari ſpatio diſtantes planum iter eſt.

1 Poſticium *in Regula S. Cæſarea* 12 *Ianuarii num.* 30 *cum* cellario *&* lanipendio, *nominatur ut pars monaſterii ſpecialem è ſenioribus præfectam requirens: videtur hic notari pars eremiticæ cellæ poſterior.*

CAPUT II.

Acceſſus ad Pontificem: & inde ad Oſtia Tiberina. Notitia accepta corporis S. Monicæ.

Relicto Abbate,

¶ Vbi cum per aliquot dies maneremus, dixi Domino Abbati: Videtis quia proficimus. Aſſumam igitur mihi ſecularem habitum, & ibo pedes ad curiam, vos autem manete hic, donec redeam. Quod ſi forte Dominus Papa ad partes iſtas applicuerit, occurrite ei, & eſtote ſolliciti pro negotio. Quod cum ille multum diſſuaderet, & diceret per tot inſidias neminem facile poſſe tranſire, me iterum mortis periculo ſcienter committere; vix tamen invitus aſſenſum præbuit. Aſſumpto itaque pauperrimo habitu ſignum Dominicæ Crucis ei adfixi, ut vel ſic inimicorum inſidias illæſus poſſem pertranſire. Inde valedicens, ſolus diſcedens, pauperum peregrinorum turbis me commiſcui, ut quis eſſem facile non poſſet agnoſci. Multotiens tota die ſeminudus, & per urbes nudis pedibus ambulavi, ſotularibus *a* à tergo rejectis, ut mendicum ſimularem. Nuſquam enim & numquam tutus eram, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Sed per Dei miſericordiam, qui ſalvos facit ſperantes in ſe, inſidiis impiorum ita elapſus ſum, ut Roma pertranſiens *b* Terracinam, ad Domini Alexandri curiam, ſanus & incolumis pervenirem. Cui cum cauſam mei adventus expoſuiſſem, reſpondit ſe vacare non poſſe cauſis examinandis, quia jam navigium ſuum paratum erat ad veniendum in Galliam.

& aſſumpto pauperi habitu,

a

b venit Terracinam ad Papam.

Romam reverſus,

6 Videns ergo quia periit opera & impenſa, non parum contriſtabar. Verumtamen cogitans, ut conducta nave cum eo redirem: ſed non eſt in homine via ejus: nam ecce tribulatio ſuper tribulationem venit. Sequenti enim die nuntiatum eſt mihi, quod Abbas S. Mauricii, dum mutato conſilio, me incauto, ſequeretur, captus à Præfecto urbis teneretur. Quid facerem? Niſi patientia ſuccederet, dixiſſe poteram: Pereat dies in qua natus ſum: nec enim fortitudo mea, fortitudo lapidum, nec caro mea ænea eſt; qui cœpit, ipſe conterat, & affligens me dolore non parcat. Accepta itaque licentia, ut occaſione explicita, Romam recurri; rejectoque paupertatis habitu, cum mercatoribus Inſulanis hoſpitatus, mercatorem profeſſus ſum. Quibus ita me conformabam ut à Romanis vere mercator æſtimarer, & quando mercimonia exponere vellem frequentius interrogarer, quia emere vellent; ego reſpondebam, me & alios ſocios expectare. Miſi quoque puerum meum, qui, cum Abbas caperetur, evadens, ad me veneret, quærere, ſi forte Abbatem uſpiam reperiret. Qui tandem reperit illum in villa præfecti quæ civitas *c* Caſtellana vocatur.

Abbatem in urbe Caſtellana captivum,

c

curat redimi, & Romam adducit.

7 Interea dictum eſt nobis, quemdam manere in urbe, qui eum colligeret & cui multum credebat. Ego igitur & unus mercatorum mecum, cui familiarius adhærebam, illum, quaſi de alio locuturi, adivimus. Cui inter alia, & poſt alia, quaſi incidenter, diximus: Mirum eſt quod Dominus tuus Præfectus, hominem illum Abbatem S. Mauritii adhuc teneat, cum redemptionis nulla ſit ultra ſpes, & non eſt qui requirat eum: quippe cum illo Papa Alexander, & omnis Clerus cum eo per mare receſſerunt. Graviſſimum quoque peccatum erit, & quaſi opprobrium ſempiternum, ſi hominem innoxium, & religioſum mori patiatur in vinculis, maxime cum jam ægrotare aſſeratur. Cumque hæc, & alia multa diceremus, animum viri ad miſericordiam & compaſſionem infleximus. Quod cum ſenſiſſemus, illico adjunximus: Si pro Dei amore velletis hoc Domino veſtro ſuadere, ut hominem illum ſanctum, & honeſtum abire permitteret, nos pro caritate, facta collatione inter nos, daremus vobis viginti ſolidos pro mercede, ſi reduceretis illum ante quam de villa iſta abiremus: nam ſociorum noſtrorum quidam jam præceſſerunt, quos oportet nos poſt paululum ſequi. Securus itaque de mercede promiſſa, profectus eſt ſtatim: & perſuaſo Præfecto, Abbatem nobis reduxit.

D

Ad Oſtia Tiberina ſecedens,

8 Inde ad mare deſcendimus, ut Dominum Papam navigio ſequeremur, conducta quoque navi, in Oſtia urbe multis diebus manſimus, tempus aptum navigationi expectantes. Cum igitur quadam die in porticu eccleſiæ Epiſcopii, quæ in honore S. Aureæ Virginis conſtructa eſt, cum Canonicis ejuſdem Eccleſiæ ſederemus; de pluribus colloquentes *e* Phalerę Abbas, qui ibidem ſimiliter nobiſcum navigaturus expectabat, inter loquendum ad Canonicos illos dixit: Nonne mater S. Auguſtini hic ſepulta fuit? Cui unus eorum reſpondit: Non hic, ſed in antiqua Oſtia, quę propinquior mari olim penitus deſtructa fuit. Cui ille, Quid eſt, inquit, quod dicit. Cum eſſet apud Oſtia Tiberina, pia mater ejus defuncta eſt? Quid vocat, Oſtia Tiberina? Reſpondit: Tiberis iſtic, cum loco huic appropinquat (ſicut, & ipſi videre poteſtis) alveo uno decurrit in mare; alter autem juxta locum iſtum pertranſiens, ſimiliter in mare defluit. Hos duos alveos qui diverſis locis intrant mare, vocat Oſtia, quaſi plures introitus Tiberis in mare. At ille adiecit: Quo nomine appellatis eam? Et ille ait, Nos vocamus eam Primam. Cui Abbas: Non ita, inquit; nominavit eam in libro Confeſſionum S. Auguſtinus, ſed Monicam. Tunc ille reſpondit: Ipſe nominavit eam Græca lingua; nos autem Latina: Monica enim Græce, Una vel Prima dicitur Latine. Ad quod Abbas: S. Auguſtinus aſſerit, vitam in Chriſtiana religione multum fuiſſe laudabilem, plurimas virtutes ejus enumerans: & nos credimus ſecundum teſtimonium ejus, eam eſſe Sanctam. Cui ille dixit:

d

e

E

intereſt colloquio de ſepulcro S. Monicæ,

9 Nos pro certo ſcimus ipſam eſſe Sanctiſſimam, & ſæpe multis ante locum illum itinerantibus viſibiliter in religioſo habitu apparuit, & familiariter, & abſque ullo horrore eos alloquens rogabat ſe inde transferri. Præterito quoque anno apparuit cuidam juveni, illuc pertranſeunti, in ſpecie, & habitu unius monachæ, dixitque ei: Vade, & dic Clericis S. Aureæ, ut me hinc attollant, & honeſtiori loco reponant. Cumque ille confidenter diceret, Quæ eſtis vos? & ubi, & quomodo invenient ſepulchrum veſtrum? Reſpondit; Ego ſum Monica: Sepulchrum autem meum in imo eſt. Qui autem invenire voluerint, fodientes, primo reperient pilam de candido marmore, ſed non eſt ſepulcrum meum: poſtea invenient aquam ſcaturientem, quæ ibidem iterum abſorbetur à terra: quod emundantes invenietis ſarcophagum meum de lateribus bitumine junctis compoſitum. Et his dictis diſparuit. Juvenis autem veniens domum, indicavit matri ſuæ. Illa vero ait: Vade ad Clericos S. Aureæ, & Andream cuſtodem, & die eis quæ audiſti, & vidiſti. Ille autem veniens ad nos cuncta ex ordine narravit nobis. Nos autem, ſicut alia vice, etiam tunc negleximus; maxime quia ut prius per quemdam, cui ſimiliter apparuit, mandaſſet dicens: Vade, & dic Clericis S. Aureæ, ne unquam

F

quæ duplici apparitione petierat tranſlationē ſui corporis.

A unquam hinc me moveant, niſi honeſtiſſimo loco reponant. Tot autem ſunt in illo deſerto Sanctorum Reliquiæ, quod non facile invenire valeremus, ubi eas tam honeſte, quam deceret, poneremus. Nos
f enim ante paucos dies, & *f* B. Aſterii, & aliorum duodecim Martyrum Reliquias inde attulimus; & neſcientes ubi eas poneremus, foſſa tantum humo in eccleſia recondimus. Sed cum poſt aliquantum tem-
quod poſt ſanatam tibiam cuſtodis eccleſia poris Andreas cuſtos nocte jaceret in lecto ſuo, venit ei in mentem quod juvenis ille narraverat. Patiebatur autem idem Andreas graviſſimum malum in tibiâ: & cum fere per biennium adhibuiſſet medicamenta, curari non poterat. Dixit ergo in corde ſuo; quod ſi Sancta illa quæ ſe tantopere transferri poſtulabat, una cum filio ſuo beatiſſimo Auguſtino, tibiam ejus ſanaret, jam non phantaſtico, ſed evidenti indicio vere beneplacitum eorum agnoſceret, & abſque ulla ambiguitate tranſponeret. Nec tamen hoc ex fide ait, ut crederet hoc ſibi fieri; ſed leniter & quaſi fortuito ita cogitans, obdormivit. Ille autem, qui non dormit, neque dormitat, audiens cogitationes hominum, & volens illis oſtendere quanti meriti fuerit apud eum S. Monica, eadem nocte ſanavit
B eum. Mane autem facto, cum idem Andreas pergeret ex more cum alio ad eccleſiam S. Cyriaci extra villam, ut Miſſam dicerent; non ſentiens dolorem in tibia ſicut conſueverat, ſubſtitit: & demiſſa caliga, tibiam omnino ſanam invenit. Lætus igitur admodum effectus, ſocio ſuo confeſtim indicavit; & cogitationem quam habuerat, & ſanitatem quam meritis S. Monicæ adeptus erat. Peracto itaque divino
quæſitum & inventum eſt, Officio domum regreſſus, narravit nobis ſimiliter præfatus Andreas quæcumque acciderant. Acceptis ergo inſtrumentis, quæ effoſſioni neceſſaria videbantur, ſtatim illuc perreximus: & effodere incipientes primo invenimus pilam marmoream, deinde guttam ibi ſtillantem, poſtremo ſepulcrum lateribus bituminatis paratum, omnia eo ordine, quo ipſa prædixerat: & ſic allata tellure & cæſpitibus erant cooperta, ut nullus viventium ſciret ita eſſe diſpoſita. Effracto itaque ſepulcro, tanti odoris ſuavitate reſperſi ſumus, ac ſi omnium aromatum, & pigmentorum genera ſentiremus. Cum igitur tanta ſanctitatis ejus documenta ſentiremus ac videremus; ejuſdem tranſ-
g lationi præſentiam Domini noſtri *g* Epiſcopi adeſſe debere cenſuimus. Collegimus ergo oſſa, & in ſimul ea à parte capitis ponentes, eiſdem lateribus cooperuimus: & mandavimus Epiſcopo noſtro, ut veniret
C quam citius poſſet, & pro tali occaſione, ut ipſo præſente cum debita veneratione ſolenniter transferretur, & honorifice in Eccleſia conderetur. Sed non
ſed ob abſentiam Epiſcopi reliquiæ in eodem loco. multo poſt Dominus Papa Adrianus obiit, & ſtatim tempeſtas iſtius ſchiſmatis, ſicut videtis, emerſit: & ob hoc poſtea Epiſcopo noſtro ad nos venire non licuit, & ſic adhuc oſſa S. Monicæ ibidem remanſerunt, ſicut inventa ſunt. Ad hæc Abbas. Libenter, inquit, videremus. At ille ait: Venite, & videte. Præceſſit ille, & nos ſecuti ſumus, & oſtendit nobis quæ ipſe narraverat. Non enim longe diſtabat ab oppido, ſed quaſi ſtadiis duobus. Erat autem ſpelunca multum profunda: & reverſi ſumus nil fraudis molientes.

ANNOTATA.

a Sotulares, *id eſt* calcei, *medio ævo uſitata vox, Francis* ſouliers.

b *Terracina in Latio in ora maris Tyrrheni ad paludes Pomptinas. De Pontificis ad illam acceſſu agit Baronius ad an.* 1159 *num.* 34 *ex Ms. Vaticano, & iterum anno* 1161 *num.* 5, *quod huc ſpectat.*

c Civitas Caſtellana *in Patrimonio S. Petri inter Narniam & Romam ab hac diſtans* P.M. *circiter* 18. A.WALTE-
RO EX MS.

d S. Aurea Virgo *apud Oſtiam martyrio coronata, & in eccleſia ſibi dicata depoſita colitur* 24 *Auguſti.*

e Phaleræ *Abbatiam nullam novi, ſuſpicor notari aliam* de Valloriis *dictam Ord. Ciſtercienſis, cujus anno* 1138 *primum inſtitutæ Abbas Hugo, aut ejus ſucceſſor Robertus, pro novellæ fundationis negotiis neceſſe habuerit ad Papam accedere.*

f S. Aſterius *Presbyter, cum Calliſtum Papam Martyrem ſepeliſſet, & ipſe martyrio coronatus colitur* 21 *Octob.*

g *Erat tunc Epiſcopus Oſtienſis* Hubaldus Allucingulus *Lucenſis, Presbyter Cardinalis titulo S Praxedis, poſt mortem Alexandri* 3 *creatus Summus Pontifex, & Lucius* 3 *appellatus.*

CAPUT III.

VValterus aufert Reliquias S. Monicæ, & poſt varia pericula maris ſuperata cum iiſdem appellit Genuam.

Oſtia diſceſſurus inſtigante Ulrico Clerico

10 POſt aliquot dies, cum nautæ dicerent, ut res noſtras & victus neceſſaria navi imponeremus; quia navigare vellent; dixit mihi ſecreto quidam Clericus, nomine Ulricus, quem Abbas S. Mauritii ad ſerviendum ſibi deduxerat: Tu cum ſis Canonicus Regularis, ſaltem pro amore & honore Magiſtri tui beatiſſimi Auguſtini, deberes de Reliquiis ſuæ matris tecum ad eccleſiam tuam deferre. Cui ego reſpondi; Eia frater, non recordaris quanta mala in veniendo paſſi fuerimus? timeo ne in redeundo pejora patiamur. Præterea ſi Romani iſti aliquo modo id nos feciſſe cognoſcerent, rebus omnibus ablatis in nos ultra modum deſævirent. Et ad hæc ille: Quidquid inde tollere volueris, ita recondam, quod à nullo unquam poterit reperiri. His, & aliis hujuſmodi perſuaſus, conſiderata competenti hora, veni ad ſepulcrum: & circumſpiciens ne forte aliquis me videret, ingreſſus hæſitabam quid potiſſimum inde tollerem: nam de toto non cogitabam. Et placuit *aufert caput & oſſa reliqua* mihi caput, quia principalis eſt [pars,] tollere: & implevi [illud] minimis officulis, juncturis ſcilicet articulorum, & cereris. Quo ſublato, viſum eſt mihi vel unum os adhuc tollere poſſe. Poſt hoc, & aliud: & ita ſingillatim omnia collegi. Nec ſine magna admiratione conſiderandum eſt, quod hæc Sancta, ſui ipſius manifeſtatione revelata, ab indigenis quæſita & inventa eſt, quod nullo modo ab alienis fieri potuiſſet. Deinde cum effoſſum transferre deberent, F tamquam meliori conſilio, ut celebrius fieri poſſet, tranſponi dilata eſt, & ibidem ab eis dimiſſa, ut jam quaſi præparata noſtrum expectaret adventum. Qui poſt longum tempus, occaſione qua prædictum eſt, illuc venientes, fortuitu eorumdem Clericorum ſimplici relatione & oſtenſione cognovimus; ut quod aliorum manibus erat præparatum, nobis prædeſtinatione divina fuerit reſervatum. Reverentiam quoque, quam ſibi ab illis fieri exigebat, ipſis negligentibus, ab aliis ſibi exhibendam prævidebat.

& poſt aliquem motum ſuperatum,

11 Cum igitur omnibus ſublatis inde regrederer, ſubito audivi ſonitum commotionis magnæ; & multum timui ne forte ab aliquo viſus fuiſſem, qui illos commoviſſet, ut me tamquam furem inſequerentur: Et intravi dumetum denſiſſimum, quod forte juxta viam reperi: diſpoſitaque ſarcina quam ferebam, alia parte egreſſus. Cum aſcenſoq; monticulo trepidus expectabã, quid tantus ille clamor intenderet. Et ecce ſubito ingens bubalus, agitationem eorum fugiens, præcucurrit. Tunc ego animæquior factus, ad hoſpitium veniens, ſociis meis indicavi, quid egiſſem. Veſpere autem facto, venientes colligere Reliquias noſtras, non ſine nullo timore id ipſum peragere

A.WALTERO EX MS. potuimus: audivimus enim quosdam è vestigio sequi, & metuentes ne nos comprehendere venirent, latuimus donec pertransirent. Et inde colligentes eas, posuimus in quodam pelliciolo meo, ita ligantes & obvoluentes, ut nisi pannorum fasciculus posset æstimari.

pannis involuit:

12 Postera die navigavimus; sed circa mediam diem cœpit ventus contrarius esse, & mare intumescere, & ob hoc dicebant nautæ validam tempestatem imminere: & suadebant nauclero, ut, conversa nave, tempestati cederet, & demissis velis navem fluctuare permitteret: nihil enim tam timere deberet, quam ne navis terræ vel scopulis illideretur. At ille, conversa nave, cogitabat se posse intrare alveum Tiberis, unde mane exierat. Quod illi multum dehortabantur, dicentes nullo conamine id posse fieri: navem periclitari cum omnibus, si id intenderet. Quod postea rei probavit eventus: ille enim, neglecto aliorum consilio, suspensis duobus velis, putavit navem flumini se posse violenter immittere: sed impetus [maris] quod jam valde intumuerat, navem fortiter repulit, & transversam terræ affidere fecit. Quod cum sentirent nautæ, statim vela deposuerunt, & navicula, quæ erat in navi exposita, pro mercede plurimos emiserunt. Nos quoque, videlicet Abbas S. Mauritii & ego, libentissime exissemus, si similiter navem intrare potuissemus. Et quia hoc fieri non potuit, nolebamus ab invicem separari: tanta enim erat instantia intrare volentium, ut unusquisque de se solicitus, quasi præsentem mortem fugiens, alium repelleret, & prior intrare satageret. Multotiens quoque, dum aliqui eorum saltu inconsiderato ad naviculam festinebant, in mare ceciderunt. Tumultus magnus, dolor ingens; navis ad singulos undarum impulsus hinc inde inclinata mergebatur.

navim conscendit:

& magnam maris tempestatem passus,

B

13 Tunc Abbas S. Mauritii dixit mihi secreto: Timeo ne pro peccato vestro, quia furtim Reliquias de Ostia attulistis, orta sit hæc tempestas, maxime cum dicatur mare non portare corpora mortuorum. Cui paulo durius postea respondi: Numquid non multo melius est eas deferri ubi honorentur, quam ibi relinqui, ubi à porcis conculcabantur? Ad hæc ille conticuit. Sed cum tempestas nimium invalesceret, & undarum volumina navi tam irruerent, ut jam de vita universi penitus desperarent, dixit iterum mihi Abbas: Reus eritis omnium istorum quos hic interire permittitis, nisi, sicut dixi, prius furtum abjeceritis. Tunc ergo timore mortis coactus, & Domini Abbatis & aliorum, quos similiter videbam periclitari, miseratione commotus; clamans ad clericum dicens: Ulrice, projice pelliciolum meum in mare: nec enim aliter fui ausus dicere, continens pro contento insinuans. Si enim nautæ se pro facto meo periclitari intellexissent, mirandum esset si me absque ulla miseratione in undas non projecissent. Sed clericus audito hoc verbo multum tristatus est, eo quod consilio ejus illas acceperam. Accessit ergo ad locum ubi eas posueram, sicut postea nobis retulit, & flexis genibus, in oratione dixit: O S. Monica, si tuum & tui filii beatissimi Augustini beneplacitum est, ut ossa tua ad locum propositum devehantur, intercede pro nobis ad Dominum, ut tempestate sedata, de instanti periculo eruti, gratias Deo & tuæ liberationi referre valeamus. Et confestim, tempestate mitigata, liberati sumus, ita ut mirarentur universi. Deinde emissi ad terram, tamquam ex mortuis viventes, accenso igne siccati, & recreati sumus: Multum enim afflicti, & attriti in tam horrenda tribulatione fueramus.

post initam de sacris Reliquiis in mare projiciendis deliberationem,

C

liberatur.

14 Et recepti in navem, venimus ad *a* portum qui dicitur Civitas-vetus. Cum autem memor amissorum, & maxime Reliquiarum, solito tristior apparerem, quæsivit à me Ulricus, cur dolerem? Cui cum dicerem, non pro damno rerum, sed pro damno irrecuperabili Reliquiarum, respondit: Nulla vobis certe super hoc est occasio doloris, sed magnæ exultationis & laudis, quia evidenti miraculo Reliquias suas, & nos ipsos S. Monica liberavit. Cum enim rogastis, ut eas in mare projicerem; tristis admodum factus, flexis genibus, ex toto corde oravi, ut nos à præsenti periculo liberaret, & se præsentem cum ossibus suis adesse manifestius approbaret. Quæ statim ut rogata est, rogavit, & liberationem nostram à Domino celerrime impetravit. Sic olim Propheta dormiebat in sentina, donec nave periclitante à nautis suscitaretur: quin excitatus ab eis, & causam tempestatis & salutis remedium velociter indicavit. Sed & Dominus noster Jesus Christus, dum dormitaret in navi, ipse operiebatur fluctibus: Discipuli autem, præsente vita mortem timentes, cum tumultu & clamore excitaverunt eum dicentes: Domine, salva nos perimus: ille autem surgens imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Similiter & hæc Sancta, nobis ad horam quasi dormitans, forte expectabat ut precum clamore excitata rogaretur, ne ingratis & insciis beneficium largiretur. Patet igitur quod si citius exorata fuisset, opem ferre diutius non distulisset. Inde applicuimus ad *b* portum S. Severæ citra *c* Populonium, juxta ecclesiam *d* S. Cerbonii, cujus meminit B. Gregorius in lib. Dialog. dicens: Cerbonius Populonii Episcopus &c. ubi per aliquot dies tempestate inclusi, aliquantum egestatis passi fuimus, non quod deesset pecunia, sed quod non inveniebantur venalia: ideo, æquore nondum sedato, coacti sumus exire.

D

venit ad Civitatem-Veterem

cum gaudio ob servatas Reliquias,

Ion. 1, 4

Matth. 8, 25

E

b

c

d

dein Populonium,

lib. 3. c. 14

15 Et cum circa horam nonam, juxta quoddam oppidum, quod mari imminebat navigaremus, exierunt quidam de navi panem quærere venalem. Cumque multum festinarent vix potuerunt ad navem reverti, cum ecce subito turbo ingens, & ventus rapidus, qui mare à fundo evolvere videretur, à parte Aquilonari subito irruit. Unde nautæ vehementer exterriti, navem sub rupe maxima impellentes, jactis anchoris, & funibus à rupe ligatis, vix tenere potuerunt, ne violentia ventorum in altum rapta procul dubio mergeretur, vel scopulis illisa frangeretur. In illa forte miserrima usque ad mediam noctem permansimus: sed precibus sanctissimæ Monicæ, cujus memoriam & corde, & ore tenebamus, credimus etiam nos hac vice fuisse liberatos. Sciebamus enim pro certo, quoniam sicut à primo periculo mirabiliter eripuerat, & à secundo, & tertio, & quotiescumque Deum deprecari vellet, nos eripere potens erat. Igitur tempestate sedata ad locum tutiorem navigavimus. Et revera in tota navigatione illa, non recolo nos vel uno die æquore sedato navigasse. Unde affero, quod nisi meritis sanctissimæ Monicæ, quam præsentem habebamus, affuisset divina miseratio, tot pericula non potuissemus præteriisse sine naufragio.

Ab aliis periculis submersionis liberatus,

F

16 Tunc rogavit me Ulricus clericus, de quo prælocutus sum, ut pro Dei amore sibi de Reliquiis aliquantulum impertirer, quod vicinis suis, videlicet Abbatiæ *e* Intermontium præsentaret, ubi similiter Canonici Regulares pro amore S. Augustini eas multum honorarent. Memor itaque quia consilio ejus eas acceperam, & industria servaveram; dedi ei unum os tantum, quod ab eo, sicut prædixerat, ad Abbatiam Intermontium delatum, à Canonicis illis honorifice susceptum, in multa veneratione habetur. Nam cum postea Dominus Beroldus ejusdem loci Abbas quæreret à me, si Reliquiæ illæ de Matre S. Augustini veræ essent; attestatione nostra confirmatus, promisit se de cetero eisdem plurimum honoris & reverentiæ impensurum.

e

dat os aliquod Ulrico, delatum ad Abbatiam Intermontii

17 Tan-

A 17 Tandem venimus Genuam, & ibidem Dominum *f* Alexandrum Papam invenimus : qui cum nos vidiſſet, multum miratus eſt, quia vivere videbat, quos pridem naufragio ſubmerſos fuiſſe audierat. Qui Dominum Abbatem S. Mauricii cum debito honore ſuſcipiens, de incolumitate illius valde gaviſus eſt, & de tribulationibus quas paſſi fueramus benigne conſolatus eſt. Dum autem in curia eſſemus, dixit mihi Abbas S. Mauricii : Nuntiatum eſt Epiſcopo Oſtienſi, quod S. Monica mater S. Auguſtini furto ſublata ſit de Oſtiâ à quodam Francigena, Unde non parum turbatus Epiſcopus, & omnes ſui perquirunt curioſius quis hoc feciſſe potuerit. Videte autem ne inde quidquam alicui incaute reveletis, ne ad aures eorum forte perveniat, quia moleſtiſſime ferunt.

Genuam appulſus intelligit quæri Reliquias furtim ablatas,

18 Cum ergo in urbe Genuenſi coram ſummo Pontifice & negotio, & labori noſtro finem imponere conaremur, ſubito rumor emerſit quod Dominus *g* Fulbertus, cujus reſponſalis eram, jam Abbas nõ eſſet: & ex eo quo finem acceperat ejus diſpenſatio ex eo evanuerat mea legatio. Dixerunt ergo ex more quod negotium induciari oporteret, & me in Arroaziam redire, & *h* Lambertum ſucceſſorem Fulberti inde deductum apud Montem-Peſſulanum *i* in curia præſentialiter exhibere, parum attendentes laborem præteritum, & non miſerantes ſecuturum.

g *& Fulberto Abbati ſucceſſiſſe Lambertum.*

h

B

i

ANNOTATA.

a Civitas-Vetus, *poſt Centum-cellas à Saracenis deletas, ibidem inſtaurata & munita, eſt triremium Pontificiorum portus.*

b *De* S. Severa *Virgine & Martyre & hoc ab ea denominato portu egimus* 29 *Ianuarii.*

c Populonium *deſtructum eſt a Niceta Patricio CP. & ex ejus ruinis tribus MP. inde excitatum* Plumbinum, *ex voce* Populonio *contracta à voce qua hic* Populonia *ſcribitur.*

d *Colitur* S. Cerbonius, Epiſcopus Populonienſis, 10 *Octobris.*

e Intermontium Abbatia *quo loco ſita ſit optamus diſcere ; ſuſpicor alio nunc nomine dici.*

f *Venerat Papa* Genuam 21 *Ianuarii* 1162, *ut Baronius ibidem num.* 2.

g Fulbertus *poſt abdicationem adhuc vixit uſque ad annum* 1166.

C h Lambertus *Lotharingus etiam poſtea regimini renuntiavit anno* 1172.

i *Venit Papa* Montem-Peſſulanum *poſt Paſcha dicti anni* 1162, *& diſceſſit menſe Iunio. Vide Acta ejus apud Baronium.*

CAPUT IV.

Excipiuntur Reliquiæ Aroaſiæ, miraculiſque & viſibus cæleſtibus probantur.

Rediens cum Reliquiis

19 REſumpto igitur religionis habitu, & Reliquiis S. Monicæ ſuper collum equi mei colligatis, ſolus iter arripui. Dimiſi puerum meum cum Abbate, qui cum Domino Papa remanſit. Simulabam autem me eſſe laicum Fratrem interrogantibus cur ſolus equitarem : ita enim in tam longa peregrinatione increverant capilli, ut poſſem Laicus veraciter æſtimari. Ubicumque autem ſive ad prandendum, ſive ad hoſpitandum deſcendebam, Reliquias, ac ſi faſciculus veſtium mearum eſſet, honeſtius reponebam. In monte etiam *a* Senicio, febre acutiſſima correptus ſum, Cumque per aliquot dies febricitarem, & ſolus tamen nihilominus equitarem, non decubui : ſed precibus S. Monicæ, cujus bajulus eram, ante expectatum convalui. Veniens itaque ad Eccleſiam B. Mauritii, aſſumpſi puerum cum equo, qui mecum pergeret : nec tamen ei de Reliquiis quidquam innotui, nec aliquando portare permiſi.

a *febre corripitur & liberatur,*

A. WALTERO EX MS.

20 Cum autem Domnium *b* perveniſſem, jam ſecurior effectus, quod prius bene celaveram, amicis & Fratribus indicavi. Quod cum audiſſent & vidiſſent, lætati ſunt valde, & honorifice ſuſceperunt. Et cum auditum eſſet foris, hujuſmodi adeſſe Reliquias, venerunt quidam ægroti, & tactu Reliquiarum, & potu aquæ in qua intinctæ erant, convaluerunt.

b *& eaſdem miraculis probatas per viam,*

21 Inde cum eiſdem veni Arroaziam : ubi cum ſolenni proceſſione, & ſumma devotione, tam Clerici, quam laici obviam exierunt : & cum magna exultatione cantantes, Reſponſorium. *c* Accepta baptiſmi gratia, in eccleſiam inferentes, ſuper altare, quod in honore beatiſſimi Auguſtini & aliorum Confeſſorum ſpecialiter conſecratum eſt, poſuerunt : ut quaſi ſuperveniens mater prius filii memoriam viſitaret : & inde ſuper majus altare reverenter oblata eſt. Exinde in ſacrario cum ſumma diligentia *d* XII Kalendas Maji repoſita eſt, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, ſub Indictione decima, epacta tertia, concurrente ſeptimo. Nec hoc forte alicui in dubium veniat. Stultiſſimum enim eſſet, nec ab aliquo æſtimari debet, ut omnia oſſa unius corporis, onus equidem grande, per infinita pericula terræ & maris de tam longinquo afferre voluiſſem; niſi quæ, & cujus fuiſſent, certiſſime ſcirem : & tamen vix ad hoc cogi potui : tribulationibus enim innumeris jam ita attritus eram, ut in tanta animi mœſtitudine corruerim, ut jam nec etiam vivere liberet.

c *ſolenni pompa infert Aroaſiam.*

d *anno* 1162, 20 *Aprilis.*

E

22 Ad detergendam quoque dubitationem, ſi qua in alicujus corde remanſerat, quamquam & abundantia videatur referri, nocte ſequenti cuidam Fratrum, non parvæ religionis & innocentiæ viro, ſe ità S. Monica revelare dignata eſt. Nam veſpere ejuſdem diei ille cum alio, neſcientibus aliis, magna devotione Reliquiarum, ex condicto, ante oſtium ſacrarii, ubi ipſæ repoſitæ fuerant, fere ad mediam noctem in oratione vigilans perſtitit. Sed cum jam hora Matutinarum ſecundum eorum æſtimationem immineret, nolentes ibi ab aliis reperiri, clam in dormitorium aſcendentes, quiſque in lecto ſuo ierunt cubitum. Unus eorum non dormivit, quia ſicut ipſe poſtea retulit, modico intervallo Fratres ad vigilias excitati ſunt, cum quibus utrumque ſurgere oportuit. Alteri vero, in illo tantillo ſpatio, tam tenuiter ſomnus irrepſit, ut nec ſe dormire putaret. Verumtamen conſopitis ſenſibus, in illo, ut ita dicam, tantillulæ horæ ſpatio, exceſſu mirabili, viſum eſt ei quod proſtratus jaceret orans ante altare B. Auguſtini. Qui cum ab oratione ſurrexiſſet, vidit quamdam matronam decora facie & ſplendidiſſima veſte renitentem, quæ cum dignitate, & auctoritate reverenda videretur ſtare ſuper altare. Cum vero, & decorem vultus & nitorem habitus cum magna admiratione adſpiceret ; cogitabat quæ eſſet, & cujus auctoritatis, cujus ſplendore totus ille locus clareſceret ; & quomodo illuc adveniens, ea hora præter conſuetudinem ſuper altare ſtaret. Talia eo cogitante, ſubito apparuit B. Auguſtinus, Epiſcopali veſte indutus, juxta illam ſtans, ſuper ipſum altare, dixitque Fratri : Quid aſpicis ? & cur tantum admiraris ? Certiſſima ſcias, quod hæc eſt mater mea, & ego ſum filius ejus. Frater autem jam per ſpiritum intelligebat ipſum S. Auguſtinum eſſe, qui ei talia diceret : & vehementer gaudebat, quod eam eſſe matrem ſuam tam conſtanter affirmaret, ut ſi qua in animo illius ſupererat dubietas omnino dilueret. Videbat enim fontem perſpicuum

F

Ipſius matris ſuæ eſſe apparens S. Auguſtinus aſſerit uni;

A. WALTERO EX MS. cuum de ſub pede ejuſdem altaris ſcaturire, & inde per ſacrarium, in quo erant reliquiæ S. Monicæ, in clauſtrum emanare, & totum irrigare.

alterique monacho. 23 Subcuſtos etiam pene ſimile vidit, ſed diſſimiliter. Videbat enim quemdam, Pontificali veſte glorioſe indutum, juxta altare B. Auguſtini in ſede Epiſcopali ſublimiter reſidentem: juxta quem erat quædam matrona, vultu decora, & habitu præclaro veneranda. Cui Epiſcopus vultu hilari magnæ amicitiæ familiaritatem exhibebat, & adeo honorabat, ut tam ille Frater, quam & plures, qui adeſſe videbantur, valde mirarentur. Quibus dixit Epiſcopus: Nolite mirari ſi eam diligam, & ei honorem deferam, quia ipſa eſt mater mea.

ſanantur, vexatus tortione vitalium & alia paſſione, 24 Alter quoque eorum, de quibus prælocuti ſumus, qui in oratione vigilaverant, nec dormivit, nec tunc aliquid vidit: verumtamen quia forte non impari devotione oraverat, in ſe ipſo Dei virtutem meritis S. Monicæ poſtea expertus eſt: Nam tortione vitalium & alia occulta paſſione graviſſima, à multo ante tempore, torquebatur. Cum autem quadam die tam graviter anguſtiaretur, ut neque conſilium, neque remedium mitigandæ ægritudinis
B ullum penitus inveniret; reminiſcens S. Monicæ, intravit ſacrarium, & incubuit ſcrinio in quo ſanctas Reliquias ante reponi viderat; ibique confricans at obvolvens ſe, cum magna devotione ſupplicabat, ut precibus S. Monicæ, ab illa paſſione liberaretur: & ſtatim ſanatus eſt. Nec prætereundum ſilentio, quod Reliquiæ jam tum ibi præſentialiter non erant, ſed illo neſciente alibi repoſitæ: verumtamen quia illic eas eſſe credebat, ſecundum fidem ejus factum eſt ei.

alius dolore faucium & tumore gutturis, 25 Alter quoque Frater, dolore faucium, & tumore gutturis, jam jam vitalem halitum intercludente, graviter torquebatur: ſed cum admotis Reliquiis tangeretur, ſtatim omnis dolor evanuit. Sufficiant hæc pauca de pluribus, ne faſtidium videar ingeſſiſſe pigris lectoribus. Unum tantum adhuc mirabile & memorabile referam.

cuſtos moleſta febri decumbens, 26 Cuſtos eccleſiæ tertiana febre graviter affligebatur. Et cum paſſio tantum ingraveſceret, quadam die præ nimia debilitate cordis, adeo totus evanuit, ut omnium membrorum deſtitutus officio, tamquam exanimis corruiſſet; tantum in pectore ipſius, vitalis ſpiritus palpitabat tenuiter. Accurrerunt omnes, mirati ſunt univerſi illum membris omnibus tam ſubi-
C to obriguiſſe: erat enim dolor fortiſſimus, ita ut vix in eo remaneret halitus. Verumtamen non erat ad mortem, ſed pro gloria Dei, & ad commendationem Reliquiarum S. Monicæ, ut non tantum in ore duorum vel trium, ſed etiam plurium teſtium confirmaretur omne verbum. Poſt trium horarum ſpatium, quaſi jam paulatim reviviſcens, cœpit loqui; & vocato Subcuſtode dixit ei: Vade Frater, & oſſa, quæ dicuntur S. Monicę, intinge aqua: & ſi vere ipſius ſunt, interveniat Dei miſericordia, ut mihi perfectam adintegret ſanitatem. Ecce iterum in

cum dubio petit aquam Reliquiis ſacratam, ſpiritu Andreas, Cuſtos Oſtienſis: Cuſtos iſte, cuſtos & ille. Ille dixit in Oſtia; Si vere ipſa eſt, & transferri vult; ſanet tibiam meam: iſte nihilominus dixit in Aroazia, Si verum eſt, quod ipſa ſit, ſicut audivimus, impetret mihi à Domino integram corporis ſanitatem. O cuſtodes incredulos! Poterat & ipſa reſpondiſſe: O generatio incredula, niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis. Subcuſtos abiens abſque mora lavit eaſdem Reliquias aqua, & attulit ægro: ille autem bibit, & ſtatim ſentiens, ſe melioratum, ſtatim placide obdormivit: & ecce apparuit ei una manus, quæ ei porrigebat chartulam, ut legeret. Erat autem littera optime ſcripta, & multum legibilis. Scriptura quoque problematis hæc erat:

Ioan. 4

Adhuc ſemel, bis, ter, & quarto, pax. Legit ille, & bene intellexit, quarta acceſſione peracta promitti
D ſibi integram ſoſpitatem: quod & factum eſt: nam *& ex charta correcta intelligit poſt 4 acceſſionem ſe ſanandam.* poſt quartam acceſſionem omnino convaluit. Poterat, & tunc citius ſanari: ſed quia ſcriptum eſt, Sola vexatio intellectum dabit auditui; placuit forſitan Iſai. 28 divinæ æquitati, quæ nihil præterit impunitum, ut pro reatu incredulitatis flagello febris, adhuc ſaltem quater, diſciplinam reciperet in pœnitentiam; & ſic abſolutione perfecta recuperaret integram ſanitatem; præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

ANNOTATA.

a Senicius *ſeu* Ceniſius *mons altiſſimus, in limite Italiæ & Galliæ inter agrum Seguſinum & vallem Maurianam.*

b Domninus, *melius forte* Dombinus *principatus ad Ararim inter Lugdunum & Matiſconem, qui ex Sabaudia verſus Arteſiam iter habentibus commode tranſitur.*

c *In Proprio Canonicorum Regularium Congregationis Gallicanæ anni* 1648, 5 *Maji in feſto Converſionis S. Auguſtini, poſt* 8 *Lectionem ponitur hoc* Reſponſorium. Ac-
E cepta baptiſmi gratia, poſitus apud Oſtia Tiberina cũ matre ſua, colloquebantur ſoli valde dulciter, & inhiabant ore cordis pariter in ſuperna fluenta fontis vitæ, vileſcebatque mundus iſte inter verba cum delectationibus ſuis.

d *Ad hunc diem in Martyrologio Aroaſienſi recitantur iſta:* Tranſlatio corporis ſanctiſſimæ Monicæ ab Oſtia Tiberina in hanc Dei & S. Nicolai eccleſiam, manu Domni Walteri Prioris Aroaſiæ, anno Domini MCLXII. *Harum Reliquiarum pars præcipua erat ſacrum caput, quod dono Canonicorum Regularium Aroaſienſium haberi Duaci in inſigni collegiata Eccleſia S. Amati, recluſum in magno vaſe argenteo turris in modum effecto pedeque cupreo deaurato, teſtatur in Hierogazophylacio Belgico Arnoldus Rayſius Duacenus, qui etiam ſcribit* Ciſonii, in monaſterio Canonicorum Regularium territorii Inſulenſis, partem haud levem corporis S. Monicæ etiamnum conſervari: *ut ſi etiam dono Araoſienſium habeant, apud hoſce multa oſſa videantur deeſſe. Ioannes Enen & Ioannes Scheckmannus in Epitome Geſtorum Trevirenſium aſſerunt*, in eccleſia Eremitarum S. Auguſtini conſervari coſtam S. Monicæ, *quam potius eos Roma accepiſſe arbitramur; uti & eam quam Maſinus in Bononia perluſtrata ait, in eccleſia S. Iacobi Majoris* F *eſſe partem cranii, longitudine 2 unciarum cum media, dono Gregorii* XIII.

DE ALIA TRANSLATIONE *Romam, ut prætenditur, facta*

Sub Martino Papa V.

Extra urbem in communi cœmeterio tumulata Sancta,

1 ETiam veteris, *quæ propior mari dicitur fuiſſe*, Oſtiæ *ſuburbanum fuiſſe locum, in quo corpus* S. Monicæ *à filiis tumulatum fuit, credet facile, qui conſideraverit, Chriſtianorum priſcorum cœmeteria ſemper extra urbes fuiſſe: his vero communiter adhærebat oratorium ſive eccleſia aliqua, ad commoditatem peragendi pro mortuis ſacrificii, quomodo in matris ſuæ funere factum Auguſtinus teſtatur. Hunc autem credibile ſatis eſt, lateritio ſub terra conditorio fuiſſe contentum, quando res peregre agebatur inter ignotos hoſpites, nec matrem exquiſitioris monumenti cura tetigerat. Proinde facillimum conceptu eſt, quomodo ſupra ipſam, altius humo infoſſam, poſita poſtea fuerit pila marmorea, ſive ad corporis alterius ſepulturam, ſeu potius in monumentum ipſius S. Monicæ; quam*

ibidem

A *ibidem tumulatam traditio popularis potuit mandasse memoriæ posterorum, quando S. Augustinum ejus filium tota Ecclesiâ incipiebat, ut Doctorem præcipuum, venerari. Tunc autem dicenda foret pila illa fuisse vacua, & communi cœmeterii solo excelsior, aggesta vero paulatim humo, uti fieri assolet, esse obtecta.*

2 *Vt ut fuerit, nullum, quem sanctitas tam eximia merebatur, cultum videtur* Monica *habuisse primis decem seculis; quandoquidem in nullis antiquioribus fastis memoria ejus occurrit. Quod autem Canonicus ille Ostiensis, Aroasiensi Waltero audiente, dixit, S. Augustini matrem sub nomine* Primæ *notam fuisse civibus suis, quasi Latine reddentibus significationem nominis* Monicæ, *id cum sit a veri etymi ratione alienissimum (à Græco enim μόνος* unus, solus, *ductum nomen* Monicæ, *verti non debuisset* Prima, *sed* Unica *vel* Solitaria*) suspicionem mihi ingerit, quod locus ipse, vel qua olim juxta locum steterat ædicula suburbana, vocata fuerit* Sanctæ Primæ, *ab aliqua ejus neminis Martyre, cujus ibi quoque corpus habebatur: quod uno post seculo repertum, cum jam oblitterata esset memoria veteris circa* Monicæ *corpus jacturæ, studiosius occultatæ ab iis quorum culpa contigerat, potuit una cum aliis Reliquiis ex veteri in novam Ostiam translatum fuisse sub nomine* S. Monicæ, *tamquam*

B *magis proprio. Talis translationis testimonium suggerit Ms. Florarium Sanctorum ad diem* XVI *Aprilis in hæc verba,* Translatio Monicæ Viduæ, matris B. Augustini Patris nostri in Ostiam civitatem anno salutis MCCLX. *Auctor hujus Florarii Henricus de Eyck, Canonicus Regularis Eyndoviæ in Brabantia, floruit seculo* XVI *ineunte, qui unde eam notitiam acceperit, necdum comperi.*

3 *Ceterum tota Walteri narratio tam sine fuco scripta est, ut quinque seculorum prærogativa accedente, ipsaque Reliquiarum præsentia apud Belgas à tanto tempore indubitata, posit fidem facere num.* 21 *asserenti attulisse sese non solum caput vel ossa paucula, festinanter lecta, reliquis in sepulcro relictis, sed plane* omnia; *nisi fortior in contrarium obstet auctoritas & evidentia major: quæ an habeatur pro eo quod nunc Romæ dicitur haberi corpore, solius veritatis amore, non studio contentionis alicujus, nobis hic indagandum incumbit. Hoc igitur magna cum sinceritate agere aggredior. Ac primo Martini* V *breve profero, à nobis erutum ex Ms. Vltrajectino ecclesiæ S. Salvatoris, & collatum cum editione Iosephi Pamphili Episcopi Signiensis, qui ipsum Chronicæ suæ Augustinianæ inseruit.*

C 4 Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei, universis Christi fidelibus, præsentes litteras inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Pia caritas atque devotio, qua ex Christianæ professionis & pastoralis officii debito Sanctorum Reliquiis afficimur, nos impellit, ut circa sacrarum Reliquiarum conservationem, earumque venerationem & observationem, omni studio & diligentia invigilemus: quo fides nostra, sine qua nemo salutem consequi potest, in magnitudine suæ majestatis conservari & spirituale incrementum suscipere valeat. Nuper siquidem venerabili Fratre nostro Petro Episcopo Electensi, Apostolicæ capellæ Sacrista & Confessore nostro, pro parte dilectorum filiorum Augustini de Roma, Prioris generalis & universorum Fratrum Ordinis Heremitarum S. Augustini, cujus ipse etiam Episcopus Professor exstitit, nobis supplicante, corpus B. Monicæ, S. Augustini Matris, ex certis piisque respectibus & causis, præsertim quia corpus dicti Sancti Ordinis fundatoris in quadam Ecclesia Papiensi dicti Ordinis venerabilis, prout decet, conditum exstitit, à loco civitatis nostræ Ostiensi, ubi sepultum reconditum fuerat, ad Ecclesiam Domus Fratrum dicti Ordinis de Urbe transferendum, & in ipsa ecclesia sepeliendum & recondendum licentiam AUCTORE concessimus. Cujus concessionis auctoritate præ- D. P fatum corpus in dicta Ecclesia, debitis cerimoniis & condigna reverentia, die Nona Aprilis, quæ fuit Dominica Palmarum, translatum & reconditum exstitit. Nos itaque Episcopi, Prioris & Fratrum prædictorum devotionem, hujusmodi re- *ut in majori* ligiosis personis convenientem, approbantes; at- *habeatur* que desiderantes, quod ob translationem præ- *honore.* dictam de sanctitate hujusmodi corporis major apud omnes fideles Christi notitia haberi potest, quam si in quovis alio loco reconditum fuisset; translationem & repositionem hujusmodi corporis ratas habentes & gratas, eas ex certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus: & ut erga dictam S. Monicam magis inflammetur eorum devotio, quasi patulo præconio, ad omnium notitiam deduci volumus per præsentes. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos, quinto Ka- E lendas Maji, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

5 *Annus Pontificatus* tertius decimus *ab* XI *Novembris præcedentis inchoandus & hic ad longum scriptus pro seculi illius more, dubitari non finit quin signet annum Christi* MCCCCXXX; *verum tali anno qui Cyclo lunæ* 6, *solis* 10, *littera Dominicali* A, *referebat Pascha* XVI *Aprilis, dies* IX *ejusdem mensis non habebat* Dominicam Passionis, *sicut legitur in Ms. Vltrajectino; sed* Palmarum *ut habet Pamphilus: in quibus, propter commune utriusque vocis initium* P, *facile potuit errasse incuriosus non uno loco librarius, maxime si ea Dominica nota fuerit per compendium scripta in originali, ut sæpe in talibus fieri assolet.* Electa *porro seu* Alecta, *cujus* VIII *Episcopus censetur* Petrus Asalbitus, *mortuus anno* MCCCCXL, *subest Metropoli Narbonensi in Gallia, facta Episcopalis à Ioanne* XXII *anno* MCCCXIX. *Generalis denique Augustinianorum erat* Fr. Augustinus Favorius Romanus, *Creatus Astæ anno* MCCCCXIX, *& Bononiæ confirmatus anno* XXV, *ac rursum anno* XXX *pridie Nonas Iunii in Monte Pessulano, illuc utique mox à peracta solennitate translationis profectus, ac denique ad Episcopatum Nazianzenum deinde & Casenensum assumptus anno ejusdem seculi* XXXI: *qui (sicut dicitur in margine orationis editæ, de qua mox)* cum Sacrista Pontifici adesse oporteret, Translationis curam suscepit. *Translatum est ergo aliquid* 9 *Aprilis.*

F 6 *Qua hic processerit certitudine, dum judicavit corpus illud, quod Ostia attulit,* S. Monicæ *fuisse, restat ut quæramus: absit enim ut dubitemus de fide tanti viri, quæ credenda est fuisse bona, cum rei sub Alexandro* III *gestæ, eo citius potuerit obrepere oblivio, quo magis pudere debuit conscios, tam neglectim habiti & per socordiam amissi thesauri; maxime si cum aliis Reliquiis post redditam Ecclesiæ pacem translatis ad ecclesiam S. Aureæ, seculo forsan* XII *adhuc currente, etiam translata fuit ipsa pila seu arca marmorea, supra sepulcrum* S. Monicæ *olim reperta, idoneaque ad alterius alicujus, è multis, quos locus habebat, Sanctis corporibus recipiendis. Modus certe quo res peracta describitur, haud leve argumentum præbet ad opinandum, quod sola ignorantia ablati quondam Aroasiam corporis fecerit, ut adeo prompte crederetur* S. Monicæ *esse id quod Roma nunc habet. Modum autem illum continet* Sermo ad Fratres Augustinianos, ex verbis Martini Papæ V, de Translatione corporis S. Monicæ

quod creditum est corpus S. Monicæ.

modum inventionis narrante Martino 5,

hujusq; corpus tamquã illius transferri anno 1260

quod requisitum anno 1430

testatur Pontifex

ejusque Romam transferendi dedisse facultatem,

nullum antiquitus cultum habuit.

& ideo facilius confundi potuit cum S. Prima

AUCTORE D P. Ostia Romam, *excusus ibidem Romæ anno* MDLXXX, *ubi sic inducitur Papa locutus*:

7 Jam igitur explicemus, quo ordine, quibusve modis, tum quorum ministerio beatissimę Monicæ, sanctissimi Patris ac Doctoris Augustini matris, corpus sit, nobis concedentibus, repertum. Frater Petrus, homo vestri Ordinis ac nostrorum sacrorum Custos, quem etiam fecimus Electensem Episcopum: is sæpe dudum à nobis petiverat, ut hoc præstaremus, quo liceret B. Monicæ Reliquias Romam transferre, aut in alium quempiam locum, ubi congrua ac solenni veneratione colerentur; quippe male haberi ac servari Ostiæ, qui locus pene desertus esset. Maxime autem orabat, ut eas vestro Ordini tribueremus: sic enim decere conjungi filio matrem, & eosdem esse utriusque servatores, qui essent & cultores. Id nos hactenus certis ex causis distulimus, non quasi non judicaremus dandum, quod postulabat; sed nonnulla erant impedimenta, quæ prius oporteret expediri. Postremo tamen & precibus, & auctoritate multorum victi, annuentibus nostris Fratribus, concessimus, iret, quove modo videretur ad Urbem eas Reliquias transferret. Vocat ille ad se alium Fratrem, Augustinum, hunc ipsum præsentem; atque illi operam dat negotii deducendi: ille vero ut libenter suscepit, ita sine mora omnia parat, quæ viderentur opportuna negotio: idem ceteros solicitat, ut in rem parati adsint. Nam sibi in animo esse, ut in die Palmarum, qui proximus est præteritus, transveherentur. Primum omnium quod erat necessarium, Ostiensem hominem convenit, cui soli notus dicebatur locus, ubi erat sepulcrum. Respondet ille, se quidem locum nosse (nam sub altari in ecclesia S. Aureæ esse, se ab uno seniorum accepisse: ac semper consulto factum, ut sepulcrum paucis, aut ferme uni notum esset) ceterum vereri, ne simul & aliorum Sanctorum ossa in eodem mausoleo clauderentur. Id renuntiatum est nobis. Ac nos respondimus: si hoc ita esset, nec discerni possent ossa, omnia quæ in eodem monimento invenirentur, simul haberetis. Cum his mandatis lætior dimissus Frater Augustinus, Rodulphum Castellanum cum aliis, qui multi numero Romæ tunc erant, Fratribus convocat: ita omnes Ostiam ad designatum locum proficiscuntur.

quo permittente Ostiam profectus Generalis Eremitarū,

8 Eo ubi pervenerunt, tendunt cum mandatis nostris ad locum, qui ostendebatur in inferiori aditu ecclesiæ, ubi primum ad dexteram altaris plus octo pedes effodiunt: ubi invenerunt paucula ossa quæ super planum lapidem posita erant: videbantur tamen esse Reliquiæ Sanctorum, etsi res nulla litterarum indicio apparebat. Tum vero omnes ambigunt, quid facto opus sit? Non enim existimabant eas esse Reliquias, quas quærebant. Fornix item erat tam densus ac solidus, ut nec fortibus malleis pulsatus sonitum redderet. Undique igitur tentant, si quis forte sit aditus: nihil omnino cernitur. Denique ex eo loco saxum movent, ubi priores Reliquiæ inventæ erant: nam præ veneratione timuerunt contingere. Tum vero ostiolum apparuit, unde in secretiorem tumulum ibatur. Monimentum in modum cameræ amplum subter erat, usquequaque inter altare & parietem replens. Ibi plures arcæ in ordine stabant, quarum aliæ aliis majores erant. Ad dexteram tria erant Sanctorum corpora: primum Lini Martyris, qui post beatum Petrum primus fertur Cathedram tenuisse: hinc aliud Felicis Pontificis, qui & ipse Claudio Principe martyrii coronam est adeptus: tum & Asterii Martyris aliud sepulcrum sequebatur. In sinistra erant, B. Constantiæ primum sepulcrum, ubi cum filia jacuerat; (nam simul ambæ martyrium susceperant) dehinc arcula B. Aureæ Virginis ac Martyris ossa continebat: huic subjectum erat B. Monicæ sepulcrum, cujus magnitudo hominis staturam implebat.

ex aperto fornice subterraneo,

educuntur corpora

9 *Noti sunt quos Pontifex hic dicitur enumerare Sancti, præter* Constantiam; *quæ nescio cur intelligatur ipsius S. Aureæ mater fuisse, cum eaque commune diu sepulcrum habuisse; in quo tunc adhuc sola jacuerit, filiæ corpore seorsim posito.* S. Asterium, *qui* XXI *Octobris colitur, post quam S. Callisti Papæ corpus humasset Romæ, præcipitatum de ponte, constat in Ostia civitate repertum esse atque sepultum*: *cujus* corpus, *quamvis à* Sergio Juniori Rom. Pontif. translatum *esse* in titulum Equitii *Romam, credi faciat,* vetus inscriptio, in marmore sculpta, quæ in eadem ecclesia asservatur, *ut ait in notis ad Romanum Martyrologium Baronius; facile tamen potuit Megetius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, sub Sergii successore Leone* IV *factus Episcopus Ostiensis circa annum* DCCCLIV *impetrasse, ut ablatus Ecclesiæ suæ Patronus restitueretur, in eamdem ubi primo requieverat ecclesiam suburbanam reponendus: sicut ipse aut alius, pro hujus dignioris Sedis reverentia, credi potest impetrasse SS. Lini & Felicis Pontificum corpora, quorum alias primus* juxta corpus S. Petri in Vaticano sepultus *fuerat, secundus* Via Aurelia, *in ipsa quam struxerat Basilica, uti ad* XXIII *Septembris de Lino, de Felice ad* XXX *Maji dicetur.*

Sanctorum Constantiæ,

Asterii

Lini, Felicis,

10 *Porro sicut non dubito quin singulæ istæ arcæ, supra pavimentum ordinatim locatæ, fuerint distinctæ titulis nominibusque Sanctorum intus contentorum; ita de ultima, quæ sub arcula S. Aureæ infossa erat terræ (ut mox apparebit) vereor vehementer, ne ideo sic infossa fuerit, quia vel nullius nominis titulum referebat, vel inscriptum habebat nomen* S. Primæ: *quod licet aliqui vellent idem esse cum nomine* S. Monicæ, *ut supra vidimus, alii tamen merito crediderint esse valde incertum. In hoc autem dubio, ad cavendum erronei cultus periculum nihil potuit esse consultius, quam eam arcam occultare sub terra, quando non satis tutum videbatur ipsam cum ceteris venerandam exponere. Certe non video cur structores illius cryptæ & sacrorum in ea corporum dispositores, si certi erant se in ea arca habere corpus* S. Monicæ, *voluissent ipsam terræ infodere, potius quam alias hactenus memoratas arcas: nisi forte dubites, utrum ei auti fuerint locum inter Sanctos dare, cujus tam eximiam sanctitatem ex filii scriptis noverant, & jam pluribus revelationibus miraculisque habebant comprobatam.*

& S. Aureæ:

sub cujus arculam defossa arca

credita fuit esse S. Monicæ:

11 *Pia tamen* S. Monicæ *corpus quærentium, & in ossibus sic repertis venerantium religio, non potuit Deo non esse grata: proindeque meruit (ut in simili casu factum sæpe fateamur oportet) etiam signis & virtutibus approbari. Quare nihil est quod nos ab asserenda Aroasiensium Reliquiarum veritate dimoveant cetera, quæ in prædicto ad Augustinianos sermone sic prosecutus dicitur Martinus Papa.* Aperto igitur B. Monicæ sepulcro, Fratres quanta possunt veneratione spectatum atque honoratum corpus colligunt, simul altissimis vocibus divinarum laudum hymnos decantantes. Hoc modo illi desiderio potiti, ad Urbem, multis sequentibus, properant: quibus interim nostro jussu obviam procedit ex eodem Ordine Lucas, nunc Episcopus in Corsica: tum hic frater Antonius, Legatus ab Rege Aragonum ad nos missus. Illud vero pulcherrimum, ac sane mirum dictu: adventantibus circa S. Paulum Reliquiis, tantus ex inaudito per totam Urbem tumultus est erectus, quantus nullo præconio potuisset excitari. Dominica erat Palmarum, qui dies est Romæ convenarum frequentissimus. Millia peregrinorum undique discurrebant: quidnam hoc esset rogitantibus, respondebatur B. Monicæ Reliquias tum primum in

itaque ex ea elevata ossa.

magno cum plausu fuerunt excepta:

A in Urbem inferri. Illi qui neſcirent B. Monicæ nomen, mirabantur: ceterum ut audiebant, beatiſſimi Auguſtini matrem fuiſſe, omnes ſine mora è domibus atque hoſpitiis effundebantur: plenique concurſantium vici: dumque alius alium hortabatur, impellit, arripit, incredibilis fiebat euntium tumultus.

12 Ibi homo plebejus, qui apud S. Paulum reſtiterat, viſo gentium concurſu, ut forte potuit flexis genibus Sanctam maximis precibus venerabatur, opem marcido corpori expoſtulans. Nocte in ſequenti maculis, quibus in modum lepræ univerſum corpus tegebatur, mundatus eſt. Deinde in Urbem ingrediuntur: nec capaces erant tumultuantium viæ: omnes videre, omnes inſpicere, ac tangere cupiebant. Plurimi, quibus non dabatur acceſſus, aut caputiis, aut zonis, aut hujuſcemodi rebus jactis, modo aliqua re contigiſſent, devotionem explebant. At per viam homo Romanus, cujus oculi penitus, caligaverant, poſt orationem factam claro lumini eſt redditus. Ita perſonantibus Fratrum ac Sacerdotum hymnis canticiſque, matris corpus ad filii Eccleſiam transfertur. Non deerant vulgi clamores, non totius populi voces, non devotorum, non mulierum orationes ac lacrymæ. Omnes gaudiis, omnes laudibus ac votis ſatagebant. B Neque illo tantum die ſolennitas acta eſt: omnem illam hebdomadam, quæ eſt (ut noſtis) ſanctiſſima, pari devotione celebrarunt. Puerulus erat in domo Fratrum Frater, altero oculo derelictus: hunc mulier cognata accitum applicuit, ut ante corpus aliquid pueriliter orans flecteretur: atque illa cum paucis mulieribus pueri valetudinem precata, paullo poſt ſurgens, ſanum atque integrum utroque lumine recepit. Eodem modo eſt de pluribus vulgatum, qui præcipue gloriantur ſimilibus beneficiis ſecum illam meruiſſe. Nec mirum quidem ſi hæc beati corporis præſentia efficit, quando & ipſum monumentum, quod paullo poſt vacuum ex Oſtia tranſlatum eſt, hujuſmodi miracula potuit operari: nam ita viſum eſt, beata oſſa id fere deſiderare, ut in veteri arcula, tamquam in ſuo habitaculo, ſervarentur. Effoſſam igitur gravi devotione per amnem deportarunt: ac dum in eccleſia paullulum reſideret, Fratribus ad Reliquias profectis, mulier cujus filius erat octavum jam menſem gravi atque implicito morbo ægrotus, arreptum parvulum ſinceriſſima ſpe in aream imponit, moxque ſanum factum, ſuper pedes nitentem jam infantulum ſtatuit. Iſta nunc quotidiana ſunt, atque in oculis omnium geſta: ut nihil non ſperare liceat patrocinio illius affuturum, quod aut corporibus, aut mentibus noſtris neceſſarium fuerit. C

13 Nec ſilueritis quæ his diebus Romæ apud beatum hoc ſepulcrum edita ſunt; Mulierem, nomine Silviam, ex intolerabili dolore capitis, facto voto, continuo liberatam: Mariolam aliam, veſtri Fratris ſororem, jam tumore mamillarum, una & maxima febri, morti pene vicinam, tactu ſepulcri mox ſanatam: Puerum illum, ſumpto toxico morientem, à parentibus huic Sanctæ non prius commendatum, quam ſanatum: Aliam nobilem Romanam, ſimul & paralyticam, & morbo comitiali, quem caducum appellant, vexatam, tacto ſepulcro mox ad integram ſanitatem reſtitutam. Quid dicam, ſterilem illam uxorem fabri, qui ſepulcri ejus ferramenta confecerat, expreſſo ad ſepulcrum voto, paulo poſt concepiſſe? Quid? eumdem fabrum, pene cæcum, conſimili voto ſplendidum lumen accepiſſe? Quid? aliam puellam, letalis peſtilentiæ morbo correptam, ac prodito gerendi hujus veſtri habitus more mulierum voto, continuo ex omni periculo ereptam? Quid? alios complures, variis morbis, ac magnis febribus per hujus auxilia dimiſſos? præcipue vero quos ex cæcitate ac tenebris in lucem reddidit? Recteque hanc opem ſibi aſſumpſit: vel quod illius Doctoris mater eſt, qui doctrinæ ſuæ radiis univerſum orbem adhuc illuſtrat; vel item quod propter eumdem, ut ſuperna luce ſervaretur, viginti continuos annos apud Deum piiſſimas lacrymas effudit. AUCTORE D. P.

14 *Hactenus ille ſermo: qui ſi totus, ſaltem quoad ſenſum, ex ore dicentis Pontificis fideliter eſt exceptus, inſignem illius ac vere paternum erga Eremitarum Ordinem affectum teſtatur, cui etiam gratulatur* deſiniente Deo ſucceſſiſſe, ut qui rite præter ceteros Auguſtinum colebant, ſoli omnem Auguſtini ſupellectilem poſſiderent; *quia audiverat* Tiaram Auguſtini lituumque ejus Paſtoralem non ante multos dies reperta, magnoque pretio redempta in Sardinia, Valentiam tranſlata eſſe *ad ipſorum eccleſiam; ſicut tunc tranſlata ad eoſdem credebatur* S. Monica, *& ipſum S. Auguſtinum Papiæ poſſidebant. Quibus aliiſque in verbis, elucet affectus erga Eremitas, non qualiſcumque ſed uſque ad invidiam Canonicorum Regularium exaggeratus, quando horum nulla fit mentio, eamdem Regulam profitentium, & pari jure aut priori obtinentium eccleſiam Papienſem, uti conſtat ex Pennotto lib. 1 cap. 63 num. 6, proferente conventiones anno* MCCCXXXI *legitime ſignatas, inter Abbatem ſuoſque Canonicos & Priorem Generalem ſuoſque Eremitas; quibus inhærent Iudicum ſententiæ ſæpius latæ, ac nominatim ei quæ à Bonifacio* IX *anno* MCCCXCIV *præſcripta, & biennio poſt à Legato ejuſdem Bonifacii Coſmato Cardinali promulgata, habetur cap. 64 num. 12.* E

15 *Præcitato ſermoni hæc nota additur in impreſſo.* Mapheus Vegius Laudenſis, Martini Papæ V Datarius, ad recipiendas & honorifice collocandas S. Monicæ reliquias ſacras, marmoreum ſepulcrum, mira arte elaboratum, erigendum tunc curavit, cum illæ Romam transferentur, *ad exiguam ſcilicet S. Triphonis eccleſiam, juxta quam Eremitæ Auguſtiniani ſuam habebant domum. Octavius vero Pancirolus, in theſauris abſconditis urbis Romæ Regione 6 eccleſ. 1 aſſerit, quod idem Mapheus anno* MCCCCXL *curaverit ſuo ſumptu extruendum, & egregie ornandum ſacellum, dictæ eccleſiæ adnexum, ad decentiorem ſacri depoſiti cultum; quodque Eugenius Papa* IV *anno* MCCCCXLVI *in eo erexerit ſocietatem muliebrem ſub titulo* S. Monicæ, *ac multis privilegiis ornarit; ac tali in ſtatu res manſerit uſque dum anno* MCCCCLXXX *Cardinalis Guilielmus Eſtratovillæus, Archiepiſcopus Rotomagenſis, novam eccleſiam S. Auguſtini, ante decennium inchoatam, opere auguſtiori à fundamentis excitandam curavit.* F

16 *Tunc in eamdem novam eccleſiam tranſlatam eſſe crediderim prædictam marmoream aream, & ſupra altare, ipſi ſicut nunc cernitur parieti inſertam, cum hiſce verſibus, qui etiam nunc eidem inciſi leguntur.*

Hic Auguſtini ſanctam venerare parentem,
Votaque fer tumulo, quo jacet illa, ſacro.
Quæ quondam gnato, toti nunc Monica mundo
Succurrit precibus, præſtat opemque ſibi.

Auctorem epitaphii fuiſſe prælaudatum Mapheum Vegium, inſignem ſui temporis Poëtam & Hiſtoricum, credas licet. Nam ab hujus calamo etiam invenimus Romæ in bibliotheca Altempſiana, ſed tranſcribendos nobis non putavimus, libros tres de vita & obitu B. Monicæ ex verbis S. Auguſtini, *item* Officium B. Monicæ & officium Tranſlationis ejuſdem: *quam noviſſime Martyrologio etiam Romano inſcribendam his verbis Baronius cenſuit ad* IX *Aprilis.* Romæ Tranſlatio corporis B. Monicæ, matris B. Auguſtini Epiſcopi, quod ex Oſtiis Tiberinis, Martino V ſummo Pontifice, in Urbem delatum, in eccleſia ejuſdem B. Auguſtini honorifice reconditum fuit, *quod per prolepſim dictum intellige, cum S. Auguſtini eccleſia tunc necdum ulla fuerit. Scripſit idem Mapheus* Vitam & Officium S. Auguſtini & Officium con-

Martini Papæ erga Eremitas Auguſt. effectus ſingularis:

Maphei Datarii liberalis pietas erga Sanctam,

tranſlatio poſt an. 1480 in novam eccleſiam,

epitaphium

dicti Maphei lucubrationes variæ.

& ſanati ſunt leproſi,

cæcutiens,

tum alii plures.

& ad aream ipſam diuturnus æger,

AUCTORE D. P.

converſionis ejuſdem & Vitam & Officium B. Nicolai Tolentinatis, *prout in eodem MS. vidimus: aliunde vero accepimus & hoc menſe Majo proferimus, ab eodem ſcriptas Vitas S. Petri Cæleſtini, ad* XIX; *& S. Bernardini Senenſis, ad* XX; *qua occaſione pluribus erit agendum de pio illo doctoque ſcriptore.*

Caput ſeorſim argento incluſum.

17 *Annus erat ſeculi hujus* LXI, *quando prædicta Maphei ſcripta partim vidimus, partim deſcripſimus Romæ: unde priuſquam diſcederemus, contracta ibidem amicitia cum Rev. adm. P. Mag. Ioanne de Iudais, Aſſiſtente Germaniæ apud Reverendiſſ. P. Generalem Eremitarum S. Auguſtini. vidimus* XXI *Septembris, Patre eodem deducente,* cranium, *quod* S. Monicæ *eſſe credunt, argenteæ thecæ eleganti incluſum: ipſius autem corporis inſpiciendi nulla dicebatur eſſe ſpes, quando reſerandæ aliquando arcæ non erat conſuetudo, ac ne facultas quidem. Hoc autem de Capite viſum fuit expreſſe indicandum, ne quis forte, non lecta, ſed audita dumtaxat Aroaſienſium aſſertione de poſſeſſione totius corporis; putet controverſiam quadamtenus* D *dirimi, conceſſo his capite cum pauculis oſſibus: quando illud ipſum quod nominatim vellet Aroaſiæ cedere, habere ſe putant & oſtendere Romani: nec niſi alterutro loco poteſt verum unius & ejuſdem Sanctæ caput integrum haberi. Porro quæ deduxi hactenus ſic accipi volo, ut ſimpliciter utriuſque cauſæ momenta, pro modulo meo libraſſe, non vero definiviſſe quidpiam judicio meo exiſtimer: conjecturam autem de* S. Prima, *eo dumtaxat ſuggeſſiſſe, ut per eam via aperiatur, qua partium contendentium bona fides, extra ſuſpicionem voluntariæ fraudis quam longiſſimæ habeatur; & utrique corpori ſua cuique propria ſanctitas tribuatur, quæ meruerit etiam miraculis honorari, idque in uniuſi* S. Monicæ *favorem, quam ſolam populorum devotio ſpectat (quemadmodum in multis aliis ſimilibus caſibus fere dicendum) donec placeat Deo diſtinctius revelare, quænam oſſa ſub proprio, quænam ſub alieno nomine coli eatenus permiſerit.*

DE S. MACARIO EPISCOPO

IN TERRITORIO ET VRBE BVRDEGALENSI.

D P.

SEC. IV AUT VI.

Burdegalæ in altare Reliquiæ.

Hieronymus Lopez, *in Hiſtoria Archiepiſcoporum Burdegalenſium Gallice ſcripta, quam ejus dono accepimus octavo poſt editionem anno* MDCLXXVI, *parte* I *cap.* 5 *agens de prædictæ eccleſiæ reſtauratione & ſecunda conſecratione, facta ab Vrbano Papa* II, *poſt Concilium Claromonte celebratum anno* MXCV *illac tranſeunte, dicit, ea occaſione* impoſitas altari majori *fuiſſe* Reliquias SS. Andreæ, Petri, Joannis Baptiſtæ, Stephani, Laurentii, Vincentii, Macarii, Agathæ atque Eulaliæ. *Ex his cum noti eſſent ceteri ut Sancti antiquiores, reſtabat quærere* de S. Macario, *quiſnam eſſet: & invenimus ab auctore illius hiſtoriæ prolixe de eo agi cap.* 6, *atque citari antiquam Sancti Legendam, quam ejuſdem beneficio haberi poſſe non fruſtra ſperantes, manu ejus, per litteras rogati, accepimus ex archivo hujuſmodi lectiones.*

Lectiones in archivio,

2 Macarius, Laudunenſis Epiſcopus, à B Martino Turonenſi Epiſcopo, cui magna familiaritate conjunctus erat, in inferioris Aquitaniæ partes prædicationis gratia miſſus eſt. Qui cum Ligenos urbem, ad oram Garumnæ ſitam, comitibus diſcipulis Caſſiano & Victore, appuliſſet; brevi ejus nominis fama, quam prædicationis ardor & vitæ ſanctitas auxerat, omnem Aquitaniam pervaſit. Ad extremum fractus laboribus è vita ceſſit, mercedem laborum, quos pro Chriſto pertulerat, in cælo receptu-
C rus. * Apud Ligenos autem Macarius in templo S. Laurentii à diſcipulis ſepultus, miraculorum multitudine cœpit fieri celebrior. Unde eum tanti viri præſidio civitatem ſuam Comes Guilielmus, cognomento Bonus, communire vellet; Archiepiſcopi Burdegalenſis auctoritate, ſacras ejus Reliquias amne ſecundo Burdegalam magna pompa & veneratione deportavit, eaſque in ſummo templo honorifice collocavit. * In itinere vero illud ſingulare fuit, quod ardentes cerei, venerationis gratia juxta Reliquias poſiti, nulla vi ventorum aut imbrium extincti, Burdegalam uſque delati ſunt. Omni autem Clero ac populo ſolenni pompa obviam prodeunte, ut tantum theſaurum gratulabundus acciperet; cum quidam molitor tantæ gratulationi deficeret, nec opus intermitteret, repente moletrina omnis diſſipata & comminuta eſt.

teſtes tranſlationis & miraculorū:

elogium in Martyrol. Gallicano:

3 *Eadem iiſdem pene verbis pridem legeramus ad* I *Maji in Martyrologio Gallicano; ſed iis nunc tutius fidere poſſumus, agnito fonte unde ſua hauſit Sauſajus, alias ſuſpectus nobis, quia ſæpe deprehenſus veritatem rerum alterare conjecturis & amplificationibus ſuis pluſquam rhetoricis, nonnumquam etiam feſtinatione ſcribendi; quod ultimum vitium etiam hic ei obrepſit, ut pro* Victore, *prædicationis ſocio,* Caſtorem *ſcriberet, in ceteris fideliter ſatis aut verba aut ſenſum Lectionum ad ſe miſſarum repræſentans; quæ licet antiquæ vocentur, paucorum tamen ſeculorum ætatem ſapiunt. Prima autem ex populari dumtaxat traditione de adventu S. Macarii agens, poſt octo vel decem ſeculorum lapſum, quid mirum ſi contineat aliquid, quod antiquiorum monumentorum defectu potius benigne accipi debeat quam ſcrupuloſe examinari?* E

4 *Tale eſt primo, quod* Laudunenſis Epiſcopus *fuerit &* S. Martino Turonenſi familiaris. *Obiit S. Martinus, quemadmodum alibi probatum à nobis eſt, anno* CCC XCVII: *de cujus diſcipulis & monaſterio loquens S. Severus Sulpitius in Vita ipſius S. Martini,* Piures, *inquit* ex his poſtea Epiſcopos vidimus: quæ enim eſſet civitas aut eccleſia, quæ non ſibi de Martini monaſterio cuperet Sacerdotem? *Sed quomodo potuit eorum unus fuiſſe Macarius, idemque fuiſſe Laudunenſis Epiſcopus? cum hunc Epiſcopatum conſtet primum eſſe inſtitutum circa annum* DXV? *Reſpondet per conjecturam Lopez, fieri potuiſſe ut à S. Martino ordinatus pro Laudunenſibus Epiſcopus, ipſiſque eum propter Gentiliſmi inoliti pervicaciam non recipientibus, ad ſuum ordinatorem reverſus, miſſus ſit ad fidem in Aquitania prædicandam. Sed neque credibile eſt S. Martini ævo ullam fuiſſe civitatem aut celebrius oppidum, in quo prævaleret idololatria; nec ſi fuiſſet, ad S. Martini Officium pertinebat per Galliam Epiſcopos conſtituere, nedum novas inſtituere diœceſes, populis necdum converſis, ſub converſionis futuræ ſpe qualicumque: & quidem tam remotis populis: quibus tot alii viciniores Epiſcopi poterant ac debebant proſpicere, & præ illis provinciæ Metropolitanus totiuſque Galliæ Primas Senonenſis.*

non videtur fuiſſe Epiſcopus Lauduni,

nec à S. Martino Turonen. ordinatus: F

5 *Antiquum Burdegalenſis eccleſiæ Martyrologium, quod Vſuardi eſt, ſed auctum propriis ibidem Sanctis, ita ad Kalendas Maji legendum proponit:* Burdegala civitate natalis S. Macarii, Epiſcopi Lugduni. *Itaque exiſtimem antiquitus nominatum; verum cum inter Lugdunenſes Archiepiſcopos nullus inveniretur iſtius nominis, auctores ſeu reformatores lectionum iſtarum cenſuiſſe, quod intelligi deberet* Lugdunum clavatum, *communiori nomine* Laudunum. *Aſt ego ad primum Maji, agens de S. Africano, ſuggeſſi Lugdunum aliud, Aquitaniæ vicinum,* Lugdunum *ſcilicet* Convenarum, *ad Pyrenæorum radices, Straboni atque Ptolomæo memoratum, cui tempore S. Martini ſuos fuiſſe Epiſcopos admodum eſt credibile. Hanc ergo Sedem ſi tunc ponatur tenuiſſe S. Macarius, potuiſſet hic excitus fama S. Martini ad eum, tamquam ad commune*

ſed potius Lugduni Convenarū,

Galliæ

A *Galliæ totius oraculum, in communibus orthodoxæ fidei negotiis aut pro eccleſiæ ſuæ privatis commodis conſulendum excurriſſe Turonas; indeque revertens, Ligeni ad Garumnam obiiſſe, in confinio Burdegalenſis atque Vaſatenſis diœceſeos, ubi notior poſt mortem quam in vita, propter miraculorum frequentiam, eſſecerit, ut abolito priori nomine deinceps* S. Macarii *oppidum diceretur. Eſt tamen qui putet vetus nomen remanſiſſe in oppoſita ripa, ubi oppidulum eſt* Langon *dictum.*

unde Turonas excurrens obiit Ligeni,

6 *Sic ei ſuus ex antiqua appellatione Epiſcopatus maneret, nulli juſtæ contradictioni obnoxius; nec difficile eſſet certo ſeculo affigere ætatem ejus, qui cum ſanctiſſimo Martino vixerit. De hac tamen formidare quis poſſit, ne alibi deprehenſus vulgi error hic quoque locum habuerit, dicaturque veniſſe ad S. Martinum & ei familiaris fuiſſe, qui ad mortui pridem ſepulcrum peregrinabundus acceſſerat, & in monaſterio ipſius familiarius fuerat converſatus. Atque ita etiam ad Viſigothorum tempora, Convenas infeſtantium, æque ac prænominatus S. Africanus, referri poſſet. Quare nihil de ipſius ætate definiens, ſolum noto* Natalem *S. Macarii videri fuiſſe* I *Maji, unde in pervetuſto tabulario eccleſiæ Burdegalenſis ſic notatur,* Kalendis Maji fit feſtum S. Macarii, ſicut unius Confeſſoris Epiſcopi *: & in Breviario eccleſiæ Parœchialis S. Columbæ; quod anno* MCCXX *ex vetuſtiori alio S. Eulaliæ tranſcriptum fuit, præſcribitur Officium* S. Macarii, Epiſcopi & Confeſſoris, I Maji.

diu forte poſt obitum S. Martini,

die I *Maji.*

B 7 *Quia tamen SS. Apoſtoli Philippus & Iacobus potiori jure videbantur exigere, ut ſuum toti Eccleſiæ Catholicæ commune feſtum non poſtponeretur alterius cujuſcumque commemorationi; inſtitutum recentiori uſu Burdegalæ eſt, ut feſtum S. Macarii deinceps ageretur die* IV, *cum ea fere omni ſolennitate, quæ primario Eccleſiæ & Diœceſeos Patrono S. Andreæ exhibetur. Quin etiam uſu obtinuit, ut cum in proceſſionibus publicis, circum Metropolitanam inſtitui ſolitis, à feſto Trinitatis uſque ad Paſcha cantetur Reſponſorium de eodem S. Andreâ; à Paſchate uſque ad Trinitatem canatur de S. Macario; cujus corpus aſſervatur in loco ſublimi poſt majus altare; & anno* MDCLXXVI *ſcribebatur quam primum eſſe transferendum in novam & inſignem argenteam capſam, cura & expenſis Capituli fabricatam. Cum enim Regis Mater Anna Auſtriaca Burdegalæ eſſet anno* MDCL, *pieque viſitaret eccleſiam S. Andreæ, ante cujus principem aram olim conjuncta fuerat matrimonio Regis Chriſtianiſſimi Ludovici* XIII; *& intellexiſſet ſacrum S. Macarii depoſitum adhuc nihilo honoratius haberi, quam habebatur tempore deſponſationis ſuæ; ſexcentas mox argenti libras ad novæ arcæ confectionem ordiendam donavit, quæ additis quadringentis aliis nunc perfecta habetur.*

inde ad 4 tranſlatum nunc feſtum

tamquam Patroni:

Oſſa in capſa argentea.

C 8 *Eo loco, ubi Sanctum illud corpus olim requievit, quique etiam nunc nomen retinet, Societas noſtra Reſidentiam habet cum eccleſia; ſed aliter quam olim ſita: prior enim ſitus in hortum converſus eſt. In illa autem ſervat reliquum unum ex veteri depoſito humerum, & die ejus feſto exponit religioſe venerandum. Cetera oſſa Burdegalam dicitur tranſtuliſſe* Comes Guillelmus cognomento Bonus. *Hujus Comitis indubitabilem notitiam invenio apud Gregorium* VII *lib.* 6 *Regiſtri Epiſt.* 24, *qua anno Pontificatus ſui* VI *Indictione* XIII, *id eſt anno Chriſti* MLXXXVII, *ita ſcribit* Bertrando Abbati monaſterii Sanctæ Crucis & Fratribus: Eccleſiam S. Macharii, de Fratrum noſtrorum conſilio monaſterio veſtro adjudicavimus, & quod Willelmus Bonus; quondam Burdegalenſis Comes, fundator ejuſdem monaſterii, rationabiliter eidem monaſterio conceſſit eccleſiam S. Michaelis extra urbem Burdegalæ. *Cum ergo iſtius Guilielmi Principatus inceperit ante annum* DCCCXLVIII, *quo juxta fragmentum Chronici Fontanellenſis,* Normanni Burdegalam urbem ceperunt, & Ducem ejuſdem Guillelmum noctu; *conſequens eſſe videbatur, ut & eccleſia S. Macarii ante eum annum diceretur in jus alienum tranſiviſſe, & privata fuiſſe ſui Patroni corpore, aut ſaltem ſequenti ſeculo* X, *ſi verum eſt quod is cui Boni cognomentum adhæſit, heredem inſtituerit Guilielmum Sancium Vaſconiæ Ducem, anno* DCCCCLXXXII *adhuc ſuperſtitem, cum conjuge ſua Comitiſſa Vrraca.*

Scapula in oppido ſui nominis.

corpus non potuit tranſtuliſſe Guilielmus Bonus ſec. 9 ant 10.

9 *Sed ab hac ſententia cito me dimovit Hieronymus Lopez, ad Vitam Godofredi* II *Archiepiſcopi Burdegalenſis, proferens inſtrumentum ex tabulario monaſterii Sanctæ Crucis, conditum (ut ait ipſe, temporis characteres neſcio quo conſilio hic omittens) anno* MXXVII, *quo* Uuillelmus gratia Dei Comes Aquitaniæ ſimul & Dux Vaſconiæ & uxor Remberga ... *dant & concedunt* cellam B. Laurentii, ubi pretioſum B. Macarii tumulatum corpus requieſcit; cum decimis & juſtitiis & cum conſuetudinibus in terra & in mari. Et hæc donatio facta eſt, Gombaudo Abbati, eccleſiæ Burdegalenſis Archiepiſcopo Godefredo. *Erat ergo tunc adhuc in priori loco corpus S. Macarii. Quod autem inſtrumentũ iſtud revera pertineat ad annum prænotatum & tempus Godefredi ſecundi, non primi qui ſedebat anno* DCCCCLXXII, *perſuadet aliud ab eodem Hieronymo prolatum inſtrumentum, quo* Amæ Comitiſſæ Burdegalenſis ſeu Petragoricæ Patriæ, quidam monaſterio conſtructo in honorem S. Mariæ de finibus terræ, *donat hereditatem* Medrins *appellatam: & Hæc, inquit* donatio facta, in anno MXLIII Incarnationis Dominicæ, Francorum Henrico Rege regnante, præſidente Godefrido ... Sedi E ſanctæ Eccleſiæ Burdegalenſis, Domno Gombaldo Abbate aſſiſtente monaſterii, in primitus S. Crucis & S. Mariæ & S. Macharii. *Guillelmus ergo qui ſupra notatur, Guilielmi Sancii prænemorati filius fuit, primo ac proprio nomine Sancius dictus, quo ſolo ſubſcribit præcitato Patris ſui inſtrumento, ex tabulis fundationis monaſterii S. Severi in Vaſconia legendo apud Hieronymum Lopez pag.* 176: *quia tunc adhuc vivebat ſenior & ibidem ſubſcriptus frater Bernardus Vuillelmus, quo defuncto cœpit primum una cum Principatu Vuillelmi nomen uſurpare.*

quod ſeculo II *adhuc erat in primo loco*

10 *Ex hu porro apparet tantum abeſſe ut tranſlatio ſancti Corporis facta fuerit ſub Guilielmo Bono, eo qui numeratur primus inter Burdegalenſes Comites, à Pictavienſibus diverſiſſimos (licet utrique Willelmi, utrique Aquitaniæ Comites aut Duces dicerentur) ut neque ſub Sancio Willelmo, neque aliquamdiu poſt credibile ſit eam eſſe peractam. Etenim quæ ſub hoc ultimo adhuc primo nomine dicebatur* Cella S. Laurentii, *poſtquam in jus monaſterii ſanctæ Crucis tranſiit, vocatur* eccleſia *aut* monaſterium S. Macharii. *Vnde diſcimus hujus cultum ſub cura communis adminiſtratoris, ſeu (ut Ama Comitiſſa vocat) Aſiſtentis Gombaudi, inſigniter reſtruiſſe, cum alia mutati nominis cauſa adferri nequeat, aut forte etiam novam pro veteri eccleſia ſurrexiſſe: quæ facta non fuiſſent, ſi ibi non adfuiſſet corpus Patroni. Quin neque anno* MCXX *quidquam mutatum fuiſſe videtur, cum uſque ad eum annum Prior & monachi S. Macarii tantæ fuerint potentiæ, ut ab obedientia Abbatis ſanctæ Crucis vellent haberi exempti, quam litem tunc primum illis damnatis decidit Arnaldus* II *Burdegalenſis Archiepiſcopus. Ante tamen quam finem acciperet ſeculum* XII, *credo ablatum Burdegalam eſſe corpus S. Macarii; & forte à Willelmo* IX, *extincta pridem Burdegalenſium Comitum & Vaſconiæ Ducum ſtirpe, totius Aquitaniæ potentiſſimo Duce, omnia in eccleſiis pro arbitrio agente tempore ſchiſmatis, à quo per S. Bernardum abductus, ſed nihilo quam ante humanior erga monachos, facile potuit hoc quoque inter cetera attentaſſe, ut S. Macarii eccleſiam & monaſterium ſpoliaret Patrono, quo Cathedralem Burdegalenſem ornaret.*

magis quam antea honoratum,

F

& ut ſummum ſub ultimo Guilielmo tranſlatum,

11 *Obiit Willelmus iſte, non mala tandem morte, apud Compaſtellam peregrinus ex voto, anno* MCXXXVII, *uti oſtenſum eſt ante Vitam S. Guilielmi Eremitæ, cum quo Dux iſte male à pleriſque confunditur, § 4 die* X *Februarii, in eoque deſiit Ducum Aquitanorum ſeries. Eo autem dominante Burdegalenſem Sedem tenebat is, quem dixi, Arnaldus* II, *cognomento Geraldus, electus anno* MCIII

ante annum 1137

A *& fere uſque ad annum* MCXXXV *ſuperſtes, quando locum fecit Gaufrido* III *cognomine Loriolo. Quiſquis autem eorum fuit, ſub quo facta eſt prædicta tranſlatio, ejus prima cura fuiſſe videtur, ut in ſua Cathedrali eccleſia proprium S. Macario altare erigeret. Nam, uti Hieronymus Lopez nos docuit, in ſæpe laudato monaſterii ſanctæ Crucis tabulario invenitur inſtrumentum, ſub Elia de Malamorte conditum anno* MCXCII, in eccleſia S. Andreæ ante altare S. Macarii. *Porro quando aut quomodo lapidea tumba, illius Sancti corpus continens, ab altari illo, in quo primitus requieviſſe exiſtimo, tranſlata ſit poſt altare majus, ubi hoc ſeculo colebatur, nuſquam notatum invenio Credo autem non diu ibi relinquendam, poſtquam ſacra oſſa tranſpoſita fuerint in novam capſam argenteam: qua de actione expectabam litteras R. P Petri Coulon, quo noſtrum ibidem Collegium regente, effectum fuerat, ut hæc commentari potuerim de S. Macario, antea noto ex ſolius Sauſſaji relatu; quando intellexi ex litteris R.P. Franciſci Coſſo, cui ſuas moriens vices reſpondendi legarat, obiiſſe eum* XI *Novembris anni* MDCLXXVI. D

erecto eidem altari proprio.

DE SANCTO VENERIO

G. H.

EPISCOPO MEDIOLANENSI IN INSUBRIA.

ANNO CCCCIX *Cultus ſacer.*

Elebrant hoc die IV MAII *ſacram memoriam S. Venerii Epiſcopi Mediolanenſis Tabulæ hodierni Martyrologii Romani, cui ſolenne officium eodem die præſcribitur in Breviario Ambroſiano, juſſu S. Caroli Cardinalis Archiepiſcopi Mediolanenſis edito. In Vita S. Ambroſii, à Paulino Presbytero hujus amanuenſi ſcripta, iſta de S. Venerio traduntur.* Per idem tempus, cum in extrema parte porticus, in qua jacebat *æger* S. *Ambroſius*, in imo poſiti Caſtus, Polemius, Venerius & Felix tunc Diaconi ſecum tractarent, voce ita repreſſa, ut vix invicem ſe audirent, Quis poſt obitum illius Epiſcopus ordinandus eſſet; atque cum de nomine Sancti loquerentur Simpliciani, tamquam intereſſet tractatui, cum longe poſitus ab ipſis jaceret, approbans exclamavit tertio: Sen ex, ſed bonus. Erat enim Simplicianus ævi maturior. Qua voce audita expaveſcentes, fugerunt. Defuncto tamen eo non alius illi ſucceſſit in Sacerdotio, niſi is quem ille bonum ſenem trina voce ſignaverat. Cui Simpliciano Venerius, quem ſupra memoravimus, ſucceſſor fuit. Felix vero nunc uſque Bononienſem regit Eccleſiam. Caſtus autem & Polemius, nutriti ab Ambroſio, bonæ arboris boni fructus, in Eccleſia Mediolanenti Diaconii funguntur Officio. *Hæc Paulinus oculatus teſtis. Colitur memoratus* Felix *Epiſcopus Bononienſis die* IV *Decembris*, & S. Ambroſius *die ordinationis ſuæ* VII *ejuſdem Decembris. Mortuus is eſt pridie Paſchatis anni* CCCXCVIII, *uti in exercitatione ſingulari ante tomum primum Aprilis probavimus, cui tunc ſucceſſit S. Simplicianus, anno tertio Sedis mortuus,* XVI *Auguſti anni* CCCC, *eique ſubrogatus S. Venerius, mox indicavit ſuam ordinationem S. Paulino Epiſcopo Nolano, uti hic ſcribit S. Delphino Epiſcopo Burdegalenſi in epiſtola* 16 *his verbis*: Mediolanenſis quoque Epiſcopus novus, filius veſter huc uſque, nunc frater, Venerius jam ſcripſerat nobis poſt ordinationem ſuam: ſed quia & hoc Cardamas juſſiſſe te retulit, ſcripſimus illi per ipſum ut ſciret paratam eſſe opportunitatem, ſi vellet officium debitæ pietatis agnoſcere, ut beatitudini tuæ ſcriberet & commendaret pectori tuo primordia ſua. *Hæc ibi. Coluntur porro* S. Paulinus XXII *Iunii*, & S. Delphinus XXIV *Decembris.*

B *Sub S. Ambroſio Diaconus,*

C *idq; indicat S. Paulino Nolano*

2 *Erat tum Summus Eccleſiæ Romanæ Pontifex S. Anaſtaſius* I, *creatus anno* CCCXCVIII, *vita functus anno* CCCCII XXVII *Aprilis, ad quem diem ejus Acta dedimus: in quibus præclara fit mentio S. Venerii, ob epiſtolam illius ad hunc datam, quam hactenus non ſcimus extare: cujus tamen meminit S. Anaſtaſius in Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, in qua deteſtatur tranſlationem Origenis à Rufino factam & inter cetera habet iſta:* Abſit ab Eccleſia Romana hæc nequaquam Catholica diſciplina. Numquam profecto eveniet ut aliqua hoc admittamus ratione, quod jure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Chriſti Dei noſtri diffuſa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non poſſe, quæ Eccleſiam maculent, probatos mores evertant, aures circumſtantium vulnerent, jurgia, iras diſſenſioneſque diſponant. Quare noſce qualem epiſtolam, ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Venerium diligentiori cura perſcriptam, parvitas noſtra tranſmiſerit: tibique hanc conſcientiam fecerim, quod non ſuperflua laborum formidine neque vano timore ſoliciter. Mihi certe cura non deerit Euangelii fidem circa meos cuſtodire populos, parteſque populi mei per quæque ſpatia diverſa terrarum diffuſas quantum poſſim litteris convenire: ne qua profanæ interpretationis origo ſubrepat, quæ devotas mentes immiſſa ſui caligine labefactare conetur. *Hæc S. Anaſtaſius Papa, implorata, quantum colligimus, potiſſimum S. Venerii auxiliatrice manu, in dicta Rufini tranſlatione eliminanda: illudque à S. Venerio præſtitum fuiſſe colligimus ex Apologia S. Hieronymi adverſus Ruffinum lib.* 2, *ubi num.* 6. *ita hunc alloquitur*: Quæſo te, amice cariſſime, ut in Eccleſiaſticis tractatibus, ubi de veritate dogmatum quæritur, & de ſalute animarum noſtrarum majorum flagitatur auctoritas, hujuſcemodi deliramenta dimittas, & prandiorum cœnarumque fabulas pro argumento non teneas veritatis. . . Qui ſunt iſti, qui in Eccleſia diſputare latius ſolent, qui libros ſcribere, qui totum de Origene loquuntur & ſcribunt, qui dum ſua nolunt furta cognoſci & ingrati ſunt in magiſtrum, idcirco ſimplices ab illius lectione deterrent, nominatim debes dicere, & ipſos homines denotare. Ergo beati Epiſcopi Anaſtaſius, & Theophilus, & Venerius, & Chromatius, & omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, quia pari ſententia, quia pari & ſpiritu, illum hæreticum denuntiant populis, fures librorum illius judicandi ſunt, & quando in Eccleſiis prædicant, non Scripturarum myſteria, ſed Origenis furta commemorant? Non tibi ſufficit paſſim contra omnes detractio &c. *Ex prædictis* Theophilus *eſt Epiſcopus Alexandrinus, qui cum S. Hieronymo conveniebat contra Origeniſtas: alter vero* S. Chromatius *Epiſcopus Aquileienſis, intimus S. Hieronymi amicus, qui colitur ſecundo Decembris.*

monetur à S. Anaſtaſio de perverſa Origenis tranſlatione:

E

F *& ob eam damnatam laudatur à S. Hieronymo:*

3 *Habita eſt anno* CCCCI *menſe Iunio Synodus Provincialis in metropoli Africæ Carthagine, in qua legatio deſtinatur ad SS. Anaſtaſium & Venerium, & ita verbis Aurelii Epiſcopi Carthaginenſis indicatur*: Poſt Conſulatum Flavii Stiliconis viri clariſſimi, XIV Kalendas Julias, Carthagine in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ, cum Aurelius Epiſcopus una cum Epiſcopis ſuis conſediſſet, adſtantibus Diaconibus Aurelius Epiſcopus dixit: Eccleſiarum Dei per Africam conſtitutarum neceſſitates mecum optime novit caritas veſtra, ſanctiſſimi Fratres. Et quoniam præſtitit Dominus, ut ex aliqua parte ſancti cœtus veſtri eſſet congregata præſentia, videtur mihi ut has eaſdem neceſſitates, quas pro

Synodi Carthaginenſis Legationem ſuſcipit,

A pro ſolicitudine noſtra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbaverit veſtra ſinceritas, ſit conſequens, eligendum eſſe unum à noſtro numero Conſacerdotem, qui, auxiliante Domino & orationibus veſtris, & has ipſas neceſſitates ſuſcipere poſſit, & gnaviter peragendas implere, perrecturus ad tranſmarinas Italiæ partes, ut tam ſanctis Fratribus & Conſacerdotibus noſtris, venerabili ſancto Fratri Anaſtaſio Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo, quam etiam ſancto Fratri Venerio Sacerdoti Mediolanenſis Eccleſiæ, neceſſitatem ipſam ac dolorem atque inopiam noſtram valeas intimare (ex his enim Sedibus hoc fuerat prohibitum) quo noverint communi periculo providendum, maxime quia tanta indigentia Clericorum eſt, multæque Eccleſiæ ita deſertæ ſunt, ut ne unum quidem Diaconum vel illiteratum habere reperiantur. *Hæc aliaque ibi. Baronius ad dictum annum* CCCCI *num.* VII S. Venerium faviſſe votis Africanorum Epiſcoporum ex eo exiſtimat, quod Paulinus auctor Vitæ S. Ambroſii in Africam amandatus, conſediſſe Carthagine apud Fortunatum Diaconum teſtetur ipſe *in Epilogo*, & ex petitione S. Auguſtini ſcripſiſſe ſe res geſtas S. Ambroſii confir-

ut Clericos ſubmittat, rogatur:

B met *in Prologo.*

4 *Mortuo S. Anaſtaſio Pontifici Romano ſucceſſit Innocentius* I *anno* CCCCII, *ſub cujus Pontificatu deceſſit S. Venerius anno* CCCCIX. *Interim cum hoc Pontifice plurimum laboravit, ut S. Ioannes Chryſoſtomus in exilium actus, ad Sedem ſuam Conſtantinopolitanam remitteretur. Negotium illud ſcitur ex epiſtola ipſius Chryſoſtomi ad S. Venerium ſcripta, atque à Baronio ad annum* CCCCV *num.* XVI *edita ſub hoc titulo:* Sancti Patris noſtri Joannis Archiepiſcopi Conſtantinopoleos Chryſoſtomi epiſtola ad Venerium Epiſcopum Mediolanenſem. *Et hæc eſt Epiſtola.* Fortem veſtrum & virilem animum, itemque & veritatis vindicandæ fiduciam & prædicandæ libertatem, tametſi vel ante cuncti cognoverant; fecit tamen temporum conditio, ut ipſa quoque appareat ſumma fraterna benevolentia & caritas & pietas, ac frequens commiſeratio, & diligens denique procuratio veſtra Eccleſiarum. Nimirum uti vel in mari gubernatorem, qui ſit optimus, magnæ tempeſtates; vel in corporibus peritiſſimum medicum, morbi difficillimi oſtendunt; ita qui ad ſtudium pietatis vitam omnem comparârit, quique animi magnitudine præcellat, facile rerum declarant aſperitates & temporum. Quod ſane cum accidit jam

accipit à S. Chryſoſtomo exule epiſtolam

C vobis, tum vero pro parte veſtra probe omnia directa, nec quidquam prætermiſſum. Sed quoniam homines, qui iſtas & pariunt perturbationes & peperérunt, eo pervenerunt pravitatis, ut non modo non defungi prioribus, ſed certare etiam cum iis conentur; moneo vos atque hortor univerſos, ut prompte animum valentiſſimum adhibeatis, neque iſtud diſſolvi tantum ſtudium patiamini: quin intendite magis, etiamſi mille accidant difficultates. Erenim qui ſudoribus atque ærumnis pluribus magnum aliquid & homine generoſo dignum obierint, majora ii præmia conſequentur, quam qui facile & nullo negotio idem confecerint. Siquidem unuſquiſque, quod Beatus, inquit Paulus, tantum mercedis accipiet, quantum laboris exantlarit. Quamobrem minime illa vobis diutina fatigatio cauſam afferat deſperandi, verum potius ipſum decus excitet. Nam quo gravior ad tentationem fit acceſſio, eo auctior erit ad coronas adjunctio, affluentque amplius vobis debita certaminum præmia honeſtorum.

ob caritatem exhibitam.

AUCTORE G. H.

5 *Hactenus S. Ioannis Chryſoſtomi epiſtola ad S. Venerium. In Lectione tertia, aliis quarta & quinta, quæ ad Matutinum ab anno* MDLXXXII *in Eccleſia & diœceſi Mediolanenſi leguntur, hæc habentur:* Ejus virtutum nomen magnum ubique fuit, uſque adeo, ut & Carthaginenſis Synodi Patres ad illum Legatos miſerint, & S. Joannes Chryſoſtomus litteras Græce exaratas dederit, quibus ejus divinam caritatem aliaque paſtoralia ornamenta teſtata facit. Ad ſtudium autem pietatis inprimis Paſtor eruditus, nihil turbulentis illis temporibus prætermiſit ad diligentem Eccleſiæ F ſibi commiſſæ tuendæ religioſeque gubernandæ rationem. Quam cum annos multos adminiſtraſſet, demum miraculorum & ſanctitatis gloria clarus obdormivit in Domino, quarto Nonas Maji. Ejus corpus in baſilica Apoſtolorum ſepultum S. Carolus Cardinalis Archiepiſcopus, frequenti Epiſcoporum provincialium conventu, in eadem baſilica, quam illuſtriori opere reſtituendam curaverat, ſolennibus ſupplicationibus pie condidit. *Hæc ibi. Aliquas ejus Reliquias aſſervari Bononiæ in eccleſia Societatis Ieſu ad S. Luciam, teſtatur Maſinus in Bononia perluſtrata: ſed de his interrogatus anno* MDCLXXVI R.P. *Alexander Zampi, ibidem Rector, reſpondit poſt exactiſſimam inquiſitionem & diſcuſſionem ſingularum Reliquiarũ quibus Collegium iſtud munitur, nihil ſe potuiſſe reperire quod S. Venerii nomen præferat, adeoque vel erraſſe Maſinium, vel adeo minutam fuiſſe particulam, ut in oblivionem venire potuerit.*

obit miraculis clarus.

transfertur à S. Carolo.

6 *De eodem S. Venerio Ennodius Ticinenſis panxit hoc epigramma.*

ab Ennodio laudatur.

Forma pudicitiæ juvenis ſectanda Veneri
Venit, nominibus nil famulata ſuis.
Fortia marcebant vetulo ſub judice membra, E
Ætas præſentem perdiderat puerum.
Sublimis poſtquam conſcendit fulcra Cathedræ,
Cana tener populis dogmata diſſeruit.
Aurea fluxerunt locupletis ſtemmata linguæ,
Sol vitæ nitidum reddidit eloquium.
Alvus ut Eccleſiæ tumuiſſet ſemine verbi,
Non deerat paſtus factis Apoſtolici.

DE SANCTO BENEDICTO

EPISCOPO ÆSERNIENSI IN ITALIA.

G. H.

IV MAII

Elogium ex Vghello,

Æſernia *urbs Samnii antiqua & Epiſcopalis, ſub Metropoli Capuana, haud longe à Vulturno fluvio, inter Bojanum & Venafrum ſita eſt. Hujus Sedis Epiſcopos recenſens Ferdinandus Vghellus tomo* 6 *Italiæ Sacræ, ita de primo Epiſcopo Æſernienſi* S. Benedicto *ſcribit:* Tempus quo floruit, patria, & acta ignorantur: corpus ſub ara majore Cathedralis Eccleſiæ conditum religioſe colitur: feſtus dies Æſerniæ celebratur IV Maji. Ejus meminit Ferrarius in

Paulo Regio

Catalogo Sanctorum Italiæ Paulúſque Regius, qui narrat Cathedralem Eccleſiam, quaſi repentino vehementiq; terræ motu concuſſam, contremuiſſe, cum Epiſcopus quidam Æſernienſis circa S. Benedicti corpus effodi juſſiſſet. *Hæc Vghellus. Addit Ferrarius,* lampadem ſemper ante corpus accenſam. *Ioannes Vicentius Ciarlantus Eccleſiæ Cathedralis Æſernienſis Archipresbyter, lib* 3 *Memoriæ hiſtoricæ Samnii cap.* 8 *iſta de hoc Epiſcopo habet:* Eccleſiam Æſernitenſem eodem tempore S. Benedictus regebat, quo Nolanam S. Paulinus, & fuerunt ambo participes calamitatum, quæ tunc evenerunt. *Colitur S. Paulinus* 22 *Iunii, quando de variis illi illatis perſecutionibus agendum erit: quibus ſimilia videtur S. Benedictus paſſus, cum & civitas Æſernia dicatur deſtructa, incolæque diſperſi: quos S. Benedictus collegiſſe, ac civitatem reſtauraviſſe creditur. Additur adfuiſſe eidem S. Paulino morienti*, Baſſo & Antiocho Conſulibus *anno* CCCCXXXI. *At quamdiu, reverſus ad ſuam Cathedram, adhuc vixerit, ne per conjecturam quidem indicatur.*

Ferrario & Ciarlanto.

DE SANCTO VALERIANO

MARTYRE FOROLIVII IN ITALIA.

G. H.

SECULO V

Encomium scriptum circa anno 1580

FOrum-Livii, *urbs Italiæ antiqua & Episcopalis, ad dexteram Montoni fluminis in via Fluminia, Faventiam inter & Cæsenam, Tutelaribus suis Patronis adnumerat* S. Mercurialem *Episcopum suum &* S. Valerianum *Martyrem, quorum laudes circa annum* MDLXXX *luculenta oratione descripsit monachus quidam non ineruditus, ex Abbatia S. Mercurialis; qui ubi de S. Valeriano agere incipit, præfatur, de hoc Sancto, biennio ante in cathedrali ecclesia copiose disseruisse Forolivienſem quemdam, tunc defunctum, Cogitosum. Ipsam orationem, descriptam ex collectaneis Gallonii in Bibliotheca Vallicellana Romæ, non censuimus inferendam operi nostro ad* XXX *Aprilis agentes de S. Mercuriali, cum haberemus vitam scriptam seculo, ut nobis videbatur,* XI. *Nunc resciſſam ab ea partem ultimam de S. Valeriano, antiquiorum auctorum defectu, dare cogimur.*

B *quod vetustiorum Actorum defectu datur.*

2 *Ferrarius in Catalogo Generali videtur hæc ipsa à se Romæ lecta indicare, cum* elegantiori stylo conscripta Acta *appellat, præ antiquioribus aliis quæ Mss. viderit Forolivii. Vtraque autem censuit correctionis egere, quam adhibemus in Annotatis. Antiquiora requirentibus nobis, Italicam quamdam synopsim, à se confectam, misit anno* MDCLXXIII *Perillustris D. Eugenius Menghius, Patricius & Consiliarius civitatis, munitam fide publica sigilloque per Secretarium ejusdem civitatis Horatium Marcianelium; atteſtans manu propria se ipsam,* extraxisse sincere & summa cum veritate ex libro qui adest in archivo seu secretaria Illustrissimæ Communitatis, & ex aliis scripturis fide dignissimis, quæ extant Foro-livii in variis locis.

3 *Nos, ut dixi ipsa illius libri verba maluissemus accipere; non videtur tamen operæ pretium in illis requirendis amplius laborare; cum nec illa magnam possint habere auctoritatem; & quæcumque de S. Valeriano scripta sola traditione niti videantur, fundata in antiquissimo ipsius Sancti cultu: cujus testem habemus Vghellum in Episcopis Forolivienſibus, ubi ait quod* Richelmus *sive* Richelinus, *Episcopus Forolivienſis,* anno MCCLXVII, una cum Ravennate Archiepiscopo aliisque Episcopis, altare S. Valeriani in Cathedrali consecravit. *Paulus Bonolus lib. 2 Historiæ Forolivienſis (quam pro sua humanitate ad nos misit) pag.* 35 *asserit* Richelmum *dicto anno* die XXVIII Maji coram universo Clero monumentum sepulcrale S. Valeriani aperuisse, & cum ipsis sacris ossibus reperisse laminam plumbeam: in qua aliquod Epitaphium his verùbus legebatur.

C *Epitaphium antiquum*

Nomine pro Regis, cæsa cervice, superni,
Hic Martyr recubo Valerianus ego.
Romania suis clarum me fovet in antris,
Livia cum sociis octuaginta tenet.

4 In altera dictæ laminæ parte hæc verba continebantur: Hoc Beati Valeriani Martyris est corpus, qui hic præsens habetur, qui pro Christi nomine multas suo in corpore sustinuit passiones, demum capite abscisso animam Deo reddidit. *Sequenti post hanc sacrorum ossium ostensionem die, id est* XXIX *Maji, dictus* Richelmus Episcopus, exempto brachio, arcam Reliquiarum recluſit, & altare consecravit: & ea omnia facta sunt assistentibus Archiepiscopo Ravennate *(is erat Philippus Fontana, qui jam ante fœdus cum Forlivianis fecerat)* & aliis novem Episcopis suffraganeis, qui ad Synodum Provincialem, tunc Forolivii habitam, convenerant, & varias indulgentias concessérant, *eaque constare ex Bulla & aliis instrumentis asserit Bonolus. At sacrum S. Valeriani brachium, inclusum est argenteo brachio, ære publico fabricato, ad trium pedum altitudinem, & solet diebus Rogationum circumferri. Festum* S. Valeriani *celebratur ex præcepto per totam diœcesim: & Ecclesia Cathedralis sanctissimæ Crucis Inventioni & S. Valeriano Martyri dedicata est. Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinæ in Martyrologio Poëtico hoc eum distícho honorat.*

altare consecratum an. 1267

brachium seorsim adservatum.

Dux urbis Livii vivit: vix arcuit hostes;
Cæsus, equo vectus, cogit inire fugam.

ACTA MARTYRII.

Ex Oratione Ms. circa annum MDLXXX

1 RElinquum est, *a* ut ad alterum accedamus. Divum Valerianum, cui non minus sanctam in Catholica fide innovationem debet Livienſis populus, quam superiori illi sacri fontis in Christo regenerationem. De eo, non sine summo tum mei tum ceterorum philergitarum *b* mœrore, optime recordor multa in Cathedrali ecclesia Cogitabundum nostrum (quem honoris causa nomino) biennio antea copiose disseruisse, multa docte enarrasse; &, ut erat accerrimi ingenii vi tum natura tum arte præditus, ea de laudibus ejus collegisse, ut nihil, vel ad ubertatem cumulatius excogitari, vel ad argumenta subtilius inveniri, vel ad veritatem articulatius indagari potuerit. Quam quidem ob rem non parum mihi oneris sublatum existimarem, si, cum assequendi nulla spes relinquatur, ejus viri in dicendo vestigiis quoquomodo me insistere posse confiderem. Dicam tamen ceteris rebus inferior, at saltem devotione ac animi propensione par; quibus à nullo hominum, qui sint, aut qui fuerint, me facile superatum iri confirmo.

a

E

b *Prologus auctoris.*

2 Annus igitur vertebatur salutiferę Incarnationis sexagesimus primus supra quadringentesimum, cum Augustus *c* Leo Constantinopolitanum Imperium teneret suffectus Martiano (quem Byzantii primum ex Græcia *d* Cæsarem habuere) cum nullam ex se *e* progeniem videret, spem successionis omnem, in Leonem *f* Ariadnes & Zenonis filium collocaverat, Adolescens autem spiritibus vexabatur immundis, quod Cæsaris animum vehementer torquebat, vitamque ducebat ob id minus jucundam. Inclyta tum adolescentis cujusdam *g* Armenii religionis ac sanctitatis fama pervagabatur omnes Asiæ & quæ sub oriente sunt sole regiones, adeo constanti omnium opinione, ut eum citra ætatis conditiones Deo gratissimum omnes prædicarent. Is erat B. Valerianus, quem propter vitæ probitatem multa signa ac miracula per ora virum circumferebant. Missis igitur ad eum legatis, Cæsar sanctissimum adolescentem nullo negotio exorat, ut ad curandum nepotem Byzantium se conferret. Venit, vidit, & curavit, ejecitque solo Crucis signo dæmonia.

d *e* *f*

F

A Leone Imp. evocatus, nepotem energumenũ liberat:

g

3 Quo facto tum Cæsaris tum Ariadnes & Zenonis eam iniit gratiam, ut eum inter aulicos non solum adnumeraverint, sed & inter cariores habuerint. Eminebat enim inter ceteros non corporis tantum forma & specie, quæ eum egregie amabilem reddebat; sed & animi dotibus, quibus tum Cæsari tum ceteris superata invidia in admirationem vertebatur. Si enim aulici ejus tempestatis mores nostratibus hisce

Leoni & aulicis summe carus

A hiſce quoquomodo conferendi ſint; non injuria arbitramur, ſanctiſſimi adoleſcentis juventutem ab omnipotentis Dei manu cuſtoditam fuiſſe, cum Cæſaris genium, in dies magis, ac magis, contra id quod in aulis tranſlatitium eſt, ſibi non modo conciliaverit, ſed eidem propemodum dominaretur. Quid enim aliud credendum eſt? cum in illa, ita dixerim, convenarum civitate (ubi ſine lare ac certis ſedibus vivitur, ubi ſeges ambitionis luxuriat, debacchantur æmulationes, & invidiæ; vereratoria fraus, tamquam in proprio reſidet, & dominatur ſuperbia pluſquam tyrannica) non modo nulli inviſus, ſed omnibus pariter carus, & ab omnibus dilectus fuerit: iis præſertim moribus inſtructus, qui per diametrum ſuperioribus illis opponuntur. Erat enim veritatis tenax, curam honeſtatis atque integritatis antiquiſſimam habens, liberalioris inſtitutionis retinens: ii vero inter aulicos aut tardi, aut ruſtici, aut ſocordes plerumque judicantur, ſicut & edictorum cæleſtium prudentes & interdictorum metuentes, inepti prorſus atque deliri. Inter fœdiſſimos igitur aulicæ vitæ ritus, innatum tamquã irradiantis ſolis candorem nullæ ſordes coinquinaverunt; quibus rebus effectum eſt, ut cuncti invidia ſepoſita primas apud Cæſarem illi ſponte concederent. Nullum opus ille non libenter obibat, ubi tum Cæſaris, tum præcipue Dei & Chriſti Salvatoris, conjunctus eſſet & honor & decus.

ob eximias virtutes.

B

4 His igitur artibus, ſed Deo comprimis auxilium è cælis ſuppeditante, auctoritate, conſilio, & prudentia apud Cæſarem adeo pollebat, ut nihil omnino, ſine Valeriano vel ageret vel cogitaret; arduiſque negotiis tum belli tum pacis tractandis, non ſolum intereſſet, ſed etiam præficeretur. Quæ omnia ſanctus vir, auſpicato ſemper Dei altiſſimi nomine, inchoabat, tractabat, conficiebat. Per id temporis autem, Dei optimi maximi permiſſione, ut novum ad nos ex Armenia beneficium conflueret, accidit ut Genſericus *i* Wandalorum Rex Romæ inhians, ex Africa in hanc expeditionem maximas copias comparaverit. *k* Anthemius tunc Romæ pro Leone Auguſto Imperator ab exercitu Severiano ſubrogatus, curam belli gerebat & pacis. Nuntiantur Leoni Genſerici apparatus: quapropter maxima ornata claſſe *l* Baſiliſcum in Anthemii ſubſidium Romam mittit; additurque ei Valerianus, non Miles aut Centurio, aut Tribunus, ſed Legatus & Comes, cujus optimis auſpiciis noverat Cæſar quanta ſperare poſſet. Hi conjunctis cum Anthemio copiis, contra Populoniæ *m* littora hoſtibus occurunt, ac commiſſo prælio in fugam vertuntur, abiitque Genſericus cum ſuis in Africam.

præcipuis rebus agendis præfectus,

i

k

l

C

ſtrenue juvat in pellendo ex Italia Genſerico Wandalorum Rege,

m

5 Quoniam autem diverſis motibus Italia vexabatur, hinc Alanis per Tridentinos ſaltus irrumpentibus, hinc civilibus diſcordiis per Arianos undique graſſantibus, decreverunt Baſiliſcus & Valerianus partito exercitu Italiam, ſi poſſent, ab iis tumultibus vindicare. Itaque compartitis inter ſe provinciis, Flaminia & omnis ea Italiæ pars, quæ cis Apenînum inter & Alpes & Adriaticum ſinum vergit, Valeriano attributa eſt. Habebat ille quidem expeditiſſimum exercitum, peditibus equitibuſque munitum; at multo robuſtiorem firmioremque reddebat eum octoginta virorum invicta manus, qui à divo Valeriano numquam recedebant; ſed in orationibus cum illo pernoctantes, victoriam, Angelis contra immanes Eccleſiæ hoſtes ſecum pugnantibus, ubique parabant. [Cum his] multa ſtrenue geſſit, magnas adverſariorum ſtrages edidit, priuſquam ſe in hujus civitatis conſpectum dederit. Hanc tenebat, tunc *n* Leobavus quidam Gotthorum Dux, atque idem Arianæ ſectæ propugnator acerrimus. Valerianus igitur cum octoginta illis, quos veluti purpuratos de omnibus conſulebat, conſtituit urbem ita obſidione premere, ut quoquomodo daretur, inquinatiſſima labe expurgatam ab immaniſſima tyranni illius ſervitute liberari. Quapropter circumvallatis deducto exercitu mœnibus, nihil quod ad oppugnationem pertineret omittens ſanctiſſimus vir, idemque ſtrenuus, rem eo deduxit, ut urbem in craſtinum militibus expugnandam edixerit. Solebat ſingulis noctibus B. Valerianus crebris orationibus auxilium à Superis implorare, ac cum octoginta illis ex exercitu recedere, quo ferventiores ad Deum preces eorum ab Angelis portarentur. Id per explo- *per inſidias cum 80 viris occiditur,* ratores reſcivit Leobavus; quamobrem per noctis ſilentium eruptione facta, orantes ac tota mente in Deo intentos invadit, proſternit, ac omnes immani occiſione *o* trucidat. O indignum facinus! o ſcelus inauditum! Quidnam gladii illi, quidnam mucrones agebant? quorum latera petebant? Non eorum certe qui ſpem in homine collocaſſent, aut propriis viribus fiderent, non eorum qui urbem diripiendam, & igne ac ferro vaſtandam militibus propoſuiſſent: non is erat eorum ſenſus, non hæc mens; ſed eorum corpora invadebant, qui ſuas omnes cogitationes, omnia conſilia in Deum referentes, eadem ad aliorum ſalutem dirigebant, qui propriæ ſaluti ſatis eſſe proſpectum exiſtimabant, ſi de aliena prius curam ſuſcepiſſent. Felices animæ, terque quaterque beatæ, in corpore an extra corpus neſcio, immanem barbarorum ſævitiam expertæ. Arbitror enim, per beatiſſimam illam extaſim, vos corporibus relictis, in cælum raptas, arcana vidiſſe, quæ non licet homini loqui; in iiſque reditum ad ea oblitos, corporalis mortis pœnam non deguſtaſſe, ſed ante mortem ad præparatum vobis locum, ad Superos evolaſſe. O noſtram felicem civitatem! pro cujus ſalute tantorum virorum animæ, dum orantes Altiſſimi throno aſtarent, meruerunt martyrii corona decorari, ut perpetuis eorum precibus ſalus noſtra nunquam intermiſſa conſtaret. Barbara igitur crudelitate ſanctiſſimis viris è medio ſublatis, exercitus omnis nihilo ſecus oppugnationi intentus, paucis interjectis diebus urbe *& urbs Catholicis redditur.* potitus eſt; Arianiſque viribus ad internecionem exciſis, ſanctiſſimi Valeriani precibus (uti credi par eſt) Catholicæ fidei urbs reſtituta. Aiunt inter eos, qui mortem ſanctorum virorum & urbis expugnationem inter elapſi ſunt dies, multas noctes B. Valerianum urbis mœnia obequitare *p* viſum: quare communi conſilio, ejus & ſociorum corporibus ſepulturæ datis, etiam de ejus nomine conſtructa eſt eccleſia, quam nunc corrupto vocabulo *q* Sancti-Varani dicimus. In Annalibus quoque ſcriptum video, Civitatem eum quoque Protectorem voluiſſe, & ſanctiſſimo Mercuriali Contutelarem feciſſe, ita ut deinceps ejus ſanctam imaginem, ſicuti ipſe viſus fuerat, equo inſedentem, pro ſigillo *r* Civitatis uſurpaverit.

Ex MSS. Illa Forum-Livii eripere conatus,

per inſidias cum 80 viris occiditur,

o

E

p

F

qui eccleſia conſtructa,

q

cum S. Mercuriali Patronum eum habent.

r

ANNOTATA.

a *Præceſſerant Acta S. Mercurialis Epiſcopi data* 30 *Aprilis.*

b Philergita *hic poni videtur pro* ſtudioſo eloquentiæ. Ἐργάτης *autem proprie à Græcis dicuntur* Servi, *quaſi ad opus faciendum comparati.*

c Leo *genere Thrax, Marciano anno* 457 *die* 26 *Ianuarii mortuo, ab exercitu Imperator ſalutatus, cœpit ab initio Aprilis imperare, vita functus ſub initium anni* 474.

d *Latius accipiendo nomen* Græciæ, *pro eo quod auctoris ætate appellabatur Græcorum Imperio: qui autem præceſſerant ex Conſtantini aut Theodoſii genere Imperatores ex Occidente genus ducebant: Martianus vero* Thrax *erat.*

e Progeniem *ſcilicet virilem.*

A f *Ita corrigo pro eo quod ecgraphum noſtrum habebat* in Leone, Mariagnis ſororis filio : *intelligitur enim Leo junior, ſenioris ex filia nepos, decimo circiter Imperii menſe mortuus poſt avum.*

g *Paulus Bonolus eum potius ex Flaminia & ditionibus Foro-Livii cenſet oriundum S. Valerianum.*

h *Rurſum hic ſcriptum erat* Mariagnis ſororis.

i Genſericus *ingreſſus eſt Romam anno* 455. *Sed quia ſuperſtes regnavit uſque ad annum* 476, *videtur hic intelligi Italia contra alias invaſiones propugnata.*

k Anthemius (*ſublato* Severo Imperatore *veneno* 25 *Auguſti anni* 465, *& poſt anni unius & aliquot menſium interregnum*) *in Occidentem Imperator miſſus eſt anno* 467.

l Baſiliſcus *erat frater Verinæ, uxoris Leonis Imp. qui poſtea Zenone pulſo Imperium Orientis anno* 475 *ad duos circiter annos occupavit.* D

m Populonia, *portus Etruriæ, nunc* Piombino.

n Leobavus, *Ferrario* Leobanus, *Bonolo* Leo Bacchius.

o *Bonolus,* capite abſciſſo interficit.

p *Epitome Italica ait, ita viſum in ipſius civitatis defenſionem, cum illa aliquoties eſſet obſeſſa ab hoſtibus.*

q *Addit idem Bonolus,* ab aliquibus tradi eo in loco eum fuiſſe martyrio coronatum.

r *Indicat idem hoc lemma ſubſcribi* : S. Valerianus Martyr, Protector civitatis Forolivii.

DE SANCTO TITIANO

D P. *EPISCOPO LAVDENSI IN INSVBRIA.*

AN. CCCC LXXVII

Acta vetuſtate temporum deleta:

Anni Epiſcopatus indicati ex tabulis Eccleſiæ Laudenſis.

Sancti Titiani *Vitam, quem* Laus Pompeja, *oppidum media inter Mediolanum & Cremonam via, anno* CCCCLXXV *Epiſcopum habuit, poſteritati edax monumentorum vetuſtas invidit : quidquid ſupereſt, in Catalogo Sanctorum Italiæ collegit hujuſmodi verbis Philippus Ferrarius ex Laudenſis Eccleſiæ tabulis :* Titianus, natione Alemannus, Epiſcopus Laudenſis, S. Cyriaco in Epiſcopatu ſucceſſit anno poſt Chriſtum natum CCCCLXXV, Simplicio ſummo Pontifice, Zenone Orientis & Auguſtulo Occidentis Imperatore. Vixit in Epiſcopatu (quem ſancte & pie illum adminiſtraſſe ex eo liquet, quod in Sanctorum Epiſcoporum numerum relatus eſt) biennium dumtaxat : cum anno CCCCLXXVII Kalendis Maji deceſſiſſe ex epitaphio, quod adhuc extat apud Laudem Veterem, appareat. Obiit autem diem, annum ætatis quinquageſimum quintum agens. Cujus corpus in æde S. Petri ſepultum, ubi epitaphium illius viſitur, noviſſime à Boſſio Epiſcopo Novarienſi cum diœceſim Laudenſem viſitaret, in cathedraleme eccleſiam tranſlatum eſt. *Hæc ille, quem ſequitur in Italia ſacra tom.* 4 *Vghellus. Franciſcus Boſſius à Cathedra Peruſina ad Novarienſem tranſiit anno* MDLXXIX, *clauſitque diem anno* MDLXXXIV. *Addit Vghellus,* Corpus *denuo ibidem ſeu inventum ſeu refoſſum anno* MDCXL, *ſolenni pompa rituque ſubter principem templi aram reconditum fuiſſe, inſcripta marmori hac memoria* : Corpus S. Titiani Laudenſis Epiſcopi, cum aliquot Sanctorum Innocentium Reliquiis, ſub hac ara fuit inventum, iterumque repoſitum, præmiſſa ſolenni tranſlatione, MDCXL die VI Maji. Laudæ Antiſtite Clemente Gerâ Novarienſi. *Feſtum, non Kalendis hujus menſis, quibus obiit, ſed die quartâ agitur; idque ne cum prima, quæ Apoſtolis SS. Philippo & Iacobo ſacra eſt, concurreret. Alius ab hoc eſt S. Titianus Epiſcopus Opiterginus: & colitur* XVI *Ianuarii: alius Brixienſis Epiſcopus, relatus* III *Martii, de cujus Vita, inventione, miraculis plura dicere potuiſſemus, ſi tunc ad manum nobis fuiſſet libellus à Ioanne Bapt. Zannetti Brixiæ editus anno* 1618. *Quidam etiam* Titianus Epiſcopus *indicatur ad* XXIX *Maji, in ſcriptis Additionibus Carthuſiæ Bruxellen. ad Grevenũ, ſed quis horũ intelligatur nõ additur.*

gemina translatio corporis

E

cultus.

DE SANCTO ANTONIO

G. H. *ABBATE TVRONIBVS IN GALLIA.*

IV MAII C

Cultus ſatis 4 Maji

Inter urbis Turonenſis monaſteria antiquiora cenſetur, quod à S. Iuliano modo nominatur, ante S. Gregorii Epiſcopi Turonenſis tempora, in honorem S. Mauritii dedicatum. In hujus monaſterii eccleſia celebrari quot annis ad hunc IV *Maji ſub ritu duplici feſtum S. Antonii, de Rupe cognominati, teſtatur Simon Martin in ſacris Reliquiis deſerti. Quo etiam die memoria* B. Antonii Abbatis S. Juliani *inſcripta eſt Martyrologio Turonenſi &* B. Antonii Confeſſoris Turonis *Ms. Florario Sanctorum, & Auctario Greveni & Molani ad Vſuardum, Martyrologio Germanico Caniſii & Gallicano Sauſſaji, qui iſta habet* : Turonis S. Antonii Confeſſoris, beatitudinis gloria conſpicui. *At* Tranſlatio corporis S. Antonii

2 & 3 Aprilis.

Confeſſoris Turonis *celebratur ad diem ſecundum Aprilis, in Mss. Martyrologiis Prioratus de Averone in diœceſi Carnotenſi, Romano Ducis Altempſii, & Carmelitano quod Coloniæ aſſervatur. Sequenti die* III *Aprilis memoratur* S. Antonius Confeſſor Turonis *in Mss. Vallicellano Patrum Oratorii Romæ, & Centulenſi S. Richarii in Pontivo. E quibus omnibus antiquus ejus cultus confirmatur. Verum de ejus illuſtribus virtutibus ac modo vivendi nihil potuimus hactenus aſſequi, præter pauca, quæ Simon Martin Gallice ſuggerit, & ſunt fere iſta.*

2 Cum B. Antonius pluribus annis in monaſterio Turonenſi S. Juliani vixiſſet, & cum exacta obſervatione monaſtica in omnibus virtutibus excelleret; majori zelo faciendæ pœnitentiæ ardens, impetravit Moderatoris conſenſum, diſcedendi ad aliquam rupem, duabus tribuſve leucis Turonibus diſſitam; in qua parvam cellulam in rupe exciſam ſibi elegit, ſed adeo anguſtam, ut vix aut jacendo aut ſtando potuerit ſubſiſtere, quod in nullam partem ſive altitudinis, ſive longitudinis aut latitudinis, contineret ultra quatuor pedes : eaque cellula beneficio feneſtellæ etiamnum monſtratur, ſed ob reverentiam S. Antonii ingreſſus non permittitur. Reliqua ejus Acta latent, ſoli Deo cognita : cujus providentia vitam ſuſtinuit, & ante deceſſum è vita fuit à Parocho vicino Sacramentis munitus, & poſt mortem corpus ad monaſterium tranſlatum. *Hæc ibi. Quorum priora ex populari traditione, cetera ex præſenti notitia eſſe accepta apparet.*

F

Compendium Vitæ.

3 *At quo ſeculo floruerit nuſquam vel per conjecturam tradi reperimus, unde nec poſſumus eum Ordini Benedictino ſatis tuto aſſerere : nam ſi inter primos dicti monaſterii monachos vixerit, dicerent Sanmarthani,* incertum eſſe quem Ordinem vel Regulam primum ibi monachi tenuerunt. *Forſan aliquam lucem rei obſcure adferent Dacherius & Mabillon. Alium, eſſe à S. Antonio, ſocio S. Mauri,*

Tempus incertum.

A *S. Mauri, cum Martino Simon arbitramur, quod hujus* corpus à Caliſto Papa II anno MCXIX in eccleſia Glannofolienſi maxima cum reverentia poſitum fuiſſe, *aſſerat Mabillon in ſuis Annotatis ad Vitam S. Mauri Abbatis num.* 70. *Hunc ob dictam elevationem ad diem* III *Septembris collocat Hugo Menardus, apud quem & alios Martyrologos Benedictinos nulla mentio Turonenſis iſtius Solitarii.*

Reliquiæ in ade S. Iuliani,

4 *Nos, ut nihil diligentiæ prætermitteremus, datis ad R. P. Rectorem Turonenſis Collegii litteris, ea interrogantibus quæ videbantur in rem fore, reſponſum accepimus à R. P. Guilielmo Quirini, has ſibi partes poſtulante,* R. D. Priorem S. Juliani ab eo requiſitum de S. Antonio, aſſerere, quod fuerit primus ejuſdem monaſterii Abbas, oſtendique ad latus dextrum majoris altaris grandi in tabula ipſius effigiem; in ſacrario autem Reliquias aliquas ejuſdem, thecæ incluſas argenteæ, quas pie exoſculatus *dictus P. Guilielmus*, judicaverit ex craſſitudine partem eſſe brachii vel coxendicis: corpus vero aiebat idem Prior, ſepultum eſſe in pago S. Antonii, du Roché dicto, tribus circiter leucis diſtante. Adivi locum, *inquit P. Guilielmus*, & inviſi ſacellum, quod alias ita frequentatum ut decem vel undecim Presbyteros aleret; modo autem ſoli illud accolæ viſunt orationis gratia. Eſt in eo crypta, intra quam Sanctus vixiſſe dicitur: & ibidem aſſervantur Reliquiæ, os coxendicis ſcilicet & coſta una. Scriptorum porro neque ibi neque ad S. Juliani quidquam reperi. *Ceteras ergo ſacri corporis partes diſſipaverit ferox ille turbo, qui præclariora quæque urbis Turonicæ ſanctuaria ſubruit ſeculo ſuperiori, de quo ſæpius quæſti adhuc ſæpe queremur, ſed numquam ſine gemitu. In Regiſtro Beneficiorum Archiepiſcopatus Turonenſis anno* MDCXLVIII *excuſo indicantur pag.* 86 *&* 87 *loca à monaſterio S. Iuliani dependentia, & inter illa eſt* Prioratus S. Antonii de Brechia, *&* Eccleſia parochialis S. Antonii, *de quibus interrogatus iterum prædictus* P. *Guilielmus, an eumdem* S. Antonium *Patronum colerent, affirmavit: addens Prioratus de Brechia & parochiæ Antonianæ geminum eſſe titulum, uti geminum eſt beneficium; ſed eccleſiam utriuſque eamdem, ipſam ſcilicet quam alii à pagi nomine* de rupe *appellant.*

AUCTORE G. H. *& in propria eccleſia.*

DE SANCTO PAVLINO,

EPISCOPO SENOGALLIÆ IN ITALIA.

G H.

IV MAII

SEnogallia *urbs Epiſcopalis Ducatus Vrbinatis, in ora maris Hadriatici, media fere inter Piſaurum & Anconam, veneratur hoc* IV *Maji* S. Paulinum Epiſcopum, ut Patronum ſuum, cum Officio Eccleſiaſtico per Octavam deducto, *uti indicat Ferrarius in Catalogo generali; qui præterea in Catalogo Sanctorum Italiæ iſta ſcribit:* Sanctus Paulinus Epiſcopus, licet Acta ipſius deſiderentur, maximam habet apud Senogallienſes venerationem: nam ipſius natalem hac die ſumma celebritate colunt cum Octava, uti ſuæ urbis præcipuum Tutelarem: Cujus Reliquias religioſiſſime aſſervatas habeat. Tempus quo is fuit in humanis haud reperiri potuit: *ac dein in Annotatione iſta addit.* Hunc à Paulino Nolano diverſum credimus, cum quod diverſis diebus celebrantur eorum Natales, & corpora in ſuis urbibus extent; tum quod dum eſſemus Senogalliæ, in urbis illius Annalibus ſeu Chronicis Mss. legimus, S. Paulinum Epiſcopum Senogallienſem fuiſſe. *Hæc Ferrarius. Interim Ferdinandus Vghellus tomo* 2 *Italiæ ſacræ deſcribens Epiſcopos Senogallienſes non meminit S. Paulini: quem in Martyrologio Poetico Nicolaus Brautius hoc diſticho honorat:*

Paulinum ſuevit Sanctum Senogallia Patrem,
Patronumque pium ſanctificare ſuum.

De alio Paulino, qui Coloniæ Agrippinæ hac etiam die colitur, jam jam acturi, miramur quid cauſæ habuerint urbes adeo diſitæ, ut ſuo cuique Sancto utraque diem eumdem dicarent: vehementi autem ſuſpicione movemur, quod alterutrius nomen, in veteri aliquo Martyrologio tali die repertum, alterius cultum huc quoque referendi dederit occaſionem.

DE SANCTO PAVLINO

DIACONO MARTYRE COLONIÆ.

G. H.

IV MAII

Martyrium & cultus,

ANtiquum *Martyrologium, Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCX *excuſum, ab hoc Sancto exorditur his verbis:* Quarto Nonas Maji, Colonia Agrippina, in eccleſia S. Cæciliæ, natale B. Paulini Diaconi & Martyris, cujus caput per ferreum malleum pro Chriſto contritum dignoſcitur, & cerebrum ſuum una cum pio ſanguine patienter effudiſſe. *Quæ eadem habet Grevenus in Auctario, anno* MDXV *&* MDXXI *excuſo. Sequuntur Auctor Ms. Florarii, Molanus, Galeſinius, Caniſius cum hodierno Martyrologio Romano. Et hæc de cultu & martyrio ſatis certa ſunt. Gelenius, lib.* 3 *de Magnitudine Coloniæ Agrippinenſis Syntagmate* XI § 2, *ubi de Theſauro ſacro eccleſiæ collegiatæ S. Cæciliæ, iſta num.* 2 *ſcribit:* S. Paulinus Levita & Martyr, vetuſtæ argenteæ tumbæ S. Evergiſli incluſus, claritate æterna fulget in cælis, & in terris lucet gloria miraculorum, quorum frequentiam diplomate ſuo teſtatur anno MCCLXI Conradus Archiepiſcopus Colonienſis. *Hæc ibi. Miraculorum nulla amplius memoria extat; Conradi diploma adhuc invenitur, cujus ecgraphum curavit nobis R. P. Iacobus Martini, Societatis noſtræ Sacerdos & Metaphyſices Profeſſor Coloniæ, anno* MDCLXXVI: *eſt autem hujusmodi tenoris:*

Sepultura,

2 Conradus Dei gratia Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, per Italiam Archicancellarius, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in vero ſalutari. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum: oportet nos diem meſſionis extremæ, meridiei operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cælis, firmamque fiduciam tenentes, quoniam qui parce ſeminant, parce & metent; & qui ſeminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent vitam æternam. Cum igitur dilectus in Chriſto Abbas & Conventus eccleſiæ S. Cæciliæ Coloniæ, ad laudem Dei & B. Mariæ ſemper virginis, in honore Beatiſſimi Paulini glorioſi Martyris, per quem Deus infinita noſtris temporibus dignatus eſt operari miracula, capellam infra eccleſiam ſuam ædificare inceperint opere ſumptuoſo, & ad conſummationem ipſius

Rom. 14. 10

miracula à Conrado Archiep. teſtata.

AUCTORE D. P.

sius operis propriæ eis non suppetant facultates; universitatem vestram rogamus & exhortamur in Christo Domino, vobis pro peccaminum remissione injungentes, quatenus de bonis vobis à Deo collatis pias eleemosynas & grata ad hæc caritatis eis subsidia erogetis; ut per subventionem vestram dictum opus valeat consummari, & vos per hæc & alia bona quæ Deo inspirante feceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia confidentes, ejus adjutoribus omnibus vere pœnitentibus, eis qui manum ad hoc porrexerint adjutricem, annum unum & carenam unam de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus: proviso ne littera ista de loco ecclesiæ memoratæ ad locum alium per quæstuarios causa petendi nullatenus deferatur: eam si hoc factam fuerit, carere viribus decernentes. Datum Coloniæ XIII Cal. Octob. anno Domini MCCLXI.

3 *Eodem quo Conradus seculo floruit Ægidius Aureavallis monachus, qui in suis ad Harigerum Abbatem Additionibus de Episcopis Tungrensibus cap.* 13 *ista habet:* In dicta ecclesia B. Cæciliæ novissimis temporibus repertum est Corpus gloriosum B. Paulini Martyris, discipuli S. Materni, qui propter prædicationem & fidem Christi in dicta civitate Colonensi martyrio meruit coronari. *Hermannus Fley-stangefol, in Annalibus Circuli Westphalici anno* MDCXL *Germanice editis, dictum* Paulinum *censet* secundum Episcopum Colonensem, ac S. Materno successisse anno CXXX, ipsumque anno CLXX martyrii palmam obtinuisse. *Idem de ejus Episcopatu censet Hermannus Crumback, in suis ad nos litteris datis anno* MDCLXXIII.

An fuerit discipulus S. Materni.

& Episcopus?

4 *At citatus Gelenius plane contraria sentit hoc modo:* Tradunt plerique majores nostri, S. Paulinum esse Constantinopolitanum Martyrem, qui propter iconoclastæ Imperatoris Constantini Copronymi anno Christi DCCL dominantis summam impietatem, felici commutatione, deposito secularis militiæ balteo, Levitarum Ecclesiastico albo inscriptus, cum in ecclesia primum cantaret Euangelium, in columbæ specie insidentem visus est habere sanctum Spiritum. Inde jussu immanissimi Imperatoris præcisis naribus, evulsis oculis, pice & sulphure liquatis horrendum in modum perfusus, fune ad pedes alligato, per urbem dirissime raptatus est, tandemque cum caput malleo contusum esset, effuso & dispersa cerebro, cælo animam efflavit. *Hæc ibi de ejus gestis & martyrio: sed quæ omnia verbotenus accepta sint ex Petri de Natalibus lib.* 6 *cap.* 69, *agente, non de* Paulino Diacono, *sed de* Paulo Duce militiæ; *quæ nomina confundi, & confusis nominibus non distingui personas, etiam ex consequentibus apparet.*

ab aliquibus temere dicitur Martyr sub Constantino Copronymo,

qui Petro de Natalibus est Paulus,

5 *Nam cum fateatur Crumbachius, multo quam Gelenius diligentior ac fidelior testis,* nesciri, quando & à quibus dictus Paulinus Constantinopolitanus sit Coloniam translatus; *ipse Gelenius hoc modo corpus relatum ait:* Qui B. Paulinum nostrum hunc, Constantinopolitanum tradunt, asserunt quoque corpus ejus, post annos à martyrio centum viginti & duos, divina revelatione detectum, ad Carmonarum monasterium, deinde Venetias in ædem sacram S. Georgio delatum, demum à Principibus Germanis Italiam triumphantibus allatum in Ubios. *Eadem de suo* Paulo *dicit Petrus de Natalibus, quæ omnia (uti à Fortunato Vlmo edita atque illustrata extant) dabimus ad diem* VIII *Julii, quando* Paulus *Venetiis colitur, ubi ejus corpus etiam nunc servari certissime creditur. Numquam Germani Principes, quod Gelenius assumit, ita triumpharunt Italiam, ut Venetorum civitatem in suam redegerint potestatem; neque hi loquuntur usquam in Principum externorum cultum ita fuisse profusi, ut ullum eorum sanctorum corporum, quibus trans mare advectis suam urbem maximo studio communiverunt, cuiquam donarint. Itaque non verebimur eos quos Gelenius secutum se majores ait, nimiæ credulitatis arguere, dicereque temere ab iis assumptum aliquem vicini nominis Martyrem, cum alius non inveniretur: & hujus Martyrio apud Petrum narrato, addidisse capitis contusionem malleo factam: quæ solum de* Paulino *sciebatur, de* Paulo *non legitur. De illo autem dictmus cum præcitato Gelenio:* Hæc utcumque habeant, & cujascumque fuerit S. Paulinus, certus est Ubiorum inter Superos Patronos antiquæ Ecclesiæ Patronus, & in Martyrologiis ad quartum Maji diem cognitus, notior in æternæ vitæ libro.

& gratis fingitur translatus Venetiis Coloniam

DE S. NICEPHORO CONFESSORE

G. H.

HEGVMENO MEDICIENSI IN BITHYNIA.

ANNO DCCCXIV

Monasterium Medicii *à S. Nicephoro, de quo hîc agimus, constructum est seculo Christi octavo, in Bithyniæ parte maritima ad Propontidem, haud procul à Prusa urbe notissima, uti ad Vitam S. Nicetæ* III *Aprilis diximus: ex qua pauca excerpo. Ac primo num.* 8. Venit Nicetas ad hoc Medicii monasterium, infrequens adhuc, & sub regimine sanctissimi Patris nostri Nicephori, qui ipsum fundaverat, constitutum. Ab hoc cum recipi postulasset, videns discretissimus Pastor, atque ex habitu gestuque cognoscens, eum sibi utilem fore, libenter suscepit & proprio suo gregi inseruit. *Dein num.* 10, 11 *&* 12. Adeo diligentem Nicetam promptumque ad omnia Prælatus Nicephorus conspiciens, quamvis necdum quintum in monasterio annum explevisset, ad Presbyterii gradum promovendum censuit. Ad hunc autem ordinatus est per manus magni illius Tarasii, qui Patriarchicum urbis Constantinopolitanæ thronum multis adornabat virtutibus: moxque administratio monasterii, quamvis invito, commissa à S. Nicephoro est.....

Admittit S. Nicetam,

& ordinatū, Presbyterum præficit monasterio,

2 Qualis porro quoad virtutem erat Pater noster sanctissimus Nicetas, talem quoque, qui locum ab ipso secundum teneret ei submittere Dominus universorum curavit: Athanasium, inquam, virum reverendum & admirabilem. Talis autem cum esset à sanctis Patribus nostris ad hoc nostrum cœnobium est invitatus, atque ab inclyto Nicephoro persuasus, sanctissimo Patri nostro Nicetæ secundus adjungi. Erant igitur ambo cor unum & anima una in diversis corporibus, tranquillo in statu continentes omnia: ipsique à S. Nicephoro directi regebant totam fraternitatem, & in utroque tam inter se mutuo quam suo cum Præside caritate vinciebantur indissolubili, adeo ut nulla unquam inter eos contentio, nulla existeret disceptatio. *Porro num.* 23 *mors Athanasii indicatur, additurque n.* 24. Pater vero noster Nicetas ejusmodi separatione haud parum afflictus, geminato deinceps onere laborabat, invigilans Fratrum utilitati. Deinde haud multo post mortuus est etiam communis Pater Nicephorus: qui suas omnes possessiones Deo consecrans, hoc monasterium, Divina gratia cooperante, fundaverat quem Deus & homines honoraverant atque dilexerant, propter insignem animi moderationem.

adjungit illi Athanasium,

sub sua directione,

3 Finem autem vitæ consecutus etiam ipse est die

A die quarta Maji : cujus feſtivitas, ut ſolenniter quotannis ageretur, ſanctus Pater noſter Nicetas, ejus germanus diſcipulus, decreto ſanxit. Rogabamus autem eum omnes ut nomen pariter & conſecrationem Hegumeni ſuſciperet : quamdiu enim in vivis Nicephorus fuerat, eam recipere recuſarat .... Sed vi quadam adhibita tam à nobis quam ab amicis aliiſque Patribus, cogendus fuit ordinationem appellationemque Hegumeni acceptare : iſtam autem ei per impoſitionem manuum contulit S. Nicephorus, qui tunc Patriarchale ſolium Conſtantinopoli tenebat. *Huc uſque excerpta ex Vita S. Nicetæ ſucceſſoris, ſcripta à Theoſtericto diſcipulo, nec dubitamus quin etiam Vita S. Nicephori ab eodem aliove fuerit conſcripta ; ex qua ſolum hactenus aſſecuti ſumus aliqua Elogia, quale illud eſt quod ad hunc diem habet Menologium Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris, & eſt hujuſmodi.*

Addunt Synaxaria,

4 Eadem die memoria S. Nicephori Hegumeni monaſterii Medicii. Sanctus Nicephorus vixit temporibus iconomachorum. Adhuc autem puer cum Chriſti amore flagraret, hæreſimque valde adauctam videret ; relicto mundo & omnibus quæ mundi ſunt, monachus factus ſeceſſit in montes, egitque vitam tranquillam, orationibus ac jejuniis quotidie vacans, ac Deo ob publicam orbis terrarum quietem ac concordiam ſuas preces offerens. Deinde ſedata paululum hæreſi, unanimi monachorum ſuffragio electus fuit Hegumenus monaſterii Medicii. Verum hac iterum lue recrudeſcente, atque hæreſi reſuſcitata ſub Leone impio Imperatore, à grege ſuo expulſus eſt, tamquam ſacrarum imaginum veneration ac ſanctorum Patrum præceptis inhærens ; acerbiſque ærumnis ſubjectus, in acerbiſſimum carcerem detruſus fuit : ubi tamquam fortiſſimus athleta, quemcumque animæ illatum perniciosum errorem deturbavit, atque ad Chriſtum, quem ſemper dilexit, emigravit. *Hæc in dicto Menologio, quæ eadem ad hunc diem*

B *ſub Leone Armeno inclusum carceri in eo esse defunctum:*

leguntur in Mss. Menæis Chiſletianis, & ſequenti die V *Maji in Ms. Synaxario Claromontano.* AUCTORE G. H.

5 *Ex quibus omnibus liquet tempus, quo floruit & deceſſit S. Nicephorus, ſcilicet ſub iconomachis prioribus, non tam ſub Leone Iſaurico, quam ejus filio Conſtantino Copronymo. Dein ſub horum filio Leone Chazaro, eoque mortuo ſub Irene vidua & filio Conſtantino : ſub quibus cum cœpiſſet reflorere orthodoxa regio, eſt habita Synodus Oecumenica Nicæna ſecunda anno* DCCLXXXVII, *& reſtitutus cultus imaginum, ac pax Eccleſiæ data. Hac autem durante in monaſterio Medicio à ſe condito factus eſt Hegumenus, admiſit S. Nicetam, eumque curavit Presbyterum ordinari à S. Taraſio Patriarcha Conſtantinopolitano, mortuo anno* DCCCVI *die* XXV *Februarii, quo ejus Vitam dedimus. Taraſio ſucceſſit eodem anno S. Nicephorus, cujus Acta illuſtravimus ad diem* XIII *Martii : hic autem S. Nicetam à morte Nicephori Hegumenum conſtituit. Porro ex adjunctis elogiis conſtat ipſum Nicephorum Hegumenum ſuperfuiſſe uſq; ad Imperium Leonis Armeni, coronati à S. Nicephoro Patriarcha* XXI *Iulii anno* DCCCXIII, *cui ille inviſus videtur fuiſſe ; & ejectus in exilium, in carcere obiiſſe an.* DCCCXIV ; *ita ut potuerit Nicetas eo anno conſtitui Hegumenus, antequam S. Nicephorus Patriarcha ejiceretur in exilium, quod factum eſt die* XIV *Februarii anni* DCCCXV. *Verum contra hæc ultima, ex elogiis ſumpta, ſcrupulum aliquem movet nobis Theoſtrictus, tam accurate deſcribens mortem S. Nicephori, ejuſque diem, & feſtivitatem cœptam celebrari, ſine ulla mentione talis exilii. Scrupulus autem augetur ex eo, quod Leo Armenus ſtatim à ſua coronatione non moverit perſecutionem, ſed anno dumtaxat Imperii ſecundo, ſicut oſtenſum eſt* 12 *Martii ante Acta S. Theophanis Confeſſoris num.* 12 ; *unde vehemens naſcitur formido ne exilium, cauſa imaginum toleratum, & mors in eo obita, à Nicephoro Patriarcha ad* Nicephorum Hegumenum, *per compilatores Synaxariorum temere traducta fuerit : quod certius poſſet definiri, ſi majora* Hegumeni Nicephori *Acta aliquando protraherentur in lucem.*

quod cum morte ante annum 815 *obita*

difficulter componitur.

E

DE SANCTO GODEHARDO

EPISCOPO HILDESHEIMENSI IN SAXONIA INFERIORE. G. H.

ANNO MXXXVIII

Tempus vitæ ab an. 960

C

Nter illuſtres Germaniæ viros floruit ſeculo X *&* XI S. Godehardus, *aliis* Gothardus, *natus in Bavaria ſuperiore circa annum Chriſti* DCCCLX, *utpote qui anno* DCCCXC *egiſſe annum ætatis* XXXI *infra in Vita num.* 8 *dicitur : quando in monaſterio Altahenſi monachus Benedictinus factus eſt, & poſt annos octo Abbas creatus, deinde anno* MV *ad regimen Hersfeldenſis Abbatiæ tranſlatus, ac poſtea quinquagenario major ad Altahenſe monaſterium anno* MXII *ſeceſſit. Inde anno* MXXII *ad Sedem Hildesheimenſem evocatus, Dominica prima Adventus ordinatur : ubi rebus præclare geſtis in Domino obdormivit, poſtridie Aſcenſionis, die quinta Maji, anno* MXXXVIII. *Hi characteres ita ſolide affirmant dictum annum, quando cyclo Lunæ* XIII *Solis* XI *& littera Dominicali* A *Paſcha celebratum fuit die* XXVI *Maji, & feſtum Aſcenſionis die* IV *Maji : ut mirum ſit ad annos duos præcedentes aut proxime ſequentem potuiſſe referri : cum illis annis Paſcha celebratum fuerit menſe Aprili, die* XVIII *aut* X *aut* XV, *& conſequenter feſtum Aſcenſionis procul receſſerit ab aſſignato die* V *Maji ſcilicet ad diem* XXVII, *aut* XIX *aut* XXIV *ejuſdem menſis. Habemus antiquum Chronicon Ms. Saxonicum, uſque ad annum* MCLXXIX *deductum : in quo ad dictum annum* MXXXVIII *iſta leguntur:* Sanctæ memoriæ Godehardus Hildinisheimenſis Epiſcopus migravit ad Dominum. *Clarius id exponitur in Chronico Hildenſheimenſi, tomo* 3 *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum à Franciſco du Cheſne poſt obitum patris edito ; in quo ad dictum annum* MXXXVIII *iſta leguntur:* Eo tempore venerandæ memoriæ ſanctus noſter Pontifex Godehardus, III Nonas Maji, videlicet feria ſexta poſt Aſcenſionem Domini, ex hac vita ſubtractus ad æternam, cum Chriſto perenniter victurus migravit, nobiſque miſeris immenſam mœſtitiam ſuo diſceſſu contulit. *Quæ omnia infra in Actis confirmantur : ubi alia quædam commodius obſervamus.*

uſque ad mortem anno 1038, 4 *Maji obitam*

F

2 *Sunt Acta hæc optimæ notæ & fidei, à S. Godehardi diſcipulo & in pleriſque oculato teſte, conſcripta : eaque integerrima extant in urbe Stiriæ Gracienſi & codice pervetuſto Collegii Societatis Ieſu : ad cujus codicis fidem noſter quondam Reinoldus Debnius editionem Browerianam diligenter contulit. In eo Ms. Auctor appellatur* Wolfherrus, *quem cum Browero arbitramur* ex Saxonico Clero à S. Godehardo cooptatum, litteriſque apud Bojos excultum, ad ipſum rediviſſe, *Certe num.* 14 *ait concionantem in Capitulo monachorum Guntherum, à ſe furtim auditum per feneſtras,* quem in canonico habitu illuc ingredi religio vetuit : *opus autem ſuum bifariam diviſit. Nos utramq; partem more noſtro diſtinguentes, Capita univerſim ſex conſtituimus, nulla habita ratione diviſionis apud Browerum, quam induxit alius : qui hinc inde immutans varia, nec ſatis apte ſemper (ut infra annotamus) primam partem in decem, ſecundam in totidem ſed prolixiora capita diſtinxit, iiſque titulos ſubjunxit, & loco* Wolfherri *primi Auctoris, nomen ſuum ſubſtituit, ipſe* Arnoldus *appellatus : & inſcripſit Magiſtro ſuo* Menghardo, *ſicut prior* Wolfherrus, *juxta Gracienſe Ms. ſuo magiſtro* Albuino. *Denique quæ in dicto Ms. deſunt miracula, in vita à S. Godehardo patrata, & infra in Appendice referuntur, videntur*

Acta ex Mss.

& Browerii editione

AUCTORE G. H. *ab hoc* Arnoldo *adjecta. Eadem Acta, ſed contracta, habemus in inſigni Ms. codice nobis à Bernhardo Rottendorffio è Monaſterio Weſtphaliæ tranſmiſſo, ſimiliaque reperimus in Ms. codice Reginæ Sueciæ. Simili codice uſus eſt, Laurentius Surius, qui* ſtylum ſe mutaſſe & quædam paraphraſticòs reddidiſſe, *præfatur. Alia duo compendia habemus, alterum ex Ms. Vltrajectino S. Salvatoris, alterum ipſi Florentiæ ex inſigni codice Senatoris Strozzii deſcripſimus. Sed his omiſſis damus Hiſtoriam Canonizationis & miraculorum, potiſſimum poſt illam factorum. Auctor etiam eo tempore vixit, & ſæpe ſe quæ ſcribit vidiſſe affirmat. Quæ in Appendicem conjecimus, à variis poſtea fuerunt adjuncta. Et hæc unius Broweri diligentiæ debemus.*

Hiſtoria Canonizationis,

3 *Habemus Breviarii Hildenſemenſis partem æſtivam, anno* MDXVI *excuſam, in cujus Kalendario ad diem* V *Maji iſta charactere rubro ſunt impreſſa.* Dedicatio majoris Eccleſiæ Hildenſemenſis, & Depoſitio S. Godehardi, duplex. *Verum quia in parte illa æſtiva Officia feſtorum à S. Vrbano incipiunt, quale de S. Godehardo ibidem ſolitum fuerit recitari, non potuimus ſcire. Habemus etiam Officium nobis Gratio tranſmiſſum cum propriis hymnis, antiphonis & reſponſoriis, uti ibidem poſt Acta, in ipſo Depoſitionis die recitandum, legebatur. Ex hiſce varia continentur in antiquo Breviario Paſſavienſi anno* MDV *excuſo. Quo itidem die* V *Maji celebratum fuiſſe ejus feſtum in*

Cultus 5 Maji die depoſitionis,

B *diœceſibus Mindenſi, Raceburgenſi, Caminenſi & aliis antiqua earum apud nos adſervata Breviaria indicant: & confirmant Officia propria diœceſeon Viennenſis, Paſſavienſis, Tridentinæ & aliarum: in pleriſque recitantur Lectiones, ex Actis aſſignatis deſumptæ. Eodem quinto Maji memoria S. Godehardi celebratur in Ms. Martyrologio monaſterii Subenſis in Bavaria ſub nomine Bedæ aucto, & in Ms. Florario Sanctorum; item in Martyrologio Lubecæ &*

& 4 Maji die obitus & tranſlationis:

Coloniæ anno 1490 *excuſo; ac denique apud Grevenum, Mantolycum, Caniſium & alios cum Petro de Natalibus lib.* 4 *cap.* 129. *At memoria Tranſlationis, quæ ipſo obitus anniverſario die quarto Maji contigit, præſcribitur in citato antiquo Hildenſemenſi Breviario celebranda cum novem Lectionibus; & eſt præcipuum feſtum. Quo etiam die celebrantur in antiquis Breviariis Lubecenſi, Erphurtenſi, & Miſſali Mediolanenſi anni* MDXXII, *& Breviario anni* MDXXXIX, *ac recentioribus, item in Mss. Martyrologiis Pragenſi & Leodienſi Eccleſiarum Cathedralium, & in Martyrologio citato Coloniæ & Lubecæ excuſo, apud Grevenum etiam, Molanum, Galeſinium, Wionem, Dorganium, Menardum, Bucelinum, & alios. Verum in Officiis propriis Eccleſiæ Hildeſienſis anno* MDCLVII *excuſis:* IV *Maji colitur* S. Godehardus, *&* V *Maji ſola* Dedicatio.

C *monaſterii, reliquiæ, eccleſiæ.*

4 *Anno proximo poſt Tranſlationem corporis factam* MCXXXII *condi cœptum eſt monaſterium Ordinis Benedictini ſub S. Godehardi patrocinio, eique in Baſilica Hildesheimenſi duas aras poſitas, ejuſque honori varias eccleſias extructas eſſe, & in dicto monaſterio caſulam incorruptam, in qua ſepultus fuit, aliaſque Reliquias aſſervari, tradit Browerus. Inter has ſcyphus ligneus eſt, intus argentea bractea veſtitus, quam ejuſdem metalli vinculum exterius cruciformiter circumductum adſtringit. Expetitur is paſſim à parturientibus, etiam Acatholicis, optimo plerumque ſucceſſu ac ſæpe miraculoſo, dum inde eis potus præbetur, uti nobis ſcripſit anno* MDCLXXIV *P. Ioannes Dirking, tunc ibidem Philoſophiæ Profeſſor. Præterea in ſacrario Pragenſis eccleſiæ habentur de corpore hujus Sancti* duæ partes notabilis magnitudinis: *de quibus ut documentum aliquod ſi haberetur mitteretur nobis, rogavimus Decanum ibidem, ex cujus ad nos miſſo Phoſphoro illæ nobis innotuerunt, ſed reſpondit non inveniri. Molanus ad* XXV *Martii refert* S. Godehardum *in Natalibus Sanctorum Belgii coli ut* Patronum eccleſiæ in Arneken, *pago Caſletenſis territorii in Flandria Occidentali; ſed quod tradant eum ibidem Paſtorem fuiſſe diſplicuit Molano, & merito: nos quoque poſt examinatam dictam traditionem, nihil ſolidi eidem ſubeſſe arbitramur.*

VITA

Auctore Wolfherro Diſcipulo,

Ex codicibus Mss. & editione Broweri.

PROLOGUS.

1 SUmmæ reverentiæ decore venerando, Domino meo & Magiſtro *a* Albuino, toto ſemper devotionis ſtudio colendo, *b* Wolfherrus, ſpiritu & corpore modicus, quidquid pro plurali ſubjectionis debito jure proprius. Hiſtoriam de vita & inſtitutione beatæ memoriæ Patris ac Paſtoris noſtri Godehardi Epiſcopi ſcripturus, inter ſpem & metum *c* anxius, diu multumque deliberando dubitavi; quia me ad tam arduum ac præclarum opus imparem, minuſque idoneum, non ignoravi. Nam, quantum ſpe & delectatione virtutum, quas per illum Deus oſtendit, delectatus advocabar; tantum, multiplici propriæ negligentiæ conſcientia & metu territus, retinebar; donec tandem præceptorum ac fratrum, maximeque beati viri & veri Dei cultoris Athelberti Abbatis noſtri juſſis, partim ſponte, partim invitus, obediens tale faſtigium attingere tentavi; tuæque clementiæ, O Præceptor nobilis, ſecretius offerendum æſtimavi; apud quem & pro erratis facilis locus eſſet veniæ, & pro demendis vel addendis promptior, & non ſuſpecta, benignitas cautelæ; vel ſaltem indiffamata celeritas taciturnitatis æternæ. *d* Hoc etiam, Pater venerabilis, aut dedignando mireris, aut admirando dedigneris, quod tu ſolus ex generali Pontificum, Abbatum, ac Doctorum collegio, quaſi ad meæ nugacitatis inſpectionem ſpecialiter eligaris. Cum & hoc prudens prædicti monitoris & impulſoris mei induſtria providerit; maxime, quia tibi pro fidei & dilectionis tuæ merito, ejuſdem Patris noſtri vita, & ante & poſt Pontificalem promotionem, præ cæteris ſemper claruit: & quia ipſe tibi ſecretius ac familiarius, exemplo Chriſti ac diſcipuli, quem diligebat, cordis ſui arcana præcunctis aperuit. Ideoque & me, ut prædixi, imparem minuſque idoneum ad idem opus præſertim impulit, quod per adoleſcentiæ meæ tempora, inter *e* Herveldenſe & Altahenſe cænobium, quaſi *f* Oroſii more, diſcurſitaverim; & primæva ejus geſta, à Chriſti fidelibus & frequenter audierim, & etiam, pro parva adhuc ingenioli capacitate, libenter retinuerim. Deum ergo, qui ſecreta cordium intuendo rimatur, teſtor, me nihil in ejus memoriæ laude deſcripturum, niſi quod aut ipſe & vidi & audivi, aut à vere veridicis & etiam probatis agnovi. Maxime tamen cum Altaha ſtudii cauſa exularem, cujuſdam veterani Presbyteri, *g* Reignoldi nomine, quem & tu melius noveras, familiaritate & colloquio ſæpius utebar: & ſi Deus quandoque dignaretur, ejus veriloqua relatione ad hoc ipſum inſtituebar, qui certe ei ab ipſa infantia fideli miniſterio ſemper adhærebat, eumque ſacræ eruditionis litteras primus inſtruebat; & omnia ejus dicta & facta, uſque ad monachicam profeſſionem, & etiam ad Pontificalem promotionem, ipſe melius noverat.

a
b
c
d
e
f

E *Vita ex obedientia ſcripta,*

offertur legenda intimo amico S. Godehardi,

F *ſumma cum fide ex certa ſcientia,*

Compoſita

2 Sed & ego, ſolito priſcæ obedientiæ more, ſi quid forte vel aptum vel ineptum compilare quiverim, primo ſagacitati tuæ merito offerendum decrevi; ut certe per te errata corrigantur, hiantia ſuppleantur, ſuperflua diradantur, neceſſaria ſupponantur; &, ubi ubi deviaverim, quod fateor facile ſit, ſtoliditas mea veniam conſequatur; quin & contra inſultantium irriſionem auctoritatis tantæ defenſione munia-

A muniatur. Cum tamen, Deo teſte, pro hoc minime movear, ſi quis me talium elatus irriſerit, vel inurbanum quidquam conflaſſe verboſius objecerit, ut tantum ſtudioſis & Deum timentibus ſimplicem veritatis ſententiam conſtruxerim; & his, qui forte ſpiritus Domini inſpiratione annuente, poſt hoc, *b* dum livor invidiæ nubila *b* prætendens occiderit, prædicti Antiſtitis actus & vitam condigna reverentia condecorare noverint & voluerint, rerum & temporum certum ordinem depinxerim. More ſiquidem ſagacioris canis, qui annuente venatore vel nutu vel ſigno emiſſus, tota die indefinenter & quaſi infatigabiliter laborat, non ut ſibi ſolummodo, quod nec præſumit, prædam arripiat, ſed, ut jubentis Domini ludicram voluntatem perficiat, rarum ſcilicet & inſolitum quiddam capiendo, unde non ſolum Dominus cum ſuis domeſticis feſtivius lætetur, ſed & ſuperventuris forte amicis lautioris cœnæ jocunditas reſervetur. Hujus, inquam, more me libenter laborare profiteor; non ut mihi laudem, quam in hoc nec mereor nec dignor, acquiram; ſed ut vel modernis vel poſteris, ſicut prædixi, æternam juſti memoriam quamvis indocili taxatione proponam. Quare B ergo erubeſcam me canibus (qui certe majorem & excellentiorem inter bruta animalia, dono puto Creatoris, intellectum habent) aſſimulari, cum nec Euangelica illa Chananæa erubuerit, imo & gaviſa ſit, ſe à Domino canibus comparari; nec etiam Lazarus ſpretus à divite horruerit, his lingentibus, conſolari? Nam quantum brutis excellentiores, tantum rationabilibus ſunt propinquiores. Nec ſaltem ſuper hoc fidelium quiſque moveatur, quod à prædictis illuſoribus fatuitati meæ objicitur, non decere tam *a* præclari ac inſignis viri quaſi *i* infimam genealogiam diffamare; ſed magis, ut ipſi putant, in laudem ejus ſilendo celare: cum quilibet ſanum ſapientes non adeo attendant vanam generoſitatis jactantiam, quam utiliorem divinæ inſpirationis prærogativam; quibus certe nemo nobilis videtur, niſi quem virtus nobilitare probatur, cum ſcriptum ſit, Ubi ſpiritus Domini, 2 Cor. 3 ibi libertas: & Propheta dicit: Dominus pauperem 1 Reg. 2 facit & ditat, ſuſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Quod in illo veraciter impletum eſſe, tota ſancta Eccleſia teſte, deſcribimus; quia eum per vias rectas à Domino deductum, & in conſpectu Regum magnificatum, cum Principibus glorioſe conſediſſe, & inter Principes ſapientia locutum eſſe, C & ſolium gloriæ feliciter tenuiſſe, vidimus. Unde & à nullo fidelium dubitatur, quod modo in Sanctorum ordine Sacerdotum coram Chriſto procul dubio lætatur. Si ergo jam frivola loquacitatis meæ ſententia ultra licitum vel placitum ſermocinando proceſſit (quod certe timiditas, omnia etiam tuta timens, effecit) tu Pater & Doctor egregie, qui hoc non ſolum prædicti Præſulis memoriæ, ſed & noſtræ imperitiæ & debere crederis, & velle; tu, inquam, in quo eſt & approbandi peritia & improbandi potentia, quorumlibet oblocutione contempta, ſapienter provideas, ut & inepta & inutilia æterna taciturnitate ſepeliantur; & profutura, Domino donante, ſine adulationis fuco proferantur. Quia, ſi quid à vero diſſidet, non meæ imperitiæ, ſed tuæ imputatur incuriæ: ſed, ſi forte quid aptius erit, non mea ſed tua pars erit, ut quidam ſe humilians ait,

Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

ad utilitatem poſterorum

ANNOTATA.

a *Ita Ms. Græcenſe. At in Ms. Rottendorfii, ſolum littera M. exprimitur. Apud Browerum* Menghardo.

b *In eodem Ms. Rottendorfii littera A collocatur. Apud Browerum* Arnoldus.

c *In Mss. Reginæ Sueciæ & Rottendorfii deeſt vox* anxius. A. WOLFHERRO EX MSS.

d *Browerus.* Nec etiam *Ms. Rottend.* Nec enim,

e *De his monaſteriis infra agitur.*

f *Scilicet ſicut* Oroſius à S. Auguſtino ad S. Hieronymum diſcendi gratia miſſus *fuerat.*

g *Mss. Reginæ Sueciæ, & Rottendorfii* Ratmundi. *Ms. Græc.* Rumoldi.

h *Reliqua Prologi deſunt in Mss. Rottend. & Reg. Suec.*

i *Browerus* intimam. *Eum ex infima familia prognatum infra conſtat. Non enim, ut Krantzius lib. 4 Metropolis cap. 7 ſcribit,* erat juxta ſeculum vir ſanguine nobilis, natus ex Comitibus Bavariæ, ſanguine junctus Imperatori, *quod erroneum eſt.*

CAPUT I.

S. Godehardi ortus, ſtudia: vita Clericalis, dein monaſtica.

3 QUia Euangelica veritatis voce præcipitur, ut lucerna accenſa non ſub modio, ſed ſuper candelabrum ad illuminationem fidelium conſtituatur; & quia ſecreta Regum celari jubentur; opera vero Dei revelanda & magnificanda, jure panduntur; ideo dignum & etiam glorioſum putavimus, Vitam beati & venerandi Patris noſtri Godehardi Epiſcopi, quantum divina clementia donaverit, in exemplum modernis & poſteris proponere; & geſtorum ejus probabile magiſterium Deum timentibus exponere. Vere etiam metuimus, nos culpa negligentiæ non carere, ſi patiamur ea, quæ ab eo laudabilia & vidimus & audivimus, ſub ſilentio latere. *a* Quem ergo *b* Bajoaria olim, ab initio verbi Dei vomere exculta, & ſacræ fidei ſemine ſufficienter fœcundata, verum religionis eruditorem nobis, quibus opus erat medicus, concedente Chriſto tranſmiſit; nos Saxones vel certe Saxigenæ, & (ut vera, proh dolor! nobis inſultationis irriſione objicitur) verbo Dei diu indomabiles, periculo non caremus, ſi ejus gloriam, domeſtica deſidia obdurante, ſilendo negligamus. Matth. 5 E Tob. 12 *Vita & Bavarii & Saxonibus ad imitationem propoſita.* *a* *b*

4 Igitur ſeptingenteſimo quadrageſimo primo Incarnationis Domini anno, quo *c* Carolus primus, filius Pippini primi, filii Anchiſi, filii Arnulphi, ex hac vita demigrans, filiis ſuis Carolomanno & Pippino *d* regnum reliquit, quo etiam ſequenti anno iſte Pippinus Carolum Magnum genuit, initium *e* Altahenſis monaſterii *f* à Chriſti cultoribus ſapienter inceptum, & in religioſa monachica inſtitutionem feliciter eſt perfectum, quindecim fere annis ante diſtributionem Epiſcopiorum, quæ poſt annum in Bajoaria à ſancto Bonifacio Archiepiſcopo facta eſt, ex decreto Zachariæ Papæ & conſenſu Pippini Regis, cui ante tunc temporis triennium frater Carolomannus, Romæ tonſuratus & monachizatus, hereditariam partem regni & proprietatis dimiſit; quando Willibaldo Eichſtadenſis, Joanni Salisburgenſis, Eremberto Friſingenſis, Garibaldo Ratisbonenſis Eccleſia commendatur, & Chriſtiana ibidem religio digne Deo corroboratur. In prædicto certe cœnobio ſervimen Chriſti ab initio feliciter ſuccrevit, & per centenos fere annos in monachico propoſito laudabiliter profecit, uſque in deteſtabilem illam diſſenſionem, quæ cœpit inter Ludovicum Imperatorem filium Caroli Magni, & filios ejus Ludovicum, Lotharium, & Carolum; ac deinde, Imperatore defuncto, inter fratres ipſos per multos annos, ut chronica teſtantur, permanſit. In ea ergo tempeſtate Eccleſiæ plures deſpoliabantur, cœnobia diſturbabantur; inter quæ & ejuſdem Altahenſis eccleſiæ proprietas, ibidem à fidelibus collata, & eorenus incon- *c* *Prope Altahenſe monaſterium ſeculo 8 conſtructum* *d* *e* *f* F *& varias deſtructiones paſſum,*

A. WOLFHERRO EX MSS.

convulsa, diripiebatur; & huic sceleri militantibus, juxta debachantium voluntatem, beneficii, imo maleficii causa, dividebatur. Hac enim necessitate monachica ibidem norma defecit, sub regula tamen Canonicorum idem locus usque in tempora piæ memoriæ *g* Henrici Ducis, quem postea Imperatorem vidimus, item per centum annos perstitit. Quod & Otto pius Rex, filius Regis Henrici Saxonici, sæpius decrevit in aliquibus locis redintegrare; sed plurali infortunio obstante, maxime tamen fratris sui Henrici Ducis Bajoarici machinatione præpediente, non potuit perficere. Qui certe sibi in prima regali ordinatione, in præsentia Principum ac patris, quasi jocularia indignatione, se nobiliorem jactans, restitit; & in eadem vana voluntate, semper contra fratrem Regem privatim, & subdole contra filium Regis Ludolphum, ut Bajoaria adhuc testatur, publice perstitit.

5 Præclaræ igitur indolis puer, Godehardus nomine, juxta Altahense monasterium ex ejusdem Ecclesiæ familia, in *h* villa Ritenbach diœcesis Pataviensis, à vere Christianis, piis & honestis parentibus feliciter natus est & enutritus. Studiis litterarum adhuc infantulus, contra intentionem quodammodo parentum suorum, se tradidit. Erant scholæ, quas visitavit, prope monasterium Altach, trans flumen Danubium. Cum autem mane surgens sanctus puer, gratia visitandi scholas veniret prope Danubium, quod pons ibi non erat ut posset fluvium pertransire, Deo dante, vadens ad scholas aut inde rediens, quemdam reperit, qui sibi per flumen continuum & sanum præbuit conductum. In eodem monasterio puer prædictus fideliter à parentibus oblatus, à Fratribus devote susceptus, litteralis scientiæ haustum, Domino tribuente, laudabiliter imbibit; & divinæ legis notitiam, pro parvulo adhuc ætatis ingeniolo, libenter accepit, juxta quod dicitur, Facillime discitur, ubi Spiritus Dei doctor adest. *i* [Cœpit namque sanctus puer, in primævo ætatis seu juventutis suæ flore, vanitates declinare atque levitates evitare; magis eligens jugum legis Dei subire, & virtutum tramites adire, quam [frui] vanitatibus hujus mundi, ut illa semper assolet ætas: cœpitque de bono in melius, de meliori in optimum non segniter se transferre. Ob hoc semper terebat Ecclesiæ limina, ut ibidem hauriret sacræ legis flumina, ut exinde mentem suam inebriaret sitibundam. Aderat ei Dei timor ipsum ab omni retrahens lascivia puerili. Sic igitur se omnibus exhibuit, ut organum quoddam Spiritus sancti esse, verissime appareret. Unde & factum est, ut in habitu seculari, quo inter religiosos manebat, multos de religiosis in vitæ sanctitate pelliceret evidenter.

6 Cum autem bonam, moribusque honestis hujusmodi viram laudabilem in dicto monasterio Altach per aliquot annos peregisset, & adolescentiæ annos attigisset, & vitæ sanctæ fama per totam Bavariam se dilatasset] eo tempore, beatus vir *k* Fridericus Javanensis Episcopus idem monasterium beneficii causa gubernavit, tempore Ducis Henrici prioris. Et Fratres ibi in divino servimine coadunati, postquam ejusdem pueri laudabilem in timore Dei indolem cognoverunt, eum notitiæ Pontificis intimaverunt. Quo ille audito, ut certe erat prudentissimus, Deo gratias retulit; illumque inde eductum, in suam familiaritatem assumpsit *l*. Quem ubi de virtute in virtutem, gratia Christi provehente, scandere cognovit, amplius eum, pro collata divinitus industria gratulans, amavit, ac *m* per triennium secum per diversa expeditionum, ceterorumque commeatuum difficiliora itinera, quasi prætentandi gratia, circumvexit, & sacræ fidei & religionis catechismo devotius instruxit: *n* sicque eum eidem cœnobio Fratribus illum in supplementum divinæ servitutis obnixe repetentibus, Subdiaconii gradu decoratum, remisit. Qui ibidem in sanctæ conversationis studio de die in diem per adolescentiæ tempus sagacius invigilans, communi etiam Fratrum commodo & utilitati devotius intendens, majores scilicet juxta Apostolum honore præveniendo, coævos justis exemplis adhortando, subjectos sacris sæpius monitis ad meliora solicitando; & ita divina clementia comitante, in brevi veræ religionis disciplinam ad integrum consecutus, *o* Diaconii quoque honore sublimatus, eidem monasterio, ut vere post patuit, Deo prædestinante Præpositus est constitutus. *p*

7 Anno deinde post partum Virginis *q* DCCCC LXXXIII, Ottone Imperatore secundo; post periculosissimum & etiam infelicissimum Calabriæ bellum, adhuc per orbem terræ clade & infamia notissimum, ex hac vita sublato; & Romæ cum summo totius Christianissimi mœrore, satis tamen honorifice, sepulto; certe post inconsideratam Mersiburgensis Episcopatus *r* destructionem, & post innocentem (juxta vocem populi) Geronis Comitis *s* necem; prædictus Henricus Bajoariæ Dux, Pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore, patruele certe suo, ante septennium ob infidelitatem & tyrannidem, quam contra eum paterno more exercuit, ab honore summotus, tunc occasione justitiæ in spem regnandi arrogantiæ furore incassum elatus, herilem filium, dignum Dei ordinatione regni heredem, opprimere; semetque in monarchiam regni, suadente seductore, conatur erigere. Cujus tamen nugalis machinatio, à primoribus regni, Deum sane timentibus, & maxime à Willegiso Metropolitano Mogontiaco & Bernardo Duce Saxonico pacifice sedatur; eique post multa apta & inepta, quæ modo melius silentur, quia in Chronicis plenius continentur, priscus Ducatus redonatur. In proximo autem Natalis Domini die Otto tertius puer coronam regni à prænominato Metropolitano honorifice percepit; & in omni ecclesiastica perfectione feliciter, more avito, crescere cœpit. Cujus quidem laudabilis industriæ initiale fuit indicium, quod *t* septimo suæ ordinationis anno, sæpe dictum Altahense monasterium Episcoporum consilio, auxiliante demum Duce præfato, in pristinum monachicæ religionis reformari fecit statum.

8 Quidam igitur venerabilis vir Erchanbertus nomine, illic Abbas præponitur, per quem auxiliante Domino, divinum ibi ministerium, juxta Regulam S. Benedicti, religiose disponitur. Ad cujus statim saluberrimam admonitionem, promptæ obedientiæ juvenis Godehardus, corde & animo à seculi vanitate conversus, cum aliquantis ejusdem loci Fratribus, monachus est factus, anno (ut ipse nobis sæpius intimavit) ætatis suæ XXXI *u*: [pluribus tamen ex eodem cœnobio, ut non ignotum postmodum memoriæ, Fratribus digredientibus, inter quos erat quidam *x* Thetmarus; quem postea Mindensis Ecclesiæ . . . sed non Episcopum vidimus.] Sed novellus novæ religionis tiro, adoptatus melioris vitæ tirocinio, ut in priori proposito solebat, toto cordis ac mentis affectu ad cælestis aulæ limen anhelabat: adeo ut novus Præceptor novo auditori, quod certe in talibus insolitum est, considerata ejus probitate, omnem divini ovilis curam post se penitus commendaret, eumque sibi in spiritualis exercitii filiationem singulariter præoptaret. *y* [Erat enim caritate fervidus, in labore strenuus, in oratione devotus, meditatione profundus, contemplatione suspensus, corpore honestus, corde mundus, sibi rigidus, defectibus aliorum compatiens, humilitate præcipuus, in paupertate lætus, & in vera nitidus castitate.] Qui tamen præ-

g Henrici Ducis, quem postea Imperatorem vidimus, item per centum annos perstitit. Quod & Otto pius Rex, filius Regis Henrici Saxonici, sæpius decrevit in aliquibus locis redintegrare; sed plurali infortunio obstante, maxime tamen fratris sui Henrici Ducis Bajoarici machinatione præpediente, non potuit perficere. Qui certe sibi in prima regali ordinatione, in præsentia Principum ac patris, quasi jocularia indignatione, se nobiliorem jactans, restitit; & in eadem vana voluntate, semper contra fratrem Regem privatim, & subdole contra filium Regis Ludolphum, ut Bajoaria adhuc testatur, publice perstitit.

h villa Ritenbach diœcesis Pataviensis, à vere Christianis, piis & honestis parentibus feliciter natus est & enutritus. Studiis litterarum adhuc infantulus, contra intentionem quodammodo

B parentum suorum, se tradidit. Erant scholæ, quas visitavit, prope monasterium Altach, trans flumen

inter monachos Altahenses Danubium. Cum autem mane surgens sanctus puer, gratia visitandi scholas veniret prope Danubium, quod pons ibi non erat ut posset fluvium pertransire, Deo dante, vadens ad scholas aut inde rediens, quemdam reperit, qui sibi per flumen continuum & sanum præbuit conductum. In eodem monasterio puer prædictus fideliter à parentibus oblatus, à Fratribus devote susceptus, litteralis scientiæ haustum, Domino tribuente, laudabiliter imbibit; & divinæ legis notitiam, pro parvulo adhuc ætatis ingeniolo, libenter accepit, juxta quod dicitur, Facillime discitur, ubi Spiritus Dei doctor adest. *i* [Cœpit namque sanctus puer, in primævo ætatis seu juventutis suæ flore, vanitates declinare atque levitates evitare; magis eligens jugum legis Dei subire, & virtutum tramites adire, quam [frui] vanitatibus hujus mundi, ut illa semper assolet ætas: cœpitque de bono in melius, de meliori in optimum non segniter se transferre. Ob hoc semper terebat Ecclesiæ limina, ut ibidem hauriret sacræ legis flumina, ut exinde mentem suam inebriaret sitibundam. Aderat ei Dei timor ipsum ab

C omni retrahens lascivia puerili. Sic igitur se omnibus exhibuit, ut organum quoddam Spiritus sancti esse, verissime appareret. Unde & factum est, ut in habitu seculari, quo inter religiosos manebat, multos de religiosis in vitæ sanctitate pelliceret evidenter.

6 Cum autem bonam, moribusque honestis hujusmodi viram laudabilem in dicto monasterio Altach per aliquot annos peregisset, & adolescentiæ annos attigisset, & vitæ sanctæ fama per totam Bavariam se dilatasset] eo tempore, beatus vir *k* Fridericus Javanensis Episcopus idem monasterium beneficii causa gubernavit, tempore Ducis Henrici prioris. Et Fratres ibi in divino servimine coadunati, postquam ejusdem pueri laudabilem in timore Dei indolem cognoverunt, eum notitiæ Pontificis intimaverunt. Quo ille audito, ut certe erat prudentissimus, Deo gratias retulit; illumque inde eductum, in suam familiaritatem assumpsit *l*. Quem ubi de virtute in virtutem, gratia Christi provehente, scandere cognovit, amplius eum, pro collata divinitus industria gratulans, amavit, ac *m* per triennium secum per diversa expeditionum, ceterorumque commeatuum difficiliora itinera, quasi prætentandi gratia, circumvexit, & sacræ fidei & religionis catechismo devotius instruxit: *n* sicque eum eidem cœnobio Fratribus illum in supplementum divinæ servitutis obnixe repetentibus, Subdiaconii gradu decoratum, remisit. Qui ibidem in sanctæ conversationis studio de die in diem per adolescentiæ tempus sagacius invigilans, communi etiam Fratrum commodo & utilitati devotius intendens, majores scilicet juxta Apostolum honore præveniendo, coævos justis exemplis adhortando, subjectos sacris sæpius monitis ad meliora solicitando; & ita divina clementia comitante, in brevi veræ religionis disciplinam ad integrum consecutus, *o* Diaconii quoque honore sublimatus, eidem monasterio, ut vere post patuit, Deo prædestinante Præpositus est constitutus. *p*

7 Anno deinde post partum Virginis *q* DCCCC LXXXIII, Ottone Imperatore secundo; post periculosissimum & etiam infelicissimum Calabriæ bellum, adhuc per orbem terræ clade & infamia notissimum, ex hac vita sublato; & Romæ cum summo totius Christianissimi mœrore, satis tamen honorifice, sepulto; certe post inconsideratam Mersiburgensis Episcopatus *r* destructionem, & post innocentem (juxta vocem populi) Geronis Comitis *s* necem; prædictus Henricus Bajoariæ Dux, Pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore, patruele certe suo, ante septennium ob infidelitatem & tyrannidem, quam contra eum

F paterno more exercuit, ab honore summotus, tunc

Post obitum Ottonis 2 Imp. & elationem Ottonis 3 occasione justitiæ in spem regnandi arrogantiæ furore incassum elatus, herilem filium, dignum Dei ordinatione regni heredem, opprimere; semetque in monarchiam regni, suadente seductore, conatur erigere. Cujus tamen nugalis machinatio, à primoribus regni, Deum sane timentibus, & maxime à Willegiso Metropolitano Mogontiaco & Bernardo Duce Saxonico pacifice sedatur; eique post multa apta & inepta, quæ modo melius silentur, quia in Chronicis plenius continentur, priscus Ducatus redonatur. In proximo autem Natalis Domini die Otto tertius puer coronam regni à prænominato Metropolitano honorifice percepit; & in omni ecclesiastica perfectione feliciter, more avito, crescere cœpit. Cujus quidem laudabilis industriæ initiale fuit indicium, quod *t* septimo suæ ordinationis anno, sæpe dictum Altahense monasterium Episcoporum consilio, auxiliante demum Duce præfato, in pristinum monachicæ religionis reformari fecit statum.

8 Quidam igitur venerabilis vir Erchanbertus

E nomine, illic Abbas præponitur, per quem auxiliante

sub Erchanberto Abbate factus monachus, Prior constituitur Domino, divinum ibi ministerium, juxta Regulam S. Benedicti, religiose disponitur. Ad cujus statim saluberrimam admonitionem, promptæ obedientiæ juvenis Godehardus, corde & animo à seculi vanitate conversus, cum aliquantis ejusdem loci Fratribus, monachus est factus, anno (ut ipse nobis sæpius intimavit) ætatis suæ XXXI *u*: [pluribus tamen ex eodem cœnobio, ut non ignotum postmodum memoriæ, Fratribus digredientibus, inter quos erat quidam *x* Thetmarus; quem postea Mindensis Ecclesiæ . . . sed non Episcopum vidimus.] Sed novellus novæ religionis tiro, adoptatus melioris vitæ tirocinio, ut in priori proposito solebat, toto cordis ac mentis affectu ad cælestis aulæ limen anhelabat: adeo ut novus Præceptor novo auditori, quod certe in talibus insolitum est, considerata ejus probitate, omnem divini ovilis curam post se penitus commendaret, eumque sibi in spiritualis exercitii filiationem singulariter præoptaret. *y* [Erat enim caritate fervidus, in labore strenuus, in oratione devotus, meditatione profundus, contemplatione suspensus, corpore honestus, corde mundus, sibi rigidus, defectibus aliorum compatiens, humilitate præcipuus, in paupertate lætus, & in vera nitidus castitate.] Qui tamen

degit apud Episcopum Salisburg.

k Fridericus Javanensis Episcopus idem monasterium beneficii causa gubernavit, tempore Ducis Henrici prioris. Et Fratres ibi in divino servimine coadunati, postquam ejusdem pueri laudabilem in timore Dei indolem cognoverunt, eum notitiæ Pontificis intimaverunt. Quo ille audito, ut certe erat prudentissimus, Deo gratias retulit; illumque inde eductum, in suam familiaritatem assumpsit *l*. Quem ubi de virtute in virtutem, gratia Christi provehente, scandere cognovit, amplius eum, pro collata divinitus industria gratulans, amavit, ac *m* per triennium secum per diversa expeditionum, ceterorumque commeatuum difficiliora itinera, quasi prætentandi gratia, circumvexit, & sacræ fidei & religionis catechismo devotius instruxit: *n* sicque eum eidem cœnobio Fratribus illum in supplementum divinæ servitutis obnixe repetentibus, Subdiaconii gradu decoratum, remisit. Qui ibidem in sanctæ conversationis studio de die in diem per adolescentiæ tempus sagacius invigilans, communi etiam Fratrum commodo & utilitati devotius intendens, majores scilicet juxta Apostolum honore præveniendo, coævos justis exemplis adhortando, subjectos sacris sæpius monitis ad meliora solicitando; & ita divina clementia comitante, in brevi veræ religionis disciplinam ad integrum consecutus, *o* Diaconii quoque honore sublimatus, eidem monasterio, ut vere post patuit, Deo prædestinante Præpositus est constitutus. *p*

7 Anno deinde post partum Virginis *q* DCCCC LXXXIII, Ottone Imperatore secundo; post periculosissimum & etiam infelicissimum Calabriæ bellum, adhuc per orbem terræ clade & infamia notissimum, ex hac vita sublato; & Romæ cum summo totius Christianissimi mœrore, satis tamen honorifice, sepulto; certe post inconsideratam Mersiburgensis Episcopatus *r* destructionem, & post innocentem (juxta vocem populi) Geronis Comitis *s* necem; prædictus Henricus Bajoariæ Dux, Pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore, patruele certe suo, ante septennium ob infidelitatem & tyrannidem, quam contra eum paterno more exercuit, ab honore summotus, tunc occasione justitiæ in spem regnandi arrogantiæ furore incassum elatus, herilem filium, dignum Dei ordinatione regni heredem, opprimere; semetque in monarchiam regni, suadente seductore, conatur erigere. Cujus tamen nugalis machinatio, à primoribus regni, Deum sane timentibus, & maxime à Willegiso Metropolitano Mogontiaco & Bernardo Duce Saxonico pacifice sedatur; eique post multa apta & inepta, quæ modo melius silentur, quia in Chronicis plenius continentur, priscus Ducatus redonatur. In proximo autem Natalis Domini die Otto tertius puer coronam regni à prænominato Metropolitano honorifice percepit; & in omni ecclesiastica perfectione feliciter, more avito, crescere cœpit. Cujus quidem laudabilis industriæ initiale fuit indicium, quod *t* septimo suæ ordinationis anno, sæpe dictum Altahense monasterium Episcoporum consilio, auxiliante demum Duce præfato, in pristinum monachicæ religionis reformari fecit statum.

8 Quidam igitur venerabilis vir Erchanbertus nomine, illic Abbas præponitur, per quem auxiliante Domino, divinum ibi ministerium, juxta Regulam S. Benedicti, religiose disponitur. Ad cujus statim saluberrimam admonitionem, promptæ obedientiæ juvenis Godehardus, corde & animo à seculi vanitate conversus, cum aliquantis ejusdem loci Fratribus, monachus est factus, anno (ut ipse nobis sæpius intimavit) ætatis suæ XXXI *u*: [pluribus tamen ex eodem cœnobio, ut non ignotum postmodum memoriæ, Fratribus digredientibus, inter quos erat quidam *x* Thetmarus; quem postea Mindensis Ecclesiæ . . . sed non Episcopum vidimus.] Sed novellus novæ religionis tiro, adoptatus melioris vitæ tirocinio, ut in priori proposito solebat, toto cordis ac mentis affectu ad cælestis aulæ limen anhelabat: adeo ut novus Præceptor novo auditori, quod certe in talibus insolitum est, considerata ejus probitate, omnem divini ovilis curam post se penitus commendaret, eumque sibi in spiritualis exercitii filiationem singulariter præoptaret. *y* [Erat enim caritate fervidus, in labore strenuus, in oratione devotus, meditatione profundus, contemplatione suspensus, corpore honestus, corde mundus, sibi rigidus, defectibus aliorum compatiens, humilitate præcipuus, in paupertate lætus, & in vera nitidus castitate.] Qui tamen

y præ-

A prædictus Abbas poſt triennium, vel cauſa infirmitatis, vel tædio curæ ſecularis, idem regimen reliquit; & ad ſecretioris vitæ ſolitudinem in conſpectu interni Arbitri vacare decrevit.

ANNOTATA.

a *Hinc uſque ad n.* 5 *omnia deſunt in Ms. Rottendorfii.*

b *Loco* Bajoaria *ſcribitur ubique* Bauwaria *in Ms. Gracienſi.*

c Carolus *Martellus, filius Pippini Herſtallii.*

d *Imo regni adminiſtrationem, quod ſub ipſis adhuc ex Merovingiis ſtatutus Rex fuerit Childericus, quo depoſito Pippinus Rex creatus eſt.*

e Altaha *duplex in Bavaria monaſterium, ſuperius & inferius, de hoc agitur modo. Eſt propinquum Danubio, milliari ab oppido Dechemdorffio, ubi ſacellum viſitur S. Godehardo ſacrum.*

f *Ms. Græc.* A S. Pirminio & Domino Odilone Duce Bauwarico aliiſque Chriſti cultoribus ſapienter inceptum, & in religioſa monaſtica inſtitutione feliciter eſt perfectum, ante diſtributionem Epiſcopiorum, quæ decimo poſt anno in Bauwaria à S. Bonifacio &c. *Coluntur S. Pirminius* 3 *Novembris, S. Bonifacius* 5 *Iunii, & S. Willibaldus* 7 *Iulii.*

B g *Hic eſt* S. Henricus, *è Duce Bavariæ Imperator: cujus Acta danda erunt* 15 *Iulii.*

h *Altachii die anniverſario S. Godehardi traditur præberi epulum omnibus, qui demonſtrare poſſunt ſe ex ejus ſtirpe aut familia deſcendere. Ita Browerus. Natus autem eſt circa annum* 960.

i *Sequentia uncis* [ ] *incluſa deſunt in Mss. Græcienſi & aliis.*

k *Apud Browerum legitur,* Chriſtianus Pataviæ Epiſcopus: *ſed perperam. Fuit* Chriſtianus *electus anno* 991, *mortuus anno* 1012 *aut ſequente* 1013. *Eumdem hoc loco refert Ms. Rottendorfii & Compendium Strozzianum. At Ms. Græcienſe habet,* Beatus vir Fridericus Luvanenſis Epiſcopus. *Is eſt Archiepiſcopus Salisburgenſis, creatus anno* 956, *mortuus anno* 990, *cui ætas S. Godehardi convenit: deinde favet Hundius, aſſerens à dicto* Friderico, qui tunc Altach in beneficio habuit, factum Acolythum & Subdiaconum: *quod ſcilicet beneficium ad Epiſcopos tranſlatum fuit* tempore Ducis Henrici Prioris, *mortui anno* 955. *Is autem erat frater Ottonis primi Imp. de quo ſupra actum.*

l *Apud Browerum varia inſerta, deſunt in Mss. & apud Surium, primo,* & cubicularium ſuum fecit.

m *Secundo* Cancellariæ officium ei commiſit: in
C quo officio talem ſe exhibuit, ut divinæ organum ſapientiæ ſe omnibus exhiberet. *Quæ vix conſiſtunt cum ſequentibus, ubi* fidei & religionis catechiſmo inſtruendus *erat.*

n *Tertio inſerta hæc erant,* Timuit autem ſanctus juvenis Godehardus, ne quid in tantis, quibus præpeditus erat negotiis, vanum illaberetur animo; ideo à dicto Patavienſi recedendi petita licentia & vix obtenta.

o *Hundius,* à Pilegrino Patavienſi Epiſcopo ordinatur Diaconus. *Fuit Pilegrinus deceſſor Chriſtiani antememorati, mortuus* 31 *Maji anni* 991.

p *Quæ hoc numero narrantur, deſunt in Ms. Rottendorf. Sunt in Gracienſi.*

q *Erat notatus* annus DCCCCLXXXVII, *ſed errore amanuenſium, numero quinto loco unitatis ſignato, quod correximus. Mortuus quippe eſt Otto* 2 *die Veneris* 7 *Decemb. anno* 983, *quod non potuit latere Auctorem Vitæ.*

r *Hæc deſtructio contigit an.* 982 *à Giſelhario Epiſcopo, ad Archiepiſcopatum Magdeburgenſem promoto, qui ibidem Abbatiam pro Epiſcopatu ſubſtitutam ſimul tenuit: ſed Epiſcopatus dein anno* 1001 *fuit inſtauratus. Conſule Chronicon Dithmari, Epiſcopi Merſeburgenſis creati anno* 1008, *mortui an.* 1018.

s *Eſt* Gero, 11 *Auguſti anno* 978 *juſſu Ottonis decollatus, ut accurate annus notatur in Ms. noſtro Saxonico.*

t *Anno Chriſti* 990, *uti etiam notavit Hundius.*

u *Incluſa uncis* [ ] *deſunt in Ms. Rottendorf.*

x *Ms. Græcienſi,* Quidam Dietricus, quem poſtea Mindonenſis Eccleſiæ, ſed non Epiſcopum vidimus, *Deſunt apud Browerum iſta* ſed non, *& perperam, quia nuſquam inter Epiſcopos refertur. Videtur tamen deeſſe vox,* Præpoſitum, *vel quid ſimile: & ideo puncta ſignavimus.*

y *Incluſa deſunt in Mss. Græcienſi & Rottendorf. in hoc & in ſequentia contrahuntur.*

CAPUT II.

S. Godehardi Abbatis vita in cœnobiis Altahenſi, Hersfeldenſi & aliis. Vita ejus privata: & ſub eo Guntheri eremitæ.

9 HIs etiam diebus præmemoratus Bajoariæ *a* Dux obiit, cujus loco pius Henricus filius ejus ſurrexit; non patris inſolentiam, ſed initium ſapientiæ timorem Domini pleniter ſecutus: quia erat omni litterarum ſtudio principaliter imbutus, & totus ſane fide & actu Catholicus. Qui ſtatim in divini famulaminis cultu ſuccenſus, prænotatum cœnobium iterum ſpirituali privari Paſtore, indoluit; & eumdem Godehardum, tunc *b* Presbyterum, Abbatem ibi præponere voluit. Cui ille, per biennium, juſta ſatis excuſatione reſtitit; quia ſedem & locum Paſtoris ſui, ipſo ſuperſtite, uſurpare non debuit. Sed poſtquam Abbas à Fratribus, & etiam ab Epiſcopis vocatus revenire recuſavit, eiſque licentiam, quem in locum ejus vellent ſubſtituere, mandavit; tandem Epiſcopali auctoritate, & Fratrum unanimitate victus, idem regimen, juxta Ducis decretum, ſuſcepit *c*. Qui ſtatim in exordio ſuæ promotionis totum ſe Chriſto vigilanter mancipavit, & diſtrictiorem regularis vitæ tramitem, cum conſociatis ſibi Fratribus, ingredi anxie curavit; & in tali ſtudio ſe ibidem per octo *d* annos indeſinenter exercuit. Et præter hoc tamen, manuali labore multiplicem fructum, ac neceſſariam utilitatem acquiſivit. Qui & ibi, in monte quodam, qui *e* Helingeresberg dicitur, caſtellum firmum, & in eo eccleſiam pulcherrimam in honorem ſanctæ Matris Chriſti Mariæ, in cujus ſpeciale ſervimen futurus erat, cum condecenti ædificio conſtruxit; & circumquaque, maxime tamen in ſaltu Boëmico, qui eidem Provinciæ
F proxime aſtat, ad triginta & eo amplius manſos, labore tantum manuum cum Fratribus, Apoſtolico exemplo, ſilvis & vepribus erutis, ad uſum utilitatis informavit. Interim MII Incarnationis Domini anno, nobilis Imperator Otto tertius ex vita hac, immatura morte, diſceſſit: in cujus regnum prædictus Henricus Dux, omni pietate perſpicuus, ſucceſſit.

10 Erat in illo tempore in *f* Herveldenſi monaſterio S. Wigberti *g* Bertholdus Abbas, venerabilis genere, & dignitate memorabilis; qui tamen, ut in pace dicatur, ultra ſui propoſiti ordinem humano more popularis famæ laudi intentus, ejuſdem cœnobii Fratres, forte aliquanto debita converſatione fovit indulgentius, ita ut more Canonicorum proprietates ſibi tam in privatis ædificiis, quam & in equis & cultioribus quoq; plurimis veſtimentis, ac ceteris mundanæ gloriæ pompis vindicarent; & licentiam quoque dandi & accipiendi, cum illicitis ac ſuperfluis conviviis, ceteriſque talibus uſurparent. Quo ſcilicet Abbate biennio ante finem ſui ægrotante, & ultra Fuldam flumen in monte, quo ipſe monaſterium

a Recuſat aliquandiu Abbatiæ dignitatem

b

c advocante Erchanberto tandem ſuſcipit.

d

e

f

g

Indiſciplinatum monaſterium Hersfeldenſe

A. WOLFHERRO EX MSS.

in honorem S. Petri Apoſtoli conſtruxit, cum militibus ac ceteris ſibi familiaribus, refrigerii lenitate commorante; Fratres indignatione permoti, & quaſi à Patre contempti, ad Regem, tam per ſemetipſos, quam & per litteras ac legatos, ſæpius diverſas querimonias dirigunt, ſibi victus & veſtitus neceſſaria denegari; & illis cum ceteris Chriſti pauperibus eſurientibus, res Eccleſiaſticas per vana & inutilia prorſus diſſipari. Quam eorum querimoniam Rex ſapiens altius quam ipſi opinarentur intelligens, ſed & vitam illorum non neſciens, diutius diſſimulando diſtulit: ſed ad poſtremum, importunitate eorum devictus, modificato ſermone reſpondit; libenter ſe Patrem eorum, ſi Dei dono convaluerit, de talibus admoniturum; ſin vero obierit, eis & ſibi in præponendo Paſtore in divinis & humanis, ſapientum conſilio, juxta timorem Domini proviſurum.

reformandū ſuſcepit & regit

11 At memorato Abbate paulo poſt defuncto, prædictum Godehardum eis Patrem Gubernatoremque, Epiſcoporum conſilio, præpoſuit; quem etiam, ut in omnibus eis juxta Domini timorem & monachicam vitam provideret, ſolerter præmonuit. *h* [Qui illuc per Willegiſum Archiepiſcopum perductus, & per eum etiam, ſicut Deo gratias optime noverat, ad benefaciendum ſapienter inſtructus, in primo adventu, gratias divinæ pietati referens, ejuſque directionem in præteritis, præſentibus, & futuris ſolicite quærens; primitus eis, juxta regulare præceptum, duriora & aſpera mandata propoſuit; & licentiam eis ad preces Metropolitani, aut ſecum hæc celebrandi, aut quo vellent diſcedendi, contribuit. Qui ſtatim unanimiter conſpirati, ſimul omnes (paucis tantum ſenioribus vel puerulis remanentibus) egreſſi, per diverſa loca varie ſunt diſperſi. Quos tamen poſtea ſaniori conſilio, & eorumdem qui remanſerant certe induſtriam ejus ac manſuetudinem intelligentium auxilio, quoſdam citius, quoſdam vero ſerius, pene omnes ad ovile revocavit; eoſque ſub levi jugo Chriſti facile Domino gubernante coadunavit.

uti & alia duo,

Civitatem vero ipſam, & clauſtrales cohabitationes, à ſuperfluis & ineptis pluribus ædificiis, illico purgavit; & in condignam monachicæ neceſſitatis habitudinem honeſte reformavit: &, cum inibi inventis & aliunde acquiſitis Fratribus, in eodem cœnobio *i* per ſeptem annos digne Deo & hominibus laudabiliter miniſtravit.] *k* Commendata ſunt ei & alia duo monaſteria, Tegerenſe & *l* Chremſenſe, quæ pari quoque diligentia in Chriſti ſervimine gubernavit.

12 Iiſdem temporibus fuit in Thuringiæ partibus quidam vir nobilis, dignitate & meritis illuſtris, nomine Guntherus; qui pro delictis inventutis ingemiſcens, & conſiderata diligentius actuum ſuorum qualitate, faciem Domini in confeſſione præveniens, Herveldiam ad novum Abbatem, digne (ut poſtea patuit) pœnitendo, acceſſit; eique omne ſecretum cordis ac voluntatis ſuæ, funditus aperuit. Quem Abbas, juſte in Deo timoratus, blanda conſolatione & condigna etiam proviſione, pœnitentem ſuſcepit; & ad monachicam uſque profeſſionem, ſaluberrima ſui commonitione, Domino cooperante, convertit. Qui propriæ diffidens imbecillitati corporis & animi, ad penitus abdicanda quæcumque ſunt ſeculi, multiplicem ſuæ hereditatis proprietatem, quam acceperat à progenitoribus, Eccleſiæ S. Wigberti in uſum Chriſto famulantium, cum conſenſu heredum ſuorum, firma traditione delegavit; ac ſemetipſum ibidem in regularem perſeverantiam, ſpontanea promiſſione, mancipavit: primitus tamen ſub teſtibus teſtamento pactus, ut monachus factus, monaſterium, quod *n* Gellinge dicitur, victus & veſtitus gratia, ipſe poſſideret, ac Fratribus *illic* Chriſto ſervientibus, ſecum inde neceſſaria provideret.

Guntherus poſt oblatam ſuam hereditatē Hersfeldenſi mon.

Sed Abbas, prudenti pertractans conſilio, homini noviter converſo talem pactionem, in via mandatorum Dei, maximo futuram eſſe periculo; & plus inde per dies animæ naſci diſpendium, quam corporis, ut putabat, ſubſidium: interim illum provida mente ab incepto ſuſpendit, & laico habitu adhuc uſum ad Altahenſe monaſterium ſecum perduxit. Ibidem prædictus vir cordetenus compunctus, petiit ab Abbate, ut ante profeſſionem, liceret ſibi Romam petere, & Apoſtolorum Chriſti aliorumque Sanctorum intercеſſionem, pro transactæ vitæ deviis & pro novæ vitæ ingreſſu, quærere. Quo permittente, it & redit: tandemque ante altare S. *o* Mauricii cingulum deponens, caput & barbam totondit; & facta de more, petitione, ſuſceptus, ac aliquamdiu regulariter probatus, ab eodem Paſtore monaſticæ vitæ habitum eſt adeptus. *monachus in Altahenſi factus, o*

13 Verum, poſt votum profeſſionis, non immemor ſuæ, quam præſcripſimus, pactionis, adiens Abbatem, licentiam petiit patriam repetendi, & locum, quem pepigerat, juxta condictum incolendi: quod pius Pater interim conſenſit, nolens eum obſtinata contradictione ab affectu, quamvis iniquo, prohibere; donec, ratione dictante, illicita cupientem animum, paulatim poſſet mitigare. Venienti ergo ad locum, Gellinge dictum, & diſponenti neceſſitates ibidem commanentium, ex occultis tentatoris inſidiis, Deo, ut certe credimus, ad exemplum B. Job permittente, multa & varia ei occurrerunt incommoda. Pro quibus dum ipſe, ſcilicet ante pauperatis ac laboris inſolens, ad Abbatem ſæpius queritando confugeret, ejusque pro talibus conſilium & auxilium anxie perquireret; ſolicitus Pater, fluctuationem mentis ejus profunde perſpiciens, & ſubſecuturam forte cordis mutabilitatem vehementer pertimeſcens; blanda interdum conſolatione & ſuaviloqua commonitione mœſtitiam ejus mitigans, interdum vero, juxta Apoſtolum, arguendo, obſecrando, increpando, opportune, importune, nutantem ejus animum caſtigans, ad viam ſalutis eum reducere ſtuduit: quod tamen adhuc modicum profecit. Sed cum in hac altercatione ſæpius luctarentur, & in hujuſmodi moleſtia ambo crebrius fatigarentur; illi iterum, quadam die ſuæ ſolicitudinis querelam ſuggerenti, vir Dei debito juſtitiæ zelo permotus, turgente, ut aiunt, pulmone reſpondit; ut aut in promiſſa obedientiæ ſtabilitate Deo devotius ſerviret, aut certe ad ſolitam ſeculi vanitatem, laqueis iterum ſatanæ irretitus, abjecto habitu rediret. Ad quam vocem ſtupefactus auditor intremuit; & erroris ſui nimietatem ſero tandem perhorreſcens, ingemuit, omni prædicta pactione cordetenus oblita; & tota cujuſcumque incommodi querimonia abolita, ad Altahenſe monaſterium, ubi tunc ſub ejuſdem Patris cura (ut in gratia omnium loquar) ſingulare divini cultus ſtudium fervebat, ſe contulit; & illic Fratribus humillime ſubjectus, & in ſacræ religionis diſtrictione pleniter in breviori tempore divini roris infuſione inſtructus, ultra regulare præceptum ſemet, etiam Prælatis admirantibus, afflixit. *& ex pacto Prior in Gellinge,* 2 Tim. 4. *adducitur ut pacto & cura renuntiet:*

14 Tertio namque ſuæ converſionis anno in prædicto Bohemico ſaltu eremum petiit, in qua ad xxxvii annos, in ſtudio ſanctæ religionis & in ſumma veraciter diſtrictione ſpontaneę paupertatis, cum ſibi commanentibus, vixit. Annona denique eorum erat varia: vario certé ſtudio à Rege Ungarico, & de Bohemia & Polonia, & ceteris diverſis provinciis, ſimul cum veſtitu conquiſita. De potu, ut omnibus notum eſt, nihil prorſus ibi niſi ſola aqua habebatur; & ipſa etiam, hoſpitibus ad ſufficientiam, Fratribus vero ad menſuram, dabatur. Nam litteras omnino, niſi tantum Pſalmos, non didicit; & tamen *qui deinde ad eremum ſecedens,*

omnem

A omnem rationem & intellectum Euangelii, legis, & Prophetarum, & hiſtoriarum quoque, ex crebra Fratrum relatione, & etiam avidiore verbi Dei exauditione, mirabiliter percepit; adeo ut ſæpiſſime obſcuriora myſticæ intelligentiæ, interdum jocando, interdum vero admonendo, ſtupentibus auditoribus, proferret. Quod nos quidem, qui eum familiarius novimus, frequenter audivimus; præcipue tamen, cum in ſumma ſua feſtivitate, in nativitate ſcilicet ſancti Joannis Baptiſtæ ſpecialis ſui patroni, ſermoni ejus affuimus; quo, in capitulari collatione, eodem die, Fratres ſuos admonebat, dum eos de ejuſdem Patris vita & moribus, victu & etiam veſtitu & operibus, ad paupertatis ſuæ Domino Deo placitam tolerantiam inſtruebat. Verum enim dico, & coram Deo non mentior, quia omnes pene qui aderant eidem ſermoni, ad uberrimam lacrymarum effuſionem, dono Dei, ſunt compuncti. Aſſedit ergo ibidem venerabilis Abbas Altahenſis Rathmundus, cum pluribus ſui cœnobii Fratribus, & aliis multis inſuper hoſpitibus, præter nos, quos in Canonico habitu illuc ingredi religio vetuit, quos tamen Fratrum familiaritas & maxime Abbatis licentia circumquaque ad feneſtras, concionatore ignorante, clanculo collocavit: erat enim (ut de S. Benedicto dicitur, quem poſt Deum, vita & moribus maxime ſequebatur) & ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus.

illiteratus ſteet, ſtupori omnibus dicendo fuit.

B

15 Beatus itaque Godehardus, ſenio & labore jam feſſus, & etiam tædio ſecularis curæ repletus, annuente Rege, Herveldenſe regimen præclaro viro Arnoldo, ſuo prius eo loci Præpoſito; & *p* Bertholdo, æque venerabili ſuo Primicerio, Tegerenſe commendavit: ſicque ad Altaha remeavit; ubi, ſi Deo tantum placuerit, in finem vitæ ſuæ in debito cœptæ religionis ſtudio perſeverare decrevit. Idem enim monaſterium omni devotione, ut vel hodie ibi liquet, adornare ſtudebat; libris ſcilicet pretioſiſſimis, miſſalibus, veſtimentis, ceteriſque variis & utilibus eccleſiaſticis ornamentis: maxime tamen (quod ubique notiſſimum eſt) plurimos in eodem cœnobio Fratres, ſcientia & moribus illuſtres, enutrivit; quos poſtea inter diverſa monaſteria Patres ac Doctores, Regis ac Epiſcoporum petitione diſpertivit. Sed, cum jam in laborioſa, ſibi tamen placita, illa ſua quiete, per *q* decem annos, in hujuſmodi pauſaret; totaque cordis intentione in regione vivorum Domino placere, diurnis nocturniſque ſuſpiriis, præoptaret, mirabile tandem ſomnium vidit, ut ipſe nobis ſæpius intimavit, poſt quam certe viſionem ſe de hoc mundo, quo Deus juſſerit, abiturum, non dubitavit.

p

S. Godehardus Altaham excolit:

q

C

16 Quadam igitur nocte, ut ſemper per triginta jam annos conſuevit, poſt primam tantum noctis quietem eccleſiam ingrediens, pſalmodiæ ceteriſque talibus officiis intentus, pernoctabat; ſed & poſt Matutinas in incepto decreto perſtabat. Jamque aurora irradiante, modice dormitans cubiculum intravit; ſeque ſuper ſcamnum tantum inclinans, hujuſmodi ſomnium vidit. Nam oliva pulchræ magnitudinis ibi in clauſtrali atrio ſtabat, & putabat ſe ſub eadem arbore lectionis ſtudio ſedere, & ad ſe quaſdam graviores & ignotas perſonas accedere; quæ ſe à Rege eo miſſas aſſererent, ut eamdem olivam ſuffoſſam ſibi in Regale ſervimen deferrent. Nec mora, ut ſibi videbatur, ſecures & foſſoria arripiunt; eamque, ſumma feſtinatione extirpare contendunt: ſed quanto altius infodiunt, tanto denſiorem radicum tenacitatem inveniunt. Quod ipſi videntes, feſtinationis cauſa, admotis ſecuribus, radices ſecando præcidunt; ſicque evulſam arborem ſecum auferentes diſcedunt. Et ſtatim, ut æſtimabat, ex relicta radicum denſitate, innumera & ſpecioſa virgulta ſuccreverunt; quæ totum etiam atrium, ſua multipli-

terretur viſione olivæ effoſ. ſæ

& repullulantes.

catione repleverunt; ita ut & vulgus diverſi ſexus & ætatis acceſſerit, & de eiſdem frutetis plantaria plura evellens per rura & compita diſſeminaverit. At ille evigilans eccleſiam ſtatim intravit; ſeſeque, totum cogitatum ſuum in Domino jactans, divinæ clementiæ attentius commendavit; quia ſe poſt idem ſomnium diſceſſurum, certius æſtimabat. Quod tamē ſapiens quiſque alia evidenter portendere, patenter intelligit; qui multiplicem doctrinæ illius numeroſitatem ſolicite perpenderit, & illic in prioris religionis exercitio relictam, & poſtea ubi ubi per diverſa divinitoris dogmata ſalubriter diſperſam. *r*

A. WOLFHERRO EX MSS.

ANNOTATA.

a Henricus *ſecundus Dux obiit anno 995, relicto herede* S. Henrico *filio.*

b *Hundius* Sub Erchanberto Abbate Sacerdos XII Kalendas Januarii à S. Wolfgango ordinatur, *ergo ante annum 994, quo S. Wolfgangus Epiſcopus Ratiſponenſis obiit 31 Octobris.*

c *Anno 997 id factum obſervat Browerus.*

d *Ergo uſque ad annum* 1005.

e *S. Henricus conceſſit S. Godehardo* mercatum & teſonium, in villa prope monaſterium Helingerinpereh dicta, anno 1009 Indict. 7, 7 Idus Junii. *Conſule Diplomata S. Henrici à Gretſero edita.*

E

f Hersfelda *illuſtriſſimum & ditiſſimum in Haſſia cœnobium, in quo S. Wigbertus fuit depoſitus, uti dicetur ad ejus Vitam 13 Auguſti.*

g *Ms. Gracienſe* Bernhardus.

h *Incluſa* [] *uncis deſunt in Ms. Rottendorf. ſunt vero in Ms. Gracienſi.*

i *Ergo uſque ad annum* 1012.

k *Ms. Gracienſe,* Commendatum eſt ei & aliud monaſterium Tegarenſe, *quod* pari quoque diligentia &c. *Eſt* Tegerenſe *ſeu* Tegernſeanum *potentiſſimum Bavariæ Superioris monaſterium ad lacum Tegernum, de quo latius egimus 25 Martii ad Vitam S. Cyrini ſeu Quirini Martyris Romani, cujus corpus iſtic adſervatur.*

l Chrempſenſe monaſterium, *vulgo* Crembsmunſter, *in Auſtria ſuperiore, à Taſſilone Duce Bavariæ anno 777 fundatum.*

m Gunterus *cum titulo Sancti refertur 9 Octob. cujus Vita tunc accuratius erit examinanda: in qua omnia eadem, quæ hic leguntur, etiam continentur & ſunt in Ms. Rottendorf.*

n Gellinge monaſterium *in patria ejus Thuringia: in illo Arnoldus ſucceſſor S. Godehardi in Hersfeldenſi,* F *mortuus eſt anno* 1031, *uti legitur apud Schafnaburgenſem.*

o *Browerus* Sanctæ Mariæ: *quod idem infra num. 56 nominatur, & forte ſimiliter corrigendum eſt.*

p *Ms. Gracienſe* Purchardo.

q *Ergo uſque ad annum* 1022.

r *Clarius dixiſſet eo viſu prænotatum, quomodo à monaſterio avellendus & ad Epiſcopatum transferendus Godehardus, ibidem nihilominus eſſet in diſcipulis multiplicandus. Porro pars 2 de Vita Epiſcopali S. Godehardi hinc ſumit initium. Sub nova quaſi præfatione* Ad Defenſorem, *quo nomine ſuum magiſtrum Albuinum intelligit auctor.*

CAPUT III.

Epiſcopatus Hildesheimenſis diu recuſatus, dein admiſſus. Controverſia de præeminentia in monaſterio Gandersheimenſi.

17 QUoniam quidem beati viri vitam, non propria ſcientia, quæ certe nulla eſt, ſed Divina clementia favente, ab exordio hactenus per multa

A. WOLFHERRO EX MSS.

laudabilia deſcripſeram; gratias pro ſcire condignas eidem clementiæ refero, tuumque, Venerande Pater, auxilium, quem à fine uſque in finem in omnibus, & in hoc præcipue negotio eruditorem, defenſorem, correctoremque præelegi; tuum, inquam, tuique ſimilium auxilium & interventum ad Deum imploro, ut deinceps majora & laudabiliora, illius directione, ſine mendacii fuco, veraciter & congrue deſcribam. Anno igitur poſt incarnati verbi Dei myſterium MXXII, Regni vero Domini Henrici XXI, Imperii autem IX, felicis memoriæ *a* Bernwardus, venerabilis noſtræ Eccleſiæ Antiſtes, ex hac vita ad perpetuam migravit: cujus certe obitus totam regionem maxime contriſtavit. Erat enim, ut feſtinando omnem ejus vitæ hiſtoriam tranſcurram, in cuncto divinæ ſervitutis ſtudio juſte fervidus, & in tota mundanæ utilitatis ſagacitate ſapienter providus; contra rebelles & induratos jure ſeverus, erga obedientes & modeſtos rite manſuetus; in eleemoſynis & miſeratione compatiens & largus, vigiliis, jejuniis, & orationibus convenienter intentus. Monaſterium itaque noſtrum, libris, ſerico, auro, argento, gemmis, picturis, aliiſque eccleſiaſticis ornamentis pluribus decenter redimivit; Clericos auxiliante Deo multos, & etiam in divino ſervitio utiles enutrivit; venerabile templum S. Michaelis, proprio labore conſtructum, ſuaque hereditate & acquiſitione ſufficienter dotatum, in monachicam religionem Deo conſecravit; turres munitiſſimas, & etiam honorificas, cum adhærente muro, in Orientali & Occidentali parte noſtræ civitatis, in tuitionem civium conſtruxit; eccleſias multas, cum variis & utilibus ædificiis, per diverſas Epiſcopii curtes ædificavit; & omni prorſus Pontificalis proviſionis honeſtate, in divinis & humanis, ſolerter invigilavit.

a *Poſt S. Bernwardi, Hildesheimenſis Epiſcopi obitum,*

B

b 18 Eodem tempore Imperator *b* Gruona ſedebat, & præmemoratum Abbatem, ſolito ſemper pietatis more, ſecum habebat. Adveniente ergo Legato cum hac lugubri legatione, Imperator fidelem Chriſti ſuique amicum condigno mœrore deflevit; & piam ejus animam Deo & ſanctis Deo Angelis debita commemoratione commendavit. Deinde Abbatem ſecreto ſoliloquio convenit, eique ſuæ voluntatis arcanum de Epiſcopatu ejuſdem Sedis aperuit. Cui ſtatim ille in faciem reſtitit, & ſe indignum tali ac tanto honore & officio reſpondit. Quem item itemque ex abundantia cordis devotius admonuit: ille vero in cœpta excuſatione firmiter perſtitit: dicens, certe ſe majora onera divitiarum ob hoc rejeciſſe, ut ſoli Deo liberius vacaret, & fragilis vitæ finem, in ſolita dilectaque ſibi paupertate, ſecurius expectaret. Imperator vero per Epiſcopos duritiam cordis ejus emollire tentavit; eoſque de talibus illum convenire rogavit. In quorum ille colloquio, ſolita fiducia reſtitit; & ſe tandem, ſi hoc tamen nomine dignus eis videretur, donec Ratisbona aut Patavia vacaret, ubi non ſibi ſed ſuis tantum prodeſſe poſſit, libentius expectare retulit. Sicque ibidem, per totam hebdomadam de hoc inter eos cauſa tractabatur; ſed ille ſemper in eadem ſuæ ſententiæ tenacitate retinebatur.

à S. Henrico oblatum Epiſcopatum recuſat:

C

motus viſione,

19 Tandem in vigiliis S. Andreæ Apoſtoli, quæ tunc in quinta feria ante adventum Domini evenerant, item ſomnium vidit, quod tunc ſoli Imperatori, poſtea vero & nobis gratulando, & etiam lacrymando, ſæpius intimavit. Aſpexit enim in viſione, poſt ſolitas nocturnas vigilias ac preces matutinas, ut ſibi videbatur, in atrio ejuſdem eccleſiæ, in qua poſt triduum Deo conſecrandus erat, nimiam certe multitudinem inter ſe tumultuantem, & de Epiſcopio Hildenesheimenſi ſerio concertantem. Tunc acceſſit ad eum in media multitudine, cum pulchra puellarum caterva, quædam Matrona venerabilis, vultu & habitu mirabilis: &, apprehenſa manu ejus, de frequentia turbarum, eum in eamdem eccleſiam introduxit; &, extenta dextra, nutu tantum eum ad agendam ante Crucifixum *c* veniam, admonuit. Statimque, ipſo ſe ad preces inclinante, ipſa cum circumſtantibus clara voce ita Deo pſallere cœpit. Infunde unctionem tuam clemens noſtris ſenſibus. Ad quam vocem ipſe à ſomno evigilans, & ejuſdem viſionis myſterio compunctus, eccleſiam intravit; & coram altari Domini proſtratus, divinæ pietati ſe ſuamque viſionem commendavit. Facto autem die Imperatorem ſecretius convenit; & mentis ſuæ pertinacia remiſſa, viſionis ei ſeriem aperuit; & tandem ſe divinæ prædeſtinationi, & ejus etiam conſilio ac voluntati obſecuturum, devovit. Nec mora, eodem die, diluculo Clerus noſter cum militia advenit: quibus dum Imperator ſuum ſecretum, imo divinum decretum intimavit; tota eorum unanimitas, gratanter Deum laudando, ſuſcepit: quamvis primo, quod nec mirum erat, aliqui vel ob ignotam ejus vitam, vel etiam ob auditam olim juventutis ejus nimietatem, ad tempus expaveſcerent, ſibique tale aliquid pertimeſcerent. Sequenti vero die, in Natali Apoſtoli *d*, cum ſummo Cleri plebisque tripudio, eidem paſtoralis cura commendatur, qui in proxima Dominica Adventus Domini, ab *e* Aribone Metropolitano Moguntiaco digne Deo conſecratur.

D

c

ordinatur Epiſcopus ab Aribone Moguntino,

d

e

E

f 20 Sed tamen in ipſo ejuſdem honoris, ſive, ut ipſe putavit, oneris initio, juſtis à Deo, ut vere creditur, prædeſtinata, non defuit tentatio. Nam idem ejus conſecrator Aribo, eodem die ante Miſſarum ſolennia ſecretius eum cum Epiſcopis convenit; eique in Gandesheimenſi loco & circumjacente territorio omnem Pontificalis officii proviſionem, *g* Banni ſui interpoſitione, prohibuit. Quem quidem bannum ipſe, ſuæ ſimplicitatis more, nec approbavit nec renuit, ſed ſtatim ad Imperatorem, ab eo ſolummodo patrocinium in talibus quærens, confugit. Qui confeſtim Archiepiſcopo cum Confratribus familiariter accerſito, & diſſimulata cordis moleſtia ſui, hunc novum conflictum banno ſoluto ſapienter pacificeque diremit. Et ſic, prædicta conſecratione feſtive celebrata, eamdem diem in timore Dei exultantes læti peregerunt, & ita in pace ſuum conventum diſſolverunt. Non ergo vobis, ô lectores, incommodum vel faſtidioſum videatur, ſi hujuſmet conflictus initium, vobis certe in poſteris neceſſarium, altius neceſſitatis cauſa repetatur. Quidam Dux Saxonicus *h* Ludolphus nomine, cum ſua conjuge Oda, cum conſilio & licentia *i* S. Altfridi, quarti noſtræ Eccleſiæ Epiſcopi, Romam petiit; & à Beato *k* Sergio Papa reliquias Sanctorum Præſulum *l* Anaſtaſii & Innocentii impetratas detulit: in quorum honore monaſterium & cœnobium Virginum, primo *m* in Bruneſteshuſen, deinde, quarto poſt anno, in Gandesheim conſtruxit: & eaſdem villas, cum adiacente territorio & omni ſua hereditate, illuc in utilitatem Chriſto militantium contulit, & filiam ſuam Hathamudam Abbatiſſam ibi primam, eodem Epiſcopo ordinante, conſtituit.

f

ſopita prius controverſia de Gundersheim,

g

monaſterio ſub juriſdictione Hildeſ. ſunalato.

h

i

F

k

l

m

21 Sic totum idem territorium ab initio ſemper ad Hildenesheimenſes Epiſcopos per CXI annos pertinuit; & nullus Moguntinus Præſul quidquam inde vel ſibi, vel ſuæ Eccleſiæ vendicavit; donec à Rabano duodecimus *n* Willegiſus Metropolitanus Moguntiacam Cathedram inſedit, vir certe in omni Catholica pietate præclarus, ſed in hoc ſolo tantum periculoſe temerarius; qui ſuadente, ut impune veritatem loquar, Domina Sophia ſorore Imperatoris Ottonis tertii, quæ juvenili jactantia & generis dignitate elata, à *o* Palligero tantum velari geſtivit, eumdem locum ſibi uſurpare tentavit. Quæ tamen machi-

n

•

machinatio in conſpectu Regis & Principum, *p* Osdago, octavo poſt Altfridum noſtræ Eccleſiæ Epiſcopo, veritatis ei & juſtitiæ voce reſiſtente, diſperiit; quando vix obtentu Regis, ejuſque matris licentiam ab eodem Epiſcopo obtinuit, ut ibi in natali S. Lucæ Euangeliſtæ Miſſam celebraret Archiepiſcopus, & prædictæ Sophiæ velationem ſimul cum eo ageret; de ceteris vero velandis Virginibus, noſter Præſul ſuo jure provideret. Poſt pauca autem, prædicto Osdago Epiſcopo defuncto; & Gerdago etiam nobis electo, & poſt biennium functo; Dominus Bernwardus, Regius Capellanus, eamdem Sedem obtinuit: quem idem Archiepiſcopus conſecravit; ſed ſuper eadem repetitione prorſus obticuit, donec Domina Gerberga Abbatiſſa venerabilis novum monaſterium, quod ipſa poſt incendium conſtruxit, voluit conſecrari. Sed, quia ipſa, infirmitate detenta, ea providere non valuit; prædictæ Sophiæ, ſpirituali certe filiæ ac etiam nepti, hanc procurationem commendavit: quæ ſtatim, ſolito more, proprium Epiſcopum contempſit, Archiepiſcopum honorifice ad talia vocavit. Qui iterum pro hujuſmodi ſuaſione, juris oblitus, eumdem locum invadere feſtinavit: ſed Præſulis noſtri litteris commonitus, diſtulit. Iterum invitatur, iterumque auctoritatis jure repellitur. Ad tertiam vero invitationem Archiepiſcopus illuc advenit, eccleſiam, ut putabat, dedicaturus: quod certe Eggehardus Sleſvicenſis Epiſcopus, vere fidelis noſtræ Eccleſiæ filius, illuc cum Clero à noſtro Domino miſſus, ſcripturarum auctoritate intercepit. Poſt multas autem & varias hujuſmodi diſceptationes, eadem cauſa tandem ab Epiſcopis comprovincialibus, uſque in præſentiam Romani Pontificis Imperatoriſque comperendinatur.

ubi velanda Sophia Soror Ottonis 3 ipſum ei ſubtrahere niſa

& ad Moguntini jus transferre

22 Sed eo tempore pius Otto tertius Imperator ad Chriſtum migravit; cujus loco, ut prænotatum eſt, Henricus in regnum intravit. Qui ſtatim natalem S. Laurentii Patherbronnæ celebravit: ubi Domina *q* Cunigunda regalem coronam percepit. Prædicta etiam Gerbergâ Gandenesheimenſi Abbatiſsâ ſeculo exemptâ, Sophia ei ſuccedens, ſolito iterum more ibidem Principum licentiam Domini Bernwardi à Palligeto benedicendi impetravit. Deinde novus Rex primum ſui honoris annum, in Natali Domini, Palidi inchoavit. Ibi coram eo per Principes ſæpius dicta Epiſcoporum lite recitata, cordetenus indoluit; & ad illam ſedandam, ſæpe interceptam dedicationem Eccleſiæ Gandenesheimenſis in Vigilia Epiphaniæ Domini deſtinavit. Illuc ergo ſtatuto die advenientes, & Dedicationis officium inchoantes, intus ſacro myſterio peracto, Rex cum Epiſcopis & Primatibus ante fores ad populum proceſſit. Ubi Willegiſus Archiepiſcopus publico ſermone æſtimationis ſuæ culpam profeſſus, juri & repetitioni ejuſdem loci abrenuntiavit: & in teſtimonium hujus abrenuntiationis, ferulam Epiſcopalem Domino Bernwardo, ut poſtea in Franconovordenſi Concilio claruit, coram Clero & populo condonavit. Archiepiſcopus vero, hac lite ſedata, Præſulem noſtrum, omni honore & caritate ultra dilexit, & in noſtro cœnobio fraternitate honorifice acquiſita, ſummam dilectionem & loco & Fratribus providit: qui quinto poſt anno, plenus dierum & bonorum etiam operum, ad Chriſtum migravit. Cujus ſucceſſorem Erkanbaldum, Fuldenſis cœnobii prius Abbatem, Dominus Bernwardus Kal. Aprilis Moguntiæ conſecravit: qui ibidem novem annos præſidens, ordinatorem ſuum, conſanguinitate etiam ſibi propinquum, debita devotione percoluit, & ſupradicta controverſia omnino conticuit. Huic autem Aribo Regius Capellanus ſucceſſit; quem Imperialis annuli dono, regio more, præſignatum, Bernwardus Epiſcopus, ad principale altare prænotatæ Gandenesheimenſis eccleſiæ, Presbyterum ordinavit; eique in verbo Domini & banni S. Petri auctoritate, ejuſdem altaris & etiam loci vel circumjacentis territorii uſurpationem, invaſionem quoque vel repetitionem, aſtante Imperatore cum Epiſcopis, publice interdixit. In hujus banni vindictam, ille novo noſtro Patri intulit tentationem prædictam. Erat tamen, ut veritatem non occultemus, idem Archiepiſcopus genere & dignitate, & probabili morum etiam gravitate, vere venerabilis; ſed in hac tantum temeritate erga nos pro parte culpabilis. Hæc ergo hujus conflictus abbreviatio ideo hic adnotatur, ut ſubſequentis diſceptationis, de eodem Gandenesheimenſi territorio, veritas & ratio clarius cognoſcatur.

nihil evicerat,

Willegiſo Moguntino coacto renuntiare præſenſo juri:

quod ſucceſſor fruſtra voluit ſuſcitare contra Godehardum.

A. WOLFHERRO EX MSS.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Bernwardus 20 *Novembris.*

b Gruona, Grunna & Gruna, *oppidum Thuringiæ.*

c Veniam agere *aut* facere, *eſt corpus reverentiæ cauſa inclinare; ut ſæpius in hoc opere occurrit. Conſule 26 Martii Miracula S. Ludgeri § 7 litt.* q.

d *Ms. Rottendorf.* Prius habita Cleri plebiſque Canonica & legitima electione, eidem paſtoralis.

e Aribo *præfuit Eccleſiæ Moguntinæ ab anno* 1020 *ad* 1031. *De quo conſule Serrarium lib.* 5 *Rerum Moguntiacarum pag.* 729 *& ſeqq.*

f *Sequentia deſunt in Ms. Rottendorf.*

g Bannum *mulctæ genus in Legibus Longobardicis* 60 *ſolidorum aut verberatio tot ictuum: & dein pro quacumque indictione pœnali ſumptum.* Bannum *enim propriiſſime edictum eſt*, bannice *edicere; transfertur autem etiam ad id quod edicto indicitur ſignificandum.*

h Ludolphus, *Dux Saxoniæ, pater S. Brunonis, qui cum Martyribus Ebbeckesdorpienſibus occiſus colitur* 2 *Februarii, ubi* § 2 *pag.* 311 *deduximus iſtius familiam & hunc locum illuſtravimus. Nomen uxoris* Oda, *alias* Yda *ſcriptum, marginali Nota Browerus indicat.*

i Altfridus *ſedit, ſi credatur Eggehardo, ab anno* 847 *uſque ad annum* 875, *quo mortuus traditur feſto Aſſumptionis S Mariæ: quo eum die, non reperimus ullis faſtis adſcriptum; tamen titulo Sancti eum honorant, Trithemius l.* 3 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 27, *Bruſchius & Wion in Epiſcopis Hildesheimenſibus, & Bucelinus ad diem* 9 *Decembris.*

k *Hic eſt* Sergius 11 *Papa, qui ſedit ab anno* 844 *uſq; ad annum* 847, *quo mortuus eſt* 12 *Aprilis. Hinc liquet aut Altfridum citius fuiſſe in Epiſcopum electum, aut id actum ejus necdum Epiſcopi conſilio.*

l *Solius* Innocentii *meminit Witichindus, quem Innocentium primum aſſerit Albericus in Chronico, & Reliquias anno* 849 *allatas tradit. Colitur dictus Innocentius* 28 *Iulii. Acta* S. Anaſtaſii *dedimus* 27 *Aprilis. Reliquiarum de hujus corpore acceptarum meminit etiam Tangmarus in Vita S. Bernwardi.*

m *Eggehardus de Altfrido Epiſcopo.* Hic anno Domini 852 cum Ludolpho primo Duce in Bruneteſhuſen, & quarto poſt anno in Gandersheim, Virginum cœnobium inchoavit. *Fuit* Gandersheim *celeberrima Abbatia* XXIII M.P. *Hildeshemio diſsita. Tangmarus eumdem annum* 852 *primo loco aſsignat: aſt anno* 856 *cœptum conſtrui monaſterium in Gandersheim tradit.*

n Willigiſus *ſedit ab anno* 972 *uſque ad* 1011, *hinc ſupra indicati anni* CXL (*perperam excuſi* CCXL) *computandi forent ab anno* 8 09 *indicato uſq; ad annum* 989. *Controverſia hæc latius deſcribitur in Vita S. Bernwardi.*

o Palliger *ſcilicet Archiepiſcopus Willegiſus, qui pallio utebatur.*

p Oſdagus, vir ſummæ caritatis ac caſtitatis, in ſancta religione probatus; *ſedit ab anno* 985 *ad annum* 989, *ut legitur in Chronico Hildeshemenſi. At Bruſchius*

A. WOLFHERRO EX MSS.

ſchius aſſerit ſediſſe ab anno 986 uſque ad an. 990.

q *Acta* S. Cunigundis Imperatricis, *illuſtravimus ad diem 3 Martii.*

CAPUT IV.

Illuſtres in Epiſcopatu virtutes. Baſilicæ conſtructæ & dedicatæ. Iuriſdictio circa Gandersheim defenſa.

Cœnobii Cathedralis diſciplinam curat,

23 BEatus igitur Godehardus, Pontificatus inſulis decoratus, Nonis Decembris Hildenesheim advenit, omneſque in ſuo adventu vere gratulantes invenit. Qui mox, ut cœnobii noſtri religionem, eotenus rationabiliter (Deo gratias) conſervatam agnovit; condignas illico divinæ miſerationi laudes perſolvens, omni eam devotionis ſtudio ampliare, & in divini cultus exercitio condecorare ſategit. Forinſecus vero de generali Cleri & populi gubernatione, Epiſcopali ſpeculatione, ſolerter invigilavit; pro qua etiam die ac nocte, omni vitæ ſuæ tempore, indefectivo gemitu, Domino indeſinenter ſupplicavit. Semetipſum vero in ſanctimonia ſolita, & primitus incepta bonorum operum aſſiduitate non ſolum caute cuſtodivit, ſed etiam religioſe dietim augmentavit. In vigiliis & orationibus, ac continua & certe vix credibili jejuniorum frequentatione, & largiſſima eleemoſynarum profuſione, & in ſumma totius divini timoris gravitate, uſque in finem, Spiritu ſancto corroborante, perſeveravit. Fuit igitur, ut nulla prorſus virtutis ejus panegyrica prætermittam, Regibus & Primoribus & formidini & honori; ceteris vero, unicuique ſecundum ſe, timori pariter & amori. Pro cunctis ſcilicet rite ſolicitus, & in Chriſto omnibus omnia factus, ſoli tantum ſibi gravis & auſterus perſtitit & parcus. Cœnobium ſuum Paſtorali cura ſapienter gubernavit, & Fratrum commoda, in victu & veſtitu, ceteriſque indigentiæ humanæ neceſſariis, ſæpius adauxit; quos etiam ad ſacræ religionis obſervantiam, Apoſtolice arguendo & obſecrando, multipliciterque informando, conduxit. Juvenes quoque & pueros, quos inibi bonæ indolis & ſapidos invenit, per diverſa ſcholarum ſtudia circumquaque diſpertivit: quorum certe poſtea ſervimine, variam ac multiplicem ſuæ Eccleſiæ utilitatem, in lectione, ſcriptura, &

juventutem in ſtudiis educat:

C

fabricas reſtaurat:

pictura, ac plurali honeſtiori Clericalis officii diſciplina, conquiſivit. Theſaurum nihilominus eccleſiaſticum, quem ibi numeroſum invenit, tam decenter quam & utiliter amplificavit; & quidquid in ædificiis eccleſiaſticis, non ſolum principalis ſuæ civitatis, ſed & in aliis ſuæ proviſionis locis, dirutum vel veteratum reperit, totum ſumma celeritate diſtrahere, renovare, & meliorare teſtinavit. Inter quæ tamen omnia baptiſmalem eccleſiam, quam felicis memoriæ Otwinus, X noſter Antiſtes, in honore S. Mariæ & *a* S. Epiphanii Epiſcopi (quem de Papia civitate, Dei dono, Patronum nobis adduxit) in *b* auſtrali parte noſtræ eccleſiæ conſtruxit; ſenio certe & negligentia delapſam, diruit; & in eodem loco monaſterium honeſtum, in prætitulato honore, primo ſuæ ordinationis anno, fundavit, quarto conſummavit: & ibidem Congregationem Canonicam, pluris ſane honoris & utilitatis, in Dei timore coadunavit; quam concambii ſui acquiſitione, ſufficienter veſtivit & pavit, abundantemque illic in futurum ad talia ſufficientiam condonavit.

a

b

Moguntiam venien: ad Synodum an. 1023

24 Miraculum ergo primum, quod per eum Chriſti gratia ipſo ſuo primo anno fecerat, in ſpem & gaudium lectorum hic interponendum merito opinor; quod ipſa veritate, quæ Deus eſt, teſte, non mentior, ab ipſo quidem uſque in finem penitus celatum; ſed à Clero & populo, qui intererant, divulgatum. Eodem anno Aribo Archiepiſcopus Imperatorem in Pentecoſten Moguntiam invitavit, ubi & Concilium generale coadunavit; in quo Epiſcoporum conſilio plura, quæ deviaverant, correxit. Præcipue tamen Ottonem Comitem de Hamerſtein & Irmgardam, illicite commanentes, ſeparare diſpoſuit; quod tamen penitus perficere non potuit; quia ille partim ſe Regali timore *c*, partim Epiſcopali commonitione utcumque correxit: illa vero publice bannos prævaricans, ibidem jus legemque, ut vel hodie claret, funditus perdidit. Ad idem Concilium Præſul noſter, & Imperiali & Pontificali vocatione allegatus, pulchra Cleri & militiæ frequentia etſi non ſponte comitatus, illo properabat. Et quadam die in pago, qui Logingaha dicitur, juxta prædictum Caſtellum Gruona, ubi gratia Dei & electus & conſecratus eſt, iter carpebat; & contigit ibi in villa quadam, mulierem à ſpiritu vexari immundo; & à parentibus vel propinquis per eccleſias ad Sanctorum patrocinia circumduci. Qui, dum novum Epiſcopum illuc adventare cognoverant, in occurſum ei, ſancta ejus opinione fiduciati, ſimul cum infirma concite properabant. Immundus vero ſpiritus, ipſa eorum feſtinatione pavefactus, per os infirmæ anxio clamore, quo duceretur, inquiſivit. Cui, cum dicerent, quod in occurſum Godehardi Epiſcopi traheretur; horrifico ſtatim mugitu & ejulatu, cœpit miſerabiliter refragari; & ne ad Epiſcopum veniret, ipſis, qui eum ducebant, mirantibus pariter & paventibus, reluctari, ejulans & vociferans, Godehardum ſe nec audire, nec poſſe videre. In eo certamine dum infirma à fidelibus, fide & ſpe, ut vere patuit, ferventibus, trahebatur; ſpiritus nequam tota violentia reluctabatur. tandem (Deo gratias) fugato dæmonio, mulier liberatur; & ad virum Dei, ubi ſub quadam arbore refrigerii gratia conſedit, ſana corde & corpore perducitur. Qui, cognitis rebus, timore pariter & gaudio compunctus, lacrymans gratias divinæ pietati, in faciem proſtratus, jure perſolvit; eidemque manus imponens, eam benedictione pariter & prece in fide confortavit; & valentem, imo & gaudentem, cum gaudentibus civibus & amicis remiſit; ſicque iter, quod cœperat, peregit. Unde eum omnes qui eum eo comitabantur, amplius & amabant & timebant, cujus coram Deo tale meritum cognoſcebant: quibus tamen, ſuper hoc facto, ſeria auctoritate ſilentium indixit. Sed nec ægra, quæ ſenſit; nec turba, quæ ſalutare miraculum vidit, reticuit.

D

c

dæmoniacam ſanat:

E

F

25 Erat etiam in Orientali parte civitatis noſtræ palus horrifica, & circum manentibus omnino plurali formidine invila, eo quod ibi, ut opinabantur, tam meridiano quam & nocturno tempore, illuſiones quaſdam horribiles vel audirent vel viderent; quæ à fonte ſalſuginis, qui ibidem in medio bulliebat, Sulza dicitur. Qua ille ſpectata, & illuſione etiam phantaſtica qua bruta plebs terrebatur audita, eamdem paludem ſecundo ſui adventus anno cum Cruce & Reliquiis Sanctorum invaſit, & habitationem ſuam ibidem aptavit; & in medio periculo Oratorium, in honorem S. Bartholomæi Apoſtoli, fundavit. Quo ſequenti anno conſummato & dicato, omne dæmonum phantaſma exinde funditus exſtirpavit: & eumdem locum omnibus commorantibus vel advenientibus gratum, & ſine qualibet tentatione habitabilem reddidit. Ubi xenodochium Chriſti, in receptionem pauperum ædificavit: quod omni humanæ indigentiæ commoditate abundans, fideli cuidam ſuo Presbytero Bernwardo, cujus hic nomen pro fidei merito jure interponitur, commendavit;

Ad Sulzam paludem à ſe expiatam,

oratorium & xenodochium ſtruit:

davit; per Christi nomen eum frequentius terribiliter obtestans, ut non solum illic commorantibus, sed & cunctis forte adventantibus victus & vestitus necessaria, ita convenienter provideret, sicuti pro hac ipsa sua dispensatione Deo rationem reddere deberet. *d*

26 Quoddam tamen talium genus, illos scilicet qui vel Monachico, vel Canonico, vel etiam Græco habitu per regiones & regna discurrunt, quos & Platonis more Peripateticos irridendo cognominavit; illos, inquam, prorsus exprobrando quasi execrabatur: quos tamen, propter nomen Christi quod profitebantur, necessaria sustentatione biduo vel maxime triduo consolabatur: sicque præbitis calceamentis vel vestibus, eos, ne cursus sui solitum oblivisserentur, discedere hortabatur. Aliquibus vero cum eo diutius permanare cupientibus, illam Gregorii in Dialogo sententiam ironice objecit: quomodo stultum viatorem, ad sacra loca properantem, inimicus per conviatorem suum, & per fontis vel prati amœnitatem, vel etiam ciborum dulcedinem decepit. Interdum vero à suis familiaribus, quod nec ei displicebat, admonitus, quod inter tales sæpius veri Dei amici invenirentur, illud statim Hieronymi ridiculum oppositit: Quia mendaces, inquit, faciunt, ut veridicis vix credatur. Si quos tamen talium in Dei cultu vel timore stabiles agnovit, hos nimirum privatim potius quam publice, quod & ipsi malebant, in his quæ ad Deum pertinent, adamavit. Sed & super delinquentes & noxios mira erat miseratione mitis & placabilis; ita, ut si quilibet talium confessionis & pœnitentiæ gratia ad eum confugerent; & delicta eis statim prompta clementia indulserit; & vigilanti cura eis, ne ulterius in talia necessitatis causa inciderent, omnem sufficientiam in posterum providerit: more quidem & exemplo sancti sui Patroni Nicolai Episcopi; qui eleemosynarum auro, & virginum incestus; & patris earum inopiam, & totius familiæ detestabilem ademit infamiam; & quorumlibet pauperum, ad se quoquo modo pertinentium, pia clementia sedavit indigentiam. Hujus, inquam, exemplo Præsul noster satagegat inopes ubique semper consolari; cui & cordi erat cum talibus colloqui, cum eis ludificando & etiam convivando jocundari.

erga peregrinos discretus

Lib. 2, 13

mitis erga pœnitentes,

liberalis erga pauperes.

27 Eo etiam anno à nativitate Christi MXXIV, piæ memoriæ Henricus Imperator, ordinationis suæ anno XXIII, ad Christum migravit; cujus quippe obitus, totam Christianissimi lætitiam, qui sub eo floruit, flebiliter conturbavit. Cui succedens vir nobilis & strenuus *e* Conradus, primum suæ felicitatis annum in natali Domini Mindæ initiavit: inde post Epiphaniam Hildensheim venit. Ibi etiam prædictus Aribo Archiepiscopus, qui vivente Imperatore jam per biennium obmutuit, iterum inventa occasione B. Godehardum super Gandesheim inquietare cœpit: quam tamen ejus machinationem novus Rex, Primatum consilio diremit. Sicque Rex, peragrata compendioso itinere Saxonia, Quadragesimali tempore per Thuringiam Franciamque in Bajoariam progressus, Reginesburg sanctum Pascha honorifice feriavit. Et ea æstate, partes Bajoariæ, Sueviæ, & Carentinorum, cum circumjacentium provinciarum terminis, pertransiens, Natalem Domini Leodii celebravit; ad Purificationem vero S. Mariæ, Augustæ mansit. Inde iter suum ad partes Italiæ direxit; & proximum Pascha Vercellis prospere celebravit: & ita contiguas circumquaque regiones, in novo regio decore, visitando peragravit.] Tertio quoque suo anno, Præsul noster Montem speciosum, in Occidentali parte civitatis, incolere cœpit; quem quinto post anno, titulo ac nomine S. Mauritii, summi sui Patroni, dicavit. Ecclesiam etiam pulchram in *f* Holthusen, in honorem S. Benedicti Abbatis, monachicæ conversationi aptam, dedicavit; & circumquaque per Episcopii sui terminum basilicas multas, vel ipse studiose ædificavit, vel ab aliis fidelibus Christi constructas grataner Deo consecravit.

e Sub Conrado Salico super Gandesheim frustra vexatur:

basilicas varias construit aut dedicat:

A. WOLFHERRO EX MSS. *f*

28 Eo tempore prædictus Aribo Archiepiscopus in natali S. Matthæi Apostoli *g* Selingenstadt, Concilium generale Episcoporum duodecim concivit; in quo Præsulem nostrum super prædicto Gandesheimensi territorio publice convenit: quam tamen Synodum unanimitas fratrum in futurum annum comperendinavit; Rex autem Natale Domini festum *h* Iporeæ initiavit: Inde ad limina Apostolorum tendens, feria tertia ante Cœnam Domini Romam, felici prosperitate gaudens intravit; & in sancto Resurrectionis Domini *i* die coronam Imperialis honoris, à Beato *k* Joanne Apostolorum Vicario, glorioste percepit. Inde in proxima Dominica regressus, pervasa circumquaque potestative ea regione, in pace repedavit; & Nativitatem sancti Joannis Baptistæ *l* Imbripoli, novus Imperator celebravit; ubi & defuncto in bona senectute *m* Henrico Duce Bajoariæ, filio suo; Domino Henrico eumdem Ducatum, Principum delectu, commendavit.

g

Denuo super jure prædicto conventus Seligenstadii

h

i

k

l

m

29 *n* Eo item anno, Aribo Moguntinus Franconovordi Concilium Synodi coadunavit, præsidente Imperatore cum Episcopis XXIII: in quo iterum beatum virum Godehardum, de sæpius præventilata causa, more suo, inquietavit. Ibi Præsul noster, tandem summa veritate, quæ Deus est, miserante pariter & adjuvante; Episcopatus sui proprietatem, super totum Gandensheimense territorium, testimonio septem Episcoporum, qui prædictam pactionem in Gandisheim & audierant, & viderant, canonice retinuit; scilicet Brunone Augustensi, concionante; *o* Wernero Argentinensi, decernente; ipso vero Metropolitano, vere invito, verbi Dei banno affirmante. Hi enim erant Episcopi, qui Seniori nostro suum testimonium, sicuti audierant & viderant, præbuerunt, id est, Bruno Augustensis, Ebehardus Babenbergensis, Meinwercus Paderbronnensis, Meginhardus Wirceburgensis, Sigebertus Mindensis, Hildiwardus *p* Citizensis, Bruno Mersburgensis.

n

& Francofurti,

iterum in Ganderheimensi causa victor,

o

p

30 Pulchra enim erat ibi & rationabiliter ordinata tam Regalis quam & Episcopalis confessio. Nam in Orientali parte ante altare Archiepiscopus Aribo cum suis Suffraganeis, Wernero Argentinense, Brunone Augustense, Meginwerco Patherbronnense, Eberhardo Babebergense, Meginhardo Wirciburgense, Godehardo Hildenesheimense, Branthoo Halverstadense, Wiggero Verdense, Hazecone Wormatiense, consedit. In Occidentali vero parte Imperator consedit; & à dextris ejus Piligrinus Coloniæ Archiepiscopus cum sibi subditis, Sigiberto Mindense, Sigifrido Mimigardense, Bennone Trajectense. A sinistris Hunfridus *q* Parthenopolitanus Archiepiscopus cum suis, Hildewardo Citizense, Brunone Mersburgense, Luizone Havesbergense, Thiederico Misnense. In australi autem plaga Episcopi Rambrechtus Wirdunensis, Rodolphus Slesvicensis, Hiltolphus Mantuanus, Reginoldus Aldenbergensis assederunt. In Aquilonari etiam, Abbates Richardus Fuldensis, Reginboldus Loresheimensis, Arnolphus Herveldensis, Gerbertus Moguntinus, cum aliis etiam ejusdem ordinis sex adfuerunt. Subsequens etiam natale Domini festum Imperator Leodii celebravit: Pascha vero Aquisgrani festive feriavit, ubi & filius ejus Henricus regalis nominis coronam à Piligrino Archiepiscopo, Cleri plebisque electione, honorifice percepit. Eo anno iterum Aribo Synodum

E

n

F

causam in Synodo præsens obtinet:

q

uti etiam Geizlica per legatum:

A. WOLFHERRO EX MSS. dum ſuam Geizlicę concivit, ad quam item Seniorem noſtrum Godehardum inquietandum, legatis & ſcriptis vocavit. Quo ille ire diſſimulans, venerabilem virum Tadilonem, Decanum noſtri cœnobii, cum Fratribus obviam ei miſit; qui eum honorifice ex parte Senioris ſalutando, de præteritæ Synodi diffinitione commonuit, & plurali altrinſecus auctoritatum collatione profuſa, Epiſcoporum auxilio eum ab ipſa repetitione, tunc tantummodo compeſcuit.

& Palidi 31 Sequenti quoque nihilominus anno, Imperatore Palidi conſidente, prædictus Archiepiſcopus ibidem Synodo habita, veterem querelam contra beatum virum, præſente Imperatore, incepit: ſed poſt multa & varia diſceptationum colloquia, vix tandem ab Epiſcopis commonitus deſtitit. Hoc etiam anno Bruno Auguſtæ civitatis Epiſcopus obiit, *f* cui *f* Eppo ſucceſſit. Wernerus quoque Strazburgenſis Præſul ſuſtollitur, poſt quem Wilhelmus ſurrogatur. Proximo quoque anno Imperator Mersburg Pentecoſten celebravit; ubi prædictus Aribo Archiepiſcopus & Senior noſter Godehardus inter ſe invicem ſuper diuturna eorum diſceptatione, reconciliati ſunt. Nam ipſe Metropolitanus Patrem Godehardum ſecreto coram Epiſcopis convenit; ſeque ſuper hac parochia erraſſe confitendo nuntiavit; & omnem fraternam ſatisfactionem, ſed & de præterita lite perpetuam taciturnitatem, ſub vero Chriſti & Eccleſiæ teſtimonio, promiſit; ſibique priora errata propter Deum remitti ſuppliciter petiit. Iſtud ergo hic veraciter inſcribitur, quia ipſo Domino Godehardo idem ſæpius in ſuo ſermone proteſtante publice, verum eſſe comprobatur.

B

ad denique Mersburgi, ipſo adverſario victum ſe fatente;

32 Eo anno Unewanus Archiepiſcopus Hammaburgenſis obiit, cui Liebizo ſucceſſit. Deinde Imperator Natalem Chriſti Patherbronnæ egit, ubi Aribo Metropolitanus in ſancto die inter Miſſarum ſolennia, publico ſermone habito, licentiam ab Imperatore & Confratribus Romam pergendi rogavit; ſimulque à Clero & populo indulgentiam ſibi à Deo impetrari poſtulavit. Sicque poſt Purificationem S. Mariæ iter aſſumens, Romam adiit. Inde vero digrediens VIII Id. Aprilis, ah! ah! obiit, anno ordinationis ſuæ XI: cunctis certe Catholicis merito flebilis, quia in omni eccleſiaſtica religione erat vere laudabilis. Cui vir ſimplex & rectus, Bardo Heveldiæ Abbas, ſucceſſit; qui, Deo manifeſte provehente, brevi ad culmen ſummæ perfectionis feliciter proceſſit. Cujus pietatis vita & actus hic plenius ideo non inſcribuntur, quia (Deo gratias) Moguntiæ pro ſanctitatis ſuæ meritis inter Apoſtolicos Sacerdotes magnifice celebratur. Unum tamen perfectionis ejus privilegium dicam, quod ei in noſtris confiniis à ſanum ſapientibus Clericis, honoris gratia, oblatum eſt; ſcilicet, ut æquivocato cum Beato Ioanne Epiſcopo cognomine, propter dulciſonam prædicandi melodiam, Bardo Chryſoſtomus diceretur *t*.

C

eui defuncto ſufficitur Bardo.

t

ANNOTATA.

a *Hiſtoriam tranſlationis corporis* S. Epiphanii *edidimus* 21 *Ianuarii die ejus natali.*

b *Chronicon Hildesheimenſe*: Domnus Godehardus, prima poſt ordinationem ſuam ætate pulchrum monaſterium in Orientali parte principalis noſtræ eccleſiæ honofice fundando inchoavit. *En* Orientalis pars, *quæ hic* Auſtralis *more iſtius ævi dicitur. Ibidem modo eſt Collegium Societatis Ieſu.*

c *Serrarius in Aribone interponit*: à quo jam expugnatus.

d *In Ms. Rottendorfii deeſt totus hic* § *& major pars ſequentis uſque ad*]

e *Acta* Conradi Imperatoris *accurate deſcripſit Wippo, ad Henricum Imp. iſtius filium. Edita ea ſunt à* D *Piſtorio cum magno Chronico Belgico.*

f Holthuſen, *ad Viſurgim fluvium,* XI *fere milliaribus Germanicis Hildesheſio diſtat verſus Occidentem.*

g Selingenſtat *celebre monaſterium ad Mœnum fluviam, inter Hanoviam & Aſchaffenburgum. Servantur ibidem corpora SS. Marcellini & Petri Martyrum, de quibus una & de hoc loco agendum erit* 2 *Iunii.*

h Iporea, *antiquis* Eporedia, *Italis* Yvrea, *urbs titulo Marchionatus inſignis ad Duriam fluvium, adjuncta Ducatui Pedemontano.*

i *Die* 26 *Martii anno* 1027.

k *Hic eſt Papa* Ioannes 9, *qui Sedit ab anno* 1024 *uſque ad an.* 1033.

l *Hæc eiſdem verbis referuntur in Vita S. Meinwerci Paderbornenſis Epiſcopi ad* 5 *Iunii danda.* Imbripolis *autem dici omnino hic videtur* Ratisbona, *vulgo* Ragensburgh: *Teutonibus enim* Regen *ſignificat imbrem ſeu pluviam: eſt autem intra Bavariam, Imperialium Statuum conventu hodie nominatiſſima civitas: cum autem res quæ hic acta narratur concernat Bavariam, & clara ſit nominis indicati etymologia, nihil nos commvet diverſitas ſcriptionis, qua nomen in variis Mss. corruptum,* Imbrolis Imbripolis *&* InBripoli *exprimitur. Surius hic excudit* Herbipolis. *Apud Browerum excuſum eſt* Werle *qui* Saxoniæ E oppidum *eſſe aſſerit Browerus: eſt nempe in Ducatu Weſtphaliæ, olim* Saxoniæ Occidentalis *nomine appellatæ: quod nihil facit ad hunc locum.*

m Fratre Imperatricis Cunigundæ, *uti additur in Vita S. Meinwerci.*

n *Reliqua ad finem capitis deſunt in Ms. Rottendorf.*

o *Ms. Græc.* Wermherio, *aliis* Wernahero.

p *Sub hoc Sedes* Citizenſis *Naumburgum Tranſlata fuit, utraque autem urbs in Miſnia eſt.*

q *Id eſt* Magdeburgenſis.

r *Vghollo* Holphus *dicitur, natione* Germanus, *& notatur* ſediſſe ab anno 1017/ad an. 1044.

ſ Eppo *in Ms. Græc.* Ebbo, *aliis etiam* Eberhardus *&* Gebhardus, *mortuus anno* 1048.

t Bardo *pluribus Faſtis adſcriptus eſt* 10 *Iunii. Variæ ejus Acta collegit Serrarius in Moguntiacis.*

CAPUT V.

Miracula. Obitus Tadilonis & ſuus prædictus.

Puer fœde contractus & leproſus, 33 QUodam etiam tempore, cum more Epiſcopali beatus Præſul noſter Godehardus, viſitandæ commiſſæ plebis gratia, Parochiæ ſuæ terminos circuiret, *a* Huginhuſen curtem ſuam adiit. F Ibi cum eleemoſynarum largitate, qua præ cunctis *a* ſtudebat, pauperes reficeret; quædam vidua pauper ex eadem familia filium ſuum ejus conſpectui obtulit, puerulum pauperculum, miſerrimo infirmitatis genere debilitatum: nam partim paralyſi, partim lepra vexabatur; diſtortiſque nervis membrorum, à tota corporeæ formationis utilitate diſſolvebatur: manus enim cum brachiis, & genua cum pedibus & tibiis, putrido tumore & profluenti ſanie manabant, adeo ut nec greſſum quoquo modo movere, vel ſaltem reptando poſſet uſquam prodire. Quem *ſuſceptus a Sancto,* ille & vultu, & corde hilari, quaſi vere donum Dei grataner ſuſcepit, & ſuis cubicularis diligentius commendatum ſecum deduci præcepit: Potens eſt, inquit, Deus, qui ab initio non dedignabatur miſeris & peccatoribus, diverſo pietatis ſuæ remedio, ſubvenire, nos etiam ſuper hoc pauperculo, ſolito pietatis ſuæ more, lætificare. Qui puer ad principalem noſtram eccleſiam cum Epiſcopo perductus, & non ſine magno puerorum, qui eum ſervabant labore per aliquot hebdomadas ſuſtentatus; tandem poſt quatuor vel quinque menſes cœpit paulatim plane

intra annum convaleſcit:

A plane ex beati viri meritis & precibus convaleſcere, & ſedato partim tumoris & ſaniei profluvio, interdum aſſurgendo, interdum vero proreptando, quaſi ad greſſum membrorum nervos exercere. Quod Præſul pius agnoſcens, præ gaudio ſæpius illacrymans, divinæ miſerationi grates debitas retulit; cui & intentius ſupplicare (ut poſtea, vere donante Deo, patebat) non deſtitit. Nam intra anni ſpatium, ut certe apud nos omnibus notum eſt, puer fugata morborum multitudine, laxataque nervorum contractione in melius, convaluit, & de die in diem ad quodlibet ſervitutis officium valenter profecit. Idem namque homo, Werinus nomine, jam per viginti & eo amplius annos in capella Epiſcopali incolumis deſervit; niſi quod, quaſi in teſtimonium virtutis Dei, in ſemetipſo certe, in cruribus & in manibus ipſas membrorum torturas, &, ut ita dicam, gibbos quoſdam cunctis ſe videntibus oſtendit.

& poſt alios plurimos ejus precibus curatos,

B

34 Aliis quoque permultis, varia humanæ conditionis fragilitate laborantibus; quibuſdam ſcilicet (quod & graviſſimum eſt) peccatorum pondere preſſis, quibuſdam vero diverſa infirmitatum moleſtia detentis, ad ſe confugientibus, opem ſuæ interceſſionis impertivit; eoſque infatigabili ſanctarum precum inſtantia, & ab imminenti periculo liberavit, & in futurum Deo auxiliante, à talibus cuſtodivit. De quibus quàm multa multis plane cognita veraciter enarrare potuerim, niſi ea ab illis, tunc ipſo cogente, diſſimulata, ea maxime cauſa ſilendo modo præterierim, ne aut lectoribus altius faſtidium ingeratur, aut ad talia pigris incredulitatis peccatum augeatur. Unum tamen dicam, quod quaſi joculari ridiculo Goſlariæ effecit, quando ibi in Curte Regali, in poſtremo ætatis ſuæ tempore, juſſu & petitione Giſlæ Imperatricis, eccleſiam conſtruxit *b*.

b

matrona laborans ophthalmia,

35 Erat ibi matrona quædam, in laicali converſatione poſita, ſed in timore Dei intime devota, Hathzeca nomine, cujus filium ipſe Epiſcopus, pro fidei religione quam in ea ſentiebat, de ſacro fonte ſuſcepit; quam, quodam tempore contigit, graviſſimo oculorum dolore vexari; & per aliquot dies adeo, ut nec cibum nec potum accipere, nec aliquam corpoream quietem habere poſſet, cruciari. Quæ tandem, cogente graviſſima doloris anxietudine, filiolum ſuum ad Epiſcopum cum eulogiis tranſmiſit; eique infirmitatis ſuæ nimietatem intimans, aliquid medelæ ſubſidium ab ejus pietate queſivit. Quibus Præſul auditis, læta hilaritate ſubriſit; & flores quoſdam rubicundos de arbore quæ lingua Teutonica *c* Spinnelbaum dicitur, ei forte in ipſo momento à paupere quodam allatos, ſigno Crucis munivit, & eidem puerulo dedit, dicens; Affer hos floſculos amicæ meæ, matri tuæ, ut illos in mei memoriam ſecum habeat, & à Deo ſalutis remedia poſcat. Nec mora, ut ipſa nobis ſæpius jurando retulit, ut ipſos flores ægris oculis admovit, omnem illico totius infirmitatis dolorem à ſuo capite, mirabili celeritate, diffugere cognovit: & ſtatim, apertis vel oſtiis vel feneſtris cubiculi, quæ jam per aliquot dies diligentius ejus ægritudinis cauſa claudebantur, cœpit clarius videre, & nihil prorſus hujuſmodi moleſtiæ amplius ſentire. Quæ poſtera die ad Epiſcopum pervenit, & gaudens ſimul & lacrymans, gratias condignas divinæ miſerationi ejuſque viſitationi humiliter retulit. Quam ipſe benigne conſolando ſuſcipiens, & in Domino corde firmo ſperare & indeſinenter benefacere præcipiens, oculos ejus à Presbytero ſacro oleo, quod infirmorum dicitur, ungi mandavit. Quæ certe unctio, ejuſque pia deprecatio, eam ab eodem dolore, uſque in finem integre ſanavit.

C

c

floribus ab eo benedictis ſanatur.

36 Illud quoque, quod in antepenultimo præſentis vitæ anno ei accidit, propono, in exemplum &

cautelam fidelibus, & timorem & formidinem negligentibus. Erat ſane in noſtra congregatione quidam Presbyter, ex familia eccleſiæ ortus, litteralis ſcientiæ (ut in pace veritas procedat) pene ignarus, ſed mundanæ ſagacitatis ſubtiliter & ſupra modum gnarus: qui ex infima paupertate ad ſummas divitias, cunctis mirantibus, ſuccrevit. Qui primo à Domino Bernwardo Epiſcopo feliciter exaltatus, ſed ab Imperatore Henrico, pro quibuſdam cauſis, quæ modo melius ſilentur, humiliatus; iterum ab hoc beato viro, quia utilis ei ad res Eccleſiæ videbatur, pia miſeratione ſublevatus, varie tamen inter adverſa & proſpera ſæpius habitus; poſtremo autem in tantum ſibi tanti Pontificis animum ſua calliditate conciliavit, ut perplures ante fideliter miniſtrantes Epiſcopo abalienaret; eoſque tam herili gratia, quod eis certe moleſtiſſimum erat, quam & dignitate & proprietatis utilitate privaret. Sed ne hoc aliquibus mirum videatur, quia B. Gregorio teſte, ſæpius fit, ut occupato in pluribus & maxime in divinis animo facile ab adulantibus ſubripiatur; tandem ille ab omnibus publice maledicitur, & etiam interdum Epiſcopo à ſanum ſapientibus hujuſmodi inſolentia objicitur: qui & ab his tandem, qui inſontes abalienati ſunt, in gratiam reducitur.

A. WOLFHERRO EX MSS.

Presbyter genere vilis in aliorum damnum

ſua aſtutia Sancto obrepens.

37 Præſul tamen pius, poſt aliquot annos de talibus clarius certificatus, & ſuper eos, qui injuſte lædebantur aliquando ad veniam inclinatus; die quadam convenire de noſtra congregatione Præpoſitum & Decanum, cum aliquot Fratribus, ceteriſque ſuis primoribus Holthuſen, ubi tunc forte manebat, mandavit; aſſidente etiam viro venerabili, ſuo ex ſorore nepote, Ratmundo Altahenſis Cœnobii Abbate, præſente eodem Presbytero, omnibus, qui ſe ab eo læſos querebantur, coram licentiam fandi donavit. Statimque ſine mora, plura querelæ genera, tam ab ipſo Abbate ſuiſque, qui hoſpites intererant, quam & à noſtris proferuntur, quæ contra eum publice à cunctis quaſi uno ore dicuntur. Querebantur enim omnes ſimul, primo generale Eccleſiæ & Epiſcopalis honoris ſcandalum, deinde cives & hoſpites quiſque ſpeciale injuriarum ſui detrimentum. Quibus ille auditis quaſi inſultando, ut erat callidiſſimus, ſubriſit; & velut admirans, quæ hæc eſſent? inquiſivit; ac deinde commentis mundanæ ſuæ ſapientiæ, qua plane plenus erat, quæ vere ante Deum ſtultitia computatur (ut in ipſo manifeſte patuit) objecta quæque eloquenter repulit, omneſque ſibi adverſantes, mirabiliter quaſi mutos & elingues reddidit.

E

cum omnia ſibi objecta callide refutaſſet;

F

38 Pius Præſul, tandem Spiritu ſancto vere compunctus, & inſuper etiam mirabili ſtupore permotus; conſiderans pariter & manifeſtam rerum veritatem, & fiducialem cordis ejus temeritatem; illico omnium voces compeſcuit; & modificato ſermone, cunctis admirantibus, ita incepit: Hildewine, inquit (ſic enim vocabatur) ecce omnes circumſtantes, ut tibi videtur, vicisti; ecce omnes ſubtilitate tua, Deo veritatem inſpiciente, quaſi mendaces oſtendiſti; jam modo ad me convertere, & ſoli mihi, per Chriſtum adjuratus, veritatem reſponde. Euangelica, inquit, te ſententia aggredior; &, quia ſenſum Euangelicum non plane ſapis, te Teutonico ſermone alloquor. Hildewine, inquit, Diligis me? Ille ſtatim fiducialiter, Vere, ait, diligo te. Item Epiſcopus, Hildewine, inquit, Diligis me? at ille, certe, ait, diligo te. Itemque Epiſcopus tertio, Hildewine, inquit, Diligis me? Tandem ille miſer, Euangelico exemplo ſtupefactus, ſed non rite, pro dolor! compunctus, irato pariter & flebili ſermone, reſpondit, Deus, inquit, qui omnia ſcit, ipſe ſcit, quia vere diligo te. Tunc Præſul: Ecce, inquit, ſiquidem ve-

de vera ſui dilectione ab illo adiuratus,

nec pejerare reverens,

A. WOLFHERRO EX MSS.

rum dicis, mihi satisfeciſti; ſin autem decipis, temetipſum miſerabiliter obligaſti. Sed ſi me, ut dicis, fideliter diligis, paſce oves meas, id eſt, dilige fratres & amicos meos, etiam hoſpites & pauperes meos, dilige conſervos & domeſticos tuos. Unde, & per Deum te commoneo, ut ſi vere juraſti, te in veritate cuſtodias; ſi quo minus, digne pœniteas; & ſub hoc pacto jam domum regredere; & dignitate pariter & beneficio ac proprietate tua, in gratia mea, ſiquidem Deus annuerit, utere. Sicque conventum illum, cunctis admirantibus pariter & paventibus, dimiſit.

paulo poſt epulas

39 Illos tamen pariter ibi caritatis exhibitionem ſuſcipere, & ſic in pace diſcedere præcepit. Inter quos Hildewinus lætus & hilaris, & quaſi de victoria ſua exultans, ad prandium conſedit; & inde incolumis rediit. Ad veſperam vero domi cum ſuis conſedit, jocundus & epulans; & in eos ſane, à quibus ſe læſum dolebat, convitia & minas intentans. Sic lectum petiit; & ſoſpes, ut ſibi videbatur, quievit. Mane diluculo, ad providendum ſuum miniſterium iturus, valenter ſurrexit; calceamenta citius induit; ſed ad induendas tunicas aſſurgens, concitus corruit, & mirabili celeritate præoccupatus, miſerabiliter expiravit. Plures tamen & ampliſſimas *d* [opes] in ſua proprietate, in innumeris & pretioſis veſtibus, & alia pecunia, & etiam peculio, dimiſit; quas tamen beatus Præſul, de ejus morte ultra quam credi poteſt condolens, totas pro animæ ejus remedio pauperibus penitus erogari præcepit; remiſſionemque ei peccatorum ex corde, etſi ſero, indulſit; & pro animæ illius ereptione, jejuniis & obſecrationibus ſæpius inſudare non deſtitit. Quia ergo nos eum modo, ultra debitum plus neceſſariæ veritatis, quam invidiæ vel odii cauſa reprehendimus, & ejus negligentiam, noſtra fortaſſe minorem, pluribus patefecimus; obſecramus (ô lectores) veſtram dilectionem, ut cum hæc legeritis, indulgentiam ei & remiſſionem peccatorum, pro noſtra certe felicitate, à Domino imploretis; & ſic forte hæc noſtra reprehenſo fiet illi, ante miſericordiam Judicis, venialis remiſſio.

miſere perit.

d

B

Tadilonis viri optimi morte prædicta

C

40 Erat quoque in noſtra congregatione vir vitę venerabilis, ac in omni canonicæ regulæ obſervatione jure laudabilis, nomine Tadilo, de quo etiam ſupra pauca retuli; primo ſub Domino Bernwardo, pro fidei & induſtriæ prærogativa, Vicedominus; ſed ab hoc beato Pontifice, pro utilitate Eccleſiæ, Decaniæ ac ſcholari Magiſterio præſtitutus: &, quia ei pro pietatis & caſtitatis merito cordetenus complacuit, eum ſibi in Conſecretalem & Symmyſtam in Dei ſervimine adoptavit. Erat enim, tota Eccleſia quæ eum noverat teſte, grandævus & emeritus, humilitate & dilectione præclarus, in regendis vero ac commonendis fratribus, media caritate ſeverus; & in toto virtutum exercitio coram Deo ſolicitus. Nam in admonitione ſua illo ridiculo proverbio ſæpius utebatur; Diligant, inquit, homines, oderint vitia. Huic beatus Pontifex ante aliquot menſes ſæpius, ut nobis videbatur, jocando prædixit, quod aut ſecum, aut paulo ante ſe, ex hac vita eſſet emigraturus. Noviſſime vero ei in poſtremis decumbenti, per prædictum Abbatem nepotem ſuum, quem ad eum viſitationis gratia ſua vice direxit, ſerio mandavit, quod ſacram olei Unctionem, vere pœnitendo & commiſſa ſua confitendo, plena fide ſuſciperet, & Corporis Sanguiniſque Chriſti Sacramento munitus, intrepidus præmigraret; promittens ei veraciter ſe ſuperſtitem pro ejus animæ remedio Dei gratiam indeſinenter obſecraturum, & eum in proximo anno in pace Chriſti ſubſecuturum. Qui Abbas eumdem dilectum & jure ſemper memorandum Magiſtrum noſtrum, cum aſtantibus Fratribus, ſacro oleo perunxit;

ſecuturum ſe proximo anno promittit Sanctus:

eique ex poteſtate & juſſione Epiſcopi plenariam remiſſionem indulſit; qui felix poſt biduum vere ad Chriſtum migravit. Cujus tamen obitus nos acriter contriſtavit, quia Congregationem noſtram tanti viri patrocinio & conſilio magiſterioque privavit. Verum certe, & Clero & populo teſte, dicimus, quia numquam ejus ordinis virum, in omni eccleſiaſtica probabilitate, honeſtiorem vel vidimus vel videbimus: cujus certe memoriam jure nos cordetenus retinere debemus, quem vere ante conſpectum Sanctorum noſtri recordari non dubitamus. Sic ergo prophetiam hujus beati Præſulis liquido Deus adimplevit, qui eum poſt annum & tres tantum menſes ex hac vita feliciter exemit.

D

quo defuncto

41 Jam autem beati patris Godehardi appropinquante manifeſtius fine, ſemper operum bonorum augmentis de virtute in virtutem anhelabat, ut videre mereretur Deum Deorum in Sion. Et jam ceſſante practicæ plurali officio, in ſolo ſe indeſinenter theoriæ affixit exercitio, tria tantum de generali ſpecialiter eximens, pſalterium, eleemoſynam, & præ omnibus jugiter ſibi ſociam & amicam abſtinentiam; adeo ut ſi raro feſtiviori tempore, cogentibus per obedientiam Fratribus, aliquid lautioris cibi vel fortioris potus contra morem ſtomachi perceperit: moleſtiæ magis corpori, quam refectioni fuerit. Et tunc ſupremum præſentis vitæ Natalem Chriſti anno ſcilicet *e* MXXXVIII Imperatore Goſlariæ ſedente, ipſe Holthuiſen votive celebravit; ſolvens certe ſecundum Euangelium, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo; ſemet quippe, prædicto more, Chriſto ſpirituale ſacrificium immolans, ſed & ſuo nihilominus Clero ſane & populo in divinis & humanis, pro ritu & etiam debito, juxta vires congratulans. Sacratiſſimos etiam Quadrageſimæ dies, & ut ipſe ſæpius jocundando proclamabat, ſaluberrimos, ſummo cordis ac mentis affectu hilaris expectabat; quos corporaliter quaſi extra corpus mirabiliter tranſiens, vix cohærentibus nervis ad ſacro-ſanctum Paſcha pervenerat. Attamen Dominicam Palmarum, Cœnamque Domini, & feſtum *f* Reſurrectionis Chriſti, debito Epiſcopali officio, ultra vires collecto robore, peregit: ſicque Paſchæ ferias, per circumpoſitas ſtationes, juxta ſolitam religionem, admonendo fideles, viſitavit. In quibus etiam diebus ſæpius publice denuntiavit, ſe modo cum illis ultima corporalis conſortii lætitia jocundari; & in Aſcenſione Domini, quo Deus juſſerit, invitari. Nos vero hæc audientes, quaſi deriſimus; quia eum jam quantoties de regreſſione antiquæ ſuæ patriæ, videlicet Bajoariæ nobis minitantem, audivimus.

ipſe feſtorum periodos religioſe decurrens

E

e

f

propriæ mortis diem deſignat.

F

ANNOTATA.

a *Mss. Græc. & Rottendorf.* Huginhuſen. *Surius* Engelhuſen.

b *Obſervat Browerus eccleſiam hanc à S. Godehardo non abſolutam, & poſtea à S. Leone* IX *Papa conſecratam: quod videtur contigiſſe anno* 1049, *quando hic Henricum Imperatorem, Conradi filium, in Saxonia commorantem, adivit: uti diximus* 19 *Aprilis ad hujus Vitam* § 2.

c Spinnelbaum, *ab eo dicta arbor quod fuſis fabricandis optima ſit, ideoque à Kiliano in Etymologico Teutonicæ linguæ* Carpinus *Latine redditur, quæ de genere Aceris, lentitudine præſtat: ſed non video, quos ea arbor flores ferat: idem addit & græcum nomen* Euonymus, *& hac ſola utitur Schonslederus noſter ad vocem* Spindlbaum; *quæ Theophraſto eſt arbor Punicæ malo ſimilis, adeoque florigera, frequens in Lesbo, nobis Belgis ignota.*

d *Deeſt hæc aut alia ſimilis ſignificati vox.*

e *Hic aliquod ſcriptoris* ζφάλμα *eſt, geſta annorum* 1038 *&* 1039 *confundentis. Nam Conradus Imp. anno* 1038,

A 1038, *quo obiit S. Godehardus, fuit in Italia: & Natalem Domini, à quo annum auſpicantur, celebravit Parmæ: inde Apuliam petiit, ac Pentecoſten peregit Capuæ. At reverſus in Germaniam, anno* 1039 *feſtum Nativitatis peregit Goslariæ, Pentecoſten Vltrajecti, ac poſtridie* 4 *Iunii ibidem ſubito extinctus eſt. Pro anno* 1038 *(quem ſubſtituimus ex Ms. noſtro Chronico Saxonico, & Chronico Hildesheimenſi & aliis) legitur apud Browerum & in Ms. Rottendorfienſi anno* 1036, *& in Ms. Græcienſe* 1039, *quo ſcilicet Goslariæ fuerat Conradus Imp. Reliqua ſupra attigimus.*

f *Die 26 Martii, quo Paſcha fuit celebratum.*

CAPUT VI.

Morbus, obitus, ſepultura.

Adenſtadii morbo ſuccumbens

42 POſt Albas itaque à nobis digreſſus, cum prædicto ſuo nepote Ratmundo Abbate, Adenſtadt, quo inceptam jam noviter eccleſiam conſummare ſtudebat, devenit; nec infirmitati diutius reluctari valens, deficiente carne, decubuit. Quo flebili rumore comperto, prædictus Abbas, vir certe corde & animo divinæ ſervituti mancipatus, & Præpoſitus noſter ac Decanus cum Prioribus, ad eum viſitationis gratia convenerunt: quem tamen diſſimulato

B languore, ſolito more, eccleſiaſticò labori aſſidentem, circumſtantiumque manibus ſuſtentatum invenimus. Quos advenientes ſolita caritatis hilaritate lætus ſuſcepit, & quaſi oblita moleſtia, adventus eorum cauſam admirando perquirens, reportari ſe ad cubi-

a culum præcepit. Ibi, admiſſo *a* ſpecialiter Clero,

Clero ſe viſenti: primo ſingulos quoſque de ſuæ obedientiæ procuratione ſolerter admonebat; ac deinceps omnes generaliter de ſacræ fidei & religionis obſervatione, tam ſalubriter quam & terribiliter, obſecrando ſimul & arguendo informabat; deinde ſe orationibus eorum,

prædicit mortem & ordinem exſequiarum contra callidi tentatoris inſidias & fraudes, commiſit: eiſque obitus ſui diem & tempus, funeriſque & exequiarum & etiam ſepulturæ ordinem, ut poſtea evenit, quaſi alludens, liquido prædixit. Ite, inquit, & ad ſuperventuram Dominicæ Aſcenſionis lætitiam vos quiſque, pro ſuæ obedientiæ qualitate & etiam pro ſpiritualis prærogativæ quantitate, præparate: & meum adventum læti, & quaſi vere mecum hic & in futuro congratulaturi, expectate: nam in vigilia Aſcenſionis in montem, ad ſanctum meum Patro-

C num Mauritium, adveniam; & ibi noctem diemque ſanctam agam. Abbatem tamen vobis, qui vice mea Proceſſionis & Miſſarum ſolennia peragat, mittam. Et ſic elevatis oculis, altiuſque ſuſpirans, quaſi tamen arridens, Nocte, inquit, illa, ut Chriſtus voluerit peracta, in feria ſexta diluculo ad ſanctum Michaelem veniam, cum Abbate & fratribus pernoctaturus, inde Sabbato ad S. Andream oraturus, & inde vos adeam vobiſcum penitus permanſurus. Diem vero Dominicam, convocatis Fratribus & amicis, ſolenniter celebremus, & ita totius noſtri feſti jocunditatem penitus terminemus. Et hæc dicens, benedictionem dedit; ſicque nos mirantes pariter & ſtupentes, dimiſit.

cubiculariam puerum ſua veſte induens,

43 Habebat quoque beatus Pater in privato ſuo miniſterio juvenem quemdam illuſtrem, filium viduæ, pictoriæ artis opificem, qui vilia ejus veſtimenta calciamentaque ſervabat, nomine Bunonem; cui ab initio ejuſdem anni, quod ſecum patriam ſuam, id eſt, Bajoariam, perrecturus eſſet, ſæpe præcepit. Nam, ut prædiximus longe ante, ſæpius ſe patriam ſuam reviſitaturum ſerio promiſit, & pluribus cujuſque ordinis ſe ultroneos offerentibus, ac paritet cum eo proficiſci cupientibus, grates devotioni eorum retulit, & ſolum tantum Bunonem ſecum iturum præele-

git. Eodem quippe die, ante adventum Cleri, ut prædiximus, dum more ſuo in abditis veſtimenta ſua mutaret, eidem juveni præcepit, ut eadem veſtimenta quæ depoſuit indueret, & ad eum concitus veniret. Quæ verba ille, quaſi deliramenta vel irriſione plena, contempſit; Præſul vero ac ſi dedignando cubiculariis dixit; Ite & veſtimenta quæ depoſui induite ei, & ad me deducite: qui ſtatim eum poſt velum cubiculi trahentes induerunt, & in conſpectum, velut irridentes, reduxerunt. Quem ille diu intuens, ait: Vere ſcias, quia in eadem veſte *b* rumorem invenies. His dictis, puer exivit; & in ipſo momento intolerabile eum frigus invaſit, & hora eadem ægrotans, lecto procubuit. Quem cum poſt diſceſſum Fratrum Epiſcopus requireret, dictum eſt, quod ægrotaret, accerſito Procuratore præcepit ei, dicens; Puerum illum caute & ſine moleſtia fac ad matrem ſuam deduci, ut in occurſum meum paratus mecum poſſit proficiſci. Qui ſtatim deducitur, & decreſcentibus dietim viribus ad extrema præparatur.

A. WOL HERRO EX MSS.

b

à morbo mox contracto obiturum indicat:

44 Deinde Præſul noſter, ingraveſcente febri, Holthuſen, ubi confluenti Eccleſiaſtico more adviſitationem tanti viri multitudini ſufficiens ædificiorum erat copia, provehitur. Ibi, inter multam Cleri populique frequentiam, quadam die venerabilis domina Sophia de Gandesheim advenit; quæ tandem (ut in pace loquar) depoſita priori pertinacia, plena ſe fide & devotione ad beati Præſulis familiaritatem convertit. Quæ tunc, occaſione inventa & populari turba remota, aſtante Clero, de frivola quadam pertinacia, quæ de ſuæ Eccleſiæ Clericis contra beatum virum increvit, exordium fecit, & debitam ſatisfactionem promittere cœpit. Ad cujus verba illa, partim morbo cogente, partim vero (ut nobis videbatur) indignatione permovente, iracunde reſpondit, & in futurum talia ſuſpendi, rogavit. Illa vero commotionem ejus diſſimulans, & obitum ejus celeriorem formidans, item itemque in ſua ſatisfactione, etiam lacrymando, perſtitit; eamque, ut recipere dignaretur, obſecrando poſtulavit. At ille, Domina, inquit, per Deum pauliſper reticete, & hæc, donec in feſtivitate S. Mariæ conveniamus, ſuſpendite. Ipſa autem, ut videbatur omnibus, finem ejus citius adventurum intelligens, & tamen, verba ejus vehementer expaveſcens, Utinam, inquit, o Pater dilecte, tam diu nobis vita veſtra ſuperſit, donec hoc tempus venerit. Ille vero fortiter, collectis viribus, apertiſque oculis, & omnibus diu circumſpectis ait: In poteſtate quidem Dei vita noſtra, exituſque vere conſiſtit; in veritate tamen, quæ Deus eſt, dico vobis, quia in feſtivitate S. Mariæ, ubi Deus voluerit, certe ſimul erimus; ibidemque coram, veraci teſtimonio, & de his & de aliis etiam, quæ inter nos diſſident, tractabimus: & hæc dicens, compreſſis oculis, reticuit. At ipſa, nimio ſtupore paveſacta, ſilentibus circumſtantibus, ait, Heu me miſeram; numquidnam ſum moritura, eumque in proximo ſubſecutura? Nec tamen amplius eum inquietare præſumpſit, ſed humiliter ſibi ab eo indulgentiam ſimul & licentiam petiit. Item ille, apertis oculis, eam breviter, imo & ſalubriter, de ſacræ religionis obſervatione commonuit, ac de plurali ſuæ obedientiæ proviſione coarguit; & ſic, elevata dextera, eam benedictione munivit; eique, pro tempore, remiſſionem indulgens, non ſine magno, ut ipſa fatebatur, timore dimiſit.

& Sophia Abb. ſibi reconciliata

E

cum ea ſe futurum in feſto S. Mariæ prænuntiat.

c

F

ejus obitum prædicit:

45 Tranſacta autem hebdomada, Beatus Pater, jam deficiente funditus corpore, ab Abbate ceteriſque Fratribus ſacri olei liquore eccleſiaſtico more perungitur, & ita, ut prædixit, in Vigilia Aſcenſionis Domini, in montem S. Mauritii tranſvehitur. Ibi ſtatim ad eum Fratres flendo convenerunt; nec amplius amaritudinem doloris, quo cordetenus ve-

In montem S. Mauritii pervectus 3 Maji

A. WOLFHERRO EX MSS.

xabantur, abſcondere valuerunt. Cetera vero innumerabilis multitudo fidelium confluxit, quam non minor pro obitu cariſſimi Paſtoris afflixit amaritudo: quos tamen ille, licet jam deficiente pene lingua, benigne conſolando dimiſit, & diluculo iterum advenire mandavit. Quibus diſcedentibus, & ſacram noctem illam in magno dolore ducentibus, beatus Pater, conſueto ſibi more, Pſalmos ſemper, quaſi pro dulci refectione, ruminabat; & in tali meditatione curſum ſuum conſummans, pernoctabat. Summo vero diluculo, iterum Clerus, peractis Matutinis, advenit: quem ipſe affatu item ſupremo breviter, attamen ſalubriter, de ſacræ religionis & obedientiæ obſervantia commonuit. Sicque confeſſionis verſu cum eis communiter prolato, ad celebranda cum Abbate Miſſarum ſolennia, valedictione ultima dimiſit. Præſul autem clemens, non immemor ſuæ promiſſionis, de prædicto ſuo cubiculario Bunone requiſivit ſolicite; quem ubi deſperati corporaliter cognovit, ei per nuntium mandavit, dicens: Conſolare, puer meus, in Domino, & confortare; quia jam tempus inſtat, quo mecum ad patriam æternæ beatitudinis debes vere pervenire. Quæ verba puer lætus audivit, & nil jam de vita præſenti meditans, in ipſa ſacra Aſcenſionis Domini die, Viaticum ſalutare petivit: quo percepto, gaudens promiſſionem beati Præſulis expectavit.

cubiculario morituro valedicit.

B

46 Miſſarum igitur apud nos celebritate peracta, refectioneque feſtive percepta iterum Fratres hora jam diei decima ad Pontificem dilectum revenerunt; & pene linguæ officio ceſſante, corde vero, juxta Apoſtolum, ſpiritu & mente pſallente, pſalmos in ſolo pectore difficulter ruminantem invenerunt. Tunc, inito conſilio, pueros quatuor ſcholares ex utraque lectuli parte ſtatuerunt, quos pſalterium à principio aperte & diſtincte recitare fecerunt. Quibus beatus Pater auditis, quaſi hac melodia delectatus, aliquantulum quievit; interdum & ſimul cum illis pſallere geſtivit: verſus tamen illos præcipuos, qui ſpecialiter ad ſupplicandum Domino pertinebant, apertis elevatiſque oculis altius ructitabat. Media autem nocte jam finito pſalterio, jam imminente manifeſtius fine, matutinale Officium inceperunt; & dum ad pſalmum, Benedictus Dominus Deus Iſrael, pervenerunt, vir beatus in ultimo agone tunc deſudans, vix dum apertis oculis, Clero cantante, Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent; ille, Ad dirigendos, inquit, pedes noſtros in viam pacis; & in hoc verbo, dum à Clero, Gloria Patri, cum Antiphona, Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum, canebatur; ipſe ab aſtantibus de lecto levabatur; ſicque vere felix, illa anima, quaſi obdormiente corpore, carnali ergaſtulo ſolvebatur. Conſonantibus ſtatim ibidem campanis, Fratres, qui in monaſteriis felicem ejus obitum ſolerti vigilantia expectabant, pro tam dilectæ animæ remedio preces exequiales devote frequentabant.

obit poſtridie Aſcenſionis:

C

47 Non ergo nunc æſtimo ſilentio prætereundum primum meriti ejus indicium, in ipſo beato obitu, Deo teſte, declaratum. Nam ſæpe dictus puer Buno, in domo matris ſuæ, juxta eccleſiam S. Michaelis, eodem momento, membris præmortuis, extremo tantum ſpiritu in ſolo pectore palpitante, deſperatus jacebat: qui, reſonantibus illico campanis, quaſi à ſomno evigilans, quid hoc eſſet, ſtupens exquiſivit. Cui cum mater diſſimulans, matutinale Officium ſignari diceret; ipſe, ac ſi indicans matris aſtantiumque fallaciam, Cur me, inquit, fallitis? cur veritatem celatis? Vere cum hoc ſigno dilectus Dominus meus cælum ſcandit, & promiſſionum ſuarum, ah! ah! immemor, miſerum me reliquit. Surgite,

quod intelligens cubicularius,

ait, & elevatis manibus, cordibuſque, ejus dilectam animam divinæ clementiæ commendate, & ut mei modo meminerit obſecrate. Et elevatis, niſu quo potuit, ad cælum oculis, O Præſul, inquit, ſancte, O Pater clementiſſime, per ipſum te adiuro, ad quem vadis, ut nunc mei memineris; & ne me in carne jam poſt te relinquas, quem tecum ad patriam iturum ſæpius promiſeras. Illi ſtupentes pariter ac mœrentes, dum juſſioni ejus obtemperant, vixdum reflexis oculis, ſtatim eum exanimem aſpexerunt. Quem illico ſtratu deponebant, & omiſſo fletu, eum quem optaverat, obtinuiſſe congaudebant.

D

eum invocat, & ſtatim moritur.

48 Fratres vero in monaſteriis, exequiarum debito matutinalique Officio peracto, Miſſarum celebratione pſalmorumq; decantatione Paſtorem ſuum divinæ miſerationi tanto devotius commendabant, quantum ſe ab ipſo commendandos fiducialius ſperabant. Adveniente autem felicis memoriæ Brunone, Mindenenſis Eccleſiæ Epiſcopo (quem ipſe Pater venerabilis ſibi in ſpiritualem filium adoptaverat, qui etiam cognita ejus infirmitate, juxta noſtra confinia habitabat) hora ejuſdem diei tertia totus Clerus cum populo militiæ, certe & familiæ, & plurali civium comprovincialiumque & maxime pauperum frequentia, ad montem, ubi ſpecialis noſter theſaurus ſervabatur, proceſſit: eumque ad monaſterium S. Michaelis, ut ipſe vivens prædeſtinavit, deduxit. Quo dum appropiatur, ante portas atrii, funus defuncti juvenis, cum non modica parentum civiumque turba, profertur; quod & ante pedes Epiſcopi per diſpoſitas eccleſias à miniſtris circumfertur. Quantus vero planctus & lamentatio vel Cleri, vel populi, vel etiam pauperum ibidem extiterit, ingenii noſtri facundia certe ad enarrandum, non ſufficit; quia, in una cujuſlibet mente vel voce, luctus & lætitia pariter ſonuit; dum pectora fidelium de præſenti mœror, de futuro gaudium perculit. Quia, ſicuti de S. Martino canitur, Pium erat flere, & pium gaudere. Merito ergo flevimus, quod talem Paſtorem amiſimus: ſed & jure gaudebamus, quod talem interceſſorem præmiſimus.

E

ſimulque efferitur,

49 Vigiliis ergo ibi pro noſtro modulo condigne peractis, beatum corpus mane ad S. Andream eſt honorifice delatum; ibique oblatis Sacrificiis, inde in principali noſtra eccleſia cum debita veneratione collocatum. In craſtinum vero, illuceſcente Dominica, ex diverſis per Saxoniam cœnobiis Fratres & Sorores, in obſequium tanti Patroni, convenerant; qui deſtitutionem Cleri & deſolationem populi, ac generale totius Chriſtianiſmi damnum, debita lamentatione defleverant; ſicque ab Epiſcopo Miſſali Officio devotiſſime peracto, ſacrum beati viri corpus in medio noſtro choro, eccleſiaſtico more, terræ eſt collocatum, quod ibidem, uſque in hodiernum à fidelibus Chriſti, juxta humanæ fragilitatis poſſibilitatem, condigna cum reverentia frequentatur. Prædicti autem pueri corpuſculum, ante Occidentalem templi introitum, ab eodem Epiſcopo prius eſt humatum. Domina vero Sophia, de qua etiam ſupra retulimus, jam de ſua prænonitione magis magiſque ſolicita, Sorores ſuas ac Presbyteros illo cum oblationibus tranſmiſit, ſeſeque beati viri meritis & precibus ſuppliciter commiſit; ſicque ſuperventuram beatæ matris Chriſti Aſſumptionem ſimul & Nativitatem *d* pavens expectavit: quæ tamen incipiente ſequenti anno, triduo *e* ante Purificationem S. Mariæ, ex hac vita emigravit. Sic & in hoc beati Patris prophetiam Deus liquido declaravit. Nos quoque, quantum, Deo annuente poſſumus, merito ejuſdem Abbatiſſæ animam divinæ miſerationi ſæpius commendare debemus, quæ Congregationem noſtram, dum vixit, omni ſemper dilectione,

F

& ſimul in Cathedrali ſepelitur:

Abbatiſſa eos ſequitur circa feſtum Purificationis.

d

e

1 Cor. 14 *& inter pſallendum*

lectione percoluit, ejuſdemque dilectionis certum
A teſtimonium poſteris reliquit.

ANNOTATA.

a *Browerus*, admiſſo.

b Rumor *hic uſurpari videtur pro* rheumate.

c *Mox infra apparet feſtum Præſentationis intelligi, proximo ſcilicet anno venturum.*

d *Cur ſola duo Aſſumptionis & Nativitatis feſta memorantur; non etiam feſta Viſitationis 2 Iulii, Præſentationis 21 Novembris, Conceptionis 8 Decembris? Quia ſcilicet ea tunc necdum inſtituta, ſaltem necdum nota Germanis erant. Vt ut enim Conceptionis feſtum citius alicubi cultum fuerit, primus tamen Sixtus IV in omnem eccleſiam evulgavit an. 1483. Præſentationis feſtum in Oriente antiquum, Occidenti primum innotuit per Philippum Mazeritum Cancellarium Cypri, ex cujus manuſcriptis per nos ſubminiſtratis Carmelitæ Antverpienſes compilavere tractatum de inſtitutione illa, anno 1464 per Paulum II facta, editum poſt Vitam S. Petri Thomæ à Ioanne Carmeſſonio coævo, quam ſimiliter eis vulgandam dedimus amicitiæ cauſa. Viſitationis denique feſtum, nec Græcis notum, Ordo Minorum neſcio unde accepit; & uſurpaſſe ſcitur ab anno 1263: primus autem Vrbanus VI celebrandum communiter ſanxit 1389, & Bonifacius IX 1390, uti ſcribit Bartholomæus Gavantus in Rubricas Breviarii Sect. 7 cap. 9.*
B

e *Atqui ſolum in ipſo feſto fore ut convenirent, Sanctus prædixerat; quare triduum præcedens in Purgatorio fuiſſe Abbatiſſæ tranſactum, poſſumus opinari.*

CAPUT VII.

Miracula poſt mortem edita.

Timidus in his ſcriptor propter impoſtores

50 DE miraculis igitur, quæ per beati Patris merita, poſt diſſolutionem ejus corporis, in ſalutem credentium divina pietas clementer oſtendit, melius pauca quam plura ſcribenda putamus; ne aut ſtudioſis faſtidium, aut deſidioſis vel etiam infidelibus incredulitatis periculum, narrationis prolixitate, contrahamus. Præcipue tamen, propter quaſdam vanæ mentis perſonas, quæ in noſtra patria uſitato more per ſacra loca diſcurrentes, ſe aut cæcos, aut debiles, vel elingues, vel certe obſeſſos temere ſimulant, & ante altaria vel ſepulcra Sanctorum, ſe coram populo volutantes, pugniſque tundentes, ſanatos ſe illico proclamant, ea ſcilicet ſola væſana voluptate, ut ſic tantum majorem ſtipem vel quæſtum à plebe
C percipiant; ſicque fit (ut & beatum virum ſæpius de talibus dixiſſe præmiſimus) Quia mendaces, inquit, faciunt, ut veridicis vix credatur. Et cum in hujuſmodi fallacia tales liquido deprehenduntur, etiam veræ Sanctorum virtutes in periculoſam deſperationem hac dubietate retrahuntur; vel certe & hi, qui vere ſanantur, etiam non ſolum à perfidis, ſed & interdum à fidelibus fallere creduntur: ſicut utique nobis de quadam muliercula palam evenit.

a qualis annus ſimulans cæcitatem,

51 Primo namque prædicti noſtri Antiſtitis *a* Helizonis anno, in ſpeciali noſtra feſtivitate, id eſt, in Aſſumptione S. Mariæ, anus quædam nobis ignota, velata capite, nubilata facie, ante ſepulcrum beati viri ſe projecit: ibique, prædicto amentium more, diutius volutata, tandem proſiliens ſe per multos annos cæcam, ibidem tunc illuminatam proclamavit. Quo ſtatim rumore diffamato, Clerus populuſque concurrit, ipſe etiam Epiſcopus advenit. Cumque jam ad agendas publice Deo gratias, properaret; cives illius, qui eam prius noverant, eamque in hujuſmodi falſitate ſæpius notaverant; venerunt, qui illam & modo, & ſæpe etiam antea talia mentitam, veraciter dixerunt. In quam, cum jam populus merito, ut male tractaretur, inſurgeret; à Clero tamen pro Beati Pontificis veneratione defenſa, confuſa diſceſſit; & nuſquam nobis poſtea comparuit. Talibus ergo fallaciis cauta conſideratione poſt hæc devitatis, pluribus ignotorum dictis; quæ certe vera eſſe poterant, dubitando diſſimulatis, ad ea tantummodo ſola, quæ præſentes, veritate Dei teſte, vidimus, vel, quæ certe ab his audivimus; quos veraces in timore Domini cognovimus, narrationis noſtræ ſeriem intendimus.

A. WOLFHERRO EX MSS.

certa dumtaxat pauca narrare proponit:

52 Primum namque fuit, quod & erat & eſt omnibus notiſſimum. Quidam de operariis noſtræ eccleſiæ, nomine Luidigerus, cum in eccleſiæ atrio ligna collocarent, graviori quadam trabe decidente, femore cum tibia & pede miſerabiliter contrito, penitus debilitatus eſt: quem beatus Pater, quia prius eum fidelem & utilem cognovit, ante menſam ſuam quotidie cum pauperibus ad eleemoſynam ſedere fecit, præcepitque. Qui miſer ſuper debilitatis ſuæ dolorem, graviori ſemet mœrore ſæpius afflixit, quia ad opus, cui mancipatus erat, utilis eſſe non potuit. Quidquid tamen à pueris fieri vidit, quod vel ſedendo vel proreptando agere potuit, in hoc ſe voluntaria utilitate ſtudioſus exercuit: neq; prorſus aliquod tempus, niſi cum ſomnum vel cibum caperet, tranſire ſibi patiebatur, quin ſemper in aliquo utilis eſſe videretur. Conſuetudo namque dilecto noſtro
E Pontifici fuit, ut puerulos vel etiam pauperes validiores ſæpius per plateas vel per defoſſas petrarum foveas ageret, qui ſibi lapillos minutos quoſdam nivei coloris, vel nigri, vel rubri interdum, vel varii deferrent; quos ipſe elimatos & politos, variaque colliſione vel confricatione in ſimilitudinem pretioſorum lapidum redactos, aut in altaribus, aut libris, aut in capſis honeſte collocavit. In quo nimirum opere, prædictus ille pauper ſe privatim exercuit, & ceterorum induſtriam utiliter prævenit, & pro curioſitate tali Epiſcopo penitus complacuit: interdum autem & pictoribus, & eis qui vitro feneſtras componebant, ſe admiſcuit, inter quos etiam utiliter operoſus extitit.

Claudus Sancto familiaris

atque ob ſedulam induſtriam caruit,

53 Beato vero Pontifice ex hac luce ſublato, ipſe detonſus & laneis indutus, carne & lautiore reliqua refectione abſtinens, ad ſepulcrum ejus contulit ſe; ibique tam cuſtodibus quam & ceteris fidelibus, quanta potuit fidelitate, ſervivit: & poſtremo, conſentientibus magiſtris, totam ſepulcri cuſtodiam penitus uſurpavit: vix tamen debili crure, ligno ſuſtentato, reliquo vero corpore baculo ſublevato, tale obſequium exercuit. Attamen vires, quas invaletudo denegavit, obediendi devotio miniſtravit. Pſalmos quippe non noverat; verba tamen, quæ fidelium narratione vel admonitione perceperat, devotius invigilando, ſæpiuſque in modum veniæ fidelium more decumbendo, ſolicitus frequentabat. Quo ibidem in hac ſedulitate firmius perdurante, & ad altiora quantum ad ſe proficere ſatagente; quadam
F die ſabbati ad veſperam, dum in choro Veſpertina laus canitur, ipſe juxta ſepulcrum Pontificale proſternitur; & ibi diutius, aut ſomno aut extaſi, quaſi immobilis detinetur; &, ut ipſe præterea fatebatur, intolerabili quadam membrorum & nervorum diſtentione vel contractione inviſibiliter cruciatur. Sed, finita laude, quaſi ſoporatus ſurrexit, & veluti plus ſolito ægrotans, vix habitaculum repetiit; ſtatimque lectulo ſeſe collocabat, & per totam noctem in illa membrorum diſtractione durius laborabat. Sed paulo ante Matutinum tandem ſopitus, obdormivit; & ſomnium, in quo ſurgere, & ad eccleſiam ad agendas Deo gratias properare juſſus eſt, vidit. Somno tamen cito excitus ſurrexit, moxq; remoto femorali ſuſtentaculo, rejectoque baculo, matutinali hora & eccleſiam intravit, & coram omnibus Deum, evidenti

demique pius cuſtos ſepulcri ejus,

per ſomnium ſanatur:

A. WOLFHERRO EX MSS.

professione lætus, laudavit; & postmodum in finem vitæ incolumis, quanto diutius, tanto devotius ministravit.

Cæca mulier visū recipit: Claudus alius restituitur.

55 Mulier etiam quædam, nomine Mersuind, omnibus nobiscum commanentibus notissima, quæ per multos annos errabat cæca, ad idem beati Præsulis sepulcrum, in crastinum post Assumptionem S. Mariæ, coram Clero & populo est illuminata. Quidam quoque rusticus, de pago ecclesiæ qui Holtlaon dicitur, nomine *b* Deniko, diutina infirmitate miserabiliter fatigatus, contractione lumborum per multos annos est crurum officio spoliatus. Qui tandem ad viri sancti memoriam, baculorum sustentatione vix dum proreptando, pervenit; ibique in anniversario ejus die, integram sanitatem, coram Clero & populo, omnibus nobis intuentibus recepit.

Puella exanimis curatur.

56 Nobilis vero quædam femina, non ignota, de Episcopatu Mindonensi, Siuve nomine, puellam fratris sui filiam nutrivit; quam in locum filiæ adoptatam, intime dilexit: quæ gravissima infirmitate præventa, periclitari cœpit, & quasi præmortua biduo exanimis jacebat. Propinquis vero cum familia
B & civibus assidentibus, & tantam puellæ elegantiam, pro multiplici miseratione, amare deflentibus; anus quædam, quę ad ecclesiam serviebat, de memoria nostri Præsulis sermonem habuit; & qualiter ad ejus tumulum infirmi, per divinam miserationem, sanarentur, exposuit. Cujus admonitione domina ipsa compuncta, matutinali tempore ecclesiam intravit; & coram altari prostrata, profusis lacrymis, Domino Sanctæque Mariæ, & beati etiam Præsulis animæ, pro eadem sua nepte, oblationes intima supplicatione devovit. Et continuo (ut ipsa nobis flendo juravit) regrediens, puellam jam videntem, jam loquentem reperit: quæ refectionem petiit, & accepit; & Christo pro beati Viri meritis annuente, sanitatem integram recepit. Quam amita, quinta post die ad S. Mariæ altare & ad tumulum Præsulis, cum promissis oblationibus, deduxit; & qualiter sanata sit, cum sufficienti civium & comprovincialium suorum testimonio, coram multitudine comprobavit.

57 Frater quoque noster non ignotæ memoriæ Wolchardus Presbyter, eo tempore Vicedominus, postea noster Præpositus, postremo felix Brandeburgensis Ecclesiæ Episcopus, qui eidem Patri nostro (ut omnibus notum est) & fideliter servivit, & intime complacuit; cum post obitum ejus Episcopales curtes more solito circuiret, in villam, quæ Aschgereshusen dicitur, devenit; & in domum quamdam ad prandendum divertens, puerulum miseræ languoris infirmitate detentum, invenit; qui tunc per aliquot hebdomadas & omni membrorum officio destitutus jacebat, & ad exitum dietim (ut omnibus videbatur) appropinquabat. Quem idem Presbyter, sicut semper erat super talibus miserans, lacrymando diutius intuebatur, languorisque tempus & eventum ex familia scisciitabatur. Quod ut agnovit, flenti matri, ut ad tumulum sancti Pontificis candelas juxta pueri mensuras promitteret, persuasit; quod & ipsa statim libentissime fecit. Sed cum paupercula ceram ad talia non haberet, ipse ex lino lychnum parari præcepit; & puerum per singula membra metiri fecit; ut certam mensuram secum deferret, & per se præstita cera, candelas pro ægrotante ad beati Viri memoriam offerret. Quo facto, ad prandium consederunt, & quasi oblito puero, alia quædam inter se fabulari cœperunt. Interim vero puer mira celeritate quasi ex morte revixit, & in lecto, cunctis admirantibus, resedit; & vocata matre, de stratu prorepsit, & refectionem petiit, & eodem momento percepit; & postea, pro beati viri meritis, incolumis permansit.

C *Wolchardi Episcopi Brandeburgensis consilio, puer moribundus sanatur.*

D *Desiderius Diaconus ager & cæcus convalescit.*

58 Erat etiam in nostra congregatione juvenis quidam, ex laico conversus, Desiderius nomine; & eodem beato viro jubente, in Clero tonsuratus, & usque ad Diaconatus ordinem promotus. Et, quia plenum officium cantando & legendo cum Fratribus frequentare non potuit, eum, ne penitus vacaret, cum custodibus ecclesiæ, ministrare præcepit. *c* Tempore autem Azelini nostri Præsulis, post miserabile incendium nostri monasterii, dum idem Frater noster, intra festivos dies Nativitatis Domini, quadam vespera in scholis cum pueris sermocinando consedit; subita cæcitate miserabiliter perculsus cecidit, & alia etiam infirmitate concrescente, tempore longo decubuit. Quadragesimali vero tempore, cæcitate durante, ex infirmitate convaluit: & ecclesiam debito more frequentans, ad Pontificale sepulchrum, spe sanandi, sæpius prostratus procubuit. Et contigit quadam *d* feria ante Pascha, certe in Cal. Aprilis, quando celebramus reliquiarum adventum Sanctorum *e* Cantianorum Martyrum, dum in Matutinis ibidem procumberet, illico, quasi pruriente dextro oculo & durius manu confricato, sanguis non modicus prorupit; & statim in eodem oculo visum recepit. Pro qua clementia, divina pietas ab omnibus in commune laudabatur, & pro reliquo solita miserationis Domini potentia expectabatur. Post Pascha vero, in anniversario *f* die sancti Patris nostri, cum in ejus memoria Missa pro defunctis ab Episcopo celebrata est, tempore oblationum, coram Clero & populo, quasi infirmatus corruit: & prorumpente illico sanguine ex oculis & naribus, & etiam auribus, aperto oculo, visum liquido percepit. Missali denique Officio peracto, Episcopus habito sermone, Clerum & populum, ad laudes debitas persolvendas Domino, admonuit; & profusis unanimiter lacrymis, Dominum pariter & ipse laudavit. Qui Frater eodem momento, gratias Deo agens, penitus convaluit; & post hæc in promissa professione usque in finem fideliter permansit.

c

d

e

E

f

Sanitatum gratia apud S. Godehardi sepulcrum.

59 Plurima igitur beati Pastoris nostri præconia, ea solummodo, quam præmisimus ratione, præterimus; quæ, per divinam clementiam ab initio usque adhuc gloriose fieri sæpius sentimus. Nec tamen illud reticebimus, quod tota sancta Dei Ecclesia teste verum esse novimus, quia plures plerumque ad sepulcrum ejus cum oblationibus gaudentes adveniunt, qui sese suosque à variis tribulationibus, vel infirmitatibus, celeri subventione, per virtutum ejus merita, liberatos publice referunt. Namque, ut alicui aliquid incommoditatis, vel molestiæ occurrerit, statim cum ad sancti hujus Patris memoriam, vel absens, oblationis suæ votum ubicunque promiserit, procul dubio eodem momento, quamcunque consolationem in vera fide sperans obsecrat, eam celerius meritis ejus suffragantibus impetrat *g*.

F

g

ANNOTATA.

a *In Ms. Græcensi sub initium hujus Capitis agitur de tribus S. Godehardi successoribus, quorum primus est* Thietmarus, septimo Episcopatus sui anno defunctus; *id est (ut in Chronico Hildesheimensi indicatur) anno Christi* 1044. *Huic* Akelinus *sive* Ezelinus; *& huic anno* 1054 *hic indicatus* Hezilo, *aliis* Echilo *&* Ettelo, Regius Capellanus & Romanus Cancellarius, in omni ecclesiastica religione perfectus, successit: qui certe in hoc, quod dejectam sanctæ Dei Genitricis ecclesiam redintegrare divina inspiratione decrevit, favorem condignum Cleri ac populi laudabiliter promeruit; cui nimirum ad tam sanctum tamque salubre consilium tota sancta Dei Ecclesia divinum indesinenter merito

A merito poſtulat auxilium, ut & idem laudabile opus Deo digne perficiat, ac pro devotionis & benevolentiæ ſtudio in Sanctorum communionem in remiſſione peccatorum coram Deo feliciter proficiat. Amen. *Hactenus Ms. Gracienſe: eſſe autem ipſius primi auctoris hæc verba, perſuadet eidem familiaris particula* certe.

b *Ms. Rottend.* Eniko *Ms. Græc.* Agino.

c Anno ſecundo Akelini in Dominica Palmarum x Kalendas Aprilis, *uti in Ms. Gracienſi indicatur. Is eſt annus* 1046, *quando cyclo Lunæ* 2, *Solis* 19 *littera Dominicali* E, *Paſcha incidit in* 30 *Martii. Et tota Chronologia confirmatur.*

d *Feria* 4 *ante Dominicam Paſſionis anno* 1047, *quando Paſcha celebratum eſt* 19 *Aprilis littera Dominicali* D.

e *Ita etiam indicatur in Breviario Hildesheimenſi, ut diximus ad dictas Kalendas Aprilis inter Prætermiſſos, de eadem re plenius actum ad* 31 *Maji, quo colluntur* SS. Cantius, Cantianus, Cantianilla.

f *Feria* 3 *poſt* 2 *Dominicam à Paſchate.*

g *Hic eſt finis Vitæ & Miraculorum in Mss. Gracienſi & Rottendorfienſi, itemque apud Surium.*

APPENDIX

De miraculis à S. Godehardo in vita patratis, & in Actis prioribus non indicatis.

A S. Godehardo Abbate curantur febres

60 IOannes quidam civis Patavienſis, febris incommodo vexabatur per longa tempora: contigit autem ut ſanctus Pater Godehardus, adhuc Abbas, in ſuo monaſterio Altach pro negotio dicti ſui monaſterii Pataviam adveniret; & infirmus ille, ipſius cognita præſentia, fratrem ſuum miſit ad eum, rogans ut ipſum cauſa Dei viſitare dignaretur: quod & fecit. Viſis autem ipſius in quibus decubuit febribus, ingemuit, & ait: O Pater Adam, quis te tam celeriter excæcavit, ut mandatis Dei creatoris tui contraires, & tot malis nos omnes peccato tuo ſubjiceres? Ecce poſt hæc quæ temporaliter hic patimur, niſi mandata ejus ſervaverimus, æternaliter pati formidamus; & erit hoc malum temporale, initium nobis malorum æternorum. Hoc autem cum dixiſſet, accipiens ſcyphum quemdam, & vinum in eum fundens, ſigno Crucis ſignatum benedixit, & tradidit viro decumbenti, dicens: Bibe, frater, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti; & in eo confortare. Qui bibit, confidens in Dei clementia; & ſancti viri meritis, illico ſurrexit, ab omni febris incommodo penitus liberatus; & ivit ad Eccleſiam S. Stephani, laudans Deum.

civis Paſſavienſis,

C

monachi Altachienſis

61 Vir ſanctus Godehardus monachum quemdam de monaſterio ſuo Altach ad monaſterium Herveldenſe ſecum duxit; qui poſt, ibidem febrium moleſtia decumbebat. Hunc ſanctus Pater conſolationis gratia frequenter viſitavit. Quodam autem tempore dixit infirmo; Frater mi, quomodo habes? Et infirmus ait: Ecce, Pater, febrium moleſtia nimium me vexat, ita ut vita quaſi nulla amodo ſit in me. Et ait ei, vir Sanctus, Dominus noſter Jeſus Chriſtus majora pro nobis paſſus eſt, quam hæc febrium tuarum poſſunt eſſe incommoda. Cui decumbens, ait: Scio, Pater mi, ſcio, quod multo graviora pro nobis paſſus eſt ad mortis amaritudinem tormenta. Et ait S. Godehardus: In nomine Jeſu Chriſti, qui graviora pro nobis ſuſtinuit, ſurge, & in Fratrum tuorum Collegio pſallens benedic eum, qui te ſuo ſanguine abluit & redemit. Et infirmus ait, Surgam in nomine Jeſu Chriſti, & ibo ad Patrem meum, qui & pater eſt Domini mei Jeſu Chriſti; & dicam ei, Jam non ſum dignus vocari filius tuus, ſed fac mecum miſericordiam tuam, quaſi cum ſervo tuo, ſed à via tua deviante; & ad te clementer ſuſcipe revertentem. Et inter hæc verba ſurrexit; & ad chorum ivit; & omnibus admirantibus, cum adſtantibus laudans Deum, & cantans, benedixit. EX BRODWERO.

puella Teckendorffienſis.

62 Juvencula quædam in oppido Teckendorff, in territorio Bavarienſi, cum febrium moleſtia nimium gravaretur, aſtabant ei quædam honeſtæ feminæ, referentes ei qualiter prædictus in Patavia meritis beati Godehardi, poſt hauſtum vini per eum benedicti, à febrium rigore fuerat liberatus. Quibus auditis, dixit infirma patri ſuo: O mi, dilecte pater, rogo te per Jeſum Chriſtum, ut mittas ad ſanctum virum Godehardum, petendo eum, ut benedicat parum vini in cupha vel ſcypho ſuo, & mittat ad me, ut bibam ex eo, ut allevier à fervore febrium, quibus inceſſanter affligor atque uror. Pater autem his auditis, miſit ut voluit, & vinum benedictum accepit à S. Godehardo: quod juvencula bibit infirma in nomine Jeſu Chriſti; & ſubito ſanata eſt, & ſurrexit laudans Deum, qui meritis S. Godehardi eam clementer à vi febrium liberavit.

juvenis ſcholaris.

E

63 Servus Dei Godehardus, quia erat ex corde miſericors, & ſuper afflictos pia geſtabat viſcera, infirmorum ſive decumbentium, vel per ſe aut per alios, ſemper viſitavit domicilia. Contigit autem quodam tempore, cum adhuc in Abbatia Altahenſi præſideret, quemdam ſcholarem cujuſdam viduæ pauperis febrium moleſtia graviter infirmari; quem pietate ſolita ſæpius viſitavit. Cui & quodam tempore dixit, Fili viriliter age, ſuſtinens flagella Domini, ac confortetur in eo cor tuum: ipſe enim eſt qui percutit, & medetur atque ſanat; ſuos caſtigans electos, ne morti tradantur ſempiternæ. Et juvenis ait: Quæ eſt fortitudo mea, ut hæc gravia ſuſtineam, & patienter agam? Et Pater ſanctus ait: Confide, fili, ſciens quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis: & libenter gloriari velis cum Apoſtolo in infirmitatibus tuis, ut in te, ſicut in eo, habitet virtus Chriſti: nam virtus in infirmitate perficitur. Cui infirmus ait: Peto, ſancte Pater, ut Deum pro me miſero ſupplici ter exores. At pater ſanctus, pomum in manu habens (quod forſan ſecum tulerat, aut juxta lectum infirmi invenerat) benedixit, & dedit infirmo dicens: Accipe fili, & manduca pomum, in nomine Jeſu Chriſti; & ſi eſt voluntas ejus, de lecto ſurge ſanus; ſin autem, maneat hæc infirmitas tibi, & patienter age, ut à Deo præmium vitæ æternæ, in quo æterna eſt ſanitas, valeas promereri. Comedit ille, & ſurrexit ſanus, laudans Deum. 2 Cor. 12.

F

Ad ſancti preces

64 Juvenis quidam, de caſtro Stauwenborch in Bavaria prope Danubium, fluvium pertranſire volens, procellis navem ſubvertentibus, mergitur in flumen; ubi plus quam tribus horis remanſit incognitus: tandem corpus exanime ad littus ejicitur, & mortuus ad domum parentum deportatur. Lacrymantur proximi, & gemunt affines, ob mortem tam ſubitam juvenis tam famoſi. Sanctus autem Abbas Godehardus, caſu tranſiens locum illum, & audiens voces ululantium, ait: O mors quam amara eſt memoria tua homini! quam ſubito & inopinate extinguis! quæ & peccatoribus es peſſima, juſtis autem nimis deſiderabilis atque pretioſa. Cum autem hæc & his ſimilia diceret, venit mater miſera juvenis, & ad pedes procidit viri ſancti, dicens: Domine, ſi quid potes apud Deum, miſerere mei, & reſuſcita filium meum. Cui ſanctus Pater; Crede mihi mulier (ut verum eſt & experientia docet quotidiana) omnes ſubjacemus mortis imperio, ideoque beati mortui qui in Domino moriuntur: mors enim omnes, qui in mundo vivunt, non uno, ſed quaſi mille modis

ſternit:

EX BROWERO.

ſternit: Beatus qui vigilat, & in adventu præmunitur. Et iterum mulier ait voce lacrymoſa? En filius meus unicus & dilectus, in flumine ſuffocatus, interiit ſubito; huic timeo damnationem, quia mundanus erat nimis. Rogo igitur, pie Pater, ſi quid potes apud Deum, reſuſcita filium meum; ut tantum ſua confiteatur delicta, & ſanctis Eccleſiæ Sacramentis muniatur; & poſt, ſi Deo placet, in pace feliciter requieſcat. Cui vir ſanctus, Salvatoris utens verbis, ait: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiiſti. Et tranſiens cum ea ad cadaver in libitina jacens, & tenens manum ejus, dixit: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et juvenis ſurrexit incolumis atque ſanus, & ſanctum virum petiit, ut cauſa Dei confeſſionem ejus audiret, & pro peccatis ſuis ſibi injungeret pœnitentiam ſalutarem. Et annuit ſanctus Pater petitioni ejus: & audita confeſſione ejus, ſacris Eccleſiæ Sacramentis eum præmunivit. Quo facto, juvenis ait, Jubi me, ſancte Pater, nunc iterum in pace quieſcere, quod mundum nimis horreo, qui ſuos amatores mittit in gehennam, cujus pœnam graviſſimam ex parte ſum expertus. Et vir Dei ait: Dormi, fili mi, & quieſce feliciter in pace Jeſu Chriſti, Et ille reſpondit: Amen. Et inclinato capite, in gratia Dei feliciter obdormivit. Felix autem mater ejus, his auditis & cognitis, ſemota prorſus omni triſtitia, cum gaudio corpus filii eccleſiaſtico more tradidit ſepulturæ; ac Deo, devotione quanta potuit, animam ipſius lætiſſime commendavit.

Submerſus juvenis reſuſcitatus Poſt acceptа Sacramenta iterum moritur,

B

adjuvantur partulabo rantes,

65 Sanctus Pater Godehardus, dum in cella ſua poſt vigilias matutinas orationis cauſa reſideret, contigit, ut quædam mulier, habitans in confinibus monaſterii, partu laborando cruciaretur. Cui compatiens vir ſanctus, terræ procumbens orationi ſe dedit, dicens: O Domine Deus omnipotens, adjuva plaſma tuum, miſerere filiæ Evæ, in matris ſuæ maledicto laboranti. Et illico, modo quodam inopinato, mulier conticuit; quia peperit filium, quæ poſtea obdormiens, ei revelatum eſt, quod precibus S. Godehardi à dolore partus ſit liberata. Quæ gratias egit Deo, qui eam ſancti viri meritis tam clementer viſitavit; filium autem ſuum Godehardum vocari fecit, & in puerili ætate eum tradidit ſancto viro, regularibus diſciplinis imbuendum. Hac igitur de cauſa mulieres regionis illius in dolore partus S. Godehardi patrocinium conſueverant invocare, & multæ petitionis ſuæ ſentiebant effectum adoptatum.

C

ſanatur crus fractum,

66 Cum S. Godehardus, pro negotio forſitan ſui monaſterii, ad Romanam iret curiam, habens aliquos de ſuis monachis ſecum in ſuo comitatu, inter quos quidam ceteris ſenior, Erkenfridus nomine; incaute, procedens, dum montem, qui Godehardi dicitur, aſcenderet, equus cum eo cecidit, & crus ejus dextrum ex toto confregit. Qui gemens, cum lacrymis ait, contra ſanctum Dei murmurando: Ut quid, Pater, me duxiſti ad montis iſtius præcipitium, ut me interficeres? Cui ſanctus Pater, ait; Scio, fili mi dilecte, quod invite mecum iter hoc cepiſti, & intra teipſum murmurando mihi detraxiſti; ideo nunc reddita eſt tibi merces tua. Pœnitere igitur, & ora Deum, ut dimittat tibi offenſam hanc, ut ſaneris. Qui, ait, adjuva Pater infirmitatem meam, & remitte mihi quod deliqui contra te: & cruciet me flagellum Dei, quantum libet. Vir autem Dei, audita ejus devotione, tetigit confractum os cruris ejus, & ait: Sanet te, frater, Dominus Jeſus Chriſtus; & tu, in nomine ejus ſurge, ut ambulemus. Qui ſurrexit ex toto ſanus, & ultra profectus cum eo, idem poſtmodum ſecutus eſt eum Hildeneshem, & manſit apud eum uſque ad diem mortis ſuæ.

67 Contigit quadam vice, ut S. Godehardus pertranſiret oppidum Strawbingen diœceſis Ratisbonenſis; & obviavit ei quædam cæca mulier mendica, oſtiatim quærens panem, quæ forſan equorum nitebatur declinare ſtrepitum; & in lapide lædens pedem, cecidit graviter nimis. Sanctus autem Godehardus, hoc viſo, ſubito deſcendit de equo; & accurrens, amplexando eam relevavit; &, quantum potuit luti ſorditiem de mantello mulierculæ terſit diligenter, &, ait; Quare cecidiſti, mater? Et illa dixit: Cæca ſum, amice; & ideo offendicula viarum cavere non valeo, nec poſſum devitare. Sanctus autem Pater ſibi ex corde compatiens, ait; O mi Deus meus, quot ſunt in terra convitia & gravamina tui plaſmatis! Bene ergo dicitur, Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Et cum dixiſſet, lutum cum ſputo miſcuit, more noſtri Salvatoris, & liniuit oculos ejus dicens; O Domine Jeſu Chriſte, qui in conſpectu diſcipulorum tuorum lutum ex ſputo feciſti, liniviſtique oculos cæci cujuſdam, & vidit; illumina etiam oculos hujus pauperculæ tuæ, ut confiteatur nomini tuo, & glorietur in prædigna laude tua. His ſic actis & dictis, mulier cœpit ſanctum virum intueri; ceciditque ad pedes ejus, dicens: Viderunt oculi mei ſalutare Dei: & prona oſculabatur pedes ejus; & ivit ad propria, laudans Deum pro virtutibus & meritis ſancti viri.

D

cæca illuminatur

E

68 In civitate Ratisbona quodam tempore S. Godehardus morabatur, pro negotio forſan ſui monaſterii; ubi quædam obſeſſa à dæmonio ad eum ducebatur, ut ſanaretur ab eo. Quam vir Dei inſpiciens, ait; Reſponde mihi, immunde ſpiritus, ad ea quæ à te quæro. Quid hic agis in creatura Dei? At Dæmon ait; Pleno jure eſt anima ipſius mea; quod incantatrix eſt, & per eam multas animas lucratus ſum. Et ait vir ſanctus; Quare propter incantationem tua eſt? Et Dæmon ait, Nonne legiſti quia Dominus pithones, divinos, & incantatores juſſit exterminari? quid enim tales faciunt, niſi quod mihi meiſque principibus deſerviunt? idololatræ enim ſunt: vix etiam aliquos tanto jure poſſidere poſſumus, quanto hujuſmodi vitiis irretitos. Numquid ignoras, quod inter mille incantatrices aut divinos vix una invenitur, quæ vel qui velit hoc vitium confiteri? ſic enim ora ipſorum claudimus, ut de talibus loqui nihil valeant quovis modo. Et ait vir ſanctus: Scio, quia magna eſt malitia tua & tuorum ſimilium; nec tamen dubito, quod major bonitas Dei eſt & clementia. Ergo, immunde ſpiritus, da honorem Deo, & recede ab hac creatura ejus; ut redeat ad gratiam, quam tu ab ea abſtuliſti. Et dæmon, ait; Cur me in tantam agis violentiam? quid feci tibi? aut quid habes contra me? Et ille ait: Audi, proterve & immunde ſpiritus: in illa æterna patria, de qua tu ſuperbiens cecidiſti, tanta mihi erit lætitia de bono communi, ut de meo proprio, imo & multo major: & ideo hic dolere convenit de malo alieno multo fortius, quam de malo proprio: per hoc enim vitam æternam promerebor. Habeo ergo contra te juſtam cauſam, quod minus juſte poſſides, & punis ſororem meam, plaſma Dei cratoris tui. Non enim ut aſſeris, ago tibi violentiam: ſed pro gloria Dei & amore plaſmatis ejus, pro quo Unigenitus ejus ſanguinem ſuum fundens amariſſimam mortem ſuſtinuit, cõtra te nõ pugil, ſed victor glorioſus [decerto]. Ergo, tibi præcipio, ſuperbe & immunde ſpiritus, in nomine Jeſus Chriſti recede ab ea; & non præſumas amodo creaturam Dei moleſtare. Et ſic ſpiritus ille malignus abſceſſit: & mulier, ut mortua cecidit. Sed vir ſanctus ſubito eam erexit: erecta vero publice vitium incantationis, quod dudum multoties perfecerat, cum lacrymis eſt confeſſa. Quam & vir ſanctus

F

Venefica à dæmone obſeſſa liberatur,

& reſipiſcit.

A ctus ſolvit, virtute paſſionis Jeſu Chriſti.

69 In civitate Patavia erat quidam civis dives valde, qui habuit filium quem tenerrime dilexit: qui puer adeo hebes erat, ut in tribus annis non potuit efficere, ut diſceret minus alphabetum. Unde pater ejus S. Godehardum adiit, retulitque ei duritiam cordis filii ſui, petens obnixius, ut pro eo ſupplicite orare dignetur; quatenus Deus omnipotens eum illuminare dignaretur. Sanctus vero Godehardus, vocato ad ſe puero, ſuper eum legit, quæ ſequuntur, Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, cum collecta, Deus qui per coæternam tibi ſapientiam, hominem eum non eſſet condidiſti, &c. & addidit. Vade fili; & ille magiſtrorum optimus, qui ſubito docuit Apoſtolos, te inſtruat, & in via recta ad agnitionem perducat clariorem. Qui puer ita mutatus eſt, ut in brevi tempore omnes ſuos conſanguineos, & omnes ſibi coætaneos, imo ſeniores atque doctiores ſe, ſapientiæ plenitudine anteiret: qui poſtea propter intellectus & ſapientiæ profunditatem, in Epiſcopum Patavienſem eſt electus atque ordinatus; unde ſibi & ſubditis pro animarum ſalute inſtantiſſime laboravit. Sequens miraculum factum eſt, cum eſſet Epiſcopus.

Hebes natura redditur docilis:

B 70 Accidit ut ſanctus Præſul Godehardus quoſdam de ſuis ſubditis, ob eorum rebellionem; poſt monitiones conſuetas excommunicaret: quorum aliqui, malitiæ ſuæ veneno excitati, ipſo celebrante, eccleſiam intraverunt arroganter & proterve. Quo cognito, ſe divertit ab altari dicens: Præcipio vobis omnibus qui eſtis excommunicati, in virtute Spiritus ſancti & ſanctæ obedientiæ, ut exeatis de eccleſia. Rebelles autem & excommunicati, hoc præceptum non curantes, perſtiterunt, remanentes in eccleſia. Sed quidam de mortuis, qui multis annis quieverant in monumentis, qui & forſan ignorantibus eis qui eos ſepelierunt in excommunicatione ſepulti fuerant, ſurrexerunt & de eccleſia exierunt. Quod videntes illi rebelles, erubuerunt; & poſt mortuos exierunt. Sanctus autem Præſul, finita Miſſa, ad eos exiens, dixit: Audite rebelles & increduli, & videte juſtum Dei judicium contra vos: ecce mortui Deo in ſuo vicario obediunt, vos autem ſuperbo referti ſpiritu obedire contempſiſtis. Surgent igitur mortui iſti contra vos in judicio, & ſententiam damnationis allegabunt contra vos, niſi plenam & condignam pœnitentiam egeritis. Et, his dictis, convertit

C ſe ad mortuos dicens: Ego vos, fratres, auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti, abſolvo à ſententia excommunicationis, qua huc uſque fueratis innodati, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen. Ite, revertimini ad loca veſtra, & in pace requieſcite, adventum Judicis præſtolantes. Mortui autem, inclinatis capitibus & junctis manibus, quaſi gratias agentes, ad loca ſua remeaverunt & quieverunt.

Excommunicationis à Sancto latæ effectus.

HISTORIA CANONIZATIONIS ET MIRACULORUM.

CAPUT I.

Canonizatio ab Innocentio II *facta. Corpus elevatum.*

1 GLoria ſummo Creatori, & humani generis reparatori; qui non noſtris meritis, ſed ſua immenſa bonitate, dignatus eſt Confeſſorem ſuum B. Godehardum Pontificem, ad ſalutem omnium credentium, hominibus noſtri temporis revelare: & eum qui pro longinquitate temporis jam quadam nube oblivionis obfuſcatus fuerat, ut tandem ab in-

Præfatio auctoris.

colis noſtræ eccleſiæ veneraretur, voluit nationibus diverſarum terrarum manifeſtare: ut gloria ipſius non tantum ad domeſticos fidei attingeret, ſed etiam in exteras nationes ſe dilataret. Qualiter autem & quo ordine tranſlatio prædicti Confeſſoris noſtri facta fuerit, non turgido elõquio; vel nitens grandi cothurno, ſed ſimplici ſtylo aggredior deſcribere; non confiſus ingenii mei igniculo, ſed illo Evangelico dicto; Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Et iterum, Non vos eſtis, qui loquimini; ſed Spiritus patris mei, qui loquitur in vobis. Per ſcripturas enim res præteritæ & brevi tempore in oblivionem tradendæ, ad memoriam revocantur; & per res virtuoſe in Eccleſia geſtas, cum leguntur, fideles accenduntur, & torpores mentium diſcutiuntur. EX BROWERO. Pſalm. 80 Matth. 10

2 Anno Dominicæ Incarnationis MCXXVIII, obitus vero beati Godehardi nonageſimo, *a* Bertholdus, & in omni Eccleſiaſtica religione perſpicuus (utpote ſcientia litterali admodum eruditus, & morum honeſtate valde decoratus) Cathedræ noſtræ Eccleſiæ præſidebat: quam diſcrete gubernando, & religioſos viros undique ex diverſis Eccleſiis ad ſe colligendo, adeo ſublimavit, ut diverſas cellas ſuis temporibus ædificaret, & in ſpiritali converſatione dulci adhortatione confirmaret. Quo reſidente in communi conventu Cleri ſibi commiſſi, & de populi Eccleſiæ noſtræ utilitate (uti mos ejus erat ſemper) pertractante, Deo faciente (uti poſt effectus indicavit) ex improviſo ſermo de Patrono noſtro, Beato ſcilicet Godehardo, exoritur, item atque item à pluribus replicatur, conquerentibus & condolentibus, ſe tam miſericordem habere Patronum, & condignum ſibi in Eccleſia Dei non exhiberi honorem. Nam quantam miſericordiam & quam manifeſtam gratiam prædictus Confeſſor Fratribus noſtris, ſuis meritis, apud Deum obtinuerit, ab ipſis viris auctorabilibus, in prædicto conventu exiſtentibus, omnibus manifeſtatur. Per quod, mentes aſſidentium omnium non ſolum exhilarantur; ſed qualiter laudes ipſius in Eccleſia Dei multiplicentur, unanimiter omnes accenduntur. *a Bertholdus Hildesheimenſis Epiſcopus* E *in confeſſu eorum de honore sanctis ſolicitorii*

3 Prædictus enim Antiſtes noſter Bertholdus privatam gratiam, ſibi à Patrono noſtro conceſſam, omnibus aſſidentibus indicavit: & qualiter eum pium interceſſorem apud Deum eſſe cognoverit, non ſine contritione cordis Fratribus noſtris enumeravit. Nam tempore juventutis ſuæ, cum ipſe inter ceteros adoleſcentes ludicris rebus eſſet intentus, contigit, ut ipſe in ſuburbio noſtræ civitatis, quemdam laicum non voluntarie lancea perforaret, & eum quaſi mortuum ad terram proſterneret: qui quaſi ſemivivus domum deducitur, lecto affigitur, & uſque ad mortem periclitatur. Sed præfatus Antiſtes noſter dolens & mœrens, in diverſa rapitur, ſe ſacris Ordinibus quaſi homicidam eſſe repellendum angultiatur; & ita in diverſas cogitationes animus ipſius invitatur. Tandem nutans, quaſi navis deprehenſa in fluctibus maris, ad Patronum noſtrum B. Godehardum, ut ad portum tutum ſe dirigat, ſpem ſuam in eum quaſi anchoram in firmum littus infigit, ut ab imminente anxietate eum eriperet, corde contrito & humiliato ſpiritu poſtulavit. Sed dum vir vulneratus jam eſſet in agone poſitus, ipſe fide firmus ad ſepulcrum S. Patroni noſtri ſe proſtravit, totamque noctem in oratione pernoctavit, & magis rugitu cordis, quam propalatione vocis, miſericordiam imploravit. Sed tandem prope termino noctis, vigiliis defatigatus, & dolore conturbatus, quietem intrare compellitur. In qua ei & ſtatura & forma Patroni noſtri in viſione, quam tamen numquam in hac vitâ viderat, certiſſime manifeſtatur. Nam, dum adhuc eſſet inter vigilias & adultam quietem, perſona Patroni noſtri ei in *narrat quod juvenu ipſe viro à ſe letaliter fauciato* F *invocato S. Godehardo ſanitatem impetravit:*

EX ERO-FERO.

visione apparuit; ut Missarum solemnia celebrari faceret, ei diligentissime indixit; & ut Officium, Ne timeas Zacharia, exaudita est oratio tua, decantari faceret, continuo adjunxit. His visis excitatus, orationes suas magis ac magis continuare instituit: sed in via nuntium suscepit, qui certissime ægrum evasisse mortem, nuntiavit. His auditis, corde & animo exhilaratus, Deum cæli benedixit, qui nobis talem Patronum in Ecclesia nostra reservavit.

addunt alii curatum sibi pollicem,

4 Fuit vero tunc temporis in conventu nostro Sacerdos quidam religiosus, Adelbertus nomine, qui regulari vita in cella B. Bartholomæi, quæ sita est in Orientali plaga nostræ civitatis, vivebat: qui, cum audisset quæ Præsul noster narravit, videns tempus idoneum sibi, & ipse gratiam, à Domino collatam Patrono nostro, omnibus intimavit. Dum enim ipse quadam nocte, patrocinia Sanctorum implorando, altaria nostræ circuiret Ecclesiæ; tandem juxta sepulcrum beati Confessoris se prostravit: sed surgendo manu indiscrete, tenendo sarcophagum ejus, se sublevavit; & illico pollex ejus de propria junctura emarcuit. Videns autem jam sese manu debilitatum, supplex & gemebundus se ad terram prostravit; veniam & misericordiam à B. Godehardo postulavit. Et statim in proprium locum, sine mora & læsione, pollex resilivit.

B

& puerum epilepticum,

5 Audiens hæc Magister quidam de monte S. Mauritii, Reinardus nomine, vir provectæ ætatis; & ipse manifestam gratiam Patroni nostri expertus, cum opportunũ videret, non eam subticuit, sed omnibus in conventu nostro existentibus evidenter patefecit, dicens. Fuit enim puer quidam custodiæ ipsius addictus, in Clericali arte erudiendus, qui epileptico morbo, quem vulgari nomine caducum appellant, adeo vexabatur, ut quotidie sexies ad minus ad terram prosterneretur, & usque ad mortem, nimia fatigatione periclitaretur. Hic quadam die ad patrocinium beati Confessoris nostri deducitur, sed in via bis ad terram prosternitur. Orationes ad tumbam ipsius pro eo funduntur; eleemosynæ pauperibus largiuntur, & perfecte sanatus in domum ipsius regreditur.

Hinc de Canonizatione tractari cœptum:

6 His tribus signis in communi conventu ab auctorabilibus viris recitatis, omnes ea hilari mente percipiunt; ipsum Antistitem nostrum, quod voluntarie per se faceret, instigant, ut omnibus modis elaboraret, qualiter beatum Pontificem nostrum Godehardum inter ceteros Sanctos Dei canonizaret. Sed dum in rebus minimis, ne dum in maximis, in quibus lætum expectamus finem, divinum invocandum sit auxilium; placuit omnibus, ut speciales ubique in Ecclesia nostra funderentur ad Deum pro hac causa preces, ne quid incassum vel inconsultum contra nutum Domini inciperemus, quod ad bonum effectum perducere non valeremus. Igitur statutum est, ut omnes tam majores quam minores, finita matutinali hora, ad tumbam ipsius Beati Patroni nostri Godehardi convenirent, & sese humiliter ad terram prosternerent; & Psalmum, Benedixisti Domine terram tuam, corde contrito & humiliato, Domino decantarent. Statutumque est, ut in singulis cœnobiis, in territorio nostræ Ecclesiæ constitutis, speciales pro eo fierent orationes & eleemosynarum largitiones; quia impossibile est multarum non exaudiri voces orationum.

C

pro quaorationes & eleemosyna decernuntur.

interim Bertholdo mortuo successit Bernardus.

7 His ergo, aliquanto tempore peractis, Ecclesia nostra nova tribulatione concutitur. Nam prædictus Pastor noster, pro dolor! nobis ex hac vita subtrahitur: & omnis Ecclesia nostra tanto Pastore desolata conturbatur. Sed qui consolatur miseros in tribulatione sua Deus, non permisit Ecclesiam suam in fluctibus hujus seculi sine gubernatore diu fluctuare, sciens, quia ubi non est gubernator, corruet populus. Nam omnis Ecclesia nostra simul coadunata *b*, Bernardum summum Præpositum, virum omni clericali scientia eruditum, & moribus optimis decoratum, communi consensu Cleri & alacritate populi, reclamantem & omnibus modis renitentem, seque indignum vociferantem, in spiritualem Pastorem elegit; & usque ad Cathedram summi Sacerdotii perduxit. His ita gestis, causa Patroni nostri, quæ propter tribulationes nostras jam aliquantulum decciderat, redintegratur; & quo ordine ad effectum perduceretur, ab omnibus elaboratur. D

b

8 Sed cum Canonica censura, propter illusiones dæmonum, quæ frequenter in Ecclesia Dei in talibus contigerunt, statutum sit, ne quis sine Apostolica auctoritate, & vita ipsius per viros auctorabiles approbata, canonizaretur (quod tamen in præcedentibus, tum propter difficultatem, tum propter longinquitatem itineris, causam nostram valde retardaverat) factum est, Deo annuente, ut quod ante sine magna impensa ac summo labore non poterat ad effectum perduci, id nobis quasi ante ostium inopinate deferretur. Nam in Leodicensem civitatẽ Curia indicta est, ubi Innocentius Papa cum Romana Ecclesia, & magna parte Galliæ, cum Lothario Rege & fere universis Episcopis Theotonicæ regionis, convenerunt; ut de violentia Romanæ Ecclesiæ per Petrum Leonis perpetrata, qui tum temporis Papatum sibi violenter usurpavit, pertractarent; & qualiter illud idolum, in templo Domini positum, destruerent, elaborarent. Factum igitur est, ut ad Dominicam *c* Lætare Jerusalem, ad prædictam civitatem multi Catholici viri, tam cum Apostolico quam cum Rege, convenirent, & de communi statu Ecclesiæ pertractarent. Inter quos præses noster Bernardus cum Majoribus nostræ Ecclesiæ assistens, videns opportunitatem ultro sibi collatam, ipsum Apostolicum cum omni Curia Romana aggreditur; vitaque Pastoris nostri coram ipsis recitatur; & ut per eum in Ecclesia Dei canonizetur, devotissime preces funduntur.

per quem canonizatio Sancti petita ab Innocentio 2 in conventu Leodicensi.

E

c

& ad Concilium gen. dilata

9 Sed cum consuetudo sit Romanæ Ecclesiæ in generali Concilio Sanctos Dei canonizare, quod tunc temporis in Remensem civitatem in festo S. Lucæ indictum fuerat; accepto consilio, petitionem Ecclesiæ nostræ usque in prædictum locum distulit, ibique diffiniturum certissime promisit. His ita gestis, Antistes noster, Apostolica promissione animatus, lætus regreditur, & ab omnibus devote suscipitur, & quæ sibi responsa sint, enarrantur. Tunc omnes audientes quæ per Apostolicum promissa sunt, unanimiter lætantur, precesque apud Pontificem nostrum devotissime funduntur, ne se tantæ promissioni subtrahat; sed, licet laboriosum sit, ipse se tamen una cum Majoribus Ecclesiæ nostræ ad indictam Synodum repræsentet. Jam dies advenerat, in qua Synodus universæ Ecclesiæ Citramontanæ indicta fuerat. Tum vero præfatus Antistes noster Bernardus, una cum Metropolitano Magdeburgense *d* Norberto, qui tunc temporis in Ecclesia Dei magni nominis fuerat, & Majoribus ecclesiæ nostræ, ad præfatam Synodum iter instituit; &, Deo annuente, cum magna prosperitate & opportunitate ad Remensem locum pervenit. Ubi honorifice susceptus, dum jam Synodus aliquot dies esset celebrata; Antistes noster Bernardus Apostolicum Innocentium cum suis Cardinalibus convenit, & de causa Patroni nostri B. Godehardi usque eo induciata devotissime submonuit. Sed, Deo annuente & id faciente, omnes unanimes & concordes in sua petitione invenit; ut post ipsa res indicavit. F

d

ab eodem Remos ad hoc profecto iterum postulatur,

10 Nam postera die, cum in Synodo generali Apostolo-

A Apoſtolicus reſideret;nullo admonente, ſed Deo faciente, Apoſtolicus ad omnes luculentam orationem habuit, in qua diſertiſſime petitionem noſtræ Eccleſiæ de Patrono noſtro expoſuit;&, ut aſſenſum præberent, devotiſſime poſtulavit. His ita geſtis, Epiſcopus *e* Tarraconenſis, vir religioſus & litterali ſcientia eruditus, quo ordine Tranſlatio fieri deberet,expoſuit;ſcilicet,ſi ea quæ dicebantur de Patrono noſtro, Eccleſia noſtra per legitimos teſtes ac juramenta comprobaret. His vero verbis Apoſtolicus ſe interpoſuit; & ſe à Principibus terræ noſtræ adeo in Leodicenſi Eccleſia certificatum fuiſſe aſſeruit,ut non opus eſſet id ſecundo teſtificari, quod lucidius ſole poſſet comprobari. Auditis autem, quæ ab Apoſtolico dicebantur, omnes unanimiter,ut canonizetur, aſſenſum præbent; & ut laudes Domino perſolvantur, admonent, qui dignatur ſervos ſuos ab infirmitate hujus carnis eripere, & inter Sanctos & electos ſuos collocare. Continuo,Te Deum laudamus,canitur; laus omnipotenti Deo perſolvitur; & ſic demum coadunata Synodus terminatur. Tum vero Antiſtes noſter, munitus Apoſtolicis litteris, ad
B nos uſque regreditur, & à Clero & populo benigne ſuſcipitur: litteræque Apoſtolicæ referantur; quibus recitatis,Deo laudes perſolvuntur. Tenor vero Apoſtolicæ conceſſionis ſequitur in hæc verba.

e *& Papa compertam ſibi ſanctitatē Godehardi affirmante decernitur.*

11 Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Clero & populo Hildenesheimenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Veniens ad nos venerabilis frater noſter Bernardus Epiſcopus veſter,in plenaria Synodo, quæ Remis per Dei gratiam fuerat congregata, atteſtatione Fratrum noſtrorum,Epiſcoporum, & Abbatum, & aliorum, qui ſecum venerant, ſanctæ memoriæ Godehardum Epiſcopum veſtrum laudabiliter vixiſſe in mundo, & tam in vita quam poſt mortem multis miraculis coruſcaſſe, aſſeruit. Unde nos,cum Fratribus noſtris, omnipotenti Deo gratias referentes, habito eorum conſilio & collaudatione,quia eumdem in cælis cum Sanctis credimus coronari, ipſum inter Sanctos honorari præcipimus; mandantes vobis, ut & eidem beato viro ſolennitatem in veſtra Eccleſia ſtatuatis; & ad eam annualiter convenire,cureris. Data Remis IV Kalend. Novembris. Sed quia tunc hibernum tempus imminebat, nec ad tantum negotium ſe expedire valebat;viſum eſt congruum,quæ per Apoſtolicum conceſſa ſunt catholicis & religioſis viris nuntiari; & ipſam *f* Tranſlationem uſque in quartum Nonas Maji differri.

Ac publicatur epiſtola miſſa ad Hildesheimenſes 28 Octobris.

Indicitur tranſlatio 4 Maji facienda,

f

C 12 Et jam tempus advenerat, cum tam celebris rumor, ſcilicet de Tranſlatione tanti Patroni, in noſtram civitatem plures tam religioſos quam promiſcui ſexus homines coadunabat. His viſis, conſilium in communi conventu capitur, qualiter caute ſine turbatione transferatur, ne aliquod ſcandalum Eccleſiæ noſtræ inde oriatur. Nam fuere quidam religioſi viri,admodum timentes, propter longinquitatem temporis, vel corpus non inveniri, vel nullum indicium ſanctitatis reperiri. Sed tandem, poſt multas diſceptationes, in hoc omnes conveniunt; ut remota multitudine, ante matutinales horas, omnes conveniant;& ſic tumbam,in qua poſitus fuerat,cum omni devotione aperiant. Mediæ ergo noctis tempore Antiſtes noſter, una cum religioſis viris, tam monachis quam regularibus, ſibi coadunatis, cum magno timore ac tremore, cryptam noſtræ eccleſiæ ſubiit,& ſarcophagum, in quo poſitus fuerat noſter Patronus,aperiri præcepit: ipſeque cum ceteris fidelibus, orationibus interea devotiſſime inſtitit. Sed ubi ſummus labor in frangendo ſarcophago antea viſus fuerat,jam,Deo faciente, illico ſe aperiebat; & aditum facillimum ad corpus præbebat. Tum vero, aperto ſarcophago, quantas lacrymas aſtantium aſpiceres, quos ſingultus audires, quam ſpiritalem diſpoſitionem corporis ipſius proſpiceres, quis vel ſermone, vel ſtylo exprimere valeat? Quid plura? Divinus quidam & incognitus odor fragrabat, qui quoſdam aſtantes quaſi quadam ſpiritali dulcedine refociliabat, & in perfecta fide ſanctitatis ipſius eos corroborabat. Tum vero videres omnes ſeſe humiliter excuſare, ſeque eſſe indignos tanti Patroni corpus attingere; cum noverint, vitam ſuam longe ab ejus ſanctitate diſcordare. Tandem, omnibus cunctantibus & longam moram facientibus, per Fratrem noſtrum Præpoſitum Bertholdum corpus ſublevatur,& propter multitudinem populi, quæ ad tantam rem videndam convenerat, in ſecretum ſacrarii noſtri deportatur. *g*

Sepulcrum aperitur,

g

EX BROWERO.

unde mirus odor expirat.

ANNOTATA.

a *Vdone Epiſcopo Hildesheimenſi, anno* 1114 *mortuo, ſucceſſit Bruningus; ſed eo Epiſcopatum reſignante, anno* 1115 *ſubrogatus Bertholdus, præfuit annis* 15.

b *Anno* 1130 *mortuo Bertholdo, ſuccedit Bernardus.*

c *Anno ſcilicet* 1131, *quando in hac Dominica, tum* E *29 Martii,in eccleſiâ S. Lamberti Lotharius, ante Dux Saxoniæ,in Imperatorem coronatus eſt.*

d *Hic eſt* S. Norbertus *fundator Ordinis Præmonſtratenſis, cujus Vita danda eſt* 6 *Iunii.*

e Michael, *poſt expulſos Saracenos, fuit Epiſcopus* Taraconenſis *ſaltem ab an.*1121 *ad an.* 1137. *Conſule Suritam & Martinum Carillo.*

f *Hanc Tranſlationem* 4 *Maji anno* 1132 *factam, indicat etiam Ms. Saxonicum noſtrum.*

g *Mirum eſt niſi multa hic deſint, quibus explicetur, qua ratione ſacrum corpus publicæ venerationi expoſitum, & in eo ubi nunc eſt loco collocatum fuit. Eſt autem nunc in monumento, quod oſtenditur in crypta ſubterranea B. Mariæ Virgini dicata, ſub choro ſummæ ædis: in ipſo autem monaſterio, quod S. Godehardi nomen retinet, habetur ſtatua argentea pectoralis, quaſdam ejus Reliquias continens, aliaqua nonnulla monumenta, uti nobis Hildeſio ſcripſit P. Ioannes Dirking, ibidem an.* 1674 *Philoſophiæ Profeſſor.*

CAPUT II.

Cæci, muti, claudi, aliique ſanati. Submerſi, ſuſpenſi, captivi liberati.

13 SEd hæc hactenus dicta ſufficiant, qualiter ſit F beatus Godehardus tranſlatus: nunc ſupereſt caritati veſtræ intimare, qualiter per eum mundus ſit illuminatus, & uſque ad remotiſſimas gentes & paganiſſimas exaltatus. Nam ex longinquitate temporis merita vitæ ipſius fuerunt pene abolita, & paucis tantummodo cognita; quæ per tranſlationem corporis ipſius evidentiſſime omnibus ſunt manifeſtata. Tot enim Dominus per eum fecit miracula, ut nec lingua valeant exprimi vel ſcriptura: quæ autem ſunt notiora & manifeſtiora aggredior deſcribere, ut in eis poſteritas de patrocinio tanti Patris poſſit confidere. Nam ipſa die tranſlationis, cum corpus ipſius uſque ad montem S. Mauritii, cum magna reverentia Cleri & populi, deferretur; contigit, quoddam flumen *a*, quod præterfluit civitatem noſtram, *a* incidiſſe; & longo tempore, ſub undis morantem omnino expiraſſe. Hic dum corpus Patroni noſtri ad eum appropiat,vitæ priori reſtituitur; & Domino opitulante, ſanus & incolumis à terra ſublevatur: qui poſtea per multa tempora in famulatu Patroni noſtri apparuit, & pro vita reſtituta non ingratus Deo extitit.

Tranſlatione facta crebreſcunt miracula.

merſus flumine vitæ reſtituitur.

EX BROWERO.

14 His vero auditis, Eccleſia noſtra non ſtatim & indiſcrete acquievit; ſed aliud certius & manifeſtius miraculum humiliter expectavit. Poſtera vero die, cum dies anniverſarius Patroni noſtri illuxiſſet, finita Miſſa & Horis conſtitutis, mulier quædam muta, habens filium privatum lumine, ſubito quaſi in extaſim rapitur, ac per horam parvam in terra volutatur. Tranſacto vero aliquanto tempore, matri lingua reſeratur, lumen puero reſtituitur: & manifeſtum eſſe miraculum, omnibus comprobatur. Nam fuere in civitate noſtra tunc temporis quidam viri auctorabiles de *b* Corbeja, ipſius mulieris comprovinciales, qui eam cognoverunt, & veriſſime eam mutam, filiumque ejus lumine privatum, longo tempore fuiſſe, nuntiaverunt. His auditis, Eccleſia noſtra, tam Clerus quam populus, in unum coadunantur: laudes Creatori perſolvuntur, qui novit electos ſuos ab omni ambiguitate abſolvere, & in perfecta fide ſolidare: ſigna enim debentur infidelibus, non fidelibus, ut per miracula & inuſitata confirmentur in his, quæ à ſenſibus noſtris & memoria ſunt remota.

b *Sanantur muta & cæcus,*

15 Vix laudes de miraculo prædicto Deo perſolvuntur, cum claudus quidam, qui longo tempore contractus fuerat, ſe ſubito erigebat; & pedem firmo greſſu terræ affigebat. Sicque factum eſt, ut ipſa die anniverſaria Patroni noſtri, infra baſilicam noſtram, quinque miracula contingerent, quæ omnibus manifeſta fuiſſe apparerent: cæcus enim videt, mater ipſius loquitur, claudi tres poteſtatem ambulandi receperunt. His ita geſtis, rumor & fama Patroni noſtri, propter frequentiam multitudinis quæ ad Tranſlationem tanti viri convenerat, magis & magis innotuit, & ſeſe in omnes comprovinciales terras dilatavit. Unde factum eſt, ut tanta multitudo hominum, patrocinia Paſtoris noſtri implorantium, in civitatem noſtram confluereret, quantam nullus hominum nec antea in eccleſia noſtra vidit, nec (ut arbitror) deinceps videbit. Nam omnes habentes infirmos, languidos, claudos, ſurdos & mutos, nec non & dæmoniacos, vel quovis morbo detentos, uſque ad patrocinium Paſtoris noſtri pro recuperanda ſanitate deferunt.

item 3 Claudi,

B

16 Contigit vero circa idem tempus, quod quidam viri auctorabiles de *c* Turingia adveniunt, qui ſuum paſtorem una manu debilem ſecum adduxerunt. Hi, ut patrocinium B. Godehardi imploraverunt, illico ſanitatem recepit, & manum debilem erexit. Quo facto, omnes unanimiter laudes Deo referebant; & in ſignum veritatis, manum manui comparabant. Nam manum, qua paſtoralem virgam ante tenebat, rugoſam & induratam invenerunt: alteram vero, cum qua non laboraverat, candidam & mollem repererunt. His ita geſtis, matronæ quædam ab eadem terra uſque ad nos pervenerunt, ducentes ſecum mutum, longo tempore loqui non valentem; quæ dum orationibus inſiſterent, ac pro ipſo patrocinium B. Godehardi implorarent; ſubito vinculum linguæ eſt ruptum, & officium ipſius per miſericordiam Dei eſt reſtitutum.

c *manum aridam habens*

C

mutus,

17 Fuit vero tunc temporis *d* Erpisfordiæ Vicedominus, habens pro miſericordia Dei claudum, & pene omnibus membris debilitatum, eleemoſynis ſuis addictum; quem, auditis miraculis quæ per Patronum noſtrum fiebant, uſque ad patrocinium ipſius in eccleſiam noſtram direxit: & ſicut credidit, ſic per miſericordiam Dei recepit. Nam quem debilem & omnino incedere non valentem uſque ad nos tranſmiſit, Deo adjuvante, ſanum & incolumem ſuſcepit. Fuit vero circa idem tempus in Cella *e* B. Paulinæ, multo tempore quidam claudus, omnibus notus & manifeſtus. Hunc potens quidam de Turingia per licentiam Abbatis ad ſe recepit; &, quæ corpori neceſſaria fuerant, pro miſericordia Domini ipſi erogavit. Hic ad patrocinium B. Godehardi pervenit, & integritatem corporis percepit.

claudus,

e *alius claudus*

D

18 Fuit etiam tunc temporis in Turingia puella quædam gibboſa, in dorſo valde curvata. Hæc veniens ad patrocinium B. Godehardi, per miſericordiam Dei eſt erecta, & quod raro fieri ſolet, gibbo eſt omnino privata. Vir quidam ab eadem terra natus, per miſericordiam Domini & Beati Godehardi, ab eodem morbo eſt liberatus. Iiſdem vero temporibus fuit matrona quædam in Haſſia, omnibus comprovincialibus nota, & maximis infirmitatibus per multa tempora detenta. Hæc cum nihil jam præter mortem ſperaret, tandem patrocinium B. Godehardi humiliter imploravit; ſeſeque ad terram proſtravit, & miro modo ſanitatem recepit. Nam & in inguine, ubi antea caro ſana fuerat, ſubito ſe aperuit; & duos lapides tantæ magnitudinis, quantæ in humano corpore nemo prius viderat, ſubito emiſit. Quo facto, unum ſecum inſignum miraculi, uſque ad patrocinium B. Godehardi in Eccleſiam noſtram detulit; alterum vero in ſignum virtutis Dei domi reſervavit.

2 gibboſa,

& calculoſa.

19 Circa idem tempus contigit in Turingia inſigne miraculum, & dignum memoriæ tradendum. Nam duo viri, pro dolor! mala ſocietate conjuncti, furtum quoddam peregerunt, & pelles cuidam ſurripuernnt. Factum eſt ergo ut uterque caperetur, & ad judicium traheretur. Sed cum jam uterque convicti ſuſpendio traderentur, alter ipſorum toto corde ingemuit; &, quod ſolum poterat, corde contrito & humiliato patrocinium B. Godehardi imploravit: alter vero, quaſi deſperans, nulli petitioni inſtitit, vel vocem compunctionis emiſit. Factum eſt igitur, ut uno fune colligarentur, & uno ramo ſuſpenderentur: quo facto, alter ſpiritum illico emiſit; alter vero, qui patrocinium B. Godehardi imploraverat, ſine læſione & moleſtia pependit. Sed jam longo ſpatio horarum tranſacto, ille cujus pelles fuerant, propius accedens, & videns alterum expiraſſe, huic, quem adhuc vivere putavit, in hæc verba prorupit. Quærebat enim, ſi viveret, aut ſi vitam retinere potuiſſet. Ille vero ſperans ſibi adiutorium adveniſſe, confeſſus eſt & ſe vivere & nullum dolorem ſentire. Hoc audiens qui eum ſuſpendi fecerat, magnam inhumanitatem ei intulit: nam fune quo ſuſpenſus fuerat tornato, firmo niſu ad terram corpus depreſſit, & ſic ſpondilia colli ſe fracturum ſperavit: quo facto ſtatim diſceſſit, & omnem voluntatem ſuam ſe jam adimpleſſe non dubitavit.

E

Fur ſuſpenſus Sancto invocato,

ſervatur in vivis,

F

20 Factum eſt autem poſt diſceſſum eorum longo tempore, ut prædictus vir manus poſt tergum ligatas diſſolveret, & pannum præ oculis ligatum diſrumperet, & ſic tandem funem, quo ſuſpenſus fuerat, confringeret. Ad terram vero proſtratus, videns ſe nullam læſionem habere, in fugam ſe convertit; & ſilvam, quæ vicina erat, cum feſtinatione introivit. Hoc videntes quidam, qui non remote diſceſſerant, eum admirantes proſequuntur, rogantes eum ſilvam exire, & nihil niſi bene de eis ſperare. Qui tandem adhortatione ipſorum confortatus, ſilvam exivit, & cum eis magnificans & glorificans Dominum, uſque ad eccleſiam pervenit. Hic poſtea, ad patrocinium B. Godehardi venit; & quæ ſibi per miſericordiam Dei & B. Godehardi contigerant, conteſtantibus civibus ſuis, qui plures una ſecum advenerant, nobis omnibus enarravit. Quot vero ſuſpenſos & jam in articulo mortis Deus per merita B. Godehardi liberaverit, longum eſſet per ſingula deſcribere; maxime, cum funes quibus ſuſpenſi fuerant, omnibus in eccleſiam noſtram adventantibus poſſint demonſtrari.

& ſine noxa ſoluius teſtatur miraculum,

uti & alii plures ſic liberati.

21 Tunc

A *curantur media & cacitate laborantes duæ.*

21 Tunc temporis duæ mulieres de longinquo ad patrocinium B. Godehardi venerunt, quæ gratiam ſibi ab eo collatam devotiſſime nobis omnibus narraverunt. Nam altera poſt immenſam infirmitatem, omnem appetitum cibi & potus amiſit, adeo ut nec cibum nec potum infra duos menſes ſumpſerit. Videns autem, ſe vitam ſic longo tempore non poſſe retinere, miſericordiam B. Godehardi imploravit, & priſtinum ſtatum recepit. Altera vero, cum longo tempore, lumine eſſet privata, in via, in qua ad patrocinium B. Godehardi pergebat, eſt illuminata.

item dæmoniacus.

Fuit vero iiſdem temporibus in Mindenſi Epiſcopatu vir quidam dæmoniacus, adeo obſeſſus, ut vix plures eum retinerent, quin ſeipſum interimeret & alios neci traderet. Hic tandem manibus poſt tergum ligatis & pedibus concatenatis, per parentes ſuos ad patrocinium B. Godehardi deducitur, ejuſque auxilium ab omnibus humillime imploratur. Dominus vero ſuus, Hezelinus nomine, videns ſummam ejus vexationem ac maximam tribulationem, miſertus ejus, ipſum manumiſit, ac ſervum B. Godehardo tradidit; quo facto ſtatim ſanitatem recepit, & cum parentibus ſuis, ſolutis vinculis, integer & incolumis domum remeavit.

B *Pœnitentis loricaferrea excutitur.*

22 Sub eodem tempore venit in eccleſiam noſtram vir quidam magnæ pœnitentiæ & auſteritatis; qui per multa tempora carnem ſuam vigiliis & jejuniis domaverat; adeo ut & loricam indutus ad carnem portaret. Hic, cum devote coram Patrono noſtro orationibus inſiſteret, multis videntibus per gratiam Dei, lorica quaſi tela araneæ diſrupta eſt; & uſque ad terram dilapſa. O virum omni laude digniſſimum, cujus meritis & vincula peccatorum diſrumpuntur, & ligaturæ ferreæ diſſolvuntur! Habebat tunc temporis Abbatiſſa de *f* Wunſtorff claudum quemdam valde debilem, qui omnino os in genu amiſerat, & crus, in quamcunque partem volebat, quaſi ſine junctura, vertebat. Tunc Abbatiſſa, cum tanta miracula per Patronum noſtrum fieri perciperet, ſecum prædictum claudum uſque ad limina Patroni noſtri perduxit, & Deo faciente, ſanum & incolumem reduxit. Sed, cum ad eccleſiam ſibi commiſſam remearet, cum hymnis & laudibus eum reduxit, referens gratias Deo pro omni dono ſibi collato.

f *Sanantur claudus*

C *debilis omnibus membris,*

23 Hæc videns mulier quædam minus religioſa nec Dominum timens, in hæc verba prorupit, ſe numquam velle patrocinia B. Godehardi implorare, niſi puerum quemdam omnibus membris debilitatum, quem tunc temporis in platea reptantem vidit, recto greſſu videret incedere. Factum eſt igitur, ut parentes ipſius pueri, poſt paucos dies ad patrocinium B. Godehardi eum deferrent, & factis orationibus pro ipſo, ſanum & incedere valentem reciperent. Quod poſtquam vidit præfata mulier, ex verbis temerarie prolatis corde contrito & humiliato pœnituit, & ſe viſitaturam Patronum noſtrum Domino vovit. Hoc facto, ex imo cordis ſuſpiria duxit, conſiderans ſibi neceſſaria viæ deeſſe, vel unde pueris ex ſe genitis domi poſſit providere. Quæ dum ſic anxiaretur, factum eſt, ut parvulus ipſius inſcius domum egrederetur, portans panniculum, quem in platea invenerat; in quo mater novem nummos, quaſi neſciente puero quid ageret, reperiebat. His ita geſtis, laudes Deo & B. Godehardo perſolvit, qui & ipſam ab anxietate eripuit, & omnem dubietatem à corde ipſius extirpavit.

alius claudus & contractus,

24 Circa idem tempus fuit puer in Epiſcopatu Mindenſi, in villa quæ Lanesberge appellatur, claudus & miro modo contractus; hunc parentes ipſius, licet pauperes, ad patrocinium B. Godehardi adduxerunt; & pro ejus ſanitate recuperanda, devotiſſime miſericordiam ipſius implorabant. Sed dum aliquantulam moram facerent, nec ullum profectum in puero viderent, ad proprias manſiones redire parabant, quia ſe exaudiri deinceps dubitabant. Sed dum prope ad villam, quæ Runeberge appellatur, veniſſent, & in quodam prato ſe quieturos diſpoſuiſſent, in lacrymoſa verba proruperunt; conquerentes, ſe in multa tribulatione ad patrocinium B. Godehardi veniſſe, ſed nullam gratiam in puero ſuo percepiſſe. Qui, dum ſic colloquerentur, ſubito puer membra, quæ antea fuerant incurvata, extendit; & de curru, in quo vehebatur, lætus & ovans proſiluit. Quod poſtquam gens vicina viderat, illico unanimiter Dominum collaudabant, & ad proximam eccleſiam puerum ſanatum devotiſſime deducebant. Sed ne tantum miraculum in oblivionem traderetur, in prædicto loco caſam quamdam comprovinciales erigebant, ubi fideles prætereuntes, in reverentia iſtius miraculi, poſt multo tempore oblationes deferebant. EX BROWERO.

25 Fuit item claudus quidam illis temporibus in *g* Goſlaria, omnibus notus; qui & ipſe pro recuperanda ſanitate ad B. Godehardum ſe contulerat; & Domino adjuvante, ſanitatem recipiebat: adeo ut ſcabella, quibus antea reptabat, quaſi in ſignum memoriæ, in eccleſia noſtra derelinqueret; & ipſe erectus incederet. Hoc plures religioſi illius civitatis viri omnibus fiducialiter affirmabant, qui per multa tempora eum claudum agnoſcebant. Fuit vero tunc temporis, in loco territorio eccleſiæ noſtræ addicto, qui Aulica appellatur, vir tantæ ægritudinis in morbo qui fiſtula appellatur, ut jam omnino vitam deſperaret: qui nodum *h* femoris in junctura ante poſitum amiſerat, & ceteram partem jam ſe amiſſurum timebat. Hic ad patrocinium B. Godehardi ſeſe deferri præcepit, & ſanitatem corporis, Deo faciente, recepit. Poſt hæc nodum, quem antea manu ferebat, in ſignum miraculi & doni ſibi à Domino collati, in eccleſiam ſuſpendi juſſit; ac deinde, lætus & alacer, domum remeavit.

g *item alius.*

& laborans fiſtula

h

26 Circa idem tempus fuit matrona quædam de Hervordenſi loco genita, quæ omnino fuit paralytica & omnibus membris diſſoluta: nullum enim membrum ipſius proprium officium exercuit, ſed nec per multos dies adimplere valuit. Hæc maximam partem ſubſtantiæ ſuæ in medicos expenderat, ſed per eos ſanitatem corporis recuperare non poterat. Audiens vero tantam gratiam, per merita B. Godehardi hominibus à Domino conceſſam, ſpretis exterioribus medicis, totam ſe miſericordiæ Domini commendavit, & ad patrocinium B. Godehardi deferri præcepit. Quæ, dum aliquanto tempore moram faceret in noſtra eccleſia, tum per orationes fidelium tum per B. Godehardi patrocinium, ſanitati eſt reddita, & omnia membra ejus priſtino vigori reſtituta. Hæc poſtea frequenter ad limina B. Godehardi pervenit, & pro dono ſibi collato gratias non immodicas Domino perſolvit.

ac paralytica:

E

F

27 Non multo poſt tempore venit vir quidam in noſtram eccleſiam, habens filiam valde dilectam, quæ gravi morbo laborabat, & jam morti propiabat. Nam gutturi ipſius, os immenſæ magnitudinis, & ex utraque parte magni acuminis per ſex dies adhæſerat, quod nullus extorquere quavis arte valebat. Qui primum medicos in civitate noſtra tunc temporis commorantes circuibat, & ab eis conſilium, quid de filia eſſet acturus, requirebat: ſed nullum ſalubre conſilium adinveniebat. Deſtitutus autem omni exteriori conſilio ad patrocinium B. Godehardi ſe una cum filia contulit, ipſumque pro ea humillima devotione imploravit. Factum eſt ergo, ut ipſa die puella os ſine læſione ejiceret, & integram ſoſpita-

os faucibus implicatum ejicitur,

EX BROWERO.

tem recuperaret. Non multo poſt eodem morbo quidam per ſeptem dies laborabat, & jam certiſſime ei mors imminebat : Hic veniens ad patrocinium B.Godehardi, ſtatim liberatus eſt, & in priſtinum ſtatum reſtitutus.

Liberantur captivi in Wigeleve,

28 Contigit vero circa idem tempus quod Eckehardus quidam de Wigeleve, cognatum quemdam ſuum vi & injurioſe captivavit, & contra jus & fas incarceravit. Qui dum aliquanto tempore in captivitate detineretur, contigit in ipſa nocte Pentecoſtes, dum matutinales horæ celebrarentur, ut ad terram ſe proſterneret, ac patrocinium B. Godehardi pro ſua liberatione imploraret. Tandem ab oratione ſe elevans, foramen adeo arctum acceſſit, ut puer trium annorum pertranſire [non] potuiſſet : ſed dum caput applicaret (ut ſibi viſum eſt) foramen ſe dilatavit, & ipſe ſanus & incolumis pertranſivit. His ita geſtis, ſine mora omnibus innotuit, captivum de carcere erupiſſe, & omnia evaſiſſe. Statim omnes unanimiter eum proſequuntur, vias quibus evadere poſſit cuſtodiis muniunt ; & qualiter eum apprehendant, omnibus modis elaborant. Sed, Domino adjuvante & B.Godehardo, factum eſt, ut omnium inſidias pertranſiret, & ipſos cognoſcens à nemine cognitus eſt. Hic ſine mora ad patrocinium B.Godehardi ſe contulit, & pro ſua ſolutione gratias Domino in eccleſia noſtra perſolvit. Fuit vero tunc temporis in Marchia Uugariæ, vir quidam in captivitate poſitus, & fortiſſimis compedibus compeditus, qui nihil aliud ſperabat, quam vel omnia ſua amittere, vel mortem ſubire. Ad aures ipſius fama B. Godehardi intonuit, & quanta Dominus pro ejus amore operaretur ipſi innotuit. Mox ad terram ſe proſtravit, & ejus patrocinium devotiſſime imploravit. Factum eſt igitur, ut, ipſa nocte, catena qua ligatus erat ſe diſſolveret, & ipſe de captivitate, Deo adjuvante, evaderet. Hunc omnes in eccleſia noſtra viderunt, & hic eveniſſe circa eum veraciter perceperunt.

B *in Hungaria*

29 Iiſdem vero temporibus, fuit quidam Paganus de ulterioribus partibus *i* Sclaviæ captus, & in *k* Halverbergenſi urbe incarceratus. Hic fama revelante, de Patrono noſtro audierat, & quanta Dominus pro ejus amore operaretur quocumque modo, utpote Paganus, perceperat. Hic quadam nocte, mortis timore coactus, inter ſpem timoremque pendulus, orationem ex imo cordis ad B. Godehardum direxit; &, ut ſui miſereretur, devotiſſime exoravit. Quo facto, ſine mora, ex trunco magnæ molis & fortitudinis, quo concluſus fuerat, integro remanente, quaſi ex liquida re ſine læſione pedes eduxit : & qualiter id ſibi accidiſſet ignoravit, nec fugam ullatenus injit. Die vero illuceſcente, cuſtodes advenerunt, & non ſine admiratione magna eum repererunt. Sciſcitantes vero, qualiter id ſibi ad invocationem nominis B. Godehardi accidiſſet, admirati ſunt, dominoque ſuo retulerunt, & quid deinceps eſſent acturi quæſierunt. Dominus vero, compunctus tanto miraculo, gratiam impendit ; ipſumque captivum ſine læſione abſcedere juſſit. Quantos vero & quot incarceratos, & maximis compeditos compedibus, Dominus per patrocinium B.Godehardi à ſumma tribulatione abſoluerit, longum eſt per ſcripta enumerare ; cum quivis ipſa tormenta in eccleſia noſtra pendentia poſſit cognoſcere. Quapropter non ſupervacaneum duximus plurima ex his quæ longa forent ſcribere, præterire, & ad alia innoteſcenda tranſire.

i k in Halverberg.

C

& alibi alii.

ANNOTATA.

D

a Ingram *appellant incolæ, qui tribus fere horis infra Hildeſium Leinæ fluvio majori ſe miſcet.*

b Corbeja *ad Viſurgim, celeberrimum monaſterium & oppidum, diſtat Hildeſio horarum circiter 16 itinere.*

c Turingia *vulgo* Duringen, *Haſſiæ contermina regio, bidui fere via diſtans ab Hildeſienſi diœceſi.*

d Erpisfordia *dici videtur quæ* Erfordia, *urbs Turingiæ famoſa.*

e Cella S.Paulinæ, *Abbatia in Turingia, deductis, ab Hirſaugia monachis fundata tempore Henrici IV Imperatoris, à Paulina Comitiſſa : quæ vitæ recluſæ auſteritate* Sancta *vulgo meruit cognominari, quo magis mirum à Bucelino ſolum dici* venerabilem *ad 14 Martii ; ubi & nos de ea inter Prætermiſſos. In Supplemento plenius forſan de ea agetur, maxime ſi de vita & miraculis ejus, ultra ea quæ Trithemius habet nanciſcamur aliquid.*

f Wunſtorpenſe monaſterium, *in diœceſi Mindenſi à B. Theodorico Epiſcopo fundatum.*

g Goſlaria *ad Goſam fluvium in Ducatu Brunſwicenſi, Hildeſio ad Euro-Africum diſtans horis circiter 12.*

h Nodus femoris *hic dicitur, oſſiculum illud rotundum, quo femur tibiæ committitur ad genu ;* patellam *appellant alii.* E

i Slaviæ *nomine intelligitur totus ille tractus, qui à Bohemia per Miſniam, & Luſatiam, uſque ad Balthicum mare extendebatur, Wagriam, Mechlenburgiam, Brandenburgiam ac Pomeraniam inſulaſque vicinas complectens, quæ regiones ſero admodum Chriſti fidem ſuſcepere.*

k Halverberg *credo eſſe urbem, quæ communius* Havelberg *à fluvio* Havela *præterfluente, & mox in Albim ſe exonerante ; fuit autem Epiſcopalis ſub Magdeburgenſi Archiepiſcopo.*

CAPUT III.

Mortus ſuſcitati, cæci illuminati, naufragi aliique adiuti.

30 NOn multo poſt ea quæ diximus, fuit vir quidam, habens filium unigenitum valde ſibi dilectum; qui puerili more per campos curſitando ludebat, ſed fortuito ad foſſatum quoddam veniens, maxima multitudo terræ ex improviſo ſuper eum corruebat. Sed pater hæc ignorans, nec ipſum puerum domi reperiens, uſquequaque quærebat ; nec ullatenus eum invenire poterat. Unde factum eſt, ut quidam diceret, ſe circa foſſatum puerum ludentem vidiſſe, nec poſtea comparuiſſe. Quo audito pater cum feſtinatione, ubi ultimo puerum viderat prædictus vir, transcurrit ; & magnam multitudinem terræ noviter corruiſſe conſpexit. Quo viſo, adjunctis ſibi plurimis, terram cum magna feſtinatione retexit; & puerum, nullum indicium vitæ habentem, invenit. His ita geſtis, quia magnæ miſericordiæ Patronum noſtrum B. Godehardum fuiſſe audierat, illico preces devotiſſimas ad ipſum dirigit, adjiciens, ſi Dominus per merita ipſius vitam priſtinam reſtitueret, ipſum ei in perpetuum ſervum offerret. Quo facto puer vitæ priſtinæ reſtituitur, ac domum ſimul cum patre regreditur. Hunc poſtea cum patre in eccleſia noſtra vidimus ; & ab ipſo patre, ſic de puero eveniſſe, certiſſime cognovimus.

Puer terræ obrutus in vitam revocatur ; F

31 Fuit vero tunc temporis vir quidam in loco, qui Mindin appellatur, adeo in hydropiſi detentus, ut circiter annum in ea laboraret ; & jam nihil niſi mortem ſperaret. Hic, audito nomine B.Godehardi in adjutorium ſuæ infirmitatis eum ſuppliciter invocabat; & ut ſibi in neceſſitate poſito ſubveniret, humi-

hydropicus ſanatur.

A humiliter exorabat. Factum est ergo non multo post, ut quidam, quem nec antea viderat, nec postea vidit, ad eum intraret; & facta incisione, tantam abundantiam aquæ ex eo manare faceret, quantam vix tina quis ferre potuisset. Quo facto, adhibitâ curâ, absceſſit, nec deinceps comparuit. Hunc postea perfecte sanum vidimus, &, eo referente, sic circa eum eveniſſe, veraciter cognovimus.

32 Circa idem tempus, per B. Godehardum, insigne contigit miraculum, & dignum memoria retinendum. Nam quidam peregrinantes de *a* Ruzia ad patrocinium B. Godehardi adventabant; & in die Palmarum quoddam desertum intrabant. Sed Christiano more, cum divinum officium niterentur peragere; contigit, ut subito multitudo Paganorum in eos irrueret, & quotquot poterant neci traderent. Factum est ergo ut Sacerdos, qui una cum ipsis fuerat, occumberet, & per passionem ad Dominum migraret. Alii vero videntes se una interimi, licet inermes, resistere eis parabant; sed propius protectionem B. Godehardi devotissime implorabant. Quo facto, licet plures & armati contra inermes congrederentur; tamen, Domino faciente, Pagani se in fugam verterunt, & arma passim à se rejecerunt. Ipsi vero hoc videntes, baculis quibus utuntur peregrini

B illos feriebant, & circiter sex morti tradiderunt: victoresque effecti, arma quæ à se latrones rejecerant, acceperunt, & tam scutum quam gladium in signum victoriæ in ecclesiam nostram detulerunt.

33 Non multo post hæc contigit, piscatorem quemdam cum puero suo *b* Weseram velle transire; & solito more utilitati suæ insistere; sed cum jam fere medium aquæ obtinuisset, tanta tempestas incubuit, ut [salva] vita se evadere dubitarit. Videns autem ventum magis ac magis insurgere, magister signum adjutorii populo intonuit; puer vero orationem ad B. Godehardum direxit. Factum est ergo, ut magister, qui natare noverat, confidens in populi adjutorio submergeretur; puer vero natare nescius, per suffragium B. Godehardi liberaretur.

34 Tunc temporis venit quoque quædam pauper cula, in civitatem nostram, de Spirensi loco genita, ducens secum puellulam omnibus membris debilitatam, nec prorsus incedere valentem. Quæ, dum circiter mensem in civitate nostra moram faceret, nec ullam gratiam in filia perciperet, tristis in terram suam redire instituit; quia jam se indignam audiri autumavit. Sed cum super ripam Weseræ, in

C loco qui Munden appellatur, perveniſſet, & asinum pastum misisset, filiamque de curru deposuisset, matre semota, puella, quæ antea fuerat debilis, subito se erexit, & in hæc verba prorupit: clamabat enim se gratiam B. Godehardi realiter percipere, & illum secum ibi manere. Quo dicto, omnia membra illius, quæ antea fuerant debilia, in naturalem statum sunt restituta; & ipsa integraliter est sanata. Hanc omnes in ecclesia nostra sanatam vidimus, Dominoque de dono sibi collato laudes persolvimus.

35 Fuit circa principium translationis B. Godehardi quidam Sclavus, lumine longo tempore privatus, intra Paganos moram faciens. Hic audiens virtutes, quas Deus in honore B. Godehardi operabatur, usque ad limina ejus pervenit, ac patrocinium ejus humiliter imploravit. Sed dum communes pro eo in ecclesia nostra fierent orationes, quia noviter, relicto errore gentilitatis, venerat ad Sacramentum baptismatis; factum est, peccatis nostris exigentibus, ut sanitatem non reciperet, sed omni spe destitutus post aliquod tempus domum remearet. Contigit autem ut sui contribules, adhuc in sua gentilitate permanentes, qui eum visum non recuperasse viderunt, continuo in opprobrium & derisionẽ eum deduxerunt; scilicet quod Deum suum dereliquisset, & in alio nullam salutem inveniſſet. Hæc & his similia illis exprobrantibus, factum est ut prædictus vir pudore confunderetur, & mortem sibi inferre niteretur. Sed, ô virum omni laude dignissimum, qui & vitam temporalem ei conservavit, & à morte æterna eum liberavit! Nam dum adhuc in hac intentione permaneret, ut mortem sibi inferret; per merita B. Godehardi illuminatus, iis, à quibus prius contumeliosa susceperat, deos suos surdos & mutos exprobrabat, & se numquam ab eis bene quid accepturos verissime confirmabat. Hunc postea in ecclesia nostra plures viderunt, & eum fuisse illuminatum verissime cognoverunt.

36 Contigit vero non multo post, quemdam de Polonia ad patrocinium B. Godehardi adventare; sed dum jam ostium nostræ ecclesiæ niteretur introire, subito à maligno spiritu est raptus, & ad terram horribili modo dejectus. Qui dum in ecclesiam vi duceretur & ad tumbam B. Godehardi applicaretur, tanto furore cœpit debacchari, ut quivis posset admirari. Tandem corpus B. Godehardi ad eum defertur, & signo sanctæ Crucis benedicitur; & sine mora, statim cum indicio magni fœtoris liberatur. Fuit vero tunc temporis in *c* Trajectensi Episcopatu E

vir quidam arti mercatoriæ deditus, qui frequenter mare transivit; & quæ sibi necessaria erant, conquisivit. Hic quodam tempore maxima tempestate in medio mari deprehenditur, ab omnibus conclamatur, & nil jam nisi ultimus vitæ terminus timetur. Tandem finito aliquanto tempore, resumptis viribus animæ, auxilium B. Godehardi implorabant: & argenteam navim delaturos, si evaderent, devoverunt. Hos in ecclesia nostra, navim argenteam deferentes, postea vidimus, & sic eis eveniſſe veriſſime cognovimus.

37 Contigit etiam tunc temporis in Hollandia, quod quodam tempore mare per inundationem influxit, & infinitam multitudinem populorum submersit. Hoc quidam percipientes, in basilicam quamdam in honorem S. Mariæ dedicatam se receperunt; in qua mortem se evasuros speraverunt. Sed cum jam mare magis ac magis affluer et, & jam ipsum murum basilicæ impingeret, videntes se non posse evadere, auxilium B. Godehardi imploraverunt, quod statim evidenter perceperunt. Nam continuo mare ad solitum locum relabitur, & ne deinceps locum habeat evagandi, divinitus inhibetur. Factum est igitur ut Dominus noster patrocinium B. Godehardi nobis non tantum in terris ostenderet, sed F

etiam in mari certissime manifestaret: nam quot naves in magna tempestate deprehensas Dominus per eum liberarit, testantur adhuc cereæ naves in ecclesia nostra pendentes.

38 Circa idem tempus Lotharius Imperator Romanorum legatos suos, scilicet Eilbertum Præpositum Goslarien sem fratrem nostrum, ad Imperatorem Constantinopolitanum dirigebat, & antiquum *d* fœdus Imperatorum, quod jam pene neglectum fuerat, inter ipsos reparabat. Hic dum mare transiret, & jam prospero cursu pergeret; contigit, ut quidam famulus ipsius resupinus de puppi caderet, & longo tempore sub undis maris existens nulli appareret. Factum est ergo, dum ab undis maris esset absorptus, & omnis vox esset interrupta, sola intentione qua poterat, patrocinium B. Godehardi implorabat; & ut eum à mortis periculo liberarer, devotissime rogitabat. Eo sic cogitante, apparuit ei quidam canuta facie; educensque in superficiem maris, quod ante non noverat, docuit natare. Videntes autem qui in navi fuerant, velum relaxabant & minori navi, quæ eos comitabatur, usque ad eum pervenerunt.

Sic

a Russi peregrini à Paganis invasi se morti eripiunt.

b Puer à submersione liberatur.

Puella debilis & claudа restituitur.

Neophytus cæcus

EX BROWERO.

ob non receptum visum à Paganis irrisus, illuminatur.

Obsessus sibi redditur.

c

Tempestate ereptis navē argenteam vovent.

Hollandi ab inundatione maris liberantur.

d

ex undis eripitur submersus.

EX BROWERO.

Sic prædictus famulus, à morte jam pene abſorptus, eripitur, & miro modo vitæ reſtituitur. Hunc omnes poſtea in eccleſia noſtra vidimus, & circa eum ſic eveniſſe veris aſſertionibus cognovimus.

Comitis filius in Vngaria è mortuis ſuſcitatur.

39 Non multo poſt tempore contigit, in Ungaricis regionibus celebrari miraculum & dignum memoria retinendum. Nam Comes quidam illius regionis filium habuerat, in quo omnem ſpem temporalem & fiduciam poſuerat. Contigit vero eum ægrotare, & jam uſque ad mortem periclitari. Factum eſt igitur, dum omnes ſolicite nocte dieque circa eum vigilarent, & inter ſpem timoremque hæſitarent, ut puer morti appropiaret; & quadam die, circa horam primam expiraret. His ita geſtis, dum omnes luctum lamentaque geminarent, & quæ exequiis erant neceſſaria præpararent, forte quidam vir de Bavarica regione advenerat, qui & ipſum puerum de ſacro fonte levaverat. Hic igitur videns incomparabilem dolorem patris & matris, miſertus eorum, cœpit eis nomen B. Godehardi intimare, & quantam gratiam fidelibus in eum ſperantibus Dominus adminiſtret, devotiſſime annuntiare. His auditis, ſine cunctatione, pater & mater firma fide ad terram ſe proſternunt, miſericordiam B. Godehardi devotiſſime implorant, ſeſeque devovebant cum ſuis oblationibus ad limina ipſius iter inſtaurare, ſi ad priſtinam vitam per ejus patrocinium filium ſuum poſſint recuperare. His finitis, jam veſpertinum tempus advenerat, cum inſperato modo, puer ad vitam priſtinam redit; &, quod mirabile dictu eſt, ſine indicio læſionis de lecto ſurrexit ægritudinis. Votum vero quod prædictus pater & mater fecerant, ſine mora adimpleverunt; & oblationibus non modicis limina beati Patroni noſtri Godehardi viſitaverunt: quos in eccleſia noſtra honorifice ſuſcepimus, & ſic eis contigiſſe veraci relatione cognovimus.

B

Abuti volens oſſe pro reliquiis ſubita morte periit,

40 Circa idem tempus, dum tanta miracula per B. Godehardum florerent; contigit duos viros, nimia potatione ingurgitatos, civitatem noſtram exire, & ad proximam villam velle tranſire. Qui, dum medio campo conſiſterent, alter ipſorum fortuito os invenit; quod ſublevans manu, per horam ſecum portavit. Sed videns ipſum os eſſe magnæ pulchritudinis & candoris, dicebat ſe terram velle pertranſire, & omnibus notificare, ſe Reliquias noſtri Patroni deferre; & ſic temporale lucrum, ut ceteri, acquirere. Quo dicto ſine mora in veſaniam raptatur, & loquens aliena domum deducitur, & mala morte proxima nocte traditur. His auditis, maximus terror hominibus incutitur, &, ſi qua dubietas cordibus ipſorum de noſtro Patrono irrepſerat, omnimodo ab eis eliminatur.

C

puer ſuffocatus aquis in vitam redit,

41 Fuit temporibus illis piſtor Fratrum, Adelwardus nomine, ad cujus hoſpitium peregrini quidam declinaverunt, & hoſpitali more ſecum nocte permanſerunt: qui, dum equos ſuos ad aquandum deducerent, filium ejus adhuc parvæ ætatis exiſtentem, caballo impoſuerunt, & patre ignorante, abduxerunt: qui dum equos adaquarent, fortuito infans exterritus de caballo præcipitatur, & ſine mora undis ſubducitur, & ubi quæri poſſit ab omnibus ignoratur. Sed peregrini non valentes puerum reperire, triſtes domum redeunt, patrique quæ circa filium evenerant nuntiaverunt. Quibus auditis, pater concito ſurgit, triſtis ad aquam pergit, navimque longe ſubductam requirit; & ut filium ſaltem mortuum, cum non poſſet vivum, adinvenire, elaboravit. Qui dum diu puerum in loco ubi deciderat quæreret, nec inveniret; ad terram rediit, uncum quæſivit; quo reperto, poſt longum ſpatium puerum invenit. His ita geſtis, in domum proximam declinavit; ibique puerum mortuum & nullum vitæ ſignum habentem, depoſuit; tantumque quæ exequiis neceſſaria erant, ſolicite quæſivit. Dum hæc ſic geruntur, mater pueri cum ceteris mulieribus, quarum magna multitudo domum introierat, miſericordiam Domini & B. Godehardi implorat; &, ut ſolitam benignitatem, quam omnibus impenderat, non ſibi ſubtrahat, devotiſſime exorat. Quid plura? Poſt parvum tempus, puer ſingultus emittit; aqua, quam hauſerat, cum magno impetu effluxit; & tandem vitam priſtinam reſumpſit.

D

Mercator cum nepote inter paganos captivus

42 Fuit vero circa idem tempus vir mercatoriæ arti deditus, qui negotiando, diverſas terras pertranſibat, & ſibi ſuiſque victum difficulter quærebat. Contigit vero, ut hic quodam tempore cauſa mercaturæ, cum pluribus aliis, inter Paganos tenderet, & poſſeſſionem non modicam ſecum deferret. Qui dum proſperato itinere pergerent, contigit eos vaſtam ſolitudinem introire, ubi non modicam multitudinem Paganorum obviam habuere. Quod videntes, ad arma concurrerunt, defenſacula undique ſibi præparaverunt, ſed multitudini illorum reſiſtere non valuerunt. Tunc vero quoſdam ex ipſis morti dederunt, quoſdam corpore truncaverunt, quoſdam captivaverunt; bonaque ipſorum diripuerunt. Inter quos captivos, prædictus vir, cum quodam puero, filio fratris ſui, captivatur, & in remotiſſimas partes Paganorum deducitur; ibique in quadam inſula *e* Oceani detinetur: ubi, cum diu ſervili opere deſudaret, & unde eriperetur non haberet, utpote ubi mare undique circumflueret, nec ullum locum evadendi inveniret; tandem ſe ad patrocinium B. Godehardi Patroni noſtri iturum devovet, ſi per quam partem manus illorum effugere poſſet, illi demonſtraret.

E

e

mirabiliter abnavigando liberatur.

43 His ita geſtis, quadam die dum circa littus maris anguſtiando & orationibus inſiſtendo deambularet, cymbam parvam in obſcuro loco littoris invenit, in qua ſe mare tranſire, Dei adiutorio, ſperavit; ſed, quia mare magnum & ſpatioſum fuerat, tantum periculum attentare trepidabat, ſeſeque orationibus B. Godehardi commendabat, petens ut animo illius inſpiraret, & competentia adminicula ei præpararet, quibus tantam tribulationem evadere potuiſſet. His finitis jam nox advenerat, cum jam fixo animo ſe ad fugam præparabat. Acceptis igitur duabus lanceolis, & panno de culcitra abſtracto, ad puerum filium fratris ſui, qui in alia villa morabatur, pergit, cumque ſecum abduxit. Sed cum ad naviculam veniſſet, lanceolis & panno, quem ſecum portavit, velum adaptavit, & ſic ſe miſericordiæ Domini & B. Godehardi commendavit. Quod videntes qui in inſula commorabantur, eum ſubito proſecuti ſunt: ſed, Deo adjuvante, eum comprehendere nequibant; domumque, infecto negotio, remigabant. Prædictus vero vir, non immemor quod Deo voverat, ſine mora ad patrocinium B. Godehardi veniebat, & lanceas & pannum, unde velum fecerat, in memoriam tanti miraculi, in eccleſia noſtra ſuſpendi rogabat.

F

ANNOTATA.

a *Cum* Ruſſia *propria dicta totius Poloniæ interiectu dividatur à Saxonia inferiori eique vicina Slavia; unde hi Pagani videntur in peregrinos irruiſſe; ſuſpicor legendam eſſe* Pruſſiam, *proximam utrique regioni.*

b Weſera, *Latine* Viſurgis *notiſſimus fluvius.*

c Trajectum inferius, *ſive* Ultrajectum *ad Rhenum.*

d *Videtur id factum ante annum* 1135, *quo Legatis Imperatoris* CP. *in Merſeburg poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ Virginis excepit Lotharius, & cum iis remiſit Anſelmum Epiſcopum Havelbergenſem, qui anno ſequenti* 1136 *re-*

A 1136 *reverſus eſt. Ita Ms. Saxonicum noſtrum. Mortuus eſt Lotharius* 4 *Decembris anni* 1137.

e *Non Oceani, ſed Balthici maris inſulam intelligi puto, ac veroſimiliter* Rugiam, *terrarum à Slavis detentarum fere ultimam.*

APPENDIX.

a 44 *a* INterea dum hæc aguntur, & memoria B. Godehardi valde celebris habetur, contigit, ut Archiepiſcopus Colonienſis, *b* Henricus nomine, civitatem noſtram, cum non modica manu Cleri & populi pertranſiret; & prædicta miracula, quæ per eum fiebant, cognoſceret. In conventum ergo Fratrum noſtrorum venit, & fraternitatem noſtram devote poſtulavit. Ad cujus fraternitatis confirmationem, dari ſibi de Reliquiis beati Patroni noſtri humiliter petiit, promittens ſe facturum, ut in omni diœceſi ſua celebris haberetur, & congruus honor tanto viro exhiberetur. Sed quia petitionem ejus propter abſentiam Paſtoris noſtri diſtulimus; & tunc nos ſatisfacturos voluntati ipſius polliciti ſumus, ubi is adeſſet; non multo poſt tempore Dominus noſter, cum in conventu noſtro hæc ſupradicta cognoviſſet, petitioni Archiepiſcopi acquievit, & quæ ab eo poſtulabantur ſibi donari præcepit. Mox Abbas Beati Godehardi ad eum cum portione reliquiarum tranſmittitur, & ab eo devotiſſime ſuſcipitur. Hanc vero portionem Archiepiſcopus in terram nativitatis ſuæ, id eſt, in Sueviam tranſmiſit; ibique quamdam eccleſiam in honorem ipſius inſtituit: ad quam, cum multi confluerent, & certiſſimam ſalutem animæ & corporis recuperarent; contigit ut quadam die cuidam viro manus abſcinderetur, adeo ut nec minima particula corpori jungeretur. Videns ergo mancum ſe eſſe, manum arripuit, & fide firmata eam ad truncum appoſuit, & ad eamdem eccleſiam ad patrocinium B. Godehardi migravit; ubi, cum devotiſſime miſericordiam ipſius imploraret, contigit celeberrimum miraculum, ut trunco manus conglutinaretur, & in priſtinum ſtatum reſtitueretur.

b *Henricus Colonienſis Archiepiſcopus,*

impetratis Sancti Reliquiis,

B *eccleſiam in Suevia condit,*

ubi miracula ſelare ſunt,

45 Vir quidam honeſtus, cujus nomen Theodoricus, civis Hildeneshemenſis. Hic devotione ſingulari motus, fraternitatem inſtituit S. Godehardi; & in eam utriuſque ſexus homines induxit; tribuens de propriis eleemoſynam pauperibus ſatis largam in feſto dicti Pontificis Godehardi. Hic in infirmitate quadam decumbens, quæ phthiſis dicitur, à medicis derelinquitur, qui de vita ipſius deſperabant. Quadam vero nocte, quam pene duxit inſomnem, apparuit ei S. Godehardus in habitu Pontificali, dicens ei, Quid agis frater? cur ſic jaces proſtratus in lecto? Cui Theodoricus reſpondit: Infirmitate gravatus valida, aliud non poſſum quam proſtratus jacere; ſed rogo te, S. Godehарde, ora pro me. Cui vir ſanctus ait; Surge in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti; & vade ad eccleſiam, & oſtende te Confratribus tuis; & dic eis, quia Dominus Jeſus meritis meis te ſanavit, eo quod honorem meum in hac infirmitate procuraſti. Inſuper dic eis, ut in inceptis perſeverent; & ego frater eorum ero, & defenſor ab hoſte maligno, & ab omnibus quæ honorem, vitam ſive famam eorum lædere poſſunt; & apud Deum interceſſor ero ſemper. Dictus autem infirmus ſurrexit; & quod ei dictum fuerat fecit: & omnes qui audierant verbum, Deum benedicebant, qui talem eis Patronum dedit & interceſſorem. Dictus autem Theodoricus ſanus & hilaris poſtea vixit annis multis, devote Deo & S. Godehardo ſe commendans.

Auctor Fraternitatis S. Godehardi,

C *à phthiſi per eum apparentem ſanatur,*

c 46 Magiſter Joannes, Decanus *c* Aquenſis, cum ſcholaris eſſet, tam graviter quodam tempore infirmatus eſt, ut confeſſus & inunctus nihil ei niſi mors videretur. Qui cum materia rapta eſſet in cerebrum, ſolus jacens in exceſſum venit: viditque homines ſibi ignotos intrare, qui lances, quas manibus portabant, cum lignis brevibus & quadratis ante ipſum ponebant. Stantibus ipſis ex una parte lecti contemplatus eſt introire tres inclytos Confeſſores, Sanctum videlicet Martinum Turonenſem, & S. Godehardum Epiſcopum Hildeneshemenſem, beatumque Berwardum; qui eum parte ex altera circumſtetere. In quorum conſpectu puer Joannes uni imponitur lanci, & ligna *d* ponderis alteri. Cumque elevata ſtatera juvenis eger minus habens inventus eſt, prædicti Confeſſores puerulum parvum & mendicum *e* ſinui ejus impoſuerunt, qui ſimul lancem adverſam mox ſuſpendentes, lignis graviores apparuerunt. Statimque Joannes, qui mihi hanc viſionem retulit, in ſudorem erumpens, criſin fecit; & de eadem infirmitate citius convaluit.

EX BRUNWERO. *item alius moritundus,*

d

e

47 *f* Anno Domini MCCCXXXVIII civitas Patavienſis, per Epiſcopum *g* Paravienſem cum multa armatorum militia circumvallata, ſic arctabatur, quod populus in ea deſperatus de ſalute, hoſtibus ſuis ſe tradere volebat. Contigit autem ut unus inter eos, in S. Godehardo ſpecialem gerens fiduciam, & inter majores civitatis reſidens, diceret: Audivimus multa pietatis inſignia, & ſalutaris auxilii agumenta non modica, quomodo S. Godehardus, de hac noſtra ortus terra, immo de hac noſtra diœceſi, multis adſtitit tribulatis, & conſolationem ab eo receperunt, ut multis eſt notiſſimum. Expedit ergo ut & nos ipſius adiutorium imploremus, petentes devotione ſupplici ut clementer nobis adſiſtat, & iram Dei, per quam meruimus hanc calamitatem, à nobis avertat. Placuit omnibus verbum ſenis, ejuſque omnes favent hortamento: & votum fecerunt unanimiter, ſe miſſuros aliquot de civibus cum oblationibus, petentes ut eis in neceſſitatibus ſuis citius ſubveniret. Quo voto emiſſo, mira celeritate ſe invenerunt conſolatos. Nam generoſus Princeps Dux *h* Bavariæ veniens, negotium intercepit; & inter Epiſcopum Patavienſem & cives dictæ civitatis ab eo obſeſſæ treugas conſtituit amicabiles: ſicque Præſul abſceſſit, & civitas pace gaudebat inſperata. Sed & medio tempore dictus Dux Bavariæ pacem inter Epiſcopum & civitatem inceptam confirmavit, & conſolationem hominibus utriuſque ſexus condonavit. Cives autem dictæ civitatis, ſuos ut voverant ad ſepulcrum miſerunt S. Godehardi cum votivis oblationibus, omnibus ibidē narrantes, qualiter ſuffragiis S. Godehardi de tribulatione maxima ſubito fuerint liberati *i*

f

g

Patavia obſeſſa confugit ad patrocinium S. Godehardi,

E

h *& periculo eximitur.*

F

i

48 Scite volentibus quæ & quanta Dominus operari ſit dignatus per merita beati Godehardi, cum eſſemus in Provincia Trajectenſi & in aliis locis, habentes nobiſcum venerabiles Reliquias ejuſdem, breviter quædam annotare curavimus. Honorabilem virum, Abbatem in Dokkinge, curatum evidenter cognovimus à fluxu ſanguinis, quo vehementer & diu laborarat. Per ejus ſuffragium matronam etiam quamdam, quæ bona ſpe eaſdem Reliquias ad ſe deferri petiit, Deus à duplici morbo, hydropico & podagrico, quo diu laboraverat, ejuſdem meritis potenter atque evidenter liberavit. Præterea zonis multorum applicatis ad eaſdem Reliquias, & appoſitis ad membra infirmorum tam ſecularium quam clauſtralium, in continenti ſanitatem recepiſſe noſcuntur; videlicet infirmi laborantes quotidiana, tertiana, dolore capitis, oculorum, dentium, & ceterorum membrorum. Cum femina quædam inter concives ſuos, dantibus nobis confraternitatem, more ſolito ab ipſa ſe abſentaret; moni-

Allatis in Trajectinam diœceſim reliquiis, mira curantur infirmi,

EX BROWERO. monita per visum à B. Godehardo, cur se tanto beneficio privari vellet? & respondens, quod nihil offerendum haberet; audivit, ut mane surgens, quidquid apud se inveniret, offerret; sicque in bursa duos gravioris monetæ nummos inveniens, obtulit, & idem factum coram populo professa est. Vir etiam quidam magnus, nobis valde contrarius existens, cum populum à nobis avertere, & negotium nostrum omnimodis impedire studeret; ita per inflationem gutturis & totius capitis periclitari cœpit, ut jam pene deficere videretur; donec in se rediens & corde pœnitens, per suffragia B. Godehardi ab ipsius mortis faucibus liberatus, errorem suum devotione & humilitate correxit. Quædam mulier cum geminos generaret, uno soluta ante nostrum adventum, tribus diebus cum altero periclitari cœpit: sed nobis advenientibus, attactu zonæ sanctis reliquiis appositæ, in continenti enixa dignoscitur. Præterea, cum, major Ecclesia Trajectensis suspensione divinorum longo tempore nimis turbaretur, propter adventum reliquiarum beati Godehardi, Divina resumpsit; *k* & toti populo ingens gaudium tribuit, in dedicatione videlicet ipsius Ecclesiæ.

& variis necessitatibus subvenitur,

k

B

ANNOTATA.

a *Sequentia à variis adjuncta videntur, & prima integro post Canonizationem seculo.*

b Henricus I *Comes de Molenarck, S. Engelberti successor, electus est anno* 1225, *mortuus an.* 1237. *hunc autem potius hic intellexerim quam Henricum* II *de Virnemberg, ordinatum an.* 1306, *cum ex sequenti colligamus ætate Cæsarii rem esse gestam.*

c *Hoc numero relata eisdem verbis traduntur à Cæsario Heisterbachensi lib.* 8 *Illustrium miraculorum cap.* 77, *unde huc translata. Aliqua ibi exegesis additur.* D

d *Nescio an ligneorum ponderum adhuc usus superstit; plumbea, ferrea aut lapidea sola fere jam novimus. Cum autem* Decanum Aquensem *hic lego, difficulter inducor ut de Aquisgranensi ecclesia cogitem, sed potius in ipsa Westphalia requiro locum, qui similiter vulgo vocetur* Aken.

e *Videtur indicari quod peccatis ejus præponderaret caritas tali puero impensa.*

f *Miraculum hoc ex editione Lipsiensi brevioris Vitæ transcripsit Browerus.*

g Albertus *hic fuit Saxoniæ Dux, ex Agnete Rudolphi Habspurgii filia natus, cui suus amitinus Albertus Austriacus, occupatam Patavinam Sedem cessit an.* 1322. *Hic profanæ quam sacræ militiæ aptior; profusis sumptibus non tantum exhausit, sed & obæravit ecclesiam suam, teste Bruschio de Patavia num.* 55. *quæ res causam dedisse potuit dissensioni & obsidioni hinc secutæ.*

h *Existimo Ludovicum indicari, primogenitum Ludovici Bavari, anno* 1314 *Imperatoris electi contra Fredericum Austrium: illum enim congruum fuit, dum pater Imperatorem se diceret, Ducis titulum gerere; cui & Marchionis Brandeburgici accessit appellatio.*

i *Reliqua per modum appendicis, tamquam* alia manu adscripta; *representat Browerus; videnturque spectare ad annum* 1437, *nam* E

k *Anno* 1428 Abbas Insulæ B. Mariæ, *teste Heda,* in Trajectanos ex auctoritate Romani Pontificis, quia Suederum excluserant Episcopum, excommunicationem promulgavit, *quæ,* quia illi insolita perstitere obstinacia, novennio perduravit, *sublata primum an.* 1437, *quando Nicolaus Cardinalis Cusanus fecit, ut intrusus Walravius cederet pretenso juri in favorem Rudolphi, post Suederum magis canonice electi.*

DE S. HELENA VIRGINE,

G. H. *TRECIS IN CAMPANIA GALLICANA.*

IV MAII *Post captam anno* MCCIV *à Latinis urbem Constantinopolim, & creatum Balduinum Comitem Flandrorum in Imperatorem Orientis, plurimæ Sanctorum reliquiæ fuerunt in Occidentem translatæ: inter quas ad Trecensem in Gallica Campania urbem Episcopalem advectum fuit corpus S. Helenæ Virginis: cujus meminit Nicolaus Camuzatus in Promptuario sacrarum Antiquitatum Tricassinæ diœcesis fol.* 116, *his verbis:* Sed & superioribus adjicere lubet sacrum corpus Divæ Helenæ Virginis, quod etiamnum integrum, & omnibus membris compactum est, Corintho Achaiæ capite, in dictam Trecensem Ecclesiam anno MCCIX à Francogallis, qui Constantinopolitanum Imperium sub suum jugum miserant, trajectum & illatum. *Hæc ibi. Solennis hujus Virginis veneratio valde aucta promotaque fuit, post quam ad illius patrocinium invocatum, ab anno* MCCLVII *plurima & illustria miracula fuerunt patrata, quæ Gallico idiomate edidit Nicolaus des-Guerrois, libro de Sanctitate Christiana urbis & diœcesis Trecensis: & nos ex ipsius archivii Trecensis autographis daremus, si petentibus missa fuissent; nunc ex Gallico exhibebimus Latine reddita. Dies venerationis est hic quartus mensis Maij, non solum in Breviario Trecensi, sed etiam Autissiodorensi sub ritu duplici: cujus Ecclesiæ aliquod antiqua Breviaria habemus. Saussajus in Martyrologio Gallicano ad hunc diem tradit,* hujus pretiosum corpus Trecis in summo templo honorifice repositum esse, atque ad illud venerandum hodie ex tota diœcesi confluere populum devoto admodum concursu. *Addit des-Guerrois* celebrari hoc festum in populo, ab omni opere servili cessante. *In Registro beneficiorum Trecensium anno* MDCXII *Trecis excuso assignatur ad altare S. Helenæ proprius Capellanus in Ecclesia Cathedrali, cujus Beneficii collatio est penes ipsum Episcopum. Grevenus in Auctario Vsuardi meminit* Helenæ Virginis: *quam* Martyrem *facit Ferrarius.*

altare cum Capellano proprio.

Corpus S. Helenæ Trecis incorruptum,

C

miraculis clarum.

Cultus 4 Maji,

2 *Hæc de cultu & miraculis S. Helenæ Virginis, Trecas translatæ, certa & indubitata sunt. Verum, ut asserit des-Guerrois, pium & curiosum desiderium impetrandi Vitam & res gestas hujus sanctissimæ Virginis habuerunt Trecenses: quorum voluntati aliquis facturus satis, composuit aliquam historiam, plane fabulosam; quæ tamen ita placuit, ut etiam aliquando ipsi Breviario fuerit inserta. Verum ob detectam fraudem in novo Breviario recuso dictam historiam fuisse omissam, monuit nos litteris R. D. Petrus le Venier. Autissiodorensis Ecclesiæ Pœnitentiarius, cujus ipsi humanitatem in dicta urbe anno* MDCLXII *experti fuimus, & eximiam doctrinam suspeximus. Nos dictam historiam nacti sumus ex Ms. Longipontico studio D. Nicolai Belfortii, quam etiam nobis transmisit D. Ludovicus Nicquet Cælestinus & Bibliothecarius Suessionensis, in sex lectiones distributam. Deest in utroque codice pars aliqua de obitu, sepultura & miraculis post mortem: in altero etiam Præfatio, in qua est* epistola sub nomine Argimeri, lectoris Chalcedonis, ad Herveum Trecensem Episcopū, *qui dictæ Ecclesiæ præfuit ab anno* MCCVII, *usq; ad ann.* MCCXXIII. *Huic subjungitur* epistola S. Ioannis Chrysostomi ad Rosarium Episcopum Athenienſem, *quasi huic vitam S. Helenæ à se Græce compositā mitteret, quam*

F

Vita ejus in Gracia fabulosa.

sub nomine S. Chrysostomi protrusa:

A quam dictus Argimerus, ad preces Epiſcopi Trecenſis Hervei, & inſtantiam Joannis Angelici, in Latinam tranſtulitſſet. *Aſſerit Argimerus* Joannem Angelicum ſecum egiſſe in urbe Conſtantinopolitana anno MCCXV quarto Nonas Maji, ipſa videlicet die, qua tota Conſtantinopolitana provincia & præcipue Naturenſis Eccleſia feſtum pretioſæ Virginis celebrabat. *At S. Chryſoſtomus in ſua epiſtola ſcripſiſſet, quod* quarto Nonas Maji, tota die qua florida Virgo Helena migraſſet, Naturenſis civitas tota cadentibus de cælo roſis & liliis repleta fuiſſet; cujus inæſtimabilis odoris fragrantia etiam fuiſſet perfuſa tota, tam longe remota, Athenienſium civitas.

3 *Hæc ſcripta & credita fuiſſe mirandum vel ideo magis, quod in Eccleſia Conſtantinopolitana non fuerit ulla hujus S. Helenæ memoria, quam ex ejus Eccleſiæ antiquo Synaxario aut aliis Menæis poſſemus habere: aut aliquod apud antiquos auctores Græcos veſtigium. In ipſis Actis dicitur Helena baptizata ab* Auriſio *Epiſcopo Corinthiorum, adſtante ejus Diacono* Amando. *Citantur alii Epiſcopi,* Porphyrius Naturenſis, Martianus Chriſtopolitanus, Algaſius Heracleenſis, Euagrius Philippenſis. *Ex quorum Sedibus colligimus, fabulas haſce fuiſſe conditas ſeculo decimo tertio, aſſumptis Sedibus Epiſcopalibus ex Catalogis iſtorum temporum. Non fuerunt antiquis notæ* Natura *aut* Chriſtopolis: *fuerunt autem, illa prope Conſtantinopolim, iſta ad fines Thraciæ verſus Macedoniam, poſtmodum conſtructæ, & in Sedes Epiſcopales erectæ, ut conferenti antiquas Notitias Epiſcopatuum cum recentioribus manifeſtum fiet. At quis* Agiel *Rex, qui à Corintho ad uſque Naturam ſeu Conſtantinopolim dominaretur? Ipſa nomina Latina antiquis Græcis haud uſitata, cum reliqua phraſi indicant nihil horum apud Græcos, multo minus ex calamo S. Ioannis Chryſoſtomi, prodiiſſe. Diſplicent etiam multa & grandia miracula, citra veriſimilitudinem confarta; quæ tamen omnia apud des-Guerrois Gallice tranſlata legi poſſint. In Kalendario Breviarii Dolenſis anno* MDXIX *excuſi, memoratur ad diem* XX *Maji* S. Helena Virgo, *ubi videtur hæc intelligenda.*

Sedes Epiſcopales recentiores inſertæ.

4 *Quo tempore vivebat & ſcribebat Chronicon ſuum Albericus, id eſt ſeculo* XIII *ad medium provecto, videntur credidiſſe Trecenſes quod haberent corpus* S. Helenæ Imperatricis, *matris Conſtantini: hujus enim Ancillam ait fuiſſe* S. Hoildem, *quæ* XXX *Aprilis colitur, & cujus corpus in S. Stephani eccleſia ſervatur, & forte putabatur cum corpore S. Helenæ ex Oriente allatum. Errore autem iſto detecto, & cognito quod Francigena eſſet* Hoildis; Helenę *autem* Imperatricis *corpus Romæ haberetur, videtur queri cœpta alia* S. Helena, *ſed infelici ſucceſſu, dum talis ei afficta eſt Vita qualem rejecimus. Quia autem tota fides Tranſlationis ex Oriente factæ aliud forte non habet fundamentum, quam illam utriuſque* Helenæ *confuſionem; erit fortaſis qui dubitabit, an Trecenſis hæc alibi quam in Francia vixerit obieritque, & dubitandi argumentum non leve ſumet ex ſilentio Græcorum Menæorum & Synaxariorum, quibus non videtur ignota potuiſſe eſſe illa, quæ tam prope Conſtantinopolim cultum ſuum habuerit. Nos omnibus iſtis omiſſis, quæ quam incerta ſunt apparet ex dictis, ſolum Virginis titulum retinemus, ſub quo ei cultus eccleſiaſticus defertur: & huic comprobando ex Ms. Trecenſi damus miracula: quibus adnumerare videtur Deſguerrois grave incendium, quo anno* MDXXX *die* IV *Maji ultra ſexaginta domus Trecis conflagrarant, repreſſum ad præſentiam ſacrorum ferculorum, quibus SS. Helenæ & Hoildis oſſa continebantur.*

quam antea non videntur Trecenſes diſtinxiſſe à matre Conſtantini.

quid ſi indigena Galliæ fuerit?

APPENDIX
De S. Heleno Anachoreta.

Inter vetuſtas membranas Thuanæ Bibliothecæ.

1 *AD cetera beneficia, quæ in nos contulit officioſa ſedulitas Domini Wion d'Herouval, etiam hoc acceſſit, quod cum anno* MDCLXII *per Franciam in Belgium tranſeuntibus nobis, Pariſinæ urbis Bibliothecæ omnes, etiam Regia, ultro paterent; ſola autem Thuana clauſa maneret, per indiſcretum vetuli cuſtodis ſeveritatem, nihil minus quam rem ſibi commiſſam curantis; ille (cui ex voluntate Domini ad eam quotidie liberrimus dabatur acceſſus, codicesque efferendi poteſtas abſoluta) ex ea communicare voluerit quidquid in rem noſtram facere videbatur. Inter membranas autem nobis ſic oſtenſas, fuit codex ſignatus* 599, *ubi manu antiquiſſima ſcriptæ paginæ aliquot, habebant fragmenta ex Officiis ſeu Lectionibus S. Sinerici, qui in Normannia floruit ſeculo* VII *& colitur* VII *die Maji; Sanctorumque Timothei & Apollinaris Martyrum Remenſis urbis Patronorum, qui coluntur* XXIII *Auguſti: medio autem loco habebantur veluti Lectiones tres* de S. Heleno, *initium vitæ continentes.*

AUCTORE G. H.

inventa pars Vitæ S. Heleni.

2 *Difficile erat divinare quis eſſet, cum Gallicanarum Eccleſiarum Kalendaria & Breviaria nullum hujus nominis Sancti exhiberent: & quamvis diceretur* apud Riciam *Domino deſerviviſſe, nihilo ex hoc poteramus fieri certiores veri, quando nec hoc nomen totis Galliis notum erat. Ita hæ-*

cujus videtur meminiſſe Sauſſajus

rentibus occurrit Sauſſajus, in Catalogo Sanctorum Beatorum & Piorum, qui proprias hiſtorias vel natales non habent, ſed in geſtis Sanctorum, in Martyrologio Gallicano ejuſque Supplemento conſcriptorum, diebus eorum propriis cum laude pietatis commorantur, littera H ſic ſcribens. S. Helynus Confeſſor, cujus Reliquiæ conditæ ſunt in ſacrario matricis eccleſię Trecenſis v Maji. *Quo die in ipſo Martyrologio dicitur, quod* Auguſtę Trecarum Dominica die infra feſtum Aſcenſionis Domini, fit celebratio ſanctarum Reliquiarum, ibidem conditarum in ſacrario Baſilicæ S. Petri. *Harum autem, longa ſerie enumeratarum, ordinem claudunt,* Sacratiſſima corpora Sanctarum Virginum Maſtidiæ & Helenę, item reliquię aliquot S. Helenæ Crucis Dominicę inventricis, nec non glorioſorum Chriſti Antiſtitum Nicolai, Martini, Amandi & Vulbiani, beatorumq; ejuſdem Confeſſorum Theobaldi, Helyni & Maculphi.

E

recenſent Reliquias Cathedralis Trecenſis

3 *Hic* S. Marculphus *forte littera una truncum nomen habet, de quo* I *Maji actum, & cujus depoſitio Remis agitur poſtridie.* Theobaldus *videtur eſſe Campaniæ Comes,* II *Octobris inter Pios relatus.* Vulbianus *æque ignotus ac* Helynus *eſt. At Lectionibus de S. Heleno jam repertis conſiderans quam facile pro* Arcela, *ſeu* Arciaca, *vicino Trecis ſuper Albiam flumen oppido vulgo* Arcis, *ſubrepere ſcriptori potuerit* Ricia, *maxime ſi olim etiam* Ariciacum *ſcribebatur: cœpi ſuſpicari, in ejus forte diſtrictu cultum olim ſanctum, corpus vero Trecas poſt fuiſſe tranſlatum: cumq; ignoraretur deinde vita, & vulgaris linguæ uſus,* S. Heléne *vel* Heleine *pronuntiando maſculinum à feminino non diſtingueret, paulatim invaluiſſe opinionem, qua Trecis eſſe corpus S. Helenæ Imperatricis creditum eſt, ſicut diximus: hac autem evaneſcente ſucceſſerit prolixa Helenæ Naturenſis fabula: cum interim eæ Reliquiæ, quæ tribus diverſis perſonis aſſignantur, omnes fortaſis unius ſint, & quidem non* Helenæ *ſed* Heleni *vel* Helyni *Anachoretæ: de cujus ætate & anachoreſi diſtinctiora dici poterunt, quando integra Vita reperta fuerit. Nunc hoc initium ejus accipe.*

sub nomine Helyni

quod forte à vulgo in Helenam verſum.

F

4 Fuit vir Sanctus Helenus nomine: hic apud Ricia in ſervitio Domini omni cum continentia deſervivit; & caſtiſſimis inſtructionibus enutritus, ad ſumma merita pervenerat, Deniq; eum adhuc puer eſſet in monaſterio, ſi neceſſarius fuiſſet ignis ut è vicino peteretur, ardentes prunas veſtimento deferebat illæſo: quod admirantes omnes qui aderant Fratres, ſtudium animi vitęque ejus imitari cupiebant.

Ille ignem veſte illæſa tulit

5 Huic quodam tempore, cum ſolus eſſet in eremo, deſiderium veſcendi mellis exortũ eſt; & converſus, vidit in ſaxo favum mellis inhærentem. Sed intelligens inimici hanc eſſe fallaciam, continuo ſemetipſum increpans, ait: Diſcede à me, deceptrix & illecebroſa concupiſcentia: ſcriptum eſt enim, Spiritu ambulate, & concupiſcentias carnis ne perfeceretis. Et ſtatim derelinquens etiam ipſum locũ, diſceſſit & abiit

Gal. 5, 16 *& in eremo rigida jejunans*

AUCTORE G. H. abiit in deſertum; atque ibi pro carnis concupiſcentia punienda jejuniis ſemetipſum cœpit affligere. Tertia autem ſeptimana jejunii ſui, vidit in deſerto jacere diverſa poma & ſparſa: & intelligens dolos inimici, ait: Non manducabo neque contingam, ne fratrem meum, hoc eſt animam meam, ſcandalizem: ſcriptum eſt enim, quia non in ſolo cibo vivit homo.

6 Cumque & ſequentem ſeptimanam jejunaret, paululum in ſomnum deductus eſt: & Angelus adſtitit ei, dicens: Surge jam, & quæ inveneris tibi appoſita, nihil dubitans veſcere. Et ſurgens vidit aquæ fontem, lenibus impletum fluentis; ejuſque ripas in circuitu herbis quibuſdam teneris odoratiſque prætextas; & accedens decerpere cœpit & edere, ſimiliter & ex fonte poculum ſumere, confirmabat autem ſe numquam in omni vita ſua tantam ſuavitatem habuiſſe. Invenit autem in ipſo loco ſpeluncam quamdam, intra quam aliquamdiu requievit: & cum reficiendi corpuſculum tempus & neceſſitas adfuiſſet, per Dei gratiam nihil deerat eorum quæ poſcebat à Domino. D *ab Angelo ad refectionem deductus dicitur.*

DE SANCTO LVPINO

CARCASSONE IN GALLIA NARBONENSI.

D. P.

IV MAII

Arcaſſo, *ſeu* Carcaſſio, *aut* Carcaſſum, *urbs Epiſcopalis Galliæ Narbonenſis eſt, in inferiore Occitania. Huic adſcribit* S. Lupinum *Sauſſajus in Corollario ad Supplementum Martyrologii Gallicani his verbis:* Die IV Maji. Apud Carcaſſones S. Lupini Confeſſoris, cujus corpus in Cathedrali S. Nazarii Eccleſia venerabiliter requieſcit: glorioſa autem memoria annuis ſacris colitur feria tertia ante Aſcenſionem Domini. *Hæc ibi. Nec plura hactenus de eo potuimus ſcire. Apud Grevenum in Auctario Vſuardi ad* XXX *Iulii refertur nuda memoria* Lupini Epiſcopi, *nulla etiam loci addita mentione. Guilielmus Catel inter Memorias hiſtoricas Languedocciæ lib.* 5 *enumerans Epiſcopos Carcaſſonenſes, inter Rogerium & Giſleranum nominat* Liviulam, *qui ad annum* DCCCLI *probetur ſedisſe* ex veteri ſcheda, reperta in capſa Reliquiarum S. Lupini Canonici Carcaſſonenſis. *Ejuſdem Eccleſiæ res memorabiles ſcripſiſſe ſatis accurate dicitur Geraldus de Vic, in eoque opere docere eum accepimus, quod* Feria ſecunda Rogationum, in quam incidit S. Lupini feſtivitas, Canonici duo efferre ſoleant ligneum loculum, in quo aſſervantur ejus Reliquiæ, reliquis Capitularibus ſupplicationis ordine procedentibus: quodque loculus ille apertus fuerit ab Epiſcopo Carcaſſonenſi Chriſtophoro de Leſlang, eccleſiam ſuam viſitante (*qui Lodovenſis primum, dein Aletenſis Epiſcopus, Carcaſſone præfuit ab anno* MDCVI *uſq; ad* MDCXVII) in eoque reperta ſit ſcheda manuſcripta, mentionem faciens Liviulæ ejuſdē Sedis Epiſcopi, & Ludovici Comitis Eligarii Carcaſſonæ, quorum nomina latuerant per DCCL & amplius annos, vivebant enim anno Chriſti DCCCLI tempore Caroli Calvi. *Hæc nobis ex prælaudato Geraldo Rector Carcaſſonenſis Collegii noſtri, rogatus per litteras tranſcriptum ſchedæ illius exemplar undecumque impetrare: quod ei necdum contigit. Quare rogamus eos, penes quos facultas eſt reſerandi loculi, ut præclarum iſtud antiquitatis ſuæ monumentum, aliquid amplius forte de illius Sancti ætate revelaturum, non velint perpetuo occultatum: interimque optamus conſequi lucubrationem Geraldi, cujus nunc primam accipimus notitiam.*

Reliquiæ in æde Cathedrali, B

feſtum feria 2 Rogationum. E

DE VENERABILI CATHARINA

SANCTIMONIALI ORDINIS CISTERCIENSIS,

G. H.

PARCI IN BRABANTIA.

SEC. XIII

Eſta Catharinæ Virginis Lovanienſis, nuper in Parco Dominarum Monialis Ciſtercienſis, *ſub jam poſito titulo continentur in Ms. Rubeæ-Vallis prope Bruxellas Canonicorum Regularium, folio pergameno primæ partis Novalis Sanctorum. Horum partem eiſdem verbis ſcripſit Cantipratanus teſtis oculatus lib.* 2 *cap.* 29, *num.* 20, *aliam partem habet Cæſarius Heiſterbacenſis lib.* 2 *illuſtrium miraculorum cap.* 26. *Hujus natalis ad diem* IV *Maji in Kalendario ſacri Ordinis Ciſtercienſis Divione anno* MDCXVII *excuſo refertur his verbis:* Catherina Virgo, alias Rachel, monialis in Brabantia. *Erat prius nomen* Rachel *à parentibus Iudæis impoſitum. Chryſoſtomus Henriquez in Kalendario Sanctarum ac Beatarum Ordinis Ciſtercienſis, ante Lilia Ciſtercii præpoſito, hæc de ea ſcribit:* IV Maji. B. Catharina monialis in Parco Dominarum, Deiparam Virginem ſæpe videre & alloqui meruit, & multa miracula edidit in Belgio. *Dicitur autem* Parcum Dominarum, *quod aliud ſit illuſtre monaſterium virorum Ordinis Præmonſtratenſis, etiam* Parcum *dictum, & Lovanio vicinius. Idem Henriquez Catharinam longiore elogio celebrat in Menologio Ciſtercienſi, ubi etiam* Beatæ *titulo honorat, quem eidem tribuunt Miræus in Chronico Ciſtercienſi pag.* 209, *Arturus du Monſtier in Sacro Gynæceo, & Chalemotus in Serie Sanctorum Ordinis ad hunc diem. Aſt Angelus Manrique lib.* 3 *Laureæ Euangelicæ* Sanctam *appellat, qui tomo* 4 *Annalium Eccleſiaſticorum Ordinis Ciſtercienſis acta ejus recenſet ad annum* 1220 *& ſequentem, ſed ab omni titulo tam* Sanctæ *quam* Beatæ *abſtinet: quod etiam facit Arnoldus Rayßius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii Molani, & ad* V *diem Maji referri. Horum exemplum etiam nos ſequimur, eo magis quod facta per noſtros Patres inquiſitione didicerimus, non modo nullum in Parco cultum corpori aut nomini Catharinæ impendi à Sanctimonialibus loci, ſed nec memoriam quidem ejus aliquam ſupereſſe: niſi in quodam Legendario vernacula Belgica lingua ſcripto. Alii qui hujus Virginis meminerunt, à prædictis Scriptoribus indicantur.*

C

Acta F

aut 5 *Maji.*

dies natalis 4 *Maji.*

VITA

Ex Ms. & ex Cantipratano & Cæſario.

1 NUper Judæi cujuſdam Lovanienſis filiola, tali ordine converſa eſt ad Catholicam fidem. Sacerdos quidam Capellanus *a* Ducis Brabantiæ ſolitus erat intrare domum Judæi, ejuſdem civitatis advenæ, & diſputare cum eo de fide Chriſtiana. Habebat autem filiam parvulam, quæ valde intendebat diſputationi ſecundum ſui intellectus capa-

a Filia Iudæi

A *quinquennis afficitur Christianis,* capacitatem, ponderans tam verba Presbyteri opponentis, quam patris respondentis ; sicque sensim imbuebatur per divinam dispositionem ad fidem Catholicam. Mira talis puellæ discretio. *b* Annorum enim non plene quinque, in domo parentum Judæorum, advertere cœpit animo, cur distinctio nominum fieret Judæorum pariter & Christianorum : cum unius vultus atque loquelæ homines essent utriusque gentis. Inhærebat tamen (ut ipsa postmodum *c* retulit) avidius audienti cordi ejus magis Christianum, quam Judaicum nomen : & specialiter beatæ Mariæ nomen lætabatur audire, cum Christiani aliquid invicem petere vel jurare solebant. Furabatur autem sub utraque axilla panem de mensa parentum, & pueris mendicis occulte partiebatur, ut regratiando sibi nomen audiret Mariæ. In his ergo de tempore in tempus mire proficiens, adeo sagaciter latitabat, ut neuter parentum aliquid super cogitatu filiæ advertere poterat vel audire.

b

c *& nomini S. Mariæ.*

d 2 Contigit *d* autem, ut cum successu temporis in domum præfati Sacerdotis, Magistri Reyneri nomine, cum Christianis pueris advenisset, & eam ex nomine novisset Presbyter, ipsamque venire libentius ad se frequentius advertisset ; interrogavit illam dicens; Vellesne, Rachel carissima, Christiana fieri? Et

B *anno ætatis edocetur fidē Christianā:* illa, Volo, inquit, dummodo erudias me, quid sit fieri Christianam. Tunc Presbyter, ut vir sanctus, mire gavisus in spiritu, sentiebat de puella futurum nescio quid divinum. Et incipiens à constitutione mundi, cœpit illi Scripturas exponere, per quas fides Christi, sive ipse Christus significari poterat vel ostendi.

e Quorum expositiones, *e* (ut ipsa postmodum retulit) ita integro sensu, in illa ætate sex annorum tunc & dimidii, tantaque discretione spiritus intellexit, ut raro oporteret Presbyterum rationem aliquam iterare. Hæc eruditio per annum fere dimidium perduravit, occulto aditu, per quem furtive & opportune raptam puellulam edocebat. Et vide admirationis insigne prodigium. Numquam Rachel auditu verbi Dei satiari poterat vel lassari, cum tamen Presbyter & Martha ministra ejus, mulier religiosa & prudens, valde ambo frequenter lassati, sibi invicem succederent in docendo

3 Quid plura? Mox ut parentes in filia cœperunt advertere cogitatum ; convenientibus Judæis plurimis concordaverunt in hoc, quod missam puellam de Lovanio ultra Rhenum sponso traderent arctius custodiendam. Quod ubi puella cognovit, Presbytero cum lacrymis indicavit, quod si illam eadem nocte non raperet, ac Christianam efficeret, perdita esset in perpetuum & confusa. Quod audiens Presbyter, puellæ præcepit, ut ad solitum aditum summo mane veniret. Quod cum incunctanter annueret ; de vespere matri dixit: Per me volo, mater, ista nocte jacere. Quod dum *f* simplex puerile duxisset, & diutius renuisset ; consensit tamen eidem, super cervical ad pedes suos lectulum præcipiens filiæ præparari. Jacente igitur puellula usque mane,

C *abducenda in Germaniam,* *f* *à Deipara Virgine monetur ut fugiat,* & obliviscente penitus quod Presbytero præcedenti nocte promiserat, adstitit illi gloriosa Mater Christi Maria in habitu candido super nivem, & offerens illi virgam splendidam, quam gestabat, dixit: Surge Catharina, & iter arripe, grandis enim tibi restat via. Hæc illa dicente Rachel virgam apprehendere credens, de lectulo cecidit & exclamavit. Cujus clamore excitata matre, & quærente clamoris causam, filiaque cautius dissimulante, mater protinus obdormivit: & Rachel surgens ad condictum locum, Presbyterum mox invenit. Qui lætus assumpsit eam & venit ad monasterium Cisterciensis Ordinis, quod Parcum Dominarum dicitur, quod erat ad leucam & mediam distans à Lovanio : & videntibus cunctis

in monasterio Parco baptizatur : baptizavit eam, nomen Catharinæ imponens ei, quo vocata prius fuerat à matre Christi, sanctoque habitu Ordinis induit baptizatam. EX MS.

4 Nec mora, ut audivit pater & amici ejus, quod gestum est ; consternati sunt, & per Ducem Dominum terræ, & per *g* Episcopum Leodiensem, *g* & per Papam *h* Honorium datis maximis pecuniis *h* laboraverunt, ut infra ætatem legitimam filia ablata parentibus redderetur. Quæ si in domo parentum usque ad duodennem ætatem perseveraret in fide suscepta, tunc juste Christiano nomini reddi posset: cogitantes nequissime medio tempore infantilem animum faciliter se posse deflectere, ut ad nativa parentum vota rediret. Horum fraudulenta conamina, pro dolor! multi magni & litterati viri pecunia suscepta fovebant : pro quo prædictus Presbyter non modice tribulatus, solum Christum & Matrem ejus, quæ auctrix fuerat facti hujus, multis lacrymis invocabat. Cumque Dux vellet patri restituere filiam, Judæo scilicet Christianam ; restitit ei Reynerus Presbyter, dicens: Domine, si hoc scelus commiseritis contra Deum & Sponsam ejus ; numquam salvabitur anima vestra. Restitit & ei Dominus Abbas *i* Walterus Villariensis.

ne reducatur ad patrem,

obsistitur contra Ducē Brabantiæ.

i

E

5 Videns ergo Judæus se frustratum spe, quam habuerat apud Ducem ; corrupisse dicitur Dominum Hugonem Episcopum Leodiensem. Qui Judæo in tantum favebat, ut conventui Sanctimonialium de Parco litteris suis mandaret, quatenus illi filiam suam restitueret. Denique veniente Judæo ad jam dictum cœnobium cum amicis & cognatis suis, Virgo intra septa monasterii constituta, cum de illorum adventu nihil prorsus sciret, sentire cœpit calorem magnum, ita ut palam diceret : Nescio unde sit, fœtor Judaicus me gravat. Interim Judæis pulsantibus ad fenestram, cum puellæ diceret Abbatissa: Filia Catharina parentes tui volunte videre ; respondit illa : Ecce iste est fœtor, quem sensi : non videbo illos. Et non acquievit exire. Nuper accusatus fuit idem Episcopus Leodiensis pro eadem causa coram *k* Domino Engelberto Archiepiscopo Coloniæ in Synodo ejus, & præceptum fuit ei, ne de cetero molestaret supradictum cœnobium pro puella baptizata.

& ne patri favēat Episcopus Leodiensis,

cohibet S. Engelbertus, k

6 Et tunc quidem subticuit, sed finaliter non obedivit. Nam postea litteris suis puellam citavit Leodium sub pœna excommunicationis, patri suo super objectis responsuram. Venit illa, sub bona F tamen custodia. Allegatum est pro Judæo, quod infra annos rapta fuisset, & violenter baptizata. Et dixerunt quidam puellæ : Catharina, dictum est nobis, quod libenter redires ad patrem tuum, si permittereris. Respondit illa & dixit : Quis hoc dicit? Responderunt illi : Pater tuus. Tunc illa clara voce tale protulit verbum dicens : Pater meus recte mentitus est per mediam barbam suam. O mira res, & usque in præsens cunctis seculis inaudita ! Petierat à Presbytero ad omnem citationem & Judicem se puella deduci: Forsan, inquit, Judices flectentur ætate, & ad mei piaculum movebuntur. Et factum est ut petivit & dixit. Ut enim modo prædicto Leodium venit coram Episcopo, Clericis & Magnatibus, diversos Advocatos & Judices, tam constanti quam veridica ratione confudit & movit, ut voces ululantium & clamantium cum lacrymis præ stupore, in Ecclesia S. Lamberti à locis distantibus audirentur ; ita ut omnes manifeste viderent & dicerent, in tam exili ætate divini Spiritus sapientiam valere. Cumque adhuc instaret Advocatus Judæi ; commotus Dominus Walterus Abbas Villariensis, qui personaliter interfuit, ait illi : Magister, vos loquimini contra Deum & contra honorem vestrum.

Evocata Leodium constanter se defendit:

EX MS. Sciatis pro certo, quod ſi adhuc unum verbum locuti fueritis contra puellam, ego laborabo apud Dominum Papam, ut perpetuum vobis in omnibus cauſis imponat ſilentium. Tunc ille timens ſecrete reſpondit Abbati: Domine Abbas, quid noceret vobis, ſi potuerim pecuniam extorquere ab iſto Judæo? Ego nihil loquar, quod obeſſe poterit puellæ. Cum mox ut ſalarium ſuum accepit; dixit ad Judæum: Non audeo de cetero loqui de hac cauſa.

l ejus defenſionem ſuſcipit Abbas Claræ-Vallenſis:

7 Circa idem tempus, quando Dominus *l* Guido Abbas Claræ vallenſis viſitavit monaſteria ſui Ordinis in Epiſcopatu Leodienſi; præfatum Epiſcopum convenit, monuit & rogavit, quatenus intuitu Dei & honoris ſui ceſſaret à vexatione puellæ jam Chriſto dicatæ. Cui Epiſcopus reſpondit: Bone Domine Abbas, quid ad vos de cauſa iſta? Reſpondit Abbas: Bene ad me, duplici ratione: primo quia homo Chriſtianus ſum: ſecundo, quia domus illa, in qua degit, de linea eſt Claræ vallis. Et adiecit: Puellam & cauſam ejus ſub protectione Domini Papæ conſtituo, & ſuper litteras à vobis contra illam datas appello. Quod dixit & fecit, atque litteras à Domino Papa contra Epiſcopum impetratas, Priori de Parco miſit, ut ſi forte Epiſcopus adhuc
B conventum vexare propter puellam attentaret, eiſdem litteris ſe defenderent.

fraudem ſibi paratam agnoſcit

8 Hinc poſt duos annos ceſſatum eſt à lite juris, & aliud deceptionis tendiculum præparatum. Juvenis elegantis formæ Judæus, conductus ad hoc, venit ad monaſterium ſupradictum, in quo puella degebat, & ſimulato animo baptiſma ſuſcepit. Qui cum ſe fingeret miro modo, quærebat ut puellæ quaſi cognatæ ſuæ gratia eruditionis loqui poſſet: dicebat enim: Plus ſuper omnium ſermonibus mihi cognatæ verbum ſalubrius imprimetur. Illa tamen *m* interius diſcernebat fictum ad fidem juvenē
m acceſſiſſe, & ideo nec prece, nec pretio, nec ulla obedientia flecti potuit, ut ſolum verbum juveni loqueretur. Hæc ut viderunt Judæi, ceſſaverunt ab illa: juvenis autem ad vomitum eſt reverſus.

9 At electiſſima Catharina poſt hæc tanta floruit gratia, quod omnibus amori fuit pariter & ſtupori, adeo ut nihil ea ſerenius videri poſſet. Cumque nobilium Monialium parentes cum multa ambitione venirent videre filias vel cognatas; hæc
D coram imagine beatæ Dei Genitricis veniebat, & gratioſo vultu dicebat: Aliæ ſorores noſtræ moniales à matribus & amicis gaudium habent atque ſolatium: ego autem pupilla atque paupercula ad te Domina, ut cognatam meam fidenter accedo. Tu ſola pro omnibus eſto mihi refugium & ſolamen. Nec dubium utique à miſericordiſſima pietatis matre ſingulare ſolatium obtinere meruit. Cum itaque ſub jugo ſanctæ Regulæ Domino fideliter & perſeveranter deſerviſſet, & vidiſſet viſiones admirabiles, ac etiam miraculis claruiſſet, plena virtutibus deceſſit.

Deiparam Virginem in imagine viſitat;

miraculis clara obit e

ANNOTATA.

a *Hic erat* Henricus I, *quiexit ab anno* 1186 *uſque ad annum* 1235, *ſepultus Lovanii in choro Eccleſiæ S. Petri.*

Cantipratanus ſic incipit: Vidi in Brabantiæ partibus Ciſtercienſis Ordinis monialem de Judaiſmo converſam, in qua opus Divæ Mariæ matris Chriſti glorioſius excellebat, annorum non plene quinque *&c. ut hic referuntur.*

c *Idem*, mihi retulit.

E

d *Idem ſubjungit*, contigit autem ut à Colonia in Lovanium Brabantiæ oppidum cum filia devenirent, *ubi* cum ſucceſſu temporis in domum cujuſdam Presbyteri, Magiſtri Reineri *&c.*

e *Idem*, ut mihi ipſamet dixit.

f *Idem*, ſimplex puella dixiſſet.

g *Hic eſt* Hugo de Pierrepont, *ordinatus an.* 1220 *mortuus an.* 1229, 12 *Aprilis in Cœna Domini.*

h Honorius III *Papa Sedit ab anno* 1216 *uſque ad annum* 1227.

i Walterus *traditur Abbas fuiſſe ab anno* 1214 *uſque ad an.* 1231.

k S. Engelbertus *ordinatus* 22 *Febr. anni* 1216 *uſque ad annum* 1225, *diem* 7 *Novembris quo colitur.*

l *Manrique ad an.* 1221 *cap.* 4 *putat ſubſtituendum*, Guilielmum: *nam* Guido *mortuus eſt* 24 *Auguſti anni* 1214, *cujus ſucceſſor Conradus Ciſtercium tranſlatus fuit an.* 1217 *& Guilielmus ſubrogatus diem obiit* 19 *Maji anni* 1221.

m *Cantipratanus interponit*, ut mihi retulit.

DE B. IOANNA RECLVSA

RIPATORII IN DIOECESI GALLIARVM TRECENSI.

ANNO MCCXLVI *In Ripatorii eccleſiam*

tranſlatum corpus 4 *Maij.*

Ripatorium *vel* Aripatorium, *vulgo* l'Arrivoir, *celeberrimum olim Ordinis Ciſtercienſis monaſterium, duabus ab urbe Trecenſi leucis diſitum, cœptum eſt anno* MCXXXIX *deductis ex Clara-valle monachis, quibus à S. Bernardo datus eſt primus Abbas Alanus Belga, patria Inſulenſis: uti pluribus proſequitur Gaſpar Iongelinus, in Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis in regno Gallia, ubi iſta de B. Ioanna adjungit*: In hoc cœnobio religioſe in capſa lignea aſſervantur oſſa B. Joannæ, cognomento Recluſæ: juxta quam in ſcheda membranacea hæc leguntur.

2 Anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, menſe Majo, quarto Nonas ejuſdem menſis, Epacta prima, Indictione quarta, Concurrente ſeptimo, allatum eſt ad nos corpus B. Joannæ, quæ per viginti annos & amplius recluſa fuit. Poſita autem fuit in hac theca eodem anno, videlicet die S. Jacobi Apoſtoli, fratris S. Joannis Euangeliſtæ. Iſta ſuis precibus nos protegat apud Deum. Amen.

campanæ ad ejus honorem pulſantur.

3 *Hæc ibi, quæ Nicolaus Camuzatus in Promptuario ſacrarum Antiquitatum diœceſis Tricaſſinæ fol.* 320 *aſſerit* ſe intuitum fuiſſe, *& iſta ſubjungit*: Religioſi dicti monaſterii nullam omnino memoratæ B. Joannæ celebritatem colunt, nec apud eos ulla vitæ ejus memoria extat: mos tamen tenuit, ut ſingulis annis auſpicali Maij die, campanæ ipſius monaſterii ſæpe repetitis vicibus per multas horas pulſentur, in memoriam illationis in eumdem locum ſacrarum ipſius B. Joannæ reliquiarum. *Hæc Camuzatus. Nicolaus Des-Guerrois de Sanctis Trecenſibus in Kalendario præpoſito celebrat memoriam* B. Joannæ Recluſæ *ad hunc* IV *diem Maji ob corporis tranſlationem, & Acta tranſlationis jam indicata exhibet ad dictum annum* MCCXLVI. *Eamdem* B. Joannam *ad hunc diem refert Arturus du Monſtier in Sacro gynæceo, & pleraque jam relata adjungit.*

DE

DE BEATO GREGORIO

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI,

VERVCVLI IN FINIBVS VRBINATIVM.

D. P.

ANNO MCCCXLIII

Ratio temporis ex scripto Notariali,

unde corrigendi auctores alii:

B

cultus præsertim pro impetranda pluvia:

Processio cum capite in theca argentea

C

festum ultima Domin. Maji.

Breve Beatificationis

cum libro de Vita & miraculis requiruntur.

Vrbinatium fines, ad Marecchiæ fluminis ripas protensos Boream versus, Veruculum *terminat, decem circiter* p.m. *Arimino distans, cujus diœcesi adnumeratur. Hunc locum, vulgo* Verucchio *dictum, natalibus suis nobilitavit anno* MCCXXV B. Gregorius, à Veruculo *cognominatus: anno autem* MCCCXLIII, *octo & decem annis centenario major, corporis sui thesauro, mirabiliter istuc advecto, ditavit. Ea temporum ratio patet ex quodam Vitæ compendio, quod nuper inventum inter schedas cujusdam Notarii, ejusdem cum Beato familiæ de Celliis, quodque una cum libro recentiorum miraculorum humanissime nobiscum communicavit Aloysius Torellus, Ordinis Eremitani Historiographus, optans ut & librum illum insereremus operi nostro, ut qui certissimam fidem faciat maximæ Veruculensium devotionis erga Beatum illum civem suum; & ut ad illius compendii tã authentici fidẽ exigatur ac reformetur, si quid aliter ipse scripsit in compendio de Vitis virorum ac feminarum Ordinis Sanctitate illustrium Centuria 2 cap. 78, secutus Herreram, & quos Herrera allegat Hieronymum Roman, Pamphilum, Crusenium, Gelsominium: qui omnes obiter Beati istius memoriam attingunt.*

2 *Prædictus Herrera & Gelsominius allegant etiam Christophorum Verucchinum Capucinum, in libro de memoriis sacris Verruchii (quem utinam aliquis nobis submittat) impresso Arimini an.* 1610: *Ex eo aliisque asserit Herrera, Gregorium* verbi divini prædicatione fervida, & corporis maceratione mirabili, variisque miraculis coruscasse. Concurrunt, *inquit*, populi ad cœnobium Veruculi, sacris ejus ossibus dives, præcipue ad pluviam petendam; & corpus viri sancti in processione deferentes, devotos offerunt animos; & sub ejus invocatione & tutela obtinent postulata. *Addit Torellus in epistola, an.* 1676 *ad nos data:* beneficii certo impetrandi experientiam haberi continuam: in eaque processione, quando siccitas agrorum eam instituit exigit, & alias per annum sæpe in processionibus ordinariis, circumferri caput ipsius in theca argentea; cui conficiendæ necessarios sumptus impetrarat vir opere ac verbo potens, Leonardus Valentini Cæsenas, in famosioribus Ordinis sui Studiis Professor famosus ac celebris Concionator, *& anno* 1647, *quo dictum Torelli Compendium imprimebatur,* conventus S. Iacobi Bononiæ Prior. *Deinde monet idem Torellus non hoc die* IV *Maji, quo obiit Beatus (utpote solenni S. Monicæ festivitate impedito) sed ultima Dominica ejusdem mensis B. Gregorii memoriam celebrari, una cum Dedicatione ecclesiæ.*

3 *Hic autem cultus non quomodocumque susceptus est: sed intra annum* XXIV *à Gregorii obitu, Apostolica auctoritate firmatus fuit, ab Innocentio Papa* VI, *anno* MCCCLVIII, *per* Breve, quod cum Vita & miraculis ejusdem Beati pluries vidisse ab arca, *in qua corpus servatur,* extrahi, *testati fuerunt viri fide dignissimi, ab auctore Epitomes allegati: qui etiam* quod de miraculis alias scripserit, *omittit ea repetere. Omnia hæc ut adhuc superfint optari facilius quam sperari potest: si enim vel Acta illa originalia in ipsa arca fuissent ad nostram usque ætatem servata, vel aliqua miraculorum collectio hoc præsenti seculo antiquior extaret alicubi; fieri vix potuisset, ut diligentiam præcitatorum auctorum illa sic fugissent; ut pro magno nunc habeatur Epitomen dictam reperisse.*

4 *Nondum certe reperta ea erat anno* MDCLV, *quando* Eminentissimus Cardinalis Sforza, vigore Synodi à sua Eminentiâ celebratæ, prohibuit ne in festo B. Gregorii, quod ultima Dominica Maji ex usu antiquo quotannis Verucchii celebratur, Fratres S. Augustini Conventus Verucchiensis, penes quos ejusdem B. Corpus servatur, ducerent solennem de more processionem cum circumlatione Capitis argento incluſi. Quare necesse habuit tam ipse Conventus quam Communitas Verucchiensis, propter vetustissimæ illius devotionis, magno advenarum concursu celebrari solitæ, abrogationem vehementer contristati, pro continuandæ tam piæ consuetudinis licentia recurrere ad Perillustrem & Reverendissimum D. Bartholomæum Condellam, Vicarium Apostolicum generalem civitatis Arimini & illius diœcesis; quam ille pro una solummodo vice concessit Arimini, ex Palatio Episcopali die XVII Maji MDCLVI. *Eamdem pro* anno MDCLVIII die IX Maji *confirmavit* Claudius Angelutius, *similiter* Vicarius Apostolicus, *& rursum pro* anno MDCLIX Seraphinus Massini, *etiam Vicarius Generalis, die* V Maji. *Vti constat ex ipsarum supplicationum & permissionum desuper emanatarum copiis authenticis, per* Hieronymum Cellium de Verucchio publicum auctoritate Apostolica Notarium *descriptis, post librum miraculorum intercessione B. Gregorii patratorum, & legitimis instrumentum consignatorum, anno* MDCL *ab eodem Hieronymo collectum, nobisque transcriptum, sub fide Notariali, anno* MDCLXXV; *quem nos librum infra damus, sub titulo* Syntagmatis gratiarum hoc seculo impetratarum, *sicut eum accepimus à prædicto Ordinis Augustiniani Historiographo.*

impedimentum anno 1655 annu processioni oblatum

E

sublatumque

5 *Sane non apparet, quid movere Cardinalem prænominatum potuerit ad inhibitionem prædictam, nisi sola præsumptio, quod* B. Gregorius *citra Apostolicæ Sedis licentiam sic coleretur. Contrarium autem doceri potuisset, nisi tunc adhuc delituisset prædicta Epitome, tam expressam mentionem faciens Innocentiani Brevis, ut sæpius visi à testibus fide dignissimis,* tempore qu. Rev. Fr. Augustini Benzoni: *verosimiliter haud diu officio Prioris defuncti ante hoc præsens seculum; cujus forte initio scripta est ista epitome. Hac porro inventa, videtur cessavisse obligatio quotannis petendi novam pro instituenda processione consueta licentiam. Eamdem Epitomen si aliquando vidisset Martyrologii Franciscani auctor Arturus, minime dubito quin ei inscripturus* Gregorium *fuerit, quem legisset à patria ac monasterio, per matrem suam fundato pulsum, totos extremos* XCII *longissimæ suæ vitæ annos istic exegisse,* ubi sciebat adesse conventus, per vestigia pauperis beatissimi Francisci Deo inservientes, *cum quibus ad mortem usque habitavit,* inter alios Eremitas quosdam etiam illic tunc temporis habitantes. *Sed ut dicamus, ejusdem Regulæ professionem, dimissa suæ priori, assumpsisse Gregorium, nulla apparet necessitas.*

quam earsam habuerit.

F

an posset Franciscanis accenseri?

EPITOME VITÆ

In Ms. Notariali reperta.

a Nobiliter natus an. 1225

1 NOtum sit *a* igitur B. Gregorium oriundum esse ex terra Veruculi, Ariminensis diœcesis, ex optimis & clarissimis parentibus, ex quondam Joanne qu. Thomæ de Celliis, & Anna, filia qu. eximii Doctoris Alberti Corradi: & ortum de anno MCCXXV,

EX MS. MCCXXV, tempore Pontificatus *b* Honorii III: & sacrum baptismum in ecclesia S. Martini plebis d. terræ accepisse, gubernantibus eamdem terram & convicina loca Dominis *c* Malatestis: & post tres annos eumdem Ioannem ex hac vita migrasse, relicto parvulo Gregorio penes eamdem Annam: quæ tantam illius præbuit curam, quod nil aliud cogitavit, nisi quod omnipotenti Deo serviret & gratus esset. Pro quo eidem Altissimo Sanctisque Augustino & Monicæ, ac glorioſissimæ Mariæ-Consolationis, continuas effundebat preces, dicabatque parvum puerum: sæpeque ac sæpius manum ad manum jungens, balbutienti lingua proferre laudes & gratias docebat. Qui lumine Dei repletus, pari animo compensabat genitricis voluntatem, sicque tali alebatur incremento.

b *c* *& à vidua matre pie educatus,*

2 Cumque jam ad pubertatem veniſſet, materque prudens intentionem scrutaretur, an vestigia patris, avi & illustrium genitorum secularium insequi vellet; Deo sic jubente, Eremitarum Ordinem amplecti velle habitumque susciperе, respondebat: & quid de opibus relictis faciendum admonitus, tamquam non curans, Deo restituendas responsum dabat: de prole autem & *d* mantenemento domus; Prolem quippe, ait, satis acquirit, qui januas paradisi ingredi dignus efficitur, ubi proles sanctæ conspiciuntur, ubi æternus Deus, æternus amor, & æterna quies inhabitant; cum alii de Celliis non deficiant neque deficient. Cumque pia mater pari voluntate prospiceret animarum amborum salutem, seipsam Sanctis Augustino & Monicæ cum filio dicavit; habitumque susceperunt, ipse annum decimum quintum gerens, ipsa autem quadragesimum quintum, qui fuit ab Incarnatione Domini MCCXL. Cœpit [autem] pia mater ædificare fabricam conventus S. Augustini habitabilem & capacem, eumque propriis opibus dotavit, ut Eremitæ commode inservire Deo possent, & omni quo potuit meliori modo perfecit de anno MCCXLV; in loco ubi prius parvam cellulam, sub nomine S. Mariæ-Consolationis *e* construxerant Confratres ejusdem venerabilis Societatis. Et dicti Reverendi Domini Eremitis jus ædificandi & habitandi ac omnia eorum jura cesserunt.

contempto mundo

d

B

una cum ipsa amplectitur institutum Eremitarum.

& conventum edificat:

e

3 In quo conventu, per annos decem, dum vixerat eadem Anna, habitavit idem B. Gregorius. Postea illa, circa annum ætatis suæ quinquagesimum quintum, ex hac vita migravit. Cumque Omnipotens, ut aurum in fornace, probaret servum suum Gregorium, permisit super servum suum persecutiones & injurias, ita quod etiam de domo propria expelleretur à Fratribus suis, à loco ubi tot beneficia contulerat, in florida ætate sua annorum viginti quinque; senili tamen in laboribus, vigiliis & orationibus, prædicationibus, obedientia, castitate, maceratione, paupertate & disciplinis, & denique in exemplis sanctitatis; & ubi talem gesserat vitam, quod eo vivente potius Beatum quam Fratrem Gregorium nominare solebant; & tanto spiritu verba Domini docebat, quod corda hominum sæpe ac sæpius in melius converterentur; hæresesque Arianorum pullulantes conturabat, seminatas à Buonvilla Ariminensi hæresiarcha; qui ausus fuit glorioso S. Antonio *f* de Lisbona Franciscano venenum tradere: attamen impurorum hominum malitia tumescente, ipsius Confratres, invidia virtutum Beati inducti, à conventu prædicto proficisci jusserunt, & aliunde habitare.

à quo mortua matre expulsus an. ætatis 25,

C

f

4 At ipse volens iter cœptum prosequi, Romam versus iter agens, ad evitandum mundum se contulit in montanis *g* Reti, in monte Carnerio, ad fontem Columbum: ubi & in vicinis sciebat adesse conventus *h* [Fratrum: quos fama erat] per vestigia pauperis beatissimi Francisci [Christi] vestigia sequentes, Deoque inservientes, continuis gratiis & miraculis claresceré: & cum famulis Dei cohabitavit, inter alios Eremitas quosdam, etiam illic tunc temporis habitantes, ad ejus vitæ extremum diem: & annum centesimum decimum octavum gerens ætatis suæ, ad æternam gloriam convolavit, anno gratiæ MCCCXLIII, & die IV Maji, ut in Brevi Beatificationis ejusdem.

cum Franciscanis vixit in montanis Reatinis

g *h*

D

5 Et jussu ipsius adhuc viventis, Confratres in eodem loco in capsa lignea deposuerunt cadaver felix: & super indomitam mulam, sponte ibidem (sic jubente Deo) oblatam, capsam posuerunt. Quæ ductore nullo, nisi custodia Angelica, iter agens, per civitates & loca, campanis ultro pulsantibus, feretrum *i* deportabat. Et adhuc in aliquo ex dictis locis, per traditionem, hoc accidisse ferunt, hocque subsecutum. Dum pervenit ad patriam suam Veruculi, ibi pariter campanæ sponte sonantes, signum lætitiæ dederunt. Populus, nesciens tanti operis & eventus novitatem, timore compulsus, clamitati: sed statim causa cognita & sacro *k* onere deposito, in ecclesia S. Augustini d. terræ, in introitu portæ ejusdem templi ad meridiem; convolantis turbæ ad novum prodigium timor & tremor in amorem conversus est & in lætitiam. Detecto [autem] sacro cadavere, & per quam plurimos recognito, magis [lætati sunt], gloriam Deo dantes & honorem in Sancto suo, qui populum suum visitavit & miraculis decoravit. Et statim eadem mula mortua effecta est, ne alio indigniori pondere gravaretur.

mortui corpus mulæ indomitæ impositum

i

campanis ultro jananibus defertur Veruculum

k

E

6 Dominante autem D. Galeotto Malatesta, qui tempore Joannis XXII summi *l* Pontificis Ariminum occupaverat, & terras multas, castra & fortalitia, fuſſit d. Beato capellam construi, terramque prædictam Veruculi pingi, & super eam B. Mariæ, S. Nicolai & B. *m* Gregorii [imagines] ac ejusdē Domus de Malatestis *n* insignia: & arcam ingentem matmoream pro depositо: in qua adhuc, lignea capsa delata per mulam, cum duobus ferreis *o* cingulis, [intraque eam] prædictum cadaver ejusdem Beati, conservantur ad æternam memoriam. Cumque in progressu temporis, adhuc D. Galeotto regnante, miraculis clarescеret; [idem D. Galeottus B. Gregorium] inter Beatos connumerari procuravit, ut inter Sanctos positioni viam postea aperiret; & à Summo Pontifice Beatificationis Breve obtinuit, in civitate Avenionis, sub anno sexto *p* ejusdem Pontificatus, quod fuit circa annum Domini MCCCLVII.

l

& in proprio sacello locatur.

m *n*

o

Pontifex anno 1257 Beatis eum adscribit,

p

7 Quod Breve, cum Vita & Miraculis ejusdem Beati, pluries vidisse mihi testati fuerunt fide digni & venerabiles Domini Pompilius Ferinus & Alcanius de Rainuciolis in conventu S. Augustini terræ Veruculi, specialiter tempore qu. Rev. Fratris Augustini Benzoni de eodem loco: quodque [dixerunt] cum narratione vitæ & miraculorum vidisse extrahere de arca prædicta. Et tanta claruit sanctitate & miraculis, quod antiquis temporibus populus Sanctum, & non Beatum Gregorium, nominare solebat: ut ego ipse vidi in archivio d. terræ, in *q* rogitibus D. Bartholomæi Branchi, in inventario bonorum præd. conventus S. Augustini, sub his verbis: Item super altare S. Gregorii. Sed quod de miraculis alias scripserim, non repetam.

F

per Breve cum Vita & miraculis monstrari solitum.

q

ANNOTATA.

a *Apparet non haberi hunc actum, nisi mutilum initio, ubi post invocationem Dei aut Sanctæ Trinitatis, verosimiliter legebatur nomen Notarii, annus, dies & aliæ de tempore scripti instrumenti notæ, quas optamus posse ex originali supplere.*

b *Sedit* Honorius III *ab an.* 1216 *ad* 1227.

c *Casay*

A c *Cæſar Ranuccius de Verucchio, poſt Vitas B. Ioannis Canonici Ariminenſis & B. Roberti Malateſtæ, atque memorias ſacras Oppidi Veruculenſis, editas Arimini an.* 1610, *appendicem addit de prima ac vera origine familiæ Malateſtæ; eamque oſtendit &* à Verucchio *cognominatam in antiquiſſimis quibuſque inſtrumentis, ab anno* 1195 *ac deinceps; & creditam exinde proceſſiſſe, à Raphaele Volaterrano, Leonardo Aretino, Blondo, aliiſque ſcriptoribus; quorum aliqui ejuſdem familiæ clientes aut ſubditi, non fuerint (niſi res exploratiſſima foret) nobiliorem ex Germania originem illi detracturi; quam nuper conati ſunt aliqui aſtruere, ex quodam Privilegio, ſub nomine Frederici Barbaroſſæ ſcripto, velut anno* MCLXXXV *in Epiſcopio Spoletano confirmantis donationem Ottonis* III *& Conradi Imperatorum de civitate Ariminenſi, factam Roberto Malateſtæ: quod Privilegium contendit ille omnino ſpurium ac ſuppoſititium eſſe plurimis argumentis; prudenter præmonens,* Illuſtriſſimam illam familiam non egere Privilegiis falſis & impoſſibilibus; *idque in opuſculo, ipſius Marchionis Malateſtæ Commiſſario generali Rutilio Tinelli inſcripto; eique ſententiæ ſubſcribentem allegat pag.* 8 *ipſum Carolum Malateſtam Marchionem. Quod ii notent velim, quibus durum eſt viſum in Propylæo antiquario ante tom.* 2 *Aprilis, quod ut ſuppoſititia eſſent rejecta plura ſimilia privilegia, quibus illuſtres multæ eccleſiæ nullo modo indigent ut jura ſua & prærogativas tueantur.*

Origo familiæ Malateſtæ

B d Mantenementum, *conſervatio, à* Manutenere *derivatum.*

e *Herrera de hoc conventu agens parte* 2 *pag.* 543, *oſtendit, quomodo anno* 1386 *inſtituta in eo erat* Confraternitas Scholæ S. Mariæ de Miſericordia, *forte ex memoria prioris inſtituti.*

f *Vulgatiori nunc cognomento, quod ſepulturæ locus dedit,* S. Antonius de Padua, *colitur* 13 *Iunii, quando Vitam dabimus; in qua is dicitur apud Ariminum convertiſſe* Bonovillium *ſeu* Bonellum hæreſiarcham, *annos triginta in errore habentem, ſic ut ad finem vitæ in vera religione perſeveraſſe.*

g *Nunc* Rieti, *antiquis* Reate, *urbs Vmbriæ: ubi requirenda loca hic indicata.*

h *Ecgraphum noſtrum* Concurſus, *quod correxi; & quæ deeſſe cenſebam, hic & deinceps, verba ſupplevi.*

i *Ibidem* decorabant; *exciderunt forſan verba aliqua intermedia.*

k *Ibidem,* honore.

l *Sedit* Ioannes XXII *ab an.* 1316 *ad* 1334 *pene exactum. Sub hoc autem an.* 1333 Galeottus, *Pandolfi Malateſtæ filius, dicitur occupaſſe Ariminum: quia in ea occupatione laudem præcipuam retulit, primus cum ſuo ſignifero intrans urbem, non ſibi ſed patrueli ſuo Ferrantino habendam, ſicut narrat Cæſar Clementinus lib.* 5 *Hiſtoriæ Ariminenſis: qui deinde lib.* 7 *ejuſdem Galeotti res geſtas prolixe & accurate pertractat, & narrat quomodo Galeotti Principatus, capto qui ipſi & fratri inſidiabatur Ferrantino, cœperit anno* 1336.

C *Galeotti Malateſtæ Principatus*

m *Exprimitur illa à Cæſare Ranuccio in prædicto opuſculo, in habitu Auguſtiniano, radioſo capite, dextra librum ſub axilla ſuſtinens, ſiniſtra cingulum ferreum diſruptum prætendens, cum titulo Beati & epigraphe nomini ſubſcripta ex Pſalmo* 104. Ferrum pertranſiit animam ejus, donec veniret verbum ejus. *imago B. Gregorii.*

n *Sunt ea, in viridi campo, capita integra humana tria.*

o *Ecgraphum* ciliciis: *ſed correctionem probant quæ mox ſubjungemus.*

p *Innocentii* VI *annus* 6 *inchoatur die* 18 *Decembris anni* 1352, *cum quo & Eccleſia reconciliatus Galeottus, eodem anno, is qui Ludovici Bavari Vicarius antea fuerat, Eccleſiæ Vexillifer factus eſt, contra ipſos rebelles; itáque facile impetravit id quod in cauſa Gregorii poſtulabat.*

q Rogito *dicebatur inſtrumentum publicum, quod ſcribere Notarii rogabantur*: Rogatum *Latinius diceremus.*

EX MS.

APPENDIX

Ex Italico impreſſo Cæſaris Ranuccii.

8 BEati Gregorii Verucul. Auguſtiniani imago depicta cernitur antiquitus in ſacriſtia S. Jacobi Bononienſis & alibi; oſſa autem ejus, repoſita in eccleſia S. Auguſtini Veruculi, ſemel dumtaxat quotannis demonſtrantur populo, reſeratis duabus capſis, quarum una lignea eſt & colorata, vinculiſque ferreis & crate item ferrea inſtruitur; altera ex grandi marmore, ligneam ſemper intra ſe clauſam continens. Utraque olim collocata erat ſub quodam arcuato fornice, ubi ſatis belle expreſſa erat imago jacentis in morte Beati, inter Angelorum manus cereos pretendentium, cum epigraphe, HIC IACET CORPUS BEATI GREGORII V. id eſt, VERUCULENSIS. Modo compoſitæ illæ arcæ ſunt in alio ac magis etiam decenti loco, videlicet ad ſiniſtram majoris altaris. Quando autem oſtenduntur prædicta oſſa, concurrunt undique magna frequentia populi devoti ad ea veneranda, & capitibus imponenda cingula ejus ferrea: eo quod publica ſeniorum omnium traditione credatur hic Dei ſervus alibi mortuus eſſe, corpus autem adductum fuiſſe à mulo, citra ducentis obſequium divinitus huc directo, ſonantibus ad augmentum miraculi nullo trahente campanis.... Vitæ ejus auſteritatem teſtantur illi duo grandes circuli, quos ad nudam carnem geſtari ab eo ſolitos, videmus hodie abſq; rubigine ulla, ruptum unum, alterum integrum. Oſſa candido nitidoq; goſſypio decenter involuta, neſcio quid vivacitatis & rubedinis præferunt, qui color in multorum Sanctorum oſſibus notatur: non tamen ibi ſunt omnia: integra autem eſt capitis teſta, cum utraque maxilla multiſque dentibus, & exucco cerebro, quod etiam cernitur, uti & pellis atque carnis nonnihil, adhuc firmiter oſſibus herentis, utpote non prorſus exuccæ. Dicunt autem omnes corpus diu integrum incorruptumque fuiſſe; ſed male habitum in præteritis bellis ab inſolentia militari, in hunc ſtatum eſſe redactum. Dicunt etiam jurati teſtes, vidiſſe ſe olim appenſa publice anathemata votiva; & ejus oſſa, rempore magnæ ſiccitatis fuiſſe in Proceſſione circumlata, cum effectu pluviæ mox obtentæ. *Hactenus ille, propter ſilentium Auguſtiniana Chronica non dubitaturus de veritate prænarratæ traditionis, neque de auctoritate qua talis proceſſio inſtituta fuit; ſi tunc in manibus fuiſſet Epitome vitæ, quam dedimus.* *alia alibi.* *corpus à priori loco tranſlatum ad latus altaris.* *duo ejus ferrei circuli.* *Oſſium reliquorum conditio præſens.* *cultus ab antiquo.*

E F

SYNTAGMA GRATIARUM

per B. Gregorium hoc ſeculo impetratarum, *ex inſtrumentis Notarialibus.*

CAPUT I.

Gratiæ ab anno MDCXLII *ad menſem Iulium anni* MDCL *notatæ.*

1 IN Chriſti nomine. Amen. Anno ab ejuſdem ſanctiſſimo Natali MDCXLII, Indictione X D. Urbano octavo Pontifice opt. max. ſedente, die vero 11 menſis Maji. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis ubique pateat, & evidenter ſit notum, qualiter coram me ac teſtibus infraſcriptis perſonaliter conſtitutæ, honeſtæ mulieres, D. Dorothea, uxor Mag. Franciſci Thedeſchi, & D. Diamantes, uxor Mag. Baptiſtæ Mazzucchetti, ambæ de terra S. Marini *a* Feretranæ diœceſis, cum præſentia dd. ſuorum virorum, exiſtentes ante portam oratorii Inſtr. *Curantur gravia dolore oculi.*

EX MSS. INSTRUM.

Venerab. Societatis ſanctiſſimi Corporis Chriſti terræ Verucchii, prope plateam publicam, eadem D. Diamantes dixit, qualiter diebus proxime elapſis vexata fuit à dolore habito in oculo ſiniſtro, tam vehementi quod vix ſufferre poterat. Et quamvis medicamentis quæſiviſſet remedium porrigere, tamen dolorem evitare non potens, vovit B. Gregorio Auguſtiniano, obtulitque ſe paratam viſitare ejuſdem ſanctas Reliquias, exiſtentes in eccleſia Conventus S. Auguſtini Veruechii, invocavitque auxilium ſanctum ejuſdem ut liberaretur. Et prius obtinuit gratiam quam viſitationem fecerit; eo quia evaſo tumore oculi præfati & effugato dolore, ſana, Dei gratia interceſſioneque B. Gregorii, remanſit; Deumque laudavit in Sanctis ſuis, & ad implendum votum hac die ſepulcrum ejuſdem Beati viſitavit; obtentaque integra ſanitate, modo, vigeſima octava hora hujus diei completa, auditis ſacris divinis Officiis in eadem eccleſia, ad patriam proficiſcitur.

voto viſitandi corporis facto,

2 D. Dorothea, gaudens & animo & corpore, dixit: Neceſſe eſt quod ego hic præſens narrationi gratiæ obtentæ per præſentem honeſtam D. Diamantem Mazzucchettam, compatriotam meam, non abſcondam quod ex gratia hujus Beati mihi contigit. Quod cum multis adhinc diebus vexarer à quodam incognito morbo, habito in junctura brachii & manus hujus ſiniſtræ, cum tumore & dolore; & veniens ad viſitandas ſanctiſſimas Reliquias B. Gregorii, adhuc dolore maximo perſiſtente, rogavi Patrem Auguſtinianum, detinentem in manu cilicium ferreum ſeu cincturam, quam deoſculantur ceteri fideles, pro devotione exiſtentes in eccleſia S. Auguſtini, ut cilicio ſuprad. tangeret brachium meum, in loco ubi adeſt dolor. Quo tacto per d. Rev. Patrem, ſtatim evaſit dolor, & gaudens & ſana revertor in patriam. Sicque numquam ceſſabo gratias referre & Deo & Beato iſti, qui ſit mihi & omnibus Chriſti fidelibus propitius.

male affectus cubitus,

B *attactu cinguli ferrei:*

3 Quæ omnia ego Notarius infraſcriptus pro veritate ad perpetuam rei memoriam adnotavi, ut ſancti Protectoris digna memoria poſteris meis aliiſque cernere volentibus remaneat: & ſciant compatriotæ mei ubi refugiendum in tribulationibus & in his calamitoſis miſeriſque temporibus, in quibus bella, ſeditiones, proditiones, murmurationes, inſidiæ, & omnium perfidiarum genera florent ac regnant, & in quibus nil niſi ſolum intereſſe colitur: ſicque omnipotens Deus, per interceſſionem hujus Beati, nos protegere & adjuvare dignetur, & patriam hanc & totum mundum à præfatis & aliis quibuſcumque vitiis expurgare dignetur. Super quibus omnibus rogantes &c. Actum Verucchii, ante portam majorem oratorii Venerab. Societatis ſanctiſſimi Corporis Chriſti, in via publica, in capella S. Petri, in contrata plateæ prope plateam communem & alia ſua notiſſima latera; præſentibus ibidem Mag. Ioanne Andrea Ghirardo de Verucchio, Mag. Baptiſta Mazzucchetto *b* Scarpellino, & Mag. Franciſco Thedeſco, ambobus de terra S. Marini teſtibus rogatis &c.

prout utrumque paſſa mulieres depoſuerunt,

C

b

petentes publicum de iis inſtrumentū.

4 Et quia ego Hieronymus Cellius, publicus auctoritate Apoſtolica Notarius, præmiſſis omnibus interfui, eaque rogatus ſcribere ſcripſi & adnotavi; & ſumptam copiam, licet aliena manu mihi tamen fida, cum ſuo originali, penes me & in rogitibus meis exiſtente, collatione facta concordare inveni; ideo pro fide ſubſcripſi, publicavi, & ſigno meo quo in talibus utor ſignavi requiſitus &c. *Hoc aut ſimili modo ſingula inſtrumenta confirmat fide Notariali prænominatus Hieronymus Cellius; idem veroſimiliter, inter cujus ſchedas, à patre forſitan aut avo relictas, inventa eſt epitome qualem ſupra dedimus. Non autem videtur nobis operæ pretium hujus authenticationis formulam ſæpius deſcribere in ſequentibus, uti neque nomina teſtium qui ad gratiæ narratæ confirmationem nihil faciunt; ſed ſolum adſtipulantur ut præſentes quando illæ coram Notario narrabantur; denique nec ipſum locum in quo recepta depoſitio ſcrupuloſius deſcribere, ut hic factum vides, magnopere ad rem facit; quare etiam iſta ſtudio brevitatis reſecui, exemplum in hoc primo inſtrumento exhibuiſſe contentus.*

D

Inſtr. 2.

5 In Chriſti nomine. Amen. Anno Iubilæi, ab ejuſdem ſanctiſſimi Natali MDCL Indictione III D. Innocentio X Pontifice Opt. Max. ſedente, die vero VI menſis Iunii. (*Et ſic deinceps incipiunt cetera omnia eodem anno confecta, demptis tribus ultimis; ut ſatis nobis deinceps futurum ſit, aliis omiſſis menſem ac diem notare*) coram me &c... Stephanus & Thomas fratres, & filii qu. Petri Cantellæ de Verucchio Ariminenſis diœceſis, expoſuerunt qualiter ex honeſta muliere D. Catharina, filia Cæſaris Majacci, d. Stephanus, ejuſdem legitimus maritus, habuit Petrum-Franciſcum, amborum filium, jam ætatis ſuæ complentem annos ſexdecim menſes quinque & dies tres. Et per ſpatium annorum tredecim & menſium trium vitam in proſpera ſanitate duxiſſe: ſed poſtea, ſic jubente Deo ad ſuam & Sanctorum ſuorum gloriam, in gravem morbum incidiſſe, & talem quod per medicamina humana curari minime poterat, quamvis omne humanum medicamen adhiberi procuraverint. Et in eadem infirmitate permanſiſſe annis duobus & menſibus octo, adeò quod ex cauſa prædicta ſtantibus exceſſivis doloribus, propter apoſtemas tabo continuo emanantes, attractione nervorum, febre, continua corporis debilitate, deficientia virium & ſpiritualis vigoris, nec manus, crura, pedes, nec aliam corporis etiam minimam partem movere poterat, ſed tantum linguam, inſtat Job [dicentis] derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos; &, quod malum malorum dici debet, ad propria naturæ indigentia non poterat ſe aptare ſine domeſticis auxiliis, cum doloribus ut ſic dixerim inferni, propter amotionem oſſium & nervorum attractionem: ex quo procedebat, quod etiam grabatum, inſtar paralytici piſcinæ, de quo, in Euangelio [Joannis] Euangeliſtæ Domini, reaptari non poterat ſæpius per menſes ſex & ſeptem, quamvis pii parentes id facere procuraverint: ita ut nec vivum nec mortuum cadaver habere tenerent.

Sedecennis puer tabe confectus & membris attractus,

E

per annos 2 menſes 8,

6 Sed domeſticis perſonis jucunditati erat indicibilis & inenarrabilis Petri-Franciſci patientia, quam omnipotens Deus miſericordia & pietate ſua cōpenſat, in qua ſperantes & Sanctorū ſuorū interceſſione, ſub die XXIX menſis Maji currentis annis MDCL, conſecrationis templi eremitarum S. Auguſtini terræ Verucchii, & apertionis marmorei depoſiti B. Gregorii, ejuſdem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Verucchienſis, ſumpto in linteamino mundo ſuper propriis humeris Petro-Franciſco dd. Stephanus pater & Thomas patruus cariſſimus, ipſum Petrum-Franciſcum ſemivivum detulerunt ad d. B. Gregorii depoſitum, per totam d. diem univerſo populo Verucchienſi & forenſibus apertum, concurrentibus præ devotione in Beato, credentibus & Chriſti fidelibus cæleſtem odorem ſpirante: ubi vivam ſpem in Deo & in Beato ſuo habentes, ſupplicaverunt adm. Rev. P. Baccalaureum Joannem Antonium Param, Priorem & Superſtitem d. Conventus, & ejuſdem beati depoſiti ſingularem curam habentem, ſicut & ipſe Petrus-Franciſcus, quatenus ex ejus benignitate & caritate dignaretur, cum capite ſeu oſſe capitis ejuſdem Beati tangere crura attracta coxendicibus ejuſdem pueri, & ſpecialiter dexterum, effectum taliter attractum per attractionem nervorum quod natium initium ei affixum extiterat, adeo quod

F

29 Maji delatus ad tumulum Beati,

petit admoveri ſno genu dextro caput ejus:

nec

A nec vi, nec medicamentis, nec humana industria amoveri poterat: itaque, propter temporis longitudinem & dierum, pes ejusdem lateris, præ continua existentia ex qua aliter moveri non poterat, callem recurvum & induratum generavit, prout & ego Notarius infrascriptus vidi cum infrascriptis testibus.

quo facto ipsum extenditur & vivificatur,

7 Quibus precibus & supplicationibus Rev. adm. P. Baccalaureus correspondens, hortatus fuit eumdem Petrum-Franciscum & prædd. Stephanum & Thomam, ad habendam rectam fidem in Deum, qui per intercessionem Beati poterat eidem omnimodam sanitatem largiri; & super inde, si non debitis, saltem per ipsum possibilibus porrectis precibus & orationibus, accensis luminibus omni reverentia, sumpto ex sacro deposito venerabili capite Beati, cum eo tetigit primo ejusdem dexteri cruris genu (mirabilis quidem Deus in sanctis suis: non sine lacrymis hoc factum mirum & memoria dignum scribam) in quo nec vitalem spiritum, nec carnem, nec sanguinem habebat: statimque genu extendit, paulo post pedem incallitum movit, & paulatim crus totum: & quod mirabilius est, sanguis, cognoscens omnipotentem factorem suum, in genu, crure & pede concurrit, & gratiæ Beati correspondit; sicut & sanguine plenum, palpabile, & rubicundo colore instar sani hominis egomet ipse vidi: adeo quod adstans populus lacrymis & precibus omnipotentis Dei misericordiam invocaret, & de obtenta gratia

B gratias ageret: & eo magis, quia d. puer, qui antea cruciabatur ex apostemis tabo profluente maximis doloribus, attestatus fuit se à febri & ab ejusdem c vitæ doloribus liberum fore, & firmam fidem in Beato habere pro integra sanitate.

d Idem eo relatus 6 Junii,

8 Et hoc mihi pluries interrogatus confessus fuit hac suprad. die VI. currentis mensis Junii, secunda solennitatis d Pentecostes, existens delatus iterum ante aram & depositum d. Beati, sedens super quadam sede lignea, ad effectum iterum habendi benedictionem cum eodem venerabili capite: quod sibi oblatum pluries osculatus est, & cum eo tacto iterum genu & crure præd. denuo confessus est se liberum à doloribus, febri & angustiis: & ultra solitum, post dd. sacros tactus & benedictiones, in domo

morbis se liberum profiteri,

super sedes & cubile sedere, manus & brachia movere, aquam benedictam à semetipso sponte sua accipere, vivamque fidem in Beatum habere & in Dei misericordia: ita quod omnimodam sanitatem sperat, sic jubente Deo, & non aliter, se totaliter remittens benignitati suæ. Faxit Deus, quia in puero

C isto omnia mirabiliora erunt: quia tantum hominis nomen & effigiem habet, ex quo præ infirmitatis longitudine tantum pellem & ossa retinet, interiora locum ventris non occupant, & ventrem cum

e schena *e* annexum habet, ita quod cadaver &

f mumiam *f* diceres: sed quod admirabile annotavi, faciem hilarem, jucundam & jubilantem.

& pergit exhaurli corpusculi integram sanitatem sperare.

9 Sicque sacris [tactibus] completis & benedictionibus factis per adm. R. P. Baccalaureum Ioannem-Mariam Dulcium de Verucchio, ejusdem Ordinis Eremitarum S. Augustini, post celebrationem Missæ per eum ad altare S. Nicolai *g* cui adstitit & eum audivit cum omni jucunditate,

g puer præd. Petrus-Franciscus delatus fuit ad propriam habitationem, in ædibus parochialibus S. Blasii: cui, intercedente eodem B. Gregorio nostro apud omnipotentem Deum, & omnibus Christi fidelibus concedatur & animæ & corporis perpetua valetudo; & mihi spiritus & sufficientia ejusdem gratias & miracula virtutum annotandi, ut posteris, terrigenis & externis, sit condigna æterna memoria, incitamentum in tanti Beati devotionem, in Sanctorum gloriam, sanctæ matris Ecclesiæ & fidei propagationem, & hujus patriæ nostræ Verucchii beneficium: meque & omnes terrigenas suos precibus suis dignos efficiat, ut in cælestibus eum invisere & cum eo sine fine gaudere [possimus]. Super quibus &c. Actum in templo prefato S. Augustini, quod situm in burgo terræ Verucchii, in capella S. Blasii juxta sua notissima latera, ante depositum ejusdem B. Gregorii; præsentibus ibidem Capitaneo Josepho, filio Petri-Pauli Matiæ, & Paulo qu. Joannis Canduccii, ambobus de Verucchio, testibus rogatis &c. Et quia ego Hieronymus Cellius &c.

EX MSS. INSTRUM.

ANNOTATA.

a S. Marini *nomine geminum est oppidum, utrumque* 3 P. M. *distans Verucchio alterum minus, in Boream tendens Ariminum versus & ad hujus diœcesin pertinens; alterum in meridiem versus & ad diœcesin Feretrana civitatis vulgò S. Leonis urbem*

b Scarpellinus, *latomus seu sculptor*, scarpellare *incidere, sculpere.*

c Vita *hic pro* corpore *sumi videtur, idiotismo Italico: sic alibi legi aliquem* tota vita, *id est*, omnibus membris, *contractum.*

d *Nam Pascha eo anno* 1650 *fuerat* 17 *Aprilis, adeoque Pentecoste* 5 *Junii.*

e Schena, *vel* Schiena, *Italice vocantur lumbi, seu potius dorsum à scapulis ad cingulum.*

f Mumia, *cadaver exuccum, qualia ex Ægypto adferantur, vulgo* Mummi, *ab Arabico* mum, *cera: solebant enim Ægyptii cadavera aromatis condita cera involvere, teste Herodoto: Vossius ab* Amomo, *quasi* Amomiam *dici magis probat.*

g S. Nicolaum Tolentinatem *hic intelligo: quod is Ordinis Augustiniani Sanctus sit, & in omnibus fere illius ecclesiis altare habeat vel sacellum.*

CAPUT II.

Gratiæ descriptæ mense Julio anni 1650.

10 IN Christi Dei nomine . . . anno MDCL . . . die vero mensis Julii XVI. Universis & singulis infrascripta visuris & lecturis Sacerdotali more tacto pectore affirmo Deumque attestor, qualiter ipse Baccalaureus Fr. Joannes Antonius Para Verucchiensis, Ordinis Eremitarum S.P. N. Augustini, coram Domino Notario & testibus infrascriptis, deposui & verissimum esse dixi, quod de anno à nativitate D.N. Jesu Christi MDCXXVIII, gravissima, non periodica, sed continua febri in mense Junii letaliter laborabam: & quamvis humanis remediis usus omni cura fuerim, attamen gravius eodem morbo semper affligebar. Quare multis diebus ab ea infirmitate acerbissime vexatus, atque omnibus fere viribus destitutus, tandem B. Gregorii de Cellis nostri, Augustiniani Verucchiensis, pie pro meis viribus invocato auxilio; & ad ejus sacrum depositum, ut potui, ex cella, in qua ægrotabam, maximo cum labore, itinere habito; statim ac genua flexi, & vehementius exiles meas preces ad eum porrigere cœpi, maximam sudoris copiam è meo capite ac toto corpore emisi, ita ut à fronte sudor emanans, ab arcæ d. Beati summitate ad terram usque defluueret; & humor aqueus, à reliquis corporis mei partibus profluens, indumenta omnia etiam extrinseca totaliter madefaceret. Unde ab eodem loco sacro non assurrexi, quin penitus ac omnino omnipotens bonorum omnium munificus impertitor Dominus, ejusdem B. Gregorii meritis & intercessione, cumulatissimam pristinam sanitatem restituit.

Inst. 3.

Sacerdos Augustinianus profitetur,

F

quod anno 1628 à letali continuæ febre,

11 Insuper fatear oportet, quod de anno ab ortu

ejuſdem Chriſti D.N. MDCXXXV, poſt ejus humana Natalitia iſchiadico dolore adeo angebar, ut coxendice, & femore, & crure dextro ſummopere impeditO, parum & quidem laboriose incedere & ambulare valerem, & aſſidue per aliquot menſes ſequentis anni MDCXXXVI valde claudicarem: quia nervi à me extendi difficile vel retrahi niſi magno cum dolore non poterant. Et quoniam hujuſmodi infirmitas humana ſapientia curari vix poterat, ipſe humanis medicamentis diffiſus, ad cæleſtia, quamvis indignus, mentem erexi; atque ad opem apud ſummum Deum, B. Gregorii noſtri Auguſtiniani Verucchienſis [interceſſione impetrandam] ſuppliciter confugi; ut mihi ab eodem Deo, morborum omnium divino medico, ſanitatem impetraret. Quod illico ita factum eſt. Nam precibus meis, licet indignis, ab eodem Beato ſuſceptis, nondum eas effandere deſtiteram, & perfectam aſſecutus fueram ſanitatem. In cujus rei memoriam ad ſacrum d. Beati monumentum, argenteam cum crure coxam, ex voto quod adhuc cernitur, ibidem obtuli.

anno 1636 ab iſchiade menſibus aliquot tolerata,

12 Unde jure & merito de Sancto tutelari meo addam, quomodo de anno ab ejuſdem Domini Servatoris noſtri ortu MDCXL, ob frequentia & quidem longiſſima itinera, æſtivo tempore à me habita [contigerit mihi] in crure dextero juxta pedem tria profunda foramina apparuiſſe, ex maximo tumore oborta, à quo in d. crure acerbius vexabar: ex quibus cruor & tabum aſſidue effluebant, ac penitus ad gradiendum inhabilem me reddebant, nec adhibita ab arte medicamina unquam proderant. Unde efficacicaſſimam alias apud Deum omnipotentem expertus B. Gregorii noſtri Auguſtiniani Verucchienſis interceſſionem, & in omnibus neceſſitatibus & anguſtiis meis ad auxilium & opem mihi ferendam ejus facilitatem; mentem & animam, qua potui, ad Deum pietate evexi, ac eodem Beato mediante divinum auxilium imploravi. Sed, o clementiſſime Deus! preces incaſſum nequaquam obtuli: quia ſtatim tabum, cruor, & ſanguis defluere deſtitit, foramina continuò evaneſcunt; & cruris obtenta ſanitate, illico convalui. Quocirca argenteum, ex voto præmiſſo, crus ad ſacram ejus arcam, in qua ejuſdem Beati venerabile corpus jacet, & gratiis ac mirabilibus miraculoſiſque operibus quotidie claret, detuli; & gratias pro viribus meis Deo ipſi & eidem Beato humiliter enixéque egi.

B

anno 1640 ab ulceribus in crure enatis

13 Verum neque id quoque omiſſum faciam, me, viginti & amplius annorum ſpatio, acerbiſſimo dentium dolore cruciatum eſſe; adeo ut ad virilem ætatem vix pervenerim, quin omnibus dentibus ab hujuſmodi doloris aſperitate privatus omnino fuerim. Attamen ſæpius, Deo ſic dante & eodem B. Gregorio noſtro intercedente, à doloris & cruciatus nimia acerbitate, repente immunis liber incolumiſque extiti. Quamobrem ne tantorum beneficiorum & gratiarum hominibus immemor omnino videar, ut poſteritati exemplar relinquerem, hæc omnia, prout mihi veriſſime contigerunt, & à ſummo largitore Deo, interveniente glorioſo noſtro B. Gregorio Verucchienſi, conceſſa ſunt, propria manu hic exarare conſtitui ac volui, ad laudem omnipotentis Dei, ad gloriam & pietatis acceſſionem, nec non ad religionis augmentum erga eumdem Beatum: Dominumque Petrum Francum Ser-Anzalonium, publicum hujus noſtræ terræ Verucchienſis Notarium, una cum teſtibus infraſcriptis [Hieronymo Cellio & Horatio Nuccio] rogavi ut hanc meam veram depoſitionem & juratam atteſtationem ſua teſtificatione confirmare & munire vellent, validamque reddere non gravarentur. In quorum fidem hæc omnia tamquam veriſſima affirmavi & dixi, atque hic ſcripſi meaque

C

& ſæpius à dentium cruciatu liberatus ſit:

de iiſque publicum inſtrumentum ſignat.

ſubſcriptione corroboravi. *Hactenus ille & ſequuntur tum ipſius, tum teſtium ac Notarii prædictorum ſubſcriptiones.* D

14 In Chriſti nom. . . . XIII menſis Julii . . . honeſta mulier Gentilis, filia qu. Jacobi Caſtellani, & uxor qu. Mag. Petri Franzoni, fabri cæmentarii de Verucchio, breviter mihi expoſuit, qualiter per tres menſes continuos proxime tranſactos currentis anni MDCL, vexata fuit à doloribus ortis in pede ſiniſtro ejuſdem perſonæ, adeo quod ex ſemetipſa movere non poterat, nec aliquid agere, nec etiam aliquantulum de loco ad locum [ire]: & ſi filii pro alimentis & aliis pro ejuſdem vita neceſſariis coacti erant eam movere, dolores vehementiores fiebant, doloreſque doloribus augmentum præbebant; ita ut ex cauſis prædictis moriturâm ſe tenebat, & omnibus adhibitis medicamentis nihil proficiebat. Sicque deſtituta, audiens famam miraculorum & gratiarum B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis, vovit per ſeptem vices viſitare arcam depoſiti ejuſdem Beati, exiſtentem in eccleſia S. Auguſtini terræ Verrucchii, prout in proxime elapſis diebus viſitavit. Ex quo facto in continenti tantum ſanitatis recuperavit, quod potuit votum adimplere; & indies magis ſanior facta eſt, ita ut hac præſenti die, quæ fuit ultima viſitationis, in totum dolores evanuerint. Et in ſignum & memoriam gratiæ obtentæ, tumor in pede prædicto & crure remanſit, ſicut cicatrix in milite à pugna & bello regreſſo: & læta ac gaudens gloriatur pedem omnibus oſtendere, ambulare, & ad feminilia negotia ſua operam dare; ſicut & ego cum infraſcriptis teſtibus [Magnif. Dominis Adaucto & Nicolao ejus filio de Pappiis ambobus de Verucchio] vidi & pro veritate adnotavi. Non deſunt gratiæ Beati iſtius his calamitoſis temporibus, omni malitia plenis, quæ ab aliis ſapientioribus calamis deſcribentur: ſolum nos nobis deficimus, ceſſantes ad tantum Protectorem confugere, qui nemini unquam in honeſtis petitis gratiam denegavit. Rogo te, beate terque beate Pater, ut ſis mihi in doloribus, afflictionibus & neceſſitatibus meis adjutor, cunque familiæ meæ: ſi autem ab eis, pro Chriſtiano exercitio meo, dignus non efficior ſublevari; ſaltem [feram eas] tali patientia ſufficienti ad meritum gloriæ, quam precibus tuis mihi tribuat omnipotens & miſericors Dominus, qui trinus & unus regnat in æternum. Super quibus &c. Actum in apotheca aromataria Magnif. D. Adaucti Pappii, ſita intus terram Verucchii . . . . F

Inſtr. 5

mulier ex pedis dolore trimeſtri moveri impotens,

facto voto gradi incipit eoque impleto convaleſcit. E

15 XIII . . . menſis Julii . . . Sebaſtianus qu. Hieronymi Benzoni de Verucchio . . . expoſuit qualiter per aliquot dies proxime decurſos, gravatus reperiebatur febri, orta ex quodam tumore & livore magno, quem in collo à parte poſteriori habebat, deſcendente ex capite, ex quo vires & auditum perdiderat. Ex quo morbo & paupertate vexabatur adeo quod victum ſibi & pauperrimæ ſorori ejuſdem procurare non poterat. Sed die III currentis menſis Julii MDCL Dominica, confugiens ad aream patris pauperum B. Gregorii Auguſtiniani, exiſtentem in eccleſia S. Auguſtini terræ Verucchii, ſtatim ſanitatem recuperaſſe atteſtatus eſt, & amplius nec à febre nec à magno tumore vexatum fuiſſe, & omnimodam valetudinem ob interceſſionem ejuſdem B. Gregorii obtinuiſſe, prout tactis &c. juravit &c. rogans &c. Actum in cortili Parochialis eccleſiæ S. Petri . . . .

Inſtr. 6

vir pauper à febri & ſurditate liberatur.

16 . . . . XIII menſis Julii . . . Adm. Rev. D. Stephanus Canduccius de Veruc . . . . confeſſus eſt, proximis diebus elapſis, in cruribus gravi morbo laboraſſe, adeo quod difficillime ambulare poterat, ob humorum concurſum. Et ſtante ſibi neceſſitate viſitandi infirmos & celebrandi in eccleſiis parochialibus ejuſdem curæ ſuppoſitis SS. Andreæ & Blaſii, grava-

Inſtr. 7

Paſtor Verucchien. recipit gradiendi facultatem:

quo viſo Notarius ipſe Beatum invocat

A gravabatur angustiis visitationum, curarum & dolorum. Sed confugiens ad animæ & corporis consolatorem B. Gregorium Augustinianum, talem obtinuit sanitatem, quod & curæ celebrationibus & visitationibus satisfacere potuit & potest; & recognoscens omne beneficium sanitatis ab eodem, rogavit me &c. Actum *ubi supra.*

Instr. 8. *puella usum impedita manus.*

17 .... XIX mensis Julii ..., honesta juvenis D. Ursula, filia qu. Benedicti Galli de S. Archangelo in Vado, incola terræ Verucchii ... dixit se diebus elapsis, laborasse quodam incurabili morbo in manu dextera, adeo quod nec digitos nec manum movere poterat, nec sibi ipsi victum laboribus suis procurare præ nimio dolore & tumore maximo. Vovit visitare arcam, ubi sacræ reliquiæ B. Gregorii Augustiani Verucchiensis servantur in ecclesia S. Augustini terræ Verucchii, & die XV d. mensis Julii MDCL Veneris, accessit ad ecclesiam præd. & fide & spe viva in Deum & intercessionem ejusdem Beati, per tres vices in modum Crucis tacta arca marmorea ejusdem Beati exterius, statim dolores cessarunt, dispersus est tumor, & totalem obtinuit sanitatem. Et ego Notarius cum infrascriptis testibus [Gregorio filio Mei, & Cæsare Antonii Facciardi de Verucchio] eamdem D. Ursulam vidi d. manu dextera laborantem ... Actum in aditu domus meæ, sitæ intus terram Verucchii, in capitanata S. Thomæ in contrata Postarelli ....

B

Instr. 4. *Notarius quidam stomacho vehementer laborans,*

18 .... XX Julii Hac præsenti fide pateat, quod cum ego Petrus Franciscus Marzalonius, civis & Notarius publicus terræ Verucchii, ætatis meæ annorum XLVII, per multos & multos dies continuos stomachi dolore atroci fuissem concussus, multisque remediis usus nullum unquam ab his recepissem refrigerium; ita ut die XXIII Junii proxime præteriti tam vehementes fuissent cruciatus, ut vix mihi respirandi locus existeret ex nimia cordis mei passione præ dictis doloribus: tandem, Deo ita jubente, præ mente mihi venit assiduus & mirabilis concursus quamplurimorum tribulatorum, qui per recursum per ipsos factum ad intercessionem B. P. Gregorii Augustiniani in ecclesia adm. RR. Patrum Eremitarum terræ Verucchii, & concivis nostri, cui optime encomia decantari possunt, consolator afflictorum & salus infirmorum, o bone Jesu, pristinam sanitatem adepti fuerunt. Ego itaque meritis tam præclari solis cælestis confisus, animo sine dubio frigidus, ad terrenum corpus meum radiis tanti solis calefaciendum, auxilium d. beati Patris concivis mei, & artis meæ particularis Patroni, implorare ausus fui, ut apud Deum opt. max. & beatam Virginem Mariam pro mea pristina valetudine intercedere dignaretur. Factoque per me voto de accedendo per tres vices, die Sabbati qualibet vice, ad arcam depositi sacri d. beati Patris, eademmet die tanti cruciatus, ante lapsum tertiæ horæ noctis d. die non tantum doloribus liberatus extiti, sed fere pristinam sanitatem reportavi: & inde semper de bono in melius [procedens] dedi gratiam Deo & intercessioni d. Beati. Quare ne præclara Sanctorum [beneficia] mortalibus abscondantur, ego qui supra, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei, B. Mariæ semper Virginis, & d. B. P. Gregorii, humiliter in his actis omnia quæ mihi contigerunt redigere censui ad perpetuam memoriam & decus, d. beati Patris, paradisi concivis, & piorum Christianorum exemplum & devotionem. Ita ego Petrus-Franciscus Marzalonius plene attestor & fidem facio: & ad majus robur propria manu scripsi & subscripsi, & meo tabellionatus signo munivi.

C *ipso die facti votive auxilium profitetur.*

Instr. 9.

19 .... Quintilis mensis die XXI. Mirabilia omni tempore per Sanctos suos operatus est Dominus, quia mirabilis est in Sanctis suis. Idcirco in B. Gregorio Augustiniano Verucchiensi mirabilem seipsum semper ostendit Deus, quia per centum decem & octo annos ei sancte famulatum præbuit. Verum in me Franciscum-Mariam & Franciscum fratrem meum, adolescentes & ambos D. Joannis-Mariæ Borghesii Verucchiensis filios, mirabiliorem, eodem Beato precante, se prebuisse vidimus. Per multos namque annos febri quadam languida, quam vocant hecticam, continua corporis & animi perturbatione, nulla quiescendi remissione concessa, virium pene omnimoda deficientia; ita ut pulsus valde debilis fuerit, adeo quod ad Dominorum medicorum tactum vix pervenerit & fere extinctus apparuerit, assidue laboravimus: quinimo nobis ad vesperas gravior quotidie caloris, doloris & febris inferebatur accessio. Quamobrem expertis hinc inde plurimis medicorum remediis, pristinæ sanitati nullo modo ac ratione consulere potuimus. Extremum tandem illud accidit, ut acerbissimi morbi viribus afflicti penitus, super lectum leraliter strati, diem ultimum obire arbitraremur. At vero auditis, imo visis mirabilibus & miraculosis ejusdem glorioli B. P. Gregorii Cellii, Ordinis Eremitarum S. Augustini, operibus; nos quoque ad ejus patrocinium, divino suffulti auxilio, piis precibus, ut nobis datum fuit, confugimus, quo à summo febrientis socrus Simonis medico, corporis & animæ salutem & incolumitatem nobis imploraret.

EX MSS. INSTRUM. *fratres duo hectica consumpti,*

ac pene moribundi,

E

20 Continuo, mirabile dictu, verum ut ab omnibus pro certissimo & exploratissimo habeatur factum Deo dignissimum; Domino concedente, eodem Beato pro nobis interveniente, ad instar beatissimi Apostolorum Principis socrus pene emortuæ, è stratis nostris incolumes consurgimus, viribus corporis integre restitutis. Faciebusque nostris priori nitore, colore & juvenili rubedine eodem temporis spatio mirabiliter & miraculose concessis, ad sacras Divi Augustini ædes & sacrum monumentum, in quo præd. Beati semper olens cælesti odore & superna suavitate venerabile corpus jacet, advolavimus; atque in signum obtentæ gratiæ argentea vota obtulimus; nec non ibi toto conatu quam humillimas, Deo imprimis, postea ipsi Beato omnipotentis omnium opificis servo, pro adepta valetudine, gratias egimus atque retulimus. Quocirca ne tanti beneficii & gratiæ immemores videamur, imo præcones perpetuo nosmetipsos exhibeamus, ac cæteros Christi fideles ad tam prægrandis servi Altissimi devotionem excitemus atque impellamus; hæc mei Francisci-Mariæ antedicti manu propria, annuente & sponte jubente d. Francisco fratre meo, omni meliori modo quo potuimus scriptis tradere voluimus, coram D. Notario & testibus: *quod factum speciali instrumento die* XX *Iulii.*

subito se restauratos agnoscunt.

F

Instr. 11 *Difficili partu soluta mulier,*

21 ... Die XXVII Julii. Omnipotens Deus numquam deficit effectus divinæ ejusdem misericordiæ ostendere, modo ex semetipso & modo per intercessionem Sanctorum suorum, continuo & quotidie in necessitatibus miserabilium creaturarum utriusque sexus, cujusvis status & conditionis existant, prout ex subsequentibus clare cognosci potest. Quoniam cum Mag. Octavius Landus de Verucchio & honesta juvenis magnif. D. Magdalena, filia Magnif. D. Vincentii Barbarini de Sabiniano, ejusdem uxor, in maxima afflictione morarentur in mense Julii anni MDCXLVIII, eo quod ipsa mulier per aliquot dies in doloribus partus versaretur, & ad lucē devenire [infans] non poterat, non obstantibus quibuscumque medicamentis appositis & adhibitis; hoc factum visum fuit ad gloriam Dei & Sanctorum suorum. Quia recursum habens ad intercessionem beati Protectoris

EX MSS. INSTRUM.

noſtri Gregorii Verucchienſis Auguſtiniani, ipſo ſtatim quaſi preces recurrentium obviante & præveniente, ſub die XII ejuſdem menſis Julii, feliciſſime peperit maſculum. Ex quo factum eſt quod pii parentes Deo & ejuſdem Beato noſtro gratias infinitas egerunt, & ex ejus interceſſione partus expeditionem, celeritatem & felicitatem agnoverunt & agnoſcunt: & ſacro baptiſmatis lavacro condito in eccleſia plebis hujus S. Martini, & nomine Achillis impoſito, ſub tutela tanti Protectoris ſervare procurant.

filium eumdem ex lapſu claudum

22 Et quia varii ſunt eventus humanæ vitæ ac ſæpe infortunia, ad exercendum hominum corda & patientiam, ſic Deo jubente; accidit quod nondum anno expleto cecidit inadvertenter, ex prava cuſtodientis cura. Et proinde dicta de cauſa idem puer Achilles privatus remanſit motu, uſu, & vi coxendicis dexteræ, adeo quod procul dubio claudus & inhabilis ex defectu prædicto efficeretur. Quare parentes & jugales prædicti iterum voverunt, & ad eumdem ſanctum Protectorem B. Gregorium iterum recurſum habuerunt: & veſpere unius diei facto voto, de mane ſequenti, XII currentis menſis Julii MDCL, obtinuerunt gratiam ſanitatis pueri. Qui in ſignum obtentæ ſanitatis, de mane proſpicientes, in coxendice eiuſdem pueri invenerunt prodiiſſe quemdam parvum nigrum tumorem: & exinde puerum ex ſemetipſo ſtantem, & deinde indies magis commodius ambulantem, omnimodam ſanitatem obtinuiſſe. In ſignumque gratitudinis veſte alba ejuſdem Ordinis S. Auguſtini eum induerunt; ſicut ego Notarius infraſcriptus & alii talibus veſtimentis indutum vidimus & videtur à conterraneis. Quæ omnia vera fuiſſe & eſſe medio ejus juramento atteſtatus eſt ipſe Magnif. Octavius.

ſanum recipit.

B

Inſtr. 12

alia à dolore ſtomachi & febri continua ſanatur.

23 .... Ultima menſis Julii .... honeſta mulier D. Antonia, filia qu. Alexandri Tondini, uxor Dominici Julii de Verucchio, expoſuit qualiter tribus menſibus elapſis proxime decurſis, vexata fuit ex quodam maximo dolore in ſtomacho ejuſdem perſonæ & febri continua, ex qua tenebatur morti ſubjecta; quia cum omnia poſſibilia medicamenta adhibuerit, nihil proficiebat, & indies magis declinabat. Quare audiens quotidianas gratias, habitas à recurrentibus ad interceſſionem B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis, vovit ſepties viſitare ſepulcrum ejuſdem Beati. Et ſtatim facto in corde voto, ceſſaverunt dolor ſtomachi & febris; & adhuc non impletis vicibus viſitationis ſacræ, Dei gratia extra periculum reperitur; ut pro veritate faſſa eſt, rogans me Notarium de præmiſſis &c.

C

CAPUT III.

Gratiæ menſe Auguſto anno 1650 *teſtatæ.*

Inſtr. 13

Duo conjuges continua febri periclitantes,

24 IN Chriſti nom .... x menſis Auguſti ... Thomas qu. Petri Cancellæ de Verucchio dixit, & palam & publice atteſtatus eſt verbo veritatis, qualiter ipſe & honeſta mulier D. Urſulina, qu. Roberti Silveſtri de Chiocchis de eodem Verucchio, uxor ejuſdem, vexati fuerint ambo à continua febri, ita quod parum ſalutis ac vitæ ſperabant, eo quod indies magis morbus præd. & dolores creſcerent: & à medicis ac medicamentis deſtituti, pro futura vita de temporalibus & ſpiritualibus providere ſtudebant. Sed factum eſt quod, ſic jubente Deo ad ſui & Sanctorum ſuorum gloriam, in domo habentes puerum, nomine Petrum-Franciſcum, eorumdem nepotem ex fratre, qui non multis abhinc diebus nec vivi nec mortui hominis effigiem habebat, ſed utriuſque cadaver [videbatur], propter acerbiſſimam infirmitatem ac incurabilem. Qui mediantibus precibus ipſorum jugalium & ejus parentum ac ſui ipſius, ad interceſſionem B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis, ab omnipotenti Deo ſanitatem obtinuit, prout quiſque videre poteſt. Sic & ipſi jugales, tanto Protectore cognito, prævia, ſi non debita, ſaltem poſſibili fide, ad ejuſdem Beati interceſſionem devote recurrentes, omnimodam & priſtinam recuperarunt ſanitatem, & modo in ſtatu ſanitatis exiſtunt. Super quibus ipſe Thomas rogans me &c.

D

ſanato eorum nepote etiam ipſi gratiam impetrant.

25 .... XX Auguſti. Hac præſenti fide cunctis pateat, quod ego Jacobus Borgheſius, Notarius publicus Verucchii, magno capitis dolore detentus rabidaque febri afflictus fui, atque multis adhibitis remediis gravius me ſemper habebam, ac morbus indies vehementius ingraveſcebat. Humanis tandem remediis diffiſus, ad B. Gregorii Cellii Verucchienſis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, tot tantiſque miraculis & gratiis illuſtrati, opem confugere decrevi: atque humillimis precibus ab eo petii ut me ab hac infirmitate eriperet, ac ſalvum redderet. Id quod (mirabile dictu!) eodem die quo auxilium ab ipſo imploravi, ipſius Beati interceſſione, à Patre luminum & Datore munerum conſecutus fui. Unde ego pro obtenta gratia vovi, priuſquam alio veſtigium ponerem, S. Auguſtini ædem adire. Poſtea, cum paucis poſt diebus in morbum ſupraſcriptum iterum incidiſſem, ejuſdem Beati implorato auxilio, priſtinam de integro adeptus fui valetudinem: & hoc ſcriptis mandare volui, quo clarius B. Gregorii commiſerationem in ſuos & patrocinium patefaciam, alioſque ad ejus opem implorandam & gratiam requirendam magis & magis alliciam.

Inſtr. 10

Notarius hic liberatus à febre

E

Inſtr. 14

non multo poſt

26 .. XV Auguſti. Summus noſter omnipotens Deus, qui non permittit nos ſupra id tentari quod poſſumus, dat etiam cunctis malis noſtris medelam. Unde cum de menſe Julio jam proxime præterito, ego Jacobus Borgheſius de Verucchio, Apoſtolica auctoritate Notarius, bis ab ardentiſſima febri vexarer, nec medianæ pharmacales auxilium mihi ullum præberent; ad efficacem B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis interceſſionem & defenſionem confugi: ac, uti in libro iſto conſtat, bis ab eodem malo profuſe convalui: nec non, ad uberiorem in Deum & Beatum devotionem, & quo ejuſdem Beati patrocinium ac Dei benignitatem experirer, dolor aſſiduus in capite me paucis interjectis diebus acerbe confecit. Quare cum die x d. menſis Auguſti, ob multorum piorum devotionem, arca ſacra ſeu depoſitum ejuſdem Beati reclúderetur, ſtatim eccleſiam D. Auguſtini adivi, ut ſacro d. Beati capite tangeretur, ut fieri ſolet, caput meum. Cum autem d. eccleſiam ingreſſus eſſem, majore capitis dolore affligi me ſenſi; unde ardentiori fide ad eum converſus, & frequentioribus precibus d. Beatum deprecatus, ſtatim ac Sacerdos ad capitis mei frontem venerabile caput d. Beati admovit, dolor omnino evanuit, corpus meum vires priſtinas reſumpſit, nec ullam morbi præd. offenſionem ſenſu percipio, ſed priſtina valetudine fruor & optime valeo. Quocirca hæc volui poſterorum memoriæ omnia committere, ut ſemper ardentius ſummi Dei potentiam in ſervo ſuo colant, atque ab eodem præſidium & auxilium in infirmitatibus & neceſſitatibus ſuis petant. Quod cum ita ſit, idcirco proprio ſtylo omnia exaravi ....

F

curatur à capitis dolore attactu ſacri capitis.

Inſtr. 15

uti & conſanguinea ejus

27 ... die XVIII Auguſti ... D. Catharina de Borgheſiis, uxor legitima Mag. Blaſii Benzoni de Verucchio ... pro veritate depoſuit, quomodo per multos annos ante actos continuo & inceſſabili totius capitis dolore, & quidem graviſſimo, afflicta fuit. Qui quidem dolor adeo eam aliquando vexavit & valetudine privavit, ut de commutatione præſentis vitæ cum futura cogitaret: nam ex eodemmet dolore ceteræ corporis partes affligebantur, ut viribus omnibus

A omnibus ſæpiſſimé privata exiſteret, & nonnumquam humana virtute levamen aliquod ejuſmodi dolori & doloribus non reperiret. Tandem ipſa D. Catharina audiens & propriis oculis inſpiciens, B. Gregorium de Celliis Auguſtinianum Verucchienſem cunctis eum pie & fideliter implorantibus opē & auxilium, in eorum infirmitatibus & ceteris calamitatibus præſtare: ac præſertim in die Dominica ultima menſis Maji proxime præteriti, in qua ejuſdem ſacrum mauſolæum aperitur, cæleſtem medicinam Petro-Franciſco, filio Stephani de Cartellis die eodem, qui attractis nervis & vulneribus plenus incurabiliter infirmabatur, ſumma pietate & Deo dante continuo præbuiſſe [auxilium], ita ut ad libitum moveatur, convaleſcat, & eo magis indies ſanitatem priſtinam acquirat.

cum integra ſanitatis recuperatione,

28 Hinc eadem D. Catharina fiducialius & certius ſperans ſanitatem à Deo per interceſſionem ejuſdem B. Gregorii ſe adepturam; in Dominico Pentecoſtes die d. anni ſacra Divi Auguſtini ædes pie omnino adiens (illo namque die, ob nonnullorum pietatem in eumdem Beatum, ſacrum ejuſdem monumentum, magno populi Verucchienſis concurſu aperiebatur) tanti Protectoris ac Patroni
B patrocinio & piæ interceſſioni ſe commendavit. Poſtea ad ſacram ejuſdem Beati arcam ſe humillime contulit, neque vota ſua fruſtra tulit. Statim namq; ac Sacerdos capiti ejuſdem D. Catharinæ ſacrum d. Beati caput, quod ſemper Paradiſi odorem emittit, admovit ac illud tetigit; aſſiduus dolor capitis ceſſavit & omnino deſiit, neque corpus ejuſdem D. Catharinæ amplius ab ullo turbatum eſt ſeu vexatum dolore. Imo licet ſexageſimum ſecundum ætatis annum agat, in facie tamen ſua nitorem & rubedinem, remoto omni antecedenti pallore, ſervat; corporiſq; ſui vires integras atque ejuſmodi ætati convenientes habet: id quod à ſummo optimo Deo ſibi ob interceſſionem d. B. Gregorii largitum agnoſcens, & ingrati animi vitium vitare volens, ad poſteros excitandos & ardentiori mentis affectu in tantum Dei ſervum commovendos, hæc deſcribenda mihi impoſuit, ac ita fuiſſe & eſſe affirmavit. Deo votis ejuſdem benigne annuente .... ego Jacobus Bonghesius .. ſcripſi, ſubſcripſi & publicavi & ſolito mei tabellionatus ſigno munivi requiſitus.

Inſtr. 16.

29 ... Die xv menſis Auguſti. Quod ſancta mater Eccleſia in hymnis ſuis divinitus de Confeſſoribus expoſuit illis verbis, Ad ſacrum cujus tumulum
C frequenter membra languentum, quolibet morbo fuerint gravata, reſtituuntur; notiſſimum quotidie fit nobis, propter mirabilia, quæ dator omnium bonorum Omnipotens operatur per interceſſionem Beati, imo terque quaterque Beati Gregorii, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Verucchienſis, non ſolum in terrigenis, ſed etiam alienigenis utriuſque ſexus, ad ipſum Beatum in ſpe viva & fide pie recurrentibus, in eorum neceſſitatibus, cujuſvis qualitatis exiſtant. Nec accidit verborum ſerie longa & prolixitate alicui perſuadere, quoniam experientia rerum magiſtra hoc indicat: ſed tantum ſpem & fiduciam non habentibus nec confugientibus ad tantum Protectorem deficiunt gratiæ & beneficia, in his omni malitia plenis & calamitoſis temporibus. In his enim frigeſcit caritas, in his ſunt homines ſui amatores; & proſequendo prout videre eſt, plenus ille Spiritu ſancto, prophetizavit de temporibus iſtis, in quibus Omnipotentis clementia dedit refugium in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Ad Gregorii ut commune refugium,

accedens mulier brachio impedita,

30 Tale refugium tamen agnoſcens devota & prudens Ill. D. Conteſſina filia qu. Ill. D. Laurentii Nanni de Urbania, habitatrix Belforti, ex digna Ill. & Excellentiſſ. Domini Joannis Tuvaglini de Planano Feretranæ diœceſis, cui parienti filium maſculum, in arce & palatio Apoſtolico ejuſdem terræ Verucchii, ex partu præd. & aliis forſan anguſtiis remanſit in humero ſiniſtro & brachio afflicta, quod nec die nec nocte quieſcere poterat, nec medicamentis adhibitis refrigerium aliquod invenire poterat, clamoribus tantum & inquietudine ſibi & dilectiſſimo viro dolores doloribus adjungebat; utique ſibi, pro inceſſanti morbo; & viro, amoris virtute: adeoque in totum inhabilis humero & brachio effecta, cum quaſi omnino attractum [eſſet], eo uti minime poterat, nec etiam ad uſum cibi nec ad alia quæcumque minima. Sed audi, qui Dei clementiam & Sanctorum ſuorum contemnis. Decrevit & vovit prudens Domina viſitare marmoreum ſepulcrum & reliquias B. iſtius Gregorii Auguſtiniani, repoſitas in eccleſia S. Auguſtini terræ Verucchii: & omni quo potuit meliori modo, ſpe viva & fide, aliarum mulierum ope & auxilio, ſe die VI currentis menſis Auguſti contulit ad eamdem arcam. Et non tam citius oſculata eſt eam, manu offenſi brachii & quaſi deperditi paulatim tangens eam, quin ſtatim de immobili mobile factum eſt idem brachium & humerus, & præ gaudio eo uti non deſtitit: & ad propriam habitationem regrediens, eadem nocte ceſſante dolore quievit. Die autem decima ejuſdem menſis & anni, recognoſcens collata ſibi beneficia, iterum ſe contulit ad eamdem eccleſiam, ad effectum viſitandi beatum cadaver & reliquias ibidem. Admodum autem Reverendi Patres ejuſdem eccleſiæ & conventus convenientes, & eorum caritate aperto ſacro mamoreo ſepulcro (imo vivo, non mortuo theſauro) & exinde venerabili capite devote & omni qua decet reverentia ſuſcepto, & cum eo devotiſſimæ Dominæ brachio tacto, ſtatim ſana & libera facta eſt, ita ut adſtans populus nec lacrymas nec clamorem continere poterat & laudare Dominum in Sanctis ſuis. Propterea qui ſenſum [habet] aliquem & ſe Chriſtianum profitetur, conſideret in Domino, qualis Dominæ iſtius, dilectiſſimi viri, & populi univerſi talia audientis fuerit jubilatio.

EX MSS. INSTRUM.

tacto ſepulcro ſanum recepit,

E

31 Quare eadem Domina, tantum Interceſſorem agnoſcens, ad eidem tanti beneficii accepti gratias agendum, ſe die XIII ejuſdem menſis & anni, contulit ad eamdem eccleſiam S. Auguſtini, & in ſignum trophæi oſtendens gratiam acceptam & benedictionem, beneficium & ſanitatem ab eodem Beato poſtulavit: & mihi Notario coram infraſcriptis teſtibus [Ill. & Excellentiſſ. D. Joanne Travaglino de Planano I. V. D. & Rev. D. Franciſco-Maria Borgheſio & Fr. Stephano Patino Auguſtiniano, ambobus de Verucchio] ut hæc mirabilia adnotarem [injunxit]. Quod munus libentius exequendum ſuſcepi: quia eamdem Dominam brachium ad ſuum libitum vidi cum infraſcriptis teſtibus movere & eo uti; & libere dicentem audivimus, gratiam & ſanitatem ab eodem Beato obtinuiſſe, & ab eo & ejus clementia recognoſcere: [rogans] ut de prædictis omnibus publica documenta conficerem. Super quibus....(ſic me Deus adjuvet) & pro me & tota familia mea intercedere dignetur Beatus iſte glorioſus....ego Hieronymus Cellius &c.

F

idque publice teſtatum cupit.

Inſtr. 18. *Verucchienſis Capitaneus à febre continua,*

32 .... xx menſis Auguſti ... Perill. D. Capitaneus Camillus Cupers de Verucchio expoſuit, qualiter retro actis diebus ex gravi imo incurabili morbo vexatus fuit, ita & taliter, quod attractus ex ſemetipſo aliquid agere minime poterat, nec ſe movere niſi aliorum auxilio: & ultra exceſſivos dolores corporis continua & inceſſanti febre & morbo vexabatur: & medicamenta de continuo adhibita, quæcumque quamvis excellentia, parum aut nihil proficiebant. Unde quaſi humana ſalute deſtitutus, cogitabat quæ

ad

EX MSS. INSTRUM. ad animæ ſalutem pertinerent. Prudenter quidem, & ut opus eſt Chriſti fideles. Cogitans inſuper ſe divinum prope habere medicum, qui ejuſdem divinitatis & paradiſi medicamina nemini ad ſe confugienti impertiri dedignatur, ad ipſum recurſum habuit, atque ad interceſſionem B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis, cujus ſacrum cadaver & reliquiæ ſervantur in eccleſia S. Auguſtini ejuſdem patriæ Verucchii, propter cujus preces & merita omnipotens Deus in his temporibus tot benignitatis ſuæ & clementiæ operatur miracula & prodigia, ut omnibus notiſſimum eſt. Itaque ad ipſum Beatum recurſum habuit, ac ſpe viva & fide rogavit, ut eum protegeret, & à tam pernicioſo & periculoſo morbo levaret. Et non tam citius preces porrexit, quin, Beato iſto ſaluti animæ & corporis annuente, cœpit effectus obtentæ gratiæ impetrare, & ſanitatem corporis obtinere: & malos humores *infirmitatis* in ſudorem emittens, integram exinde recuperavit ſanitatem, qua de præſenti potitur & gaudet, eam omnino ab eodem Beato recognoſcens: prout ipſe coram me Notario & teſtibus atteſtatus eſt, ut credant omnes experientiæ rerum magiſtræ: quia hæc teſtatus eſt non in domo propria, ſed in apotheca aromataria Magnif. D. Adaucti Poppii, ad quam pluries ſe contulit, non ſolum ad evidentiam obtentæ ſanitatis, ſed etiam ad ejuſdem exercitium & negotia pertractanda. Quin & Beato gratias egit, & benedixit Deum in Sanctis ſuis, ſicut inceſſanter non deſiſtit, afferens ſe omnem corporis ſalutem recognoſcere ab interceſſione ejuſdem Beati ...

ſe liberatum teſtatur.

B

Inſtr. 19

33 .... XXVI menſis Auguſti. Currite omnes Chriſti fideles, qui concupiſcitis gratias: currite omnes, imo celeriter, quoniam omnipotens Dator bonorum omnium aperuit fontem miſericordiæ, nec deficit quærentibus & pulſantibus aperire: & videte quam pius & miſericors eſt Dominus noſter, qui non contentus in redemptionem generis humani mortem ſubire, ad manutentionem etiam animarum in corporibus, ad ſui laudem dedit ſereniſſimæ, immaculatæ, ſanctiſſimæ genitricis ſuæ Mariæ & Sanctorum ſuorum interceſſionem, conceſſitque. Reſpicite mirabilia, quæ talia ſunt, quod niſi ab effectu virtutis ejus operarentur, ſicut paucis abhinc diebus accidit, [impoſſibilia crederentur]. Quoniam coram me Notario ac teſtibus perſonaliter conſtitutus Mag. Franciſcus Franzinus de Macerata, Feretranus, incola terræ S. Marini ejuſdem diœceſis, dixit palam & publice confeſſus eſt, ſe habere filium legitimum

C

Puer contractus & moribundus

& naturalem, natum ex ſe & D. Franciſca de Maſis de Verucchio legitima uxore, nomine Joannem-Mariam, annorum duodecim circiter: qui à continuis acerbiſſimis doloribus per quam plurimos dies cruciatus, æſtimabatur ultimum procul dubio claudere diem. Quare eadem pia mater procuravit, ut idem dilectus vir functionibus ſolitis præfati tunc morientis pueri intereſſet, prout amore conſueto in filio non defecit. Et ambo compatientes doloribus, proximam jacturam dolentes, ſtantibus humanis tot medicamentis adhibitis inanibus & quod nihil prodeſſent, & quod procul dubio [Deus curationem illius] ad ſuam gloriam reſervaret; concorditer jugales prædicti recurſum habuerunt ad interceſſionem Beatiſſimi Gregorii, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Verucchienſis; rogaveruntque pro ſemivivo puero Joanne-Maria, attracto in omnibus nervis lacerati corporis: quoniam ad veram atteſtationem ipſius Franciſci patris, brachia & crura non ſolum attracta & reddita penitus inutilia erant; ſed etiam hæc ad humeros inverſa, & hæc ad coxendices, adeo quod potius formam pilæ quam rationabilis creaturæ dixiſſes.

34 Sed o infinita Dei bonitas & clementia! Quam incomprehenſibilia ſunt judicia tua, omnipotens Deus! Quis non judicaſſet amplius puerum vivere [non poſſe]? Attende, benigne lector; obſtupeſcite omnes Euangelicam veritatem, ad corroborandam ſanctam orthodoxam & catholicam fidem, Majora horum facietis. Hoc teneo de illis: quia pia mater antedicta vovit pro puero viſitare ſanctas reliquas ejuſdē beatiſſimi Gregorii pro recuperatione ſanitatis pueri. Attende ultimo vivam fidem, quoniam dixit Viſitare cum puero: eo quod ſi ſanitatem cum fide non ſperaſſet; non dixiſſet, Viſitare cum puero. Sicque ſtatim porrectis precibus beatiſſimo Gregorio, linguam movit ad laudem Dei patris omnipotentis; manus & crura attracta ex indiſſolubili nodo attractionis cœpit movere, & poſtmodum ad deſtinatos uſus motuſque convertere, & ad priſtinam ſanitatem firmiter reducere, & pro ſatisfactione voti ad benefactorem ſuum eum matre ſe conferre; prout & ego, cum aliis Verucchienſibus in eadem terra Verucchii exiſtentibus, ſanum jubente Deo vidimus. Dignetur beatiſſimus iſte Gregorius ſanitatem animæ & corporis mihi tribuere, & dignum ejus interceſſione efficere & beatiſſimæ ſemper Genitricis Dei, quod ſemper mihi & familiæ ſint propitii.

ad matrē. pro eo votum

rectificatur & convalescit.

D

E

CAPUT IV.

Gratiæ menſe Septembri palam declaratæ.

Inſtr. 20

35 IN Chriſti Nom .... MDCL die XII Septembris. Ego Petrus-Franciſcus Marzallonius, civis & Notarius publicus Verucchii, omnis prorſus mendacio & paſſione remotis, teſtor coram Deo, qualiter de menſe proxime præterito, ſub cane Syrio majori & ſole in ſigno Leonis [ingreſſo], per dies quindecim circa, maximis laxitudinibus per totam vitam laborans, ita quod vix ſiſtere poteram, non abſque febricula & magno phyſicorum timore quod in periculoſam febrim incurrere potuiſſem, attento ſomno penitus deperdito & inappetentia prægrandi: quinimo & nimia humorum agitatio, proventa ex aliquibus medicaminibus ſolutivis, quæ totum corpus meum commotioni extraordinariæ dederunt, brachium meum ſiniſtrum prope manum tumore magno affecit ſine aliqua ſanguinis fluxione, ita quod tumor hydropici morbi de principio verebatur. Facto [autem] humili voto ad beatiſſimum Patrem Gregorium Auguſtinianum concivem meum, de viſitando devote ſanctiſſimum depoſitum d. ſancti Patris, in venerabili eccleſia Auguſtinianorum d. patriæ meæ Verucchii; ad ejus ſanctiſſimam arcam acceſſi ſub die XIII menſis; ubi benedicta arca, ob concurſum quamplurimorum laborantium, honorifice aperta fuit. Ante quam devote genuflexus, cum ſanctiſſimo capite d. beati Patris in venerabili eccleſia Auguſtiniana, in capite meo & partibus offenſis corporis mei, tactus fui. Poſt quem quidem tactum laxitudines, alterationes & tumores evaneſcere cœperunt, & taliter evanuerunt, quod in paucis diebus priſtina valetudo mihi reſtituta fuit, gratia Dei beatiſſimæque Virginis Mariæ & interceſſione d. beati Patris Gregorii & aliorum ſanctorum Advocatorum meorum, quorum auxiliamen ſemper invocavi. De quibus præſentem fidem feci propria manu, hic poſui, & ad majus robur ſigno mei tabellionatus ſignavi, ad gloriam Dei & honorem d. beati Patris Gregorii Patroni mei. Ego Petrus Franciſcus Marzalonius ſcripſi & ſignavi pro fide.

Notarius periculoſe diſſolutus & tumens

attactu ſacræ capitis ſanatur:

F

Inſtr. 21

36 .... X Septembris, in die feſtivitatis S. Nicolai de Tolentino mei Protectoris, affirmo pro veritate ego Joannes Bernardinus Turchini de Monte Ceragnone,

nlius, cujus uxor greſſu privata decumbebat,

A ragnone, Notarius publicus, quod cum Hieronyma uxor mea infirma [eſſet] ab annis quatuor, ex doloribus quos medici matricarios vocant, & cruciatu poplitum ac pedũ ita ut ambulare non poſſet; cumque hoc præſenti anno MDCL menſe Julio, jaceret in lecto dictis doloribus & cruciatu exercita; contigit ut occaſionaliter tranſitum habens per terram Verucchii appellerem ad conventum S. Auguſtini, conſuetũ [meum] hoſpitium. Ubi ſermonem dum facio cum Patre Priore præſenti de infirmitatibus uxoris meæ, dixit ille mihi, quod ante paucos dies per interceſſionem B. Gregorii liberatus fuerit puer quidam Verucchienſis, qui & ipſe per multos menſes graviter fuerat cruciatus; ipſumque videre me fecit. Quo miraculo viſo dixi me velle etiam meam uxorem iſti Beato vovere, ſicut & feci. Domum autem regreſſus & eamdem uxorem meam lecto decumbentem reperiens, narravi quid vidiſſem feciſſemque, & ipſa votum meum ratum habuit. Poſt dies autem quatuor vel quinque à ratificatione præd. cœpit de lecto aſſurgere, & indies melius meliuſque valere, quemadmodum videri nunc poteſt; quia eam huc duxi ad arcam B. Gregorii, ad gratias agendas Deo opt. max. pro beneficio obtento, mediante interceſſione B. Gregorii. Quoniam vero hæc eſt ipſiſſima veritas, præſentem ſcripſi atque ſubſcripſi in eccleſia S. Auguſtini, coram arca B. Gregorii, cum conſenſu d. uxoris meæ, vera eſſe omnia affirmantis, præſentibus, adm. RR. PP. Baccalaureis Livio Bindi, Paulo Fredizzani, & Joanne Maria Dolci, Patribus d. monaſterii, *qui ſinguli poſt ipſum Bernardinum Furchini teſtati ſunt ſubſignationibus propriis, quod prædicta ab eo ſignari viderint Inſtrumentum totum hactenus Italice ſcriptum, Latine concludente ut cœperat, eodem qui cetera Hieronymo Cellio.*

eamdem poſt votum ſanatam ad arcã adducens.

B

Inſtr. 22 *vir pauper artritico dolore impeditus, ſibi victum lucrari*

37 .... XIII menſis Septembris .... Jacominus filius Alexandri Moni de Verucchio dixit, ſe per ſpatium menſium duorum circiter ceſſaſſe ab operibus & famulatu, quibus ſibi victum & alia ad vitæ [ſuſtentationem] neceſſaria procurabat, ex quo incidit in morbum ſeu catarrhum, quo in pedibus & manibus valde cruciabatur, maximis doloribus in juncturis, cum tumore & inflatione maximis, ita ut vix niſi difficillime movere ſe poterat, ex quo inhabilis ad operandum efficiebatur, quin victu & cibo ſæpius miſerrime privabatur; expulſus à famulatu, derelictus à debita Chriſtiana caritate, à mundo crudeli relegata; expectabatque ſe eumdem mundum derelinquere. Sed, mi Deus omnipotens qui neminem in te ſperantem damnari permittis, & miſeris placatus ſuccurris! Cogitans hæc omnia mala [eveniſſe ſibi] pro peccatis ſuis, ad interceſſionem beatiſſimi noſtri Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis recurſum habuit, vovit viſitare ejuſdem ſacras reliquias, duas faculas & votum cereum offerre, prout viſitavit & obtulit & integram ſanitatem obtinuit: prout & ego Notarius [præſentibus D. Julio de Barbaris & Antonio Gantino, ambobus de Verucchio teſtibus] in apotheca aromataria Magn. D. Julii de Barbaris, vidi ſanum, & Deo omnipotenti & Beatiſſimo ſuo ſine fine gratias agentem; & affirmantem, ſtatim facto voto, ceſſaſſe dolores, & tumorem & inflationem evanuiſſe. O medice ſanctiſſime, digneris à nobis omnibus infirmitates omnes animæ & corporis expellere, & tecum in cælis ſine fine gaudere. Amen.

C

ex voto ſanatur,

Inſtr. 23. *Notarius accedens ad miracula notanda,*

38 .... XIV menſis Septembris. Talia ſunt miracula, quæ quotidie operatur per interceſſionem Beatiſſimi Gregorii Auguſtiniani omnipotens Deus, quod præexcellens ad ea adnotanda requireretur ſcriba, & in ſacris & in omnibus ſcientiarum virtutibus doctiſſimus, ad hoc ut Chriſti fidelibus quibuſcumque perſuaderet Chriſti Jeſu ſequelam, & Beatiſſimi hujus in omnibus anguſtiis invocationem. Reſpicite quæſo, quod ad effectum notandi mirabilia & gratias ſuas vocatus, me contuli ad ejuſdem beatiſſimi arcam, & tria deſcribenda in eodem loco inveni. Quoniam D. Lucretia, qu. Marini molendinarii de Arimino, uxorque Matthæi Giovagnoni de Verucchio, vulgo inhoneſta (hoc dico ad manifeſtandam omnipotentis Dei miſericordiam & Beatiſſimi compaſſionem) permanens circa arcam in eccleſia S. Auguſtini, clamans invocabat in adjutorem eumdem Beatiſſimum his clariſſimis verbis: Sis benedictus, glorioſe S. Gregori, quod ab ea hora qua vovi tribus ſabbatinis diebus venire diſcalceata ad viſitandas veſtras ſanctas reliquias, ex quibus jam duos dies complevi, reſtatque mihi adhuc tertius proxime venturus, ſanatam me ſentio à doloribus quos patiebar in latere & crure dextero, qui multis ſeptimanis detinuerant me lecto miſerabiliter affixam inter cruciatus admodum periculoſæ conſequentiæ. Nunc autem Deo & tibi, Benedicte, ſint laudes, quia per tuam interceſſionem nullos amplius dolores ſentio, neque in crure aliud patior quam modicum pruritum, qui me non cruciat, ſed ſolum admonet devotionis erga iſtum Sanctum; & gaudeo quod reipſa poſſim eum viſitare. Hactenus vernacula ſua lingua illa, aſſerens ſe à doloribus omnimode liberam, & ab interceſſione ejuſdem Beatiſſimi recognoſcens gratiam & liberationem.

EX MSS INSTRUM.

primum excipit verba meretricis à cruris dolore ſanatam ſe profitentis.

E

39 Honeſta mulier D. Catharina, filia Cæſaris Majani, uxor Stephani Cantellæ, exiſtens in eodem loco ante arcam Beatiſſimi, clamans & cum lacrymis exponens affirmavit & dixit mihi: Scriba, nota, & in ſcriptis tuis repone & conſerva: quod ego mulier, quamvis indigna, cum per multas hebdomades tumorem habuerim in manu dextera & inflationem levationis horridæ & magnitudinis ponderiſque talis, quod mihi neceſſe erat appenſam ad collum panno tenere cum doloribus exceſſivis; & omnibus adhibitis medicamentis omnia fruſtra & infructuoſa redibant; quando credebam & manum & vitam perdere, tenens domi exemplum filii mei, ab orco liberati per interceſſionem Beatiſſimi hujus, ſicut pro eo vovimus, ſic & ego vovi viſitare has Sanctas Reliquias. Oh! quid mirabile dictu! Statim peracto voto ante viſitationem ſanata eſt manus mea dextera & dolores ceſſarunt. Videte, videte eam liberam, & ad priſtinam ſanitatem reductam, tamquam ſi nullo unquam tempore morbo laboraſſem in ea. Et gloriabatur coram me Notario & teſtibus, & laudabat Deum in Sancto ſuo ſine fine, oſtendens nobis manum liberam.

tum alterius mulieris dexteram ab horribili tumore curatã oſtentantis,

F

40 D. Joanna, honeſta juvenis, filia eorumdem jugalium Stephani Cantellæ & D. Catharinæ, permanens in eccleſia eadem ante arcam Beatiſſimi, glorificans Deum & gratias agens Deo, dixit: Adnota, Scriba, quia ego puella, Domini Jeſu Chriſti & beatiſſimæ Virginis indigna ancilla, cum per multas hebdomades febri continua laboraſſem, piique parentes non ceſſaſſent omnia quæ poterant medicamenta adhibere, omnia tamen inania evaſerunt, & hoc propter gloriam [Dei & Beatiſſimi hujus]. Quoniam more fratris mei Petri-Franciſci, & dilectiſſimæ matris meæ, vovi viſitare has ſanctas Reliquias; & ſtatim febris continua dereliquit me, & ſana effecta ſum, ſicut me videtis in hac ſancta eccleſia: ubi ceſſare non poſſum, præ gaudio rehabitæ ſanitatis laudare Deum in Sanctis ſuis; & [profiteor] omnem ſanitatem obtinuiſſe per interceſſionem Beatiſſimi hujus. [Et ego Hieronymus Cellius coram duobus teſtibus notavi ſingula] prout unaquæque ipſarum mulierum, omnia prædicta vera fuiſſe & eſſe, medio

& filia ejus lib rata à febri continua.

EX MSS. INSTRUM. earum & cujuſlibet ipſarum juramento, affirmarunt; rogantes &c.

Inſtr. 24

Doctor Iuris teſtatur ſe à cordis dolore,

41 In Chriſti nomine. Amen. Ego Blaſius Georginus de Verucchio I.V.D. atteſtor, quod cum olim per plures menſes habuerim cor oppreſſum vehementiſſimis doloribus ac paſſione moleſtiſſima & fere intollerabili; porrectis precibus devotis B. Gregorio, ut mihi benigniter opem de ſua miſericordia ferre vellet; in inſtanti ipſo, cor meum, miraculoſe omni ſolita paſſione ac dolore penitus evacuatum ac immune eſſe cognovi, & me priſtinæ ſanitati donatum: prout fidem indubitatam facio pro veritate, ad gloriam omnipotentis Dei ac ejus Sanctorum, & ad æternam memoriam gratiæ acceptæ ab eodem Beatiſſimo Gregorio. Ideo hanc ſcripturam meo nomine, cognomine & ſigillo roboravi, ad fidem Verucchii die XXVIII Auguſti. *Hactenus ille: ſequitur deinde fides Hieronymi Cellii eamdem ſcripturam, XX menſis Septembris ſibi exhibitam, ſubſignantis.*

Inſtr. 25

Prior Cervienſis

42 .... XX menſis Septembris .... adm. Rev. P. Baccalaureus Paulus Joſephus Caſatus Mediolanenſis, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & ad præſens Prior Conventus S. Georgii civitatis Cerviæ, medio ejus juramento, tacto pectore more Sacerdotali, ad delationem mei Notarii, infraſcriptam fidem fecit tenoris ſequentis, vulgari ſermone loquendo ad majorem intelligentiam & claritatem, qualiter veritas fuit & eſt, quod infirmatus prædictus Pater ſpatio quatuor menſium febre continua, poſt adhibita omnia humana remedia neceſſaria, & poſt fruſtra mutatum aerem meliorem, non potuerat liberari ab illo ſuo gravi morbo. Occaſione autem eundi Verucchium quod pertinet ad Legationem Romandiolæ, diœceſi Ariminenſi in ſpiritualibus ſubditum, cum pro ſua devotione curaſſet aperiri arcam, in qua jacet corpus B. Gregorii de Verucchio, atque devotiſſime tetigiſſet ipſius caput, ejuſque patrocinium apud

& nepos ejus ſe à continua febre ſolutos.

Deum invocaſſet, intra paucos dies liber remanſit à d. morbo: ſicuti etiam D. Paulus Nicolaus Caſatus Mediolanenſis, nepos d. Patris Prioris, qui etiam ipſe febri continua laborans, mediante interceſſione S. Gregorii de Verucchio, infra paucos dies totus ſanus & liber extitit. Quæ quoniam omnia veriſſima ſunt ad perpetuam memoriam tantæ gratiæ à Deo obtentæ per interceſſionem & patrocinium dicti B. Gregorii, præſentem fidem propriis manibus ambo ſubſcripſerunt. *Subſcripſerunt autem uti depoſuerant vulgari Italica lingua: Latine deinde Notarius ipſe concludit & addit:* Actum in Conventu S. Georgii præſentibus D. Brunori Barucco & Matthæo de Fabris, teſtibus de Cervia ad hoc vocatis. Et ego Chriſtophorus Armileus, civis & auctoritate Apoſtolica Notarius Cervienſis in Archivio Romano deſcriptus & Archiviſta d. civitatis: *ac denique.* Quia ego, *inquit.* Hieronymus Cellius, Notarius & modo terræ Verucchii Archiviſta ſumptam copiam collationavi cũ originali tranſiniſſo & mihi data eſt ad conſervandum cum aliis meis rogitibus & cum eo concordare inveni, ideo pro fide ſubſcripſi & ſolito ſigno meo & d. Archivii ſignavi requiſitus.

Inſtr. 26

Item alius

43 .... XXIV Septembris .... Mag. Jacobus Maſtignonus de Verucchio expoſuit mihi. O potentiam Dei noſtri Creatoris! o bonitatem ejuſdem Salvatoris! qui in hunc mundum venit, & cum hominibus habitavit, ut eis gratias & beneficia impertiret: unde fecit ſurdos audire & febribus imperavit, ita ut admirarentur turbæ & exclamarent magna voce, Quis eſt hic qui ſurdos facit audire & mutos loqui & imperat febri? Hinc eſt quod per interceſſionem Sanctorum ſuorum voluit etiam eadem ſanitatis dona pie ad ſe confugientibus elargiri. Quamobrem præd. Mag. Jacobus Maſtignonus dixit & pro veritate affirmavit medio juramento, ſe paucis jam diebus elapſis à continua & inceſſante febre fuiſſe ardentiſſime vexatum & afflictum. Neque remedia pharmacalia ei opem ullam dabant ut ab ejuſmodi morbo liberaretur: quare vitam præſentem cum futura commutare credebat. Sed factum eſt ut Nicolaus puer ejuſdem Mag. Jacobi filius, hanc acerbiſſimam infirmitatem cuidam Religioſo Auguſtiniano narraret. Qui Religioſus hortatus eſt eumdem puerum, ut patrem adiret; & quod ſe interceſſioni B. Gregorii Verucchienſis Ordinis S. Auguſtini devote commendaret, illi diceret. Ivit domum puer filius, & patri omnia narravit. Unde idem mag. Jacobus recordatus adfuiſſe in eccleſia S. Auguſtini, quando illemet B. Gregorius ſanitatem attracti cruris & genu Petro-Franciſco Cantellæ à Deo obtinuit; ſtatim qua potuit ſpiritus pietate, potenti & efficaci ejuſdem beatiſſimi Viri patrocinio & interceſſioni ſe commendavit. Continuo autem fervidiſſima & letalis febris imminui cœpit, pauciſque horis præteritis omnino ceſſavit: & Dei gratia & B. Gregorii interceſſione integram virium facultatem poſt paucos dies perfecte obtinuit, & nunc ſanus ſuam artem exercet ut prius. Ideo me Notarium rogavit, ut ad Chriſtianorum exemplum hæc omnia inter mea ſcripta ponerem. Actum in platea publica ante apothecam ſuprad. Mag. Jacobi in Capitanata S. Petri, præſentibus D. Simone Lando & D. Andrea de Georginis de Verucchio teſtibus rogatis. Et ego Jacobus Borgheſius de Verucchio Notarius publicus Apoſtolica auctoritate, præſcriptam copiam facta diligenti collatione cum ſuo originali concordare inveni: ideo ſubſcripſi & ſolito mei tabellionatus ſigno munivi & publicavi. *Ita idem deinde Iacobus Borgheſius in ſubſequentibus uſque ad num.* 53.

recordatus ſe adfuiſſe ſanationi miraculoſæ n. 5 & ſeqq

Inſtr. 27

Rogatu abſentis mariti, ſurdi ac debilis,

44 ....XXIV menſis Septembris .... honeſta mulier Franciſca de Bronzettis Verucchienſis, conjux Georgii Imolenſis de Arvertano diœceſis Cæſenæ & nunc habitantis in caſtro S. Joannis in Marignano diœceſis Ariminenſis, ut ibi ſua arte victum ſibi & familiæ ſuæ acquirat, depoſuit & medio juramento aſſeruit, d. Georgium virum ſuum per aliquot menſes dolore graviſſimo & ſurditate unius auriculæ fuiſſe afflictum, ex qua infirmitate omnino detinebatur, ne victum neceſſarium lucraretur: & totum corpus jam jam viribus privatum erat, adeo ut etiam in magno timore eſſet amittendi vitam. Quare auditis quotidianis gratiis, quæ à B. Gregorio Auguſtiniano Verucchienſi ad ſe pie recurrentibus à Deo impetrantur, nuntiavit eidem amantiſſimæ ſuæ uxori ut toto cordis fervore illum eidem Beato commendaret. Quæ ſtatim ad eccleſiam S. Auguſtini Verucchienſis advolavit, & genibus flexis ante arcam in qua jacet corpus d. Beati, ſanitatem pro d. Georgio viro ſuo ab eodem Beato tota mente petiit. Nec fruſtra preces effudit: nam paucis diebus interjectis, ſummo gaudio ejus & hilaritate cordis audivit, d. Georgium virum à ſurditate auris fuiſſe & eſſe liberum, & corpus ejuſdem nullo amplius morbo nec impedimento detineri, ſed optima ſanitate frui, artemque ſuam ut prius & melius exercere, Quibus ſic ſtantibus rogavit me &c. Actum in domo Mag. Joannis Antonii Bronzetti in contrata & Capitanata S. Andreæ....

arcam viſitans uxor ei ſanitatem impetrat.

CAPUT V.

Reliquæ gratiæ menſe Octobri deſcriptæ.

Inſtr. 28

45 IN Chriſti nomine, anno à ſanctiſſimo ejus natali MDCL, die vero V Octobris ... honeſta mulier Joanna de Majanis & uxor Hieronymi Mat-

tonæ

A tonæ de Verucchio, ſponte & nulla vi adducta, ſed à veritate impulſa, dixit & affirmavit ſe per multos dies febris infirmitate graviſſima in lecto detentam fuiſſe; & certo diem ſuum, licet ſit in florida ætate, obituram exiſtimaſſe: quia ſubito corporis viribus omnino privata fuit, nec remedia adhibita morbi vim expellere & detrudere potuerunt. Quare cum ſibi ultimum diem imminere cognoſceret, ad auxilium B. Gregorii Verucchienſis Auguſtiniani confugit: & voto facto viſitandi per tres vices corpus venerabile ejuſdem Beati, qui in eccleſia Patris ſui Auguſtini ſanctiſſimi jacet; eodem tempore omnipotens Deus vires conceſſit eidem mulieri pie ſupplicanti, per interceſſionem ejuſdem B. Gregorii ut ſurrexerit è cubili, & potuerit d. eccleſiam petere, uti fecit: nec votum adhuc implevit quin ei priſtina ſanitas reddita à Deo fuit. Ideo hanc gratiam ob præd. Beati patrocinium ſibi collatam à ſummo Creatore pro certo habens, voluit me Notarium, ad perpetuam rei memoriam, prædicta inter ceteros meos rogitus collocare; tamquam veriſſima & indubitata, prout medio juramento aſſeruit & affirmavit....

Sanatur mulier mortali febri decumbens,

Inſtr. 29.

B 46 ... Die VII Octobris... Petrus-Franciſcus, filius qu. Mag. Franciſci de Manduccis, Verucchienſis, aſſeruit & pro veritate affirmavit, quod die IV d. menſis & anni ivit ad eccleſiam vulgo dictam della villa RR. PP. FF. Reformatorum S. Franciſci, ut ibi confiteretur peccata ſua, ſicuti fecit. Poſt confeſſionem profectus eſt ab eadem eccleſia ut regrederetur Verucchium. Sed cum abeſſet à d. loco Villæ per quartam partem unius milliarii, juxta arundinetum ſeu cannetum ſitum juxta viam publicam, tres viri, velatis faciebus, armis diverſis onuſti, ex inſidiis aggreſſi fuerunt d. Mag. Petrum-Franciſcum, animo eum occidendi. Quare laxatis tormentorum bellicorum rotis, omnes curarunt eumdem mortaliter lædere: & ipſe Mag. Petrus-Franciſcus, cognoſcens naturaliter ſe non poſſe certum mortis periculum evitare, pio mentis affectu & toto corde auxilium B. Gregorii Auguſtiniani Verucchienſis enixe petiit & imploravit, ut ſecura & inevitabili morte eum, Deo dante, liberare vellet. Unde factum eſt, ut Deus, ob d. Beati preces & patrocinium, perbrevem orationem & commendationem ſupplicantis exaudiret. Nam permiſit Deus ut ignis intus d. tormenta bellica non accenderetur & globuli exire non poſſent, licet pulveris fumus foris viſus fuerit; & ſic ab eo mortis periculo illæſus evaſerit.

Invaſus ab hoſtibus perſonatis,

Servatus ab eorum ſclopis ignem non concipientibus,

C 47 Attamen dd. aggreſſores abſtulerunt pugionem d. Mag. Petro-Franciſco, & pluribus vicibus eum percuſſerunt, & præcipue uno ictu in ventrem pupugerunt, ex quo ictu & percuſſione adeo pugionem intus infixerunt, ut una cum olivi arbore eumdem Mag. Petrum-Franciſcum infixum reliquerint, & jam mortuum eſſe crediderint: ex qua percuſſione ipſe etiam putavit vitam omnino amiſiſſe. Sed idem Beatus eum incolumem ab hoc etiam periculo ſervavit & immunem reddidit: quia thorax cum ſubucula tantummodo læſus fuit. Unde poſtquam dd. aggreſſores diſceſſerunt, ipſe vix potuit pugionem ex olivo extrahere, quia contortus, incurvatus, complicatus in ea arbore ex vi percuſſionis erat. Quare ſtatim ad eccleſiam D. Auguſtini, ubi ſacrum monumentum d. B. Gregorii extat, ivit: & Deo gratias agens pro vita ſibi ſervata patrocinio d. Beati, ad arcam ejuſdem d. pugionem devote appendit, ut ibi ad perpetuam rei memoriam remaneret. Et quia ex hominum memoria gratias tantas & adeo ſingulares non deleri intendit, ideo me Notarium rogavit, ut illa, tamquam notiſſima & veriſſima, inter rogitus meos adſcriberem.

& ab ictibus pugione inflictis,

invocato B. Gregorio.

48 .... Die x Octobris .... Hieronymus Scarpa de Verucchio aſſeruit & pro veritate ſponte affirmavit, ſe tranſactis diebus è ſubito & vehementiſſimo capitis dolore imo doloribus, ad partem ſiniſtram adeo correptum & afflictum fuiſſe, ut caput ſibi videretur in duas partes ſecari & dividi; quocirca quotidianæ & continuæ febris vi etiam affligebatur, unde totius corporis vires amiſerat & mori arbitrabatur. At quia ſibi ſatis conſtabat & conſtat, B. Gregorium Auguſtinianum quotidie gratiis & miraculis clarere, idcirco eidem Beato preces porrexit, majori qua potuit ſpiritus humilitate, ut ſibi dignaretur ob omnipotenti Deo priſtinam ſanitatem obtinere. Neque incaſſum preces ſuas effudit. Nam ſtatim tales vires eidem Hieronymo conceſſit Deus, ut poſſet eccleſiam D. Auguſtini adire, in qua jacet corpus venerabile d. B. Gregorii. Ad ſacram arcam cujus ubi pervenit, porrectis prius precibus, tetigit ſuo capite, doloribus pleno & afflicto, linteamina ſuperpoſita ipſi arcæ d. Beati. Mirabile quidem dictu & auditu, quia ſtatim omnes capitis dolores evanuerunt, febris omnino ceſſavit, & eum prorſus dereliquit, & paucis interjectis diebus vires corporis reaſſumpſit. Idcirco recognoſcens tantam gratiam ſanitatis ſibi à Deo datam ob merita & patrocinium d. B. Gregorii, voluit me Notarium hæc omnia exarare & in meis rogitibus ponere tamquam veriſſima, prout tactis &c. juravit.

EX MSS. IN TRUM. Inſtr. 30.

Curatur dolor intenſiſſimus capitis,

tactis linteaminibus arcæ,

E

49 .... XXIV Octobris ... Rev. adm. P. Baccalaureus, Fr. Paulus Fedrizzonius Cervienſis, ſacri inſtituti Auguſtiniani profeſſor, ac de familia conventus S. Auguſtini terræ Verucchii ſponte dixit & certo affirmavit medio ejus juramento, more Sacerdotali tacto pectore, ſe de anno MDCXLIX tempore autumnali, per duos menſes ab ardentiſſima & quotidiana febre vexatum fuiſſe, à qua per interceſſionem D. Nicolai Tolentinatis immunis evaſit. Verum in humero ejus ſiniſtro peracerbus dolor remanſit, à quo aſſidue afflictus adeo graviter fuit, ut brachium etiam pene inutile fuerit à d. tempore infirmitatis prædictæ uſque ad ultimam Dominicam menſis Maji MDCL. In qua die cum apertum fuerit ſacrum monumentum, ubi venerabile corpus B. Gregorii Cellii Auguſtiniani Verucchienſis jacet, juxta annuum & ſolitum morem illud aperiendi; ipſe Rev. adm. P. Baccalaureus Fr. Paulus præfatus, ſe potenti apud Deum interceſſioni ejuſdem B. Gregorii ex corde commendavit, humiliterque eum rogavit, ut à prædicto humeri dolore ſe liberare vellet. Et quia ejuſdem Beati caput, ſemper cæleſti odore olens, piis adſtantibus oſculandum à Sacerdote porrigebatur; idem adm. Rev. P. Baccalaureus Fr. Paulus ardenti ſpiritus affectu curavit, ut ſibi ab eodem Sacerdote, humerus, vehementiſſimo dolore offenſus, illo venerabili capite tangeretur. Ex quo tactu ita dolor ille evanuit, ut amplius deinceps offenſionem ullam d. R. P. Fr. Paulus non ſenſerit; ſed priſtina ſanitate, Deo ſic dante & B. Gregorio intercedente fruitus fuerit. Quocirca ne tanta gratia oblivioni ullo tempore tradatur, ſed ſemper magis hujus beati ſervi Dei Gregorii merita apud Deum & homines eluceſcant, voluit me Notarium præfata omnia inter mea ſcripta & rogitus adſcribere.

Inſtr. 31.

& humeri cruciatus reddens inutile brachium,

admoto ſacro capite,

F

50 .... Die XXVII Octobris .... honeſtæ adoleſcentulæ, Baptiſta ſcilicet Maria, ambæ filiæ Lucæ Domini Rodani de Verucchio, ſponte & per ſe depoſuerunt & veritatem eſſe dixerunt, ſe per multas menſium præteritarum hebdomadas febribus continuis & letaliter eas cruciantibus laboraſſe, à quibus nulla arte humana liberari potuerunt: ex quo fiebat, ut cum ſint pauperes, victum & alia ſibi neceſſaria parare & lucrari minime poſſent. Verum in Deo confiſæ-

Inſtr. 32.

Item puellæ pauperes duæ febribus cotidianis afflictæ.

EX MSS. INSTRUM.

confisæ; & B. Gregorii Augustiniani Verucchienſis, qui permultas alias perſonas ab hujuſmodi infirmitatibus ſua apud Deum interceſſione liberavit, ut iiſdem Baptiſtæ & Mariæ ſatis conſtat, patrocinio tota mente & corde implorato, factoque voto ejuſdem Beati ſacrum ſepulcrum, in eccleſia S. Auguſtini Verucchii exiſtens, pluries viſitandi, veluti illud adimplere omni ſpiritus pietate ſibi poſſibili ſtuduerunt; Omnipotens & omnium bonorum clargitor Deus infirmorumque certa ſalus, per interceſſionem d. B Gregorii, ambabus optatam & imploratam valetudinem clementiſſime tribuit, eaſque omnino à præd. febribus immunes reddidit, ut etiam filio illius Reguli Euangelici ipſe Deus conceſſit. Hinc ambæ Baptiſta & Maria, cupientes ea qua poſſunt ratione gratias has innoteſcere ceteris fidelibus poſteris, quo erga tantum Dei ſervum amoris & devotionis fervore accendantur, me Notarium rogaverunt unanimes, uti prædicta omnia deſcriberem, & publicis rogitibus meis tamquam notiſſima & veriſſima inſerere vellem.

51 *Hactenus Rogitus, ut vocant, deſcripti per Iacobum Borgheſium, continuantem rogitus ab Hieronymo Cellio uſque in menſem Octobris deductos: quæ omnia cum intra*
B *quinque menſes notata ac fere etiam patrata fuerint; apparet quanta potuiſſet ſimilium gratiarum ſilva colligi, ſi vel prioribus annis talis adhibita diligentia fuiſſet vel poſterioribus continuata. Verum ut in humanis rebus nihil conſtans atque perpetuum eſt, ſic neque in Sanctorum cultu: quorum ſæpe favores quanto frequentiores ſunt, tanto negligentius adnotantur: quaſi jam minime neceſſarium ſit ſcriptis mandare ea, quibus ſimilia quotidie experiuntur mortales. Vnum tamen, ſeptemdecim annis quam priora recentius, in fine ſic additur.*

& an 1667 Fr. Auguſtinianus calculo laborans

52 In Chriſti nomine. Amen. Anno ab ejuſdem ſanctiſſimo Natali MDCLXVII Indictione V, ſedente divinâ providentiâ S.D.N. Clemente Papa IX, Pontificatus ſui anno I, die vero III menſis Octobris, coram me Notario & teſtibus infraſcriptis ſponte & liberè conſtitutus R.P. Baccalaureus Fr. Joannes Antonius Para Verucchienſis Auguſtinianus, Ariminenſis diœceſis, tacto more Sacerdotali pectore, juriſjurando aſſeruit & pro veritate affirmavit, ſe per aliquot annos renum & calculorum infirmitate fuiſſe acerbe vexatum, & eam ob cauſam magna cum difficultate & dolore urinam emiſiſſe: ſed die XXVII menſis Maji proxime præteriti, id eſt die Veneris antecedentis ſanctiſſimam Pentecoſtes celebritatem, in qua ſolennitate aperienda erat, juxta morem &
C conſuetudinem annualem, & quidem antiquiſſimam, ſacra arca, in qua aſſervantur ſemper ſuaviſſimo odore redolentia B. Gregorii Cellii Verucchienſis Auguſtiniani ſacra & veneranda oſſa; idem Baccalaureus Fr. Joannes Antonius adeo talibus & renum & calculorum afflictiſſimis & acerbiſſimis doloribus vexatus afflictuſque fuit, ut non urinam amplius è corpore emiſerit; ſed profluentiam & copiam maximam ſanguinis, per totam anted. diem XXVII menſis Maji, mingere numquam deſtiterit. Qua de re providens ipſe Baccalaureus Fr. Joannes-Antonius, & cognoſcens ſe illis efficaciſſimis doloribus non poſſe viribus corporis reſiſtere, ſed potius mortem raptim expectare debere, neque ulla medicamenta ei auxilium ferre; quo potuit majori ſpiritus fervore, uti alias in ſuis infirmitatibus & neceſſitatibus fecerat, ad opem cæleſtem & interceſsionem B. Gregorii ſui Ordinis Auguſtiniani confugit. Neque id fruſtra: quoniam in ſero ſeu ſub veſperam illiuſmet diei XXVII ſuprad. fluxus ille ſanguinis omnino ceſſavit, nec poſtea tali infirmitate affectus eſt, ſed urinam tunc temporis claram emiſit; imo ſacris muneribus eccleſiæ ſuæ ſequentibus diebus, ſabbathi ſcilicet & Pentecoſtes nec non ſolennis diei Dedicationis ſuæ eccleſiæ Auguſtinianæ atque ſolennitatis d. B. Gregorii, optime potuit ſatisfacere. Quæ omnia cum ita ſint, rogavit me [Petrum Ugolinum] notarium publicum, ut de prædictis omnibus publica hæc conficerem documenta, prout rogatus feci ejuſque piis votis requiſitus annui ....

D

nec niſi ſanguinem pro urina reddens.

E

53 *His ita tranſcriptis ex originali apud Patres Auguſtinianos libro per d. Petrum Vgolinum, ſequebatur fides publica Priorum & Communitatis terræ Verucchii de ejuſdem Notarii legalitate, data die* XVI *Ianuarii* MDCLXXVII *ſubſignante Michaele Faviardo Secretario: ac denique ipſius Notarii authenticatio his verbis concepta.* Et quia ego Petrus Ugolinus de Verucchio, publicus auctoritate Apoſtolica Notarius, præſentes copias ex libro in quo adſcripta & authentica prodigia B. Gregorii Cellii de Verucchio extant, ut in eo videri poſſunt, bene cuſtodito & conſervato in Conventu adm. RR. Patrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini, & ex rogitibus qu. Petri-Franciſci Marzalonii, Hieronymi Cellii, & Jacobi Borgheſii meique Notariorum publicorum de terra Verucchii, fideliter & de verbo ad verbum propria manu, excepta legalitate Perill. Communitatis Verucchii, extraxi, nil addito nec diminuto, quod ſenſum mutet; quas facta collatione diligenti cum ſuis originalibus concordare inveni: ideo pro fide ſcripſi, hiſque me ſubſcripſi, & publico ſigno mei tabellionatus, quo in talibus utor, munivi: *quod quidem ſignum ramoſum præfert caudicem ſtirpitus evulſum, cujus ſcapo affixus rotulus cum initialibus nominis atque cognominis litteris P. V.*

Fides Notarii hæc omnia tranſcribentis.

F

DE B. PHILIPPO AQVILANO

EX ORDINE OBSERVANTIÆ REGVLARIS S. FRANCISCI,

D. P.

SULMONÆ IN ITALIA.

ANNO MCCCCLVI

Corpus & cultus prope Sulmonam.

Elignorum veterum inſignis & antiquiſſima urbs Sulmo *ſive* Sulmona, *cujus Epiſcopalis titulus cum Valvenſi conjunctus hodieq; perſeverat, quamvis multum ſe jactet* P. Ovidii Naſonis *natalibus, ejus verſibus celebrata, pluris tamen facit habuiſſe viventem, & poſſidere mortuum* B. Philippum, *dictum à patria* Aquilanum; *in conventu ſuburbano Fratrum Minorum Obſervantium S. Nicolai nuncupatum, qui eſt octavus Provinciæ S. Bernardini apud Gonzagam, fundatus circa annum Domini* MCCCCXLIII. *Ibi Guardianus erat Philippus, cum hac* IV *Maji moreretur anno* MCCCCLVI. *Ibi ſacellum ſub ejus nomine frequentatum ab incolis, infirmos ſuos illuc inferentibus, nec raro ſanos efferentibus. Ibi mauſolæum Beati, miraculis clarum, in ſacello Mezzaræ familiæ proprio; quo nunc, dum nova eccleſia ſtruitur, diſſoluto, arca ſacri pignoris cuſtos aſſervatur tantiſper in ſacriſtia, donec abſoluta fabrica anguſtius collocetur: quod ſi prius factum intellexerimus, quam menſis hic in lucem prodeat, poterit indicari in Appendice hujus tomi. Nunc dico id quod cultum publicum & minime vulgarem indicat, ipſam arcam, quæ omnia integri corporis oſſa continet, tranſparentibus inſtructam cryſtallis, conſpicienda ea offerre populo, quoties educitur ex alia lignea ipſam includente.*

2 *Vitam*

A *Vita à B. Bernardino conſcripta, cujus hic epitome,*

2 *Vitam ejus ſcripſit* Bernardinus Aquilanus, *etiam ipſe illuſtri Sanctimonia clarus, cujus Funerale, Latinâ; & Admonitiones vitæ ſpiritualis, Italica lingua extant, Venetiis editæ anno* MDLXXII; *cetera ejus opera, utroque idiomate ſcripta, & adhuc inedita habentur in Conventu S. Angeli, inter Foſſam & Ocram Aprutii oppida, uti teſtatur Waddingus in libro de ſcriptoribus, numerans in iis primo loco Brevem Hiſtoriam Latinam de Cœnobiis & viris provinciæ S. Bernardini, ad quam B. Philippus ſpectabat; & inter Italica opuſcula, ipſius* S. Bernardini Senenſis *& hujus* B. Philippi *Vitas. Hanc inde Italice tranſcriptam accipere & integram Latine reddere maluiſſem, quam ex Waddingi Annalibus dare epitomen: ſed meo illam petentis & optantis ſtudio, non reſpondit eorum diligentia, quorum maxime intererat cooperari pro viribus: multa autem ſolicitatione uſus aliud hactenus non obtinui quam ex Ms. vetuſto libello, complura miracula B. Philippi continente, pauca quædam, juſſu Valvenſis & Sulmonenſis Epiſcopi Notarialiter excepta, ipſo quo Beatus obiit anno: quæ Latine verſa damus poſt vitæ epitomẽ: cetera pergimus optare & expectare æquè ac ipſius prælaudati B. Bernardini Vitam Italicam, diligentiſſime conſcriptam, aut ſaltem ejus Latinam epitomen editam ab Antonio Amicio conſanguineo, dandam* XXIX *Novembris, quo ipſum in dicto S. Angeli conventu coli dicit Arturus à Monaſterio, in Martyrologio Franciſcano.*

miracula etiam, quorum aliqua dantur ex Ms. loci:

E

3 *Vnum hic addo ex Waddingho, quod prælaudatus Bernardinus obierit anno* MDIII *in conventu S. Iuliani prope Aquilam, ſuas autem Admonitiones ſcripſerit anno* MCCCCXCI: *unde intelligitur auctorem ea ſcripſiſſe de B. Philippo, quæ partim ipſe vidiſſe potuit, partim ab iis qui viderant audiviſſe; adeoque ſcripturas tam de Vita quam de miraculis ducenteſimum annum vix ſuperare. Quæ ſi nunc difficulter legantur intelliganturque, cogitent quæſo illorum Conventuum Fratres, quanto difficilius ea legenda intelligendaque ſint poſt plurium ſeculorum lapſum; ſi tamen tamdiu evadant exitium, quod eis imminet ex eo ipſo, quod quæ intelliguntur ægre, negligantur plerumque & facillime pereant. Dent igitur operam, ut ſuperata qualicumque difficultate, ejuſmodi monumenta conſervari perpetuum poſſint in hac noſtra collectione.*

ſed omnia exoriginalibus integra optantur.

VITA

Ex Italico B. Bernardini fere ſynchroni à Waddingo tomo VI *Annalium Latine contracta*

F

1 PHilippus Aquilanus, patre Amico Fociano, matre Bucia, apud Caſſinam, agri Aquilani oppidum, modico genere natus, anno ætatis ſexto utroque parente orbatus, à Jacobo avunculo ſuſceptus eſt. Ab illa ætatula ſummam præferens honeſtatem & morum gravitatem, placida quadam hilaritate ab ipſa natura præditus, jam tum cœpit jejuniis & piis vitæ inſtitutis aſſueſcere. Integri anni ſingulis diebus ſupra parentum ſepulcrum prolixe orabat; interrogatuſque quid illic faceret, reſpondit, ſe parentum beneficia, quibus poterat modis, compenſare. Peccata prævenit pœnitentia: prius enim caſtigavit quam commiſit. E lecto ſurgens, in paleis aut nuda humo brevem delibans ſomnum, reliquam noctis partem precibus tribuebat. Induſii molliciem omneſque corporis delicias procul ablegavit; & pro cilicio, quod non habebat, interiores veſtes opplebat pungentibus & aculeatis ſeminibus Teutlomalachæ, vulgo Spinacii, quod etiam pœnitentiæ genus poſt ſuſceptum inſtitutum Franciſcanum retinebat. Clericali habitu ſuſcepto, grammaticæ operam dedit, reliqua ſtudia proſecuturus quæ Sacerdotali judicabat idonea dignitati. Sed provectioris factus ætatis, mundana expertus pericula, & perituras exoſus delicias, tutiorem vitæ normam delegit, ſub formula à S. Franciſco præſcripta. EX WADDINGO.

A puero ſeveriori virtuti addictus

fit Clericus dein Minoritæ.

2 Exultavit ut gigas ad currendam viam iſtam Dei mandatorum, non ſolum præcepta & ſaluti neceſſaria, velut puſillus aut ſpiritu infirmus; verum ſuperexcellentia virtutis opera & conſilia Euangelica, tamquam virtute potens & fide robuſtus, hilari vultu lætaque mente obſervabat. A vino, ut plurimum; à carne, ſemper abſtinebat; jejuniis, verberibus, miriſque modis corpus excrucians. Superiorum nutibus prompte obediebat; eorumque reprehenſiones, eo alacrius quo ſeveriores excipiebat. Tenerrime aliorum miſeriis & fragilitati compatiebatur, erga ſeipſum prorſus immiſericors. Simplicitatem columbinam inceſſu & verbis repræſentans, in operibus & conſiliis ſerpentina utebatur prudentia. Nihil ponderoſum abſque conſilio aggrediebatur, & ſecum tacitus ruminabat quæ celitus infundebantur beneficia. Omnia, quæ proſpiciebat vel agebat, materiam ſuppeditabant altiora contemplandi. In chori concentu, cæleſtis curiæ ſuaviſſimam harmoniam; in oratione confratrum, Sanctorum communionem, piamque pro nobis interceſſionem; cubitum iturus, mortis imaginem & anguſtam ſepulturam; in vermiculis è corpore proeuntibus & moleſte mordentibus, horribilia ſepulturę germina; in religioſa mendicitate, Chriſti voluntariam paupertatem; in igne, glacie, tenebris, fœtore, inferni tormenta protinus, tamquam præſentia, contemplabatur. Temporis æquus æſtimator, nullum abſque fructu permiſit elabi. *& virtutibus excellens,*

E

orationique addictus,

damonem intertur-bantem abigit.

3 In oratione aſſiduus, quotidie poſt Completorium accuratiſſimo examine ſingulas diſcutiebat illius diei actiones; & ſiquid ſevere judicabat vel minimum deliquiſſe, ſeveriori corripiebat ſupplicio. His ea hora ſemel intentus vidit ſathanam, in monſtruoſæ capreæ terrifico ſpectro, lampadem, coram divini Corporis depoſito lucentem, extinxiſſe. Tum ille intrepide: Hæ tibi artes, futilis joculator, minime proderunt: neque enim me ab oratione turbabis, neque ſacras aras tenebris offundes. Educto protinus è culina lumine, lychnum accendit, & lampadem altiori tractu ſuſpendit. Secundo & tertio his repetitis, & capra in fœtidum hircum converſa, indignatus vir Dei; Abi, inquit, in malam rem: in Dei nomine tibi præcipio, ne me amplius ab oratione perturbes. Confuſus abiit inimicus, neque auſus eſt deinceps moleſtiam inferre.

F

frequens ad miſſas audiendas,

4 Officium divinum ſumma attentione, corpore erectus, neque muro neque ſedili neque ullo innixus ſuſtentaculo, perſolvebat. Arcanum Miſſæ ſacrificium quotidie offerebat, & quotquot in templo Sacra fiebant, diligenter audiebat; dicens, nullum tempus utilius quam in Miſſis legendis aut percipiendis impendi. Caſtitatis vigilantiſſimus cuſtos, minimas, quæ obrepere ſolent, inhoneſtas cogitationes diligenter eliminabat; prudenter dicens, quod ſi arbor prius radices non egerit, neque frondes neque fructus emittet. Beatus, aiebat, qui tenebit parvulos ſuos, & ad petram allidet: Sponſus animæ noſtræ & zelotypus & delicatus, honeſtatis nullam ſuffert injuriam. Si quem audiebat verba proferentem minus honeſta; peracriter reprehendebat, nullius ſexus aut qualitatis habito diſcrimine: eo tamen dicebat modo, ut nullius indignationem incurreret; eoque fructu, ut quoſcumque à ſe correptos vere redderet criminis pertæſos & corde contritos. Mulierum conſortium diligentiſſime fugiebat, & annis quindecim nullam in facie conſpexit: eamque tandem à Deo gratiam conſecutus eſt, ut ad feminarum non magis quam ad ligni moveretur aſpectum. *& caſtitatẽ ſolicite cuſtodiens,*

EX WADDINGO.

luctatur cum somno

5 Unius tentationis ei reliquit Dominus exercitium, videlicet somni moleſtiam: quam ut effugeret, per integrum triennium, multo verbere ſevere in corpus ſuum animadvertebat. Aliquando vinctis manibus injectoque ad trabem fune ne in terram decideret; aliquando ligatis manibus & pedibus ad lecti ſcamnum, ſæpe glomerato corpore, colligatis conjunctiſque manibus & pedibus, inſtar agni vel hœdi revincti; vel ut plurimum ſedens, numquam jacens, breviuſculum ſomnum delibabat: eo autem diligentius tentationem hanc propulſabat, quo vehementius moleſtis inſomniis & inhoneſtis viſionibus afflictabatur. Miſere aliquando concuſſus, quid ageret? interrogavit Joannem Capiſtranenſem. Patienter ferendum & viriliter agendum, reſpondit, omnemque hanc afflictionem ad meriti augmentum fuiſſe permiſſam. Otium, malorum ſeminarium, ſummo fugiebat ſtudio: & ſi quod ſupererat orationi tempus, religioſis devovebat exercitiis. Animadvertens humiles caſas & paupercula fui inſtituti domicilia libris choralibus, Pſalterio, Antiphonario, aliiſque ſimilibus indigere; ſtatuit hos ſcribendi modum, etſi difficilem, condiſcere; mireque conſecutus, provinciam omnem his libris complevit. Oratoria multa, in ſilvis vel hortis cœnobiorum, vel ædificavit vel reſarcivit; probe ſciens, quod licet loca hominem non ſanctificent, valde tamen ad bene operandum pro ſua juvant opportunitate; & commodius à turba ſeparati orant viri contemplativi, quam ſi aliorum commercio diſtrahantur. Strictiſſimę paupertatis amator nihil in victu aut veſtitu ſuperfluum, nihil in utenſilibus neque eccleſiæ paramentis pretioſum admittebat, dicens, pauperes Fratres paupere cultu debere gloriari.

nocturnisque illuſionibus.

libros ſacros ſcribit,

B

oratoria extruit,

6 Solidam prægnantemque hominis virtutem conſpicientes Superiores, inſtruendis tironibus præfecerunt: quibus ille optimam, quam à Fr. Savino *a* de Campellis, Provinciæ S. Franciſci viro ſanctiſſimo, diſciplinam accepit, cum fœnore inſtillavit. Illud ei potiſſimum ſtudium, cæleſtium contemplatione à terrenis avocandi, & oratione mentali Deo conjungendi: neque adeo inhiabat laboribus corpus atterere, quam ſpiritualibus documentis animum colere, & internas paſſiones mortificare. Chriſti vitam piis exercitationibus docuit æmulandam, ſed præ omnibus myſteriis Paſſionem meditandam; quam quindecim punctis ſeu partitionibus optimo ordine diſtribuit. Eam ipſe tam vehementer intimo impreſſit cordi, ut quoties illam referri audiret, ſummo cruciaretur dolore: & ſingulis feriis ſextis Paraſceves eamdem lugubri ritu explicantibus, verbere multo, arctiſſimo jejunio, lacrymis, impatienti ejulatu, adimplebat ea quæ deerant Paſſioni Chriſti in corpore ſuo....

a tironibus præficitur,

C

Eccl. 32,1 *itemque aliis quos magna cum diſcretione gubernat.*

7 Etſi ſubeſſe mallet quam præeſſe, conſtrictum majorum præcepto oportuit aliquando aliorum regimen ſubire. Ita tamen regebat, ut potius ſervire videretur; & aliis præfectus, omnibus eſſet æqualis, illius ſecutus conſilium qui dixit: Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi unus ex ipſis: curam illorum habe, & ſic confide, & omni cura tua explicita recumbe: ut lætetis propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris corrogationis. Talem ille ſecutus eſt placido & prudenti regimine opinionem, ut omnes ſe illius tradere cuperent diſciplinæ, nec eſſet in illa provincia qui non optaret ei cohabitare. Non erat qui de eo loqueretur verbum malum, nec qui ad Prælatos majores querelas tranſmitteret. Imperfectos ad Regulam componebat, perfectos ad potiora ſtimulabat. In redarguendo vehemens, in monendo ſuavis, in præcipiendo nullius animum exulcerabat, probe conſiderans quod Prælatus indiſcretus facit inobedientem ſubditum. Juſtitiam & miſericordiam ita contemperabat, ut delicta non remanerent impunita, neque delinquens exaſperatus: etnim juſtitia ſine miſericordia, ſeveritas eſt; & miſericordia ſine juſtitia, incentivum præbet delinquendi. Moleſte ferebat, ſi quem videbat otioſum: atque unicuique ſuum deſignabat miniſterium. D

8 Signis etiam & prophetiæ floruit virtute. In conventu *b* Terami juvenculam à dæmone oppreſſam, præcipiente Guardiano, Cruce ſignavit, ſtatimque à malo genio liberavit. Sulmonenſis cœnobii factus Guardianus, viam quæ ducebat ad civitatem *c* non parvo labore fecit ampliari. Interrogatus à Fratre collaborante, ut quid tanto Fratrum ſudore & aliquot impenſis ſemitam curabat dilatari; Pauculis, inquit ille, Fratribus noſtris callis iſte abunde ſufficit: ſed prope eſt tempus, quo ingens populorum multitudo hinc ſit tranſitura. Verum prædixiſſe apparuit, cum poſt ejus mortem, crebris commendatam miraculis, maximus fieret ad ſepulcrum piæ gentis concurſus. Magno æſtuans Deum videndi ardore, viginti annis Deum rogavit, ut è corporis ergaſtulo ſuſpirantem animam placeret educere. Sæpiſſime repetebat illud Apoſtoli, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: addebatque ſe valde iis invidere qui ad Chriſtum præceſſerant. E Phil. 1, 23

b miraculis etiam & prophetia claret.

c

9 Tandem exauditus cœpit ægrotare, deinde variis morbis affligi, & ingraveſcentibus doloribus vehementer torqueri: in quibus illa dumtaxat ejus vox audiebatur, Dominus fortitudo mea, Dominus refugium meum & liberator meus. Demum languidulo ſpiritu cum ſentiret mortem propinquam, præmiſſa Confeſſione, devotiſſime ſanctiſſimum Chriſti corpus, flexis extra lectum genibus, appenſo ad collum funе ſuſcepit: ſuſceptaque à S. Franciſco tranſgreſſionum venia, feliciter migravit ad Dominum anno MCCCCLVI, die IV Maji, in prædicto Conventu Sulmonis, quem regebat. Corpus, dum viveret ad nigredinem tendens, & facies fuſca, ita facta ſunt alba, & labia quaſi roſa rubentia, & membra omnia adeo tractabilia & mollia, ut omnes mirarentur cuperentque tangere & venerari. Acceſſit ad viri ſancti honorem gloria miraculorum; quæ magno numero Notarii manu collegit Epiſcopus *d* Sulmonenſis, & alia plurima Fratres ſcripſerunt. F

& poſt varios morbus

obiit 4 Maji 1456

d

10 Ejus vitam ſcripſerunt Marianus *e* Florentinus, Marcus *f* Ulyſſipponenſis, Petrus *g* Rodulphus; atque omnibus diffuſius ejus conterraneus B. Bernardinus Aquilanus, quæ circumfertur manuſcripta, ex qua ego potiſſima decerpſi. In opuſculo quod de Provinciæ S. Bernardini cœnobiis compoſuit, iſta de hoc ſancto viro ſubjungit. In loco S. Nicolai prope Sulmonem, corpus B. Philippi Aquilani requieſcit, qui paupertatis maximus zelator fuit, caſtitatis & obedientiæ maximus amicus, oratione devotus, diſcretione ſingularis, humilitate præcipuus, ſimplicitate purus, prudentia cautus quaſi ſerpens, contra diaboli inſidias ſemper intentus, & (ut brevibus multa complectar) ſingularis noſtri Beati S. Franciſci filius. Cunctis erat ſpeculum ſanctitatis, tamen totis viribus ſuam ſanctitatem abſcondere nitebatur: ſed (ſecundum Dominum, qui dicit, Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt) quanto magis nitebatur abſcondere, tanto magis ſanctitas ejus circumquaque diffuſa fuit. Denique poſt mortem multa miracula Deus oſtendere voluit, ut patet Sulmone: de quo viro plura nunc alia non dico, quia vitam ſuam late deſcripſi.... B. Joannes Capiſtranus, audita ejus morte, vehementer indoluit, & dixit: Heu mihi! quia incolatus meus adeo prolongatus eſt,

e

f g

Vitæ ſcriptor B. Bernardinus,

eum etiam alibi laudat,

Luc. 11, 33

uti & B. Ioannes Capiſtranus.

A est, ut post sanctum hunc virum inter has ærumnas
b oporteat suspirare *b*. Felix urbs Sulmonensis, quę tantum meruit possidere thesaurum.

ANNOTATA.

a *Spoletinus hic fuit, fortassis proprio familiæ nomine dictus* de Campellis : *nam etiam anno* 1660 *Spoleto transeuntes ibi invenimus nobilissimum eumdemque rei historicæ scientissimum virum illi cognominem D. Bernardinum de Campellis. Waddinghus post alios* Beatum *appellat & obiisse scribit anno* MCCCCII, *signisque & virtutibus admirandum, sepultum esse ad S. Damianum Assisi. Arturus refert eumdem* VII *Iulii : sed nos nullum invenimus illius monumentum, ne dum cultum aliquem. Ceterum qui sub illo tirocinium habuit B. Philippus, ætate grandæva debuit obiisse.*

b Teramo *vulgo, alias* Interamnium, *ad Tordimum fluvium, quà alio rivulo accurrente augetur, Aprutii oppidum versus Marchiam Anconitanam.*

c *Gonzaga dicit quod* Conventus Sulmonensis longiusculè à vallo ædificatus *fit*, quem fratres quatuordecim satis commode inhabitant.

B d Fr. Donatus Bottinius Neapolitanus, ex Ordine Eremitano, Cupersanus antea Episcopus, ad Ecclesias Valvensem & Sulmonensem regendam translatus an. 1448 IV Nonas Septembris, Cathedralem Sulmonensem mirabiliter exornavit, variaque supellectile & cultu ecclesiastico ditavit ad invidiam. *Ita Vghellus tomo* I *Italiæ sacræ, successoris ingressum (qui fuit* Fr. Bartholomæus de Scalis ex Ordine S. Dominici Sulmonensis) *assignans anno* 1463. *Ceterum miraculorum ejus jussu notatorum non magnus numerus fuisse videtur, si ea solum notata sunt quæ jam jam dabimus.*

e *Ejus Chronica Mss. inedita sunt Romæ apud successorem Waddinghi Haroldum.*

f 3 *Parte Chronicorum lib.* 3 *cap.* 61.

g *Lib.* 1 *Historiæ Seraphicæ, ubi pag.* 127 *veram hujus sancti viri effigiem invenies cum elogio, in quo dicitur* D. Bernardini, Aquilæ publice in foro concionantis prædicationibus inflammatus (*in margine notatur* aliter B. Joannis Capistrani *sermonibus id tribui*) ingressus ordinem anno 1426 & mansisse in religione annos triginta : *quorum omnium fides vacillat, si vere sub B. Bernardino de Campellis tirocinium posuit, isque obyt anno* 1402. *Deceperit Rodulfum Bernardini nomen, perperam intellectum de S. Bernardino Senensi, qui usque ad annum*
C 1444 *vitam produxit, & pro annis* 30 *potest fortasse dici annis* 60 *in religione mansisse Philippus. Multo minus verosimile est quod de B. Ioanne Capistrano suggeritur in margine : de hoc enim dicit ipse Rodulfus quod ordinem solum ingressus sit anno* 1415 : *quamvis etiam hic Aquilæ potuit fuisse concionatus, & B. Philippo haud dubie fuit familiaris, Capistrani non longe ab Aquila natus.*

h *Sed non supervixit diu, eodem anno* 1456, 23 *Octobris in Hungaria mortuus, quando vitam ejus dabimus.*

MIRACVLA

Ex veteri Ms. Notariali Italico.

HÆc sunt miracula B. Philippi Aquilani, Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, examinata per Episcopum Valvensem aut Sulmonensem.

Totius fere corporis motu privatus,

1 Masius Dominici de Juliano, ex provincia Aprutii, comparens & stans coram Domino Episcopo Valvensi aut Sulmonensi, ad declarandam gratiam, quam recepit per votum factum B. Philippo Aquilano Ordinis FF. Minorum de Observantia, ipso quo obiit anno
d *d* Guardianus in loco S. Nicolai Sulmone, dixit, quod longo tempore passus sit certam infirmitatem, unde graves exsistebant dolores, corpori suo admodum molesti, non tamen æqualiter semper, sed aliquando magis magisque intensi. Ab initio autem Maji usque adeo afflictus fuit præd. Masius in tibiis, manibus, aliisque membris, solo capite ac ventre exceptis, quod nullam fere corporis partem movere valens, coactus fuerit in lectum se reclinare, nec sine alieno adjutorio levare sese ab eo tantillum posset : patiebatur autem vehementes contractiones in manibus, nec in ipso lecto commovere se poterat nisi ab uxore vel alio quopiam assistente adjurus, neque hoc ipsum fiebat absque magna difficultate. EX WADDINGO.

2 Ita constitutus pluries à medicis & medicinis subsidium petiit : sed frustra : quare ad invocandos Sanctos alios se convertit, quos vicina patriæ suæ oppida venerantur. Postea vero in die *b* Pentecostes, *b*
dicto mense Maji, intelligens quod ad corpus B. Philippi Deus faceret multas miraculosas gratias & liberationes à variis infirmitatibus, referente eas Bartholomæo Ricciardi de Juliano, subito cum maxima devotione & fide votum fecit d. B. Philippo, dicens quod si meritis & precibus ejus intercedentibus liberaretur à sua infirmitate, iret ad visitandum corpus ejus, indeque regrediens ad suum *c* castellum, depingi faceret ipsius effigiem, collocandam in ecclesia S. Mariæ ejusdem castelli. Hoc voto facto præd. Masius continuo tentavit assurgere, & publice ac manifeste confirmans se recepta gratia liberatum à morbo, ambulavit per castellum : die autem lunæ sequenti liberrime se movens, pedes venit ad d. corpus sanctum B. Philippi cum infrascriptis comitibus. Visus autem fuit ipse Masius, mediante voto & gratia recepta, libere venire & redire. Atque hæc omnia dixit ipse Masius : hi vero sunt testes qui eum comitati sunt : Bartholomæus Ricciardi, Catalda Andreæ & Nina Colai : qui omnes & singuli medio juramento suo confirmarunt omnia præmissa, uti à præd. Masio enuntiata fuerunt. *facto voto subito convalescit.* E *c*

3 Die XXV mensis Maji Indictione IV, comparuit coram D. Episcopo, Tutius Simonis de Juliano ex provincia Aprutii, confitens & dicens quod fuerit infirmus & graves dolores passus in crure sinistro & in nervis circa genu ex una & altera parte : adeo ut per sex annos d. crure uti ad ambulandum nequiverit. Audiens autem quod corpus B. Philippi mortui in ecclesia S. Nicolai prope Sulmonam per Dei virtutem multa operabatur miracula, devotione inflammatus cum spe recuperandæ sanitatis, vovit ad illud visitandum se conferre. Mox vere adfuit divina misericordia, recepit gratiam desideratam ipse, recessit omnis dolor à crure, & sicut promiserat ita continuando suam devotionem venit à præd. Castello Juliani Sulmonam ad d. beatum corpus, magis pedes quam eques ; equo tamen subinde utens ad quietem corpori indulgendam : distat enim Castellum Juliani circiter triginta milliaribus Sulmona. Hæc autem omnia narravit d. Tutius coram D. Episcopo Sulmonensi, eademque de suo patre coram eodem D. Episcopo sub juramento affirmavit Antonia ipsius Tutii filia, esse vera prout supra narrata sunt, præsentibus D. Antonio de Avezzano Vicario Generali præd. Episcopi, nec non Antonio de Pacano, Sulmone commorante, Jacobo Joannis Rainerii Aquilano, Francisco Mag. Petri de Horiano, & Honufrio Manelli de Sulmona. *item crure sinistro graviter cruciatus,* F

4 Die XXVII d. mensis Maji comparuit coram D. Episcopo Sulmonensi Petrus de Gallutio habitans Miniani in provincia *d* Terræ-laboris, confitens & dicens, quod infirmus fuit & graves dolores passus in pede sinistro, adeo ut per mensem integrum *d*
& alium pede
non

EX MS. NOTAR. non potuerit ambulare ad ſpatium unius milliaris neque laborare. Audiens autem quod corpus B. Philippi mortuum ſtaret in eccleſia S. Nicolai Sulmonæ, & per illud multa Deus operaretur miracula, devotione accenſus fecit votum ejus viſitandi cum ſpe ſanitatis conſequendæ. Subitoque voto facto per Dei miſericordiam, compos fuit deſideratæ gratiæ cœpitque ambulare, & ſuam continuans devotionem venit pedes à d. loco Miniani *e* uſque Sulmonam ad d. ſanctum corpus. Nicolaus vero Antonii de d. terra examinatus & adiuratus, ſolenni juramento aſſeruit vera eſſe prædicta: idemque ſimiliter examinata & adjurata affirmavit Joanna Honofrii de Petra Mondaza, ipſius Petri commater.

e

5 Eadem die & hora comparuit coram D. Epiſcopo Sulmonenſi Nicolaus Antonii ex d. terra Miniani dixitque ſe fuiſſe infirmum, & graves dolores paſſum in crure dextro, ita ut difficulter magnoque cum labore ad exiguum ſpatium ambularet: hac autem infirmitate laboraviſſe ſe ab ipſa ſua pueritia. Audiens autem quod Deus omnipotens multa operaretur miracula, mediantibus orationibus & meritis B. Philippi in loco S. Nicolai Sulmonenſis, oravit & vovit, quod ſi Deus ſe quoque à ſua infirmitate liberaret, ſine mora ſeſe conferret Sulmonam, & perſonaliter viſitaret corpus B. Philippi ejuſque ſepulcrum. Facto vero ſic voto, ſubito ſe liberum ſenſit, venitque perſonaliter nudis pedibus ad d. locum & corpus beatum. Quare ſuprad. Petrus ſub ſuo quoque juramento aſſeruit rem ita ſe habere, idemque confirmavit præd. Ioanna Honofrii; præſente D. Presbytero Petro de Avezzano Doctore Vicario generali D. Epiſcopi, D. Antonio Victorici Canonico, & Innocente de Corbis Presbytero, & Ioanne de Sulmona, ac Paulo-Antonio Colai, atque Andrea Ciotti ex civitate Theatina.

ac tertius crure dextro,

B

f

6 Die XXIX menſis Maji MCCCCLVI *f* coram D. Epiſcopo Sulmonenſi D. Maria uxor D. Marini de Caramento, tertii Ordinis S. Franciſci provinciæ Aprutii, ſub juramento interrogata de ſua infirmitate & gratia obtenta, dixit quod inflationem manuum ac genuum patiens per annum unum, quorumdam medicorum conſilio adhibuit remedia quædam; quibus in grandem tumorem provectum eſt malum, toto generaliter corpore inflato, adeo ut & loquendi & videndi amiſerit facultatem, neque per dies quindecim cibum aliquem nutritivum ſumere

& toto corpore tumens,

C potuerit. Itaque vita ejus in deſperatis paſſim habebatur, & à filiis domeſticiſque veluti jam mortua plangebatur. Hoc in ſtatu acceſſerunt ad eum duo D Fratres de Obſervantia, quorum alter Fr. Oliverius, alter dicebatur Fr. Hieronymus: qui infirmam animantes ſuggeſſerunt ei ut ſe commendaret B. Phi- *jamque ad* lippo de Obſervantia S. Franciſci, mortuo in ipſo- *mortem de-* rum loco S. Nicolai Sulmonenſis, ut ſibi obtine- *poſita.* ret gratiam in vitam æternam: addentes, Non diſcedemus hinc donec dixeris Ave Maria. Ipſa autem quæ antea loqui non potuerat, eorum orationibus & Dei gratia mediante, recitavit Ave-Maria. Quo viſo, quotquot aderant ipſaque infirma fecerunt votũ de viſitando d. beato corpore B. Philippi. Tunc illa cibum popoſcit, & ſubito ſanata venit ad viſitandum d. beatum corpus, per obtentam gratiam libera ab omni infirmitate. Laurentius filius d. D. Mariæ ſub juramento eadem omnia confirmavit, præſentibus ad cuncta Paſchale Corcii de Staffa, Mag. Nicolao Petruccii muratore, Simeone Mariani, Mag. Antonio Angeluccii de Sulmona.

Omiſſis aliis informationibus miraculorum brevitatis cauſa, extracta eſt præſens copia à quodam libro in pergameno manuſcripto antiqua manu, in quo adſunt annotata Vita & informationes miraculorum d. B. Philippi ab Aquila, exiſtente in libraria Venerab. Conventus S. Nicolai civitatis Sulmonis: & facta collatione &c. In quorum fidem ego Notarius Bernardinus Sebaſtianus &c. E

ANNOTATA.

a *Clarius infra num.* 6 *exprimitur annus* 1456, *quo omnia hæc facta ac deſcripta ſunt ipſo ſancti obitus menſe.*

b *Paſcha hoc anno* 1456 *celebratum fuit* 28 *Martii, atque adeo ſecutum eſt feſtum Pentecoſtes* 16 *Maji.*

c *Mox infra dicitur* caſtellum Juliani *diſtare Sulmona ad* 30 *milliaria, quale nullum in hodierni Aprutii chorographica tabula invenitur: ſed bene in vicino Comitatu Moliſino, in diſtantia longe majori* Mons S. Juliani, *& in Iapygia ſeu Capitanata, adhuc longius remota,* Caſtellum Julianum.

d *Vulgo* Terra di Lavoro, *Campania Felix; ideo fortaſſis ſic dicta, quod copioſus fructuum quovis anno geminatorum proventus adeo ad eam colendam ſtimulet indigenas, ut nullam anni partem habeant à labore vacuam.*

e *Vulgo* Mignano, *diſtat circiter* P. M. 30 *à Sulmona, quantum fere mons Caſſinus, cui ad Africum jacet intervallo milliarium circiter* 8.

f *Hujus numeri veritas confirmatur per ſupranotatam Indictionem* 4. F

DE B. MICHAELE GEDROCIO

ORDINIS CANON. REGVL. S. MARIÆ DE METRO CRACOVIÆ IN POLONIA.

D. P.

AN. MCCCC LXXXV

RDo S. Mariæ de Metro; *qui etiam* de Pœnitentia ſeu Patientia Sanctorum Martyrum nuncupatur, *ab Alexandro* IV *ſummo Pontifice ejuſque Succeſſoribus confirmatus ſub Regula S. Auguſtini & mendicitatis profeſſione, in veſte candida, rubram ſuper ſcapulari Crucem præferente ad pectus, varia poſſidet etiam nunc & plura olim poſſedit monaſteria in Lithuania atque Polonia. In prima, religionis illius habitum Biſtricii ſuſcepit* B. Michael Gedrocius, *ex Ducali ſanguine oriundus; in altera, Cracoviæ ſancte vixit & obiit. Matthias de Michovia lib.* 4. *rerum Polonicarum, quem finit cum anno Chriſti* MDVI *eodemque* XII *poſt obitum ipſius Beati, cap.* 73 *ſic de eo loquitur* Anno Domini MCCCCLXXXV Fr. Michael Ord. S. Mariæ de Metro de Patientia BB. Martyrum ad S. Marcum Cracoviæ, IV die menſis Maji vitam finivit, in choro ad valvas ſacrarii ſeptentrionem verſus ſepultus. Fuit ſtatura brevis, de natura nanorum; miraculis (ut fertur) glorioſus & clarus... Semper humilis, orans & devotus fuit.

Elogium apud Michoviam cavũ,

2 *Ceteri poſt Matthiam ſcriptores incunctanter* Beatum *appellant, imprimis ii qui aliorum Beatorum ipſi familiarium Vitas ſcripſere, videlicet Martinus Baronius in Vita B. Staniſlai Caſimiritani, cui* quatuor mortuorum reſuſcitator percelebris *appellatur; Auctor Vitæ B. Simonis de Lipnica, cui eſt*, plurimorum miraculorum patrator clariſſimus: *Opotovicus in Vita B. Ioannis Cantii, qui aſſerit* inſtar ſidereæ lampadis probitatis ſuæ lumen *in ipſum Ioannem* defixiſſe. *In Prologo quo-*

& recentiores ſcriptores cum titulo Beati,

que

A *que ad Vitam B. Ladiſlai Giclnovii, hoc ipſo* IV *Maji dandam, dicitur* in templo S. Marci Ord. S. Mariæ de Metro locus *eſſe* affabre efformatus ad parietem, decoreque debito fulgens, in quo B. Michaelis Gedroc venerabilia oſſa requieſcunt. *Noſter Albertus Wiuk Kojalawicz, in Miſcellaneis rerum ad ſtatum eccleſiaſticum in magno Lithuaniæ Ducatu pertinentium, enumerans proprios illius Patronos, proximum à S. Caſimiro collocat B. Michaelem Godroyc,* ex antiqua Ducum Godroyciorum inter Lithuanos familia: *& in parte 2 Hiſtoriæ Lithuaniæ, quam Antverpiæ imprimendam curavimus, lib. 5 pag. 250, relata S. Caſimiri morte ad annum* MCCCCLXXXIV *obita*, ſecutus eſt eum, *inquit*, proximo anno, antiquorum Lithuaniæ Ducum ſanguis, Michael Dux Giedrocius, non minus morum Sanctimonia quam genere illuſtris: *in margine autem ſcribitur* B. Michael.

Approbatione cultus,

Vita olim ex familiarium relatu ſcripta,

3 *Vitam quis primus ſcripſerit, ignoratur: incendio amiſſam reſtituit anno* MDLXIV Joannes à Trzciana, Artium Magiſter, Collegii Majoris Collega, ac Sedis Apoſtolicæ & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus, *prout partim ex ejus Confeſſario, partim ex aliis*, qui eum bene noverant cum eodem converſantes, ſub bona fide ac conſcientia accepit, *coram pluribus fide digniſſimis teſtibus. Hujus vitæ originale autographum ſervari in conventu S. Marci aſſeruit nobis R. P. Fredericus Schembek, is qui anno* MDCXXIV *in tranſlatione ſacrorum oſſium eas egit partes, quas infra ex publico inſtrumento intelligemus; & decennio poſt Domus noſtræ Profeſſæ Cracovienſis Præpoſitus, ipſum illud inſtrumentum nobis miſit, una cum Vita Cracoviæ impreſſa anno* MDCV, *dedicata Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Petro Tylicki Epiſcopo Wladiſlavienſi, nominato Cracovienſi, per Fr. Chriſtophorum Præpoſitum Libychovienſem & Commiſſarium Generalem, profitentem in fine ſe eam dare, quæ à Ioanne conſcripta eſt*, integra fide, orationis tantummodo cultu immutato: *addo ego, interjectis etiam nonnullis poſt factis, explicationis aut confirmationis cauſa.*

B

ſtylo cultiori edita anno 1605.

Polonice cum auctario reddita an. 1615.

4 *Nobis multo fuiſſet gratius accipere illam primigenia phraſi; idque ut obtineremus dedimus Cracoviam litteras. Dum autem illa expectatur recudimus quæ habemus collata cum verſione Polonica, quam anno* MDXV, *Ioachimo Hrabinæ, Tarnoviæ & Wendenskiæ Satrapæ, dedicatam, vulgavit Andreas Gronowski Prior S. Marci Cracovienſis, cum quibuſdam ex ultimo decennio additamentis; quæ nobis Latine reddidit Ioannes Snini, Sacerdos Polonus hic Antverpiæ reſidens. Per annos deinde ſexaginta ſecutos multa memoratu digna miracula accidiſſe non dubitamus, quæ libenter etiam in lucem dabimus, ſi quemadmodum per litteras poſtulavimus, ea nobis fuerint Cracovia ſubmiſſa.*

C

VITA

Ex relatu coævorum ac familiarium duorum ſcripta à D. Ioanne Trzciana Notario publico, & à Fr. Chriſtophoro Præpoſito Libychovienſi cultiori ſtylo edita Cracoviæ anno 1605.

PROTESTATIO AUCTORIS

ſcripturus Vitam B. Michaelis,

IN Nomine Domini. Amen. Anno Domini MDXLIV, Die quinta Aprilis, Dominante Romæ Paulo III Pontificatus ejus decimo anno, ad perpetuam memoriam, ad honorem Domini Dei omnipotentis, & ad imitationem bonorum, vitam B. Michaelis Confeſſoris ſingularis, Ordinis S. Auguſtini, duxi exſcribere, ego Joannes de Trzcia-

na, Artium liberalium nunc Profeſſor, Collegii majoris Cracovienſis Collega, Clericus ejuſdem diœceſis, publicus Notarius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſponte rogatus & deſideratus, ſincere propter Dominum Deum, per venerabiles & devotioni deditos homines Fratres de Pœnitentia, ſub vexillo S. Auguſtini militantes, Staniſlaum Intrzkowski, Præpoſitum Libichovienſem, & nunc Provincialem Generalem totius Ordinis; & per Felicem Kraſowski, Priorem ad S. Marcum, & Fratres ejuſdem clauſtri, ne tam magni viri ſanctitas ſimul cum annis pereat; ſiquidem jam antea deſcripta fuerat, ſed quia, cum tempore & cum geſtis ejus miraculoſis, per ignem ſit deperdita. Ex narratione itaque hominum fide dignorum hoc ſcripſi, & magis ob autoritatem dignam Patris Nicolai Abbatis, Brzeſtenſis Conventus, qui antea S. Marci Prior fuerat, & à Fratribus inferius memoratis, ejuſdem clauſtri Divi Marci, totam vitam ejus ſumpſeram, & verbis inferius in vita ejus expreſſis nihil addendo vel minuendo, ſolum hoc, quod mihi ſub conſcientia eſt dictum, prout habui à Reverendo Ioanne Præpoſito Libichovienſi: qui exiſtens Frater ejuſdem Conventus, Confeſſarius fuit B. Michaelis, ubi etiam ejus ſecretiora verba in agone ab ipſo recepit, quæ inferius ponentur; & à Rev. Staniſlao, Præpoſito Byſtryceuſi in Lituania, qui ſimul cum eo ad eumdem intraverat Ordinem, & profeſſionem fecerat. Ad hæc Staniſlaus Czarnii, Staniſlaus Srafraniec, Prior ad S. Marcum, Matthias Kolaczek Frater, Staniſlaus Ozga Prior, qui eodem tempore cum eo ad S. Marcum cohabitabant; & vitam ejus bene noverant, & Plebani duo Lituani, Laurentius in Miednicis, & Laurentius de Iwerecza; in unam rem & verba convenientes, ſuperius commemorato Patri Nicolao de Namiona Abbati Brzeſtenſi denuntiaverunt, ex cujus ore ego has res, quas ſcripſi reſcivi, ad hæc & à Venerabili Patre Joanne Porembski, Cuſtode Woynicenſi & à provido Ioanne Ryſia, piſtore & cive Cracovienſi Proviſore templi Divi Marci, * qui eum bene noverant, & cum eodem converſantes, vitæ ejus integritatem probaverunt. Qui duo prænominati mihi, ſub bona fide ac conſcientia, de vita ac moribus B. Michaelis retulere: de quorum concordi ac unanimi teſtimonio, eo quo ſequitur ordine, prout res expoſcebat, fideliter congeſſi, una cum prodigiis, quæ adhuc in vita ac poſt mortem geſſit, ex virtute Divina in Sanctis ſuis cooperante, ad eorum ſanctitatem confirmandam; non quidem omnibus, ſed iis tamen quæ ſub teſtimonio ex ore prædictorum teſtium accepi, teſtibus ad hoc vocatis, videlicet Venerab: ac Nobilib: viris Dominis, Ioanne Parocho Brzeſtenſi, Staniſlao à Vrzedow Priore ibidem, Staniſlao Kacki Parocho Raciechovienſi, Andrea Oswiecimenſi, Georgio Zatorienſi, Staniſlao à Vrzedow Notario publico, ac multis aliis viris fide dignis, quos cauſa brevitatis omittendos, duxi: in quorum fidem ac teſtimonium nomine ac ſigno ſolitis corroboranda duxi.

AUCT. IC. TRZCIANA

ante hac igne deperditam,

E

nominat eos ex quorum relatu ipſam accepit:

F

coram dignis fide teſtibus.

*Hactenus proteſtatio Ioannis ante Vitam impreſſa, ſed ab exemplo nobis miſſo avulſa imprudenter, uſque ad ſignum *: quare cum poſt varias litteras ea de cauſa ſcriptas necdum accipere deficientia potuerimus, ſicut Latine habentur impreſſa: ex verſione Polona, eadem nobis juſſimus iterum reddi Latine per R. D. Ioannem Snini, etiam partem Appendicis ad vitam præmemoratam ex Polono; quod te hic monitum, lector volui.*

AUCT. IO. TRZCIANA

CAPUT I.

Ortus, pia educatio, virtutes in ſeculari vita & monaſtica exercitæ.

Nobili genere apud Lithuanos natus

1 BEatus Michael ortum ſuum ad Lituanos, Sarmaticam gentem, veterem inprimis ac rebus geſtis illuſtrem, ſed cultui idolorum diutius deditam (quæ humilitatis & religionis ſtudium ſero tandem, Wladiſlai *a* Iagellonis ſui Ducis, Poloniæ autem Regis, opera ſuſceperat) refert: parentes
a
b equeſtris ordinis *b*, integritate vitæ & pietatis zelo vehementius incenſos, divino munere ſortitus. Quibus vicus
c *c* quidam, cui Gedrocio cognomen non procul à Vilna, nobili & primaria provinciæ illius civitate, ſedes fuit. Hi filio unico neque militari neque ruſtico operi (quibus gens præcipue ſtudet) propter negatas ſibi à natura corporis dotes (brevior enim ſtatura & infra humanam menſuram illi contigerat) ſatis idoneo, ſuſcepto, ab orbitate non multum ſe diſtare arbitrati, quod talem genuiſſent, pietati præcipue & ſervitio divino illum addixerunt: hinc ſummum ſolatium (cum aliunde negaretur) ſperantes, ſi filius animi vi, qua potiſſimum pollebat, proficeret, & virtutibus ſufficeret, quod ad corporis habitum deeſſet. Nec fraudati deſideriorum eventu: namque quam primum illi per ætatem licuit, ea potiſſimum ſtudia ſecutus eſt, quibus ſe ab illecebris peccandi vel ſubduceret vel certè eriperet. Quam enim facultatem ex ingenio ad litteras nactus erat, eam tum penuria ſcholarum in illis partibus, tum quotidiana cum morbis lucta, jam inde à pueritia ſuſceptа, tardabat. Huc acceſſit acerba calamitas, ex uſu alterius pedis, in prima juventa amiſſo, ita ut neceſſe haberet, inniti ſuſtentaculis, ad greſſus officium exequendum.

corpore puſillo & invalido

B

addicit ſe virtutis ſtudio

2 Cum vero homini ſedentario nec litterato alius (præſertim ubi ab orationibus, quibus ſolicitius cum ſumma devotione vacabat, requies data) non eſſet fallendi otii modus, quam per manuariam aliquam artem; thecas proinde deferendæ Sacroſanctæ Euchariſtiæ ad infirmos, artificio non vulgari faciebat, Apoſtoli exemplum ſecutus, qui de ſuis laboribus ita loquitur: Argentum & aurum aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Non putavit ergo probrum in his, quibus corporis neceſſaria acquiruntur, verſari, præſertim cum tali auctore fretus eſſet: pleroſq; enim poſtquam contemplatio occupavit, ita tenet, ut contaminari ſe putent, ſi paululum ad curam neceſſariorum vitæ, animum flexerint; id ſecularibus totum negotii relinquentes, cum Apoſtolus tantus, ad manus proprias, in his non erubuerit confugere. Numquam enim probrum fuit, occaſiones male agendi laborando declinare, imo ſanctis viris non aliud fuit ad ſanitatem animi perfugium. Senſit hoc idem B. Michael, ideo illud ætatis quod alii in otio, laſcivia, luſibus conſumunt, in labore potius exegit, hoc quaſi fræno juvenilem contumacem ac rebellem ſpiritum inhibens & revocans: jejuniis à puero ita deditus, ut tres dies tantum ſeptimanales reficiendo corpori indulſerit, reliquis in abſtinentia cibi exactis. Adeo nihil corpori conceſſum eſſe voluit, ut præ nimia vitæ auſteritate animi functiones hebetarentur.

manuali operi

Act. 30, 33

C

ad exemplum Apoſtoli

& abſtinentiæ magnæ.

3 Incredibile dictu eſt, quantopere ſolitudinem amaverit, commercia æqualium fugerit: quippe loca petebat ab arbitris remota; in meditationibus, orationibus perpetuas horas agebat, ſtabilitate morum atque gravitate ſenem juvenis referebat, ſermonis adeo parcus, ut numquam ab illo vox extundi poſſet irrita. Quod ſi quid loqui eum neceſſitas coëgiſſet; audiebantur voces, quaſi ex quodam numine profectæ, ac ſupra humanæ. Tantum majeſtatis in pectore, verecundiæ in ore, modeſtiæ in vultu præſetulit, ut divinum quiddam ipſo habitu ſpirare videretur. Quæ res illi eo majorem admirationem apud ſuos acquirebat, quo minor ſignificatio tantæ indolis primo aſpectu oſtenderetur: ſic enim fert affectus hominum, ut ea magis ac magis ſuſpiciamus in ſplendorem evecta, quæ ſtudioſius contempſimus adhuc in obſcuro poſita: nam ibi divina virtus vim ſuam maxime exerit, ubi minimum à natura adjumenti expectatur. Non fallebat id certe B. Michaelem, cui in maximis votorum fuit, ſubjicere divinis rebus omne humanum, ideoque quo majorem venerationem ex virtutibus merebatur, eo magis animum demittebat, ſummam virtutum in humilitate collocans; cum ipſi Salvatori in uſu vitæ non aliam magis frequentatam eſſe ſciret. Cujus ut omnibus momentis admoneri poſſet, Crucem pendentem à collo ferebat, Deum aſſiduis precibus fatigans, ut ſibi majores occaſiones, uberioremque campum ejus virtutis exercendæ, cujus beneficio omnes obtinentur, ſubminiſtrare dignaretur.

D

ſermone gravi & raro mirabilis

humilitate ſublimis.

4 Atque in eo affectu perſeverantem religionis ſtudium vehemens inceſſit; ſed obſtabat unum, quod patria ſua ea tempeſtate à religioſis viris parum eſſet inſtructa. Celebre tunc erat Collegium Fratrum Ordinis S. Marci Conventus Cracovienſis, ſub *d* regula S. Auguſtini militantium, Biſtricii; qui vicus in Lithuania non multis paſſibus à natali ipſius pago diſtabat. Eo ſe contulit, has ſpes cogitationeſque ſecum portans, ſe litterarum expertem, corpore invalidum, religioni tamquam inutilem, prohibitum iri: periculum tamen facere decrevit. Agebat ea tempeſtate Præpoſitum loci Generalemque totius Ordinis Frater Auguſtinus, vir integritatis ſummæ ac doctrinæ: cui (copia mutui ſermonis facta) aperit, ſibi fuiſſe jam inde à prima adoleſcentia in animo, inter Fratres Religionis iſtius agere; ſed veritum ne ſpei irritus dimitteretur, in hanc diem diſtuliſſe: nunc vero ſupplicem contendere, ut voti ſe compotem faceret; nec deſideria ſua, Deo & Religioni jam pridem conſecrata, in longum differre vellet; inventurum mercedem ampliſſimam apud eum, qui dives eſt in retribuendo. Annuit petenti vir gravis, ſive ipſius pio affectu motus, ſive quod ex facie animi ardorem exploraſſet. Habitum itaque Ordinis, Sacris prius operatus, illi cum benedictione induit: nec mora Cracoviam, ad Conventum Fratrum celebrandum, iter adornaturus, comitem eum ſibi adjungit, & ubi licuit per probationis tempus ſacramento religionis eumdem initiat.

E

petit ad Ordinem recipi

d

& impetrat:

F

5 Quia vero peropportunum ſibi viſum fuit, Deo vacaturo, habere fixam aliquam ſedem, Capitulo ſupplex fit, ut ſibi Cracoviæ *e* manſionem continuare; & cellam aliquam ſecretam à frequentia Fratrum, cum libera facultate commeandi in templum quandocumque vellet, habere liceret. Aſſenſere ſine difficultate, cum viderent magis ac magis indies pietatem & ſanctitatem ipſius vires ſumere. Ædicula igitur à tergo forium templi intra clauſtrum ad Occidentem ſuſcitatur, adeo humilis & anguſta, ut vix unum reſupinum caperet. Talem corpori manſionem elegit, qui animum cælo deſtinabat. Veniebant ſub ingredientium aſpectum, terra cubile, pulvinaria ſtramen, ſuppellex ſphęrulæ præcatoriæ, & virga pendula diſciplinæ ergo. His opibus contentus vir Dei fuit; omnibus clauſtri muneribus intentus, nihilque de officio ſuo remittens, præſertim ubi vel aræ ornandæ, vel ſacrificium ſacrum Miſſæ celebranti navan-

item ut liceat habere Cracoviæ cellam ſecretam

e

juxta templum.

da

A da opera eſſet, alioqui & reliquis horis, ubi per obſequia Fratrum licuit, nuſquam niſi in templo viſus. Victu tenuiſſimo imo & viliſſimo gaudebat. Carnium eſu ab eo tempore, quo monaſticam vitam eſt amplexus, ſemper abſtinuit; cocto olere contentus & cerviſia tenui; ſæpe ſolo pane ac ſale, rarò oleo, atque butyro, & quidem tamquam condimentis.

quam non egreditur niſi pii cum viris ſanctis colloquii cauſa.

6 Extra monaſterium pedem extulit numquam, ratus diſcrimen ſe ſubire, quoties in publicum prodiret, niſi cum viſitandi eſſent viri fama ſanctitatis ea tempeſtate clari & incredibili pietate in Deum ſuccenſi, cum quibus illi divino adglutinante animum ſpiritu, arcta conſuetudo fuit. Tunc enim vel Suentoſlaum *f* ad S. Mariæ in circo Cracovienſi degentem, & ibi poſt fata ſepultum, perpetuum in vita ſilentium ſervantem, conveniebat; vel B. Joannem Cantium *g*, Sacræ Theologiæ Doctorem, Academiæ Cracovienſis Profeſſorem Collegam majorem, qui ad S. Annæ poſt obitum miraculis claret; vel B. Simonem *h* Franciſcanum, Lipnicii oriundum, cujus apud Fratres Bernardinos in Stradomia ſepulcrum votis hominum celebratum viſitur; vel Fratrem Staniſlaum *i* de Caſimiria Canonicum Regularem, qui tituli Corporis Chriſti Eccleſiam miraculis illuſtrat.

B Mirabile dictu, quam opinionem ſanctitatis & integritatis vitæ, iſtorum ſinguli adinvicem habuerint: nam interrogatus unus de aliis, cæleſte quiddam & ſanctum referebat, etiamſi ſuo judicio quiſque ſibi minimus, imo etiam contemptus videretur. Feliciſſimum erat illud ſeculum, quod tot viros ſanctitatis expertæ, urbi Cracovienſi dedit, quorum ſuffragiis hucuſque felicitate optabili ſecuritatis perfruitur, utinamque diu ipſis devota perfruatur.

Intentus orationibus

7 Sed ad Beatum Michaelem redeo, cujus ſolius vitam litteris diſtinguere decrevi, & cujus pietatem nullius hominis eloquentia aſſequi poteſt. Eccleſia illi domicilium diurnum ac nocturnum fuit; ibi vigilare, orare, poplitem incurvare, orationes ad Deum, & quidem præcipue ante imaginem Crucifixi, quæ in medio templi eſt erecta, fundere, fixam aciem in cælum habere, contemplatione alta quaſi extra ſe rapi, divina beneficia in animo volvere, pro illis gratias agere, præmia cum pœnis pro factis æſtimare, intentum vitæ futuræ agere, quotidianum illi atque aſſiduum. Itaque imaginem Crucifixi ſibi locutam fuiſſe & auditum eſt, & ipſe exiguam ſpe trahens animam in confeſſione F. Joanni Generali Præpoſito Libichovienſi fateri non dubitavit. Quin etiam in oratione perſeveranti, contemplationi intento,

Crucifixum ſibi loquentem audit:

C mali genii, clamore, convitio, ſtridore, inſultatione, terrore ſæpe infeſti fuerunt. Diſciplinæ quoque vacanti & verberibus tergum concidenti, iidem geminando verbera, adeo atrocibus plagis corpori inflictis moleſti erant, ut à vibicibus nulla pars corporis eſſet immunis; cum tamen ille in oratione perſeveraret, ejuſque præſidio omnes diabolicas tentationes ſuperaret. Frequenter ad ſatietatem cæſus, & diris verberibus afflictus: etiam per templum raptatus, ſemivivus, cum virgis comminutis retro altaris majoris, à Fratribus ad Matutinum decantandum convenientibus, reperiebatur. Quamvis porro langueret ex dolore, premebat tamen ſilentio ea quæ ſecum agebantur, etiamſi res diſſimulari nullo pacto potuit. Nam ſolennioribus feſtis inſtantibus hæc repetita ſibi tormenta frequenter Fratres exaudierant. Natalis Domini inſtabat dies, religioſius de more celebrandus; eo cum Fratres pro Matutinis decantandis, in eccleſiam convenirent, ſtramen his diebus ex conſuetudine loci per pavimentum templi ſterni ſolitum, comminutum totum ac in acervum congeſtum, repertum eſt. Cum Beatus Michael retro altaris majoris ſemivivus iaceret, quærentibus Fratribus ab eo rei geſtæ indicium, nihil extundi potuit; conjectura tamen aſſequebantur, raptato illo à dæmonibus ſtramen comminutum eſſe. Quantum dolorem vir Dei libens pertulerat, qui nullis lectiſterniis unquam uſus, nuda humo requieſcere ſolitus eſſet? cum præſertim eum dolorem ad quartum decimum diem continuaret, priuſquam ſe collegiſſet.

AUCT. IO. TRZCIANA

quod tamen celare conatur.

corpus caſtigans dire à dæmonibus caditur.

ANNOTATA.

a Jagello, *baptizatus an.* 1386 Wladiſlai *nomen accepit.*

b P. *Szembek notavit in margine*, titulo tamen Knias, quod Ducem Lithuanis ſonat, ex majoribus ſuis fuiſſe gaviſos *parentes Michaelis: horum autem genus deducens auctor Vitæ Polonicæ, narrat quo modo Trabus primus Dux Lituanorum quinque filios habuerit, patris dominia partitos (de quibus plenius & accuratius agit Albertus Kojalowicz parte* 1 *hiſtoriæ Lithuanæ lib.* 4) *ex quorum uno Gedrocio Michael ſtirpis ultimus, ex altera Holſano Paulus Vilnenſis Epiſcopus familiam quoque ſuam finierit. Quod Lithuanis examinandum relinquo; nam Albertus præcitatus Gedrociorum familiam adhuc ſubſiſtere ait, de Holſana fatetur extinctam cum Paulo ſtirpem eſſe anno* 1553, *factus autem Paulus erat ex Epiſcopo Lucerionenſi Vilnenſis an.* 1530, *& à repreſſa conſtanter hæreſi Lutherana laudem meruit. In titulo inſtrumenti ad finem dandi additur ipſi Michaeli titulus* olim Ducis in Lithuania.

c Caſtrum *dici mallet Szembek. Vita Polonica poſſeſſiones ei attributas ad* 26 *milliaria extendit. Albertus, amplam ditionem vocat à Vilna ſeptentrionem verſus ductam, adeo ut corrigendæ ſint mappæ, in quibus* Gedrocium *magis verſus ortum locatur.*

d *Szembek ſcribi jubet* Ordinis Canonicorum Regularium mendicantium S. Mariæ de Metro, de patientia beatorum Martyrum, *alibi autem addit perperam alios ſcribere* de Pœnitentia: *in quo mirum eſſet à vitæ Polonicæ auctore, ipſiuſmet Ordinis religioſo, errari: niſi dicamus, exoleviſſe cognomentum & in ſolis antiquis ſcripturis abbreviate notatum inveniri* pñtia, *quod alii aliter extendendum nunc judicent. Extant porro adhuc in ſolo Vilnenſi Palatinatu Monaſterium Miedniky, à Iagellone fundatum; Præpoſitura infulata Widzieniſzkii, à Martino Marcello Gedrocio inſtituta, item Præpoſitura Twekeczii & Michaliſzkii, & alibi alia.*

e Conventus S. Marci Cracoviæ (*unde toti Ordini nomen apud multos fuiſſe apparet, ex phraſi auctoris ſupra notata*) *dicitur fundatus fuiſſe in Vita* Polonica (*cui aſſentitur Crommerus lib.* 9 *ſub finem*) *à Boleſlao Pudico, Poloniæ Rege ab anno* 1226 *ad* 1279. *Huic conjux fuit B. Kinga ſeu Kunigundis, in cujus Vita danda* 24 *Iulii, etiam Boleſlai acta deſcribuntur.*

f *Obiit* B. Suentoſlaus 15 *Apr.* 1489: *ſed tranſtulimus eum ad* 7 *Maji, quod non ſatis nobis conſtaret de cultu, & quæ de eo præcipue dici poterant, peti deberent ex dicendis de S. Staniſlao Ep. Mart.*

g *B. Ioannes Cantius, mortuus eſt anno* 1473, 24 *Decembris: Vita ejus ſcripta eſt ab Adamo Opatovico, & pro beatificatione obtinenda impreſſa Cracoviæ an.* 1628. *Habemus aliam longiorem è Polonico tranſlatam.*

h B. Simonis de Lipnica *Vita Latine edita à Ludovico Skrobkovio Brunsbergæ an.* 1636; *antea vero an.* 1611 *Polonice Cracoviæ à Nicolao Cichovio referenda ad* 18 *Iulii.*

i Staniſlai *hujus Vitam edidit Martius Baronius, dandam* 7 *Iunii quo obiit.*

E

F

AUCT. IO. TRZCIANA

CAPUT II.

Viventis & mortui Michaelis miracula: pius ejusdem obitus.

Miraculis claresçens

8 OB hanc singularem & inauditam patientiam, humilitatem, pietatem, ceteraſque virtutes, poteſtas patrandi miracula vivo illi divinitus conceſſa fuit, ex qua metiri virtutes viri tanti licebat. De iis, juxta fidem antiqui exemplaris manu ſcripti, hoc loco dicendum. Nam febribus, fluxibus, variiſque aliis languoribus, ipſis medicis deſperatis, plurimos levavit, & valetudini priori reddidit, ſed incuria ſcribæ multa neglecta ſunt. De his quos referam hæc ſcripta habentur. Mulier quædam nobilis, de Cracovia, fluxu menſium aliquot annos laborans, ac de vita ſua deſperans, cum à medicis fruſtra ſæpe opem imploraſſet, ad eum fide ſuccenſa venit. Sed cum ſacrificanti miniſtrantem inveniſſet, nec poſſet eum verbis adoriri; proſtrata in faciem Deum orabat, veſtimenti extremitate Beati Michaelis manu prehenſa; ſalvaque ex tunc Dei dono domum rediit, gratias agens, nec diſſimulans, cujus ope ſanitatem fuiſſet adepta.

ſanat hæmorrhoicam,

B

9 Quodam etiam tempore in platea S. Joannis, incendio late per tecta effuſo, vidua quædam, cui Anna Palibotkowa cognomen fuit, ad B. Michaelem accurrit, rogans, ut ſuis precibus apud Deum impetraret à domo ſua incendium prohiberi (jam enim ex vicinia lambebat eam ignis) qui ita ſubito quievit, ut peperciſſe ligneæ & combuſtibili materiæ videretur. Quæſita igitur à vicinis quidnam domui ſuæ profuiſſet, reſpondit D. Michaelis preces. Simile *a* acciderat ex oppoſito D. Marci in *a* lapidea. Snieſkowska vulgo dicta, ab incendio graviter correpta. Interim illo orationibus vacante, Fratrum conſternatorum fit ad eum concurſus, flagitantium, ut imminentem plagam clauſtro, interceſſione curaret averti. Quos ille in Domino conſolatus, his verbis adoritur: Nihil eſſe periculi inquiens à præſenti incendio, ſecuturum tempus poſt ſua fata, allaturum huic conventui magnam ex igne calamitatem. Meminit ejus rei graviſſimus ſcriptor Matthias à Miechow in *b* ſua hiſtoria *b*. Templo igitur una cum Fratribus egreſſus, flammam late graſſantem ſigno Crucis mitigavit. Quo miraculo attoniti homines, Deo ingentes gratias agebant, virtutem tantam in Beato viro ſtupentes ac prædicantes. Nec multùm fluxit temporis, cum ignis violentia illam partem civitatis afficere cepit, ubi proſtibulum eſt ſitum. Indicant Fratres atque accurrentes vicini B. Michaeli quid agatur. Ille, uti facere in re ſimili conſueverat, per Crucis ſignum incendium prorſus extinxit. Stupefacti qui vidiſſent, ad cælum ſublatis manibus Deum collaudarunt, & beato viro gratias egerunt.

incendia precando reſtinguit.

C

10 Ex eo tempore affatim eleemoſynarum in cœnobium portatum fuit, concurſumque ad beatum virum cum variis ægrotis & infirmis, ex remotioribus etiam locis. Cumque fama miraculorum, quæ ab ipſo patrabantur, late pervagata fuiſſet; alios deſiderium videndi viri beati accendit, alios pietas extimulavit, pleroſque ut de ſtatu vitæ ſuæ aliquid ex ipſo expiſcarentur. Nam & Prophetiæ donũ in eo eluxit. Quædam enim parens, Civis Cracovienſis, cum duobus filiis ſuis ad eum venit, conſultura de ſtatu vitæ illorum ineuntis. Cujus voto vir beatus conſiderato, atque in pueris obtutu paululum fixo, reſpondit, alterum ſacris Ordinibus initiatum, alterum vero ſuſpenſum iri: quod evenit adhuc ipſo ſuperſtite. Hæc dum in vulgus ſparguntur, frequens fit ad eum hominum concurſus, fata cognoſcendi avidorum, beato viro ſe ſubducente & abdente, ne hinc aut vana gloria quæri, aut ſuperſtitioni aliqua occaſio ſtrui videretur. Sæpe igitur objurgabat ejuſmodi oracula poſcentes, in Deum ſolum futurorum cognitionem rejiciens; & à vita ſua, quæ ſimiliter infirmitatibus multis ſubjecta eſſet, rem tam altam & divinam alienam eſſe dictitans. Itaque ſpem ne alerent inanem, Deo fata ſua committerent, ipſi pie caſteque pro virili viverent, ſecutura fata vitâ digna ne dubitarent.

futura prædixit.

11 Talia ſæpe inculcans vir Dei ad orationes redibat, de ſtudio pietatis nihil remittere uſque ad extremum ſpiritum volens, in eoque ſancto animi ſui inſtituto perſeverans ſenium implevit, ab exercitiis aſſiduis macilentus & viribus exhauſtus, facie pallens, capite albicans, non tam annis, quam morbis, laboribus, ac denique vigiliis confectus. Namque extrema ætate multo duriorem vitæ conditionem ſibi impoſuit, jejuniis continenter ſe macerans, ita ut ſpiritu deficeret, & vitæ functiones ægre admodum obiret; cum nihilominus ab aſſuetis orationibus haud revocaretur, imo intenſius in obſequiis divinis verſaretur, ſe totum Deo devovens, nec infirmitati aut debilitati corporis quidquam concedens. Non ille retro reſpexit, ſed aſſiduo mortis atque extremorum conditionem in animo coxit; cæleſtium felicitatem & damnatorum cruciatus ſecum reputans, hos execrando, illos æmulando in Deum vota ſemper direxit. Correptus febri gratias Deo agere cœpit, quod tempus reſolutioni ſuæ, quam ipſe multo ante prævidit, jam appeteret. Itaque Fratribus una cum Priore ad ſe convocatis, eorum orationibus ſe diligenter commendabat, cohortans eoſdem ad mutuam caritatem, illudque Joannis frequenter uſurpans, Deus eſt caritas, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo; ad hæc ut ſeniori ſuo obedirent, inculcans illud ſcripturæ, meliorem eſſe obedientiam, quam victimam; præterea ut ſcandala publica fugerent, cum Salvator interminetur, væ eſſe illis per quos ſcandala veniant.

& conſtantem ad extremum vitæ rigorem tenens

E

febri correptus adhortatur Fratres:

1 Io. 4, 16

12 Jam ut mandata Divina diligenter ſervarent, accurateve cuſtodirent, Crucem Domini, cujus imaginem in veſte deferebant, in pectore potius intimiſque ſenſibus expreſſam gererent, ac à viis Domini ne latum unguem recederent: quæ facientibus omnium bonorum augmentum, religionis per univerſum orbem Chriſtianum propagationem & incrementa pollicebatur; negligentibus vero pœnarum certiſſimum eventum denuntiabat, præcipue temporalium per incendia crebra & monaſteriorum deſolationes atque amiſſiones: quod ſi adhuc pergerent ſcandala facere, non ſolum perſecutionem vulgi atque infamiam, verum etiam triplex incendium brevi incurſuros. Quod quidem non aliter, atque præcaverat, evenit. Nam intra quinquaginta annos ter monaſterium S. Marci Cracovienſis, æde ſola ſacra incolumi, uti Annales *c* Polonorum teſtantur, conflagravit. Prima clades ex incendio accepta, dum rerum in Polonia potitur Joannes *d* Albertus Poloniæ Rex, anno ab incarnatione Domini MCCCCXCIV Junii XXIX, quæ erat dies SS. Petri & Pauli Apoſtolorum ſolennitate celebris, ortum eſt *e* incendium à Nova-porta noctu, adeoque graſſatum per omnia platearum tecta fuit, ut vix in platea ſuorum vis flammæ reſideret. Secunda anno Salvatoris MDXXVIII Sigiſmundo *f* ejus nominis primo regnante, die Veneris pridie S. Marci, hora XIX *g*, ignis à Nova-porta ſimiliter erumpens, omnia ædificia ſacra ac profana, uſque ad S. Stephani templum, quatuor fere horarum ſpatio conſumpſit, clauſtrum S. Marci, & templi pars anterior, *h* Cleparini univerſa tecta conciderunt, incendio conflagrata. Tertia anno Domini, MDXLIV Domi-

& niſi ſcandala cavean: iris eis incendia comminatur,

F

c

quæ evenerunt anno 1494,

d

e

f

1528

g

h

A Dominica Lætare hora noctis prima, ignis ex platea S. Ioannis exiliens, late per plateam exitium dedit, clauſtrumque S. Marci una cum domibus adjacentibus in cineres redegit. Hi eventus ſubſecuti prædictionem beati viri veram fuiſſe arguere poterant: nam & nobile monaſterium Byſtricianum in Lithuania, cum omnibus ſuis latiſundiis, circuitu ultra triginta millia paſſus patentibus, inſuper oppidis, villis, prædiis, ſtagnis, nemoribus, ſylvis, ob ſcandala publica, & quorumdam Fratrum exceſſus non ferendos, notabiliter autem F. Ioannis Præpoſiti Byſtriciani, & F. Jacobi Parochi Miednicenſis, ceſſit in poſſeſſionem capituli Vilnenſis; Sigiſmundo ejus nominis primo Poloniæ Rege ac Lithuaniæ magno Duce, non ſolum indulgente, verum etiam privilegium concedente, ac in perpetuum donante, ſub annum incarnati Domini MDXXVI, ex quo tempore inclinari Ordo hic ſenſimque minui cœpit.

& 1544

quibus accessit jactura monasterii Byſtriciani.

13 Sed ad propoſitum redeo: Ubi vitæ ſuæ finem jam jam adeſſe B. Michael cerneret, confeſſorem ſuum venerabilem virum F. Ioannem, qui poſtmodum in Præpoſitum Libichovienſem & totius ordinis Generalem eſt electus, ad ſe acciri juſſit; eique de omnibus, quæ in vita ſibi acciderant, accurate & cum dolore confeſſus eſt, nec de ſupra memoratis ſecretis reticuit, quod ſibi oranti imago Crucifixi quæ eſt in templi medio locuta fuiſſet, quodque ex perſecutione geniorum malorum ſemivivus nonnumquam relinqueretur, & quod variis morbis hominum ſuccurriſſet: quæ tamen ne propalarentur, ab eodem ſuo Confeſſore maximis precibus contendit. Tandem ſacris myſteriis procurari ſe juſſit; quibus munitus à Fratribus petiit, ut extremam operam navare ſibi in Pſalterio recitando non recuſarent, cui poſtquam ſatis vacatum eſſet, veniam admiſſorum ab iiſdem cum lacrymis flagitabat: tum vero ſi quid in majores deliquiſſet, præcipue contra obedientiam, dimitti ſibi rogabat; viciſſim ipſis hoc idem inſtantibus, lacrymiſque obortis ſeſe illius votis commendantibus. Genu itaque flexo orans, & lacrymas fundens, ut verus athleta Chriſti IV Nonas Majas anni MCCCCLXXXV in Domino quievit.

Extremum confeſſus,

B *& Viatico munitus,*

moritur an. 1485.

14 Poſtera die Fratribus indicitur Capitulum, deliberaturis ubinam ſepeliendum cenſerent; cum interim Suentoſlaus, ſilentii ſecreto admirabilis, vitæ ſanctitate celebris & doctrina conſpicuus, Beati autem Michaelis intimus, in templum S. Marci accurrit, pulſans ad oſtium ſacrarii, ubi Fratres clauſi in conſilio tenebantur; factoque ſibi aditu, ſchedam deliberantibus porrexit, in hæc verba ſcriptam: Iſte vir Dei frater veſter, qui mortuus eſt, cujus anima in cælis æternaliter requieſcit, ſepelietur in choro ad valvas ſacrarii ſeptentrionem verſus, ubi ſepulcrum invenietis paratum: & aliud quoque ſepulchrum adhuc eſt, ſub magno altari, quod nunc ſervabitur, quia futurus illo major erit, *k* qui in eo ſepelietur. Experiri, quod intimatum eſt, placuit: omniaque ſic reſponderunt quærentibus, prout erant prædicta. Ad funus itaque celebrandum deſcenſum eſt, quod curam poſcebat majorem, quo clarior ob ſanctitatem vita B. Michaelis fuit. Fit ergo de more Sacrum, corpore ſuper feretro poſito, & ante altare conſtituto, hominibus incredibili frequentia hinc inde confluentibus: inter quos Suentoſlaus, & ipſe opinione ſanctitatis illuſtris, à loculis ipſius uſque ad finem ſepulturæ non recedebat, amicum ſupremo officio cumulaturus. Accurrebatur cum infirmis, variiſque languoribus oppreſſis, qui omnes contactu feretri ſanabantur. Tantam virtutem operatur Deus in Sanctis ſuis.

C

Ad locum ſepulturæ à B. Suentoſlao indicatum,

k delatus, inter multos concurrentes,

15 Placet ex multis hæc tantum commemorare. Cathęrina quædam Piſcatrix civis Cracovienſis, ex platea cui à Viſtula flumine cognomen, à dæmonio correpta, poſtquam loculos defuncti tetigit, dæmonio liberatur. Quidam etiam vir à nativitate claudus, fide ac ſpe plenus deferri ſe ad corpus beatum juſſit; qui ſolo attactu feretri pedũ uſum recepit; domumque lætus, virtutem divinam in reliquiis Sanctorum operantem prædicans, rediit. Multi denique alii eodem die, à variis languoribus febribuſque liberati, cum gratiarum actione funus beati viri celebrabant, adeo magna frequentia, ut non ſolum templum, verum etiam ipſa platea multitudinem capere non poſſet. Nam fragrantia quædam odoris ſuaviſſimi mire homines afficiebat, propterea que promiſcue viri ac mulieres, faciem ipſius ſtrophiolis & vittis detergebant, & domi cum veneratione reliquiarum loco ſervabant.

AUCT. IO. TRZCIANA

dæmoniacam liberat,

claudum & plures ægros ſanat.

16 Mandatur interim ſepulturæ corpus, deſiderio multitudinis gliſcente, illius adhuc perfruendi. Expeditur locus, cujus ſupra mentionem fecimus: demittitur in ſcrobem acclamante plebe, & monumenta acceptorum in præſentia divinitus beneficiorum ad ſepulcrum figente, donec tandem in ſua fit cuique diſceſſus. Quidam recepto tum temporis greſſu in Ungariam reverſus, Budam nobilem Regum ſede civitatem pervenit; ibique juvenem gurgite Danubii abſorptum, ac per triduum in aquis detentum, ſepeliri offendit, propinquis ſupra modum hominis caſum ejulantibus. Accedit propius, & quæ ſecum in Polonia B. Michaelis ope ſunt acta, exponit. Accenſi dictis cognati circumſtantes votum pro mortuo nuncupant, ipſi ad Deum plena fide erecti, ſe, ſi ad vitam rediſſet viſitandi ſepulcri B. Michaelis Cracoviæ autores illi futuros; cum interim quaſi à ſomno juvenis experrectus, ad vitæ munia redit, gratias Deo omnibus agentibus, ipſoque inprimis, poſtquam ſe collegerat. Voto itaque ſatisfacturus, Cracoviam ad ſepulcrum B. Michaelis cum ſumma devotione venit, laudibus miſericordiam Dei vehens, ac ſignum illius ad monumentum B. Michaelis relinquens. Hæc igitur ſunt, quæ Ioannes à Trzciana, artium Magiſter, Collegii majoris Collega, ac Sedis Apoſtolicæ & Imperiali auctoritatibus publicus Notarius de vita B. Michaelis litteris mandavit, in hunc locum collata integra fide, orationis tantummodo cultu immutato: quæ, qui legerit, æqui bonique conſulat.

Buda invocatus mortuo vitam reddit.

D E

ANNOTATA.

F

a Lapideâ, *ſubintellige*, domo: *ita enim fert uſus loquendi Polonorum, quibus vulgo haud aliæ quam ligneæ domus; eximiæque nobilitatis eſt habere lapideam.*

b *Lib.* 4 *cap.* 73, *ubi de hoc Beato poſt verba jam ante citata.* Hic verentibus Fratribus & metu concuſſis, ne ignis non longe exortus monaſterium S. Marci corriperet, dixit: Non timendum pro hac vice, ſed dum moriar, plaga per ignem grandis huic monaſterio accidet. Quod ita factum poſt mortem ipſius verificando ſupervenit.

c *Quinam ſint hi* Annales Polonorum *ſcire haud magni refert: ſolum noto totam hanc digreſſionem uſque ad num.* 13 *fuiſſe ab interpolatore adjunctam.*

d Joannes-Albertus, *frater S. Caſimiri, ſubrogatus Caſimiro* III *Regi an.* 1492 *menſe Iunio, vixit ad an.* 1501.

e *Aliud incendium urbis Cracovienſis poſt obitum Caſimiri Regis refertur à Cromero ſub finem lib.* 29, *& iterum an.* 1500 *dicitur conflagraſſe ab illo arx Cracovienſis.*

f Sigiſmundus *electus* 1 *Decembr. an.* 1516, *coronatus an.* 1587 *die* 24 *Ianuarii, mortuus* 1 *Apr. an.* 1548.

g *Vita Polonica addit* ſecundum Horologium majus, *quo ſcilicet diei ac noctis horæ ſimul* 24: *quem uſum*

EX MS. *licet Poloni ſervent, non ideo tamen intelligas initium numerandi illis fieri ab occaſu ſolis, more Italico; ſed immobiliter adhærere mediæ nocti; ſic ut prima hora poſt meridiem vocetur decima tertia, & ſic conſequenter.*

h *P. Szembek monet legendum* Clepardiæ : *vita autem Polonica addit hanc eſſe* quaſi ſuburbium Cracovienſe.

i *Anno* 1544 *Paſcha erat* 13 *Aprilis*, *adeoque* Dominica Lætare 23 *Martii.*

k *Necdum impleta erat pars iſtius prophetiæ cum anno* 1615 *excuderetur Vita Polonica*, *an autem his ultimis* 60 *annis impleta ſit, non comperi.*

APPENDIX.

Alia poſteriora miracula quædam.

Ex relatu Ab. Brzeſtenſis habemus,

17 *Fredericus Szembek jam ſæpe memoratus*, *præmiſſa Vita hæc verba adnotat*, Multa præterea per eum facta miracula auctor vitæ hujus ſe omiſiſſe teſtatur: tria tamen ex antiqua traditione monaſterii ipſius hic ponemus. *Hoc autem facit ſub hoc titulo*, Aliqua ex prodigiis ad ſepulcrum Divi Michaelis geſtis in
B Prioratu Vener. viri D. Nicolai Brzeſtenſis, ad S. Marcum tunc agentis, ex relatu ejus conſcripta, cum incendio ignis periiſſent prima acta. *Videntur autem ipſa eſſe quæ indicat Vita Polonica*, *ubi ait in fine* : Ponunt modo ſcriptores recentiores in ſuis hiſtoriis, quod etiam præter ſupra nominatum (*Budenſem ſcilicet puerum*) tres alii mortui ad vitam rediêre : *quorum etiam cauſa apud Martinum Baronium in Vita B. Staniſlai Caſimiritani B. Michael vocatur*, quatuor mortuorum ſuſcitator percelebris. *Sunt autem hæc.*

reſuſcitatio nem abortivi,

18 Sub anno Domini MDXLI Zamata Anna, civis Cracovienſis, abortivum peperit, tandem præ dolore debilitata ſomno opprimitur. Vir Dei B. Michael in ſomnis apparuit; veſte candida habitu monachali quo incedere eſt viſus, conſolans eam ne tantopere mœrore concutiatur, inquiens ſe eſſe B. Michaelem Ordinis D. Auguſtini, ad S. Marcum ſepultum; ad cujus ſepulcrum ſi votum fecerit cum oblatione ac revelatione prodigii puerum vivum habebit. Ipſa evigilans apparitionem B. Michaelis viro ac aliis vicinis indicavit, cui vir credens, una cum aliis bona fide in Deo ſperans, votum ad ſepulcrum fecerunt una cum matre. Mox puer oſcitare ac tandem movere ſe cœpit. Quo viſo gratias Deo gau-
C dentes agebant, ac votũ ad ſepulcrum ſine mora ſolverunt, cum affixione tabulæ pictæ, apparitionem viri ſancti, mulieri in ſomnis exiſtenti [factam repreſentantis]. Et hæc tabella prima erat fixa ad ſepulcrum B. Michaelis : quem puerum viventem idem Prior vidit.

pueri à triduo ſubmerſi

19 Item anno ſequenti MDXLII, ſub Prioratu Ven. D. Nicolai ſupranominati, quidam puer ex rure Spyt-kowicza, annorum duodecim in aquis ſuffocatus per tres dies erat. Parentes mœſti uſque die tertio ſubmerſum extraxerunt : & quia nulla ſpes de vita erat, non deſperantes tamen de gratia Dei, ad ſepulcrum Beati Michaelis Cracoviam puerum voverunt, merita Sancti implorantes. Tandem ſucceſſu temporis puero primum pallor corporis diſparere cœpit, ac rubedine perfundi facies, deinde caput moveri ac attolli; tandem evixit tamquam à ſomnis. Cujus parentes, votum adimplentes, eum ad ſepulcrum adduxerunt bene ſanum. Quem Prior una cum aliis vidit ac in ſuggeſtu publicavit.

& ſalutem matri ac proli ſervatam,

20 Item Magnifica Domina Anna Szydlo Wieczha, Caſtellana Cracovienſis, circa partum magno affecta dolore, ſic quod de vita ejus deſperabant, cum nec prolem in lucem edere poſſet, votum fecit, una cum prole, ſi Deus dederit [veniendi] ad ſepulcrum B. Michaelis. Mox voto facto, ſine difficultate partus, peperit. Tandem cum ſolenni oblatione, Domino Deo gratias agens de accepto bene-
D ficio ad ſepulcrum B. Michaelis venit, ac inſigne reliquit. Item nota quod ſub Prioratu Ven. ac Rev. Patris D. Nicolai à Kamzana Abbatis Brzelenſis B. Michael viſus eſt ab eodem in ſepulcro.

ſanantur aliquot moribundi.

21 *His ex MS. ſumptis addo recentiora quædam*, *hoc ſeculo patrata*, *& ex Vita Polonica Latinitati donata*, *à D. Ioanne Snini*, *hoc tenore.* Anno Domini MDCXI Illuſtris & Magnifica D. Barbara Plazina, Gubernatrix Cracovienſis; magno & gravi morbo depreſſa, de qua etiam medici deſperarunt, per interceſſionẽ hujus Beati eſt reſanata : & in ſignum beneficii tabulam argenteam ante effigiem viri Dei flectens, ſuſpendere ad ſepulcrum ejus curavit. Etiam anno MDCXII, cum Nobilis D. Dorothea Paſzkowska de Montibus diverſis & incognitis morbis vexaretur, & vitam vix traheret; per interceſſionem B. Michaelis ſanitati eſt reſtituta. Anno MDCXIII quidam Frater ejuſdem Ordinis gravi infirmitate depreſſus, à Domino Deo per venerabilem Patrem Michaelem poſtulans ſubſidium, cito convaluit. Anno MDCXIV Famoſa D. Anna, civis Kleparienſis, cujus filius jam
E animam agebat, votum vovit ad ſepulcrum prænominati S. Michaelis: & puer juvante Deo in vivis remanſit. Eodem anno Pater quidam ejuſdem Ordinis, de quo ab omnibus deſperabatur, per B. Michaelem ad ſalutem rediit. Eodem anno, quatuor milites, à Moſchis per infortunium capti, & de ſalute ſua in ſubitaneo caſu deſperantes, per viſum intellexerunt quod B. Michael ipſis libertatem daturus eſſet, quam reipſa conſecuti numiſmata quatuor diverſa ad ejus ſepulcrum obtulerunt. Eodem anno Cracovienſis Sacerdos Religioſus, in extremis poſitus, ad ſanitatem eodem B. Michaele intercedente eſt reductus.

liberantur captivi,

alia diſcriminã depelluntur.

22 Anno MDCXV Nobilis D. Miſioreska, filioſum agonizantem obtulit ad ſepulcrum B. Michaelis, & ab infirmitate liberum recepit. Eodem anno MDCXV nobiliter natus Gregorius Donkoreski, ex diſtrictu Coſcienenſi, appendit tabellam cum hac inſcriptione : D. O. M, Domino Deo omnipotenti, in Sancta Trinitate Uni, gratias ago, quod me liberare dignatus ſit ab inimicis meis, quos Dominus Deus mihi immiſerat juſte, propter peccata mea. Ex quo autem votum vovi ad B. Michaelem, omnis anxietas à me receſſit, & adverſarii mei facti ſunt amici mei. Sit nomen Domini Dei mei benedictum
F in ſecula. Eodem anno Nobilis Dominus Ioannes Acius Kinita Srzeniavienſis, Suſannam filiam ſuam, morbo oppreſſam ac pene exanimem, vovit ad ſepulcrum Divi Michaelis, & illa tertia die ſalutem recepit. Eodem anno nobilis D. Anna Wolska, in partu moritura, ad B. Michaelem oblata & ſalvata fuit. Pauperi homini jumentum ſub curru depreſſum jacebat fere mortuum, qui cum ſupplex confugiſſet ad B. Michaelem ſurrexit illud incolume; ex quo deinde natum fœtum vir ille in gratiarum actionem eccleſiæ obtulit.

INSTRUMENTUM PUBLICUM.

Inventionis, Sublevationis, & Tranſlationis oſsium Beati Michaelis Gedrocii Anno Domini MDCXXIV die IV Iunii.

1 THomas Oborski Epiſcopus Laodicenſis, Suffraganeus & Canonicus Cracovienſis,

piæ

A piæ poſteritati. Ad Dei omnipotentis gloriam majorem & Sanctorum ejus honorem, notum facimus & teſtamur, nos rogatos fuiſſe à Religioſis Patribus Ordinis Canonicorum Regularium Mendicantium S. Mariæ de Metro de Pœnitentia Sanctorum Martyrum, ut oſſa & cineres ſervi Dei B. Michaelis Gedroc, Ordinis prædicti, in templo eorumdem Religioſorum Cracoviæ S. Marco dicato ſepulti, è ſepulcro veteri (quod occaſione ſtructuræ novorum ornamentorum altaris majoris neceſſario diruendum erat) ob majus fidelium commodum levaremus: horumque petitioni piæ nos annuentes, auctoritate Officii Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, Domini Martini Szyſzkowsky, Epiſcopi Cracovienſis, Ducis Severienſis, morem geſſiſſe hoc ordine & modo.

Auctoritate Epiſcopi Cracovienſis,

ejus Suffraganeus,

2 Anno Domini MDCXXIV, feria tertia poſt feſtum Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis, quæ erat dies IV Junii, perſonaliter venientes ad templum S. Marci ſupradictum, adfuimus ſacrificio Miſſæ, quod votivum ritu ſolemni de Sanctiſſima Trinitate peregit R. P. F. Ioannes Baptiſta Italus ex familia Sancti Franciſci, pro tempore illo Apoſtolica autoritate Commiſſarius Generalis totius Ordinis jam

anno 1624, 4 Iunii,

B dictorum Religioſorum S. Mariæ de Metro; ſimulque ſermoni, quem Reverendus Pater Fridericus Schembek, Societatis Jeſu Profeſſus, habuit de vita & geſtis hujus ſervi Dei B. Michaelis. Deinde Pontificalibus induti, & gratia Spiritus ſancti per Hymnum Veni creator decantatum invocata, acceſſimus ad ſepulcrum; in pariete ad valvas ſacrarii Septemtrionem verſus ad cornu Euangelii altaris majoris exſtructum; illudque clauſum, integrum & intactum in omnibus reperimus, & malleo accepto ipſimet illi aperiendi initium dedimus: remotoque lapide ingenti (in quo imago integra ejuſdem ſervi Dei decumbentis ſculpta fuit) invenimus intra ſtructuram ipſam muri lateritii, cui jam dictus lapis incumbebat, ciſtulam ligneam, & in ea calvariam ejuſdem B. Michaelis majori ex parte integram (cui tamen mandibulæ deerant) & ſuperiores cranii calvariæ ejuſdem partes; duoque oſſa ſeu brachia longitudinis palmum unum vix ſuperantis, & partem nigri baculi, qui ei ſimul loco ſigni Crucis & ſuſtentaculi ſerviebat, quique una cum ipſo olim in ſepulcro poſitus fuit.

aliquas Reliquias B. Michaelis,

à Radzivilio depoſitas,

3 Quæ oſſa, una cum prædicti ſuſtentaculi ſeu Crucis parte, ante aliquot decades annorum, Epiſcopante tunc Cracovię Cardinale Radzivilo S. R. I. Principe, extraxerat ex ipſo ſepulcro inferius ſito (in quo idem Beatus quieſcit in loco eodem) Frater Thomas Squiernievius Sacerdos, actui huic noſtro, de cujus veritate hoc teſtimonium poſteritati damus, præſens & ſanus tam mente quam corpore, juſſu & mandato ſui Superioris ſibi tunc aſſiſtentis in opere eodem, Fratris Chriſtophori Prævorſeenſis; qui ſepulcrum idem magnificentius exornare

C deſiderans, partem jam dictam ſacrarum exuviarum ex illo extrahi & decentius collocari curaverat. Quæ ſic à nobis inventa, manibus noſtris inde levantes, multitudini piæ fidelium præſenti oſtendimus, muſicis inſtrumentis interim perſonantibus, & ad devotionem majorem populum incitantibus: qui concurrebat numeroſus, globulos offerens precarios, ſacris admovendos oſſibus: cujus poſtulatis ſatisfactum.

elevat:

4 Deinde murum ſolidum altitudinis ferme duorum cubitorum, longitudinis trium, in cujus medio Epitaphium ejuſdem Dei ſervi, forinſecus in tabula marmorea exſculptum extabat, ſupra vetus ſepulcrum idem, novi ornamenti majorisque cauſa, cura prædicti Fratris Chriſtophori Prioris exſtructum, dirui mandavimus. Quo diruto, ſepulcrum ipſum conſpeximus intra eumdem templi parietem, Septemtrionem verſus ad valvas ſacrarii, plane juxta deſcriptionem & relationem in ſuo Polonorum Chronico Matthiæ Miechovitæ celebris hiſtoriographi, & conformiter narrationi Fratris Thomæ Squiernievii ſupra dicti; Nos antequam murus jam dictus, ſub Illuſtriſſimo Cardinale Radzivilo exſtructus, dirueretur, de re tota informantis & oculati teſtis. Erat autem teſtudinatum, cujus ſummitas ſeu extima ſuperficies pavimenti templi ferme æqualis fuit, clauſum bene & integrum, veſtigium ſolum foraminis in ſuprema ſui parte, olim juſſu prædicti Prioris facti & deinde obſtructi, habens. Quod nos Pontificalibus induti, præſentes aperiri mandavimus, ipſimet manibus noſtris operi initium dantes.

EX MSS. *mandat vetus ſepulcrũ aperiri,*

Sublata ergo juſſu noſtro ejus teſtudine, Oſſa reliqua, præter ſupra dicta, majori ex parte in pulveres reſoluta, vel quæ ad primum ſtatim contactum in eoſdem reſolvebantur, inventa ſunt, & inde nobis ſpectantibus, manibus ſupradictorum R. P. Commiſſarii Generalis Ordinis, & Societatis Jeſu Sacerdotis Profeſſi extracta, & una cum Cineribus in vaſis ad id idoneis decenter collocata, nobis ad altare majus ad latus ſepulcri ejuſdem ſedentibus, oblata & præſentata fuerunt. Quæ nos ut & priora, populo magno numero concurrenti, & globulis precariis ex pietatis affectu eadem contingenti, ſpectanda exhibuimus, campanis omnibus interim templi ejuſdem perſonantibus, & hymno Te Deum laudamus per nos inchoato. Qui dum caneretur, plurimorum devotioni ſatisfactum, ex cineribus & loculo ligneo, in quo ſepultus annis tot jacuit, aliquid inſtanter petentibus; tandemque per nos in ſacrarium templi ejuſdem S. Marci eadem oſſa & cineres delata, & in thecas ſeu ciſtulas decenter depoſita occluſaque, ſigillo tam noſtro quam provinciæ dicti Ordinis, & inſuper conventus ejuſdem obſignata fuere.

oſſa & cineres extrahi,

E

& omnia obſignata in ſacrario deponi.

6 Et ſic ad menſem uſque Auguſtum anni ſequentis MDCXXV occluſa & obſignata manſerunt. Cujus deinde die VIII, de voluntate noſtra, ad inſtantiam eorumdem Religioſorum conventus S. Marci, Reverendus Pater Fridericus ſupra dictus, cujus nobis pietas, fidelitas, & prudentia perſpecta optime eſt, ea ex ciſtulis ſupra dictis Notario Publico præſente extraxit, ut exſiccarentur aliquantum, antequam iterum ſepulcro includerentur: & in loco bene undique clauſo, & ſigillis pluribus à ſe juſſu noſtro, in

F præſentia publici Notarii munito, per horas XXIV aëri expoſita reliquit. Quæ deinde anno eodem MDCXXV ejuſdemque Menſis Auguſti die decima, quæ erat Dominica duodecima poſt Pentecoſten (pridie loculo ligneo decenter albo ſerico interius & exterius conveſtito, & deinde alteri plumbeo, una cum eodem ligneo per nos incluſa, & ſigillo noſtro obſignata, in magna frequentia populi concurrentis, & globulis precariis thecam, ſacra eadem pignora continentem, tangentis) in ſepulcro novo, in loco eodem ſupra ſepulcrum vetus exſtructo decentiuſq; exornato, manibus noſtris depoſuimus, poſt peractum prius per nos ſacrificium Miſſæ de feſto S. Laurentii, cum collecta in gratiarum actionem de Sanctiſſima Trinitate, & concionem habitam de laudibus & imitatione ejuſdem beati viri, per eumdem ſupra dictum Sacerdotem Societatis Jeſu.

inde anno 1625, 8 Auguſti extracta,

& loculo ligneo includa,

10 Auguſti in novo ſepulcro depoſuit.

7 Et quia magna pars cinerum ejuſdem ſervi Dei ruderibus ſeu calci (quod caveri non potuit, licet magna diligentia adhiberetur, ne id contingeret) in aperiendo ſepulcro & teſtudine removenda, erat permixta; nos ſubtiliores omnes ruderum ſeu dictæ calcis partes, quæ erant aperte ſacris cineribus mixtę,

calcem vero cineribus admixtam in thecis,

thecæ

EX MSS. thecæ ligneæ minori, forinſecus ſeu extra per totum oſſibus ſectis vermiculato opere conveſtitæ, incluſimus; craſſiores vero ejuſdem calcis partes ſeu rudera, inter quæ etiam aliquid ex ſacris cineribus remanſiſſe probabile fuit, in ciſtula lignea altera ſimplici poſuimus; & utramque earum in ſepulcro ſupra dicto ad pedes loculi plumbei ſupra dicti collocavimus; & hymno Te Deum laudamus inchoato, dum illum populus decantaret, ſepulcrum idem ipſimet clauſimus; & ad oſtium ejuſdem ſaxum ingens ſuperius nominatum, in quo imago hujus Servi Dei decumbentis ſculpta extat, advolvi, & eidem imponi fecimus; Divinam orantes ſuppliciter Majeſtatem, ut Eccleſiæ ſuæ, Regno & Regi noſtro, totique ejus domui, inſuper & civitati huic, nobiſque meritis Sanctorum ſuorum propitius eſſe dignetur, cui laus & gloria in ſecula ſempiterna Amen.

& clauſo lapidem advolvi jubet:

8 Acta ſunt hæc & facta præſentibus Venerabilibus Dominis Bartholomæo Solomansky Canonico Chelmenſi; Valentino Kozioglovienſi in Alba-Eccleſia Parocho, Alberto Mika Altariſta SS. Petri & Pauli in Eccleſia Collegiata S. Annæ Cracoviæ, nec non Reverendo Patre Fratre Adamo Kaſprowic Definitore perpetuo Ordinis ejuſdem, R.P. Alberto Piſarski Definitore, R.P. Juſto Pomorski Priore Conventus S. Marci, R.P. Ambroſio Gronowski Concionatore Ordinario Eccleſiæ S. Marci, R. P. Thoma Squiernievio Confeſſario, R.P. Chriſtophero Clepardienſi, R.P. Theophilo Lubiecki, R.P. Clemente Izdebski, R. P. Ignatio, F. Placido Woytaſzowsky Diacono, F. Gabriele Kazieracki Diacono, F. Ægidio Diacono, FF. Bartholomæo, Joanne, Marciano Acolytis, FF. Demetrio, Georgio, Michaele Profeſſis; nec non ſpectabilibus Dominis Staniſlao Konrad, Hieronymo Zalaſowski Conſulibus Cracovienſibus, Martino Paczoska, Joſepho Pieliſz, Joanne Sepetowicz Civibus Cracovienſibus; Venerabilibus ac eximiis Viris D. D. Magiſtris Chriſtophoro Niklaſzowski Medicinæ, Staniſlao Pudlowski I.V. Staniſlao Koteniovio ad ſancti Spiritus. Nicolao Kalſtyn ad S. Stephani Gymnaſiarchis, Philoſophiæ in Academia Cracovienſi Doctoribus & Profeſſoribus, aliiſque quam plurimis teſtibus ad præmiſſa exiſtentibus.

Teſtes adhibiti

B

D

Thomas Oborski Epiſcopus Laodicenſis, Suffraganeus & Canonicus Cracovienſis, manu propria.

✠ locus ſigilli.

Præſentes litteræ & his per omnia ſimiles habentur in ſpeciali ſcrinio, circa Reliquias B. Michaelis, in Eccleſia S. Marci Cracoviæ tumulati, depoſito, quæ ſunt manibus Notariorum publicorum ſubſcriptæ, & ibidem tempore levationis ejuſdem Sancti Reliquiarum aſſervatæ.

9 *Ante Vitam, tam Latinam quam Polonicam, exprimitur imago B. Michaelis, genuflexi & globulos precatorios volventis; in Latina quidem ante nomen Ieſu radioſum inter nubes, cum adjacentibus dextero lateri axillaribus fulcris, quibus ad gradiendum nitebatur; in Polonica vero, ante imagines Chriſti crucifixi & Matris Deiparæ filiolum ſinu geſtantis, ſimiliter inter nubes locatas, cum ſceptro & corona Ducali ante genua: ſed utrobique tam invenuſta parumque accurata eſt ſculptura, ſcilicet in tabella lignea, ut ſperare non poſsim veram Sancti ſpeciem ex alterutra formari atque in æs poſſe incidi. Præterea inſtituto noſtro appoſita magis eſſet vetus imago Beati, expreſſa in lapide ſepulcrali, quare hujus accuratam delineationem poſtulavi mitti. Interim Latinos hoſce verſus, impreſsis imaginibus ſubjectos, habe:*

Imago Beati

E

Nonne Viri hæc ſancti venerabile corpus imago
Expreſſit? Michael hic fuit ille pius:
Qui Chriſti purâ veſtigia mente ſecutus,
Impiger æternæ legis obivit iter.
Illius precibus cæcis data lumina, claudis
Greſſus, infirmis vita, & amica ſalus.
Fecerat, ut vivus miracula plurima, ſic poſt
Funera Divino munere plura facit.
Dive Pater Michael, de alto nos reſpice cælo,
Affer opem miſeris, cuncta pericla fuga.

eique ſubjecti verſus.

DE B. LADISLAO GIELNOVIO

ORDINIS FRATRUM MINORUM DE OBSERVANTIA,

G. H. *VVARSAVIÆ IN MAZOVIA PROVINCIA POLONIÆ.*

C

AN. MDV

Loca ab eo luſtrata.



Arſavia, *urbs ampla Poloniæ ad Viſtulam fluvium, ac Mazoviæ caput, ordinariâ Regum reſidentiâ & publicis regni Comitiis nobilitatur. In hac* B. Ladiſlaus, *de quo hic agimus, vitam monaſticam auſpicatus eſt, & in eadem finem vivendi fecit, in vita & poſt obitum pluribus miraculis clarus;* cognomento Gielnovius, *utpote natus in oppido* Gielniow *Palatinatus Sendomirienſis diſtrictu Opocinenſi Archidiœceſis Gneſnenſis prope Pilczam fluvium. Fuit eidem palæſtra ſtudiorum* Cracovia, *urbs notiſſimæ & majoris Poloniæ caput. Imo poteſt totum Poloniæ regnum ejus patrocinium ſibi aſſumere, quod quinies omnium conventuum dicti Ordinis Vicarius Provincialis illud regnum circumeundo colluſtrarit, ac primos Ordinis ſui Fratres ad Ducatum Lithuaniæ inhabitandum miſerit, eiſque procurarit Skapenſem locum in Chelmenſi Ruſſiæ Rubræ diœceſi, Deiparæ Virgini ſacrum. Quidni etiam Auſtria, Bohemia, Sileſia, Moravia eumdem ſibi adſciſcere poſſent, quarum quoque regionum conventus, necdum à Polonicis diviſus, primo ſuo Vicariatu adivit?*

quorum omnium cenſeri Patronus poteſt.

2 *Natus eſt* B. *Ladiſlaus circiter annum Chriſti* MCCCC-XL, *vitam religioſam profeſſus anno* MCCCCLXII, *quo tempore imperabat* Polonis *Rex Caſimirus* III *Iagellonides: à quo Ordo Fratrum Minorum de Obſervantia admiſſus in Polonia, illos introducente* B. *Ioanne Capiſtrano, cujus Acta erunt illuſtranda ad diem* XXIII *Octobris; agimus interim de eo etiam infra* XX *Maji ad Vitam S. Bernardini, quorum induſtria in Ordine dicta Obſervantiæ plurimum fuit promota. At de Rege Caſimiro actum eſt* IV *Martii ad Vitam S. Caſimiri filii. Illi ſucceſsit alter filius Ioannes Albertus, & regnavit ad annum uſque* MDI; *ſub quo regnum Poloniæ extremo periculo expoſitum, dicitur infra precibus auxilioque* B. *Ladiſlai in meliorem ſtatum reductum. Tandem, regnante alio Caſimiri* III *filio Alexandro,* B. *Ladiſlaus ex hac vita mortali migravit anno* MDV *die* IV *Maji, ac poſtmodum anno* MDLXXII, *Dominica in Albis* XIII *Aprilis, fuit corpus ejus, ſolenniſsimo apparatu, in Comitiis generalibus regni, coram Rege & Principibus elevatum, & ad dexterum latus majoris altaris collocatum. Plurima ejus interceſsione miracula patrata ſunt, & inſtituto Proceſſu informativo legitime approbata, quæ de novo, ex ſpeciali mandato Vrbani* VIII, *ſecundum ſtylum Romanæ Eccleſiæ, examini ſubjecta fuerunt.*

Tempus vitæ

F

& Tranſlationis.

3 *Vitam* B. *Ladiſlai*, & bona & integra fide, *uti in titulo præfatur, conſcripſit Vincentius Morawski, ejuſdem Ordinis Definitor, Sacræ Theologiæ Lector, & Prædicator, ac generalis Procurator pro Canonizatione ejuſdem, edidit-que tribus libris Varſaviæ anno* MDCXXXIII, *citans Vitas primæ & ſecundæ editionis, præ quibus æſtimanda* perve-

Vita à Vincentio Morawski ſcripta anno 1633.

cuſta

A tusta litterarum monumenta, *allegata num.* 105 quibus hujus ſancti viri vita concredita eſt, & antiqua Provinciæ Polonæ Chronica *num.* 130 *indicata, unde accepta miracula nonnulla: quare hæc deſcribi petiimus, ſaltem pro operis Supplemento ſervitura ſi mittantur. Waddingus in Annalibus Minorum ad an.* 1505 *num.* 29 *allegat Vitam, ab eodem Vincentio Morawski anno* MDCXII *Cracoviæ excuſam, quæ ſaltem altera eſt ex citatis prioribus editionibus. Præponitur in ultima editione Epiſtola dedicatoria ad Regem, Epiſcopum Poſnanienſem, Principes regni & cives Warſavienſes, in qua late deducit Vincentius quare Vitam hanc appellarit* Lucernam Chriſtianæ perfectionis. *Huic epiſtolæ ſubduntur variorum approbationes, licentia & facultas imprimendi, tum octo diverſorum epigrammata & poëmata ad laudem B. Ladiſlai, ac dein citantur varii Auctores, ex quibus ea quæ in libris continentur, fuerunt aſſumpta. Præterea additur* Proœmium, *in quo* docetur omnes homines ubique locorum poſſe venire ad perfectionem, exemplo B. Ladiſlai. *Quæ omnia, ut minus ſpectantia ad hiſtoricam Actorum veritatem, omittimus, & incipimus à Prologo ad Lectorem, in quo, ſi quæ ante circa Vitam fuerunt obiter indicata, accuratius exponuntur.*

B 4 *Opus ſuum auctor in tres libros, libros ſingulos in capita decem diviſit: hanc partitionem, quia nobis quoque commoda videbatur retinentes, ſatis habuimus capitum titulos ad noſtrorum formam reducere: & quia hiſtoria recens eſt, nõ exiſtimavimus opus eſſe eam operoſis annotationibus illuſtrare, ſed ſatis habuimus ſynopſim marginalem inſtituto noſtro conformare. Major nobis labor fuit, in illa quã ſequimur editione expurganda ab infinitis mendis, quibus fœdatam accepimus, pro majori parte imputandis negligentiæ aut imperitiæ eorum, qui abſente vel aliter impedito auctore præfuerunt impreſſioni, ex ejus manu ſcripto facienda. Vtraque enim tanta fuit, ut appareat, non modo in ſingulis pagellis erratum graviter omiſſione, alteratione, aut prava conjunctione disjunctioneve litterarum; ſed ſæpius etiam hærere oporteat ob defectum alicujus aut plurium conſequenter verborum, ſine quibus calamo aut mente ſubſtitutis nequit ſanus ſenſus haberi. Quæ omnia aut eorum præcipua & graviora errata ſi vellem capitibus ſingulis, ſicut alibi* Annotata, *ſubnectere; vereor ne non tam viderer meam voluiſſe liberare fidem, quam inſultare prioribus, quibus malo cebere gratias, quod Beati vitam vel ſic protulerint. Præfandum tamen hoc loco id fuit, ne quis in eam editionem non præmonitus incidens, atque ipſam cum hac noſtra conferens, ſuſpicetur non tantum ſublata menda, ſed ſtylum quoque mutatum fuiſſe, præter quam facere nos paſſim profitemur.*

ea quomodò hic emendatior recuſa.

C

VITA

Auctore Vincentio Morawski Ordinis Minorum Polono.

PROLOGUS.

ad Lectorem devotum.

Cauſa quæ Auctorem ad ſcribendum induxerunt,

1 IN magna rerum copia, aliud alii natura iter oſtendit. Pulcrum eſt bene facere, etiam bene dicere haud abſurdum. Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. Verum ex omnibus negotiis quæ ingenio exercentur, imprimis magno uſui eſſe memoriam rerum geſtarum, omnis exempli documenta, in illuſtri poſita monumento, docebunt intuentem. Inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere, capies: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites, ſumes. Ceterum quibus ingenii opes abunde fuerunt, multorum virorum res perſcripſere: mihi, cui tenuis facultas, unius tantummodo viri, ſanctitate & miraculorum magnitudine clariſſimi, egregia virtutum ſpecimina, dictis enarranda aſſumpſi. Quibus autem inductus cauſis, accipe. D

2 Præclare & vere teſtatur, ingenii & eloquentiæ Princeps, Marcus Tullius Cicero, in libro quem de Amicitia conſcripſit, Nihil virtute amabilius, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum; quippe cum propter virtutem, & probitatem, eos etiam quos numquam vidimus, quodammodo diligamus. Vidit hoc quondam Ageſilaus, & ita ſenſit, qui interrogatus, quomodo quis apud homines probaretur? Si dicat, inquit, optima, & faciat honeſtiſſima. Virtus enim ejuſmodi eſt, quæ ipſis ſtatim rebus ita afficiat homines, ut non modo admirentur opera, verum in auctorem quoque ſummo ſtudio incendantur. Et hæc quidem hujus laboris mei ſuſcepti prima cauſa eſt, virtutis amor. Cum enim in hoſte diligatur virtus; in religioſo ac ſancto viro, à religioſo Sacerdote, maxime ejuſdem inſtituti, ejuſdem Patris filio, eam omnino debere diligi clarum eſt. Nam & veteres Hiſtorici & Poëtæ, præclarorum virorum res geſtas, non alio fine litterarum monumentis conſecrarunt; niſi ut ſeſe, virtutis illorum illectos dulcedine oſtenderent, & poſteritati memoriam bonorum & virtutis digna encomia ſatis abunde commendarent. Non poſtrema ſiquidem virtutis merces, & probitatis cenſetur præclarus fructus, dictis eruditorum celebrari. Athenienſium res geſtæ, inquit Saluſtius, ſicut ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur: ſed quia provenere ibi maxima ſcriptorum ingenia, per orbem terrarum Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea extollere potuerunt præclara ingenia. *Virtutis amor.* E

3 Subit autem recordatio & alterius cauſæ, ut domeſtico exemplo noſtri Poloni, ad virtutis ſtudia colenda, facilius accendantur. Duo enim nos maxime movere ſolent, ſimilitudo, & exemplum. Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant homines. Longum iter eſt per præcepta, breve & efficax per exempla. In omnibus præbuit ſeipſum B. Ladiſlaus exemplum bonorum operum: in doctrina, in integritate, in gravitate, proximo ſuo placuit in bonum ad ædificationem. Profectus ejus manifeſtus eſt omnibus: & fuit exemplum fidelium in verbo & converſatione, in caritate & fide, in caſtitate ſemper ſine querela, Chriſti odor bonus & luminare lucens in medio nationis ſuæ. Attendite, ô Poloni, ad hunc Patrem veſtrum, eſtote imitatores ejus, ſicut & ipſe fuit Chriſti. Non vos exhortor oratione, non perſuadeo dictis; validiora ſunt exempla quam verba, & plenius eſt opere docere quam voce. Verum quod maximæ conſiderationis vim exigit, illud eſt domeſticum quod offero exemplar ad virtutem, calcar ad ſanctitatem conſequendam. *Exemplum domeſticum.* F

4 Neque ſilentio involvenda eſt gentis noſtræ Polonæ, quæ inde oritur apud exteras nationes, fama & gloria. Si enim filius ſapiens lætificat patrem; filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ, Prov. 10; Profecto filius bonus, innocens, ſanctus, impollutus, Deo & hominibus ſanctitatis gloria notus, erit ornamento patriæ. Non poſtrema ea laus civitatibus Chriſtianorum ſemper habita, Sanctorum ſepulcris exornari. Exultat Hieroſolyma Stephano, Roma Petro & Paulo, Venetia Divo Marco. Lætatur noſtra Cracovia, & laudis ſuæ propagines late longeque diffundit inde, quod in Cathedrali ſua, illud ſumptuoſiſſimum Mauſoleum Sanctorum Staniſlai Antiſtitis ſui, & Floriani Martyrum conſpi- *Gentis Polonæ fama.*

A. VINCEN. MORAUSKI.

ciat: in Basilica Sanctissimæ Trinitatis excelsum & splendidum sarcophagum S. Hyacinthi Poloni Ordinis Prædicatorum intuetur: in ecclesia S. Bernardini Fratrum Minorum Observantium monumentum ornatissimum, continens corpus B. Simonis Lipnicii, ejusdem Ordinis, quondam Præconis Dei ferventissimi, summo honore veneratur: in templo S. Francisci Patrum Conventualium, sepulcrum absolutissimum B. Salomeæ quondam Reginæ Poloniæ, Monialis S. Claræ, admiratur: in æde S. Annæ bustum magnificum B. Joannis Cantii, Academiæ Cracovienſis Doctoris eximii, celebrat: in Parochiali sua magnifica B. Mariæ Virginis Cracovienſi, aream marmoream, complectentem corpus B. Stanislai Baryczka Sacerdotis Martyris, possidet: in alia Parochiali Casimirienſi, sepultura variis structuris & picturis conspicua, B. Stanislaum Casimirium Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini continens, in summa devotione & veneratione habetur: in templo S. Marci Ordinis S. Mariæ de Metro, locus est affabre efformatus ad parietem, decoreque debito fulgens, in quo B. Michaelis Gedroc venerabilia ossa requiescunt: in conventu denique S. Catharinæ, amplissimi Ordinis Eremitarum S. Augustini, ejusdem professionis Fratris Isaiæ Doctoris, reliquiæ in uno sacello honorifice conservantur. Quod si de aliis quam plurimis variorum Beatorum, in locis diversis tumulatorum, corporibus lætatur & exultat urbs illa; cur etiam noster Ducatus Mazoviæ & ejus Metropolis Varsavia, non gloriabitur de suo Ladislao? Fax mentis honestæ, gloria nostræ provinciæ, non mediocris inde oritur, dum hujus Sancti memoria ubique locorum celebratur. Et ut magis splendor boni nominis hujus Sancti, simul & Patriæ nostræ, volantisque per diversas regiones famæ, velocibus alis diffundatur, obsequium scribendo subire placuit. Laudetur Deus in Sanctis suis, & pia mater nostra Polonia non defraudetur laude sua. Libet proferre & ultimam mei instituti rationem.

B

5 Quis ignorat principibus placuisse viris, non postremam esse laudem? Principes populi, Sancti Dei, ore omnium nuncupantur, De his omnibus velle bene mereri, quis rem vetitati consentaneam esse negabit? At cultu debito Sanctos prosequi, & virtutes factaque eorum præclara scribendo litteris celebrare, æqua lance & pari mensura habitum est semper & observatum. Cum vero nova causa id tractandi animum concitat, tanto magis elaborandum est in Sanctorum laudibus promendis. At nuper, ante annos sex circiter, cum mihi per Superiores meos demandata sit provincia, instrumento mandatoque publico, vitæ sanctitatem B. Pattis Ladislai investigare, acta ipsius hinc inde colligere, de miraculis inquirere, inquisita in judicium deputatum per testes contestesque inducere, approbata conscribere, & super his omnibus processum auctoritate Reverendissimi Domini Loci Ordinarii formare, ac demum Curiæ Romanæ hæc confecta absolutaque omnia præsentare: cumque singulari Dei auxilio fultus, omnia non infeliciter perfecissem; de novoque Sacra Congregatio Rituum, ex speciali mandato Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII feliciter moderni, novum processum, auctoritate Apostolica secundum stylum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, super eadem vitæ sanctitate & miraculis B. Ladislai, [fabricandum] per litteras Remissoriales & Compulsoriales id mihi commisisset, accedente ad hoc præterea voluntate & præcepto Reverendissimi Patris Generalis Ordinis nostri: idcirco ea quæ labore meo modico hinc inde congessi de vita B. Ladislai, notitiæ hominum publicæque luci proponenda decrevi; ne lucerna hæc sub modio amplius delitescat, sed super candelabrum posita omnium oculos collustret. Hæ itaque sunt causæ, quæ me ad hoc opus conficiendum adegerunt.

Bene mereri de Beato,

C

ejus gesta Romæ examinata.

D

LIBER PRIMVS.

Res gestæ B. Ladislai. Variæ ejusdem virtutes.

CAPUT I.

Nativitas, puritia, institutio.

6 PRiusquam Caput hoc incipiam, commemoranda sunt verba Doctoris gentium clarissimi & Sanctissimi D. Pauli, 1. Cor. xv sic scribentis: Non prius quod spiritale est, sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cœlestis. Non dispari ratione hic nobis dicendum est; quoniam B. Ladislaus portavit imaginem terreni, & imaginem cælestis hominis. Clarius luce meridiana est, natum fuisse de terreno, & postea quasi iterato, genitum de cælesti Patre: quare utriusque generationis ipsius series describenda mihi est. Sed quia prius est illud quod est animale, de hac, quæ ex sanguinibus & voluntate carnis fit, sermonem instituere placet. Ac in primis locum nativum, unde oriundus est B. Ladislaus, considerare libet. Regnum Poloniæ amplissimum, potentissimum, abundantissimum, licet habeat civitates complures, natura & arte munitissimas, in omnem eventum ad ornatum patriæ à fundamentis erectas, multitudine civium, mercimoniorum copia ex universo fere orbe congestorum, varietate ædificiorum, templorum & collegiorum pluralitate, optime instructas, & altis mœnibus, arcibus, turribus, & fortalitiis adornatas; non ita tamen frequentes in ea videre est sicut in aliis orbis partibus. Ita a principio majoribus nostris persuasum fuisse, memoriæ est; contra hostiles impetus fortiora esse opponentium se pectora, quam fortissima civitatum mœnia. Atque illi, artibus iis subnixi, nulli unquam hosti locum vel minimum cessere: & incredibile memoratu est, quam facile Regni fines longe lateque produxerint; remque suam civibus, moribus, agris auctam, prosperam, satisque pollentem effecerint: nationibus vero diversis, suæ ditionis jugum injecerint, & eorum provincias finibus suis adjunxerint.

In regno Poloniæ,

E

F

7 Igitur oppidum Gielniow Palatinatus Sendomirienſis, in districtu Opocinenſi, Archidiœcesis Gnesnenſis, situ quidem mediocre est, ædificiis ligneis constructum; sed inde gloriæ splendor jure merito illi attributus, quod hunc virum clarissimum B. Ladislaum genuerit, educaverit, aluerit & produxerit. Fide Catholica Romana semper illustre, & numquam aliqua labe hæreseos contaminatum hucusque fuit: quod de illo tempore maxime & securissime asserendum est, quo B. Ladislaus natus est & vixit, circa annum Domini millesimum quadringentesimum quadragesimum & multis post annis. Siquidem in toto regno Poloniæ Christianitas cum omni puritate simplex Catholicismus vero cum pio fervore zelosissimus, in omnibus incolis regni hujus floruit, sub piissimis Regibus Vladislao Jagellone, ejusque filiis Vladislao & Casimiro; hujusque ultimi posteris Regibus successive; Joanne Alberto, Alexandro, & Sigismundo Primo: sub quorum felici regimine hic B. P. Ladislaus natus est, & vitam præsentem egit; nullo jam paganismo, nullo schi-

& Oppido Gielniow nascitur circa 1440

A ſmate, maxime in Poloniarum Provinciis (nam in magno Ducatu Lithuaniæ & Ducatibus Ruſſiæ, adhuc iſta lues delitescebat) nullis penitus hæresibus oras has vexantibus, imo capitali pœna sordibus his infectos punientibus legibus.

8 In illo itaque oppido B. Ladiſlaus, limen materni uteri transgressus in hanc lucem prodiit; ſuſceptus à parentibus, quorum vita ſancto matrimonii vinculo copulata, honeſtis moribus, boni nominis fama, Catholicæ Religionis lumine, optimæ converſationis gloria inter ſuos concives ſatis nota & celebris fuit. In ejuſdem oppidi eccleſia Parochiali ſacro baptiſmatis fonte ablutus, nomen Joannis ſortitus eſt. Ab ipſa infantia timore Dei inſtructus, neceſſariis ſalutis imbutus doctrinis & primis litterarum fundamentis in ſua patria, in palæſtram muſarum erudiendus traditur. Statim vero, nova futuræ fertilitatis indicia in ætate illa apparuere. Diligenter litteris invigilare, ſcholam libenter adire, præceptoris mandatis obedire, divinis Officiis & ſacro Miſſæ ſacrificio frequenter adeſſe & miniſtrare, altaribus appropinquare, cantare, pſallere; hymnos & pſalmos recitare, memoriæ mandare: totus à ſtudiis & divinis officiis pendere; & ſic ſuam juventutem inſtituere, ut brevi tempore, bonus ager & fertilis, ad producendas uberes doctrinarum ſegetes, agnoſceretur, & ad altiora ſtudia ab aliis accenderetur. Cracoviam igitur ſumptu paterno adjutus, ubi Academica Univerſitas, omnium ſcientiarum fœcunda mater, plurimos regno & patriæ parturit filios, ampliſſima eruditionis laude utiles, ſeipſum contulit. Fertilis ille campus & hortus aromatum (ſine invidia ſit illi debitus à nobis honor & cultus) locus ſcientiarum & doctorum virorum paradiſus; ſed & pietatis nidus, in quo educatus B. Joannes Cantius, ejus Academiæ Doctor egregius, magnæ ſanctitatis gloria omnibus notus, ab iiſdem uberibus, fere eodem tempore quo noſter Ladiſlaus, ſuxit lac probitatis, & de illo torrente pietatis bibit, & exaltavit uſque ad cælos caput.

Chriſtianis inſtitutis diligentiſſime eruditus,

B

Cracoviam in Academia inſtituendus mittitur.

9 Ingreſſus palæſtram illam, non vanæ Palladis, ſed Philoſophiæ Chriſtianæ uberibus alendus; non ad fallacis Apollinis citharam erudiendus, ſed ſaluberrimis ſanctorum Patrum dogmatibus Theologicis inſtituendus; non Muſarum inanium conſortio in Parnaſſo amœnoſo adjungendus, ſed ſodalitatibus devotorum juvenum aggregandus, animo promptus & ingenio validus juvenis: ingreſſus, inquam, nemus amœnum denſiſſimis arboribus ſcientiarum conſitum, cœpit alacri mente & celeri manu flores bonarum artium colligere, herbas virtutum, fructus exemplorum, acervos omnium bonorum aggregare, & in ſui pectoris horreum invehere; publicis lectionibus præſto adeſſe, aure & intellectu ſenſum percipere, horam & tempus obſervare; privatis magiſtris ſedulo auſcultare, confabulationes inanes fugere, conſortia inſolentium vitare, abhorrere à conſuetudine illorum, quibus doctrinam & pietatem cordi non eſſe, ſed ſocordiam & pigritiam ſenſibus inhærere intelligeret. Templa frequenter adire, religioſorum vitam intueri, cæremonias advertere, pietatem & devotionem mirari; & inde pectus ſuum ad imitationem illorum accendi, & ea de re cogitationem habere, negotium Deo commendare, & ſeipſum in primo juventutis flore, eidem velle conſecrare, qui primitiarum jus ſibi offerri lege juſſerat. Et profecto ſic ſe res habet, ut quos Deus omnipotens, ad ſui obſequium allicere & vocare decernit, hos ab ipſa infantia trahat in funiculis caritatis, & ſtatim à teneris unguiculis mirabili gratia foveat. Teſtis hujus rei Joſephus Patriarcha,

proficit in doctrina & pietate,

C

teſtis Samuel Propheta, teſtes alii ſine numero Sancti Martyres & Confeſſores. Non dubium quin & hujus Sancti, futuræ ſanctitatis radiaverint ſcintillæ; ſed aut ob ejus animi profundam ſubmiſſionem occultatæ, aut parum ab aliis cognitæ; oblivionis tenebroſo ſepulcro illatæ, lucem non aſpexerunt. A. VINCEN. MORAUSKI.

10 Felix hic juvenis, felici imo aureo natus ſeculo, quo nullæ hæreſes, nulla infernalis ſectæ barbaries, nulla peſtis perverſæ in fide opinionis venenum in ſuis finibus effudit. Aurum purum, ſimile vitro puro; totum regnum quaſi una eccleſia erat, tota reſpublica quaſi una domus, ſub regimine optimi Patris. Diſſenſiones nullæ (ſecundum Chronologos illius temporis) pax, quies, concordia vigebant: boni mores domi militiæque colebantur: jus bonumque apud majores noſtros, non legibus magis quam natura valebat: cives cum civibus de virtute certabant: in ſuppliciis divinis magnifici, domi pacifici, in amicos fideles erant: duabus his artibus, audacia in bello, & ubi pax evenerat æquitate, ſeque remque publicam curabant. Hac igitur felicitate temporum, tum illi multi florenteſque coruſcantibus miraculis Beati, Joannes Cantius, Simon Lipnicius, Staniſlaus Caſimirius, in ſola Cracovia; plures per alia loca, ut S. Caſimirus Vilnæ, virtute clarebant. Tum etiam noſter B. Ladiſlaus natus eſt, quando religionis ſtatus in flore ſanctitatis uberrimos producebat fructus; quando virtutis honos in amplexu & favore omnium fuit; & honeſta vitæ ratio in pretio apud mortales erat. Proinde animus viri ſancti, jam inde ab ineunte ætate, ad ardua virtutis ſpecimina, divina inſpirante gratia proclivis, facile exemplo bonorum omnium accendi poterat; domeſticæque pietatis radii ubique locorum fulgentes, poterant ſine dubio idoneam mentem ad vitæ ſanctitatem amplectendam inflammare, ſecundum illud Pſalmi XVII, Cum ſancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris.

felicissimo & quietiſſimo tempore.

E

CAPUT II.

Ordinis Minorum de Obſervantia adventus in Poloniam.

11 SEcuti verba Doctoris gentium S. Pauli, jam vidimus, Primum animale, deinde quod ſpiritale; hoc conſequenter conſiderandum eſt. Nemo neſcit, cum quiſpiam, remiſſo nuntio mundi illecebris, vitæ religioſæ ſeipſum mancipaverit, mori mundo, & vivere Chriſto dicitur, ſicut ille qui aiebat ad Galat. II, Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Quare, qui mundo moritur, vitæ mundanæ finem accipit; illius inquam vitæ, quæ multum cum animalibus brutis habet conſortii; vivere autem incipit Chriſto, & eam vitæ conditionem amplectitur quæ Angelorum ſorti proxime accedit. Ergo qui vitam alteram inchoat ducere, naſci eum oportet: nam nullus vivet, niſi prius naſcatur. Naſcitur autem moriendo mundo, & adhærendo Chriſto; cui qui adhæret, unus ſpiritus efficitur cum eo. Talis porro vitæ ſeminaria ſunt Religiones variæ, ab Eccleſia approbatæ, quales ſunt præcipuæ quatuor, à quatuor Fundatoribus & Regulis cælitus datis denominatæ, videlicet S. Baſilii, S. Auguſtini, S. Benedicti, S. Franciſci: è quibus tamquam è fontibus ceteræ originem ducunt, in quibus viventes vitam Angelicam vivere dicuntur, utpote mundo, ſibi, & carni mortui, per illa tria eſſentialia vota; obedientiæ, per quam ſibi; caſtitatis, per quam carni; & paupertatis, per quam mundo moriuntur.

Inter Religioſa inſtituta varia,

F

A VINCEN. MORAUSKI. *Poſt ordinem Minorum à S. Franciſco inſtitutum & multiplicatum,*

12 Hoc loco prætermiſſis aliis, ago enim de ſanctiſſimo viro profitente Regulam S. Franciſci, de ſola Religione Fratrum Minorum pauca commemorabo; & de ea ſolum, quæ per Beatos Bernardinum Senenſem & Joannem Capiſtranum primævæ Obſervantiæ reſtituta eſt. Ordo itaq; Fratrum Minorum ab humilitate, ſic à ſuo Fundatore S. Franciſco appellatus, jam per ducentos & amplius annos ſumma laude ſanctitatis florebat, totum fere orbem ſuis monaſteriis replens. Abundabat multitudine Fratrum, ita ut adhuc S. Franciſco vitam mortalem agente, ad unum Capitulum quinque millia Fratrum convenirent; & in eodem Capitulo, alii quingenti ad Ordinem recepti fuerint. Erant tunc operarii non pauci in vinea Domini, ad meſſem ſemper parati, ut cum exultatione comportarent manipulos ſuos in horreum Domini ſui. Jam cælo inſeruerat S. Antonium, S. Bonaventuram, S. Ludovicum, S. Bernardinum, plurimos Martyres & Confeſſores, innumeros miraculis clariſſimos, alios calamo, lingua, ingenio, virtute, & ſanctitate refulgentes, ſicut ſtellas in cælo colebat.

13 Sed multo amplius, clarius, & perfectius, circa annum Domini milleſimum quadringenteſimum
B quadrageſimum, cum jam reductione facta per S. Bernardinum & B. Joannem Capiſtranum, ad primævum inſtitutum quoad obſervantiam voti paupertatis, obtenta nova, clara, ſecuriore & perfectiore declaratione Regulæ à Martino v, refloruiſſet Ordo; tamquam frugifer hortus poſt deciduam pluviam; flores odoriferi apparuerunt in terra noſtra; ita ut plurimi Fratres, mirabilibus mundo factis & ſanctimonia vitæ conſpicui viri, ex ſolis Obſervantibus ultra ſex millia recenſeantur in tabula, omnes in hodiernum uſque diem miraculis coruſcantes, quorum memoria, monumentis litterarum conſecrata, in manibus habetur. Quidam enim auſteritate vitæ, quidam ſcientiarum laude, nonnulli ſedula in convertendis gentibus cura & opera, univerſum fere mundum in admirationem ſui & amorem traxerunt. Hinc Reges, Principes, Duces, regna, provinciæ, civitates ſocietatem eorum appetere, conſortium expoſcere, & ad ſuos penates invitare; offerre ad inhabitandum loca, monaſteria ædificare, templa erigere; eleemoſynas rerum omnium, ad victum & amictum neceſſariarum, ſufficienti abundantia ſuppeditare; ſumma ope niti, ut ſibi concreditorum po-
C pulorum civitates, oppida, villas, tamquam viris Deo acceptiſſimis exornarent, & ad virtutem optimamq; vivendi tationem eorum exemplo commoverent, ſimulque apud Deum exoratores & amicos ſuarum Provinciarum conſtituerent.

& poſt novam obſervantiam introductam,

14 Quod etiam conſilium noſtri quoque Regis Caſimiri Jagelloniadę mentem inceſſerat, & vehementer accenderat, ita ut poſtquam audiret B. Joannis Capiſtrani opera & plantationes in Germania, ſolennes nuntios ad eum deſtinaret, inſtando multis precibus, ut ſuum quoque regnum viſitare non dedignaretur, ſuoſque Fratres & diſcipulos ſuo regno concederet. Erat B. Joannes Capiſtranus, excellenti doctrina & eximia ſanctitate præditus, & pro tempore illo Sedis Apoſtolicæ cum plenitudine Legatus factus, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor inſtitutus. Multa inerat viro gravitas, profunda rerum divinarum ſcientia, in rebus gerendis ſumma dexteritas, miraculorum quoque per frequentes occaſiones exhibendorum cælitus collata vere poteſtas Apoſtolica, libertas dicendi, ſpiritus ardens; ſed vel maxime vis quædam deſuper infuſa aderat homini illi, ad homines in viam ſalutis reducendos, & à ſemitis iniquitatum removendos. Quibus ille artibus maximam ſui nominis gloriam comparaverat in omnibus locis, in quibus aliquando converſatus fuerat. D

à Rege Caſimiro,

evocatus B. Ioannes Capiſtranus,

15 Vix fama Cracoviam pervenerat, & advenire novos Patres ſignificaverat, cum ecce verbum pervenit ad Regem ipſum, & cor ejus tetigit. Mox il- *Cracoviæ excipitur;*
le ſurrexit de ſolio ſuo, exultavit ut gigas ad currendam viam, & progredi obviam Chriſti famulis in ſuum Regnum venientibus ſtatuit. Ea quoque fama Procerum Civiumque auribus illata, Regis exemplum omnibus imitandum propoſuit. Fit concurſus hominum ingens hinc inde proſilentium. Rex ipſe, tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, numeroſiſſima cinctus familia, deſcendit ex arce. Præcedebant plurimi auro fulgentes, ipſe medius inter duos præcipuos, vultu amabilis, lætitiam ex adventu novorum hominum conceptam præſeferens, ibat; ſequebantur innumeri; cingebant latera ferreis haſtis armati, corporis cuſtodes. Magiſtratus civitatis, Clerus omnium eccleſiarum, Religioſorum cohortes, ſtudioſorum agmina, plebis copioſa multitudo, ſequebatur veſtigia Principis. Aderat in illo ſplendido concurſu Sereniſſima quoque Regina, Sophia Regis mater, magnam pietatis laudem promerita femina cum ſuo comitatu, magna illuſtrium feminarum circundata corona. Non pauci Principes. Duces, Barones, Senatores, Proceres, & Conſiliarii E
Regis, qui una cum ſuo Rege proceſſere obviam Patribus illis, egreſſi non ſolum extra mœnia Urbis, ſed ultra quoque Clepardiam, oppidum ingens, Cracoviæ adiacens, loco junguntur.

cum piis Fratribus,

16 Et ecce procedunt cum ſuo Duce, pauperes & egeni Regis cæleſtis famuli, greſſu humili, capite inclinato, oculis in terram fixis, manibus invicem complicatis, facie per inediam extenuata, corporibus ex itinere feſſis; pedibus nudis. Corpora tegebat ſimplex veſtis ex rudi lana confecta; funis lumbos cingebat, & paupertatis inopia omnibus inhærebat. Stupor pectus Regium invaſerat, & auſteritas illa raro viſa in Regno noſtro omnium oculis obſervabatur. Mirari omnes & profunda emittere ſuſpiria; Deum Omnipotentem mirabilem in Sanctis ſuis eſſe agnoſcebant: nonnullis etiam in mentem veniebat, vitam illam, licet auſteram, multorum dignam imitatione. Quibuſdam etiam in memoriam ſuccurebat, Patres ipſo exemplo ſolide demonſtrare, anguſtam eſſe portam quæ ducit ad vitam, latam quæ pandit iter ad perditionem; Dei tandem eſſe & non negligere humanam ſalutem, & voluptati & concupiſcentię ab hominum mentibus eradicandę fortes & F
non leves ſubmittere operarios; docere eos exemplo, quod ab aliis docebantur verbo. Ire fortes, ire felices jubent, inceptis pares eventus reddere, favorem & benevolentiam, liberalitatem in largiendis à ſe eleemoſynis ſperare.

Regem alloquitur:

17 Adſunt, & jam lateri Regio proximi greſſum ſiſtunt. Prodit in medium dux illorum Joannes Capiſtranus. Salve, inquit, Rex inclyte. Tibi ac Tuo Regno, ad laudem Dei & Eccleſiæ reformationem, novos ſiſto milites, nullius alterius prædæ niſi ſalutis Tuæ, & Tuorum cupidos. Bonorum temporalium non egent, nec villarum aut prædiorum deſiderio ardent: paupertatis cultores, ſolo victu & amictu contentos; habebis, mole negotiorum Regni oppreſſus, continuos apud Deum exoratores; & ſi ad opus aliquod invitaveris, ſtrenuos agnoſces operarios, impigros, manuque promptos ſervitores. Hos cape & fove, Tuæ Tuorumque ſubditorum ſalutis promotores. Ille cujus ſecuti exemplum vivimus, Tuo pectori Regio, nos commendatos exhibeat, & noſtri apud Te, o Rex, & apud Tuos curam agat. Dixi. Ad ea Rex per ſuum Cancellarium breviter, gratias ſe Deo agere omnium bonorum auctori, Sedi quoque Apoſtolicæ multum debere,

A debere, cujus beneficio hoſpites tam gratos liceat intueri, reſpondit. Daturum ſe operam, ut eos non pœniteat itineris in regnum ſuum, non ſine gravi moleſtia ſuſcepti. Non dubium eſſe. Ordinem illum brevi temporis intervallo felices ſucceſſus in Regno ſuo experturum. Converterent quoque oculos ad multitudinem hominum ſibi occurrentium; ex quibus plurimi illorum provocati exemplo, virtutis & probitatis ſint ſecuturi palæſtram. Provoluti tandem ad genua Regis, ab eodem paterno complectuntur affectu. Tunc dextræ interjunctæ, Patres illi à notis ignotiſque benigne & hoſpitaliter ſalutati, lætuſque dies omnibus factus. Prætereuntibus varios cœtus hominum, templaque, quidquid animo occurrit, precantur, Ut illud agmen fauſtum atque felix in patriam ſuam mittat Deus, & creſcere in multa millia faciat. Sed vel maxime Beatus adoleſcens Ladiſlaus, Joannes tunc ex baptiſmo à ſuis parentibus vocatus, conſiderabat diligenter Ordinis hujus Fratrum vitæ auſteritatem, converſationis ſanctitatem, Verbi Dei ferventiſſimam proclamationem, juſtam religioſi muneris functionem; è contrà vero mundi fraudulentiam, omniumque in eo contentorum vanitatem. Introductus itaque B. Capiſtranus Cracoviam, in hoſpitio quodam Circuli Cracovienſis collocatus, tam diu permanſit, donec locus proviſus eſſet pro conventu eccleſiaque fabricanda.

ab eo aliisque admitti tur,

hoſpitio aſſignato.

B

CAPUT III.

Ordo Fratrum Minorum Cracoviam introductus: Varſaviam deducta colonia.

18 DEducta colonia familiæ D. Franciſci de Obſervantia Cracoviam, incredibile memoratu eſt, quam facile creverit. Opus enim erat dexteræ Excelſi, cujus opera magnifica ſemper habentur, & fiunt mirabilia in oculis noſtris. Igitur introducti Fratres illi in locum ſibi deſignatum, omnibus viribus & toto pectore in virtutis ſtudium incubuere. Divina officia media nocte ſurgentes ad confitendum nomini Domini, celebrare, cantu religioſo & eccleſiaſtico more, oratione continua, ardenti divini verbi prædicatione, & ferventi ad bona opera exercenda exemplo præire, & exhortatione frequenti accendere, omnibus ad ædificationem lucere, odorem ſuavem bonæ converſationis diffundere ſtuduerunt. Jam vero vitæ auſteritas, morum gravitas, animi profunda ſubmiſſio & mentis humilitas, totius corporis membrorum modeſta compoſitio, ſancta quoque & exemplaris cum hominibus converſatio; tum etiam veſtimentorum aſperitas, ad frigus ſolummodo arcendum, non ad ornatum adhibita, omnibus in oculis eſſe cœpit. Inſinuans memoriæ hominum, Anguſtam eſſe viam quæ ducit ad vitam, planam & ſpatioſam quæ ad interitum. Hinc frequentior uſus Sacramentorum fieri, templa copioſiori multitudine impleri, ad conciones devote audiendas ingentes hominum concurſus congregari, virtutis uberes ſegetes conſurgere, herbæ inutiles vitiorum arefactæ perire, pietatis pullulare flores, & probitatis matureſcere fructus inchoant.

Ob pia exercitia

C

19 Maxime autem juventus, flexibilis ſuapte natura ad omnia; ſed cum auctor adeſt, etiam ad virtutis & pietatis palæſtram ſubeundam prompta & proclivis; vitæ illius religioſæ, primo ſtupore & admiratione capi, jam vero amore trahi, tandem ad imitationem ſtimulis cælitus immiſſis allici & impelli. Quare plurimi ſpretis mundi illecebris, jugum illud leve & onus dulce, ſuis cervicibus imponendum flagitant; renuntiant mundo, & religioſæ militiæ ſacramento obligari concupiſcunt: terga objiciunt ſeculoribus deſideriis, fronte vero hilari excipere novæ vitæ novum inſtitutum geſtiunt: periculoſam navigationem mundi contemnunt, tutiorem vitæ ſtatum, quaſi portum ab omni mundanarum ſolicitudinum tumultu alienum, & quietem cælicolis ſimilem eligunt. A die vigeſima octava menſis Auguſti, quæ dies celebrandæ feſtivitatis D. Auguſtino ſacræ deſtinata eſt, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto quaque B. Joannes Capiſtranus cum ſua militia Cracoviam ingreſſus eſt, uſque ad diem nonam menſis Februarii S. Apolloniæ martyrio condecoratam, numerus Fratrum illorum mirum in modum eſt auctus: ita ut in proceſſione publica eo die, pluſquam octoginta Fratres comparuerunt, aliis nempe officialibus & occupatioribus reliquis in conventu interim detentis. Videre tunc licuit matrem filiorum lætantem, & novellam illam plantationem tantum ſui augmentum cœpiſſe, non ſine admiratione & ſtupore conſpectui omnium apparuiſſe.

allecti multi habitum S. Franciſci accipiunt.

20 Tempus erat in diebus illis, nuptiarum Regalium ſolennitate celebre. Rex Caſimirus matrimonialis amicitiæ indiſſolubili vinculo, Eliſabetham, Alberti Auſtriaci Imperatoris filiam, ſibi copulari per Legatos petierat. Gratus Imperatori Legatorum adventus erat, Regis quoque juſtum deſiderium haud ſuis fruſtratum optatis. Filia in matrimonium data, mundo muliebri & dote ſatis ampla optime inſtructa, mittitur cum Legatis in Poloniam. Novæ ſponſæ advenienti obviam procedit Rex ampliſſimo comitatu cinctus: ſed cum multa ad excipiendum novæ Reginæ adventum, Regio ſplendore conſpicua, edita cernerentur ſpectacula, vel illud maxime admirabile omnium oculis videbatur, Ordinis Minorum de Obſervantia Fratrum, nuper in Poloniæ regnum introductorum, tam brevi temporis intervallo multiplicatorum, effuſum obviam novæ Reginæ de ſuo conventu agmen. Nec mirum cuipiam id fieri debet: ſola enim Academia Cracovienſis, intra paucos menſes, centum triginta & amplius optimæ indolis juvenes piæ matri, fœcunda ipſa parens, feliciter ſuppeditaſſe dicitur: quorum alii ſupremo magiſterii gradu illuſtres, nonnulli prima laurea inſignes, plerique ſtudiorum & artium liberalium encomiis celebres erant. Hi omnes poſtpoſitis mundi illecebris, aratro in agro Dei manum impoſuere, & ita felici ſucceſſu incepto operi invigilavere, ut minime retro reſpiciendum ducerent, ſed ad altiora ſemper Euangelicæ perfectionis cacumina arreptum iter tenerent.

A. VINCEN. MORAUSKI.

Reginæ Eliſabethæ ſponſæ

E

obviam progreſſi,

130 Cracoviæ admiſſi,

F

21 Arſit eâdem flammâ B. Ladiſlaus, qui hujus ſanctiſſimi Ordinis inſtitutum attenta conſideratione animadvertens, quam primum illorum conſortio adjungi feſtinabat. Diſplicebat optimo juveni fucatus mundi ſplendor, & ſordeſcebat in naribus ejus temporalium bonorum fœtidus odor: auſteritas illius vitæ, ſanctitas & pietas Euangelicæ perfectionis, animo illius inſederat. Et jam mente totus in religione fuit, ſtudia interim cœpta in Academia continuans, tempus tantum & occaſionem beatus juvenis obſervabat: quod poſtea divinitus oblatum, utriſque manibus & pedibus, ut ajunt, arripuit. Erat quoque ad nuptias illas invitata Anna Duciſſa, Vladiſlai jam pro tempore illo defuncti Ducis Mazoviæ conſors, magni nominis mulier. Hæc ubi vidit Fratrum Minorum de Obſervantia brevi temporis ſpatio multiplicatum numerum, & modica illa grana feliciſſime in uberes creviſſe ſegetes, in vehementem rapta admirationem, confeſſa fuit, Digitum Dei id effeciſſe, cujus ea vis eſſet, ut det frugum incrementa,

non ſine pio Ladiſlai motu,

à Duciſſa Mazoviæ

A. VINCEN. MORAUSKI.

& de paucis granis pinguiſſimos conſtituat acervos. Inde diligenti perſcrutata ſtudio & cura, quod inſtitutum vitæ, qui mores Fratrum, quæ obſervantia, & qui curſus rerum; edocta, homines eſſe pietati addictos, mundi contemptores, pauperes ſpiritu, Divini verbi ferventes prædicatores, vitæ religioſæ & Euangelicæ perfectionis ſectatores; rata eos ſubditis ſuis ad bonum exemplum fore, Varſaviam, ubi tunc defuncto Principe vidua degebat, deducendos propoſuit.

Varſaviam deducti,

22 Vocato itaque ad ſe B. Joanne Capiſtrano, mentem ipſi ſuam aperuit: cordi ſibi eſſe, quam primum in ſuo Ducatu D. Franciſci deductam familiam ſpectare: id Eccleſiæ Dei & Ordini multum profuturum, ſibi quoque eam curam ſuſcipiendam, ut promovendo Ordini in nullo negotio defuturam oſtendat mentem: petere ad hæc inſtanter, ne ſuum deſiderium differendum velint; ſed potius una ſecum mitterent, quos duceret Varſaviam. Datur locus piæ petitioni: eliguntur de numero Fratrum certi: Frater Jacobus de Glogovia in Guardianum præficitur, cui alii ſex ſocii adjunguntur. Comitantur Duciſſam, Varſaviam uſque veniunt, locum ab ea oblatum recipiunt, quem hucuſque in præſens obtinent,

conſtruunt conventum

B

Deo vota ſua perſolventes, & ſemper ſanctæ converſationis ſuavem odorem diffundentes. Parum ſcilicet in initio ſtructura illius conventus ſucceſſerat, nam

& eccleſiam

fodientibus terrâ fundamentalis ſoliditas nullo pacto reperiri potuit. Jamque animus defecerat proſequendi fabricam eccleſiæ: ſed apparente S. Anna matre Virginis Dei genitricis, & admonente ut pauliſper foderent, reperta eſt arida firma, ſuper quam excellens templum, ſub titulo ejuſdem S. Annæ firmiter ædificatum, uſque in hodiernum diem perſeverat. Et ſicut Cracoviæ ita & Varſaviæ, in ſecundo conventu hujus Regni Poloniæ, Ordo ille paucis interjectis menſibus copioſo auctus operariorum numero extitit. Ad hunc conventum beatus juvenis Ladiſlaus, neſcio qua occaſione properare decreverat: credo quia Cracovienſis conventus ſatis abunde pollebat numero Fratrum, eum ad novam Coloniam augendam per ſuperiores Ordinis Cracovia Varſaviam directum; aut certe Spiritu ſancto omnia ſuaviter diſponente, qui cum alios Sanctos Cracoviæ deſignaret retinendos, Varſavienſi conventui & Maſoviæ Ducatui hunc ſanctum juvenem deſtinatum, ad locum ſibi veniſſe deſignatum, & impenſe petiiſſe recipi in Fraternitatem Ordinis; adeoque ardenter petendo inſtitiſſe, ut ejus petitioni locus relinqueretur, & ipſe in Ordinem reciperetur, magno commodo & emolumento Eccleſiæ Sanctæ Dei & Ordinis.

futurum B. Ladiſlai domicilium.

C

CAPUT IV.

B. Ladiſlai recepio in conventu Varſavienſi, futuræ ſanctitatis argumenta & indicia.

23 LIberi jam hinc & à mundi fallaciis erepti B. Ladiſlai res, in Ordine ſancto ſancte pieque peragendæ. Receptus in Ordinem omnium Fratrum conſenſu & favore ipſis Kalendis Auguſti, quæ dies celebris habetur feſtivitate Vinculorum Principis Apoſtolorum Divi Petri, fauſtum omen, è die Divoque cui dicata dies eſt, ſe nactum ratus eſt B. Ladiſlaus; vere fauſtum omen & futuræ veræ ſanctitatis lucidum argumentum. Die namque illa, ſoluta ſunt de membris Divi Apoſtoli Vincula, cuſtodes decepti & ſomno capti, fores apertæ, portæ patentes, hoſtium fruſtrata expectatio, & ipſius Tyranni Herodis eluſa crudelitas: Eccleſia libertate Apoſtolica gaviſa, & omnis fidelium cœtus ſuarum orationum felicem ſortitus exitum. Angelus enim Domini Petro ad-

In feſto S Petri ad Vincula

fuit, dormientem excitavit, è vinculis eripuit, portas aperuit, liberum immunemque eduxit. Id quoque B. Ladiſlao à Patre luminum præſtitum eſt: dirupta ſunt vincula ejus, eductus de carcere mundi: laqueus contritus eſt, & ipſe liberatus eſt de laqueo venantium; quia adjutorium ejus fuit in nomine Domini. Adfuit Angelus Domini, & inſpiravit in aurem Beato juveni, Quouſque, mundi hujus detineberis vinculis? quouſque, bone juvenis, inter cuſtodes bonorum temporalium demoraberis? quouſque conſortio hominum ſecularium periculoſe gaudebis? Mundus carcer eſt tenebroſus: ejus bona & occupationes, vincula ferrea: bonorum illius cuſtodes homines ſunt, ſalutis ſuæ & æternæ felicitatis parum memores. Tu ſurge, & ambula. Quò? Ad Ordinem Minorum de Obſervantia, auſteritate quidem vitæ difficilem, ſed cæleſtium bonorum contemplatione & bonorum conſortio Fratrum ſuavem & jucundum. Eja, juvenis, ſcintillas illas pietatis, tuo pectori ab ipſa tenera ætate inditas, nunc excita in flammam divinæ caritatis ardentem. Creſcant igniculi illi in magnum incendium. Jam illa lucerna, pridem Spiritus ſancti gratia accenſa, ponatur ſuper candelabrum Ordinis, ut luceat in poſterum omnibus qui in Domo Dei ſunt. Tuum eſt, ſi vir es, regnum cælorum: erige te, & Deum ſequere ducem, qui clarum hoc fore caput, divino ſanctitatis lumine circumfuſum, mundo exhibebit. Nunc te cæleſtis excitet flamma, nunc expergiſcere vere. Ecce hi qui in hoc Ordine ſunt, jam regnant mente & affectu cum Deo, & Deus cum illis.

D

B. Ladiſlaus Religioſam vitam eligit:

E

24 Audivit ille vocem Domini, nec obduravit cor ſuum. Venit ad portam conventus, pulſat, aperitur porta; & quid velit, quæritur. Ducite me, inquit, ad Superiorem veſtrum, petitionem unam grandem ad eum delaturus ſum. Fit ſatis petitioni ipſius, admittitur in conſpectum Superioris; quem ubi vidit, rubore virgineo ſuffuſus, ad genua ejus procidit. Cujus manu ſublevatus, quid peteret interrogatur. Fugio inquit, mundum & concupiſcentiam ejus, veſtrum expoſco conſortium. At juvenis es, anni vitæ tuæ horridam conſuetudinis noſtræ non poterunt ſuſtinere conditionem: tenerum quoque corpus vigiliarum, inediæ, algoris, frigoris, quomodo patiens erit? Omnia ſe poſſe in Chriſto beatus juvenis reſpõdit, vincula mundi omnia diſrumpẽda: adeſſe Angelũ pacis, & Deum ipſum bonæ voluntatis promotorem: Divum etiam Petrum ſuis conatibus affuturum, & ab illo tempore Patronum ſuum fore: cælum apertũ & Jeſum ſtantẽ in auxiliũ S. Stephano viſum, omnibus ſincere ſibi ſervientibus eumdem favorẽ præſtiturum.

petit admitti

F

25 Ergo nomen ejus in catalogo Fratrum reponitur. Exuitur veſtimentis ſecularibus, & confeſtim ipſe quoque exuit veterem hominem cum actibus ſuis. Induitur aſpero cilicio & vili tunica: ſed ſimul induit Chriſtum Dominum, cæleſtem hominem, cæleſtis futurus incola. Admittitur in caſtra, & Chriſtianæ militiæ ſacramento obligatur acerrimus juvenis. Ponitur in acie pugnantium tiro fortiſſimus, poſt breve tempus, non ſolum miles ſtrenuiſſimus Chriſti, ſed Dux etiam exercitus futurus. Præcingitur cingulo puritatis, fune forti, & ſimul armatur thorace auſteritatis. Sumit caputium ſuper caput ſuum, galeam ſalutis, divinæ contemplationis efficax præſidium. Arripit gladium mortificationis, in omnibus imitaturus D. Petrum Apoſtolum, Petro quoque patre genitus. Atque ita manciparus ſancto Ordini, haud otio indulgendum ratus [imitabatur] granum illud felix terræ benedictæ injectum, mortificari cœptum, imo mundo mortuum, ut poſtea plurimis proferendis fructibus aptum fieret, plantatum

religioſo habitu induitur,

in

A in domo Domini in atrio ſancto ejus. Dum ſe humilem in omnibus exhibet, defluentes in convallem pectoris ſui divinæ gratiæ rivos agnoſcit. Aſſurgere majoribus natu, obedire Superioribus, non invidere junioribus; in templo, in choro, in oratione frequens adeſſe; modeſte in omnibus agere, prætereuntibus caput inclinare, nemini contradicere, virtutis exempla ſectari, flagellationibus corpus caſtigare & in ſervitutem redigere, in omnibus ſeipſum bonum & diligentem novitium exhibere.

pius moribus excellit:

26 Expleto anno probationis, cum jam tempus adveniſſet perpetuæ emittendæ profeſſionis, precibus Superiores, Patres, Fratres, omnes fatigare, ut ſe quam primum, æterno & inviolabili profeſſionis fœdere, Deo & Ordini alligatum, vitam incipere paterentur: eam ſibi mentem eſſe, ut numquam ad ſeculum redire velit, ſed divino mancipatus obſequio vitam uſque ad ultimam fatalem periodum in Ordine ducat. Quare revoluto anni circulo, in eadem D. Petri feſtivitate, ſub vexillo Divi Franciſci, prælia Dei continuo conflictu pugnaturus, æternus Chriſti miles conſtituitur, & fortiſſimo Profeſſionis nexu, Fratrum conſortio adjungitur. Vincula Chriſti & religionis onera pedibus affectuum injicit, ſilentium perpetuum concupiſcentiis ſenſuum indicit: Regu-

profeſſionem emittit

B læ, Conſtitutionum puritatem; exercitiorum Religioſorum, Ordinationum præcepta, ad amuſſim obſervanda contendit: Ordinem Minorum de Obſervantia cum toto affectu recipit & profitetur. Et quidem adeo in illo gloriabatur ſtatu, ut quaſi capta præda victor triumpharet, & ſui conflictus militiæque inchoatæ memoriam continuo retinens, exultaret; quod his verſibus teſtatus eſt:

anno 1462:

Anno milleno, quadrin, ſexinque ſecundo.
Vincula ad alma Petri accepi, vincula clauſtri.
Me Petrus genuit Gielnovin, Petrus & almus
Clauſtro me clauſit, ſolus mea vincula ſolvit,
Grates reddo Deo, cantando cum Cytharista:
O Deus, en dirupiſti mea vincula cuncta:
Ut bene perficiam, gratia ſit miſero.

27 Tum emiſſa confirmatus Profeſſione, prodiit in aciem fortis athleta Chriſti, ſumpſit in manus ſcutum fidei & munimenta ſuæ Regulæ cum declarationibus Summorum Pontificum, & hæc ſtatuit firmo propoſito retinenda. Armatur itaque Chriſti miles ea mente eamque ſumit voluntarem, ut in omnibus clauſuris & præceptis ſui inſtituti leges conſervet inviolabiles, & ſic vitæ religioſæ curſum

C dirigat, ut mortem potius oppetendam quam contra ſui inſtituti ordinationes contraveniendum ſtatueret. Adhibendas quoque aliarum virtutum ſocietates ad illud propoſitum ratus, fœdus amicitiæ cum probitate junxit, exempla omnium virtutum ſectatus. Quod in aliis optimum videbat imitatione, in ſuo pectore illud excitare ſatagebat: ſic Regulam ſuam in omnibus obſervando, votorum religioſorum memor, Angelicæ caſtitatis florem in ſuo ſplendore & odore ſervavit perpetuo. Obedientiæ adeo addictus, ut in nulla re voluntati propriæ morem gerere præſumeret. Paupertatis vero adeo ſtudioſus cultor, ut præter Chriſtum eumque crucifixum, nihil ſciret nec haberet.

in virtutibus omnibus exercetur:

28 Hinc factum eſt ut curſu illo veloci, ad altiſſimum perfectionis verticem, cito perveniret; præriperetque palmam ceteris Fratribus, in omni ſanctitate & juſtitia, omnium virtutum factus ſpeculum; & donorum cæleſtium opibus abundans, non ſolum Ordini ſuo effectus gratus & acceptus, ſed & totius populi vehementiſſime in ſe accenderet ſtudia. Fit enim ut Deus omnipotens, ſuis ſervitiis inhiantes, gratiæ ſuæ incrementis foveat, & eunctis amabilem exhibeat. Utrumque autem conſecutus fuerat beneficium B. Ladiſlaus, quem ob varias animi virtutes, omnes ſummo proſequebantur amore, & tamquam virum ſanctitatis gloria illuſtrem, omni cultu & reverentia ſunt venerati. Deus etiam omnipotens, ubi agnovit gratiam ſuam non eſſe in homine illo vacuam, ſed ſemper tendere ad altiora; addebat calcar currenti; & de virtute in virtutem procedendi ardens deſiderium inflammabat. Factumque eſt ut B. Ladiſlaus, inter ſuos vir perfectiſſimus & ſanctiſſimus haberetur, omniumque Patrum ac Fratrum oculis ejus ſanctitas diligentiſſime obverſaretur; à populo quoque omnium voce magnæ ſanctitatis alumnus, & omnium virtutum diligentiſſimus cultor judicaretur. Atque ita Deo gratiſſimus, Ordini acceptiſſimus, populo religioſiſſimus eſt viſus, habitus & reputatus. Et hæc de ejus converſionis principio dicta pro nunc ſufficiant.

& inſigniter proficit,

A. VINCEN. MORAUSKI.

CAPUT V.

Sacerdotium. Variæ Præfecturæ adminiſtratæ. Conſtitutiones conditæ.

29 PRogredior & cœptum produco opus: neque enim bonus Chriſti miles, ſolummodo in principio ſuæ converſionis, ſeſe ſtrenuum exhibuit bellatorem, verum magis ac magis creſcere multo labore, vigilantia, ſolicitudine, multaque cura ſatagebat: ideo multis & admirandis hic beatus Pater Ladiſlaus virtutibus plenus erat, vixque aliquam ſibi deeſſe omnibus palam fuit. Quod inde facile colligi poteſt: ſi quidem in illis primordiis Obſervantiæ Regularis ſuſcitatæ, omnes virtutibus certare ſtudebant, & unus alium præire bonitate curabat. Plurimi ſanctitate conſpicui, miraculiſque præclari; multi cum ſanctimonia vitæ, doctiſſimi in omni ſcientia; non pauci nobilitate generis, adjunctis ſibi jam dictis donorum fulgoribus, præſtantes, in hac provincia Polona Obſervantiæ Regularis extiterunt. Inter omnes tamen hic beatus Pater Ladiſlaus, ſicut ſol inter ſtellas micantes lucebat; & in tantam claritudinem pervenerat, ut ſuis omnibus vehementer carus, malis & dæmonibus terrori eſſet. Ac ſane quod difficillimum in primis eſt, & prælio in debellandis animæ hoſtibus & vitiis profligandis ſtrenuus erat, & bonus conſilio in avertendis inimicorum inſidiis.

Inter ſanctos ſanctiſſimus,

30 Factus Presbyter, pollens viribus eloquentiæ, ingenio validus, non ſe luxui neque inertiæ corrumpendum dedit; ſed ut mos Ordini huic eſt, toto ſpiritu & corpore Deo deſervire, animum contemplatione, corpus labore & exercitiis variis occupare, de rebus divinis & bonis cæleſtibus cum æqualibus & colloquio & diſcurſu certare. Et cum in ceteris omnibus reliquos gloria virtutis anteiret, omnibus tamen carus erat. Ad hæc pleraque tempora in orando agere, leonem infernalem circuientem, & quem devoret quærentem, atque aliorum vitiorum crudeles feras, primus & in primis ferire, ab anima ſua repellere, & exemplo ſuo alios ad id præſtandum inducere: plurimum facere, & minimum de ſe loqui. Quibus omnibus rebus Ordo Minorum initio lætus, exiſtimabat, virtutes illas B. Ladiſlai, Ordini ſuo gloriæ fore. Unde quia manu promptus & appetens virtutum gloriæ erat, in ſublimi culmine honorum, officiorum, regiminum, & dignitatum Provinciæ ſuæ collocare, & eum gubernandæ Provinciæ præponere ſtatuit. Qui ut erat impigro & alacri ingenio, commiſſo ſibi Magiſtratui in nullo deeſſe voluit. Omnes fere res difficiles & aſperas per eum Ordo agere, in amicis habere, magis magiſque eum indies amplecti cœpit: quippe cujus conſilium neque cœptum fruſtra erat. Huc accedebat animi magnitudo

Sacerdos conſecratur;

ſolers in negotiis Ordinis peragendis;

E F

A. VINCEN. MORAUSKI. gnitudo religiosa humilitate exornata, & ingenii solertia in procuratione negotiorum Ordinis toties exhibita; quibus rebus sibi multos ex utriusque status conditione homines familiari amicitia conjunxerat.

inter plurimos in ordine excellentes.

31 Ea tempestate in Ordine Minorum de Observantia fuere complures boni atque præstantes viri, quibus honestæ artes & virtutum studia, optimique in Religione mores, divitiis & omnibus mundi bonis potiores fuere: domi zelosi & ferventes Christi imitatores, apud exteros clari & honesti, qui non mediocrem laudem meruerant sanctitatis. Inter omnes tamen, sanctitas B. Ladislai primam obtinebat cathedram. Atque vel inde hujus viri sanctitatem intueri licet. Cum enim illâ memoria Ordo Minorum in regno Poloniæ, recenti in multis locis fundationis afficeretur beneficio, id vel maxime in exortu suo curare habuit, ut omnium virtutum gloria excelleret. Omnibus itaque in virtutis studium toto pectore incumbentibus, varia cælitus dona conferebantur. Alii gratia curationum, nonnulli interpretatione sermonum, pars scientia & cognitione rerum variarum, ecclesiæ Deo deserviendo, omnium in se vultus obtutusque converterant. Manat toto
B regno rumor: famulos Dei ad cælum laudibus ferunt. Familiam unam subjisse pietatis jugum bellum, quod omnibus inest adversus rectores tenebrarum harum, quasi præcipue in privatam Ordinis illius curam, in privata illorum arma versum: si sint plures ejusdem fortitudinis in gente nostra status, populo Dei tranquillam vitam agente, omnes animarum hostes subigi, & vitiorum monstra facile subjici posse. Ea tunc fama sanctitatis Ordinis Minorum de Observantia fuit; quamquam omnium hominum memoria, ad nostrum usque seculum, odor illius minime exoleviſſe dignoscitur. Numquam exercitus Christi, neque major numero, neque clarior fama & admiratione hominum, in nostro regno incessit.

aptissimus ad regimen habetur:

32 Inter omnes tamen B. Ladislaus repertus est, cui Ordinis hujus sanctissimi gubernacula relinquerentur. Sæpenumero ad gubernandum Ordinem in regno existentem, ad retinendam perfectam & sinceram Observantiam, ad custodiendos & augendos bonos mores electus, ita se gessit, ut semper dignior ad clavum in Ordine tenendum judicaretur. Omnium consensu inibat Magistratum: & si aliquando eodem se abdicare cuperet, iterum ad subeundam
C gubernandi provinciam omnium desiderio compellebatur, frequenterque imperium eidem in Fratres prorogabatur. Id testatur rerum gestarum memoria, ad nostra usque tempora prolata. Vicariatus Provincialis officio in toto regno Poloniæ quinquies functum fuisse, cum ingenti Ordinis incremento & nominis Dei gloria, Chronica dicunt. Nondum enim Provinciales, pro tempore illo ad ordinem gubernandum assumpti, Ministri vocabantur: qui vero ad exercendam gubernationem eligebantur, Vicarii Provinciales nuncupabantur: aliorum vero Magistratuum Præfecturarumque tituli Patribus Conventualibus salvi & integri erant, usu illorum nondum in Ordinem Minorum de Observantia translato. Ceterum ut supradictum est, Officio Vicariatus exercendo, inter multos religiosæ perfectionis cultores, maxime habilis multoties omnium judicio B. Ladislaus eligebatur. Quæ res, viri sanctitatem fuisse eximiam & minime vulgarem, haud obscure testatur, insinuatque eum fuisse lucem gentis suæ, sal terræ, & exemplum in odorem suavitatis.

33 Placet clariori stylo ejus gubernationis memoriam celebrare; & primum quod dicendum occurrit illud est. Anno Domini MCCCCLXXXVII Varsaviæ indicta fuerunt Ordinis Minorum Comitia, quibus celebrandis præfuit Reverendus Pater Frater Marianus Jeziorko, vir sanctitate & doctrina præstantissimus. Electus tunc B. Ladislaus in Vicarium Provincialem, Magistratum iniit, precantibus Fratribus, ut illud faustum atque felix experiretur officium. Anno sequenti idem B. Ladislaus celebravit Cracoviæ Capitulum, in quo illud præcipua cura promovit, ut Officio Vicariatus abire sibi liceret, inter sacella & aras, vitam se acturum placidam & quietam ratus. Sed ea res longe aliter ac sperabat evenit; nam omnium sententiæ, voces, ac vota, in eodem Magistratu retinendum censuerunt. Iterum ille anno Domini MCCCCLXXXIX indicit Conventum Fratrum in Przeworscensi cœnobio. Adsunt plurimi ex Patribus, de bono communi salutares consultationes habituri. Ibi B. Ladislaus omnem movere lapidem, ut sibi, deposita oneris sarcina, vitam privatam cum aliis Fratribus ducere concederetur, usus ad causam illam promovendam variis rationum argumentis. Deesse sibi animi & ingenii opes, ad sustinendum illud gubernandi officium; diligentiori & prudentiori committendam Provinciam, se minus idoneum donarent quieti & vitæ privatæ: non se labores recusare Ordinis, sed suos agnoscere defectus; E potiores illas sibi videri delicias, subesse quam præesse. Verum dabat vento verba, surdoque canebat fabellam. Nam iterum Vicariatus officio invigilare, & Ordini gubernando præesse, omnium voce compulsus, brachia oneri impositio suppositit.

D

anno 1487 electus Vicarius Provincialis.

anno 1489 confirmatur.

ad Comitia generalia in Italiam proficiscitur:

34 Additum oneri gravius multo onus & multiplicatum beato Viro officium. In Italiam ad celebranda totius Ordinis generalia Comitia, expostcentibus omnium desideriis, in Discretum Provinciæ eligitur, & peregrinationem longam, Nuntius ab Ordine deputatus, arripere compellitur. Totius Ordinis negotia, curas, studia, necessitates, causas, petitiones eo portaturus, omnium Fratrum causam unus peracturus & promoturus, itineri se accinxit, abunde oneri sibi impositio in omnibus satisfaciendo. Reversus ex Italia, rebus rite confectis, ad domesticos penates (cum quietem eum capere oporteret) iterum manus suas extendit ad labores, per octo annos fere sibi succedentes. Concionibus ad populum habendis operam navare, libris conscribendis incumbere, lectionibus continuis inhærere, ad exequias Procerum & Magnatum Ecclesiastico decorandas eloquio invitatus accurrere, nullo labore & cura fatigari, fugere otium, & semper talentis sibi concreditis alia atque alia lucrari. Cumque his occupationibus piis in Ordine occuparetur, venit nuntius, Capitulum Opatoviæ celebrandum anno Domini MCCCCXCVI indicens. Auctor & præcipuus illius Capituli moderator aderat quidam, P. Joannes Vitreator nuncupatus. Is tum, Vicariatus præstans dignitate, primas partes in conventu Fratrum tenuit. Adfuit eidem Capitulo B. Ladislaus, omniumque in se oculos convertit, & studia accendit. Solennitas ipso die S. Joannis Baptistæ Præcursoris agebatur. Beato Ladislao, major, melior, dignior surgere, pietate & sanctitatis opinione non videbatur inter omnes illos Patres congregatos. Delectati omnes præsentia ejus, & plurimum consortio illius consolati & ædificati, congratulabantur sibi, hominemque illum omni reverentia & cultu venerati sunt. Ibi licet multum reluctatus, locum Vicariatus Provincialis obtinere jubetur. Resistit, verum Æthiopem lavat, omnium urgent desideria, capiat primam sedem, regat, gubernet, præsit feliciter Ordini. Tandem fatigatus, omnium consensui acquiescit: sumit in manum virgam regiminis, & commissam exercet Provinciam.

octo annos concionatur: libros scribit,

F

anno 1496 iterum Vicarius Provincialis eligitur:

35 Verum à tempore illo, Fratrum illorum tantum

A tum curam & regimen ſuſcepit; quorum monaſteria intra fines Regni Poloniæ conſiſterent; nam ad hoc uſque tempus Moravia, Bohemia, Sileſia, & Auſtria, ſimul cum Polonia, unius Provinciæ gerebant titulum: in hoc autem Capitulo ab illis ſejuncta Polonia, ſuis ſe limitibus continere, & Provinciæ nomen ſubire regimenque cœpit. Rexit ſuam Poloniam B. Ladiſlaus anno integro, & cœpit illum tædere vitæ illius: aſſuetus contemplationi, ejus deſiderio angi, adſpirare, & quamprimum regredi ad placidum vitæ contemplativæ ſtatum cupere. Quamobrem ad oppidum Vartham præcipua Ordinis capita convocat, in unumque congregatis inſinuat, quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita animam ſuam deſiderare ad Dominum Deum ſuum. Sinerent Patres illum diſſolvi ab officio gubernationis ſuæ, & conjungi per continuos contemplationis gradus cum Chriſto. Portaſſe ſe onus pro viribus; fractum jam laboribus, velle dulcedini & quieti cæleſtis meditationis vacare: ſubſtituerent alium, cujus vires & ſolertia animi opulentior eſſet; ſe jam deſtitutum viribus, liberum à regimine, ſubjectum autem religioſis legibus, vivere paterentur.

dein Varthæ confirmatus.

B Id primum acerbum indignumque Patribus viſum, Ordinem iſto optimo privari regimine. Inde ex re conſilium natum, precibus fatigandum, velit omnium curam Fratrum agere, prorogatum ſibi imperium in Fratres exercere, nec deſerere commiſſum ſibi gregem; Dei voluntatem eam eſſe, cujus evidens argumentum, omnium Fratrum ad eum eligendum vota, in unum comportata: non eſſe reſiſtendum Spiritui ſancto, nec deſideria omnium Fratrum poſtponenda. His dictis conſurgunt omnes, & conſenſum à reluctante exigunt; & tandem cum ingenti animorum ſuorum lætitia obtinent.

36 Antequam Caput iſtud ad præfixam deducam metam, ſubjiciendum duxi dignum diligenti attentione ſanctitatis B. Ladiſlai teſtimonium. Quoniam regimen totius magiſtratus, quem Ordo exigebat, multoties penes eum erat; ipſa edoctus experientia rerum magiſtra, ad condenda nova Conſtitutionum jura ſe contulit. Latę ab eo leges & conſtitutiones Patres in Capitulo, ut præmiſſum eſt Cracovienſi, Commiſſario Generali (qui fuit Ludovicus della Torre) præſidente, ingentique omnium bonorum expectatione, propoſitis Legum tabulis, Conventum ad concionem una cum Commiſſario advocarunt: & quo majoris autoritatis valore fulcirentur,

novas conſtitutiones condidit,

C fierentque auguſtiora Conſtitutionis jura, ſub nomine Commiſſarii predicti promulganda ſtatuerunt; &, quod bonum fauſtumque Reipublicæ illorum, ipſis & ſucceſſoribus eorum eſſet, aure percipere & oculis videre leges propoſitas juſſere. Se quantum pietatis intuitu & ingenii acumine providere potuiſſent, omnibus ſummis infimiſque jura æquaſſe. Impedire nonnulli & intercedere conati ſunt, graves illas & intolerabiles vario murmure jactantes; victi tamen aliorum aſſenſu fuerunt, & Conſtitutiones illę ſilentio proferuntur. Et cum ſatis correctæ viderentur, ab omnibus receptæ, & ad obſervandum exhibitæ, ſerio conſcientias omnium qui Ordinem illum profiterentur fœdere obligationis icto conſtrixerunt. Actum hac de re in Capitulo Generali, Urbini congregato anno Domini MCCCCXCVIII die XXVIII Maji; conſiliumque initum, an illæ Conſtitutiones univerſo Ordini Minorum ſint obſervandæ. Pollere multorum ingenia, conſiliaque: verſarent in animis ſecum unamquamque rem, deinde ſermonibus agitarent, atque in medium quod in quaque re plus minuſve eſſet conferrent; eas leges habiturum Ordinem Regulæ adjectas, quas conſenſus omnium non

anno 1494 in Capitulo generali,

juſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſet. Plenæ pietatis erant, & à pietate profectæ; & ideo contemni & abjici non poterant. Omnium ergo applauſu collaudatas, recipi placuit. *A. VINCEN. MORAUSKI.*

37 Exemplo etiam ipſius Commiſſarii addita rei dicitur fides & auctoritas: qui in manus ſumpto codice, illas Conſtitutiones continente, in concionem prodiit, lacrymis ex devotione profuſis, his verbis ad Fratres congregatos uſus: Mihi ea mens, ille animus, ad extremam vitæ lineam, has pias leges, hæc ſancta ſtatuta conſervandi & obſervandi, ſicut ſanctum Euangelium. Non prius ab illis obſervandis me avelli patiar, quam mihi vita erepta, cervicibus acutam falcem pallida mors ſuppoſuerit. Idem finis mihi hæc jura obſervandi, qui & vitam finiendi. Vivere his munitum placet: & mori his armatum libet. Hæc mihi erunt remedia contra vitia, hæc medicamenta ſalutaria contra morbos animi; hæc viventi monimenta, hæc morienti ſolatia. Mirum profecto quanta illi viro hæc nuntianti fides fuerit, quamque vehemens deſiderium omnium Patrum ad illas Conſtitutiones obſervandas incenſum eſſet, animorum quoque certamen eas imitandi, cupidoque juxta morem illarum vivendi invaſerit. Hinc colligitur, quam acri judicio vir, quam ſolerti ingenio, quam ardenti pietate fuerit B. Ladiſlaus; cujus ab ore ad gubernandas animas prolata præcepta & conditę legum Conſtitutiones, adeo ſuaviter & prudenter conſcriptæ, univerſo Ordini placuere, ut ab omnibus recipiendas, & in perpetuum obſervandas, præcipui omnes definierint. Ex puro fonte neceſſe puriſſimos eſt derivari rivos, & ex abundantia cordis linguam in verba prorumpere. De theſauro proferuntur nova & vetera. E ſpelunca tenebroſa, quid aliud niſi venenata animalia, fœtor & ſtercus? Ex fructibus cognoſcitur arbor, & ex unguibus leo. Dicite juſto, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum ſuarum comedet. Rectæ adinventiones, quæ non tantum ipſi B. Ladiſlao, ſed toti Ordini Minorum, magno uſui & commodo ſteterunt.

& à Commiſſario Generali approbatas.

E

CAPUT VI.

Miſsi Fratres in Lithuaniam.

38 PLacet mentionem facere de aliis, æterna memoria dignis, à B. Ladiſlao exhibitis, heroicis virtutum ſpeciminibus; cui vel id maxime curæ erat, fidei Catholicæ lumen, bonorumque operum lucem, in omnes mundi partes diffundere, virtutum radios ubique locorum ſpargere, ſuoque & Fratrum ſuorum exemplo cognitionem Dei, bonos mores, fidei Catholicæ myſteria, quam plurimorum mentibus invehere, huc atque illuc ad diſſeminandum ſalutis verbum Fratres expedire, exemplo & doctrina ſalutari univerſis prælucere. Potiebatur ſumma rerum ea tempeſtate in Magno Ducatu Lithuaniæ Alexander Jagelloniades, Ioannis Alberti Regis Polonorum, qui pro tempore illo habenas Regni moderabatur, frater uterinus. Hic ſecutus priorum Regum exemplum, Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia, ad erudiendam ſuæ ditioni ſubjectam plebem, mittendos in Lithuaniam Albamque Ruſſiam, à B. Ladiſlao, pro tunc Provinciali Vicario, petiit. Rem non eſt aſpernatus, ſalutis humanæ avidus, Pater; miſſurum ſe promiſit, & nulla interpoſita mora promiſſis ſtetit.

In Lithuaniam,

39 Res hic poſtulare videtur, Lithuaniæ ſtatum potius quam ſitum, cultum quam mores, paucis exponere; & ejus gentis, cui in principio cum Regno Poloniæ bellum, nunc amicitia & fraternitas eſt,

A VINCEN. MORAUSKI. *regionem optimam,*

dogmata attingere. Omnia quæ dicturus ſum, pauciſſimis, ad laudem gentis optimæ & devotiſſimæ, abſolvere animus eſt. Magnus Ducatus Lithuaniæ latiſſime patens, plurima tamen loca, ob aſperitatem oræ, itidemque ſolitudines, ſilvas, lacunas, minus frequentata continens, habet à Septemtrione Moſcoviam, gentem licet Chriſtianam, ſchiſmate tamen Græco obſtinatam, cum qua etiam varia fortuna plurima bella geſſit & gerit: ab Oriente Ruſſiam, eadem qua Moſcoviam obduratione infectam olim fere totam: ab Occidente conjungitur Pruſſiæ & Livoniæ, olim parum Catholicis, nunc hæreſi male olentibus: à Meridie vicino complexu copulatur Poloniæ. Ager frugum fertilis, bonus pecori, arboribus fœcundus: ferarum itidem non rapacium ſolum, luporum, urſorum, echinorum, vulpium, melium, martium, ſed etiam eſui humano ſervientium feraciſſima; præter lepores, capreas, cervos, etiam abundantia magna biſontium, alcium, aprorum, item avium, perdicum, bonoſorum, tetracum, tragonum, turdorum, varii generis, & aliarum quam plurimarum, relatu haud facilium.

40 Genus humanum ſalubri corpore, patiens laborum, agreſte aſperumque, olim ſine legibus Chriſtianæ veræ fidei, ſine imperio Eccleſiæ, liberum
B *diu idolis deditam,* atque ſolutum, in omnes errores effuſum, multo tempore vixit. Poſt, ubi Regium imperium ad Jagellonem illorum Ducem delatum eſt, incolis Regni Poloniæ in eum conſentientibus; iſque Heduigi Reginæ Polonorum per matrimonium adjunctus, lumen fidei Chriſtianæ recepit, nomen ſuum Catholiciſmo conſecrans; Romano Pontifici per obedientiam filius factus, gentem quoque ſuam, in eamdem ſalutis viam feliciter conatus eſt inducere. Verum antequam lux fidei hominibus illis barbaris illata eſt; ſerpentes, bufones, quercus itidem, lucos, ignem, umbras, pro diis coluere. Vladiſlaus Jagello Dux ipſorum, Rex factus Polonorum & Chriſtianus, illos non ita doctrina ſicut imperio, timore potius quam amore, exemplo ſuo quam veritatis agnitione, ad baptiſmum turmatim attrahebat. Nihilominus tamen tempore illo, quo adminiſtrando Ducatui præerat Alexander Princeps, nepos Jagellonis, [conſtat] plurimos adhuc fuiſſe errorum caligine involutos, multos ſchiſmate Ruthenico ſeu Græco infectos, innumerabiles barbarie innata & nondum exculta aſperos; qui autem Catholicæ fidei lumine illuſtrati erant, tamquam infantes, quibus lacte opus erat & non ſolido cibo, vacillabant. Tenella plantatio, irrigatione frequenti, & pluvia divini eloquii, imbreque cæleſtis roris opus habebat: meſſis multa erat, operarii pauci.

à Jagellone Chriſtianam factam,

C

41 His ſubvenire & adiumentum ferre, precibus Principis ſollicitatus, ſtatuit B. Ladiſlaus. Deſtinat ad agrum illum excolendum impigros operarios, datque mandata, ut vineam illam incultam, diligenti opera, labore, & ſtudio, expurgandam aggrediantur: colligant ex ea ſcandali lapides; ſpinas & tribulos evellant iniquitatis; herbas inutiles vanæ ſuperſtitionis eradicent; urſos & porcos luxuriantes expellant; monſtra idololatriæ, & rabidas ſchiſmaticorum feras, lupoſque rapaces omnino ejiciant: exſtruant ſepem bonorum operum, quibus circumducant & muniant inſtar fortiſſimi valli gregem Dominicum, ædificentque murum in medio ejus cælum vertice tangentem; ſolius veri Dei cognitionem & amorem mentibus hominum ingerant: torcular quoque exſtruant variis ſcientiis doctorum, potum exprimentes animabus ſalutarem. Addit beatus Pater, ut exemplo prius præluceant, poſtea verbo doceant homines, exemplum ſeipſos præbeant in omni verbo & opere.

deſtinat Minoritas:

42 His armis inſtructi milites, à ſuo Imperatore Polociam uſque iter arripiunt. Civitas eſt in finibus Ruſſiæ albæ & Provinciæ Lithuaniæ Ducatu ſita, arte & natura optime munita. Miſſi ſunt tamquam oves in medio luporum, præcincti lumbos ſuos, lorica juſtitiæ induti, & calceati pedes in præparationem Euangelii pacis, Patre Fratre Leone de Lancuth in Prælatum ſibi aſſignato. Ergo ubi fines ingreſſi ſunt Lithuaniæ, ubique locorum ſpirituali militiæ intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, vitiis obviam ire, fidem Catholicam, libertatem Chriſtianam, cæleſtem gloriam prædicare, ſeipſos armis virtutum tegere. Poſt ubi pericula & invidiam, virtute pepulerant, ſociis atque amicis, Parochis inquam & Curatis auxilia portabant: magiſque dandis & exhibendis ſpiritualibus beneficiis, quam accipiendis eleemoſynis amicitias fidelium parabant. Imperium legitimum ad adminiſtrandam curam animarum, Sixti Quarti Romani Pontificis Privilegio, quale Terræ Sanctæ & Boſnenſibus conceſſum eſt, habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reipublicæ Chriſtianæ conſultabant, excipiebant confeſſiones; & hi vel ætate vel curæ ſimilitudine, inpræſens uſque, communi vocabulo Patres appellantur.

D *ad Peloclam*

& alias civitates,

43 Jam primum omnes illi Patres, ſimul ac belli ſpiritualis patientes erant, in debellandis vitiorum monſtris, in evertendis idolorum ſimulacris, in diluendis ſchiſmaticorum præſidiis, per continuos labores, militiam Chriſti uſu ediſcebant: magiſque in decoris virtutum armis, quam in occupationibus hujus ſeculi, voluptatem habebant. Igitur talibus viris non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus erat, virtus omnia domuerat; ſed promovendæ fidei Chriſtianæ, & augendæ Dei gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. Quiſque idolum confringere, errorem expellere, animas de lacu ignorantiæ educere, bonum fidei promovere, conſpicidum tale facinus patraret properabat; eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant. Laudis divinæ multiplicandæ avidi, pecuniæ contemptores erant; gloriam ingentem, paupertatem honeſtam volebant. Memorare poſſem, quibus in locis maximas tenebrarum copias expulerint, & lucem fidei invexerint, quas idolorum machinas & gentilium varios confregerint errores, niſi ea res longius ab incepto me haberet. Antiquus codex Annalium plura millia ſupra decem, ex tenebris & umbra mortis, ab errore paganiſmi erepta per illos Patres, & Chriſtianæ fidei luce illuminata eſſe, memorat. Rem paucis: bonum certamen certarunt, ſicut ſtrenuos decet Chriſti milites. Neque Dominus piis conatibus deerat, verum operibus eorum, & favebat, & laboribus illorum ſupplementum ſpirituale exhibebat. Factumq; eſt ut Ruſſi, ſchiſmatis pertinacia ab unione Catholicæ Eccleſiæ ſejuncti, & ſic deficiente veræ & inviolatæ doctrinæ oleo puro, lápadibus fidei, ab irruente ſuperſtitionis vanæ vento, ſubobſcure jam lucentibus, & tenebris ignorantiæ ſeſe pro lumine infundentibus; reſpicerent lumen veritatis, & averterent pedes ab errore, & oculos à vanitate, appeterentque Romanæ Eccieſiæ ſocietatem & amicitiam. Manſeruntque in fide ſocietatis & amicitiæ, quoadulque Patres illi, doctrina & exemplo prælucerent eiſdem. Verum capta & veſtata per Moſchum Polocia, aliis ibidem interemptis, aliis autem variis modis amotis, etiam fidei ardor detrimentum pati debuit. Hoc certum eſt & luce meridiana clarius, Patrum illorum opera diligenti, illa in Regione fidem Catholicam plurimum refloruiſſe & diu viguiſſe, mores agreſtes in humaniores transformatos fuiſſe, virtutum ſemina germi-

ubi innumeros Ruſſos convertunt,

E

germinaſſe, bona opera in uſu frequenti fuiſſe. Non prætereunda ſilentio magna pietas & fervor Principis Alexandri, qui operariis illis auxilio, ope, favore, omni denique via & ratione, opitulari & favere pro virili parte ſtuduit.

locum Skapenſem ſuſcipit,

44 Eodem quoque anno idem B. Ladiſlaus, ad oppidum Skape, recepit locum, plurimis miraculis univerſo regno notum. B. V. Mariæ ille locus ſacer: eadem pia Matre apud Filium ſuum curam afflictorum agente, multa beneficia à fidelibus, qui eo opis cauſa turmatim confluunt, non ſine miraculo percipiuntur, meritis & interceſſione B. V. Mariæ loci Patronæ, de quibus infra plura afferentur. Anno deinde ſequenti, congregato Capitulo Varſaviæ, magiſtratu abiit B. Ladiſlaus. Poſtquam gubernavit Provinciam per ſex annos, optimis legibus & ſtatutis imo & declarationibus regulæ munitam,

officio defungitur.

in manus alterius eam gubernandam tradidit, magnam ſanctitatis ſuæ & nominis gloriam promeritus. Concludo, hunc Beatum virum magna ſanctitatis gloria conſpicuum fuiſſe, qui tam frequenter gubernandæ familiæ potiebatur imperio. Niſi enim præ ceteris luxiſſet præcipua ſanctitatis prærogativa,

B nequaquam in illis primordiis, quando fervebat principium, & zelus Obſervantiæ ardens vibrabat flammas, principatum inter illos Patres tenuiſſet. Magnum profecto hoc ſanctitatis ipſius documentum, taleque quod ſua vi omnium mentes firmo robore de ejus ſanctitate vera confirmare poſſit.

CAPUT VII.

Humilitas B. Ladiſlai profunda, & Caſtitas Angelica.

45 ADornaverat præpotens Deus ſervum ſuum B. Ladiſlaum pretioſiſſimis margaritis virtutum, ſplendidiſſimis lapidibus meritorum, & incomparabili theſauro donorum & gratiarum, quem

Eminet profunda humilitate,

toti mundo ſpectabilem, admirandum, colendum, & imitandum in poſterum propoſiturus erat. Mira namque in eo eluxit humilitas, fundamentum ceterarum virtutum, cuſtos gratiarum. Compertum eſt omnibus, omne ædificium à fundamentis erigendum eſſe: hoc ſi debile ac infirmum fuerit, parietes quoque & tectum ipſum facile à procellis tempeſtatum dirui poſſe nemo dubitat. Ædificium pertin-

C gens uſque ad cælum, omnium virtutum in unum congregatarum arx fortiſſima eſt: cujus omnino verticem conſtat ab omnibus conſcendendum eſſe, qui cæleſtis provinciæ tabernaculis pedem inferre contendunt. Fundamentum autem omnium virtutum nemo aliud reperiet, præter ſolam humilitatem; teſtimonium illi perhibentibus omnibus Eccleſiæ

virtutum fundamento,

doctoribus. Joannes Caſſianus XII Inſtit. ſuarum, quid dicat audiamus. Nullo modo in anima veſtra poterit virtutum ſtructura conſurgere, niſi prius jacta fuerint veræ humilitatis in noſtro corde fundamenta, quæ firmiſſime collocata perfectionis & caritatis culmen valeant ſuſtentare. Humilitas eſt omnium magiſtra virtutum, ipſa eſt cæleſtis ædificii firmiſſimum fundamentum, ipſa eſt donum proprium atque magnificum Salvatoris. S. Cyprianus quoque de Natali Chriſti inquit: Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundum primus Chriſti ingreſſus, ut quicumque pie vult vivere, humiliter de ſe ſentiat, neque ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cælo ſtare potuit ſuperba ſublimitas.

46 Ab hoc fundamento cœpit ſtructuram Religioſæ perfectionis erigere B. Ladiſlaus: & ideo felici ſucceſſu ad culmen ipſum perduxit cœptum ſanctitatis ædificium: omnis enim qui humiliatus fuerit erit in gratia, & qui inclinaverit oculos ipſe ſalvabitur. Didicerat à Domino, mitem eſſe & humilem corde; humiliari ſub potenti manu Dei, ut

interno ſenſu,

exaltaretur in tempore viſitationis. Subjecta erat anima ipſius Domino, & ab ipſo patientia ejus. Quo major erat, eo ſe magis in omnibus humiliabat, & idcirco coram Deo invenit gratiam. Pro more habuit, ut non ſolum ſermone actioneque externa ſe deprimeret; ſed revera in animo humiliter de ſeipſo meritiſque ſuis ſentire diſceret, juxta illud Chriſti Lucæ XVII, Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſervi inutiles ſumus. Secutus deinde exemplum Chriſti Domini, qui impendente morte à cœna ſurrexit, linteo ſe præcinxit, aquam in pelvim miſit, pedes diſcipulorum abluit, & inter illos Judæ proditoris; ille quoque humilia officia exercere ſolitus, culinam adire, ollas omnia-

& externis obſequiis,

que alia vaſa ad uſum culinæ deſtinata manibus propriis abluere, ſcopis ſecretiora loca purgare, lavare, mundare; & ea quæ infimæ conditionis peragunt mancipia exequi, & fronte hilari munia illa obire, E quæ coquis & vilibus ſervis obeunda uſus & conſuetudo tradit. Meminiſſe juvat David Regis, qui non dubitaret nudus, ridente licet uxore Michol, ante aream Dei, religionis ergo ſaltare; quem cum Dominus cunctis ſingulariter prætuliſſet, ipſe ſeſe ſubdendo & exæquando minimis, & abjecta exhibendo, contemnit. Et non tantum, dum adhuc ardor ætatis juvenilis, ad eam humilitatis amplectendę ſortem, inclinabat Virum ſanctum; ſed etiam ſenectute, licet laboribus continuis fatigata & debilitata,

etiam in ſenectute,

affectus, ab humili illo obſequiorum genere haud dextram revocare voluit. Hinc, tam profundæ humilitatis exemplo, reliquis omnibus ad eam virtutem iter oſtendere, calcar currentibus addere, ſemitam monſtrare, & ſui ipſius ædificatione prælucere; & adeo quidem efficaci modo & ratione, ut in præſentem uſque diem & ad noſtra tempora, illius humilitatis veſtigia, fortiter impreſſa, ſancta conſuetudine obſervata appareant: quibus omnis ætatis Patres ac Fratres inhærere pro ſummo ducunt decore.

47 Verum non hic neque in his operibus abjectis metas limiteſque humilitatis ſtatuere decrevit; longiores ſcopulos & fines produxit, & in virtute hac profundiſſime plantas pedum ſuorum collocare F voluit; alioſque vel maxime juniores natu, ad am-

humilia exercitia præſcribit,

plectenda humilitatis officia, productis in medium exercitiis, attraxit. Ea vero hujus generis ſunt: funem collum circumdatum pertrahi, proſterni pedibus tranſeuntium, & aliorum plantis ſeſe calcandum ſubjicere: ad limen domus in ipſis foribus pronum humi procumbere; ad oſculandos aliorum pedes provolvi, facie velari; verbis injurioſis, vilificantibus, minacibus, & convitia ſpirantibus exagitari; oratione contumelioſa accuſatoriaque vexari: exprobrandis defectibus illudi, omnibus poſtponi, & indignum conſortio Fratrum pronuntiari, aliiſque ad humilitatem inclinantibus exercitiis eruditi: quæ in uſu eſſe Ordini ſancto hodiernum quoque ſeculum intuetur & admiratur. Solus perpetuo ſtudium modeſtiæ exercere, nullam in ſermone arrogantiam uſurpare, neque dictionem oſtentare ſuperbam. Comem ſe exhibere erga amicum, manſuetum erga domeſticum, patientem erga temerarium, humanum erga humiles, patronum afflictis, inviſere in dolore conſtitutos: in ſumma neminem contemnere: ad hæc demonſtrare ſe ſuavem in appellatione, alacrem in reſponſione, dextrum & expoſitum univerſis, neque ſua celebrare encomia,

A. VINCEN. MORAUSKI.

A.VINCEN. MORAUSKI. neque alios qui hoc facerent ſubornare, neque inhoneſtam de proximo famam admittere; & virtutes ſuas & prærogativas, quantum fieri poterat, obtegere: peccatorum vero gratia ſeipſum accuſare, idem facere quod juſtus, qui in principio ſermonis ſui ſeipſum accuſat. Ad hæc non fuiſſe hominem illum ſanctum increpando moleſtum ac ſeverum, neque procacem aut cum animi commotione quemquam reprehendiſſe, neque propter modica delicta condemnaſſe, quaſi rigidum juris exactorem; ſed eos qui delinquebant, exemplo S. Franciſci Patris ſui, complexum fuiſſe, & ſpiritualiter inſtruxiſſe; tantumque ſtudii impendiſſe ne apud homines glorioſus haberetur, quantum impendunt alii ut glorificentur. Nihil enim Deo tam gratum, quam cum extremis peccatoribus ſeipſum connumerare. Hoc eſt totius ſapientiæ principium, & niſi ſuper humilitatis ſtabili fundamento, ſpirituale ædificium ſtare minime poteſt.

in reprehendendo moderatus,

48 His jactis fundamentis, B. Ladiſlaus facile reliquum ædificium conſtruxit, & altiſſimam perfectionis turrim, in medio Chriſtianorum conſpiciendam erexit. Supra fundamentum humilitatis tria Religionis vota, abunde per Chriſtum Dominum commendata, collocare ratus; ad eorum obſervantiam omnes intendit vires, & convertit animum. Prima occurrit caſtitas, virgo pulcherrima, puella decora, & incognita viro. Hanc ille plurimum dilexit, & in deliciis habuit. Noverat ſiquidem eſſe voluntatem Dei, ſanctificationem ſuam, ut abſtineret à fornicatione, & ſciret vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderii. Omnis ponderatio non erat digna ipſius continentis animæ, quæ profecto erat fons ſignatus & hortus concluſus. Non ſuperædificabat B. Ladiſlaus, ſuper fundamentum humilitatis, ligna, fœnum, ſtipulam: ſed aurum, argentum, & lapides pretioſos virginitatis & continentiæ, qui carnem ſuam crucifixerat cum vitiis & concupiſcentiis. Sexaginta fortes ex Iſrael lectum ejus ambiebant, omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi, uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos, Angelorum intelligo cuſtodiam, qui ſemper caſtiſſimis adſunt cogitationibus, & à fœda libidine famulorum Dei præſervant mentes illæſas: ſive etiam exempla Sanctorum, quorum vi vehementer accendi ſolent præcordia juvenum, ad caſtitatem integro affectu diligendam, ut inquit S. Auguſtinus. Cap. VIII. Confeſſ. Aperiebatur ab ea parte, qua intenderam faciem, & quo tranſire trepidabam, caſta dignitas continentiæ, ſerene & non diſſolute hilaris, honeſte blandiens ut venirem, neque dubitarem: & extendens ad me ſuſcipiendum & amplectendum pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum: ibi tot pueri & puellæ, ibi juventus multa & omnis ætas, & graves viduæ, & virgines & anus; & in omnibus ipſa continentia, nequaquam ſterilis: & irridebant me irriſoria exhortatione, quaſi dicerent: Tu non poteris, quod iſti & iſtæ? Sanctorum imitatus exempla B. Ladiſlaus, virtutem continentiæ ſemper dilexit, nec ab illius amore ad ſiniſtram carnalis voluptatis aliquando deflexit; ſed mente & corpore caſtus, invictum gerebat ſanctimoniæ nomen. In expugnatione fortis infamiæ, armatus erat caſtitate, cujus retinaculis, omnis obſcœnitas frænatur, & compedibus ejus calces furenti libidini ſtatuuntur. Profecto vir iſte ſanctus, ob continentiæ virtutem gloria ſublimis, in omnium oculis luxit, & numquam ſiniſtra libidinis opinione notatus fuit; ut merito laſciviæ petulantis infirmitatem calcaſſe, probitatis præſidium ſumpſiſſe, animæ victoriam & corporis prædam cepiſſe, caſtitatem colendo, dicatur.

B *Caſtitatis amator & cultor,*

C

D

CAPUT VIII.

Paupertatis & Obedientiæ ſtudium.

49 NUne jam progredi ulterius libet, libet & introſpicere fabricam, quam Spiritus ſanctus, ſuum famulum inhabitando, in altum erigebat. Intueri placeat palatii hujus manſiones, in B. Ladiſlao à Deo factas. Creſcebat indies magis, magiſque ſurſum conſurgebat ſpirituale ædificium hujus viri ſancti, Neſcit enim tarda molimina Spiritus ſancti gratia; & perfectionis Chriſtianæ ea virtus eſt & proprietas, quod ſemper augeri poſſit in hac vita. Ea enim hominis natura eſt, ut non repente evadat ſummus in ſtudio virtutis: ſed primo ſit quaſi infans incipiendo, ſecundo adoleſcat proficiendo, tertio fiat vir, hoc eſt perveniat ad debitam perfectionem. In caritate (ait Paulus ad Epheſios IV) creſcamus in illo, & ad Philippenſes I. Hoc oro, ut caritas veſtra magis abundet, & ad Theſal. I. Vos Dominus multiplicet & abundare faciat in caritate. Procedebat de virtute in virtutem B. Ladiſlaus, vir juſtus atque perfectus cum Deo ambulavit: & quo magis ad portum vitæ appropinquabat, eo ferventius virtutum ſtudiis vacabat. Beatus revera vir, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris, fecitque mirabilia in vita ſua, omnia arbitratus ut ſtercora ut Chriſtum lucrifaceret. Auri & argenti nulla cupidine tactus, erat quaſi dives cum nihil haberet, & quaſi pauper cum cæleſtium donorum plurimis divitiis afflueret. Reſpiciebat volatilia cæli quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater noſter cæleſtis paſcit ea. Nihil ſe in hunc mundum intuliſſe noverat, haud dubium quod nec auferre quidquam poſſet. Habens autem alimenta & quibus tegeretur, his contentus erat. Reliquerat omnia, & ſequebatur Chriſtum. Renuntiaverat omnibus, quæ aliquando poſſederat, & in omnibus exhibebat ſe ſicut miniſtrum in multa patientia, & ſiti, & frigore, & nuditate: aſſuefactus noſſe ſatiari & eſurire, abundare & penuriam pati: militans Deo non ſe implicabat ſecularibus deſideriis: non poſſedit aurum neque argentum, neque pecuniam in zona ſua, neque peram in via habebat, neq; calceamenta. Indutus vero ſimplici habitu, numquam in veſtibus gloriatus eſt: numquam ſolicitus de craſtino: craſtinus enim dies ſolicitus erat ſibi.

Procedit de virtute in virtutem:

paupertatis religioſæ ſtudioſus,

E

50 Provinciæ monaſteria, in diverſis locis ædificata, longo inter ſe intervallo diſtantia (erant autem tunc numero viginti quatuor jam erecti conventus) pedibus nudis incedens viſitabat; non curru vectus, non equo inſidens, non vehiculis adductus, duriſſimo itineris tractu fatigabatur. In Italiam duabus vicibus, mole negotiorum ſuæ provinciæ adactus, longam & ſatis moleſtam peregrinationis viam pedes expedivit. Iter illud plenum defatigationum & difficultatum zeloſus athleta arripuit, & abſolvit: quo in itinere apud exteros populos, multa patientiæ documenta eum edere neceſſe erat. Plerumque pane ſolo & aqua veſci ſolitus, nulla gulæ irritamenta quærebat: cibus illi adverſus famem & ſitim, non libidini neque luxuriæ erat; ſicli aurei & argentei minimi haud in manu ejus inventi unquam ad vitam ſuſtentandam; per emendicata ſuffragia cibum procurabat: ſequebatur quod juſtum erat, & quærebat Dominum: attendebat ad petram unde exciſus erat, & ad cavernam laci de qua præciſus fuerat: attendebat ad Abraham (Divum Franciſcum puta) & ad Saram (Religionem ſanctam intellige) quæ peperit eum, quoniam unum vocavit Domi-

F

pedes conventus viſitat:

cibo minimo contentus vivit,

A Dominus eum & benedixit ei, & multiplicavit eum, qui elegerat abjectus esse in domo Domini: & nullius etiam minimæ rei possessionem in hoc mundo obtinere voluit, cupiens eleemosynis sustentari, & oblato pro amore Dei pane vesci, & saturari de micis quæ caderent de mensa divitum. Religioni quoque eam consuetudinem esse noverat, ostiatim alimenta quærere, & de manu liberali benefactorum cibum requirere: & quia ejusdem supremum Prælatum agebat, haud decere arbitrabatur, esuriente exercitu, imperatorem delicate & molliter vivere; & eamdem legem sibi, quam Fratres servarent, tenendam præfixerat: neque pudore aut verecundia à petenda eleemosyna linguam revocandam arbitrabatur. Egressum se nudum de utero matris suæ, nudum quoque regressurum, & nihil secum ablaturum de labore suo certo sciebat: Filium quoque hominis, non habuisse ubi reclinaret caput, & in alieno sepulcro conditum fuisse legerat.

Molesta itinera & officia etiam senex suscipit.

51 Annus Domini cursum agebat suum MCCCCLXXXIX quando iterum B. Ladislao munus Provinciam gubernandi collatum fuit. Discreti quoque (Custodem Custodum nunc usus Ordinis nuncupat) officium impositum (nam illa memoria utriq; muneri B unum eumdemque attendere licitum erat) laboribus assuetus senex gessit; & jam molestam sibi injungi curam in meritum ingens patienter tulit. Post anno Domini MCCCCXCVIII celebrandorum Comitiorum Ordinis tempus advenerat, in nobilissima Mediolanensium civitate: eo quoque profectionem suscipere compulsus, & iter capere pedester, unico socio solo contentus, patientiæ addictus non abnuit. Inde quoque Romam Ordinis causam strenue acturus se contulit. Et quoniam impio detrahentium ore, Ordinem suum in regno Poloniæ existentem, diffamatum male audire sciebat; opposuit calumniatoribus fortissimum innocentiæ scutum: & prolata in medium recte pieque viventium Fratrum suorum vita optimoque in omnibus Observantiæ statu, obstruxit os loquentium iniqua, mansitque ipsius cura & diligentia, in nullo læsa optima existimatio & fama Ordinis. Liquido igitur patet, beatum hunc Patrem, fuisse omni genere virtutum instructum, quem in summa paupertate constitutum, nulla adversitas superare quivit.

ex Obedientiæ merito sua agit:

52 Obedientiæ vero ipsius in omnibus promptissimæ, argumenta non pauca, eaque minime levia illa sunt facta ipsius, quibus totalem sui abnegationem & in manus Superiorum suorum resignationem comprobavit. Non deterrebat eum unquam certamen laborum, quia ipsum invitabat magnitudo præmiorum: ideoque accingens se ad hanc virtutem obedientiæ, quam edoctus in schola Seraphici Patris, scivit veram, rectam, puram, & firmam esse non posse, nisi se quisque reputet mortuum, aut per omnia mortuo similem; ita se abnegaverat, ut nihil penitus facere vellet, quod non esset merito obedientiæ condecoratum; quod & in Salvatore suo legerat sæpissimeque repetebat, facto obediente usque ad mortem, mortem autem crucis. Legerat & illud, quod olim Samuel Propheta ajebat, Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur nomini Domini. Didicerat obedientiam B. Ladislaus, ut obediret verbis Domini, & faceret quodcumque dixerint, qui præerant loco quem elegerat Dominus, Super Cathedram Moysi, sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia ergo quæcumque dixerint ei, servabat & faciebat. Potestatibus sublimioribus subjecta erat anima illius, ipseque obediebat præpositis suis, & subjacebat eis. Hic cum esset vir obediens, loquebatur victorias, & factus est Dominus protector

1 Reg. 15

Matth. 23

ejus, & merces ejus magna nimis. Cibus illius fuerat, ut faceret voluntatem ejus qui misit eum: obediebat Superioribus suis cum timore & tremore, in simplicitate cordis sui sicut Christo. Noverat optime sanctus vir, solam virtutem esse obedientiam, quæ virtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. A. VINCEN. MORAUSKI.

53 Sufficiet ex multis obedientiæ B. Ladislai argumentis vel unicum in medium prolatum testimonium; illud autem tale est, quod omnium admiratione simulque imitatione dignissimum habeatur. Anno Domini MDIV B. Ladislaus, cum usque ad senectutem venisset, & juventutis florem virilisque ætatis robur continuis laboribus debilitasset, ac vigorem pristinum prorsus amisisset, jamque officio Vicariatus quinquies functus fuisset, Prædicatoris & Guardiani munus multoties cum ingenti nominis sui laude sustinuisset, aliisque in Ordine curis & laboribus assiduo conatu invigilasset; evocatus ad Capitulum in Cracovienſi Conventu pro Festo B. V. Mariæ Nativitatis celebrandum, adfuit. Præses erat Capituli Venerabilis Pater Fr. Lucas de Rydzyna, vir sanctitatis laude, doctrinæ gloria, & peregrinationis ad loca Hierosolymitana susceptæ clarissimus, & insigni pietate toti Ordini gratus & acceptus. Cumque in illo Fratrum Concilio, multa eaque utilia decernerentur Ordini, locis Præsides, officiis homines digni darentur, ac denique conventus ad manendum cuilibet Fratrum, & conventibus Patres & Fratres necessarii determinarentur; ea etiam Patribus, ad causas & negotia Ordinis diffinienda deputatis, advertentia succurrit in mentem, respicerent B. Ladislai continuis laboribus fractam senectutem; darentque operam, ne debilitate ætatis onereque aggravatum, aliquibus negotiorum curis amplius anxium molestarent; sed potius post longam navigationem, in portu quietis placide tranquilleque degentem, & terminum vitæ suæ præstolantem, adjutum solatio & obsequio electi per ipsum socii, vivere sinerent. Cunctis Patribus, maxime senio confectis, placuit optima propositio, & in mentem venit, se in eadem cymba navigare & ad portum properare, gratum sibi fore si eadem cura senectutis suæ habeatur. E

ob senium in Capitulo jussus eligere socium & quiescere ad libitum,

54 Fertur tandem sententia mittendum è Patribus unum, nomine Patrem Stanislaum de Slapii, senectute etiam confectum, & peregrinationis ipsius quondam fidelem comitem, qui nomine omnium referat; Pietatem ipsius & virtutem obversari oculis omnium; labores, quos felici & prospero successu in Ordine toleraverat, non ingratitudinis oblivione sepultos, sed in archivo recentis memoriæ ab Ordine universo conservari: omnesque in eam sententiam propensos esse, ut senectutis ejus ratio haberetur; haberetque morti propinquæ solatium, qui in vita sua causa religionis nullum respuit arduum negotium & obsequium. Ediceret ipse quod potissimum beneficium sibi ab Ordine exhiberi cuperet: in nullo illi defuturos Patres. Patribus quidem placere, ut sibi locum, qui animo suo carus esset, ad manendum eligeret: socium, quem desideraret, ad præstanda obsequia haberet; à laboribus jam abstineret, & quietem placitam caperet. Stupere ad hæc B. Ladislaus, & primo quasi attonitus vocem præclusam tenere, post oculis in cælum sublatis ac deinde in nuntium illum conversis admirans, dolens, & in seipso fremens, voce alta, clara & grandi, quam à natura habuit, fatur: O Pater Stanislae, quid hoc rei est? quid novi audio? Jubetis me propria lege & juxta animi mei sententiam vivere? Num ignoratis me usque ad ultimam vitæ periodum, perseverare in præstanda Superioribus obedientia pro F

mavult ad mortem obedire.

A. VINCEN. MORAUSKI. viribus contèndere ? An compertum non habetis me, ad votum obedientiæ ad mortem uſque obſervandum, data juramenti fide, conſcientiam obſtrinxiſſe ? Abſit à pectore ea mens, ea animi elatio, ea voluntatis propriæ electio. Quæ fuerit voluntas Superiorum, eam exequi animo placet. Propriis deſideriis hoſtilem declaro mentem. Non erit affectibus meis locus : Superiorum judicio acquieſcam ; & quidquid de me per illos ſtatutum cognovero, ſine mora executioni mandabo : quia modo ſentio in me vires, & omnia poſſum in eo qui me confortat. Vadat ad Concilium Patrum reſponſumque meum referat : longe ab animo meo eſſe propriæ acquieſcere voluntati ; illorum mandato & diſpoſitioni reliquum vitæ meæ tempus conſecro, & ad beneplacitum illorum refero ; nullum recuſaturus laborem, quemcumque ſubeundum dixerint ; eum porro locum habiturus ſum, quem illi ad habitandum aſſignare dignabuntur.

cunctis factum laudantibus.

55 Retulit ille ad Concilium, non ſine ſtupore mentis, lacrymis ſuffuſus. Audierunt omnes, & admirantes vehementer dignis laudum encomiis exornarunt : omnibus exemplum illud veræ obedientiæ, poſteritati quoque commendandum & proponendum ſtatuerunt, multique pro tunc dixere : Quantus B eſt vir, & quam ardenti caritate erga Deum & proximum inflammatus, qui ad exaltandam divini nominis gloriam, & ad promovendam proximi ſalutem, non laboribus frangi, non continuis curis diſtrahi, non ſenectutis debilitate avocari, non oblata quiete alienari patitur ! O vere ſanctus ! ô vere beatus ! ô vere obediens ſervus ! cui major animus ad obedientiam explendam, quam ad curam valetudinis ſuſcipiendam ; promptior animus ad aliena juſſa efficienda quam ad oblata præmia pro ſuis tot laboribus obtinenda ; hilarior mens, ad Superiorum voluntatem exequendam, quam ad oblatam requiem capeſſendam.

Varſavienſis Guardianus & prædicator inſtituitur.

55 Ceterum Patres illos cura inceſſit, quem conventum, & quibus exornandum officiis optimum ſenem, & optime de Religione tota meritum Patrem condecorarent. Viſus ad id peropportunus Varſavienſis conventus, quo in loco primordia tirocinii in Ordine eum exercuiſſe, profeſſionem emiſiſſe, Deo ſe conſecraſſe, ſpiritum devotionis quo inflammatus ad tantam perfectionem pervenit concepiſſe ſcirent ; & ideo conventum illum cordi eidem fuiſſe invenirent. Omnes eam rogationem ſuſceperunt, & huic ſententiæ ſubſcripſerunt. Guardianus igitur C ſimulque Prædicator pro conventu illo ordinarius deſignatur, eo quod illum plenum doctrina, zelo, ſpiritu, certo ſcirent, & diſſeminandi verbi Dei avidiſſimum haud dubitarent : laborem illi delicias, quietem pœnam eſſe. Mittitur ex templo, qui ſignificaret placuiſſe concilio, creare illum Guardianum & Prædicatorem Varſavienſem, ſuſciperet onus impoſitum, & exequeretur fideliter : viſum ita Spiritui ſancto & Patribus, incolis quoque Varſavienſibus id gratum fore, qui ejus deſiderio tenerentur. Acquievit obediens filius : ſtetit in loco ſibi aſſignato fortis athleta Chriſti : & ſic commiſſo officio incubuit, ut inde gloriæ Dei augmentum, Fratres exemplum, ſeculares ſolatium, omnes piæ mentis gaudium ingens caperent. Hoc exemplo plurimos devotos Patres in hac religione ad ſui imitationem pertraxit : qui laboribus aſſueti in religione à juventute ſua etiam effractis viribus, numquam otiari aut quieſcere à laboribus poterant, indulgereque ſenilibus membris : unde cum Guardiani inſtituebantur, ſimul & prædicationis officium aſſumebant. In quo ſicut in omnibus aliis, hic beatus Pater Ladiſlaus felicisſimus fuit : qui in omnibus ſuis actibus, faciles D imitatores habuit, maxime in ſuis devotionibus non vulgaribus, exercitiis ſpiritualibus, methodo docendi diſciplinas Chriſtianas, & reliquis, ſicut inferius in ſequentibus Capitibus latius patebit.

CAPUT IX.

Zelus B. Ladiſlai in quærenda ſalute proximi.

57 Dilatata erant viſcera hujus ſervi Dei B. Ladiſlai, plena nimirum ferventiſſimo Dei amore & caritate proximi, ita ut non ſibi ſoli vivere ſanctiſſime ſtuduerit, ſed & aliis quantum pro viribus potuit prodeſſe curaverit. Præclare à Philoſophorum Principe dictum, Bonum diffuſivum eſſe ſui ipſius. Et revera, ſic ſe rem habere cauſa in promptu. Sicut enim invidia, odium, malitia, ad ſe omnia trahit, & proximo ſecundos ſpirare ventos vehementer dolet ; ita [gaudet] bonitas piis mentibus indita, omnibus uſui eſſe, bene velle, bonum proximi promovere, cupereque ut in omnibus proſperos experiantur ſucceſſus & felici gaudeant ſorte. Sanctitas B. Ladiſlai haud iſta eximia carebat prærogativa : erat enim illi ſtudium continuum placendi Deo, inſtruere ſe armis ſpiritualibus congruentibus magnitudini belli. Induerat ſe armatura Dei, ut poſſet ſtare adverſus inſidias diaboli : quoniam non illi erat colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Stetit ergo ſuccinctus lumbos in veritate, & indutus lorica juſtitiæ, & calceatus pedes in præparationem Euangelii pacis, in omnibus ſumens ſcutum fidei in quo poſſet omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumpſit, & gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei, per omnem orationẽ & obſecrationẽ, orans omni tempore in ſpiritu, & in ipſa oratione vigilans, in omni inſtantia pro omnibus ſanctis & pro ſeipſo. Poſuerat Dominus zelum ſuum in eo, & accendebatur velut ignis zelus ipſius ; ſumpſerat ſartaginem ferream, & poſuit eum murum ferreum inter ſe & civitatem : ignem enim mittere contendebat in terram, & volebat ut accenderetur. In igne quoque zeli Dei locutus eſt ad gentes : noverat quippe nullum omnipotenti Deo tale eſſe ſacrificium, quale eſt zelus animarum.

Ex ſtudio placendi Deo,

& zelo divino

58 Per totum igitur tempus Vicariatus ſui, nocte ac die non ceſſabat, cum lacrymis monens unumquemque ſuorum : fuitque per humilitatem beneagentibus ſocius, & contra delinquentium vitia per zelum juſtitiæ erectus, ut & bonis in nullo ſe præferret, & cum pravorum culpa exerceret poteſtatem ; quatenus & honore ſuppreſſo, æqualem ſe ſubditis bene viventibus putaret, & contra perverſos jura fortitudinis vibraret. Attendebat ſibi & univerſo gregi, in quo eum poſuerat Spiritus ſanctus Paſtorem agere gregis Dominici, quem acquiſivit ſanguine ſuo ; providens non coacte ſed ſpontanee, ſecundum Deum ; non turpis lucri gratia, ſed voluntarie ; neque ut dominans in familia, ſed forma factus gregis ex animo, peccantes coram omnibus arguebat, inſtabat oportune, importune, obſecrabat in omni patientia & doctrina. Segregaverat illum Dominus ex utero matris ſuæ, & vocaverat per gratiam ſuam, ut revelaret filium ſuum in eo, & ut euangelizaret eum in populis, qui æmulatus eſt eos Dei æmulatione, & non acquievit carni & ſanguini. Quocumque ſeſe contulerat, ſemper Verbi Dei ſemina ſpargere, virtutum ſtudia promovere, vitia removere, ſaluti proximorum deſervire, omnibus omnia fieri, ut omnes

ſalutem hominum quærit

concionibus habendis,

A omnes luerifaceret : quod infirmum erat conſolidare, quod ægrotum ſanare, quod confractum alligare, quod devium reducere, quod perierat quærere ; & ſummopere pervigilare, quaſi rationem redditurus pro animabus ſibi creditis, Chriſto miniſtrare, benedictum nomen ejus quibus poterat prædicare, ſuas oves admonere, docere, hortari, & corripere, impendere benevolentiam, & exercere diſciplinam ; in domo ſua Eccleſiaſticum & quodammodo Epiſcopale implere officium, & ſic virtute zeli & ardore curandarum animarum Deum demereri, & divinorum omnium diviniſſimum facere cooperando Deo in converſione peccatorum.

ſermonibus ſcribendis,

59 Ad hæc non ſolum verbo & exemplo, verum etiam ſcripto & calamo omnibus prodeſſe voluit. Scripſit namque conciones, eruditionis & pietatis condecoratas floribus, odorem devotionis vehementer ſpirantes : Sanctorum quoque feſtivitatibus & Dominicis per integrum annum currentibus multos ſermones accommodatos compoſuit & litteris reliquit conſignatos ; emolumentum inde animarum & gloriæ Dei augmentum exoptans. Quia vero exploratum habuit gentem ſuam piis cantilenis delectari, eis componendis operam navare decrevit. Quare multos hymnos, dulces cantilenas, carmina certis

piis cantilenis componendis,

B numeris ligata, concentu rhythmico concluſa, Pſalteria nonnulla, Chriſti Domini laudes & B. V. Mariæ virtutum ſpecimina decantantes, de theſauro pectoris ſui produxit. Quædam erant idiomate Latino digeſta, nonnulla vernacula lingua compoſita : omnia tamen eodem pietatis ardore & dulcedine amoris divini condita. Tum vero cibos illos præparatos fidelibus exhibere animabus, porrigere junioribus, & in menſa in medio eccleſiæ ad ſumendum præbere venientibus : in ſcholis quaſi lac pietatis pueris ad diſcendum ea exhibere, & cantilenis illis ad colendam B. V. Mariam vehementer accendere. Et hoc modo pietatis ſuavitatem animabus juvenum inſtillare.

quas poſt conciones cantari mandat maximo fructu

60 In eccleſiis quoque ſui Ordinis tempore pomeridiano, cum jam ſol ſui itineris medio peracto curſu, ad occidentem quadrigas ſuas dirigere incipit, ſolet dari majori campana ſignum, ad evocandos è commeſſationibus populos, ut ad concionem quæ tempore illo ex ſuggeſtu haberi conſuevit, audiendam accurrant. Concione finita juſſerat B. Ladiſlaus hymnos illos & cantilenas, publice in concentu

C ſuavi, clara decantare voce, & ſic populum addiſcere multa ad pietatem media, & inde ad virtutem prudentibus inflammari ſtimulis, commoverique præcordia fidelium, & ardentes effici ad rerum ſpiritualium dulcedinem. Quæ res optima inventu, ſancta ſucceſſu, eventu etiam fructuoſa & perquam utilis reperta eſt. Nam & populus illectus modulari pietate cantus, frequentius templa adire, menſas, pocula, ebrietates aſpernari, ad eccleſias Fratrum Minorum turmatim confluere, loca ad ſedendum præoccupare, adventum Prædicatoris prævenire, venientem cum deſiderio expectare, verba facientem avide audire, ad cæleſtia adſpirare, horrere infernales cruciatus, & mundi illecebras paulatim contemptui habere ; finita concione, cantilenas de Chriſto Domino deque ſua genitrice ſanctiſſima B. V. Maria depromere, clare & devote decantare, memoriæ mandare, diligenti attentione conſiderare. Nonnullos [vidiſſes] lacrymas profundere, alios gemitus flebiles educere, quoſdam pectus ferire, Ordinis Minorum & B. Ladiſlai pietatem laudibus in cælum ferre, deprædicare, & omnes ad illam imitandum ſtimulare & inflammare. Eſt enim cantus, Doctore Angelico aſſerente, exultatio mentis de æternis bonis habita, prorumpens in voces, & proinde ad lætitiam & gaudium ſpirituale efficaci motu inflammans. Illud quoque verum eſt, cantilenas ſuavius & felicius memoriæ inhærere ; quod exploratum in pueris eſt, qui citius cantilenas, quas raro audiunt, addiſcunt ; quam Pater noſter, quod quotidie adacti repetunt : ideoque cantilenarum uſu fidei myſteria, pietatis exempla, virtutum germina, mentibus hominum influere, radices mittere, & poſtea fructus dignos pietatis in Eccleſia Dei facere. A. VINCEN. MORAUSKI.

61 Secutus hac in parte B. Ladiſlaus eſt exemplum, primo vere & prima ætate diſſeminatæ Chriſtianæ fidei, per Regnum Poloniæ exhibitum, & felici effectu terminatum. Venerat enim in memoriam illi S. Adalbertus, olim Pragenſis, poſtea noſter Gneſnenſis Archiepiſcopus : qui vita inſolente ſuæ gentis Bohemæ, monitiones illius & doctrinas paſtorales reſpuente, offenſus, cum ſe in Regnum Poloniæ contuliſſet ; gentem rudem, & ad fidei lumen, quaſi in tenebroſo loco ad lucernam ardentem, quodammodo oculis cæcutientem, invenit ſedentem ; [ideoque] vir ſanctus, ſpiritu Apoſtolico plenus, illuminandam & magis inſtituendam Poloniam aſſumpſerat. Ut vero facilius fidei dogmata mentibus Polonorum induceret, cantilenarum uſum ad id efficiendum conducere plurimum ratus, hunc ſuſcepit laborem, confecitque ſuaviſſimam cantilenam, in cujus viſceribus myſteria fidei Chriſtianæ complexus eſt. Nomen illa cantilena, à primo ſuo vocabulo quo incipit, Bogarodzica, ſortita eſt. Publicata & ad uſum univerſalem tradita, incredibile dictu, quam avide acceptata ſit à fidelibus, & memoriæ incluſa theſauro : uſuſque poſtea obtinuit, ut omnis ſtatus & conditionis homines eam addiſcant, & per occaſionem eam cantu celebrent : maxime militibus pro more receptum, ut cum claſſicum canitur, illi quoque cantilenam illam voce depromant alacri, & illius virtute ad fortiter cum hoſtibus ſigna conſerenda ſeipſos incitent. Præluxit recenti exemplo ad augendam & conſervandam eam conſuetudinem, gloria immortalis factus, Illuſtris & Generoſus D. Bartholomæus Nowodworski, Ordinis Militaris S. Joannis Baptiſtæ Congregationis Maltenſis Profeſſus, vir manu promptus, bello ſtrenuus, & multis victoriis de hoſtibus feliciter obtentis clarus ; qui à Beatæ memoriæ Gregorio XV petiit & obtinuit certas Indulgentias, per eos lucrandas, qui cantu celebrare illam aſſumpſerint cantilenam. Sed nos properemus ad alia. *ſicut S. Adalbertus myſteria fidei docuit Polonos,* E F

CAPUT X.

In extremis Poloniæ periculis hoſtes profligati.

62 NEminem fugit, zelum, quo Sancti ſolent ardere, junctum cum ingenti dolore eſſe, ut liquet exemplo D. Pauli Apoſtoli, dum ſuccenſus zelo ſcribit ad Rom. IX, Triſtitia mihi magna, & continuus dolor, cordi meo : optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro Fratribus meis, qui ſunt Iſraelitæ : & ad Pilipp. III, Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem flens dico) inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt. Flebat, afflictus fuerat noſter B. Ladiſlaus, ut alter Jeremias Propheta, ſuper Hieruſalem ; contritione lamentabatur, & eo zelo angebatur, ut identidem in hæc prorumperet verba ; Quis infirmatur & ego non infirmor ? quis ſcandalizatur & ego non uror ? Vehementi tactus dolore B. Ladiſlaus, cum videret iram Dei ſævientem in gentem ſuam, variis modis & orationibus & mortificationibus eam placare ſtuduit, geſſitque populi ſui cauſam apud Deum : quæ illius virtus ut magis in *Ad probandam Ladiſlai caritatem*

aperto

A. VINCEN. MORAUSKI. aperto ſit, quædam nobis neceſſario in medium proferenda cenſeo.

63 Anno Domini MCCCCXCVIII, quo B. Ladiſlaus, ut ſupra dictum eſt, jam quarta vice Vicarium Provinciæ agebat, nova & lugubris clades regno illata, aliam ſuper aliam in eum annum cumulante fortuna. Joannes Albertus Rex, collecta magna militum manu, cujus numerus octoginta millia virorum complecteretur, ulturus de impiis Turcis cædem patrui ſui Vladiſlai, olim Regis Polonorum ſimul & Ungarorum, crudeliter ab his hoſtibus feris interempti; invitatus dolo à Valachorum Principe Stephano, & ab eodem ad bellum contra Turcam incitatus, pollicente conſilium, favorem, & omne (tamquam amicus eſſet) ſubſidium; incautus fidens multum perfido Principi Rex, ab ipſo in arctiſſima loca ſilveſtria, Bukovina dicta, inter rupes montoſas & ſaxoſas & inextricabiles, cum toto exercitu ibidem miſere profligandus, introducitur. Nam ejus ſilvæ, dextra lævaque circa viam, Valachi impii, Principis perfidi mandato (qui ſe Polonis favere ſimulabant) arbores inciderant, ita ut immotæ ſtarent, ac momento levi impulſu caderent. Ubi poſteaquam Regius exercitus ingreſſus eſt, tum extremas arborum ſuciſarum impellunt, ac proinde alia in aliam incidendo inſtabilem ac male hærentem, ancipiti ſtrage arma, viros, equos obruunt, adeo ut vix aliqui ex hac clade effugerint. Nam cum ſic plurimi exanimati eſſent arborum truncis ramorumque fragmentis, ceteram quoque multitudinem inopinato invadunt impetu, trepidumque ac miſerum militem ubique cædunt; atque omnem ſaltum armati circumſidentes, ſi quis Polonorum elaberetur, interimunt; ita ut de tanto numero, vix ſeptem millia cum Rege evaderent. Ibi plurimi Magnates & Proceres, milites ſtrenui & viri fortiſſimi, ſpolia corporum ſuorum perfidis hominibus relinquentes, miſere occubuerunt. Rex accepta clade, primum Leopolim, poſtea Cracoviam ſe contulit.

expeditioni Joannis Alberti Regis contra Turcas

dolo Ducis Valachorum infauſtæ,

B

64 Interea primo vere, hoſtes exacerbati Regis parum feliciter expeditione perfecta, Turcæ nimirum cum Tartaris, infeſto agmine ditiones invadunt Polonorum. Nam ingenti conflato exercitu fines Regni depopulabundi ingrediuntur. Non diu hoſtis ſe in finibus continuit: pergit inde in feſtus in agros Polonorum: ubi cum obvius nemo ne inermis quidem fieret, loca quoque omnia, non præſidiis modo non proviſa, ſed etiam cultu agreſti omnino inculta & neglecta invenirent, pervenerunt uſque ad Canczugam & Sanocum oppida, ferro & igne omnia ſolo æquantes. Deſerta omnia, ſine capite, ſine viribus, cuncta incurſionibus hoſtium patebant. Oppida prædæ data, agri vaſtati, villæ igne conſumptæ. Haud minor hominum ſtrages, ſupra centum millia in ſervitutem duram à fera & crudeli gente abducta memorantur. Omnes exercitus fuſi, ſpectaculum horribile in campis patentibus, in villis, in oppidis, viri ac mulieres afflictæ, equi, pecora, jumenta, beſtiæ dilapſæ. Multi vulneribus acceptis, neque fugere poſſe, neque quietem habere; niti modo, ac ſtatim concidere; campus conſtratus telis, armis, cadaveribus, & interea humus infecta ſanguine. Tales ubique ſtrages edebant, in quoſcumque inciderent homines. Horribilis belli ſævitia graſſabatur; [vidiſſes] rapi virgines, pueros, ſenes, ac juvenes, mulieresque; divelli liberos à parentum complexu; fana atque domos expoliari, incendia fieri & cædes.

ſucceſſit verna irruptio Tartarorum in Ruſſiam,

C

qua in ſervitutem acti 100000

65 Talia agentes & pervadentes totam Ruſſiam ſuaſque Provincias pinguiſſimas, Podoliam, Pokuciam, Volhiniam, Ciſmontanamque regionem, ad Viſlocum uſque amnem longe lateque populabundi excurrerant; igneque & ferro omnes munitiones conſumentes, ingentem Poloniæ terrorem incuſſerunt, nemine ad arcendum hoſtem neque parato neque animato, ſed omnibus ad fugam ſpectantibus & non ſolum in remotiſſimas munitiones, verum in avios montes ac ſilvas ſeſe abdentibus: unde tamen plurimi mortales, utriuſque ſexus & omnis ætatis, Ordinis, ſtatus & dignitatis, à perſcrutantibus extracti, in miſerabilem ſervitutem abducti & diſtracti ſunt, ita ut Thracia, Macedonia, Scythia & Aſia, Ruſſicis mancipiis implerentur, cum ingenti gregum & armentorum & omnis generis præda. Inter ceteros Pater Georgius de Novâ Civitate Guardianus Samborienſis, Minorum Obſervantium octo comitatus Fratribus, cum hoſtium impetum declinare vellet, ne illis obvius eſſet de via deflexit invia loca tenendo; ſed inopinato incidit in hoſtium turmas, à quibus in captivitatem abductus eſt, ubi ſquallore & mœrore omnes conflictati deceſſere. Remanſerant in conventu duo reliqui, ſed eorumdem hoſtium crudelitati objecti ferro vitam finivere. Neque vero hic tunc Ruſſiæ & Podoliæ malorum finis fuit. Nam Tartari præda in Taurică depoſita, menſe Julio iterum circa feſtum S. Annæ, eaſdem regiones horribili graſſatione percurrerunt, quo tempore meſſis ſegetina omni ſtudio peragitur. Iſti impetu facto prædam agunt, ferro & flamma labores hominum depopulantur. Ubique fama volat, in fines ſuos hoſtes deſcendiſſe: nemo inventus eſt qui opem ferret; ſi qui illæſi remanſerant, longius fugam producunt. Nec ita multo poſt, ſub finem Novembris, ſeptuaginta millia Turcarum per Valachiam in Ruſſiam ſeſe effuderunt, omnem eam oram quæ ad Neſtrum & circa Haliciam, Zydacoviam, Drohobyczyam & Samboriam, ferro & igne vaſtantes, & prædam agentes. Neque progrediendi & vaſtandi modum Barbari ullum ſtatuiſſent, nemine ſeſe illis objiciente, niſi Deo miſereſcente populi ſui, repulſi atque adeo profligati fuiſſent.

D

eadem iteratur in Iulio

& Novembri,

E

66 Nemo hominum erat, tunc in univerſo Regno, qui tantæ potentiæ reſiſteret, nemo qui calamitati ſuccurreret, omnibus potius manum hoſtilem fugientibus, inque loca tutiora & remotiora ſe recipientibus. Interim B. Ladiſlaus, Provincialis tunc Vicarius, monere, adhortari, vocem ſuam in concionibus ſicut tubam exaltare, ſcelera populo annuntiare. Dum patria inops auxiliis humanis caret, ad Deum Omnipotentem populum clamare jubet: Fratres quos gubernabat continuis inſtare orationibus præcipit; adhortabatur etiam inſuper ferventiſſimis concionibus, quas (ſingulas civitates & villas obvias percurrendo) faciebat continue, populum univerſum; imo & Clerum ipſum ſecularem inſtanter ſolicitabat ad idem faciendum, ut miſerabili ſuorum caſu permoti Deum precarentur, inter veſtibulum & altare, ut ſcilicet ponerent ſe ſepem inter Deum & populum, cui offenſus Dominus; plorantesque ut veri miniſtri dicerent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Et in hunc finem confecit hanc, licet brevem, efficacem tamen, & devotam Antiphonam: Jeſus Nazarenus Rex Judæorum exſurgat, & conterat gentes Paganorum, & præſtet victoriam populo Chriſtianorum, ut laudetur omnipotens Deus in ſecula ſeculorum. Amen. Cum hoc ſalutifero titulo, tamquam cum vexillo victoriali, ſicut ſemper in omnibus ſuis concionibus prodibat contra vitia, ſic etiam contra viſibiles hoſtes patriæ audacter ſibi populoque toti procedendum exiſtimabat, plenus ſpe de victoria. Sciebat dies illos, dies furoris Domini, dies caliginis & tenebrarum: noverat vires inimici, ante cujus faciem ignis vorans, & poſt eum exurens flamma. Regiones illæ Ruthenicę quaſi hortus

hac occaſione B. Ladiſlaus populum excitat ad pietatem;

F

A hortus voluptatis antea erant, & poſt deceſſum hoſtium ſolitudo deſerta: à facie eorum cruciabantur populi, & omnes vultus redigebantur in ollam, ſicut Ioël Propheta vaticinatus eſt.

67 Et revera cum jam in conſpectu hoſtium ſiluiſſet terra noſtra, ita ut jam deletum nomen Polonorum videretur, exiſtimarentque extranei, gentem noſtram ad internecionem deleri per hoſtium immanitatem poſſe; recordatus eſt Dominus afflictionis ſuorum, & tantis fluctibus hujus maris vectem oppoſuit, dixitque, Hucuſque procedes, & hic tumentes confringes fluctus tuos. Inde paulatim minui cœperunt vires hoſtium, animi erigi Polonorum, oriri nova lux viſa regno, gaudium, lætitia, & tripudium. Alteri Mardochæo, per Heſter formoſam, ardentem inquam orationem, placantem & mitigantem iram Dei, gentes, quæ convenerant conterere & delere nomen noſtrum, occiſione occiſæ ſunt. Clamavit B. Ladiſlaus ad Deum, & ſalvum fecit Dominus populum ſuum, liberavitque eos ab omnibus malis, & fecit ſigna magna atque portenta inter gentes. Nam cum ad Deum tanta devotio, hortante & omnes invitante B. Ladiſlao, per Regnum Poloniæ fieret, tertia jam vice eodem anno, ultimis diebus Novembris, irrepſerant Turcæ cum Tartaris in fines regni, & unius exercitus caſtra munierant inter dictos fluvios, Pruthum & Nieſtrum nuncupatos; qui uterque rapido curſu & veloci labitur, dividitque regnum Poloniæ à Walachiæ Provincia; mediocribus autem trajiciuntur navigiis, limo abundant, & varii generis piſcibus. Tunc Dominus Deus noſter dedit vocem ſuam, ante faciem populi ſui, cujus multa ſunt nimis caſtra fortia & facientia verbum ejus: miſertus inquam populi ſui, inimicorum inſolentium tot victoriis & prædis demerſit exercitum, inundatione duorum dictorum fluviorum repentina, nive decidua obruit, congelatione aquarum inundantium concluſit, & demum frigore nimio enecavit.

& ipſe Dei opem implorat,

quo agente totus hoſtilis exercitus miſere perit.

68 Etenim in eo loco, cum jam caſtra eſſent munita, ſubito aquæ creſcere, intumeſcere, latiſſime rapidiſſimo curſu diffundi cœperunt, ingentemque inundationem ſtatuit Dominus. Poſtea cum vehementius gelu friguſque ſuas exererent vires, aquæ congelatæ, è glacie confectis quaſi mœniis hoſtes concluſerunt. Mox nive denſa decidente caſtra obruta ſunt, hominibuſque & equis ultima neceſſitas mortem afferebat. Alii frigore enecati, alii aquis obruti, alii viſcera equorum gladiis aperientes, intraque ea calefieri volentes, ſimul cum beſtiis miſere miſeri peribant. Sic Deus Omnipotens ſagittis ſuis cæleſtibus hoſtes illos perdidit: ita ut vix ex ſeptuaginta millibus effugerent mortemque evaderent octo millia; ſed neque hi firma & integra valetudine. Qui tamen vix ſe explicuere ex illis plagis, à fidefrago Stephano Valachorum Principe poſtea ſic contriti ſunt, ut vix quadringenti evaderent; vulgata prius fama, ſuum exercitum eſſe Polonum, ut ſic amicitiam cum Turcis quam fingebat integram conſervare videretur. Hi nihilominus quadringenti, licet faciem gladii effugerint, morbo tamen contagioſo, qui vulgo Gallicus appellatur, correpti, labem illam, quam converſatio mutua & contagio ipſa vulgabat, patriis finibus (alias illis incognitam) intulere. Meminere hujus miraculoſæ ſtragis multi clariſſimi hiſtorici, qui res Polonicas ſcripſere. Ipſi quoque Turcæ, lumine licet veræ fidei carentes, conſiderantes nihilominus varium eventum rerum, ajebant, cælum ipſum pro Polonis pugnare, ideoque eam gentem non eſſe amplius bello infeſtandam exiſtimarunt. Sic zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo.

69 Quam ſtragem hoſtibus eveniſſe, propter oraA. VINCEN. MORAUSKI. tiones devotiſſimas, zelum, curam, & ſuſpiria ardentia B. Ladiſlai ad Deum, quis extremæ demen tiæ negabit? Quem obſecro præterit, aut cui exploratum non eſt, olim Dominum Deum civitati Jeroſolymitanæ ſuccurſum voluiſſe parare, & veniam gratiamque delictorum facere, ſi iracundiæ ſuæ obicem viri alicujus ſanctitate celebris pietatem opponeret? Sic enim conqueſtus eſt: Quæſivi inter eos virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſperderem eam, & non inveni. Et effudi ſuper eos indignationem meam, in igne iræ meæ conſumpſi eos. Felix profecto mater noſtra Polonia, quæ graſſante furore Domini, habuit tunc virum illum, ſanctitate eximia præditum, qui valuit manum Dei continere, & evaginatum furoris ejus gladium iterum in vaginam inferre. Exprobrabat Goliath (Turca puta) exercitui Dei viventis, qui veniebat cum gladio, haſta & clypeo. Beatus autem Ladiſlaus veniebat in nomine Domini exercituum, & dedit eum Dominus in manus ejus, & percuſſit eum, & abſtulit caput ejus, & dedit cadavera caſtrorum Philiſtiim (Turcas & Tartaros intellige) volatilibus cæli, ut ſciret omnis terra, quia eſt Dominus Deus Iſrael; & noverit univerſa Eccleſia Dei, quia non in gladio nec in haſta ſalvat Dominus: ipſius enim erat bellum, & tradidit eos Dominus in malum finem. Pulſabat item David cytharam, & ſpiritus malus recedebat à Saul, nec ſuſtinere potuit dulcedinem cantus, quem David cithara Regis auribus, ſuavi motu, inducebat. Citharæ in manibus ſeniorum in Apocalypſi viſæ, orationes Sanctorum denotabant: & noſter B. Ladiſlaus, cum affectu ferventi ſanctis orationibus intendere, citharam pulſare, hoſtem malignum repellere, ſpiritus nequiſſimos debellare, quietem afflictis Regni incolis comparare, pacem poſcere, iram Dei lenire agnitus eſt. Sic & olim Eliſeus, tribus Regibus in anguſtias redactis dum placare Dominum deſiderat, pſaltem accerſiri jubet; quo pſallente ſpiritu Dei afflatus, victoriam de hoſtibus ab iiſdem reportatum iri denuntiat. Oratio B. Ladiſlai fervens, cantilenæ ab eo in hunc finem compoſitæ, Antiphona ad hoc conſcripta, conciones vehementes, effecerunt, ut Dominus populo ſuo reconciliatus daret pacem, & hoſtibus induceret necem, ſuis conferret victoriam, inimicis ignominiam, benediceret gregi, repelleret luporum rabiem, & omnem belli peſtem in ipſos converteret hoſtes. Sit Dominus benedictus in Beato ſuo Ladiſlao.

Ezech. 22.

comparatur Ladiſlaus cum Davide occidente Goliath

& pulſante citharam coram Saule.

cujus Canonizationem promoveri optat auctor.

70 Nos memores beneficiorum, per eum nobis à Deo Patre omnipotente exhibitorum, omni officiorum genere ſtudeamus compenſare, ea in memoria ſempiterna habere, ejus ſanctitatem ita promovere & deprædicare, ut Dei gloria inde incrementa ſui, & pietas viri ſancti condignum ab Eccleſia Dei conſequatur relationis in Sanctorum catalogum præmium. Urgeat negotium hoc patria, cujus ille Patronum ſe vivens in terris exhibuit, & haud dubium, quin vivens vita feliciore, incolis patrem ſe amantiſſimum exhibebit: urgeat Mazoviæ Ducatus, qui theſauro tam pretioſo lætatur: urgeat civitas Warſavienſis, quæ ſarcophago ſuo illius ſanctas Reliquias continet: urgeat tota Polonia cum ſuis omnibus adjacentibus provinciis, quas doctrinis ſalutaribus imbuebat, & orationibus fulciebat; quæ eo auctore digna inventa eſt, cui cælitus plurima dona beneficiaque à Deo omnipotente latiſſime collata ſint.

A. VINCEN. MORAUSKI.

LIBER SECVNDVS.

Labores ultimi. Extaſes. Pius obitus. Sepultura. Corporis elevatio.

CAPUT I.

Singularis devotio B. Ladiſlai, potiſſimum in Corona Deiparæ Virginis recitanda.

77 MAgnus plane vir & multarum virtutum clarus inſignibus B. Ladiſlaus : itaque cujuſmodi fuerit devotio in eo viro, conſideremus: hæc enim virtus ordine prima eſt, quæ eſt fundamentum ceterarum omnium. Memor erat Dei & delectatus eſt. Devotio ejus fuit, pius & humilis affectus in Deum: humilis ex conſcientia infirmitatis propriæ, pius ex conſideratione clementiæ divinæ. Ponebat illi ſcientiam meditatio, ſcientia compunctionem, compunctio devotionem, devotio perficiebat orationem. Deſiderium cordis tribuerat illi Dominus, & voluntate labiorum ejus non fraudabat eum : & quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderabat anima ejus ad Deum ſuum. Sicut adipe & pinguedine repleta fuit anima ipſius, & labiis exultationis laudabat os illius Creatorem ſuum. Cor mundum creaverat in eo Deus, & ſpiritum rectum innovaverat in viſceribus ejus. Dominus firmamentum, & refugium, & liberator ipſius; levabat in montes oculos unde veniret auxilium ei: & ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi ejus ad Dominum Deum ipſius. Paratum cor habebat ad Dominum & providebat Dominum in conſpectu ſuo ſemper. Adhærere Deo bonum illi erat, & ponere ſpem in Domino Deo ſuo. Erat dives in caritate, quæ nullis exhauritur impenſis, & de ipſa facile holocauſta medullata offerre ſufficiebat.

Pia devotione perficit orationem:

B

78 Fundebant paſſim ſudantia præcordia liquorem ſanctum, quo imbuta plenius erant, quando loquebatur magnalia Dei, & ad virtutem amplexandam continuis ſtimulabat exhortationibus. Tanta nempe abundantia devotionis repletus erat B. Ladiſlaus, ut etiam non ſolum in ſe fervorem amoris divini continue excitaret, ſed eumdem via & ratione ſingulari in aliis promovere ſtuduerit : ita ut de ſe merito dicere potuerit illud Sapientis, Ecce factus eſt mihi trames abundans & fluvius meus approquinquavit ad mare, quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus. Siquidem doctrinam ſuam quaſi antelucanum illuminabat omnibus, trames abundans ſpiritus amoris divini, è quo fervor devotionis, tamquam fluvius rapidus, egrediebatur ; cum exemplo ſuo quamplurimos ad ſimilem devotionem quodammodo raperet, ſimul & divino eloquio veluti flumine deduceret. Et appropinquavit ad mare, id eſt ad univerſum populum ædificandum, & ad pietatem commovendum plurimum valuit, [perſuadens] ſummum bonum in ſola religione eſſe, hoc vinculo pietatis nos Deo eſſe religatos, unde & ipſa religio nomen acceperit; nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, quæ eſt verus & cæleſtis cultus, in quo mens colentis ſeipſam Deo immaculatam victimam ſiſtit. Per hanc B. Ladiſlaus affectiones ſuas dirigebat in Deum, & ejus compunctio non horanea, ſed continua fuit. Beatus vir in ſapientia morabatur, & in ſenſu cogitabat circumſpectionem Dei : quærebat aſſidue Dominum, & confirmabatur omnibus diebus vitæ ſuæ. In mente habuit Deum, aſſuefactus facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitus ambulare cum Domino Deo ſuo. Et quia

& in aliis excitat fervorem divini amoris:

Eccli. 24, 43

C

ſemper Dei meminerat, ideo mens ejus in cælum evadebat. Vere Dominus erat in loco cordis ejus: non erat ibi aliud niſi domus Dei & porta cæli.

D

79 Exemplar pietatis ejus, & devotionis ad noſtra uſque tempora famam & veſtigia ſui confirmat. Corona B. V. Mariæ, non vulgari modo, ſed ſpeciali quadam devotionis formula ad recitandum compoſita : poſt ſingula verba ſalutationis Angelicæ, adhibitæ piæ ac devotæ meditationes, ferventes orationes, compunctiones. Cum vero B. Ladiſlaus hujuſmodi coronæ recitandæ operam navaret, cum primum Ave Maria proferret, ſtando profunda inclinatione caput deorſum demittebat. At vero cum pronuntiaret tremenda illa nomina Jeſus Chriſtus, in genua ſubito cadere & caput ad terram inclinare ſolitus erat : atque ita totam Coronam, conſtantem ex octo Pater noſter & ſeptuaginta Ave Maria, tamquam ex odoriferis floribus, rubeſcentibus nempe roſis liliiſque albeſcentibus compoſitam, aut velut ex pretioſiſſimis gemmis margaritiſque inæſtimabilibus compactam, Deo & B. V. Mariæ ſingulis diebus devotiſſime recitabat. Qui mos ab eo profectus, pro uſu à Fratribus Minoribus de Obſervantia inviolabiliter obſervatur, & quotidie ad dicendam eo modo Coronam B. V. Mariæ integra hora poſt expletas Veſperas deſtinatur, in omnibus conventibus eorumdem Fratrum. Etenim aliqui finitis Veſperis, non exeundo ex eccleſia, ſubito inchoant illam devotionem, non ſufficere ſibi illam horam, ad tam dulces epulas arbitrantes : alii autem ſtatim conveniunt, & nemo ab illa ſancta conſuetudine excipitur, debilibus demptis. Et ſic ſinguli in locis ſuis, cum omni humilitate & devotione, ſanctæ orationi inſtant ante thronum majeſtatis Divinæ, tenentes phialas plenas odoramentorum; profundaque capitis inclinatione & totius corporis, flexo poplite in genua demiſſione, Regem Regum & Dominum Dominantium ſimulque Dominam & Reginam cæli venerantur. Fit & ſecularium hominum alibi magnus concurſus, maxime in Lithuania & Samogitia, qui exemplo illius devotionis accenſi, ad præſtandum B. V. Mariæ cultum libenter congregantur, & Fratribus orantibus, ipſi ſimiliter, eadem ceremoniarum via & modo, Matrem miſericordiæ colere & obſervare contendunt. Cujus egregii facti quoniam B. Ladiſlaus auctorem ſe & ducem exhibuit, profecto magnum devotionis affectum erga Matrem miſericordiæ oſtendit, ſimulque exemplum Fratribus ſuis & ceteris fidelibus, ad colendum Chriſti Domini genitricem, dedit : ut quemadmodum ille fecit, ita & ejus ſucceſſores omni ætate & memoria facere aſſueſcerent.

Coronam B. V. M. recitat modo ſingulari.

& multis ſecularibus

E

80 Fama eſt B. V. Mariam inſigni declaraſſe teſtimonio, illum modum recitandi coronam, ſibi gratum & acceptum eſſe. Referebant enim quidam ex ſenioribus Patribus à ſe viſam fuiſſe B. V. Mariam, tempore illo quo Corona ipſius recitaretur, tranſeuntem per medium chorũ, in quo Fratres tunc perſeverabant orantes; & in medio Fratrum, quaſi dulcedine illius orationis illectam, modo conſiſtere, amanter ſingulos intueri, vultu ſuo glorioſo exhilarare; modo ad ſingulos Fratres accedere, & ſuum Unigenitum, quem in ulnis geſtabat, quaſi ad oſculandum ipſum exhibere. Obſervatum etiam & hoc eſt, eam præteriiſſe Fratres illos, neque Filium ſuum illis porrexiſſe, qui recitarent quidem illam Coronam, ſed ab inclinationibus profundis & genuflexionibus abſtinerent : ſolis autem illis beneficium præſtitiſſe illud, qui adhibitis ceremoniis ſolitis recitandæ Coronæ impenderent curam & devotionis affectum. Inſinuare B. V. Maria volebat, illud orationis obſequium, condecoratum inclinationibus & humilitate, ſuo aſpectui jucundum & cordi gra-

F

dein obſervato à Fratribus Minoribus

A gratiſſimum. Quippe humilitatis,qua Virgo beatiſſima una cum ſuo amantiſſimo Filio ſumme delectatur,typum gerit actus ille inclinationis profundæ; & honoris, quem Beati jam Deo corregnantes in cælo exhibent majeſtati ipſius Divinæ convenientis. Deinde talibus ceremoniis non ſolum debitus Deo honor exhibetur,ſed etiam torpor qui ſæpe orantes invadit repellitur,fervor in orante concitatur, attentio continuatur,humilitas exercetur, ac demum ſpiritus renovatur & magis inflammatur. Non dubium quin ab ipſo Deo modus ille orandi B.Ladiſlao, per internam inſpirationem infuſus fuerit; idque ad debite & condigne puriſſimam Virginem, ſuam digniſſimam genitricem,colendam & honorandam.

81 In omnibus magnus fuit B.Ladiſlaus, verum & in ferventi oratione principatum obtinebat, palmamque ceteris præripiebat. Immolabat Deo ſacrificium laudis & reddebat Altiſſimo vota ſua. In omni oratione & obſecratione,cum gratiarum actione,petitiones ejus innoteſcebant ante Deum, quem ipſe colebat exorabatque pro peccatis, & continebat ſe ab illis. Inter cetera ſalutaria ſua monita & præcepta, B.Ladiſlaus orandi ad B.V.Mariam, ut dictum

B eſt,formam dedit,ipſe quid precaremur innuit & inſtruxit. Erat ipſe prudens & vigilabat in orationibus,ſine intermiſſione orare, gratias agere in omnibus, orationi inſtare, vigilare & non deficere; indeque efficere, ut dignus haberetur, cui Deus ſapientiam daret affluenter. Et cum velut alter Moyſes oraret in monte,in acie Amalechitas devincebat: per orationem quippe B.Ladiſlai, ut pie creditur, hoſtes deleti patriæ,& in nihilum prorſus redacti fuere, ſicut ſupra dictum eſt. Nec mirum: delectabatur quippe in Domino, & dedit illi Dominus petitiones cordis ſui. Cor ipſius non reprehendebat eum, ideo fiduciam habebat ad Deum, & quidquid petierat accipiebat ab eo,quoniam mandata ipſius cuſtodiebat, & ea quæ ſunt placita coram eo faciebat. Oculi Domini erant ſuper eum ut juſtum, & aures ejus in preces ipſius.

erat autem oratio ejus apud Deum efficax.

82 Imitemur igitur virum hunc, devotionis pietate inſignem: oremus in omni loco, ſervantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Non pudeat,exemplo hujus Sancti, genuflexione & profunda inclinatione capita noſtra ad terram demittere. Chryſoſtomus in Matthæum Hom. v, de proſtratione in terram,uſurpata à Chriſto & S.Jacobo, aſſerit cum aſſiduitate orationis jugique in pavimentum proſtratio-

C ne totius corporis,genua quoque ejus callo obducta, ita ut nihil ferme à cameli pelle diſcreparet. Introgreſſus S.Antonius ſpeluncam S.Pauli primi Eremitæ, vidit genibus complicatis erecta cervice expanſiſque in altum manibus corpus exanime; putanſque ipſum eſſe vivum & orare, pariter cum eo & ipſe procidens orabat. At poſtquam nulla ut ſolebat ſuſpiria precantis audivit, in flebile oſculum ruens intellexit,quod etiam corpus Sancti Deum, cui omnia vivunt, geſtu ſuo precabatur. Hunc geſtum & alios profundiores,ſuos Fratres,ut dictum, B.Ladiſlaus docuit; valetque ad declarandam promptitudinem animi,inopiam & imbecillitatem noſtram oſtendendam cui ſubventionem imploramus ab eo ad quem preces noſtras dirigimus. Potiſſimum Matrem illam, cujus humilitatem reſpexit Deus, eo modo orandi poterimus ſemper ad vota noſtra feliciter inclinare, & efficere ut noſtris petitis benigne reſpondeat & poſtulatis acquieſcat.

& modus orandi qualis Sanctorum.

A

CAPUT II.

Locus, apparitione B.V.Mariæ & miraculis clarus, datus Fratribus Minoribus.

83 SUb hoc ferme tempus,videlicet anno Domini MCCCCXCVII, cum B. Ladiſlaus normam illam B.V.Mariæ recitandi coronam verbo & exemplo omnibus commendaret; in territorio Dobrzynenſi prope oppidum Skape plurima acciderunt *Prope Skape* ſupra fidem cælitus, ſine dubio revelationum, exhibita miracula. Brevi intervallo loci à via publica, qua diſcedentium deducit veſtigia in aliud contigua vicinitate oppidum, Lipno vocatum, lapis quidam mediocris magnitudinis, intra & extra plurimis ſalutiferæ Crucis imaginibus hinc inde conſignatus, & quodam modo inſtar venarum in mole *ad lapidem Crucibus conſignatum* illa omni in parte diſtinctis & diſpoſitis, conſpiciebatur. Res omnibus loco miraculi haberi cœpta. Auxit autem admirationem rei quidam majeſtatis horror, loco illi inditus:nam quicumque parum honeſte & circumſpecte auſi accedere,ei appropinquabant;aut ebrioſi,vel irreverenter ſe habentes, vel in- E honeſte inter ſeſe conferentes, vel certe aliud quid indignum tractantes vel agentes pertranſibant,damna notabilia incurrebant. Aliquando currus cum illis *& ſacro horrore venerabilem* evertebatur,ad terram elidebantur, & quodam terribili ſpiritu proſtrati evolvebantur; ii præſertim qui geſtu laſcivo petulantive, aut verbo inhoneſto, inſolentiæ edebant ſigna,ſimul cum vehiculis ſuis in pulvere lutove volvebantur:aliquando vero rotæ & axes confracti disjiciebantur, vel denique aliquid inſoliti illis contingebat.

84 Cumque omnes in admirationem rapti, quid illud rei eſſet detinerentur, & hac de re inter ſe invicem ſæpius conferrent & conſultarent; ſupervenit quidam homo ſenex,omnibus notus,ætate gravis,fama honeſtus,moribus ſedatus, à cunctis in ſua converſatione commendatus, paupertatis licet inopia preſſus,ſimplex,rectus,timenſque Deum; qui ſub juramenti atteſtatione & ſuæ conſcientiæ fide aſſeverabat,penes lapidem illum B.V. Mariam à ſe eſſe conſpectam luce admirabili fulgentem, virginem nimis gratioſam,hæc verba ſuis auribus inſtillantem: Hic locus erit Deo acceptus & mihi; terra ſancta, nobis grata,& electa: & ab hoc tempore cultui & honori divino conſecrata, debet ab omnibus conſervari in- F tacta. Et volo habere Religioſos Filio meo gratos & acceptos,pro ſuis obſequiis hic collocandos & divinis officiis mancipandos. His dictis beatiſſimam illam Virginem ex oculis ſuis evanuiſſe, & ſe obſtupefactum attonitumque remanſiſſe,ſuper rei inſolitæ novitate.Iſta viſione vulgata ſic, & publica fama in viciniores primum partes,tum etiam in remotiores diſſeminata,fides facile habita eſt; & locus honore venerari,& ab injuriis tum animalium tum malorum hominum muniri cœpit.Subſecuti ſunt frequentes concurſus hominum, Deo & B. V. Mariæ ſupplicum. Multi ægritudinibus correpti, plurimi variarum neceſſitatum vi adacti, nonnulli duris difficultatum & calamitatum telis confoſſi, vota ſuo Deo & B. V. *qui miraculo illuſtrior factus,* Mariæ obtulere, & omnes finem optatum proſperumque eventum deſideriorum ſuorum conſecuti, diſceſſere conſolati. Recuperabant alii ſanitatē amiſſam,pars quæſita obtinuere beneficia; quidam à malis erepti,conſolationis guſtarunt dulcedinem.Locus ille magis magiſque clarior evadebat in dies, & majori dignior veneratione à cunctis habebatur.

85 Eodem anno,cum in eodem loco jam,propter majorē populi devotionē locique deſignationē,Crux erigeretur; plures quam centum homines ſolvendi

A. INCEN. M. AUSKI, *idem duo nergumeni*

voti cauſa eo temporis curriculo convenere ; de quorum numero duos miſeros videre licuit, à malo obſeſſos dæmone, cujus malitiæ Dei permiſſione ſubjecti, crudelem in modum vexabantur. Hi à miſerantibus ſuæ calamitati amicis ducebantur, & cum jam ad locum prædictum appropinquarent, ubi primum eumdem conſpexerunt oculis, elapſi de manibus ducentium ſe, fugam in proximam ſilvam arripuere: ſed tandem vi maxima amicorum ſe alacriter inſequentium comprehenſi, ad locum deſignatum, reniti nihilominus conantes, deducebantur. Deducti in horribiles prorupere clamores, vociferantes à B. V. Maria ſe in anguſtias redigi & vehementer angi, conqueſti de vi ſibi per eamdem illata. Adjecerunt inſuper, breve poſt tempus in loco hoc quoſdam Religioſos nudipedes collocatum iri, locum autem hunc, illorum perpetuum in ævum futurum, nec unquam ſecularium Sacerdotum juriſdictioni fore ſubjiciendum : numquam etiam futurum, ut quemadmodum in oppido Sieprc (ubi etiam imago B. V. Mariæ plurimis miraculis votiva coruſcat) collegium Presbyterorum ſecularium illi loco præſideat; æternam poſſeſſionem loci illius manſuram Religioſis Deo & B. V. Mariæ acceptis. Nec mora his prolatis dictis, deſerentes obſeſſa corpora relinquenteſque libera, ſubito inferna petierunt antra. Illi porro qui erant obſeſſi, pacem & liberationem in loco dicto aſſecuti, gratias Deo & B. V. Mariæ egerunt.

prædicentes locum Religioſis dandum libe. rantur.

B

86 Præerat tempore illo fabris circa Crucis erectionem laborantibus, quidam vir, auctoritate ſuper illos pollens, fide dignus, & boni nominis laude celebris ; qui ſe præſente omnia illa acta fuiſſe, illis quorum intererat narrabat; ſubjiciens, nemini tunc in mentem veniſſe, de cuibus Religioſis mali illi dæmones loquerentur ; tamdiuque memoriam de illis omnibus ſuſpenſam fuiſſe, quouſque ad illum locum deducta colonia Fratrum Minorum de Obſervantia, vera prædixiſſe, Deo ita diſponente, malos ſpiritus compertum eſt. Nam ante illud tempus Fratres Ordinis illius, omnino nemini ex incolis cogniti erant. Multa & alia ſigna prodigiaque in eodem loco exhibita ſunt, quæ in archivo ejuſdem conventus diligenter conſcripta aſſervantur, præſertim circa eos qui repugnabant fundationi Fratrum, quos jam beatus Pater Ladiſlaus, uti Provincialis Vicarius, ad illum locum ſuſcipiendum deſignaverat. Ex multis unius & alterius exempli mentionem faciam, ex quibus colligi facile poterit locum illum B. V. Mariæ gratiſſimum eſſe; cum omnino in cura, non aliorum, ſed Fratrum Minorum de Obſervantia habendum, obſequiiſque illorum providendum [voluerit] : nam quicumque auſi ſunt contradicere, haud multi remanſerunt.

verum dixiſſe exitus docuit.

C

87 Peregregie hoc in ſuo corpore expertus erat, oppidi Skape eccleſiæ Parochialis Rector. Ægre tulerat Ordinis Minorum Fratres in eo loco capellam ædificaſſe, ſibi inde in proventibus oriri detrimentum conqueſtus. Licentioſe igitur in eoſdem invehi, loco maledicere, & novum perſequi Ordinem: dicere inſuper non ſe paſſurum aliam eccleſiam in ſua parochia ſe vivo ædificari, & in præjudicium ſuum novam conſurgere fabricam. Cum vero à certis viris timoratis, ne divinæ voluntati reſiſteret, admoneretur; exacerbatus, ſtimulis invidiæ exagitatus frementſque, malum neſcio quid machinabatur. Accidit quoſdam devotos in præſentia illius locum ſanctum laudibus proſequi, mirabilia in eo fieri, quibus ejus prærogativam Deus mundo declarat: inter cetera, eſſe homines quoſdam fide dignos, qui ſe jurejurando aſſerant, in ſacello noviter erecto, nocte intempeſta audire ſuaviſſimos concentus Angelorum pſallentium. Vehementi Parochus ille ſuccenſus iracundia in verba blaſphemiæ prorumpit ; dæmonum potius rugitu & malorum ſpirituum, luporumque infernalium ululatu locum reſonare, quam dulci melodia Angelorum : neque verbis blaſphemiæ contentus, progredi ad opus malitiæ ſtatuit. Tranſibat forte tum ſacellum : accedens ergo proxime ad parietem, planta pedis percuſſit delubrum, quaſi niſus ipſum impellere, ſubmurmurans in furore ; malorum dæmonum hoc in loco audiri rabidas vociferationes, non autem Angelorum ſuaves & jucundas voces. Vix impia verba de ore effudit, cum ei à tergo ecce ultor Deus : concidit ſubito impius in terram, correptus inſueta ægritudine. Portatus, nullo ſibi auxilium ferente, domum ſuam, manifeſta Dei agnita virtute, maximis dolorum exagitabatur cruciatibus.

Minoribus autem ſe opponens Parochus

D

propter blaſphemiæ à Deo percutitur.

88 Cum itaque magis, magiſque morbi vis per membra vulgaretur, ad meliorem ſe recepit mentem: agnovit culpam, pœnam juſte ſibi impoſitam confitetur, incipit Altiſſimum invocare, ut vitam ſibi concedat, in ſupremo jam ſpiritu conſtituto. Deflet ſcelus, & veniam commiſſi delicti expoſcit : B. V. Mariam voce flebili invocat ; velit pro ſe vota Filio dilecto ſuo offerre, habituram in poſterum ex blaſphematore laudum ſuarum ferventem prædicatorem : [vovet] ſi amiſſæ valetudini reſtituatur, ad ſacellum cultui ipſius erectum, ſe, quam primum de ſtrato ſurrexiſſet, iturum, honorem cultumque Deo & ipſi votivum exhibiturum ; imo totius oppidi incolas Clerumque & Miniſtros Eccleſiæ, cum cantu publico per ſolennem proceſſionem, ad id inducturum. Voto emiſſo, nulla interpoſita mora, ſanus factus eſt. Igitur congregato per majorem campanam populo in eccleſiam, luculenta celebrat oratione B. V. Mariam, ſibi per eam collatum ſanitatis beneficium confitetur : votum ſuum aperit, ad quod explendum animum ſibi eſſe aſſerit; invitat rogatque paſtor oves velint ad ſacellum illud eunti, congregatione ad eccleſiaſticum conveniente vexillum, adeſſe. Omnibus eam rogationem acceptantibus, fit ingens concurſus hominum, Paſtorem ſuum ad ſacellum prædictum deducentium. Ubi reatum ſuum confiteri, culpam agnoſcere, palam facere cum dolore, pœnam deprecari, Fratribus D. Franciſci reconciliari ; poſt hæc ſacrum ad altare, imagine Reginæ cæli inſignitum, ſolenniter celebrare, & pro docili correctione gratias agere ; teſtari omnibus opera Dei eſſe magnifica, ſubjungere quoque ſi quem haberent hoſtem operis inchoati aut ſalutis ſuæ inſidiatorem, mitterent illuc & flagellatum illum reciperent, ſi tamen evaſerit ; eo quod eo loco ſit quædam virtus Altiſſimi, qui adjutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum perditione perdit.

pœnitens facti

E

per votum ad B. V. M. ſanatur.

F

89 Hoc ipſum quod iſte re expertus, & diſertis verbis teſtatus eſt, paulo poſt in alio Parocho alterius parœciæ re ipſa compertum eſt, idque eodem plane modo. Nobilis vir quidam, cognomento Kobiernicki, devotione erga Eccleſiam & Clerum ductus [Parochos] tam Skapenſis eccleſiæ, quam alterius vicinæ parochiæ, cum ſuis adjutoribus Presbyteris reliquiſque templi ſervitoribus, invitavit ad prandium. Antequam menſæ aſſiderent, datur, ut moris eſt, aqua ad manus abluendas. Dum funderetur ergo aqua ſuper convivarum manus, vicinus Parochus affatur Skapenſem : Quid hoc rei eſt, Reverende Domine, permittitis his Mendicantibus ad latus veſtrum ſacellum erigere novum ? patimini detrimentum fieri rerum veſtrarum ? Num ignoratis plebem, rerum novarum cupidam ? Evadet ſic Eccleſia veſtra deſolata, ſtabit quaſi vidua ſpoliata plebe, ovile ſine ovibus, paſtor erit ſine grege, nam devotionis ergo omnes ad ſacellum current. An fortaſſis obliti eſtis curæ veſtræ animas

ſuadens Minores inde pellendos,

A animas omnium esse commissas ? Quid si illuc sese conferentes in errorem potius quam in ardorem devotionis deducentur? Displicere sibi suum silentium, suam patientiam; si vir esset, amovendum illud tabernaculum una cum Fratribus curaret; impigre se, si illud negotium curæ suæ incumberet, dicta peracturum, & à sua parœcia omnia impedimenta remoturum. Respondit Skapensis, locum B. V. Mariæ esse gratum, à se delectum, in suaque tutela esse; Fratres illos, non alios, sibi acceptasse: aliquid contra Dei Genitricis voluntatem attentare nolle, nec se periculo committere, ne in ipso periclitaretur: acquiescendum Divinæ voluntati, & cultum B. V. Mariæ suis commodis præponendum potius, quam lucri gratia beneplacitum Virginis violari. Ad hæc ille ridere, tandem verba blasphemiæ proferre. Verum extemplo, sicut & ille prior, manum Omnipotentis agnovit. Etenim cadens in terram, horribili voce clamans, ejulans & fremens, mox loquelam amisit simul & rationem. Sic in domum suam delatus, cum ad se rediisset, recolligens se, errorem suum magnum agnovit, quod scilicet voluntati Dei resistendum suaderet, bellum indicendum Virgini Dei Genitrici diceret, populo scandalo fuisset. Hoc corde doluit,
B votum fecit se cum suo Clero & ministris locum à Deo electum aditurum, & Missam in ipso à se despecto sacello de B. V. Maria celebraturum. Quod cum re impleſſet, annuit votis ejus Virgo Beatissima, miserta illius; & quæ est misericordiæ mater, eum ad pristinam fecit redire vitæ prosperitatem: eaque severitate pœnæ docuit universos, locum illum ab omni violatione immunem & liberum esse velle; contradicentes indignationem filii sui & suam incursuros. Conticuere [ergo deinceps] omnes intentique ora tenebant.

& in Deiparam blasphemus,

fit mutus & demens,

& pœnitens sanatur.

90 Fratres vero illi, à B. Ladislao ad loci fundationem missi, æterna possessione potiti, Illustrissimo & Reverendissimo Domino Nicolao de Koscielec Koscielecki, Episcopo Chelmensi, consummationem omni ope & sumptu promovente, consederunt; & ad nostra usque tempora die noctuque, divinis vacantes officiis, Domino & B. V. Mariæ locum illum recentibus semper signis illustrante, vota sua feliciter persolvunt. Atque vel hinc colligere licet, B. Ladislaum in hanc B. V. Mariam; insigni arsisse devotionis amore, insignisque sanctitatis extitisse; sub cujus non minus prudenti quam felici regimine, tota sua familia sancta, tota Deo & B. V. Mariæ
C grata, reperta est; quamque in loco à se delecto, uti in hortulo suo delicato, ad ipsum custodiendum & excolendum, collocare sibi complacuit. Inque diem hodiernum felix hæc plantula B. Patris Ladislai, in eadem devotione, qua ipsam erudiit, recitandæ Coronæ Divæ Deiparæ Virginis permanet, Deo optimo maximo cultum suum crebris miraculis confirmante.

Minores à B. Ladislao missi hactenus ibidem residunt.

CAPUT III.

Ladislai Labores religiosi: Ordinis bonum nomen propugnatum.

Otium fugiens,

91 INter cetera perfectionis religiosæ argumenta non postremum locum habuit fuga otii, & desiderium laboris & occupationis: omnis enim qui sectatur otium stultissimus est, & replebitur egestate: multam quoque malitiam docuit otiositas: & hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum ejus. Omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Etiam in paradiso collocavit Deus hominem ut operaretur & custodiret illum. Homo nascitur ad labores, & avis ad volandum. Nullus oderit laboriosa opera & rusticationem creatam ab Altissimo: & qui non vult operari non manducabit. Hinc Ægyptiorum monasteria hunc morem tenebant, ut nullum absque operis labore susciperent, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem, ne vagaretur mens abducta perniciosis cogitationibus. Ideo & hujus virtutis exercitio delectabatur noster B. Ladislaus. Conservabat tempus & declinabat à malo, nec defraudabatur videre bona, & particula doni non præteribat eum. Aliquid semper operis faciebat, ut eum diabolus semper occupatum inveniret. Argentum & aurum nullius concupiscere, & omnia quæ sibi opus erant manibus propriis ministrare, sua negotia per se agere, quietum esse & operari manibus propriis, honeste ambulare ad eos qui foris sunt, neque gratis panem manducare, sed in labore & fatigatione nocte & die operari; nec aliquem gravare, non quasi non haberet potestatem, sed ut semetipsum formam daret, ad imitandum Christum; nullius aliquid desiderare, subtrahere se ab omni homine inordinate ambulante. Nec solum cum Maria Magdalena fidelis hic servus Dei B. Ladislaus, divinis contemplationibus & piis meditationibus, orationibusque vocalibus tam privatis quam publicis in choro, cum ceteris Fratribus Divinum officium altissimo Domino decantans, incumbebat (quod numquam nisi gravibus occupationibus impeditus, necessitate inevitabili à choro extractus, omittebat) sed etiam cum Martha circa frequens ministerium satagebat.

A. VINCEN. MORAUSKI.

labori semper

aut orationi,

E

92 A primo etenim ingressu suo in sanctam religionem, laboribus & exercitiis, non minus corporalibus quam spiritualibus, circa rem domesticam sese occupabat. Nullus eo fuit promptior ad labores, ad servitia, ad negotia, etiam imparia suis humeris. Absoluto prandio, cum alii pro more, causa relaxationis animi, honesta deambulatione aut collocutione mutua sese occuparent; ille solus hortum purgare, sarmenta ejicere, herbas inutiles evellere, lapides colligere, frondes noxias amputare, ligna ad usum culinæ præparare, aquam haurire, claustri interiora mundare, & omne aliud abjectum & vile obsequium præstare, numquam otiari, sed semper manibus propriis laborare, in sudore vultus sui manducare panem, nullas horas male collocare, bonum facere & non deficere, mensuram bonam actionum
F bonorum, & confertam & coagitatam, & superefluentem dare in sinu matris suæ Religionis sanctæ, pro illaque augenda multum sudare & omnem lapidem movere; positus in culmine regiminis omnia impigre administrare, magnum & sapientem virum seipsum præbere. Nam insignitus Provincialatus honore, non solum edicto, sed & exemplo & cura & vigilantia, omnes abusus si qui tunc essent tollere, virtutes plantare, omnes instituere satagebat. Ceterum artem & modum in omnibus statuebat. Ardentibus quotidie exercitationibus ad virtutem inducebat, valloque atque fossa humilitatis muniebat, vigilias crebras ponebat, in quibus ipse primus semper per orationes frequentissimas fuit. Multitudine tamen officii divini & orationum pluralitate, jam per varios zelatores introductarũ, Fratres obrui noluit, ne in via longarum devotionum nimium fatigarentur. Unde & ad recitationem septem Psalmorum quotidie in choro Fratres nullo jure teneri declaravit, in hoc auctoritate sua cum illis dispensando.

aut monasterii vilibus servitiis intendit.

magna interim discretione erga subditos utens.

93 Et quamquam optime omnia jura Regulæ & statutorum ipso duce custodirentur, & omnia prospere agerentur; orta nihilominus ex virtute invidia,

A. VINCEN. MORAUSKI.

hinc odium, poſt modum traductiones, detractiones, maledicta, per certos externos Religioſos, invidos boni nominis, excreverunt: longe Fratres à ſuis legibus receſſiſſe, diſciplinam violaſſe, à veſtigiis majorum longiſſimos ſaltus feciſſe: pro labore deſidiam, pro temperantia & æquitate crapulam, otium & inertiam querebantur: omnia denique in pejus abiiſſe, famam talem in vulgus prodire, jam de concepta ſanctitatis Fratrum opinione multum deficere, ſcandaliſque ipſam quotidianis fœdari. Tali malo æmuli promovendo magis ac magis inſtabant, os pravum & detrahentium labia libere in fama Fratrum graſſabantur: ferebatur male paſſim Ordo ille ſanctiſſimus, per impios traductus; iners, imbellis, neque obſervantiæ neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, ſine religioſo imperio, & ſine modeſtia habitus: poſtremo quæcumque dici aut fingi queunt ignaviæ probra, illi Ordini attribuebantur. Sed in ea difficultate Beatum Ladiſlaum, non minus quam in rebus proſperis, magnum & ſapientem virum fuiſſe compertum eſt. Tanta ſapientia, temperantia prudentiaque animi, inter illas detractionum procellas, moderatum ſe habuit, ut nihilo mutatum videre licuerit. Jam illi antea experimentis crebrioribus cognitum erat, malum dæmonem Ordini illi ſemper ſtruxiſſe inſidias, & multorum linguas ad eum inſectandum armaſſe. Itaque late explorare omnia, Ordinis nomen bonum defendere, calumnias & convitia refutare, impigre prudenterque ſuorum & hoſtium res pariter attendere, cognoſcere quod bonum utriuſque partis, aut contra eſſet; explorare conſilia, & inſidias eorum antevenire; nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum pati. Itaque Romam, quo erat Ordo delatus, iter intendit, cauſam Ordinis acturus.

Ordinis bonum nomen propugnat,

B

94 Alexander Sextus tunc Eccleſiæ Romanæ clavum tenuit, ad quem B. Ladiſlaus admiſſus, pro ſe, breviter & moderate, de Ordini illatis per calumnias injuriis, multis diſſeruit denique Pontifici patefecit, ſibi neque majus quidquam neque carius auctoritate Sedis Apoſtolicæ eſſe, ab adoleſcentia ſua; ita ſe Ordinemque ſuum virtuti addictum, ut ab optimo quoque probaretur, virtute, non malitia, Fratres ſuos præcipuis Chriſtianorum Principibus placuiſſe: ob eaſdem artes in regnum Poloniæ à Caſimiro Rege vocatos, cetera, quo plura bene atque ſtrenue feciſſent, eo majorem invidiam incurriſſe: plurimos famæ Ordinis inſidiantes, quid comperiſſent de ipſis, ſibi uti Judici ſupremo detuliſſe; ſe vero Vicarium Provinciæ ſuæ, non recte

& Romam Profectus apud Alexandrum VI

C

neque pro bono facturum, ſi in illa Ordinis injuria taceret: poſtremo de omnibus rebus Sanctiſſimum edocturus Pontificem, ſe Romam veniſſe; petere inſuper, ne ſuos alios putaret quam ab initio cogniti eſſent. Quæ poſtquam Regi aliiſque Principibus cognita ſunt, B. Ladiſlaum Romæ eſſe, & cauſam Ordinis male traducti agere; ſtatuerunt quam primum Romam litteras mittere, quibus à Summo Pontifice peterent, ne Ordini ſancto graviſſimam inferri injuriam pateretur, paternaque provideret cura, ut detractoribus condigna pœna aſſignaretur; ſibi optime exploratam ſancti Ordinis illius pietatem, inſtitutionem, converſationem: bene artibus bonis & conſtitutionibus inſtructam Religionem, inique & injuſte inimicorum lacerari dentibus.

adiuvus litteris Principū,

95 Rex etiam Vladiſlaus, qui ſummæ rerum apud Ungaros & Bohemos præerat, germanus Regis Poloniæ (quem eæ injuriæ Fratrum Minorum de Obſervantia, de quibus audierat, vehementer læſerant) egit apud Pontificem Maximum de eadem re; ubi luculentum ſanctitatis & innocentiæ Fratrum Ordinis Minorum Obſervantium præbet teſtimonium,

& Ladiſlai Regis Vngariæ,

D

ſibi inpoſterum eam in mente acceptam reponi ſententiam, pro ſanctiſſimo Ordine omne diſcrimen velle ſubire, nullum cum adverſariis prælium detrectare; & adeo ſtrenuam, ad comprimendam ſceleſtorum linguam, operam navaturum, ut illis ſine condigna pœna & gravi animadverſione abire non liceat; contriturum ſe molas iniquorum, & dentibus illorum ablaturum prædam innocentem: venturum ab ore ſuo Aquilonem, diſſipaturum pluvias, & vultum triſtem, linguam detrahentem, exterminaturum. Mirari ſe, homines peſſimos videre feſtucam in oculis fratrum ſuorum, & trabem in oculo ſuo non videre. Ni Sedis Apoſtolicæ rigoroſe cohibeantur mandato, ſibi lignorum copiam ad comburendos detractores adeſſe: quod ſi ea deficerent, non defuturam ad ſubmergendos aquam: ſed & ſilvarum & fluviorum ſatis adeſſe ad perſequendos omni ſupplicio-

E

rum genere detractores, perſecutores bonorum. Perpetuum odium, & inimicitiam & contumeliam, ſubſannatoribus illis à ſe impendere. Nihil minus habere, qui occulte detrahunt, quam ſi mordeat ſerpens in ſilentio: aſtrictos in verbis improperii homines, omnibus diebus vitæ ſuæ, non erudiendos. Nolle ſe cum detractoribus commiſceri, ſemperque ſuſurronem & bilinguem maledictum eſſe, quod multos turbare ſoleant pacem habentes, quodque repente conſurgat perditio illorum. Detractores Deo odibiles: & abominatio hominum omnis detractor. Porro debere Summum Pontificem manus ſeveritatis in eos extendere, qui detrahunt Fratribus ſuis, aut judicant eos; nam detrahunt legi & judicant legem: id omnes pios expectare & cupere: omnibus etiam Chriſtianorum Principibus gratum fore id.

causam detinet

96 Motus pietate viri Summus Pontifex, Principum quoque litteris de innocentia Fratrum certus factus, ſilentium indixit detractoribus; Beatum vero Ladiſlaum in amicis habere, magis magiſque in dies amplecti: qui multo labore multaque cura pro Ordine ſuſcepta, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut ſuis Fratribus vehementer carus, invidis & detractoribus maximo terrori eſſet. Idcirco poſtquam tantam rem B. Ladiſlaus ſine ullo ſuorum incommodo patravit, magnus & clarus antea, major atque clarior haberi cœpit. Omnia enim cœpta & conſilia in virtutem trahebantur. Fratres modeſto imperio habiti, ſimul & innocentes declarati, eum ad cælum ferre; inimici vero magis quam mortalem timere; poſtremo omnes invidi atque hoſtes credere, illi aut mentem divinam eſſe, aut Dei nutu cuncta portendi. Sed B. Ladiſlaus ubi ea res bene evenit,

F

in patriam (quinque menſibus Romæ commoratus) pergit, lætiſſimis animis excipitur, Ordini Patribuſque juxta carus.

inde redux ad ſuos,

97 Multas his ſimiles difficultatum anguſtias, plurimas perſecutionum procellas, innumerabiles detractionum turbines, pro Ordine propugnando perferre eum neceſſe erat: nec tamen fatigabatur illis laboribus optimus Paſtor, & diligens ſuorum militum Imperator; omnibus periculis obviam ivit, omnes ſuſtulit difficultates, omnia ſubiit onera, ne ſuus Ordo aliquid detrimenti pateretur. Vix ex Italia reverſus, curis & laboribus exhauſtus, iterum aratro manum admovere, concionibus de ſuggeſtu ad populum habendis occupari, ſemperque eo modo vivere, ut omnino aut regiminis laborioſum onus ſuſtineret, aut eo ſublato Prædicatoris officio incumberet & nuſquam à laboribus manus revocaret, modo in prima acie gubernando, modo in poſtremis abiecta ſervitia obeundo; adeſſe verbo & exemplo, ad virtutem permovere, paſſim laborantibus ſuccurrere, conſulere Fratribus, juvare manu, & omni

utiliſſimam operam Ordini navat

ope

A ope omnibus velle prodeſſe. Profecto magna animi fortitudine, ingenti vi animæ & corporis, valido mentis conſilio præditum hunc beatum oportebat eſſe, qui adverſariis omnibus reſiſtere, Summi Pontificis animum devincere, Regum & Principum gratiam ultro oblatam poſſidere poterat: quique calumniis ſanctitatem vitæ; mendaciis innocentiam, invidiæ virtutem, tenebris lumen, illatis contumeliis probitatem opponere noverat. Quis hæc alius feliciore effeciſſet conatu, niſi ille cui abunde ſanctitatis copia, virtutis opes, ingenii divitiæ, probitatis & pietatis theſauri ad manum eſſent? quibus ſubnixus, difficilima quæque ſubire, proſpere omnia peragere, & ſecundis ventis ſtudia ſua ad felicem portum ſolitus erat perducere.

CAPUT IV.

Prædicationes & extaſes B. Ladiſlæi.

98 Licet hic beatus Pater Ladiſlaus quaſi continuis laboribus, in officiis quibus gravabatur, & variis difficultatibus diſtraheretur, tam circumeundo Conventus, à ſe longiſſime diſtantes invicem, per Polonias majorem & minorem, per Mazoviam, Ruſſiam, Pruſſiam, & magnum Ducatum Lithuaniæ, uſque ad fines Moſcoviæ, latiſſimas & ampliſſimas Regni Poloniæ Provincias, in quibus omnibus Conventus habebat; quam etiam alias plures difficultates ſuperando, & negotia pertractando, quæ omnia ad ipſum tamquam ad Prælatum Ordinarium devolvebantur, & quæ ex natura ſua mentem avocant ab his quæ Dei ſunt, animum perturbant & inquietant, hominem pigrum & difficilem ad ſpiritualia reddunt, à contemplatione rerum cæleſtium longe amovent, ita ut vix cum magno conamine recolligi poſſit, præſertim vero ſi ſunt continua, qualia hic; nihilominus tamen iſte beatus Pater in tanta mentis ſerenitate, etiam his diſtractionibus implicatus, permanebat; ut indefeſſum orationis ſtudium, cum continua exercitatione virtutum, numquam prætermitteret; ſpiritum ſuum ſemper contendens Deo præſentem exhibere. Sicut domi in cella incluſus, ſic in omnibus itineribus ſuis, intus & foris, laborans & vacans, orans & negotians, in tantum erat ſpiritu in Deo immerſus, ut plane videretur illi, quidquid erat in eo non ſolum cordis & corporis, verum & operis & temporis conſecraſſe. Vere ſenſit dixitque Chriſtus Dominus, Quicumque fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorum: Utrumque autem B. Ladiſlaus impigre executus, magnitudinis illius palmam obtinuit. Nunc quia ſatis clare ſupra declaravimus, eum omni virtutum genere inſtructum, excellentiſſimæ ſanctitatis radios ubique locorum diffudiſſe, ſupremos regiminis gradus adiiſſe, ſummum perfectionis religioſæ culmen attigiſſe; reſtat declarandum, verbo, doctrina, ſcientia, concionibus, lucem eximiam pietatis, mentibus fidelium eumdem virum ſanctum & ferventem prædicatorem invexiſſe, errores tenebrarum infernalium diſſipaſſe, lumen divinæ cognitionis & flammam amoris accendiſſe.

B *Nullis occupationibus & difficultatibus à recollectione interna diſtrahi ſolitus*

C Matth. 5.

99 Certum eſt quod ille vir ſanctus tanto zelo Dei in dicendo fervebat, ut quaſi alter Elias prodiiſſe videretur. Nulla prorſus flectebatur perſonarum acceptione, nulla adulatione molliebatur; non popularis tranſverſum rapiebat favor & opinio; ſed juxta Prophetæ vocem, quaſi plauſtrum triturans, habens roſtra ſerrantia, montes comminuit, & colles quaſi pulverum poſuit. Ex ejus concionibus prudens hauriebat, unde ſapientior fieret; ibi bellator reperiebat, unde animi virtute roboraretur; inde *prædicationes utiles habet:*

Princeps accipiebat quemadmodum ſubditos ſub æquitate juſtitiæ diſponeret. Illius vita nullis obnixa criminibus, irreprehenſi mores, & optimum experimentum, concionibus magnam addebat auctoritatem. Venerabilis Doctor, nomen cum re poſſidens, præſentes ſemper admonebat de timore divino, de conſervando geminæ dilectionis vinculo, de obedientia Domini, ſublimiorumque poteſtatum honore. Circuibat per vicos, caſtra, urbes & agros, & vitæ ſemina ubique largiſſime ſpargebat; vehementique animarum zelo accenſus ubiq; diſcurrebat, omnemque requiem ſibi prorſus voluit interdictam. Habuit ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum; docebatque filios Iſrael omnia legitima Dei. Tantaque fuit ſcientia & eruditio ſervi Dei, ut & geſtus, & motus, & ipſa vox, ſapientia plena videretur. Veritatem mente concipiebat, & toto eam habitu reſonabat & ornatu: ut quidquid ageret, quidquid loqueretur, eſſet doctrina populorum. Irreprehenſibilem eſſe, prudentem, doctorem, exemplum fidelium in verbo, in converſatione, attendere lectioni, exhortationi, & doctrinæ; facere opus Euangeliſtæ, miniſterium ſuum implere: eloquia ejus caſta, argentum & aurum igne examinatum, purgatum terræ, probatum ſeptuplum. A. VINCEN. MORAUSKI. *etiam in agris & vicis,*

E

100 Et ſtupebant turbæ ſuper doctrina ejus. Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ. Rudibus hominibus ſeu carnalibus, plana atque communia, non ſumma atque ardua prædicabat, ne immenſitate doctrinæ opprimerentur, potius quam erudirentur. Neque dumtaxat ætate provectos, ſublimium rerum capaces erudiebat; ſed etiam viſitando Conventus ſui Ordinis, villaſque & pagos tranſeundo, pueros evocatos inſtituebat, docens eos quemadmodum ſe Cruce ſignarent, orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem atque fidei Symbolum enuntiarent, Deum colerent & amarent, parentibus & proximis quibuſque honorem haberent, & debita officia perſolverent. Ex quibus omnibus conſtat, verbum ipſius fuiſſe lucernam pedibus fidelium, ipſum autem extitiſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. Hinc omnes accipere diſciplinam ejus & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligere: melior enim erat illis ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poterat comparari. Erat autem in auditorum pectoribus efficax ſermo ipſius, & doctrina ſalutaris fixit radices, ut profligatis vitiis, criminibus, & peccatis quibuſcumque gravibus, non pauci ad vitæ emendationem ſint reducti, & temperantiæ manus dederint. Carnalibus deſideriis obedientes, caſtitati corpora ſua conſecravere; errore ſeducti, veritati ſenſum & rationem ſubmiſere; avaritia capti, largiendis eleemoſynis liberales manus exhibuere; invidia & ira obcæcati, cum proximo in gratiam rediere: multa bona ex ipſius prædicatione ſemper orta productaque fuere. *inſtruit rudes & pueros:*

F *profligat vitia:*

101 Maxime autem circa Chriſti Domini mortem & paſſionem expendendam, meditandam & contemplandam, quaſi aſſiduus erat; & in tantum in ea recogitanda afficiebatur, ut multoties ſuſpenſus devotionis exceſſu, ſupra ſemetipſum raptus, & ultra humanum ſenſum aliquid ſentiens, quid circa ſe tunc ageretur omnino ignoraret. Quod certe non modicum erat argumentum divinæ gratiæ & amoris præcipui, quo ſcilicet Deus præpotens ſuos amatores, licet adhuc periclitantes inter adverſa vitæ præſentis diſcrimina, quantumvis eorum groſſa ſint & ſuapte natura *in Paſſione Chriſti expendenda patitur exceſſus mentis.*

A. VINCEN. MORAUSKI. natura terram verſus nutantia corpora, per delectabiles raptus & in Deum ferventes animi receſſus, divinæ gloriæ aliquatenus participes efficit. Unde ex ipſius pectore, pleno divino fervore, ſtimuli amoris divini exiliebant; quos ille concionibus ſuis, auribus auditorum inculcare, & eximiam caritatem Chriſti commendare ſatagebat. Ideo omnes conciones ab illo ſanctiſſimo Crucis titulo, Jeſus Nazarenus Rex Judæorum, incipere, & quaſi à fonte inexhauſto rivulos conceptuum decurrentes inde deducere, & in mentes populi præſentis invehere: omnibus ſuis ſermonibus, titulum illum quaſi aureum diadema præfigere, & omnia ſua dicta ad illum finem dirigere, & egregio diſcurſu applicare, miroque quodam modo memoriam Chriſti Domini paſſionis in omnibus ſuis concionibus includere, & ardenti affectu audientium præcordiis inſtillare. Plenæ ſunt illius conciones ſalutari Chriſti Domini mortis continua recordatione & repetitione, abundantes inſigni eruditione & valida exhortatione. Ex quibus facile concluditur virum ſanctum, flamine cæleſti accenſum, divini ignis calore æſtuaſſe; illaſque ſcintillas Chriſti amoris de camino conceptæ caritatis profiliiſſe, & in animos filiorum Dei deſcendentes, pectora ad compunctionem ſæpius commoviſſe, & ad amorem Dei accendiſſe.

à titulo Crucis Conciones incipit

B

102 Erant præterea illi ſancto viro, præter cælitus collata dona ad prædicandum, à natura præcipuæ attributæ dotes, quibus ornatus, in ſchola recogitatæ paſſionis Domini divinitus eruditus, verbi divini prædicator extitit eximius: qui ſpiritu fervido & eloquio ſuo totum quaſi ad ſe populum pertrahebat, & in amore divino accendebat; à vitiis avocabat, in virtutibus erudiebat. Erant verba ipſius non inania, mundana, curioſa, & vana: erant virtute Spiritus ſancti plena, erant viſcera cordis penetrantia. Erat vox & elocutio verborum Dei, non inflexa, mollis & ficta; ſed realis, clara, fervida & devota; ita ut non ſolum vehementem in ſtuporem audientes converteret, & in vitiis obſtinatorum corda efficacia virtuoſa ad meliorem frugem converteret; ſed etiam vi quadam occulta in peccatis enutritos ad Deum redire cogeret, à conſuetudine peſſimorum deterreret, & viam juſtitiæ ingredi compelleret. Non ſolum etenim illum ſingularis divina gratia virum Apoſtolicum effecerat; ſed & natura præconem excellentiſſimum formaverat. Latera firma, vox ſonora, alta & tubalis; pectus latum, facies plena gratiarum, caput laboris patiens, inedia quidem & laboribus exhauſtum, ſed ſtatura juſta & eleganti condecoratum, etiam ſui aſpectu miram videntibus ingerens dilectionem. Quibus donis adornatus, facile affectum, quem intus concipiebat, exprimebat, inprimebatq; cordibus audientium quod intẽdebat; ita ut facile in viros alteros cõverterentur. Spiritus enim ipſius, in illo camino paſſionis Dominicæ, in qua recogitanda totus erat, à ſcoria carnalium expurgatus, nihil eructare potuit, niſi divinum, nihil niſi ſaluti profieuum. Rem paucis. Fuit B. Ladiſlaus vir opere & ſermone potens.

dotibus præclaris ad id inſtructus;

C

103 Ceterum converſatio ejus in cælo fuit. Non habuit hic manentem civitatem, ſed futuram inquirebat. Et cum ſciret hanc eſſe vitam æternam, ut cognoſcamus ſolum eſſe verum Deum, & quem ille miſit Jeſum Chriſtum; contemplationem Dei, inter cetera virtutum exercitia colendam & frequentem aſſumpſit. Ad contemplandum quippe Creatorem ſuum & cognoſcendum homo creatus eſt; ut ejus ſemper ſpeciem quæreret, atque in ſoliditate ejus amoris habitaret. Sed homo ſic recte à Deo conditus, ad laudandum ſe perpetuo; adhuc in Paradiſo extra ſe per inobedientiam miſſus, mentis ſuæ locum (qui eſt Deus) perdidit; quia tenebroſis itineribus ſpiritus ejus ab inhabitatione veri luminis elongavit. At illuxerat Dominus in corde B. Ladiſlai, ad illumitationem ſcientiæ claritatis Dei; cujus menti duo contemplationis exceſſus inhærebant, in intellectu unus, alter in affectu; unus in lumine, & alter in fervore; unus in cogitatione, & alter in devotione. Pius ſane affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ devotionis infuſio, & ſpiritus vehementi repletus zelo, contemplativam illam vitam deguſtabat, amabilem valde; cujus dulcedinem experiebatur, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, cæleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit, ſpiritualia mentis oculis patefacit, corporalia abſcondit. Sepe igitur anima B. Ladiſlai, cum voluiſſet intelligere vel divina, vel Deum, vel ſeipſam, ſuaſque conſiderare virtutes; abſtrahebat ſe ab omnibus corporis ſenſibus, quibus non adiuvabatur, niſi ad corporeas formas coloreſque ſentiendos; ſpiritu vero ac ratione ſe conſpiciebat, meditatione autem atque contemplatione ad Deum aſcendebat, Deus porro revelatione & ſua inſpiratione ad eum deſcendebat; & ſic meditabatur in omnibus operibus Dei, & in factis manuum ejus exercebatur. Inviſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciebantur; quia integre ac perfecte, juxta verbum Sapientis, Cor ſuum tradiderat ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabatur; ſimulque votis omnibus ſtudebat ſecundum Eſaiam Prophetam, parare vias Domini, rectas facere ſemitas Dei ſui: cui cum alio Propheta licebat dicere: Oculi mei ſemper ad Dominum, quia providebat in conſpectu ſuo Dominum ſemper; quare accipiebat benedictionem à Domino & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

D

intellectu & affectu:

abſtractus à corporis ſenſibus,

E

Eccli. 39, 6

Iſaiæ 40, 3. Pſal. 24. Pſal. 15.

deditus contemplationi,

104 Viſitabatur profecto frequenter à Domino nec unquam ignorabat tempus viſitationis ſuæ. Nam in talibus contemplationibus ſæpenumero amoris fervidi igne in dilectum ſuum Jeſum accendebatur. Frequentiſſime ſolebat experiri hunc ſuavem enthuſiaſmum: perſæpe à terra in ſublime elevabatur; à ſenſibus vero alienatus, jucunda colloquia cum Deo, velut amicus cum amico, conſueverat habere. Conſideratione æternæ patriæ de loco ſuo animus ipſius movebatur; quia derelictis infimis, in ſupremis cogitationibus ponebatur: per ardentem amorem inviſibili ſponſo anima ejus conjungebatur, ejus deſiderio mens ejus ardebat; & ſicut nulla quæ in mundo ſunt concupiſcebat, ita præſentis vitæ longitudinem pœnam deputabat, exire feſtinabat, & amoris amplexu in cæleſtis Sponſi viſione requieſcebat: nullam præſentis ſeculi conſolationem recipiebat, ſed ad illum, cujus deſiderio ardebat, medullitus ſuſpirabat, fervebat, anhelabat, anxiabatur. Vilis fuit ipſi ſanitas ſui corporis, quia confixus erat vulnere amoris. Clare teſtantur litterarum pervetuſta monimenta, quibus hujus ſancti viri vita concredita eſt, ſæpenumero tempore orationis per extaſim raptum fuiſſe, frequenterque intelligentia vivaci divinitus irradiata humanæ induſtriæ metas tranſcendiſſe, præſentium memoriam menti excidiſſe, & in peregrinum quemdam humanæque induſtriæ [ignotum] animi ſtatum divinæ operationis transfiguratione tranſiſſe, & in illa contemplatione ignem amoris vehementer exarſiſſe: utpote cor purum à vitiis, liberum atque immune à peccatis; & ideo facile ad ſuperiora levari potuiſſe, ſuaviterque, ut dictum eſt, per longas moras ſtupore & extaſi ſuſpenſum detentum fuiſſe. Tales ſuſpenſiones, raptus, & ignes amoris divini ad extrema uſque ipſum deduxerunt & conſumpſerunt, ſeculo ſubtraxerunt

in extaſim rapitur, à terra elevatus,

F

A xerunt, ſed Deo in æternum victurum conjunxerunt.
Pſal. 38,4 Merito hic beatus Pater dicere potuit illud Pſalmiſtæ, Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exarſit ignis: ignis vero non alius niſi Deus, quem in corde ſemper gerebat, qui ignis conſumens eſt. Et hæc hactenus de vita B. Ladiſlai. Finis vitæ ejus, morſque, & ea quæ inde ſecuta ſunt calamum avocant.

CAPUT V.

Extaſis in concione de paſsione Chriſti, inde ægritudo, obitus.

106 VItæ tranſactæ pie ſancteque finitæ præcipuum eſſe præmium mortem bonam, unanimis conſenſus Doctorum monet, imo Doctorum omnium lumen Divus Paulus manifeſte idem declarat, cum ait; Nolite errare Fratres, Hæc enim homo
Galat. 6. metet quæ ſeminavit; & qui ſeminaverit in benedictionibus de benedictionibus & metet. Ille in benedictionibus ſeminat, qui dum vitæ hujus uſura fruitur, ſanctis & piis operibus occupatur; hic de benedictionibus metet, quia in hora mortis ad Pa-
B trem familias de vinea accerſitus, meretur in catalogum benedictorum inſcribi, & cæleſti mercede potiri, & de fonte æternæ benedictionis refici. Addo, non tantum morte præventos electos amicos ſuos Deus omnis benedictionis conſuevit induere veſtimento incorruptibili; ſed ante mortem etiam, adhuc
Sancti adhuc in hac vita ſignis beatitudinis condecorantur, in vivis exiſtentes, admirabili dilectionis ſuæ prærogativa & claritudinis ſingulari gloria eos prævenire, & in oculis hominum æternæ nobilitatis baltheo inſignire pro more habet. Occurrit S. Nicolaus Tolentinas, qui ſex ante obitum menſibus, ſingulis noctibus Angelicum concentum audivit, cujus ſuavitate cum jam Paradiſi gaudia præguſtaret, crebro illud Apoſtoli repetebat, Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. S. Maria Magdalena, tum quoque S. Maria Ægyptiaca, duro multorum annorum tranſacto aſperrimæ pœnitentiæ curriculo, in ſemotis ab hominum contubernio eremis, ab Angelis utraque meruerat, multo ante mortem ſuam, in ſublime à terra ſublevari, ad audiendas cæleſtium incolarum ſuaviſſimas melodias.

107 S. Franciſcus, dum Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum, & affectus compaſſiva teneritudine in eum transformaretur, cui ex
C caritate nimia crucifigi complacuit, quodam mane
exemplo S. Franciſci ſtigmatizati, ante feſtum Exaltationis S. Crucis, in latere montis orans, vidit quaſi ſpeciem unius Seraphim, ſex alas tam fulgidas quam ignitas habentem, de cælorum ſublimitate deſcendere, qui volatu celerrimo ad aëris locum viro Dei propinquum perveniens, non ſolum alatus, ſed & crucifixus apparuit; miroque quodam modo, manibus & pedibus laterique viri Dei ſtigmata impreſſit, & biennio ante mortem Chriſto per omnia ſimilem effecit. Sunt & alia hujus rei plurima
& Chriſti in Thabor transfigurati. exempla, quam plurimos Sanctos revelata facie Domini gloriam ſpeculantes, in eamdem imaginem transformatos referentia. Imo ipſe qui illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, Chriſtus Jeſus; ante obitum ſuum, in monte Thabor, cæleſti quadam methamorphoſi transfiguratus, facie ſolis radios repræſentante, veſtimentis autem ſuis albedine ad nivem proxime accedentibus, in oculis Apoſtolorum apparuit: facto illo inſinuans, ſanctorum hominum finem immenſa claritatis gloria à Patre cæleſti decorandum; futurumque, ut quicumque ſancte & pie vitam traduxerint, ultima vivendi tempora illuſtria & deſiderabilia experiantur.

108 Tantum gratiæ beneficium noſtro B. Ladiſlao non fuit denegatum. Adiit poſſeſſionem hujus doni; & jam morti proximus, futuræ beatitudinis manifeſta in ſeipſo agnovit documenta. Jam quadraginta annos & novem menſes in ſancto Ordine compleverat; illoque longo ſatis temporis intervallo, nulla requie, à continuis laborum moleſtiis abſtractus, omni tempore continuis curis, vigiliis, difficultatibus, ſtudiis, lectionibus, piis & ſanctis operibus addictus, ad tempus vitæ ultimum laborioſo curſu contendebat. Semper in acie Dei, in via mandatorum ejus, in ſemitis rectis juſtitiæ, greſſus ſuos dirigebat, nec declinabat ad dexteram aut ſiniſtram; à cœpto ſanctitatis itinere numquam dimovit pedes, neque ad bravium currens alio convertit oculos, ab omnibus ſe abſtinens, donec ad præfixam perfectionis metam perveniret & bravium acciperet. Deficiebant jam corporis vires; ſenectutis debilitate fractæ, laboribus jam ſubeundis parum idoneæ videbantur: ille tamen animi fortitudinem præſeferre, & ad onera ſuſtinenda excitare ſeſe aſſuefactus, haud abſtinuit à moleſtiis laborum revocari. Tandem Altiſſimus, qui juſtus Judex eſt, coronam eidem redditurus, finem vitæ ejus adeſſe voluit: & in hoc ſeculo, ſervi ſui ſanctitatem manifeſtari plebi ſuæ ſtatuit, ſimulque in medio Eccleſiæ demonſtrare, quam ardenti cari- E
tate erga ſe incenſus fuerit, & cultui nominis ſui fortiter invigilaverit. Res eo modo geſta.

A. VINCEN. MORAUSKI. *B. Ladiſlaus peractis in ordine fere 50 annis,*

109 Erat feria ſexta Majoris hebdomadæ, Paraſceves vocant, tempus deplorandæ Chriſti paſſioni & *in Paraſceve Domini,* morti, uſu devoto Eccleſiæ, deputatum. B. Ladiſlaus omni ſtudio & compaſſionis affectu ad prædicandum illud Chriſti pro nobis morientis eximium beneficium ſeipſum armabat, ſtudebatque omni ope more conſueto in devotiſſima contemplatione, ut ex cathedra Chriſti paſſionis memoriam audientium animis inſtillaret, ac ipſorum cordibus Chriſti crucifixi effigiem imprimeret. Satis exploratum erat *coram magna multitudine,* univerſo populo, illum virum ſanctum Chriſti mortis recolendæ operam adhibiturum: quare omni ex loco ingens hominum concurſus ad audiendum eum confluxit. Ex villis & oppidis, Varſaviæ proxime adiacentibus, multa nobilium congregatio, plurima plebis turba, civium quoque omnis ætatis multitudo templum impleverat, ardenti omnes ſuccenſi deſiderio, de ore viri Sancti verbum Dei audiendi. Cum itaque ſuſpenſi expectatione concionatoris expectarent deſiderabilem ſermonem; nocte media, ut moris eſt, qua Dominicæ paſſionis
F myſteria ſerius pertractantur, divinus hic prædica-
aſcendens cathedram cum motu ſingulari. tor (cum jam cor ejus compaſſivi doloris gladius tranſverberaſſet) totus lugubris & ingenti mœroris ſqualore indutus, facie præ inedia & vigiliis exenuata, triſtis & pallidus, profundiſſima ſuſpiria producens, cathedram aſcendit, concionemque ſuam ſic exorſus eſt, ut luctum potius draconum & ſtruthionum aſſumere videretur, quam oratorem verbi divini ageret: ita ut omnium audientium corda ſubito mœrore, oculos fletu, viſcera dolore, corpora ſtupore repleverit, gemereque ſicut turtures, imo potius ſpiritu fremere coegerit. Tota eccleſia tunc ſingultibus, ſuſpiriis, mœrore, triſtitia, repleta viſa eſt: lacrymarum imbribus perfuſa, ſtimulis dolorum & amaritudine mœroris redundabat. Videre enim erat prædicatorem illum totum inflammatum; audire vocem vehementem, ſed lugubrem; intueri hominem, non hominem, ſed Angelum in ſuggeſtu; faciem ſenectute venerandam, ſed lacrymis irrigatam; vultum amabilem, *de paſſione Chriſti per-* ſed ſcintillantem dolore. Res prædicata erat Chriſti Domini Redemptoris noſtri paſſio amariſſima, ore illo Angelico declamata, affectu amoroſo exagge-

A. VINCEN. MORAUSKI. exagerata, geſtu lugubri demonſtrata. O quis non fleret, ſi videret, ſi adeſſet, ſi audiret, ſi corde perciperet!

110 Perduravit hæc commotio flebilis, illo ſic prædicante, quouſque dum nova mutatio, novaque & ardentior commotio in populo audiente, ſed multo amplior & vehementior in prædicatore perorante, ſuperveniſſet. Prædicator vero hic ſanctus pergebat in ſermone ſuo, & proceſſerat jam in enarranda paſſione Dominica non modicam viam; ſed jam jamque diſponebatur ad ſtupendam tranſmutationem ſuam, & magis ac magis in amore Jeſu accendebatur. Exiliebant ſcintillæ affectuum ignitorum, erumpebant flammulæ amoroſæ compaſſionis, frequentes ſingultus, ſuſpiria gravia, ululatus multus; vox linguæ hærebat, lacrymæ copioſæ decidebant. Intuebatur populus diligenter vultum ejus, ſtupore ad ſingulos motus ipſius majore & majore ipſum contrahente, qui quaſi jam inſenſibilis reddebatur; ſaxeaque etiam corda malleis verborum ejus vehementium confringebantur. At ubi ad illud punctum Dominicæ paſſionis deveniſſet, ubi rem cruoris plenam, ſanguinis innocentis Chriſti effuſione rubentem, crudelitate immani deteſtandam, flagellationem (inquam) Chriſti enarraturus erat; collocata jam in adaptato loco columna, virgis, flagellis aculeatis, catenis, ad flagellationis atrocitatem repræſentandam in oculis ſibi poſitis, icone Chriſti jam denudata, columnæ alligata, ad crudelem flagellationem adaptata; aſſumptis in manus ſuas crudelitatis inſtrumentis, converſis oculis in Chriſti imaginem denudatam, columnæ alligatam, capite mœſto inclinatam; flebili, vehementi, & atroci voce exclamare incipiens: O Jeſu, o Jeſu, o Jeſu mi dilecte! ſubito toto corpore contremuit, lingua hæſit, cor affectu vehementi compaſſivi doloris obrutum riguit: proloqui amplius voluit, ſed dolore oppreſſus amplius non potuit, mœrore plenus & viribus deſtitutus.

& magis continuo inflammatus,

111 Tunc jam ardentis ignis divini amoris, in camino cordis ſui ſuccenſi, flamma vehemens, contineri intus non valens; tamquam è fornace, ſeptuplum pluſquam ante ardente, ſubito in tantum erupit ad extra; ut ipſum viſibiliter, coram illa tota congregata multitudine, omnibus clare ſpectantibus, viris & mulieribus, ſenibus & juvenibus, peccatoribus & juſtis, devotis & indevotis, in altum tolleret; ita ut, cunctis videntibus, & præ novitate rei alias inauditæ ſtupentibus, aliis alte exclamantibus Jeſus, Jeſus, Jeſus! aliis in terram cadentibus, aliis præ ſtupore, timore, & rei novitate à ſenſibus quaſi alienatis; ſupra ſuggeſtum elevatus in aëre pendulus appareret. Stabat ſublimis inter cælum & terram, nullo humani auxilii adminiculo ſubnixus, per extaſim ſurſum ſublatus (aëre ipſo, loco ſolidi corporis, ad ejus ſuſtentandum corpus miniſterium præbente) quaſi in cælum vellet abire clare viſus. Manſit ſic juſto temporis ſpatio, nec fari amplius potuit in languore poſitus, totuſque in Deo immerſus. O amorem vere Seraphicum! qui eum præcordia viri ſancti invaſiſſet, quaſi ſolo Domino potiri cupiens, miniſteria linguæ compreſſit, & ſuis acquieſcere affectibus compulit. O pectus illud ignitum! quod flamma cæleſti calefactum, reſpirationis beneficium retinere in præcordiis videbatur. O cor erga dilectum ſuum ea dilectionis commotum virtute, ut [corpus] in ſui poteſtatem abreptum, ſenſibuſque deſtitutum, relinqueret!

apparet pendulus in aëre:

112 Sic Deus Omnipotens mirabilis in Sanctis ſuis, non ſolum in locis privatis & ab hominum conſortio ſegregatum, beatum ſervum ſuum fidelem Ladiſlaum, talibus ſuis viſitationibus divinis cohonеſtare dignatus eſt; ſed etiam in loco ita publico & eminenti, coram populoſiſſima multitudine, ipſo die devotiſſimo ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis, eo tempore quo Jeſus Chriſtus in fornace ſui ardentiſſimi amoris per paſſionis ſuæ acerbiſſimos cruciatus conſumptus eſt, ſervum ſuum quoque & verum imitatorem B. Ladiſlaum ardere & aduri voluit. Et ſicut ille in monte Calvariæ, in ara Crucis ſublevatus in altum à terra, ſpectante tota Jeroſolyma, imo toto populo gentis Judaicæ, qui convenerat illuc ſecundum præceptum legis Moſaicæ pro feſto celeberrimo Paſchatis, paſſus eſt; ſic B. Ladiſlaus in eccleſia, in cathedra ſurſum erecta, Dominicam paſſionem prædicans, myſteriaque ejuſdem paſſionis repræſentans, quo convenerat tota civitas Varſavienſis multaque nobilitas & plebs ex oppidis, pagis & villis circum jacentibus ad audiendum talem prædicationem, ad quam ſolet frequentior populus quam alias convenire, in Metropoli Ducatus Mazoviæ, Chriſto paſſo, eadem cogitatione armatus B. Ladiſlaus, aſſimilatus fuit. Auditoribus illius concionis admiratione captis ſuccurrebat in mentem, Chriſtum Dominum, tempore illo quo mortem ſubire noſtri cauſa dignatus eſt, velle ſervulum ſuum fidelem ſui ſimilem reddere: & ſicut ille inter cælum & terram cruci affixus moriebatur, ita ſervum ſuum B. Ladiſlaum à terra ſublevatum, inter cælum & terram vi compaſſionis vehementer ſuſpenſum, Chriſti crucifixi typum præferre. Nonnullis etiam veniebat in mentem, ibi cor hominis eſſe, ubi & theſaurus ſuus ſit reconditus; atque ideo B. Ladiſlaum ſurſum ſublevari, quod in cæleſtibus eſſet cordis ejus theſaurus, & ſuper omnes dilectus animæ ſuæ ſponſus Chriſtus Jeſus. Aliquibus vero ille conceptus oriebatur, ignem ſurſum ſemper tendere, idque à natura eidem attributum: ita B. Ladiſlaum, cæleſti igne inflammatum, non potuiſſe in terris contineri; ſed flamma illa ſurſum tendente, eumdem fortiter elevari, & ad cælum tendere. Quibuſdam videbatur, ſanctum virum, compaſſivi doloris æſtu abreptum, quaſi ad Chriſti columnam voluiſſe accedere, & dulciter alligatum ſuum dilectum amplecti, illiuſque corpori illatos ictus ſuo excipere. Omnes autem Proceres, Clerus, nobiles, cives, ſimpliceſque & laborioſi, quorum omnium ingens copia aderat in concione illa, Deum in ſancto viro laudare, communi & pleno ore ac voce & conſenſu Sanctum deprædicare, amicum Dei vocare, dignumque eſſe, cujus orationibus ſe omnes commendarent, & tam ſancti viri patrocinium expoſcerent. Fama illius miraculi cum ſermonibus celebrari viſa eſt, & in omnes regni limites diffundi; plurimi ea re commoti, licet longe remoti, illius orationes expoſcere, patrocinium poſtulare, vota offerre, omneſque optata aſſequi, & deſideratam conſolationis guſtare dulcedinem cœperunt.

D *Chriſti in paſſione imitator & typus factus*

E *cum vario auditorum motu:*

F

113 Igitur lento motu ab aëre deſcendens, ſenſit ſe vehementi debilitate affectum; languore correptus, delatus ad locum Fratribus ægrotantibus deputatum, morbo corpus invadente, lecto decumbit; atque unius menſis ſpatio detentus infirmitatis ægritudine, rerum terrenarum contemptor & cæleſtium ſemper appetens, Sacramentis Eccleſiæ muniri, & continua devotionis pietate occupari, & ſine intermiſſione orare voluit. Humana jam relinquens, divina pertractans, jam non terrenus ſed cæleſtis homo videbatur. Tandem omnibus divinis adjumentis bene munitus, & optime præparatus ac inſtructus, in infirmitate intenſiſſima quam patiebatur, ferventiſſimus prædicator, perfectus religioſus, homo Dei timore plenus, ſanctitatis veræ alumnus, religioſæ perfectionis cultor præcipuus, de futuræ gloriæ retributionis lætus & gaudens, ſpiritum Deo reddidit,

hinc delatus menſe toto ægrotat,

& extremis munitus,

A didit, & diem ultimum vitæ ſuæ clauſit, anno Domini MCV die IV Maji; & ad illam requiem æternam, præmium pro labore recepturus fidelis ſervus Dei, uti bonus in vinea Domini operarius tranſiit, plenæ meſſis manipulum, operum bonorum, virtutum, & meritorum, ſecum cum exultatione deferens, in cæleſti patria multam gratiam conſecutus eſt à Deo omnipotente; lugentibus obitum ejus, non ſolum Fratribus tanto Patre orbatis, ſed omnibus fere incolis civitatis ſuiſque notis, & ſuam orbitatem amare deplorantibus. Talis quidem exitus fuit vitæ B. Ladiſlai, viri optimi & perfectiſſimi ſervi Dei, qui ſit benedictus in Sanctis ſuis.

obit 4 Maij, anno 1501.

CAPUT VI.

Senſus Sanctitatis ejus à morte relictus.

114 POſtquam naturæ ſoluit debitum B. Ladiſlaus, tota civitas Varſavienſis motu ſubito icta, mœſtum non modico tenuit tempore ſilentium: vehementi deinde capta deſiderio illius [querebatur] lucernam civitatis ſuæ extinctam, lumen obſcuratum; ſidus ſanctitate vitæ lucidum, caligine mortalitatis involutum; radios ipſius tenebroſa nube obſcuratos, dolore premi univerſos, tam bono privari viro, ſublatum decus & ornamentum, Ducatum Mazoviæ orbatum celeberrimo incola. Jam vero, multos humanitatem ipſius celebraſſe, labores in prædicando Dei verbo & ardentem zelum laudaſſe, multis in ſuis graviſſimis negotiis conſilio, auxilio, patrocinio ſubveniſſe; medicum animarum ſuarum obiiſſe, omnes ſeniores & juniores lacrymis obortis ploraverunt, quod vir ille per omnia utilis & neceſſarius deceſſiſſet. Virum optimum, de Eccleſia bene meritum, in Patronum civitatis Varſavienſis & totius Regni aſſumunt; pacem precibus expoſcunt, ut velut perpetuus Patronus ſuorum ſemper ſoſpitet progeniem. Intra breve tempus, quantum tunc potuit apparatum fecit civitas: ſed multo majus morti decus publica fuit mœſtitia, eo ante omnia inſignis, quia omnis ætatis homines, ut parentem proprium eum luxerunt, quod acer & zeloſus ſalutis animarum promotor fuerit. Quare omnis conditionis & generis hominum multitudo mortui veſtimenta tangere & deoſculari; &, ſi id minus præ multitudine ad loculum accedentium liceret, à longe ſaltem corpus exanimatum intueri, & aſpectu illius mœſtitiam de ipſius obitu conceptam, ſolari.

Ab omnibus deſletur,

& in Patronum optatur:

C 115 Tunc virgo quædam illuſtris, Palatinides Mazoviæ, Ordinis Tertiæ Regulæ S. Franciſci, in die obitus viri ſancti, aliquoties nitebatur pro anima defuncti unum & aliud Pater noſter dicere; non tamen ullo modo progredi potuit. Iterum atque iterum eidem orationi recitandæ linguam & affectum accomodare voluit; & ſemper hæſit, nec ultra procedere potuit: quoque magis pro anima ipſius orare ſtuduiſſet, eo majori impedimento ſe abſtractam fuiſſe affirmabat. Stupore defixa, cum in varias animi diſtraheretur ſententias, cogitaretque quid rei eſſet, ſe pro defuncto illo Patre Orationem Dominicam dicere non potuiſſe; ſuggeſſit memoria menti illius, virum ſanctum non egere humano ſubſidio, qui in patria cæleſti jam perfruatur æterno gaudio. Tunc Virgo illa exclamavit, & in verba hæc affectu ardenti prorupit: Agnoſco, Pater ſancte, te forte peccatricis non indigere orationibus, ſed te jam frui æternæ beatitudinis felicitate: at ego tuis precibus opus habeo, & ideo tuæ ſanctitati me commendo. Quæ verba cum intra me dicerem (referebat virgo illa) invaſit me ſubito, cum mea ingenti admiratione, tanta dulcedo & mira voluptas ſpiritus, ſenſique refrigerium ſuaviſſimum, occurrente ex improviſo in memoriam tituli ſalutiferi Crucis declamatione, ab hoc Beato per multos annos prædicata, Jeſus Nazarenus Rex Judæorum, cum ea ſuavitate qualem ante numquam habui, meque numquam habuiſſe memini. Quo facto manifeſte demonſtrabatur, virum ſanctum, contemplatione Chriſti Paſſionis & ipſius triumphalis tituli, magnæ ſanctitatis apicem conſcendiſſe, regniqne cæleſtis gloriam eadem vi adeptum & æternam lætitiam obtinuiſſe.

Quædam nequiens pro eo orare,

impellitur ut ipſi ſe commendet.

A. VINCENT. MORAUSKI.

116 Paulo antequam naturæ conceſſerat, fama præveniens eum vitam cum morte commutaſſe vulgaverat, perveneratque nuntius ille immaturus ad aures cujuſdam viri nobilis, qui uno milliari à civitate Varſavienſi diſtans, vehementi ægritudine detentus, exigua in ſpe trahebat animam. Hic ubi primum auribus concepit, beatum virum diem ultimam obiiſſe, tactus dolore intrinſecus; Doleo, inquit, meam patriam tam ſancto viro orbatam: illius me commendo precibus, quem eximia ſanctitate præditum credo fuiſſe, & cæleſtibus illatum ſedibus firmiſſime teneo; precibuſque humiliter peto, velit mihi afflicto adiumentum ferre, & mihi amiſſam valetudinem reſtituere. Pater ſancte, ora pro me indigno peccatore, & ſuccurre jam jam morituro. Vix de ore hæc æger verba profudit, & ecce vim morbi à ſe repulſam perſenſit, ſicut ſi onus à ſe graviſſimum fuiſſet remotum, ſub quo preſſus animam agebat; ſtatimque vires reſtitui ſibi, & ſanitatis virtutem ex integro recuperare, artus ad priſtinum vigorem redire, & totum corpus convaleſcere cognovit. Surgit è lecto, plurimum de recuperata ſalute gaviſus: utque ſe gratum beneficii tanti oſtenderet, ſine mora Varſaviam venit, ſepulturam beati Patris Ladiſlai veneraturus, nuper ſicut intellexerat ſepulti. Conventum itaque adit, & ubinam locorum ſit terræ mandatus ſciſcitatur. Reſpondetur illi, nondum ipſum ad ultimam periodum vitam deduxiſſe; ſed tamen morti proximũ eſſe, ad limenque ſepulcri accedere. At ille, magnificans Deum in Sancto ſuo, quem adhuc in mortali exiſtentem mobilitate tam ſibi acceptum declarare dignatus eſt; quid ſecum actum fuerit, pandit: ſe videlicet infirmitatis gravi moleſtia oppreſſum, limen attigiſſe leti, jamque invidæ mortis falce ſuppoſita cervici, Parcarũ crudelitati aditum patefactum fuiſſe. Tunc ſe in arcto poſitũ ad B. Ladiſlaum confugiſſe; illius, quem Deo ſemper acceptiſſimum eſſe ſciebat, auxilium invocaſſe; votum ſepulturam ejus ſe viſitaturum emiſiſſe; & ſic ſubito optatam ſanitatem ejus patrocinio obtinuiſſe: & quia fama vulgo eum mortuum tradidiſſet, ad ſepulcrum ipſius ſe veniſſe, votum factum perſoluturum, ac promiſſis ſatisfacturum. Audientes Fratres referentem virum, rem admirati, ſancti viri ſanctitatem venerati ſunt. Mirum quanta viro illi nobili hæc nuntianti fides fuerit, quamque ingens deſiderium B. Ladiſlai apud populum univerſum, facta fide immortalitatis & ſanctitatis illius auctum ſit.

moribundus ejus medium mortis periculum implorans ſanatur:

117 Annæ illuſtriſſimæ feminæ, Duciſſæ Mazoviæ viduæ, pectus curis anxium doloris gladius pertranſivit, cum mors beati Patris ad aures ejus delata eſt, quo ſe tunc maxime viduam & orbatam mulierem amare flevit ex receſſu ſui Patris. Referebat illa, verbis fluentes ex oculis lacrymas immiſcens, ſe ipſam quotieſcumque in arduis quantumvis negotiis cõſilium ejus requireret, orationemq; pro ſe fieri expoſceret, ſemper proſperos in omnibus agnoviſſe ſucceſſus, omniaque ex animi ſententia ſibi ſucceſſiſſe; nunc vero ad Superos abeunte, plurimũ ſuæ demptũ felicitati, amiſiſſe magiſtrũ vitæ, ducem viæ, Patrem ſpiritualem, Angelum ſui cuſtodem, qui viam vitæ ſibi demonſtrabat: Ducatui quoque ſuo ſublatum

memoriam ejus celebrant Duciſſa Mazoviæ,

A. VINCEN. MORAUSKI. *eamdem feniores posteris inculcasse,*

pretiosum thesaurum, & orbitatis numquam satis deplorandum illatum detrimentum. Seniores autem civitatis homines & parentes, quibus vita mortis confinio proxime steterat, monere juniores filiosque suos, ut annis succedentibus illis omnibus, quos futurum seculum illis desinentibus suppeditaturum esset, sancti viri vitæ integritatem referrent, simulq; nuntiarent ut illius patrocinium ardentibus votis expoſcerent; futurum ut in omnibus certam consequantur exspectationem. Parentes quoque, maxime tempore illo quo vita illorum extrema linea terminatur, in mandatis filiis suis relinquere & testamento cavere, ut & ipsi sancti viri memoriam conservarent, & generationi venturæ eamdem conservandam traderent, & quasi jure hereditariæ possessionis, ipsius patrocinium invocandum & quærendum posteritati relinquerent.

variis testibus probatur:

118 Multi quoque hac tempestate, tam piæ admonitionis avorum suorum in civitate præsertim Varsavienſi memores, mihi, hanc historiam compilanti, id se à suis majoribus accepisse, asserebant. Præcipuus autem hujus rei relator erat famatus quidam vir Franciscus Seliga, ætate senili decrepitus, qui à patre suo ea admonitione se instructum fuisse aiebat: dicebatque se jam tertium esse incolam civitatis
B Varsavienſis, & se meminisse ad B. Ladislaum insignem semper fuisse devotionem, & mentibus insitam de ejus sanctitate famam & inviolabilem opinionem. Eamdem cantilenam, honesta quædam matrona senio confecta, Catharina Badowska, depromebat, à suis parentibus dictam erga B. Ladislaum devotionem se habuisse, & omni tempore in suo pectore eam conservasse. Non diversam doctrinam de ore suorum prædecessorum, plurimis vitæ annis & honestis moribus abundans, boni nominis matrona, Balthasaris olim Giza consors, prædicabat, [aiebatque] accepisse se à majoribus suis, B. Ladislaum in ipsa concione sublimem à suggestu raptum, in ea extasi ab omnibus tunc præsentibus visum, post brevi tempore morte præventum, ex hoc mundo abiisse, magnum sui desiderium reliquisse, & sanctitatis veræ insignia vestigia in omnium mentibus impressisse, ab omnibus ut Sanctum cultum fuisse, & à senioribus juventuti ejus memoriam, cultum & devotionem commendatam eo animo fuisse, ut illis in viam universæ carnis abeuntibus, aliis atque aliis in suum locum succedentibus, inter alia jure hereditatis obventura bona, memoriam quoque
C sancti viri, ut Patroni regni Poloniæ, perpetuo retinendam commendarent.

CAPUT VII.

Sepultura corporis, & hujus decreta solennis elevatio.

119 QUamvis B. Ladislaus, dum adhuc in vivis esset, plurimis argumentis vitæ suæ sanctimoniam probaverit; Dominus Deus etiam virtutum delectatus varietate, multis per eum editis miraculis, ipsius optimam vivendi rationem illustraverit; morte insuper admirabili interveniente, eum ad cælestia evocaverit, idque variis testimoniis demonstraverit; nihilominus Fratribus, in conventu Varsavienſi pro tempore illo existentibus, visum est, virum illum magistrum humilitatis profundæ, nullo sepulcri sumptu pomposo exornare, aut certe præ aliis celsiori monumento honorare. Communem cum ceteris decernunt viro optimo sepulturam, terræ arenosæ visceribus inferunt corpus, illud, inquam, sancti Spiritus magnificum tabernaculum. Ceterum ut in posterum aliquando tam egregii viri monumentum ab aliis dignosceretur, superimposuerunt lapidem grandem tumulo ipsius, ut saltem illo indicio memoriæ sepulti viri consuleretur. Sepultus itaque fuit in ecclesia suorum Fratrum Minorum de Observantia, S. Annæ dicta, in civitate Varsavienſi, in medio chori, eo in loco ubi lampas ante tabernaculum, in summo altari situm, sacrosanctæ Eucharistiæ accensa, luminis fulgentes in honorem tanti Sacramenti spargit radios. Felicem locum, in quo tam pretiosa margarita condita fuit! O agrum benedictum, in quo thesaurus pretiosus mansit absconditus! Vere hortus erat, in quo lignum vitæ plantatum fuerat. Nam in corpusculo illo mansit ille; qui seipsum viam, veritatem, & vitam merito nuncupavit.

D *Sepelitur in medio chori, apposito grandi lapide:*

120 Longo temporis spatio, per annos videlicet sexaginta septem corpus illud beatum tenebroso telluris utero inclusum requievit, nullo alio, ex consensu Fratrum, adhibito honore publico: ardens tantummodo devotionis desiderium, in pectoribus fidelium relictum, & à majoribus posteritati multa pietate commendatum, beati viri memoriam fovebat. Nam ad locum sepulturæ ejus, cum accensis candelis homines veniebant, genibus flexis orabant, sepulcrum labiorum osculis & capitis profunda inclinatione tangebant, candelas lumine coruscantes afferebant; imagines partim de cera confectas, partim de argento elaboratas, partim pictorum coloribus efformatas, voti persolvendi gratia offerebant devote, miraculis identidem coruscantibus. Porro plurimi erant qui ad locum sepulcri accedentes in suis necessitatibus, consolationis beneficio delectati, domum revertebantur, vere beatum virum vitæque ejus sanctitatem communi voce deprædicantes, & beneficia sibi per eum (ut pie credebant) collata grato linguæ ministerio exaltantes. Arsit hujus devotionis fervor, & ea pietatis erga Beatum virum flamma luxit annis sexaginta septem, ab anno videlicet ipsius mortis MDV usque ad annum MDLXXII, nullo humano studio & labore eam promovente: solius Dei gratia & singulari providentia sanctitatem servi sui famamque ejus conservante, & frequentibus continuisque miraculis illustrante. Tandem placuit Altissimo, ex turbido & caliginoso loco, in serenam & tranquillam lucem, viri sancti ossa producere: neque deerat omnia suaviter disponendi occasio, quæ in hunc modum oblata fuisse, traditio antiquorum est.

E *honoratur variis anathematis:*

F *Stanislaus Karnkowski*

121 Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Stanislaus Karnkowski, de quo illud usurpari potest sacrarum litterarum documentum, Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum; templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. Ille namque, sævientibus hæreseos procellis in regno Poloniæ, invictum robur animi opposuit; verbo, calamo, doctorum virorum ad eum finem adhibito consilio, pesti irruenti obviam ivit; in Comitiis Generalibus regni per multos annos hæreticis, confœderationem non minus potenter quam audacter requirentibus, Jurium & libertatum Catholicarum [protector] in faciem restitit, murumque adamantinum se semper opponebat; & multum labenti fidei Catholicæ succurrit, cujus memoria sit in benedictionibus. Hic egerat Episcopum Cuiavienſem & Pomeraniæ; quo [munere] cum ingenti laude functus, & ad Metropolitanæ Gnesnenſis Ecclesiæ regimen judicio potentissimi illius Principis Stephani Battorei Regis accersitus, Regni Primas, Primusque Princeps, Legatus natus, veri Speculatoris exercebat officium. Erat mos continuus optimo

Eccli. 50, 1.

ex Episcopo Cuaviensi Archiepiscopus Gnesnen.

optimo Pontifici, non in ſumptuoſiſſimis palatiis, quibus in ſuis civitatibus, oppidis & villis abundabat, commorandi; ſed quocumque ſeſe conferebat in monaſteriis Fratrum Minorum de Obſervantia, fere omni tempore vitæ ſuæ habitandi, cum ipſis converſandi, convivendi, devotionibus utendi: [apud hos] ſuæ delitiæ, ſuæ voluptates, ſuæ dulcedines erant: quoniam miro dilectionis affectu, vereque paterno affectu huic Ordini alligatus erat.

122 Anno igitur Domini MDLXXII Comitia Regni Generalia celebrabantur, ad quæ hic Pontifex pro officio ſuo Senatorio invitatus, acceſſit; & pro more ſuo, ut præfertur, hoſpitio à Fratribus Minoribus Obſervantibus gratiſſime exceptus [apud eos] manſit, perque integrum Comitiorum tempus cum eiſdem converſabatur. Accidit die certo Pontificem illum templum adire devotionis ergo, voluiſſeque, eundo per medium chorum Fratrum, ad altare majus accedere (erat enim vir hic multum orationibus inſtans, devotionibus invigilans, precibus ad Deum fundendis continuo vacans, ideoque ad monaſteria Fratrum Obſervantium, quorum devotionibus delectabatur, inhabitanda feſtinans) eundo itaque ſubito incerto loco concidit in terram, nullo impulſus caſu. Conſurgens facile, obſtupuit vehementer, cauſam nullam videns ſui repentini caſus. Arbitratus nihilominus vir prudentiſſimus, lapſum ſuum talem non vanum eſſe, nec ſine diſpoſitione divina cecidiſſe; Patres illius conventus ad ſe vocat; quid ſibi acciderit enarrat; concidiſſe ſe in terra in tali loco, & inopinato caſu greſſum pedibus ſuis inhibitum; ſuccurrere ſibi in mentem id non fruſtra contigiſſe: ederent qui locus ille, aut cujus ſepulcrum lapide grandi deſuper tectum conſpiciatur. Reſpondent illi locum eſſe ſepulturæ B. Ladiſlai, quondam conventus hujus Superioris & prædicatoris ferventiſſimi, multis miraculis à Domino Deo illuſtrati; locum illum ſumme obſervandum, ad quem etiam ex remotioribus locis magni populorum concurſus fiunt, & plurima ad ejus interceſſionem homines percipiunt beneficia. Intellexit optimus Pontifex terram illam ſanctam eſſe, & in eo loco pretioſum theſaurum abſconditum occultari, ſeque lapſu corporis ſui moneri, velit curetque honeſtiori loco oſſa ſancti viri reponi.

123 Tum ad præſentes Patres illos converſus, vultu contracto dixit, illorum negligentiam dignam reprehenſione, qui tam multo tempore, eo in loco tam pretioſum ſui Ordinis theſaurum, decus religionis, Patronum tam pium, quaſi ſine honore detinent. Non ſe paſſurum amplius illis in tenebris oſſa tam ſancti viri deliteſcere; daturumque ſe operam, ut quam primum hæc lucerna ardens de ſub modio proferatur, & ſuper candelabrum ponatur. Ab eo itaque tempore optimus hic Præſul oſſa Beati de pulvere illo ſublevari ſatagebat, & ad tam pium opus terminandum magis accenſus, ipſius B. Ladiſlai auxilia invocabat. Non erat inanis oratio ejus: etenim quodam tempore, per claram viſionem viſus eſt ei Beatus ipſe Ladiſlaus, admonens voluntatis eſſe divinæ, ut oſſa ſua in honeſtiori loco & pro conſolatione multorum aptiore, reponerentur. Addidit præterea indignum eſſe, in terra conculcari ea pedibus tranſeuntium, quæ Deus ipſe clementiſſimus honorificare dignatur in cælo: quapropter curæ ſuæ ſit, ut quam primum locum honeſtiorem & aptiorem ſortirentur. His dictis ſublimis factus diſparuit. Epiſcopi piiſſimi cor, jam antea ea cogitatione armatum, magis inflammatur. [Itaque] non ſolum affectu jam ante concepto, ſed magis revelatione confirmatus, & mandato Dei per ſervum ſuum B. Ladiſlaum adactus, omne ſtudium, ad oſſa viri beati ſublevanda, & totum ſe convertit: ut cujus animam in cæleſti patria æterni luminis participem factam cognoviſſet, ejuſdem in terris oſſa condigno loci honore dignaretur. Totam hujus rei ſeriem narrabat honeſta quædam matrona, octogenaria & ſupra, Catharina Gnatowska, Varſavienſis incola, quæ referrebat omnia illa ſe percepiſſe ex marito ſuo, jam olim defuncto, qui Clericatus minorum Ordinum charactere inſignitus, ſublevationi B. Ladiſlai præſens aderat, & ſecretorum particeps præfati Præſidis fuerat. A. VINCENT. MORAUSKI,

124 Aderant tempore illo duo Varſaviæ Purpurati Principes ac Patres, quos vulgo Cardinales Curia vocat; alter illorum Commendon, alter autem Vincentius Porticus nuncupatus; uterque in procuratione negotiorum Sedis Apoſtolicæ, ad Sereniſſimum Sigiſmundum Auguſtum, à latere Summi Pontificis Legati fuiſſe referuntur. Hos adiit devotiſſimus Antiſtes: oratione gravi totum negotium aperuit: Divinam voluntatem eſſe enarravit, ut ſervi ſui dilecti ſanctitas; debito cultu præventa à fidelibus, majori reverentia obſervetur; oſſaque viri ſancti de pulvere ſublevata, ſublimiori loco expoſita, cœtui fidelium exhiberentur; illis ſe, auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſubnixis, cupere ad opus tam egregium & celebre uti; qui pro innata ſua pietate, ſuis ut conatibus velint operam navare, auctoritate qua multum pollebant, inſtitit; & preces ardentes adhibuit. Reſpondent Purpurati Patres, placere ſibi eam pietatem, nec ſe defuturos tam æquis & juſtis deſideriis pollicentur. Sciſcitantur & ipſi à Fratribus conventus illius Varſavienſis, diligentique inquiſitionis examine, cognoſcere intelligereque B. Ladiſlai veram ſanctitatem, certis ſideque publica probatis illuſtratam miraculis, ſatagunt; præbent aſſenſum, & oſſa Beati ſublevanda decernunt. Licet autem huic operi loci Ordinarius, qui eſt Poſnanienſis Epiſcopus, jure ipſo jubente adhibendus fuiſſet; nihilominus tamen prædicto Illuſtriſſimo Domino Staniſlao Karnkowski, actum illum exercendum mandant; qui cælitus ad ipſum exequendum deſignatus erat, per apparitionem eidem exhibitam per ipſum B. Ladiſlaum, voluntatem Dei aperientem; ſiquidem illum, veluti alterum Paulum, in terram decidentem lapſu illo monuerit. Ille autem qui agnoſcens Dei digitum videbatur reſpondere, Domine, quid me vis facere? obſequentiſſimum ſe exhibuit mandatis. Igitur omnium votis, vocibuſque & acclamationibus, decretum, ut taceret in hoc paſſu loci Ordinarius, laum, acceptatum, & communi conſenſu laudatum eſt.

anno 1572 in Comitiis advertens ad Fratres Minores,

eo invitat 2 Cardinales.

ex lapſu ſupra ſepulcrum accipit notitiam B. Ladiſlai.

cupit elevari corpus ejus:

à B. Ladiſlao apparente ſtimulatus,

CAPUT VIII.

Solennis corporis elevatio.

125 QUemadmodum B. Ladiſlaus, ad inſtar aliorum Sanctorum Dei electorum, dilectus Deo fuit & hominibus multum amabilis, ſic etiam ſimilem fecit illum Deus in gloria Sanctorum, & non tantum magnificavit eum in anima (uti pie credimus) in cæleſti patria, ſed etiam in hac valle lacrymarum, corpus iſtius [honeſtavit] honore Sanctorum; oſſa videlicet, licet ad inſtar ceterorum hominum corruptioni ſubjectorum eamdem mortalitatis formam referentia, decenti loco, venerationi commodo, ſublata de ſub populi calcantis pulvere; & in ſublimi ſarcophago locatum glorificavit in conſpectu Regum, Principum, Præſulum, Procerum; & juſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. Etenim ſicut hunc B. Ladiſlaum, altiſſimus Dominus non alio tempore, quam ſolenniſſimo, devotiſſimo, & cunctis obſervabili, quo recolitur memoria Paſſionis

A. VINCEN. MORAUSKI.

suæ, vivum magnificavit, in sublime eum tollendo in conspectu totius populi, dum verba sacra profunden lacrymarum imbres faceret; sic mortuum, in telluris pulvere delitescentem, non alio tempore levari inde mandavit, quam populosissimo & frequentissimo, plane in oculis Regni Poloniæ, in facie totius gentis suæ, & non suæ solummodo, sed quam plurium externorum. Plus dico, in conspectu Ecclesiæ, cum duo clarissima luminaria Varsaviæ simul stetissent, duo Purpurati Patres ampliſſimo Cardinalatus honore dignati, uterque à Summo Pastore & Vicario Christi missi, ejus personam gerentes, qui caput visibile Ecclesiæ, qui judex supremus, qui Pater omnium, qui Deus terrestris, si fas est dicere. Rem clarius refero.

Solennissimo tempore in Comitiis regni,

126 Cum jam legati Sedis Apostolicæ optime perspectam rem haberent, sibi ab Illustrissimo Stanislao Karnkovio Cujaviensi Antistite propositam & expositam; cognovissentque pluribus argumentis sanctitatem eximiam beati Patris Ladislai; jamque in præfatum Præsulem ambo consensissent, ut ille & non alius, negotium sibi à Beato revelatum & à Deo commissum perageret, sepulcrum aperiret, sacras Reliquias quæreret, colligeret, exportaret, inque loco alio honestiore collocaret; qua potissimum die id fieret, consilia habita sunt inter plures; res etiam ad Serenissimum Regem delata, ponderata est. Reperti sunt nonnulli, qui dicerent nocte potius quam die, secrete non publice, serata ecclesia, seclusо populo tumultuante, idque ob gravissimas causas, ut illis tum videbatur, eo quod Generalis tunc agebatur conventus Regni. At è contra institerunt optimi quique, ut negotium tam sanctum, actus celeberrimus & in partibus his rarissimus, causa Dei & servi sui fidelis, in aperto non in abscondito, publice non privatim, adhibitis debitis solennitatum cerimoniis celebretur, & non leviter obiteve ad desideratum effectum res hæc deducatur, executionique voluntas Divina mandetur. Sic luceat lux ista coram hominibus, ut videant opera Sanctorum, ut glorificent Patrem nostrum qui est in cælis, ut in Sanctis suis benedicatur Deus, ut dicat omnis natio & ætas ac sexus, O quam bonum est viro portare jugum ab adolescentia sua! vere nunc cognoscimus & viva experientia edocemur, quod servire Deo regnare est. Collaudata & acceptata est sententia posterior, uti ratio nobilior & utilior saluti communi.

ex consensu Cardinalium,

B

127 Itaque quænam dies ad hoc commodior assignetur, consultatur. Dominica in Albis omnibus vel maxime arrisit: ut is qui cum Christo in die Parasceves, fornace ardentissimi ardoris & compassionis flammis adustus, in suo dilecto languescens defecit, ipsique Christo conformis factus est; in Octava suæ glorioſissimæ & triumphalis Resurrectionis, quodam modo de misera conditione corruptibilis, pro statu hoc, naturæ humanæ triumphans, de pulvere terræ resurgeret, & in honestiori loco depositus glorioſior multo fieret, suæque in cælo gloriæ initia inditiaque monstraret. Placuit omnibus dies talis, quæ & actui conveniens, & viro sancto vitæque ipsius condigna esset, & quæ non longe abesset à tempore dieque mensis, transitus ipsius ex hoc mundo. Indicta igitur dies & assignata Dominica in Albis (quæ est Octava solennitatis solennitatum, Dominicæ videlicet Resurrectionis) voce prædicatoria in omnibus ecclesiis proclamatur: publica fit fama per civitatem vicinioraque loca; corda fidelium exhilarantur, desideria omnium accenduntur, animi ad tam insuetam solennitatem præparantur. In ipsa ergo die impigre, summo mane, etiam præveniendo horas antelucanas, convenit omnis status, sexus, & dignitatis populus, certando de loco, non prioritatem sed commoditatem, non dignitatem sed proximitatem ejus spectando. Non pigebat devotam plebem festino celerique gressu properare, etiam signa antevertendo, & ad ecclesiam Patrum Bernardinorum accurrere: non tædebat gentem bonam, unam & alteram horam pluresve alias, in expectando actum sublevationis & conventum Magnatum, conterere.

D

decernitur publica elevatio

C

eaque Dominica in Albis faciendа 13 Aprilis.

128 Hora debita [adfuerunt] Serenissimus Rex Sigismundus Augustus, cum sua Serenissima sorore Anna Virgine devotissima; Eminentissimi Patres Purpurati, Principesque Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Comendon & Vincentius Porticus, Sedis Apostolicæ Legati de latere; Illustrissimi & Reverendissimi Episcopi totius Regni Poloniæ; Abbates, Præpositi ceterique Prælati, quoquomodo ad conventum illum Comitialem Generalem regni pertinentes; Principes, Palatini, Castellani, Regni officiales, Nuntii terrestres & ceteri Senatores; Barones, Nobilitas & multitudo copiosa nimis, excedens capacitatem illius prægrandis ecclesiæ. Omnes hi videre, palpare, contemplari sancta ossa, cordibus accensis desiderabant; omnes provolvi sternique in terram, si fas esset, ut se Sancto commendarent, cupiebant. Omnibus ergo in unum congregatis, qui diu expectabantur; designatus operi exercendo Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Stanislaus Karnkowski, processit ad locum, Episcopali tiara redimitus, ceterisque Pontificalibus insignitus, cum Clero similiter candide splendente. Ad locum venientes, in terram prostrati, ceteris omnibus exemplo suo mandarunt similiter in terra hærere. Sacrosanctum Missæ sacrificium devotissimus Præsul de Spiritu sancto celebravit, interim musicis instrumentis concrepantibus, cantoribusque melodias suavissimas harmonice concinentibus. Post, invocata gratia Spiritus sancti per hymnum consuetum, suffragiis Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Dei implorato auxilio, sepulturæ appropinquarunt.

Coram Rege, Cardinalibus, Episcopis & Principibus ad Comitia evocatis,

E

post Missæ sacrificium

129 Lapidem prægrandem superimpositum amoveri jubet Antistes, qui, sine mora nec difficulter amotus, seponitur. Et ecce stupendum, oculis omnium intuentium novum expositum miraculum. Ossa nimirum sancta, in ipsa superficie terræ modico tantum pulvere conspersa, miro ordine composita cernuntur. Sic immediate sub lapide reperta, olim ante sexaginta duos annos profunde cum recenti corpore in terram defossa, mirantur omnes, miraculum agnoscunt, Deo gratias agunt; qui sicut beati viri sanctam animam, in supremam cælorum sublimatam regionem, gloria & honore coronavit: ita ossa ipsius de terræ visceribus, Angelorum ministerio, ad superficiem usque terræ levavit: insinuans, licet corpus ipsius sit resolutum in pulverem, pro conditione carnis corruptibilis; ossa tamen non in terræ tenebroso utero, sed in magnifico super terram erecto monumento, omnino esse reponenda, & in magna veneratione apud omnes habenda. Sublevata igitur ossa sancta de pulvere vino abluuntur, in arcam ligneam reponuntur, & in loco jam ad hoc debite præparato ad dextram majoris Altaris satis decenter & honeste collocantur. Multi infirmi accurrunt, de vino quo sancta abluta erant ossa modice sumunt, & sanantur, consolatione replentur, auxilio sublevantur, servum Dei Sanctum ubique depredicant, laudibus in cælum ferunt, devotionem ceterorum accendunt.

ossa B. Ladislai in superficie terræ reperta

F

ad dexteram majoris altaris collocantur.

130 Omnibus rite peractis clauditur monumentum: lapis ingens, in quo effigies B. Ladislai, totius corporis supine jacentis, sculpta conspicitur, monumento advolvitur: quæ adhuc cernitur, in summaque devotione populi & veneratione habetur. Desuper imago non exigua, à facie depicta ejusdem B. Ladislai, superposita est: in cujus capite, radiis à circulo

A culo adinſtar ſolari in ſignum ipſius ſanctitatis egredientibus, ſplendor Cælicolam demonſtrat. A latere vero, ſepulcro aſtanti dextro, contiguum eſt altare, in quo ſacroſanctum Miſſæ officium, ſingulis diebus celebratur à pluribus Sacerdotibus, ut plurimum ad inſtantiam eorum, qui voti ſolvendi ergo ad Beatum recurrunt. Conſpiciuntur hic quaſi ſine numero, tam in tabula lignea cum icone Beati ſepulcro ſuperpoſita, quam in ipſo altari eminenter conſurgente, tabulæ aureæ & argenteæ non modicæ quantitatis, clenodia & imagines: tum quoque circumcirca imagines è cera conflatæ, quæ omnes in ſignum receptorum beneficiorum & gratitudinis ergo appenduntur. Plurimi homines huc votorum ſolvendorum gratia confluunt, plurimi optatis & deſideriis ſuis potiuntur, & beneficia in anima & corpore, in bonis & fortuna referunt. Non pauci ab ipſo mortis limine ad vitam revocantur; ſicut ex libro noſtro tertio, ubi miracula ex innumeris non pauca enumerabuntur, intelligi poteſt, quæ rite per teſtes fide dignos deducta, officioſe approbata, ſuſcepta & per Notarium auctoritate Apoſtolica inſtitutum, ad hoc ſpecialiter deſignatum atque aſſumptum, diligenter annotata ſunt: quod facile ab omnibus, inferius intelligi poteſt. Multo tamen plura & quaſi innumerabilia ſunt alia, quam quæ hic referuntur; ſed illa tantummodo hoc loco deſcribuntur, quæ vel in Chronicis antiquis Provinciæ Polonæ annotata reperiuntur, vel quorum evidens notitia habetur. Reliquum eſt, ut ſalubri exhortatione mutua nos quoque omnes concitat, i ſæpius ad hunc ſervum Dei in noſtris neceſſitatibus ſupplices accedamus; ut quemadmodum illi qui ſublevationi aderant, Deum pleno affectu, in viro illo Beato laudaverunt; nos etiam procumbentes in genua, adoremus Dominum, in Sanctis ſuis mirabilem; & B. Ladiſlaum precibus flagitemus, velit patriæ noſtræ, quæ eum genuit, pacem impartiri, Sereniſſimo Regi longam valetudinis proſperitatem, incolis à peſte, fame & bello tutam libertatem & incolumitatem, civitati Varſavienſi felicitatem, omnibus afflictis conſolationem, & denique cunctis in neceſſitatibus ſuis auxilium ejus implorantibus, optata beneficia impetrare à Deo auctore bonorum, qui ſit benedictus in æternum.

apponitur imago radiata,

cum multis Anathematis

miracula rite approbantur.

B

B. Ladiſlaus à viris Præclariſſimis laudatur,

CAPUT IX.

Teſtimonia Sixti V *Papæ, Cardinalium & Archiepiſcoporum Gneſnenſium.*

131 PRincipibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt; imo ab illis præcipua merces virtuti debetur: boni & præclari viri per Principes ad ſupremos dignitatum gradus evehuntur, mali & improbi pœna afficiuntur. Poſſem hujus rei gratia multa in medium proferre exempla ethnicorum; verum homines erroribus involuti, in ſuis relinquantur deliteſcere tenebris: Chriſtiano lectori magis ejuſdem Religionis ſuggerenda rerum geſtarum monimenta, quorum pleni Sacri & Eccleſiaſtici libri, in quibus videre licet quoſdam ab ipſo Deo, veluti Abraham & Davidem, viros juxta cor Domini laudari; alios ab ipſa ſacra Scriptura dignis encomiis celebrari; nonnullos à ſcriptoribus rerum geſtarum deprædicari. Præclare id officii genus, virtutem celebrandi, Annales Eccleſiaſtici, à nobiliſſimo auctore Cæſare Baronio in lucem editi, exequuntur: & libri illi, quos de Vitis Sanctorum inſcripſit Laurentius Surius, eamdem telam texere cognoſcuntur. Liberum eſt adire fontes ipſos, & quantum voluerit unuſquiſque, pleno etiam ore potare: mihi à propoſito ne tranſverſum unguem diſcedendum. Beati Ladiſlai virtutes, multorum clariſſimorum virorum ſcriptis celebratas & decantatas produco: nam hoc quoque illius ſanctitatis non poſtremam laudem judico. A primo Eccleſiæ Principe & ſummo Paſtore fiat initium. Siquidem & B. Antonio Patavino, ejuſdem Ordinis Minorum S. Franciſci, ab ore Summi Pontificis profuſum, magni æſtimatur teſtimonium, lectionibus Eccleſiaſticis dicendis pro ejus feſtivitate accommodatum, quod ſic habet: Dicendi ſapientia & copia tantum profecit, tantamque ſui admirationem commovit, ut eum Summus Pontifex aliquando concionantem audiens, Arcam Teſtamenti appellavit. A. VINCEN. MORAUSKI.

132 Noſtri quoque Beati Ladiſlai à Pontifice itidem Maximo laus & honorifica mentio, calamo ad poſteritatem tranſmiſſa, legitur. Sixtus quintus hic erat, juſtitiæ cultor eximius, vitiis omnibus vehemens & impiger adverſarius, virtutis & doctrinæ gloria plurimum delectatus. Illo viro ad apicem Pontificatus Summi evecto Varſaviæ, in Eccleſia Ordinis Minorum de Obſervantia, Confraternitatis S. Annæ matris B. V. Mariæ feliciter erigendæ factum erat initium. Ardens pietatis ſtudium Sereniſſimæ Reginæ Poloniæ Annæ, Sereniſſimi Stephani Bathorei Regis conſortis, fundamenta ejus ædificii ſpiritualis jecerat. Ad erigendos autem parietes, & ad perficiendam integram ſtructuram ſuum ſtudium & operam contulerant, item Eminentiſſimus ac Reverendiſſimus Dominus Georgius Radzivillus, Cardinalis S. R. E. Epiſcopus Cracovienſis; & Joannes Demetrius Solikowski, Archiepiſcopus Leopolienſis. Egerunt hi omnes apud Sedem Apoſtolicam, ut de novo erecta Confraternitas, ſub titulo S. Annæ Mettertiæ, Apoſtolicæ confirmationis robore ſtabiliretur, & accedente ad pietatem illorum auctoritate Summi Pontificis, in petrâ Sodalitatis devotæ magnifica ſtructura locaretur. Piis conatibus non defuit pietas Pontificis: exhibitum eſt confirmationis diploma ſub plumbo, cujus exordium tale eſt: Ex incumbentis nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, octavo Kalend. Octobr. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Regeſtr. lib. 5 fol. 9. In quo quidem diplomate Sanctitas ſua, inter cetera Eccleſiæ Varſavienſis Fratrum Minorum de Obſervantia præconia, illud quoque tribuit, quod corpore B. Ladiſlai ibidem requieſcente ſit inſignis & celeberrima. Verba diplomatis ea ſunt: Præterea cum oppidum Varſaviæ, Poſnanienſis Diœceſis, in quo generalia totius Regni Poloniæ Comitia haberi ſolent, venerandumque corpus B. Ladiſlai in eccleſia domus ejuſdem S. Annæ ipſius oppidi dicti Ordinis reconditum eſt, celeberrimum ſit & inſigne, inibique dicta confraternitas canonice inſtituta reperiatur, &c. Magni viri, magnum Beati Ladiſlai ſanctitatis illuſtrandæ teſtimonium! inſigne civitati Varſavienſi inde attributum laudis encomium! *Sixto V Papa*

E

F

Beatum appellante;

133 Proxima Apoſtolicæ auctoritatis Cardinalitia dignitas, à cujus magnifico ſplendore ſumpſit B. Ladiſlai ſanctitas ſatis ſplendidam lucem & luculentum veritatis teſtimonium. Duo erant Patres Purpurati, ut ſupra diximus, qui diligenti examine facto adhibitaque cura vigilanti, intellexerunt ex multorum ſermonibus B. Ladiſlai ſanctitatem fuiſſe eximiam, veram, ſinceram & Deo placitam; miracula quoque non niſi cælitus ad illuſtrandam illius ſanctitatem facta audiverunt & admirati ſunt; devotionem populi erga beatum virum *Cardinalibus S. R. E.*

A. VINCEN. MORAUSKI, rum collaudaverunt, ossa beati viri de pulvere sublevanda communi sententia sanxerunt, & actum sublevationis præsentia sua exornaverunt; & in omnibus fidelibus, prout sanctæ Sedis decebat Legatos, suo exemplo erga virum beatum devotionem ardentem magis accenderunt, & pietatem inflammarunt; simulque mentem suam, à Spiritu sancto illustratam, & ad opus illud pium exercendum cælesti commotam lumine, demonstrarunt, omnibus bonis Deum in B. Ladislao exaltantibus & devote landantibus.

ab Archiepiscopis Gnesnensibus,

134 Episcopalis etiam dignitas in Ecclesia Catholica Romana in maxima æstimatione habita, B. Ladislao suum exhibuit favorem, & erga ipsius sanctitatem illustrandam subire voluit scribendi, compendiosum quidem, sed veritati maxime consentaneum, obsequium. Andreas Krycius, Cancellarius Reginalis, vir solertissimus & prudentissimus, postea Episcopus Præmislienses, ac demum Archiepiscopus Gnesnensis, homo nobilis, illaque ætate doctissimus & sapientissimus ab omnibus habitus, de B. Ladislao in hunc modum scriptis disseruit. Frater Ladislaus de Gelnow, Ordinis sancti Francisci de Observantia, mira sanctimonia vitæ præditus, doctrina & vitæ moribus clarus, puritate & innocentia adhuc à pueritia integer; jejuniis, vigiliis, & prædicationibus supra quam dici potest invictus; in observantia Religionis & cultu Dei, maxime Virginis Deiparæ sedulus in cujus laudem rhythmos & cantilenas complures edidit: in colloquio benignus & mitis, in reprehensione rigidus, in præfecturis religionis diligens, & cunctis exemplo fuit. In sacro Præparationis die ad populum concionem prædicans, cum ad flagellationem ejus venturus erat, visus ab omnibus publice ultra suggestum nullo adminiculo humano elevari, denique sensim deficere, veluti animo raptus loqui ulterius non potuisse. Unde mox languore correptus, ac mense uno lectulo decumbens, cum summa devotione & alacritate in mœrentium Fratrum manibus desiderium suum omnibus reliquit, & gloriossime mortuus hoc in loco conditus est anno Salutis MDV. Ejus merita & sanctitatem Deus Opt. Max. manifestis & admirabilibus indiciis declarare & illustrare mox cœpit. Nam puella gravi morbo laborans, & cervical ejus sanguine ex naribus tinctum lavans, subito convaluit. Dehinc puer quidam nobilis ab equo ictus, & confestim mortuus, flebili invocatione & voto parentum ad Beatum Ladislaum, stupentibus omnibus revixit. Alter item puer non minus insignis, morbo correptus, jamque penitus extinctus, vitæ restitutus est. Deinde puella in flumen delapsa, & vix post quatuor horas exanimis inventa, ex voto ad tumulum hunc allata, vitam recepit. Et alia infinita & innumerabilia beneficia præstantur his, qui auxilium beati Patris istius fideli animo implorant. Hæc tibi, lector, strictim, ne sis insscius, annotata, clarius ipse cognoscas tute, cum illum precibus & meritis aliquibus prosequi, & observare volueris. Hæc ille.

Andea Krycio

quædam miracula narrante,

135 Non puto item prætereundum Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Stanislaum Karnkowski, itidem Archiepiscopum Gnesnensem, quem supra memoravimus. Hic B. Ladislai ossa è pulvere atque è visceribus terræ eruta, in editiore monumento honestiorique loco reposuit; lapidem grandem, effigie beati viri insignitum, eidem monumento admovit; luculenta oratione, ad populum habita, beatum esse proclamavit; omnesque ad honorem & venerationem illi exhibendam, tamquam fideli servo Dei & viro sancto, verbo & exemplo admonuit. Cujus quidem Archiepiscopi quicumque vitam, pie sancteque traductam, operaque ipsius litteris exarata, tum egregia pro Ecclesia Dei peracta negotia intellexerit; facile in eam deveniet cognitionem, fuisse hominem cælestibus donis abunde instructum, & Deo auctore B. Ladislai sanctitatem honorasse, dictis, factis, & omni meliori modo exornasse, ossa sublevasse, & in decenti loco reposuisse; omniaque illa quæ erga B. Ladislaum exhibuit pietatis officia, à suprema sapientia perfecta fuisse; atq; Spiritu sancto inflammante servum Dei, ab optimo Præsule ardenti devotionis affectu honoratum extitisse. Cernitur ad nostra usque tempora durans, B. Ladislai in lapide, monumento ejus apposito, exsculpta effigies. Caput ejusdem cingitur umbra circulari aurata, typum sanctitatis repræsentans. Versus porro additi sunt isti:

& Stanislao Karnkowski

Ossa Ladislai tumulus tegit iste Beati:
Qui minime favit mundi nequam iniquitati,
Corregnat Sanctis, succurrit debilitati.

CAPUT X.

Testimonia Canonicorum & Senatorum Varsaviensium, Oppidi Gelnoviensis, & aliorum.

136 IN ore duorum vel trium testium stare omne verbum, vulgo dicitur. Sed & ab illo, in quo Pater cælestis omnes scientiarum posuit thesauros, Christo, prolatum tenemus memoria documentum. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Inde orta est certa & nullo confinio falsitati proxima sententia, Vocem populi vocem esse Dei: multorum probatorum virorum dictum, esse veritatis certum testimonium; & ubi multa consilia, ibi salutem inveniri; ubi multa bonorum colloquia, ibi necessario veritatem produci; plurimorum prudentum consensum, divinæ sententiæ indicium dici vocarique. Hinc collige Beatum Ladislaum insigni sanctitate fulsisse in Ecclesia Dei, qui multorum ore Beatus, Sanctus, vir Deo acceptus, prædicatur. Et quamquam non sit contemnenda animorum consensu juncta vulgi opinio; spiritualium tamen personarum, Sacerdotumque divino cultui mancipatorum, quorum labia custodiunt veritatem, consensus in re aliqua, & vinculo unanimis concordiæ copulata sententia, habet justum pondus auctoritatis, & ad conciliandam veritatem rebus per se decretis vim fortitudinis & roboris.

Ad majorem rei certitudinem Matth. 20

137 Non defuit hujusmodi testimonium sanctitati beati Patris Ladislai illustrandæ. Venerandum collegium Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis Baptistæ Varsaviensis, noluit suam operam & devotionis studium erga B. Ladislaum aliorum pietate posterius esse; imo non nuda orationis serie, nec simplici verborum tenore, qui effusus ab ore una cum sonitu in nihilum redactus evanescit; sed litterarum monimentis, quorum vita longa capit æternitatis apud posteritatem tempora, devotionis suæ erga Beatum Ladislaum exhibuerunt manifestam significationem. Cum enim multorum annorum spatio, sanctitatis Beati Ladislai fama illustris radios suos in omnes partes diffunderet, partimque homines omnis ætatis & conditionis ad ejus sepulcrum confluerent; ibique suorum votorum, humilium supplicationum, ardentium desideriorum, felices effectus & prosperos eventus consequerentur; & non solum ii qui de propinquo veniebant loco, multa variaque beneficiorum genera ad monumentum ipsius perciperent, sed & alii in longinquis locis

Testantur Ladislai sanctitatem

Canonici Varsavien.

A locis exiſtentes, & ejuſdem beati viri opem implorantes, optata beneficia aſſecuti gauderent; placuit viſumque eſt Venerabili Collegio Canonicorum ſupra nominatorum, ad majorem Dei gloriam & ad augendam in populo erga virum Dei devotionem, teſtimonio publico, cui ſigillum ipſius Capituli appoſitum, cum ſubſcriptione, ut majorem aſtruerent fidem, ratam & gratam eam reddere & communire: quod equidem factum eſt accedente omnium conſenſu. Hujus tam egregii facti aſſervatur authenticum in archivio hujus Religionis, & in actis Conſiſtorialibus præfati Collegii reperitur, datum anno Domini MDCIII die XIII Januarii. Cujus teſtimonii valorem plurimi æſtimo: ſunt namque in Collegio illo Canonicorum integri, pietate & doctrina conſpicui; & (ſiquidem in ea Civitate Regni totius Generalia celebrantur Comitia, ipſeque Sereniſſimus Rex cum ſua tota Curia ibi ſolitam reſidentiam habet) genere, doctrina, rerum gerendarum dexteritate præcipui quique viri in illud Collegium adſcribuntur aſſumunturque.

authentico ſcripto, anno 1603 ſignato,

138 Non prætermittendum neque ſicco calamo tranſeundum exiſtimo Senatus totiuſque civitatis Varſavienſis exhibitum teſtimonium, ſanctitati B. Ladiſlai ſcripto publico obſecutum. Habet civitas illa viros multos, ingenio & conſilio validos, zelo Dei & erga fidem Catholicam forti conſtantia armatos, & à Deo ſic incenſos contra hæreſeos ſectis infectos, ut nullum civitatis jure ſinant gaudere, qui diverſam in fide à Catholica Romana teneat opinionem. Senatus viris doctis & rerum variarum cognitione bene inſtructis abundat, pietatis amor & erga Religioſas perſonas innata quædam benevolentia omnibus inhæret. Hi ſæpenumero agnoſcentes patrocinium ſuæ civitati per B. Ladiſlaum exhibitum, non ſolum particularibus perſonis, verum univerſitati populi totius (ſicut inferius patebit) beneficia pluries præſtita atteſtantes, ne forte ingratitudinis ſubirent notam, libenter in eam venerunt ſententiam, ut publico ſcripto, ſigillo ſuæ civitatis munito, Patronum & Protectorem ſuum revererentur. Datum Varſaviæ anno Domini MDCIV, die XV Junii.

B *Senatus civitatis*

anno 1604

139 Placet à publicis ad privata deſcendere. Deſcendentibus primum occurrit divini verbi præco ferventiſſimus, R. P. Fabianus Orzeſzkowski, prædicator eloquentiſſimus, vicinus B. Ladiſlai temporibus: qui cum multa à Fratribus, qui una cum beato viro in Ordine vixerant, de ipſius ſanctitate certa argumenta cognoviſſet; & ab aliis piis hominibus, quibus cognitus erat, plurima de ejus immaculata vita comperiſſet; ea carmine rhythmico comprehenſa, poſteritati tranſmiſit, tenore tali:

Fabianus Orzeſz. kowski

C

D. O. M.

edito hoc rhythmico epitaphio

En Pater Sanctiſſimus jacet tumulatus,
Qui parvo oppidulo Gelnow fuit natus:
Atque in Eccleſia rite baptizatus,
A ſuis parentibus Joannes vocatus.
Is puer in patria ſua ſcholis datur,
Plus ceteris paribus ſtudens illuſtratur,
Tandem à parentibus Cracis deſtinatur,
Et in brevi tempore doctus comprobatur.
Hinc divino munere cœpit meditari,
In aliquo Ordine volens monachari:
Mundi petulantiam cœpit deteſtari,
Ad Minores tranſiit, eis commorari.
Ladiſlaus nomine ab iis vocatus,
Humilis & patiens, probe converſatus,
Caſtus ab infantia, omnibus & gratus,
Mox in Sacrificium fuit ordinatus.
Hic Mariæ Virgini factus eſt devotus,
In cujus ſervitio ardens erat totus:
Ejus vivens gratia à probris ſemotus,
Coronam geniculans lacrymis perlotus.
Suſcepit officium hic Prædicatoris:
Et, ne ſit in ſcandalum, corpus terit loris:
Æqua lance vitia librans, vi auctoris
Formidabat neminem, juſſu Redemptoris.
Injuncta officia lætanter obibat,
Solutus negotiis, mox templum adibat:
Peccatorum crimina gemens deplorabat,
Puſillos, ambiguos, fide roborabat.
Hic ſermones plurimos ſcripſit feſtivales,
Edidit de Tempore & Dominicales,
Metro atque carmine, & quos legebamus,
Cum in Pabianicis ſcholis agebamus.
Fecit vir ſanctiſſimus multas cantilenas,
De Chriſto, de Virgine, pias & amœnas:
Hic anno milleſimo quingen. quinto ſtravit
Lectum, febri decubans, ad Chriſtum migravit.
Mox cœpit miraculis clareſcere multis,
Variis languoribus, pueris, adultis,
Adeſt invocantibus vivis & defunctis:
Ad vitam hic revocat, ſalutem dat cunctis.
Cervical ſanguineum cum puella tangit
Ægra Patris; illico tota ſana ſurgit,
Hic mortuos nobiles duos ſuſcitavit,
Primum namque puerum, quem equus calcavit;
Et quamdam juvenculam, quæ quatuor horis,
Submerſa in flumine, fuit vis doloris
Ipſius parentibus: levamen mœroris
Capiunt ad tumulum, effectum dulcoris.
Et hoc Epitaphium Herus lectitavit
Porticus Vincentius, atque confirmavit,
Tamquam Apoſtolicus legendum dictavit,
Legentibus ſingula vera approbavit.

A. VINCEN. MORAUSKI.

complectente virtutes vivi

& mortui miracula aliqua.

E

140 Mirabile vero eſt, quod olim Epiſcopus Mantuanus Franciſcus Gonzaga, ex Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia, ante Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Miniſter, ad illius Epiſcopatus faſtigium evectus, vir ſanctitatis laude & miraculis eamdem comprobantibus clarus (cujus nomen ut in Album Sanctorum referatur, ardens hoc ſeculo omnium bonorum deſiderium, favor, & ſtudium laborioſe invigilat) editis quoque in lucem litterarum operibus inſignis ſcriptor, in Chronico Seraphici Ordinis, Provinciæ Polonæ deſcriptionem inſtituens, facit mentionem B. Ladiſlai de Gelnow in conventu Varſavienſi tumulati; quamquam, re male intellecta & ex aliis referentibus imperfecte cognita, hiſtoriæ quidem veritatem retinet, ſed rei ſeriem confundit. Duo namque ejuſdem nominis erant, & uterque Ladiſlaus vocatus, uterque ejuſdem Ordinis proles, uterque vitæ ſanctimonia clarus, beatitudinis titulo inſignitus. At origo diverſa utrumque ſejungebat: nam alter Ungarus Cracoviæ eſt ſepultus, & miraculis illuſtratus: alter, de quo nobis ſermo eſt, de oppido Gelnow, Varſaviæ mortuus, & in eccleſia Fratrum Minorum de Obſervantia monumento illatus requieſcit. Prior ille, antequam Ordo horum Fratrum in regno Poloniæ conſpectus eſt, Ordinis jugum portavit; noſter B. Ladiſlaus, poſt introductos in regnum Fratres anno Domini MCCCCLIV, religionis ſacræ habitum ſuſcepit anno Domini MCCCCLXII. Ille fuit primus Guardianus conventus Cracovienſis noviter fundati; hic numquam Cracovienſem conventum gubernaſſe ſolum legitur. Tamen Reverendiſſimus ille Epiſcopus, cupiens ex animo vere deſcribere noſtrum B. Ladiſlaum, quædam illi tribuit, quæ ſunt propria illius Beati, cujus oſſa Cracovienſis tenet eccleſia; cetera vero ſunt vera encomia

Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, etiam eum laudat:

F

ſed ab altero Ladiſlao non ſatis diſtinguit

A. VINCEN. MORAUSKI, noſtri B.Ladiſlai Gelnovii, in eccleſia Varſavienſi quieſcentis.

141 Non ſemper etiam ingrata patria. Oppidum Gelnow, in quo primam lucem aſpexit B. Ladiſlaus & primos infantiæ peregit annos, ſingularem devotionem erga beatum virum gerit, vehementerque afficitur ad ſectandum pietatem per domeſtici exempli lucem; & B. Ladiſlaum, veluti agri ſui theſaurum, vineæ propriæ racemum, arboris nativæ fructum, oppidi ſui quondam felicem incolam, os de oſſibus ſuis & carnem de carne ſua, Fratrum & vicinum ſuum, ardenti proſequitur amore. Ejus patrocinio ſe & ſua ſubjiciunt omnia, multumque ſpei & fiduciæ collocant in meritis beati viri: cujus precibus oppidum ſuum continuo comdant & conſecrant. Non poſtremum hujus devotionis argumentum eſt, cives ſigillum oppidi ſui vetuſtum aboleviſſe, & pro ſtemmate novo effigiem B. Ladiſlai ſumpſiſſe, eoque facto declaraſſe, non alium ſibi cariorem Patronum & civitatis Protectorem fideliorem eſſe. Magnifici ac Generoſi Domini Brzezinenſes, oppidi illius hereditarii poſſeſſores, nequaquam patiuntur eripi ſibi palmam à ſubditis in devotione exhibenda erga B. Ladiſlaum. Et ſicut excellunt illos nobilitatis ſplendore & bonorum abundantia, ita pietatis & devotionis ſtudio antecedere eos ſumma ope enituntur. Imaginem B. Ladiſlai, artificio eximiam, pictura venuſta exornatam, magnitudine inſigni, in templo ſuo parochiali erigi curaverunt; ad quam cultu debito proſequendam, plurima hominum turbà convenit, & juxta devotionis menſuram etiam conſolationis recipit gratiam.

Gelnovienſes pro ſigillo aſſumunt effigiem ejus

B *Domini Brzezinſci imaginem ejus exponunt.*

142 Demum memoratu rem dignam exiſtimo. Sub imagine B. Ladiſlai, in qua tabulæ voto promiſſæ affiguntur, hæc verba à multis annis ſcripta de eo leguntur. B. Ladiſlaus, vir euangelicæ perfectionis culmine nobiliſſimus, omnique ex parte in vita ſua beatus, poſt multa humilitatis & abſtinentiarum omniumque virtutum Ordini univerſo relicta ſpecimina, poſt ſuaviſſimos in Deum frequenter extaticos receſſus, poſt multos zelo honoris Dei & Catholicæ religionis exantlatos labores, plenus dierum ſpiritum cælo reddidit anno Domini MDV die IV Maji. Ad extremum illud quoque omittendum non eſt, quod Reverendiſſimus Pater Frater Marcus Uliſibonenſis, Epiſcopus Portuenſis ex Ordine Minorum de Obſervantia aſſumptus, tertia parte Chronicorum libro 8, cap. 33, de hoc beato Italico idiomate ſcribit, quod ſic habet Latine. Marſomi in Provincia Poloniæ ex hoc mundo abiit ardens illa & ſplendens lucerna Fr. Ladiſlaus: qui valde clarus fuit mirabili ſua doctrina & vitæ ſanctitate, non abſque miraculis. Fecit expoſitionem ſupra verus ac novum Teſtamentum: ſcripſit verſu in Magiſtrum ſententiarum &c. *Ita ſane Marcus,* Marſomi *pro* Warſavia *haud recte ſcribens; non tamen Italice, ut putavit auctor (quamquam opus ejus Italice, Hiſpanice, & Gallice ab aliis redditum habeatur) ſed Luſitanice: quo obſervato finio cum auctore hunc ſecundum librum, dicente quod* hactenus de teſtimoniis, ſanctitate vitæ B. Ladiſlai, à clariſſimis viris exhibitis, ſatis ſit dixiſſe.

C *& apud Marcum Vlyſiponen.*

D

LIBER TERTIVS.

Miracula octoginta poſt obitum patrata.

CAPUT I.

Statim poſt obitum, mortui ſuſcitati, moribundi aliique ſanati, peſtis ſublata.

143 IMmenſa Dei Majeſtas, interdum variis in rebus potentiæ ac virtutis ſuæ magnitudinem oſtendens, dum ea operatur quæ humanis ingeniis fieri poſſe non videntur, in admirationem homines convertit, & ob hoc hujuſmodi res miraculorum nomen acceperunt; quibus Chriſtiana Religio omni hominum memoria plurimum abundavit, ut doctiſſimi Alphonſus de Caſtro Ordinis Minorum Obſervantium, & poſt eum Robertus Bellarminus de notis eccleſiæ docent. Maxime tamen ad fidem Dei vere illuſtrandam miracula ſunt edita, juxta illud Matthæi xx, Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes; Appropinquavit regnum cælorum, &c. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones ejicite, &c. Fiunt etiam miracula vera, non ſemper ad confirmandam fidem, ſed interdum ad illuſtrandam vitæ Sanctorum probitatem. Etenim cum miracula fiunt ad gloriam alicujus Sancti demonſtrandam, oſtendunt, ipſum hominem Deo acceptum, multum poſſe pro mortalibus apud eum, ejuſque auxilia in noſtris neceſſitatibus efficacia eſſe. Porro qualis vita B. Ladiſlai ſervi Dei fideliſſimi fuerit, quamque in conſpectu Altiſſimi grata opera acceptaque extiterint, ipſe Deus glorioſus mirabiliter impenſeque fidelibus omnibus declaravit. Namque ſtatim poſt felicem finem vitæ ejus, cum jam beatus ſervus Dei, carnis mole exutus, ad ea quæ præparavit Deus diligentibus ſe ineffabilia gaudia perveniſſet; tot & tam præclara, evidentia & magnifica prodigia ipſius meritis & intereceſſionibus facta ſunt, tot beneficia hominibus utriuſq; ſexus, omnis ſtatus & conditionis ejus auxilium implorantibus divina bonitas clementer exhibuit, ut nullo pacto poſſit in tot portentis veritas ipſa denegari, quibus ſanctitas B. Ladiſlai ita præ multis aliis Sanctis abundat, ut infinita donorum multitudo in ipſo ſedem fixiſſe agnoſcatur: quæ ſi omnia velis recenſeri, præſens volumen in magnitudinem immenſam augeri videretur. Nos in omnibus brevitati ſtudere cupimus: & ideo ex omnibus, quæ nobis memoria rerum geſtarum & veritas hiſtoriæ offert, præſtantioribus electis, quæ ad oculum manifeſtant B. Ladiſlai ſanctitatem, illa ſimpliciter referemus; cetera, ceu rem infinitam, omittemus. Conſcribendis igitur miraculis (vita jam per Dei gratiam non infeliciter litteris digeſta & conſcripta) calamum applicamus. Tu qui mirabilis es in Sanctis tuis, o Deus omnipotens, fer opem ſcriptori: & qui magnam contuliſti ſanctitatis gratiam in B. Ladiſlao, multam largire virtutem ſtudioſo cultori.

Miracula non ſolum ad fidem adſtruendam

E

ſed etiam ad Sanctorum probitatem oſtendendam exhibentur.

F

144 Initium ſumatur à primo illo, poſt ipſius felicem ex hoc mundo tranſitum ad meliorem vitam, exhibito prodigio. Nam cum jam gravi detentus infirmitate B. Ladiſlaus, præſtolaretur mortis adventum; magis magiſque ægritudinis languor debiles & effractos opprimebat artus: quibus alleviandis, & ut molliori ſuſtentarentur lectiſternio, acceperant Fratres mutuo duo cervicalia à Virgine quadam, Margarita dicta, Palatinide Mazoviæ, Tertii Ordinis ſancti Franciſci monacha, ſuppo-

nenda

A nenda capiti beati Patris, ad mitigandum tantiſper ſævientis morbi furorem. Serviebant illi ad ultimam uſque horam neceſſitati B. Ladiſlai : luctante vero cum morte natura, ut frequenter uſu venire ſolet, ſanguis de naribus beati viri manans, cruenta ſui veſtigia in illis cervicalibus reliquerat. Ubi autem vir ſanctus naturæ debitum ſolvit, ſine mora cervicalia prædictæ Virgini ſunt reddita. Accepit illa in manus, ſed dum vidit cruentata, naturali & tanto magis femineo horrore transfixa, ſubito à ſe removit. At vero alia Virgo, ſocia ſua, Soror Catharina Swiderska dicta, devote ea in manus recepit; & ardenti [affectu] in beatum virum, quem vivum ſummo cultu uti Sanctum venerata erat, accenſa, hilari fronte & promptis manibus, licet gravi morbo conflictata, lavit : confeſtimque à graviſſima infirmitate illa, qua afficiebatur, libera & immunis facta, amiſſam recuperavit ſanitatem; totoque corpore roborata & exultans, Deum laudare, beati viri ſanctitatem deprædicare, & ſe felicem jactare devote cœpit.

cervical tinctum ſanguine B. Ladiſlai agram ſanat :

145 Sed ecce pia invidia. Prædicta virgo Margarita Palatinides, ſtupore confuſa, ex facto quod contigerat infirmæ Sorori, dolere cœpit, quod cruorem beati viri deſpexiſſet, invidereque felicitati Sororis tali invidia, quali David, benedictionibus
B divinis advertens domum Obededom repletam, ex inhabitante eam Arca Domini, deduci quantocius ipſam fecit in domum ſuam Regiam, anhelans toto pectore gratiis divinis abundare. Turbulentiſſimis ſiquidem tempeſtatibus internis, tumentibuſque tentationum undis, præfaræ Sororis Margaritæ cymba conſcientiæ exigua jactabatur, aſſidue proxima periculo naufragii. Ideoque vehementer ſolicita, ne in ſcopulos alliſa, diſrupta navi, pretioſas virtutum collectarum margaritas in profundo abyſſi demergeret; provocata beneficio Sorori Catharinæ præſtito, votum vovit, ſe adituram beati viri ſepulcrum, & quinque accenſas candelas oblaturam. Poſt votum emiſſum, fiduciam ſibi certam in pectore oriri, liberam ſe nimirum fore ab omni ſalutis diſcrimine, præſenſit. Flavere ſecundi venti, ubi primum ſatisfecit promiſſis : ſiluit mare, ventis & procellis illis tentationum penitus extinctis; & ex turbida die ſerena & tranquilla lux rediit. Grata tanti beneficii, pluribus referebat gratiam ſibi præſtitam.

alia voto facto à tentationibus liberatur.

146 Etiam ex ipſis faucibus mortis B. Ladiſlai patrocinium eripere potuit illum, qui fato ſublatus, inter homines hujus lucis uſura frui deſierat.
C Res ſic ſe habet. Quidam Eques Polonus, in diſtrictu Czerſcenſi, Matthias Piotrowski cognomento, fide certa & indubitata, largiſſimo etiam imbre lacrymarum, de ſuis oculis manantium, narrationem ſuam comprobante, referebat, Filium ſuum, ſcilicet Staniſlaum trimum (quæ ætas & puerilis innocentia oculis parentum graviſſimum ſubminiſtrabat dolorem) correptum fuiſſe periculoſiſſima ægritudine, & ad extrema deveniſſe, animam exhalaſſe, inque manibus ſuis vitam finiviſſe; oculos, ut moris eſt, defuncti ſuis propriis digitis ſe claûſiſſe; corpus exangue relictum depoſuiſſe, & ad ſepeliendum diſpoſuiſſe : ceterum à corpuſculo ſe jam recedente, ingentem dolorem præcordia ſua & matris afflictæ penetraſſe, lacrymas uberes profiliiſſe, totam domum luctu & lugubri carmine reſonaſſe. Tum in mentem, inquit, utrique noſtrum venire, ut ad Sanctorum implorandam opem pro filii vita reſtituenda confugeremus. Placuit pium propoſitum. Igitur modo ad hunc Sanctum, modo ad illum, prout ſuggerebat memoria & affectus, preces offerre, manus in cælum levare, opem & auxilium poſcere, ſupplicare, ſuſpirare, orbi-

Mortuus ad vitam revocatur

tatem noſtram deflere cœpimus : incaſſum tamen preces noſtras ſenſimus abire. Tandem uxor ſatis mœſta, Eja, inquit, o marite, inſignis fama de ſanctitate B. Ladiſlai, nuper defuncti, paſſim ab omnibus divulgata, horratur mentem meam, ut illius expoſcamus in hac noſtra tribulatione patrocinium. Mens exhilarata mariti, animus plenus fiducia, in ſanctum virum totus effunditur. Ambo igitur in genua provoluti, ardentem ad Beatum ore devoto fundunt orationem. Additur precibus votum, ſeipſos una cum filiolo, ad ejus ſepulcrum venerandum, peregrinationem ſuſcepturos, & cum digno munere illud exornaturos. Pondus ſuum habere verba, & beati viri interceſſio morte fortior agnita eſt. Rediit puer ad vitam, morti eripitur præda! voto emiſſo cordis palpitantis motus conſurgere, oculos aperire, & tandem verba ad parentes profundere cœpit ille, qui vita defunctus, mortis reſectus falce ceciderat. Ingens gaudium, lætitia, tripudium. Votum per ipſos expletum anno Domini MDXIV, & res facta ad notitiam omnium perlata, B. Ladiſlai ſanctitatem illuſtravit. A. VINCEN. MORAUSKI.

147 Non tantum hoc hominibus à natura inditum eſt, ut quorum ſemel experti ſunt benevolentiam, ad eos in ſuis neceſſitatibus iterum atque iterum recurrant; ſed brutis quoque animalibus illud E commune, ut ſemel cognita pinguia repetant paſcua. Ejuſdem viri nobilis ſupradicti filia, in ſimilis fere infirmitatis conjecta erat periculum : invaſerat etenim eam ea vis & rabies morbi, ut ſemel in lectum dejectam nullatenus dimitteret; imo virus ſuum magis ac magis intendens, jam jam animam agere cogeret. Commoti vehementi periculo natæ ſuæ parentes, agnitam requirunt medicinam : ad fontem, de quo nuper conſolationis hauſerant aquam, filioque defuncto ad vitam revocando bibendam propinaverant, perque ipſum vivum recuperaverant, quantocius properantes, Beatum videlicet Ladiſlaum, ut iterum rivos benedictionis defluentes demittat cælitus, rogant : filiæ ſanitatem vitamque impetret, ægritudini ſubjectam adoleſcentulam incolumitati reſtituat, qui nuper dignatus eſt defunctum filium, jamque à morte abſorptum, vivum afflictis parentibus reddere : ſeſe beneficii accepti futuros memores, ad ſepulcrum ipſius deducturos filiam, & cum eadem Patrono ſuo gratias peracturos. Adfuit auxilio B. Ladiſlaus. Convaluit ſubito puella, è lecto ſurrexit, & ſana facta eſt : quam parentes, ut polliciti ſunt, ad ſepulcrum Beati deduxerunt. F

Sanantur moribunda puella una

148 Inſignis cujuſdam viri civis Varſavienſis filia, quam ſui parentes in intimis habebant, gravi letalique morbo decumbebat. Adhibiti medici conſiliis ſuis nihil proderant : medicinæ propinatæ, variique modi juvandi puellam, nihil faciebant. Properabat illa ad vitæ terminum, vi morbi & vigiliis continuis tota exhauſta, ita ut nihil præter cutem & oſſa remaneret, & ſpiritum jam ageret. Pater ipſius, in extremis jam cariſſimam filiam cernens, deſperata penitus ejus valetudine; jamque morti proximam prænoſcens, ne anguſtias morientis videre cogeretur, domo, flens & cordis dolore tactus intrinſecus, exivit. At pedem domo efferens, mœrens uxori ſuæ innuit, voto filiolam moribundam ad ſepulcrum B. Ladiſlai obſtringat, ut ipſi quemadmodum plurimis opem ferre dignetur. Ipſe interim in maximo tædio & mœrore vehementi, ad proximam eccleſiam Parochialem S. Joannis Baptiſtæ, Deum ſupplex pro filia deprecaturus, divertit, ſeſeque in orationem proſtratus dedit. Res dictu mira! Cum mater à marito inſtructa votum feciſſet, virus morbi, veluti ignis

& altera

A. VINCEN. MORAUSKI.

aqua, extinctum eſt: ceſſarunt vehementes anhelitus, calor refriguit, membra flaccida vigorata ſunt. Prima vox elinguis puellæ fuit petentis cibum, uti fame confectæ. Ad præparata cibaria viribus propriis de lecto ſurrexit, ſine alterius adminiculo ad menſam acceſſit, & inde ad ſtratum redire renuit. Afflictus pater, ad mortuam filiam ire ab oratione renuens; cum intellexiſſet domum ſuam miſericordiis Domini repletam, gaudens reverſus, filiam jam bene ſanam reperit: & poſt, ſine dilatione, ad ſepulcrum B. Ladiſlai votum devotiſſime cum uxore & filia exolvit.

149 Miſericordiæ Domini, qui afflictis per Sanctos ſuos ſuccurrere non dedignatur, invocantibus eum. Attende quid in ſuburbio Varſavienſi cunctis vulgatiſſimum acciderit. Honeſta quædam matrona, boni nominis ac famæ inculpatæ mulier, die quodam feſto è domo ſua egreſſa, ad eccleſiam Fratrum Minorum de Obſervantia, in qua B. Ladiſlai venerabile recumbit corpus, ivit concionem auditura. Hæc recedens à domo, unicam filiam ætate quinquennium reliquit. Itaq; matre illa audiendis divinis eloquiis in templo occupata, puella levitate puerili ducta, feli domeſtica colludebat inanique oblectabatur luſu.
B Elapſa de manibus puellæ felis, fugam in hortum domui contiguum arripuit. Puella eam inſecuta, dum incaute perſequitur beſtiam, ignara imminentis periculi, in foſſam profundam, aquis repletam, quam facile felis tranſiit, incidit: & quoniam nemo erat qui periculi ſpectator eſſet, deſtituta omni auxilio, aquis ſuffocata, vitam perdidit, mortem invenit. Reverſa domum mater, nil mali ſuſpicans, ubi non invenit filiolam, vehementer territa, nomen ejus inclamare, in omnibus locis quærere, à vicinis ſciſcitari, omnia loca ſcrutari anxia cœpit. Cumque intelligeret à nemine viſam in locis publicis, ipſamque minime comparere infra ſpatium quatuor horarum cerneret; ſubiit ſibi in mentem in foſſam illam inſpicere. Accurrit, inſpicit, inquirit: & ecce triſte ſpectaculum: comparet in aquis infantula ſuffocata; extrahitur, in arida jacet, rivulis aquarum ex ſe profluentibus. Mater in lacrymas reſoluta, vociferare, ſuum infortunium incuſare, crines capitis lacerare, plangere, ejulare cœpit, & nullam conſolationem admittere. Tandem in ſe reverſa ad Deum auctorem vitæ confugere, B. Ladiſlai opem implorare, vota ad ejus viſitandum ſepulcrum emittere ſatagit; velit orbitati ſuæ non deeſſe qui multorum favere dignatus eſt precibus. Vix vo-
C ta emiſſa finierat: ecce tibi puella, quatuor horis in aquis delitescens ſubmerſa, motu ſui corpuſculi, quaſi è gravi morbo evigilans, vivere ſe poſt mortem perſſam demonſtrat: ſpiritu vitali plena, è loco propria virtute conſurgit; matrem alloquitur, viva, ſana, integra conſpicitur, omnibus cum matre tum gaudentibus tum ſtupentibus, & miraculum admirantibus ac prædicantibus; matre præſertim præ nimia lætitia fiente, indignam ſe tanto beneficio conteſtante, & erga B. Ladiſlaum omnia gratitudinis beneficia & officia, voce, devotione, rei factæ enarratione, exhibente. Hæc omnia præfata matrona Fratribus Minoribus, cum ſumma devotione & conſcientiæ atteſtatione, filiam etiam miraculoſe reſuſcitatam præſentans referebat; votumque illis adjutoribus cum hymno Te Deum laudamus, exolvit.

ſubmerſa puella vitæ reſtituitur

150 Eodem anno MDXIV quo vel maxime in B. Ladiſlaũ devotio populi excreverat, propter creberrima miracula, quæ Deus præpotens, honorare volens ſervum ſuum B. Ladiſlaum, fieri permittere dignabatur; & aliud non minus ſtupendum accidit. Generoſus Dominus Joannes Psárki, Notarius diſtrictus Sochacovienſis, publica recognitione teſtatus eſt, in domo ſua admiratione dignum prodigium factum. Fuiſſe ſibi videlicet filium, cui ex baptiſmo D Staniſlaus nomen obtigerat, in deliciis habitum, magnæ expectationis & optimæ indolis adoleſcentulum jam quintum annum agentem, quem flos gracilis ætatis illius mire exornabat. Hic equis ſupra modum delectatus, ſæpius ſtabula intrabat, & ſabbato hebdomadæ ſanctæ, quo myſteria Dominicæ Reſurrectionis à cunctis fidelibus ſerenis mentibus celebrari incipiunt, ab equo ſufferrato adeo forti ictu percuſſus eſt, ut in eodem loco, in quem ſupinus ab ictu ceciderat, ſpiritum & vitam ſimul profuderit. Certus pater factus de infelici caſu interempti filii, vehementi percuſſus dolore, accurrit, corpus aſſumit, perſcrutatur ſpiritum, ſed fruſtra. Obiiſſe illum animadvertit, & nullam ſibi ſubeſſe ſpem aliam præter Deum, nullaque humana ope poſſe defunctum ſuſcitari filium. In montes igitur levat oculos ſuos, unde veniat auxilium ſibi. B. Ladiſlaus venit ſibi in memoriam. Eum ergo voce lugubri compellat: O vir, inquit, beatiſſime, cujus ſanctitatem multis Deus manifeſtat miraculis, mei quoque capiat te miſeratio: ſuccurre miſero mihi: filium, quem infortunii caſus terræ allisit & morti adjudicavit, tu redde vitæ E & patri mœrenti. Plus valeat ſanctitatis tuæ oratio apud Deum, quam mortis crudelitas in pueri corpuſculo. Si te adjuvante filium vitæ reſtitutum obtinuero, memor beneficii præſtiti, ad tuum ſepulcrum provolutus gratias perſolvam congruas, filium quoque tuo patrocinio à mortis tyrannide ereptum eo loci ducam, & tuum beneficium in medio eccleſiæ clara voce proferam. Pulſanti aperta janua, & precibus conceſſus locus eſt. Filius qui erat mortuus, tamquam à gravi ſomno ſolutus, ad vitam reverſus, in pedibus ſtetit: caput, ſolea equi conquaſſatum & gravi vulnere confoſſum, ad priſtinum ſtatum rediit; & dolore abſcedente ſanitas integra venit. Factum miraculum erat iſtud anno Domini MDXIV, & relatum annotatumque fideliter per Fratres illius conventus, quibus prædictus Dominus Psárki, tam integre ſibi & filio ſuo præſtitum beneficium, gratus & memor retuliſſe ſcribitur.

puer equi ſolea ictus reſuſcitatur,

151 Mira fuerant quæ jam diximus, ſed non minus miranda quæ ſequuntur. Cum calamitoſum cælum peſtiferum aërem circumcirca oram Varſa- *peſtilentia Varſaviæ ſæviens*
vienſem cauſaſſet, ita ut lues epidemica populum crudeliter infeſtaret, ingraveſcente indies cæ- F
lo, grave tempus, peſtilens annus fuit iſte MDXXII. Contagio illa fere in omnibus domibus civitatis Varſavienſis vulgabat morbos & mortes: infecti plurimi civium; juvenilis fere omnis ætas, mulierum major pars ſublata fuit. Hinc ſecuta eſt fames, cum nemo in forum res ad victum neceſſarias auderet inferre, obſtante Superiorum mandato, ne contagione peſtifera laborioſi ruſtici affecti, eamdem inferrent in ſuas villas. Cum ergo ſævitia peſtilentiæ & famis rabies utraque junctis manibus per civitatem illam graſſaretur, obviam quemque hæc vel illa interficiens (non enim facile erat alimenta ad ſuſtentandam vitam, in tantis periculis ſitam, procurare) quædam mulier, aſſumptis ſecum duobus filiis, latrante ſtomacho & pene deficiente præ fame, glandinis ferali fructu conſulere vitæ ſuæ, opemque illi ferre ſtatuit. In propinquam itaq; ſilvam de civitate egreſſa abiit: ecce revertentibus illis domum viſio quædam admirabilis oculis eorum objecta, eos ſtupore & admiratione in loco uno defixit. Vidit namque illa mulier cum ſuis pueris, circa Viſtulæ ripam verſus eccleſiam Fratrũ Minorũ de Obſervantia, quemdam arcum cæleſtem, fulgore admirabili micantem; in ejusq; medio ſedentem velut Judicem, aſpectu & majeſtate

majeſtate terribilem, cui plurimæ Angelorum cohortes hinc inde aſtarent, ad omne præſtandum obſequium expeditæ. Cumque ſic omnes ſimul, ſine terrore ullo, intuerentur viſui ſuo oblatam majeſtatem; viderunt in aëre quemdam Fratrem Minorum, flexo poplite & manibus extenſis orantem judicem: vox ſiquidem nulla audiebatur, labia tantummodo moveri & aperiri cernebantur. A viſione hac magnifica terribile aliud ſpectaculum oculos ipſorum evocavit: comparuere namque majoris horroris veſtigia: draco teterrimus ingentis magnitudinis, beſtia immanis & nimium formidabilis, ex alia parte Viſtulæ fluvii ad villam Praga dictam apparuit, tortuoſo ſuo ſitu videbatur velle cingere civitatem, ore ſuo flammam igniferam verſus civitatem rapido ſpiritu evomebat. Res viſu fuerat terribilis, & horrenda ſtupore & horrore pariter & admiratione: adhæc viſa, defixa mulier, tremebunda cum pueris, immobilis ſtabat.

poſt viſionem in cælo apparentem,

152 Interim ſupervenit vir quidam, ſenectute gravis, artis ſutoriæ cultor, qui etiam eamdem ob cauſam verſus ſilvam iter faciebat, ut glandini famem ſe prementem arceret. Hunc ut primum vidit mulier, verbis eum retinuit, ſiſtereque pauliſper rogavit, inquiens, Eia amice ſiſte gradum, & nobiſcum mirari incipe, quæ Deus noſter peccatoribus revelare dignatus eſt. Leva oculos, intuere cælum, conſidera opera Dei admiranda. Fige intuitum ſuper Viſtulam, quæ ſupra agantur ex oppoſito clauſtri Patrum Bernardinorum, Minorum nempe Obſervantium. Videsne hanc grandem viſionem? Reſpondit ille, nil horum penitus ſe videre, nilque novi cernere. Oremus, inquit mulier, ut Dominus dignetur, eadem quæ ego video tibi quoque revelare, & obtutus tuos ad ſpectanda hæc mirabilia aperire. Procidentibus illis ſimul in genua omnibus, & Pater noſter &c. ſimpliciter orantibus, aperti ſunt oculi viri illius, & tunc demum ſe perſpicue aſſeruit videre viſionem grandem illam. Sic illis omnibus ſpectantibus, & quaſi in raptu quodam exiſtentibus, Draco ille teterrimus, bellua fœtida, crepuit medius cum fragore, ſonituque prolato per aëra, veluti ſi fulminea machina exploderetur. Inſonuit quoque vox per aëris regiones diffuſa, delapſa à magnifica gloria, Is qui orat Judicem, eſt magnus Dominus coram Deo omnipotente: Varſavia, ſis grata. Poſtea viſio illa tota diſparuit, & ab illo tempore, pace & ſalute à præpotente Deo impetrata, ceſſavit ſævire morbus epidemiæ, infecta morbis corpora ſaniora eſſe cœperunt, peſtilentiæ virus ſublatum, rabies extincta, & quaſi poſt vehementem grandinem ſerenitas, ſanitas ſucceſſit. Multa alia facta ſunt prodigia ſtatim poſt deceſſum B. Ladiſlai, quibus ejus ſuccurſus humanæ infirmitati monſtrabantur. Sed, ut dixi, ſelectiora elegi, prætermiſſis nonnullis; ad recentiora, teſtibus in judicio approbata & acceptata, curſum dirigo, caputque hoc primum claudo.

& cæleſtem vocem ſublata.

CAPUT II.

Miracula X *ab anno* MDCXIII *ad annum* MDCXXIII *patrata.*

193 QUamvis numquam, per octoginta prope annos, ceſſarent fieri miracula ad ſepulcrum B. Ladiſlai, illaque ſtupenda, ſicut à certis hominibus ſenio confectis intellexi; quod meritis ipſius plurimi ſunt mortui reſuſcitati, plures cæci illuminati, claudi rectificati, infirmi variis doloribus ad priſtinam ſanitatem deducti, morbo comitiali vexati ab eo penitus liberati, paralytici ſanati, peſtes ſedatæ, aliaque innumera incommoda ſublata: tamen quia hæc litteris exarare, poſteritatique & memoriæ ſempiternæ nemo mandare curavit, ideo omnia quaſi ſepulta oblivioni data ſunt. Argumentum veritatis hoc firmum eſt, quod numquam devotio, numquam interruptus eſt recurſus ad ſepulcrum ejus, & populi univerſi continua devotio; ſed continuatæ gratiæ & conſolationes, auxilia ab hoc Beato petentium. Hoc noſtro ſeculo, cum jam accuratior diligentia & cura circa miracula, quæ fiunt, inveſtiganda haberi cœpit, primum illud occurrit, quod accidit Catharinæ, Luſzkowska à prioris mariti cognomine, qui è vivis exceſſit, dictæ, nuper matrimonio iterum junctæ, & Golianowska appellatæ.

Miracula per 80 annos patrata non fuerunt ſcripta:

A. VINCEN. MORAUSEI.

194 Hæc moleſtiſſimo juxta ac graviſſimo oculorum dolore affecta, plurimo ſumptu à profeſſoribus artis medicæ quæſivit remedia, oleum tamen & operam perdebat, aſinum tundere viſa; & quo diligentiori ſtudio requirebat, eo vehementiori dolore oppreſſa, proximam cæcitati cladem ſubire debuit. Sic male affectam viſitavit Confeſſarius ſuus, afflictę ſolatium ſpirituale oblaturus. Conquerenti quod ſibi nullam opem poſſent ferre medicinæ, ait, deficientibus humanis, divinum requirendum eſſe auxilium. Sciſcitanti qua arte id aſſequi poſſet, reſpondit, B. Ladiſlai eam opus habere patrocinio: votum emitteret ad ejus ſepulcrum ſeipſam ſiſtendi, ſi per eum optatis licebit gaudere. Conſentit mulier, & toto devotionis affectu Divo ſe recommendavit. Et ecce ſentit ſanguineum callum, quo oculi obducti erant, defluere; & paulo poſt viſum & acumen ſalubre oculorum redire. Gaviſa vehementer, egit Deo gratias & Divo Ladiſlao: votumq; emiſſum mandat ſine mora fideli executioni anno Domini MDCVIII.

Sanantur anno 1608

mulier cæcutiens,

195 Illud quoque admiratione non caruit, quod eadem Matrona refetente ad poſteritatem tranſmiſſum eſt, Sereniſſimum Principem Joannem Albertum, filium Sigiſmundi Tertii Regis, ad Varmienſis primum, poſtea evectum ad Cracovienſis Epiſcopatus apicem (cujus alendæ infantiæ uberum miniſterio obſequebatur, nutrix ejuſdem exiſtens, prædicta Matrona) dolore nimio præcordiorum fuiſſe correptum, illudque malum in corpuſculo Principis tenello adeo ſuas fixiſſe radices, ut ad illas eradicandas & penitus tollendas nullius conſilium ſufficeret. Sola nutrix, humana claudicante ope deſpicatui habita, cæleſtem requiſivit. B. Ladiſlaum ad opem infanti ferendam, humili prece invitat: puerum voto facto offert. Quo emiſſo, furentis ſævitia doloris domita ſedatur, pellitur vitæ inimica rabies doloris; eodemque die amiſſa ſanitatis dulcedo, lætante tota regia inventa eſt anno Domini MDCXII.

anno 1612 Princeps Poloniæ Regis filius,

196 Poteſt etiam & hoc inter miranda numerari, quod de honeſta matrona cive Varſavienſi, femina annoſa, Heduige Herlerowa, ſcripturæ concreditum eſt. Trium hæc menſium intervallo, ſuperante vires corporis infirmitate detenta, lecto decubuit; & quoniam rerum omnium pollebat copia, medicorum operam, in depellenda ſua ægritudine, liberali ſectabatur pecunia. Nec ipſi deerant, ſuiſque innixi præceptis, furentibus infirmitatum procellis, opponebant hæc & illa fortiſſima (ut ipſi teſtabantur) propugnacula. Parieti loquebatur. Rabies morbi medicorum irridebat arma, & conſilia pro vili palea ducebat. Accidit illuc quemdam è familia Minorum Obſervantium, viſitandi eam gratia, divertiſſe: à quo poſt pia colloquia interrogata, velit ne (manu mortalium ab auxilio ferendo reſiliente) cæleſti adiumento ſublevari: ingemuit illa, & ait libenter ſe velle tam ſalutari ope adiuvari quod & popoſcit. Tum ille ſubintulit: Beatum Ladiſlaum, inſigni pietate virum & ſanctimonia vitæ admirandum, multis in ſimili caſu fidele exhibuiſſe auxilium; illi etiam non

Heduigis Herlerowa deſperatæ ſalutis,

A. VINCEN. MORAUSKI. defururum eumdem, ſi ejus ſepulcrum ſe viſituturam polliceretur. Ignotum ſibi ejus ſepulcrum reſpondit mulier, neque ſibi exploratum, quo in loco Beatus ille vir requieſceret conditus. Edocta ab eodem Patre ſacrophagum ipſius, in templo Patrum Bernardinorum, in loco ſatis conſpicuo, videri; Libenter, inquit, adibo, & id me facturam juro, & voto obſtringo. Mirum! Vires recuperavit, & ſanitatem breviſſimo tempore obtinuit, & ſic de integro præter ſpem & opinionem convaluit. Sepulcrum Beati adiit, & beneficium ſibi exhibitum clara confeſſione coram Fratribus & populis celebravit; Deum in Sancto viro laudavit, & grates mente grata perſolvit. Hæc contigerunt anno Domini MDCXII, in præſentia non ſolum domeſticorum, ſed & plurium externorum.

Barbara Delpacina è peſte moribunda,

197 In eodem ordine ponemus caſum ejuſdem Heduigis Herlorowa filiæ Barbaræ, poſtea matrimoniali ſacramento junctæ Joanni Delpace, civi Varſavienſi. Hæc graſſante peſte intra mœnia civitatis Varſavienſis, ne peſtiferæ contagionis veneno ſuccumberet, loco cedere maluit, cum hac filia ſua aliiſque domeſticis. In villam itaque proximam Raſin dictam ſeſe contulit, tamdiu in eo loco manſura,

B quouſque ad præfixam perveniens metam diffuſa peſtilentiæ rabies, tumentes confringeret fluctus. Eo etiam loco filia ejus, præfata Barbara Delpacina, pariter cum matre commigraverat, ejuſdem periculi metu de civitate Varſavienſi amota. Manentibus illis aliquo temporis ſpatio in ea villa, morbus vehemens filiam invaſit, malitiæ ſuæ & potentiæ virus in eam infudit, & ita ſua vi corporis membra oppreſſit, ut debilitatis languore confecta, lecto affixa, continuo maneret immota. Indies morbus creſcere, corpus debilitari, vita periclitari, ſalus confringi, & omnia membra à ſolitis ceſſare obſequiis: ſenſus ipſi fraudati ſine viribus, lingua etiam orbata innato miniſterio loquelam amiſerat; manus tremulæ, pedes ad capiendos greſſus inhabiles, timor, tædium vehemens, cibi faſtidium, mortis imminens periculum. Munitur ſacramentis, & extremæ Unctionis oleo ſancto inungitur. Augetur malum, & diſcrimen vitæ illius in omnium verſatur oculis, omnium ore proxima vitæ periodus proclamatur. Solicita mater de filia ad Deum lacrymabunda confugit, in cujus manu vita & mors, flatus quoque Principum & cor Regum tenetur. Sacerdotem Vicarium illius templi mater adit, & ſuppliciter agit cum eo, ut flexis ante altare genibus, offerat filiam ſuam Deo &

C B. Ladiſlao; votoque emiſſo ſpondeat eam, ubi primum vires corporis recuperaverit, ſepulcrum Beati viri adituram, veneraturam, & condignum munus ſanctitati illius oblaturam. Factum eſt prout petierat: ſacroſanctum etiam Miſſæ officium ad eam intentionem habitum eſt, & votum juxta mentem emiſſum. Ideoque amotæ ſunt à corpore ægrotantis ſagittæ letales, ſublata amaritudo tædioſæ infirmitatis, & reddita ſanitatis ſuavitas deſperata. Convaluit tandem, & peſte ceſſante Varſaviam reverſa, quæ verbo promiſerat, exhibito opere teſtata eſt.

Stephanus Wolenski epilepticus,

198 Non minori admiratione dignum quod ſequitur. Nobilis virgo Sophia Wolinska, provectæ ætatis, ſtudio devotionis & diligenti in abſolvendis precibus opera ſatis laudabilis femina, quadam vice ad fratrem ſuum uterinum, Albertum Wolinski, in villæ Klæbow hereditaria poſſeſſione habitantem venit, ipſi pro more conſanguinitatis congratulatura. Et ecce in domo fratris invenit aurum obſcuratum, lumen in tenebras verſum, gaudium in mœrorem: guſtat pro uvis labruſcas, pro odoriferis roſis legit pungentes ſpinas; invenit filium fratris ſui, nomine Stephanum, morbo epileptico jam ab annis decem ita obnoxium, ut ea præſente ſeptem vicibus horri- D
do ipſius mali furore corriperetur. Parentibus ad tantam ſuſceptæ prolis calamitatem vehementer dolentibus, nec remedium invenientibus, etiam ipſa virgo tali ſpectaculo, ſicut acuto ſpiculo doloris, intrinſecus tacta & in lacrymas ſoluta, ad templum properavit; manibus expanſis ante altare Domini in terram proſtrata in faciem, ſimul cor cum lacrymis & precibus ignitis coram Domino effundens, deprecatur velit nepoti ſuo miſereri, & ab illa infelici calamitate liberum & immunem conſervare. Beatum etiam Ladiſlaum devote invocat, vitam nepotis horrendo ſubjectam morbo commendat, obnixeque precibus inſtat, ut ab illa calamitatis miſeria ejuſdem viri beati patrocinio ereptus, feliciorem experiatur vitæ conditionem: potitum optatis pollicetur ſepulcro ejus admovendum, & omne gratitudinis officium erga B. Ladiſlaum pro eo exhibendum. Reverſa in fratris domum, reperit eumdem nepotem cum eodem morbo luctantem; qui veluti eidem valedicens, & ex illius corporis poſſeſſione alio migraturus, adhuc corripuerat ipſum una illa vice; & quaſi vi abactus viribuſque deſtitutus, inde avolavit, nec amplius redeundi facultatem habere potuit. Sanus factus eſt ab illo tempore juvenis: & votum e- E
miſſum devotiſſime ſolutum.

ejuſdem pater iſchiade & febre laborans,

199 Pariter inter miranda venit, quod de eodem Alberto Wolinski memoriæ mandatum eſt. Hunc morbus iſchiadis, quo ad ſenſum ſatis acerbus, & quo ad ſalutis diſcrimen ſatis periculoſus, invaſerat; & multo tempore gravi moleſtia mali illius ita divexatus gemebat, ut contracta febri inde continua vehementique nec minus periculoſa, de vita periclitaretur. Viſum eſt domeſticis, nulla interpoſita mora, prædictæ virgini Sophiæ fratris periculum denuntiare; ſimulque ab ea petere, ut quemadmodum nepotem, ſimili ratione & fratrem, B. Ladiſlao voto & precibus redderet commendatum. Mota illa periculo fratris, toto cordis affectu ad ſepulcrum B. Ladiſlai vota concipit, & pro ſalute fratris fidelem Dei ſervum vehementer precatur. Neque fruſtrata eſt ſpe. Poſt aliquot dies venit nuntius, aſſerens, ab utroque morbo fratrem ipſius liberum & immunem convaluiſſe, & jam receptis viribus ſanitatem recuperaſſe. Læta proſperitate nuntii, admonet fratrem per litteras, quam primum ab ore ſuo profuſæ promiſſioni ſatisfaciat, & voto emiſſo compulſus, ad ſepulcrum liberaliſſimi Patroni veniat, gratam mentem & accepti beneficii memorem ſe exhibeat: F
quod & factum eſt fideliter, eodem promiſſa exequente.

& ancilla febricitans,

200 Non prætermittendum & illud, quod ab eadem virgine Sophia Wolinska relatum accepimus. Erat illi à domeſticis obſequiis ancilla, Heduigis nuncupata, quam febris quartana, ſuis innixa viribus, per aliquot menſes detentam moleſta vexavit anxietate. Felix illa virgo ad B. Ladiſlaum recurrere ſolita, ſemperque benevolum experta adiumentum, eadem via ancillæ ſuccurrere ſtatuit, idem requirit ſubſidium & obtinuit; B. Ladiſlaum invocat, & exauditur. Fugit febris, nec amplius reverſa eſt; ſanitas rediit, & ancilla liberata feliciorem ſortem vitæ deguſtare cœpit.

item ex oſſe gutturi inhærente deſperata,

201 Inter miranda quoque & illud prodigium commemorandum eſt, ex eo maximum, quod eâdem Sophia Wolinska cauſam præbente, editum eſt (ut pie creditur) eodem B. Ladiſlao auctore & Patrono. Eſt congregatio Varſaviæ quædam feminarum illarum, quibus devotionis occupatio ſectandæ pietatis commune exhibet conſortium. Fundamenta illius congregationis jecerat Sereniſſima Anna Regina, Stephani Batthorei Regis conſors. Vivunt ſub obe-

dientia

A dientia unius, quam officium regiminis ſupra reliquas datum evexerit. De earum numero fuit quædam ſenilis ætatis virgo, Catharina Ribinska. Hæc cum carnes comederet, caſu fortuito parum provide os intra carnem latitans deglutivit, quod in ipſo gutture in tranſverſum fortiter hæſit; nec loco, ſumma ope adnitente in id femina, ullo modo dimoveri potuit. Hinc præſentes aliæ terrore fuerunt nimio perculſæ: nam motu capitis inſolito, oris hiatu, motu labiorum gravi, gutture tuſſitante, & quaſi præcluſo reſpirio, miſera periculum ſuum indicare nititur: item oculi ſanguineo obducuntur cruore, facies induitur rubore, omnes artus replentur horrore. Deficere jam cœperat & penitus animam agere, luctari cum morte, & per integram horam vehementi diſcrimine ſalutis opprimi. Omnes quæ aderant, actum eſſe de illa putabant, & res ipſa brevi morituram indicabat. Reliquæ Sorores, humano deſtitutæ auxilio, ad orationem confugiunt: Sophia Wolinska ad agnitum aliquoties ſeſe recepit præſidium; B. Ladiſlao arduum illum caſum commendavit, periculum imminens vitæ Sororis ſupplex obtulit, & votum ſiſtendi eam ad ſepulcrum B. Ladiſlai emiſit. Quo facto, ſubito uno impetu, os cruore obductum
B de gutture ejecit, ac ſic periculum evaſit. Omnes una voce exclamarunt: Magnus Dominus & laudabilis valde, & mirabilis in Sanctis ſuis.

gravi pedis dolore afflictus.

202 Nec minus mirum, quod honeſto viro Joſepho, ſuæ Regiæ Majeſtatis olitori evenit, pedibus ægro. Senſerat ille cruciatus vehementiſſimos in pede; quorum ea vis erat, ut ſibi videretur, præ doloris magnitudine, crus ipſum in duas dividi partes. Ingenti clamore & ejulatu frequenti anguſtias illas ſuas teſtabatur: neque adhibita medicamenta mitigandi gratiam præſtabant. Quare uxorem monuit, ut adiret vicinas devotas feminas; & illarum ſodalitio juncta, commendaret ingentes corporis ſui moleſtias Domino Deo: confidere ſe illarum orationibus ſublevamen aliquod conſecuturum. Paruit illa monitis mariti, & ſedulo illud negotium pertractavit. Nec fefellit ſpes infirmum; obviatum eſt dolori, & infirmitati mandatum, ut vim tormentorum & ſtimulos doloris ab homine illo removeret. Cælitus illud beneficium præſtitum eſt, ab incola cæleſti Beato Ladiſlao, apud Deum omnipotentem patrocinio fideli obtentum. Una quippe ex illis devotis feminis, aliis fidem ſuam orationibus adjuvantibus, prædictum infirmum, ubi primum ad ſepulcrum beati viri ſiſtendum voto promiſit, extemplo ſanum effecit.

C *mortuus ad vitam revocatur.*

203 Plus admirationis in reſurrectione cujuſdam pueri fuit. Nam anno Domini MDCXXIII Nobilis quidam, non longo locorum intervallo à civitate Varſavienſi ſejunctus, ad conventum Fratrum Minorum de Obſervantia venerat; qui ſuperiorem loci ad ſe accerſitum benigne compellans, adduxiſſe ſe ait hoſtiam Deo vivam, & ſacrificium Divino cultui mancipandum, atque per manus illius Deo offerendum; non de adipe pingui boum aut arietum, neque de ſanguine animalium holocauſtum Deo omnipotenti ſe exhibere, ſed ex ſe natum filium. Inde vehementer inſtare, ut reciperet eum in ſodalitium ſuum, familiæ D. Franciſci eum ſe voviſſe; nolleque ut domum ſecum unquam reverteretur, ſed potius ſub vexillo D. Franciſci, in Ordine ſuo de Obſervantia, militiæ ſpiritualis ſubeat onus: juſtam æquitatis rationem id à ſe exigere, ut Ordini illi mancipetur, cujus beneficio vita frueretur. Subjecit clarius, filium quem adduxerat, jam fuiſſe morte abreptum, & communi fato obiiſſe: eumdem B. Ladiſlao oblatum, & religioni ſacræ huic conſecratum, revixiſſe, ad vitamque (ut cernitur) rediiſſe. Quare cordi ſibi eſſe votum emiſſum executioni mandare, & filium Ordini ſancto conſecrare. Siſto, offero, reddo: tollite, inquit, debitum veſtrum, & ſacrificium hoc Deo & B. Ladiſlao dicatum à me recipite. Lætus tam admirabile factum audivit Superior loci. Verum quoniam puer annorum ſolummodo duodecim erat, quæ ætas Ordinem ingredienti minime ſufficere poteſt, Canonum Eccleſiaſticorum mandato prohibente, repulſam pro tempore illo paſſus eſt pater cum filio, dimiſſuſque congrua ſatisfactione recepta [reddidit] gratias Deo conſolatori ſummo, & ſimul B. Ladiſlao, ad ſarcophagum ipſius ut mediatori optimo & interceſſori efficaciſſimo, qui mortuis vitam obtinere ſuis precibus & meritis apud Deum acceptiſſimis potuit. A. VINCEN. MORAUSKI.

CAPUT III.

Alia decem miracula circa annum MDCXXV *& ſequentem facta.*

204 Interdum & corpora Sanctorum ſepulcris incluſa, imo & ſepulcra ipſa admiranda quoque ſanctitatis eorum exhibent argumenta, quod & de noſtro B. Ladiſlao factum fuiſſe legitur. Illuſtris & magnifica Domina Margarita Zaliwska, Caſtellani Varſavienſis conſors, interpoſito juramento & conſcientiæ adhibito teſtimonio, clare narrabat, ſuis ſe ſpectaſſe oculis, orantibus pariter ſecum monialibus aliquot Ordinis tertii S. Franciſci ad ſepulcrum Beati Ladiſlai, tumulum B. Ladiſlai, grandi lapide *Tumulus B. Ladiſlai elevari viſus,* tectum in medio chori (nam hoc immediatis diebus ante ſublevationem corporis ipſius acciderat) moveri, ſurſumque à terra elevari, & quodammodo virum beatum de ſepulcro tenebroſo, in quo conditus à principio quieſcebat multo tempore, in lucem prodire velle, & egreſſum accelerare. Mirum hoc viſum eſt aſpicientibus & videntibus illis devotis feminis, ſed & [dixerunt] devotionis ingentem flammam inde ortam ſuis præcordiis accenſam æſtuaſſe, vehementique ſtupore detentas ſe miraculo tam ſtupendo oculorum aciem accommodaſſe. E

205 Nec ſilentio involuenda eſt gratia, Generoſo Domino Petro Kruſzewski exhibita, eodem B. Patre Ladiſlao opitulante. Æger erat: & quidem proxima periculo infirmitas, vitæ ipſius inſidiari viſa. Cor ipſum, vitæ radix & fundamentum, objectum diſcrimini, non contemnendum terrorem af- *palpitatio cordis curatur.* ferebat. Tremor quidam, quaſi ex repentino timore conceptus, aſſidua palpitatione cor exagitabat, motuque inſolito vim naturæ inferebat. Non deerat muniendæ à periculo vitæ prædictus Dominus Petrus, variiſque remediis uſus eſt, ſed parum proſperis & prorſus inanibus. Inductus quorumdam conſilio B. Ladiſlai ſepulcrum adeundum ſtatuit, & effectu ipſo adiit: ſtatimque à periculo ſalvus & immunis remanſit. F

206 Majus referam, quod non ita pridem in civitate Varſavienſi accidit, certaque fide compertum *Incendium prope conventum exortum,* eſt. Suburbium Varſavienſe, quo in loco conventus Fratrum Minorum de Obſervantia ſitus conſpicitur, incendio gravi correptum, flammam multis in locis vorantem contiguas domos concepit. Clamor inde ortus in tota civitate, campanis tubiſque dantibus ſignum, quo dormientes è ſomno ſuſcitati celeriter conſurgerent, vigilantes ad extinguendum flammam accurrerent, ceteri ſuis ædificiis caverent & proſpicerent. Tumultus inde magnus, concurſus hominum innumerabilis, ſtrepitus, vociferatio, luctus, timor, horridus incendii furor ubique reſonat. Flamma creſcente tecta ruunt, fumus & ardentes ſcintillæ aërem occupant. Alii hominum fugiunt, nonnulli ſupellectilem efferunt, ceteri natos exportant; mulieres

A. VINCEN. MORAUSKI. lieres plorant, flent pueri, lamentantur illi qui domos ſuas incendio conſumptas comburi conſpiciunt. In hoc tumultu quidam vir, canitie capitis venerabilis, nomine Jacobus, tunc infirmitate langueſcens ingenti, ad clamorem multorum territus, extra limen domus eductus; ubi oculos ad furentes incendii flammas convertit, & eas eccleſiæ Minorum & conventui appropinquare animadvertit; vehementer & contriſtari & timere ſimul cœpit, ne graſſante incendii furore correpta eccleſia, una cum conventu, ſubiret ultimum periculum. Igitur Deum & Patronos in auxilium cœpit invocare. Oranti, digna admiratione revelata eſt viſio. Conſpexit namque ſupra conventum, in ipſa aëris regione, B. Ladiſlaum expanſis manibus orationi inſtantem, & conventum ab incendii coruſcante impetu protegentem. Et quod auget miraculum, conſpexit ita flammis obviantem, ut fumo & flammis creſcentibus & eum contegentibus, videndi amplius ipſum privaretur poteſtate. Horrendum illud incendium ſolo æquaverat plures quam quinquaginta domos, quæ ſitu proximæ conventui & ejus eccleſiæ erant: at B. Ladiſlao monaſterium ſuum protegente, haud poterant nocuiſſe igniferæ horribilis incendii ſagittæ.

à B. Ladiſlao apparente arcetur,

207 Admirationem quoque meretur & hoc, quod ſequitur prodigium. Heduigis, mulier de Nieporæth villa, conditione ſerva, paralyſi correpta concidit. Tres præterierant dies, morbus tamen tantum abeſt ut recederet, ut magis magiſque vitæ extinguendæ inhiare agnoſceretur. Privaverat manum unam & pedem unum calore & motu naturali, linguam ſpoliaverat loquela, & ſic miſeram omni auxilio deſtitutam abjecerat, ut omnium judicio catalogo moribundorum adſcribenda cenſeretur. Domina ipſius, de B. Ladiſlai confiſa patrocinio, eam ad ſepulcrum ipſius ſiſtendam vovit: & ecce brevi, ejecta in exilium infirmitate, ſana ab ergaſtulo in quo decumbebat ſurgit, nullo valetudinis defectu amplius comparente.

B *curantur paralyſis,*

iſchias,

28 Ex parte quoque ſimile fuit, quod infero. Illuſtris ac magnificus Dominus Staniſlaus Zaliwski, Capitaneus Varſavienſis, ſæpenumero morbo iſchiadis corripiebatur; fuitque illi moleſta illa corporis pœna eo gravior, quod depellendo malo admota multorum conſilio remedia nihil adferrent commodi & auxilii. Conquerebatur ſæpe coram multis de illo ſuo ſalutis moleſto ſatis impedimento. Inter alios Confeſſor ipſius erat Pater Ambroſius, dictus Smætek, ſenex valde, ejuſdem Ordinis Minorum de Obſervantia; qui ad illam Domini Capitanei querelam reſpondit, humanis parum proficientibus, auxilia cæleſtia eſſe requirenda, & B. Ladiſlai honorificam facit mentionem: hortatur, ipſius ſepulcrum viſitet, & orationem Dominicam cum ſalutatione Angelica quinquies repetitam offerat. Placet conſilium; votum emittitur, executione terminatur, morbus depellitur, & longo tempore à corpore arcetur.

C *ulceroſæ puſtulæ,*

209 Hoc interpoſito, cogit me iterum ſupradictæ Heduigi ancillæ per eumdem B. Ladiſlaum exhibitum beneficium, ut denuo de ea aliquot verba proferam. Reſperſam per totum corpus cutem habuit erumpentibus inſtar vlcerum quibuſdam turpibus puſtulis, quæ mirum in modum excruciabant corporis male affecta membra, & ita divexando ipſam perurgebant, ut eam ſomnum capere omnino inhiberent, nec permitterent vel modico tempore quieſcere. Quare memor prioris exhibiti beneficii, dum ad eumdem B. Ladiſlaum confugit, iterum ſanitatem recepit.

210 Anno Domini MDCXXVI, factum mirabile memoriæ proditum eſt; honeſti viri Andreæ Buba, alias Mathak dicti, civis Varſavienſis filium, nomine Matthęum, vehementiſſimis adverſæ valetudinis traditum cruciatibus, tantos perpeſſum fuiſſe per aliquot hebdomadas doloris ſtimulos, ut viribus deſtitutus omnem ſpeciem amiſiſſe, corporis formam exuiſſe, faciei candorem perdidiſſe, ſola autem oſſa & aridam cutim retinuiſſe videretur. Non vocis ſonus, neque anhelitus fervor, ſed horridus quidam præcordiorum fragor audiebatur. Exanguis, pallidus, & toto corpore arefactus, futura mortis præda, vitæ ſpolium, ſepulcri hoſpes futurus, omnium judicio aſſerebatur. Et vere ſic erat; nulla vitæ ſpes, mors etiam in deſiderio, ut ea adveniente finis dolorum & tormentorum, quibus corpuſculum illud ſubjacebat, terminaretur. Pater, cujus filius infirmabatur, quemdam è Collegio Sacerdotum ſecularium obnixe rogavit, ut poſtridie ad ſepulcrum B. Ladiſlai, ſacro celebrandæ Miſſæ officio, miſerabilis filii vitam commendaret Deo omnipotenti, & peteret ab eadem miſericordiam. Acquievit petitis Sacerdos, & juxta deſiderium patris, pro ſalute filii, obtulit Deo Patri hoſtiam ſalutarem, B. Ladiſlai patrocinium invocans, & ab ipſo deſperatæ ſalutis requirens medicinam. Interea pater in procuratione rerum ad victum neceſſariarum verſabatur in foro: & ecce puer, omni ex parte jam debilitatus, & nullo corporis auxilio antea adiutus, ſeipſum in lecto erigit, ſedet, & paulo poſt ſurgit; gaudet, & quaſi nihil adverſi perpeſſus, popoſcit ab alio puero cultrum & lignum, quo in partes diſcindendo delectabatur pauliſper, pueriles cum ſocio ſermones miſcendo. Supervenit interim pater, & quem morti proximum reliquerat ante breve tempus, vitæ & ſanitati reſtitutum miratur: ſtupet, & prælætitia lacrymas effundit; puerum amplexibus ſtringit, Deum laudat, B. Ladiſlaum celebrat, votum explet, & gratum gerit animum.

D *morbus ad mortem vergere creditus,*

E

211 Notabile eſt, quod de Anaſtaſia quadam vidua, incola Varſavienſi; fertur: paralyſi eam nempe correptam, quinque hebdomadarum intervallo durum illud flagellum toleraſſe; ſpeque recuperandi ſanitatem deſtitutam, à Patre quodam Ordinis Minorum de Obſervantia, cui ſecreta & arcana conſcientiæ ſuæ concredebat, admonitam fuiſſe, conferret curam & omne ſtudium ad impetrandum B. Ladiſlai patrocinium: votoque ſponderet ſepulcrum ejuſdem adeundum, & ſeipſam eo loci ſiſtendam. Obedivit ſalubri admonitioni, & confeſtim à corpore ipſius remota ſunt adverſę valetudinis flagella. Supervixit poſtea biennio integro, omni affectu & gratitudine tantam gratiam ſibi exhibitam depræ- E dicans.

paralyſis.

212 Cum anno Domini MDCXXV peſtis in civitate Varſavienſi ſæviret, prout mos patriæ jubet, plurimi in villas liberas vel alia loca tutiora, fugiendo vitæ periculum, dilabuntur; tunc etiam & Religioſis perſonis non denegatur facultas vitam ſuam tutari, alioque commigrare. Hinc quidam Pater, nomine Franciſcus, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia conventus Varſavienſis, metu graſſantis mali pulſus, in villa Kalina dicta diœceſis Plocenſis commorabatur. Solent autem noſtri Patres, qui in peſtifera tempeſtate per pagos dilapſi extra clauſtrum degunt, cum licentia Superiorum, ſaluti animarum deſervire ſecundum gratiam ſibi datam, nec otio indulgere: quod in eadem villa feciſſe Patrem prædictum accepimus. Accerſitus hic Pater à quodam incola, ad ægrotum ſacramento Pœnitentiæ expiandum & ſalutari cibo Euchariſtiæ reficiendum, domum ingreſſus, feliciter obſecutus eſt infirmo. Et ecce filium Patris familias, Paulum nomine, decem annorum, præſente illo Sacerdote, morbus comitialis

A tialis invaſit, & horrendum in modum terræ allisit, & vehementer afflixit. Compatienti Patri, & quamdiu quamque frequenter illius adverſitatis perferret tormenta ſciſcitanti, reſponderunt domeſtici; ab annis tribus, bis terve per menſem, illam morbi rabiem pati miſerum conſueviſſe. Subjecit Pater ille: Habete fidem firmam in Domino, & ſpem veſtram ponite in meritis B. Ladiſlai; cui voto facto, hunc afflictum puerum offeratis. Flectamus, inquit, genua, & beati viri imploremus auxilium. Omnes conſilium amplexati ſunt, & quidem felici ſucceſſu. Nam poſt aliquot menſes, cum jam quieviſſet furor epidemicus, parentes pueri, Varſaviam ad ſepulcrum B. Ladiſlai venientes, narrabant; ab illo tempore quo votum emiſerant, nullum epilepſiæ veſtigium in filio ſuo apparuiſſe unquam.

Comitialis morbus,

213 Pari periculo uxor cujuſdam aurigæ Sereniſſimæ Reginæ, ingenti partus difficultate & magnitudine mali affecta, jam uno pede in cymba Acherontis ſteterat, gravique valetudine correpta, mortis in corpore præſeferebat imaginem; nec ſpes à lecto conſurgendi aderat, omnibus eam ad ſepulcri antra deſtinantibus. Viſum eſt tamen nonnullis, B. Ladiſlao voto interpoſito offerendam. Itum pedibus in

Parturiens liberatur à mortis periculo.

B ſententiam; aura proſperitatis adfuit: revocata à porta ſepulcri, cœtui ſalubriter viventium adſcripta eſt.

CAPUT IV.

Alia decem miracula eodem tempore patrata.

214 TAmquam rem miram ſcituque dignam ſcriptis mandatam reperi; Generoſum Dominum Nicolaum Cierniakowski, diœceſis Plocenſis, adeo vehementem capitis dolorem ſenſiſſe, ut omnino à ſomno capiendo violenter abſtraheretur, & continua divexatione doloris opprimeretur. Inde ſecutum aliud malum, quod alterum oculum penitus viſu privaret, alterius autem videndi aciem magna ex parte debilitaſſet. Erat morbi rabies moleſtiſſima, & præterea inops conſilii humani; quare deſperationis abreptus impetu, terribiles eructabat clamores, & identidem in horribiles prorumpebat vociferationes. Traxerat oblata occaſio quemdam ex Ordine Fratrum Minorum Obſervantium Sacerdotem in domum ipſius: qui certior factus de calamitate ejus, illum adiit; quæſivitque ex ipſo, an aliquando de B. Ladiſlao, qui Varſaviæ quieſcit, fa-

Curantur dolores capitis cum amiſſo viſu alterius oculi,

C mam aliquam ſuis accepiſſet auribus. Reſpondit perlatum ad ſe fuiſſe quodam tempore de ipſius ſanctitate nuntium, teneríque mentem ſuam deſiderio votum ad eum emittendi, & opem ejus implorandi: doceret Pater modum, quo promiſſa illa & vota ſint celebranda & emittenda. Præeunte Patre ſecutus eſt ille, docentique præbetur aſſenſus. Pollicitationem voto factam notabilis doloris remiſſio ſecuta, & paulo poſt ſanitas perfecta recuperata eſt. Promiſſis veritatem præſtitit; & quod ſe facturum pollicitus erat, poſt acceptum beneficium executus eſt.

215 Oſtenti quoque loco habitum eſt, quod de Magnifico Domino Martino Volinski relatum accepimus. Occupaverat corporis ipſius membra ea vis morbi, cujus malitiam medicorum ſcientia cognoſcendo aſſequi non poterat: ardentem in modum ſæviebat, & omni medicorum arte ſuperior erat; vincebat adhibita remedia, & quo diligentiori ſtudio expellendus & abigendus ſumebatur, eò duriores cruciatus afferebat. Mirari plurimi, & ſtupere omnes, naturam mali nullo pacto concipere ſe poſſe. Phthiſim nonnulli rati, plerique veneficia dixere, pars morbum incognitum appellavere. Caſu quodam venerat in domum ipſius unus de Patribus Or-

incognitus & incurabilis morbus,

dinis Minorum Obſervantium ex conventu Varſa- A.VINCEN. MORANZONI.
vienſi: quam miſerabili Dominus opprimeretur calamitate, & in quam infelici vitæ ſtatu vitam amariorem duceret morte, cum referrent domeſtici, condoluit ille affectu Chriſtiano; & ubi facultas eidem Patri videndi infirmum oblata fuit, ſalutatione ultro citroque data, monuit, ut B. Ladiſlao per humilem ſupplicationem ſeipſum offerret, & ab eo ferventi oratione auxilium peteret: futurum eſſe, ut is qui plurimis ſimilia exhibuit beneficia, eamdem ipſi præſtaret deſideranti gratiam. Promiſit ille ſe ejus viſitaturum ſepulcrum, & ad id exolvendum voto ſe adſtrinxit. Exinde morbus vires amittere, robur perdere, & virus omne amoveri cœpit. Ipſe vero Dominus intra paucos dies, qui jam exhauſtus & viribus deſtitutus ſepulcrum proſpiciebat, ſanus factus, & corpore ad amiſſum redeunte ſtatum ab omni periculo liberatus, inter feliciter viventes poſitus eſt.

216 Miranda quoque res ætate noſtra contigit. Famatus vir, Sebaſtianus Branski, Regius auriga, utriuſque pedis greſſum, morbo impediente, prorſus amiſerat. Si quopiam neceſſitas eundi, ipſum *impotentia gradiendi,* domo egredi compulliſſet; non aliter viam carpere, E & de loco in locum alium tranſire poterat, niſi ſuppoſitis fulcris ſubalaribus, pedibus præ dolore terram contingere non valentibus. Dolores interdum acutiſſimis exagitabant hominem ſtimulis, & in eas anguſtias redactum torquebant, ut crura in partes diſcindi & comminui viderentur. Non derat ſibi miſer ille, nec ſumptui parcere volebat; chirurgorum & medicorum operam expoſcebat; at illi, artis ſuæ præceptis inhærendo, vana proferebant medicamenta, quæ tamen efficacem non poterant exhibere opem. Ea tempeſtate Sereniſſimi Regis ad Montem-Clarum, miraculoſa imagine Beatæ Virginis Mariæ inſignem, parabatur profectio. Juſſi omnes, qui itineri expediendo miniſteria Regiæ Majeſtati exhibere tenebantur, ad viam arripiendam præſto eſſe. Pertinebat & ad illum, quem morbus occupaverat, prolatum imperium. Anxius ille, quidnam potiſſimum ageret, ignorabat. In varias igitur animi cogitationes abeunti, venit in memoriam, ut ſeſe ad ſepulcrum B. Ladiſlai ſiſteret, ab eoque miſericordiam & patrocinium peteret. Vocat ad ſe domeſticos, mentem ſuam aperit, & ſe ad ſepulcrum fulcris ſubnixum prædictis deduci jubet. Non ſine difficultate ac moleſtia ad locum perductus, vota concepta implet, ſacrum Miſſæ officium celebrari procurat, orationi inſtat; & ecce morbum debilitari paulatim ſentit, pedes confirmari, redire vires, doloris moleſtias frangi, & tandem ad greſſus faciendos plantas adaptari. Elevat ſe in pedes, & forti greſſu conſiſtit; ſentit etiam clare, ſe beneficio ſanitatis affectum poſſe ſine fulcris progredi: tentat factum, & experitur perfectam ſanitatem oblatam. Lætus exclamat, gratias agit, Deum in B. Ladiſlao prædicat; fulcra lignea, quibus antea uſus è domo prodierat, in manus ſumpta domum gaviſus defert, haud amplius ſequentibus annis illa ægritudine afflictus. F

217 Quam multa alia ſint per B. Ladiſlaum exhibita miracula, teſtis eſt nobilis ac generoſus Dominus Samuel Drohojowski, venator terræ Nurenſis; qui propriæ manus ſubſcriptione perhibuit veritati teſtimonium, & manifeſta declaratione teſtatus eſt, ſibi & conſorti ſuæ, imo univerſæ domui, plurima fuiſſe per interceſſionem B. Ladiſlai collata beneficia. Maxime vero inſigne miraculum, circa filium ſuum exhibitum, referebat non ſine lacrymis, cum omni gratiarum actione. Sæpenumero morbo epileptico filius ſuus exagitabatur valde:

A. VINCEN. MORAUSKI. *epilepſia mortalis in uno,*

cumque frequentiſſime horridam illam plagam toleraſſet, quodam tempore, præſente uno Patre Bernardino è Conventu Pragenſi, illa terribili rabie correptus, ita vehementi cruciatu exagitatus concidit, ut ſpiritu intercluſo ſupinus in terra jaceret; nullo labiorum motu, non reſpirationis anhelitu, nullo etiam cordiali & arteriarum pulſu, vitæ monſtrabat veſtigia. Pro mortuo igitur habitus, ad vitam iterum reverſurus minime ſperabatur. Tres horæ præterierant, & ille nullo ſenſu, nullo vitæ argumento, nullo indicio, vivendi potiri beneficio agnoſcebatur. Pater, qui aderat, præſentes allocutus eſt: Deo, inquit, negotium commendemus: hunc autem puerum B. Ladiſlao, ſponſione per votum facta, offeramus, ſi à mortuis reſurrexerit ad ſepulcrum ipſius ſiſtendum. Audivit eos Dominus & conſolatus eſt. Tamquam è gravi ſomno ſolutus puer revixit, ea felicitatis prærogativa præditus, ut deinceps nullo morbi epileptici opprimeretur tormento, ſed ab illo ſalvus & incolumis factus ſanam duxerit vitam.

alteroque puero,

218 Similitudo rei ſubnectere aliud exemplum, in eadem familia viſum, jubet. Ejuſdem Domini Joannis Samuelis Drohojowski filius, Staniſlaus nomine, nondum infantiæ ætatem tranſgreſſus, quem duodecim hebdomadarum vita ad ubera adhuc nutricis pendentem tenebat, Deo permittente in anguſtias morbi comitialis conjectus, per tres dies continuos angebatur. Et quidem ea vis morbi erat, ut duodecim vicibus una die ſuam tyrannidem in artus infantiles exereret. Neceſſitas illa in vota compulit parentes. Aggreſſi itaque intrepida oratione B. Ladiſlaum, voto emiſſo filium illi infirmum offerunt, & dicta implent factis: inde ſanum filium receperunt, & in omne vitæ tempus immunem ab illo malo poſſident.

letalis morbus:

219 Non liberis tantummodo, ſed & ipſi ſoli etiam præfato Domino Joanni Drohojowski idem B. Ladiſlaus favoris ſui obſequium præſtitit. Ceſſerat proſpera ſanitas corporis ejus loco ſuo, à membris ſuis commigrans; adverſa valetudo irruit in eum, & locum occupavit; dominiumque ſuum ita forti poſſeſſione fundare conata eſt, ut redeunti ſanitati nuſquam pateret amplius aditus. Accerſiti medici cinxere obſidione incluſum hoſtem: poſthæc adhibita ſunt bellica inſtrumenta antidoti ſalutaris, omniaque artis medicæ appoſita remedia, ad hoſtem de aliena domo deturbandum. Fortiter ſeſe munierat morbus, neque globos pillularum, mœnia cincta verberantes, quidquam metuebat. Inde deſperatio orta, non poſſe capi adverſarium, nec expugnabilem eſſe, & ideo ſolvendam obſidionem, fruſtraque adhibitam operam amovendam. Solus ille qui anguſtias ſentiebat, Dei auxilium petere, & B. Ladiſlai operam invocare conatus eſt; cui impigrè petitum auxilium exhibitum eſt. Pulſi hoſtes, ſublatum omne periculum vitæ, ſalus de integro reſtituta eſt.

Peſtis arcetur,

220 Non caret etiam admiratione, quod ab eodem D. Joanne Samuele Drohojowski audivimus relatum. Anno Domini MDCXXVI ſæviſſima peſte per omnes Mazoviæ civitates, oppida, & villas graſſante, eadem lue præfati D. Samuelis Drohojowski infectam familiam plurimum terroris ei attuliſſe. Tres numero ejus cubicularii jam peſte ſublati erant, quorum miniſteria & ſolita obſequia intimaque præſentia lateri Domini ſui eos adhærere faciebant; idcirco & periculi participem eumdem facere videbantur. Villa ſua, in qua reſidebat Varſavice dicta, eodem peſtifero infecta veneno, viginti hominum jam eo morbo extinctorum intuebatur cadavera: quorum laboribus tamquam ſubditorum quia Dominus utebatur, cenſus & pecuniam debitam ab eiſdem, ignarus periculi, accipiebat. Vehementer territus multorum periculo & morte, votum vovit Domino, una cum ſua conſorte, ſeque juramento conſtrinxit, non facturum irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit impleturum, atque ſepulcrum B. Ladiſlai ſe viſitaturum, ſi data fuerit poteſtas tam evidens periculum evadendi. Rogavit Dominum & exaudivit eum, & de omni tribulatione eripuit ipſum, B. Ladiſlao, cui ſe, domum ſuam, ſuoſque ſubditos voverat, pro eo (ut pie creditur) intercedente. Poſt emiſſum votum, pellitur è domo & de villa ipſius crudelis Parca, extinguitur aura peſtilens, amovetur periculum, oritur clariſſimus Phœbus vitæ pater, ſerena proſperæ valetudinis dies revertitur: in poſterum nemo fuit abreptus mortis impetu, unica excepta puella, quæ tamen mortem incurrit, non malitia peſtilentiali jam extincta, ſed alia diverſa (uti à domeſticis, qui bene cauſam noverant, aſſerebatur) occaſione.

facilitatur Partus.

221 Eodem modo uxor præfati Domini Samuelis Drohojowski Barbara, B. Ladiſlai experta fuit fidele patrocinium. Prægnans erat; & cum tempus pariendi adveniſſet, compreſſa ingenti dolore, maximos cruciatus pertulit; nec tamen, præpedita difficultate pariendi, parere poterat. Aderant omnia ad tale negotium præparata ſubſidia: omne tamen auxilium, ſi quod adhibebatur fruſtra fuit. Anxius maritus & vehementi ſolicitudine compreſſus, lugebat, domeſtici omnes, in ſummum conjecti mœrorem, plangebant, manifeſto mortis periculo ſubjectam dominam cernentes, deplorabant. Illa magis magiſque ad parlendum niti, ſed & eo magis cruciari, & morti appropinquare. Tandem pia recordatione admonita, ſimul cum matre ſua, quæ patienti adhærebat, ad B. Ladiſlaum per devotam ſuſpirationem & orationem confugit; & ab eo in illa neceſſitate, & tam evidenti mortis periculo, auxilium expoſcit. Nec mora, conſequitur ſine periculo partus. Expedita ſatisfecit cum ſumma animi gratitudine promiſſis; & ad ſepulcrum, venerabunda Beatum, votum ſolvit.

ulcus inſanabile curatur,

222 Magna huic domui ſalus à Deo facta eſt Domini Samuelis Drohojowski, inæſtimabilis theſaurus beneficiorum ibi collocatus meritis & patrocinio B. Ladiſlai; non tantum in aula ſua, verum & per totam illam villam diffuſa eſt gratia, & benedictio divina, ſicut ex ſupradictis jam clare patuit. Sed præter hæc adhuc tertius filius, Andreas nomine, percuſſus quodam inſanabili ulcere in pede, moleſtiſſimos ſenſit dolores. Vocati chirurgi omni ſtudio conabantur obviare ſævienti malo. Appoſita ſunt hæc & illa cataplaſmata, unguenta, malagmata, & id genus medicamenta: auxerunt magis, quam ſanarunt vlcus. Varia adjumenta interiora & exteriora applicata cum nihil afferrent levaminis, in anem illorum morbus eluſit operâ. Inde magis creſcere malum, & virus morbi vehementius incenſum eo malitiæ proceſſit, ut poplitem extra genu ejecerit: oſſium etiam fragmenta, illaq; non exigua, centum quinquaginta & amplius ſimul cum ſanie efluxerunt. Inde ſubibat metus parentes mœſtos, ne hinc filius eorum pedis uſu penitus privaretur clauduſq; fieret. Deflentibus caſum filii, optabilior videbatur mors, quam vita ipſius tantæ ſubjecta calamitati, eamque in deſiderio habuere. Anno integro illud ſerpebat malum, donec devota mater ad agnitum confugit præſidium: Beatum videlicet ſolicitans Ladiſlaum ardenti prece, ſuccurreret filio, ad ſepulcrum ſuum per ſe ſiſtendo. Breve poſt tempus virus illud cœpit mitius ſævire, tandem prorſus extingui & perire; & eo demum toraliter ſublato,

puer

puer convaluit, parum claudicans. In ſignum gratitudinis, memores tanti beneficii parentes, argenteo pede, ad ſepulcrum B. Ladiſlai affixo, gratam mentem teſtati ſunt.

223 Priuſquam caput iſtud claudam, exarandum eſt aliud eximium miraculum, in villa diſtrictus Sochaczevienſis Kulczovice dicta, exhibitum. Erat illa villa, cujus hereditario jure poſſeſſionem obtinebat Generoſus Dominus Nicolaus Jordanowski, diverſorium ſive hoſpitium publicum. Et quoniam è diverſis locis diverſi homines iter peragentes eo divertere pro more habebant, facile peſte, quæ illo tempore paſſim graſſabatur, infectum remanſit. Primus erat diverſorii rector ſeu ſtabularius, quem nos hoſpitem nuncupamus: hunc correptum peſte mors è vivis ſuſtulerat. Pervenit ad aures Domini ſui, cui ſubjacebat, fatum ſubditi. Uxor præfati Domini Jordanowski, prout ſunt animi mulierum ad compatiendum flexibiles, diverſorium ingreſſa, ploranti matrifamilias cum liberis condolens, manibus propriis corpus defuncti ſindone involuit, & ad ſepeliendum aptavit inſcia periculi. Secuta etiam cadaver ad templum, defuncti infantem in eodem ſecum deferens curru, inſuper cum omnibus qui eam inhabitabant domum familiariſſime eſt converſata. Tali ſervitio rite defuncto perſoluto, domum reverſa, de periculo fit certior. Omnes enim, quos diverſorii continebant parietes (erant autem homines ſeptem numero) male affici cœperunt; ſigna peſtilentiæ præferre; & tandem brevi omnes peſte, unus poſt alium, ſublati ſunt, & ingenti terrore dominam ſuam affecerunt. Nec dubium quin peſtis in eam quoque ſuum effudiſſet virus, ni cæleſti inhibita imperio reſiliiſſet, fortiter repulſa. Erat in ſodalitio Monialium Tertiæ Regulæ S. Franciſci filia prædictæ Dominæ Jordanowska, nomine Apollinara: hæc ubi primum nuntio ad ſe perlato didicit, in ſummo diſcrimine parentum vitam verſari; ad ſepulcrum B. Ladiſlai ſiſtendos vovit, cum lacrymis devotiſſime Beatum hunc in adiutorium ſuis invocans parentibus; & tali remedio illos muniens, quo à contagionis peſtifera rabie præſervarentur. Atque ideo nulli in tota illa domo virus nocumento fuit, voto intercedente.

periculum peſtis præcluditur.

CAPUT V.

Miracula alia decem recenſita.

224 Ungi optime poteſt præcedenti exemplo, aliud per omnia ſimile. Anno namque Domini MDCXXVI, quo, graſſantis ubique locorum peſtis rabie, multa hominum millia mors abſorbebat, civis etiam cujuſdam Varſavienſis domum morbus epidemicus invadens, eam furentibus ſcopis, ſcrutando abditiſſima quæque loca, adeo exacte mundavit, ut neminem, qui intra parietes morabatur, inter vivos remanere ſineret. Domus autem illa, paupertatis inopia oppreſſa, laboribus manuum victum quærebat; maxime vero lavandis linteaminibus, ſudariis, aliiſque id genus indumentis monialium Tertiæ Regulæ S. Franciſci, quæ per ancillas & ſervitrices earum deferebantur in domum illam mundanda, & lota referebantur per eaſdem ad Monialium Conventum. Hinc ſervitrices prædictæ deferentes, factæ periculo peſtis obnoxiæ, monialibus quoque ipſis ejuſdem diſcriminis terrorem attulere. Auxit inſuper periculi magnitudinem mors, à peſte genita, uxoris illius civis, quæ monialium culinæ præerat. Metu tanto perculſæ Sorores, proſtratæ in orationem, B. Ladiſlai patrocinio ſeipſas dicarunt; eoque remedio confiſæ, nulla penitus contagione læſa, immunes & ſalvæ permanſerunt.

Patrocinium tempore peſtis impetratum,

225 Memoratu jucundum eſt iſtud. Soror Domitilla Bariczkowna, tertiæ Regulæ S. Franciſci monaſterii Varſavienſis, graviſſimo morbo eoque periculoſiſſimo correpta, febri quartana biennio eſt vexata & exhauſta. Vix ſpirabat: tandem graviori multo quadam infirmitate affecta concidit, omniq; humana ope deſtituta eſt, amiſſaq; omni aviditate cibi, limites vitæ tranſgredi, & in regionem mortis profectionem parare videbatur. Ipſi etiam medici nullam de ſalute ipſius ſpem faciebant, imo eam poſt tres horas aut citius ſpiritum & vitam profuſuram affirmabant. Idcirco Sacramentorum munita præſidiis, extremæ etiam Unctionis oleo inuncta, ultimum præſtolabatur finem. Sorores, quæ graviter ægrotanti præſentes aderant, miſerunt ad Fratres, obnixe precibus agentes, ut ad ſepulcrum B. Ladiſlai pro ea fervens oratio haberetur. Igitur Fratribus in oratione perſeverantibus, dulcis ſomnus infirmam amplexus eſt. Dormienti ſic, apparuiſſe ſibi quemdam viſum eſt & poculum propinaſſe, dixiſſeque: Bibe à B. Ladiſlao cælitus tibi oblatam medicinam; cujus virtute recreata, ad ſanitatem priſtinam reduceris. His auditis, poſtquam illud poculum, ut ſibi videbatur, ſuaviter bibiſſet, & ſatis gratum ejus guſtum ſenſiſſet; in ſingulare antidotum ſibi abiiſſe credidit. Somno ſoluta, ſenſit mitius ſe habere, & multo quietius omnes artus corporis ſui permanere. Læta referebat ſomnium ſalutiferum, & viribus convaleſcebat. Tandem cum aliæ omnes, tum ipſa quoque re ipſa cognovit, ſe è mortis foribus ad vitæ limina rediiſſe; & intra unam hebdomadam, beneficio ſanitatis perfectæ potita, convaluit.

Sanatur moribunda poſt aliquam in ſomno viſionem,

226 His annumeratur Soror alia ejuſdem Ordinis, regulæ, & conventus, nomine Petronella Brodowska, cujuſdam morbi graviſſimi & inſanabilis cruciatu exagitata, integro decennio: Plica, lingua noſtra vernacula gozdziec, morbus ille vocatur. Malum & virus hoc, non modo circa capillos, ſed & in venis, nervis, muſculis, carne, & oſſibus hærens, vehementer homines cruciat & torquet; oſſa interdum non ſolum loco movet, ſed etiam in partes minutas confringit; graſſatur pernicioſe per omnia membra, cibos groſſiores reſpuit, delicatos potus interdum ſolos admittit; alias ad pugnam paratus maximorum dolorum gignit materiem, univerſaque viſcera corporis cruciando depopulatur; artuum quoque penetrat intima, plena doloris ingerens veſtigia; in Ruſſiæ potiſſimum Provinciis omnibus perniciosa parturit germina. Tali ſuccubuerat virgo illa morbo. In capite illius cernebatur cirrus in ſe retortus & implicatus, denſus ad inſtar paxilli, qui ſpiſſitudine capillorum invicem connexorum colligatus, Koltan nuncupatus à Ruſſis, dependebat à capite ejus, ingentem dolorem parturiens. Igitur Virgo illa, in ipſa die qua examen de B. Ladiſlai vitæ ſanctitate & miraculis inſtitutum erat, acceſſit ad feneſtram unam ſui conventus, recta eccleſiam Fratrum Minorum de Obſervantia, in qua ſepulcrum continens venerandum omni devotione corpus ejuſdem B. Ladiſlai habetur, reſpicientem: & converſis oculis, fluento lacrymarum perfuſis, verſus templum orationem fervoris ardore ſuccenſam, & humilitatis vili pallio indutam, ad B. Ladiſlaum ſuæ calamitatis nuntium dirigebat, ſuppliciter petens ab eo, ut illius interceſſione, tormenti illius crux à ſuo removeretur corpore. Finita oratione, accerſitam ad ſe quamdam devotam feminam rogat, ut tollat in manu ſua ſudariolum, & abſtergat illo ſepulcrum B. Ladiſlai, atque contactu illo (ut confidebat) ſanctificatum, & virtute divinitus medicativa refertum, ſibi reſtituat. Executa illa preces ejus, reddit

item alia peregrino morbo afflicta.

A VINCEN. MORAUSKI

A. VINCEN. MORAUSKI.

strophiolum; quod Virgo devote assumens venerata, caput male affectum illo obvolutum tenuit. Nocte quadam, somno ab oculis recedente, sensit cirrum illum, uti prius conspissatum, à capite avulsum, ad latus suum jacere; & vehementi perfusa lætitia, è lecto surgit; omnemque à se ægritudinem depulsam agnoscit. In memoriam tanti beneficii usa est ejusdem feminæ opera, ut quæ fasciolam vi sanativa cælitus imbutam ad se retulerat, eadem ad sepulcrum Deo gratias & B. Ladislao agat, & in memoriam dictum cirrum sepulcro ejusdem appendat, grata semper tanti beneficii collati.

227 Contigerat anno Domini MDCXXVI eamdem Virginem iterum alia gravissima infirmitate concidisse, & in illud vitæ periculum incidisse, ut omnibus tam physicis, qui eum vitæ statum probe noverant, quam aliis peritis, viam universæ carnis ingressura, & de medio vivorum recessura jam jam videretur. Ideoque extrema Unctione, ut moris est, ad ultimam cum malo dæmone luctam præparata, Sacerdotem à quo sacri olei inunctione armata fuit, in illa angustia modicæ vitæ suæ, prece flagitavit, ut per votum ad B. Ladislaum suum Patronum vitam suam illi offerret. Exequente illo promissa negotiumque sibi commendatum, Virgo à mortis limine revocatur ad vitæ & incolumitatis beneficium, per evidens miraculum.

sanitati restituuntur moribunda,

B

228 Idem contigit Illustri ac Magnifico Domino Adriano Radziminski, Capitaneo Livensi. Hic in puerili adhuc ætate constitutus, cum in collegio Pultovieusi Musarum coleret Parnassum, morbo qui lienteria nuncupatur graviter affectus, & jam profluvio sanguinis correptus, periculum vitæ adibat manifestum. Edocta soror ejus, Monialis in monasterio Varsaviensi, de periculo fratris germani, dicta Mariana Radzyminska; ad B. Ladislaum illico pro salute ipsius votum obtulit. Factumque est ut intra septem dies, repulsa ægritudinis molestia, sanitatis gratiam obtineret.

lienteria correptus:

229 Hic quoque annumeranda est quædam virgo devota, Anna Mirkowska, de qua illud memorabile est: nuntio perlato edoctam parentes suos peste infectos obiisse, eâ doloris magnitudine oppressam, ut nulla ratione consolationem aliquam admitteret; perpetuoque occupata luctu, spargentibus continuo vultum lacrymis, incessabili fletui indulgens, capitis incurrerat nimium dolorem; oculorum etiam acie imbre lacrymarum obtusa, cæcitatis plagam subiit, nihilque per tres dies penitus videre potuit. Tertia tandem die, quæ celebrandæ festivitati S. Bonaventuræ dicata, destinataque erat, talem in somnis objectam speculabatur visionem: Dominam ineffabilis pulcritudinis (Reginam cæli nuncupabat illa, Dei Genitricem) admirabili splendore micantem, plurimis Angelorum choris comitatam sibi appropinquasse, & ab ore ipsius vocem dulciter manantem audivisse; Conferret se ad sepulcrum B. Ladislai, peccata confiteretur, & sacra reficeretur Communione; illa via & non alia amissam recuperari posse sanitatem: his dictis eamdem disparuisse. Tam salutaribus monitis talique oraculo instructam obedivisse Virginem, se deduci ad sepulcrum fecisse Beati, Missam ibidem pro se procurasse, & cum illi sacro officio auscultando ad sepulcrum ipsius interesset orationique instaret, tempore elevationis sanctissimi Corporis Christi, dexter oculus visu recuperato salutarem conspexit Hostiam: ubi vero sacra Communione refecta est, alter oculus eodem videndi beneficio potitus, magno eam affecit gaudio. Grata beneficii accepti, cunctis revelavit præstitam sibi gratiam. Deo, B. Virgini Mariæ, & Beato Ladislao grates persolvendo maximas.

præ dolore & lacrymis excæcata,

C

apparitione B. Virginis Mariæ,

jussa adiit B. Ladislai tumulum, visumque recuperat:

230 Illud etiam de eadem Virgine clarum est, septem annorum intervallo, morbum comitialem in ejus corporis membris horridam exercuisse tyrannidem; ipsamq; singulis mensibus, certis diebus multoties grave illud onus tolerare solitam. Veneficia in causa mali illius dicebat fuisse. Voto facto sepulcrum B. Ladislai adeundi, promissis adimplendis operam adhibere festinabat. Hiems erat, festum quoque Purificationis B. M. V. instabat, quo tempore maxima frigora & summa hiemis asperitas dura extendit dominia; flumina etiam latissima glacie concreta equis, hominibus, vehiculis, instar pontis tutum præbent iter; maximis quoque oneribus onustis curribus patet liber per terga fluminum aditus quovis. Prædicta Virgo, voti solvendi causa, emptis duabus bicubitalibus candelis, hiemali conscenso vehiculo, Praga Varsaviam arripuit iter, adhibita secum in societatem quadam femina. Per Vistulam fluvium, latitudine & altitudine satis patentem, glacie tamen contectum, iter ad ecclesiam Fratrum Minorum carpendum erat. In via jam erant, trahæ insidentes; & ecce equus cursu effuso rapidoque una cum tragula abreptus, velocissime currere, & adeo quidem pertinaci motu ferri, ut nullo modo refrænari à vectore cohiberique posset. Ad ripam fluminis prægrandis spectabatur fossa, aquarum inundantium rapido impetu jam olim præparata: ad illam recta via obcæcatus ferebatur equus, & manifestum objiciebatur ac terrore plenum vitæ periculum. Tremebundæ feminæ, clamore sublevato, B. Ladislai opem vocibus flebilibus implorant: O Beate Ladislae, adiuva nos, ora pro nobis; servitii tui & laudis causa venimus huc. O beate Ladislae, tua nos devotio concitavit, tua erga nos benevolentia tractæ sumus; adiuva periclitantes ancillas, nec permittas perire incautas. Ad hanc vocem est oblatum cælitus auxilium; equus in illo veloci cursu in genua procidit, & immotus loco constitit; indeque subito immutatus, & ex indomito domitus factus, reliquum iter tardo lentoque gressu perfecit. Ingressa ecclesiam virgo, dum expiandæ per sacramentalem Confessionem conscientiæ invigilat, vexari cepit morbo epileptico, cujus signa consueta jam ferebat. Accepta celerius absolutionis gratia, ad sepulcrum B. Ladislai deducta est. Ad orationem in terra prostratæ tanta multitudo lacrymarum ex oculis effluxit, ut terram abunde irrigaret, vultusque ejus luto hæreret. Tunc sensibiliter libertate se donatam à vexatione suæ calamitatis agnovit. Missa audita, domumque reversa, plurimos vomitus habuit, & tussis luctam sensit. Ab illo autem tempore comitialis morbus, possessione in ejus spoliatus corpore, abiit; cujus loco vomitus habere aliquot vicibus consueverat, nullo prædicti morbi gravamine affecta.

D

eadem comitiali morbo afflicta,

Praga Varsaviam per Vistulam congelatum vehitur,

E

F

& ad sepulcrum sanatur,

231 Ad hæc eadem virgo, unius pedis propter ejus malam affectionem orbata gressu, succensa ardenti desiderio ecclesias designatas pro lucrando Jubileo visitandi, cum pes infirmus ministerium ambulandi denegaret; adiit ipsa ut potuit claudicando, non sine adiutorio aliarum feminarum, B. Ladislai sepulcrum: preces ea mente adhibuit, ut saltem decem dierum inducias à morbi molestia obtineret. Mirum est, quomodo concessa subito venit facultas & fortitudo ad ambulandum; datæ indutiæ; obtinuit optata; ecclesias visitavit; & Jubileum lucrata, Deo gratias egit.

eidem redditur facultas gradiendi.

232 Illud certe multis hominibus, qui & viderunt & adhuc nonnulli vivunt, manifestum fuit, quod factum à multis fide dignis accepimus. Nobilis ac devota Christiana Jaroszewska, conditione vidua, ab impio & pernicioso Arianorũ cœno, divina revocante gratia, in viam salutis reducta; malo suggerente dæmo-

vitæ periculo evadit,

A dæmone, ut neophyta facile talibus ſuccumbens tentationibus, de Sanctorum miraculis dubiam aliquomodo tenebat opinionem. Hæc ad Clarum-montem Czeſtochovienſem, quo in loco miraculoſa B. Mariæ V. imago, B. Lucæ Euangeliſtæ (ut fertur traditione antiqua) manu depicta, veneranter aſſervatur, profecta, feminam quamdam ſecum, à decem annis mutam, in comitem duxit; quæ propter faucium pectoriſque contuſionem, quodam caſu factam, uti ipſa indicabat, loqui (ut dictum eſt) decennio non potuit. Domum ex Monte-Claro jam devotionibus votiſque ſuis ſolutis rediens, in civitate Ravenſi conſtitit pauliſper, laſſo corpori indulgendo ex longo itinere. Ibi exiſtenti venit in memoriam B. Ladiſlai mentio, ſubiitque recordatio menti ipſius de miraculis, per ipſius patrocinium, ut vulgo celebre erat, exhibitis. Exploratura veritatem, & ipſis experimentis agnitura, egit cum quodam Sacerdote ſeculari, ut Sacrum juxta intentionem ſuam abſolveret: quod ut libentius faceret, liberalem eidem obtulit manum: intendebat autem mutæ feminæ loquelam, B. Ladiſlai patrocinio obtinendam. Oblato per Sacerdotem ſacræ Miſſæ officio, itineri continuando ſe accinxit. Dumque viam ſimul gradientes arripiunt, ecce tibi illa elinguis & muta, in hæc prorumpit verba: Eja aberravimus à via: revertamur, aliam quæſituræ. Facta voti compos Domina Chriſtiana, ablatum videns linguæ in femina impedimentum, Deo gratias egit cum ſuis omnibus; atque in fide Catholica magis confirmata, omnes dubietates & ſcrupulos è domo pectoris expulit. Muta autem, remota linguæ remora, uſque ad mortem recte loquebatur.

muta loquelam recipit:

B

233 Porro eadem Chriſtiana Iaroſzewska, morbo quoque comitiali & ipſa obnoxia, frequentiſſime habere ingentes tyrannide ipſius cruciatus cogebatur. Voto ad B. Ladiſlaum emiſſo, unicum illudque ultimum cum eo luctamen habuit poſt tale votum; amplius non valente eo ſuam extendere juriſdictionem. Convaluit perfecte, à tyrannide illa immunis in poſterum remanſit, Deo & B. Ladiſlao ſuis votis annuente.

epileptica ſanatur.

CAPUT VI.

Alia decem facta miracula in mortuis, moribundis & aliis ægris.

234 INgerit ſe recenſendis miraculis & exemplis, quædam nobilis femina, in oppido Opatovienſi quondam commorata, cujus nomen rationalibus de cauſis & ad ſuam ardentem inſtantiam hic ſubticetur. Erat illi ab obſequiis puella duodecim annorum ætatis ſuæ, ignaviæ, pigritiæ & ſomnolentiæ ita dedita, ut quaſi à natura illud vitium attributum ipſi fortiter inhæſiſſe videretur. Tarda à ſomno ſurgere, cito & per diem frequenter & ad quodlibet opus quietem dormitandi cupere, neque (multis licet vocata verbis) reſponſum præ ſomnolentia reddere, ſed quaſi occluſo auditu ſtertere: non reverti, ſi quopiam mitteretur à domina domicelliſque, niſi longiſſima interpoſita mora; nec alacri ſtudio quidquam peragere, ſed omnia tardo greſſu, tædioſo videntibus motu exequi. Inde dominam ipſius furore ſæpius accendi, ſtimulari ira, verbis durioribus ipſam inſectari, maledictionibus proſequi, etiam interdum diris reddere: & tandem commoveri ad infligenda pigro corpori flagella. Multoties virgis cæſa, pugnis, alapis colaphiſque percuſſa atque aliis affecta pœnis, nihilo melior facta, ſegnis permanſit. Tandem die quodam anno Domini MDCXXVII, ſtimulis iracundiæ ſuccenſa domina, virgis caſtigatam atrociter extra limen domus foras denudatam ejecit: quo die horror

C

Puella pigerrima

quam furens domina

ſævientis hiemis geluque intenſiſſimum, locis omnibus glacie & nive obſitis, corporibus humanis duram frigoris vicem inducebat. Conſtitit non modico tempore miſerabilis, è ſomni quiete nunc levata, duriter caſtigata & plane denudata, in nivis vehementi frigore algens & flens, tremebunda, gemens & ejulans. Jam omnia tenella ſua membra viſceraque penetraverat ardens gelu. Non contenta Domina caſtigationis gravitate & horrida cæli inclementia penetrantique hiemis aſperitate in corpus puellæ ſæviente, ac ſuis tantis objurgationibus (uti non eſt ira ſicut mulieris) aquam frigidiſſimam, de ſub glacie recenter ex fluvio hauſtam, afferri in grandi hydria mandavit: apprehenſam miſeram puellam, jam præ nimio frigore deficientem, nudam furioſe in hydriam injecit, volutavit, agitavit. Hinc puella, primum cholerica materia ſpurca violenter ore projecta, dentibus compreſſis agonizare cœpit, moxque penitus extincta eſt, ſigna mortis in exanimato corpore præferens. Nullus rhythmus venarum, nullus ſenſus ſpirituum vitalium, nulla commotio muſculorum, ſed merus livor & algor, omni prorſus vitalitate animæque viventis miniſterio corpuſculum orbatum jacebat. Advertit hoc præfata domina, & vehementi correpta metu perterrefacta, ſeſe homicidii crimen perpetraſſe lamentabatur. Aderant & aliæ feminæ domeſticæ, quæ ipſius luctu provocatæ, omni ope nitebantur ſubvenire his & illis inventionibus extinctæ puellæ, dubiæ adhuc de vita ejus, ut pote calefactione cadaveris, in os aquarum diſtillatarum immiſſione, agitatione, &c. Sed conatu irrito, nam revocare à portis mortis gradum ſolius divinæ potentiæ opus eſt. Quædam deinde illarum feminarum, B. Ladiſlai memor, vovit ſi ſuperſtes puella vitæ redderetur, ad ſepulcrum ipſius ituram. O potentiam Dei! Puella quæ jam per quatuor horas inter mortuos computata, terræ reddenda jacuit; vitæ reſtituta ſurrexit, & cibum ſibi oblatum ſapide ſumpſit. Domina nimium afflicta tum ex morte ipſius, tum metu imminentium difficultatum moleſtiarumque quibus exagitanda erat à parentibus puellæ (qui etiam & ipſi nobiles erant) Deo Beatoque Ladiſlao egit maximas gratias.

hieme algente expulerat nudam

deinde frigidâ immerſam enecarat,

reſuſcitatur:

235 Verum quia de recentibus eſt ſermo, quod quæſo exemplum illuſtrius afferri poteſt illo, quod apud nobilem virum Chriſtianum Rubach, Advocatum Galachovienſem, Præfectum ſalinarum officinarum Regiarum diſtrictus Zakroczymenſis, in domo ipſius eſt exhibitum? Illud porro tale eſt. Filius viri hujus, nomine Conſtantius, puer quadrimus, valetudine adverſa affectus, beneficio vitæ privabatur longa decubatione. Jamque malo indies ſuccreſcente, viam qua leto patet aditus ſpectabat; jamque quaſi abeuntem ad aliamque regionem properantem, fletu proſequebantur mœſti parentes, optime de ſtatu Religioſorum Sacerdotumque meriti. Interea quidam Pater Ordinis Minorum Obſervantium conventus Novoduorienſis ſuperveniens, afflictis parentibus ſummum allaturus ſolatium, domum intravit; acceденſque ad lectum, infirmum ipſum aqua benedicta aſperſit. Proſtratus deinde in terram flexis genibus, idemque domeſticos omnes facere admonens, B. Ladiſlaum ſupplici mente votoque invocavit, ejus auxilium & patrocinium implorans. Voto emiſſo, ſciſcitatur à puero, quomodo haberet? Quo reſpondente ſubito (qui jam fandi poteſtatem perdiderat, malitia infirmitatis, linguam ſuam ligante) ſe melius habere, tantummodo caput ſibi dolere; juſſit illi cibum potumque dari. Quo ſumpto, convaleſcere cœpit, convaluitque brevi. Acta ſunt hæc anno Domini MDCXXVII.

F

puerulus à mortis limine revocatur.

236 Venio & ad aliud recentis memoriæ exemplũ

A VINCEN MORAUSKI,

Vini adusti flammis ustulata mulier,

Nobilis ac generosa Domina Dorothea de Oyrzyn Oyrzynska, generosi Domini Adami Gumowski consors, [perita] vini igne eliquandi, operam dabat distillando materias ad id præparatas. Jamque opere absoluto, dum vas ad excipiendos diffluentis laticis adusti rivos suppositum inspicere tentat cum candela; incaute ex improviso scintilla resiliens à lychno, in vas plenum igneo liquore incidit. Concipit sine mora flammam vas fulmineum, periculosoque & nimis horrendo fervore bulliens, furioso impetu erumpit. Territa vehementer domina præfata, in flammam tota effunditur, volens ipsam compescere, incendium penatibus afferentem. Inops salubrioris consilii & opis, illud quod repentina temeritas suggessit agit: fimbria vestis suæ qua tunc tegebatur aprehensa, flammam jam in vase furentem, ore ejus obturato, suffocare tentat. Heu infelicem casum! Victrix flamma prævaluit; vestimenta ipsa primum linea, tunc reliqua edaciter invadit & pervadit impetuose; conceptoque igne corpus juvenile mulieris crudeliter depopulatur, ita ut à planta pedis umbilico tenus sanitas à carne illa longe abesset, igne per omnes partes incendii producente æstum. Tardo domesticorum adjuta auxilio, vehementer adusta, locum, in quo paulisper à doloribus intensissimis liberaretur, non invenit. Vestes igne consumptæ, caro tenera crudelem in modum afflicta, venæ incendio contractæ dolorem maximum afferebant, quo sine cessatione exagitata loco se movere non poterat. Et si necessitas se erigendi vel latus dextrum lassum sinistrorsum convertendi suaderet, facultas nulla ratione dabatur. Tam atroci casu dilectæ uxoris vehementer afflictus maritus, Varsaviam requirendæ medicinæ ergo properavit, & in ipso itinere obvium habens Fratrum Minorum de Observantia conventum Novodworiensem, ad ipsum descendit: à quibus benigne exceptus, miserabilem fortunam consortis suæ denuntians, illorum orationibus desperatam salutem ipsius commendabat. Libenter petitis annuunt Fratres illi, verumtamen salubre consilium conceptum dant, ut efficaciorem medicinam & multo salubrius antidotum uxori quærat; ut videlicet infirmam B. Ladislao, qui Varsaviæ apud Patres requiescit, per votum, adhibito quoque ad sepulcrum ipsius per aliquem Sacerdotem sacrosancto Missæ sacrificio, offerat quam devotissime. Consilium ille suscipiens confestim, pro salute caræ uxoris solicitus, ubi Varsaviam venit, dicta executus est. Rebus itaque rite confectis domum rediit, mœstus penetrale intravit, sed uxorem primo aspectu intuitus, penitus à flebili statu immutatam inveniens, lætus salutavit, pharmaca proferens; & quomodo ipsam B. Ladislao vovisset, devotionemque pro ea fieri procurasset, enarravit. Ipsa vicissim retulit quomodo hora illa dolores ignei extincti fuerint, cum sua vehementi admiratione; quomodo item cutis ambesa, facile cecidisset; caro ustulata primo vigori restituta, venæ præustæ vivificatæ, omniaque membra tosta, suapte natura sanata fuissent: induratū flammis corpus, nunc morbidum, tenerū & tractabile: & quidem ita secundis ventis, ut è lecto subito surgere, & gressum carpere quocumque vellet, ipso temporis intervallo posset. Quare sine mora Deo & B. Ladislao gratam exhibentes mentem, beneficii exaltantes magnitudinem, ad ejus sepulcrum comparuerunt anno Domini MDCXXVII.

hora ipsa qua maritus votum pro ea absens fecerat

invenitur sanata.

237 Sed in ipsa etiam civitate Varsaviensi miraculum factum, omnia sibi adæquat dicta, aut etiam superat. Fuit Joannes Dabski, civis & pharmacopola hujus civitatis, qui sitis sedandæ gratia, ab æstu choleræ ardentis causatæ, potum sumpserat, hydromel dictum (lipiec vulgo dicitur) inde, ut ferebat opinio ipsius, accidit corpori cholericus vomitus, sanguine medio permixtus. Hoc facile ejecto, cubiculum suum ingressus, majores & vehementiores in præcordiis sentit motus. Hinc ingentes & violentę ab ore profluxere dejectiones, aliæ post alias: & quod majorem afferebat horrorem, sanguine erant cruoris plenæ: imo sanguis coagulatus in tanta copia frustatim ab ore manavit, ut ad illum excipiendum vasa non sufficerent. Magnum patrisfamilias periculum ad opem ferendam commovit domesticos. Quæsita sunt remedia, medici quoque accersiti consilium inierunt, quonam modo obviandum esset imminenti periculo tantoque malo. Visum est omnibus, venam esse secandam, & certa quædam sumenda pharmaca. Factum est ita: sed horum nihil poterat sanitati læsæ ferre aliquod adjumentum. Frustra igitur medicamenta adhibita spem medicis præciderunt prorsus: unde domo ejus abeuntes uxorem admonuerunt, intempesta nocte maritum ipsius è vita discessurum, nec amplius duraturum nisi per potentiam Divinam. Omnes itaque ipsum deseruerunt: solus infirmus non se deseruit: Confessarium ex Ordine Fratrum Minorum Observantium accersiri sibi fecit, conscientiæ expurgandæ causa. Igitur peccata sua confitetur, dolorem de commissis reatibus concipit: Sacramento pœnitentiæ expiatus in manibus Confessarii, votum Deo fecit, rogans ut intercessione B. Ladislai, cujus patrocinio ante prolem se susceptisse fatebatur, in periculo quoque vitæ oblatum experiretur auxilium. Voto emisso, ob incisionem venæ & ob continuos vomitus ab ore ejectos, lassum & fatigatum somnus oppressit. Suaviter dormienti vox quædam audita est, Domine Joannes. Sono ejus expergefactus, sensit repentinum in corpore vigorem, rediisse amissas vires, & robur sibi restitutum. Mentem quoque admirabili suavitate repletam cognoscens, cibum sibi dari popposcit, quem oblatum sapide sumpsit: iterumque obdormivit. Somno solutus, cibum iterum requisivit. Verum referente familia, noctem mediam esse, somno potius accommodam quam cibo, abstinuit: ideoque somno sese commisit. A quo tandem orto jam sole excitatus, ciboque refectus, se vires habere sanumq; sese affirmavit, ideoque [causa] voti solvendi, in periculo vitæ emissi, ad sepulcrum B. Ladislai ire voluit: ivissetque: sed quia tabula argentea (voti beneficiique accepti signum) appendenda sepulcro B. Ladislai, quam confici festinanter mandaverat, nondum ultimam manum artificis acceperat; debilitasque ex gravi defatigatione infirmitateque nondum à corpore repulsa erat; suadentibus amicis, in aliud tempus distulit exequendum promissum. Quod tamen brevi post, amicorum cinctus corona, solenni Missæ officio de SS. Trinitate per Sacerdotem habita, cum omni gratiarum actione B. Ladislao persolvit, plurimum se debere testatus.

ob sanguinis coagulati copiosum vomitum

à medicis adjudicatus morti,

voce miraculosa sanatur.

238 Patri collatum beneficium etiam in unicum filium ipsius, eodem B. Ladislao auctore, redundavit. Nam is puer, Joannes quoque vocatus, variolis in pectore conspersus seu papulis infectus, ægrotabat graviter. Invaluerat infirmitatis vis, & evidentius mortis periculum apparuit, quando nigredinis colorem dictæ morbillæ indutæ, intra carnem recondi cœperant. Sed parentes mœsti hoc animadvertentes, &, quod ipsa experientia doceret, jam morbi vim mortisque irruentis prænuntiari adventum, cognoscentes; Missam pro salute filii ad sepulcrum B. Ladislai celebrandam curaverunt, atque illo subnixi remedio filium sanum receperunt.

puer à morte præservatur:

239 In eadem civitate Varsaviensi non minus admirandum evenit miraculum. Joannes Gasiorek, ejusdem civitatis incola, in æstuantis febris calidissimum

A simum injectus balneum, sex dierum spatio, satis fervidos perpessus est ardores; quibus continue exagitatus, per integram hebdomadam cibo abstinuit, & in manifesto salutis discrimine versabatur. Et quoniam in humanis nullam habebat fiduciam, dexteræ Divinitatis favorem experiri per B. Ladislaum decrevit. Misit ad Fratres Minores de Observantia, ardentibus votis expostulans, ut sui coram Deo mentionem ferventi oratione facerent, votoque B. Ladislao facto eidem vitam suam periclitantem commendarent. Nolebant deesse Fratres justis ipsius postulatis. Profusa ad Deum oratione, votoque ad B. Ladislaum facto, desiderio ipsius responderunt. Eadem hora, qua id actum est, reliquit eum febris; esurivit, & sapide comedit; & quem medicorum sententia morti adjudicaverat, B. Ladislai gratia & benevolentia vitæ pristinæ restituit.

c continua febri à medicis depositus sanatur:

240 De domo ejusdem civis Joannis Gasjorek nondum egredi licet; revocat ab ipso limine gressum casus filii ipsius, Joannis quoq; dicti. Hic infantulus, in mensa super cervical seu pulvinum à matre est collocatus; ea vero certi cujusdam negotii occupatione in atrium abeunte, in terram de elevata mensa infans decidit fortuito. Ætas tenerrima, ad gravem
B subeundum casum parum idonea, magnum incurrit salutis detrimentum: vertex totus capitis intus retrusus, quasi concavus factus; cranium quoque immersum ipsi cerebro remansit; viventis hominis vix aliquibus vestigiis remanentibus. Nullum aptius remedium tanto malo sublevando mœstis parentibus visum, quam ut B. Ladislai ope precibus implorata infanti subvenirent. Exequentibus promissa, nullo humano adhibito auxilio, eadem nocte cranium in suum locum rediit; & infans dum hæc fierent, modico fletu emisso, materno lacte recreatus obdormivit; sanusque ab hinc factus est.

infans à capite contritus sanitati restituitur;

241 Et hoc quoque nostri seculi est quod infero. Anno namque Domini MDCXXVI Nobilis ac Generosi Domini Krakowicki filius, sub gravissimo ac molestissimo morbi comitialis onere pressus, quolibet die felle ipsius pascebatur, parentibus inde magna amaritudine saturatis. Amicis tandem quibusdam suadentibus, quorum notitiæ optime B. Ladislai cognita sanctitas erat, ut eidem beato viro filium male habentem devoverent, fecerunt; nec spe frustrati. Namque depulso morbo immunem factum puerum sepulcro beati viri obtulerunt, Deo gratias agentes, & B. Ladislaum grata mente venerantes, eo
C quod post tale votum numquam epilepsia filium eorum vexaverit.

epilepticus curatur.

242 Præsens se Divinum numen ostendit cuidam villano, subdito Illustris Domini Theophili Grzybowski, districtus Varsavienſis Judicis supremi terrestris, in villa sua Leviczyn dicta, cui ad fidem dandam ætatis canities multum tribuebat auctoritatis, & simplicitas villana testimonium perhibebat veritatis. Referebat ille Confessario suo, qui fuit unus de numero Fratrum Minorum de Observantia Varsavienſium, quod cum atrox pestilentia magnas ubique ederet strages per civitates, oppida, villas, domum quoque suam eadem pernicie repleverat, violentaque rabie adeo grassata est, ut omnibus quos domus sua complexa erat sublatis, uxore, liberis & familiaribus quotquot erant enecatis, solus ille remanserit. Jamque & ille moribundus, plenus nempe ulceribus plusquam quinquaginta (uti ipse asseverabat) pestilentialibus, mortem præstolabatur, quam in desiderio magis quam vitam habebat, partim ex tædio & melancholico humore, se vehementer angente, partim ex mœstitia de tot suorum carorum sublatione, partim ex doloribus quos ulcera illa infligebant ipsi. Utque citius ad metam vitæ perveniat, in illo strato procubuit in quo peste sublati ipsius domestici mortem oppetivêre. Cumque huc atque illuc sese volutando virulentæ pestis toxicum pleno ore & spiritu in se attraheret, vocem auribus suis illatam sensit. Quid agis, o homo? Vove Domino te ossa sancta Varsaviæ requiescentia visitaturum, & salvus eris. Monitus voce cælesti, ingemuit; firmoque statuit proposito, se, quamprimum vires sanitatemque recuperasset, dictis obedire. Confestim ulcera in carne ejus aperta saniem pestiferam copiose ejecerunt: ille vero sanus factus, postquam à Patre suo Confessore resciviſſet de loco sacri depositi, promptissime mandatis satisfecit, & liber in posterum ab omni contagione remansit.

A. VINCEN. MORAUSKI.

Peste infectus cælesti voce docetur ad B. Ladislaum recurrere.

243 Non dissimile ante complures annos miraculum accidit, videlicet anno Domini MDCXI. Homo quidam obeundis scholaribus officiis intentus, Nicolaus nomine, ad ecclesiam parochialem S. Joannis civitatis Torunienſis inter Cantores Ecclesiasticos conversatus, status sui conditione exigente, ad pulsandas campanas turrim ecclesiæ adjacentem conscenderat, ubi terribili quodam casu à campana ictus, decidit pro mortuo sublatus: deinde manibus sublevantium adjutus, è loco quidem semivivus surrexit, sed surdus & mutus effectus, & per omnia ec- E clesiasticis obeundis officiis inutilis redditus, de catalogo servitorum templi expunctus, registro mendicorum in posterum adscriptus est. Quadriennio in eodem loco mendicus commoratus, tædio quodam affectus, locum mutare decreverat, & in Masoviæ Ducatum iter cœptum perficiebat. Transeunti per silvam civitati Sochaczevienſi proximam, placuit sub quadam arbore quiete perfrui, lassoque corpori indulgere. Sedens & suam miseram conditionem deplorans, lacrymis obortis in amaritudine animæ suæ gravia ad Deum suspiria emittebat, orationeque humili cor ad Deum sursum afflictum sublevabat, supplicans ut, pro sua benignitate, misericors Deus suam pristinam amissam sanitatem sibi restituat, vitæque prioris feliciorem conditionem reducat. Perseverante eo sic in fletu & amaritudine gravium suspiriorum, ecce vox à tergo insonuit: Noveris, o homo, te sanitatem recuperaturum, modo Varsaviam veniens ecclesiam Bernardinorum visitaveris, & pec- *eloquio cælesti medicinam recepit.* cata tua confessus fueris, ibique pro beneficio hoc Deo gratias egeris. Obstupuit ille, & audiens retrospexit, animo accensus sciendi, cujusnam voces tam dulces & suaves fuerint: viditque in albis speciem hominis, sed cito eum disparuisse advertit. Omnia F hæc Patri Confessario suo, tum aliis Fratribus omnibus cum summa devotione, sanitate jam recuperata, referebat homo ille: Pater vero Confessor ostendit illi sepulcrum B. Ladislai, uti locum ubi Deo gratias & B. Ladislao deberet agere, cujus meritis sanitas prior sibi restituta est.

Clericus è lapsu mutus ac surdus

CAPUT VII.

Alia decem miracula recensita.

244 D Elatis jam quamplurimis miris stupendisque factis B. Ladislai, adhuc multo plura imo innumerabilia restant relatu digna. Occurrit pro nunc mulier annosa octoginta & amplius annorum, longa vivendi ætate fidem dictis suis concilians, Catharina Lugowska vidua. Hæc claris devotisque testata est verbis, ab hac arbore, situata in medio paradisi Religionis Seraphici Franciſci, plurimos fructus à se decerptos, vitæ suæ & suorum saluti magno commodo stetisse. Multa nempe beati Patris Ladislai patrocinio collata beneficia, consolationis quoque ab eo fonte rivos ad satietatem hausisse bibisseque.

mulieri cuidam curatur filius epilepticus:

A. VINCEN. MORAUSKI.

biſſeque. Filium ſibi fuiſſe, qui per integros quinque annos morbi epileptici duram patiebatur ſervitutem. Fruſtra adhibita remedia cum nihil proficerent, profuſum ab ore Confeſſoris conſilium malo ſævienti profuit. Suaſit ille ad B. Ladiſlaum in tali vitæ diſcrimine eſſe recurrendum, per ſacrum Miſſæ officium ad ejus ſepulcrum celebrandum. Mulier illa, ubi primum ad effectum deduxit oblatum conſilium, feliciter de collata filio ſanitate gaviſa eſt, qui abhinc ab illo malo liber ſemper extitit.

245 Eidem mulieri inſignis exhibita conſolationis gratia calamum alio properantem revocat, & de illa iterum non nihil dicere compellit. Circa annum Domini MDLXXXVII maritus ejus mente captus, domo propia clam omnibus inſciis elapſus, per ſilvas, nemora, campos, aliaque invia loca multis diebus vagatus, ſua abſentia uxori ſolicitudinem, tribulationem, imo & ſiniſtram ſuſpicionem cauſavit: conſanguineis vero & propinquis curam, murmur, & anxietatem magnam injecit ſui ipſius. Amici enim ejus pariter cum conſanguineis in unum convenientes, varios inter ſe conferebant ſermones, & in varias diſtracti ſententias, de amico non comparente per
B tam longum tempus ſciſcitabantur invicem. Omnibus ea ſententia viſa eſt optima, uxorem de marito interrogandam: illam quippe juramenti Sacramento obligatam, voto quoque matrimoniali teneri ad curam de mariti vita habendam. Eliguntur de numero amicorum qui eam adirent, ſciſcitarentur, ſcirent, ubinam locorum vir ejus eſſet: jam vitæ ipſius indiſſolubili factam vinculo ſociam, viri negotiorum, operum & conſiliorum participē [eſſe debere]. Reſpondente illa, omnino ſe ignorare de ſtatu viri, nec poſſe ſcire quo ſeſe contuliſſet; extemplo omnibus ſiniſtra incidit de illa opinio, tacito murmure inter ſe conferentibus, maritum ab uxore neci occulte traditum, & in aliquod tenebroſum antrum injectum latere. Proinde minaci allocutam ſermone, afflictam ſatis feminam terrore concutiunt, ni veritatem dicat, juris ſtrepitu eam requirendam. Correpta miſera vehementi terrore, vitæque ſuæ metuens, & ne legibus de marito interrogata vim tormentorum ſubire cogeretur; iterum ad Confeſſarium ſuum præfatum Patrem Staniſlaum Zdziarski recurrit, conſilium petit. Ille eamdem, ad evitandam tantam difficultatem periculumque monet viam tenendam; B. Ladiſlai auxilium ſacroſancto Miſſæ
C officio adhibito implorandum. Quod cum factum eſſet; eadem die maritus domum reverſus, omnes reditu ſuo lætificavit, uxorem vero à periculo liberavit.

maritus ad ſanam mentem

& domum unde fugerat revocatur.

246 Nec negligendum iſtud, imo inter miracula per interceſſionem B. Ladiſlai facta annumerandum cenſeo, mulieris, Evæ nomine, Valentini Leopolitæ pellionis uxoris, civis Varſavienſis, voto & precibus obtentum. Graſſante per totam Varſaviam contagione epidemica, peſtilens ſpiritus domum ipſius invaſerat, jamque duos domeſticos ſuos crudeli leto necaverat, extra limen ejecerat, in terra defoſſa abſconderat. Inſilierat quoque in filium ſuum, quem primo impetu ulcere peſſimo in umbilico percuſſit, ad mortis portam ipſum dirigens. Mater, filii admonita periculo, B. Ladiſlai patrocinio ſeipſam, domum totam, & jam peſte plenum commendavit filium. Neque defuit afflictæ ſubſidium. Ruptum ulcus filii effluxit, tam grandi in corpore relicto veſtigio, ut viſcera aſpicientibus paterent videnda. Cito tamen, non ſine miraculo admirationeque omnium, ſanitatem recepit; & domus tota à periculo libera, nullius alterius mortuum ſpectavit cadaver.

Domus peſte infecta liberatur & filius ſanatur,

247 Saluberrimum hoc ad debellandam & extinguendam peſtem antidotum, beati Patris Ladiſlai præſidium, mulieri præfatæ exhibitum, ad aliorum quoque aures facile pervenit. Erant duo Sacerdotes ſeculares, peſte infecti, ideoque ab aliis ſegregati, mortem quaſi jam inevitabilem præſtolantes. Hi per nuntios certos præfatam mulierem precibus ſolicitis obſecrarunt, ut ſalutis ſuæ conſervandæ ergo, ſacrum Miſſæ ſacrificium, ad ſepulcrum B. Ladiſlai celebrandum, nomine eorum procuraret. Ad vota illorum ubi acceſſit optatum remedium, à peſte præſervati remanſerunt. Eodem ſpiritu devotionis impulſa erga B. Ladiſlaum, toties experta ipſius promptas interceſſiones prædicta femina, cum filium alium ſuum, acuta febre, in mortis periculum injectum devoviſſet eidem Sancto, ſanum ſubito conſpexit. Imo de ſeipſa quoque referebat, ulceris ingentis impedimento guttur ſibi præcluſum, nullum cibi alimentum potuiſſe recipere. Hinc orti dolorum ſtimuli pungentes, & manifeſtum vitæ diſcrimen: ſed imploratum B. Ladiſlai auxilium tam cito affuit, ut quo tempore ſublatum fuiſſet prædictum impedimentum ipſumque virulentum ulcus, non plane advertiſſet.

Sacerdotes duo à peſte liberantur:

febricitans curatur:

& guttur exulceratum;

248 Mira res, neque ea parva, quæ de Magnifico Domino Staniſlao Smiecinski, Notario terreſtri diſtrictus Varſavienſis legitur. Eum circa annum
E Domini MDCIX tam atroci ægritudinis ſupplicio afflictum fuiſſe, ut duarum hebdomadarum ſpatio, nulla requie ab urgente morbo oblata, continuo afligeretur dolore; medicorum etiam propinata remedia, longe inferiora morbi magnitudine agnoſcerentur; jamque illorum ſententia morti deſtinatus, agonizantis ſubire aleam putaretur. Ea vis, fortitudo & malitia morbi illius fuit, ut in ſocium ſibi adſciſceret comitialem infirmitatem: quæ irruens de repente in miſerum ſenem, eo furore & impetu debacchabatur in membris ægrotantis, ut per diem naturalem octoginta vicibus pernicioſos iteraret incurſus. Tam ingenti oppreſſus infirmitatis malo, agebat animam; ideoque Sacerdotes & domeſtici, cum omnibus neceſſariis ad animæ exitum, ſibi aſſiſtebant, horam exſpectantes. Interim certi amici, ex adhærentibus ſibi tunc, B. Ladiſlai confiſi patrocino, eum ſi vitæ reſtiturus ſanitatis recuperaſſet beneficium, ad ſepulcrum ipſius præſentandum cum oblationibus decernunt voventque. Inter illos uxor juncta vinculo matrimoniali, quo propinquior ipſi erat, eo ferventiori devotione maritum eidem beato viro offerre ſatagebat: ſuſpiria proferebat, vota concipiebat, & devotas
F depromebat orationes. Nec mora: promiſſione per vota ſtabilita, vigore recepto, vitam ſimul & ſanitatem aſſecutus, à porta mortis revocatus eſt; & in perpetuum gratitudinis teſtimonium, argenteam affixit ſepulcro tabellam: ſcripto etiam ſatis prolixo vir ſapientiſſimus illud beneficium recognoſcendo proſecutus eſt, longo poſt tempore vivens in ſenectute bona.

è variis infirmitatibus moribundus ſanatur:

249 Verum temperare mihi nequeo, quin huic viro magno, miraculoſe ſanitati reſtituto, aliud nobiliſſimæ cuidam matronæ exhibitum beneficium ſubjungam. Fuit autem illa illuſtris & Magnifica Domina Heduigis à Przeræbii Przeræbska, legitima D. Staniſlai Paris Caſtellani Varſavienſis conſors. Hęc in utero morte interemptam prolem, incluſam per ſex integras hebdomadas geſtabat. Grave puerperæ negotium doloremque caſus ille faceſſebat: cadaver in utero putridum circumferebat, tormentum continuum, manentes producebat dolores. Quicumque de illo infelici caſu audiebant ſparſim ſermonem, unanimi ſententia morti dominam proximam judicabant, inevitabilem profecto paſſum. Mater præ-
gnantis, imminentis memor periculi, doloribus quos afflicta patiebatur filia compatiens, B. Ladiſlao voto nuncu-

fœtu diu mortuo liberatur mater;

A nuncupato, obviandum periculo firma ſpe conſtituit. Vovit itaque, ſi mortis depulſo telo vitæ ſuperſtes & particeps remaneret, ad ſepulcrum ipſius deducendam. In hunc finem adhibita fuit oratio per Confeſſarium, ipſius ibidem ſibi aſſiſtentem, de B. Antonio per S. Bonaventuram compoſita, ſed ab illo Patre mutato nomine de B. Ladiſlao prolata. His pollicitationibus, votis, devotionibuſque rite peractis, ecce partus cadaveris fœtidi ſine magno dolore adfuit; ſublata pariendi difficultas; parturientis & fœtum educere connitentis membra blandiſſime obſecuta, corpus ita flexibile redditum, ut nullo negotio fructus ventris ſeu potius putredo exiret: vix ex penetrali valentibus diſcedere qui infirmæ aſſiſtebant, ſecutus eſt flebilis cum gaudio partus; proleſque abominabilis in lucem cum lætitia & gratulatione ejecta, quæ tamdiu in alvo coneluſa, putrida remanens, tormenta doloreſque intolerabiles ac demum exitium letale materno corpuſculo minabatur. In ſignum gratitudinis de argento conflata imago, per eamdem dominam ſepulcro appenſa, anno Domini MDCX, cernitur.

250 Memorabilis eſt quoque Generoſi Alberti
B Vituski caſus, qui cum graviter doleret pede, & *curantur pedes affecti* utriuſque ad faciendos greſſus miniſterio prorſus privatus decumberet, ac uxor ejus vereretur, nequid incommodi aut aliquid claudicationis contraheret; de periculo admonita, votum Deo cæli fecit, rogans ut interceſſione B. Ladiſlai, ſervi ſui miraculoſiſſimi, auxilium ſanitatis cælitus marito ſuo exhiberetur, à maloque liberaretur. Hinc cito maritum ſanum conſpexit, quem nullus hominum ſanare potuit. Denique quædam honeſta femina, Catharina Sweykowska de Miedzeſtyn, *& hydropiſis,* cum longa infirmitate correpta nullo ſubſidio humanæ artis adjuvaretur; creſcente in dies malo adverſæ valetudinis, etiam hydropiſim contraxit, quæ in ipſius corpus radice miſſa, nulla ratione eradicari potuit, dominioque ſemel obtento ſe ſpoliari non patiebatur. Gaudebat longa ſatis proceſſione, & altius radicem profundere nitebatur: inſtabat mortis inde metus, humana claudicante ope. At ubi divinum popoſcit auxilium & B. Ladiſlai opem implorat, in exilium pellitur tumida hydrops; & ſanitas in domum, qua pulſa longo tempore aberat, revocatur.

CAPUT VIII.

Alia decem miracula prolata.

C 251 ETſi omnes partus in humano genere, maledictionis decreti divini, difficultatibus variis, doloribus, anguſtiis, periculiſque vitæ ſint pleni, quo primæ matris noſtræ tranſgreſſio mandati Dei caſtigata eſt, dicente illi Domino, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & ſub poteſtate viri eris, Geneſ. III; alii tamen aliis difficiliores periculoſioreſque accidunt diverſis ex cauſis: unde plurimæ in tali actu, tormento potius, vitam cum morte volentes nolentes commutant. Hoc in ſe experta eſt quædam femina, Dorothea Czwolczyna de Pariſzow: quæ cum per integram diem & noctem in evacuando utero laboraſſet; nullo modo ad terminum partus pervenire potuit. Citius animam, quam fœtum, ex corpore illo egreſſuram aſſiſtentes ſperabant, quia paratior jam ad exitum, quam fœtus ad partum fuit: fortius clauſtrum uteri, quam vinculum naturæ, nexuſque corporis cum anima; hoc violentiæ cedente, illo vero indurato, obſtinatoque ad omnes ictus remediorum remanente. E cælo opus fuit advocare clauſtrarium artificem. *Parturiens mortem per votum evadit.* Invocatus itaque à devotis aſtantibus B. Ladiſlaus, ad cujus viſitandum ſepulcrum parturiens per votum decreta eſt. Dum votum tale concipitur & promittitur, ecce reſeratis clauſtris partus inopinatus introducitur, lætantibus omnibus, & Deum in Sanctis ſuis benedicentibus, magnificantibuſque ſimul cum puerpera potentiam Dei. Hæc circa annum Domini MDCX. *A. VINCEN. MORAUSKI.*

251 Non deſunt & in ipſo Varſavienſi conventu exhibita miracula. Erat in conventu illo quidam Frater nomine Thomas Lada, de numero laicorum, olim in ſeculo genere nobilis & militiæ ſecularis gloria ſatis celebris. Hic adverſa valetudine correptus, ad vitæ metam properabat: jamque deſtitutus ſenſibus, memoriæ quoque beneficio privatus, quaſi *Frater laicus miraculoſe ſanatus* extra limites vitæ jacebat. Plurimum mœroris & ſolicitudinis capiebant Fratres ex illa periculoſa infirmitate ejus: nam laboribus manuum ſuarum, multum utilitatis conventui illi pariebat: peritus erat enim artis conficiendæ cereviſiæ, quam fideli opere exercendo utilem ſe conventui exhibebat. Ideo pro ſalute ipſius lucranda fervens à Fratribus oratio fundebatur; votum etiam ad B. Ladiſlaum eo fine emiſſum, ut à morbo liberatus ſervitiis ſuis conventui ſubveniret. Poſtquam ergo talis medicina decumbenti infirmo admota eſt; ſanus efficitur, ita ut tertio die poſt votum ad omnes labores aptus eſſet, exerceretque eos facto; votaque pro ſe emiſſa ipſe per ſe adimplevit. E

252 Non defuit & alia occaſio eidem Fratri Thomæ, à B. Ladiſlao efficaci prece opem implorandi. Etenim gravi dolore manus unius affectus, *etiam manus ſua* uſum & miniſterium ipſius amiſerat. Urgebat neceſſitas, & officii ejus exigebat onus, ut utriuſque manus obſequio labori incumberet. Objiciebat impedimentum ad id exequendum vis doloris, & revocabat ab omni opere male affecta manus. Plenus ſpe ad B. Ladiſlaum ſeipſum contulit & obtulit: acceſſit ad *uſum apriſ- ſum recupe- rat:* ejus ſepulcrum, ſupplex in genua procumbens: oravit humiliter pro reſtitutione manus. Tum finita oratione, doloris finis advenit: recedente illo à ſepulcro, infirmitas quoque omnis receſſit: ſicque remoto impedimento, idoneum ſe ad opus exercendum advertens; ad recta accinctis lumbis roboravit brachium ſuum, & ad fortia miſit manum ſuam, officio ſuo incumbens, & opus ad effectum bonum deducens.

253 Quam præclarum & illud, de nobili Domino Laurentio de Raduanica Kaminski deductum exemplum? Expoſitus hic vir erat quadam nocte irruentibus in ſua membra calidæ febris ardoribus, illiſque adeo vehementi impetu corpus invadentibus concidit, ut aliorum ſimul morborum experiri ſit coactus ſupplicia, potiſſimum hepatis; ſplenis, ſtomachi, & capitis dolorum tormentis exagitabatur ſupra modum, pluſquam natura ferre poterat: & præterea calculi moleſtiſſima anguſtia ipſum premebat. Tot ſe advertens conflictari calamitatibus; tot in ſe irruentibus ſalutis propriæ hoſtibus, mortem etiam adeſſe in foribus arbitrabatur: hoc autem vel maxime dolebat, & ea anxietas pectus ſuum pulſabat, quod ſine Sacramentorum præſidio & abſque Sacerdotis præſentis orationibus, è vita diſceſſum inſtare ſentiret. Hinc uxor ſua, una cum filia ſua Catharina majore natu, profundis ſuſpiriis, orationibus, votis, continuis precibus, Dei miſericordiam invocare, & ſimul B. Ladiſlai auxilium flagitare, votiſque ſe obſtringere ſepulcrum ipſius adeundi ſatagunt. Non defuit viri Dei auxilium: confeſtim dolorum fracta rabies, inſtar fumi à corpore illo evanuit: & ipſe ſanus factus, poſtridie, quæ ore tum ſuo tum aliorum pollicitus erat, opere exequi cum uxore & filia ſtudioſe voluit & fecit. F *Curantur calculus aliique morbi,*

A. VINCEN. MORAUSKI, *& febris continua.*

254 Cogitanti mihi ad alios etiam properare, ecce in eadem domo ejuſdem nobilis viri filia occurrit Catharina. Hæc decem dierum ſpatio febri exagitata, ab omni prorſus cibo abſtinuit; æſtuante autem febre, & tamquam ardente flamma per omnia corporis membra incendium producente, viſa eſt omnibus ad præfixam vivendi lineam celeri curſu properare, & eo deveniſſe, ut morti major facultas eam enecandi data fuiſſe, quam vitæ eam inter homines retinendi poteſtas conceſſa videretur. Parentes ipſius ad ſepulcrum B. Ladiſlai viam arripiunt, & venientes ſubnixi ſpe & fiducia certa, circa horam octavam orto ſole in terram proſtrati, orationi fervidæ incumbunt. Domum reverſi, eadem hora filiam à febri dimiſſam inveniunt; plurimum gaviſi de inſigni ſanitatis beneficio, filiæ per B. Ladiſlaum collatæ, quam ob morbi violentiam omnium conſenſus morti adjudicaverat.

& peſte imminens mortis periculum

255 Neque uxor ejuſdem Nobiliſſimi Domini Kaminski extra hanc ſortem poſita fuit, quæ graſſante in domo ſua febre malitioſa & contagioſa, proximeque ad peſtilentialem accedente, quam epidimicam vocant Poloni lozna chorobà; eo correpta malo, in regionem viventium de hoc ſeculo iter &
B profectionem parare feſtinabat. Ea vis morbi corpori infuſa erat, ut cum à medicis ſubſidium requireretur, & ab aliis morbi malitiam cognoſcentibus reſponſum expectaretur, ejuſmodi datum fuiſſe perhibeatur, telam corpori illi involvendo magis neceſſariam, & urnam præparandam pro recondendo eodem corpore, quam medicinam adhibendam. Talibus diſ- *bis repellitur.* poſitionibus humanis intellectis, ad agnitum jam multis vicibus præſidium viſum eſt confugere: & quidem felici ſucceſſu. Nam voto ad B. Ladiſlaum emiſſo, ea quæ morientium cœtui erat deſtinata, rediit ad viventium conſortia, optime ſana. Ejuſdem morbi virus totam familiam infecerat Illuſtris & Magnificæ Dominæ Sophiæ à Dzialinin, Nicolai Mniſzek Capitanei Lukovienſis conſortis; eodemq; ſublatum eſt remedio: Beati Ladiſlai invocatum eſt auxilium: adfuit; & omnes qui eo infecti erant ad ſanitatem revocavit, & à graſſante lue liberavit. Conflata de argento tabella, ad ſepulcrum Beati affixa, argumentum præfefert recognitionis beneficii & gratitudinis.

256 Rurſum ſe offert peſtilentiæ ſævientis mortifera lues. Edebat ingentes anno Domini MDCIII
C Varſaviæ hominum ſtrages, & ad Fratres in Conventu degentes eamdem intulit perniciem: Confeſſiones hominum excipiendo eam labem plurimi con- *peſtis graſſans in conventu Fratrum & monialium* traxerunt; infecti decumbebant multi, mox eſca vermium futuri. Monialium quoque domus, eodem ſubjecta morbo, jam unius è numero Sororum extinctæ ſpectabat cadaver: nonnullæ indicia peſtis in corporibus apparentia geſtabant. Superior tam Fratrum quam illarum, ea periculorum magnitudine admonitus, ad ſepulcrum B. Ladiſlai in orationem proſtratus, utrumque Conventum eidem devovit: factumque eſt ut omne periculum ceſſaret, & diſcrimen vitæ ab utroque remotum abiret: qui vero jam plaga infirmitatis peruſti morti appropinquabant, ſanitati & vitæ reſtituti, ſalvi & immunes facti, Deum & ſervum ejus B. Ladiſlaum laudabant.

257 Egreſſus de conventu Fratrum, domum Conſulis civitatis Varſavienſis ingredior. Ecce oc- *& domo Conſulis Varſavienſis,* currit mihi Gregorius Badowski dictus, Conſul civitatis, teſtis miraculi in ſe exhibiti. Peſtis, inquit, civitatem hanc noſtram depopulabatur, cum ego puer adhuc eſſem: quam puerili judicio parvi pendens, contracta familiaritate cum filio Simonis fabri arcarii vicini domui noſtræ, colludebam ei; blandiſque collocutionibus amiciſſime ipſi communicans, mortiferam ex eo hauſi peſtem, qua ille jam infectus D erat. Mortuus eſt puer poſtridie: me quoque infectum febris eadem corripuit, apoſtemaque in corpore meo produxit. Mater mea, ingenti periculo concuſſa, ad ſepulcrum B. Ladiſlai feſtinavit; ſacroſanctum Miſſæ officium dici quamprimum procuravit; vota, orationes, ſuſpiria multiplicavit; vitam meam & domum totam eidem commendavit. Reverſa me, quem febre æſtuantem reliquerat, jam lætum, ſanum, & ludentem juvenit. Et ab hinc domus tota libera ab omni contagione extitit, nec ullum peſtis veſtigium in ea poſt apparuit.

258 Non in ſola tantummodo juventute ſe cumulatum beneficiis B. Ladiſlai, dictus Dominus Gregorius Badowski affirmavit; ſed multo amplioribus conſequentibus ætatibus. Inter cetera vero retulit, quomodo anno Domini MDCIX gravi infirmitatis *qui alias agonizans in vivis ſervatur.* plaga percuſſus ſit, cum ſpe de producenda vita prorſus depoſita, ſic de ſe tam medicis ipſis, quam omnibus aliis judicantibus, qui eum ſtatum vitæ probe noverant. Me quoque ipſum (ajebat ille) gravitas infirmitatis, magnitudo dolorum, & vitæ tædium adhoc induxit, ut me præciperem de lecto depoſitum in terra collocari, ea mente ut acceleraremem vitæ perdendæ terminum. Satisfactum eſt voluntati: nam E depoſitus de lecto, in nudo ſtramine collocatus, jam pene animam agebam: & menti ſuccurrit B. Ladiſlaus Patronus meus; cujus patrocinium, in juventute mihi præſtitum, ſpem adhuc in me reſuſcitavit & fiduciam erexit ad ſanitatem recuperandam, vitamque iterato reſtituendam, modo ad ipſum ſupplex recurram. Igitur eo modo & affectu, quem infirmitas conceſſit debilitaſque permiſit, corde & ore auxilium ejus invocavi, votum ad viſitandum corpus ejus feci, opem imploravi. Et ecce, in illo ipſo motu mentis & cordis mei, immutationem quoque in membris ſenſi; vigorem mihi reſtitui, ſenſus acui, ſpiritum lætificari, morbi potentiam debilitari, & ſanitatis gratiam mihi reſtitui, cognovi. Sublevari me itaque de terra mandavi, & rurſus in lectum reponi: ubi tantas vires recepi, ut poſtridie ſepulcrum ejuſdem beati viri adire potuerim: quod ſine mora, ſicut decreveram, feci. Utrumque hoc miraculum, manu ſua digeſtum, poſteritati commendavit.

CAPUT IX.

Reliqua miracula in judicio rite deducta. Rex, Palatinus Pomeraniæ & alii ſanati.

259 PUlcrum eſt & memoria dignum, quod ſequitur, miraculum. Alexander puer, filius Magnifici Domini Staniſlai Lezynski & Annæ de Rzuchow, occulta infirmitatis ſagitta ictus, in lecto decubuit. Mortifera adverſæ valetudinis rabies vitæ ipſius præcidendæ inſtabat; & jam in extremo agone conſtitutus, mortis impetu facto, abripiebatur, dolentibus ſuper ſe domeſticis. Mater ipſius ſatis mœſta *Moriens revixit ſubito anno 1611.* cum aſſiſtentibus, ad B. Ladiſlaum voto concepto eum obtulit, obnixe rogans, ut ipſius beneficio adhuc in viventium conſortio remaneret. Voto emiſſo, anhelitus gravis & aſpera reſpiratio, quæ mortis brevi imminentis prænuntiabat adventum, termino concluſa ſiluit. Tum mater flens & ejulans, arbitrata puerum jam obiiſſe, in voces lamentabiles & lacrymas prorumpit; carmenque lugubre mœſta incipit, accinentibus ſibi eamdem cantilenam omnibus domeſticis, qui tunc aſtabant, fratribus ſororibuſque & familiaribus reliquis. Fletus, ululatus, ploratus auditur. Interim puer, veluti è gravi ſomno excitatus, matrem talibus verbis alloquitur. Quid hoc rei eſt, domina mater? Cur fletis? Nihil mali

A mali accidit mihi: quare ploratis? Ad hanc vocem omnes conticuere, intentique ora tenebant. Subita lætitia omnes occupavit, lacrymas ab oculis abstersere, ploratus cessavit: puer de lecto surrexit: & quia hora prandii erat, mensæ accubuit; acsi nihil adversi unquam pateretur, lætus sapide cibum sumpsit. Stupendum miraculum plurimorum studia in B. Ladislaum accendit.

Palatinus Pomeranæ sanatur.

260 Illud quoque quod sequitur non minus mirabile celebreque habendum est, quod Illustrissimo Domino Michaeli Konarski, Palatino Pomeraniæ, accidit. Parabat profectionem in certorum negotiorum Regni procuratione, urgentibus eam gravissimis causis; & ecce de repente ingruens morbus expeditioni celeri obicem posuit, ipsumque Palatinum duro exceptum flagello in lectum conjecit. Auctus indies morbus spem salutis recuperandæ præcidit, mortis irruentis metum injecit. Jamque domesticis certior inhæserat opinio, de Palatino morte tollendo, quam in vita retinendo. Pervenit ea fama celeri cursu ad Curiam Regiam, & cum alios tum vel maxime filiam ipsius Domini Palatini, in gynæceo Reginæ existentem, vehementi concussit mœrore & metu, terruitque periculum paternum. Helena Constantia virgini nomen erat; quæ accepta licentia à
B Sereniſſima Regina, ad sepulcrum B. Ladislai celeri cursu properavit mœsta, & de salute amantissimi parentis sui solicita. In orationem prostrata, affectu, lacrymis, voce, & profundis suspiriis beati viri, sublevandæ saluti paternæ, opem imploravit & impetravit. Etenim eadem hora, qua oratio Varsaviæ pro ejus salute offerebatur, cœpit melius domi suæ habere, morbi violentus motus cessare, & paulatim conticescere ac vires corporis sibi redire. Inde ille mirari, unde tam repentina mutatio & salus. Surgit de lecto, comedit, ambulat, currit, & iter propositum ingreditur. Certior postea factus, cujus auxilio sublevatus viveret, Deo egit gratias, & B. Ladislaum abhinc mira veneratione & observantia prosecutus est.

Curantur dolores capitis,

261 Expeditis jam tot miraculis, intercessione & opera Beati Patris Ladislai patratis, nova & nova subministrata sunt. Nam occluso & sigillato jam processu Romam transmittendo, ultro se ingerebant plurimi ad recognoscenda miracula circa ipsos facta, & inprimis quidam venerabilis Pater Albertus à Czelandis, Psalterista ecclesiæ Parochialis S. Joannis Baptistæ Varsavienſis. Hic cum anno Domini MDCXXVII veniſſet Varsaviam, insigniendus sacro
C Subdiaconatus ordine; nocte quadam hospitio foras exiens, in tantum dolorem capitis incidit, qualem numquam se persensisse in vita sua affirmabat: nullam acerbiorem infirmitatem ullo unquam ætatis suæ tempore in corpore suo pertulisse se meminerat. Suasu & instructione uterini sui, venerabilis D. Petri à Czelandis Presbyteri, Psalteristæ itidem ecclesiæ ejusdem, inductus, illucescente die, ivit, maximo dolore capitis pressus, ad ecclesiam Fratrum Minorum de Observantia, ad sepulcrum B. Ladislai, quinquies Orationem Dominicam recitaturus. Cumque ingrederetur templum, paulatim remitti vim morbi sensit: Ac tandem persolutis ante altare B. Ladislai votivis precibus, continuo & plane à dolore capitis liber, ad hospitium rediit.

febris continua,

262 Beneficium semel obtentum spem & animum concitat ad alia obtinenda & acquirenda, præsertim in necessitate. Idem venerabilis Pater Albertus de Czelandis Psalterista, cum quodam tempore assidua & acuta febre plusquam una septimana ureretur; memor prioris beneficii divini, intercessione B. Ladislai obtenti, convertit cor supplex ad ipsum, meritis & intercessionibus ejus à morbo illo liberari

flagitans, vovensque se quam primum veniſſet Varsa- A. VINCEN. MORAUSKI.
viam, sacrosanctum Missæ sacrificium ad sepulcrum Beati de SS. Trinitate peracturum. Quo facto mox recessit febris, pustulis quibusdam è capite & facie erumpentibus. Postea nullum capitis dolorem sensit, nec ullam molestiam aut vexationem febris sustinuit, & votum explevit.

podagra,

263 Exemplo plurimorum ductus Generosus Dominus Petrus Zaluski, Vexillifer Ravensis, veniens Varsaviam testimonium perhibiturus veritati, libere recognovit, qualiter B. Ladislai beneficio à molestissima ægritudine sua fuerit liberatus. Anno Domini MDCXXIX passio podagrica ipsum invalit ita vehemens, quod cruciatus, quos in pedibus ejus catsabat, videbantur sibi humanitus intolerabiles; qui per tres hebdomadas somnum sibi subtraxerant, nec cibum nisi ægre valde sumere permittebant; quare mortem potius optare, quam diutius tormentum illud tolerare eligebat. Nullum medium, nullum refrigerium, nullum remedium, quod vel ad modicum tempus doloris magnitudinem mitigaret inveniebatur. Videns consors sua cum ceteris familiaribus dolorem esse intolerabilem, ad B. Ladislaum Patronum
D suum & suæ possessionis Gielnow, in quo natus est hic vir sanctus, cui tunc ipsa dominabatur, per simplicem orationem recurrit, votoque maritum ad sepulcrum ejus visitandum obstrinxit. Hoc solum remedium, hoc pharmacum efficax contra rabiem illius morbi fuit. Statim namque post emissum votum, quasi flamma ardens aquæ consperſione, podagræ illius ardor & stimuli compressi extinctique sunt: somnus placidus sublecutus sensus vivificavit, membra vigoravit, & sanum totum effecit: ita ut postridie, nec lecto amplius, nec adjumento aliquo, sanus factus indigeret. Quod totum intercessione Beati Ladislai se consecutum, firmiter credit & prædicat.

paralysis letalis.

264 Frequentissima miracula sunt B. Ladislai in patria sua, qui si aliorum externorum, maxime autem domesticorum suorum, curam habet. Unicus jam heres oppidi Gielnow, patriæ locique nativi beati viri, reliquus est Casimirus puer, filius olim defuncti Generosi Domini Joannis Dunin Brzezinski & Barbaræ de Valowice, nunc secundarum nuptiarum dicti Domini Petri Zaluski uxoris filius. Hic in tenella adhuc existens ætate, paralysi correptus (qua infirmitate & suus frater uterinus in simili ætate sublatus est) manus dextræ & pedis usum linguæque amiserat; imo fratrem suum imitatus, vestigiis ejus
F inhærens, eamdem viam universæ carnis ingredi videbatur: cui jam agonizanti parochus Gielnovienſis, R. D. Matthæus Silnicki, iter orationibus designatis in cælum sternebat. Venit in mentem matri B. Ladislaus; rogat Presbyterum, voto filium suum sancto viro obstringat. Facit ille sine mora: & ecce puer manum dextram elevat, pedem affectum male erigit, & ut potuit lingua infantili verba format, oculos attollit & denique totius corporis sanitatem se recuperasse demonstrat, sanus, per Dei gratiam & merita B. Ladislai, in hunc usque diem.

265 Non tantum intra domesticos parietes B. Ladislaus potentiæ suæ vires, Dei virtutem sanctimonia vitæ suæ indutus, exhibebat; sed latissime etiam illas aliquando per totum regnum expandebat, si vivus, ut supra recensuimus, multo magis nunc, cum in regno cæleſti triumphat egregius miles, post devictos tot atrociſſimos hostes laureatus. Hujus potentiæ suæ in patriâ signa, memoratu & digna & jucunda, reliquit. Anno Christi MDCXXV milites quidam licentioſi insolentesque Lisowczycy dicti, depopulatis multis locis, & vastatis provinciis, civitatibus, oppidis, agmen suum proxime admo-

A. VINCEN. MORAUSKI. ventes oppido Gielnow, distributores hospitiorum miserunt in oppidum; quibus dum ea denegarentur, eo quod non à brachio Reipublicæ penderent; impetuose turba tota oppidum invasit, ultura prætensam injuriam igne ferroque. Jamque nobili viro Andrea Rueki, ad templi præsidia confugiente, cum aliis in valvis ipsis ecclesiæ crudeliter occiso, & multis in oppido flagitiis patratis; cum vellent ingredi sacram ædem, ipsam spoliaturi & incensuri, adverterunt iconem in pariete prægrandem B. Ladislai: cujus terrore nimio perculsi, pedem tremuli referunt, conterritique cuncti fugiunt; oppidumque relinquentes, in villam proximam Wywoz dictam, gressus & copias dirigunt; ibi Dominam oppidi, dictam Barbaram de Walowice Brzezinska viduam, suamque aulam invasuri, spoliaturi, & igne crematuri, in vindictam prætensæ injuriæ. Jam celeri cursu furiosi homines versus aulam ferebantur, ignem spirantes; Domina vero cum suis, tanto impetui resistere non valens, orationi se dedit, Patronum suum B. Ladislaum ingeminat, invocat, obsecrat; ostendat se nunc verum pastorem, defensorem, protectorem; O miraculum! Cum milites furiosi pervenissent ad
B crucem, insignitam Crucifixi imagine, ante aulam situatam; nullo modo ulterius progredi, limitesque crucis egredi poterant. Exagitabant homines crudeles equos stimulis, flagellis, calcaribus: non tamen proficiebant, sed tantum in gyrum agebantur. Advertunt tandem digitum Dei esse hic; sed tamen artes funestas & incantamenta carminum Dei potentiam nuncupant. Evidens igitur fuit Dominam hanc misericordia Dei fuisse tunc à furia illorum inimicorum, intercessione singulari & auxilio B. Ladislai, quem in adjutorium sui invocaverat, liberatam & protectam.

grassatores impediti Gielnowi,

& Wywozi,

266 Ipsum quoque oppidum alio tempore singularem protectionem hujus sancti Patroni sui expertum est. Etenim anno Domini MDCXXVI cum epidemica lues in illud irrepsisset, sævireque cœpisset in natale solum B. Ladislai, jamque triginta homines oppidanos enecasset; incolæ oppidi instituerunt devotionem, in qua intercessionem & protectionem sancti sui Patroni invocantes, ipsi se devoverunt. Quo facto mox pestis grassari cessavit, nec amplius ullum vestigium contagionis ejus in infirmitate aut morte alicujus apparuit. Quod animadvertentes incolæ iidem, in memoriam gratiæ acceptæ, eum in Patronum oppidi modo singulari de novo elegerunt. Insigni
C etenim oppidi sui, quo ex antiquo utebantur, abjecto, imaginem B. Ladislai religiose vestitam, in manu sinistra columnam cum alligato Christo, & in dextra flagellum tenentem, pro insigni stemmateque assumpserunt, utunturque tamquam proprio.

Gelnovienses pestè liberati, imaginē Beati pro insigni assumunt:

267 Plurima alia edita sunt per B. Ladislaum miracula, quæ omnia scriptis distinguere immensi laboris opus foret, maxime autem in sublevandis infirmis: sed adhuc me à descriptione unius & alterius continere non possum. Distat à Varsavienſi civitate sex leucis quidam nobilis, egregius benefactor Fratrum, & Religioni S. Francisci Minorum Observantium singulari affectu addictus, Dominus Martinus Cieciszewski; cujus uxor de familia Chlewicka, cum ad punctum partus deveniſſet, laborare difficultatibus variis cœpit. Vocatæ sunt multæ obstetricandi arte pollentes mulieres; fungebantur officio suo; sed tandem difficultatem advertentes, desperantes recedebant, puerperam deserebant. Convenerant aliquot nobiles Dominæ ex locis diversis, auxilium, consilium, solatium periclitanti allaturæ; sed nullum tam efficax inveniebatur, quod decumbentem aliquo modo levaret. Omnium judicium fuit, & vox sententiaque unanimis, citius edituram animam, quam fœtum conceptum; ideoque ad talem partum potius D
præparandam, Sacramentis muniendam, & salutaribus armis instruendam. Vocatus est unus Pater è vicino loco Ordinis Minorum Observantium, ut puram virginem Deo animam suam generaret. Venit ille, rogat, monet, invitat, ut omnes genu flectentes pro illa pariter secum orent septem Pater noster, votaque pro ea ad B. Ladislaum nuncupent. Responderunt illæ nobiles feminæ, se illam vovisse aliis Sanctis, una S. Ignatio, alia S. Hyacintho, non tamen quidquam profeciſſe. Inflat nihilominus Sacerdos, & bono animo omnes jubet esse, ad orandum septem Pater noster hortatur. Deposita ex se chorda cinctoria, infirmam circumdat: flectit ipse, orat, ad B. Ladislai sepulcrum obligat. Orabant secum alii, sed magis agonizanti, quam orationi attendebant. Et ecce inopinato fœta defungitur partu, edit conceptum: prodit in lucem quod cruciabat, torquebat, necabat matrem: illa libera efficitur. Confusæ desperabundæ mulieres, collætantur puerperæ decumbenti: magnum Sanctum B. Ladislaum deprædicant, cujus beneficio in tam manifesto periculo vitæ, in tam arduo casu, uterum impeditum facile mulier fuderit, enixa quod stricte occlusum fuit, nec naturaliter nisi disceiſ- E
sione solvi potuit.

parturiens à periculo mortis liberatur.

268 Jam ad metam digestorum nostrorum accedentes, illud hic ponimus miraculum, quod jure merito primum locum sibi vendicabat, tum ratione personæ dignissimæ, in qua potentiæ suæ & misericordiæ Deus signa ostendit, tum ratione antiquitatis, eo quod prioritate temporis maximam partem scriptorum præceſſerit. Ponimus autem illud ultimo loco, ea ducti ratione, qua orator in fine fortissima argumenta sermonis sui accumulat, ut videlicet hoc in fine saltem efficiat, quod oratione tota nō potuit obtinere. Robur igitur, auctoritatem, pondus, dignitatem, & coronam jam exaratis exemplis, hoc ultimo miraculo apponere intendo. Jam tandem veniat Sereniſſimus Vladislaus Sigismundus, favente Dei gratia jam modernus Rex Poloniæ & Sueciæ, electus Magnus Dux Moschoviæ. Hic anno Domini MDCXII, in ipso juventutis suæ flore, gravissimo correptus morbo, periculosam vitæ subierat aleam. Verior sententia videbatur, quæ fato exitiali succubiturum dicebat, quam opinio illa, quæ sanitati restituendum promittebat. Tanto Principi, & universis omni tempore regni incolis gratissimo, nulla humanæ artis deerant subsidia: medicorum opera & continuum studium depellendo vacabat morbo: sed inani conatu F
quæsita adhibebantur remedia. Sinistra de vita Principis orta suspicio, imo desperata salus: mors sine dubio imminens appropinquabat. In eo namque statu salus Principis fuit, ut unius horæ spatium, ad vitam retinendam, Medicorum quinque qui illi adstabant sermo vix eidem promitteret. Mortis etiam signa & vitæ deficientis indicia eamdem proferebant sententiam. Non dispar à medicorum sententia fuit Sereniſſimæ Principis Annæ, Regiæ virginis Sueciæ, Sereniſſimi Regis hujus nostri Vladislai Sigismundi, de quo nobis sermo, amitæ opinio; quæ licet à fide Catholica fuit aliena, depellendis tamen morbis & curandis infirmitatibus felix est habita. Hæc testata est, miraculosam sanationem Principis fuisse, in quo omnia signa vitalia defierant, & omnia mortalia succeſſerant.

Vladislaus Sigismundus Rex Poloniæ in juventute ager,

à Medicis desperatus.

269 Igitur tam evidenti periculo objecta Principis salute, quidam Capellanus Sereniſſimæ Reginę. R. D. bonæ memoriæ Georgius Cerasinus, memor beneficiorum infirmis ceteris per B. Ladislaum præstitorum, ad eum recurrendum ratus, ad Fratres Varsavienſis Conventus venit; Monialibus quoq; S. Francisci idem denuntiat, Principem in extremo vitę

versari

A versari periculo, à medicis derelictum, & omni ſpe ſalutis præciſa, ad mortis portam celeri properare curſu; compaterentur juvenili ætati ingenui adoleſcentis; condolerent Patriæ amittenti optimæ expectationis Principem, de vita periclitantem, & in ipſo flore juventutis decidentem; perire ſpem Regni, indolem præclaram tolli, omnium bonorum expectationem eludi: arriperent orationis præſidium, apponerent ſcutum votorum ad B. Ladiſlaum loci Patronum, expoſcerent à Deo ardenti devotione deſperatæ ſalutis ſubſidium, B. Ladiſlao ſolicite totum negotium commendarent, & multis exhibitam in ſimili cauſa opem implorarent. Moniales Tertiariæ, cum accenſis candelis, ſine mora ad ſepulcrum B. Ladiſlai in orationem provolutæ, fuſis lacrymis ad Deum clamaverunt, & B. Ladiſlai auxilium requiſierunt. Idem devotionis ſtudium exercuere Fratres, omnes in ſupplicationem effuſi, alii ſacris Miſſæ celebrandis, nonnulli ſepulcro B. Ladiſlai affixi, orationibus ad Deum fundendis, ceteri litaniis recitandis, diſciplinis faciendis, pſalmodiis decantandis incubuere. Bis eamdem texuerunt telam: nam iterum recidivante morbo, correptus Princeps eamdem ſubierat periculorum ſortem. Ita optimus Princeps, beneficio B. Ladiſlai, cui per tam ardentia vota fuit oblatus, à Deo ſibi miſereſcente ſanitati reſtitutus, à morbo liber remanſit. Vivat felix magnus Princeps, & in longos ætatis annos felices experiatur vitæ progreſſus, omnes precamur, ominamur, & vovemus. Fiat. Fiat.

ove B. Ladiſlai convaluit.

B

CAPUT X.

Concluſio operis.

270 PArvo hoc volumine, omnia quæ Deus Opt. Max. ad interceſſionem & merita ſervi ſui B. Ladiſlai operari dignatus eſt, miracula concludere, impoſſibile eſt: de ipſis inveſtigare, diſquirere, ſcrutari, arduum nimis; teſtes colligere, ad officium deducere, in judicio producere miracula, probare, demonſtrare, verum à falſo dignoſcere, opus laboris, moleſtiæ, difficultatis, ſolicitudinis intolerabilis eſt. Ideo plurima relata ſimplici fama conſulto omiſimus, quamvis veriſſima eſſe certo ſciremus. Ex eo numero fuit nobilis Domini Nicolai Czoſnowski uxor, quæ diu infirma ſine ſpe recuperandæ ſalutis, voto B. Ladiſlao per quamdam virginem devotam, Varſaviæ manentem, ſuam conſanguineam obligata, repente convaluit, cum ſui vehementi admiratione: neſciebat enim in villa decumbens, quid proſe Varſaviæ ageretur. Quod item alia vice marito ejus tum etiam & filiæ accidiſſe, certa fide relatum eſt. Quædam etiam femina, de villa Biallolæka, dicta Marina Labæciowa, per quatuordecim hebdomadas gravi eaque incurabili infirmitate vexata, per votum nuncupatum ad B. Ladiſlaum, curata eſt. Non prætereunda Domina Heduigis Zawadzka, quæ morte in ea letalia tela vibrante, erepta à periculo, & ſana facta eſt, cum recurriſſet per devotas orationes & votum ad B. Ladiſlaum. Adeſt en Nobilis Domina Kroſnowska, ex maligna febre detrimentum in ſenſu & ratione paſſa, eodem remedio ſanata. Plurimæ [domus] à periculo peſtis, etiam integræ villæ & civitates; tum variæ perſonæ in quam plurimis locis, hoc ſcuto contectæ, ſalvæ remanſerunt. Multæ feminæ difficultate partus ſublevatæ: nonnulli à periculis latronum, fluminum, itinerum, invocato B. Ladiſlao liberi evaſerunt. Alii in difficultatibus negotiorum, contentionum, diſſenſionum juris, præſidio B. Ladiſlai ſe committentes, conſolati ſunt; & beneficia recognoſcentes, tabellas argenteas & alia ſigna eo nomine ad ſepulcrum B. Ladiſlai detulerunt. Plures tamen, quod dolendum eſt, pudore & verecundia inordinata abſtracti, ne defectus ſuos, quos occultos eſſe volunt, prodant, beneficia à Beato accepta ſubticent: ceteri difficultate territi, quod non niſi præſtito juramento deponenda ſint teſtimonia, non deferunt iis ad quos pertinet cognoſcere & approbare miracula facta: reliqui receptis beneficiis, meritis B. Ladiſlai, partim per imperitiam, partim per negligentiam, partim ob diſtantiam loci, itineris difficultatem & varias alias ob cauſas, ea reticent.

Curata variorum infirmitates;

C

beneficia præſtita pluri. mis,

A. VINCEN. MORAUSKI

271 Hæc ſufficiat protuliſſe primo hoc motu, ad habendam aliqualem cognitionem ſanctitatis hujus ſervi Dei B. Ladiſlai Patroni noſtri, ut eo fiducialius ejus ſanctum auxilium populus invocare ſciat, & valeat ad majorem Dei gloriam, & B. Ladiſlai honorem; cujus ſanctitas utinam cito Sanctæ Dei Eccleſiæ illucefcat, & Canonizationis gloria coronetur, nobiſque ſuum auxilium & patrocinium implorantibus proficiat! Felix patria, felix civitas, feliciſſimum regnum, quod ſuis non caret Patronis, qui ſe ſcutum opponant furori vindicis Dei. Refricent memoriam, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexti & ſeptimi, & inteſtini motus concitati in hoc regno florentiſſimo Poloniæ; quam atrociter turbulentiſſimis diſſenſionibus, diſcordiis, diſſidiis, fuerit exagitatum; quando in armis totum, ad interitum certiſſimum, Deo ſic permittente, impetu ferebatur; ita ut non ſolum incolæ, ſed & ceteræ nationes externæ, nihil niſi exitium ejus ominarentur. Hoc judicium non inane nec ſuoſum fuit. Nam Romæ eodem curriculo temporis fuit quidam Pater, B. Bartholomæus Salutius, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, adhuc tunc in vivis exiſtens, vir ſanctus, miraculis adhuc in vita celeberrimus, de cujus Canonizatione nunc tractatur Romæ. Hic in viſione divinitus ſibi exhibita, conſpexit Regnum hoc Poloniæ, poteſtatibus infernalibus repletum, artibus ſuis ſtygiis illud parare ad interitum nitentibus; quibus ſplendida Corona Sanctorum Patronorum Regni fortiſſime ſeſe opponens, ſic reſtitit, ut viribus tenebrarum illarum penitus confractis, artibuſque ſolutis, mox faciliter nec infeliciter, concordia, amor, paxque reſtituta ſit, in hunc uſque diem ſancte perſeverans. Exclamaſſe fertur, ille Pater exultans: O Polonia! multos validoſque Patronos habes, qui niſi tibi nunc ſuccurriſſent, in occaſum tui miſerum per poteſtates tartareas, in perniciem tuam factas, deducta, jam tranſiſſes.

Polonia à Patronis ſuis adiuta anno 1606 & 1607 inteſtino bello,

E

F

272 Quidni idem de ceteris Regno Poloniæ noſtræ ſæpius impendentibus periculis dicam? Meminerit providus lector, annis paucis interjectis in quantis patria noſtra ſalutis ſuæ diſcriminibus verſaretur; cum Ottomanus ſeu Oſmanus Imperator Turcarum, anno Domini MDCXXII contra eam ſexcenta millia, validiſſimum & iſtis ſeculis prorſus inauditum exercitum, eam ardenti furore percitus expugnaturus, libertatem ſublaturus, Chriſtianum nomen in ea deleturus, imperio ſuo ferociſſimo ſubacturus, adduxiſſet. Meminerit ſimul, & illud Iſaiæ XLIX & mente pia recolat, Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Ecquinam iſti ſunt cuſtodes? Angelos præſides à Deo hominibus adhibitos dixerim. Bene equidem: etenim Deus Angeliis ſuis mandavit de te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, Pſal. XC. Quod & clare Eliſæus Propheta, oratione ſua impetravit à Domino intueri Giezi famulum ſuum, exercitum validum Syriorum, in vicino jam circumquaque caſtrametatum, nimium pertimeſcentem. Orante namque Propheta

quidni & anno 1622 contra Turcas?

non ſolum ab Angelis,

A. VINCEN. MORAUSKI. pro illo, vidit: Et ecce mons plenus equorum & curruum igneorûm in circuitu. IV Reg. VI. Zacharias quoque II Cap. levans oculos ſuos, vidit Angelos circa Hieruſalem egredientes, & occurrentes ſibi invicem. In ſumma ipſe Dominus VI Baruch verbis luculentiſſimis hanc teſtatur veritatem: Angelus meus vobiſcum eſt, ipſe autem exquiram animas veſtras.

273 Verum enimvero & hoc nemo inficiari poteſt, ut ſanctos Patronos locorum, civitatum, regnorum, hos cuſtodes eſſe affirmemus. Clariſſimum ſe objicit exemplum II Mach. XV, referente Duce fortiſſimo Juda ſuam viſionem his verbis. Oniam, qui fuit ſummus Sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus fuit, manus protendentem orare pro omni populo Judæorum. Sequitur aliud ibidem. Poſt hoc apparuiſſe & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum; reſpondentem vero Oniam dixiſſe, Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael; hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa ſancta civitate, Jeremias Propheta Dei. Similibus quam plurimis aliis exemplis omiſſis; hic in patria noſtra ſanctiſſimus Patronus Florianus viſus eſt olim ſuos Clepardienſes à flammis ignium, domos vicinas conſumentium, defendiſſe, ardoreſque illos extinxiſſe. S. Caſimirus, Regali thoro natus, Caſimiri Jagielloniadæ Regis Poloniæ filius, regalem animum, poſt ſuum obitum felicem, erga gentem ſuam Lithuanam, cujus magnum Ducatum ſancte adminiſtrarat, geſſiſſe conſpectus eſt, cum exercitui populi ſui contra Moſchum procedenti, viſibilem ſe exhibens, ducatum præbuit, equo candido inſidens, ipſum agmen glorioſus viam carpendo præcedens; in evidentiſſimum victoriæ ſignum, quæ mox ſubſecuta eſt, in fugam ex metu inimicis converſis.

ſed etiam ab illis defenſa dicatur?

uti olim viſi SS. Florianus & Caſimirus, B

274 Non minoris profecto apud Deum præpotentem meriti, & in Patriam ſuam ſingularis affectus, cenſendus eſt noſter B. Ladiſlaus Gielnovius; qui ut ſupra retulimus, non ſolum privatis perſonis ſe apud Deum intereceſſorem & in neceſſitatibus adiutorem, ſed etiam totius civitatis Varſavienſis, imo & regni univerſi pium Patronum, Cuſtodem, Protectorem, & Defenſorem exhibuit. O utinam gratos tantorum beneficiorum ab eo receptorum nos omnes exhibeamus; quem Deus ipſe honorat, nos quoque non tantum eum condigna reverentia proſequamur, ſed ut etiam ſancta mater Eccleſia eum inter Divos relatum, nobis conſpicuum, & cultu Sanctorum colendum cito proponat, omni ſtudio, opere, ſolicitudine, curemus, omnia ad laudem omnipotentis Dei referentes; qui ſit in Sanctis ſuis benedictus in æternum.

& iis æqualis B. Ladiſlaus.

C

ORATIO

Ad Beatum Ladiſlaum.

O Felix Pater, B. Ladiſlae, Pater amabilis, O decus Eccleſiæ Catholicæ, ferventiſſime cultor & zelator laudis Divinæ, caſtarum animarum director & protector ſingularis, debellator malarum tentationum poſt Chriſtum & Angelos ejus, Rector & Patrone fidelis Varſaviæ. Eia me & omnia mea negotia, ſanctam Dei Eccleſiam, Regnum & Univerſos ejus ordines, Religionem noſtram, & præſertim hanc provinciam, conſanguineos, amicos & benefactores meos, civitatem, & locum iſtum, in tutelam & directionem ſpecialem ſuſcipe. In tentationibus, piis tuis orationibus nos protege; hoſtes viſibiles atque inviſibiles omnes reprime & expugna, in tribulationibus nos conſolare & conforta: aërem ſalubrem ac fertilem, nec non amicis & inimicis noſtris caritatem & concordiam impetra: patriam iſtam, cum omnibus in ea habitantibus, ab omni peſte, fame & bello, inimicorum feritate & potentia, illæſam conſerva: inſuper me & omnes amicos meos, cum ſuis afflictionibus, infirmitatibus, triſtitiis, & quibuſvis indigentiis, tibi per viſionem Majeſtatis Divinæ cognitis, commendo & reſigno: ut omnes ad tuam ſingularem intereceſſionem & protectionem confugientes, gratiam Dei omnipotentis in præſenti vita, & in futura gloriam cæleſtem obtinere valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. D

APPENDIX

Authenticum miraculum anni MDCLXIII.

Quenam de hoc Beato adhuc deſiderentur, E

276 *Hactenus Vita, ut fuit impreſſa anno* MDCXXXIII: *quam videns eſſe extractam è Proceſſibus, nihil dubitavi quin plura adhuc alia miracula in iiſdem continerentur, brevitatis ſtudio hic omiſſa. Rogavi igitur Guardianum loci, ut non ſolum deſcribenda mihi vetera de hoc Beato monumenta, ſed etiam ſupplementum miraculorum ex prædictis proceſſibus colligendum curaret; iiſque adderet cetera, quæ ab anno dictæ editionis contigiſſe multa, parique ſtudio annotata fuiſſe mihi perſuadebam; quin & effigiem ipſius Beati, quæ num.* 135 *dicitur lapidi ſepulcrali inciſa haberi, delineandam ad vivum petii, quæ poſſet ad poſteritatis memoriam æri incidi. Et imaginis quidem alicujus (non tamen ejus quæ ibi deſcribitur) delineationem miſit ille, eamque tam rudem, ut boni aliquid inde confici poſſe deſperaverim: miraculum vero dumtaxat miſit unicum. Miraculum mox tranſcribam: de imagine hoc dixerim, pingi in ea Beatum Ladiſlaum cum radioſo ſupra caput ſole, expanſiſque brachiis; ita ut dextra manus flagellum erectum teneat, affixis ad dependentium locorum extrimitates aculeis horridum; ſiniſtra, columnam longam ac teretem, eique per manus ac pedes alligatam nudati Chriſti effigiem. In receſſu vero ipſius tabulæ, à dextris cernitur idem Beatus, genuflexus in colle, procul ab urbe Varſavienſi fugare immanem flammivomumque draconem, per quem peſtilentis morbi contagium deſignari, quod repuliſſe narratur in Vita num.* 150, *ſignificabat ſcriptura addita. Simili in receſſu à ſiniſtris, ſupra Varſavienſem (ut additum nomen indicat) civitatem, ducta in aëre iris inſidentem habet figuram, fulmen una manu vibrantis, altera crucem tenentis: Chriſti judicis irati eſſe diceres, niſi dubitare faceret explicatio qua dicitur, Prædicans paſſionem Chriſti in aëre elevatur: videtur ergo ipſe Beatus etiam hic exprimi: totaque compoſitio eſſe talis, ut grandiorem aliquam altaris tabulam implere poſit pictura ejuſmodi. Miraculum, quod dixi, in forma probante ſic tranſmiſſum eſt.*

ejus imago quomodo pingatur. F

Coram Officiali Varzavienſi Fratres Conventus S. Annæ,

277 Anno Domini MDCLXIII, die vero Veneris, XX menſis Julii, Varſaviæ coram Perill. & Rev. adm. D. Matthæo Jagodowioz. I. V. D. Protonotario Apoſtolico, Plocenſi, Varſavienſi, Pultovienſi Canonico, Vicario in ſpiritualibus & Officiali generali Varſavienſi ac per Ducatum Maſoviæ, S. R. Majeſtatis Secretario, pro Tribunali ad jura reddenda ſedente perſonaliter, comparentes Religioſi, Franciſcus Varſavienſis, Magiſter Novitiorum Conventus Fratrum Minorum Varſavienſis ad S. Annam Ordinis S. Franciſci de Obſervantia; & Elzearius Babski, ejuſdem conventus Tertiarius, ſuis ac totius Conventus prædicti nominibus præſentes; viſionem ſeu apparitionem certam, eidem ſupradicto Religioſo Elzeario divinitus factam, juramento ejuſdem Religioſi Elzearii corporaliter præſtito verificatam,

exhibent publicandum inſtrumentũ,

A rificatam, in ſcripto conceptam infraſcriptam, ſeu inſtrumentum miraculoſæ recuperationis deperditi ſenſus auditus, manibus Religioſorum Patrum Sigiſmundi Janowski Guardiani, Bonaventuræ Mlacienſis Vicarii, ac aliorum ejuſdem Conventus Fratrum ſubſcriptam, & ſigillo Conventus munitam, ad omnem meliorem fidem & effectum ac robur perpetuæ firmitatis obtinendum, judicialiter exhibuerunt: quod admitti, & ad perpetuam rei memoriam in omnibus & ſingulis ejus punctis, clauſulis, & articulis univerſis, approbari, confirmari, ratificari, robur auctoritatis ordinariæ & perpetuæ firmitatis pariter & decretum deſuper apponi, litteras approbationis & confirmationis ac alias quaſvis neceſſarias decerni & extradi; ceteraque ad effectum præmiſſorum de jure opportuna fieri & ſententiari, cum debita inſtantia petierunt & poſtulaverunt. Et Perill. ac Rev. adm. D. Officialis generalis Varſavienſis ac per Ducatum Mazoviæ ſupranominatus, petitione inſtantium exaudita, ſcriptum per ipſos productum, authenticum & faciens fidem, mihi Notario infraſcripto publice legendum & publicandum dedit, tenoris ſequentis videlicet.

de Fr. Elzeario, Tertiario ſuo,

B 278 Anno à partu Virginis MDCLXIII, cum ſolennis Octava Viſitationis beatiſſimæ Virginis Mariæ, ad ædes ejus, in nova civitate Varſavienſi ſitas, perageretur; mira circa deſperatam ſanitatem ſuam, ex parte deperditi totaliter ſenſus auditus beneficia, collata à Beatiſſima Virgine & B. Ladiſlao expertus eſt Fr. Elzearius Babski, Regulæ S. Franciſci in Conventu Varſavienſi ad S. Annam, Ordinis Fratrum Minorum Regularis obſervantiæ, Tertianus vulgo dictus, die VIII Julii pro tunc currente. Ex afflictione enim & diuturniore dolore capitis, die IV Julii, ſub tempus communis refectionis, adeo ex improviſo & violenter ſurdus effectus eſt, ut nec voces, nec clamores, aut ſtrepitum ullum audire valeret; ſed tantum nutibus aut ſcripto pro opportunitate informari deberet. Cujus affectionis pertæſus afflictus Frater prædictus, deſperare humanæ opis auxilium cœpit. Quare ædes Beatiſſimæ Virginis Mariæ pro die VIII Julii viſitare ſtatuit: interea vero temporis B. Ladiſlao ſupplicat, ut ſua interventione beatiſſimæ Virginis Dei Genetricis gratiam ſibi conciliare dignetur. Et quia tunc totius Cleri & populi totius civitatis Varſavienſis concurſu ſolennis proceſſio, cum triumpho & lætiſſimo applauſu, ad ædes beatiſſimæ Virginis in nova civitate Varſavienſi inſtituebatur, pro gratiarum actione ex parte diſſoluti nexus colligati exercitus, & reſtitutæ pacis intra viſcera patriæ regni Poloniæ, hic Fr. Elzearius ſatisfaciendo voto optimam occaſionem ratus, petit licentiam à Patre adm. Vener. Cuſtode, ut una in proceſſione cum Fratribus eccleſiam beatiſſimæ Virginis viſitare permitteretur: ſed debilitatis inhabilitate præpeditus, judicio diſcreto Superioris detinetur: votum tamen adimplendum in deſiderio non deſpondet, ſed pro Octava ſolenni Viſitationis beatiſſimæ Virginis diſponit.

qui ſubito plane ſurdus effectus,

279 Redeuntes poſt proceſſionem Fratres, aſſidentem menſæ Fr. Elzearium per ſigna & nutus interrogabant, num tormentorum, exploſorum in gratiam triumphi, ſonitum & mugitum audierit: ſed ſe hac in parte, ut ſurdum, quid factum fuerit ignorare reſpondit. Tandem menſæ pro communi refectione accubuit: & finito prandio, mox triſtiori vultu & pallido, quaſi ſemimortuus, Fratribus videbatur: & ſurgens à menſa, præ debilitate collabens, egreſſus de refectorio, in ambitu clauſtri conſedit: moxque tali viſione in vigiliis, hora ſecunda pomeridiana, recreatur. Videt vultu venuſto, in habitu Regulari Fratrum Minorum, virum religioſum, maturum ætate, ſpecie venerandum, cum aſſociata ſibi à dextris Virgine, forma & veſtitu decoro præfulgida, aureo inſignita diademate, capillis capitis diſcriminatis, in ambitu clauſtri deambulare: quorum tam mutuam ab utrimque converſationem mox arguere cœpit idem Frater Elzearius, interrogans hiſce verbis apparentem præ oculis Religioſum; Velim ſcire Paternitas veſtra, quis ſit, & undenam ſit? Apparet quia non è noſtra provincia, cum diſcurrere cum Virginibus per ambitum clauſtri non ſit in more Patribus noſtris uſitatum: imo dedecere, neque licere huc aliquas mulieres ingredi. Cui ex tunc (ut creditur) B. Ladiſlaus reſpondens, inquit, Vel me non noſti? Qui reſpondet, ſe numquam noſſe eum. Cui interim B. Ladiſlaus ait; An ignoras ubi oſſa mea quieſcant? addiditque, Ego ſum unus hujus loci incola & Patronus. Quibus auditis verbis, totus in ſtuporem, ob reverentiam & timorem, Fr. Elzearius prænominatus verſus eſt; auſus tamen interrogare, quænam illa aſſociata ei à dexteris Virgo fuerit. Cui ipſa Virgo in ſua perſona reſpondit. Quia ego ſim ne inquiras, ſed ſcias quia abhinc auditum recipies. Reſponditque Fr. Elzearius: Utique, o Virgo, jam optime audio & percipio ea quæ inter vos confertis. Quem ſtatim glorioſiſſima Virgo hiſce adhortata eſt verbis: Satisfac ergo voto, & viſita eccleſiam meam ut promiſiſti, & inpoſterum acuto & bono auditu pollebis.

EX MS.

à quibus de recuperando auditu certior redditus,

280 Quibus finitis ſermonibus diſparuit viſio illa; & in capite Fr. Elzearii factus eſt tantus fragor & intenſiſſimus ſonitus, ut intra cranium capitis ſui tormentum aliquod exploſum eſſe putaverit. Hiſce peractis ſurgens de loco, venit ad Fratres, volens probare num audire poſſet ea quæ inter ſe loquebantur. Sed illi ignorantes rei eventum, per nutus dumtaxat & ſigna ſenſum ſuum ei denuntiant. Aſt ille, uti jam optimo auditu pollens, præmonuit eos ut ſibi voce jam & non ſignis reſponderent, cum jam, favore beatiſſimæ Virginis & B. Ladiſlai interventione, audire ſe optime fateretur: reique ſeriem totam & eventum mox eis enarravit: & à Superiore requiſitus, & flexis genibus adjuratus, rei veritatem bona conſcientia, ſuper omnia & ſingula quæ viderat & ei evenerant, confeſſus eſt. Tertia tandem die in vice gratitudinis per oblationem Miſſæ, pro gratiarum actione tanti beneficii obtenti, in ædibus beatiſſimæ Virginis Mariæ, in nova civitate Varſavienſi ſitis, præſentialiter viſitans comparuit. Quæ quod ea ſerie facta evenerint, ſanus recognoſcit, ad majorem honorem Deiparæ Virginis Mariæ, & B. Ladiſlai fidelem patronatum conteſtandum. In quorum omnium & ſingulorum fidem, nos Diſcreti, præſentes, ſigillo conventus munitas, manibus noſtris ſubſcripſimus. Datum in Conventu noſtro Fratrum Minorum regularis obſervantiæ S. Franciſci die XIX menſis Julii anno Domini MDCLXIII.

mox ſe ſatatum Fratribus probat,

F

vo um B. Virgini factũ implens;

Fr. Sigiſmundus Janowski, Cuſtos & Guardianus Varſavienſis manu propria.

Fr. Bonaventura Mlacienſis Vicarius loci m. pp.

Fr. Benedictus Bilinski m. pp.

Fr. Franciſcus Varſavienſis, Magiſter Novitiorum m. pp.

Fr. Adrianus Coſtenus, Prædicator monialium & Pœnitentiarius m. pp.

implorata per B. Ladiſlai preces B. Virginis ope,

C

hanc & illũ in viſu conſpicuum habet,

281 Poſt quam quidem publicationem, Perill. ac Rev. adm. D. Officialis generalis prænominatus, licet quidem is idem Religioſus Elzearius Babski, ſuam ejuſmodi recognitionem in manibus Patrum Diſcretorum Conventus prædicti congregatorum juramento comprobaverit; nihilominus tamen pro majori ejuſmodi veritatis firmitate & ſubſiſtentia, hanc eumdem ſuam aſſertionem d. Religioſo Elzearo,

& prædicta omnia vera eſſe juratus confirmat.

EX MS. zearius, juramento officioso in præsentia testium infrascriptorum verificare mandavit. Qui Religiosus Elzearius in continenti, super omnibus & singulis præmissis, juramentum corporale, positis duobus digitis super imagine Crucifixi & flexis genibus, judicialiter præstitit in eam rotham. Ego Fr. Elzearius Babski, Ordinis S. Francisci de Observantia Conventus Varsavienſis ad S. Annam Tertianus, juro Deo omnipotenti, in trinitate uni, quod omnia & singula quæ in hac papyri schedula, ex mea vera & fideli relatione, sunt connotata & conscripta, non sunt vana aut ficta, sed realiter ac indubie & præsentialiter facta: quodque non in somnis, phantasmate, aut mentis evagatione, sed sani judicii, bonæ memoriæ, rectæque rationis existenti mihi apparitio hujusmodi se exhibuerit. Ita recognosco & ita affero, sub damnatione animæ meæ, & ita me Deus adjuvet & ejus sancta Passio.

approbante coram testibus Officiali,

282 Et ex tunc Perill. ac Rev. adm. D. Officialis generalis & Judex supranominatus, ex audita & bene intellecta matureque perpensa ac diligenter
B trutinata & considerata præinsertæ visionis enarratione, & illius juratoria verificatione, per ipsum Fr. Elzearium suprad. facta, eamdem admittere, ac in omnibus & singulis illius punctis, articulis & contentis auctoritate ordinaria approbandum, confirmandum, ratificandum, robur ejusdem auctoritatis & perpetuæ firmitatis pariter & decretum desuper apponendum esse censuit; prout quidem, in nomine Domini, ad perpetuam rei memoriam, admisit, approbavit & confirmavit ac ratificavit, robur D
auctoritatis ordinariæ pariter & decretum appositi, vimque perpetuæ ac inviolabilis firmitatis obtinere debere sententia sua decrevit, litterasque approbationis & confirmationis extradere mandavit, præsentibus Perill. & adm. Rev. Dom. Paulo Klosowicz I. V. D. Protonotario Apostolico, Plocensi, Versavienſi, Kielcensi, Pultovienſi Canonico; Luca Zakrzewski, Particularis Lovæ Commendatario; Staniſlao Kaminski, Vice-Decano; Adamo Vladiſlao Sienkiewicz, Collegiatæ ecclesiæ antiquæ Varsaviæ Vicario perpetuo; tum Religiosis Gaspare Sargha Patrum Societatis Jesu, Francisco à Jesu-Maria & Sigismundo .... Patrum piarum Scholarum Matris Dei Conventus Varsavienſis professis, aliisque plurimis testibus circa hunc Actum assistentibus, meque Paulo Augustino Pfzonha, publica auctoritate Apostolica & Consistorii Varsavienſis pro tunc Notario.

uti ex copia authentica patet.

283 Ex Actis Consistorii Varsavienſis extractum, sigilloque Perill. & adm. Rev. D. Matthæi Jagodowicz. I. V. D. Protonotarii Apostolici, Varsavienſis, Pultovienſis Canonici, Vicarii in spiritualibus & Officialis generalis Varsavienſis & per Ducatum Mazoviæ, Regiæ Reginalisque Majestatum Secretarii communitum. E

✠ Andreas Alexander Groszkieuzki, Apostolicus & causarum Curiæ Episcopalis Posnanienſis, nec non Consistorii Varsavienſis Notarius Actuarius S. R. Majestatis secretarius m. pp.

DE BEATO PIO QVINTO

SVMMO PONTIFICE.

G. H.

ANNO MDLXXII

In Relatione ad Canonizationem laudantur Vitæ scriptores,

DUplicem nacti sumus Vitam hujus Sanctissimi Pontificis, alteram Italice ab Hieronymo Catena, alteram Latine à Ioanne Antonio Gabutio scriptam: quanti utraque sit æstimanda, colligimus ex Relatione Ioannis Baptistæ Coccini, Philippi Pirovani & Clementis Merlini Rotæ Auditorum facta Vrbano VIII super vita & miraculis sanctæ memoriæ Pii Papæ V, anno MDCXXIX, in cujus prima parte illi sic loquuntur: Nos inter omnes
C historias potissimum recepimus eam Hieronymi Catenæ, & Joannis Antonii Gabutii: qui ex professo vitam & res à Pio V præclare gestas memoriæ prodiderunt, & ex his si non integram & concludentem probationem, saltem insurgere adminiculum superioribus probationibus judicavimus; tum quia

Hieronymus Catena,

Catena vir fuit insignis auctoritatis, in Romana curia valde celebris, & à Secretis tum Cardinali Alexandrino pronepoti ejusdem Pii V, tum Congregationi Episcoporum & sacræ consultæ .... tum etiam, quia ea quæ scripsit, vel probatissimis è fontibus hausisse, vel propriisimet oculis vidisse se affirmat; cum Pium V viventem agnoverit & suspexerit, ac proinde testimonium illius maximi faciendum ... Quin imo cum volumen Catenæ à Sixto V non modo lectum & approbatum, sed etiam ejus auctoritate & jussu impressum fuisse videatur, & Senatusconsulto Populi Romani munitum fuerit, ut habetur in epistola nuncupatoria eidem volumini præfixa, & ex ipso Senatusconsulto ante historiæ principium impresso, non est ambigendum, quin promereatur fidem. Si enim veritati non inniteretur, Princeps in lucem edi non ita facile jussisset aut permisisset.

Io. Antonius Gabutius,

2 Gabutio vero non minus fidei præstandum esse putavimus, nedum quia vir religiosus probatæque vitæ ac opinionis fuit, nempè è Clericis Regularibus S. Pauli ad Columnam, Religionis suæque Domus Præpositus, doctrina & moribus spectandus (quæ qualitates plurimum auctoritatis & fidei adstruunt) verum etiam, quia idem Gabutius examen subiit in Processu Romano ordinario, estque secundus testis & suscepto juramento operis sui de gestis Pii V veritatem testatus est: ex quo Sacramento qualis & quanta approbatio insurgat, nemo est qui ignoret .... Imo bis Gabutius Boschum & alio se contulit, ut fideliter & accurate gesta Pii V investigaret & litteris traderet, seque ex probatissimis & integræ fidei auctoribus & monumentis Vitam Pii collegisse affirmat in calce operis: ejusque testimonium uti fide dignum pro sanctitate S. Caroli affertur in ejus Relatione. Unde & validiores ex eo possunt elici probationes pro sanctitate Pii V probanda. Quibus accedit ratio, quæ apud nos satis urgere & fidem addere profatis scriptoribus videbatur: quia scilicet eorum scripta vulgata fuerunt viventibus adhuc multis, qui Pium V cognoverant, ac rebus ab eo gestis interfuerant, ac præsertim Sixto V, cui dicatum est opus Catenæ. Qui quidem Sixtus V familiaris fuerat Pii V, ab eoque Cardinalatus honore insignitus: & proinde credi non potest eos fuisse tam impudentes, ut mendacia omnium oculis palam exponerent, ne à Superioribus redarguerentur. *Hæc aliaque in dicta Relatione Coccinus.* F

à Clemente VIII. approbatus,

3 *Quanti autem Clemens Papa* VIII *Gabutii opus fecerit, testatur in diplomate ante ipsam Vitam excuso hoc exordio*: Cum, sicut accepimus, dilectus filius Joannes Antonius Gabutius, Presbyter Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, ac Præpositus collegii ejusdem S. Pauli siti in platea Columna Urbis, Pii V Prædecessoris nostri, Pontificis, sanctitatis morum ac omni virtutum laude præstantissimi, cujus memoria sit in benedictione, vitam & res

A res geſtas, à probatis auctoribus plurimiſque oculatis teſtibus acceptas, & ex variis monumentis & litteris Apoſtolicis magna fide ac multo labore & ſumptu collectas, & eleganter ac docte conſcriptas, ad communem Romanorum Pontificum & Chriſtianorum Principum omniumque Chriſti fidelium utilitatem in lucem edere ſtatuerit &c. *Quibus præmiſſis concedit Clemens ampliſſimam facultatem circa impreſſionem dictæ Vitæ Pii V. Prodiit deinde typis Romanis anno* MDCLXXII, Pius V Romanus Pontifex, ſive Annalium Eccleſiaſticorum, auctore R. P. F. Abrahamo Bzovio Polono ſacræ Theologiæ Doctore Ordinis Prædicatorum, tomus poſthumus & ultimus, Rerum in Orbe Chriſtiano ab anno Domini MD LXVI uſque ad MDLXXII (hoc eſt ſub Pii V Pontificatu) geſtarum narrationem complectens. *In quo tomo Bzovius omnia, quæ proprie ad Pii V res geſtas ejuſque virtutes ſpectant eiſdem plane verbis, ſed ordine ſubinde immutato narrat, prout ea deſcripſerat dictus Gabutius. Bella tamen & ſeditiones hæreticorum, quæ ſtrictius proferuntur à Gabutio, latius ex aliis ſcriptoribus à Bzovio deducuntur. Quem alioſque ſcriptores poterit benevolus Lector conſulere, ſi iſta quoque cupit accuratius diſcuſſa legere; nobis hiſtoria Gabutii, ſatis prolixa, abunde ſufficit: quia ipſe Hieronymi Catenæ Italica Vita uſus fuit, de qua potiſſimum iſta in Præfatione arbitramur intelligenda:* Quæ vero alii de Pio ſcripta reliquere, ex iis (nonnullis, quatenus fuerit opus, prætermiſſis; multis vero etiam, ni fallimur, verius explicatis; plurimis denique, quæ illi non attigerant, memoratu dignis adjectis) illuſtre cunctis ordinibus virtutum omnium, in hoc Pontifice ſplendeſcentium, ſincera fide proponetur exemplum. *Hæc ille.*

& à Bzovio deſcriptus,

uſus vita ItalicaCatenæ.

B 4 *Collegerat idem Gabutius epiſtolas Pii V ad Antiſtites, Reges, alioſque Principes, & ſtatuerat tamquam rerum memoratarum teſtes edere, uti in Epilogo addit: ſed eas in aliud tempus dilatas nactus eſt Franciſcus Goubau, & curavit Antverpiæ in Officina Plantiniana Balthaſaris Moreti anno* MDCXL *libris quinque diſtinctas excudi. Ex his varias inſeruit ſuo tomo Bzovius, uti etiam varias conſtitutiones ex Bullario Pontificio Laërtii Cherubini deſumptas, in quibus centum & quinquaginta conſtitutiones Pii V continentur. Nos plurimas & epiſtolas & conſtitutiones inter noſtras ſynopſes marginales indicavimus, ut eas poſſit lector conſulere, ubi deſiderabit ulteriorem rerum memoratarum explicationem. Vitam etiam ipſam more noſtro in capita & numeros diſtinximus, addita prioris, quam fecit auctor diviſionis notitia, ut ſi ea ab aliis citetur, facillime poſſit etiam apud nos inveniri.*

citantur Epiſtolæ & Conſtitutiones.

C 5 *Subjungimus epitomen Relationis Auditorum Rotæ, ac miracula inibi relata, quæ à Gabutio non attinguntur, inde colligemus, una cum Synopſi miraculorum omnium in Proceſſibus productorum, quam etiam ex eodem dabimus: idque putamus eſſe ſatis, cum Relatio ipſa ſit integra apud Bzovium edita. Extat etiam, quam prætermittimus quia nil continet ſingulare, brevis Relatio à Congregatione ſacrorum Rituum, & à Summo Pontifice approbata, ac Romæ ex typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ anno* MDCLXXII *excuſa: quo anno ipſis Kalendis Maji Clemens Papa X ipſum Pium V ſolenni ritu Beatorum numero aſcripſit, & conceſſit facultatem Officium Eccleſiaſticum ſub ritu ſemiduplici die quinta recitandi* Romæ in Patriarchali S. Mariæ Majoris Eccleſia, ubi corpus ejus requieſcit; in oppido Boſchi, ubi natus eſt; in diœceſibus Montis-Regalis, Nepeſina & Sutrina, ubi fuit Epiſcopus; & in univerſa Religione Prædicatorum utriuſque ſexus, cujus Regulam profeſſus fuit.

Relationis epitome.

Officium Eccleſiaſticum.

VITA

Auctore Ioanne Antonio Gabutio

Epistola Dedicatotia

Sanctiſsimo ac Beatiſsimo Patri & D. N. Paulo V. Pontifici Maximo, Ioannes Antonius Gabutius, Clericus Regularis S. Pauli, ſempiternam felicitatē.

QUæ Pius V, & dignitate & virtute ſanctiſſimus Pontifex, qui Te, Beatiſſime Pater, in ſupremo iſto Apoſtolicæ Majeſtatis faſtigio, octavo jam loco præceſſit, ſanctarum actionum reliquit exempla; ea piorum omnium ac recte ſentientium judicio, plane digna cenſentur, quæ cunctarum gentium litteris ac linguis ubique celebrentur, & in quibus commemorandis non modo tenuitas mea, ſed acriora quoque præſtantium ſcriptorum deſudent ingenia. Hac namque ratione, & divini nominis gloria, quæ in tanti Pontificis virtute mirifice claruit, longius ac latius fortè propagabitur; & mortalium animis, quibus hæc legere libuerit, tam præclaro virtutum exemplo propoſito, conſuletur egregie; & ipſius denique ſummi viri, quæ piis mentibus grata æque ac jucunda ſemper fuit, memoria ab hominum oblivione facile vindicabitur. Hæ videlicet fuere cauſæ, cur ego ſuperioribus annis, non equidem ſponte mea, ſed ampliſſimis viris, in primisque Michaele Bonello, Cardinale Alexandrino, mox vita functo, ac deinde Sebaſtiano Giſlerio, Strongolenſium Epiſcopo, ejuſdem Pontificis conſanguineis; atque aliis, quorum à nutu diſcedere mihi non licebat, ſæpius impellentibus; Pii vitam ac res geſtas litteris conſignandas, parendi voluntate magis, quam perficiendi facultate, ſuſceperim.

Qui geſta Pii V memoratu dignißima,

E *plurium hortatu ſcripſerat auctor,*

Opus igitur cum ex aliis multis ac probatis auctoribus, tum ex variis ac certis, quæ idem Cardinalis ceterique multi locupletes & oculati teſtes mihi ſuppeditarunt, monumentis ac teſtimoniis, bona fide collectum, etſi minus pro dignitate, ſane quidē pro ingenii mei tenuitate acrique hiſtoricæ veritatis ſtudio, Deo bene juvante, conſcriptum; ſummorumque virorum, harum rerum peritorum, in primis vero graviſſimo tuo, Pater Beatiſſime, dum Cardinalis eſſes & Clementis VIII in Urbe Vicarii munere fungereris, judicio cognitum & approbatum, vix dum typis mandatum erat; cum ecce Te ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tenenda gubernacula, nihil ejuſmodi cogitantem, pro ſingulari ſua providentia Deus evocavit. Et ſane non caſu aliquo, ſed divino conſilio factum videtur, ut hoc qualecumq; opus, jamdiu quidem inchoatum, ſed variis de cauſis ſæpius intermiſſum, Tibi quaſi de induſtria reſervatum dicaretur; ut ejus potiſſimum fultum patrocinio, auguſtiſſimoque nomini conſecratum prodiret in lucem, cui uni omnium maxime deberi conſtaret. Nam & ſanctiſſimi Pontificis vita reſque præclare geſtæ, nulli magis quam ſummo Pontifici, ejus in locum & poteſtatem ſucceſſori, cum relegendæ tum imitandæ, opportune vel aptius proponuntur: & Pii V virtutum recordatio haud injucunda eſſe poteſt ei, qui Chriſtianæ pietatis cultor & propagator egregius, Pium ipſum ſemper mirifice coluit; & cum aliarum virtutū omnium ſplendore, tum in primis ſingulari morum integritate, eximia manſuetudine, ſumma prudentia conſpicuus, eum & moribus & vita ſic exprimere videtur, ut admirabili ſapientiſſimorum S.R.E. Patrum conſenſu,

jam impreſſum ac probatum opus

offert recens creato Papa Paulo V,

PER ANT. GABUT. senſu, ita Deo bene providente, illi ſuccedere, atque adeo Chriſti vices in terris meruerit ſuſtinere.

Giſleriorum stromo, Huc accedit, quod ſicut optimum & eruditiſſimum virum, Marcum Antonium Burgheſium, genitorem tuum, pro ſingulari ejus virtute ac pietatis ſtudio, Pius plurimum diligebat; eumque propterea Chriſti pauperum, quos idem Pius in viſceribus ſinceræ caritatis ſuæ ſemper gerebat, Advocatum in Urbe jampridem conſtitutum benigne conſervabat in officio, fidelique illius opera libenter utebatur; ita magna plane Sanctitatis tuæ in Giſlerios, ejuſdem Pontificis conſanguineos, omni tempore benignitas extitit: quam illi tum potiſſimum agnovere, cum annuente Clemente VIII, & Collegii ſui Ticinenſis à Pio V erecti cauſam tibi delegatam de jure dirimi, ac ſapientiſſimo judicio tuo magnis laboribus terminari, & memoratum Sebaſtianum Epiſcopum abs te tam libenti animo conſecrari viderunt. Quibus & aliis nominibus, illi ſe tibi plurimum debere profitentur; hujuſmodique beneficia non tam ſe tenere, quam auctoritate ac beneficentia tua obtinere lætantur.

Itaque videre videor, in maximo delatum meritis tuis Pontificatum gratulantium numero, Pium V, tui amantiſſimum, è cælo initum tibi honorem ſummopere gratulantem; ac non modo tecum in hac electione prorſus admirabili, ſed cum univerſo quoque populo Chriſtiano præclare actum eſſe lætantem; atque ope divina, quam tibi ſummis votis implorat, ſperantem fore, ut quæ ipſe bene geſſit, tu optime repræſentes; & quæ Pius V, ſenio prope confectus morteque præreptus, inchoata reliquit; ea aliaque longe majora Paulus Quintus, ætate conſtanti integraque valetudine, feliciſſime proſequatur atque perficiat, ut in hoc tuo auguſtiſſimo atque (ut ſperamus) diuturno Pontificatu, cultus Dei longe lateque propagetur, Chriſtiana diſciplina reſtituatur, Eccleſiæ dignitas & jura lapſa reparentur, præclara inſtituta retineantur, depravata corrigantur, profligentur hoſtes Catholicæ religionis, ſuus juſtitiæ, ſuus ceteris virtutibus locus reſtituatur. Hæc, & id genus alia Pontificiæ poteſtatis munera præclara, Pauli, Leones, Gregorii, Clementes, Pii, ceterique omnium virtutum laude præſtantiſſimi antecеſſores tui poſteris ſucceſſoribus ſuis imitanda reliquerunt. In hæc, ut cœpiſti, incumbere te ſummopere lætantur: atque in his te excellere maximis votis exoptant, ſperant, magniſque apud Deum precibus cum univerſa Eccleſia, ſive quæ in cælis, ſive quæ in terris eſt, enixe comprecantur. Ut ſummus hic Pontificatus, ad gloriam Dei & ad communem Chriſtianæ Reip. ſalutem tibi divino conſilio delatus, ſicuti hoc initio omnium bonorum animos ſingulari gaudio complevit; ita, ut cœpit, feliciſſime procedens, imaginem quamdam referat veterum ſanctiſſimorum Pontificum, ſitque noſtris ac futuris temporibus univerſæ Eccleſiæ Dei maxime ſalutaris.

eique poſt fauſtas apprecationes,

C

Merito igitur hæc tibi, Pater Beatiſſime, debetur hiſtoria: cujus ut optimus cenſor, ita ſane omnium ſumme legitimus judex patronuſque clementiſſimus, & veritati teſtimonium, & operi judicium, & auctori patrocinium cum ſacratiſſimo Apoſtolicæ benedictionis munere benigne præbere, ut maxime potes, ita maxime ut velis, ſupplex ſacris pedibus tuis advolutus rogo Sanctitatem Tuam, Beatiſſime Pater, Deus Opt. Max. ad Eccleſiæ ſuæ ſanctæ utilitatem, quam diutiſſime tueatur incolumem; & quæ ſancte meditaris, optatum exitum ut feliciter conſequantur, clementer efficiat. Romæ, Nonis Julii, MDCV.

ſe quoque dedicat.

B

digno illius Succeſſori

PRÆFATIO.

MAgno ac prorſus divino conſilio Titum Cretenſium Epiſcopum, & una cum eo Chriſtianos univerſos, in primis vero ſacrorum Antiſtites, Paulus Apoſtolus hortabatur, ut in omnibus bonorum operum ſeſe præberent exemplum. Intelligebat enim egregius Doctor ille gentium, mortalium animis ita natura comparatum eſſe, ut ad virtutem, ſine qua vel bonus vel beatus eſſe nemo poteſt, præclaris actionibus potius, quam præceptis omnes impellantur: & cum ceteris in rebus omnibus, tum vel maxime in deligendo aut inſtituendo genere vitæ, clarorum virorum facta quam verba libentius conſectentur. Itaque ſummus idemque ſapientiſſimus rerum omnium opifex ac moderator Deus, divinas leges, ad quas, tamquam ad certiſſimas regulas, humanæ dirigerentur actiones, dediſſe non contentus; ipſemet è cælo venit, hominiſque formam induit, ut homines admirabili exemplo ſuo, & revocaret à vitio, & ad amplectendam colendamque virtutem incitaret. Parum enim erat, inquit B. Auguſtinus, Dominum hortari homines verbo, niſi firmaret exemplo. Cæleſtis porro hujus divinique humanæ vitæ magiſtri præclara tam præcepta quam exempla ſectati, cum innumerabiles alii ſanctiſſimi homines, tum in primis qui perſonam ejus in terris poteſtatemque geſſere, nobis eadem ad imitandum & vita & moribus expreſſa reliquerunt. Viderunt priſca illa ſecula quamplurimos viros, plane divinos ac virtutum omnium laude florentiſſimos, qui veros Chriſti veri Dei ac Domini noſtri Vicarios agentes, Eccleſiam ejus cum optimis & inſtitutis & legibus conſtituerunt, tum vero etiam clariſſimo ſanctarum actionum ſplendore mirifice colluſtrarunt; neque tunc viventes ſolum, ſed poſteros etiam omnes, ad illuſtria ipſorum ſectanda veſtigia, ſtimularunt.

Tit. 2. *Boni exempli ergo incarnatum Chriſti ii,*

E

In Pſal. 63. *imitati ejus Vicarii,*

2 Viderunt majores noſtri, vidimus & nos ſingulari Dei beneficio legitimos eorum ſucceſſores, pari auctoritate ac dignitate præditos, nec diſſimili virtute ornatos; qui veterum ſanctimoniam & ſtudia diligenter æmulati, eximia virtutis quiſque ſuæ nobis dedere documenta; atque rerum magna cum laude adminiſtratarum amplitudine, immortalem ſibi apud Deum & homines gloriam peperere-runt. Quorum in numero Pium hujus nominis Quintum, Pontificem ſane Maximum (cujus præclara facta plerique omnes, qui hac luce fruuntur, vel percepiſſe auribus, vel oculis etiam ſpectaſſe potuerunt) cum primis elucere, prudens aut pius nemo negaverit. Quoniam igitur, ut ſcite Sapiens quidam dicebat, uſque eo nobis bona proſunt exempla, ut magnorum virorum non minus recordatio quam præſentia juvet; & gloriæ Dei, & Reipublicæ Chriſtianæ commodis conducere merito exiſtimatum eſt, ſi tanti Pontificis vita ac res geſtæ Latinis quoque litteris conſignarentur: cum præſertim hiſtoriæ hujus utilitas non ad unum tantum hominum genus (id quod in aliis ſæpe ſolet evenire) ſed ad omnes omnium ordinum gradus vel maxime pertineat. Religioſum fortaſſe profiteris inſtitutum? En habes egregium hic obedientiæ, caſtimoniæ & paupertatis, & quod maxime admirere ſimul & imitere, in ſumma poteſtate inſigne Chriſtianæ humilitatis ac pietatis exemplum. Secularibus alius rebus addictus, vel domi vel foris rem aut publicam aut privatam adminiſtrat? Sed huic etiam non deſunt hic pietatis prudentiæque plena conſilia; quibus inſtructus, & pro-

& inter hos B. Pius V,

F

cujus Vita Latine editur omnibus utilis,

A & propriæ & alienæ conſulens ſaluti, cuncta ſapienter moderetur. Militaribus alii ſtudiis ducuntur, belliſque vel gerendis vel legendis valde delectantur? Habent & hi ſaluberrima præcepta, & quæ jucunde perlegant; non inania aut profana; ſed gravia, eademque pia, bella maxima; & omnium fere, quæ umquam de Chriſtiani nominis hoſtibus reportatæ fuerint, victorias celeberrimas. Hinc denique habent (quod caput eſt) Pontifices & Epiſcopi, unde ad rem Eccleſiaſticam omnem, ſive ordinandam, ſive tuendam, ſive amplificandam petant exempla, ad veræque religionis cultum retinendum magis ac magis incendantur: idque eo etiam ardentius, quod veterum ſanctorum Patrum vitas lectitare, eorumque res bene geſtas identidem memoria repetere, proprium Sacerdotum ornamentum eſſe, ſacris litteris erudimur. Præceperat namque Dominus olim, ut Patriarcharum nomina ad pectus inſcripta perpetuo geſtarent ſummi Sacerdotes, quod Gregorius Romanus Pontifex ſanctiſſimus interpretans, Adſcriptos patres, inquit, in pectore ſemper ferre, eſt antiquorum vitam ſine intermiſſione cogitare. Nam tunc Sacerdos ſine querela vivit, cum exempla Patrum præcedentium intuetur, ac Sanctorum veſtigia ſine ceſſatione conſiderat.

maxime Pontificibus & Epiſcopis

Exod. 28. Lib. 1 epiſt. 24. & Paſtoral. par. 2. cap. 2.

B 3 Ceterum hæc ſummorum virorum auctoritate juſſuque ſcribere ingreſſi, nihil in medium afferemus, quod à probatis auctoribus locupletibuſve teſtibus non acceperimus; aut quod nimia libertate quemquam jure poſſit offendere. Nam licet alienæ auctoritatis imperio, non tamen ad alienæ voluntatis arbitrium, ſed ſincero candidoque animi judicio, gravem hanc, licet viribus meis imparem, ſcribendi provinciam ſuſcepi. Ac, quæ tria jurantibus propoſita eſſe oportere, divina tradunt oracula, ne quid falſum, alicuive noxium aut futile proferatur, ea mihi, mortalibus rebus jampridem abdicatis, perfectioris vitæ ſtudia utcumque profitenti, humanique nihil, ſed unam Dei gloriam hominumque ſalutem ſpectanti, cum in omni vitæ ratione, tum in primis in hoc graviſſimo ſcribendi genere ſumma religione cuſtodienda eſſe exiſtimavi: ſtatuique potius multa alioqui vera, citra tamen ullam hiſtoricæ dignitatis injuriam, pio ſilentio præterire; quam ad alicujus gratiam de meo quidquam affingere, aut ea tangere, quæ nulli prodeſſe, ſed vel Deum vel homines quoquomodo queant irritare. Quæ quidem omnia, ut quantum in me eſſet optima fide præſtarem; nullis laboribus parcens aut impenſis, complures tum in Urbe, tum foris, eoſque locupletiſſimos & oculatos, qui Pio in omni fere vitæ gradu familiares extiterant, teſtes conſului; epiſtolas aliaque multa hinc inde mihi ſuppeditata manu ſcripta volumina diligenter inſpexi. Quæ vero alii de Pio ſcripta reliquere, ex iis (nonnullis, quatenus fuerit opus, prætermiſſis; multis vero etiam, ni fallimur, verius explicatis; plurimis denique, quæ illi non attigerant, memoratu dignis adjectis) illuſtre cunctis ordinibus virtutum omnium, in hoc Pontifice ſplendeſcentium, ſincera fide proponetur exemplum. Sicut enim ex igne ſuapte natura emicat ſplendor, ex unguentoque præſtanti ſuavis diffunditur odor, quod ait S. Baſilius; ſic è ſanctorum commemoratione geſtorum ad omnes provenit emolumentum. Sed jam ad inſtitutum aggredior.

ſcripta ſine ſero judicio,

& optima fide,

Orat. in S. Gordium

LIBER PRIMVS.

Res geſtæ ab ejus ortu ad Pontificatum usque, & in eo circa Vrbem & ditiones ſubjectas ſtatuta.

CAPUT I.

Ortus ac monaſtica diſciplina.

4 IN ea Ciſalpinæ Galliæ regione, quæ ad Liguriam pertinet, in ditione Mediolanenſi, inſigne ac pervetuſtum oppidum eſt, Dertonenſis diœceſis, ſex millia paſſuum ab urbe Alexandria diſtans, Boſchum appellatum. Id ubertate ſoli, cæli temperie, incolarum frequentia ac pietate præſtans, Alexandrini agri finibus continetur, & Comitis titulo à proprio Domino tenetur hoc tempore. Tenuerunt antea Marchiones, ex iis præcipui, quos ſeptem in Italia ſeptingentis ferme iam ab hinc annis Otho II Auguſtus inſtituit, magniſque muneribus exornavit. In hoc oppido, Giſleriæ gentis, quæ perantiqua & nobilis ex urbe Bononia ob civiles diſcordias varias in regiones commigraſſe perhibetur, veluti propaginem quamdam, anno à Virginis partu milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, conſediſſe ferunt; ac deinceps, uti fert rerum humanarum viciſſitudo, licet ad inopiam redactam, inter primas tamen ejus loci familias honeſtum perpetuo gradum tenuiſſe. Illud vero ſatis conſtat, Giſleriorum pleriſque per idem tempus in civili tumultu Bononia pulſis, qua exceſſerant, portam in odium ſeditionis protinus obſtructam, deinde in hujus honorem Pontificis ſuo tempore ex Bononienſi Senatus-conſulto apertam, ornatam, ac Piam nominatam fuiſſe, cum olim porta S. Iſaiæ diceretur. Quod ibi in lapide exciſa hujuſmodi teſtatur inſcriptio. Portam, civilis ſeditionis cauſa centum & amplius annos obſtructam, Pio V. P. M. in ſumma civium tranquillitate, Ioan. Baptiſta Doria, Bononienſis Præſes, publico commodo atque ornamento aperiri, conſtrui, Piamque nominari voluit, ex S. C. MDLXVIII. Civitatis inde pace compoſita, numquam ex ea familia defuerunt, qui, ſicut etiam antea, ſummos magiſtratus & honores popularibus ſuffragiis conſecuti, domi foriſque præclare ſe geſſerint. Sed hanc ſtirpem multo ante, quam Giſlerii Bononia pellerentur, Boſchum incoluiſſe, cum Pius ipſe Pontifex aſſerebat interdum, tum etiam pluribus & certis ejus loci probatur documentis.

Natus Boſchi in Liguria,

ex Giſleria familia,

(quæ & Bononiæ amplæ fuit)

5 Ex hoc igitur loco familiaque anno ſalutis MDIV ad XVI Kal. Februarii, qui dies S. Antonio ſacer eſt, Julio II Romano Pontifice, Maximilianoque Auſtrio ejus nominis primo imperante, Paulo Giſlerio patre, matre vero Dominina Augeria, honeſtis piiſque conjugibus, ortus eſt Michael: hoc enim Pio ad ſacrum fontem nomen eſt inditum. Qui annos natus quatuordecim, cum optimam indolem præſeferret, à vilioribus artibus, quibus eum parentes pro rei familiaris tenuitate nitebantur addicere, ſingulari animi ingenuitate prorſus abhorrens (utpote ad altiora ac majora natus) quoquo modo poterat excolendo virtutibus ingenio ſeſe cœpit exercere: divinoque ſpiritu commotus, eam vitæ rationem ineundam ſibi eſſe conſtituit, qua poſſet & Deo liberius inſervire,

an. 1504, 17 Januarii;

Michael di Bus,

PER ANT. GABUT.

Ordinem Prædicatorũ ingreſſus,

servire, & terrenarum illecebrarum laqueos evadens ad cæleſtia facilius aſpirare. Quo igitur pietatis in ſtudio fuerat educatus à puero, in eo egregie proficiens, antequam rerum caducarum labe commacularetur, ſuo retento nomine, ſanctiſſimi Dominicani Ordinis habitum induit. Idque in Vico-Iriæ, quæ nunc Vogeria dicitur, in domo ejus ſodalitatis, quæ ſeveriorem diſciplinam in Gallia Ciſalpina profitetur. Ubi cum magnam de ſe exſpectationem concitaſſet, Viglebanenſi cœnobio, & piorum ſodalium frequentia, & duriore genere vitæ, & litterarum præterea ſtudiis per eos dies admodum celebri, adſcriptus, eo commigravit. Nec ita multo poſt, cum ibi præclara probitatis & ingenii documenta dediſſet, Bononiam ſtudiorum cauſa miſſus, in iis ita profecit, ut brevi temporis intervallo dialecticæ, philoſophiæ, theologiæque docendæ munus Patres ei demandarint, atque erudiendis variis in locis adoleſcentibus eum deſtinarint. Doctoris vero munere tanto cum auditorum fructu, ſive rerum cognitionem, ſive morum ſpectes integritatem, ſexdecim functus eſt annos, ut ejus eſſe diſcipulum felicitati tribui ſoleret.

variis locis docet:

B

fit Sacerdos an. 1528,

6 Inter hæc Genuæ factus Sacerdos, anno à Chriſto nato MDXXVIII, reique divinæ primum faciendæ, ac ſuos bellorum cladibus afflictos conſolandi cauſa Boſchum profectus, cum direptum oppidum & à Gallorum exercitu duce Lautrechio ſuccenſum offendiſſet; pro ſua in patriam pietate propinquis & amicis pie recreatis, Sezadii, qui pagus inde nec longe diſtat, ſolenni ritu ſacrorum primitias obtulit Deo. Cum vero Ticini Fratres ſuos de ſuperiore loco doceret, optimarum artium ſcientiarumque poſitiones publice defendit Parmæ, in frequentiſſimo Ordinis ſui conventu; ubi & præſtantem ſui felicitatem ingenii, & eximiam erga ſacroſanctam Sedem Apoſtolicam fidem, quod nec ſine divino fieri dixeris conſilio, probe declaravit. Nam ex triginta propoſitis enuntiatis, bona pars erat de tuenda Romani Pontificis auctoritate, & contra hæreſes, quæ iis temporibus inſurgebant. Quibus in ſtudiis ſi quid vacui dabatur temporis, ut in omni vita, ab otio turpi ſemper abhorruit: nam & in otio ſine deſidia, & litterarum in negotio non ſine pietatis ardore verſabatur: haud ignarus, ut otium ſine litteris eſſe vivi hominis ſepulturam, ita litteras & ſcientias abſque caritatis officiis inflare hominem potius, quam ædificare. Itaque præclaris & illuſtribus ſanctorum Patrum veſtigiis inſiſtens, ad vitæ perfectionem ſolidiore fundamento ſtabiliendam augendumque ſpiritum religionis, aſſiduum ſacræ precationis uſum adhibebat; ac B. Dominici aliorumque ſanctitate præcellentium virorum, præſertim eorum qui ejuſdem fuerant inſtituti, vitas lectitabat. Porro ceteris frequentius ad officia divina ſtatis horis convenire, aliaque monaſtica vel humillima prompte obire miniſteria, nullius reſpuere conſuetudinem, ſed omnibus comem ſe facilemque præbere; afflictos recreare, errantes corripere, ignaros docere, labantes confirmare, cunctis ad perfectioris vitæ formam præclaro virtutum exemplo prælucere; nullum aut levitatis aut vanitatis indicium præ ſe ferre. Quod ſi inter æquales, ut fit, animi gratia eum jocari contigiſſet; eam omnino decori rationem ſemper habuit, ut illius jocos & magna gravitate temperatos, ac ſapientiæ plenos eſſe intelligeres. Et quemadmodum iis, qui religionis laude ceteros anteibant, ſe comitem adjungere; ita quoad ejus fieri poterat, obtrectantes homines maledicoſque refugere ſolebat.

propugnat theſes de ſummo Pontifice,

C

& virtutis egregia præluceat,

7 Ordinis ſui cœnobiis præfuit, bis quidem Viglebanenſi, Soncinenſi vero Albenſique ſemel. Quo in munere, non ambiendo ſed obediendo ſuſcepto, domi foriſque paſcendo Dominico grege, paſtoris vigilantiſſimi, egregiique religioſæ diſciplinæ magiſtri, tam verbo quam exemplo partes implevit: ac variis in locis ſacratarum Virginum curam ita geſſit, ut earum complures cœtus ad perfectam religionis diſciplinam egregie conformaverit; ubique in omni rerum adminiſtratione ſine querela, immo ſumma cum integritatis, prudentiæ & pietatis laude verſatus: quas & alias ipſe virtutes, priſcos illos ac ſanctiores Chriſtianæ militiæ duces imitatus, ſic expreſſit, ut eas non tam uſu comparaſſe, quam in mores ac naturam convertiſſe videretur. Albenſi cœnobio cum præſideret (ut interim omittam, quod poſtea commodius de Comite Trinitatis ſuo loco narrabitur) eximia Michaelis fortitudo, gregiſque Dominici tuendi ſtudium in primis enituit. Nam cum in bello Subalpino, quod per id tempus Hiſpanos inter & Gallos exardebat, tercentum milites, ſeu neceſſitate adacti ſeu prædandi libidine adducti, monaſterium cui ipſe præerat expilaturi, Albam conveniſſent, nefariumque opus perpetrare conarentur; eos ille non armis, ſed gravi oratione repreſſos, ut alter Leo Magnus, cui erat ſucceſſurus, repulit fugavitque.

D

cœnobiis utriuſque ſexus,

cum laude præeſt.

E

8 Ceterum licet corpore non admodum firmo, ſed imbecillo potius eſſet, tamen ſobrietatis ope incolumem ſeſe, atque ad ordinarios labores communiſque vitæ rationem idoneum, perpetuo conſervavit. Divini vero cultus ſive diurnam ſive nocturnam exercitationem numquam aut remiſit ipſe, niſi cogente neceſſitate, aut Fratres ſuos remittere permiſit. Hoc enim ſacris in collegiis inſtituto accurate retento, ibi omnia & ad victum & ad alios uſus neceſſaria, Deo providente, cumulate ſuppeditari. Quam ad rem ut ſemper vigiles ſe ſolicitoſque præſtarent, ſimulque ſacrarum litterarum in ſtudia diligenter incumberent, Fratres ſuos identidem hortabatur. Ex his veluti duobus & pietatis & eruditionis uberibus (quod ille à ſanctis Patribus traditum uſurpare conſueverat) lac ſpirituale ſugi oportere, utpote ſine quo humanus animus prorſus exareſceret ſteriliſque redderetur. Illud vero etiam dicebat interdum, religioſum hominem à ſuo conclavi ſemotum, nihilo melius habere ſeſe, quam ex aqua piſcem extractum. Quare quamdiu cœnobia gubernavit, juvenes domi fere ſemper continuit, neque niſi admodum raro, gravique de cauſa ſuos prodire patiebatur: alienum enim eſſe ab regulari homine atque inſtituto, temere per urbes vicoſque vagari, ac facile ſe in laicorum conſuetudinem dare. Quod ipſe non verbo ſolum, ſed exemplo quoque docens, quoties pro rerum ac muneris ſui neceſſitatibus prodibat in publicum, magno ſociis ſuis magnoque aliis erat Chriſtianæ moderationis religioſæque diſciplinæ documento. Senſibus namque religioſe compoſitis oculiſque demiſſis, cum in eo ſumma quædam tum animi tum corporis conformatio mirabiliter eluceret, atque omnibus in rebus ſingularem quamdam modeſtiam & gravitatem præ ſe ferret, eam ſibi reverentiam apud omnes peperit, ut non amplius Michaelis, ſed S. Bernardini nomine paſſim appellaretur: quippe qui ipſum ſanctiſſimum virum, ut moribus, ita & corporis gracilitate & aſpectu venerando, egregie referret: atque hæc quidem opinio famaque ſic inerebuit, ut hocne nomen, an illud ei proprium eſſet, non pauci dubitarent.

verbo & exemplo ſua det aſſidui tatem ad officia divina,

F

& amorem cellæ,

ipſa ab compoſitus mores dictus S. Bernardinus,

9 Per

A 9 Per multos autem annos toto Quadrageſimæ tempore ſacras conciones magno pietatis ardore, parique cum audientium fructu variis in locis habuit: & cum ceterorum cujuſvis ordinis, tum vero etiam principum virorum, apud quos pro ſuæ fama virtutis magna erat in gratia, ſacras confeſſiones frequenter audiebat. In iis erat Alfonſus Avalus, Vaſtii Marchio, ditionis Mediolanenſis pro Carolo v Cæſare Hiſpaniarum Rege Præfectus: qui pro ſua pietate eum, licet ab urbe Mediolano viginti fere millia paſſuum abſentem Viglebanique reſidentem, conſcientiæ ſuæ judicem ac vitæ moderatorem elegit; ejuſque virtuti valde fidens, eleemoſynarum quas egentibus erogare conſueverat eum ſibi miniſtrum eſſe voluit. Quæ vero in uſus ſuos tribuebantur, ex iis nihil omnino retinebat ſibi: ſed omnia, ut regularem decet hominem, in commune conferebat: quin etiam ab iis rebus, quæ ſibi neceſſariæ ad uſum videbantur, religioſæ paupertatis cultor egregius interdum abſtinebat. Viglebani, ſodalibus ſuis eum cohortantibus, ut è collata ſtipe pecuniarum aliquid reſervaret, quo pallium, pluvio tempore Mediolanum ad Marchionem proficiſcenti ſibi neceſſarium, conficeret, minime id quidem expedire reſpondit: ſed uti ceteris præpoſitum ſe bono illis exemplo eſſe oportere: mendicantes pauperes debere una qualicumque tunica contentos eſſe: inanem illorum eſſe paupertatis profeſſionem, qui more divitum ſplendide veſtiuntur.

Confeſſarius diligens

communis & pauperis vita amans,

B

10 Ceterum pauper ille quidem erat ac tenuis, ſed cultus tamen munditiæque ſtudioſus: propterea dicere ſolebat; paupertatem ſemper quidem ſibi valde placuiſſe, ſordes vero nunquam. Ad Ordinis vero ſui comitia, ſibique aſſignata domicilia, ne ab inſtituti ſui legibus vel modice declinaret, pedes proficiſcebatur. In itinere ſarcinulas ſuas humeris imæ poſitas geſtabat ipſe, raro cum comitibus ſermonem conferens; ſed vel recitandis precibus, vel rebus divinis meditandis pie occupatus. Ambitionis autem vanitatem ita fugit, ut ne minimam quidem ejus dederit ſuſpicionem: ſed ad omnes dignitates, gradus, & honores abſque ulla ſua contentione, imo pene coactus, ut paſſim dicemus, evectus eſt. Provincialibus Fratrum ſuorum in comitiis, ob ſummam omnium de illius integritate exiſtimationem, ſæpe lectus eſt Judex extraordinarius: atque ubi juſtitiæ ratio virtutiſque decus ageretur, tam inexorabilis fuit, ut nemo magis. Quibus in comitiis, quandoque Definitor, ut appellant, quod munus ad Provinciales Præſidis dignitatem proxime accedit, electus eſt.

vereque humilis

inter officia ſibi ab Ordine impoſita,

C

11 Ægre porro magnoque cum timore adminiſtrationis alicujus, præcipue vero monaſticæ præfecturæ atque regendarum animarum onus, utpote Angelicis humeris formidandū, impoſitum ſubibat: viroque ſibi admodum familiari ſerio dicere conſueverat, ob ſalutis ſuæ declinanda diſcrimina, ubi ſine divini honoris aut virtutis detrimento id fieri potuiſſet, hujuſmodi ſe dignitatum gradibus libentiſſime abdicaturum: ratus cum illis maxima pericula eſſe conjuncta: ac propterea ſacri Quæſitoris, violatæque religionis Judicis muneri ſuſtinendo, quod minus ejuſmodi periculis eſſet obnoxium, ſi ad id ſuſcipiendum adigeretur, pro ardenti ſuo in exterminandis hæreticis deſiderio ac tuendę Catholicæ fidei ſtudio, ſe propenſiorem eſſe demonſtrabat. Quod munus à B. Dominico ſingulari Dei providentia divinitus inſtitutum, atque in Eccleſia Catholica receptum, ob idque in ſacra Dominicanorum Fratrum familia hereditario quaſi jure deinceps perpetuo retentum, quam utile ad evellenda ex agro Dominico hereſum zizania, atque ad Catholicam fidem ſive protegendam ſive propagandam neceſſarium ſemper fuerit; uberrimi ac ſalutares, qui in Chriſtiano orbe ad gloriam Dei ejuſque Eccleſiæ ſalutem pietatis fructus in dies percipiuntur, luce clarius oſtendunt. Præclarum hoc igitur ſanctumque in hæreticos inquirendi officium, Superiorum juſſu ſibi delatum, tam ardenti animo Michael ſuſcepit & exercuit, ut & acerrimum Chriſtianæ veritatis protectorem, & S. Dominici alumnum egregium ſe ubique ſemper exhibuerit. Atque inde ſummus ille rerum omnium moderator Deus, qui ſuaviter omnia diſponit, quique pios miniſtrorum ſuorum conatus actioneſque ſanctas & benigne fovere & large remunerari pro immenſa ſua bonitate conſuevit, fidelis famuli ſui cum virtutem probandi, tum perſonam ac nomen illuſtrandi ſumpſit occaſionem: quæ fuit hujuſmodi.

PER ANT. GABUT.

amat officium Inquiſitoris.

CAPUT II.

Munus Inquiſitoris, etiam generalis, impoſitum.

12 Ub idem tempus Rhæti, qui nunc Griſones appellati, Alpes incolunt, qua Germania ab Italia dividitur, ob magnam cum hæreticis Helvetiorum pagis vicinitatem & uſum, utpote imperita gens naturaque rudis, hæreſeos veneno tabeſcebant. Atque hæc peſtis manabat latius, in valleſque Telinam ſeu Volturenam & Clavennam, primarias Comenſis diœceſis partes, jam penetraverat: verendumque erat, ne ob aſſiduam cum illis populis conſuetudinem & mercimoniorum commoditatem, ſenſim omnem Ciſalpinam Galliam labefactaret. Huic tam gravi morbo depellendo tantoque vitando periculo, cum magno præſentique opus eſſet remedio, re diligenter conſiderata, inveniri nemo potuit, qui ad ſacrum Quæſitoris munus Comi gerendum aptior & melior eſſe videretur Michaele Giſlerio: quique minus pro Catholica religione ullum periculum extimeſceret, ac vitam ipſam, ſi opus eſſet, profundere dubitaret. Hoc igitur officio in hiſce rerum anguſtiis ei delato, in id tam acriter incubuit, ut nullus ferme inibi fuerit aut locus, quem ille non perluſtrarit; aut incola, quem vel in rectam religionis viam reducere, vel in officio continere non contenderit. Haud veritus, ad omnia perſcrutanda, in eas ſe valles vel noctu conferre: ad eam rem uſus inprimis opera Bernardi Odeſcalchi Comenſis Patritii, qui à propinquis ſuis, eas valles incolentibus, de rebus hæreticorum omnibus certior fiebat. Is erat e ſodalitate Crucis ejus civitatis, vir pius, & apud Cardinales ſacræ Inquiſitioni præfectos valde gratioſus.

Ob hæreſes in Valle Telina & Clavenna,

conſtituitur Inquiſitor Comi,

E

F

13 Sed quoniam inter alias peſſimas hæreticorum artes in ſuis proſeminandis erroribus, præcipua ſemper ea fuit ac forte omnium perniciоſiſſima, ut ſpecioſis titulis, editis pervulgatiſque libellis, venena ſua longe lateque diffunderent, homineſque mellito ac peſtifero poculo ſeductos perderent: hanc potiſſimum fallendi viam, quam ſcilicet in Gallia Germaniaque & alibi viderant ſibi belle proceſſiſſe, ad Catholicos quoque Italorum animos peſſime, ſi poſſent, imbuendos, inire pernicioſi illi diabolicæ doctrinæ magiſtri conſtituerunt. Hoc igitur conſilio cum hæretici Lutherani Calvinianique dogmatis, librorum, abs ſe conſcriptorum, & in Peſclavio Rhæticæ ditionis, imo hæreticæ factionis oppido, typis excuſorum, duodecim ſarcinas ex Volturena valle exportandas curaviſſent; ut ſubinde variis in Italiæ civitatibus, præſertim Cremonæ, Vicentiæ, Mutinæ, Faventiæ, & in Calabria Conſentiæ, atque aliis in locis, quibuſcum negotiorum conſuetudo ipſis intercederet, per Comenſem mercatorem diſſeminarentur; ea de re Michael admonitus, videnſque

proſuo adverſus hæreticos zelo,

12 ſarcinas librorum hæreticorum intercipit:

PER ANT. GABUT. id magno Italiæ exitio fore, ſi peſtilentia dogmata paſſim & impune legerentur; de repente pro ſua auctoritate libros penes publicanos intercepit. Quamobrem mercator ad ſacrorum Vicarium Comenſiumque Canonicorum collegium, vacante illa Sede, confugit. Itaque, rogante mercatore, nec mora, ad tollendos libros Vicarius accurrit. At vero Michael, qui prior eos pro jure ſuo recte repetierat, cum intercepti libri ſibi minime redderentur, ſed potius mercatoris civis cauſa multorum fulta patrocinio defenderetur, in ejus criminis affines anathematis ſententiam tulit; ac de re tota Romam perſcripſit ad Cardinales violatæ religionis Judices, nempe ad Joannem Petrum Carafam, qui poſtea lectus Pontifex Paulus IV eſt appellatus; ad Rodulphum Pium Carpenſem, & ad Marcellum Cervinum, qui mox Pontifex fuit Marcellus II; & ad Joannem Toletum; viros omnes Chriſtianæ religionis ſtudio flagrantiſſimos. Qui, re cognita, Michaeliſque probata ſententia atque conſtantia, Vicarium ipſum & Canonicos Romam citarunt: quod ii præſertim Inquiſitori eſſent acriter minitati.

reſiſtentes excommunicat.

B 14 Hac citatione civitas illa commota Michaelem habere odio cœpit. Itaque magno infimæ plebis, puerorum, aliorumque vulgarium adoleſcentium globo coacto, arreptiſque lapidibus ipſum urbem ingredientem (nam extra muros cœnobium eſt) primum petulanter compellare; tum impreſſione facta, præcipites aggredi non dubitarunt: ille vero in fugam converſus, in Odeſcalcorum ædes vix ſe propere quivit. Interea Vicarius & Canonici ad Ferdinandum Gonzagam, Mediolanenſis provinciæ Præfectum, auxilii gratia perfugiunt: illud objicientes, quod ipſe civitati tumultum injeciſſet: atque ut ea re ſuperſederetur, impetrarunt. Non tamen ille ob id incepto ſibi abſtinendum, aut deferendum officium, imo vero fortius inſiſtendum exiſtimavit. Ira percitus Gonzaga, gravi pœna propoſita, mandat illi, ut mane poſtridie ejus diei (quod utique nimis breve temporis erat ſpatium ejuſmodi itineri circiter triginta millia paſſuum conficiendo) adeſſet Mediolani. Per idem tempus de inſidiis, quas ad eum ut in comminatas pœnas incideret retardandum, adverſarii paraverant, Michael admonitus; lecto ſibi certo itineris duce, atque ea, qua Berlaſina (ubi S. Petrus Martyr occubuit) recta pertranſitur, via prætermiſſa, per Licinii forum (Incini-plebem vocant) profectus, noctu pedes tantopere contendit, ut ad præſcriptam ſibi horam coram Gonzaga conſtiterit: qui truci aſpectu eum intuitus, audire noluit, imo cereris dimiſſis, in cubiculum ſeſe abdidit. Tum vero Michael, agnito nobili viro, Præfecti familiari, eum rogat, ut quid ſibi Princeps de ipſo velit, ab eodem diligenter exquirat. Rogata præſtat ille, refertque ipſum in eo conſilio eſſe, ut Michael arctiſſimam in cuſtodiam conjiceretur: quod tamen divino atque amici illius intercedentis beneficio non evenit. Quocirca veritus ipſe, ne notam aliquam aut dedecus importune ſubire cogeretur, magnis itineribus Romam contendit.

cum magno vitæ periculo.

Mediolani in carcerem conjiciendi.

C 15 Hoc loco jucundum ejus tum patientiæ tum modeſtiæ documentum, futurique Pontificatus haud inanem, licet ironiæ plenam prædictionem, ſilentio non præteribo. Urbem ingreſſus, cum ex itinere laſſus ac jejunus, ſub noctem ad Sanctæ Sabinæ Ordinis ſui cœnobium mula vectus ſe contuliſſet; qui tum loco præerat, homo forte paulo durioris ingenii, virum non agnoſcens, ægre hoſpitem excepit: ratuſque fortaſſe proprii commodi & ambitionis cauſa eum adveniſſe; Quid tu, inquit, tibi in Urbe quæritas? num exiſtimas te ſummum fore Pontificem? ſcilicet iſti (Cardinales deſignans) te ſunt electuri.

Romam contendit.

Ad hæc vir Dei, ſe Chriſti cauſa veniſſe, ejuſque honorem & gloriam auctam quærere, præterea nihil; ſibi vero qualecumque brevis temporis hoſpitiolum, ac pro mula fœni modicum rogare. Utcumque igitur acceptus, eiſdem proinde Cardinalibus, quæcumque in ea cauſa geſta fuerant, tam ardenti in religionem animo præſens omnia renuntiavit; ut quamvis Canonici Romam evocati, multorum haud recte de re doctorum ope & gratia niterentur, nihil tamen effecerint: ſed re præclare confecta, ex ſententiaque feliciter expedita, ſummam inde laudem ipſe conſecutus eſt. Quamobrem eam de ipſius virtute ampliſſimi illi Patres opinionem concepere, quæ de optimo ac fortiſſimo viro, ad beneque merendum de Eccleſia Dei egregie animato, concipi poſſe videbatur. Inter hæc objicienti, ſatius fuiſſe in his contentionibus cum viris primariis mitius agere; Michael ardore virtutis incenſus; Si quis, inquit, ad homines, violatæ religionis Judicum miniſtris vim inferentes, reſpectum habet humanum, is male affectum animum ſe habere oſtendit. D

& exilium optatum nanciſcitur.

16 Ea tempeſtate, Curiæ, quod eſt primarium Rhætorum oppidum, duo ad eam Eccleſiam deſignati Canonici, de electione in judicio contendebant. Horum alter è Plantarum, è Salicum alter erat familia. Planta pluribus ſuffragiis nitebatur: ſed quia hæreticus erat perditiſque moribus, ejus electio Pontificis auctoritate comprobari non poterat. Res coram ſacræ Inquiſitionis Cardinalibus Romæ agebatur: qui Michaelis virtute in re Comenſi egregie probata atque perſpecta, eum ad quærendum in Plantam, quæſtionemque legitime formandam, in Rhætiam legaverunt. Nonnullis vero, ut alieno habitu eo proficiſceretur, ob effugiendas hæreticorum Dominicani Ordinis acerrimorum hoſtium inſidias, conſulentibus; habitum nullo pacto immutare ſe velle reſpondit: quin etiam in eodem ipſo habitu, ſi opus eſſet, pro religione libenter ſe mortem oppetiturum, quando id ſibi divino beneficio licuiſſet. Profectus igitur quæſtionem habuit, & habitam litteris confignari; atque ab hæreticis, cognitam viri virtutem ac ſanctimoniam reverentibus, detrimenti nihil ipſe paſſus, hæreticum electum condemnari curavit. E

Curiam ablegatus Canonici hæretici electionem irritam facit:

17 Inde Bergomum pro tempore miſſus Inquiſitor, ſingulari animi fortitudine, nec ſine gravi vitæ ſuæ diſcrimine, contra Georgium Medulacum, inſignem hæreticum, judicium inſtituit. Is erat eloquentia, qua civium cauſas tuebatur, & affinitate, qua nobiles ſibi multos devinxerat, in civitate potens in primis & clarus: ex quo fiebat, ut Inquiſitores, quamquam illius ſcelera minime ferenda judicarent, in eum tamen animadvertere, ne ſe ſuaque in maximum periculum adducerent, non auderent. At vero Michael, abſentis Inquiſitoris locum & poteſtatem nactus, peſtem illam è civitate alioqui Catholica, prius quam altiores radices ageret, penitus evellendam exiſtimavit, Medulaco in carcerem conjecto, in eumque judicio legitime conſtituto. In quo magno illi adjumento fuit gratia & auctoritas Comitis Joannis Hieronymi Albani, celebris juriſconſulti, ac perpetui ſacræ Inquiſitionis egregiique patroni: quem deinde ipſe Pontifex, pii hujus officii memor, in ampliſſimum Cardinalium collegium, pro eximiis ejus virtutibus ac meritis, cooptavit. Is ergo, ut miſerum illum propinquum ſuum ad ſanitatem revocaret, una cum Michaele plurimum, ſed ne quidquam, cum elaboraſſet, demum carni & ſanguini religionem præferendam ratus, & ad Inquiſitorem converſus, legibus ut in eum ageret, enixe rogavit. Interim reo noctu per vim ab amicis ſuis è carceribus erepto, cum & illum in vincula reducere, & tot ſontes cives juſtis F

Bergomi Medulacum hæreticum.

carceri tradit.

ab eoque elapſum reſtituicurat:

justis pœnis afficere, esset omnino difficillimum; ut omnes ejus criminis affines, Catholico ritu facinoris se pœnitere profiterentur, Michael effecit: Medulaco, statim ipsius Albani ope in custodiam restituto: qui postea Venetias relegatus, ibidem in carcere periit infeliciter.

in Episcopum, suspectum quæstionem clam habet:

18 Nec ita multo post, Bergomum, cum potestate Apostolica, ab Julio Tertio Summo Pontifice ac memoratis Cardinalibus denuo Michael destinatur, ut in Victorem Superantium, nobilem Venetum, ejus civitatis Episcopum, de hæresi delatum, inspiceret ac legitimam quæstionem institueret. Irrepserat namque in eam urbem hæretica pestis, contracta potissimum ex hæreticorum lectione librorum; quibus depravatus etiam Antistes, iis duas arcas repleverat; easque in suburbana villa, ne deprehenderentur, clausas abscondi curaverat. Ex quo fit etiam perspicuum, id quod ante memoravimus, quam periculosus atque adeo pernicioſus semper fuerit ejusmodi libellorum usus, quo veluti virulento pabulo non solum Christi oves, sed Pastores quoque aliquando fœde corrupti contabescunt. Cum igitur sine gravi & aperto quærentium periculo res inspici non posset, quod & à Magistratibus
B & ab aliis quamplurimis Episcopus vehementer protegeretur; Michael negotio fortiter ac prudenter insistens, testimonia clam excipi, quæstionem haberi, & in commentarios referri caute procuravit. Quod ubi compertum est, Episcopus Magistratusque miserunt, qui eum ad necem conquirerent. Inter alias vero illi structas insidias, illud fuit sane facinorosum,

non sine suo summo periculo.

cum Nonis Decembris anni MDL, intempesta nocte, armata manu, cœnobium, in quo ipse quiescebat, aggressi, Dei ministrum inde eripere maleque habere tentaverunt. Quo ille cognito, surgens è lectulo, ad inexpugnabilem sacræ precationis arcem de more confugiens, divinam opem supplex imploravit. Nec irritas famuli sui preces esse voluit Deus, qui de cælo respicit in preces humilium, protectorque est omnium sperantium in se. Mox enim fidei plenus, ac cælestibus munitus armis, irruentem cohortem una voce ita repressit; ut in fugam omnes conversi, damni nihil intulerint.

Matth. 10

19 At ipse memor Dominici præcepti monentis; Cum persequentur vos in una civitate, fugite in aliam: Bergomo de nocte discedere, rustico duce, properavit. Aviis itineribus discedenti paratas in via recta ab adversariis insidias, divino potius quam
C humano consilio, mirabiliter evasit: conscriptam vero quæstionem, ne periret, apud Aurelium Grianium Franciscanum caute deposuit; eaque mox recepta, ad Urbem remigravit. Ubi rem bene gestam omnes, præsertim Cardinales sacræ Inquisitionis Præsides, laudibus extollere; eximiamque Michaelis cum prudentiam tum fortitudinem, religionisque tuendæ studium prædicare. Romam proinde ductus Antistes, multorum licet gratia fretus, in S. Angeli arcem inclusus, judicium subiit: & convictus est fœdorum hæreticæ pravitatis errorum, exemplique perniciosissimi: ex quibus comperiebatur, eum factum ex pastore lupum pessimam tenere artem, è Lutheri Calvinique colluvie hausta, inficiendi Christi gregis, nisi tot tantisque malis divina providentia per ipsius Michaelis antevertisset industriam. Ille vero tandem Ecclesia privatus Venetiis, seu veneno, seu, ut alii volunt, mœrore confectus interiit. Itaque sublata hæretica pestilentia, civitas Bergomensis alioqui pia, & avitæ Catholicæque religionis cultu jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ inclyta, in sinceræ pietate professione deinceps perseverat.

& Roma procurat depositionem illius.

20 Post hæc autem anno MDLI, mense Junio, Theophilo, Dominicani Ordinis in Urbe Proinquisitore (quem generalem sacræ Inquisitionis Commissarium appellant) officio simul & vita functo, cum plerique spectatæ virtutis viri in demortui locum apti proponerentur; Cardinalis Carafa, primarius illius Congregationis Præfectus, Michaelem, summa Collegarum atque adeo Julii Pontificis voluntate, sua sponte ad id muneris aptiorem judicavit & elegit. Erat videlicet Michael cum aliis amplissimis Patribus egregie probatus & carus, tum in primis ipsi Carafæ atque Carpensi: qui eum familiarissime & accipiebant & complectebantur; &, quo ipse incensus erat studio religionis illecti, simplicique aperto ac minime fucato hominis ingenio delectati; conferendis cum eo sermonibus animos explere suos haud satis posse videbantur. Propterea Carafa ministris mandarat suis, ne illum adventantem, ut fit, adesse prænuntiarent aut prohiberent ingressu, sed in ejus intima cubicula statim ingredi libere permitterent. Itaque sæpius, remotis arbitris, secedentes, inter se quam diutissime colloquebantur: quod ut commodius fieret, palatii sui, quam incoleret, ei partem assignavit; familiaribusque suis atque aliis dicebat interdum, Michaelem sane maximum Dei E famulum esse, summisque & honoribus & dignitatum gradibus dignum.

PER ANT. GABUT. CAP. III

Commissarium generale Inquisitionis

carus Cardinali Carafæ

21 Dum igitur hoc ipse fungeretur officio, ut alias ubique, peregregiam ac strenuam, tum Catholicæ tuendæ fidei, tum hæreticorum erroribus convellendis, pertinacibus plectendis, resipiscentibusque *convertos* clementer habendis, operam impendit. Quos enim *benigne fovet.* vel privatis colloquiis ad saniora consilia revocasset, vel publice ejuratis erroribus, legitimis pœnis affectos, vere pœnitentes; & ad meliorem frugem conversos agnovisset; eos perhumaniter acceptos consolabatur, pie fovebat, & ad mensam sibi convivas excipiebat: qua etiam in eos humanitate postea factus Cardinalis utebatur. Cererum cum ab omnibus avaritiæ sordibus longissime se abesse semper ostendit; tum vero magnam temperantiæ, magnam beneficentiæ ac piæ liberalitatis laudem tulit. Suis namque stipendiis & oblatis eleemosynis, quamquam sibi minime supervacuis, non quoslibet aut indignos, sed egenos, viduas, ac pupillos, quorum ipse parens vere dicebatur, virtuteque præditos homines benigne sustentabat: eratque ad conferenda, quam ad accipienda beneficia promptior: & quoties de aliis licebat sibi bene mereri, summopere F lætabatur.

CAPUT III.

Dignitas Episcopalis & Cardinalitia, ac summi Inquisitoris collata. Libertas in sententia dicenda.

CAP. IV

22 INterea vero x Kal. Aprilis anni MDLV, migravit è vita Julius Pontifex, subindeque Marcellus II ei subrogatus, qui duos & viginti dies vixit *Vacante Sede summi Inquisitoris Vicarius* in Pontificatu: cui x Kal. Junii ejusdem anni, suffectus est Jo. Petrus Carafa, Card. Neapolitanus, Paulus IV appellatus. Per hosce comitiales dies sacræ Inquisitionis Cardinales absolutam gravissimarum rerum cognitionem atque judicium, facta ei libera & ampla potestate (paucis nonnullis atrocioribus causis exceptis) per se decidendi quæstiones fidei, causas definiendi, reosque vel absolvendi vel condemnandi, præter ordinem Michaeli detulerunt: quæ potestas par deinceps ex hujusmodi occasione nemini data. Paulus vero non solum in ejus muneris admi-

PER ANT. GABUT. administratione Michaelem confirmavit, sed eum etiam Nepetæ Sutriique dixit Episcopum. Quæ quidem Ecclesiæ duæ tenuis reditus, inter se modico locorum intervallo distantes, via Flaminia, XXV ferme ab Urbe lapide, jamdiu ab uno reguntur Antistite. Hanc ergo Episcopalem provinciam sponte deferente atque adeo mandante Pontifice, invitus quidem suscepit, anno MDLVI mense Septembris, sed susceptam egregie deinceps triennium & amplius administravit. At vero quod ab ejusmodi onerum periculis perpetuo cavendum sibi esse statuisset, eam dignitatem subire initio reculanti, ac potius ad monasticam quietem redire flagitanti, Paulus minus indulgens; Iis, inquit, te compedibus illigabimus, ut ad cœnobiticam vitam jam amplius reverti non possis. Quibus ille verbis innuere volebat, se illum inter amplissimos Romanæ Ecclesiæ Patres relaturum. Itaque creatione proxima eum Pontifex in fratris filii cubiculum accersivit, quem ipso die mane legeret in Senatum, quod tamen tunc non evenit. In quo Michael nihilo secius, ac si magnum periculum evasisset, confestim Senatu dimisso lætus; Effugimus, inquit, effugimus. Mox cum ipso Pontifice & B cum aliis colloqui cœpit, animo pacatissimo ad omniaque bene parato. Quæ res fuit à multis observata diligenter, aliis, quod desponsæ dignitatis expers inde regrederetur, digito eum indicantibus, ac per jocum compellato pudorem injicere conantibus; aliis vero constantiam ejus, & quam ipso vultu præ se ferebat, moderationem animi demirantibus.

deinde Episcopus Nepesinus & Sutrinus

CAP. V

23 Anno denique post Christum natum MDLVII, Idibus Martiis, in amplissimum Collegium cooptatur, Cardinalis Alexandrinus appellatus (accepto nomine ab urbe Alexandria, quæ, ut ostendimus, parum abest à Boscho patria sua) Tituli primum quidem S. Mariæ supra Minervam, quæ insignis Prædicatorum Fratrum ædes tunc primum ejus causa dari cœpit in titulum Cardinalibus, deinde S. Sabinæ ejusdem Ordinis: demum, rebus ita ferentibus, ad prioris Ecclesiæ titulum revocatus est. Ceterum Paulus, cum religionis cultum ac morum disciplinam valde collapsam restituere, sibique ad tam gravem rerum molem sustinendam, præter ordinarios adjutores, quempiam inviolatæ fidei judicio intimum administrum adsciscere statuisset, novo munere sapienter instituto, id Alexandrino detulit; eumque summum ac perpetuum in universa Christiana republica Inquisitorem, in amplissimo Cardinalium cœtu, magna cerimonia declaravit; quem ceteri omC nes, seu delegati seu ordinarii judices, etiam Episcopi, in ejusmodi causis agnoscerent Superiorem: atque ut id Cardinalibus tantum in posterum mandaretur, instituit; eis & administris certum stipendium constituturus: decrevitque ne sacri interregni tempore vacaret, instar officii summi Pœnitentiarii. Sed ut ante, ita post ipsum Michaelem, supremum Inquisitorem fieri vel appellari, nemini datum esse constat; Pontificibus id sibi reservantibus, Inquisitionisque cura certis, qui ex instituto Pauli III ad hanc rem eligi solent, Cardinalibus, ut antea, delegata.

denique Cardinalis creatus

& summus Inquisitor

24 Hoc igitur munere sic est ipse perfunctus, ut cum præcellenti dignitate parem quoque integritatem ac diligentiam conjungeret, & industriam omnino consentaneam gravissimi Pontificis voluntati. Qui sicuti rebus optime ordinandis dare operam cœpit, ita præclare cœpta optatus finis esset consecutus, ni ardens in Italia bellum cogitationes ejus prævertisset. In ampissimo ordine Michael ita se gessit, ut ea dignitas, probitatis ac virtutis suæ index splendorque potius extiterit, quam ut illius animus inde fuerit ullam in partem vel leviter immutatus. D Quin solitam humilitatem suam, modestæque vitæ cultum ita diligenter præstitit, usuque retinuit, ut præterquam in publicis actionibus monasticos habitus deponere numquam voluerit. Sed quæ mens, qui mores illi fuerint, in tam sublimi gradu collocato, quid Pontificem ad eum promovendum impulerit, quid inde propinquos agere vel sentire præscriberet, denique quam castus & integer in rebus ecclesiasticis, etiam amicis & affinibus, conferendis extiterit, vel ex una, quam ad Paulinam sororis suæ filiam manu sua scripsit, epistola, velut ex ungue leonem licet agnoscere. Quæ quidem epistola quoniam ad harum rerum veritatem magis illustrandam pertinet, operæpretium fore visum est, eam à me ex ipso exemplari Latine conversam hoc loco subjungere.

nihil inde elatior

25 Hodie litteras tuas, III Kalend. Martii datas, accepi: ex quibus mihi perjucundum fuit intelligere, tibi cum marito tuo, probo viro, optime con- *quod vel epistola ad neptem declarat,* venire: amboque, uti pios Christianos decet, de quo minime dubitabam, in timore & amore Dei vitam instituere. In quo si, uti speramus, perseveraveritis, divinæ illius majestati erit cura de vobis deque rebus vestris, quoniam timentibus Deum omnia E cooperantur in bonum; beatique sunt illi, quorum consilia omnia ad unum Deum diriguntur, eumque spectant unum, qui cunctis mundi thesauris longe præferendus est, ac pluris quam mille mundi, si tot essent, æstimandus: cetera namque universa, nisi ad Deum referantur, inania sunt omnino, ac veluti fumus evanescunt. Nec tibi subeat inaniter gloriari, te filiam esse sororis Cardinalis: illud potius debes animo diligenter advertere, indeque summo & omnipotenti Deo immortales gratias agere, quod vel hinc te ad colendam virtutem alliciat ac moneat; ut caveas, ne ab his exiguis degeneres virtutibus, quibus avunculum tuum Deus pro immensa misericordia sua munire dignatus est: quibusque permotus ejus in terris Vicarius, nullo majorum splendore, nullis humanis opibus aut artibus, nullis denique Principum commendationibus aut propriis divitiis (quippe qui pauperrimus, si quis alius in Dominicana familia, sed tamen tenuitate sua contentus esset) eum in sacrum Collegium Apostolicum, Romanæque Ecclesiæ Senatum adscripsit. Itaque Deum precare, non ut eum amplius extollat in terris, F sed æternum beet in cælis: ac scito longe majores nunc ejus esse labores, mentis inquietudinem atque molestias, quam dum privatam in cœnobio degeret vitam.

26 Quod autem de Giberti mariti tui fratre scribis, sic habeto, ecclesiastica beneficia non carni & sanguini, sed virtutibus deberi: & cum in hanc usque diem absque hujusmodi mercimoniorum negotiis vitam duxerim, nolle me, hac ætate senescente, *qui suos illi affines pro movendos commendarat.* conscientiam meam onerare. At si Reverendissimus vester Dertonensis aut alius Antistes, harum rerum bene peritus, de illius sufficienti eruditione mihi perhibuerit testimonium, libentissime, quod illum obtinere deceat, ut consequatur, enitar. Quod porro ad Gibertum attinet, cum primum per facultates meas licuerit, ejus opera libenter utens consulam commodis ejus. Deum rogate, ut quod ad majorem gloriam suam bene sibi visum fuerit, nobis omnibus evenire disponat. De Juliano, adhuc est nimis adolescens: & ego majori gravor familia, quam ut ferant tenuissimi reditus mei, in magna præsertim annonæ caritate: quod si Domino placuerit, me commodiore uti conditione, ipsum & alios adjuvero, modo velint virtutem colere, rectèque vivendi leges

A leges tenere ; non, ut quidam alii, qui ſuis moribus effecere, ut mihi valde refrixerit animus, ne patriæ noſtræ cives apud me deinceps eſſe velim ; majorem fidem, probitatem, ſinceritatem, & humanitatem in extraneis expertus. Atqui Dei benignitate, familia utor iis moribus prædita, ut ad eam amandum impellar, ac ſi mihi ſinguli filii eſſent, non adminiſtri. Vale, ſalutaque meis verbis ſorores tuas & cognatos. Romæ VI Kal. Aprilis MDLVIII.

27 Extant & aliæ, quas vidimus, ejuſdem fere argumenti, ad ipſum Gilbertum manu ſua reſcriptæ litteræ, quibus eum vir ſummus ac ſummis rebus ſemper occupatus, non minus perite quam pie & humaniter commonet, ne quid in eodem fratris negotio contra ſacras leges committat, ſed ut omnia caſte ac ſecundum Deum rite fieri procuret. Quæ idcirco memoravimus, ut vel hinc intelligas, eum cognatos & cives ſuos humiles non deſpexiſſe, aut quo jure quaque injuria ditare & extollere ſtuduiſſe : ſed ſuæ, eorumque ſempiternæ ſaluti pie conſulendo, humanitatis pariter & caritatis officio numquam defuiſſe. Ceterum quod ad Paulinam de familia ſua ſcribit, ea fuit ita pauca, vix ut viginti homines, hique omnes probatæ vitæ, in illa cenſerentur : B utpote modicis adhuc facultatibus, quæ toto Cardinalatus tempore ad quinque millia nummûm aureorum non pervenerunt. Volebat omnino, ut domeſtici omnes religioſorum hominum inſtar vitam inſtituerent : eoſque antequam nomen in familiam darent, ut non in aulam, ſed ſacrum in cœnobium ingredi ſe cogitarent, teſtatus præmonebat. Sæpe vero illis ſacroſanctam Euchariſtiam adminiſtrabat ipſe, ita ſe cum iis gerens, ut non minus amantiſſimi parentis, quam domini ardenti caritate flagrantis officia cumulate præſtaret, inque rebus omnibus illis ſubveniret ; præſertim ægrotantibus ; accurate providens, ut certo domus loco ſeparatim conſtituti, diligenti cura idoneorum miniſtrorum & officio curarentur : in eamque rem ſumptus omnes ad obolum uſque de ſuo ipſius ære perſolverentur.

domeſticos inſtar religioſorum inſtituit:

28 Quatuor porro annos & amplius, cum Eccleſiæ præfuiſſet Paulus Quartus, anno à Chriſto nato MDLIX, quintodecimo Kal. Septembris ceſſit è vivis : cui poſt quatuor fere menſium interregnum ſubrogatus eſt Joannes Angelus Medices, Cardinalis Mediolanenſis, Pius IV nuncupatus. Qui licet nonnullis, ejuſdem Pauli favore & clientela antea nitentibus, aperte ſit adverſatus, & in pleroſque principes viros ejus conſanguineos graviter animadverterit ; Michaelem tamen in ipſo ſummi Inquiſitoris munere firmatum eſſe voluit ; ac paulo poſt, ut pro ſtatus ſui dignitate melius ipſe poſſet inde ſibi providere, eum à Nepeſino Sutrinoque Epiſcopatu, ad regendam Montis-regalis in Subalpinis Eccleſiam tranſtulit. Cujus quidem Eccleſiæ adminiſtratione ſuſcepta, cum in ea multa & rite providenda & pie ordinanda eſſe animadverteret, tollendoſque varios depravatos mores & corruptelas, quæ in eam, utpote hæreticis vicinam, irrepſerant decurſu temporis, quo à cereris Paſtoribus, gravi cum illius Chriſtiani gregis detrimento, jamdiu recognita non fuerat ; illam accurate ſibi viſendam & componendam exiſtimavit. Atque eo verſus iter ingreſſus, nocte ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli feſtum diem inſequente, anno MDLX, ad Lucenſes balneas pervenit : ibique dies aliquot poſuit ad eas adhibendas aquas, curando ſtranguriæ morbo, quo ſæpe graviſſime cruciabatur : quique tandem cauſa fuit, ut concreto auctoque in veſica duro ac diro calculo, uti poſtea narrabimus, mors illum celerius abriperet.

factus Epiſcopus Montis regalis in Subalpinis

eo dirigit iter

29 Inde porro ſolvit Genuam, quæ honoris cauſa quatuor triremes ei obviam miſit. Dux Sabaudiæ Emanuel Philibertus, Princeps cum aliis nominibus, tum in primis Chriſtianæ pietatis laudibus clariſſimus, ſummis eum honoribus excepit, biduum cum illo jucunde commoratus. Eccleſiam denique ſuam perluſtravit, rebuſque omnibus, quas oportebat, quoad ejus fieri potuit, optime emendatis atque compoſitis, ægre ferens ad hæreticorum punitionem civilem poteſtatem ſibi defuiſſe, amicorum rogatu Boſchum divertit : ubi ſummis & honoribus & gaudiis acceptus, egregiam ſuam in patriam caritatem quamplurimis ac variis in omnes, præſertim in egenos carceribuſque detentos, pietatis officiis humaniſſime teſtatus eſt. Inde ad Viglebanenſe cœnobium (ubi adoleſcens regularis diſciplinæ, uti memoravimus, ſcientiarumque tirocinia fecerat) pari lætitiæ & honoris ſignificatione fuit exceptus : deinde Mediolanum delatus, ibique à Magiſtratibus viriſque principibus illius civitatis honorifice habitus, Romam revertitur die B. Catharinæ ſacro, anni paulo ante memorati. Atque hæc quidem reverſio mirifice grata fuit cum amicis ſuis omnibus, tum vero multis ampliſſimis Patribus, inprimiſque Ranutio Farneſio S. Angeli Cardinali : qui donec vixit eum ſemper plurimi fecit, & vero pro ſingulari ſuo judicio ſæpe prædixit, facile futurum, ut B. Petri clavium poteſtas illi gerenda traderetur : ſed immaturæ mortis injuria optatum ſuę prę ſenſionis eventum videre nō potuit

PER ANT. GABUT.

Eccleſiaque luſtrata

Romam revertitur.

E

30 Jam vero ad ſacræ Inquiſitionis adminiſtrationem rediit Alexandrinus, cunctiſque ſalutaris illius Officii congregationibus, ut anteà, numquam non intereſſe voluit. Agebatur per idem tempus Tridenti ſacroſanctum & œcumenicum Concilium, quod jamdudum à Paulo III inſtitutum, ſed deinde ſæpius intermiſſum, à Pio IV denique repetitum, tandem hoc anno MDLXIII ſummo Chriſtianæ reipublicæ bono, Deo bene juvante, concluſum & abſolutum eſt. Ergo quæ res in eo graviſſimæ tractabantur, de iis Romæ itidem agi cum vellet Pontifex, in ejuſmodi conventibus accuratum Michaelis ſtudium & operam adhibere conſueverat : ejuſque ſolidæ & probatæ doctrinæ, & vere gravium ſententiarum, à liberali & ingenuo animo proficiſcentium, maxima ſemper habita ratio eſt. Privatis namque rationibus omnino poſthabitis, cum in iis, tum etiam in aliis omnibus cœtibus, & privatim & publice, quid ſecundum Deum & è Chriſtiana republica ſibi eſſe videretur, libere pronuntiabat. Nam illi in rebus omnibus ut F ſpectata virtus & integritas auctoritatem, ita conſcientia optimæ mentis ſententiæ dedit libertatem : neque enim ignorabat, ſummum ac præcipuum Cardinalis officium eſſe, tam in privatis quam in publicis conſiliis apud Pontificem, probum ſe ac fidelem conſiliarium ubique præſtare, ac libere profiteri, nihil ſibi, eſſe antiquius Dei gloria & Chriſtianæ reipublicæ ſalute.

CAP. VII

In conſultationibus ſub finem Tridentini Concilii Romæ habitis

graviter ac libere ſententiam dicit

31 Itaque talem ſe Alexandrinus erga Pontifices exhibebat, quales S. Bernardus Cardinales requirit, cum ad Eugenium Pontificem Max. ſcribens, eum inducit videre cupientem Eccleſiam Dei talibus innixam columnis, eoque ſacrorum Senatorum munitam conſilio, ut, ſi Pontifex Summus vellet aliquatenus deviare, illi non ſinerent, frænarent præcipitem, dormitantem excitarent ; quique pro ſua reverentia & libertate extollentem ſe reprimerent, excedentem corrigerent ; conſtantia vero & fortitudine nutantem firmarent, erigerent diffidentem : qui denique pro ſua fide & ſanctitate, ad quęque ſancta, ad quęque honeſta eum & alios provocarent. Hæc igitur præclara ſanctiſſimi viri de Cardinalis officio documenta, atque alia ejuſmodi probi Senatoris

Lib. 4. de conſider.

PER ANT. GABUT.

munera, fortiter & opportune, exequi non omisit Alexandrinus. Atque ut de multis pauca colligamus, VIII Idus Januarii ipsius anni MDLXIII, cum Ferdinandum Medicem, Cosmi Florentinorum Ducis filium, teneræ fere puerum ætatis, & Federicum Gonzagam, filium Federici Mantuæ Ducis, adolescentem, Pontifex (id quod mox fecit) sacrum in Senatum legendos proposuisset; statim à prandio, quod in anniversario Pontificiæ coronationis die Cardinalibus Principumque Oratoribus de more dari consueverat, Cardinalibus ipsis convocatis, cum illisque communicato consilio, ea de re singillatim omnium sententiam rogavit. Quæ cum ex ordine dicenda esset Alexandrino, is mirifica libertate respondit fere in hæc verba:

ne adolescentes Principum filii Cardinales creentur

32 Cum habeatur hoc tempore, Beatissime Pater, Sacrosancta Tridentina Synodus, in qua, præter accuratam religionis dogmatum tractationem, in Ecclesiasticam disciplinam ac mores sancte restituendos summis laboribus incumbunt tot tantique Antistites; ii sane hujusmodi creatione valde offensos se arbitrarentur, si de hujus habenda ratione dignitatis decreto vix dum absoluto, statim derogaretur. Quare non possum equidem non ire in alia omnia: neque huic ego sententiæ unquam plane subscribam. Præterea quorsum evasura sit ætas adolescens, cum omnino sit incertum; cumque in his dignitatibus conferendis expectanda sit ætas legitima, eam potissimum expectare debent ii, quibus meritis ita ferentibus, sacræ Purpuræ dignitas deesse numquam poterit. Huc accedit, hic non esse aut locum aut tempus legendorum Cardinalium: locum quidem, quia ex more in eorum publico conseſſu legi consueverunt: tempus vero, quoniam cum illico sit à prandio (quod sane plurimum exaggeravit) id maximos hominibus sermones dabit. Ceterum Cardinalis S. Angeli, qui præter alios audierat hæc omnia, summam viri libertatem, ardensque sacræ disciplinæ studium admiratus, dicebat postea, quemcumque vel pretiosissimum thesaurum, quem unquam habere potuisset, se libenter impensurum, si ejusmodi, quæ nemo alius dicere ausus fuerat, ipse ad Pontificem verba facere valuisset. Nec ita multo post Florentiæ Ducis Orator, cum illius nomine pro more veniſſet ad agendas gratias cum aliis Cardinalibus, tum vero etiam ipsi Alexandrino; protinus is; Non est, inquit, quod mihi gratias agas: quippe qui huic electioni non modo non faverim, sed valde sim etiam adversatus: non quod Medicæam gentem oderim, sed quod ita mihi conscientiæ ratio præscriberet. Ac recte quidem id nulla se invidia adductum feciſſe dixit: nam, ut ex dicendis patebit, eam ipse domum & dilexit plurimum, & non mediocriter exornavit.

vehementer dissuadet.

idque se feciſſe profitetur.

33 Sed illud quoque in hoc genere memorabile. Sub finem hujus Pontificatus, Maximilianus Cæsar eo nomine II, & alii plerique Germaniæ Principes, graviora scelera perniciosaque exempla hac via cautum iri prætendentes, per litteras ac nuntios Pontificem urgebant, ut Germanis Sacerdotibus, Græcorum exemplo, uxores ducendi faceret potestatem. Quod etsi Christianis moribus, Apostolicis præceptis, sacris legibus, atque omni ecclesiasticæ disciplinæ omnino repugnare constabat; Pontifex tamen, ut quid dicto factoque opus esset gravius decerneret, tantorumque Principum petitionem haud prorsus contemnere videretur; rem nonnullis Cardinalibus ad id selectis expendendam ac definiendam detulit. In iis ergo cum esset Alexandrinus, sacras leges Deique honorem omnium Principum gratiæ cunctisque rebus humanis præferendum ratus, singulari constantia atque animi libertate ita sese opposuit, ut ejusmodi postulata nemo aut ardentius oppugnarit, aut acrius rejicienda esse contenderit: potissimusque ipse auctor fuisse dicitur, ut Pontifex id nullo pacto faciendum esse responderet. Non enim fas esse, mala facere, ut eveniant bona: neque cujusvis rei gratia contra leges omnes prostituendum esse, atque adeo profanandum sacrosanctum Sacerdotium, quod sine sancta castitate aut rite constare, aut Deo placere non posse, Catholica & Apostolica semper docuit Ecclesia. Hæc igitur & ejusmodi alia gravissima illius responsa præter ceteros admirans Annibal Bozzutus Cardinalis, non minore prudentia quam dignitate generisque splendore insignis, dicere consueverat, Cardinalis Alexandrini sententiam in amplissimo Collegio plus ponderis habere (absit invidia verbo) quam cererorum omnium, alioqui sapientissimorum, Patrum simul juncta suffragia.

dissuadet & evincit:

itam ne legatio Avenionensis Card. Borbonio decernatur,

34 Obstitit præterea vehementer eidem Pontifici, Avenionensis legationis munus Alexandro Farnesio Cardinali abrogare, Caroloque Borbonio ejus collegæ mandare cupienti: quod ea res & gravi Catholicæ religioni periculo, & sacrosanctæ Sedi parum honorifica fore videretur. Nam inde futurum, ut hæretici magis insolescerent, cum illius se imperio traditos vidissent: cujus, alioqui probe Catholici, studia in gentem suam, hæretica fraude ex parte deceptam, propensiora fore sperarent: cum nemo nesciat, dominandi libidinem & cognationis vinculum, ad hominum, præcipue Principum animos immutandos, valere quamplurimum. Addebat, non admodum esse Galliæ Regis promissis nitendum, Avenione hæreticos haud victuros pollicentis: tum quoniam is fere puer esset, aliorumque regeretur arbitrio; tum quia si domi suæ id ille præstare nequivisset, eo minus sperandum in aliena ditione hoc ab eo præstitum iri. Quare partim ex his, partim ex aliis, quæ nunc omittuntur, contentionibus contrariisque sententiis, ad sacrum Inquisitionis magistratum pertinentibus, fuere qui dicerent fore, ut à Pontifice in Adrianæ molis arcem includeretur. Quibus ipse, Mihi, inquit, locus numquam deerit in Ordinem meum redeundi, quoties ob testificationem veritatis in hoc collegio permanere non potero. His ergo atque aliis ejusmodi rebus forte motus Pius IV noluit, ut amplius ille palatinas ædes incoleret, supremique Inquisitoris auctoritatem ei non nihil imminuit.

idque cum aliqua offensa Pontificis,

35 Interim is, quem ante memoravimus, è calculo contractus morbus ac dolor, mense Julio Michaelem tam vehementer afflixit, ut in summo vitæ discrimine constitutus, per octodecim dies sanguinem, urinæ loco, reddiderit. Quocirca de se ad felicem obitum componendo, deque parando sibi sepulcro cogitare cœpit: quod ejusmodi esse voluit, quale in medio templi solo S. Mariæ supra Minervam hodie conspicitur, cum hoc epitaphio. Ad laudem D. O. M. Fr. Michael Gisserius, ex oppido Boschi, Agri Alexandrini, Ordinis Prædicatorum Dei misericordia tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, noscens terram terræ se redditurum, ob certam resurrectionis spem, in Virginis Dei genitricis templo, ejus & Sanctorum ac piorum viventium cupiens adjuvari suffragiis, locum hunc vivens sibi statuit: in quo cadaver, cum suum obierit diem, poni curavit, annum agens ætatis suæ LX, & humanæ salutis anno MDLXIV. Confirmata porro valetudine, ad Ecclesiam suam, ut Christi oves sibi concreditas verbo & exemplo pasceret, redire cogitans, sacram diversi generis supellectilem & scripta, cum itineris impedimentis, per mare dedit avehenda. Sed ille, cujus divino consilio cuncta gubernantur, quique pro sua in nos clementia, quos

in morbum lapsus disponit de sepultura,

ad Ecclesiam suam redire.

A quos diligit, arguit & flagellat; quemadmodum in afflictione corporis, ſic in rerum externarum detrimento, patientiam ejus ac virtutem magis voluit experiri: ideoque permiſit, ut non procul ab Herculis portu onerariam piratæ caperent diriperentque. Quo quidem ille accepto nuntio, non tam ceterarum rerum, quarum damnum facile pertulit, quam ſcriptorum, quæ maximi erant momenti, gravem ſane jacturam ægre admodum tulit. Inde recrudeſcente morbo, diſcedendi conſilium immutavit: idque eo magis, quod ſacræ Inquiſitionis Cardinales, diſceſſionem ejus moleſte ferentes (quippe qui ſui ipſorum, uti dicebant ipſi, conſiliorum quaſi moderatorem amitterent) impetraſſent à Pontifice, Romæ ut ſeſe contineret, illi mox in Pontificatu divino conſilio ſucceſſurus.

variis modis prohibetur.

CAPUT IV.

Summa Pontificis Romani collata dignitas

CAP. VIII 36 MOrtuo Pio Quarto ad v Id. Decembris, anno à Chriſti ortu MDLXV, novendialibuſque juſtis ei rite perſolutis, pridie feſti diei S. Thomæ Apoſtoli, Patres novum Pontificem lecturi in comitiorum conclavi ſeſe concluſerunt. Ferme omnium erat opinio, ob Cardinalium frequentiam, qui ad quinquaginta convenerant, & quod multi eſſent, quibus Pontificatus variis de cauſis deſponderetur, fore, ut plurimis contentionibus diutius protraheretur electio. Longo tamen uſu compertum eſt, non Cardinalium multitudinem efficere, ut id negotii citius aut ſerius conficiatur; ſed potius (ſi humana ſpectaverimus) eorum ſtudia, qui pro ſua auctoritate in conclave ſe partium duces rebus agendis exhibent. Comitiorum Principes, quique opibus, auctoritate & gratia præſtabant, erant Carolus Borromæus & Marcus Sittichus Altaempſius, Pii IV ſororum filii, Alexander Farneſius Pauli III Pontificis nepos, Hippolytus & Aloyſius Ateſtini Ferrarienſes, & Ferdinandus Medices. Primi duo collegas complures recentibus & magnis beneficiis devinctos habebant: quoniam quinque & quadraginta, eoſque lectiſſimos viros, Pius IV in ampliſſimum ordinem cooptaverat. Horum plerique memorem & gratum in demortui Pontificis propinquos animum præſtabant, ſtudiaque ſua Borromæo in primis deferebant. Erat is tum Archiepiſcopus Mediolanenſis, ætate quidem juvenis, moribus tamen ac prudentia gravis: dignitate, clientelis & amicorum ſtudiis clarus; ſed vitæ ſanctitate, cujus jam tum præclara fundamenta jecerat, rerumque pie geſtarum magnitudine clarior.

B *In Conclavi pro creando novo Pontifice,*

ſtudio S. Caroli Borromæi

C

37 Huic à legibus, quæ ambitum arcebant, & quid in hac re ſervandum eſſet præſcribebant, minime diſcedere; ſed quod ad Dei gloriam ejuſque Eccleſiæ dignitatem pertineret, facere propoſitum erat. Quæ res, ut plurimi Cardinales ejus præſidii ſpe tenerentur, horumque rationes & cogitationes ab ejus arbitrio penderent, ſic effecerant, ut qui Borromæo probatus eſſet, omnibus probatus fore videretur. Ejus ergo ſtudium in Joannem Moronum Card. Mediolanenſem verſum erat: quod quamvis initio diſſimulare placuiſſet; tamen poſtea conciliatis multorum animis, ei ſe ſuffragaturum aperte præ ſe tulit. Moronus variis virtutum præſidiis & ornamentis longe clariſſimus, atque haud ſcio an omnium ſapientiſſimus habebatur: à patre Hieronymo, regendi ſcientiſſimo, à teneris annis ad publicarum rerum adminiſtrationem eruditus; Pauli III, à quo Cardinalis creatus fuerat, diſciplinæ alumnus; magnis negotiis publiciſque muneribus ſæpe præfectus, denique plurimis ad Reges & Principes legationibus egregie perfunctus; quibus rationibus Eccleſiæ dignitas pararetur & augeretur, optime didicerat: quod ei quoque amplum & glorioſum erat, Tridentino concilio Legatus Apoſtolicus præfuerat, idque tam felici ac memorabili exitu concluſerat, ut qui Principes illud diutius trahi & apertum eſſe cupierant, tam præclarum facinus arguere non auderent. Hujus auctoritati, perpetuo bene actæ vitæ tenore partæ (ut eſt virtus invidorum querelis & calumniis ſemper objecta) unum maxime officiebat, quod ſub Paulo IV, quaſi de religione minus recte ſenſiſſet, accuſatus judicium ſubierat: in quo tamen ſeſe optime purgaverat, egregieque ſuam probaverat innocentiam. Itaque Borromæi & aliis Morono ſuffragantibus; nonnulli, qui clandeſtina prenſatione adverſati erant, patefacta mox voluntate, aperte reſtitere; datiſq; ſuffragiis, ex his quatuor ad rē conficiendā deſiderata ſunt.

PER ANT. GABUT.

38 Ubi de Morono inane inceptum evaſit, Borromæus ad Gulielmi Sirleti creationem animum transtulit. Erat Sirletus, non ſummo quidem loco natus, ſed integerrima vita, caſtiſſimis moribus, ſumma pietate ac multiplici eruditione præditus. Linguarum autem, præſertim Hebraicæ, Græcæ & Latinæ cognitione omnium facile princeps, in ſacrarum litterarum ſtudio verſatus, ita omnibus doctrinæ ſuæ copiam fecerat, ut nemo ferme unus reperiretur, cui carus ac jucundus non eſſet: quam remotus à ſtudiis ambitionis ſemper fuiſſet, illud teſtimonio extitit, quod Pius IV, ne ſe legeret Cardinalem, ſupplex obſecraverat. Alexandrinus vero in cellula aoditus, aſſiduis precibus & quotidianis Miſſæ ſacrificiis intentus, nihil præter Dei gloriam & commoda publica ſpectans, Sirletum ornando Eccleſiam ornari, Chriſtianæque reipublicæ bene conſultum iri putabat. Itaque re audita, non modo ſtudium ſuum Borromæo ultro pollicitus eſt, ſed Patres etiam obibat, miſcendoque preces & conſilia, omnium gratiam Sirleto conciliare ſtudebat. Sed his & Sirleti meritis & amicorum ſtudiis non æque omnes ſuffragabantur: nonnullis fieri non poſſe exiſtimantibus, ut homo novus, publiciſque in negotiis & magnis rebus gerendis minime verſatus; ſed tantum libris & ſcientiarum ſtudiis deditus, tantam majeſtatem tantamque auctoritatem capere poſſet aut ſuſtinere.

dein Guilelmus Sirletus,

cui Giſlerius ſumme ſtudebat,

39 Quare propoſitis multis aliis viris, Pontificiis plane virtutibus ac meritis præcellentibus, de quibus ſingulis hic referre non eſt opus, ceteris poſthabitis, demum in Alexandrinum ſunt ſtudia converſa; Borromæo inprimis & Altaempſio ſummis votis eum Pontificem depoſcentibus. Perſpecta namque in Sirleti negotio optima Alexandrini ad honeſtos ac pios viros propenſione, vitaque præterea ſanctiſſime ac religioſiſſime acta, ſic Borromæi animus ei devinctus eſt, ut quem antea plurimum dilexerat, poſtea ſtudioſiſſime coleret: & quem initio inter alios tacite deſignaverat, ad eum legendum vehementius animum adjiceret. Ut ergo quæ cogitaverat, à ſuis præcipueque Morono & Farneſio probari intellexit, ceterorum animos illi conciliare, in eamdemque ſententiam trahere contendit. Summis Alexandrini meritis ac virtutum ornamentis tantum obſtabat humana quædam opinio, eum Pauli IV, cujus fuerat alumnus, actionum vindicem fore, & Pii IV propinquis & clientibus adverſaturum; denique ſeverioris ingenii, quam ut illum ferre multorum infirmitas poſſet, à plurimis exiſtimari. Sed inanes omnes humanarum cogitationum contentiones timoreſque egregia Borromæi, cujus potiſſimum rebus timebatur, & aliorum magis piorum Patrum, divina potius quam humana reſpicientium, & privatis rationibus publicam ſalutem præferentium, virtus,

poſtea ipſe Giſlerius,

E

F

humano omni reſpectu poſt habito.

PERANT. GABUT. Deo bene juvante, facile ſuperavit: perſuaſitque id, quod eventus indicavit, fore, ut Alexandrinus, ſi legeretur, nihil præter Dei honorem & Eccleſiæ decus hominumque ſalutem ſpectaret.

40 Electionis igitur auctoribus rem conficere maturantibus, unus ipſe de quo agebatur, quique ſanctis precibus, ut diximus, intentus, procul à negotiis & ambitione, ſatis ſua ſorte contentus, quieſcebat, abnuere; Pontificiæ majeſtatis altius faſtigium dicere, quam ut ipſe conſilio & gravitate id tueri ſe poſſe confideret: perfecto viro & quaſi divino opus eſſe, qui in Apoſtolicæ Sedis cuſtodia, velut in ſpecula locatus, totam Eccleſiam vigiliis & providentia præſtare poſſet. Quid agerent, etiam atque etiam providerent: non deeſſe viros omnibus numeris abſolutos, quibus tam gravis provincia longe melius mandari deberet. Inter hæc Borromæo & Farnefio eum urgentibus, hortarique, rogare, & meritis cumulare laudibus non deſinentibus; Deum precatus, ut ea res Eccleſiæ Dei fauſte ac feliciter eveniret, mox è cubiculo eductus, in ſacello, ubi creati Pontificis adoratio fieri ſolet, conſtituitur.

qui fruſtra obnixus

in Sacellum deducitur:

41 Triplex creandi ſummi Pontificis ratio eſt. Prima, ut quiſque ex Patribus eos quos deligit, codicillis, proprio chirographo conſcriptis & annulo obſignatis, nominavit, codicillos in calicem, quo in ſacro Miſſæ faciendo eo die uſi ſunt, quique in medio altari collocari ſolet, infert. Ea re peracta, Patres ordine conſidunt: tum Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum primarii (Decanos appellant) qui huic negotio cuſtodes & inſpectores adhibentur, calicem de altari ſublatum ſuper menſam in medio poſitam, ubi & conſpici & audiri undique poſſint, deferunt. Codicilli ab Epiſcoporum Decano de calice ſingillatim deprompti, Diaconorum Primati recitandi traduntur. Cardinales ſinguli libellos, ubi omnium collegarum nomina deſcripta ſunt, præparatos habent: his eorum nomina, qui ſuffragiis Pontifices deſignantur, excipiunt, & punctis notant. Qui duas ex tribus partes ſuffragiorum expleverit, is ſummus Pontifex lectus ducitur. Huic ſuffragii ferendi ratióni Scrutinii nomen impoſitum. Si vero accidat, ut nemo legitimum ſuffragiorum numerum tulerit, à Collegii Primate edicitur, cuique ex Patribus liberum eſſe, vocis ſuffragio, cujus judicium graviſſimum cenſetur, ad eos qui nominati ſunt quibuſque non ſit ſuffragatus, accedere. Huic alteri creandi Pontificis inſtituto, ob id Acceſſus nomen indidere. Tertia eligendi ratio, poſtremis temporibus crebrior & uſitatior, ab re Adorationis nomen ſumpſit: quæ tum inducitur, cum coacto legitimo Cardinaliũ numero, communi conſenſu & viva voce ac ſalutatione, qui maxime probatus eſt, ſummus Pontifex declaratur.

B *atque per viam non ſcrutinii*

aut acceſſus,

C *ſed ad orationis*

42 Cum igitur, ut ad rem redeamus, inter paucos Cardinales de eligendo Alexandrino conveniret, iique jam eum in ſacellum, ut diximus, pertraxiſſent; ſimul atque id ceteri omnes reſcivere, mirabili quadam animorum conſenſione, tremebundi tamen, ipſiquemet ſibi vix credentes, non ſine divini Spiritus impulſu, ad eum adorandum certatim properarunt. Ita qui opibus humanis, qui gratia, qui artificio conciliandæ benevolentiæ omnibus erat inferior; divino nutu, præter omnium expectationem, ceteris, qui in ſpem ſummi honoris nati & erecti videbantur, ſuperior factus eſt: & cum alii multi tamquam Iſai filii adducerentur eligendi, non reſpexit Dominus vultum neque altitudinem eorum: ſed hunc, veluti alium Davidem, in ſumma præſtantis pietatis humilitate jacentem, erexit & elegit, qui in medio Fratrum ungeretur.

eligitur Pontifex,

43 Adoratione facta, ut deſignati ſummi Pontificis aſſenſione comprobaretur electio, reſque tota conſtituta ſtipulationis formula publicis monumentis mandaretur, lex jubebat: id vero hujus vocis pronuntiatione fieri conſuevit, Acceptamus. Urgente Farnefio, uti S.R.E. Procancellario, ut id extemplo faceret; ſecum ipſe reputans, ampliſſimum ſe quidem honorem, ſed eum omnium graviſſimum, periculique & ſolicitudinis plenum accipere, cogitabundus reſpondere cunctabatur: incertuſque inter ſpem & metum, tacitis cogitationibus hinc inde pendebat animi. Primum, qui vellet tam grave onus ſubire, cujus ſub mole fortiſſimi ac præſtantiſſimi quique viri prope ſuccubuiſſent. Se intra parvæ cellæ anguſtias jam inde fere à puero educatum & aſſuetum, cum Regibus ac Principibus agere non conſueſſe. Altera ex parte veniebat in mentem cogitare, eam ſe dignitatem nec optaſſe unquam, eoq; minus ad illam obtinendam operam ullam ſeu ſtudium aut ſe adhibuiſſe aut pro ſe ab aliis adhiberi curaviſſe. Anceps hæc deliberatio cum eum pauliſper tenuiſſet, divinæ demum providentiæ confidendum ratus, quæ quocumque ſe moveret, quod generi humano prius ac potius eſſet, efficeret; ad ſpem rei bene gerendæ ſe excitari ſentiebat. Itaque prolato, quod lex exigebat, verbo, graviter ſuſpirans, delatam dignitatem ſuſcepit. Quæ dies orbi Chriſtiano felix illuxit VII Id. Januarii ſub veſperum, anno à Virgineo partu MDLXVI.

D

ſecum mul. tum ſolicitus,

& tandem munus acceptans

E

44 Rogatu Borromæi, ut is avunculo haberetur honos, Pius, qui fuit hoc nomine Quintus, appellari voluit. Inde in S. Petri templum ex more delatus, coram ſacroſancta Euchariſtia ſupplex procubuit, & imis precibus auxilium inito honori paſſis manibus oravit. Ibi, ex quanta humilitate ad quantum culmen divino conſilio evectus eſſet, recordanti, lacrymæ profluxerunt: tantumque abfuit, ut inter hæc agenda ſpeciem ullam ſe effuſe & inaniter efferentis temereque geſtientis præberet: ut, quod magni excelſique animi & humanos honores humanæ fragilitatis regula metientis eſt, in quotidiano & conſueto oris habitu, virile mentis robur præ ſe ferente, ſe ſpectandum obtulerit. Illud quoque ſedati ac tranquilli animi argumento fuit, quod cum proxima nocte quieti ſe tradidiſſet, tam arctus eum ſomnus complexus eſt, ut, quod numquam ante acciderat, quodque dyſuriæ morbus prohibebat, undecim continentes horas ſopitus conquieverit.

Pius V appellatur.

& mirum animi tranquillitatem præ ſe fert.

45 Ceterum electione hanc multi, divinitus, ut ferunt, admoniti præviderunt; variaq; ſigna è cælo edita præmonſtrarunt. Franciſcus Gonzaga Cardinalis, in comitiis graviter ægrotans noctuq; experrectus, creatum iri Pontificem Cardinalem Alexandrinum præſenſit: eumque ſe uti Pontificem Maximum libenter adorare profeſſus, ſub mortem, quam obiit pridie quam fieret electio, familiares ſuos inclamavit; conquerens, ea de re nihil ab illis ſibi renuntiatum. Idem fere paulo ante acciderat Geneſio Lucenſi, Dominicani cœnobii ad Minervam Præfecto: ſed is præterea viderat, Pontificem ſibi cito ex oculis evaneſcere; quod ille portendere interpretabatur, illius Pontificatũ haud diuturnum fore. Idque cum ipſe paulo poſt enuntiaſſet Pontifici; is, Lætus ſum, inquit, in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. Londini in Anglia ſuper eam inſulam, tunc impiæ Eliſabethæ Reginæ Catholicos perſequentis tyrannide oppreſſam, crinitus cometes per eos dies apparuit, igneſq; de cælo terribiles ac ſanguinei coloris; immanis præterea magnitudinis manus, diſtrictum intentans gladium, minarum ac dirarum indicium, & mox intorquendi ab hoc Pontifice in eam Reginam, ut infra ſuo loco demonſtrabitur, Apoſtolicæ poteſtatis gladii, eam uti hæreticam à fidelium communione præcidentis, & omni regnandi jure ſpoliatam declarantis, haud obſcurum prodigium.

F *Creatio hac previſa à Card Gonzaga morituro,*

& Priore Dominicano.

denuntiata per Cometam in Anglia,

46 Illud

A *Boſchi à nuntio ſubſiſtere coacto indicata.*

46 Illud quoque Boſchenſibus miraculo fuiſſe narrant. Galliarum Regis tabellarius, Pontificis creationem enuntiaturus, Roma per diſpoſitos equos in Galliam properans, cum ad oppidum Boſchum perveniſſet, ignarus eam Pii patriam eſſe; divino potius quam humano ductu, præter conſilium, ab ordinaria, qua extra loci muros recta pertranſitur, declinans via, id oppidum eſt ingreſſus; ac celeri curſu tranſire conanti, quo vehebatur equus, in medio foro pro ſummo parochiæ templo, tam pertinaciter ſubſtitit, ut quibuſvis adhibitis ſtimulis progredi, quaſi alter Balaam, nullo modo poſſet. Accurrentibus auxilii cauſa multis, atque equum undique nequidquam extimulantibus, ac demum unde, & quo pergeret, & quid novi eſſet, percunctantibus; ubi Cardinalem Alexandrinum creatum eſſe Pontificem Maximum, ſeque ea de re litteras ad Galliæ Regem afferre ſignificavit; ſtatim equus per ſe repetito curſu, cœptum iter inſiſtere; ſubindeque re divulgata, ſummis gaudiis exultare omnes, ad templa confluere, immortales Deo gratias agere, atque alia multa publicæ lætitiæ ſigna edere cœperunt. Poſtera vero die ab ipſomet Pio certiores facti, planius intellexere, admirabundique prædicavere,
B non ſine divino conſilio cecidiſſe, ut tantæ lætitiæ nuntio, quaſi è cælo miſſo, pridie mire dignati fuiſſent.

CAPUT V.

Res geſtæ Pontificatus initio: Eccleſiaſtica diſciplina reſtituta.

Creatus magno Hiſpaniarum Regis gaudio,

47 IAm vero tota Urbe Chriſtianoque orbe creati ſummi Pontificis fama vulgata, pro variis hominum ſtudiis atque opinionibus, ut fit, varie affecit animos. Philippus II, Hiſpaniarum Rex maximus, re & cognomento Catholicus, pro eximia ſua in Eccleſiam Dei pietate, hoc accepto nuntio, vehementer inde lætatus, quantas maximas potuit immortali Deo gratias egit, lætitiamque ſuam cum aliis Principibus viris, plenioribus atque ampliori-bus verbis, coram & per litteras communicavit, ſibi ceteriſque pollicens futurum, ut hoc Pontifice Chriſtiana diſciplina ad priſcos mores redigeretur, magnaque ad pietatem & ad Sedis Apoſtolicæ dignitatem fieret acceſſio. Quæ ſpes, ſingulari cumulata gaudio, & aliorum piorum animos cepit; eoſque,
C ut oſtendemus, minime fefellit. Plurimos tamen, *Romanos mœrentes conſolatur:* præſertim in Urbe, animi vere pii Pontificis ejuſque ſtudiorum ignaros, metu interprete omnia in deteriora vertente, mœror ac pavor ingens invaſit; nemine fere ſibi non timente ab hominis ſeveritate: cum aliud nihil, quod ei populus objiceret, haberet. Id ipſe cum præſenſiſſet, quid de ſua ad Pontificatum aſſumptione populus ſentiret, quæque de ſe vulgo eſſet exſpectatio, ex familiaribus ſuis percunctanti reſponſum eſt, priſcæ ac nimis duræ ſeveritatis metum animos inceſſiſſe. Quibus ipſe, Confidimus, inquit, Deo, ejus ope nos ita facturos, ut majorem ac longiorem ex obitu noſtro, quam ex hac ſuſcepta dignitate mœrorem homines capiant. Atque ita plane contigiſſe, eumque è vita cedentem ingens ſui deſiderium, communi ac diuturno bonorum omnium cum dolore, reliquiſſe, exitus declaravit.

48 Ceterum cum probe intelligeret, ad regendos cum quiete ac moderatione homines, nihil aptius eſſe quam diligi, nihil alienius quam timeri: nec ulla re propius homines ad Deum accedere, quam ſalute hominibus danda; Pontificii muneris initia à caritate in pauperes, & in alios liberalitate atque clementia, voluit exordiri: quæ res & emolumento & dignitate captas alienas mentes, ad benevolentiam, qua regna ſtabiliuntur magis quam armis, allicere & in officio continere facile poterat. Die feſto S. Antonii, quo die in lucem editus eſt, Pontificia corona, ſumma cerimonia rite decoratus fuit. More inſtitutoque ſuperiorum temporum, ipſa celeberrima coronationis hora, inconditæ multitudini in S. Petri aream confluenti, publicæ lætitiæ cauſa pecuniæ diſpergebantur: ruenteque quam tumultuoſiſſime turba, & aliis alios prementibus, & in præripienda pecunia collidentibus, ætate tantum & viribus validiores & audaciores hoc munere potiebantur: reliqui vero non ſolum ea liberalitate excludebantur, ſed ex his plures obtriti & conculcati miſerabiliter interibant. His incommodis ut mederetur Pius, atque ut ſublato periculoſo turbulentæ largitionis inſtituto, pauperum tenuitati prudentius conſuleret, deſtinatam huic operi pecuniam, ac præterea mille aureos, quibus quotannis eodem die convivium magnifice & ſplendide Cardinalibus, & Regum Principumque Legatis inſtruebatur, piorum cœnobiis egentibus & aliis inopibus erogavit, eo convivii more deinceps omnino ſublato: nuſquam eam impenſam poni tutius, ac ſanctius poſſe ratus, quam ſi reciſis ſumptibus minime neceſſariis, & relicto quoad fieri liceret ſeculi ſplendore, aliorum inopiæ & neceſſitati ſuccurreret. Neque enim quod Cardinalibus aut Oratoribus cura & ſumptu majore epulas non apparaſſet, ſed quod afflictas pauperum familias benigne non ſublevaſſet, horribili illo ac pertimeſcendo magni Judicii die à ſe repoſcendam eſſe rationem intelligebat.

PER ANTGABUT.

coronatus 17 Januarii

pecuniam tunc ſpargendam & convivio impendendam,

in pauperes diſtribuit:

E Conſtit. 144

49 Habita præterea ceterorum pauperum ratione, & relato ab hominibus, quibus id negotii datum erat, numero, eos propenſius & largius eleemoſynis ſuſtentavit. Virginibus plurimis, quibus aut nullum, aut exiguum erat patrimonium, pecunias dotis nomine large ſuppeditavit. Triginta & octo tenuioris cenſus Cardinalibus viginti millia & nongentos aureos inter ſe viritim dividendos tribuit. Singulis ſacræ Rotæ judicibus ducentenos dedit. Cardinalium familiaribus, qui comitiorum conclavi præfecti magnos labores & vigilias ſuſtinuerant, aureorum decem millia dono dari, immunitateſque & beneficia ante in eos collata nihil imminuta eſſe juſſit. Multis aliis, quorum opera fideque optima Sedes Apoſtolica adiuta atque ornata fuerat, præmia decreta & honores aucti. Ab ſingulorum Cardina-
F lium mortuorum heredibus quingenteni aurei annulorum nomine exigebantur; eam pecuniam, ac præterea aureorum decem millia erigendo ſacrarum Virginum Dominicani ordinis cœnobio, quod in Quirinali colle magnifice conſtructum eſt, attribui voluit. Hæc munificentia, quo minus erat exſpectata & quo magis comitate condita, eo gratior extitit atque jucundior: diſſectaque curarum ac metus caligine, alii quaſi luce libertatis & ingentis humanitatis odore recreati, ad ſpem tranquillioris vitæ erigi, alii nec opinatam magnitudinem animi ſuſpicere, omneſque ſummi & infimi uno ore dignum ſummo honore cum admiratione prædicare; eumque tamquam ſalutis omnium præſidem, quaſi è cælo miſſum venerari. Nonnullis tamen rem à longe, non inſpecta cauſa, ut ſæpe fit, judicantibus, quod ſequitur, viſum eſt legibus minus conſentaneum, datumque probro largitionis: ſed ab his, qui facti cauſas melius inſpexere, ſecus judicatum. Res ita ſe habuit.

magnaque erga varios munificentia uſus,

animos dejectos erigit:

50 Annibal Sitticus, Altaempſii Comes, Marci Cardinalis frater, Paulo antequam Pius IV è vita migraret, ducta in matrimonium Cardinalis Bor-

PER ANT. GABUT. romæi ſorore, in ſubſidium dotis ab avunculo Pontifice centum millibus aureorum donatus fuerat. Super ea re diploma conſcriptum, Pontificioque ſigno munitum extabat: verum Pontificis morte conſecuta, pecunia ex ærario deprompta non fuerat. Itaque, licet donationis jus Annibali animum ad ſpem obtinendi muneris facere potuiſſet; tamen ſive cauſæ diffideret, quod, quæ à legibus & jure civili pendent, varias & ancipites interpretationes interdum reciperent, ſive plus ſpei in ſummi Pontificis benignitate poneret; ad pedes Pii provolutus, expoſita juris ſui ratione, rem omnem ejus arbitrio voluntatique permiſit; ſuppliciter tamen rogare, ſortis ſuæ rationem habere vellet, triſtemque nobilis Equitis tenuiſque Pontificii propinqui conditionem miſerari. Ad conciliandam Pontificis gratiam id maxime juvit, quod de jure ſuo cedere maluiſſe, quam cum tanto Principe pertinaciter contendere Annibal viſus eſſet. Is enim erat Pius, qui legum ſententias ad facilitatem æquitatemque revocaret: ſtatueretque magnanimi Principis eſſe, potius aliis de ſuo largiri, quam ulli quidquam detrahere. Quare cum neque eum, qui ſe judice & arbitro uteretur, fiduciæ fructu defraudatum vellet, neque tamen ſuperioris Pontificis in ſuos indulgentiæ adſtipulari placeret (quippe qui in ſacro Senatu ei, hoc ipſum conſultanti, unus fere ex omnibus Patribus conſtanter obſtitiſſet) excogitato aptiſſimo æquitatis temperamento, mediam viam inter ſummum jus & gratiam iniit: atque omnium ferme Cardinalium, & Ludovici Requeſenſii, Catholici Regis in aula Pontificia Oratoris rogatu, aureorum quinquaginta millia ei numerari juſſit. Itaque non illi poteſtas ulciſcendæ ſimultatis, ſed benignitatis oſtendendæ fuit occaſio: reſque ipſa docuit, quam inani opinione ducerentur, qui eum Pii IV propinquis minus benignum, aut præteritarum offenſionum vindicem fore ſuſpicabantur.

Dotis à deceſſore promiſſæ dimidium,

liberaliter donat Altaempſio,

B

48 Sed quo in alienos indulgentior, eo ſeverior fuit in ſuos. Jam enim duo ab inito Pontificatu menſes abierant, cum carni & ſanguini non acquieſcens, aſſiduis Cardinalium inprimiſque Farneſii ac Principum virorum precibus vix adduci potuit, ut Michaelem Bonellum, ſororis ſuæ nepotem, Dominicani ordinis Sacerdotem, Peruſii Theologicis ſtudiis operam navantem, legeret Cardinalem. Statuerat namque ex propinquis ſuis neminem ad altiorem

C

gradum provehere; neque hunc, præſtanti alioqui virtute probatiſque moribus ac doctrina præditum, à perfectioris vitæ curſu ad aulicas, licet ſacras, dignitates avocare. Sed ſummis viris id efflagitantibus, ac multa, quibus id è Chriſtiana republica eſſe videretur, obtendentibus, demum annuendum exiſtimavit: eumque in ampliſſimum Collegium ſtatis temporibus poſt ſacros Cineres rite cooptatum, galero tituloque ſuo decorari, Alexandrinumque nuncupari voluit: mox illum negotiis agendis ſibi adiutorem ſic adhibuit, ut ipſemet tamen intelligere moderarique vellet omnia, graviora præſertim, ne per alios deſes quieſcendo Pontificatum adminiſtraret. Sed qua in hunc atque alios affines ſuos moderatione ſe geſſerit, loco ſuo plenius poſtea narrabimus. Eccleſiam vero ſuam Montiſregalis integerrimo ac doctiſſimo viro, Vincentio Laureo, Calabro, qui deinde fuit Cardinalis, Epiſcopo ab ſe lecto, regendam contulit.

multorum rogatu pronepotem Cardinalem creat:

& in negotiis adjutorem habet.

CAP. X

49 Romani vero Pontificis munus illud Pius dicebat eſſe præcipuum, ſumma ope conniti, ut in urbe Roma, ex qua tamquam ex fonte univerſum in Chriſtianum orbem omnis religionis omniſque virtutis ac ſanctitatis cum documenta tum exempla derivantur, & divinus cultus, & eccleſiaſtica diſciplina, & urbanorum denique omnium mores, quoad ejus fieri poteſt, integerrimi conſerventur. Itaque primo ſui Pontificatus anno ac deinceps, in eam potiſſimum curam incubuit, ut ſacroſanctæ religionis cultum, ubi lapſus eſſet, ad priſtinum ſplendorem in Urbe revocaret, atque omnium ordinum & vitam & mores ad veræ pietatis rationem reſtitueret. Quod ut ſedulo facileque præſtaretur, in primis eam ipſe ſibi familiaribuſque ſuis vivendi legem impoſuit, quæ in rebus omnibus ad virtutis imitationem ceteros excitaret & anteiret: ut, quemadmodum Salvator noſter ab ſuo & Apoſtolorum exemplo Eccleſiæ conformationem eſt orſus; ſic ipſe à ſe primum & ab aulicis ſuis Chriſtianæ rei ordinationem voluerit exordiri. Intelligebat enim frigide admodum ac fere nequidquam alios ad modeſtiam, ad liberalitatem, ad juſtitiam, ceteraſque virtutes per eum incitari, cujus aut vitam aut domum, vel ambitio, vel avaritia, vel injuſtitia, vel alia ejuſmodi vitia commacularent.

D

Domeſticis & familiaribus veſtiam vivendi normam præſcribit:

50 Itaque primum omnium domeſticos ſuos ac familiares omnes ad ſe convocatos, ad omnem ambitionis vanitatem, arrogantiam, invidiam, intemperantiam, avaritiam, diſcordias, atque alias id genus animorum peſtes nocentiſſimas, maxime vero otium, uti vitiorum omnium fomitem, diligentiſſime cavendum ac propulſandum, & ad ſanctitatem vitæ, ad integritatem & innocentiam, in primis vero ad pietatem in Deum, mutuamque inter ſe caritatem perpetuo retinendam graviſſime cohortatus, quid à quoque præſtandum eſſet, declaravit. Nolle ſe in aula ſua quemquam tolerare, cujus & ſpectata virtus & vita optime inſtituta non fuiſſet. Quare ſe quiſque ita componeret ac compararet, ut in omnibus exemplo eſſet Chriſtianæ modeſtiæ, religionis ac pietatis. Verum de his commodius ac plenius, de ipſius domeſtica diſciplina ſcribentes infra, commemorabimus. Advocari porro juſſit Magiſtratus & Judices omnes Urbanos, adhibitis etiam Cardinalibus, qui aliquam publicæ juriſdictionis vel adminiſtrationis partem attingerent: quibus legem præſcripſit & rationem cognoſcendi & explicandi cauſas, ut divino inſtinctu illam haberi orationem plerique teſtarentur.

E

Cardinales adhortatur ad vitam ſancte inſtituendam,

51 Cardinales adhortabatur, nullius cauſam niſi illis verbis, Quantum patitur juſtitia, commendarent; conſiderarentque ſecum diligenter, quibus quantiſque tempeſtatibus Chriſtiana reſpublica concuteretur eo tempore: horrenda illa eſſe flagella Dei, mortalium peccata vindicantis, dum viderent omnes Eccleſiam, tum à graſſantibus hæreticis undique oppugnari atque affligi, tum ab immaniſſimo ac potentiſſimo Turcarum tyranno graviſſime divexari. Tempus hoc minime negligi oportere. Cardinales imprimis decere, ut ſe ipſi familiamque ſuam ordinent, ſtudioque veræ pietatis Deum offenſum placent; atque univerſis gentibus præclara præbeant exempla virtutum, ipſis enim & Epiſcopis præcipue dixiſſe Chriſtum: Vos eſtis lux mundi, &, Vos eſtis ſal terræ. Itaque ſecum reputarent identidem, ſe tamquam clariſſima mundi lumina, in ſummo Eccleſiæ vertice divinitus conſtituta, tantum virtutis ſplendorem cunctis præferre oportere, ut non minus vitæ ſanctitate ceteriſque animi ornamentis, quam excelſo dignitatis gradu univerſis hominibus ad gloriam Dei præcellere viderentur: neque enim Sacerdotes & Cardinales vulgari quodam Chriſtianorum officio, ac mediocri ſolum piæ vitæ curſu contentos eſſe debere; ſed altiorem quamdam ſibiq; propriam atque adeo neceſſariam virtutis rationem illis à Deo impoſitam eſſe: cum illorum vitam in edito loco poſitam eſſe diceret, in qua ceteris hominibus exemplum

F

Matth. 5.

A plum ad imitandum proponeretur. Quocirca dandam illis esse operam, ut non modo manum, linguam, mentem ab omni sceleris contagione castam & integram custodirent; sed vitam quisque suam familiæque mores iis virtutibus institueret, quarum laude ordo Sacerdotalis, qui ad humani generis procurandam salutem divinitus est institutus, maxime decoratur ac continetur. Itaque sanctarum legum ecclesiasticarumque sanctionum patronos ac vindices fortissimos sese præstarent; fideles, sapientes, & integros consiliarios, quod proprium illorum esset officium, Pontifici se ubique præberent: nihil omnino vel ab se vel ab aliis postularent, quod cum ceteris sacris legibus, cum vero Tridentini Concilii decretis adversaretur: nihil enim tale ab se umquam illos impetraturos. Cetcrum se fore ad universa eorum sana juvanda consilia ubique paratissimum: facturumque ope divina, ut & Christianæ Reipublicæ & privatis eorum etiam rationibus, quantum æquitas ferret, perpetuo consuleretur.

ex proprii officii ratione:

Iudicibus æquitatem commendat:

52 Tum ad Judices conversus, eos admonuit, viduarum, pupillorum ac pauperum in primis, suis in judiciis, curam gererent: quod si quis extra justitiæ B formulam eis commendatus fuisset, illum malam causam habere existimarent. Itaque justitiæ rectum iter tenerent, cujus flectendi nemo ex Pontificia familia auctor eis aut suasor esset futurus: mandaverat namque familiaribus suis, ne in eas res, quæ ad jus dicendum pertinent, ullo modo interponerent sese, aut Judicibus causas commendarent. His igitur atque aliis ejusmodi verbis omnes ad munus quemque suum recte præstandum adhortabatur. Ceterum probos & integros juris administros, quibus ad rempublicam capessendam, non pecunia, sed virtus aditum aperuisset, rebus gerendis causisque expediendis præfici curavit; memor sententiæ illius, Qui emit (nempe justitiæ ministerium) necesse est ut vendat.

visitat Ecclesias Patriarchales,

53 Subinde Patriarchales quinque Urbis Ecclesias invisit: nempe S. Joannis Lateranensis, S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii extra muros, & S. Mariæ Majoris: & ad earum singula Collegia gravem æque ac piam orationem habuit: omnesque ad sui muneris functionem, & ad vitam suam, utpote ad quam populi mores soleant conformari, sanctius instituendam, & ad divinum cultum, antea curatum negligentius, majore studio retinendum, vehementer est C cohortatus. Ac propterea statim Visitatores delegit præstantes viros, qui sacras omnes Urbis ædes obirent, summa cum potestate & aulicos & sacratos homines quoslibet ad meliorem frugem corrigendi. In iis fuere Nicolaus Ormanetus Veronensis, & Alfonsus Binarinus Bononiensis, viri spectatæ probitatis & eruditionis, Christianæque disciplinæ studio flagrantissimi: qui in hoc rerum ordinandarum negotio egregiam illi operam navaverunt. Inanium porro deorum effigies, ab ethnicis relictas, magnisque sumptibus olim ornatus causa in Vaticano sacrique Palatii theatro collocatas, tamquam iis locis prorsus indignas, confestim alio jussit asportari, easque populo Romano largitus est; edicens hujusmodi ornamenta Capitolio, ubi deinde posita sunt, indecora minus esse, quam Pontificio domicilio.

effigies deorũ eliminat ex Vaticano,

meretrices curat aut expelli,

54 Inter hæc gravissimum edictum, de expellendis ab Urbe atque omni ditione Pontificia meretricibus, evulgavit. Eo namque istarum & numerus & petulantia jam excreverat, ut egregias Urbis domos ac vias publicas habitantes, piorum & præsertim exterorum graviter offenderent oculos. At vero triumviris Urbis Conservatoribus, huic legi acriter obsistentibus, idque è Republica non esse, maxime ob locandarum ædium detrimenta, contendentibus, Pius illicò silentium imposuit: scilicet Romani Senatus officium esse, impudicarum mulierculaPER ANT. GABUT. rum causam tueri; ob idque Principis sui auribus obstrepere, ac pudicitiæ leges tollendas curare. Ad hæc indignatus adiecit; nisi illæ Roma cederent, se una cum universa curia ex Urbe migraturum. Excessere tandem; illæque præsertim, quæ præ ceteris offensioni incautis hominibus fore, divinæque majestatis offendendæ majores occasiones præbituræ videbantur, nominatim sunt relegatæ. Nonnullas vero, ut pejora scelera vitarentur, remanere permisit; quas in unum Urbis angulum rejectas, ac remoto ignobilique loco conclusas esse constituit; ea lege, ne inde egrederentur, quæ secus facerent, virgis cæsæ in exilium pellerentur. Illis vero duo vel tria templa, quo ad rem divinam & sacras conciones convenirent, designavit. Hæ leges fuere statim salutares: nam ex iis multæ viris in matrimonium traditæ; aliæ vero complures studiose ac diligenter conditionem exquisivere, qua ex illa turpitudine & contumelia eriperent sese, laudabilemque vitam ac piam instituerent. Adjecit etiam vere Pius pater, eleemosynam suam non defuturam, uti non defuit, præsertim iis, quæ propter paupertatem segniores ad pietatem fieri viderentur. Illud præterea multas à flagitiosa illa vita deterruit; quod eas Pius decrevisset sacra carituras sepultura, ac in sterquilinio sepultum iri, quæ in ea vitæ fœditate absque Sacramentorum communione è vivis excessissent.

aut in angulo Vrbis concludi.

E

55 Neque vero id remedii prætermittendum, quo plurima in hospitiis publicis & cauponis crimina resecabantur. Graviter enim severeque interdixit, ne quis eorum, qui Romæ degerent, convivandi aut compotandi gratia, illa adiret loca; nec quisquam in iis ludere permitteretur. Ac licet complura nummum aureorum millia vectigalis nomine ex vino cauponarum ærario publico quotannis accederent, qua pecunia onera ac sumptus Reipublicæ sustentabantur; ad hæc tamen detrimenta Pius connivere maluit, quam ad tot flagitia, quæ cum divini honoris contumelia, & animarum privatarumque domorum pernicie, perpetrabantur. Hospitia igitur jam antiquo libera vectigali, & tamquam ipsa sibi reddita, à peregrinis tantum frequentabantur; & advenarum, quorum causa fuerant instituta, inserviebant commoditati. Ad hæc luxum vestium & conviviorum tota Ecclesiæ ditione repressit. Denique nihil erat, quod vel ad divinum cultum, vel ad mores optime formandos attineret, quod non summo studio ad suum pristinum nativumque splendorem revocare niteretur: neque hoc solum gravioribus, sed levioribus etiam in rebus accuratissime procuravit.

reprimit ebriotationes in hospitiis,

Constit. 39. F

56 His autem atque aliis ejusmodi quamplurimis, quæ passim infra scribentur, institutis & exemplis effectum est, ut & Pontificis aula & Urbs ipsa tota novam quamdam, ac plane piam induisse faciem videretur. Nam vidisses interea ludos, commessationes, fabulas, ludicra certamina, ac ceteras scelerum occasiones obsolescere; divina vero diligentius officia coli, frequentari conciones sacras, visitari hospitales pauperum domos, sacrosanctam tum Confessionem tum Communionem tota Urbe majore frequentia celebrari; vectigalia ac portoria partim sublata, partim remissa, omnemque ejectam esse in rebus sacris pecuniæ conditionem; nullum ferme potentiæ vel gratiæ locum relictum; spectatæ religioni ac virtuti omnia tribui; Episcopatus, dignitates & sacerdotia considerate ac prudenter conferri; ornari viris Ecclesias, non hominibus aut pensionibus onerari; Clericorum disciplinam sancte restitutam, sacrarum ædium administrationem ad probatum veterum morem pene perductam; purgatam

hinc nova Ecclesiæ data facies,

Urbem

PER ANT. GABUT. Urbem flagitiis, ſublatas calumnias; res ac rationes inique contractas reſcindi, nullam fœnoris iniquam conditionem eſſe permiſſam; non extrahi lites, ſed maturo judicio dirimi: nam ipſe audire, cognoſcere, videre volebat omnia Pius Pontifex & eorum, quibus utebatur actionum adminiſtris, relationem omnem repellebat, in qua vel minima nota ſubeſſet odii, amoris, cupiditatis. Quæ quidem omnia eo faciliora cuique reddebantur, quo clariora præceptis ejus exempla prælucebant: quales enim in Republica Principes ſunt, tales & reliqui ſolent eſſe cives: eaque Principum conditio eſt, ut quidquid faciant, præcipere videantur. Quare cum recte facere Princeps cives ſuos faciendo doceat, ad Chriſtianam Rempublicam bene ordinandam Pius non tam imperio ſibi opus eſſe putabat, quam exemplo.

Pio V omnia recognoſcente.

CAPUT VI.

Sacroſanctum Tridentinum Concilium inductum ac primo circa res Eccleſiaſticas.

CAP. XI 57 HÆc igitur, & id generis alia complura, cum per terrarum orbem evulgata eximio piorum gaudio prædicarentur; increbuerat fama, in ejus Pontificatu imaginem quamdam veterum Sanctorum Pontificum eluceſcere; ac magna piaque lætitia perfuſi Principes viri per litteras invicem gratulabantur, utrumque Dei in nos ſingulari beneficio factum eſſe, ut ſacri Tridentini Concilii præſcripto intelligerent homines, quales eſſe deberent Chriſtianæ religionis Antiſtites; & non multo poſt, eum qui à Concilio requiritur, Pontificem Maximum haberent. Enimvero providens animo Pius, niſi ejuſdem decreta Concilii, tot tantiſque & Summorum Pontificum & Principum & Antiſtitum, cum impenſis, tum etiam laboribus, ad convellendas hæreſes corruptelaſque tollendas, divinitus conſtituta diligenter ſervari curarentur, omnia peſſum ac perditum ire; in illud incubuit accuratiſſime, ut ad univerſa tam in Romana curia, quam in toto orbe Chriſtiano reſtituenda, Concilium ipſum ubique gentium & evulgaretur, & in mores induceretur: exiſtimans hoc ſalutari remedio, hiſce temporibus inprimis accommodato, Eccleſiæ ſtatum, tot depravatis moribus collapſum, & erigi pie, & reſtitui facile poſſe.

B *Concilium Tridentinum curat promulgari & obſervari,*

C *Præſules vel ad ſuas Eccleſias redire vel ſe abdicare jubet:*

58 Factus igitur ipſius Concilii, ut acerrimus vindex, ita propagator ac propugnator egregius; primum Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, ceteroſque præterea ſacrati ordinis omnes, præſertim qui curam gererent animarum, ad ſuam quemque diœceſim atque provinciam adminiſtrandam juſſit proficiſci. Quod ut ſerio citoque præſtaretur, in dies magis urgebat; illiſque menſem indixit, quo vel ad ſuas eccleſias ſeſe conferrent omnes, vel ſe abdicarent beneficiis, quibus etiam privatos eſſe voluit, qui edicto non paruiſſent. Ad omnes porro Chriſtiani orbis Antiſtites Apoſtolicas litteras dedit, paſtoralis officii, ut vidimus, paternæque caritatis plenas; quibus eos ad ipſius Concilii decreta pie ſuſcipienda riteque exequenda, & ad paſcendos verbo & exemplo Chriſti greges ſummopere cohortabatur: atque ut nomina omnium, qui doctrina & virtute in cujuſque Epiſcopi ditione præſtarent, conſcripta ſigilloque munita ad ſe tranſmitterent, admonebat, præmia, ſacerdotia, aut alia publica munera cuique pro meritis delaturus. Inde multa ad univerſam rem Chriſtianam publicam ſanctiſſimis legibus ordinandum variis temporibus decrevit atque conſtituit. Quæ quidem hoc loco, non temporum, ſed rerum quodam ordine uteumque ſervato, ne ad eadem ſæpius recurrat oratio, fere omnia ſummatim referemus.

Epiſt. 1 & 2 lib. 1

D

59 Rem divinam horis veſpertinis, præſertim in Paſchatis Nataliſque Domini pervigiliis, vel noctu, ac præter antiquam Eccleſiæ conſuetudinem faciendi poteſtatem abrogavit. Græcis ne Latino, Latinis vero ne Græco ritu ſacra conficerent, interdixit. Miſſalem librum, Breviarium, ſtatas & arbitrarias preces, ac Beatæ Mariæ Virginis officium ordinavit, atque reſtituit: hoc recitantibus Apoſtolicæ indulgentiæ præmio conceſſo. Sacrum Catechiſmum ad Parochos, quo præcipua Catholicæ doctrinæ dogmata luculenter explicata continentur, per viros Chriſtiana eloquentia, & eruditione inſignes, Latine confici primum, & ubique gentium evulgari, mox in Italicum, Gallicum, Germanicum, ac Polonicum ſermonem converti curavit. Ut autem Deo rebuſque divinis, & ſacris locis debitus cultus deferretur; &, ubi lapſus eſſet, reſtitueretur; Gregorii IX. Romani Pontificis deceſſoris ſui, Conciliique Tridentini decretis inhærens, conſtituit, ut ad eccleſias humilis ac pius eſſet acceſſus, quieta ac devota ſtatio, religioſa & intenta ſupplicatio. Abſint tumultus & clamores; faceſſant vana, fœda & profana colloquia, riſus immoderati & ſtrepitus omnes judiciorum, inambulationes, & alia, quæ divina perturbare poſſunt officia; nec pauperes in templis ſtipem emendicare ullo modo permittantur, ſed pro foribus eccleſiarum ſtare non prohibeantur. Hæc vero omnia ſacrorum adminiſtri diligenter procurent, ſecus propoſitas pœnas luituri. Sepulcra vero ſupra ſolum eminentia, vel altius poſita tolli juſſit, offaque vel cineres in illis conditos effoſſa terra in loco ſacro ſepeliri. Feſtis diebus ne mercatura fiat, nec aliis profanis ac ſervilibus operibus vacetur; ſed omnes, qua par eſt pietate, ſacras ædes frequentent; rebus divinis, aliiſque caritatis ac religionis officiis intenti.

Conſtit 5,12 *Ritus ſacros, ordinat*

Conſtit. 64, 106, 122.

Catechiſmū ad Paroches, evulgat

curat decorē domus Dei,

E

& feſtorum obſervātiam,

60 Simoniacam pravitatem, nefaria in Deum Sanctoſque maledicta, præpoſteram libidinem, concubinatum ſeverioribus legibus ac pœnis eodem decreto coërcuit. Sacras indulgentias, licet perpetuas, cuivis loco conceſſas, quas conſecuturos certa conferre ſymbola oporteret, quæque ſtipem emendicandi poteſtatem facerent, irritas eſſe decrevit. Quæ quidem quæritandi ratio ob ea, quæ ab hominibus ad id delectis proficiſcebantur incommoda, magnam apud omnes in invidiam erat adducta, utpote plena dolis atque fallaciis: quandoque enim ejuſmodi quæſturæ circumforaneis, atque aliis ſordidis hominibus venditabantur, qui non gloriam Dei, non animorum ſalutem, ſed turpe lucrum affectabant. Sacroſanctæ Inquiſitionis munus, quod illi maxime pro ardenti ſuo Catholicæ fidei ſtudio ſemper cordi fuit, ampliſſimis decretis communivit; & anathematis execrationem, & alias graviſſimas pœnas conſtituit in eos, qui ſalutaris illius officii miniſtros vel impedirent, vel offenderent, vel bona diriperent, aut carceres effringerent, aut ejus denique jura quoquomodo violarent. Sacræ vero Pœnitentiariæ miniſtris conceſſas facultates & indulgentiæ munera, aliis melioribus ſubinde conſtitutis, omnino ſuſtulit, atque hunc Magiſtratum ſanctius correxit, ac moderatus eſt. Omnes porro Chriſtiani orbis in partes cohortationes ejus & decreta perlata ſunt, ad inſtituendas ſocietates & ſcholas, quæ ſacra catecheſi pueros, & rerum divinarum ignaros erudirent; iis tum ediſcentibus, tum etiam edocentibus divino indulgentiæ collato beneficio. Sanctiſſimi nominis Dei ſeu juramentorum ſodalitatem, quæ ab Ordine Fratrum Prædicatorum originem ducit & incrementum, tantum in locis ipſius Ordinis, vel

Epiſt. 13 l. 2

Indulgentias pecuniarias abrogat.

Conſtit. 30

F

Inquiſitionis munus amplificat,

Conſtit. 83, 84

commendat ſcholas pias

Conſtit. 130

A vel ejuſdem Superiorum conceſſu in aliis etiam eccleſiis, deinceps inſtitui poſſe ſancivit.

roſarium B. Mariæ, Conſtit. 86

61 Pium ac ſalutarem precationis ritum, quod S. Virginis Mariæ Roſarium appellant, à B. Dominico inſtitutum, & ab Eccleſia Catholica receptum, maximoque cum animarum fructu jam ubique gentium apud Chriſtianos uſitatum, gravi decreto renovavit, & ampliſſimis ſacræ indulgentiæ donis illo pie utentes, vel publicam proceſſionem, quæ ab ejus ſodalitii Fratribus ſingulis mentibus fieri conſuevit, devote comitantes exornavit: atque hujuſce ſacri inſtituti ſocietatem, cum Apoſtolicis ſuis decretis & muneribus, ubique locorum communicandi & erigendi, uni ſummo Dominicani ordinis Antiſtiti pro tempore exiſtenti aliiſve ab eo delegatis poteſtatem fecit. Edixit porro ne in popularibus concionibus aliiſve publicis in conventibus, ubi promiſcua virorum ac mulierum multitudo convenire ſolet, de B. Virginis Mariæ Conceptione diſputare, alterutram partem damnando propriamque aſſerendo ſententiam; vel de hac ipſa quæſtione, cujuſvis pietatis aut neceſſitatis prætextu, vulgari ſermone ſcribere, vel dictare deinceps quiſpiam auderet, ſub gravibus pœnis ſtatim poſt factum ſubeundis; ac Sixti IV Tridentinæque Synodi

præſcribit quomodo de ejus Conceptione loquendum.

Conſt. 114

B ſuper hac re decreta confirmavit. Ceterum quamdiu per Apoſtolicam Sedem res definita non fuerit, fas eſſe viris doctis in publicis academiarum diſputationibus, de illa quæſtione in utramque partem diſſerere, dum tamen neutra ut falſa reprobetur, nec ulla offendiculi ſubſit occaſio. Et cum Pius eſſet S. Thomæ Aquinatis doctrinæ ſtudioſiſſimus, in eumque afficeretur pietate ſingulari, ut ejus feſtus dies in Regno Neapolitano celebraretur, reliquis vero Chriſtiani orbis in regionibus tamquam unius ex quatuor Eccleſiæ Doctoribus recoleretur, graviſſimo decreto conſtituit; ac ſeptenos & amplius annos indulgentiæ ſingulis, ejus ſacellum Neapoli ad S. Dominici cauſa religionis inviſentibus, tribuit (quo loco videlicet ejus ſancti viri doctrina, ex ore Chriſti de cruce admirabiliter eum alloquentis, divinitus comprobata fuit) aliis vero locis centenos dies tantū conceſſit.

Conſtit. 36 *Cultum S. Thomæ Aquinatis promovet:*

62 Decrevit, qua ratione parochiarum eccleſiæ ſuis quæque miniſtris attribuerentur; earumque Rectores ad reſidendum, ſi opus eſſet, per Ordinarios compellerentur. Quo in negotio præclara multa reſtituit & emendavit; fecitque ut multis in locis, ac potiſſimum in Sardinia, earum plurimæ fundarentur, in quibus perpetuas inſtituit vicarías. Et quoniam nonnulli Epiſcopi Tridentinum decretum, de aſſignatione portionum vicariis perpetuis facienda, minus exequebantur; ejuſmodi portionum quantitatē ſacrorum Antiſtitum arbitrio ſic æſtimandam eſſe

Ordinat reſidentiam Parochorum: Conſtit. 65

C ſtatuit, ut nec major centum, nec minor quinquaginta nummum aureorum ſumma ſit, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, exceptis quibuſdam conditionibus, de quibus in generali ac perpetua ejus hac de re conſtitutione latius exprimitur.

portiones Vicariorum, Conſtit. 47, 139

Statuit præterea de beneficiorum reſignationibus, quæ nempe in manibus Antiſtitum jure fieri, quæque non fieri queant. Præſertim vero cavit, ne illa ad reſignantium cognatos, hereditario quaſi quodam jure, pervenirent. Arqui pleriſque per hanc occaſionem, & ob alias reſtitutas res, Romanam curiam everſum iri conquerentibus; Præſtat, inquit Pius, Curiam vel potius hominum corruptelas, quam religionis atque adeo Eccleſiæ Catholicæ ſtatum evertere. Plurima decrevit, & de cavenda eccleſiaſticarum rerum alienatione, & de ſimul jungendis beneficiis, & item de Clericorum ſpoliis rite diſtribuendis. Sanctioribus præterea legibus ſacerdotiorum, quas vocant, confidentias adſtrinxit: quas etiam qui male exercerent, gravi eos anathemate notavit; eoſdemque bonis omnibus eccleſiaſticis, ac publicis muneribus abdicatos, ad eadem dehinc inhabiles declaravit. Decreto ſanxit, ut beneficiorum fructus, lite pendente, apud perſonam à Judice deligendam deponerentur, quibuſcumque ſtatutis nihil obſtantibus. Quæ vocant indulta Cardinalium ſuper eccleſiaſticorum beneficiorum collatione, unde multiplicia Reipublicæ Chriſtianæ manabant incommoda, partim ſuſtulit, partim etiam temperavit: conſuetudinemque aliquid recipiendi in beneficiorum collatione prorſus abrogavit. Ad ipſa vero beneficia, quæ per litteras Pontificias minus integre fuiſſent expedita, regrediendi jura reſcidit.

reſignationē beneficiorum, Conſtit. 32, 58

aliaque circa res & beneficia Eccleſiaſtica,

PER ANT. GABUT.

63 Edixit, ut Clerici, quos propter Chriſtum ſpectaculū fieri oportet mundo, Angelis & hominibus, maxime debeant ab his ſpectaculis, quæ Chriſtum non ſapiunt, abſtinere. Ne talis, teſſeris, pagellis pictis, & omnino alea, aut ullo præterea vetito & indigno ludi genere ludant, neve ludorum ejuſmodi ſpectatores adſint. Ne comeſſationibus, choreis, comœdiis, aut minus honeſtis conviviis interſint; cauponaſq; aut tabernas, niſi longioris itineris cauſa, ne ingrediantur. Ne cuiquam propinent, vel provocati ad bibendum reſpondeant: ſed ſobrie, modeſte & caſte ex doctrina Apoſtolica vivant. Ne feminas, etſi nobiles, affectentur; neque officii cauſa ſtent circa E menſam, illis accumbentibus. In famulatu vero, etiam Eccleſiaſticorum hominum, vilia officia aut opera, quæ Clericali dignitati non conveniunt, minime faciant. Qui vero in his deliquerint, eos graviter, pro perſonæ conditione & modo culpæ, plectendos eſſe ſtatuit. Beneficiarios autem, qui citra legitimum impedimentum, ſtatas preces, quas vocant Horas Canonicas, non recitarent, ad omiſſionis ratam, quam ipſe præſcripſit, beneficiorum fructibus privari; qui vero penſionem aut res alias eccleſiaſticas ut Clericus perciperet, eum ad B. Mariæ Virginis pſalmodiam recitandam ſub iiſdem pœnis obnoxium eſſe ſtatuit. Item ne Laicis aut clericis uxorē habentibus, aut bigamis ſacræ penſiones ſolverentur. Condendi teſta-

condenda ab iis teſtamenta. Conſtit. 117

menta, eccleſiaſticaſq; res atq; adeo vectigalia & emphyteutica bona in ſpurios (quamvis natalibus reſtitutos) vel legitime natos, vel extraneos diſtribuendi facultatem ſacris viris abrogavit. Cumque ex his quidam filio ſuo paterna bona ex teſtamento reliquiſſet, Pius, decreto in id potiſſimum interpoſito, teſtamentum ipſum & alia ejuſmodi nulla eſſe declaravit. Eo uſque videlicet hoc genus intemperantiæ eccleſiaſticis in hominibus execrabatur ipſe, ob ea quæ in populos inde mala recidebant exempla: & item, quoniam ea ratione & eccleſiis, & egenis, & vero etiam legitimis heredibus hujuſmodi bona præripiebantur. Concilii Trid. decretum de Clericorū ſecularium ad ſacros Ordines promotione, ad Clericos etiam regulares non profeſſos pertinere conſtituit.

Epiſt. 42 lib. 3 *honeſtatem Clericorum*,

F

CAPUT VII.

Edicta de Regularibus, Eccleſiæ juribus & aliis rebus.

Sancit mendicantibus propria,

OMnes mendicantium cœnobitarum Ordines ab omni genere vectigalium, exactionum, ac militū hoſpitio liberos & immunes, veteribus privilegiis confirmatis, eſſe ſtatuit, eoſq; multis decretis exornavit: ac ne ipſorum fratrum vel monacharum illis ſubjectarum adminiſtrationi, niſi quatenus Tridentina Synodus præſcripſit, ſeſe immiſcerent Epiſcopi; ſed omnia Præfectis eorum curanda relinquerent, interdixit. De ſacra vero familia, quam Franciſcani inſtituti Obſervantium vocant, ad priſtinam diſciplinam revocanda, præclara multa decrevit, atque reſtituit; cum illaque Fratres, quos Amadæos & Clarenos appellabant, penitus conſociavit: ejuſque familiæ

Conſtit. 11.

PER ANT. GABUT. Præfectis Tertium S. Franciſci Ordinem, quem de Pœnitentia nominant, omnino ſubjecit, hujuſque labentem diſciplinam ordinavit: quos vero Conventuales nuncupant in Hiſpania ſuppreſſit, eoſque ad ejuſdem ordinis Obſervantes aggregavit. Declaravit, ut Dominicanæ familiæ Fratres, ceteros mendicantes cœnobitas omnes, etiam eos, qui ordinis ſunt ſanctæ Trinitatis, ubiq; locorum anteirent. Ordinis fratrum Servorum Beatæ Mariæ diſciplinam reſtituit, ſanctiſſimiſque legibus ordinavit. Decreta cuncta, per quæ religioſos cujuſvis ſodalitatis homines in aliam ſocietatem præter juris communis ordinem recipi licebat, penitus delevit. Regularium apoſtatas omnes ſeveriore anathemate percuſſit: ne tamen ex deſperatione miſeri durius aliquid de ſe ſtatuerent, abhortatus eſt Generales Antiſtites, ut ſinguli ſuorum ordinum deſertores, ſi qui eſſent, reciperent, illoſque benignitate paterna conſervarent foverentque.

Constit. 41

Apoſtatis,

65 Religioſas Militias emendavit, cavens ne in illas adſcripti, ſive Clerici ſive Sacerdotes, ullum eccleſiaſticum beneficium, præter illa quæ propria eſſent Ordinis ſui, poſſent obtinere, neque Militiis ipſis vel earum Hoſpitiis beneficia liceret applicari. Ne conſequendi eccleſiaſtici beneficii male uſitatam, quam vocant, Exſpectativam dare ſacrarum Militiarum vel Sodalitatum vel Hoſpitiorum Magiſtri poſſent. Nonnullis piorum ſocietatibus, quæ ſub voluntaria religioſaque degebant obedientia, à ſecularibuſque Presbyteris habitu diſtinguebantur, ut tria ſolennia religionis vota profiterentur, edixit. Superiorum Pontificum decretis inhærens conſtituit, ut monaſteria aliaque ſacra loca, quibus eccleſiaſtica beneficia deinceps non vacantia eſſent adjuncta, & quorum fructus in ærarii Pontificii libris æſtimati reperiuntur, ipſi ærario quindennem penſionem ad ratam fructuum quintodecimo quoque anno perſolverent. Sacris in cœnobiis aut aliis Deo dicatis locis aut in eorum ædibus milites hoſpitio excipi aut diverſari lege prohibuit. Sacratarum Virginum & ſepta bene concludi, & vitam moreſque ordinari ſancivit: cavitque ſub anathematis pœna, ſtatim poſt factum ſubeunda, ne deinceps umquam monaſterii ſepta egrederentur, niſi ex cauſa vel magni incendii, vel morborum, lepræ vel epidimiæ; quæ tamen morborum cauſa à Superioribus ſuis cognita prius & ſcripto approbata fuiſſet. Mulieribus autem cujuſvis ſtatus, gradus & ordinis, Regularium virorum cœnobia ingrediendi facultatem omnem abrogavit: excommunicationis latæ ſententiæ pœna propoſita iis, quæ ſecus facere deinceps auderent.

militaribus,

ſanctimonialibus, Conſtit. 8

B

C

CAP. XIV

66 Et quoniam omnis fere Pii cogitatio ſtudiumque eo erat intentum, ut ſacroſanctæ Eccleſiæ amplitudinem, dignitatem ac jura tueretur; edito graviſſimo decreto ſtatuit, ne ulla civitas vel locus Eccleſiæ vectigalis umquam alicui in jus ditionemve concederet, aut per alicujus vitæ ſpatium, ſive ad tertiam ſobolem, ſive alia ratione rem alienante, gubernandus traderetur. Jurejurandoque adegit Cardinales omnes, & alios eamdem dignitatem ſubinde accipientes, ne umquam hujuſmodi decreto derogandum putarent: neque id ipſum conantibus futuris Pontificibus aſſentirentur, nec ejus ſacramenti religione ſolvi ſe vel poſtularent umquam vel paterentur. Quod ſi ullo tempore, ſive clam ſive palam, de iis rebus ſic alienandis quidquam perſuadere contendiſſent; è veſtigio & anathematis execrationem aliaſque præterea pœnas ſubirent, & perduelles infameſque inde cenſerentur; & quicumque ex illis in Pontificem lectus umquam fuiſſet, is legis ejuſdem ſe acerrimum vindicem ac patronum præſtiturum, iterum in eamdem legem juraret. Hoc autem decretum, quam Eccleſiæ ſalutare atque utile deinceps extiterit, illud præter cetera ſuperioribus annis declaravit; cum eo quaſi clypeo muniti Cardinales, Alfonſo poſtremo Ferrariæ Duci, ſub Gregorio XIV Ferrarienſem provinciam, certum & antiquum Sedis Apoſtolicæ patrimonium, olim illis Ducibus in ditionem traditum, ad incapaces ſucceſſores transferre conanti, Pontificiaque auctoritate id firmari efflagitanti, ſapienter ac fortiter obſtiterè: ex quo paucis poſt annis proinde factum vidimus, ut eodem Duce vita functo, ſingulari Clementis Octavi Pontificis Maximi conſtantia, virtute atque laboribus, Ferraria ipſa omniſque illa ampliſſima ditio ad Romanæ Sedis jura liberamque ſummi Pontificis poteſtatem & adminiſtrationem, incredibili bonorum omnium gratulatione, immortalique ipſius Clementis gloria, tandem redierit.

Vetat loca Eccleſiæ alienari, Conſtit. 53.

D

& ſic Ferraria Eccleſia manet reſtituta.

67 Ceterum Pius ut Urbem & Eccleſiaſticam ditionem à latronibus liberam ac tutam redderet & conſervaret, edictum promulgavit, quotannis publice prælegendum, contra homicidas, prædones, exules, & alios maleficos homines, eoſque vel receptantes vel protegentes vel eorum etiam conſortes: decrevitque ut id hominum genus, ac regno Neapolitano extorres, nullo modo poſſent in Eccleſiaſtica ditione conſiſtere; inito pacto cum Rege Catholico & cum Etruriæ Duce, ut ii cujuſvis eſſent juris, ſive in Pontificio, ſive in Neapolitano Regno, ſeu in Etruſia caperentur, ſibi invicem in vinculis puniendi traderentur: exulum vero patrocinia in judicio ſuſcipi vetuit, niſi prius ſe in carcere conſtituerent. Sicariorum atque ejuſmodi peſtilentium hominum perfugia in Urbe ſuſtulit: cavitque ne tormenta ignea breviora binis, aliave arma tribus minora palmis, ſub perduellionis pœna geſtarentur: in eos etiam gravi intento anathemate, qui ejuſmodi armorum licentiam dare deinceps auſi fuiſſent. Ne viatores vim aliquam aut injuriam paterentur, acres pœnas decrevit in eos vel principes viros vel populos, qui fines ſuos à latronibus non cuſtodirent: ac ſi quis in via ſpoliatus exinde fuiſſet, locorum, in quibus latrocinium eſſet commiſſum, vel Domini vel incolæ, damna præſtare cogebantur. Quod contigit in Piceno, ubi cujuſdam caſtelli homines, cum ad ſarcienda patrati apud ſe latrocinii detrimenta compellerentur, Pontificique ut decreti ſeveritatem remitteret, ſubmiſſe ſupplicaſſent; non modo nihil impetrarunt, ſed illud etiam reſponſum retulere, niſi majore diligentia ac ſtudio fines ſuos tuerentur, fore, ut majore quoque pecunia jacturas hominum in poſterum compenſarent. Finitimos præterea Principes graviter adhortatus eſt, ut triremes per mare diſpoſitas haberent; quarum præſidiis littora oræque Italiæ à prædonibus & piratis defenderentur: ad Trajanumque Portum atque aliis maritimis locis turres extruxit & ſpeculas, quibus omnis facultas piratis adimeretur ea vexandi loca, iiſque noſtri contra Turcas tutis perfugiis urerentur. Per hunc modum terra mariq; Chriſtianæ Reip. tranquillitati bene conſultum.

Edicto purgat ditiones ſuas à latronibus,

E

ſicariis,

F

& piratis:

68 Grave pariter & amplum decretum edidit de nautis & naufragis, eorumque rebus non occupandis aut impediendis; ſed ab his qui poſſent benigne juvandis, & qua par eſſet Chriſtiana caritate conſervandis: quod ut libentius præſtaretur, ſingulis Chriſti fidelibus, in hoc pietatis genere ſtudium ſuum & operam ponentibus, denos annos indulgentiæ ac totidem quadragenas de injunctis eis pœnis Apoſtolica auctoritate relaxavit. Chriſtianos vero, qui apud Turcas ſervi reperti eſſent, una cum bonis ſuis omnibus deinceps humaniter accipi, ac liberos dimitti juſſit, à piorum communione ſegregans eos omnes, qui huic legi minime parerent. Qui autem ex ſervis facti Chriſtiani, ad Urbis Conſervatores pro tempore exiſtentes

opitulatur naufragis, Conſtit. 7

& Chriſtianismancipiis

A ſtentes libertatis cauſa confugerent, eos per eumdem magiſtratum libertate donari, civeſque Romanos effici poſſe ſtatuit. Corcyrenſe xenodochium, in quo univerſæ Chriſtianæ claſſis contra Turcas bellantis ægroti ac vulnerati curarentur, ut ampliaretur piorumque ſubſidiis auctum ſuſtentaretur, lege ſancivit. In medicos, qui lapſo triduo ægros peccata ſua ritu Catholico non confeſſos curaſſent, confirmatis aliorum Pontificum decretis, multas pœnas conſtituit; languentium propinquos ac familiares, ut etiam Parochis eorum enuntiarent morbum, adhortans. De nuptiis rite celebrandis, de conſanguinitatis vel affinitatis gradibus fideliter exprimendis, cum quiſpiam ſe legibus exſolvi poſtulat, de impedimentis publicæ honeſtatis, & cognationis ſpiritualis, & affinitatis ex fornicatione contractæ, multa decrevit. Scita ac leges populi Romani ſuper dotium moderatione comprobavit: ne videlicet ſumma dotis, una cum ipſo mundo muliebri, major eſſet quatuor millibus quingentiſque nummis aureis: quæ lex, alioqui civitatibus ſalutaris, jam exolevit.

Conſtit. 3 *multa ad politiam utilia ſancit,*

69 Doctoris ornamenta conferendi poteſtatem Palatinis in Urbe Comitibus, aliiſque nonnullis Romanæ curiæ Collegis abrogavit; ne amplius, ut plerumque fiebat, ad ejuſmodi gradus imperiti homines, & indigni proveherentur: qui poſtea ad publica, ſacraque miniſteria, atque adeo ad Epiſcopalem dignitatem, non ſine gravi Reipublicæ damno, aſſumebantur. Sanxit, ut togati laici, qui Clericorum in morem veſtiebantur, capitis tegumentum in occipite replicatum inducrent; ut vel inde à clericis diſcernerentur, ſicuti jam olim fieri conſueverat. Declaravit, quæ jure, quæque injuria pecuniæ permutatio fieret: ac contrahendorum cenſuum certis adhibitis conditionibus formam præſcripſit. Cruenta turpiaque demonum, ut appellabat ipſe, non hominum ſpectacula, in quibus taurorum ac ferarum congreſſiones ſeu agitationes, plerique multis in locis, ad virium ſuarum & audaciæ oſtentationem, publice & privatim exercere conſueverant, unde hominum cædes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriebantur, gravi decreto prohibuit: qui ſecus facerent, protinus anathematis pœnam incurriſſe cenſerentur. Liberales & item operoſas artes fovit egregie: ac multa aureorum millia in lanificium, quod ipſe in Urbem induci curavit, impendit. Agriculturam itidē magnis, uti dicemus, affecit beneficiis.

B

Conſtit. 79 *ſpectacula cruenta, prohibet,* Conſtit. 48

C

70 Plurima de carcerū Viſitatoribus & Judicibus eorumque collegiis ordinavit. Tribunalia ac Romanæ civitatis magiſtratus omnes, ab imo ad ſummum uſque, correxit melioribuſque legibus temperavit. Qui autem dignitates & officia, quibus juriſdictionis adminiſtratio eſſet adjuncta, vel pecunia vel aliis malis artibus ambirent ſeu etiam aſſequerentur (quod jure civili cautum eſt) in eos propoſitas graviſſimas pœnas innovavit & auxit; quibus pœnis obnoxios fore quoque declaravit, qui ob id pretium vel promiſſionem acciperent, vel operam ſuam huic rei utcumque præſtarent: uſque adeo videlicet rectam juris adminiſtrorum electionem, juſtitiæque miniſterium, quam integerrimum eſſe cupiebat. Fraudes, luxum, & æris alieni diſpendia coërcuit: eum enim illi eſſet allatum, nummularium quemdam pro ſua intemperantia decoxiſſe, eum alioqui nobilem, fuſtuarii pœnas luere mandavit; ſubinde conſtituens, eos, uti latronibus deteriores, non ſolum profanos, ſed etiam ſacratos homines, exceptis Epiſcopis, capitali ſupplicio plectendos eſſe, qui non fortuitis eventis, ſed ſua ipſorum vel incuria, vel luxu, vel aliis explendis voluptatibus, creditores ſuos ceſſione bonorum eluſiſſent; quique re ſua familiari aut dilapidata aut abſcondita, ęs alienum diſſolvere noluiſſent.

Conſtit. 16 *& officiorum nundinationem.*

ejuſdem decreta in decoctores.

Conſtit. 112

De ordine ſervando, in ſatisfaciendo creditoribus Præſulum in Romana curia decedentium, leges æquitatis plenas dedit: ceterorum in creditorum concurſu, miſerabiles perſonas præferendas eſſe ſtatuit. PER ANT. GABUT.

71 Hebræos Urbanos, in regionem ad Marcelli theatrum illis attributam, concludi juſſit, noctu foribus obſeratis; animadvertens in illos, qui foris eo tempore deprehenſi fuiſſent, ac Pauli IV ſuper ea re conſtitutionem innovavit: nec ita multo poſt eos omnes depulit è tota ditione Pontificia, præterquam ex Urbe Roma, ubi ad lucem veritatis facilius converti poſſent: & item ex Ancona maritima civitate, ne videlicet Orientis mercimonia prorſus impedirentur. Edicto præterea vetuit, ne Chriſtianum quempiam ad opus conducerent (cum antea Chriſtianis bajulis uterentur) vel eorum, quibuſcum negotiarentur, domus limen intrarent. Sciebat enim, id quod perpetuo res ipſa docuit, Hebræorum conſuetudinem & familiaritatem Chriſtianis populis periculoſam, pravarumque opinionum quaſi ſeminarium ſemper extitiſſe, perinde ac fuit olim ipſis Hebræis cum Ethnicis conſuetudo. Verumtamen cum alias ſæpe, tum imprimis poſtquam ad ſummum Apoſtolatus officium evectus eſt, ut ipſemet de ſe teſtabatur, numquam deſtitit, hortando, docendo, monendo; confiſus fore ut eorum quamplurimos ad Chriſti fidem adduceret. Neque vero irriti omnino, Dei benignitate, labores ejus fuerunt: quando ſatis multi utriuſque ſexus, in iiſque nonnulli ex primariis, ut infra ſuo loco demonſtrabitur, ab ipſo ſalutari aqua perfuſi, Chriſtianam religionem ſuſceperunt. Ad extremum ita multa ſunt, quæ vel tollendis de medio corruptelis, vel rebus ſancte reſtituendis præclare decrevit atq; conſtituit, ut ex iis juſtum volumen confici facile queat. Quæ quidem ego, ne lectori moleſtus ſim, conſulto prætereo: reliqua vero, quæ memoratu digniora viſa fuerint, quoniam ſecum longiorem trahunt narrationem, infra ſuis quæque locis paſſim commemorabimus.

Conſtit. 6 *& Judæos.*

Conſtit. 80

D

E

LIBER II.

Præſtita pro fide Catholica in Germania, Gallia & Belgio. Suppetię datæ contra Turcas in Melita inſula & Pannonia.

CAPUT I.

Pro fidei Catholicæ in Germania reſtitutione & conſervatione varia præſcripta.

72 INterea Pius non earum modo rerum, quæ vel ad Romanæ civitatis totiuſque Pontificiæ ditionis adminiſtrationem, vel ad omnes Eccleſiaſticæ diſciplinæ partes pie formandas & ordinandas pertinerent, curam geſſit diligenter; ſed eo ſive tuendæ ſive amplificandæ religionis flagrabat ardore, ut ſimul & univerſæ Chriſtianæ reipublicæ moderationi, & graviſſimis regnorum negotiis accuratam impenderet operam; nihilque vel in maximis ac potentiſſimis Principibus diſſimulandum putaret, quod eidem religioni adverſari videretur. Inter cetera vero, quæ ut primum eſt ad Pontificatum evectus, ſedulo curare conſilia cœpit, illud imprimis fuit; quod labentem Catholicæ religionis cultum, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, valde periclitantem in Germania, reſtituere ac tueri omni ope contendit. Cum enim Maximilianus Cæſar, ut Turcicum exercitum Pannoniæ imminentem coërcendi conſilium caperet, Imperii comitia Auguſtam Vindelicorum indixiſſet; in his ſive poſtulantibus

PER ANT. GABUT.

hæreticis, ſive minus piis viris conniventibus, per ſpeciem ſedandi nonnullas de religione turbas reſque civiles componendi, præter cetera propoſita erat ejuſmodi quæſtio definienda, qua ratione ac via Chriſtiana religio ad meliorem ac rectiorem intelligentiam ſeu formam reduci poſſet. Quod ſane conſilium haud omnino ſanum, cum ſacris legibus repugnaret, prorſuſque derogaret ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritati, ad quam unam, utpote omnium Eccleſiarum magiſtram ac judicem, pertinet ſacræ religionis dogmata proponere, declarare, & conſtituere; erat plane graviter pertimeſcendum, ne quidpiam inibi contra Catholicam veritatem decerneretur, graviſque Pontificiæ poteſtati inferretur injuria; cum præſertim id in ſacri interregni tempus incidiſſet. Ceterum hoc ipſo valde lætabantur hæretici, novarumque ſectarum cupidi; quippe qui Cæſaris animum in ſua ipſorum ſtudia propenſum videre viderentur, ob idque futura erant comitia frequentiſſima.

Ad comitia Imperii Auguſtana.

pro auctoritate Eccleſiæ ſtabilienda,

Epiſt. 14. lib. 2

B

& fide reſtituenda,

173 Hoc igitur tam grave periculum ut averteret Pius, ad Joannem Franciſcum Commendonum Cardinalem, virum ſumma virtute ſingularique prudentia præditum, atque optime de Chriſtiana republica meritum, ex Polonia (ubi erat apud Sigiſmundum Regem à ſuperiore Pontifice Legatus) ad Urbem redeuntem litteras ac diplomata miſit; quibus ille commonefieret, ut ubivis gentium litteræ ipſæ redderentur, inibi ſubſiſteret; intelligeretque ſe ad Cæſarea comitia, de conſervanda Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac de Catholica fide in Germania tum reſtituenda tum etiam protegenda, Legatum Pontificium deſtinari. Legationis ergo ſuæ litteris Auguſtæ acceptis, Cardinalis vidit ſibi mandari à Pontifice, ut antequam ea res in comitiis ageretur, coram Imperatore atque omnibus Principibus publico in conſeſſu graviter denuntiaret, niſi eam cogitationem abjicerent, futurum ut Pontifex omnem auctoritatem in eos Principes, tam laici quam ſacrati ordinis, reprimendos exerceret, ac multo magis in ipſum Cæſarem, quem & Imperio, & ditionibus, & omnium jure ſucceſſionum, & quibuſcumque præterea rebus potiturum ille ſe confideret, eſſet facile privaturus. Legatus autem variis & cum ipſo Cæſare & cum aliis Principibus habitis ſermonibus, ad Pontificem ſcripſit, rem eo loco eſſe, ut abſque illa publica denuntiatione ex ſententia cuncta ſucceſſura ſperarentur. Sed enim Pontifex pro magno ſuo in ea re ſtudio, ut abſque alia recuſatione idem ediceret, denuo Cardinali præcepit. Verum enimvero, mandatum hoc quam graves Principibus illis offenſiones afferre poſſet, Legatus proſpiciens (cum præſertim id non eſſet neceſſarium, re jam Pontificis nomine diligenter procurata, ut ejuſmodi articulus nullo modo tangeretur, ut re ipſa contigit) conſcientiæ ſuæ magis, quam Pio præcipienti parere non dubitavit. Itaque per litteras Pius edoctus, quæ rationes ad mandatum non efficiendum Legatum impuliſſent, præter conſuetudinem fere omnium Principum, conſiliorum ſuorum conſtantiam tueri potius quam miniſtri integritatem probare nitentium, ſumma ſignificatione lenitatis manu ſua reſcripſit, quidquid ab eo geſtum eſſet æquo animo ſibi tolerandum videri: quin etiam illi ſe gratias agere, quod juſſis ſuis non obtemperaſſet. In quo apertiſſime declaravit, ſe præter unam Reipublicæ ſalutem, nihil omnino ſpectare, nihil intueri.

Cardinalem Commendonum ablegat:

C

ejuſque factis acquieſcit:

monet Cæſarem, ne cauſa religionis laicis comminatur,

74 Legato præterea mandavit, ut præter explicatam rationem Cæſari denuntiaret, Pontificem committere nullo modo poſſe, uti cauſa religionis ullum vel leve detrimentum pateretur. Laicos homines audere de rebus fidei vel tractare vel definire, intolerabilem eſſe temeritatem. Neque in eo genere deeſſe Catholicorum exempla Imperatorum, qui hiſce de rebus audire, ne dum decernere noluiſſent; ſed omnia, ut par erat, ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ judicio ac moderationi dijudicanda reliquiſſent: Glorioſiſſimique Principis & numquam ſatis laudati Conſtantini exemplum poſſe cunctis abunde ſufficere. Quod deinde in Concilio Chalcedonenſi Martianus Cæſar ſecutus, præter cetera in ea Synodo teſtatus eſſet, ſe ad protegendam fidem, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religioſi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe voluiſſe; ne populi dehinc pravis opinionibus ſepararentur. Baſilium pariter Auguſtum ſub finem octavæ Synodi aperte profeſſum fuiſſe, profanis viris vel in quovis dignitatis gradu collocatis, atque adeo ipſis Imperatoribus, nefas omnino eſſe vel hiſcere in eccleſiaſticis cauſis, aut Eccleſiæ Romanæ ſive auctoritati ſive ſanctionibus obſiſtere; ac ſi Angelus de cælo delapſus aliter docere velit, atque ipſa docet Eccleſia, ut ait B. Paulus, anathema cenſendum. Quapropter Cæſarem rogabat Pius, uti privatis rebus omnibus poſthabitis, ſimpliciter & aperte Catholicos adiuvaret: præſertim eo tempore, quo magna inter ſectas hæreticorum diſcordia prębendi ejus auxilii opportunam daret occaſionem: ut vel hac ratione quot quantiſque in erroribus illi verſarentur, facilius intelligerent, atque ad priſtinam fidem avitamque religionis obedientiam promptius redirent: nimirum abſoluto jam ac ſancito ſacroſancto Concilio Tridentino.

D

Gal. 1.

E

urget ut Concilium Tridentinum promulgetur,

75 Cujus quidem Concilii promulgationi obſervationique pro virili ſua ut favendum Cæſar arbitraretur, Pius hortabatur. Quod ſi in Imperio toto id obtineri non poſſet, interim ad rem feliciter aggrederetur: ac vel in Salisburgenſi, Conſtantienſi, Auguſtenſi, Friſingenſi, Bojodurenſi ſive Patavienſi, Brixinenſi & Tridentina diœceſibus, & promulgandum & ſervandum curaret: quæ res eſſet & omni Italiæ ſingulari contra hæreticorum vel fraudes vel minas præſidio ac munitioni, & ceteris præterea civitatibus & diœceſibus exemplo futura ſalutari. Ad hæc ageret & cum ipſo Cæſare, & cum ſacratis Imperii Septemviris, & cum Archiepiſcopis, ut, quoniam Otho Cardinalis idemque Epiſcopus Auguſtanus, ne diœceſanam Synodum ſuam Tridentini Concilii in mores inducendi cauſa celebraret, à multis fuerat impeditus; Moguntinus ejus Metropolitanus, ceterique omnes ſuam quiſque Synodum concelebrare ſtatim aggrederentur, ne Suffraganei ea in re diutius retardarentur.

Epiſt. 4, 9, 10, & 13 l. 1

Epiſt. 39 lib. 4

F

& Catholici Epiſcopi ſubſtituantur,

76 Præterea vero cum intelligeret Pius, Colonienſem Archiepiſcopum deſignatum, ne ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem ſtata formula profiteretur, indies ſubterfugere (quod tamen omnes ab eodem edito Concilio, non modo in Italia, verum etiam in Gallia, Hiſpania, Polonia, Pannonia, & item in Germania deſignati ſacrorum Antiſtites facere cœpiſſent) cumque alios ex Septemviris duos Colonienſis Archiepiſcopi excuſationi cauſæque favere idem reſciviſſet, Legato juſſit, Cæſari ac Cæſarianis Conſiliariis, Eccleſiaſticis Septemviris, atque aliis inſuper quibus opus eſſet, omnino perſuadere niteretur, quo tam pia ſalutariaque decreta omnes uſu retinenda curarent: alioquin ab ſe Colonienſem Sede privatum iri. Id quoque periculi Cæſar averteret imminentis, ne electo Archiepiſcopo Magdeburgenſi ex humanis erepto, Sedes illa ab Saxoniæ Septemviro teneretur, qui tres alias Eccleſias jam occupaverat. Quod ſi Argentinenſis ſenior Epiſcopus mortem obiiſſet, quando omnes illi Canonici, tribus exceptis, Lutherana peſte laborabant; caveret Cæſar, ne hæreticus Epiſcopus ſublegaretur: ſequs enim

Epiſt. 27 lib. 1

Epiſt. 41 lib. 4

A enim fore ut Ecclesia illa diœcesisque omnis in suam perniciem prorsus lapsa concideret. Quamobrem curandum videri, ut Catholici adjutores illis darentur, vel certe alio genere præsidii res ibi Christiana communiretur.

77 Omnibus porro Catholicis Germaniæ Principibus denuntiaret, cupere Pontificem, sibi ab eis pro sua quoque prudentia salutaris consilii aliquid dari de iis rebus, quas ipsi optimas vel dictu vel factu arbitrarentur, ad Catholicam fidem in illis regionibus aut tuendam aut amplificandam; & ad convellendas hæreses inducendumque usum Tridentini Concilii, & ad necessarium vacantibus sacerdotiis modum adhibendum; denique ad retinendam suam ipsorum auctoritatem ditionemque, sive Ecclesiasticam sive civilem pie conservandam: amari vero ab se omnes caritate singulari, atque pro ipsis protegendis intentatum se nihil relicturum. Denique illis sacrorum Principibus hæc mandaret singillatim, ut qui solenni cerimonia consecrati non essent, ii primo quoque tempore consecrarentur, divinaque mysteria peragerent, & ad populum cuncti sacras conciones haberent interdum: ut vel semel in anno totam, aut certe potiorem diœcesis quisque suæ partem, obirent ipsi: sacra cœnobia curarent instaurari: desertores omnes ac deploratos monachos expellerent ac profligarent. Quod si cœnobitæ ibi defuissent, se satis multos optimis moribus ornatos; ex Italia Belgarumque regione delectos, eo dimissurum. Archidiaconos & alios quoslibet Ecclesiastica dignitate præditos, ad modum cujusque gradui consentaneum vitam instituere compellerent, neque ea in re cuiquam indulgerent. Caverent etiam diligenter, ne in diœceses suas hæreticorum libri comportarentur: etenim huic pesti non occurrere, nihil esse aliud, quam animarum in perniciem consentire, hæreticisque aperte favere. Proinde omnes efficerent, ut quamplurimi Catholici libri excuderentur: nam hæreticos libris ab se editis majorem, quam alia ratione, Ecclesiæ cladem intulisse: itaque illos facile convictum iri, si optimorum auctorum libri exquirerentur; quibus modico pretio divenditis, commodius possent hæreticorum fraudes & errores aperiri.

ut hi conse crentur & visitent diœceses, Epist 20 l 2

monachos & clericos corrigant,

B

libros Catholicos excudi curent:

78 Legatus caute & prudenter ageret, ut à quovis hominum genere quæreret, an quispiam vel Italus, vel Belga, vel Hispanus hæreticorum in Germania consuetudine, ad Catholicos populos ac provincias labefactandas, uteretur: atque in ea re nullis aut impensis aut vigiliis, ut de rebus omnibus Pontifex certior fieret, parcendum putaret. Principes etiam viros & Antistites omnes commoneret, ne unquam hæreticos in suis vel ædibus vel ditionibus tolerarent: curarentque sedulo, ut ad Pontificis aures perveniret, huic se monitioni prorsus obtemperasse. Quod si Catholici viri, probitate & eruditione præstantes, apud illos invenirentur; qui contra hæreticos concionari, vel alia ratione pro re Christiana insudare parati essent; ea de re scriberent ad Pium, qui pro sua liberalitate virorum ejusmodi opera uti, eosdemque justo præmio cumulate cohonestare studuisset. Id porro diligenter operam darent omnes, ut suum quisque Theologum, cum doctrina tum integritate vitæ præcellentem, penes se alerent & haberent: neque erudiendorum in Seminariis adolescentum Clericorum, ad præscriptam rationem sacri Tridentini Concilii, curam negligerent. Præterea vero, cum in Spirensi Vuormatiensique diœcesibus adversus Catholicos omnem impietatem Elector Palatinus exercuisset; ageret Legatus, ut neque Principes neque sacri Proceres Catholici, neque Cæsar ipse tam immane scelus dimitterent impuni-

hæreticos denuntient cavcantque,

C

insignes Concionatores & Theologos foveant.

Epist. 27, 30 lib. 3

Palatini conatibus obsistatur.

tum, sed acriter id vindicarent: nam hujusmodi flagitia dissimulare aut toleranter ferre, nihil aliud esse, quam hæreticos Principes ad ecclesiasticos vicinos suos perdendos incitare. In quo Pius operam suam omnem & opem prolixe pollicebatur; ut vel inde intelligerent homines, eum in re tanti ponderis officio suo numquam defuisse. Denique Bavariæ Ducem, spectatæ Principem integritatis ac religionis, & confirmaret in officio, & ad liberos suos iisdem virtutibus instituendos, segregandosque omnino ab hæreticorum consuetudine, atque omne studium conferendum ne quispiam ejusmodi peste affectus ejus in aula delitesceret, pie cohortaretur. Quæ quidem fere omnia atque alia multa generis ejusdem, jubente Pio, Legatus, quoad ejus fieri potuit, egregie præstari curavit. Itaque piorum conatuum sanctorumque consiliorum haud contemnendus extitit fructus. Sed hæc dum ita curantur, Melitensium periculis occurrendum fuit.

PER ANT. GABUT.

Ducem Bavariæ variè lau. dari jubet.

CAPUT II.

Suppetiæ contra Turcas datæ: succursum insulæ Melitæ & Pannoniæ.

CAP. II

79 INter alias enim multas easque gravissimas, in quas Pii Pontificatus incurrit, rerum difficultates, acris in primis plenaque timoris atque periculi fuit obsidio Melitensis. Satis constat, Melitam Libyci maris insulam, non modo Siciliæ cui adjacet, LX millia passuum ab ea distans, sed etiam omnis fere Italiæ contra barbarorum impetus tutum propugnaculum, sacræ militiæ S Joannis Hierosolymitani hospitio inclitum, ad Romanæ Ecclesiæ præsidium maxime pertinere. Id scilicet Solimanus Turcarum Imperator, Christiani nominis hostis acerrimus, non ignorans, atque in Italiam sibi aditum aperire cupiens; paulo ante hunc Pontificatum ingenti classe, ducentis ac sexaginta fere instructa navigiis, Melitam expugnare, ac per quatuor menses gravi obsidione divexare instituit. Et cum magna Melitensibus damna intulisset, jamque arcem, cui à Sancto Erasmo cognomen est, per vim in potestatem redegisset; propugnantium militum virtuti demum cedere coactus, gravi suo dedecore, parique detrimento & indignatione inde recesserat: è suis triginta millibus, è nostris vero ferme novem millibus in ea obsidione desideratis. Sed ne recuperatis viribus, majore impetu ac furore eo reverteretur, nemo non timebat: maximos enim ob id bellicos apparatus Constantinopoli fieri, nuntiabatur. Itaque Joannem Valletam, Hierosolymitani Ordinis Magistrum, ut quam designabat novam urbem condere, omnique genere præsidii communire quamprimum aggrederetur, graviter cohortari atque impellere Pius non desistebat: triaque millia militum, quos in eam daret expeditionem, stipendiis affecit: & quæ Pius IV desponderat, aliaque longe majora subsidia libenter se præbiturum ostendit. Ac protinus aureorum quindecim millibus donavit milites Melitenses: & alia præterea quina millia in menses singulos in eam fabricam per septimestre contulit.

Melitensi insulæ ante à Solimano diu obsessæ succurrit,

F

Epist. 3 lib. 1

pecuniis pro nova urbe condenda, & militibus alendis:

80 Sed quoniam & tantæ molis ædificium, & grave à potentissimo hoste imminens periculum, majora postulare videbantur auxilia, quæ ab aliis Principibus tributum iri spes erat exigua; auctore Valleta exierat rumor, Melitensium militum Magistrum, nisi Christiani Principes opem ei ferrent in tempore, cum Ordine suo, relicta Melita, se in Siciliam recepturum. Qua de re Pius ab ipso Valleta certior factus, simulque de variis quibus ille premebatur angustiis edoctus, ut mœrentem hominem

PERANT. GABUT. sublevaret & in officio contineret, non solum quanta posset maxima illi subsidia tribuere, sed vitam etiam ac sanguinem pro honore Dei Melitensiumque salute profundere se probe paratum esse respondit. Itaque statim amplissima Apostolicæ indulgentiæ munera cunctis Christi fidelibus proposuit, eosque ut erratis expiatis divinam opem Melitensibus implorarent, ac pro suis quisque facultatibus eis succurrerent, patria caritate provocavit. Ex quo Pontificiæ indulgentiæ piorumque liberalitatis beneficio, per Italiam Galliamque præstito, haud modicus pecuniæ numerus collectus est. Quod ne in Hispania quoque fieret, regiorum administrorum, inde cogendæ pecuniæ bonam partem in Guletanam munitionem conferendam esse prætendentium, fecit exceptio. At vero cum in Lusitania itidem atque Indiis, ut edixerat, Jubileum ipsum minime vulgatum fuisse Pius intellexisset; id ægre ferens, eo mox abrogato, per exhortatorium diploma sacrum Apostolicæ benedictionis munus tantum obtulit iis, qui ejusmodi subsidium benigne deinceps contulissent.

Jubilæum concedit suppetias ferentibus,

Epist. 28, 29, 30 lib. 1

B 81 Inter hæc autem Philippum Hispaniarum Regem, ac Neapolis Siciliæque Proreges, per litteras ac nuntios, ad promissas Melitensibus suppetias quam celerrime ferendas, ardentius extimulavit. Ad ipsumque Valletam litteras dedit, Apostolici fervoris, ut vidimus, paternæ pietatis ac prudentium plenas consiliorum: quibus eum ad novam exædificandam urbem primo quoque tempore insulamque tuendam impellens, illum à suscepto vel prætexto discedendi proposito revocavit. Ceterum his ad fabricæ perfectionem haud sufficientibus, majora à Pio subsidia, in eo uno secundum Deum spem omnem se repositam habere professus, in dies Valleta flagitabat. Itaque cum maximos Pius, præsertim contra hæreticos, per idem tempus sumptus faceret, neque aliunde suppeteret, ex quo largiora pro sua eximia pietate Melitæ conferre posset auxilia; Pontificii administri, officio suo male functi, rebus fisco addictis, ex his quatuor & quadraginta millia nummûm aureorum, ac varias ejus præterea gemmas, quæ tredecim ferme aureorum millibus æstimabantur, ipsi fabricæ statim attribuit. Sacrisque militibus Melitensibus in eam rem, ut aureorum centum quinquaginta millia legitime contrahere quoquo modo possent, Ordinis sui fundis in Italia, Gallia, Hispaniaque oppigneratis, indulsit. Neapolitanis porro Clericis ob id tres decimas imposuit; unde mox triginta fere aureorum millia collecta sunt. Ac pro necessitate celerius ut absolveretur ædificium, ne festis diebus opus facere impedirentur, fabros & operas legibus exsolvit; edicens id aliquando fas esse, vel necessitatis vel pietatis vel publicæ utilitatis, quæ genus quoddam est pietatis, causa: quæ rationes omnes ad rem præsentem pertinerent. Itaque novæ urbi, anno salutis MDLXVI quinto Kal. Aprilis, Deo in primis, Pio V, atque aliis bene juvantibus, exædificari cœptæ, ferventique opere deinceps extructæ ac communitæ, Valletæ, à gentili conditoris Magni Magistri cognomine, more majorum nomen est inditum. Quamobrem Turcæ, Melitam optime instructam atque munitam esse audientes, eo redire noluerunt: sed ad explendum furorem suum, & quam inani Melitensi incœpto ignominiam subierant vindicandam, confestim insulam Chium, illustris ac piæ Justinianæ gentis ditionem, occupare aggressi, eam sibi magno Christianorum damno subjecerunt. Justinianos vero ipsos male acceptos, ad urbem Theodosiam, quæ nunc Caffa dicitur, captivos abduxerunt: quos deinde Pius, Caroli Noni Gallorum Regis ope, vinculis eximi liberarique curavit.

majores ipse confert:

C

D 82 Sub idem tempus centum & amplius Equites Galli primariæ nobilitatis, quos ingens suæ gentis hominum numerus comitabatur, ex insula Melita à Turcarum obsidione liberanda profecti in patriam revertentes, Pii sacros pedes osculandi causa Romam diverterunt. Quos ipse singulari pietate à limine aulæ S. Marci, ubi tum residebat, genibus prorepentes, ad sacri pedis oscula benigne excepit, singulisque benedixit. Mox Gulielmo Sangalletto intimo Quæstori, ut ex ærario Pontificio decem aureorum millia illis distribueret, imperavit: ratus, exteros homines, è salutari expeditione profectos, longoque itinere afflictos, pecuniarum egere subsidio. Horum Principes erant Comes Brisacius & Philippus Strotius: qui una cum aliis egregiam Pontificis liberalitatem admirati, ad eumque colendum impensius propensi, pecuniam, qua se non indigere profitebantur, pro sua modestia recusarunt. Sed immortales Pio gratias agentes, ac magno se illi beneficio devinctos agnoscentes, ad Anconam urbem præsidio communiendam, cui à Turcarum classe periculum imminebat, sponte profecti, inde, donec tuta res esset, discedere noluerunt. Per idem tempus cum Turcarum classis in Adriaticum sinum esset ingressa, teneretque timor animos, ne quid gravius inde Christiana, præsertim Veneta Respublica pateretur; Paulum Jordanum Ursinum, Braciani Principem, Pontificiarum triremium ducem Pius declaravit, eoque subsidio misit: ac protinus quatuor militum millia suis ducta stipendiis, in eam expeditionem dedit. Præter alia multa, quæ [ad Italiæ tutelam providit] tum à Philippi Catholici Regis classe procuravit auxilia, tum ditionis suæ maritima firmavit præsidia: quibus illos Christianorum portus & oras egregie communivit, ab hostilibusque armis vindicavit. Sed jam ad res in Germania gestas redeamus.

Gallis à Melita defensa redeuntibus offert 10000 aureos;

E

portus munire curat.

CAP. III

83 Nihil fortasse minus expectares à Pontifice, & re & nomine Pio, quam ut bellicis rebus vel administrandis vel procurandis animum adjiceret. Verum, ut à dominico grege sibi commisso truculentam undique frementium luporum rabiem vigilantissimus pastor arceret atque propelleret, necessario sibi faciendum putavit, ut pacis bonum, cui perpetuo fuit intentus, bellicis præsidiis tueretur. Enimvero cum Rempublicam Christianam duorum acerrimorum hostium, Turcarum videlicet & hæreticorum, viribus continenter oppugnari ac propemodum opprimi videret; immanem quidem illorum audaciam contundere, horum vero impietatis furorem extinguere ab ipso sui Pontificatus initio cogitavit. Itaque per epistolas, occultis notis conscriptas, Commendono Legato mandavit, ut cum Cæsare Germaniisque Principibus diligenter ageret de sociali in communem hostem Turcam fœdere jungendo: quippe quem intelligeret maximos bellicos apparatus conficere, ut Christianos terra marique peteret, summo cum eorum detrimento. Cumque de illius potentia constaret, Pius, uti summum omnium parentem decet, Principes ad tutandam rem Christianam sanctissimi fœderis vinculo colligare decreverat: ut non solum imminentia proxime, sed multo post etiam futura pericula declinaret: ac præterea se, quidquid posset, quam diligentissime præstiturum pollicebatur, tam in faciendo sumptu, quam in Regum omnium ac Principum auxilio procurando.

Contra Turcas curat fœdus inter Germanos Principes,

F

84 Acta sunt à Legato cuncta diligenter. Atque in comitiis id solum constitutum, ut contra Turcas à Germanis Principibus auxilia quædam suppeditarentur. At vero Pius, Cæsaris rerum angustia perspecta, ad eam rem sexaginta millia nummûm aureorum ei decrevit, pollicitus alia præterea quinquagena

& multa millia aureorum mittit Cæsari

A quagena millia in annos ſingulos donec bellum conficeretur : ac paulo poſt eidem petenti, alia quoque triginta millia, ad oppidum Caniſiam aliaque loca contra Turcam in Pannonia communienda, Venetiis numerari juſſit : aliam porro grandem pecuniarum vim ad id paſſim elargitus. Ceterum Principes omnes aſſiduis urgebat cohortationibus, ut ſacroſanctam belli ſocietatem inirent: Cæſareamque Majeſtatem, contrà barbarum Tyrannum pro Chriſtiani nominis gloria dimicantem, juvare ne gravarentur. Hinc Emanuel Philibertus, Dux Allobrogum, quadringentos equites minoribus tormentis inſtructos eo miſit, ipſeque expeditioni quamplurimis aliis primariis ſtipatus militibus interfuit : ſed equitibus Cæſari operam navantibus relictis, ad tuendas ditiones ſuas ſubinde neceſſario remeavit. Alfonſus quoque Ateſtinus, Ferrariæ Princeps, quadringentos viros clari nominis, trecentoſque minoribus armatos tormentis, ac centum galeatos milites, totidemque ducens cataphractos, eodem eſt profectus. In iis nobilis quiſque, tres aut quatuor voluntarios milites, egregie fortes, ſecum adduxerat: ut ii numero eſſent omnes ad duo millia amplius armatorum: quibus

B etiam plurimi viri primarii ex omni Italia, Pio cohortante, profecti, auxiliares acceſſere. Coſmus Florentiæ Dux ære ſuo tria millia peditum eodem ſubmiſit : præter ducenta millia nummûm aureorum, quos ille paulo ante Venetiis in hanc expeditionem Imperatori curaverat. Genuenſes itidem atque Lucenſes opem quique ſuam contulerunt : remque grandi pecunia juvit Gulielmus Gonzaga, Dux Mantuanorum.

eique Principum opem conciliat.

85 Inter hæc autem indicto ampliſſimo Jubilæo, ut hiſce divinorum armorum opibus, præter pecuniaria ſubſidia, opitularetur Imperatori; pro more veterum Patrum, ad ea pietatis præſidia, quibus iræ cæleſtes à mortalibus averruntur, confugiendum Pius exiſtimavit. Itaque ſolemnes ac publicas tridui ſupplicationes decrevit, quæ non Romæ ſolum, ſed per totum ferme Chriſtianum orbem haberentur : ad ſalutares pœnitentiæ fructus omnes excitavit, Apoſtolicam gratiam & indulgentiam ampliſſimam omnibus conferens, qui jejuniis, eleemoſynis & orationibus piis intenti, ad Confeſſioniſque & Euchariſtiæ ſacramenta accedentes; adverſus Chriſtianæ fidei hoſtes victoriam Cæſari à Deo precarentur. Inciderunt hæc in æſtivos dies, quibus maximi in Urbe calores eſſe ſolent : ſupplicationes tamen illas ipſemet

C Pius coram honeſtavit. Nam à ſe diluculo facta re divina in æde S. Marci, inde primo die ad Lateranenſem baſilicam, altero ad S. Mariæ Majoris, tertio ad Aræ Cœli templum pedes proceſſit. Omnino magna opinio erat, trecentis abhinc annis nullum extitiſſe Pontificem, qui majore frequentia, alacritate ac pietate ſacrum ejuſmodi ſupplicationum munus obiiſſet. Illud admirabile, quod cum tanta ad S. Joannis ædem prima ſupplicatione confluxiſſet hominum multitudo, ut major convenire minime poſſe videretur; frequentior tamen apparuerit in ſecunda : quodque demum in tertia, longe quam antea numeroſior, ad pie precandum turba undique collecta, rebuſque divinis intenta, conſpiceretur. Denique in eo celeberrimo comitatu tantum Pontifex excitavit ſtudium pietatis, ut in omnibus imaginem verę fidei, quam olim Apoſtolus in Romanis hominibus extulit laudibus, ſe intueri plerique teſtarentur. Auxit etiam religionem certa nefariorum ſpirituum ex aliquot notiſſimis feminis ejectio, haud obſcura Pontificis ſanctimoniæ ſignificatione : qua de re infra commodius ſuo loco ſcribemus.

indicit Iubilæum cum triduana ſupplicationibus

cui ipſe interfuit Roma.

86 Interea Solimanus, in Pannoniam progreſſus, urbem Juliam cepit, civibus ſeſe dedentibus, ut pote non valentibus diutius hoſti reſiſtere : qui eos omnes, contra datam ab ſe fidem, æque impie ac perfide contrucidavit. Mox centum nonaginta millium Turcarum exercitu inſtructus, Sigetum, arcem oppidumque, & natura loci & arte munitiſſimum, in Croatiæ Pannoniæque finibus collocatum, cœpit obſidere. Qua in obſidione, atrociſſima ſane ac diuturna, non tam univerſa Chriſtianorum arma, quam efficaces apud Deum Pii Pontificis deprecationes ſe pertimeſcere Solimanus dictitabat. Nec impii tyranni timor inanis, nec Pii Pontificis, quam pro ea re fundebat, irrita omnino precatio fuit : nam triduo antequam Sigetum caperetur, acerrimus ille Chriſtiani nominis hoſtis, cum per annos ſex & quadraginta variis cladibus Chriſtianam rempublicam afflixiſſet, tandem repentino morbo correptus, juſto Dei judicio, infelicem viram cum æterna morte commutavit, pridie Nonas Septembris anno MDLXVI, divina cavente clementia, ne ille aut adepta victoria lætaretur, aut quas nomini Chriſtiano minitabatur clades majores inferret. Ejus vero mortem Mehemetus, primarius Baſſa, ſummo artificio ſuis & noſtris occultavit, donec oppidum expugnaretur : captoque Sigeto, Selymum, ejus nominis ſecundum, E demortui parentis in ſolio Conſtantinopoli collocati mirabili celeritate aſtuque procuravit.

PER ANT. GABUT.

Solimanus capta Iulia & Sigeto obſeſſo, moritur.

CAPUT III.

Curat Eccleſiaſticam diſciplinam in Gallia reſtitui & hæreſim ſubrui

87 TAmetſi omnes, qui ubique gentium vel Chriſtianam religionem profiterentur vel ab ea declinarent, & curandos & ad ſalutis viam revocandos Pius ita ſuſceperat, ut univerſus terrarum orbis domus ſua ſibi eſſe videretur; tamen, quæ per id tempus gerebantur in Gallia, propter periculorum tum magnitudinem tum vero etiam vicinitatem, magis eum ſolicitum habuerunt. Itaque ab ipſo ſui Pontificatus exordio ac deinceps continenter, & conſiliis & pecuniis & armatorum præterea ſubſidiis, rem Chriſtianam opportune juvare non deſtitit, ut peſtilens hæreticorum ſecta, ab Eccleſia Catholica & ab Rege ſuo deficientium, penitus deleretur, veræque pietatis cultus in Gallia quam integerrimus perpetuo conſervaretur. Sed enim Hugonoti (ita Calviniani quidam hæretici ſunt appellati) de F quibus multas ipſe victorias reportavit, aut acriorem hoſtem, aut ad impios conatus ſuos infringendos illo paratiorem, adhuc habuere neminem. Cum igitur Henricus II Valeſius, Gallorum Rex, in primarios quoſdam ejus peſtis auctores acriter olim animadverſiſſet, ceteri dein caput attollere non audebant : ſed eo jam vita functo, in Franciſcum eo nomine Secundum, ejus filium ac ſucceſſorem, inita conjuratione, inſanis quorumdam præpotentium virorum, innovandis Galliæ rebus enixe ſtudentium, conſiliis confirmati, qua in adoleſcentem Regem qua etiam in Eccleſiam Dei pernicioſum virus evomebant. His porro conſiliis inſtructi, primum ad oppidum Bleſas, ubi Rex per eos dies morabatur; tum ad Amba- *poſt mortem* ſiam, quo mox ille perrexit, edixere diem in Idus *Regis Fran-* Martias; quo die omnes eodem, ad eum vel capien- *ciſci* dum vel è medio tollendum, convenirent. Verum tam caute (illum Deo protegente) rem gerere non potuere, quin à Carolo Lotharingio Cardinali detegerentur, nefariique illorum conatus inanes & irriti redderentur. Itaque maximam partem in vincula conjecti, princeps eorum capite plexus, & cum aliis præterea multis in fruſta diſcerptus eſt.

CAP. IV

Ob inſolentiam Hugonotorum in Gallia.

88 Cum

PER ANT. GABUT.

88 Cum hæc igitur cauſa, tum etiam Francisco Rege mortuo, Caroli fratris in ejus locum ſuffecti pueriliſ ætas, ipſi ſectæ ſeſe corroborandi præbuit occaſionem: propterea VII Idus Januarii MDLXII, rogium pro tempore divulgatur edictum, quo decernitur, ut religionem illam, nomine Reformatam, re vera corruptiſſimam conſectantes, eam extra urbes tantum poſſent profiteri. Atque id potiſſimum permiſſum ad leniendos Primatum quorumdam animos, qui ante mortem Franciſci Regis in regiam domum ſe male animatos eſſe declaraverant. Ita quippe viſum vel hac ratione illorum poſſe furorem temperari: quod tamen tantum abfuit ut eveniret, ut majora quoque mala ſint inde conſecuta. Nam extemplo Regi, ut nefarium ſic apertum inferre bellum, ac regno toto, qua ſacra templa impie demoliri, qua innumerabilia patrare ſacrilegia, qua innocentem Catholicorum ſanguinem immani crudelitate profundere cœperunt. Denique cum in eo regno perniciosis cuncta bellis conflagrarent in dies, MDLXII Nonis Martiis, Aureliis, nova mutuo pactione facta, permiſſum eſt, uti regno toto, præcipuis quibuſdam oppidis exceptis, pro ſua quiſque conſcientia libere poſſent & vivere & concionari: idque donec Rex in tutelam veniret ſuam. Interim vero per annos aliquot Hugonoti, modo apertis machinis modo inſidiis, ubique, ſed imprimis in ipſa regia conſtructis, totius regni perniciem moliebantur.

ad perniciem regni conſpirantium;

B

89 Quod quidem malum Pius animo proſpiciens, ut tam exitialem peſtem averteret, lenioribus primum utens remediis, Comitem Michaelem Turrianum, Cenetenſium Epiſcopum, qui poſtea Cardinalis creatus eſt, virum ſummæ pietatis & integritatis laude præſtantem, ad Regem & ad Catharinam, quæ ut Regina mater per hoc tempus gubernacula tenebat, in Galliam Internuntium declaravit. Huic, ut & animorum ſaluti, & Regi ab hoſtium inſidiis vindicando, atque regno ejus tuendo provideret, multa religionis Chriſtianæque prudentiæ plena mandata dedit. Illud inprimis regios in animos Pius revocabat, ne humanis conſiliis poſthaberent juſſa divina: ſed mille regna ac vitam ipſam projiciendam potius, quam officium ſuum deſerendum putarent: præſertim in negotio Catholicæ religionis, quam haud quaquam ſatis eſſet, ſi Principes ipſi complecterentur; ſed illis etiam efficiendum, ſui ut provinciales & ſubditi eamdem profiterentur, hæreticam vero impietatem ſectantes graviter plecterentur. Hoc enim regii muneris eſſe, hoc præcipue Galliarum Reges præſtare oportere: ſi Chriſtiani, atque adeo Chriſtianiſſimi & eſſe & appellari; ſi majores ſuos Carolos & Pipinos, alioſque ſtrenuos Romanæ Eccleſiæ & Catholicæ fidei defenſores imitari; ſi denique, ut par eſt, ſervire Domino velint. Hoc namque cunctis Regibus, Principibus, atque Judicibus præceptum divinitus datum, quod Rex ille Prophetaque ſanctiſſimus his verbis edixit: Et nunc Reges intelligite: erudimini, qui judicatis terram: ſervite Domino in timore. Id vero, ſanctorum Patrum teſtimonio, tum ab Regibus cumulate fieri conſtat, cum & ipſi, quatenus homines ſunt, recte vivunt; & quatenus Reges, in regno ſuo bona jubent, malaque prohibent; non ſolum quæ ad humanam ſocietatem, verum etiam quæ ad divinam pertinent religionem, exemplo piorum Regum Ezechiæ atque Joſiæ, qui Domino egregie ſervierunt, lucos & templa idolorum, & excelſa illa quæ contra præcepta Dei fuerant extructa deſtruendo.

miſſo Internuntio Turriano

Regem & Reginam matrem animat

C

Pſalm. 2

90 Ceterum Pius, ut Tridentini concilii decreta cuſtodirentur in Gallia præcepit: & cum hoc ſegnius curari videret, nihil tale aut Rege aut Regina poſtulante, ad omnes Gallicanos Epiſcopos litteras dedit, mandans eis, ut vel Concilium ipſum ſervandum curarent, vel graves neglecti officii pœnas ſubirent: Reginam vero commonuit, ne id præſtare differret, donec Rex ætate & viribus augeretur: ſi quidem temporum momenta haud in noſtra eſſe poteſtate: meminiſſetque oraculo illo divino magis eſſe nitendum, quo Deus ait: Per me Reges regnant: ac Davidi majores vires divinitus collatas fuiſſe, quam Sauli, ceteroqui ſtatura corporis & ætate præſtantiori: quicumque ſuis unquam eſſet viribus temere confiſus, hunc demum ſe à Deo confuſum offendiſſe. Odettum vero Caſtilionæum, jam olim à Pio IV ſacræ Purpuræ dignitate ſpoliatum, Regis in conſilium nequaquam adhibendum eſſe: quippe qui hæreticus palam eſſet, & à piorum communione jure ſejunctus. Neque permittendum, ut is ſacri habitum geſtaret honoris, quo ante anathematis in ſe latam ſententiam ſuperbe ſe abdicaverat; imo vero in Sedis Apoſtolicæ contemptionem, eo reſumpto, ſibi uxorem adſciverat. Quocirca denuntiabat Pius, niſi quæ decretæ jam erant de illo pœnæ ſumerentur, ſe dignitatem hujuſmodi in quemquam alium ejus regni numquam amplius collaturum. Ceterum Eccleſiaſticis beneficiis & vectigalibus nonnulli, qui Hugonotorum more uxorem duxerant, juſſu Pii ſunt expoliati, ejuſdemque factionis plerique moti ſunt regiis miniſteriis; Pontifice profitente, ſublatis impedimentis religionis, meditari ſe atque moliri magna quædam exteris in locis, eaque præclara facinora; quibus & Dei gloria ſumme propagaretur, & ſeculum optatis floreret bonis, & regnum illud ingenti pacis beneficio potiretur. Verum inprimis edictum illud, quod Hugonotorum in gratiam editum diximus, infirmandum eſſe; uti mox magna ex parte factum fuit.

præcipit tuſtodiri decreta Tridentini

Prov. 8

Card. Caſtilionæum puniri

D

E

concubinarios beneficiis ſpoliari

91 Atque ita ex iis, quæ ad ſacrorum Antiſtites diplomata ſcripſit, Chriſtiana res inſtaurari cœpit in Gallia: pleriſque locis receptus Romanus Catechiſmus, & Catholica diſciplina reſtituta. Inde Epiſcopi omnes, per id tempus in aula Regia commorantes, ut ad ſuam quiſque diœceſim præſentes procurandam quamprimum abſcederent, Pius edixit: eoq; hortante ad Archiepiſcopos hujuſcemodi Rex litteras dedit. Quas hoc tempore calamitates experimur, eæ ſane, Dei in nos iram exerceri, ſatis oſtendunt. Ut autem ille placetur, opus eſt, ut Antiſtites ſacri, pro officio ſuo, & ratione ſpectatæ vitæ, & doctrinæ munere, piiſque jejuniis & obſecrationibus, populis rite edocendis operam navent diligenter, atque ad cultum Dei ejuſque cæleſtium mandatorum obſervationem, quos debent omnes inſtituant. Hoc autem ad agendum inducit nos, ac pie cohortatur Pius V. Pont. Max. Itaque Præſules omnes obteſtamur in Domino, ut ad reſidendum in ſuam ſinguli provinciam primo quoque tempore proficiſcantur. Quod illi ſtatim præſtiterunt. Interim vero Galli ſeptem Epiſcopi, nempe Uticenſis, Valentinus, Carnotenſis, Oloronenſis, & Laſcurenſis, aliique præterea duo, Eccleſias etiam num occupantes, cum hæreſis damnati Romæ jam eſſent; eam damnationem in Gallia promulgandam, iiſque de Sede dejectis, alios Catholicos ſubrogandos Pius curavit. Fecitque ut memoratus Odettus Bellovacenſi ſe abdicaret Epiſcopatu: quem ille, cum omnibus quorum potiebatur ſacerdotiis, apud Regem depoſuit; atque diabolicis actus furiis in Angliam profectus, ibidem impie migravit è vita.

Epiſcopos ad reſidentiam urgeri

F

hæreticos è Sede pelli;

92 Ad omnes porro ipſius Galliæ, ſicut etiam ad alios ceterarum gentium Antiſtites, Pius perſcripſit, eorum conſcientiam graviter obteſtans, uti ſumma fide colligerent indicem, in quo non ſolum civitatum, ſed diœceſeon etiam quique ſuarum omnium,

A nium, nomina cenſerent Clericorum, qui & recta fide & vitæ ſanctitate præcellerent ; eaque doctrina præditi eſſent, ut digni judicarentur & apti, quibus eccleſiaſtica munera ac beneficia conferrentur, præſertim quæ curam animarum adjunctam haberent. Ac ſi quando intelligeret, forte quempiam Antiſtitem indicem ipſum haud bona fide confeciſſe ; religioſos viros earum civitatum per litteras ſubmonebat rem omnem diligenter explorarent, deſcriptamque notationem ſubmitterent ad ſeſe : ratus videlicet illud maximi eſſe momenti, idoneos viros deligere, qui curam gerant Eccleſiarum. Nam dum Pontifices id negligentius curant, fieri plerumque ſolere, ut animæ depereant: viderique illos id potius curare, ut homines ſacris ditent proventibus, quam ut Eccleſias juvent atque ornent hominibus. Hujuſmodi vero indices apud ſe cuſtodiebat ipſe diligenter.

Clericos fide & doctrina excellentes deſcribi,

93 In illud porro ſedulo Pius incubuit, ut depravata quædam tolleretur conſuetudo, quæ ſub aliis jam Regibus cœpta etiamnum vigebat in Gallia : cujuſque generis beneficia Eccleſiaſque præcipuas, non modo laicis ſed etiam feminis, per interpoſitos miniſtros res ſacras procurantibus, obſequii remunerandi ſpecie conferendi ; ex quo id præter cetera conſequebatur incommodi, ut Eccleſiæ ſine legitimo capite diu regerentur ; laico videlicet illo ſeu viro ſeu muliere, quæ fruebatur bonis nominandique jus habebat, interim negotium differente, donec vel frater, vel filius, vel nepos, vel alius ſanguine ſibi conjunctus ad certam ætatem perveniret ; aut tandem ad aliquem nominandum neceſſitate compulſi, poſt multum temporis non ſine ſimoniaca labe quempiam conducebant. Id autem cum Pius animadverteret, diceretque male diſtribuere beneficia, Eccleſiæque bonis abuti horrendum nimis eſſe, ſcilicet Chriſti ſanguinem abjicere ; ut Reges illi ab hac re temperarent in poſterum, effecit. Itaque Regina prompte Pii mandata præſtans, ad Antiſtites Regni perſcripſit, uti certiorem ipſum facerent, quinam hujuſmodi occuparent beneficia. Atque ita labentibus rebus proviſum eſt opportune : ac præcipue Roccam, Surionis Principem, feminam Catholicam, quam Monpenſerii Ducis frater regiæ ſtirpis habebat in matrimonio, Glandatenſem Epiſcopatum, quem illa per annos multos ſine adminiſtratore tenuerat, & alia quædam eccleſiaſtica beneficia, ei regio permiſſu conceſſa, coëgit abdicare.

vetat beneficia & Eccleſias à laicis & feminis poſſideri.

B

C

94 Fecit ergo, ne ſacerdotia ſine titulo poſſiderentur : ſed potius ut illis idonei miniſtri præficerentur ; & quod in ipſo fuit, ut ſimoniaca negotia è medio tollerentur ; nulloque modo concederetur, ut quiſpiam beneficii Regis nutu collati poſſeſſionem iniret, niſi prius litteris Pontificiis id eſſet Romæ comprobatum. Ad hæc, ut Rex ejuſque miniſtri labantem ibi juſtitiam (quæ ſcelerum medicina veræque religionis ſoccia & adminiſtra eſt, quaque remota, ut ait B. Auguſtinus, nihil aliud ſunt regna, niſi magna latrocinia) regno toto retinendam & adminiſtrandam curarent. His enim rebus regii nominis dignitatem, atque adeo & Regum & regnorum ſalutem contineri : & quemadmodum ſalus animæ, quod ait Sapiens eſt in ſanctitate juſtitiæ ; ſic ceterarum rerum ſalutem atque felicitatem, ex eadem juſtitiæ & religionis ſanctitate, tamquam ex vero pietatis fonte profluere. Ex certa namque & vera religione, certam ac veram juſtitiam exiſtere, & ex variis religionibus incerta & falſa omnia conſequi. Si enim Magiſtratus aut Reges, ſtatus ſui conſervandi vel augendi cauſa, ſibi fas eſſe exiſtiment ſubditos fallere, datam fidem abnegare, jusjurandum violare, fallaciis decipere, dolis illudere, omnia bellis permiſcere, nullam pietatis aut religionis rationem habere ; quæ inde in Remp. ſcelera quæ flagitia, quæ ſacrilegia promanabunt & erumpent ? Ad Metropolis ſos proinde omnes Conſtitutionem in Cœna Domini editam, in Gallia promulgandam, & ut ex parte factum eſt, in uſum inducendam emiſit. Ad eoſque & ad alios Antiſtites crebras & graves litteras dedit de corrigendis Clericorum moribus ac diſciplina ; mandans eis, ut præter cetera concubinatus labem tollerent, Clericorumque Collegia, quæ vocant Seminaria, conſtituerent.

commendat curam juſtitiæ,

Lib. 4 de Civit.

Eccli. 30

PERANT. GABUT.

95 Manu ſua (ut alias ſæpe ſolebat ad ceteros Catholicos Principes) ſcripſit ad Reginam, curaret omnino ; ne jam amplius Joanna Navarræ Regina adverſus Eccleſiaſticam libertatem apud ſuos quidquam decerneret : ſecus enim, præpotentes Hiſpanos Antiſtites in eas Eccleſias ac diœceſes omnes ab ſe introductum iri aliaque ſe moliturum, quæ ipſi Galliarum Reginæ minus eſſent grata futura. Etenim cogitare ſe, de Navarræ Regina ſceptri jure ſpoliandæ, eaque condemnanda ut hæretica : atque ſe pro ſua auctoritate Hiſpaniarum Regem, ad eam ipſam regni partem, quam Joanna tenebat, quamprimum fieri poſſet, capiendam inducturum. Sed quoniam nonnulli pollicebantur fore, ut ea femina ab hæretica perfidia revocaretur, atque ita Princeps ejus filius Chriſto lucrifieret ; factum eſt, ut tolerando negotium extraheretur : cum etiam Hiſpanos inter & Gallos intermiſſa bella renovare vererentur. Quamobrem Galliarum Reginam Pius incitabat interdum, ut vel eam Navarræ ditionis partem ſibi vindicandi occaſionem caperet : vel pateretur, ut Apoſtolica auctoritate ejuſdem ditionis aliquem è Valeſia domo Regem ipſe conſtitueret.

ſerio cogitat de abdicanda Regina Navarræ

E

96 Egit porro cum illa de Genevenſi aggrediendæ expeditione, exiſtimans opportunam ad id occaſionem dari, Albano Duce in Belgas Catholici Regis exercitum trajiciente. Eſt Geneva ad Lemanum lacum in Allobrogibus oppidum, inſignis hæreticorum & apoſtatarum ſedes atque perfugium : quo, veluti ad hæreticæ pravitatis gymnaſium, aſylumque tutiſſimum, undique confluunt peſſimi quique Catholicæ veritatis deſertores. Hoc igitur tam nefarium impietatis domicilium vel capere vel exſcindere, Chriſtianique nominis opprobrium tollere, Pius omnino decreverat : atque hanc expeditionem continenter verſabat animo eamq; poſt Turcicum, de quo dicemus, bellum, ſi illi vita ſuppeditaſſet, haud dubie confeciſſet. Curavit itidem, ne interdicti libri aut excuderentur, aut etiam divenderentur : quod quidem edicto regio præſtitum fuit. Ne item fierent conventicula ; ne concionari, ne baptizare, ne connubia inire Hugonotorum more quiſpiam auderet : quæ tamen facere non dubitabant iidem Hugonoti contra conventa. Regem denique ſocietatis, quæ illi cum Turca eſt, graviter increpuit : nam inde Galliarum perniciem proficiſci ; & uſque dum ejuſmodi conſuetudo non diſſolveretur, in regno domeſticos hoſtes numquam defuturos : quin eam rem illi exitio fore, perinde ac fuit olim Hebræis cum ethnicis juncta ſocietas.

Geneva expugnanda,

alia quædam utiliter ſuadet.

F

CAPUT IV.

Contra hæreſes Avenionenſis ditio protecta, & Gallia adiuta.

97 PEr idem tempus Avenionenſem Venaiſinamque ditionem, certum ac vetus Sedis Apoſtolicæ patrimonium, omni ſtudio protegere, ab hæreticorumque poteſtate vindicare Pius inſtituit. Etenim Hugonotis, ejus ditionis partem occupare jam aggreſſis, ne omnem illum regionis tractum obtinerent, pravitatiſque ſuæ tabe

Ad propugnandam contra Hugonotos Avenionenſem diœceſin

PER ANT. GABUT. labefactarent omnia, haud leve periculum imminebat. Apostolicæ legationis munere tum ibi fungebantur Cardinales, Carolus Borbonius & Georgius Arminiacus, qui absentis collegæ vicem sustinebat. Ut igitur ejusmodi periculis occurreret Pius, in primis Arminiacum, ad hominem in officio continendum, decem aureorum millibus donavit; haud ignarus Reipublicæ Præfectos, officium suum præstare nitentes, rerum suarum aliquando dispendia subire. Eidem quoque magnum pecuniarum numerum variis temporibus misit, præter quina aureorum millia in singulos ei menses attributa ac bellica subsidia, quibus & locorum præsidia defendi, & hostium impetus reprimi propulsarique possent. Cardinalem præterea Laurentium Strotium, & Tenderensem Comitem Provinciæ Præfectum, Guilielmumque Iosiosam Narbonensis Galliæ Proregem, ut opes quisque suas ad rem Ecclesiasticam protegendam & conservandam prompte conferrent, per litteras est cohortatus. Qui omnes Pontificis impulsu cum Arminiaco fœdere copulati, ad olim erepta Ecclesiæ loca recuperanda, belli vires converterunt.

Epist. 3, 4, 18, 21, 23, 28 lib. 3

nullis parcit sumptibus,

98 Ac primum quidem oppidum receptum est, Mornas appellatum, mirifice munitum, una quidem ex parte defluente Rhodano, ex altera vero præruptо monte: cujus in cacumine arx est collocata, in quam Hugonoti sese præsidii causa concluserant. Ii tamen, incursione ab Catholicis facta, expugnati captique sunt: qui autem à militibus captivi ducebantur, eos Pius pretio redemptos, in jusque sibi vindicatos, atque Avenionem perductos, publico supplicio afficiendos pro ardenti suo religionis studio decrevit. Subinde iisdem copiis Pii stipendia facientibus, ad evertendum Pontem sancti Spiritus nuncupatum, in Gallia Narbonensi, sunt arma conversa, ut Provinciæ & Allobrogum saluti, sublato hæreticorum commercio, consuleretur. Cumque ea res prospere processisset, Aramonium castellum est recuperatum, fortissimis quibusque Hugonotorum militibus occisis: quo die à Catholicis cæsi sunt mille pedites equitesque trecenti, qui ipsi castello suppetias venerant allaturi. His igitur tribus expeditionibus feliciter absolutis, brevi temporis intervallo, Rhodani libere navigandi facultas ab urbe Lugduno ad mare usque recepta est. Quæ res magno illis provinciis bono fuit: præsertim ob negotiationem salis, cujus jam inopia premebantur.

Expugnatis Morna,

Ponte S. Spiritus & Aramonio

99 Ipsarum porro cohortium ope Nemausiensi arci ab Hugonotis obsessæ idemtidem est subventū. Denique pro tempore compositis rebus, noluit Pius, ut perduelles vel Avenionem pristinum in statum redirent, vel bonis fruerentur suis: nam hujusmodi homines, Catholicorum instar vitam ducere in speciem non recusare, ut vel hac arte possent & domum quisque suam repetere, & prava studia magis operire simul & exequi. Subjectis vero suis interdixit consuetudine cum iis qui erant Auraicensis Principatus, Pontificiæ ditionis oppidis circumsepti, ne scilicet hæreseos labe fœdarentur. A quo quidem Principatu cum desertores & novis moliendis defectionibus, & quorumdam hæreticorum in urbe Avenione delitescentium usu retinendo foverentur; Pii copiis adversus ea loca dimissis, per vim tria capta sunt oppida, eaque mox Legato subjecta: nec ita multo post conjuratione quadam patefacta, nonnulli ejus participes Avenione in vincula conjecti ac subinde capitis damnati sunt. Exules autem, quorum alii in Gallia Narbonensi, permittente Rege continebant sese, conjunctisque suis furenter appropinquabant; omnes jussu Regis ab illarum provinciarum Præfectis fusi fugatique sunt, uti efflagitaverat Pius, qui etiam cavit, ne in posterum ad xv millia passuum vel in Avenionensem, vel in Venaisinam ditionem illi possent accedere: atque ne Sectarii dogmata sua profiterentur in his Provinciæ locis, in quibus Legatus & Archiepiscopus Avenionensis suprema judicia exercerent.

Nemausus liberatur,

pulsis aut repressis hæreticis;

100 At enim pace Regem inter & Hugonotos conciliata, Admiralius Gaspar Colignius, de Avenione Venaisinaque ditione occupanda, copiis suis fretus, agitare consilia cœpit: ratus id sibi licere citra ullam de pace conditionum, in quibus nulla fieret mentio Pontificis, vel injuriam vel offensionem: cogitabat enim, cum esset urbs ipsa copiosa ac præmunita, in Provinciæ Galliæque Narbonensis finibus eis Rhodanum collocata, si ipsorum veniisset in potestatem, fore, ut simul non modo validum præsidium opimamque regionem, sed etiam adversus Regem, si minus ille conventis stare voluisset, firmissimum se propugnaculum adepturos: atque ita pro rei gerendæ opportunitate, Auraicensi ditione in potestatē redacta, ad omnem Rhodani occupandam oram vires extensuros. Quibus de rebus Pius certior factus, nonnullis Gallis, quorum suspecta fides erat, Primatum ceteroqui ope subnixis, se publicis ministeriis abdicare coactis; Torquatum Comitem, è prima nobilitate Romanum, virum artis militaris scientissimum, eo cum imperio misit. Is autem Pii Pontificis jussu, Asculanam in exules ac prædones expeditionem, iisdem summa celeritate partim extinctis partim ex Piceno depulsis, summa cum laude confecerat: in ejusque fide atque virtute Pontifex conquiescebat. Ac præter armatas cohortes, quæ Pontificia ibi stipendia continenter merebant, cum eo misit ingentem Italicorum, præsertim Romanorum; tum equitum tum vero peditum numerum, cum mandatis; auxiliares, ac subsidiarios in Gallia milites conscribendi, cum ad se ipsos tuendos, tum etiam ad omnem belli tempestatem fortiter ac tuto sustinendam. Quamobrem hostes, quorum jam plurimi eo versus iter intenderant, negotio supersedere sunt coacti. Admiralius Rhodanum trajicere non ausus, in Arverniam protinus ire contendit.

contra novos horum conatus

Torquatum Comitem præficit militiæ,

101 Et quamquam ejusdem expeditionis occasione sublata tolli quoque stipendia debere videbantur; tamen Pius rebus cautius consulendum arbitratus, Torquatum ipsum, iis quas secum duxerat copiis munitum, per duos annos ibi subsistere jussit. Hujus deinde ope subsidii receptum castellum est in Allobrogibus, Auriolum appellatum. Enimvero nisi summa Pontificis hujus & cura & faciendi sumptus munificentia rebus præsto fuisset, omnis ea ditio furentium hostium in potestatem facile pervenisset. Nullum præterea finem faciebat Pius, Gallorum Regi suadendi, ut vel sibi assentiretur Auraicensem expeditionem aggredi cogitanti; vel in eam iret sententiam, ut mitteret ipse Rex, qui ditionem illam gubernarent: quam ubi in potestatem adduxisset, eam Apostolicæ Sedi tribueret ad ingentem auri vim, quam antea ipsi Regi Pontificia donaverat beneficentia, compensandam; vel denique aut coemptionis, aut pignoris titulo concederet Pontifici, Avenionensique Legato subjiceret. Auraicensem namq; ditionē, quod una cum Præfecto suo hæreticæ pravitatis laboraret morbo, & Catholicis infesta esset quotidie magis, rebellesq; foveret, ad exitialis contagionis cavenda pericula jure posse ab ipsis Catholicis occupari. Ad eamdem porro Avenionensem civitatem varias, easq; præclaras, rerum instaurandarum formulas Pius misit idemtidem, ad illam in Christiana disciplina pie continendam, atq; ad sacræ Inquisitionis munus rite præstandum accommodatas. Hæreticorum autem, ac perduellium bona fisco jam addicta religiosis locis attribuit: atque ut idem ceteris regni ipsius in regionibus efficeretur quantum in se fuit, procuravit.

& de Aransione subigenda consultat cum Rege,

102 Ver-

A CAP. VI

102 Vertebat interim annus à Chriſto nato MDLXVII; cum perduelles hæretici iterum in Gallia tumultuari, & alterum ferere civile bellum ſumma ope nitentes, non ſine certa & religionis & patriæ ſuæ & florentiſſimi regni pernicie, de interimendo Carolo Chriſtianiſſimo Rege Lutetiaque occupanda cogitare cœperunt. Nam in ſpem quamdam erant ingreſſi, cum primum eam urbem, quam ſemper nefariis conatibus ſuis infeſtam eſſe cognoverant, in poteſtatem redegiſſent; fore, ut haud magno negotio toto regno potirentur: eaque de re quotidie inter ſe conſilia, ut occulta, ita plena fraudis & impietatis, agitabant. Commorabatur tum forte Rex in oppido Meldenſi, decimo à Lutetia lapide, ubi cum Regia domo animi gratia, tantis de rebus minus quam par erat ſolicitus, quieſcebat. Itaque Pius cum hæc reſciviſſet, Regem ipſum ejuſque matrem, ut in ſimili periculo faciebat idemtidem, graviter & commonendos & hortandos putavit; hoſtibus nequaquam eſſe fidendum, quin potius à regno ſuo tam exitialem ac pernicioſam peſtem propulſandam; atque in primis, ex ipſamet aula conſilioque regio, perditos miniſtros & Hugonotorũ Principes ſine cunctatione profligandos. Verum illis dicto ſerius audientibus, evenit, ut

eumque monet de periculo vitæ & regni:

Epiſt. 23 lib. 1 & 5 lib. 3

qui eo declinato

B Ludovicus Borbonius Princeps Condenſis, una cum adjunctis ſibi ſociis, de improviſo ingenti equitatu ſuffultus, Meldas advolaret, Regem vel interfecturus, vel certe (ut alii volunt) male accepturus. Rex tamen ope divina opportunoque ſex millium Helvetiorũ, quos ipſe ſive hac ſive alia de cauſa per id tempus illuc evocaverat, ſubſidio protectus, una cum matre, fratribus & ſorore Lutetiam ſe recepit incolumem.

103 Interim Hugonoti, qui partes ſuas valido tum equitum tum peditum præſidio confirmabant in dies, undique omnia occupare molientes, S. Dionyſii oppidum, duo fere millia paſſuum ab eadem urbe diſtans, in poteſtatem redegerunt; atque ipſius S. Dionyſii ædem pretioſo theſauro in ea repoſito ſpoliare aggreſſi, cum eum tutiorem in locum tranſlatum diripere non poſſent, confuſi remanſerunt. Quibus locis ſubinde commiſſum certamen eſt: in quo duobus paulo minus hereticorum millibus trucidatis, hoſtiũ copias Catholici diſpulerunt ac profligarunt. In iis interempti Comites duo, Saltuanus & Claromontius, Dampetra aliique permulti nobiles milites: ex Catholicis autem quinquaginta ſunt deſiderati, & præter alios tribus vulneribus confoſſus cecidit Annas Momorantius, Comeſtabilis, vir genere & virtute inſignis. Ibidem igitur cum per aliquot dies hoſtes hæſiſſent, ingens faciendâ prædâ damnum intulerunt, multaque devaſtarunt incendiis. Mox Caſimiro, Comitis Palatini filio, validas equitum turmas ex Germania illorum in ſubſidium ductanti, obviam prodiere, ædeſque ſacras ea profectione deſtruxere.

& hæreticis prælio victis.

C

104 Quibus de rebus Pius edoctus, manu ſua ſcriptas ad eos Reges litteras dedit, quarum hæc ſententia fuit. Illos ſe jam ſæpenumero præmonuiſſe, ejuſmodi profligatis hominibus non ſolum eſſe conſilium veram religionem opprimere, cujus ſpecie regnorum moliuntur excidia: ſed Reges ipſos & regno & vita depellere: propterea diſſimulandum haud eſſe diutius, quin etiam tam immane ſcelus armis vindicandum, ſeque ob id quantam poſſet maximam pecuniarum vim, ubi rem illi ſerio curare voluiſſent, Italicumque militem ſacris conductum ſtipendiis, donec bellum conficeretur, prompte ſuppeditaturũ. Mox ad Ludovicum Gonzagam, Niverni Ducem, quinque & viginti millia nummûm aureorum, in Italicos milites è Subalpina regione collectos impendenda, miſit. Ceterum illi Reges (quibus aureorum multa centena millia, quæ hic ſingillatim recenſere prætermitto, variis temporibus Pius curavit) oblatæ

cum pramilitum ſubſidiis

Epiſt. 44, 45 lib. 3
Epiſt. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7 lib. 4

pecuniæ conditionem, quam cohortes ſtipendio affectas libentius acceperunt: idque ſuadentibus iis, qui neque Regem neque Catholicam religionem ſalvam eſſe cupiebant; ſed omnia vota ſua ad privata commoda & ad inſanas cupiditates impotenter explendas, uti civilibus in bellis fieri conſuevit, furenter conferebant. Ex quo fiebat, ut his opibus Rex uſquequaque victor ille quidem exiſteret, nullius tamen victoriæ fructum ferret.

PER ANTIGABUT.

pecuniam maluiſſet,

105 Itaque licet vinceret, vel iniquis tamen conditionibus pacem dabat perduellibus, uti fecit tertio Idus Martii MDLXVIII, cum ſtipendia multa Germanico equitatui pependit, ut regni finibus excederet; atque alia multa, non minus religioni quam regno pernicioſa, hæreticis conceſſit, bonis omnibus factum condolentibus, ac judicantibus Regem, pluribus victoriis inclitum Pontificiiſque ſuffultum auxiliis, facile & honorifice potuiſſe & bellum proſequi, & rebelles compeſcere, & peſtiferam hæreſum illarum radicem prorſus convellere, & Catholicæ pietatis cultum in regno lapſum reſtituere, nulla pacis accepta conditione: quæ quidem pax ipſi Regi parum honorifica, regno majoris incendii fomitem, ut evenit, illatura putabatur. Hoc nuntio Pius accepto, vehementer condoluit, nihilque jam amplius pecuniarum ſe

iniquam pacem facit cum Hugonottis,

E Gallis collaturum edixit: ſcilicet ne ſacrum exhauriret ærarium, importuno hæreticorum beneficio: ad quos ceteroqui vel convertendos vel evertendos, non modo quidquid ſibi eſſet virium, ſed vitam etiam ipſam & ſanguinem profundere, ſe bene paratum eſſe teſtabatur. Ementitæ porro pacis hujus fructus Regi Catholiciſque acerbiſſimos fuiſſe; nihilque aliud hæreticos, niſi ut ſe interim ad impios conatus ſuos explendos commodius accingerent, hac ſimulatione ſpectaviſſe, infelix rerum exitus declaravit. Nam nec ita multo poſt Condenſis Princeps, & Gaſpar Colignius Admiralius, & Andelotus ejus frater, aliique præterea primarii Hugonotorum duces, confirmatis viribus, animiſque ad novam faciendam rebellionem intentis, majores quam unquam antea tumultus conciverunt; evocatoque ex Germania ingenti armatorum tum equitum tum peditum numero, Vuolfango Bipontino Regulo & Caſimiro, una cum aliis Germanis viris principibus, Anglorum Regina copiarum & pecuniæ ſubſidia tribuente, regno toto cuncta ſubverterunt. Ac veluti rabidæ tygres, in Deum & Regem furibundi, debacchantes excurrebant, ſacra omnia profanantes fundituſque evertentes.

per eam occaſionem novos tumultus parantibus

106 Ac mihi quidem cogitanti horret animus, ea cum inaudita tum nefaria ſcelera commemorare, quæ hac eruptione ceteriſque tumultibus illius temporis, per ſummam Chriſtianæ religionis atque adeo divini nominis injuriam, hæreticorum impia crudelitas & crudelis impietas in Gallia perpetravit. Quæ omnia quoniam explicare longum eſſet, idque nec inſtituti noſtri nec facultatis, ex his nonnulla ſummatim attingam, quibus planius perſpici queat, & quam juſto neceſſarioque ſtudio vindicandæ religionis Galliæque tuendæ Pius adductus, tam ſceleſtos homines vel potius immanes Sathanæ miniſtros bello compeſcendos atque delendos exiſtimaverit; & quod genus pietatis profiteantur ii, qui ab Eccleſia Catholica Romana deficientes, in pernicioſam neſcio quorum peſtilentiſſimorum hominum, Lutheri, Calvini, Bezæ, eorumque ſimilium diſciplinam ſe tradiderunt; ac proinde, ut cladibus ſuis documentum poſteris Gallia præbeat, quam noxium & efficax rerum publicarum venenum ſit ſpreta vel neglecta religio, præſertim cum civili diſſenſione conjuncta.

F

ad religionis & regni perniciem.

PERANT.
GABUT.

CAPUT V.

Horrenda hæreticorum ſcelera in Galliis commiſſa: ad eos comprimendos auxilia à Pio præſtita.

CAP. VII

Sacra omnia everſa diſſipata, profanata,

107 AB iis igitur, perinde ac ſi non hominibus tantum, ſed Deo quoque ſummo Cælitibuſque univerſis bellum indixiſſent, in primis templa multis locis vel incenſa vel diruta: & quidem numero pene incredibili, utpote ad decem millia & amplius. Quæ reliqua fuere, qua ad uſum equorum accommodata, qua in ſpeluncas latronum converſa. Altaria deſtructa: Sanctorum imagines & ſtatuæ vel igni traditæ, vel in eas quaſi vivas ſæviendo, præciſis capitibus comminutæ, aliiſque indigniſſimis affectæ contumeliis. Sacræ reliquiæ aut per injuriam diſſipatæ, aut combuſtæ cineresque diſperſi, aut in profluentem dejectæ: Sic ſanctorum Epiſcoporum Martini apud Turones, Hilarii apud Pictavos; Irenæi, Juſti, Bonaventuræ apud Lugdunenſes; ſic aliorum alibi, quæ ſuis quæque locis magna veneratione colebantur, ſacra corpora ſunt amiſſa. Cœnobia ſupra ſexcenta direpta, ſolo æquata, quamplurima incendiis
B abſumpta. Vaſa aurea atque argentea, quibus majorum pietas ornaverat templa, partim per ſacrilegium erepta & in pecunias verſa; partim à Præfectis provinciarum in uſum belli commutata. Sed, quod maxime horrendum eſt dicere, ſacroſancta Euchariſtia, qua nihil in terris eſt ſanctius, nihil divinius, porcis objecta (quod ſcelus humanæ mentes cogitare, nedum piorum aures audire maxime exhorreſcunt) pedibus prottrita, oleo ſacro cocta, atque aliis fœdiſſimis injuriis accepta: cum eam vocitarent, ridiculo apud Gallos nomine, Joannem Blancum, ſtultum appellantes Chriſtum, quod ſub figura panis corpus ſuum occultaviſſet. Sacri calices, aut confracti, aut in abjectiſſimos quoſque uſus converſi. Pretioſa veſtis, aulæa omnis generis, & gemmata ſacrorum ornamenta, omnis denique ſacra ſuppellex, direpta. Ex vaſis æneis & campanis tormenta bellica conflata.

Epiſt. 112

108 Bibliothecæ, quæ in Gallia erant inſtructiſſimæ & antiquiſſimæ, paſſim incendio conflagrarunt: utpote quod ſentiant hæretici ægreque ferant, ſeſe veterum ſanctorum Patrum optimorumque librorũ auctoritate in primis oppugnari, ac velint nolint coargui. Multæ urbes ferro ignique vaſtatæ: multę plurima auri pondo ſeditioſis, extrema minitantibus, tra-

ſævitum in vivos mortuoſque,

C dere coactæ: aliæ diuturno militum præſidio vexatæ, mœnibus ſpoliatæ, pecunia multatæ, vectigalibus oppreſſæ: cives in exilium acti, aut in oculis uxorum ac liberorum trucidati. Agri hoſtiliter vaſtati, coloni per ludibrium interempti. Capti multi ex altiſſimis ac præruptis locis dati præcipites, nonnulli vivi aggeſta humo ſepulti, alii aliis cruciatuum generibus uſque ad necem excruciati. Mulieribus gravidis uterus ferro cæſus: infantes ad ſaxa colliſi, ante mortem accepere, quam vitam. Pueri medii ferro ſecti, alii vivi flammis exuſti. Ac ne in vivos tantum crudeles & impii eſſe viderentur, in mortuos quoque ſæviunt: piorum namque ſepulcra demoliti, cadaveri-veribus offoſſis, ea quaſi viverent, mutilarunt, lacerarunt, canibus projecerunt, igni cremaverunt. Ita Ludovici XI, ita Franciſci II, Gallorum Regum, ſic aliorum Principum & Optimatum, olim pietate præſtantium, corpora tractavere.

præſertim in Sacerdotes.

109 At Epiſcopis ac Sacerdotibus, tamquam intimis adminiſtris Chriſti, forte pepercere? Imo quo majus illorum in eos odium exarſerat, eo innumerabilibus fere locis ac modis hos gravius afflixere. Conſtat ſupra quinquies mille Sacerdotes omnis generis, utroque tumultu, & lentis & crudelibus ſuppliciis eſſe peremptos: eorum aliis viſcera fuſte intorto ſenſim extracta; alii vulnerati cum Epiſcopis in puteos vivi dejecti periere; aliis detracta pellis, qui octavo aut nono demum die quaſi ad inſaniam redacti, ſpiritum exhalabant. Multis caput abſciſſum, alii militari ſupplicio minorum tormentorum ictibus expoſiti, aut ænearum machinarum ori illigati, emiſſo igne in truſta diſtracti: complures unco ſummo gutturi affixo, dolore & inedia confecti; non pauci in templorum crucibus ſuſpenſi; plurimi etiam, ſulphureo pulvere inſtructi lardoque peruncti, miſſo igne deflagrarunt: alii candentibus verubus vivi per poſteriores partes infixi: alii clavis ferreis in abraſam ſacri capitis coronam adactis extincti; nonnulli exenterati, quorum viſcera frumento reſperſa in porcorum alimentum ceſſerunt. Aliis fune ſtricto pudendas partes alligarunt, quos longo ſpatio incitatis equis raptatos ad focum ſuſpenderunt, ut ſubjecto fumo extinguerentur; denique inſtar ſuis linea recta in partes dilaniarunt. Alios, divina conficientes myſteria captos, ſacris ut erant veſtibus indutos, impoſita capiti galea & haſta in humeros injecta, per plateas ductos ludibrii cauſa, totum diem jejunos inter ne-
E bulones milites perſtare compulerunt: complures aliis atque aliis exquiſitis & acerbiſſimis cruciatibus afflicti, cæſi, necati ſunt. Multi diu ſuperfuere, ac forteſſe adhuc hodie quoque ſuperſunt, mutili, exciſis naribus, auribus defectis, ſciſſis pedibus aut aduſtis, unguibus extractis; cæcati, vulnerati, ſenſibus ſpoliati: qui horum flagitiorum, & pluſquam barbaræ crudelitatis veſtigia præ ſe ferunt. Sacræ Virgines nubileſque puellæ innumerabiles conſtupratæ, matronæ violatæ: nulli denique vel libidinis, vel crudelitatis, vel impietatis generi temperatum eſt. Quæ quidem omnia adeo ſunt vera, ut hæretici etiam multo plura & his acerbiora ſe feciſſe glorientur. Hæc ſcilicet ſunt præclara hæreticorum noſtri temporis & egregia facinora.

CAP. VIII

Inter hæc ad oppreſſum fere Regem juvandum

110 Cum igitur, ut ad inſtitutam narrationem redeamus, hæc ab hæreticis perduellibus ſummo Catholicorum terrore committerentur; boni omnes una cum ipſo Rege erant animis vehementer conſternati. Augebat dolorem, adoleſcentulum eſſe Regum, tantiſque rebus aut gerendis aut ſuſtinendis imparem, fratribus natu minoribus, ſub tutela degentem Reginæ matris. At is ejuſmodi rerum tempeſtatibus propemodum oppreſſus, in magna, ut incertorum, ſic infidorum conſiliorum varietate conſtitutus, cum ſeſe Lutetiam recepiſſet; ibi F omnes omnium ordinum animos & immutatos & inter ſe diſſidentes invenit. Quamobrem Pius, tam aperto & gravi permotus periculo, cognita, qua Regia domus premebatur, ſumma animi, virtutis, ac ſubſidii neceſſitate; tamquam beniguiſſimus parens, ut opem illi ferret, nullis aut laboribus aut impenſis parcendum exiſtimavit: Legatoſque miſit cum litteris ad Regem, & ad alios ejus regni Catholicos Principes, quos omnes & convocare, & cohortari, & impellere non deſiſtebat, ut nulla interpoſita mora, priuſquam perditorum hominum augeretur audacia, fortiter arma capienda decernerent: ſeque omnes ad honorem divinum, ad Regem ſuum, ad vitam, domos, lareſque proprios tuendos ac protegendos accingerent: quibus ipſe in eam rem, & grandem pecuniam, & magnum equeſtrium pedeſtriumque militum numerum auxilio miſit.

Catholici à Pio excitatis

bellum decernitur in hæreticos

111 Atque his quidem patriis & Chriſtianis monitis, expeditiſque ſubſidiis à magnanimo Pontifice profectis, & Rex & Regina, & ceteri proinde Principes optima-

A optimatesque Catholici egregie sublevati & erecti, in communi periculo justoque bello celeriter arma sumenda constituerunt. Inde magna ac celebris, ad implorandam opem divinam, ab Regio sacello ad ædem usque Cathedralem habita supplicatio est. Mox Lutetia milites omnes egressi, Henrico Regis fratre, Andegavense Duce, summo copiarum Præfecto declarato; cum intelligerent Condensem hostem Burgundiam versus iter intendere, ut copias suas cum iis quæ ex Germania sibi suppetias veniebant conjungeret, omni ope aditum intercludere, &

quibus prælio cæsis, antequam viribus augeretur cum illo congredi nitebantur. Itaque ad Clarentiam amnem, III Idus Martii anno MDLXIX, Jarnacium inter & Castrum novum commisso prælio, in quo per horas quatuor acriter pugnatum est, hæreticorum exercitus cæsus fugatusque est; pluribus eorum ducibus, primariisque ad quadringentos militibus occisis. Gaspar Colignius Admiralius, ejusque frater Andelotus, vulnerati fugam arripuere: Condensis vero Princeps, quo utebatur equo suffosso, cecidit; galeaque detracta à Guisianis equitibus agnitus, cum pro redimenda vita aureorum nummum centum millia parcentibus offerret, ærea glande in fronte percussus

Epist. 41 & 43 lib. 3

B interiit.

publicas Deo gratias agit Pius, 112 Hac audita victoria Pius, Deo rerum bene gestarum auctori, quem ipse ob id assidue precabatur, ex intimis sensibus gratias agens, publicas supplicationes, quibus ipse & Clerus populusque Romanus frequens interfuit; statim decrevit, aliaque pia publicæ lætitiæ signa edi curavit. Hac enim insigni clade Catholicæ religionis hostibus illata, spes quædam piorum animis erat injecta, fore ut fractæ hæreticorum vires ab impiis conatibus abstinerent, regnumque à bellorum tumultu conquiesceret. Subinde vero equestris militiæ signa duodecim, de hæreticis bello victis recepta, Rex Carolus ad Pium transmisit; solemnibus verbis apud eum in publico Patrum consessu per Oratorem suum testatus, hanc se

& 12 vexilla submissa in Vaticano suspendit. Deo victoriam, Pii precibus intercedentibus, acceptam referre ac profiteri; ob idque vexilla ipsa; veluti grati piique animi sui pignora, in Basilica S. Petri, primi Christi Vicarii, cujus ipse Pius locum teneret, suspendenda misisse: divino fretus auxilio fore, ut ipsius Pontificis precationibus adiutus, alia longe majora de hostibus spolia signaque pietatis ergo ad eum deferenda curaret. Quibus verbis Pius respondit, se optimam pii Regis mentem summopere commendare: seque ad eum ejusque regnum, quibuscumque posset precibus & armis juvandum, semper fore paratissimum; signaque ipsa se libenter accipere: quæ mox magnis accepta ceremoniis, & in

C B. Petri ædem decore illata, adhibitis de more precibus, ibi supra novi templi portam, unde ea per annos duos & triginta pependerunt, ad futuram rei memoriam collocavit.

Suppetias impetrat à Rege Catholico, 113 Interim vero, præter pecuniaria subsidia, quibus Pius ad expugnandos Hugonotos Galliarum Regem donavit, è Belgica quoque regione ab Rege Catholico opem ei ferendam curavit, inde mille & quingentis equitibus & quatuordecim cohortibus

Epist. 22 l. 1 evocatis, Mansfeldio Comite copiarum ductore: procuravitque uti, ne Catholici nominis hostes è Germania in Galliam trajicerent, Cæsar operam daret. Deinde ad Regem Catholicum perscripsit de fœdere inter se, & illum, & Cæsarem, & Gallum ad tollendas hæreses ineundo: ac de conjugiis, quæ subinde inter Imperatoris filias Annam & Philippum Hispaniarum, Elisabethamque & Carolum Galliarum Reges conjuncta sunt. Inter hæc Petrum Donatum Cæsium, Narniensium Episcopum, virum cū in Ecclesiasticis conficiendis negotiis rerum usu, tum vero summa virtute præstantem, qui postea in sacrum Romanæ Ecclesiæ Senatum à Pio lectus fuit, ad omnes Italicos Principes & ad Respublicas Internuntium legavit: qui quam ipse de Gallorum Regis periculo gravem sane molestiam sentiret; cædes bonorum, sacrarum ædium, & altarium eversiones, sacrosancta conculcata Sacramenta, nefaria sacrilegia, pereuntium animarum exitia, eorum ob oculos poneret; eosque doceret, Galliam, quæ media fere inter Hispaniam, & Britanniam, & Belgium, & Germaniam, & Italiam interjacet, concidere haudquaquam posse, quin ruina sua conjunctas partes secum pertraheret.

PER ANT. GABUT

Principes Italiæ monet de actis in Gallia.

114 Eamdem vero Galliam, quæ olim Regi suo erat addictissima, vel potius plerosque Gallos perduelles hæreticos, certo reliquis gentibus exemplo esse, in Principes suos per causam religionis ac conscientiæ conjurandi: illud scilicet prætendentibus, velle se Deo magis quam hominibus obedire, ob idque sese à Dominorum suorum imperio subtrahere: ac propterea eamdem provinciam ad populares exciendos tumultus propensam esse vel maxime. Calvinianam porro impietatem, quam Hugonoti profitentur, ad rerum immutationem accommodatam esse, quod ceteris hæreticorum sectis plurimum indulgeret, ac popularibus vitiis inserviret: neque Mahometana minus esse voluptariam. Quocirca, nisi mature illi resisteretur, ad rerum omnium statum convellendum latissimum inde aditum patefactum iri. Ad hæc Hugonotos in complura loca, atque adeo in Italiam misisse, qui factionis suæ fautores confirmarent; & commonerent, arma sibi haud esse ponenda prius, quam Ecclesiasticarum atque civilium rerum administrationem immutassent. Germanicos vero motus, quoniam ipsa regio est in plures, & Ecclesiasticas & civiles, divisa ditiones, locorum intervallo disjunctas, altera alterius metu suis se finibus continente, utpote quæ mutuas sæpe sibi clades intulerint, haud ita magnos facere progressus potuisse. Id autem in Gallia non evenire, quæ amplum minimeque divisum regnum habens, unius gubernaretur arbitrio: ubi hæreticis obtinentibus, horribilem bonis imminentem pertimescendam esse tempestatem.

& periculo simili ipsis imminente, E

115 Porro Italicis Principibus diligenter illud considerandum, longe præstare proximum incendium restinguere, quam spectando sinere ut ardentibus flammis domus deflagrarent suæ: posseque Principes, dum tumultus abessent, subjectis sibi populis ad victoriam uti. Quod si hæc hominum monstra in Italiam penetrassent, fore, ut quam acerbam ex hæresibus cladem & exitium regna capere soleant, permulti experirentur. Quæ quidem pestis jam Italiam nimis aggressa, si paulo altius radices ageret, haud difficile intelligi posse, quæ faces Italicis mentibus inde subjicerentur: iis præsertim temporibus, quibus forte sua populi minus contenti, ægre dominis suis obedirent. Qua oblata occasione, sibi quoque faciendum esse Pius existimavit, ut admoneret principes viros, cavendum esse diligenter, ne ditiones ipsorum hac contaminarentur labe: quin efficiendum, ut jam contaminatæ omnino expurgarentur. Narrabatque præsentia mala duobus ex erroribus orta fuisse: quorum alter erat, Principum fiducia, perfidos ipsi Deo, fideles hominibus fore confidentium; alter vero, non animadvertisse Principes ipsos, se iisdem pœnis obnoxios fieri apud Deum, ejus causam tutari negligentes, quibus pœnis iidem perfidos sibi subjectos afficiebant, quando dominorum in necessitatibus & vita & officio eis minus præsto fuissent.

nisi illud prævertere curent:

F

116 His igitur atque aliis ejusmodi rationibus,

PER ANT. GABUT. pro perſonarum conditione omnes adhortabatur, ad magnum pecuniarum numerum Lugduni in commune conferendum, in Regiæ illius ſubſidium majeſtatis. Enimvero pro immenſa clementia ſua voluit Deus Eccleſiæ ſuæ ſanctæ per ea calamitoſa tempora favere, ei præfecto Paſtore, tam egregie vigilanti adverſus hæteſes: quibus niſi ille ſe fortiter oppoſuiſſet, uti per omnem vitam ſuam perpetuo fecit, Italia in primis exitiali illo miſerandum in modum fortaſſe conflagraret incendio. Ceterum Pius jam alios viros per omnem ditionem Eccleſiaſticam dimiſerat ad cogendam pecuniam, nova imponenda eſſe vectigalia haudquaquam arbitratus: ſuadens populis, ut pro ſuis quiſque facultatibus ejuſmodi publicæ neceſſitati ſponte ſubvenirent. Hoc autem collectionis genus caritativum ſubſidium vulgo fuit appellatum: quæ quidem pecuniæ nummûm aureorum centena millia fuere: aliaque præterea centena millia à Sacerdotibus exegit. Triginta vero millia ſacri cœnobitarum Ordines duodecim, quibus amplior ſuppetit cenſus, ultro contulerunt. Sed ante omnes populus Romanus, ſimul ac Pii deſiderium cognovit, pro ſingulari ſua in eum & ſanctam Sedem Apoſtolicam fide ac pietate, aureorum centum millia ei ſponte obtulit. Quod exemplum à Pio mox reliquis ditionis Pontificiæ civitatibus per Italiam benigne propoſitum, eas ad idem præſtandum induxit.

dende pecuniam multâ in ſubſidium corrogat.

B

CAPUT VI.

Auxilia Italica ſubmiſſa. Victoria de Hugonotis obtenta.

In Gallia colligi ab eccleſiis pecuniam permittens,

117 SEd quoniam ad perſolvenda militi ſtipendia, copiaſque in aciem educendas, Pontificiis auxiliis haud ſufficientibus, Eccleſiaſticos fructus divendi in ipſo regno oportere, Rex & Regina mater ſupplices poſtulaverant; Pius Regiis precibus acquieſcens (licet ægre, ac multis Cardinalibus reclamantibus, quod antea ſacra per hunc modum collata pecunia reſtituendæ Catholicæ religioni parum profuiſſet, ſed potius, quod magis dolendum, hæreticis commodo fuiſſet) per diploma illis indulſit, ut ex Gallicarum Eccleſiarum vectigalibus centum millia nummûm aureorum poſſent alienare, ea tamen lege, ut pecunia ipſa Pontificii Quæſtoris mandato colligeretur, ab ejuſmodi exactione ordinariis regiis Quæſtoribus ſubmotis. Hoc itaque ab Internuntio & à Quæſtore Pontificio procurarum eſt. Atque ut, quoad ejus fieri poſſet, hujuſmodi vectigalium ſive obligatio ſive alienatio caveretur, nonnullis eccleſiis, ac ſacerdotiis (parochiis tamen exceptis) tributum eſt imperatum, juſſumque certas in tabulis conditiones adhiberi, de rebus divenditis intra decennium redimendis, quibus conditionibus Rex ille Reginaque parens teneri ſe voluerunt. Ex variis igitur Galliarum partibus collectæ pecuniæ ſumma fuit ad quingenta ſeptuagintaque millia nummûm aureorum.

C

impetrat edicta contra hæreticos,

118 Summo præterea ſtudio contendit, ut Rex, qui jam adultus venerat in tutelam ſuam, evulgaret edictum, quo aliud olim Aureliis, anno MDLXII, ab ſe per nimiam in hæreticos indulgentiam editum, uti fecit, antiquaret; hæreticiſque miniſtris, ut ejus regno quamprimum excederent, imperaret: aperte profeſſus, nolle ſe uti opera eorum, qui Catholici non eſſent. Curavit præterea Pius, ut juſſu regio hæreticorum facultates, fiſco jam addictæ, diligenter exigerentur; honoreſque & dignitates, illis depulſis vacantes, reique publicæ miniſteria Catholicis viris mandarentur. Cum vero Metis eſſet Rex, Fabio Mirto Epiſcopo Calatino, mox Archiepiſcopo Nazareti, tunc Internuntio Apoſtolico ſuadente, templum ab Hugonotis extructum, in quo ipſi congregari conſueverant, funditus everti juſſit. Qua in urbe accepto nuntio de clade cædeque, Condenſi Principi ejuſque copiis ad Jarnacium illata, præſidia ſubmiſit ad ea recuperanda oppida, quæ ab hoſtibus occupabantur. Ji mox Admiralio duce receptis armis, Reginæ Navarræ ope ſubnixi, ad cohortes ſuas cum exercitu Bipontini Duels, qui Ligerim amnem jam tranſmiſerat, conjungendas ire perrexerunt.

D

ſubmittit militem,

119 At Pius, promiſſa ſubſidia identidem ſubminiſtrare non deſinens, quatuor millia quingentoſque pedites Italos, equiteſque mille, delectu habito, ſtipendiis affecit, eoque deſtinavit. Ei præterea Coſmus Florentiæ Dux mille pedites equiteſque ducentos ſoluto ſtipendio miſit auxilio. Quarum quidem copiarum omnium, atque adeo Pontificii totius exercitus imperator, ab ipſo Pontifice declaratus eſt Sfortia, Comes Sanctæ-Floræ, vir non minore generis ſplendore quam bellicæ virtutis prudentiſque conſilii laude præſtantiſſimus: Florentinis autem copiis & omni equitatui Marius, peditibus vero Paulus ejuſdem Comitis fratres, ſpectata fortitudine duces, præfecti ſunt. His acceſſere & alii complures equites Itali, nobilitate generis & militari virtute inſignes, qui nullis ſtipendiis neque prædæ ſpe allecti, ſed religionis vindicandæ ſtudio, ut Pio deſervirent Galliæque prodeſſent, huic bello ſtrenuam operam navaverunt.

E

Epiſt. 24, 25, 26 lib. 1 Epiſt. 46 lib. 3

leges præſcribit Ducibus,

120 Ducibus vero Pius ad Chriſtianam diſciplinam inſtituendorum militum rationem ac formulam præſcripſit. Ac prima quidem arma fuere, pietas atque religio in Deum Optimum Maximum, quo ſine boni fieri nihil poteſt: deinde vero in præfectos cujuſque ſuos obedientia, firmaque inter ſe concordia: ſingulos ſuis contentos eſſe ſtipendiis, nefaria maledicta in Deum execrari, corruptum ludendi morem, aliaque vitia defugere: ut vel hac ratione per exempla cognoſcerent illi populi, ad ſe miſſos eſſe ſanctæ Eccleſiæ milites, vere Catholicos, qui eos ab hæreticorum ferocia atque impietate vindicarent; non autem diſſolutos homines, qui incolarum bona prædarentur, aut domos expilarent. Hunc vero ſelectorum militum numerum cogi facile fuit, pro ſumma Pontificis in dando ſtipendio liberalitate, ac magnificentia in copiarum ducibus remunerandis; atque pro diligenti cura quam, ut cibaria & commeatus abunde commodeque ſuppeterent, geri volebat; & item eis, qui vel ex morbo vel ex vulnere decumberent, ſedula adhibenda curatione: quos etiam eo, unde profecti erant, quoad ejus fieri poſſet, incolumes reducendos, ſumptibus ſuis curaturum eſſe pro ſua caritate pollicebatur ipſe, in ſeque recipiebat. His adjiciebat alias præterea multas eaſque haud contemnendas commodorum pollicitationes. Cujus quidem rei multis ab hinc ſeculis haud facile par exemplum fortaſſe reperitur. Emiſit inde Sacerdotes, qui eos ad ſacroſanctæ Confeſſionis & Euchariſtiæ frequentem uſum cohortarentur, æternæque morientium ſaluti conſulerent. Omni genere commercii, privatique ſermonis, ac diſputationis cum hæreticis habendæ illis interdixit: ne item noſtri eos exciperent, ne vetitis aut libris aut ſcriptis, quæ depravatæ deteſtabiliſque doctrinæ ſuſpecta eſſe poſſent, uterentur. Quod ſi ipſe ſummus copiarum Dux, vel de pace vel de rerum compoſitione quidquam Catholicæ religioni damnoſum præſentiret; imperavit è veſtigio aut converſo itinere in Italiam remearet, aut ad Catholicum exercitum in Belgio cum hæreticis bellantem ſeſe conferret & adjungeret.

proſpicit militum corporibus animiſque,

F

121 Ré-

A

Ab hac ſoluta Pictavenſis obſidio,

121 Regiam autem exiſtimationem, ac decus non mediocriter auxit, quæ toto regno percrebuerat fama de Pontificio Italicarum gentium auxilio, uti viribus pervalido ita Chriſtianis moribus egregie inſtructo. Quæ quidem copiæ decora ſpecie atque ordine in aciem prodiere; ſumma cum omnium admiratione, Regina Catholiciſque omnibus eximiis laudibus Pontificem extollentibus. Ex hoc autem Italico milite equites levis armaturæ ducenti & quinquaginta, ac totidem equites minoribus armati tormentis, Paulo Sfortia Angeloque Cæſio ducibus Epiſt. 91, 3 Pictavium ingreſſi, furorem impetumque hoſtium repreſſere. Quo quidem inſigni oppido aliquando tandem obſidione liberato, noſtri conjunctis viribus ad Principem Andegavenſem profecti; utriuſque partis cohortes copulavere, pugnam commiſſuri. Quo in negotio Comitis Sanctæ-Floræ conſilio idem Princeps utebatur ad omnia, ut Regina mater illi præſcripſerat.

122 Sed priuſquam certamen inirent, Duces ſua quiſque lingua milites ad aggrediendum fortiter hoſtem accendebant. A nefariis ejus ſacrilegiis, cædibus, crudelitateque regii orſi ſunt: adjecerunt ſcelere occupatas urbes atque oppida; nefandis rapinis direpta, & incenſa templa; divina omnia atque humana proſtrata jura. Tantorum igitur ſcelerum vindictam exigerent: gloriam Dei, ſacrorum religionem, Gallici regni & Italiæ libertatem in dextris ſuis portare ſe cogitarent. Vincentibus omnia tuta, metu cedentibus omnia infauſta fore. Hæc & alia Duces communiter. Separatim vero Sfortia, advocata Italorum concione, ſic eos hortabatur. Si qui ſitis, à quo miſſi, quamobrem huc conceſſeritis, quibuſcum res vobis ſit, quæque præmia vos maneant; memineritis; vicimus, commilitones. Vos Italo ſanguine procreati eſtis: quod nomen non ſolum factis fortibus & militari gloria ceteris gentibus ſemper anteceſſit, ſed totum fere terrarum orbem virtute domuit, victoriiſque Romanum Imperium longe lateque propagavit. Niſi paſſuri eſtis, ut à natura inditum genti bonum per vos turpiter degeneraſſe videatur, vobis æmulanda majorum gloria eſt; fama apud Gallos par illi priſcæ obtinenda, idemque ſpecimen animorum oſtendendum. Illud deinde animis veſtris proponere debetis, vos non, ut olim Romani milites, à Julio Cæſare vel à quovis alio Ethnico Rege, ſed à ſummo Regum Rege Chriſto Deo Optimo Maximo, per ejus in terris Vicarium ſanctiſſimum, qui divino regitur conſilio, in Galliam miſſos eſſe; non ut pro regni libertate tantum dimicaretis, ſed ut Gallis à falſis opinionibus atque ab hæreſibus defenſis, & vobis delictorum expiationem divinamque gratiam promereretis, & illis in ſalutis viam reductis, omnis Gallia in poſterum antiquo inſtituto ſecundum Deum Apoſtolicam Sedem, qua par eſt, obedientia & cultu veneraretur.

qui deinde ducum ſuorum monitis animati.

B

ad rem fortiter gerendam pro religione,

123 Jam vero quibuſcum certamen vobis ſit futurum, conſiderate. Non enim virtute ulla, aut rei militaris ſcientia, & uſu muniti ſunt hoſtes ac firmi: ſed agunt eos præcipites deteſtabilia ſcelera, quibus & ſe à Deo abalienarunt, & à legitimo Rege defecerunt, cognatorumque ſanguine imbutis animis & armis, ſeſe communi humani generis hoſti conjunxerunt: conſcelerata ſacrilegia, execrabiles Sacerdotum cædes, nefaria præda, qua ſe ac domos contaminarunt ſuas, illata ſacris Virginibus ſtupra, eos ad exitium ac ſupplicia, quæ impiis conſtituta ſunt, rapiunt. Gens ferocior ad rebellandum quam ad bellandum, irato magis Deo quam Rege dimicatura eſt. Illud teſtimonio fuerit, quod quoties ſigna contulerint, toties cæſi ſunt ac ſuperati. Præmia vobis ea propoſita ſunt, quibus ampliora ne homines quidem à Deo optare poſſunt. Nulla habet annalium memoria, ullum umquam Principem, quam Pium V in benemeritos fuiſſe gratiorem. Is enim eſt, ut non ſolum quid merueritis, ſed etiam quid deſideretis, quidque vos deceat, ſit conſideraturus, dignioraque exſpectatione veſtra præmia collaturus. Quare præterquam quod conſervati regni Gallici immortalem vobis gloriam, reditumque in patriam clarum & memorabilem parabitis, ſpolia quoque manantia hæreticorum cruore Romam ad triumphum deferetis: atque; quod caput eſt, ad æternas in cælis ſedes aditum vobis aperietis. Pro Dei cauſa pugnantibus, ut divinum non deerit auxilium, ita Deo digna, hoc eſt immenſa & immortalia, ſeu vivere ſeu mori in prælio contigerit, parata ſunt præmia. In hanc tam opimam mercedem intuentes, agite cum Deo, arma expedite, atque hoſtilem aciem invadite; barbaræque arrogantiæ, qua & Romam & Italiam direpturos minati ſunt, pœnas expetite.

PER ANT. GABUT.

cum ſpe temporalis atque æterni præmii.

hoſtem inſigni prælio fundunt,

124 His autem verbis ad pugnam fortiſſime committendam vehementius inflammati ſunt militum animi, ſtatimque Pontificiis cum Regis copiis adjunctis, cum Andegavenſis Dux acie inſtructa adverſus hoſtes iter intendiſſet, in Pictonibus ad locum Mongunturcium appellatum, collatis ſignis, E fracti cæſique hoſtes ingentem à Catholicis cladem acceperunt, contrucidatis in eo prælio duodecim & amplius hæreticorum peditum millibus, milleque & quingentis equitibus: ex noſtris vero fere quingenti deſiderati ſunt. Ex quo quidem felici certamine magna Italico nomini facta gloriæ acceſſio eſt: ſi quidem pedites Itali, in primo agmine diſpoſiti, fortiter impreſſione facta, tanto impetu in Teutonicorum aciem irrupere, ut eos, quamvis numero ſuperiores, brevi tempore fregerint ac trucidarint. Equites vero cum ipſo Comite Sanctæ-Floræ, qui erant in dextro cornu, Regiis alis militumque magiſtris adiuti, affulgentem victoriæ ſpem amplexi, incitatis animis hoſtiles conatus irritos efficiebant. Parta victoria eſt v Non. Octobr. anno MDLXIX, Catholicis omnibus pie lætantibus. At Pius de re bene geſta certior factus, quantas maximas potuit divinæ majeſtati gratias egit: atque ut idem ab omnibus efficeretur, publicas ac ſolemnes per triduum ad tres Urbis Eccleſias ſupplicationes indixit: quibus ipſe pedes & Clerus populuſque Romanus interfuit, ac piis gaudiis voluit Urbem totam compleri. Mox Urbanis Magiſtratibus ob ſignificationem grati animi, quo populus Romanus Galliarum ſalutem, Catholicorumque bonum gratulabatur, in F ludos & munera magnos ſumptus facere cogitantibus, id Pius fieri non probans, ejuſmodi pecuniam pauperibus erogandam cenſuit.

Pius Deo victoriam gratulatus,

Epiſt. 10, 11, 13, 14, 15, 16, 17, 29, 47, 48 lib. 3.

125 Ex eo prælio Catholici captivum duxerunt inſignem, Uticenſem Principem Hugonotum, hoſtilis peditatus Præfectum: qui cum pro ſui redemptione decies mille nummos aureos offerret, id Pius ubi cognovit, de Comite Sanctæ-Floræ conqueſtus eſt, quod juſſa non feciſſet ejus, dudum imperantis, necandos protinus eſſe hæreticos omnes quoſcumque ille capere potuiſſet. At vero, quando interpoſita jam in id Gallorum Regis auctoritate res haud erat integra, ut captivus dimitteretur, neque redemptionis cauſa quidquam acciperetur, imperavit. Ut vel inde poſſet intelligi, unam gloriam Dei cum religionis, animarumque ſalute conjunctam, præterea nihil, Pium illo bello ſpectaviſſe: hoc enim conſilio ſanctoque propoſito bella gerentibus divinum auxilium adeſſe ſolet. Id quod cum alias ſæpe, tum in hac ipſa pugna contigiſſe memoratur: etenim narraverunt proinde multi Cardinali Alexandrino, in primis dux quidam militaris clari nominis;

captum Vticenſem Principem gratis dimittit:

viſuſque eo litus adjuvare,

TER ANT. GABUT. nominis, dum vexilla Pontificia explicarentur, vidisse se hominum speciem in sublimi aëre, lucidissimis armis refulgentium, contra hæreticorum acies, in quibus erat ipse, districtis gladiis sanguinolentis; ac propterea sese ad Catholicam fidem convertisse, Deoque voto concepto se adstrinxisse, si periculum illud evaderet, Pii se signa perpetuo sectaturum.

126 Ejusdem porro victoriæ tantum Pio tribuendum esse plerique existimarunt, ut omnes totam ei secundum Deum acceptam referrent: cum præsertim Pontificiæ copiæ auxiliariique milites obsidionis vim Pictavii fortiter sustinuissent, gravique prælio hostes debellassent; ex iis quingentis, paulo ante quam cuncti funderentur, occisis: cum etiam in ipso conflictu, in eos eruptione facta, iidem primi conflixissent, ab hostiumque insectatione postremi destitissent: à quibus abstulere signa septem & viginti, quæ Romam à Comite Sanctæ-Floræ missa, & à Paulo ejus fratre, qui in eo bello strenue sese gesserat, in frequenti Romanorum Procerum comitatu oblata Pontifici; is alacriter suscepta in Lateranensi templo, ubi nunc etiam pendent, magna ceremonia suspendi jussit: hisce verbis, quæ statim ipse dictavit, ad gloriam Dei perpetuamque rei memoriam, incisis in marmore. Pius V. Pont. Max. Signa de Caroli IX Christianissimi Galliæ Regis perduellibus, iisdemque Ecclesiæ hostibus, à Sfortia Comite Sanctæ-Floræ, Pontificii auxiliarii exercitus Duce, capta relataque, in principe Ecclesiarum Basilica suspendit, & Omnipotenti Deo tantæ victoriæ auctori dicavit, anno MDLXX.

vexilla 27 in Lateranēsi suspendit,

B *addito titulo*

CAPUT VII.

Contra hæreses in Belgio monita & auxilia data.

CAP. X *Hæreticis in Belgio rebellantibus,*

127 DUm hæc geruntur in Gallia; ad evellendas hæreses motusque sedandos in Belgio, Pius animum adjecit. Belgæ namque, pestilentium & ipsi hæreticorum fraude decepti, cum jam inde à Caroli V Cæsaris tempore insana quædam agitare consilia, ac deinceps Gallorum exemplo permoti tragice tumultuari sæpe cœpissent; res eo spectare videbatur, ut antiquo sacrorum ritu prorsus abjecto, Philippi Regis Catholici legitime illis imperantis jugum excuterent. Hujus autem vel excitandæ vel augendæ seditionis occasionem inde aceeptam esse ferunt. Mandaverat olim idem Rex Margaritæ Austriacæ sorori suæ, Parmæ Placentiæque Principi, Belgium pro eo tum gubernanti, ut, ad conservandam ac propagandam ibi Catholicam fidem, edicta omnia Caroli V parentis sui adversus hæreses olim edita, itemque Tridentini Concilii decreta, quæ præsertim ad ordinandam Sacerdotum disciplinam pertinerent, atque alia quædam pia ac rationi consentanea instituta, promulgari servarique curaret. Et quamquam vellet Rex, ut qualis antea sub Carolo V iis in regionibus sacra in hæreticos fuerat Inquisitio, talis deinceps usu retineretur; tamen jussis regiis à Gubernatrice promulgatis, in vulgus continuo sparsi rumores sunt, ac deinde nonnullis Belgii magistratibus virisque Principibus persuasum, iis edictis Hispanicam in reos violatæ religionis inquirendi consuetudinem, quæ pro superiorum temporum licentia genti severior esse videretur, in Belgas introduci: idque antiquis eorum institutis & legibus, atque adeo & privatæ & publicæ repugnare libertati.

C *& prætextu arcendæ Inquisitionis,*

128 Inde porro nobiles aliquot inter viros ictum est fœdus: in quod initio Catholici quidam, quod ad Hispanicam Inquisitionem arcendam attinet, feruntur consensisse: qui tamen postea ab illis sese disiunxere. Sed hæretici, turbulentum hominum genus salutariumque legum impatiens, conjunctis animis in Ecclesiam Dei in suumque Regem nefarie conspirantes, sacra profanaque omnia vastare, diripere, violare, convellere instituerunt; ac deinceps eadem fere impietatis & crudelitatis plena flagitia, quæ ab Hugonotis sociis eorum in Galliis commissa memoravimus, crebris eruptionibus in Belgio per multos annos patrare vix tandem bellis attriti destiterunt. Hæc igitur mala Pius non sine magno dolore cum partim jam præterita deploraret, partim præsentia lugeret, partim vero futura prospiceret; iis, quoad ejus fieri posset, omni studio occurrendum existimavit. Præsens atque optimum tantis tollendis seditionibus, rebusque omnibus in pristinum statum restituendis remedium esse videbatur, si Rex ipse in Belgium proficisceretur, rebellesque vel compesceret præsens vel profligaret, & Catholicam religionem tueretur: quod ne præstare cunctaretur, & litteris & nuntiis eum Pius graviter hortabatur.

eadem quæ Hugonotti patrantibus,

ut eo proficiscatur Regem hortatur Pontifex,

D

129 At vero, quoniam post Caroli Cæsaris obitum, veterem Belgicæ administrationis morem gubernandique rationem Rex immutaverat; fuere qui ei consulerent, operæpretium fore, si eas ipse gentes tantum ad politicam præstandam obedientiam adduceret, causamque religionis in aliud tempus connivendo protraheret, ipsis interim populis super ea re quamcumque vellent facta potestate. Qua re cognita Pius, ad Regem manu sua scripsit, ejusmodique sententiam vehementer improbavit; ostendens quia Cæsari Carolo V suasum olim fuerat, ut politica solum in Germania negotia procuraret, in causa vero Catholicæ fidei conniveret; neque interim de Protestantibus reportata victoria uti voluerat; accidisse, ut pacem in ea provincia nullam ille reliquisset: quin etiam intra paucos admodum annos contagione in ceteras partes late diffusa, in id quo laborarent periculi ditiones Belgicas conjectas videri. Quod si eo tempore, quo Christiana religio inibi minus erat abjecta, captum Caroli consilium ei graviter obfuit, quanto pejorem simili de causa rerum afflictarum exitum impendere dicendum?

Epist. 5 l. 1

E *neve in causa religionis dissimulandum sibi putet,*

130 Adjiciebat, Christianos Principes, primis harum factionum temporibus, aliquam excusationis causam objicere fortasse potuisse, non quidem de remissis eorum in divino tutando cultu studiis intelligens; sed quia quorsum factiones ipsæ specie religionis evasuræ viderentur, minus animis prospexissent: mox vero tandem, post tot tantasque seditiones provinciarumque tumultus, non modo nullum excusationis locum illis relictum esse, quod profligandarum hæresum consilium initio non cepissent; sed etiam, nisi primo quoque tempore expeditis validisque præsidiis rem Catholicam tuendam decernerent, brevi futurum, ut ab hæreticis omnis defensionis facultas ac spes illis præriperetur. Itaque religionis patrocinium dissimulanter deferere, ne vel populi tumultuentur, vel pravæ vicinarum gentium mentes periculosius irritentur, interea loci facta illis arbitratu suo concionandi conventiculaque habendi potestate, nihil esse aliud, quam ignem fovere, ac fomitem congerere ut majoribus flammis exardescat. Etenim religione Catholica Romana, quæ una vera ac solida religio est, sicuti fidei soliditas atque amor in Deum & homines, veram in Præfectos obedientiam summa cum rerum tranquillitate conjunctam solet afferre; ita contra spiritus hæreticus, pravis in hominum mentibus insidens ac delitescens, aliquorsum tandem graviter erumpat necesse esse, ingentemque rebus inferat perturbationem. Ac miserum quidem certe Christianæ reipublicæ statum esse propterea Pius dicebat, quod

id enim ipsum policiti status perniciem fore,

F

hæreticis

A hæreticis religionis cauſam in dies audacius prætendentibus, ejuſdem religionis turelam Catholici diſſimulando negligerent: ideoque permittere Deum, ut eiſdem diſſimulandi rationibus amittant ipſi jura ſua atque ditiones, quas inique tueri ſine ope divina & conſervare conarentur, ei qui poteſt omnia confidere nolentes: atque ita divino fieri judicio, ut ſubjectorum ſuorum ipſi ſubjiciantur imperio.

131 Ut igitur primo quoque tempore in Belgas armata manu ſeſe conferret, Regem & monebat & hortabatur: dicereque ſolebat, in rebellionibus, dum res agitur abſque armis, non dantur leges, ſed accipiuntur; nec dominorum juſſa fiunt, ſed ſubditorum. Neque vero quemquam ex Regiis adminiſtris, quamvis magnum & præpotentem ei rei gerendæ præficiendum eſſe; quoniam id ejuſmodi in negotiis haud eſſet opportunum, præſertim apud eos qui extraneos Magiſtratus perpetuo repudiaſſent. Et quando ad expediendum exercitum mature facto eſſet opus, ſuadebat Regi, ut Mediolanum interim appropinquaret. Ac Pontificis quidem ea ſententia fuit, ut Rex cum primum in Belgas eſſet ingreſſus, continuo peſtem illam radicitus evelleret, neque
B ullum diſſimulantibus relinqueret locum. Hæc autem omnia Regi voluit ipſe renuntiari. Ad quem ea de re ſubinde Petrum Camajanum, Aſculanorum Epiſcopum, Internuntium Apoſtolicum miſit: ſecus enim fore, ut exitiale rebellionis exemplum ex ejuſmodi negligentia conſequeretur in ceteris ejus ditionibus, in primiſque Mediolanenſi, Neapolitana ac Sicilienſi: quibus locis dubio procul malæ ſementes factæ jam eſſent, graveſque animorum reperirentur offenſiones. Ad hæc vero denuntiabat, niſi præſentia ſua rebus modum afferret, haud ita magno temporis intervallo futurum, ut & in Belgis religio jam inculta periret, & Rex ipſe ditionibus ſuis exutus condoleret: propterea in ea re inſiſtendum eſſe veſtigiis Caroli V, qui ob unam Gandavenſem defectionem, poſthabitis ceteris rebus omnibus, ex Hiſpania diſceſſit; atque Regis æmuli ſui fidei ſeſe committens, Galliam prætervectus in Belgaſque progreſſus, eos motus omnes ſuſtulit ac tranquillavit.

aut credat agi rem ſine armis poſſe:

132 Ceterum facultatem illam, quam Cruciatam appellant, illi petenti ſe numquam conceſſurum, ſicuti nec antea conceſſerat, niſi Rex ipſe rebus gerendis intereſſet. Quo de genere facultatis variis temporibus ad Regem litteras dedit, quæ illum ab ea petitione revocarent: ſi quidem certo ſcire ſe, ea in
C re corruptelas ineſſe quamplurimas: quocirca variis eam conditionibus ac finibus cunctabundus circumſcribebat, nam ſe pro ſua conſcientia ſecus facere non poſſe. Regem præterea monebat, ne novis vectigalibus atque Eccleſiaſticis fructibus frui admodum curaret: quinimo regnis ejus animæque ſaluti magis ex uſu futurum, ſi ſe privaret illis, quibus ad eam uſque diem uſus fuiſſet in præſentiaque uteretur. Neque tantam habendam eſſe rationem vel propriæ utilitatis vel publicorum quo minus imminuerentur vectigalium, in Rhætorum Helvetiorumque commercio, ob hæreticæ peſtis contagia, cum Mediolanenſis ditionis ſubjectis ſibi populis interdicendo; quanta habenda ratio eſt detrimenti, quod in Catholicam religionem inde recideret, cui rei Belgium eſſet exemplo.

Cruciatam tamen ei negat

& alia utilia ſuadet

133 His addebat alia monitorum genera, de Eccleſiaſticæ juriſdictionis violatione in Neapolitano Siciliensique regnis: queis de rebus ſæpius ipſe manu ſua litteras ad Regem conſcripſit, demonſtrans, pernicioſam hanc cogitationem Principum miniſtris inſtinctu dæmonis ſubjici ſolere per ſpeciem, quod Eccleſiaſticam juriſdictionem Pontificibus adminiſtrandam relinqui, laicis Principibus civilium & humanarum rerum damnum inferret: atque hunc primum eſſe gradum cauſamque ab Eccleſia Catholica deficiendi. Sed enim Pius, nulla interpoſita mora, Julium Paveſium, virum eximia virtute & doctrina præditum, Surrentanorum Archiepiſcopum, Internuntium legavit ad Belgas: quibuſcum ille collocurus de tumultibus cognoſceret, ut morbi vi cauſaque cognita, præſens remedium commodius poſſet adhiberi. Ceterum ejuſmodi paterna ac pia vere Pii Pontificis & cohortationis & legationis officia, grato animo Rex, pro ſingulari perpetuaque ſua in Apoſtolicam Sedem obſervantia ac pietate, ſemper accepit: atque ipſe Catholicæ religionis & cultor & patronus egregius, quod eidem religioni obeſſe poſſe videretur, nihil omnino ſubjectis ſibi ditionibus indulgendum eſſe decrevit.

contra damnoſas politicorum ſuggeſtiones.

PER ANT GABUT.

134 At cum, pro ſumma & ſua & Pontificis voluntate, graviſſimis de cauſis in Belgium trajicere Rex ipſe non poſſet; Ferdinandum Toletum, Albanum Ducem, magnæ virum auctoritatis magnæque prudentiæ, & bellicarum virtutum gloria clarum, illarum ditionum omnium Gubernatorem declaravit, eoque maximis copiis inſtructum cum imperio
E miſit. Quæ per idem tempus ac deinceps, iis tollendis ſeditionibus motibuſque ſedandis ibi geſſerit Albanus, ea litteris tradere alieni fuerit inſtituti: nonnulla tamen ex iis quam breviſſime complectar, quæ à ſuſcepta narratione minime viſa fuerint abhorrere. Is igitur inſtructiſſimo cum exercitu in Belgium vixdum ingreſſus, tantum hæreticis ac fœderatis perduellibus terrorem injecit, ut complures, ab eo ſibi metuentes, finitimas in provincias illico fugitarint. Mox Bruxellis honorifice acceptus à Gubernatrice, cum ex ea de ſtatu regionis multa didiciſſet, ac pleriſque perduellium locis graviore periculo laborantibus nova conſtituere præſidia inſtituiſſet, quoſdamque primarios viros, & quotquot ſeditionis vel auctores vel participes comprehendere potuit, in vincula conjeciſſet; eos extremo ſupplicio publice afficiendos pro poteſtate mandavit: licet duriore, quam par eſſet, judicio in nonnullos animadvertiſſe diceretur. In iis fuere Comites duo magni nominis, Agamontius & Hornenſis; qui, quod ambo rebellium fœderi ſeſe admiſcuiſſe judicarentur, capitis damnati perduellionis pœnas dederunt. Antverpiam Albanus inde profectus, cum ibi munitiſſimam arcem, ad eam civitatem in officio continendam ac communiendam, ædificare cœpiſſet, perduelliumque & hæreticorum bona fiſco jam addixiſſet; ex iis ſacras ædes monaſteriaque ab illis deſtructa denuo juſſit inſtaurari, quemadmodum per litteras mandaverat Pius, ab Regeque depoposcerat Internuntius Pontificius, qui id ipſum omnino præſtari curavit.

CAP. XI

E

Ad Ducem Albanum cum copiis in Belgium miſſum.

E

135 At vero Princeps Aurantius & frater ejus Ludovicus Comes Naſſovius, è Belgio in Germaniam ſuperiorem profugerunt; conquerenteſque ſe Belgicarum legum ac Lutheranæ factionis, cujus ſe propugnatores eſſe profitebantur, tutandæ cauſa ſedibus ſuis eſſe depulſos, opem inde poſtulaverunt. Hinc Saxoniæ & Pontanorum Duces, Comes Palatinus Caſimirus, aliique præterea multi hæretici nominis, qui Catholici Regis oderant amplitudinem, favebant Aurantio; & ob id cogendis copiis operam dabant. Quocirca Pius animadverſa rei neceſſitate, Albano ingentem illico pecuniarum vim ſubſidio miſit, eum crebris & litteris & nuntiis magis ac magis impellens, ad hæreticorum omni barbarie majorem comprimendam impietatem. Atque Regi ſuper Hiſpaniarum eccleſiis magnum aureorum numerum, quos

pecunias dirigit contra hæreticos à Germania adjutos:

PER ANT. GABUT. quos quingentena millia fuiſſe quidam ajunt, in annos ſingulos ſe conceſſurum eſſe pollicebatur, dummodo ipſemet rei gerendæ præſens intereſſe voluiſſet: quod ſi faceret, quidquid præterea petiiſſet ſe facile daturum. At enim Albanus, magna adhibita ſeveritate, prout in præſentia opus eſſe videbatur, de multis ſumpto ſupplicio, cum ad amnem Moſam, quem Germanicæ Aurantii copiæ trajicere cogitabant, exercitum emiſiſſet, hoſtes eſt aggreſſus: quos per Clivenſem regionem diffugientes ad Doleram Catholici conſectati, eorum circiter mille ſexcentos, & in iis multos primarios viros cecideruntex Catholicis autem quadraginta tantum ſunt deſiderati

iiſque poſt primam cladem,

136 At vero perduellium uſquequaque numerus augebatur in dies, majoraque ſubſidia continenter illis afferebantur. Etenim Comes Ochſtratanus, cum duobus equitum, quatuorque peditum millibus, ex Alemannia in Geldriam tranſmiſit: è Friſia vero cum Naſſovio confluxerunt decem peditum, equitum tria millia. Aurantius quoque Princeps quatuor & viginti peditum ſigna, equitum octo millia ductans, noſtris infeſtus appropinquabat. Naſſovius dein, Anglorum etiam Reginæ ope ſubnixus, atque aliis auctus auxiliis, quaſdam Regis Catholici ditiones occupare cum jam inſtituiſſet, copias ſuas ad Gruningam Friſiæ munitum oppidum continebat; ibique ſe præſidio communierat, veritus ne quid detrimenti à Chiapino Vitellio, cum exercitus parte præire juſſo, caperet. Albanus interea, prius quam Aurantius cum Naſſovio conjungeretur, in aciem cohortes eduxit; quibus aſſidue magna fiebat acceſſio Italicorum militum, ſuadente Pio, ſubſidii cauſa eodem convolantium. Ad hoſtes demum ubi pervenit Albanus, haud quaquam bellum cunctandum eſſe ratus; eorum propugnaculum, circumjacentibus aquis præmunitum, ac terra alte defoſſa repletum, in fronteque bene ſuffultum, fortiter adortus, illud in poteſtatem redegit, hoſtilibus copiis ingenti agmine ſeſe retro proripientibus. Verum haud longe regreſſi, à Catholicis fuſi fractique ſunt; eorumque dux in fugam ita conjectus eſt, ut armis ac veſtimentis abjectis, vix evadere potuerit. Porro Albanus per noctem ibi ſubſiſtens de hoſtibus inſectandis cogitabat: itaque prima luce caſtra movet, eoſque proſequens, paucis poſt diebus Amaſium amnem à tergo jam ab illis occupatum eſſe, atque Aurantii ſubſidiarios exſpectantes, loco foſſis & canalibus ita præmunito, conſediſſe reperit, ut inexpugnabilis prorſus eſſe videretur. Sed eum fortiter invadere non dubitans, victor diſceſſit, hoſtium ſeptem millibus & amplius trucidatis: vivere vel roganti nemini permiſſum: ex Catholicis octo tantum occiſis, totidemque vulneratis. Quo prælio tormenta majora ſexdecim, ac præterea ſigna militaria viginti, ceteris quatuor in flumen ab hoſtibus injectis, victores acceperunt.

magna ſubſidiorum acceſſione auctis,

B

C

137 De qua quidem victoria Dux extemplo nuntios miſit ad Pium, qui pro ea re aſſiduis precibus Deum interim obſecrabat. His rebus cognitis, Pontifex confeſtim, tribus diebus ineuntis Auguſti menſis anno MDLXVIII, ad tres Urbis ſacras baſilicas celebres ſupplicationes, pauperibus eroganda ſubſidia, ibique rem divinam magna ceremonia faciendam decrevit: quibus quidem ſupplicationibus, cum univerſo Clero populoque Romano, pedes interfuit ipſemet, ad agendas ex more gratias divinæ majeſtati. Quod miro fuit pietatis exemplo, dum pedibus procederet, ſacras preces de libello, quem manibus tenebat, pie recitans, tam ſuperveniente pluviam quam ſolis æſtum parvipendens. Atque ad majorem hæreticorum animis metum incutiendum, juſſit Urbe tota, & ignibus & omnium arcis tormentorum feſto ſtrepitu, univerſos impenſe lætari. Nec ita multis interjectis diebus terrificũ exercitum ſuum in Belgas cum traduxiſſet Aurantius, tamen cum Albano ſigna conferre tunctabatur, ſcilicet ut interim populi rebellarent. Quod cum haud eveniſſet, eum amnem Moſam tranſmittentem Albanus adortus, ad quinque millia hominum obtruncavit. Qua quidem ille accepta clade, in Alemanniam ſibi remeandum eſſe, hieme præſertim jam ineunte, cogitavit.

ſolennes gratias Deo agit,

Epiſt. 15 & 21 l. 2

D

138 Sed illud hoc loco non omittendum, quod in hoc bello magna omnium admiratione, atque utinam pari hæreticorum ad rectam fidem converſione, divinitus accidiſſe graves auctores litteris prodidere. Hiſpanum militem Catholicum, inter alios quos ita peremerunt, ab Auranio captum arborique alligatum, impii milites hæretici æneorum tormentorum ictibus occidere conati, tantum abfuit ut illum confoderent, ut ne creberrimis quidem ac vehementiſſimis ignitis globis in eum emiſſis vel minimum lædere potuerint. Quo viſo obſtupefacti, eum veſtibus exuere cœperunt; rati hominem occultis quibuſdam armis communitum, quæ tormentorum vis penetrare non poſſet. Sed cum nihil in eo præſidii reperiſſent, præter ſacrum Agnum è collo pendentem, ex iis (ut conjectura eſt) quos Pius V primo ſui Pontificatus anno de more conſecraverat (eorum namque magnum numerum in Hiſpaniam, Galliam & Belgium, præſertim militibus pro fide Catholica dimicantibus diſtribuendos curaverat) hoc illi detracto, primo ictu tranſverberatus occubuit.

Agnos Dei utiliter ſu militibus diſtribuit,

E

139 Ceterum Galliarum Rex, ad opem Albano ferendam incitatus à Pio, bis mille peditis minoribus tormentis inſtructos, milleque ducentos equites à Mareſcallo Coſſe ductos, ei ſubſidio miſit. Interea Pius viros decrevit, qui cœnobitarum Ordines ac monaſteria ibi perluſtrarent & recognoſcerent, ad vereremque revocarent pietatis diſciplinam, & ab hæreticis vexatos Catholicos ſublevarent. Jam vero tandem ex iis locis Aurantio depulſo, Pontifex Albano, tamquam de Eccleſia Dei optime merito, pileum enſemque decore gemmis ornatos, ac Pontificiis de more precibus conſecratos tranmiſit: cum alioqui ejuſmodi virtutum inſignia, ferme Romæ capi manu Pontificia dudum conſueſſent. His autem muneribus, & honoris & grati animi cauſa, illuſtres Catholicæ veritatis conſervatores ornare conſueverunt ſummi Pontifices, ut ii turbulentis in rebus afflictam Chriſtianam rempublicam tueri atque protegere velint impenſius. At vero Pius, ut ad Chriſti gregem errantes oves Paſtor bonus reduceret, atque omnes Catholicæ pietatis in officio contineret, jam ignoverat iis omnibus qui hæreſes execrati ad ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem reverterentur: ex quo factum, ut ope divina, quamplurimi hæretica depoſita malitia, ad Catholicæ veritatis cultum adducti, pie vitam inſtituerint. Quamobrem ad eum Albanus litteras dedit in hanc ſententiam. Tanta illorum eſt multitudo, qui ad eam, quam in rectam Catholicæ religionis viam redire volentibus Sanctitas tua fecit, gratiam amplectendam quotidie confluunt (id quod & ab Epiſcopis & ab Legatis Prolegatiſque provinciarum refertur ad me) ut eorum numerus percenſeri vix poſſe videatur. Et ſane vel in hoc nemo non admiratur egregiam curam ac ſolicitudinem, quam adhibet Beatitudo tua, cum omnium quidem expetenda ſalute, tum vero etiam eiſdem ſummis precibus Deo commendandis. Cui quidem confido futurum, ut vita tua

F

impetrat Albano ſuppetias è Gallia

eidem enſem & pileum mittit,

& ab hæreſi multos abduxit.

ram

A tam præclare ſancteque acta, è totius Chriſtianæ reipublicæ agro peſtilentes hæreſes brevi convellantur. Recens vero creati ſacrorum Antiſtites tam egregie præſtant officium quiſque ſuum, ut à Sanctitate tua eo in gradu collocati plane fuiſſe perſpiciantur. Quare ei qui mihi ſucceder, illud unum in his ditionibus præſtandum relinquitur, ut nimirum quo in ſtatu ſunt res, in eo ſedulo conſervet ac tueatur.

LIBER III.

Varia pro fide Catholica ſtabilienda & hæreſi deprimenda per orbem à Pio V fortiter patrata.

CAPUT I.

Res eccleſiaſtica in regno Neapolitano reſtituta. Bulla Cœnæ Domini, ubique promulgata.

140 IAm vero cum in ipſo Rege Catholico, & animum egregie pium, & eximiam erga ſacroſanctam Sedem Apoſtolicam fidem atque obedientiam, ac denique ſingulare tum Catholicæ tutandæ religionis tum profligandarum hæreſum ſtudium Pius optime perſpiceret; patrio quodam amore ſic eum complectebatur, eaque inter ipſos eſt mutuo coorta fiducia, ut ſummo Chriſtianæ reipublicæ bono, tam afflictis in rebus duos haud diſſimiles ſummorum Principum animos, arctiſſimo amoris vinculo prorſus conjunxiſſe Deus velle videretur. Etenim Pius nuntio de ægrotatione Regis accepto, ſublatis in cælum manibus, divinam clementiam ſuppliciter imploravit, ut vel eum liberaret à morbo, vel certe ſibi corporis imminueret firmitatem, annoſque vitæ contraheret ſuæ, dum illi eoſdem adjiceret: quin ejus vitam Chriſtianæ reipublicæ longe magis, quam ſuam neceſſariam eſſe. Verum enimvero, ut difficile eſt inter mortales, præſertim vero Principes ſummos, de rebus omnibus ubique convenire; fatendum eſt, inter eos querelas quaſdam extitiſſe; quarum in altero cauſa fuit ſanctum quoddam conſilium ac propoſitum corruptelas omnes è re Chriſtiana publica tollendi; in altero vero ſtuſtium, jura, ditiones, regnaque ſua eo in ſtatu, quo ea nactus erat, conſervandi. Quibus tamen querelis aut contentionibus, de quibus deinceps aliquid commemorare neceſſe fuerit, amborum animi nihil ſunt offenſi; quin mutua ut antea benevolentia conjuncti, magna conſenſione in commune Chriſtianæ rei bonum defixi perpetuo fuere.

B *Pontificem & Regem, alias optime convenientes,*

Nonnulla controverſia orta ſalva utrimque pace.

C

141 Quocirca Pius cum præclare intelligeret, nihil eſſe vel ad rem Eccleſiaſticam ordinandam, vel ad Chriſtianam diſciplinam aut lapſam reſtituendam, aut reſtitutam conſervandam accommodatius, quam ſi diœceſes accurate viſitarentur; id ipſe primus aggreſſus, non ſolum per Antiſtites in ſua quemque provincia, ſed etiam per Apoſtolicos Viſitatores, quos in varias orbis terræ partes emiſit, ſedulo præſtari curavit. Atque à regno Neapolitano rem exorſus, Thomam Orſinum, ſpectatæ integritatis virum, Viſitatorem Apoſtolicum eo cum poteſtate miſit: qui Strongolenſium à Pio factus Epiſcopus, & obeundis Eccleſiis, & corruptelis tollendis, & ſalutaribus præſcribendis legibus, Neapolim profectus; cum ei Prorex edixiſſet, ut exſequendi decreti Pontificii regiam facultatem (quam vocant Exſequatur) acciperet, id facere conſtanti animo recuſavit. Se namque miſſum eſſe à Chriſti Vicario, cui haud quaquam eſſet opus hujuſmodi laicorum poteſtate, atque eo minus in ditionibus Pontifici tributariis:

Ita cum Viſitatorem Pius Neapolim miſiſſet,

Epiſt. 61. 1 *eique ſe oppoſuit Prorex.*

neque vero indigere ſe aut uti velle litteris commendatitiis, quas illi Prorex ad regios miniſtros ſe daturum offerebat: quippe quæ perinde atque ipſa regia facultas valerent. Quo tempore Neapoli Magiſtratus duo Viſitatori audacter obſiſtere non veriti, nec multo poſt ambo vita defuncti, terrifico ceteris fuerunt exemplo.

PER ANTGABUT.

142 Jam vero cum à Pio Prorex ſuppliciter impetraviſſet, ut ſuper hac re perſcriberetur ad Regem, interimque negotio ſuperſederetur, ita præſtitum eſt. Sed reſponſo ſerius allato, Pius corruptelam hanc nullo pacto ferre ſe poſſe profeſſus, poſthabita diſputatione de vi generali regiæ ipſius facultatis, rem faciliori conditione tranſigendam putavit; quod Pontifici, qui caput & Princeps eſt Epiſcoporum omnium, diœceſes inviſere multo magis liceret, quam propriis Epiſcopis: qui alioqui diœceſes ſuas abſq; hujuſmodi exſequendi conceſſu viſitare conſueſſent. Itaque illi, viſitationem ut proſequeretur, Pius imperavit; ad Proregemque Rex ipſe perſcripſit, Pontificem officium ſuum præſtare permitteret. Perluſtratæ ſunt igitur abſque alia Regia facultate Calabrenſes, Hydruntinæ, Barienſes, ac ceteræ adjacentes Eccleſiæ, in primiſque Neapolitana civitas: in qua non ſolum Eccleſias, ac ſacratos homines Archiepiſcopo ſubjectos, ſed etiam qui ipſi Proregi à ſacris erant, immunitatem objicientes, & recognoſcendos & emendandos curavit. Quæ res magno tum publico, tum privato bono fuere: atque inde iis in regionibus, quæ antea plurimum imminuta fuerat, Apoſtolicæ Sedis auctoritas ac reverentia reſtituta eſt. Et ſane mirum fuit, quocumque pergeret Viſitator, magnum populorum ſpectare concurſum, omnibus omnium ætatum, ſexuum, atque ordinum hominibus, ad eum ſuſcipiendum ac venerandum certatim confluentibus; coram eoque in genua procumbentibus, ut vel una illos Pontificali benedictione dignaretur: utpote miſſus à Pontifice, cujus ſanctitatis ſic increbuerat fama, ut ab omnibus culta concelebraretur. Idem ferme in Hiſpania, in Gallia, in Germania, & ubique demum, quocumque ipſe Viſitatores vel Nuntios miſit, contigiſſe, atque uberrimos pietatis fructus inde conſecutos eſſe conſtat.

Rex illum voluit viſitationem proſequi,

E

ut magno cum fructu factum.

143 Inter hæc autem Pius, ad rem Chriſtianam & tuendam & vero etiam amplificandam in omnes partes pro munere ſuo ſemper intentus, Pontificiam conſtitutionem, quæ veteri atque recepto Romanorum Pontificum inſtituto, die Cœnæ Dominicæ ſacro promulgari conſuevit, non ſolum in Urbe Roma, ſed per univerſum etiam Chriſtianum orbem & edici juſſit & conſervari. Quod quidem dum ſedulo curaretur, ecce tibi Ludovicus Requeſenſis, Major Caſtellæ Præceptor, in aula Pontificia Regis Catholici Legatus, ejus nomine cum Pio expoſtulare cœpit, primum de inuſitata ipſius conſtitutionis in regnis ejus divulgatione, præſertim vero Neapoli, abſque regio exſequendi conceſſu: dein quod omnibus ſacras Confeſſiones excipientibus Pius imperaviſſet, ne abſolverent eos, qui conſtitutionem ipſam violaſſent: in ea quoque adjuncta fuiſſe multa, quæ cum neque in antiquis neq; vero in iis quas vel Julius III, vel Paulus, vel Pius, uterque eo nomine IV, ediderant, continerentur, admodum gravia viderentur eſſe, ſententiis ſummatim adhibitis, ac verbis generatim ſignificantibus, quæ populis confuſionem afferrent, præſertim ob decreta ſub anathematis pœna in eos, qui nova imponerent vectigalia: ex quo publicæ quietis exoriretur perturbatio, nonnullis civitatibus ea penſitare recuſantibus.

Circa bullam Cœnæ Domini quæ elas movente Legato Hiſpano,

F

144 Ceterum quod ad jurisdictionem attinet, Regem habere vetuſta & Apoſtolica decreta legitimaq; jura, titulos & poſſeſſionem antiquiſſimam, atque

& alia plura objiciente,

TERANT. GABUT. immemorabilem. Pontificiæ auctoritatis usum temperandum esse ad rationẽ justitiæ, quæ nemini quod suum sit tollit immerito, idque eo minus Principibus publicis in rebus. Sententias præterea, de judiciis in Clericos exercendis adjectas, videri contra Siciliensis regni monarchiam, quæ & Apostolicis niteretur privilegiis & jure possessionis uteretur vetustissimo. Offendi porro ipsum Regẽ, quod Paulum Odescalcum, Internuntium Pontificium, ejus regni citra ultraque Pharum Ecclesiasticæque libertatis propugnatorem appellandum Pius censuisset. Nam inde videri, velle Pontificem, Legatos in Siciliam inducere, nihil obstante monarchia; cumque Reges ipsius regni natos se esse Legatos obtendant, munus regium esse, Ecclesiæ atque ejus immunitatum se vindicem ibi ac patronum profiteri. Neque vero minus Regem dolere, S. Lazari militiam, se inscio, in regna sua inductam fuisse, aliaque præterea multa edicta publicata, ac præsertim illud super iniquis Ecclesiasticorum bonorum alienationibus editum. Querebatur denique de armata satellitum cohorte Archiepiscopi Mediolanensis, qua illum uti non posse contendebat.

145 His autem querelis Pontifex respondendum putavit, non quidem quod de rebus à se gestis rationem laicis Principibus reddere se oportere arbitraretur; sed ut ostenderet, quæ Regi ea de re fuerant relata, à nonnullis proficisci, qui propriis ducti commodis, ut assolet, corruptelas suas tutari conabantur: quarum ipse quamplurimas certa schedula descriptas misit ad Regem. Hæc se cavere oportere nullo alio consilio; nisi ut rem Christianam pro munere sibi divinitus commisso tueretur, animarumque saluti hujusmodi tollendis erroribus, Catholicaque disciplina ac pietate in populos inducenda, consuleret. Ceterum quo longius latiusque quam aliorum Principum paterent ditiones ipsius Regis, eo quoque magis illum pro regnorum suorum incolumitate subjici debere Deo, ejusque in terris Vicario Romano Pontifici. Constitutionem vero editam in die Cœnæ Domini, jam antiquo more receptam, licet in Urbe tantum à nonnullis Pontificibus evulgatam, tamen ubique terrarum, veluti alias etiam generales constitutiones vigere: atque olim seu Principes viros seu populos, qui violatæ constitutionis hujus quoquo modo se reos agnovissent, delicti veniam à Romano Pontifice suppliciter postulavisse. In omnibus porro vel expiationum vel Jubilæorum generalium litteris, in universas Christiani orbis partes dimissis, & item in iis quæ Confessionalia vocant, ejusdem constitutionis mentionem jamdiu perpetuo factam reperiri. In diplomate præterea de facultate, quam in Hispania Cruciatam appellant, petentibus illis Regibus aliquando concessa, præcipue nominatam esse hujusmodi constitutionem; quippe quæ mortales omnes, quotquot Christiano nomine censentur, sua obligatione devinciat: neque generalibus verbis vim ejus comprehendi consuesse, quod & à Paulo II & à Sixto IV declaratum esset. Ut igitur cautius rebus consuleretur, in veteri ipsius constitutionis editione consuetudinem increbuisse, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis præcipiendi, ut in suis quisque Ecclesiis eam evulgarent. Quod cum hoc tempore intelligeret ipse minime præstari, ac propterea in ea re ipsi constitutioni derogari, ob idque anathemacis laqueis jacere homines irretitos, voluisse se animarum exitium avertere; quas præsertim haud excusaret ignorantia.

litteris ad Regem missis respondens Pontifex,

ostendit Bullam ex usu antiquo,

& pro Pontificii officii jure promulgari.

146 Porro Sacerdotes admonere muneris sui, ad verum legitimumque Pontificem pertinere: ut ii lepram à lepra discernere, ac de peccatis, præsertim quorum est absolutio summo reservata Pontifici, recte judicare queant. Quod si quid est privilegii, quod clam sit ipsis Sacerdotibus, eosdem de his edoceri, Principum ministris grave esse non debere. Verba vero vel nuper adjuncta, vel in antiquis litteris inusitata, haud debere dura cuiquam videri: si quidem id jam in more positum esset, nonnulla videlicet in iis vel adimere vel adjicere, pro varietate temporum ac corruptelarum qualitate. Quod autem regio niteretur exsequendi concessu, neque id neque aliam ullam laicorum facultatem vim aliquam habere in Ecclesiasticis decretis exsequendis, neque sacris habendis concionibus: quarum facultatem ab laicis petere, intolerabile prorsus esset. Laicis enim etiam religiosis, quod docent sacri canones, super ecclesiis, personis, & rebus ecclesiasticis nullam attributam esse facultatem: quos obsequendi maner necessitas, non auctoritas imperandi. Quæ res patent, utpote sacrosanctis legibus ac Conciliis jam satis explicatæ & constitutæ.

147 Illud vero de tributis atque portoriis adjectum esse, quoniam in eo sæpius graviter peccaretur, nimirum cum vel à non habentibus potestatem, vel eis, qui per privilegia sunt immunes, quales sunt Ecclesiastici omnes, vel nullo jure sibi subjectis, vel denique contra sanctas leges imperantur. Itaque Principibus legitima potestate præditis non prohiberi, quin ex sacris legibus subjectis sibi populis æqua ac tolerabilia imponere tributa possint: ac licet in litteris Pontificiis, absque alia declaratione, ne nova imponantur onera, caveatur; ejusmodi tamen declarationem haud quaquam esse necessariam; utpote quæ numquam adhibita fuerit, ubi de iis quæ pedagia vocant tributis agitur: quæ res à sacris legibus jam satis explicata videatur. Quocirca non popularem excire tumultum, qui potius ex immoderatis oneribus à Principibus impositis exciri solet; sed rationem ac viam tradere, qua possint tranquillitatis ac religionis in officio homines contineri; & quos oporteret, commonere muneris sui, consilium sibi fuisse.

per eam non derogari Regiæ potestati,

148 De Apostolicis vero privilegiis, Regibus concessis, nihil sibi compertum esse, neque ex auctoritate sua injusti quidquam esse committendum: videre tamen se hujusmodi privilegia male passim usurpari, indeque multa fieri contra jura sive humana sive divina: & quicumque niteretur, vel etiam uti soleret privilegiis, eum haud dubie debere illa proferre & aperire. Cum præsertim Pontifex summus, unus & legitimus sit privilegiorum omnium ab aliis Pontificibus concessorũ & interpres & judex: qui ubicumque errata & offensiones compererit, pro suo munere debeat absque alia quæstione labentibus rebus providere. Verumtamen velle se tantum ut hisce rebus boni præficerentur administri, per quos omnia bene gererentur, ac de omnibus certior fieret ipse Rex; isque intelligeret, criminum ad divinum retinendum cultum judicandorum jus in auctoritate esse Romani Pontificis, Jesu Christi Vicarii, non in arbitrio laicorum Principum: quibus nequaquam à Deo filio dictum esset; Pasce oves meas; sed ipsos tamquam pascendos agnos permittere debere, se à B. Petri successore duci & gubernari, nisi velint se extra Christi gregem abduci atque abigi, per speciemque privilegiorum Ecclesiasticam subvertere hierarchiam. Ceterum (quando illud à pietate Regis egregie Catholici longe abesset) ipsomet Rege procurante sperare se rebus bene consultum iri, præsertim in Sicilienſis monarchiæ negotio. Itaque Rex omnino sibi persuaderet, haud posse Pontificem tot tantave dare privilegia, ut successorum suorum auctoritatem imminuat, à Deo sibi collatam ad Ecclesiæ suæ sanctæ ædificationem, non autem ad ejus destructionem: contra quam quidem auctoritatem nulla objici præscriptio posset, vel antiquissima.

nec privilegiis à Romana Sede ei concessis,

Ioan 21.

citra ejusdem Sedis præjudicium:

149 Ad-

A *nec novum esse ut in Siciliam mittatur Legatus,*

149 Adjiciebat, contraria omnia, adversus ejusmodi objectam causam, potius reperiri per Apostolicas in regnum illud decretas Legationes; posseque Pontificem arbitratu suo id tamquam gratuito concessum, sed exinde male versum, abrogare. Quare diploma Paulo Odescalco, Apostolico ultra citraque Pharum Internuntio datum, firmissimo niti fundamento: cum antea diu in eo regno Legatos & quæstores, ipsis etiam Cæsaris Caroli V temporibus, Apostolica Sedes habuerit. Quod autem diplomata quædam eo inducenda dedisset, illudque in primis de alienatis Ecclesiæ bonis recognoscendis; id sancte ac rite provisum, cum ob Christianæ reipublicæ utilitatem, tum etiam ob cavendos animarum laqueos, quibus ea bona possidentes misere capiebantur. De S. Lazari militia, Apostolici muneris esse ejusmodi militias instituere vel extinguere, prout Pontificibus opportunum esse videretur: quas etiam illius regnis jam ipse concesserat, alibique sustulerat: neque vero posse Regem, uti Catholicum, contra quidquam decernere. Eam vero militiam ab se propterea restitutam fuisse, quod illi milites Sedi Apostolicæ, ubi & quoties vocati essent, contra quoscumque Romanæ Ecclesiæ hostes vel rebelles, armati inservire atque opem ferre suis impensis, ex officio suo, decretoque Apostolico, deberent. De Satellitum vero cohorte, qua ad Ecclesiasticam tuendam disciplinam utitur Archiepiscopus Mediolani, ex antiquis ipsius Ecclesiæ monumentis & institutis, ad hanc usque diem usu retentis, liquido constare, quod in laicos de criminibus, sive ad sacrum tantum sive ad utrumque forum promiscue pertinentibus, quæstiones judiciaque ille soleat exercere, ob idque armati satellitii uti ministerio. Denique nolle se tam graves errores vel corruptelas, in Dei offensam ac sacrosanctæ Sedis injuriam recidentes, ullo pacto tolerare. Hominum officia esse inter se distincta: ac propterea Principes suum quemque munus præstare oportere; Ecclesiæque dimittere, quæ Dei sunt.

aiut improbari posse militiam S. Lazari

B *vel Archiepiscopi Mediolan. satellitium.*

150 At enim Rex vere Catholicus, pro sua singulari pietate, administris suis in Italiæ ditionibus id sibi esse consilii per litteras declaravit, ne quid in sanctas leges committeretur; quinimo si quid commissum esset, corrigeretur. Neapolique Internuntio Pontificio & loci & omnibus præcedendi data prærogativa; eique perinde atque Hispanienſi Oratori debitos honores habendos esse. Sed quoniam Regis jussa ministris ejus minime facientibus, id ferebatur impune; sacri interdicti legibus in eos agere Pius constituerat: feciſſetque nisi ab amplissimis viris, studiosis ipsius Regis, ea de sententia deductus esset: plerisque suadentibus, mitissima quæque remedia tentanda prius esse, quam tam acre medicamentum adhiberetur: sic enim facilius se quod cupiebat consecuturum. Itaque in illis regnis deinceps omnia vel suæ jam integritati restituta, vel severis pœnis emendata fuissent, nisi gravissimum imminentis tunc contra Turcas fœderis negotium, mox luctuosus ipsius Pontificis obitus rebus antevertisset.

quibus Rex acquiescit.

C

CAPUT II.

Varia in Hispaniis & Indiis constituta.

151 HÆc tamen, quin Pius & Regem optimum unice diligeret, & regnis ejus omnibus, in iis præsertim quæ ad Christianam spectant pietatem, ne quid induceretur erroris, diligenter provideret, nihil impediebant. Itaque in Hispania, ut res Christiana bonique mores optime conservarentur atque ubi lapsi fuissent sancte restituerentur, non modo per Apostolicos Nuntios, sed multis etiam salutaribus edictis ac decretis ibidem evulgatis, studiose procuravit. In primis vero illud edici jussit, quo, ut ante meminimus, sub anathematis aliisque gravissimis pœnis ludicra spectacula interdixit: in quibus taurorum ferarumque congressiones seu agitationes, non sine aliqua hominum cede gravique animarum damno, fieri consueverant. Roganteque Rege eam potestatem infirmavit; qua sanctissimi Sacramenti sodalitates uti vel potius abuti consueverant, cibos ab Ecclesia statis diebus interdictos permittentes: facultatemque sustulit, qua utebantur Antistites in casibus Episcopo reservatis, gratiaque facienda; unde, quas velut Hispanicæ Cruciatæ nomine pensitabant Regi, pecunias colligebant. Statuit, ut ludi magistri omnes solennem ac legitimam fidei professionem ederent; atque ne inscriptiones sub imaginibus eorum, qui hæreseos damnati plecterentur, deinceps affigerentur in templis; sed eorum domus solo æquarentur, in medioque defigeretur columella cum marmorea tabella, in qua illorum vita pariter & exitus describeretur. Porro ut capitali supplicio damnatis, pridie quam in eos animadverteretur, sacrosancta rite administraretur Eucharistia. Iniquas fœneratorũ negotiationes severioribus legibus sustulit, quamvis pecuniis difficilius mutuo accipiendis, quas mox curaturus erat in Belgis alibique, certum inde Rex detrimentum esset accepturus.

PER ANT. GARUT.

Edictis abrogat varios Hispanorum abusus,

E

152 Oblatam vero conditionem accipere Pius recusavit de Sacratorum hominum spoliis ea lege accipiendis, ut eorum spoliorum dimidium Regi tribueretur: nam etsi Pontifici commodius foret & utilius ea per administros Regios colligi, cavendum tamen esse, ne in Clero magnam inde sibi conflaret invidiam, vel in avaritiæ suspicionem incurreret. Dolere porro se vehementer, quod tot decreta & facultates super tribus militaribus Ordinibus, & Cathedralium insuper ecclesiarum nominationibus, aliisque rebus Pontifices summi dudum concessissent: qui olim tantumdem, ac fortasse plusquam Reges ipsi, in Hispaniis humanis de rebus disponere & administrare potuissent. Sub idem tempus arcas non nullas, Calviniahis refertas Catechismis, in Hispanicum idioma conversis, ut mos est hæreticorum, per Hispaniam disseminandis, Lugduni Tolosæque in Gallia deprehensas fuisse, Pio renuntiatur. Quo ille cognito, graviter doluit: periculoque occurrens, ea de re Catholicum Regem admonuit, caveret diligenter, ne exteri libri, ni prius bene cogniti & à sacris Quæsitoribus approbati, in Hispaniam inducerentur: uti sedulo curatum est, tanto sublato periculo.

recusat oblata inde morientium Clericorum spolia

curat libros invehendos examinari.

F

153 Agitabatur per idem tempus in Hispania gravis illa causa Bartholomæi Mirandæ & Caranciæ, Archiepiscopi Toletani, qui de hæresi postulatus, ex Apostolicæ Sedis auctoritate ibidem in custodia tenebatur. In eum jamdiu cum esset habita quæstio, neque Paulus, neque Pius, uterque ejus nominis IV, Romani Pontifices, ut vel reus vel causa ad se Romam ex sacrarum legum præscripto deferretur, & coram ipsis, tamquam summis Episcoporum omnium fideique causarum judicibus, ageretur, obtinere potuissent; quod apud Regem Catholicum ab illo sacræ Inquisitionis Senatu, id judicii ex auctoritate Apostolica, sibi pro tempore sæpius delegata, ad se pertinere profitente, continenter daretur exceptio; Pius V, ut & reus & quæstio ad se deportaretur, quæ sua apud Regem erat auctoritas & sanctitatis opinio, prorsus effecit. Nam ob id maximis cum mandatis Petrum Camajanum, cujus ante memini-

CAP. IV

Archiep. Toletanus hæresis accusatur,

frustra obtente Inquisitione,

PER ANT. GABUT. mus, in Hiſpaniam miſit, dato diplomate, quo, ſi minus juſſa facerent, ſacros illos violatæ fidei Judices omni auctoritate judicandi privabat, & à piorum communione ſegregatos declarabat: quamquam id illis, quod neceſſe non eſſet, minime fuit indictum. Simul atque Rex Pii poſtulata cognovit, qua erat in Apoſtolicam Sedem, & præſertim in hunc Pontificem pietate, licet nonnullis reclamantibus, conſtanter edixit, parendum omnino eſſe (ut ejus utamur pene verbis) Patri ſanctiſſimo, ac quidquid ille decreviſſet, prompte præſtandum: nihil enim niſi ſanctum ac Deo gratum ab eo ſtatui poſſe, quippe qui divino nutu regeretur.

Romam deportari facit:

154 Archiepiſcopo igitur cum ſua deſcripta quæſtione ſub arcta cuſtodia Romam perducto & in ſancti Angeli arcem incluſo, ad ejus cauſam & cognoſcendam & dijudicandam, ſapientiſſimis viris in conſilium adhibitis, tam aſſidue Pius incubuit; ut quamplurimis ſuper hac quæſtione habitis congregationibus, iis ferme omnibus frequentiſſimus ipſemet interfuiſſe vel præfuiſſe potius, remque lata ſententia prope decidiſſe perhibeatur. Sed aliis graviſſimis diſtractus negotiis, morteque præreptus, rem ſucceſſori ſuo Gregorio XIII definiendam reliquit: qui dum eſſet Cardinalis, à Pio IV hac de cauſa in Hiſpaniam Legatus, nihil reportaverat. Mox Pio V in Pontificatu ſuffectus, reum Archiepiſcopum ſuper tali crimine valde ſuſpectum judicavit; certiſque pœnis injunctis, ad voluntariam omnis hæreticæ pravitatis deteſtationem, ac legitimam Catholicæ fidei confeſſionem admiſſum, abſolvit. Is porro, ſummo patientiæ & modeſtiæ documento, in adverſarios ſuos in hac cauſa nihil unquam, ut ferunt, oblocutus, diuturnum carcerem alacriter conſtanterque perpeſſus, demum in cœnobio Fratrum ſuorum Sanctæ Mariæ ſupra Minervam, anno MDLXXVI ſexto Nonas Majas, ſumptis ſacroſanctis Eccleſiæ ſacramentis, quæ cedentibus è vita præberi ſolent, ſingularem pietatem præ ſe ferens, Romæ in pace quievit: ſub mortem ſæpe Deum hominesque conteſtatus, ſe nihil omnino conſcium unquam fuiſſe eorum criminum, quæ ſibi ab adverſariis objecta reum fecerant talis tantique judicii: quod tamen ipſe injuſtum appellandum non putaret, quoniam ſecundum allegata probataque rite proceſſerat; ſed juſtum Apoſtolicæ Sedis decretum ſe revereri, optimeque conſcientiæ teſtimonio fruentem impoſita pro ceteris peccatis ſuis pœnitentiæ piacula lætum ſubiiſſe, ac ſe ad Deum in Catholica fide, quam in omni vita integerrime profeſſus eſſet, divinæ clementiæ fiducia nixum libenter commigrare. Inter hæc animam ſuam Deo ac B. Virgini ejus genitrici, quam pie ſæpius invocavit, ac ceteris beatiſſimis ſpiritibus cæleſti gloria fruentibus, denique Dominicanis ſuis Fratribus, ut pro ipſo ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium Deo ſæpius offerrent, pie commendavit: ejus vero corpus in ejuſdem templi presbyterio pio funere elatum, ab ipſis Patribus conditum eſt. Hæc pluribus obiter commemoraſſe libuit, ne quis tantum virum, ac talis tantæque Eccleſiæ Antiſtitem, turpi labe per calumniam fortaſſe notatum, infelici exitu vitam cum morte commutaſſe arbitraretur.

qui ſub Gregorio 13 fidem profeſſus,

impoſitam pœnitentiam reverenter ſuſcipit ac pie moritur.

CAP. V

Pro Indiarum ſalute ſolicitus Pius,

155 Jam vero ex Europa in Indiam, non longo ac periculoſo navigationis curſu, ſed brevi ac tuto narrationis compendio, tranſeamus: nam & in illis gentibus, qua ad Chriſtianam fidem convertendis, qua ſuſceptæ jam religionis in officio continendis, & ubique rebus ad divinum cultum animarumque ſalutem neceſſariis provide curandis, ardens in univerſum Chriſti gregem toto orbe diffuſum Paſtoris vigilantiſſimi ſtudium eluxit. Cum enim intelligeret rem Chriſtianam in India, ad Orientem primo ſub Luſitaniæ, mox ad Occidentem ſub Hiſpaniarum Regibus, ſuperioribus annis, Deo juvante ſummis religioſorum virorum, Franciſcani primum, inde Dominicani Auguſtinianique Ordinum, ac demum Societatis Jeſu laboribus feliciter quidem propagari cœpiſſe; ſed tantæ molis opus cum aliis difficultatibus ne melius procederet laborare, tum potiſſimum & majore neophytorum cura, & ſacrorum miniſtrorum ſedulo indigere miniſterio; omni ope, quoad ejus fieri poſſet, exurgenti illi Chriſtianæ Eccleſiæ ſuccurrendum exiſtimavit. Et quidem Internuntium Apoſtolicum, per quem omnia melius inibi cognoſceret ac procuraret, eo mittere cogitaverat: ſed mutato poſtea conſilio, Regem Catholicum de Indica divinarum rerum neceſſitate, & quid facto opus eſſet, edoceri voluit: eique multa admodum ſalutaria monita ſuggeſſit, quibus illum ad eam rem ſedulo curandam, jam currentem incitavit.

Epiſt. 18, 19, 20, 21 lib. 1

Reges Hiſpaniæ & Luſitaniæ monet,

Epiſt. 16, 17, 18 lib. 2 Epiſt. 24, 25, 52 lib. 3

156 Cum enim ſuſceptum olim, de illis regionibus conceſſu Pontificio ab Hiſpaniæ Luſitaniæque Regibus in poteſtatem redigendis, conſilium eo potiſſimum ſpectaret, ut idoneis Sacerdotibus & concionatoribus illo dimiſſis, infideles adjungerentur ad Chriſtum, id in primis ſummo ſtudio curandum eſſe: quod vero in hoc genere ad ſe pertineret, officium ſuum non defuturum. Sed quoniam non ſatis eſſet infideles ad Chriſtum convertere, niſi converſis ac jam Chriſtianorum in numerum aggregatis neceſſaria vitæ ſubſidia conferantur, cum ex collectis piorum eleemoſynis more naſcentis Eccleſiæ, tum ex regiis tributis alimenta illis præberi oportere; ne fame compulſi vel ad priſtinos mores & vitam relaberentur, vel Chriſtianam religionem, quæ his potiſſimum caritatis officiis fovetur & alitur, quaſi duram abnegarent rejicerentque; ac per hanc occaſionem Chriſti nomen per eos blaſphemaretur in gentibus, dum parvulis panem petentibus non eſſet qui frangeret eis.

ut Neophytis præbeant vita ſubſidia

157 Quod vero ad divina animarum alimenta pertinet; hæc eo ſtudioſius illis curanda, quo anima præſtantior eſt corpore; & quo terrenis cæleſtia, ſempiterna caducis potiora ſunt habenda. In primis hoc divinum opus, divinorum omnium, ut S. Dionyſius Areopagita teſtatur, operum maximum, nimirum in æterna animarum ſalute procuranda; Dei, quod ait Apoſtolus, adjutorem eſſe, Chriſtique miniſtrum; id non cujuſlibet idiotæ, ſed proprium eſſe Sacerdotum; & eorum, qui Chriſtianis ſacris ita ſunt initiati, ut poſſint, ſecundum ipſum Apoſtolum, alios ſanam doctrinam edocere, & exhortari in verbo veritatis; & eos, qui contradicunt arguere, & de ea, quæ in ipſis eſt, fide, ſpeque rationem reddere. Itaque licet unicuique, quod ait Sapiens, mandaverit Deus curam proximi ſui; & quod quiſque pro viribus ad ſuam aliorumque ſalutem recte præſtare poteſt, id efficere quemque deceat, Deoque gratum cenſeatur; populares tamen homines & imperitos, non tam doctoris quam diſcipuli munus obire par eſſe. Per ſacros ergo & eruditos magiſtros Chriſtiana catecheſi imbuendos eſſe ſeu catechumenos ſeu neophytos: adultoſque niſi rite inſtructos ad ſacrum baptiſma non admittendos.

Sacerdotes idoneos illis præficiant,

1 Cor. 3

Tit. 1

Eccli. 17

158 Per montes autem pagoſque diſperſi, ut commodius Chriſtianis legibus & moribus aſſueſcerent, urbanis in contuberniis collecti, ad ſocialem & piam vitam inſtituerentur: quod genus remedii præter cetera magno ad illarum gentium animos Chriſtianis moribus inſtituendos uſui fuiſſe, qui viderunt, inde regreſſi, ſæpe teſtati ſunt. Si vero ethnicis & Chriſtianis unum eſſet hoſpitium, illis idololatriæ cultui ſuperſtitionique dicata loca non permitti, ſed ſolo æquari delerique oportere; ne baptizatis

diſperſos Indos in unum colligant,

zatis ad impietatem relabendi præberetur occaſio: nec tolerandum, ut Chriſtiani, vel in ſacra doctrina capeſſenda, vel exercendo Catholicæ religionis cultu ab ethnicis prohiberentur. At ſi veteranis tironibuſque Chriſtianis unum eſſet domicilium, caverent illi, ne hos pravis ſuis perderent moribus & exemplis: quinimo ita ſe gererent, ut eorum perſpecta vitæ ſanctitate, infideles impietatis puderet ſuæ, & ad Chriſti fidem ſuſcipiendam magis incitarentur. Si vero Chriſtiani jam adulti publice vitam degerent iniquam, præſtare eos publice pœnas dare, quam iis diu toleratis offenſionem peccandique occaſionem neophytis ethniciſque præbere. Crapulam, intempeſtivaque convivia, & alia quibus illi populi dediti erant vitia, ſceleraque nefaria quibus humana ſocietas omnis corrumpebatur, prorſus abolenda: infideleſque ad cuſtodiendam naturæ legem adigendos eſſe. Ne qua mulier plures haberet maritos, ſed Chriſtiani matrimonii legem in mores inducerent. Nec regii miniſtri, mancipiorum loco, ſervitio uterentur Indorum, ſed eorum tantum, qui ſervire ſua ſponte voluiſſent: iiſque pactam mercedem tribuendam eſſe, neque eos immoderatis onerandos eſſe vectigalibus; ſed qua par eſſet æquitate omnes habendos.

eorum doctores immunes ſervent à tributis,

159 Sacerdotes vero, concionatores, & Epiſcopos, ut decet, tamquam intimos Dei miniſtros, ab Regiis Magiſtratibus aliiſque benigne accipiendos ac reverendos eſſe; eoſque à vectigalibus ac tributis exemptos & immunes conſervandos. Epiſcopis & aliis ſacrorum adminiſtris liberam in ſua exercenda juriſdictione corrupteliſque tollendis relinquendam eſſe poteſtatem, præſertim in iis quæ ad Catholicam religionem tuendam & propagandam pertinerent. Denique Rex ipſe Catholicos homines, integros, ſpectatæque virtutis Viſitatores ad principes viros, ad Judices, & ad alios præterea illarum gentium Magiſtratus decerneret, qui hæc omnia rite præſtari curarent, cogniti ſque omnium meritis, ſuo quemque præmio vel pœna poſſent afficere. Ceterum pauperum oppreſſio, quo ſcelere in cælum exclamante, ut divina teſtantur oracula, iræ cæleſtes maxime provocantur, numquam eſſet impunis: ne videlicet miſerabilibus eorum gemitibus permotus Deus, in Reges ipſos animadverteret. Armis porro contra ethnicos ſumendis, iiſque bello ſubigendis, nihil inique, nihil crudeliter ageretur: neque ad Chriſtianam religionem eos compellendos eſſe; ſed benigne ſacra doctrina, & quod plus aliquando movet piis exemplis, ex infidelitatis tenebris eductos perhumaniter ſuſcipiendos; eorumque errata corrigenda clementius, pro manſuetudine atque indulgentia novellis ejuſmodi Chriſti agnis exhibenda. Hæc & id generis alia complura ſalutis monita, quibus Rex ejuſque adminiſtri ad eas gentes convertendas, recte moderandas, ac pietatis in officio continendas uterentur, ſapienter ac pie præſcribebat. Poſtremo, quod ad ſe attineret, auxilium ſuum, ut diximus, divinorumque munerum pro Apoſtolica auctoritate communicationem, proborumque Sacerdotum legationes, & alia tum ad amplificandum tuendumque honorem Dei, tum ad animarum procurandam ſalutem neceſſaria, nullo tempore dum viveret defutura: ſicuti deinceps non defuiſſe res ipſa declaravit.

oppreſſionem pauperum prohibeant.

Epiſt. 49 & 50 lib. 3

In Iaponiam deſtinat Andream Oviedum Patriarchã Æthiopiæ,

160 Sed quoniam & Sebaſtiani Luſitaniæ Regis epiſtolis, & Franciſci Borgiæ ex Gandiæ Duce Societatis Jeſu Præpoſiti generalis admonitu, nec ita pridem Pius intellexerat, rem Chriſtianam in Japone adoleſcentem, inter alias, quibus premebatur, anguſtias, Epiſcoporum opera plurimum indigere, novellam hanc etiam Chriſti vineam, quibus poſſet adminiculis excolere pro ſuo Paſtorali munere non omiſit. Erat per id tempus in Æthiopia Andreas Oviedus Caſtellanus, ex eadem Societate, ſummus ſacrorum Antiſtes, Sedis Apoſtolicæ miſſu, Patriarchali dignitate ſingularique vitæ ſanctitate ac doctrina præditus. Is cum maximis laboribus periculiſque perfunctus, in illis gentibus ad Chriſtianam fidem perducendis, diu multumque inſudaſſet, cumque aut votis eventus, aut laboribus fructus parum reſponderet, bellis inibi cum Turca continenter exardentibus; Regeque illo pro ſua barbarie veram deteſtante religionem, atque adeo Patriarcham ac ſocios ejus infectante; ad eum Pius diploma dedit, omnibus prudentiæ ac patriæ caritatis plenum officiis, quibus Dei miniſtrum, graviſſimis ærumnis & cladibus afflictum, benigne conſolatus, ad munuſque ſuum ſtrenue præſtandum cohortatus eſt. Ei præter cetera præcepit, ut ſi operam ſuam inanem ibi eſſe perſpiceret, relicta Æthiopia, quod tamen commodo ſuo tutoque fieri poſſet, in Japonem Sinaſque tranſcenderet; ibique Paſtoralibus muneribus Catholico ritu obeundis ad æternam illarum gentium ſalutem incumberet. Ad eum ſacri Concilii Tridentini decreta, tum recens Apoſtolico munita ſuffragio, miſit: ut ea potiſſimum, quæ ad fidei doctrinam pertinerent, exequenda uſuque retinenda in illis oris ſtudioſe procuraret.

PER ANT. GABUT.

eoque vita functo,

161 Andreas vero Pontificiis ſe litteris ad diſceſſum non urgeri, certumque in via ſibi ſi diſcederet ab hoſtibus vitæ diſcrimen imminere proſpiciens, ſpe quadam etiam allectus fore, ut tum factæ tum etiam faciendæ euangelicæ ſementis fructus meteret uberiores, in Æthiopia ſi ſe contineret, ſatius eſſe duxit: ubi nec ita multo poſt, variis moleſtiis & calamitatibus affectus, ad æterna laborum ſuorum præmia tandem emigravit. Itaque Pius, ut Japoniis Siniſque Chriſtianis non deeſſet, ejuſdem auctoritatis & argumenti Apoſtolicas litteras ad Melchiorem Carnerium Luſitanum, ex eadem Societate lectum Nicænum Antiſtitem, emiſit: qui ex decreto Julii Tertii Romani Pontificis, una cum Andrea ipſo atque aliis ſociis ſuis in Æthiopiam dimiſſus, illi in ea miſſione ſucceſſerat. Is ergo Pii litteris acceptis, ejus juſſa facturus, ad Amacanum Luſitanorum emporium, haud longe à Sinis, qua patet in Japonem aditus, tranſmiſit: ibique Japonios Sinaſque Chriſtianos ad ſe confluentes, per aliquot annos ſacris initiabat Sacramentis, aliaque Pontificiæ poteſtatis officia rite præſtabat. Sed is quoque, dum in Japonem iter adornat, ſummis laboribus curiſque defunctus, vir de re Chriſtiana optime meritus, & ſanctitatis ceterarumque virtutum gloria clarus, exceſſit.

Melchiorem Carnerium.

CAPUT III.

Acta contra Auguſtanam confeſſionem, pro jure Eccleſiæ Tridentinæ, & pro fide Catholica in Scotia.

Ne Auguſtana confeſſio permittatur Auſtriacis,

162 HÆc dum ita curantur, magnum interea periculum Catholicæ religioni in Germania creari, Pio renuntiatur. Scilicet Maximilianum Cæſarem, ut graviora vitaret incommoda, ſecus facere ſe non poſſe profitentem, binis ordinibus, hoc eſt Proceribus ac Nobilibus Archiducatus Auſtriaci, & aliis præterea ditionibus hereditariis, ut Auguſtanam confeſſionem, hoc eſt, Lutheranæ impietatis profeſſionem, ſectarentur vel indulſiſſe, vel certe ut indulgeret ſpem illis injectam fuiſſe: idque, ut fama erat, ob ingentem pecuniarum vim, quas iidem Cæſari penſitabant: quamquam id de tali ac tam Catholico Principe apud bonos incredibile fere videbatur.

PER ANT. GABUT. batur. Quidquid esset, id Pius ægerrime ferens, nulla interjecta mora, Cardinalem Commendonum, Veronæ considentem, Legatum ad Cæsarem misit, ut si in tempore fieri potuisset, tam nefarium facinus impediret (utpote quod errores ex erroribus serens, exitioso ceteris gentibus futurum erat exemplo) vel certe Apostolica auctoritate illi denuntiaret, Pontificem omnibus execrationibus Ecclesiasticisque pœnis in eum animadversurum, ipsumque privaturum Imperatoria majestate; atque Catholicis Principibus in eum convocatis novum Imperatorem creaturum, nisi ejusmodi decretum si factum esset illico rescidisset. Qua de re statim Pius ad Principes viros quoquoversum nuntios dimisit, in primisque ad Hispaniarum Regem, eum adhortans ad agendum eo de negotio cum ipso Cæsare, ac docendum quam certa inde pernicies immineret, & quam gravis Catholicæ religioni, quam ille ceteroqui tutari deberet, inferretur injuria. Rex vero quinas litteras easque longissimas super ea re manu sua scripsit ad Cæsarem & ad Augustam sororem suam: quibus litteris admonebat, præterquam quod summi ponderis momenta rerum agerentur, illi etiam cavendum esse, ne Austriaca familia, quæ Catholicæ veritatis semper fuerat retinentissima, per eum hanc notam subiret; cum præsertim Rex ipse, si nullam superstitem haberet prolem, aliquem ex Cæsaris domo sibi in successorem adoptare statuisset.

sollicitat intercessionem Regis Hisp.

B

163 Ceterum Legatus, cum primum audientia sibi facta fuisset, Catholici Regis litteris nondum allatis, firmissimis efficacissimisque rationibus infregit atque retudit quidquid Cæsar enarraverat, excusans se ad id concedendum induci posse, ut ceteras hæreticorum factiones omnes extingueret; subjiciente Legato id nequaquam futurum, imo eam fore viam, qua illæ majorem in modum augerentur, stabilesque ac tutæ sic efficerentur, ut inde certum extremumque rerum excidium esset extimescendum. Verum Cæsare causas, quibus nonnullorum suasu id sibi licere arbitrabatur, iterum objiciente, Cardinalis, postremis admotis remediis, minis atque terroribus, eum ita confutare, ob oculosque illi quibus laborabat ponere pericula instituit, ut eam Confessionem, se haud quaquam vel permisisse vel permissurum profiteretur; sed velle se omnino esse in auctoritate Romani Pontificis, à quo perterrefactum se esse dicebat, Legato referente. Nam visum sibi videre sese coram Pio, flagellum manu tenente, consistere; cujus opera scilicet ac studio factum esset, ut id enuntiaretur; eoque Principes Catholici omnes converterent oculos. Cæsar itaque statim provinciales suos, qui ob ejusmodi religionis causam frequentes convenerant, omnes dimisit: iisque & aliis, qui conventuri esse ferebantur, significavit, ne amplius eadem de causa convenirent: Legatoque pollicitus est, se quosdam hæreticos concionatores vicinis è villis expulsurum. Quibus rebus Pius auditis, summopere lætatus est: humanissimisque litteris, quas vidimus, ad Cæsarem datis, ejus pietatem & erga sacrosanctam Sedem Apostolicam studium commendans, illum, ut quæ ad Catholicæ fidei patrocinium & ad S.R. Ecclesiæ dignitatem conservandam pertinent, pro munere suo præstare numquam desisteret, acrius incitavit. Atque ita fuit ab Ecclesia depulsum tam grave periculum. Quin ex hoc ipso facto tribus post annis rejectum consilium est atque petitio quorumdam Archiduci Carolo subjectorum, eamdem Confessionem ab ipso Archiduce deposcentium.

& per Legatum suum evincit apud Cæsarem.

C

Epist. 19 l. 2

CAP. VII

164 Per eadem tempora, ne unquam cum principibus viris pro re Ecclesiastica contendendi Pio deesset occasio, Archidux Ferdinandus Austriacus, in Ecclesiæ Tridentinæ civilem ditionem nescio quid juris sibi esse ratus, quorumdam ei male consulentium impulsu, contra veterem centum annorum & amplius consuetudinem, ad id quasi per vim obtinendum jam Tridentum cohortes emiserat, præsidiariisque ejus urbis militibus ex illius & Ecclesiæ fructibus stipendia solvi statuerat. Quibus cognitis Pius, sacræ videlicet jurisdictionis ut custos summus, ita propugnator egregius, primum quidem omni adhibita moderatione illum ab eo consilio revocare; dein, cum & cohortationibus & precibus locus non relinqueretur, sacras in eum detestationes intendandas esse constituit: atque ut id ipsum contestari denuntiarent, Cardinali Commendono Legato, Melchiorique Billio Internuntio, pro Sede Apostolica in aula Cæsarea commorantibus, imperavit. Mox etiam ea de re Scipionem Lancellotum, Romanæ Rotæ duodecemvirum, qui postea sacræ Purpuræ honorem est adeptus, ad Ludovicum Cardinalem Madrutium Tridentinum Episcopum, illiusque Ecclesiæ Sacerdotum Collegium, ad Bavariæ Ducem & ipsum Archiducem, cum litteris misit: quibus quidem litteris singillatim omnes admonebat, uti Ferdinandi conatibus opponerent sese, neque paterentur ut Ecclesia quidquam caperet detrimenti. Eidem præterea litteras ad Cæsarem dedit, quibus intelligeret, Archiducem de suscepto consilio sibi deducendum, eumque expostulandum, uti fecit, de discrimine, in quod se Majestatemque Cæsaream atque adeo totam eam domum ille conjiciebat: de nota rursus, quæ sibi inureretur, si à Pio fuisset Catholicorum communione submotus: de malo exemplo, quod ad imitandum objiciebat hæreticis, Germanicas Ecclesias omnes occupare conantibus, maximo suo totiusque Austriacæ familiæ dedecore ac detrimento. Illud porro etiam atque etiam videndum, quo majore se jure niti in ea causa putaret, eo minus per vim quidpiam sibi esse moliendum; itaque induceret animum, ut primo quoque tempore ab urbe Tridento milites subduceret, controversiamque vel interposito compromisso vel ex jure dirimi permitteret, offensumque placaret Pium, ipsi merito subiratum. Interim Christophorus Madrutius, Cardinalis Tridentinus appellatus, magnæ vir auctoritatis, & ejus Collega Ludovicus, ejusdem civitatis Episcopus, uti ferenda anathematis sententia supersederet, Pio supplicavere: nam fore brevi, id quod fuit, ut ejus rei absque Ecclesiæ damno componendæ ratio consiliumque caperetur. Itaque de illius Ecclesiæ jure cum nihil decessisset, eam Pius gravi periculo liberavit.

jus Ecclesiæ Tridentinæ defendit.

Epist. 8 l. 2

Ferdinando Austriaco excommunicationem minatus.

D

E

F

165 Magnos interea motus in Scotia perduellium hæreticorum furor exciverat: inclinataque jam res eo spectare videbatur, ut regia stirpe atque omni Catholicæ veritatis luce prorsus extincta, exitialis erroris tenebræ in recta fide labantibus præstringerent oculos, regnoque potirentur hæretici. Tenebat per idem tempus regni gubernacula Maria, Jacobi Stuardi eo nomine Quinti Scotorum Regis filia, caris orbata parentibus, eximiæ virtutis femina, Catholicæque pietatis propugnatrix egregia. Hæc primum Francisci II Gallorum Regis uxor, mox vidua, ad patrii Scotiæ regni administrationem cum revertisset; rebus ut consuleret suis, principum affinium suorum suasu, Henrico Stuardo Lennosii Comitis filio nupserat. Sed is per hæreticorum fraudes miserabiliter interemptus, reliquit ex ea genitum filiolum, Jacobum nomine: quo nunc in Anglia Scotiaque regnante, ope divina gentes illas, olim Catholicæ religionis cultu florentissimas, ad Apostolicæ Sedis obedientiam, sacrosanctæque Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ gremium reductum iri, optant boni omnes

CAP. VIII

Mariam Reginam Scotiæ

Epist. 8 l. 1
Epist. 54 l. 3
Epist. 37. 38 lib. 4

ac

A ac ſummis votis Deum comprecantur. Iterum ergo vidua Maria, cum Jacobi ſpurii fratris ſui, hæreticorum facile Principis, regnum peſſimis artibus occupare conantis, ceterorumque perduellium inſidiis undique peteretur; in maximas inciderat ærumnas ac difficultates: quas hoc loco recenſere longum ſit, minimeque opportunum. Inter alia vero erat, quod cum à Catholicæ fidei profeſſione averti tentaretur, in aſſiduo vitæ diſcrimine verſabatur; in cuſtodiaque per annum afflicta, cum inde ſe fuga proripuiſſet, nullo jam loco tuta conquieſcere poterat.

vexatam ab hæreticis

166 Concitabat has turbas Eliſabetha, Anglorum impia Regina; perduelliumque ſtudia in primis fovebat, tum ut hæreticorum factionem & ipſa hæretica ſuſtineret, tum etiam ut Mariam, utpote regni æmulam & heredem, è medio tolleret. Anglici namque regni ſceptra, non hæreticæ Eliſabethæ, Henrici VIII Regis inceſtæ filiæ, ſed ipſi Mariæ Catholicæ deberi conſtabat: cujus pater Jacobus matrem habuerat ejuſdem Henrici ſororem natu majorem. His ergo rebus cognitis, Pius ad rem Chriſtianam vel in remotiſſimis Orbis partibus & reſtituendam & propagandam pro

Nuntium cum peculiis

B munere ſuo ſemper intentus, Mariæ Reginæ Scotiſque Catholicis afflictis, quibus poſſet maximis adminiculis ſuccurrendum eſſe exiſtimavit. Itaque ad implorandam opem divinam piis ſuis aliorumque precibus confugiens, Regem Catholicum Philippum alioſque Chriſtianos Principes, ut ſuppetias quiſque ſuas Scotiæ ferrent, graviter hortari atque inflammare inſtituit. Mox Vincentium Laureum, quem ſibi poſt initum ſummum Pontificatum, ut oſtendimus, Eccleſiæ Montis-regalis in Subalpinis Epiſcopum ſuffecerat, Apoſtolica auctoritate Nuntium in Scotiam decrevit; quem viginti millibus aureorum (plura ſine dubio, ſi tuliſſet occaſio, deinceps erogaturus) ac ſalutaribus conſiliis inſtruxit: quibus ille rebus ad protegendam religionis cauſam, Mariamque & regnum periculis eximendum, uteretur. Quin etiam ad illam manu ſua conſcriptas, ſtudii ſui & ardentis pietatis indices, ejuſmodi litteras dedit.

167 Ex quo, cariſſima in Chriſto filia, tumultus à perduellibus tuis, iiſdemque ſinceræ & Catholicæ religionis hoſtibus, excitatos intelleximus; non prætermiſimus, quo minus ex animo, ſicuti par erat, ad Deum tum noſtris tum aliorum religioſorum hominum precibus confugeremus. Li-

C *& conſolatorias literas mittit* benter tibi omnino vita & ſanguine proprio ſuppetias attuliſſemus: omni quidem animi ardore Principes Catholicos, ut tibi auxilio eſſe vellent, hortati ſumus. Poſtquam vero te tam ingenti periculo divina ope ereptam fuiſſe novimus, ut gravi nos ægritudine levari ſenſimus, ita ſi non quas debebamus, ſaltem quas pro viribus potuimus, Deo gratias egimus. Nunc quoniam ob ingraveſcentem jam ætatem noſtram, ac tot immenſas occupationes, quibus hic pro univerſa Chriſtiana republica diſtinemur, in Scotiam ire non poſſumus, mittendum duximus Nuntium noſtrum, Vincentium Montis-regalis Epiſcopum, virum rara ſingularique propemodum virtute, doctrina & prudentia præditum, qui tibi ſingulis quibuſque occaſionibus inſerviat. Ipſi igitur æque ac nobis fidem in omnibus habebis. Quod ad nos attinet, enitemur certe atque efficiemus, ut nullum unquam paterni affectus ſtudiique officium à nobis poſſis deſiderare.

168 Itaque Vincentius, omnibus, quæ ad legationis ſuæ munus obeundum neceſſaria videbantur, à Pio mandatis acceptis; ſub ipſo ferventis caniculæ æſtu longum iter ingreſſus, præ multis ac gravibus Scotorum tumultibus Lutetiæ Pariſiorum ſubſiſtere cogitur: nec potuit in Scotiam trajicere, uti Regina Maria pro maximâ ſua in Pontificem pietate vehementer optabat: neque enim illa dubitabat, quin prudentiſſimis ejus conſiliis auctoritateque nixa, tum Catholicam religionem protegere ac vindicare, tum regni incolumitati ſalutique proſpicere aliquando poſſet. Quod ſi Regina conſiliis, quæ à Pontifice, prudentiæ fideique plena, ſuggerente Nuntio, proficiſcebantur, uſa fuiſſet; ut deinde compertum eſt, graves calamitates, quas poſtea ſubiit, evitare procul dubio potuiſſet. Denique Vincentius tertium ſe jam menſem Lutetiæ detineri, moramque hujuſmodi & Pontificis Maximi & Legationis ſuæ exiſtimationi parum honorificam videri, Reginæ quoque ipſius dignitati haud decoram eſſe idemtidem expoſtulans; crebris eam litteris hortabatur, ut quod in ſe erat, primo quoque tempore præſtaret; egregiamque virilis animi conſtantiam ac pietatis ardorem, quem multis ac variis periculis pro fide Catholica ſuſceptis memorabili poſteritatis exemplo nuper oſtenderat, non modo non extinctum, ſed auctum etiam eſſe demonſtraret. Quocirca Maria Edimburgi, quæ urbs primaria totius regni eſt, E omnium ordinum conventum habuit, ubi duo vix tandem obtinere potuit. Alterum, ut quem diximus, filii ſui paulo ante nati baptiſmus publice Catholico ritu, uti factum eſt, celebraretur: alterum vero, licet promiſſum, ut nempe Sedis Apoſtolicæ Nuntius quo par erat honore in Scotiam admitteretur, hæretici præſtare noluerunt. Itaque rebus, ſive ad Catholicam religionem ſive ad regni quietem pertinentibus, omnino deſperatis; Vincentius legationis ſuæ munus obire non poſſe perſpiciens, jubente Pontifice, ad regendam Eccleſiam ſuam in Italiam remigravit.

PER ANTGABUT.

qui Pariſiis coactus ſubſiſtere,

& inde fruſtra ſalutaria ſuadens,

redit in Italiam.

169 Mariam deinde cum aſſiduis perduellium ſuorum inſidiis tentaretur, Eliſabetha fingens ſe afflictæ conditionem miſerari, ſimulate ſolabatur; auxiliumque ſuum pollicens, in Angliam ut tranſcenderet per fraudem alliciebat. His ergo & hæreticorum vexata dolis, & perfidis Eliſabethæ pollicitationibus ducta, imo ſeducta, in Angliam demigravit; ſubſidium inde accepturam ſe, in Galliamque ad ſuos à quibus benigne invitabatur, fide publica tranſituram eſſe confidens. At vero non hoſpes ab hoſpite tuta, hæreticorum perfidiam F & immanitatem denuo cogitur experiri. Nam ubi Eliſabetha Mariam habuit in poteſtate, ſive quod nefarias hæreſes amplecti recuſaret, malletque pro fide Catholica pati quam impie regnare, ſive quod Anglici regni jura ad Mariam (ut oſtendimus) pertinere conſtaret, eam in vincula conjecit. Quam inde Pius per litteras ſæpius eſt conſolatus, & quibuſcumque poſſet auxiliis eam liberare contendit. Sed deinceps per annos ferme duodeviginti in arcta tenta cuſtodia, cum nullo aut ſquallore carceris, aut cruciatuum terrore, aut denique blanditiis de firmiſſimo colendæ Catholicæ religionis propoſito obedientiaque ſacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ præſtanda dimoveri potuiſſet; impio ipſius Eliſabethæ decreto capitis damnata, à terreni & caduci regni miſeriis ad cæleſtis & æternæ felicitatis gaudia, ut pie creditur, feliciter evolavit.

captam deinde ab Eliſabetha Mariam

ſolatur Pius.

PER ANT. GABUT.

CAPUT IV.

Acta pro conservanda fide Catholica in Anglia. Anathema in Elisabetham Reginam.

CAP. IX

170 SErpebat interea, maxime in Angliæ regno, Calviniana & alia multiplex hæretica pestis, manabatque malum quotidie latius: quoniam hæreticos Elisabetha, Anglorum haud legitima Regina, tanta cum pertinacia fovendos susceperat, ut funestam illam veterum tyrannorum in Ecclesiam Dei sævientium immanitatem referens, Catholicos ibi piosque omnes variis divexaret modis. Eos enim iniquissimis legibus ac pœnis opprimere, & ipsorum bona vel proscribere vel diripere, & laicos & Sacerdotes, insuper & Episcopos, alios carcere, alios exilio, alios nece multare, sacrosanctos Ecclesiæ ritus interdicere & conculcare, atque alia impietatis plena flagitia patrare sic instituerat, ut per annos quatuor & quadraginta rerum potita, tandem divino judicio, hoc anno MDCIII, dum hæc scriberemus, impiam vitam cum sempiterna morte commutaverit. Ferebat hæc mala Pius Pontifex sane molestissime, ac pro munere suo ardentique in Christianam rempublicam studio, quemadmodum in Gallia, Belgio, ac Scotia, sic in Anglia fœde glisscentis impietatis flammam vel omnino restinguere, vel certe quoquo modo posset coërcere, atque oppressos Catholicos summis mortalis & immortalis vitæ periculis eximere nitebatur. Quam ad rem & adjuvandam & conficiendam, dum Christianos Principes ac Reges per litteras adhortaretur, interim ipse Catholicos Anglos, sive patria depulsos, sive carceribus inclusos, sive etiam aliis incommodis afflictos, liberali & opportuno, qua pecuniarum subsidio, qua epistolarum solatio recreabat: & una quidem ex parte ipsi Scotorum Reginæ, ut jam diximus, opem ferre, eamque omnino liberare; ex altera vero lapsam in Anglia religionem renovare cogitabat: simul & illam malorum omnium sentinam, seu, ut appellabat ipse, flagitiorum servam de medio tollere; si minus posset ad sanitatem revocari.

Sub Elisabetha tyranni de pressos Catholicos

B

juvare nititur Pius

Epist. 22 lib 3 Epist. 10 lib. 4 Epist. 10 lib. 5

171 Fovebat enim suis Elisabetha studiis Christianorum dissidia; & impios hæreticorum conatus, in Gallia præsertim & Scotia Belgioque provehens, Germanos Protestantes adjuvabat. Quare Pius nonnullis viris in Anglia mandavit, ut de rebus & Catholicorum & hæreticorum omnibus cognoscentes, cuncta perscriberent ad se: atque ad pristinum sacrorum ritum in ipso regno instaurandum, Catholicos incitarent. Sed cum haudquaquam permitteretur, ut vel Apostolicus Internuntius, vel alius quispiam sacrosanctæ Romanæ Sedis personam sustinens, posset ibi consistere; omni studio faciendum curavit, ut Robertus Rodulfus nobilis Florentinus, qui per mercaturæ speciem illo commorabatur in regno, incolarum animos ad Elisabethæ perditionem rebellione facta commoveret. Is ergo Pontificis nomine rem diligenter egit, non modo cum Catholicis, quorum ibi bonus erat numerus, sed cum multis etiam Protestantibus, qui in id variis de causis pariter conspirabant: alii quidem ob vindicandas privatas inimicitias, quibus diffidebant ab iis qui ad ejus regni hereditatem aspirare conabantur; alii vero majore spe rerum innovandarum excitabantur: quod sane firmum optimi rerum successus fundamentum esse videbatur.

& hos atque alios contra ipsam suscitare.

C

implorat is in eam rem Hispanorum & Francorum auxilia:

172 Cum igitur videret Elisabetham ipsam supremi Ecclesiæ capitis locum & auctoritatem in omni Anglia sibi arroganter atque impie usurpasse, sacrosanctum Missæ sacrificium ac reliquos ritus Catholicos aboleviſſe, impia dogmata & instituta, ad Calvini præscriptum à se susceptа & servata, à subjectis etiam sibi populis servari mandavisse; Episcopos & Sacerdotes Catholicos ex Ecclesiis suis ejecisse, eosdem insuper & carceribus & acribus supplicis ad necem usque divexasse; atque id genus alia complura, quæ referre longum esset, quæque satis jam nimis orbi cognita sunt, exempla impietatis edidisse; cumque ejusdem Elisabethæ animum tam pertinaciter obfirmatum intelligeret, ut non modo pias Catholicorum Principum de sanitate ac conversione preces admonitioneſque contemneret, sed ne Sedis quidem Apostolicæ Internuntios in Angliam trajicere permitteret; gravissimum edictum promulgavit atque sententiam, qua ipsam Elisabetham hæreticam & hæreticorum adjutricem esse, & una cum iis, qui ei in ejusmodi flagitiis adhæsissent, anathematis pœnam incurrisse declaravit; ac præterea omni jure regni, si quod illi erat, omnique dignitatis & honoris titulo eam spoliatam esse statuens, proceres & universos illi subjectos ei præstandæ fidelitatis sacramento solvit, anathemate proposito iis qui ei deinceps in rebus ejusmodi paruissent.

D

deinde sacri legam Reginam excommunicatam

Epist. 11 lib 1 Epist. 36 lib. 4

E

F

& regno privatam declarat,

Constit. 101

173 At enim cum hoc edictum in Hispania Galliaque publicari difficile videretur, ne in illas nationes magis irritaretur ea pessima femina, idque in Anglia primum evulgandum putaret; ejus multa ad Rodulfum misit exempla, ab eo, uti fecit, ibi disseminanda. Cumque unde allata illa fuissent prorsus ignoraretur; quamplurimi, quod manu sua ea descripsissent, capitis supplicium publice pertulerunt. In iis Joannes Feltonus, Britannus, vir & generis nobilitate satis clarus, & Catholicæ veritatis confessione multo clarior: qui veræ fidei studio permotus, cum exemplum ejusdem sententiæ ad fores ædium

sententiam Londini affigente Feltono,

Episcopi

A Episcopi Londinensis affixissetur, deinde comprehensus, acerbissimo genere mortis affectus est; constanter asseverans, se recte feciſſe, atque ad idem denuo præstandum paratum esse. Illas enim Pii V Pontificis Maximi litteras merito sibi venerandas videri, seque agnoscere illum esse Jesu Christi Vicarium in terris: quæ res indigenarum animos ita permovit, ut non amplius Elisabethæ parendum esse publice vociferarentur. Quod si per eos dies aliorum se ducem aliquis præbuisset, proculdubio rebus subito motu subvertendis, atque adeo melius conformandis, populi animos adjeciſſent. Quamobrem Elisabetha metu perculsa, quippe quæ Optimatum conjurationem præsensisset, armare sese atque parare instituit; cum ut se ipsa tueretur, tum etiam ut in ejus conjurationis participes acerbe sæviret.

174 Interea Thomas Northumbriæ & Carolus Vestemerlandiæ Comites Catholici, veriti ne in ditionibus suis ex improviso ab hæreticis deprehenderentur, conjurationis sociis externisque haud expectatis auxiliis, duodecim hominum millibus suffulti; cum edixissent, se eo potissimum nomine arma capere, ut Catholicam religionem resarcirent, avitasque pietatis leges in Anglia restituerent; bellicas vires suas B ad expugnandam Elisabetham contulerunt. Verumtamen illi pecuniarum inopia pressi, cum rerum gerendarum sumptus diu sustinere non possent, in Scotiam tandem recepti, nihil profecere: sed illius, ut ajunt, causa fuerunt incommodi, ut Elisabetha suspicionibus ducta, ac ne conjugium Scotorum Reginæ succederet valde solicita, Norfolcium Ducem aliosque præterea multos, quo in numero Rodulfus erat, in vinculis jusserit detineri: verum cum latentia conjuratorum consilia rescire illa non posset, captivos omnes præter Ducem dimisit. Interea Pius aureorum nummûm centum quinquaginta millia Rodulfo curaverat, majoremque summam ad eam expeditionem parabat in dies: quo tamen ille subsidio, carcere præpeditus, Catholicis sociis subvenire non potuit. Is vero postea illis dinumeravit certam ejus pecuniæ partem qua munitis in locis, ac propugnaculis sustentare sese ipsi tutarique possent: aliam inde partem Norfolcio Duci, aliam vero aliis conjuratis occultis, ut in sententia persisterent, impendit. At cum idemtidem obstreperetur in regno, Elisabetha quosdam in regiam per multiplicem simulationem advocavit, nihil tamen ausa tumultum excire: qui quidem abnuentes eo convenire, palam profitebantur, se nequaquam illi obtemperaturos, vigente scilicet edicto Pontificio: quod tamen illa grave sibi esse dictitabat, non tam ob rem ipsam per se, quam quod id factum esset à Pio, cujus & admirabilem ad Pontificatum assumptionem & vitam integerrimam ipsa prædicabat.

Catholicis Ducibus pecuniam subministrat

C

175 Ceterum ut optimis quibusque fundamentis ea niteretur conjuratio; Rodulfum cum mandatis conjurati legarunt ad Pontificem, cui omnia, quod in ipsis erat, comparata esse renuntiaret, ut negotium & vindicandæ religionis, & suam in sedem restituendæ Scotorum Reginæ causa susceptum, conficeretur, eaque ipsi Norfolcio Duci in matrimonium collocaretur; ac Pio suggereret, incitandum esse Regem Catholicum, ad ea quæ poscebant conferenda subsidia. At Pius, rerum serie optime perspecta eademque probata: Rodulfum, per caulam offerendæ de fœdere pactionis, ad Hispaniæ & ad Lusitaniæ Reges cum litteris misit. Quo tempore ad Norfolcium captivum Pius etiam perscripsit, uti bono esset animo; ac certo sciret, se nulla in re illi unquam defuturum. Rodulfus Catholico Regi litteras reddens, eidem retulit Pii consilium, ad tam egregium aggrediendum facinus dandaque illico postulata

Regesque Hispaniæ & Lusitaniæ ad eos juvandos solicitat,

subsidia eum cohortantis. Quam ad rem Pontifex se non modo quidquid posset collaturum auxilii, sed etiam, si opus fuisset, ut optime de Christiana republica mereretur præsentem se affuturum; cumctaque Sedis Apostolicæ vectigalia, & item sacros calices, cruces atque adeo vestimenta sua ob id oppigneraturum pollicebatur. Cumque hæc verissima esse constaret, illud satis esse videbatur, si Rex Catholicus ex Gallia Belgica in Angliam armatas cohortes trajiceret, ductore Chiapino Vitellio, ubi Albanus esset impeditus.

PERANT GABUT.

1 6 Id vero cum Rex ipse fieri mandavisset, interimque procurante Pio, aureorum ducenta millia in eam rem in Belgis dinumerari jussisset; intercedens Albanus, variis difficultatibus negotium obstructum esse (ut suspicionibus implicita sæpe sunt Principum consilia) renuntiavit. Nam si eam expeditionem, inscio Gallorum Rege, Catholicus aggrederetur; fore ut indignati Galli, sua & Anglica simul arma in Belgas converterent; verentes nimirum, ne Anglia in Hispanorum caderet potestatem. Quod si etiam Galli tum intestinis bellis impediti, cum primum possent, Anglicanam expeditionem per se suscepissent; suspicandum esse Catholico Regi, ne eodem illi regno potirentur. Neque vero E Pontifex ipse, quod satis utrisque esset, poterat tuta cuncta pollicere. Hæc igitur momenta rerum impedimentaque omnia, consideranda Regi, per litteras Albanus proponebat. Cui dum Rex imperat denuo, ut nulla re impediretur, quin juvandis in Anglia sociis cœptam navaret operam, ad eum Misso Rodulfo cum pecunia in eam rem; interim divino judicio permissum est, ut de rerum serie tota ad Elisabetham referretur à nonnullis, Galliæ regno politice magis quam pie consulentibus; statusque jure, (quod Pius diabolicum jus appellare solebat) atque vana suspicione implicitis, ne scilicet Anglia recepta, Galliarum Regno potirentur Hispani.

sed morae injiciente Albano

& conspirationem prodentibus Francis.

177 Quamobrem majore adhibita diligentia, Norfolciæ Ducis litteras Elisabeth intercepit, cum aureorum duodecim millibus, quæ ipse in Scotiam, ut copias instruerent, ad socios submittebat. Extemplo Ducem arctius illa constrinxit, aliosque præterea multos in vincula conjecit: quo in numero fuit is, qui ipsi Duci erat à secretis: qui in quæstionem datus, ubi arbitrariæ litterarum notæ delitescerent, indicavit: ex quo Dux convictus, cum aliis quoque multis extremo supplicio fuit affectus. Id autem quam ingentem dolorem attulerit Ponfici, verbis explicari vix potest. Rex deinde Catholicus coram Cardinale Alexandrino, in Hispaniam, uti dicetur, ad eum Legato, collacrymans ajebat; nullum unquam hoc ipso vel præclarius vel sanctius compositum stratagema fuisse: neque vero majorem unquam visam esse conjuratorum sive concordiam sive constantiam: si quidem per tot dies nihil unquam ab ipsis temere enuntiatum erat, magnaque rei bene gerendæ atque opportuna sese offerebat accasio. Sed enim summus ille mundi opifex, cujus nutu omnia gubernantur, seu mortalium peccatis id emerentibus, seu ut ex Anglia vigente persecutione plures interim Christi Martyres, uti deinceps factum est, in cælum evolarent; hos alioqui pios conatus irritos esse permisit.

expeditio illa evanescit.

F

PER ANT. GABUT.

CAPUT V.

Fides Catholica in Polonia & Pruſsia ſtabilita. Alibi hæreſis infirmata, & Clerus reformatus.

CAP. X

178 AT vero nec minori periculo, hæretica gliſcente perfidia, per idem tempus in Polonia res Chriſtiana laborabat. Nam cum Petricoviæ, quædam adverſus Eccleſiaſticam libertatem publice decreta fuiſſent, inde ſacra violabatur juriſdictio: ac præterea veteres Eccleſiæ ritus, ſtatæque ceremoniæ pleriſque locis immutatæ paſſim labebantur. Quibus rebus cognitis, Pius primum Julium Rogerium, Protonotarium Apoſtolicum, eruditum ac prudentem virum, jam à ſuperiore Pontifice deſtinatum, Internuntium Apoſtolicum ad Sigiſmundum Poloniæ Regem decrevit, optimis conſiliis ac mandatis inſtructum: in primis vero Regem illum in officio contineret, eique denuntiaret, quicumque religionem contempſiſſent, eos (quod perpetuo res ipſa docuiſſet) divino judicio graves in hac vita pœnas dediſſe, præter æterna, quæ poſt mortem eos manent, atrociſſima ſupplicia: atque ex immutatione religionis regnorum excidia conſequi ſolere. Tridentinum Concilium, ab ipſo Rege jam receptum, in uſum induci; ſacram juriſdictionem ſalvam & integram conſervari; templa, cœnobia, aliaque ſacra loca, vel ab hæreticis diruta, vel hominum negligentia collapſa renovari, ſartaque tecta præſtari; Chriſtianæ diſciplinæ leges priſtinum in ſtatum revocari; inter ſacrorum Antiſtites controverſias componi ac dirimi procuraret. Rex vero ſe Catholicorum patronum vindicemque præberet ac profiteretur; ejuſque ſorores, Principibus nuptæ viris, per homines pios Catholicæ veritatis in officio retinerentur. Tranſilvaniæ Princeps, ejuſdem Regis ſororis filius, à moribus ac conſuetudine hæreticorum, eum ſeducere conantium, atque ad eccleſiaſticam omnem ibi delendam diſciplinam impie cohortantium, omnino ſejungeretur.

Miſſo in Poloniam Internuntio

B

Epiſt. 4, 5, 22 lib. 2

Epiſt. 42 lib. 4

179 Et quoniam Magnus Moſchorum Dux Polonicum Regnum invaſurus eſſe ferebatur; id Pius, quoad ejus fieri poſſet, avertendum ſibi eſſe exiſtimans, miſit, qui de illius conſiliis cognoſcerent, agerentque cum eo, ut ſeſe Chriſtianis cum Principibus communi fœdere conſociaret, ſeque potius ad bellum adverſus Turcam hoſtem ſuum pro viribus gerendum compararet; quin etiam ea de cauſa cum Polono pacem conficeret: qua de re Pius erat ad Moſchum Oratorem legaturus. Cogitabat per id tempus Rex ille, Reginam uxorem ſuam, ceteroqui legitimam, Maximiliani Cæſaris ſororem, ſterilitatis cauſa repudiare: id vero conſilii præter alios hæretici maxime commendabant fovebantque: quod ſi factum fuiſſet, præterquam quod ſacris legibus repugnabat, ut turpem Regi notam inurere, ita pernicioſo tum Chriſtianis, tum aliis etiam populis, præſertim vero principibus viris, exemplo futurum boni omnes judicabant. Itaque Pius per litteras apud Regem tantopere contendit, ut eam ille cogitationem abjiceret: quin etiam obtinuit, ne quiſpiam Regis nomine (quæ plerique à Pontifice petituri eſſe dicebantur) ſacram ſub utraque ſpecie Communionem Sacerdotumque connubia deinceps auderet poſtulare. At vero cum in Lublinenſibus comitiis decretum olim eſſet & conſtitutum, ut ex Polonia Trinitarii & alii quidam hæretici depellerentur, Confeſſioniſtæ vero quos vocant & Calviniſtæ tolerarentur; ea de re Pius cum ipſo Rege & cum aliis Catholicis graviſſime expoſtulavit, oſtendens, id decreti Catholicæ veritati peſtilentiſſimum eſſe: neque vero ſe id ullo pacto permiſſurum: quinimo facturum, ut Regis juſſu hæretici illi ab omnium dignitatum gradibus ac publicis muneribus amoverentur. Itaque ſtatim illud antiquatum eſt & abrogatum. Quæ res illi regno ſalutaris admodum fuit: nam ſi ſecus accidiſſet, perverſa ac falſa dogmata ſua ſectarii corroboraſſent, hæreticaque peſtis miſerandum in modum aucta fuiſſet.

Moſchum in Turcas excitat,

C

regium divortium impedit,

decreta faventia hæreticis abolet.

D

Epiſt. 7 l. 1 & 23 lib. 2 & 1, & 2 l. 3 & 43 l. 4

180 Poſt Rogerium Pius Vincentium Porticum, Lucenſem, integrum virum, quem dein Epidaurenſium Archiepiſcopum novimus, Internuntium Pontificium apud eumdem Regem conſtituit: hujus autem opera Pontifex ibi multa eaque præclara ita geſſit, ut inde magnam integritatis, animi magnitudinis, ac liberalitatis laudem ſit conſecutus. Ac primum quidem, ut ex earum gentium animis omnem ſuſpicionem avaritiæ, cujus inſimulabantur Sacerdotes, prorſus evelleret, faciendum eſſe conſtituit, ut ſacra negotia cuncta & facultates, quas tamquam Apoſtolicus Internuntius daret, nullo quæſtu nullaque intercedente vel pecunia vel mercede, ſed gratuito ille gereret & adminiſtraret. Quæ res ibi magno provehendæ religioni tum adjumento fuit, tum etiam incremento. Jam vero cum Rex aperte perſpiceret, quam ardenti ſinceroque ſtudio Pius regiam in ſalutem regnique illius amplitudinem & tuendam & amplificandam eſſet intentus; optavit, ut Internuntius regiis negotiis intereſſet: exiſtimabat enim hac potiſſimum ratione futurum, ut ope divina cuncta ſibi feliciter evenirent. Quocirca ejus tantum rei cauſa miſſo tabellario, id eum rogans, litteras dedit ad Pontificem: qui mox ad Internuntium manu ſua ſcripſit in hanc ſententiam. Lætati ſumus vehementer, indeque Deo gratias egimus, cum intelligeremus, abs te cumulate ſatisfieri Regiæ iſti majeſtati; idipſumque ab ea de virtute tua judicari, quod jam antea nos quoque judicavimus. A nobis autem Rex ipſe petit, ut quoties opera tua ſibi fuerit opus, ſive procurandis rebus humanis, ſive aliis negotiis ad iſtius regni tranquillitatem & pacem conficiendis, tuum vel conſilium vel officium ei deſiderari ne patiaris. Et quoniam genus hoc petitionis à ſincero quodam optimoque propoſito videtur proficiſci, tam præclaro deſiderio deeſſe noluimus. Quare mandamus tibi atque præcipimus, ut quoties poſtulatus fueris, ea diligentia ac fide illi deſervias, qua nobis ipſis inſervires. Romæ XIII Kal. Februarii MDLXIX.

alteri poſtea miſſo mandat ut agat gratis

Regique petenti ubique adſit.

E

F

181 His igitur conſiliis deinde factum eſt, non modo ut major inter Pium ac Regem illum animorum conjunctio intercederet ac benevolentia, ſed etiam ut Internuntius Pontificia negotia regiis præferens, res graviores deinceps curaret conficiendas. In iis ut hæreticis amotis, publica munera Catholicis mandarentur: ut Staniſlaum Hoſium, Varmienſem Epiſcopum & Cardinalem, ſingulari virum doctrina parique vitæ ſanctitate præditum, Rex honorificentius haberet, eo proximo ſibi loco in Senatum admiſſo; cum antea inter Epiſcopos, uti Varmienſis Antiſtes, ſeptimus aſſideret. Internuntio præterea Pontificio conceſſum, ut ad dexteram Regis ubique eſſet, uti deinceps apud ipſum perpetuo fuit. Ex hac eadem fiducia mox orta & conſtituta eſt Lituaniam inter & Poloniam optata concordia, quæ ſexaginta jam annorum ſpatio ſæpius agitata ſtabiliri non potuerat. Hinc porro factum, ut ſacra vectigalia, quæ ad ſancti Petri patrimonium antiquo jure pertinent, facilius ibi ac tutius exigi poſſent: quæ cum jam inde ab anno poſt Chriſtum natum MXXXVIII, ob datum Polonis conceſſu Pontificio Regem Caſimirum, qui monachus fuerat Ciſtercienſis, Apoſtolicæ Sedi, quam tenebat eo tempore Benedictus IX, viritim

unde multa Pontifici honorifica, regno utilia ſecuta.

A viritim gratis animis pendi cœpiſſent, dehinc paſſim ſolvi deſierant: quod Romani Pontifices pro tempore Polonorum Regibus, ad eas gentes in officio ac fide continendas, condonare interdum conſueſſent; præſertim ab anno ſalutis MDXXX. At vero cum Sigiſmundus Rex, bonis omnibus annuentibus, ea Pio pendi ſtatuiſſet, illico Pontifex eadem exigendi eo miſit facultatem. Quamquam ne res ad exitum perduceretur, variis intercedentibus hominum ſtudiis, mox fuit impeditum: nonnullis Pio ſubjicientibus, cavendum eſſe, ne id avaritiæ ſpeciem apud eas gentes præ ſe ferret, itaque id damni Pius diſſimulare maluit, quam vel ullam licet injuſtam cupiditatis notam ſubire, vel puſillis animis querendi occaſionem dari: quamquam non ignorabat, in officio recte præſtando retinendoque jure ſuo, vel puſillorum querelis vel iniquorum calumniis impediri quemquam non oportere: ſed aliquando de jure ſuo non nihil decedere, magnum eſſe compendium.

Tributum ſacrum ibidem exigere diſſimulat;

182 Inter hæc autem Romani Pontificis in Pruſſiam jura quædam retinenda ac tuenda eſſe Pius cogitavit: erat namque Pruſſia quondam Sedis Apoſtolicæ ditio, in qua Pontificius Quæſtor conſidebat: ſed eam ditionem Albertus Marchio Brandeburgenſis, ſumpto Ducis titulo cum olim occupaſſet, eique filius ſuccedens hæreticus vel ob id tenere illam jure non poſſet; ei qui titulum ac ditionem ipſam tum uſurpabat, quidquid Apoſtolica Sedes in Pruſſiam haberet juris, in Lublinenſibus Comitiis publice denuntiari, ac denuntiationem ipſam publicis tabulis conſignari, uti ſedulo factum eſt, Pius imperavit. Præterea vero, ſuadente Pio, Rex ſeſe cum Maximiliano Cæſare ad rem Chriſtianam à Turcarum furore vindicandam clandeſtino fœdere conjungere, ſororemque ſuam nuptum in Auſtriacam familiam collocare, atque de hiſce aliiſque de rebus in ipſius Cæſaris colloquium venire conſtituit. Quæ tamen ne fierent, aliena, ut plerumque accidit, interpoſita conſilia præpediverunt. Ad hæc Societati Jeſu, quæ benigne deinceps ac liberaliter ibidem accepta eſt, tria collegia, cohortante Pio, Rex ædificavit: eaque & amplis vectigalibus, & pretioſo inſtructiſſimæ bibliothecæ ſuæ munere decoravit. Ad extremum Rex, ut rectam ſuam in Deum fidem atque in Pontificem Pium obſervantiam teſtaretur, hæreticam omnem pravitatem in dies magis execratus, cum per tabulas duorum teſtium firmatas fide regioque ſigno præmunitas, ſe in omni vita Catholicam religionem ut antea profeſſurum, nec ullam ejuſdem religionis immutationem unquam in regno ſuo permiſſurum eſſe Pio ſpopondiſſet, eaſque obſignatas ad eum tabulas miſiſſet; ad hoc ipſum magis etiam confirmandum, die Cœnæ Dominicæ ſacro, magna pii populi lætitia publice Catholico ritu communicavit.

ſuum autem jus in Pruſſia tuetur:

B

fuadet fœdus cum Cæſare contra Turcas, &c.

collegia Societatis Jeſu fundanda

183 Interea ubique ferme gentium Pontificis opera ſanctæ religionis cultus renovabatur egregie. In primis vero Dantiſci, quæ celeberrima Pruſſiæ civitas eſt, maximiſque mercimoniorum commerciis inter omnes Europæas urbes inſignis. Erat in ea civitate Catholicæ veritatis ita lumen extinctum, ut omni eccleſiaſtico jam Ordine ſublato, nullum fieret ſanctæ Miſſæ ſacrificium, nullæ ſacræ conciones à Catholicis unquam haberentur: omnia denique, Lutherana peſte aliiſque peſſimis depravatæ religionis erroribus referta, miſerandum in modum interibant. Verum hujus Pontificis ope, Dominicanæ familiæ Fratribus templum cœnobiumque ſuum ibi reſtitutum eſt: quæ ædificia & amplitudine & opere præclara etiamnum extabant, militum hoſpitio ac præſidiis expoſita. Qua reſtitutione facta, plurimi concionatores egregii aliique præterea ejus Ordinis Sacerdotes eo miſſi ſunt: qui ſacris faciendis, tantoque illorum populorum concurſu atque frequentia, quanta explicari vix poteſt, concionibus habendis, Pontificiis tum precum tum pecuniarum ſubſidiis adiuti, eas gentes ad fidem Catholicam reduxerunt. Exinde per eas regiones omnes, ad illorum quos ad ſanitatem reductum iri ſpes erat commoditatem, ingentem Sacerdotum numerum decrevit, cum poteſtate, illos, modo ad ſaniora redirent conſilia, à crimine hæreſeos abſolvendi; ex quo æternæ ſalutis admirabiles ſunt fructus conſecuti. Ac proinde continuata res eſt, ceteris pro tempore miniſtris eo miſſis, ad illorum populorum, divini luminis ope in dies reſipiſcentium, procurandam ſalutem: cujus quidem ſingularis beneficii haud immemores illæ gentes, in hanc uſque diem cum gratiarum actione Pii laudes concelebrare non deſinunt.

cœnobium Dominicanis reſtituendum Dantiſci,

PER ANT. GABUT.

magno cum fructu.

Jam vero cum nihil eſſe aut Deo magis inviſum aut humano generi peſtilentius hæretica pravitate, Pius optime perſpiceret; ad hanc contagionem ubique terrarum radicitus evellendam, cum in omni vita ſua, tum in primis in Pontificatu, & prudentiſſimis conſiliis, & piis cohortationibus, & humaniſſimis monitis, & bellicis ſubſidiis, armis ac pœnis adhibitis, nullis laboribus parcens aut impenſis, nihil non agendum ſibi eſſe perpetuo cogitavit. Docent hoc ea, quæ in Italia, in Gallia, in Belgio, in Hiſpania, in Scotia, in Anglia, in Polonia, in Pruſſiaque ab eo contra hæreticos geſta fuiſſe hactenus commemoravimus. Ad hæc vero illud etiam accedit, quod eodem ipſe religionis incenſus ardore, cum Italicarum tum exterarum quoque gentium Præfectos commonebat interdum, ſummo ſtudio invigilarent, ut ſi quis apud eos hæretica infectus labe deprehenſus fuiſſet, is continuo ſacrorum Inquiſitorum in poteſtatem traderetur. Ac propterea Catholicos & religioſos viros quoquoverſum ſubmittebat idemtidem odoratum, quid non ſolum hæretici, ſed Catholici quoque Principes de religione ſentirent, aut contra eccleſiaſtica jura permitterent, ſeu etiam committerent, quaque ratione viverent cum ſua quiſque familia. Sed quoniam de ſingulis hoc loco ſcribere, ut longum eſſet, ita minime neceſſarium, unum vel alterum exemplum attuliſſe fortaſſe fuerit ſatis.

Epiſt. 14 lib. 5

CAP. XII.

hæreſibus ubique comprimendis intentus,

E

185 Cum ergo remotioribus quibuſdam in locis Neapolitani regni, nonnullos jamdiu damnatam Vualdenſium, alio nomine Pauperum de Lugduno, hæreſim ſectantes ſupereſſe intelligeret; eo Chriſtophorum Rodericium, Societatis Jeſu Sacerdotem, ampla cum poteſtate miſit: qui eos ſanctitate vitæ ſolidaque doctrina, quibus ille præſidiis probe erat inſtructus, ſapienter coargueret; erranteſque oves ad Catholicæ Eccleſiæ gregem, uti fecit, ope divina revocaret. Catholicæ fidei defertor quidam, nomine Franciſcus Celaria, hæreticus concionator, Morbinio, quod eſt oppidum Volturenæ vallis, Mantuam, ubi magno cum illius civitatis periculo perfidiæ ſuæ virus effundebat, ſtatis diebus clanculo proficiſci conſueverat: ad hunc Pius Petrum Angelum Caſanovam, Dominicanum cœnobitam, in Volturenam Clavennamque Galliæ Ciſalpinæ valles emiſit, rationemque præſcripſit, qua ille ad capiendum hæreticum uteretur. Quod quidem ei percommode cecidit: nam illum, ex quodam hæreticorum conventu Curiæ celebrato Morbinium verſus redeuntem, atque per os Abduæ trajecturum, ipſe Caſanova ibi præſtolans, octo virorum ope ſubnixus, ſuis manibus comprehenſum in lintrem ad id comparatum detrudit: eumque vinctum inde Placentiam, uti ſibi fuerat imperatum, ad Octavium Farneſium Ducem perduxit: qui pro ſua in Sedem Apo-

Waldenſes converti per Rodericium Societatis Jeſus,

F

& Celariam hæreticum per Caſanovam Dominicanum capi curat,

PER ANT. GABUT. *quo Romæ exusto,*

ſtolicam fide ac pietate eum Romam devehendum curavit. Damnatum hæreticum pœnam ſequi oportebat, ut igni vivus cremaretur: ſceleris tamen conſortibus, qui non modo Mantuæ, ſed alibi etiam erant, prius enuntiatis. Cui morbo, & item ceteris, quæ inde proficiſcebantur, malis opportuno ſubinde remedio proviſum eſt. Ille vero tandem ſui pravitatem agnoſcens errati, antequam igni traderetur, ſerane, an ſeria pœnitentia duci viſus eſt: atque ita mortuus flammis fuit abſumptus.

fruſtra hæretici conque runtur:

186 At vero Pontificis juſſu, ad hæreticum capiendum concionatorem, adminiſtros Pontificis eo penetraviſſe, tantum Rhætorum animis terrorem incuſſit, ut eorum præcones per Catholicorum oppida deinceps vagari non auderent. Extemplo Rhæti ad varios principes viros de ſua, quam violatam eſſe querebantur, vindicanda juriſdictione legationes decreverunt. Dux autem Albuquercius, Gabriel à Cueva, ditionis Mediolanenſis Præfectus, ad quem in primis illi confugerant, ut erat vir admodum pius atque Catholicus, id quod res erat eis reſpondit: Pontificem abſolutam ac legitimam in omnes terrarum orbis partes poteſtatem habere, quoties ipſe vellet hæreticos vel capi, vel meritis affici ſuppliciis. B Quamobrem cum adverſa votis reſponſa retuliſſent, præmia publice propoſuerunt iis, qui Caſanovam ejuſque fautores vel enecaſſent, vel eos vivos aut mortuos in poteſtatem ſibi tradidiſſent. At enim Pius, quin ad alias ejuſmodi hominum peſtes, tum eodem tum alio etiam tollendas mitteret, haudquaquam ſibi propterea deſiſtendum eſſe conſtituit: qui in vincula conjecti, Romam ad eum à multis principibus viris, citra ullam fere contentionem, perduci curabantur.

ſic & à Florentiæ Duce tranſmiſſus Carneſicca comburitur,

187 Cum enim Petrum Carneſiccam, Protonotarium, civem Florentinum, hæreticum, ſæpe relapſum, primo Pontificatus anno, vinctum ad ſe Romam perduci una litterarum ſignificatione à Coſmo Medice Florentiæ Duce poſtulaviſſet, id ille ſtatim, qua ſemper fuit in Deum fide, & in Apoſtolicam Sedem (præſertim in Pontificem Pium) obedientia ac pietate, ſummo ſtudio præſtandum curavit: adjecitque ſi ob ejuſmodi cauſam, quod ab illo Deus omen averteret, Principem ejus filium ſibi tradi Pius voluiſſet, eum ab ſe in vinculis illi miſſum iri. At hæreticus ab ſacro Inquiſitionis magiſtratu Romæ damnatus, ſecularique poteſtati traditus, ignis ſupplicium pertulit: cum per annos viginti ſeptem ea infectus labe, ſacris proventibus clam hæreticos impie ſuſtentaſſet; atque inter alia pravitatis indicia, permultæ ad hæreſiarcham Calvinum ejus epiſtolæ cum reſponſis deprehenſæ fuiſſent. Guidum præterea Zanetum Fanenſem, eadem hæretica perfidia notatum, Pataviique latentem comprehendi, ad Sediſque Apoſtolicæ judicium Pius deduci C mandavit: licet Venetis Senatoribus judicium illud ad ſe pertinere profitentibus, in ea re obtinenda variæ de juriſdictione contentiones interceſſerint. Sed Pius ejuſmodi cauſſarum omnium ubique gentium ſupremum ſe ac legitimum judicem agnoſcens, quod volebat obtinuit, edicens, hæc ex ſacris legibus non ad profanam, niſi quod ad infligendas pœnas poſt latam per Eccleſiaſticos judices ſententiam, ſpectare, ſed ad ſacram poteſtatem omnino pertinere.

& Zanetus Patavii latens capitur.

gaudet Pius in converſione virorum primariorū

188 Ceterum nihil Pio gratius poterat accidere, quam ſi videret ex hæreſi aliquos reſipiſcere, & ad Eccleſiæ unitatem obedientiamque redire: atque hanc animi voluptatem cum de omnibus ſentiret, eam tamen ſingularem ex primariis viris reſipiſcentibus percipiebat. Intelligebat enim, quod ait B. Auguſtinus, claros homines cum multis noti ſint, multis eſſe auctoritati ad ſalutem, & multis præire ſecuturis. Quare cum aliquando cognoviſſet, Polono: quoſdam nobiles viros ad fidem Catholicam revertiſſe; eximio perfuſus gaudio, datis ad ipſos clementiſſimis litteris, ſummum illud beneficium quod à Deo accepiſſent gratulatus, amantiſſime illos ad perſeverantiam adhortatus eſt: qui poſtea in ſuſcepto pietatis cultu perſiſtentes, magno ceteris illis gentibus, ad æternæ ſalutis viam pie tenendam, adjumento fuere. D Lib. 8. Conf. cap. 4

CAP. XIII

189 Acre porro ſtudium ac diligentiam Pius adhibuit tum Venetorum Sacerdotum ordinandæ diſciplinæ, tum in omni illa ditione Chriſtianis moribus & inſtituris ſive reſtituendis ſive etiam conſervandis. Diligebat enim eam ipſe Rempublicam, atque univerſis illius vel decretis vel legibus tuendis, quatenus æquitas ferret, paratum ſemper ſeſe præbuit. Cum igitur Joannem Antonium Fachinetum, qui poſtea Innocentius IX appellatus bimeſtrem Pontificatum ſanctiſſime geſſit, virum ſummo rerum uſu, eximia juris prudentia & integritate ornatum, apud eum Senatum Internuntium Apoſtolicum toto Pontificatus ſui tempore decreviſſet, ejus opera complura ibi, eaque præclara, & utilia confici negotia procuravit. Ut autem Sacerdotum diſciplinam ordinaret, Venetis conſiderandum proponebat, hæreticos, quemadmodum nullo certo pravitatis ſuæ nituntur fundamento, ita depravatis quorumdam Clericorum moribus objectandis, falſam & iniquam ſectam ſuam prætexere ſolere imperitæ multitudinis animis obcæcatis. Cumque magno Italiæ ornamento eſſet illa Reſpublica, in qua tamdiu Chriſtiana religio floruiſſet, quoniam divinis legibus ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ antea Veneti obtemperaſſent; ſummo quoque ſtudio curandum, ut pietatis in officio ſe omnes continerent: populorumque, in primis vero Sacerdotum mores ac diſciplina recte ſeſe haberet. Neque enim cuivis Reipublicę ſatis eſſe, ſi Princeps unus bonus ipſe fuerit, ſubjectis interim ſibi populis data peccandi licentia: ex qua demum Reipublicæ pernicies manaret & exitium: cujus rei cum aliæ provinciæ complures, tum in primis Galliæ reliquas gentes non ſine magno ſuo malo commonerent. Statuit porro, ut olim ſacris legibus cautum erat, ne cum mulieribus habitarent Sacerdotes, ac ne ita multi ſacris initiarentur ordinibus: in eaque re major & morum & eruditionis ratio deinceps haberetur. Satius enim eſſe, in ordinatione præcipue Sacerdotum, paucos bonos, quam multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum ducit, ut ait Chriſtus, ambo in foveam cadunt. Matth. 15 F

in ditione Veneta præcipit Sacerdotū mores emendari.

190 Edixit præterea, ut adverſus execranda in Deum Sanctoſque maledicta, publice conſtituti viri, in eos animadverterent, qui in ſacroſanctam Romani Pontificis, Eccleſiæque vel auctoritatem vel dignitatem obloquerentur: nam obtrectationes ejuſmodi argumenta quædam & initia quondam fuiſſe immutandæ religionis, ac rerum ſtatus convellendi. Hæc & id genus alia complura Pius Venetis præcipiebat, quæ magno & ſacris & profanis rebus pie componendis aut conſtituendis adjumento fuere: nam his monitis illi permoti, ad Pontificis juvanda conſilia juſſaque facienda, ſeſe converterunt. Itaque ſacrorum Antiſtites ſunt in ſua quiſque loca profecti: Abbates, & Eccleſiarum adminiſtri, aliique præterea ſacrati ordinis Eccleſiaſticam ſervare diſciplinam, moreſque componere omnes juſſi, alii quidem paruerunt; alii vero, qui contumaces eſſent ceteriſque præberent offenſionem, per illam ditionem omnem, vel ad ſaniora conſilia revocati vel expulſi vel alias propoſitas pœnas ſubire coacti ſunt. *& alia plura utiliter ſuadet.*

CA-

CAPUT VI.

Eccleſiæ Mediolanenſis jura protecta : Ordo Humiliatorum deletus. Duci Florentiæ honores aucti.

CAP. XIV. EXardebat etiam per eos dies inter Carolum Cardinalem Borromæum, Mediolanenſem Archiepiſcopum, virum eximiæ ſanctitatis laude clariſſimum, ac regios ejuſdem civitatis Magiſtratus, gravis in primis ac multiplex de ſacra juriſdictione controverſia. In ea præter cetera contigit, ut Eccleſiaſtici fori lictor primarius, cum armis Principis edicto prohibitis comprehenſus, eorumdem juſſu Magiſtratuum in carcerem truderetur, ac deinde publice fune acerbiſſime tortus in exilium cedere juberetur. Quare cum omnes hujus facinoris affines auctoreſque præcipuos ab Eccleſiæ communione Archiepiſcopus pro poteſtate ſejunxiſſet, ac proinde Senatus Mediolanenſis Præſidem duoſque primarios Senatores ad dicendam coram ſe cauſam Romam Pius evocaſſet, ac judicio in eos conſtituto rem ipſe dijudicare atque componere ſtatuiſſet, Philippi Catholici Regis in Urbe procuratores, Regem ipſum juſſa Pontificis omnia facturum eſſe in ſe recipientes, negotium præverterunt. Itaque Pius per Joannem Baptiſtam Caſtaneum, Roſſani Archiepiſcopum, ordinarium ſuum in aula Regia tunc Internuntium, virum omni virtute præſtantiſſimum, qui deinde ad ſummum Pontificatum evectus, Urbanus Septimus eſt appellatus, & item per Vincentium Juſtinianum, univerſi Dominicani ordinis Antiſtitem, ac denique per Julium Aquavivam, Atriæ Ducis filium, utriuſque Signaturæ Referendarium, viros eximia prudentia, doctrina, & integritate præditos (quos ambos ipſe poſtea ſacræ Purpuræ dignitate decoravit) ad Regem ob hæc atque alia id generis negotia ab ſe miſſos, apud eum agebat, ut auctoritatem ſuam retinere atque exercere poſſet Eccleſia Mediolanenſis. Secus enim imminere periculum, ne inde clanculum aditus aperiretur hæreſibus: quibus deinceps occurrere, eidem Regi vel cupienti haud ita facile foret. De optima quidem pii Regis voluntate ſe nihil ambigere, ſed ne quid præter vel contra illam committerent adminiſtri, ſe jam te ipſa doctum ſubvereri. Ceterum ſe poteſtatem, quam à Deo ſummam acceperat, in id interpoſiturum, atque in ejuſmodi cauſis pro Eccleſiaſtica retinenda libertate ſe vitam & ſanguinem, ſi opus eſſet, libenter profuſurum.

Pro S. Carolo Borromæo, jura Eccleſiæ Mediolanen.

Epiſt. 16 & 17 lib. 1

Epiſt. 38, 39 lib. 3

B

192 Demum poſt varias contentiones Regii quidam adminiſtri, ad quos ea magis pertinebat cauſa, Mediolani, Pii conceſſu, ab Archiepiſcopo ſtata ceremonia in gratiam Eccleſiæ recepti, merita pœnitentiæ piacula publice ſubiere, ſpectaculo pro foribus ædis maximæ conſtituto. Sed arma prius Archiepiſcopalibus jam erepta miniſtris reſtituerunt: ſolemnique jurejurando ſeſe devinxerunt, in Eccleſiam deinde nihil umquam tale ſe commiſſuros. Atqui nec multo poſt quicumque in ea fuerant culpa, fere omnes vario immaturæ mortis genere deceſſerunt: relicto poſteris exemplo, ne quid audeant in Eccleſiam temere moliri; ſed eam potius, ut pios homines decet, tueantur ac protegant. Sacram namque dignitatem aut Eccleſiaſtica jura violare vel imminuere, ſcelus eſt, ut Chriſtianæ reipublicæ pernicioſum, ita Deo Eccleſiæ ſuæ vindici juſtiſſimo tam odioſum & inviſum, ut quicumque in eo genere deliquerint, in eos graviter ira divina ſemper exarſerit. Quin etiam ſi priſca memoria repetamus exempla, inde maximam in genus humanum offendemus invectam eſſe partem incommodorum. Hinc hæreſes, hinc civiles diſſenſiones, publicas clades, hinc denique civitatum, regnorum ac Regum excidia divino judicio conſequi ſemper conſueviſſe, ſacra-profanaque teſtatur hiſtoria. Verum hæc, & ea quæ mox de Humiliatorum Ordine ſubjiciam, complectar brevius; quoniam eadem & uberius & melius explicata legere eſt in libro de ipſius Cardinalis vita, quam vir egregius Carolus à Baſilicapetri, olim noſtræ hujus Congregationis Clericorum regularium S. Pauli Præpoſitus Generalis, nunc Epiſcopus Novarienſis, accurate conſcripſit.

C

ne qui ea violarent impuniti haberentur.

PER ANT. GABUT.

CAP. XV. *Reformandis Humiliatis intentus S. Carolus*

193 Humiliatorum, quos appellabant, Ordinem inde Pius extinguendum eſſe ſtatuit. Ii namque cum jam quingentis circiter ab hinc annis egregia pietatis laude in Italia florere cœpiſſent, dein ſenſim neglecta perfectioris vitæ diſciplina (ut ad deteriora proclivia ſunt hominum ingenia, ac niſi optimis culta ſtudiis perpetuo fulciantur, vel præclara inſtituta facile prolabuntur) à ſuſceptæ religionis officio declinabant in dies. Cui malo Pius pro ſua paſtorali cura quibuſcumque poſſet remediis occurrendum eſſe conſtituens, ipſi Carolo Cardinali, cujus in patrocinium jam traditus erat ille Ordo, de eo corrigendo, & ad priſtinam diſciplinam revocando, mandata dederat. At is cum juſſa Pontificis exſequi niteretur, magnam apud quoſdam ejuſdem Ordinis Præpoſitos, ab ejuſmodi rerum inſtauratione clam abhorrentes, ſibi conflavit invidiam: quæ uſque adeo crevit, eoque temeritatis eorum perpulit animos, ut locum ſuum deſertorem quemdam, Hieronymum Donatum, cognomento Fariam, ad Cardinalem quoquo modo poſſit è medio tollendum, inducere non dubitarint. Is ergo cum nefarium ſcelus variis artibus ſæpenumero committere nequidquam tantaviſſet; de mū quadam die, quæ dies fuit ad VII Kalendas Novembris, anno MDLXIX, veſperi clam in Archiepiſcopale palatium ingreſſus, Cardinalem in ſacello cum familia ſua ſacris de more precibus intentum, ab aperto loci oſtio, ictu minoris tormenti, glande & aliquot præterea quadratis plumbi fruſtulis inſtructi, confodere eſt aggreſſus. Exaudito ſtrepitu, mox, ne incepto precantes abſiſterent, præſenti animo juſſit Cardinalis. Utrumque divinitus factum eſſe dixeris, ut & eo temporis momento, quaſi ad ipſos orantium animos magis confirmandos, pio concentu canerentur ea Domini verba: Non turbetur cor veſtrum, neque formidet; & ictus ad Cardinalis tergum perveniens eum, à nefario percuſſore quatuor quinqueve cubitis diſtantem, nihil offenderet. Glans enim plumbea, cum nec extimam quidem ejus veſtem lineam (ſuperpelliceum vel rochetum appellant) trajeciſſet, ſed in ea fœdum veſtigium reliquiſſet, in dorſique ſpina leviter contuſa cum tumore ſignum impreſſiſſet, in pannum humi ſtratum decidit. Fruſtula vero, eo quoque minime læſo, varia loca petierunt: alia quidem inani ictu trajectis veſtibus & ambuſtis, in iis diffuſa reperta ſunt: alia vero in parietem & lignum, quæ contra oſtium erant, Carolo medio, excuſſa ceciderunt. Itaque famulum ſuum protegente Deo, periculum admirabiliter evaſit ſanctus Antiſtes.

ideoque ab iis ad mortem petitus,

Ioan. 14 cum ſclopi ictum excepiſſet illæſus;

E

F

194 Hiſce rebus auditis Pius, utpote qui Carolum ipſum, virum ut honoris dignitate, ita virtutum omnium laudibus illuſtriſſimum, unice diligeret ac complecteretur; quique pati nullo modo poſſet, ut ſacroſancta vel Cardinalium vel Epiſcoporum violaretur auctoritas, eoque minus vita peteretur, vehementer condoluit: eaque de re in Cardinalium conventu verba faciens caſum deploravit, eoſque hortatus eſt, ut de tanto viro per miraculum ſervato, Deo gratias agerent. Mox ſuo nomine ad Regem Catholicum litteras dari, eique negotium graviſſime com-

Pius Deo gratias agit,

PER ANT. GABUT. commendari juſſit, ut provinciæ Mediolanenſis adminiſtris, quæ oporteret, pro rei gravitate præſcriberet. At enim optimus Rex, tantum facinus & ipſe vehementer execratus, ut ſacrilegi parricidæ diligentiſſime conquirerentur, meritiſque ſuppliciis afficerentur, imperavit. Caroli vero litteris, quibus rem ipſam accurate deſcriptam per Nicolaum Ormanetum ad Pium referri curaverat, Pontifex manu ſua reſpondit, hoc jam inde ab ipſo mundi ortu iniquis ſemper in more fuiſſe, odiſſe juſtos, eoſque inſectari: ſed dum illis obeſſe conati ſunt, profuiſſe potius, ſibi vero nocuiſſe. Dolere ſe maxime quorumdam cæcitatem, qui contra ſe ipſos laborarent: Deo gratias egiſſe, quod talem virum ſibi ſervaſſet, & dæmonis conatum infregiſſet: non ſolum Dei fiducia, maximo alioqui præſidio, ſed diligentia etiam in ſe cuſtodiendo uteretur: vindicaturam id ſceleris divinam majeſtatem, ut ſolet, in tempore. Deum oraret per ſe, & per alios, ut cæcis lumen daret.

& Carolo gratulatus,

195 Ceterum Pius, tam nefarium ſcelus haud quaquam diſſimulandum ratus, in primis Carolum juſſit ſibi ſuſpectos prodere: qui reſpondit, ſcire ſe correctionis cauſa multos ſibi offenſos eſſe, ſed legitimam ſuſpicionem habere nullam: nolleque, quantum in ſe eſſet (quod etiam publico ſcripto teſtatus eſt) aut in quemquam omnino ea de re agi, aut ſuorum aliquem ejus inquiſitionis vel judicii ullo modo eſſe participem: quin etiam ſæpius Pontifici ſupplex Carolus rogavit, ut criminis auctoribus ignoſceret, Deoque factum remitteret. At vero Pontifex, cum edictum evulgaſſet in eos, qui ſceleris affines eſſent, idque nondum comperiri poſſet; ineunte anno MDLXX Antonium Scarampam, Epiſcopum Laudenſem, qui de maleficio diligenter quæreret, alio graviore cum edicto Mediolanum legavit. Quo edicto ibi per Epiſcopum promulgato, anathemati omnes ſubjiciebantur quicumque non indicarent, quid de eo facto noſſent; indicantibuſque impunitas promittebatur, etiam ſi ſceleri conſenſiſſent. Huic autem edicto, ut Carolo ipſi & aliis Cardinalibus in poſterum magis caveret, generalem adjecit conſtitutionem, qua veteris decreti pœna, in percuſſores Cardinalium à Bonifacio VIII ſancita, etiam conſcios ſceleris, niſi indicarent, teneri ſtatuit.

eodem fruſtra deprecante, B

inquiſitionem criminis committit Ep. Laudenſis

196 Jam vero tandem conjuratione patefacta, flagitii auctorem in oppidum Clavaſium, ubi inter præſidiarios milites incognitum ſe adſcribi fecerat, receptum eſſe Pius intelligens; confeſtim Emanuelem Philibertum, Sabaudiæ Ducem, cujus in ditione illud eſt præſidium, per litteras commonuit, Eccleſiaſticorum Judicum in poteſtatem eum protinus dare ne recuſaret. Qui ut optimus Princeps Catholicæque religionis ſtudioſiſſimus, & in ipſum Carolum ſingulari obſervantia propenſus, reum comprehendi, ſub arctaque cuſtodia Mediolanum Archiepiſcopales in carceres perduci curavit. Quos etiam in carceres conjecti ſtatim illi Præpoſiti & in quæſtionem dati, crimenque confeſſi, Senatus judicio capitis damnati ſunt, una cum ipſo ſacrilego percuſſore. Quare cum in truculenti ſceleris hujus deteſtationem, tum etiam ob alias ejus ſodalitatis corruptelas, eodem anno MDLXX totum Humiliatorum Ordinem Pius extinxit, eorumque Præpoſituras, ſacerdotia & vectigalia, partim Cardinalibus, partim etiam religioſis locis, piorumque ſodalitatibus adjudicavit. Monachos vero, qui fuere non amplius centum ſeptuaginta quatuor, ex ipſis diſtributis facultatibus, victu monaſtico donec viverent ſuſtentari juſſit, & in religioſa diſciplina Epiſcoporum cura contineri. Hunc demum exitum habuit optimus quondam monachorum Ordo, tale-

& reis morte punitis, C

Conſt. 119, 120 *ordinem ad paucos redactum extinguit.*

que edidit Pius exemplum neglectæ diſciplinæ vindicandæ, ut ceteri ſibi diſcant cavere diligentius. D

CAP. XVI

197 Sed quemadmodum Principes viros, ſi quid contra ſacram poteſtatem eccleſiaſticaque jura committerent, reprimere Pius non formidabat, ſic eos ubi Sedi Apoſtolicæ favere, Eccleſiæque dignitatem & Catholicam fidem, quibus deberent ac poſſent auxiliis, protegere cognoviſſet, ampliſſimis muneribus & honoribus augere conſueverat. Cum enim ad Catholici nominis hoſtes in Gallia, ut diximus, debellandos, Coſmum Medicem, Florentiæ Ducem, adjumenti plurimum attuliſſe, eumque & Chriſtianæ Reipublicæ tuendæ ſaluti, & Apoſtolicæ Sedis obſequio perpetuo intentum eſſe animadverteret; ipſum atque ſucceſſores ejus omnes ad altiorem honoris gradum provehere, Magnique Ducis Etruriæ, provinciæ ſibi pro maxima illius parte ſubjectæ, titulo inſignire pro poteſtate conſtituit: cum ut piam liberaliſſimi Principis ac domus clariſſimæ in Eccleſiam Dei beneficentiam ac merita honorifico grati animi officio proſequeretur; tum etiam ut ceteros Catholicos ac principes viros, ad ejuſmodi in Chriſtianam Rempublicam ſive ſubſidia ſive beneficia pro tempore conferenda, illuſtri remunerationis genere provocaret: nihil tale Pii temporibus procurante Coſmo, nec ab eo id ſe impetraturum eſſe cogitante; ſed totum id ipſius tantum Pontificis curatum arbitrio eſt. E

Coſmum Florentiæ Ducem

198 Etenim eodem ipſo bello Gallico conflato jam ac prope confecto, Comitem Sanctæ-Floræ rogabat Galliarum Rex, ut Pontificis Coſmique auxiliares copias, quibus ille præerat, ultra conſtitutum ſibi tempus in alios tres menſes in Gallia contineret. Comes ea de re miniſtrum ſuum ab epiſtolis miſit ad Pium: qui ſibi gratum quidem eſſe reſpondit, milites ſuos illic ejus ſubſidii cauſa commorari; ſed de Coſmi cohortibus ſe non poſſe ultra præſtitutum tempus quidquam decernere, neque oneris illi plus imponendum videri: nam Coſmum cumulate ſatis officio feciſſe ſuo, cum præſertim ille, ſuadente ſe, centum & amplius nummûm aureorum millia in ejuſdem belli ſubſidium Gallorum Regi commodaſſet. Mox Comitis nuntio Pius imperavit, ut cum ejuſmodi explicatione conſilii rediret in Galliam, Florentiamque prætergrediens ſingillatim de rebus omnibus Ducem certiorem faceret. Dux autem eo accepto nuntio; Non erat, inquit, cur Pius hoc de me ſibi polliceri vereretur: non ſolum enim ſubſidiarios meos cum Pontificiis copiis, quamdiu voluerit ipſe, in Galliis pro Catholica religione permanere curabo; ſed etiam, eo jubente, operam in illo bello meam ei navare, & quidquid ex ditionibus meis ſubſidiorum cogi poterit, prompte ſuppeditandum polliceor, deferoque libentiſſime. Quod cum per litteras nuntius Pio ſignificaſſet, oculos ipſe convertit in Chriſti de cruce pendentis effigiem, junctiſque manibus ſupplex Deum oravit, ne permitteret ſe triſtem obire diem ſuum: ſicuti contigiſſet, niſi per occaſionem ſibi in Coſmum, de ſancta Eccleſia Dei optime meritum, grati animi ſignificationem dare licuiſſet.

miſſis & continuatis in Galliam ſubſidiis,

optime meritum de religione; F

199 Subinde cum ei veniret in mentem, temporibus ſuperioris Pontificis agitatum eſſe de augendo Coſmi titulo, ea de re ubi diligentius cognovit, eum, aliis Principibus non admonitis, Magnum Ducem creare decrevit; ac ſuis ipſe manibus regium illi diadema deſignavit, in quo hæc verba ab ſe dictata voluit inſcribi. Pius V Pont. Max. ob eximiam dilectionem, ac Catholicæ religionis zelum, præcipuumque juſtitiæ ſtudium, donavit. Cumque ſuper hac re diploma ſcribendum curaviſſet, id per Michaelem Bonellum, Cardinalis Alexandrini fratrem, miſit ad Coſmum:

titulo majori aucturus, Conſtit. 82 Epiſt. 46 lib. 4

A Cosmum: cujus in eo diplomate virtutes, atque ea, quibus erat maxime conspicuus, promerita jussit explicari: præsertim vero, quod provinciam ille suam ab hæretica contagione liberam conservasset: quod Sedes Apostolica gratissima plerumque obsequia, atque etiam commoda, subministratis ab Etruscis auxiliis, olim ac nuper accepisset; idque complures Romani Pontifices, præsertim Innocentius & Clemens, uterque eo nomine IV, Gregorius X, Benedictus XI, Martinus V & Leo X luculenter testati fuissent; adeo ut tam eamdem provinciam, quam ejus Rectores & Magistratus, ob peculiarem erga Romanam Ecclesiam devotionem, & observantiam, propenso paternoque affectu variis muneribus & honoribus jure cohonestandos atque ornandos esse censuissent.

diplomate missso explicat gentis Etrusca

200 Quod ipse Cosmus majorem in dies eximiæ virtutis suæ splendorem, ferventioremque Catholicæ religionis cultum, & in administranda justitia præcellens studium, ex eo tempore quo imperare cœpit, nusquam prætermisisset. Quod Carolo Gallorum Regi Christianissimo, adversus ejus rebelles & hæreticos, pecuniis, peditatu & equitatu, Pio ipso cohortante, alacriter opem tulisset. Quod pro eximia
B ejus in Deum pietate superioribus annis Militiam S. Stephani, ad rectæ fidei exaltationem ac propagationem, instituisset; bonis ditasset & ampliasset. Quod delatum sibi admirabiliter Principatum admirabilius regeret ac moderaretur; illumque singulari prudentia, in pacis ac justitiæ amœnitate, ab ineunte ejus ætate diligentissime contineret & conservaret. Quod terra marique præpotens, piratis, facinorosis, sicariis, quietis & otii publici perturbatoribus, Sedisque Apostolicæ perduellibus & adversariis, hostis acerrimus scelerumq; severus vindex existeret. Quod numerosa ac frequenti populorum ei subditorum, Deo benedicente, multitudine, copiosis grandibusque reditibus gauderet ac frueretur. Quod validus peditum & equitum numerus in omnes usus ei præsto semper esse posset. Quod quamplures florentissimas urbes, tam Cathedralium quam earum nonnullas Metropoliticarum dignitate insignes, & gymnasiorum generalium celebritate liberaliumque disciplinarum studiis ornatas, munitissimos portus, validissimas arces, loca tutissima, triremium classem paratam & instructam, tam ad Tyrrheni sui maris quam ad Romanæ Sedis oræ maritimæ tutelam, haberet. Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum ubertate, continua vitæ felicitate, demum
C gentis celebris admodum & opulentæ viribus subnixus efflorescceret. Quod cuncta hæc ipsa & alia bona immensæ Dei omnipotentis benignitati accepta referens, ea ad divinum honorem & gloriam paratissima semper fore profiteretur. Quod absoluta potestate, ratione liberi & recti Dominii Florentini, nemini subjectus esset, ut juxta distinctionem Pelagii Romani Pontificis inter ceteros magnos Duces ac Principes censeri & numerari posset ac deberet. Quod ipse ejusque filius primogenitus Franciscus, arctis admodum affinitatis & necessitudinis vinculis cum Maximiliano Cæsare designato, & maximis Christiani nominis Regibus conjuncti essent: iique à nobilissima stirpe Medicæa, multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot illustres viri ac tres Romani Pontifices prodiissent, ortum haberent.

& ipsius Cosmi laudes eximias

201 His ergo atque aliis ejusmodi, quæ latius in ipso diplomate referuntur, justissimis de causis id honoris & tituli Cosmo ipsi illique inclitæ familiæ, de supremæ suæ Apostolicæ potestatis plenitudine, conferendum esse statuit: idque Romanorum Pontificum decessorum suorum secutus exemplа, præser-

eique dat titulum Magni Ducis,

tim Alexandri III, qui Alfonsum ex Duce Lusitaniæ Regem constituit, & Innocentii pariter III, qui Colaionnem Bulgarorum & Blanchorum, qui Pannoniæ Regibus subjecti erant, Regem fecit; & Bohemiæ Duci, ut in suis litteris Regem se nominare posset, concessit; &, ut alios plurimos omittamus, Pauli IV, qui nostris temporibus Hiberniam insulam in regni titulum ac dignitatem erexit. Cosmum ergo, Romam ad suscipienda insignia diadematis evocatum, honorificentissime in aula Regia Pius excepit. Mox in sacello Pontificio inter sacrorum solemnia, die Dominica Lætare, quæ incidit in tertium Nonas Martias, anno MDLXX, suis ipse manibus ejus capiti eximii pretii coronam imposuit, atque sceptrum illi dedit in manus: Cosmo prius pro more sese jurejurando obstringente, ad fidem & obedientiam Pio ipsi, ac ceteris deinceps Romanis Pontificibus ejus successoribus Ecclesiæque præstandam: eumque inter hæc sacra Rosa, ipso die de more ab se consecrata, condonavit.

PER ANT. GABUT.

coronam & sceptrum ac rosam benedictam,

202 Neque vero passus est Pius, ut ille vel de itinere Romam suscepto, vel de diademate recipiendo, Cæsarem aut Hispaniarum Regem commonefaceret. Providebat enim fore, ut nonnulli alii Principes viri, quantum in ipsis esset, eam rem impedire conarentur: quæ tamen res ad Sedem Apostolicam, bene de se meritos eum in modum remunerare cupientem, omnino pertineret. Sed antequam sacellum Pius iniret, Cæsaris Orator, illi neutiquam licere Cosmum ita redimire, supplex denuntiavit; quod is non Pontificis beneficiarius esset, sed Cæsaris, cujus essent partes hujusce modi. Cui mox Pius: Quonam, inquit, jure Imperatores ipsi vel sunt vel appellantur Imperatores, nisi ex Apostolicæ Sedis auctoritate? Subinde ad se Fisci procuratorem accitum, uti ipsius Sedis rationibus caveret, admonuit. Qui jussa faciens, Oratori Cæsareo respondit; Pontificem nequaquam accipere denuntiationem ejusmodi, sed eam veluti legibus adversam repudiare. At vero Maximilianus, identidem instigatus à suis, Florentiam civitatem ad Imperium pertinere dicentibus, dari Pio curavit certa scripta, quibus jura sua confirmare conabatur; ut id tituli omnino deleretur: secus enim multa se, quæ inde proficiscerentur, incommoda minitari: demum haudquaquam licere Romano Pontifici de rebus humanis, in locis sibi non subjectis, quidquam statuere. At Pius, uti potestatem in terris gerens Christi Domini, cujus sunt cæli terrarumque ambitus, ultro
F citroque agi ea de re amplius noluit: ratus id minime convenire ei, qui pro sua amplissima auctoritate posset hæc, & alia in hoc genere longe majora, ad communem Christianæ reipublicæ salutem, efficere. Neque tamen passus est, ut in ejusmodi opinione Cæsar diutius inhæreret: nam per Cardinalem Commendonum Legatum, quam gravi errore consiliarii sui eum implicuissent, ei coram referendum imperavit. Ac proinde rationibus, quibus Cæsar ipse de ea mente deduci maxime poterat, adjunxit etiam exempla, & Imperii in Occidentem per Apostolicam Sedem translati, & Septemvirûm in Germania creatorum, & ejus, quam ab ipsa sacrosancta Sede iidem habent, auctoritatis: & illa demum, quæ passim Pontifices summi regnorum jura commutarunt, ac varios Principes novis & amplissimis titulis olim decoraverunt.

nequidquam reclamante Oratore Cæsareo,

E

ipsoque Cæsare;

cui & facili probat.

PER ANT. GABUT.

LIBER IV.

Apparatus & fœdus ad bellum Turcis inferendum.

CAPUT I.

Cyprus à Turcis cœpta occupari. Pii V cura, ut ſuppetias à Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ acquirat.

203 DUm hæc agerentur, ineunte vere ipſius anni MDLXX, Selymus II Turcarum Imperator, pacis fœdere, quod ille jamdiu à patre cum Venetis ictum anno ſuperiore jurejurando firmaverat, perfide violato, grave & exitioſum Chriſtianis intentans bellum, in primis Cypri regnum, uti fecit, occupare nitebatur: ob idque maximos, ſi unquam antea, bellicos apparatus Conſtantinopoli & alibi ab eo fieri conſtabat. Cyprum, mediterranei maris inſulam longe maximam & opimam, quam Veneti per annos octoginta & amplius pacate ac legitimo jure tenuerant, eo magis ſibi ſubjicere Tyrannus, pro immenſa ſua dominandi libidine & efferato in Chriſtianos odio, cupiebat; quod inde ad alias Italiæ adiacentes

Selymus Turca Cyprum petit à Venetis,

B inſulas & oras aditum ſibi patefacere, & Venetos per idem tempus duabus maximis cladibus afflictos, Turcarum impetus ſuſtinere, nedum frangere nullo modo poſſe, conſideret. Nam anno ſuperiore, & ſumma frugum inopia, propter cæli intemperiem, non modo Venetiis, ſed per Italiam quoque laboratum erat; & Venetum navale ſeu armamentarium, toto fere orbe celeberrimum, bellicis machinis, armis atque aliis rebus ad bella neceſſariis inſtructiſſimum, horribili caſu ingentique jactura conflagraverat. Hoc igitur Selymus inito conſilio, Cubatem legatum ſuum ad Venetos miſit, qui denuntiaret, eam ſe inſulam ſibi depoſcere, & pro jure in eam ſuo, & pro ea quam adeptus erat Memphitici regni poſſeſſione. Cum enim Sultanus Rex Mempheos (Cairum appellant) jam ante annos centum & quinquaginta Joannem Luſinianum, Cypri Regem, ad Thalamem Peloponneſi oppidum cepiſſet, octoque millium aureorum nummûm in annos ſingulos vectigalem feciſſet; demum quidquid Sultanus poſſediſſet, in poteſtatem Turcarum, qui poſtea ejus imperium obtinuerant, perveniſſe: atque ita Cyprum ſibi ſucceſſionis lege deberi, ac niſi inde Veneti cederent, ſe ad eorum internecionem cum mille navigiis & amplius

velut ſpectantem ad jus regni Memphitici à ſe occupati

proditurum.

C 204 Hæc autem referenti, atque alias præterea minas ſuperbe jactanti, quæ oportuit conſtanter Veneti reſpondere: ſe Regibus Ottomanis omni tempore datam fidem ſervaſſe, Cypri cauſa annua tributa pendiſſe, multorum commodorum ampliſicandique imperii occaſiones plurimas dimiſiſſe, ut pacta fides ſuam obtineret religionem; judicaſſeque magnanimos Principes nihil magis decere, quam fidem datam præſtare, & ubique ſervare conſtantiam: ne primi pacem violaſſe dicerentur, multa & indigna & acerba, quæ paſſi eſſent, diſſimulaſſe; finibus ſuis ſe non exceſſiſſe; denique nihil tale in eum commiſiſſe, quam ob rem ille poſſet ita ſe gerere. Quare quando jure fœderis non poſſent, armis id regnum ſe defenſuros, quod à majoribus acceptum veteri ac legitimo jure poſſiderent: poſt obitum videlicet Catharinæ Reginæ Cypri, quam Venetus Senatus, utpote civem ſuam, è clariſſima Corneliorum familia, in gratiam Jacobi Luſiniani poſtremi Cypri Regis, antequam illi nuberet, ſibi filiam adoptaverat. Quæ proinde eodem Jacobo ex eoque genito filio poſthumo vita functis, ejus regni legitimum

quibus id generoſe negantibus,

heredem ex mariti teſtamento Senatum ac Rempu- D blicam Venetam reliquerat. Itaque ad jus ſuum pro viribus retinendum parati Veneti Turcicum legatum dimiſerunt: imminentiaque pericula per Michaelem Surianum, ſuum apud Sedem Apoſtolicam Oratorem, Pio renuntiari curaverunt: ſupplicantes, ut non modo claſſi, quam ipſi bene validam inſtrui maturabant, opem ferret; ſed opportuna quoque per alios Principes in id dari ſubſidia procuraret. Venetorum autem ſpem non modo non fefellit Pius, ſed etiam longe ſuperavit: hanc enim tam præclaram, quam ſibi divinitus oblatam eſſe exiſtimabat, occaſionem amplectendam eſſe ratus; præter illa, quæ quanta poſſet maxima ſe præbiturum, ab aliiſque Principibus diligenter procuraturum pollicebatur auxilia, ſociale fœdus, quod ipſe jamdiu volutabat animo, Venetis propoſuit Chriſtianis cum Principibus ineundum, ad avertendum communem hoſtem, vel ſi fieri poſſet evertendum; atque id ſe curaturum eſſe ſpopondit, & in ſe recepit.

& auxilium à Pio petendum.

eos ille invitat ad fœderis ſacri ſocietatem,

205 Prompta ac pia Pontificis officia ſtudiaque ſibi quam gratiſſima eſſe, eamque rem prudenti ipſius judicio conficiendam, libenter ſe deferre Veneti reſponderunt: ſed quod plurimum temporis interceſſurum intelligerent, antequam fœderis conditiones convenire; Principeſque ad ſuſcipiendum E commune bellum induci poſſent, præſentibus periculis moram non ferentibus, illud urgebant impenſius, ut quam maxima celeritate à Chriſtianis auxilia flagitarentur: interim de conditionibus ageretur. Hac approbata ſententia Pius, rebuſque omnibus in ſummo Cardinalium conſeſſu mature conſultis & conſtitutis, ut id nomini Chriſtiano bene ac feliciter eveniret, ipſe primum Spiritus ſancti opem ſupplici-ter implorans, privatim & publice ſupplices ad Deum preces indicit. Mox Ludovicum de Torres, Cameræ Apoſtolicæ Clericum, ſpectata prudentia & integritate virum, cujus optima fide & opera aliis in rebus uſus fuerat, ad Catholicum Regem Philippum, qui & præcipuam hujus belli cauſam habebat, & claſſe jam inſtructa, potentia & imperii magnitudine plurimum valebat, cum litteris legavit: quibus litteris afflictæ Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum graviter deplorans, & quam ipſe acerbam ſane moleſtiam inde caperet oſtendens, illum ad bellicas vires ſuas cum ceterorum Chriſtianorum principum armis conjungendas, ad frangendoſque Turcarum conatus impellebat.

ſicut & Philippum Hiſpaniæ Regem,

206 At licet ſummorum virorum opinione, fieri vix poſſe videretur, ut Principes in hanc belli ſocietatem coirent, ob varias inter ſe prætenſas cauſas, quæ ſingulos ad ſuam quemque rem curandam inducerent; nihilominus Pius, pro eo quod optimi omnium parentis, aliudque nihil præter publicam ſalutem ſpectantis, nomen ſibi pepererat; nullo ſuſpectæ fidei, quod ad ſe attineret, in animis Principum relicto loco, rem totam conficiendam ſuſcepit: Ludovicoque mandavit, in primis Regem Catholicum edoceret, quo in periculo non modo Veneta, ſed etiam univerſa Chriſtiana reſpublica verſaretur, imminente bello ab hoſte potentiſſimo pariter & immaniſſimo: qui licet Cypro tantum atque aliis Venetorum ditionibus interminari videretur; verendum tamen eſſe, ne ceteris etiam Chriſtianorum oris, præſertim maritimis locis ipſius Regis, pro nocendi opportunitate moliretur exitium. Quæ res Pontificem admoneret, ut pro ſuo paſtorali munere univerſo Chriſti gregi ſolicite proſpiceret, imminentibuſque periculis occurreret. Eam vero eſſe rei conditionem, ut quemadmodum Veneti per ſe ipſi tantam belli tempeſtatem diu ſuſtinere non poſſent, ſic ipſi Regi ad ſua mediterranei maris defendēda littora nō ſatis

F

Oſtendens non de Cypro tantum ſed & de ditionibus ejus defendendis agi: Epiſt. 131. 4

A ſatis eſſe præſidii. Itaque non liquere, utrinam eorum magis in votis eſſe deberet id fœderis, quod utriſque & ſumptus imminueret, & ditiones redderet tutiores, & earum amplificandarum in ſpem animos erigeret; cum præſertim & periculum eſſet commune, & ſuperiorum temporum difficultates ſublatæ jam eſſent; & item utriſque id eſſet ingenii, ut regna quiſque ſua tenere niterentur, ad monarchiam neutiquam contendentes. Quod ſi Veneti per ſe ipſi tanta eſſent victoria potiti, id nequaquam Regi aut commodum fore aut honorificum: quippe qui abſque illius ope tam egregiam nominis exiſtimationem, imperiique vires eſſent adepturi. At ſi Regiis auxiliis adiuti debellaſſent hoſtem, magnam partæ victoriæ laudem acceſſuram ipſi Regi, cujus ope res bene proceſſiſſet. Evincentibus vero Turcis, univerſum fere belli pondus cladiſque periculum regiis ditionibus imminere. Prudentis etiam eſſe conſilii, ſtatuere, nihil amplius fidendum eſſe hoſti, qui datam ſæpe fidem violare non dubitaſſet.

vires autem jungi ipſi eſſe utilius,

207 Denique id auxilii ſe, pro ſumma ipſius Regis in Chriſtianam rempublicam pietate debitoque tuendæ Catholicæ religionis officio, depoſcere: ac pro conceſſu Eccleſiaſticorum Hiſpaniæ fructuum, quos Pius IV ipſi Regi condonaverat, ut ille ſe ad centum armatas triremes contra Chriſtiani nominis hoſtes ſuſtentandas obſtringeret, ad Mediterranei maris oras tutas & integras conſervandas: ac propterea ſe id ſubſidii libenter confirmaſſe, ut triremes ipſæ perfidorum hoſtium telis propellendis deſervirent. Sed non eſſe, cur magnopere laboraret in oſtendenda fœderis hujus tam per ſe perſpicua ſive neceſſitate, ſive utilitate, ſive etiam honeſtate; præſertim apud Regem, non minus prudentia aç pietate, quam animi & imperii magnitudine maximum ac potentiſſimum: qui, licet res ſua non ageretur, tamen pro ſingulari ſuo tuendæ Catholicæ Eccleſiæ ſtudio & officio, hanc divinitus oblatam occaſionem libenter amplecti, eamque divini beneficii loco ponere vellet ac deberet. Et cum rei hujus peragendæ momenta Pontificis arbitrio Oratorique in Urbe ſuo Veneti detuliſſent, poſtulare ſe, ut Rex per procuratores ſuos Romæ apud ſe, quæ oporteret agi & confici, primo quoque tempore mandaret: ne, dum per litteras longaſque moras ob maxima locorum intervalla res diutius extrahitur, periculis poſt ruinam occurratur. Rationibus ipſius Regis Pontificem, pro ſingulari ſuo in eum amore, proque meritis ejus, proba fide, non minus quam Venetis quibus minus deberet, conſulturum. Ceterum quando fœdus exiguo temporis intervallo ſanciri non poterat, impendentibus interim cladibus occurrens, vel per eum annum, Rex triremium ſuarum Venetis præberet auxilium. His igitur mandatis inſtructus, ad XVII Kalendas Aprilis Roma profectus, Cordubam, ubi tum Rex morabatur, magnis itineribus pervenit: ab eoque benigne & honorifice acceptus, legationis ſuæ cauſam Piique conſilia breviter expoſuit.

ſeque id jure ſuo petere;

interim vero rogare ut Venetis ſubſidium ferat:

B

C

208 Loquentem Rex attente & libenter audivit, deque ſingulari ſua in Pium Pontificem obſervantia ac pietate nonnulla præfatus, ſe in ejus ſtudia votaque propenſum eſſe, claſſeque & commeatu Venetis ſe Pontificis gratia ſubventurum oſtendit. Sed de ineunda ſocietate, quod majore indigeret deliberatione, conſiliarios ſuos Hiſpali, quo tum ire properabat, velle conſulere. Hiſpalim proficiſcentem Regem Ludovicus proſequitur, denuoque cum eo & cum Didaco Spinoſa S. R. E. Cardinali, Regii conſilii Præſide, & cum aliis ſummis viris, ad quos Pii litteras attulit, quique apud Regem gratia & auctoritate plurimum poterant, de negotio ſæpe congreſſus;

quod Rex benigne annuit,

Epiſt. 151.4

varias, quæ objiciebantur difficultates prudenter ſuperavit: ac magnam inde virtutis ſuæ laudem apud omnes conſecutus, Pium voti compotem fecit. Quo quidem etiam in negotio conficiendo Joannis Baptiſtæ Caſtanei, Roſſani Archiepiſcopi, per id tempus ordinarii apud Regem Internuntii Pontificii, de quo ſupra facta mentio eſt, ſtudium & opera commendatur. Rex itaque, quod ad fœderis conditiones attineret, ſpatio ad deliberandum ſumpto, ſumma voluntate ſe Pontifici obſecuturum eſſe reſpondit: atque interim, dum Oratori in Urbe ſuo, aliiſque ut oporteret ea de re quid agendum decerneret, ut imminentibus periculis occurreret, confeſtim quinquaginta triremes, hinc inde in Italico mari collectas, in Siciliam deduci juſſit; ac Neapolis Siciliæq; Proregibus, ut, quam Pius poſtulaverat, Venetis frumenti copiam facerent, edixit; ac triremes ipſas, Venetis addixit auxiliis; eaſque gubernantem Joannem Andream Auriam, Melphiæ Principem, ut Pontificiæ claſſis Præfecti monitis obſecundaret, admonuit.

PERANT. GABUT.

Epiſt. 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21 lib. 4

50 triremes concedens.

209 Ejus vero præfecturæ munus Marco Antonio Columnæ, Paleani Taleacotiique Duci, Neapolitani regni equitum Magiſtro, III Idus Junii, hoc anno Pius detulit. Eumque, utpote virum prudentiſſimi conſilii, ac bellicæ virtutis laudibus inſignem, duodecim Pontificiis triremibus cum poteſtate præfecit: quæ res magno apparatu ac pompa confecta eſt. Nam ad cæleſtem opem pro feliciſſimo rerum ſucceſſu ſuppliciter implorandam, per Marcum Antonium Cardinalem Columnam, coram Pontifice in publico ampliſſimorum Patrum cœtu, in ſacello Pontificio, peracto ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, Pius ſacris de more precibus adhibitis, ſuis ipſe manibus Columnæ dedit Præfecturæ vexillum, ex Damaſceno ſerico rubro confectum: in quo erat Chriſti Domini de cruce pendentis imago depicta, atque hinc inde effigies ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, his verbis inſcriptis: In hoc ſigno vinces. Ut, qui Conſtantini illius Magni pietatem & animi magnitudinem egregie referret, is eodem quo ille fauſto ac ſalutari ſigno, tamquam hoſtilis cujuſque & infeſtæ violentiæ propugnaculo, contra Chriſtiani nominis hoſtes feliciſſime uteretur. Porro Catholico Regi pergratum accidit, id muneris Columnæ, quem ipſe plurimi faceret, à Pontifice mandatum eſſe; ad eumque perſcripſit, ut licet Auriæ loco & auctoritate præſtaret, non tamen ejus prudentiſſimi & nauticarum rerum periſſimi Ducis conſilia unquam ſpernenda ſibi eſſe arbitraretur. Columnam ſubinde Pius Venetias miſit, ut duodecim triremes à Venetis acceptas inſtrueret, atque alia ad eam expeditionem neceſſaria procuraret.

CAP. II

Pius Columnam præficit ſuis triremibus,

eique ſacrum vexillum tradit.

D

E

F

210 Rebus igitur in Hiſpania bene conſtitutis, Ludovicus de Torres ad Sebaſtianum Luſitaniæ Regem, quod ei præceperat Pius, contendit: quem cum Sintræ, quæ villa eſt haud longe ab urbe Oliſipone, conveniſſet; Pontificis litteras mandataque edidit: illumque non tam ut ſociale fœdus iniret, quod ei tum Indicis tum Africis expeditionibus impedito, tantum oneris Pius imponere vereretur; ſed ut impendentibus Venetorum periculis quam poſſet opem ferret, cohortatus eſt. His adjecit, quæ de Regiis nuptiis procurandis in mandatis habebat: pergratum Pontifici ac bonis omnibus futurum, quin etiam ſibi regnoque ſuo perhoneſtum ac ſalutare, ſi Rex in animum induceret, Margaritam Caroli noni Galliarum Regis ſororem ſibi uxorem adſciſcere, ex qua proles majoribus digna, ad tuendam pietatem regnumque ſuum ſtabiliendum, procrearetur. Ad hæc Rex, quod ad Venetos pertinet, ſe communi periculo ac metu commoveri: neque ſibi voluntatem ad bellandum

CAP. III

Epiſt. 11 & 12 lib. 2 Epiſt. 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34 lib 4

Petit & à Luſitano Rege ſuppetias eique ſuadet nuptias cum Franca:

PERANT-GABUT. deeſſe, ſed facultatem: nec ita pridem peſtilentiam exortam Olyſſiponem afflixiſſe, & vaſtitate facta, remiges ac milites abſumpſiſſe. Cum primum Luſitania ſe ex clade refeciſſet, publicæ rei non defuturum: multis nominibus id ſe facere debere, ſed præcipue, quod Pio Pontifici, quem ipſe unice coleret, gratificari & obſequi vehementer cuperet: gratias Deo quam maximas agendas eſſe, quod hiſce calamitoſis temporibus tam vigilantem ſanctumque Paſtorem Eccleſiæ ſuæ præficere voluiſſet, qui tam præclaram ac neceſſariam Principum ſocietatem, ad Chriſtianam Rempublicam ab hoſtium furore vindicandam, conciliare niteretur. Arctiſſimis porro ſe amoris vinculis Venetorum Senatui conjunctum eſſe, quem ſciret in Principis patris baptiſmo ſponſorem adhibitum fuiſſe: confidere ſe proximo anno triginta navigiorum & eo majorem claſſem, lectiſſima Luſitanicæ juventutis manu inſtructam, auxilio miſſurum. At ſi minus quam expectaretur præſtaret, id eum excuſare, quod in novi orbis tractu terreſtribus ac navalibus copiis cum Turcis continenter bellum gereret: ibi Chriſtianæ rei ſuam opem utiliorem fore, quam ſi in Mediterraneo mari fœderatorum vires adauxiſſet.

qui reſpondit Venetos ſe adiuturum ut poſſet,

B 211 Quod vero ad uxoris ducendæ rationem attineret, ſe in ea quoque re optimam Pii voluntatem paternamque caritatem & agnoſcere & venerari: ſed quoniam ea de re inter ſe & Philippum Hiſpaniarum Regem auunculum ſuum jam agitatum erat, variaque interceſſerant conſilia, de quibus Pontifex haud ſatis edoctus Roma proficiſcenti Ludovico certi quidquam præſcribere non potuiſſet, exſpectandum eſſe, quid Pius his litteris reſponderet, quas ad eum & ad ſuum in Urbe Oratorem ſuper ea re proxime dediſſet. Hæc per internuntium, & per Apoſtolicas litteras ad Regem ipſum, & ad Henricum Cardinalem ejus patruum, Principem ætate & auctoritate graviſſimum, & ad Catharinam Regis aviam, feminam non minore pietate quam prudentia præſtantem, cum diu multumque agitata fuiſſent, nihil denique confectum eſt. Itaque Ludovicus, cum benigno reſponſo magis quam rerum obtentu, à Luſitano dimiſſus, Pontificis juſſu in Hiſpaniam revocatur: ut Regem Catholicum de fœdere jungendo in officio contineret; eumque, ut ea de re quam primum ad ſuos in Urbem mandata perſcriberet, hortaretur.

de nuptiis nil poſſe abſque Hiſpano ſtatuere.

CAPUT II.

Chriſtianæ claſſes conjunctæ, fœdus tractatum.

CAP. IV 212 INterim vero per litteras Pius Auriam admonuit, ut primo quoque tempore Regis Catholici claſſem, cum Pontificiis ac Venetis triremibus, ex compoſito jungendam curaret. Fecit ille ſtatim quod juſſus erat. Itaque ſub æſtatis finem, hoc anno MDLXX, Chriſtianorum claſſis tota ſimul centum & octoginta fere triremibus, undecim onerariis, & duodecim quas vocant galeaceis conſtabat: in Cretamque devecta inſtitit ut Cyprum verſus proveheretur, ubi jam validiſſimus Turcarum exercitus, trecentis circiter navigiis, ac cum terreſtribus tum navalibus copiis inſtructus, Nicoſiam celeberrimam eamdemque mûnitiſſimam urbem mediterraneam circumſedebat. Verum Chriſtiana claſſis, opportuna in dies capiens conſilia, deque Turcarum progreſſu ad eos profligandos identidem certior facta, demum cognovit obſeſſam urbem jam in hoſtium poteſtatem perveniſſe. Quo tempore inter Columnam & Auriam importune coorta controverſia eſt, Auria ſe Columnæ placita ubique ſequi non debere profitente: itaque turbata concordia, nihil proficiebatur. Hac re cognita Pius vehementer condoluit: & quamquam Italicæ gentis diſſenſionem, percutiendique fœderis difficultatem animadverteret, ac tam ingentem & validam claſſem, fere omnem Italicis inſtructam viribus, diverſas in ſententias levi momento diſtractam eſſe intelligeret, non tamen deſeruit ſeſe: verum Deo, ad quem, uti dicetur, aſſiduis precibus confugere ſolebat, confidendum eſſe ratus; eumque precatus, ut ea controverſia componeretur, obtinuit.

Claſſis Chriſtiana conjunctio.

per ducum diſcordiam inutilis redditur.

D

213 Interea Catholici Regis de fœdere mandata ad Pium afferuntur: quibus Rex, quod ad rationes ſuas attineret, Antonio Perenoto Granvellano & Franciſco Pacieco Cardinalibus, & Joanni è Stunica Oratori in Urbe ſuo, ejus rei tractandæ & confi-ciendæ provinciam delegabat, arbitro Pontifice conſtituto: Veneti vero Michaelem Surianum, de quo jam dixi, pro ſe decreverunt. Quæ mandata qua par erat auctoritate munita, delegatoſque viros cum tantæ rei & agendæ & explicandæ aptos eſſe Pius approbaſſet, eos advocatos ad ſe in hanc ſententiam allocutus eſt. Maximis de rebus, iiſque Reipublicæ Chriſtianæ ſummopere neceſſariis, hoc tempore vobis, dilecti filii, eſt propoſita deliberatio. Nam, ut videtis, in hoc ſummum orbis terræ conſilium adhibiti eſtis, ad agendum ac providendum, qua ratione ac via, icto inter Chriſtianos Principes fœdere, bellum & maximum & maxime pium ac periculoſum, contra Turcas, acerrimos Chriſtiani nominis hoſtes, non tam inferri ultro quam nobis illatum ſuſtineri neceſſario, atque à noſtris omnium cervicibus depelli propulſarique poſſit. Agitur ergo in hac cauſa de protegenda Eccleſia Catholica, de totius Chriſtianæ rei, in primis vero de veſtrorum Principum, quibus proximum imminet periculum, ſalute ac dignitate conſervanda: denique (quod rebus omnibus antiquius vobis eſſe debet) de divini nominis honore ac gloria, cum piorum omnium bono conjuncta, & tutanda & augenda; vel etiam (quod Deus avertat) magno noſtro cum damno ſempiternoque dedecore, plurimum imminuenda.

Interim ad Venetos Regioſque delectos.

perorans Pius exponit quanti momenti res in deliberationē veniat,

E

214 Jam vero conſpicimus, ac ſummo noſtro cum dolore, nec ſine Chriſtianorum Principum ignominia, ſentimus, quas injurias, quas clades immaniſſimus Turcarum Tyrannus olim nobis intulerit: quam multas, eaſque nobiliſſimas, ac veræ pietatis antea cultu florentiſſimas, & urbes, & inſulas, & provincias, & regna nobis eripuerit & uſurparit. Diſcordia Principum Chriſtianorum, fons malorum omnium & origo eſt. Dum enim ii aut inteſtinis diſſidiis ac bellis mutuo ſeſe conterunt & miſerabiliter exagitant; aut alii aliud volentes, in contrarias ſæpe ſententias diſtracti, ſuam quiſque rem cupidius procurant; interim barbarus ille hoſtis Aſiam fere omnem, & magnam Africæ, magnam Europæ quoque partem quondam invaſiſſe ac ſibi ſubjeciſſe non contentus; ecce noſtris temporibus Rhodum inſulam cepit, ac Melitam aggreſſus, Chium atque alias inſulas & regiones occupavit; expugnatoque Sigeto, bonam Pannoniæ partem ſuo ſubegit imperio. Nunc vero Selymus, terra marique ingenti exercitu comparato, univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ exitium intentans, ante omnia Cypri regnum obtinere contendit: ut non ſine cauſa nobis omnibus inde ſit graviter pertimeſcendum, ne ſæviſſimus hoſtis idemque potentiſſimus, viribus auctus & ad majora nobis inferenda detrimenta in dies factus audacior, in Cretam Siciliamque tranſgreſſus, & cunctis mediterraneis inſulis, portubus, oriſque potitus, in Italiam, hoc eſt, in Chriſtianorum viſcera tandem irrumpat, omniaque ſubvertat. Quod quidem, ne ad peccatorum noſtrorum

creſcere per Chriſtianorū diſſidia Turcum,

F

indieſque potentiorem ipſi Italiæ imminere:

A ſtrorum ultionem fieri Deus permittat, ut aſſiduis precibus, ac meliore genere vitæ nobiſcum enixe contendere decet Chriſtianos omnes ſic in primis ſummi Principes, ſenſibus ac viribus conjunctis, pro ſuo ſibi divinitus tradito tuendæ Chriſtianæ reipublicæ munere, impendentis periculi calamitatem nobiſcum omni ope debent arcere.

quare ſolicitus ipſe pro ſuo Pontificis officio,

215 Nos autem, quos licet indignos divina providentia in hac totius orbis cuſtodia & tamquam in ſpecula collocavit, ut integram ab exitio, liberam à periculo, vacuam à metu rem Chriſtianam omnem noſtra vigilia ac cura redderemus; Eccleſiamque Dei, quam ipſe acquiſivit ſanguine ſuo nobiſque commiſit, ſartam & tectam conſervaremus; officio noſtro deeſſe nullo modo poſſumus, nec volumus aut debemus. Quare, quando ſoli tantæ rei pondus ſuſtinere non valemus, Reges ac Principes Catholici nominis jam pridem & monere, & hortari, & rogare pro noſtra auctoritate non deſiſtimus, ut communis hanc belli ſocietatem, pro ſuo defendendæ religionis officio, nobiſcum inire velint. Quam ad rem annuente Deo, cum veſtrorum Principum, quorum potiſſimum hoc bello res agitur, animos paratos invenerimus, veſtræ prudentiæ nunc eſt veſtri-

ac Principum voluntate,

B que conſilii, diligenter agere, providere & efficere, ne quid impediat aut interturbet, quo minus ſanctiſſima hæc juxta, & neceſſaria jungi conflarique ſocietas poſſit. Nihil autem impediet, ſi in communi periculo communia potius, quam privata commoda procuraveritis; ſi (quod vos pro veſtra integritate & prudentia facturos eſſe confidimus) ſtatueritis, nihil eſſe poſſe tanti, quod honori divino, quod Eccleſiæ ſanctæ ſaluti, quod veſtrorum Principum incolumitati, quod regnorum ipſorum bono, quod piorum denique omnium votis, quæ univerſa hoc in diſcrimen adducuntur, anteferendum putetis. Si communem peſtem, communibus quoque remediis ac viribus, averti oportere; ſi totius Chriſtiani nominis hoſtem, omnium ſi fieri poſſit Chriſtianorum armis & opibus compeſcendum, debellandum, evertendum decreveritis: neque poſſe Regem unum aut alterum, quamvis præpotentem, per ſe tantam belli molem ſuſtinere; ſed complurium potentiſſimorum Principum conjunctas vires, diviniſque & humanis opibus inſtructas, optime poſſe quoſvis Turcarum & barbararum gentium, aut exercitus frangere, aut conatus comprimere, aut furorem extinguere, aut imperium nomenque delere.

hortatur ut adjungenda in communem hoſtem arma conſpirent,

C 216 Non deerunt nobis hoc ad efficiendum tum divina, tum humana ſubſidia. Aderit tam piis conatibus ille ipſe, qui Eccleſiam ſuam nec antea deſeruit ullo tempore, nec in præſens aut in poſterum pro ſua clementia eſt unquam deſerturus. Nec fallere promiſſa poſſunt ejus nos confirmantis illis verbis: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi: Confidite. Ego vici mundum: & Portæ inferi non prævalebunt adverſus Eccleſiam meam. Quæ tamen auxilia nobis ea lege Deus repromiſit, ut, quantum in nobis eſt, ſemper connitamur efficere. Quod vero ad humana præſidia ſpectat, non ſolum veſtrorum Principum animos in hanc expeditionem propenſos, ſed etiam paratos exercitus, & ad dimicandum alacres; jam inſtructas claſſes, & in aciem deductas, jam fortiſſimos duces ac promptos habemus. Tantum hæc omnia, ut firmiora, validiora ac diuturniora fiant, ſanctiſſimi fœderis vinculo colliganda ſunt. Quæ cum ita ſint, videte quæſo, ne Chriſtianæ reipublicæ exitioſum, & nobis permoleſtum, & vobis turpe ſit, huic ſummo conſilio, præſertim in re tam aperta, quæ per ſe ipſa loquitur, conſilium intelligi defuiſſe. Sed arripite opportunam hanc, quam Deus nobis offert,

de divino fidentes auxilio

Matth. 28 Io. & Matth. 16

& humanum in promptu habentes,

occaſionem: quæ aliis temporibus optari quidem illa poſſet, ſed par numquam certe reperiri: quin eam ſi neglexerimus, id apud poſteros noſtros merito nobis probro fuerit ſempiterno. PER ANT. GABUT.

217 Quod ſi divinitus oblata tam præclara occaſione uti voluerimus, cum perpetuo decore ſalute-que, frementis rabidi illius canis in nos ſævientis dentes infringemus: florentiſſimum Cypri regnum, quod omni ope tueri conſervareque debemus, non modo Venetæ, ſed univerſæ Chriſtianæ reipublicæ vindicabimus: nobiſque ad ſacroſanctum illud Salvatoris noſtri ſepulcrum, atque alia Palæſtinæ loca, ipſius Chriſti Domini conſecrata veſtigiis, feliciter recipienda viam aperiemus, cum ad ea nullus alius nobis aditus relinquatur. Nam cum olim Hieroſolymitani regni recepta poſſeſſio eſt, ſuadente humili quodam fratre, & Urbano II deceſſore noſtro Chriſtianos Principes fere omnes in eam expeditionem impellente; per Conſtantinopolitanos fines trajectus fuit Chriſtianus exercitus: quod nunc fieri nullo modo poteſt. Sed cum una Cyprii maris navigatione in Palæſtinam commodius adeatur, retenta Cypro, ad illas Terræ ſanctæ ditiones recuperandas faciles patebunt aditus. Nec dubitare debemus, hoc inter nos percuſſo fœdere, quin alii Catholici quo- E que Principes in id ipſum deinceps facile conſpirent. Quorum enim una fides eſt, una religio; eorum etiam ad illam tuendam ac propagandam unus debet eſſe animus, una contentio: & quorum idem eſt periculum, eorum quoque ad id depellendum idem ſtudium junctaque potentia debet adhiberi. Ut quemadmodum omnis omnium Regum virtus, auctoritas, dignitas, ſplendor, opes, atque potentia à Deo, velut ſummo univerſæ poteſtatis fonte derivantur; ita ad illius & protegendum cultum & gloriam amplificandam, ea cuncta certatim conferantur. Ego vero, quod ad me attinet, illud aperte profiteor; ſi huic expeditioni præſentiam meam ullo modo prodeſſe poſſe confiderem, non modo me periculis omnibus libenter exponerem, ſed inter primos etiam, pro gloria Dei & pro Chriſtianæ reipublicæ ſalute, ſanguinem & vitam alacriter profunderem.

ad Terræ ſanctæ recuperationem Cypro ſervata viam habituri,

& aliis Principibus præituri exemplo:

218 Hac cohortatione commoti ſunt vehementer principum virorum animi, rei conficiendæ præſidentium: ac Pii magnitudine animi probitateque commendata, una cum Cardinalibus, tractando fœderi ab eo præpoſitis, convenerunt. Hi autem fuere, F Joannes Moronus, Michael Bonellus, Joannes Aldobrandinus, Carolus Craſſus, cui vita functo Joannes Paulus Eccleſia ſuffectus eſt, Petrus Donatus Cæſius, Hieronymus Ruſticucius, viri prudentia, pietate & rerum uſu præſtantiſſimi: quos omnes (Morono excepto) in ampliſſimum Cardinalium ordinem ipſe cooptaverat. Principio res inibi fuit, ut actum de ea propemodum eſſe videretur. Nam Regii, Venetos id ſupplices efflagitaturos eſſe confidentes, conditiones ut proponerent ipſi, præſtolabantur. Veneti contra, fœdus, quod nequaquam depoſcebant ipſi, ſed Pontifex, non minori illis quam ſibi commodo futurum eſſe profitentes, ea de re agere primi recuſabant. Quocirca Pius, ut omnem tolleret difficultatem, is eſſe voluit, qui utroſque ad id precatus impelleret, cauſam hanc, quæ ad univerſam Chriſtianam Rempublicam pertineret, privatis omnibus omnium rationibus anteferendam eſſe demonſtrans. Inde porro quædam rerum veluti capita propoſuit, quibus negotium confici convenienter poſſet; eaque ipſis dedit expendenda.

cum autem neutri vellent eſſe in rogando primi

prior Pius proponit capita ineundi fœderis,

219 Regii vero, Pontificiis etiam nonnullis aſſentientibus, eam ad id legem volebant adhiberi, ut ſocietas adverſus infideles omnes conflaretur: ac

PER ANT. GABUT.

nominatim in Mauritaniam, Principemque Seriphum, qui Philippo Regi Catholico intra fretum Herculeum infeſtus eſſe poterat. At Surianus obſiſtere: ſe non eſſe ad id agendum admiſſos, niſi ut in Turcas fœdus iniretur: hoc tantum & Principes rogatos eſſe, hoc ſibi ab Republica ſua datum in mandatis: de ceteris vero gentibus ac Regibus nominatim agere, non eſſe ſtatuere, ſed evertere, quod præcipue quæreretur. A quibus enim ſperatur auxilium, eorum non irritandos, ſed conciliandos potius eſſe animos: neque iis injiciendam ſuſpicionem eſſe, quorum adverſus communem hoſtem eſſent exſpectanda ſubſidia. Nam & Sophum Perſarum Regem, quem Chriſtianis auxilio futurum ſperarent (quod etiam Cardinalis Moronus cum Suriano ſentiens præmonuit) infidelium numero cenſeri. In Mauritanos autem ſocietatem inire, illis potius quam ſociis honorificum videri: minuſque decere Hiſpaniarum Regem potentiſſimum, ad hoſtes nulla ferme inſtructos claſſe debellandos, ſociorum auxilium quærere. Hac igitur approbata ſententia, in Turcas tantum, & in loca illis ſubjecta, nominatim

quod in ſolos Turcas faciendum decernitur,

B in Juliam Cæſaream (quæ nunc appellatur Algerium) Tunetum, ac Tripolim ſociale bellum ſuſcipiendum eſſe cenſuerunt. Erant porro qui vellent, ad fœderis pacta magis conſtabilienda, ea anathematis vinculis obligari: ſed Venetis datam inter Principes fidem ſufficere demonſtantibus, aſſenſum eſt.

220 In his atque aliis ſententiarum varietatibus, quas omnes hoc loco referre longum ſit minimeque neceſſarium, præſertim de communi ſumptuum collatione, diu multumque diſceptatum. Erant ii ſumptus in ſingulos menſes aureorum nummûm ſexcentena fere millia. Surianus pro ſua Republca, quartam partem, prætera nihil, in medium conferendum decernebat. Regii vero dimidium tantum, cum interim ſextam partem contribuere vix poſſet Eccleſia, uti fecit in fœdere icto anno MDXXXVII, præſertim quod ab eo tempore annua Pontificis vectigalia minus quadringentis millibus aureorum haberent. Itaque Pontifex quinque tantum & triginta millia ſe tribuere poſſe pollicitus, quod reliquum erat oneris, æqua portione Regem inter & Venetos diſtribuendum eſſe dicebat; longe tamen plura, quam pollicitus eſſet, uti factum conſtat, poſtea

ratio ſumptuum initur.

C præſtiturus.

CAPUT III.

Ioannes Auſtriacus electus Dux totius exercitus. Fœderis conditiones, pecuniæ ſubſidia comparata.

CAP. V

221 DE totius porro ineundæ ſocietatis exercitus Duce deſignando haud levis contentio fuit. Hiſpanis contendentibus, ut ad id Regius aliquis propterea decerneretur, quod & Rex ipſe plura quam alii in id ſubſidia conferret, & hoc ad regiam exiſtimationem valde pertineret: eam tamen electionem comprobari Pontificis Venetorumque volebant arbitrio. At Veneti, indictum ſibi fuiſſe bellum objicere: idque in mari orientali gerendum, ubi ſui vel duces vel milites locorum peritia præſtarent, ubi quoque Turcis ſubjecti populi, Venetis potius quam Regiis aut Pontificiis ſignis, ad ſe illa ſervitute eximendos, excitarentur: denique ſe majore claſſe inſtructos eſſe, propterea è ſuis unum totius belli Ducem conſtitui par eſſe. Aſſenſere demum, ut tres Imperatores eſſent, qui deliberarent de rebus omnibus, eorumque deliberationes atque conſilia, quod ad executionem attinet, arbitrio Pontificis remitterentur. Ceterum Pius ſupremam hanc Præfecturam Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, utpote Principi ſumma auctoritate ac bellicarum rerum uſu præclariſſimo, mandare maxime cupiebat: eaque de re cum ipſius ſenſum per litteras exploraſſet, ille pro ſua pietate animique moderatione reſpondit, ſe Pontificis nutu in bellum contra Turcas, tantum ut auxiliarem militem, libenter profecturum: nullumque laborem aut periculum, ut Chriſtianæ reipublicæ prodeſſet ac Pio obtemperaret, unquam detrectaturum. Verum ne Pontifex voti compos fieret, aliorum obſtitere ſuſpiciones: Venetis quidem objicientibus, quod cum alia multa id præpedire viderentur, tum illud in primis quoniam ille Cyprium in regnum ſibi jus eſſe prætenderet; Hiſpanis vero, ne id imperii præpotenti viro ditioneſque ſuas amplificare cupienti deferretur, obſiſtentibus, unumque Joannem Auſtriacum, Cæſaris Caroli V filium, depoſcentibus: his tamen, ne à Pontifice prorſus diffidere viderentur, placebat, ut rei quidem terreſtri Sabaudius ipſe, navali vero præficeretur Auſtriacus.

poſt varias deliberationes,

D

222 At vero Pius, totius belli ſummam uni potius quam pluribus committendam eſſe ratus, negotium ita confecit; ut, cunctis approbantibus, ſummum belli Ducem atque Præfectum Auſtriacum ipſum declararit, qui rei navali terreſtrique cum imperio præſideret. Erat is ſupra ætatem tot tantiſque bellicarum rerum laudibus inſignis, ut tanti belli molem ei tradi tuto poſſe, cum paulo ante res bene geſta in tumultu Bœtico contra Mauros, tum navalis hujus expeditionis feliciſſimus exitus indicarit. Proſpiciebat enim Pius ope divina fore, ut Chriſtiana res in eo bello proſpere procederet; & cum eum uti ſummum belli Ducem aliorum conſilia audire præſtareque oporteret, futurum ut res celerius conficeretur: rebuſque deliberandis, ex trium Præfectorum ſuffragiis duobus evincentibus, Pontificii Venetique Ducum ſententia facile conveniret: quippe qui cum hoſte congredi magis cuperent, ac bellum extrahere iis foret incommodius quam Hiſpanis. Veneti autem primum Hieronymum Zanium, deinde eo revocato, Sebaſtianum Venerium, viros prudentiſſimos, ac rerum maritimarum peritiſſimos, ſuæ claſſis Imperatores declaraverunt.

deligitur Ioannes Auſtriacus;

E

223 Diſceptatum porro eſt de ſummi Imperatoris Vicario conſtituendo, quando Joannes expeditioni coram præeſſe non poſſet. Id igitur muneris, poſt varias contentiones, Pius detulit Columnæ, Pontificiæ claſſis Præfecto, qui nec ita pridem, de rebus ab ſe tum geſtis tum gerendis cum Pontifice communicaturus, Romam è claſſe redierat: atque hunc ſubinde Venetias miſit, qui non mediocriter nutantes Venetorum animos confirmaret. Ii namque ſuſpicati, ne Surianus, maturandi fœderis impenſe cupidus, plura quam habuerat in mandatis præſtitiſſet, Joannem Superantium illi collegam adjunxerant, qui rem difficultatibus obſtruebat. Verebatur etiam Pius, ne Veneti ancipiti diſtracti conſilio rem protrahere cuperent, ſpe ducti fore ut Turca pacis conſilium iniret. Non defuere tamen, qui objicerent Pio, nequaquam è dignitate Pontificia factum videri, ab ſe aliquem ea de re Venetias mitti. Quibus ipſe reſpondit, ſe pro communi Chriſtianæ rei beneficio indigna quæque perpeti velle, atque extrema virium experiri. Quod ſi Veneti ſua explicare conſilia noluiſſent, ſacratiſſimum Chriſti ſanguinem pro iis, quos Turca jam captivos tenebat, effuſum de illis pœnas repetiturum. Columna igitur Venetias profectus, rem ita compoſuit ac tam præclare ſeſe geſſit, ut magnam prudentiæ laudem inde conſecutus, eam legationem neceſſariam fuiſſe demonſtraret. Jam vero

Vicarius ejus Columna,

F

qui Venetias miſſus obſtacula removet.

A vero tot tantisque difficultatibus res erat impedita, ut sanctum hoc & necessarium fœdus fieri minime posse dicerent sapientes viri, nisi summa virtus, acre studium, singularis prudentia ac patientia Pii Pontificis, bene juvante Deo cunctis submotis impedimentis, rem ad exitum perduxisset. Post multas igitur, & graves, & longas contentiones, anno MDLXXI, ad XIII Kal. Junii confectum est negotium; atque in publico Pontificis & Cardinalium consessu solennis jurisjurandi religione sancitum fœdus, magna piorum lætitia subinde promulgatum, in has convenit conditiones.

Itaque sancitur fœdus

224 Pius V Pontifex Maximus, Hispaniarum Rex Catholicus Philippus, & Veneta Respublica fœdere perpetuo junguntur, tam ad inferendum bellum, quam ad illatum quoque propellendum, adversus Turcam & omnes quas ille possidet ditiones, Julia Cæsarea (quę nunc Algerium appellatur) Tuneto ac Tripoli etiam comprehensis.

CAP. VI *sub his conditionibus.*

Bellicus fœderatorum apparatus sit, triremes ducentæ, onerariæ centum; Italorum, Hispanorum, & Germanorum peditum quinquaginta millia; equitum levis armaturæ quatuor millia & quingenti; bellicis tormentis, tum majoribus tum minoribus, commeatu, ceterisque rebus necessariis instructi.

B

Opes & apparatus ejusmodi quotannis, mense Martio aut Aprili ad summum, in promptu sint in Orientali mari; ut iis rebus belli Duces, ad fœderatorum & Christianæ reipublicæ utilitatem, pro opportunitate rerum ac temporum uti possint.

Quod si hostes adversus sociorum loca bellum susceperint, classium Præfecti, vel cum omnibus copiis vel cum earum parte, ante susceptа expeditione relicta, opem ferant, omnesque vires ad auxilium vexatorum convertant.

Fœderatorum Principum Oratores quotannis per autumnum, de suscipienda in annum insequentem expeditione, ac de copiis comparandis, cum Pontifice Romæ deliberent decernantque.

Pontifex Sedesque Apostolica duodecim triremes, rebus omnibus necessariis ornatas, ac tria millia peditum equitesque ducentos & septuaginta præbeat.

Pontifex sextantem; Rex Catholicus semissem, Veneti trientem totius sumptus bellici tribuant.

Sumptus, quos facere Pontifex non possit, pro ratione suarum partium Rex & Veneti suppleant. Si

C quid Veneti plus sua portione dederint, id Rex compensare teneatur.

Veneti commemoratas duodecim triremes, bellicis tormentis & armis præmunitas, Pontifici commodent: quas ipse milite, remige, & commeatibus instruat; & confecto bello, instructas Venetis reddat, nisi quid belli vis absumpserit.

Et quoniam fieri potest, ut rerum bellicis usibus necessariarum major uni quam alteri copia suppetat; si quis plus sua portione contulerit, ab alio ceteris in rebus compensetur.

Si commeatus fœderatis deesset, eum sibi è locis suis aut aliunde, prout commodius fuerit, capere liceat, moderato pretio, sintque rei frumentariæ exportationes sociis omnibus liberæ, ad usum copiarum. Nemini vero fas sit ex iis locis commeatum exportare, in quibus inesse contigerit; nisi prius fœderatorum classibus copiisque provisum fuerit. Liceat tamen Catholico Regi commeatum arbitratu suo Guletanis, Melitensibus, classisque suæ necessitatibus, ex Neapolitano Siculoque regnis devectum, providere.

Ubi vero certum vectigal exportantibus est impositum, id in sociorum detrimentum augeri non possit: at ubi ordinarium portorium non existit, id mediocrem summam non exuperet. PER ANT. GABUT.

Quod si Turcæ, præsertim ab Algerio, Tuneto, Tripolive, Regem Catholicum bello petant, quo tempore nulla fœderatorum fieret expeditio, tum Veneti quinquaginta triremes bene munitas Regi subsidio mittant: quod ipsum fiat ab ipso Rege, si Turca Venetos aggrederetur: atque id auxilii negari non possit, dummodo qui bello premuntur, majores non habeant vires, quam sit fortasse quod petunt subsidium.

Si vero contra Algerium, aut Tunetum, aut Tripolim Hispanus bellum suscipiat, quo tempore nulla sociorum communis fiat expeditio, vel nullum à Turca Venetis grave periculum immineat, tunc Veneti quinquaginta bene validas, & instructas triremes ei mittant auxilio. Id ipsumque pariter auxilium Hispanus Venetis simili conditione submittat, quando ipsi in Adriatico sinu ab urbe Apollonia, quæ nunc Velona dicitur, Venetias usque bellum gererent.

Si quis Pontificię ditionis locus bello tentaretur, reliqui fœderati periculum nitantur avertere, ad ejusque tutelam conspirent.

Omnibus rebus & consulendis, & decernendis, & E administrandis tres fœderatorum Principum summi Duces intersint: ratumque sit, quod vel tres communi consilio vel duo decreverint.

Bellicæ societatis hujus & totius Christianæ classis, maritimarumque & terrestrium copiarum omnium, summus Imperator sit Joannes Austriacus: qui vel de communi cum ceteris fœderatorum Prępfectis, vel saltem de consilio unius rebus omnibus moderetur. Quo absente vel impedito, summa cum potestate præsit Pontificiæ classis Dux, Marcus Antonius Columna.

Summus Imperator in communi expeditione communi fœderatorum vexillo utatur: in propria vero expeditione cum proprio vexillo præsit is, qui illam susceperit.

Honorificus porro locus Cæsari, & Gallorum & Lusitanorum Regibus pateat, ad hanc belli societatem ineundam: qui pro sua singuli portione fœderis vires adaugeant.

Hos & ceteros Christianos Principes Pontifex pro sua auctoritate paterne cohortetur; ut hoc inito sociali fœdere, viribus & armis Christianæ reipublicæ consulant: quod ut fiat, ceteri quoque fœderati operam omnem & auctoritatem adhibeant. F

Loca communibus fœderatorum armis recepta inter ipsos distribuantur, ut in fœdere anni MDXXXVII, Tuneto, Algerio, Tripolique exceptis, quæ oppida sint Philippi Regis: tormenta vero apparatusque bellici, ubivis gentium venerint in potestatem, pro ratione sumptuum inter fœderatos dividantur.

Epidaurum, Ragusium nunc appellatum, ejusque ager nullum à fœderatis detrimentum aut incomdum accipiat, nisi aliqua justa de causa vel Pontifici Pio vel ejus successoribus secus visum fuerit.

Neque vero per ullam causam inter fœderatos controversia objici possit aut impedimentum, quo minus vel expeditio vel fœdus non continuetur: atque ejusmodi controversias quælibetque dissidia judicare, tollere, vel componere, sit Pii Pontificis ejusque successorum.

Ne cuiquam ex fœderatis liceat, aut per se aut per alium, ceteris sociis inconsultis ac non approbantibus, agere de pace aut de induciis, aut de ullo amicitiæ genere cum hoste communi. Atque hæc quidem omnia bona fide, plene & integre, ut Christianos Principes decet, servare studeant fœderati.

225 San-

PER ANT. GABUT. CAP. VII

225 Sancito fœdere atque, uti diximus, promulgato, tum ad agendas gratias divinæ majeſtati, tum ad cæleſtem opem implorandam, ut ea res bene ac feliciter eveniret, publicas in Urbe tridui ſupplicationes, quibus ipſe more ſuo pedes interfuit, & ampliſſimum per univerſum Chriſtianum orbem Jubileum Pius indixit; Cardinales omnes graviter cohortatus, ut quiſque ſe, familiamque ſuam ad ipſas habendas ſupplicationes, ac Jubileum ea religione promerendum componerent, ut & Deum placare & Chriſtianis populis ſingulari pietatis exemplo eſſe poſſent. Mox cum intellexiſſet, Venetos ferme ſupra vires bellicorum ſumptuum magnitudinem bello contra Turcas gerendo ſuſtinere, clementer illis indulſit, ut in univerſa ditione Veneta ab ſacratis viris aureorum nummûm centena millia in annos quinque, durante fœdere, per ſacros adminiſtros colligere poſſent. Similique uſus liberalitate in Regem Catholicum, ei multiplicem cogendæ pecuniæ tribuit facultatem: atque illi centum triremes confirmavit, quæ ad maritima Italiæ tutanda præſidia, Pii IV conceſſu, Eccleſiæ vectigalibus ſuſtentabantur. Inter hæc nonnullis Pio ſubjicientibus, opportune factum iri, ſi per eam occaſionem opimos proventus aut alia commoda conſanguineis ſuis apud Regem ipſe procuraret, ſe ſacrarum facultatum mercatorem nequaquam eſſe reſpondit: ſed ejuſmodi ſubſidia ad Chriſtianæ reipublicæ ſalutem ſe gratuito ac libenter conceſſiſſe, ut fœdus ictum eo liberalitatis vinculo ſanctius devinciret. Ac vere id quidem: neque enim ea prius ut concederet, adduci unquam potuerat, nullam ejuſmodi cauſam ſubeſſe videns.

Jubileum promulgat:

concedit facultatem ab Eccleſiaſticis accipiendi ſubſidia.

B

226 Et quoniam propter multa eaque maxima, quæ & Melitenſibus & Cæſari in Pannonia contra Turcas, & Gallorum Regi & Belgis Britanniſque Catholicis adverſus hæreticos pugnantibus, tum pecuniarum tum vero copiarum auxilia ſæpe miſerat, exhauſtum erat ærarium Pontificium; ex urbanis Magiſtratibus nonnullos bellici hujus ſubſidii cauſa vendere, ut moris eſt, prope cogebatur. Quare Cardinali Alexandrino, ſororis ſuæ nepoti, Camerarii munus, quod ei ſuperiore anno contulerat, abrogare venaleque habere conſtituit. Id vero Cardinali minime ingratum accidit: quin etiam is Chriſtianæ reipublicæ cauſa in gratiam Pontificis tali munere libentiſſime ſeſe abdicans, Pio id poſtulanti reſpondit, ſi vellet eo genere ſubſidii ad ejuſmodi occaſionem uti, id majoris ſe in beneficii loco poſiturum, quam eo ipſo recipiendo poſuiſſet. Hunc igitur Magiſtratum, qui ſuapte natura venalis erat, vendidit Pius ſeptuaginta millibus nummûm aureorum. Eademque de cauſa Cameræ Apoſtolicæ Clericorum numerum, eum antea ſeptem eſſent, adauxit ad duodenarium: è quibus centum & vigintiquinque millia nummûm aureorum collegit. Duodecim ditioribus Cœnobitarum Ordinibus, qui poſtea triginta duo aureorum millia in annos ſingulos ſe collaturos eſſe tranſegerunt, quadringentorum millium aureorum tributum imperavit: ex quibus fidei Montem inſtituit, eumque Religionis Montem appellari decrevit: atque eiſdem Ordinibus ipſius ſubſidii cauſa, nonnulla bona ſua vendendi fecit poteſtatem. His & aliis præterea Cœnobitis ſenas decimas impoſuit: habitaque mendicantium Ordinum ratione, illorum tributum ad tres decimas, ex antiqua æſtimatione revocavit. Super alios itidem ſacros fructus ac penſiones per Italiam, excepta Venetorum ditione, ſex decimas indixit. Ad hæc uſus quoque ſemel eſt menſtruo fructu nonnullorum Romanæ curiæ Magiſtratuum. Statuit demum ut exules, tum Clerici tum laici, ab exilio revocarentur; in eos impoſita multa, per viros ad id electos definienda.

pecuniam colligit

vendito munere Camerarii,

C

Clericos Cameræ augendo,

exigendo contributiones à Religioſis.

227 Fuere, qui per hanc occaſionem Pio proponerent, ex uſu maxime futurum, ſi ad eccleſiaſtica beneficia regreſſus Sacerdotibus concederet: nam inde decies fere centena aureorum millia colligi poſſe: quorum tamen conſilio minime acquieſcendum Pius putavit, quod ea res ad alia multa & indigna & indecora viam patefaceret. Sic enim fore, ut Eccleſiaſtica bona, quæ viris probis ac ſapientibus arbitrio Pontificum diſtribuenda eſſent, ſenſim ineptorum & indignorum hominum fierent quaſi patrimonium: atque ita non virtuti & Eccleſiarum utilitati, ſed carni ac ſanguini, atque adeo impuris interdum adminiſtris conſuleretur. Denique nullam tantam eſſe poſſe neceſſitatem, quæ Principem quemvis bonum, nedum Pontificem Summum, ad ea quæ vel divinis vel humanis legibus minime conſentanea ſint, publice concedenda debeat inducere. Verum ante omnia ſummo id ſibi ſtudio faciendum exiſtimavit, ut ſine cunctatione ad Chriſtianos Principes legationes decerneret, cum ut junctum fœdus magis ac magis confirmaret, tum etiam ut eos ad moliendum, ſi fieri potuiſſet, Turcarum excidium impelleret ac provocaret.

D

recuſat tamen pretio concedere regreſſum ad beneficia.

E

CAPUT IV.

Legatio Cardinalis Alexandrini ad Philippum Regem Catholicum.

228 IN ampliſſimo igitur Cardinalium conſeſſu, ad XIII Kal. Julias habito, Cardinalem Alexandrinum ad tres præcipuos Chriſtiani orbis eoſdemque potentiſſimos, Hiſpaniæ videlicet, Galliæ & Luſitaniæ Reges; & Cardinalem Commendonum abſentem ad Cæſarem Poloniæque Regem, Legatos Apoſtolicos declaravit. Sed de Commendono poſtea; nunc de Alexandrino: cui ad Reges ipſos litteras dedit, paſtoralis ſtudii ac paternæ caritatis plenas: quibus litteris, quam gravate præſenti illius ſibi & unice cari & intime conjuncti opera privaretur, oſtendit. Huic proficiſcenti complures lectiſſimos ſacros Proceres viroſque præſtantiſſimos comites eſſe voluit. In his fuere præcipui, Hippolytus Aldobrandinus, jam ab ipſo Pio primum Romanæ Rotæ lectus Auditor, hujuſque legationis ac negotiorum omnium moderator, nunc Clemens VIII Pontifex Maximus; Alexander Riarius, Apoſtolicæ Cameræ Auditor, Patriarcha Alexandrinus; Hippolytus Rubeus, Epiſcopus Ticinenſis; Joannes Franciſcus Sangeorgius, Comes Blandratæ, mox Urbis Præfectus & Epiſcopus Aquenſis; Matthæus Contarellus, legationis hujus, deinde Gregorii XIII Datarius; Franciſcus Maria Taurufius, mox Avenionis, nunc Senarum Archiepiſcopus, omnes poſtea Cardinales; Cæſar Specianus poſt Novarienſis, nunc Cremonenſis Epiſcopus; Guilielmus Baſtonus, nunc Epiſcopus Ticinenſis; Vincentius Herculanus & Bartholomæus à Lugo, ambo ex Dominicano Ordine Theologi: ille ad Sarnenſem primum, inde ad Forocornelienſem, mox ad Perufinum; hic ad Interamnenſem Epiſcopatum aſſumpti; Franciſcus Borgia, ex Gandiæ Duce religioſus, tunc Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu; Annibal Craſſus, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, poſt Epiſcopus Faventinus; Pyrrus Tarus & Joannes Petrus Giſlerius, præſules Romani; omnes viri pietate, rerum uſu, integritate, ſapientia, ceterarumque virtutum ſplendore conſpicui: ut præclarum hunc comitatum, Romanæ aulæ florem, & Epiſcoporum, Cardinalium, ſummorumque Pontificum quaſi ſeminarium fuiſſe, nec immerito, dixerimus.

CAP. VIII

Cardinalis Alexandrinus, Legatus Apoſtolicus

F

cum præclaro comitatu

229 His

A 229 His & aliis omnibus Pius cautum eſſe juſſit, ne ullum omnino donorum genus, ſeu à Principibus ſeu ab aliis acciperent, neque pro ſeipſis aut pro aliis Legati gratia apud ipſos Principes uterentur: ſuum enim eſſe, meritis præmiis eorum quemlibet afficere. Neque vero moram ullam interponere Legatum paſſus eſt, ſumma diligentia maturandæ profectionis, imum ad Catholicum Regem, in quo majora earum momenta rerum poſita eſſe videbantur. Itaque pridie Kalend. Julias Roma profectus & in itinere cum ab aliis Italiæ Principibus, tum in primis à Sabaudiæ Duce, magnis acceptus honoribus; apud eum biduo commoratus, atque ejus optimique Principis Guilielmi Jojoſæ, Galliæ Narbonenſis Proregis, ductu per medios Galliarum hæreticos Avenionem uſque deductus incolumis; III Kalend. Octobris ejuſdem anni, Mantuam Carpetanorum (Madritum appellant) pervenit: ibique ab Rege, qui honoris cauſa cum Regio comitatu ei obviam proceſſit, honorificentiſſime & humaniſſime fuit exceptus. Redditis à Pontifice litteris Legatus oſtendit, tam ardenti communis ſalutis ſtudio Pium teneri, ut ſi per ætatem licuiſſet, ipſe ad hæc cum Rege peragenda venturus fuiſſet; ſed quoquo modo poſſet id abſentem agere, quod coram præſtare impediretur: ſummo Dei beneficio ſocialis belli fœdus in Turcam ſancitum eſſe, nunc ineundam eſſe rationem, non modo ne auxilia quæ pepigiſſent minuerentur; ſed ut nova eaque majora ſi fieri poſſet adderentur. Regi, ad rem Chriſtianam tutandam & conſervandam nato, omnia tentanda & conanda eſſe, ut furentem Chriſtiani nominis hoſtem reprimeret: ejus opes & imperium quotidie magis augeſcere, Chriſtianorum imminui. Niſi conando audendoque Rex aliquid pro viribus moliretur, periculum imminere, ne ut cœpiſſet res Chriſtiana laberetur: ſi bellum contra Turcam Rex ardentius ſuſcepiſſet, eum non modo illata ab eo vulnera ulciſci, ſed etiam tota Africa potiri poſſe. At ſi Venetorum vires frangerentur, Regi graviora impendere pericula: cladibus, quas Pannoniæ & Auſtriacis ejus cognatis paſſim hoſtis intuliſſet, plus ſatis oſtendi, quo in diſcrimine res Hiſpana & Italica verſaretur.

profectus in Hiſpaniam

& Madriti humaniſſime à Rege exceptus,

B

hortatur eum ad bellum Turcicum ſerio promovendum,

230 Ceteris quidem Principibus Chriſtianis minus turpe fore, ſi alienis periculis neglectis ſua tuerentur: Philippum vero, qui opibus & auctoritate tantum valeret, ut merito columen Chriſtianæ reipublicæ religioniſque præſidium haberetur, vix (quod pace tantæ Majeſtatis dictum vellet) effugere vituperationem poſſe, ſi quos Principes aut nationes à Turca opprimi pateretur: omnium ſive exiſtimatione ſive efflagitatione, neminem magis decere quam Philippum, libertatis Chriſtianæ vindicem ſe præbere. Illi ergo, ut Chriſtianæ rei ſibique conſuleret, difficillima quæque ſuperanda eſſe. Icti namque foederis viam, quæ à primis rerum agendarum conſiliis duxiſſet ad deliberationes, magnas difficultates habuiſſe: ſed illam majores habituram, quæ à deliberationibus ferret ad exequenda abſolvendaque ea quæ decreta fuiſſent. In primis igitur diligentiam adhibendam eſſe, ut ſtatutis locis ac temporibus rerum bellicarum apparatus & copiæ præſto eſſent: cum pleriſque in rebus tarditatem & procraſtinationem obeſſe, tum hoc bellum celeritate indigere: conſilia, ut Rex ipſe optime noſſet, eſſe temporum, quæ in horas mutarentur; cum negotiorum maturitates præteriſſent, rerum opportunitates ſero & nequidquam quæri. Ad rem igitur bene gerendam magni intereſſe, belli rationes ita conſtitui, ut ex re & tempore conſilia capi poſſent: ne in rebus ſubitis & anguſtis, cum maturato opus eſſet, Rex ſemper conſulendus, interjectoque longo terrarum ſpatio ex Hiſpania deliberationes ſemper eſſent expectandæ. Omnia præterea Regem experiri & tentare oportere, ut Maximilianus Cæſar & Carolus Galliæ Rex in hanc belli cauſam deſcenderent. Omnia autem proſpere proceſſura, ſi hoſtis terreſtribus Chriſtianorum & navalibus copiis urgeretur. Hæc, in quibus ſecundum Deum ſpes ſalutis conſiſteret, Pium non ſolum petere & obteſtari, ſed etiam quaſi debita ab eo Rege poſcere, cujus, Deo bene juvante, quam maximæ in orbe terrarum opes eſſent.

quod neminem magis quam ipſum id deceat

C

providendumque maturæ apparatui neceſſario.

231 Legatum hæc & alia referentem benigne Rex audivit: Pio, qui de Chriſtiana republica numquam niſi divine cogitaſſet, ſe maximas gratias agere, majores etiam habere: primum, quod tali mente eſſet, quali caput & ſummum columen rei Chriſtianæ eſſe deceret: deinde quod Alexandrinum Cardinalem, conſiliorum & pietatis avunculi effigiem, ad ſe miſiſſet. Pii mandata ſibi curæ futura: omniaque prout tempus & res ſineret, ſe diligenter acturum. In primis ergo Joanni Auſtriaco, in eam expeditionem profecturo, mandavit, ut expleta ejus anni navigatione, cum triremibus cunctiſque bellicis opibus in Italia ſubſiſteret, quamvis paulo ante eidem juſſiſſet, ut hibernatum rediret in Hiſpaniam. Deinde, ut nulla de re ad initam ſocietatem pertinente, ex Hiſpania dehinc Romæ aut in claſſe expectanda deliberatio eſſet: liberam poteſtatem cognoſcendi & decernendi, quæ ex uſu eſſent, Granvellio & Pacieco Cardinalibus Stunicæque Oratori ſuo permiſit. Quidquid illi Romæ conſtituiſſent, id ratum firmumque perinde, ac ſi apud ſe actum eſſet, futurum. Præterea juſſit, ut præſcriptis temporibus decreta ſubſidia præberentur: denique per litteras & Cæſarem & Galliarum Regem, ad ineundam fœderis ſocietatem, ut Legatus Pii verbis poſtulaverat, graviter cohortatus eſt.

cui Rex annuens

cum accelerando bello providiſſet,

E

232 Initæ vero ſocietatis rebus hunc in modum conſtitutis, Legatus habere ſe ad eum privata Pontificis mandata demonſtrat: quæ etſi non ad belli rationem, ad tollendas tamen diſſidiorum cauſas pertinerent. Pio ſemper id animi fuiſſe, ut amicos & Sedis Apoſtolicæ ſtudioſos Reges, non modo nihil ſui juris deperdere, ſed etiam dignitate, gratia & honore auctiores eſſe vellet. Quę ceteri ſummi Pontifices in Neapolis Siciliæque Reges olim contuliſſent, ea ita firma eſſe debere, ut ne quid de ſacroſanctæ Sedis jure derogetur. Sed in eorum regnorum adminiſtrationem multas corruptelas irrepſiſſe, quæ ſacris legibus ac Pontificiæ auctoritati repugnarent: ut inter alia, quod Regii conſtituta in Sicilia monarchia, quæ ad Apoſtolicæ Sedis patrimonium pertinet, in ſacros viros jus ſibi vindicarent, & in Neapolitani regni finibus Concilii Tridentini decretis non obtemperaretur: Pontificiiſque litteris & conſtitutionibus, quæ decreti Regii, quod Exequatur appellant, immunes eſſe deberent, obſiſteretur. De his & aliis Legatus Pii verbis petebat, ne ab inſtitutis ſuperiorum temporum, & ab jure tamdiu retento recederetur. Nec magis Sedis Apoſtolicæ quam ipſius Regis intereſſe ut iis malis occurreretur; propterea quod ubi Eccleſiaſtica jura violarentur, ibi neſcio quo divino conſilio fieret, ut turbulentæ ſeditiones peſtiferæque hæreſes exorirentur; populique communicatis conſiliis in caput & in fortunas Principum conjurarent. At ubi Principes cuncta poſt religionem habuiſſent, & humana imperia ſacræ auctoritati ſubmittenda probe pieque ſenſiſſent; ibi eos, pulſis curis atque periculis, ſolido ac tuto rerum ſtatu frui: idque tum vetuſtis, tum recentibus exemplis conſtare. Ceterum Pio curę eſſe, non modo ut ſine injuria, ſed etiam ſine querela res adminiſtrarentur.

rogatur à legato

F

ut Neapoli & in Sicilia conſulat libertati eccleſiaſticæ,

233 Eum

PER ANT. GABUT.

PERANT. GABUT.

Mediolanensi Archiepiſcopo jus ſuum relinquat,

233 Eum præterea poſtulare, ut controverſiæ Mediolanenſis Eccleſiæ finis imponeretur; & jus amiſſum veterum Archiepiſcoporum culpa, qui diutius abfuerant, reſtitueretur. Lectionem Oeconomi ipſius Eccleſiæ, quam ſibi Regii uſurpaverant adminiſtri, ſummo Pontifici, ad quem unum id jure ſpectat, relinquendam eſſe. Regem, qui ad æquitatem omnia referri vellet, Pio pergratum facturum, ſi ſuis præcepiſſet, ne ſe alieno juri immiſcerent. In regno Neapolitano & Mediolanenſi ditione, ad ſuſtinendum bellum Turcicum, ſex decimas Pium indixiſſe: eam collationem mere eſſe Eccleſiaſticam, eamque pecuniam veteri inſtituto ab Eccleſiaſticis adminiſtris exigendam eſſe: neque vero quidquam Regiis impertiendum: ſi quid eis antea tributum eſſet, id ſummorum Pontificum indulgentia factum fuiſſe, neque ejus rei certam ac perpetuam legem poſſe conſtitui. Nunc vero Pium poſtulare, ne pecuniam ad bellicos uſus erogatam, ad ſuorum lucrum revocari Rex pateretur.

indictas à Papa decimas per ſuos non attingat.

Coſmo Magni Ducù datum titulum ne indignetur

B

234 Illud porro Pio non minorem curam attuliſſe, quod de Coſmi Magni Etruriæ Ducis titulo nonnulli per invidiam, ſecus ac res eſſet, Regi detuliſſent; multaque affinxiſſent, quibus à Coſmo Regis animum alienarent. Sed non eſſe, cur id Regi aut ægre ferendum eſſet aut æmulis credendum putaret. Principem Italum eſſe neminem, qui afflicta Chriſtiana republica ſe ad omnes caſus paratiorem ac conſtantiorem præbuerit, quam Coſmus Medices. Officia ejus & ſtudia, cum aliis occaſionibus, tum præcipue proximo bello Gallico perſpici potuiſſe. Præclarum hunc virum, & de Eccleſia optime meritum, conſilioque & pietate florentem, dignum judicaſſe, quem Magni Ducis titulo pro poteſtate decoraret. Teſtem eſſe Deum, ſe neque ambienti neque petenti, ſed ultro, hunc honorem detuliſſe. Quo conſilio & qua ſpe hunc æmuli oppugnaſſent, Regem conjectura aſſequi poſſe. Coſmum, qui in eam rationem ſemper incubuiſſet, ut æqui & iniqui intelligerent, ſe fide & obſervantia erga Regem ceteros anteire; etiam in poſterum omnia facturum, cum ingenti ſignificatione ſuæ erga tantam majeſtatem propenſæ voluntatis.

aut Columnâ claſſi Pontificiæ præfectum,

C

235 Ad hæc illud Pio moleſtum accidiſſe, quod de M. Antonio Columna Regi delatum eſſet, eum à Pio delectum, quem Pontificiæ claſſi præficeret, Summique fœderatorum Imperatoris Vicarium conſtitueret, non, ut quidam per invidiam querebantur, quod alios ab Hiſpanis propoſitos minus quam par eſſet vel æſtimaret Pius, vel privatis rationibus ductus quemquam poſthaberet: ſed quod Columnam, clariſſimi nominis ducem & bellicæ virtutis gloria præcellentem, Catholici Regis ſtudioſiſſimum cupidiſſimumque perpetuo cognoviſſet; hæc omnia ea mente conſtituta fuiſſe, ut Regi gratificaretur. Alios præteriiſſe, qui Principum quidem opibus & ſtudiis commendarentur, ſed minus multa virtutis ſuæ documenta dediſſent. Superiores ſummos Pontifices vix aut numquam adduci potuiſſe, ut hujuſmodi honores intimis Regum clientibus deferrent: quod igitur Pontifici, pro ſua in Regem caritate gratiam conciliare vel augere debebat, id Columnæ invidiam conflaſſe: ſed quod gloriæ eſſe par erat, id vitio verti minime oportere. Denique, non ut Pii gratia Columnę prodeſſet, ſed ne obeſſet, Regem rogari.

utque Algerii Præfecto Chriſtianis adjungendo faveat.

236 Pium præterea magnum aliud opus conari, eumque ſpe quadam obtentari, fore ut Lucialius Calaber, Chriſtianæ religionis deſertor, tunc Algerii Præſes, archipirata notiſſimus, idemque terreſtrium ac navalium certaminum uſu inſignis, ad priſtinum veræ religionis cultum reverteretur, ſi ei de ditione aliqua vel certo ſtipendio in Italia proviſum eſſet: ea namque de re Pium recentibus litteris factum eſſe certiorem. Itaque Regem optime reipublicæ Chriſtianæ conſulturum, ſi tam bellicoſum ducem & tam multa audentem Turcis detraxiſſet: quod ſi conatus irriti cecidiſſent, tamen id boni ſua ſponte ſecuturum, ut ob eam rem Lucialius Turcis inviſior & ſuſpectior ad omnia redderetur. Et quidem Pio, nec inanis ſpes injecta eſſe videbatur, ſi inter Chriſtianos Principes illud teneretur inſtitutum, ut huic hominum generi opportuna & commoda degendæ vitæ ſubſidia tribuerentur, fore, ut non modo Catholicæ fidei deſertores, ſed ex ipſis quoque Turcis non pauci ad Chriſti caſtra confugerent. His expoſitis, Legatus adjecit, poſſe Rempublicam inclinatam erigi, ſi quæ præclare inchoata eſſent, conſtanter ad exitum perducerentur. Pontificem omnem ſpem rei bene gerendæ, ſecundum Deum, in ſpectatiſſima Regis pietate poſitam habere: quam ſi iis miſeris temporibus præſtitiſſet, imminentia pericula longe fore leviora. Spe impetrandi ſe lætum, ad talem tantumque Regem veniſſe: lætiorem diſceſſurum, ſi reſponſum ſuper tantis rebus, quale magnifica & generoſa Regis inſtituta ſpoponderant, retuliſſet.

D

E

Rex benigne ad ſingula reſpondet.

237 Ad hæc Rex, non minore quam antea benignitate, reſpondit: Regni Neapolitani Siculique ditiones eo jure ſe tenere, quo à majoribus traditas acceperat: ut aliena occupare non conſueſſet, ſic hereditarias & juſtas poſſeſſiones tueri æquum eſſe. Etſi poſſeſſione & cauſa ſe ſuperiorem exiſtimaret, tamen Pontifici ſe morem geſturum: hominemque peritum rerum ex ſuis Romam miſſurum, id quod ante recuſaſſet, qui in re præſenti de iis controverſiis diſceptaret. De jure Mediolanenſis Eccleſiæ, de Oeconomatu, de decimarum rationibus, in auctoritate ſe ſummi Pontificis penitus futurum. De Coſmo, licet alii ſecus ſcripſiſſent aut coram locuti eſſent, tamen ſe Pio crediturum potius: nec ſolum in Coſmum ſe eum futurum, quem Pius eſſe voluiſſet; ſed Maximilianum Cæſarem, qui ei ob novitatem honoris valde ſuccenſuiſſet, leniturum. De Columna, quanti eum faceret, cum res ferret, ſe factis oſtenſurum: neque ſolum de conſervanda, ſed etiam de amplificanda ejus dignitate libenter cogitaturum. De Lucialio vereri, ne medicina morbo eſſet inferior. Nam etſi ea Pii ſapientia eſſet & auctoritas, ut ipſe ab eo, non ſummus Pontifex ab ſe deberet admoneri; tamen indicandum, quid vere ſentiret; ab hujuſmodi hominum ingeniis, qui ad omnem auram ſpei mobiles eſſent & infidi, nullam bonam frugem exſpectari poſſe. Se tamen cogitaturum, quid de hac re commode fieri poſſet. Omnibus in rebus officium, fidem, & pietatem præſtiturum: & Pio Pontifici, quem ipſe unice diligeret & coleret, quibuſcumque in rebus poſſet, obſecuturum.

F

CAPUT V.

Legatio ejuſdem Cardinalis Alexandrini ad Reges Luſitaniæ & Galliæ.

CAP. IX

238 CUm ampliſſimis verbis Legatus Philippo gratias egiſſet, ad Sebaſtianum Luſitaniæ Regem progreſſus eſt: & cum eadem fere, quæ ſuperiore anno Ludovicus de Torres Internuntius poſtulaverat, ab eo depoſceret; eadem ferme reſponſa retulit. In hiſce atq; aliis rebus agendis, ajebat Rex, Pontificis in ſe benevolentiam, paternam caritatem atque prudentiam non ſolum diligere, verum etiam admirari. Quę vero cauſę ante obſtitiſſent, quo minus auxilia

Epiſt. 53 l. 3

Idem apud Regem Luſitaniæ legatus agens,

auxilia præberet, eaſdem etiam nunc manere: & ut nunc ſe res haberet, non ſolum manſuras, ſed ad veteres difficultates novas etiam acceſſiſſe. Multo majores copias, quam ſingulis annis in Indiam miſerit, tranſmittere oportere: ibi quoque bono publico ſibi cum Turcis bellum gerendum. In illis item regionibus, ubi omnia infeſta eſſent & hoſtilia, ubi incolæ inſociales advenas pejus omnibus malis odiſſent, portus imperii magnis operibus præmuniendos eſſe: & quamquam appeteret hiems, tamen claſſem inſtruendam eſſe, & contra hæreticos quoſdam piratas educendam, qui oppreſſis plurimis navibus, cum multos alios, tum Sacerdotes nonnullos obtruncaſſent. Sibi præterea compertum eſſe, Seriphium Mauritaniæ Regem, qui proximo ſuperiore anno inſulas Canarias depopulatus eſſet, nunc magno conatu claſſem ædificare, ad terreſtres copias maritimas addere, & vires augere: non cunctandum videri, quin huic hoſti occurreret. Ingentem præterea claſſem parandam & ita diſtribuendam, ut alia pars Minæ, alia Congii regno, alia inſulis tuendis ſufficeret. Porro famam percrebuiſſe, hæreticos, pace facta, ex Gallia & Britannia piraticas naves deducturos, & Luſitaniæ maritimam oram populaturos: hos aliarum triremium apparatu coërcendos eſſe. Itaque circumſpectis regni viribus, nihil ſupereſſe, quo amicis Principibus auxilio eſſe poſſet: ſperare tamen ſe, Pium hæc in bonam partem accepturum.

reperit eum variis bellu ſtretitum,

239 Hæc palam, & aperte Rex obtendebat: ſecreto autem, ut poſtea magis compertum eſt, bellum Mauritanum meditabatur. Ejus conſilii cauſam, plerique nonnullis religioſi inſtituti Sacerdotibus, conſiliariis ejus adſcribebant: quorum auctoritas apud Regem tanti erat, ut rerum ſumma ad eorum arbitrium judiciumque revocaretur. Ii Regi auctores eſſe dicebantur, ut in præſentia connubio abſtineret, bellumque prius cum Seriphio conficeret *a*. Quæ res animum Reginæ Catharinæ Regis aviæ, quæ in Sebaſtiani capite ſtirpis regiæ ſpem periclitari cerneret, exulceraverant, & à Sacerdotibus illis alienaverant: eorum partes eſſe ajebat, ut in rerum divinarum ſtudia incumberent, non ut regnorum adminiſtrationibus ſe admiſcerent, aut Regibus modum conjugii & cœlibatus, pacis & belli facere auderent: plus iis rationibus nocituros Regi quam, quod ſanctis inſtitutis imbuerent, profuturos. De his atque aliis tum privatis tum publicis in nepotem Regem querelis, Regina ipſa libellum & litteras Legato dedit ad Pium perferendas, ut iis malis occurreret: ac niſi rebus modus fieret, in Caſtellam, unde venerat (erat enim Catoli V Cæſaris ſoror) reverti conſtituerat. Sed Reginæ querelæ Legatique mœſtitia, quam ex negatis auxiliis præ ſe ferebat, rem prolapſam aliqua ex parte reſtituerunt.

a

nova contra Mauros meditari.

240 Nam Legato (quod erat alterum ſuſceptæ legationis caput) Pii verbis, ut Margaritam Valeſiam, Gallorum Regis ſororem, ſibi uxorem adjungeret, Sebaſtianum vehementer hortante; ille demum, ut alicui ejus petitioni obſecutus videretur, ſe in poteſtate Pontificis futurum pronuntiavit; dotis nomine nihil aliud poſtulans, niſi ut Gallorum Rex cum aliis Chriſtianis Principibus in Turcas belli ſocietatem iniret. Sed præclare compoſita conſilia longe alium, quam ſperabatur, exitum habuere. Dum enim hæc in Luſitania curantur, Antonius Maria Salviatus, S. Pauli Epiſcopus, poſtea Cardinalis, qui tunc Internuntii Apoſtolici munere apud Galliæ Regem fungebatur, Pio renuntiat, Margaritam factis ſponſalibus Henrico Borbonio, Navarræ Principi, deſponſam eſſe, ſe omnibus rationibus ne id fieret obnitente; quod Pio moleſtiſſimum fore non igno-

per ſuadet tamẽ nuptias cum Margarita Valeſia,

ſed hanc Henrico Navarro deſponſam

raret: & quoniam ii conſanguinitate conjuncti eſſent in tertio gradu aliiſque rebus præpediti, Catharina Galliæ Regina ſenior petebat, ut eos ad legitimi matrimonii jus Pius legibus exolveret. Re audita, Pius ægerrime tulit, negavitque ullum triſtiorem nuntium ad ſe perferri potuiſſe: hæc non modo non placere, ſed ne licere quidem. Henricus enim, licet regio genere ortus, jam inde à puero patris contubernio bellis & artibus militiæ eruditus, miſſuſque in varias expeditiones fortibus factis Gallorum in ſe animos convertiſſet; hanc tamen gloriam opinionum hæreticarum labes magnopere fœdabat. Ex matre namque hæretica natus, & inter hæreticos educatus, Calvinianoque veneno à teneris imbutus, jam ingentes in Gallia motus excitaverat: & quamquam vulgari quadam opinione hac fieri affinitate poſſe videbatur, ut inter Gallos ipſos bene conveniret, hæreticique ab infeſtandis Catholicis deinceps abſtinerent, & quod ad res ſeculares attinet, Regi Gallorum obtemperarent, ſic ut regnum illud in priſtinum ſtatum reſtitueretur; verumtamen Pius, qui ſecundum Deum judicabat omnia, rem ſecus interpretabatur: pravitatem videlicet jam expertus eorum, qui Chriſtianiſſimi nominis ſplendorem depravatæ religionis fuco non mediocriter obſcurare conabantur. Itaque non modo in aliam partem accipiebat omnia, ſed etiam quidquid dicerent refellebat, quid inde mali futurum eſſet proſpiciens. Ac rei dolore æſtuans, & divini honoris ſtudio ardens, lævam manum, qua dexteræ loco uti ſolebat, ad cervicem admoviſſe dicitur; & jurejurando affirmaſſe, ſe capitis ſui jacturam facturum eſſe potius, quam ut Reginæ iniqua petenti morem gereret & publicæ cauſæ deeſſet; ſeque tempeſtatem omnem ſubiturum, ne quibuſdam indulgendo malum publicum fieret.

PER ANT. GABUT.

E

cum mœrore intelligit improbatque:

241 Rebus in Luſitania utcumque compoſitis, regiiſque illic animis inter ſe conciliatis, Legatus Pii litteris in Galliam devocatur: quo maximis itineribus per dubios infeſtoſque ſaltus media hieme cum perveniſſet, honorifice acceptus, adeundi Regis poteſtate facta, Pii conſilia diligenter exponit. Ac primum nihil eſſe, quod Pius, Principes, populique Chriſtiani magis expeterent, quam ut Rex eoſdem, quos Catholica Eccleſia amicos & inimicos haberet; & ſocietate cum ceteris Regibus inita, arma in Turcas vireſque converteret. Id ſi faceret, & pro Chriſtianiſſimi nominis dignitate officioque facturum, & omnia domi foriſque pacata & tranquilla propediem habiturum. Ad hæc præclara veterum, præſertim Galliæ Regum inſtituta facinoraque commemorat. Quamdiu Reges Sanctam Eccleſiam tutati eſſent, eos rebus ſecundis uſos eſſe, orbemque terrarum victoriis & triumphis peragraſſe: ſi qui poſtea ex iis, conſociando ſe cum Turcis, iram Dei meruiſſent; nunc Rex, vires conferendo cum Chriſtianis, divinam clementiam promereretur.

CAP. X

Quare Regi Galliæ bellum contra Turcas ſuadens legatus,

Epiſt. 11, 12 lib. 4

F

242 Deinde conſilium de ſorore Borbonio collocanda vehementer improbavit. Pium, qui Regem unice diligeret, eum per regalem dignitatem, per effuſum à Chriſto ſanguinem, per quidquid carum eſſet orare atque obſecrare, ne quid gravius de ſalute Gallorum & Regni incolumitate conſuleret. Deum hominesque teſtificari, vatem ſe haud inanem futurum; niſi orientem flammam oppreſſiſſet, mox cum nemo auxilio eſſe poſſet, eum nuptialibus hiſce facibus conflagraturum: male ſe rem habere, cum impietati vires adderentur. Ubi eſſet religionis ſtudiorumque diſſimilitudo, ibi veram & tutam pacem eſſe non poſſe: etiam atque etiam caveret, ne ſpe præſentis tranquillitatis perpetuam

inſtat ut ejus ſoror Luſitano potius quam Navarro detur.

PER ANTGABUT. tranquillitatem amitteret: tacitas & occultas inimicitias magis timendas esse, quam indictas & apertas. Si cum Lusitano, Catholici nominis Principe longe clarissimo, affinitatem amicitiamque junxisset, id fore Galliæ Regi Regnoque, & ad dignitatem gloriosum, & ad securitatem tutissimum, & ad rerum amplificationem utilissimum: ad eam rem Pium adjutorem se & internuntium profiteri.

queritur hæreticum Constantinopolim legatum esse:

243 Illud præterea Pio, pro Christiana republica solicito, magnam suspicionem injecisse, quod homo inimicus, Catholicæ fidei desertor, Aquensium in Gallia Episcopus, dignitatis abrogatione notatus, Constantinopolim legatus esset: augurari conjectura, eum nihil recte facturum, qui à Catholicæ veritatis via declinasset. Quid Venetias tentatum venisset, Pium subodoratum fuisse: eumque subvereri, ne is urgendo pervinceret, ut vel pace induciisve inter Venetos & Turcas factis, sociale fœdus disturbaretur; vel inita nova aliqua cum Galliarum hæreticis societate, Turcæ ad majorem Christianæ reipublicæ perniciem impellerentur: præsertim bello contra aliquam Catholici Regis ditionem inferendo. Augeri suspicionem, quod Philippus Strotius, in Gallia haud procul à Rupella, naves aliquot ornare jam instituerat; specie quidem in Indias nuper à Gallis inventas transmittendi, tantas tamen esse latebras tantosque animorum recessus, ut quid credi possit ignoraret. Hæc & alia ad Regem Legatus. Sed magis benigne auditus est, quam ut quidquam impetrare potuerit.

Rex humaniter excusat exhaustas bello vires.

244 Quibus Rex ita respondit: Romanæ Ecclesiæ dignitatem, atque adeo Christianæ reipublicæ tutelam, Galliæ Regibus maximæ curæ semper fuisse: eosque propterea magnos olim labores & pericula suscepisse, ac proinde fama rerum pro Catholica religione gestarum orbem terrarum compleviſſe. De animo suo inde conjici posse, quod carissimum fratrem pro Catholica fide summis vitæ periculis & hostium telis objicere non dubitasset: sed civilibus bellis contra hæreticos, ut ipse nosset, per annos multos paulo ante sustinendis, nunc ærarium ita exhaustum esse, populos sic afflictos, ut præsentibus viribus ad tutandum regnum vix contentus esse posset. Rebus suis melius constitutis, officio suo non defuturum, & quantum in se esset enixurum, ut

Legati CP. missionem,

studiis suis & opibus in re Christiana conservanda & amplificanda ceteros Reges ac Principes superaret. Aquensium Episcopum de rebus ad Galliam valde pertinentibus legationem ad Turcam obiisse, nihil mali moliturum: optare se à Deo, ut potius terra sibi dehiscceret, quam ut tam præclarum ac sanctum fœdus impediret. Christianæ reipublicæ salutem & dignitatem sibi primam semper fuisse vitaque cariorem.

affinitatem cum Henrico,

245 Quod Margaritam sororem, de consilio Principum prudentiumque virorum, Henrico despondisset, ad id multa fuisse quæ hortarentur: sed præcipue, quod ille majorem animi ingeniique indolem præ se ferret, quam in ullo unquam Borboniæ gentis eluxisset: multa in homine signa perspici, ut conjici posset, parem bello juvenem neminem iis temporibus futurum. Illud unum intolerandum esse, quod hæreticis opinionibus deceptus abhorreret à Catholica veritate: cujus tamen veritatis tanta vis esset, ut se contra falsarum opinionum commenta facile tueretur. Catholicæ religionis hoc esse proprium, ut victa vinceret: qui magnis præterea naturæ bonis præditi essent, eos facile adduci, ut ejectis errorum tenebris, veritatis lucem intuerentur. Ad curandum hunc morbum, præsertim in principum virorum ingeniis, existimasse lenia remedia plerumque salubriora esse, quam acria: sibi quidem persuasum esse, traditis veræ & germaniæ pietatis rudimentis eum non solum evasurum qualis optaretur, sed aliquando magno Ecclesiæ ornamento & adjumento futurum: multos nostra & antiquorum memoria celebrari, qui cum Christiano nomini & Catholicæ religioni infestissimi fuissent, ex insciticæ tandem tenebris emersissent, seque ad bonam frugem recipissent. Si is, qui caput errantium esset, ad bonas partes traduceretur, quot & quanta commoda consecutura? Galliam magnis & intestinis oppressam malis caput tandem erecturam: consilio & auctoritati locum futurum: qui contagione insanirent, furere desituros. Fateri, se necessitate adactum indigna multa pertulisse: verum illud jurejurando affirmare, Regnum se potius & caput in discrimen adducturum, quam ut illatas Deo injurias inultas relinqueret. Ceterum quid moliretur, enuntiandum non esse.

cum spe illius ad fidem Catholicam addu. cendi,

datoque annulo fidelem se ecclesiæ mansurum promittit.

246 Inter hæc Rex, è digito suo detracto annulo, cui adamas eximii pretii erat illigatus; Accipe, inquit, Legate, pignus hoc, arrhabonem promissionis fideique meæ, quam tibi do, me ab sanctæ Sedis Apostolicæ obedientia numquam defecturum, & & quæcumque sum pollicitus adversus horum scelestorum hominum impietatem, cumulate præstiturum. Legatus accipere annulum recusans, sibi omnino satis esse ait, tanti Regis testatam fidem, omni pignore omnique obside majorem. At Pio ex humanis erepto, Rex Cardinali annulum misit: cujus in pala incisa erant hæc verba: Non minus hæc solida est pietas, ne pietas possit mea sanguine solvi. Ceterum ejusmodi nuptiarum negotium in aliud tempus extractum, quod nollet Pius eos legibus solvere, ejus successoris Gregorii XIII permissu confectum est. Quid autem postea successerit, quibus de causis Clemens VIII Pontifex Maximus id conjugium irritum esse declaraverit, assiduisque precibus, jejuniis ac lacrymis à Deo ipsius Henrici ad Catholicam fidem conversionem exoraverit, eumque in sanctæ Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ gremium receperit, receptumque Christianissimi Galliarum Regis in solio, quod nunc felicissime tenet, legitime collocaverit, ut vera omnino pius Rex Carolus IX prædixisse videatur, plenius litteris prodere, nostri non est instituti.

Pius Hispano suadet affinitatem cum Gallo.

247 Ceterum Pius, ex occasione natæ pes eos dies Regi Philippo Catholico virilis prolis, Catharinam ejusdem Regis secundo genitam Henrico Valesio, qui postea Galliarum regno infeliciter potitus est, in matrimonium tradi procurabat; sperans, hac ratione fieri posse, ut novo affinitatis nexu ejusmodi Regum animi in amicitia magis confirmarentur, majorique pacis vinculo consociarentur: ex quo multa, eaque præclara Christianæ rei commoda consecutura videbantur; præsertim ad tollendam Hispanorum suspicionem de periculo ditionum, ne videlicet gerendo bello Turcico, eorum inde studia retardarentur. Sed ejusmodi quoque nuptiæ variis impeditæ consiliis non successere.

ANNOTATA.

Calumniam contra Societatem Iesu

a *Calumnia hæc*, non solum falso sed contra speciem omnem tolerabilis mendacii (*ut loquitur Franciscus Sacchinus parte 4 Historiarum Societatis Iesu lib. 6 num. 190*) *ejusdem Societatis hominibus impacta, mirum est qua ratione potuerit Romæ fidem invenire apud viros prudentes, qualis Gabutius erat. Nocuit certe non parum tunc temporis, quo scribebat ille, quoque insignem aliquem fidei constantis fructum ab Apostolica Sede relatura Societas fuerat, nisi id obstitisset. Rem accipe ex Ferdinando Rebello, Claudium Aquavivam Præpositum Generalem sic alloquente,*

A *alloquente, ante opus ſuum de obligationibus juſtitiæ, religionis & caritatis, anno* 1607. Cum Romæ pro Luſitana Provincia Procuratoris officio perfunctus fuiſſem & in Luſitaniam redirem, in itinere, antequam Lugdunum, ubi liber hic excudebatur pervenirem, intellexi, cum Sanctiſſ. D. N. Paulo V ac Sede Apoſtolica Clariſſimæ Venetorum Reipublicæ, non ſine magna totius orbis Chriſtiani gratulatione, promulgatam eſſe reconciliationem: ſimulque intellexi Societatis homines, qui antea pro bono pacis ex eadem Republica diſceſſerant, ab eadem arceri. Cupido animum inceſſit cauſas diligenter perſcrutandi, ob quas non idem qui reliquis Religioſorum hominum Ordinibus, qui propter Cenſuras Pontificias ex eadem urbe diſceſſerant, in eamdem Societati quoque foret regreſſus. Multorum auditione accepi, circumforaneum eſſe aliquorum malevolorum ſermonem, Societatis homines publicis rebus eſſe pernicioſos; afferrique in exemplum florentiſſimum quondam Luſitaniæ regnum, quod ex falſa Hieronymi Franci relatione (qua etiam deceptus videtur eſſe Natalis Comes, ambo natione Itali) Jeſuitis impulſoribus corruiſſe, acceptamque ante annos viginti octo in Mauritania cladem eiſdem adſcribendam dictitabant. Non potui non tam aliena à Societate calumnia, ut minimus ejus filius, magnopere commoveri; ut Luſitanus vero, harumque rerum oculatus teſtis, rem adeo indignam, ab ipſaque veritate adeo abhorrentem, admodum vehementer averſari. Ne vero hæc falſa criminatio in Sereniſſimum Venetiarum Ducem Senatoreſque illos Præclariſſimos quoque irreperet, ad meum Procuratoris etiam officium aliqua ex parte pertinere putavi, accepta quavis occaſione apud veſtram Paternitatem & apud quoſvis alios à tam falſa calumnia Provinciam noſtram tueri. Nam duplici ex capite imputari nobis Luſitanici Regni ruina & clades illa poterat Africana: vel quod ex Societatis diſciplina Sebaſtianus Rex ita inſtitutus prodiret, ut nuptias omnino faſtidiret, quo factum fuit ut nullo relicto herede decederet: vel quod eidem auctores fuerimus, ut conſilio nimis immaturo Africanam ſuſciperet expeditionem. Utraque tamen criminatio & falſo nobis & injurioſe impoſita. Nam quod ad primum attinet, ubi Regi per ætatem licuit, nullum non funem, nullum non movit lapidem, P. Ludovicus Gonſalvius Camara, ex Societate noſtra ejus & magiſter & confeſſarius, ut matrimonium quamprimum iniret. C Et vero cum Catharina Regina Sebaſtiani Regis avia, cum Henrico Infante ejuſdem patruo, omnes induſtriæ ſuæ nervos ſtrenue explicavit, ut princeps aliqua femina, tanto digna Rege, quæreretur, ſive ea eſſet Philippi Catholici Regis Hiſpaniarum, ſive Francorum Regis Chriſtianiſſimi filia. Sed tam Regina Catharina quam Henricus ejus patruus verebantur, ne idem quod Principi ejus patri, immatura morte decedenti contingeret, ſi ante maturiorem ætatem matrimonio jungeretur. Cum ipſo porro Rege aſſidue egit ne in Africam tranſiret (quod ſecundum erat criminationis caput) quin prius tres vel quatuor Regni heredes in Luſitania relinqueret. Imo ut tranſitum difficiliorem, vel ſaltem ſecurum quaſi ex Dei oraculo redderet, ſi forte ab eo nollet deſiſtere, addebat, nulla ratione ipſi tranſeundum eſſe, niſi ex conſilio & impulſione omnium Epiſcoporum Luſitaniæ atque etiam ipſius ſummi Pontificis pro Chriſto in terris Vicarii, quos Dei os eſſe in terra dicere ſolebat. Sed cum ille propoſiti tenax in ſententia nihilominus perſiſteret, & tranſitum in Africam decerneret, ab aula Regia P. Ludovicus diſceſſit, ſeque in Collegium noſtrum Conimbricenſe, ab aula pluſquam per centum triginta milliaria diſtans, recepit: ex quo ad ipſum Regem, cum primo in Africam anno MDLXXIV trajecit, epiſtolam dedit, qua illum protinus in Luſitaniam revocavit; ut ipſe Rex ingenue poſtea faſſus eſt, oſtenſa epiſtola, quam in ſinu afferebat eidem Patri ultimo febricitanti. Mortuo vero P. Ludovico anno ſequenti MDLXXV, XV Martii, tribus ferme annis antequam Rex cum multa Regni nobilitate ſecundo in Africam, ubi tandem periit, ſolveret (ſolvit enim Oliſipone anno MDLXXVIII menſe Junii) qui è Societate Regi aderant, quamvis exigua ſatis jam apud ipſum, aliorum conſilio penitus addictum, auctoritate valerant; officio tamen ſuo defuere numquam, nihil intentatum reliquere, ut illius mentem à tam funeſta expeditione per ſe & per alios omnino averterent. Verum in irritum ceciderunt & preces & monita, irato ſcilicet Numine. Ex quibus colligere cuivis in procinctu erit, non plenam harum rerum notitiam ad Natalem Comitem & Hieronymum Francum (utpote homines externos & ſecretorum Regis Sebaſtiani penitus ignaros) perveniſſe, cum neſcio quam ex ea clade Societati labem aſpergunt. Illorum tamen non veram hiſtoriam his in rebus non eſt quod hoc loco redarguam, cum id egregie nuper præſtiterit edito libello Hieronymus Mendoza Luſitanus, atque hujus expeditionis ſcriptor præclarus. E Et ſcio Senatum Luſitanum, à Rege ſuo Philippo III poſtulare, ut præfatorum auctorum hiſtoria excudi prohibeatur in omnibus provinciis ipſius ditioni ſubjectis, donec ab iis & aliis, quæ non bene informati ſcripſerunt, per Inquiſitores ſancti Officii expurgetur. *Hæc ille, optima certiſſimaque fide. Quod ſi quis pluribus cupit explicatum videre, quam privatim noxia fuerint, & cuivis ſanum ſenſum habenti videri debuerint illa conſilia, quorum dicebatur eſſe auctor Societas; præcitatum Franciſcum Sacchinum legat, & intelliget nihil concipi poſſe ab omni humanæ politiæ ratione adeoque & à veri ſimilitudine alienius, quam quod Regem, ſui amantiſſimum, & illum affectum certo certius tranſmiſſurum ad liberos ſi quos ſuſcepiſſet, continere cœlibem, & dubiis etiam bellorum aleis exponere voluiſſet, cum rei totius publicæ diſcrimine.*

impedit ejus reditum Venetias,

Quid ea de re ſcripſerint Luſitani ipſi?

quam falſo ei imputetur conſilium Sebaſtiani R. Luſitaniæ

nuptias averſati quas illa ſuadebat;

& in bellum Africanum profecti quod impedire conabatur.

PER ANT. GABUT.

CAPUT VI.

Legationes ad Cæſarem, Regem Poloniæ, & Principes Italiæ pro ſuppetiis.

247 INterea Cardinalis Commendonus, de quo ante commemoravimus, de ineundo fœdere deque re Chriſtiana publica à Turcarum impetu vindicanda, ad Cæſarem à Pio Legatus Apoſtolicus in Germaniam profectus, cum eo Pontificis conſilia communicavit. Sed eo pervenienti Legato Pius antevertendum exiſtimavit, ut Cæſarem ad faciendam hanc belli ſocietatem, Eccleſiamque Dei ſtrenue protegendam, per litteras graviter adhortaretur. Id enim Imperatoris titulum, id Cæſareæ majeſtatis dignitatem & officium, id familiæ ſuæ majorumque ſplendorem, id denique Dei honorem Chriſtianæque reipublicæ ſive ſalutem ſive periculum; ab eo in primis jure depoſcere & efflagitare. At vero, quoniam ad imminuendas Turcarum vires, non autem ad eorum penitus evertendum imperium, nomenque delendum (id quod, ſi fieri potuiſſet, ipſe moliebatur) navales Chriſtianorum copias ſatis eſſe Pius intelligebat, hoſtem prorſus ut tolleret è medio, eum terra marique petere, præſertim in Pannoniæ Poloniæque finibus, cogitabat.

CAP. XI F

Per Legatum & litteras,

Epiſt. 31. 5

248 Hoc igitur præter cetera conſilium Cæſari Legatus enuntiavit, ab eo vehementer contendens, ut hac ipſe expeditione ſuſcepta, in Pannonia

PER ANT. GABUT.

incitat Cæsarem ut bellum inferat Turcis in Pannonia,

Turcam vexare, & Italico quod Pontifex ſubmiſſet auxilio munitus expugnare fortiter ingrederetur. Se ad eum in tanto diſcrimine, tamquam ad unicum Chriſtianæ reipublicæ præſidium, miſſum eſſe oſtendit: ab eo cuncta auxilia non ſperari ſolum, ſed etiam flagitari. Ut dignitate & loco ceteris Principum anteiret, ita ei majus tutandæ Chriſtianæ rei onus injungi: ab eo rerum omnium egregiarum exempla petenda; atque omnium oculos in eum, tamquam in patronum ac vindicem Chriſtianæ libertatis, eſſe conjectos: quale conſilium ipſe cepiſſet, tale & reliquos eſſe capturos: & ipſe, qui ſua dignitate ſuſtineret perſonam Chriſtiani nominis, qui etiam propria cauſa Turcæ infenſus eſſe deberet, ſocietatem renuiſſet; non ſolum periclitantium animos alienaturum, ſed etiam ceterorum; obtrectareque volentibus cauſas ſermonum præbiturum. Meminiſſet præterea, quoties & ipſe & Ferdinandus pater Deum precati fuiſſent, ut Venetos ſibi contra Turcam daret ſocios: factus nunc voti compos, nec ſibi ipſe, nec officio deeſſe vellet. Si ſociale fœdus alperna-

debellandis ſi terra mariq; petantur:

B

retur, id Turcam non benevolentiæ ulli aut conſilio, ſed timori tributurum; tergiverſationeque magis iritaturum eſſe hoſtem, quam leniturum. Quod ſi pactis induciis Cæſar confideret, eum vehementer falli: Turcarum perfidiam cum ceteris rebus plurimis, tum violatione fœderis quod cum Venetis fecerant, ſatis eſſe perſpectam. Chriſtianis prudentibuſque Principibus contra Turcas tutum & acerrimum divinitus datum eſſe telum, ut eorum promiſſis nullam haberent fidem: idque divino ſapientis, immo Dei conſilio traditum, admonentis illis verbis: Non credas inimico tuo in æternum. Si Chriſtianorum copiis bifariam diviſis, Turca terra marique peteretur, numquid fore ut queat obſiſtere? Cæſarem numquam majorem rei bene gerendæ occaſionem habiturum. Nunc ei declarandum eſſe, an cum ſummis Principibus fœdere junctis malit vincere, an perpetua premi ſervitute, vel certe ſuam aliorumque ſalutem periclitari.

Eccli. 12

249 Hæc & alia in hanc ſententiam Pii verbis cum Legatus expoſuiſſet; ea Cæſar, quod vera eſſe conſtaret, non improbare, aut ſe officio deeſſe velle, ſed varia excuſare impedimenta cœpit. Ac primum quidem fœderatorum Principum conſilium, qui Turcam arcere & communibus armis communem ſalutem vindicare parati eſſent, commendavit: deinde rem Chriſtianam ſibi curæ fore ſignificans,

qui conſilii anceps,

C

communicato prius cum Germaniæ Ordinibus conſilio, certiora reſponſa daturum pollicetur. Pluribus vero diebus, loquendo quæ in rem non eſſent, abſumptis; Legatus inſtare & docere, quid officium, quid dignitatis altitudo poſtularet, quam ea conjunctio ſalutaris eſſet futura: ſed tantum aberat, ut quidquam certi exprimeretur, ut quotidie languidiora & perplexiora reſponſa redderentur. Cæſari, res inter ſe pugnantes cogitanti, nutabat animus; neque ſatis conſtabat, quid ageret, aut quid conſilii caperet. Majeſtatis quidem faſtigium, dignitatis amplitudo, & officii ratio ad ineundam ſocietatem hortabantur: at conſcientia virium, & præteritarum cladium memoria, & pactæ cum Turcis induciæ, à belli cogitationibus abſterrebant. Illud etiam obſtabat, quod infenſus Cæſar ſubiratuſque erat Pontifici, qui Magni Ducis titulo Coſmum Medicem decoraſſet, quod ipſe facere ad ſe (ut diximus) pertinere profiteretur.

& Selimi minas reformidans,

250 His ergo rebus impulſus dictitabat, magna de re deliberationem eſſe, Rempublicam & majeſtatem Imperii, quæ in ſuo capite periclitaretur, in diſcrimen temere non eſſe deducendam: non in poſtremos eventus, ſed in primas errorum cauſas culpam malorum conjici ſolere. Aliis, quorum fines & urbes procul à periculis abeſſent, libera eſſe conſilia; ſe, qui expoſitus adverſus Turcam primos hoſtium impetus eſſet excepturus, ſuo periculo erraturum, & in ſe omnem belli molem converſurum. Timorem Cæſaris augebat Selimus, qui haud ignarus eum legationibus fœderatorum ad arma ſolicitari, ſcriptis minaciter litteris eum fœderis ſecum initi admonens, hortabatur ne pacem, quam tantopere experiſſet, turbare auderet. Quanto ſpes victoriæ certior Turcæ, quam Chriſtiano eſſet, denuntiabat. Maximilianum & vim & gratiam hoſtis expertum, debere malle Turcam amicum, quam inimicum habere. Hæc edicere voluiſſe, ne qua vana ſpe erectus, in irrevocabilem caſum incideret: non in ejuſdem poteſtate & initium belli & finem futurum. Denique cum variis contentionibus inchoati negotii ratio diutius extraheretur, res tandem eo deducta eſt, ut Cæſar magnis ſe copiis adiuvari poſtularet; nec tamen quantis, exprimeret. Sed prædibus in Germania datis, ſibi cavendum: vereri enim ſe, ne cum bello implicatus eſſet, aut pace facta, aut aliqua obtenta cauſa, deſereretur.

D

iniqua poſtulando meniē diſſimulans,

E

251 Cæſaris conſilium, eo ſpectare videbatur, ut qui aperte non auderet, conditionum difficultate fœderis negotium excluderet: at Pius, Legato referente, multa concedere malebat, quam tantæ rei ſpem infectam relinquere. Legatus vero Pontificis juſſa de Cæſareo decernendo ſubſidio ita fecit, nihil ut offerret ipſe ſingillatim; ſed exſpectaret, ut quo numero, aut genere etiam auxilii ſibi opus eſſet, per ſe Cæſar ipſe proponeret: verente Pio, ne ſi parum obtuliſſet, inde negotium deſerendi; ſi vero multum, plus quoque poſtulandi ſumeretur occaſio. Quæ deliberatio in multos extracta dies eſt: dum nollet Cæſar quidquam definire. Demum Legatus, exſpectationis pertæſus, ei libere denuntiat, velle ſe de hujuſmodi implicato conſilio Romam nuntios dimittere: & quando ille certi nihil vellet explicare, vel illud ediceret, qua ratione Pio ceteriſque fœderatis perſuadere poſſet, omnino cupere ſe huic fœderi ſedulam operam dare. Itaque multis ac variis, quibus per eam noctem agitatus eſt, cogitationibus implicitum illum reliquit. Sed cum inde Cæſar edixiſſet, ne ſe inconſulto, cuiquam Romam petenti ulla jumentorum genera præberentur; poſtridie prima luce per ſyngrapham Legatum rogat, ne Romam hæc velit renuntiari: nam de peditum & equitum, quo indigeret, numero ſe decreturum: ſicuti ſubinde fecit, depoſcens triginta peditum, equitum vero quatuor millia.

cum ad deſinium reſpõſum urgeretur,

F

252 Ceterum erat Pio conſtitutum, viginti peditum & quatuor equitum millibus in hac terreſtri expeditione Cæſari ſuppetias ferre, nihilque fœderatis gravius imponere. Sed eo tum equitum (quando ii ægre ac fere nequidquam in claſſibus expediuntur) tum etiam peditum numero ad eam rem uti, qui inſtruendis ſociorum claſſibus ſuperfuiſſet: cui numero accedente ſubſidio, quod ex Italia, ut mox dicemus, colligendum erat, eo Cæſar contentus eſſe poterat. Hæc igitur auxilia cum Cæſari Legatus offerret, propeque eſſet, ut ejus cunctatio conditionum æquitate vinceretur; tum demum quod ante Cæſar tacuerat, objecit, ſe in octo annos inducias cum Turca pepigiſſe: æquum non eſſe, fas, fidem, Deumque teſtem conventorum fallere; ac perjurio caput obſtringere, qui fraudem & perfidiam in aliis vindicaret. Dictis facta minus opportuna adjecit: quod pactum cum Turca tributum Conſtantinopolim deferendum curavit: quæ res ut noſtris detrimento & dolori, ſic hoſtibus gaudio fuit & adiumento. Nam ut illis Germanici periculi curam &

& Pius ei 20 peditum 4 equitum millia offerret,

tandem excuſat ſibi fœdus cum Turca initum ad 8 annos.

timo-

A timorem ademit, ita noſtris auxilii impetrandi ſpem omnino præcidit.

CAP. XII 253 Ut igitur id, de quo proxime dicebamus, ſubſidium ex Italia colligeret; è veſtigio Pius Antonium Mariam Salviatum & Paulum Odeſcalcum ad Italicos Duces Oratores miſit: ut ii quoque, pro ſuis ſinguli facultatibus, in Turcicum bellum conſpirantes, fœderatis opem ferrent. Itaque ab Sedis Apoſtolicæ ſtipendiariis rem aggreſſus, à Guidone Ubaldo, Urbinatium Duce, cui tenue magis vectigal erat, pedites mille poſtulavit: ab Octavio Farneſio, Placentiæ Parmæque Duce, pedites totidem equiteſque ducentos: ab Alfonſo Ateſtino, Ferrariæ Duce, trecentos equites, pedites mille: à Guilelmo Gonzaga, Mantuæ Duce, pedites mille, equites ducentos: ab Emanuele Philiberto, Duce Sabaudiæ, bis mille peditum, equites quadringentos: à Magno Etruriæ Duce Coſmo, quatuor millia peditum, equites quadringentos: à Genuenſibus autem, atque Lucenſibus ſimul, pro rata utriuſque Reipublicæ virium, bis mille peditum equiteſque trecentos. Ceterum hi Principes fere omnes ſe pro viribus obſecuturos eſſe Pontifici, & quæcumque poſſent in id belli ſubſidia collaturos reſponderunt. In primis vero Coſmus, Magnus Dux, Salviato renuntiavit, ſe quidquid auxilii præterea Pius adjiciendum decreviſſet, libenter præbiturum: modo Hiſpaniarum Rex, quocum pepigerat, nullius Principis bellicam ſocietatem ipſo inſcio inire ſibi licere, id prius reſciviſſet. Quæ Pio reſponſa fuere ſane gratiſſima: eumque inter hæc dixiſſe ferunt, velle ſe in eam expeditionem proficiſci, ſi modo prius maritimum imperium Turcis ademiſſet: turpe, & indecorum fore, domi ſe juvenes continere, confecto jam ætate viro Principe, & eo quidem omnium ſummo, ad bella prodeunte. Hæc autem pro ſuo tuendæ Chriſtianæ religionis ardore ex animo pronuntiata eo pertinebant, ut Galliarum Regem ac Cæſarem, qui piam hanc belli ſocietatem inire cunctabantur, ad ejuſmodi conſilium promptius & capiendum & adjuvandum provocaret.

A Principibus Italiæ varia auxilia petuntur & impetrantur.

CAP. XIII 254 Dum hæc ita geruntur, diligenter & illud ſibi faciendum Pius exiſtimavit, ut fœderis negotium in Polonia Moſchoviaque pariter ageretur. Ac primum quidem id per Vincentium Porticum, Internuntium Pontificium; deinde per ſæpe memoratum Cardinalem Commendonum, quem Germanica legatione tertia perfunctum, ad Sigiſmundum Poloniæ Regem Legatum, ut diximus, deſignaverat, diligenter procuravit. Sed quæ Portici opera geſta ſunt, ordine prius referamus. Is igitur cum de Pontificiis conſiliis ad Regem retuliſſet, ille nomen ſuum in hanc ſocietatem dare ſe non poſſe reſpondit, propterea quod perpetuam cum Turca pacem feciſſet; ſed eam unam reliquam viam eſſe docuit, ut ad Polonicos Dynaſtas, quos Palatinos appellant, confugeretur: ac cum eorum aliquo de obtinendo triginta aut quadraginta millium equitum ſubſidio tractaretur. Nam Palatini, in quos ſibi minus plena poteſtas eſſet, cum ad eam faciendam pacem nihil conſenſiſſent, quidquid agerent, ejus pacis jura nihil violare. Hinc igitur Internuntii opera curatum eſt, ut Albertus Laſcus, primarius Syradiæ Palatinus, per duos menſes equitum triginta millia in eam expeditionem ſe daturum polliceretur: ac proinde Nicolaus Torlaus, magnæ potentiæ Dynaſta, alium equitum numerum cogeret ſane quam copioſum, ut iis copiis in extrema Polonia ad Hadrianopolim urbem in Turcas irrumpere, eoſque frangere conjunctis viribus aggrederentur.

In Polonia excuſans Rex pacem cum Turco initam,

Internuntium remittit ad Dynaſtas, nec fruſtra:

Epiſt. 34 l. 3

Epiſt. 35 l. 4 255 At enim cum Moſchorum Principem centum & quinquaginta equitum millia deducere in aciem poſſe, eumdemque Turcarum hoſtem exiſtere, Pius cognoviſſet; Portico in Polonia commoranti juſſit, ut in Moſchoviam inde proficiſceretur; Mognoque Moſchorum Duci oſtenderet, ſe à Pio miſſum eſſe, ad ejus ſenſus & vires conſociandas Chriſtianis cum Principibus, inter quos inito ſocialis belli fœdere contra Turcam, regna Chriſtianorum occupantem, optime jam conveniret. Bellum inique Venetis indictum: idque non in mari ſolum, ſed ad Hungaricam quoque plagam gerendum: ex Italia ingentem claſſem & copias collectas eſſe: terreſtri huic expeditioni opem ferre Moſchum, non decere ſolum, ſed è re ſua maxime videri. Turcarum enim tyrannum, longe lateque imperandi libidine incenſum, aliis finitimis regnis occupatis, Moſchoviæ demum non parciturum. Urgebat ſane vehementer Pius, ut Moſchus hanc in Turcas expeditionem ſuſciperet: quam ille, pro imperii ſui amplitudine & locorum vicinitate, feliciter agere ac ſuſtinere potuiſſet, quod Moſchorum longe lateque maxime pateat imperium. Protenditur enim ab Alexandri Magni Aris, ad Tanais uſque fontes in extremas terras ad Borealem Oceanum, ſub ipſis ferme Septemtrionibus: ab Oriente vero & à meridie Moſchovia finitimos habet Scythas, hodie Tartaros appellatos: occupant autem Tartari latiſſimam planitiem, ad Sericam uſque provinciam, quæ vergit ad orientalem Oceanum: verum, qui Tanaim inter & Volgam incolunt, in obſequio Moſchi eſſe ſolent, atque inter eos, qui Caſanii dicuntur, Moſchorum colunt amicitiam: Moſchoviam inde ad occidentem ſolem reſpicit Lithuania. Itaque Pius per ejuſmodi populos, tum amicitia & obedientia quam præſtant Moſchovitis, tum prædæ ſpe rerumque novitate permotos, cum Polonis conjunctos, Mahometanum imperium deleri forte vel certe frangi poſſe ratus, eos ad id efficiendum identidem impellere non deſiſtebat.

PER ANT. GABUT. *Idem Internuntius ad Moſcum ſolicitandum ire juſſus,*

cujus ſocietas multum utilis futura erat.

256 Sed quoniam Pius non tam Chriſtiani nominis hoſtium cædem atque victoriam, quam æternam eorum atque adeo omnium gentium in Chriſto Jeſu partam ſalutem ardenter ſitiebat, Moſcho per Internuntium oſtendi juſſit, ſe non ſolum bellicæ ſocietatis cauſa, ſed etiam vehementi animarum ſalutis deſiderio permotum eſſe, ad eam decernendam legationem, ut Moſchovitas, qui tum Chriſto nomen dederant, cum ab Eccleſia Latina Græci deſcivere, ac deinceps Græcanicos errores magna pertinacia ſectabantur, ad Catholicæ pietatis cultum ſanctæque Romanæ Eccleſiæ obedientiam revocaret. Ejus rei ſpem ſibi injectam eſſe, quod olim ad Romanos Pontifices anteceſſores ſuos, Clementem Septimum, Paulum & Julium, utrumque ejus nominis Tertium, à Moſchorum Principibus legati miſſi fuiſſent, qui certa munera, regia videlicet inſignia, ab Apoſtolica Sede poſtularent, & ut Sacerdotes aliique pii viri, civilium artium opifices, in Moſchoviam mitterentur. Optabat enim Baſilius, Moſchorum Princeps, Regii nominis titulo per ipſum Clementem decorari; cum id dare ſacroſancti juris & Pontificiæ majeſtatis eſſe judicaret: quando & ipſos quoque Cæſares, à ſummis Pontificibus coronam auream & ſceptrum Romani Imperii inſignia ſuſcipere inveterata conſuetudine, cognoviſſet. Itaque ſi Moſchorum Dux in eo conſilio eſſet, quod memoratis Pontificibus olim anteceſſores ejus oſtenderant; pollicebatur Pius, ſe miſſurum eſſe Sacerdotes & Epiſcopos, qui populos illos edocerent Catholicæ religionis veritatem, quam à Chriſto traditam tenet ac docet ſacroſancta Sedes Apoſtolica, cui divino munere datum eſt, ut errare non queat. At ubi Porticus de barbaris Moſchorum mori-

quique Regum nomen & fidei magiſtros aliquando Romæ petierat;

cognitis gentis moribus jubetur ſubſiſtere.

PER ANT. GABUT.

moribus plene cognovit, & ad Pium perſcripſit de rebus omnibus, quas noverat ab Alberto Pomerano, qui præſens oculis perluſtraverat omnia, Principiſque illius ingenium probe noverat; ei Pius reſpondit, non eſſe, cur in eas ille regiones jam proficiſceretur: quamvis profectionem illam Poloniæ Rex commendaret foveretque: nolle enim ſe cum tam feris gentibus ſibi quidquam eſſe commercii, cum præſertim ex aliis olim illuc miſſis legationibus nullos, quod ad religionem attinet, inde pietatis fructus adhuc perceptos eſſe intelligeret.

CAP. XIV *Legatus deinde Commendonus ineundam ſocietatem Regem Poloniæ:*

257 Nunc vero quid per Cardinalem Commendonum in Polonia de ſociali fœdere Pius egerit, paucis comprehendamus. Hunc enim, uti jam ſæpe diximus, ad Poloniæ Regem Legatum deſtinaverat, cum ut nulla in re ſuam in tanto negotio deſiderari diligentiam pateretur; tum etiam ut Regem ipſum, miſſo non ſolum Internuntio, ſed Legato quoque Apoſtolico, ad ineundam hanc belli ſocietatem facilius inclinaret. In Poloniam igitur ille profectus ipſi Regi denuntiavit, ejus regni ac regiæ exiſtimationis rationes in primis expoſcere, Turcis ut ipſe bellum inferret, ſeque Chriſtianis cum Principibus fœdere copularet. Secus enim gravia inde accidere illi incommoda poſſe: jamque nova nec levia pericula ab Turcis intendi, quæ non mediocrem eis rei bene gerendæ ſpem afferebant: ad devaſtandum namque Poloniam, Turcæ Tartaros, olim Scythas appellatos, evocaverant. Ipſi Turcæ in Podolia ad flumen Tyram (Hiſtrum vocant incolæ) præſidia conſtituerant, ibique loca ſuapte natura tuta magnis operibus communierant. At ſi Turca ad occupandas Chriſtianorum ditiones curas converteret, Poloniæ Regnum, quod apte commodeque Turcico imperio adjaceret, poſt tergum non relicturum. Si vero ad ſtabiliendam utriuſque Vallachiæ ditionem, pellendoſque ex Tranſilvania Vaivodas, qui Chriſtianam colerent religionem, animum Selymus adjeciſſet; non dubitandum videri, quin Polonis illico bellum inferret. Danos & Suetios, mari Sarmatico diſiunctos, remotiores eſſe, quam ut ſubſidio venire poſſent.

B

quem ex propoſitis conditionibus alienum à fœdere intelligens,

258 Rex igitur, ut Legati rationibus aliquid dare videretur, fœdus cum ſociis Principibus inire ſe velle oſtendit; modo conditiones quædam (quæ duræ admodum erant atque difficiles) ſervarentur: quarum hæc ſumma erat. Ut ſecum Cæſar Germanique Principes, eodem tempore collatis armis, Turcis bellum inferrent: à pellendis Cherſoneſo Turcis bellum ordirentur: ut quidquid juris in Pruſſiam ſe habere Cæſar obtenderet, ſibi cederetur: idem præſtaret, Danimarchæ Regem nihil contra Polonos moliturum: caveretque ne mari Sarmatico merces in Moſchos deveherentur: Barii Roſſanique ditiones in Italia, quas ſui juris eſſe prætenderet, ſibi redderentur: pecunia, quæ bello gerendo ſibi deeſſet, à fœderatis conferretur. Sed Legatus reſponſa Regis ita interpretabatur, ut eum non æquitatem conditionum quærere, ſed aperte ſocietatem abnuere exiſtimaret. Itaque oblatas Syradienſis Palatini conditiones accipiendas eſſe conſtituit:

C

cum Syradienſi Palatino rem agit:

qui, pro jure in Valachiæ regiones ſuo, ſperabat, ſi exterarum gentium ope juvaretur, ad finitimarum nationum animos ac tumultus excitandos, ducenta ſe militum millia, quibus Turcam bello vexare poſſet, collecturum: oſtendebatque ſe habere litteras ſuper ea re, per certos nuntios ad ſe miſſos ab illis populis, qui una ſecum tam ſancti Pontificis Legatum convenire decreverant. Mæſi namque, Zigæ, Tribalii, qui nunc Servii, Circaſſi, & Bulgari appellantur, ad famam belli & ſpem rerum novarum erecti, litteras ac nuntios ad Legatum miſerant, quibus ſe conſiliorum participes, & periculorum ſocios fore pollicebantur, ſi Rex in Turcas bellum ſuſcepiſſet. Quibus cum nuntiis Legatus collocutus, eorum in animis auxit deſiderium arma capiendi, quoties per Vallachiam trajiceretur exercitus: quæ via dubio procul tutior putabatur ac certior, ad intimas Turcarum opes evertendas. At enim gravis Regis invaletudo, ex qua paulo poſt ceſſit è vivis, ut conſilia irrita eſſent, effecit: de qua quidem ægrotatione Pius admonitus, id graviter tulit. Cum enim Sigiſmundus nullam virilem prolem relinqueret, ejuſque obitu inclytæ gentis Jagellanæ nomen, quæ ducentos annos in Polonia regni ſceptra tenuerat, extingueretur; verebatur Pius, ne comitiis habitis, hæreticus aliquis ſufficeretur. Itaque Legato juſſit, ne inde diſcederet; ſed, ſi quid Regi humanitus accidiſſet, omni ſtudio contendens ut Catholicus quiſpiam ſublegeretur, intereſſet electioni.

D

& Rege mortuo jubetur adeſſe electioni.

LIBER V.

Bellum Turcicum felici victoria peractum. Obitus Pii V.

CAPUT I.

Clades hoc bello à Turcis illatæ. Chriſtianæ claſſes Meſſanam conveniunt.

259 HÆc dum parantur auxilia, ac rebus cadentibus opportune ſuccurrere, nondum ſatis inſtructi vel inter ſe de re gerenda concordes, noſtri cunctantur; magnas interea clades Turcæ Chriſtianis intulere: tantum ſcilicet ubique, ſed præcipue bellicis in rebus momentum habet celeritas ſive concordia. Nam anno ſuperiore, cum ingentem exercitum, quo ducenta fere militum millia contineri ferebantur, ad occupandam Cyprum terra marique Selymus emiſiſſet; Muſtafa, primarius ejus Dynaſta, rei terreſtri præfectus, ad ejus inſulæ portus claſſe delatus, menſe Julio facile copias ſuas prædabundus expoſuit: ac Nicoſiam primum, celeberrimam & munitiſſimam urbem mediterraneam, regni caput, quod ante memoravimus, obſidere atque expugnare aggreſſus, magna Chriſtianorum edita ſtrage, eam VI Idus Septembris ejuſdem anni tandem obtinuit. Deinde Famaguſtam, Salaminam olim appellatam, maritimam urbem, pariter inſignem atque inſtructiſſimam, acri diuturnaque obſidione vexare & oppugnare inſiſtens, eam per deditionem, quod diutius hoſti reſiſtere non poſſet, ineunte Auguſto hujus anni MDLXXI, itidem occupavit, deditionis conditionibus perfide violatis: ac Marco Antonio Bragadeno urbis Præfecto, Neſtori Baleonio ſummo belli Duce, Laurentio Teupolo, Joanne Antonio Quirino, Aloyſio Martinengo, aliiſque primariis viris per ſummam perfidiam & impietatem vario ſupplicii genere peremptis. Itaque univerſa illa nobiliſſima inſula in Turcarum poteſtatem redacta, non modo Venetæ, ſed fere omni Chriſtianæ reipublicæ graviſſimum vulnus paremque dolorem attulit.

Poſt occupatam à Turcis Cyprum,

E

F

260 Turcica vero claſſis interea, ne Veneti vel alii Cypriis opem ferrent, atque ut quam maximis poſſet Chriſtianos damnis afficeret, ſummis viribus obnitens; Coreyram, Cretam, Cephaleniam, Zacynthum, Cytheram, & alias mediterranei maris inſulas & oras infeſtat ac depopulatur: quin Ceſtriam Epiri urbem, cui Soppoto vulgo nomen eſt, quam paulo

ante

A ante Sebaſtianus Venerius, dum Corcyræ præeſſet, è Turcica ſervitute vindicaverat Venetæque ditioni adjecerat, recepit: atque in Adriaticum ſinum ingreſſa, Olcinio Doclæaque, novo nomine Antibario, Dalmatiæ oppidis in poteſtatem redactis, Butua ac Pharia devaſtatis incendio, Curzola inſula, quæ olim Corcyra nigra dicebatur, Vlatoque oppido tentato (quod licet haud bene munitum, diffugientibus præ timore viris, mirabili propugnantium feminarum virtute protectum eſt) Rhizonicum ſinum erat aggreſſa: atque ex his locis omnibus grandi coacta præda, captiva duxerat amplius xv millia Chriſtianorum: majoraque intuliſſet detrimenta, niſi Chriſtiana claſſis hoſti pro viribus paſſim obſtitiſſet. Sed ne has calamitates prorſus arceret hoſtemque profligaret, multa ſæpius eam præpediverunt. Dum enim in ſtativis ad Jaderam in Dalmatia ſociorum præſtolatur auxilia, peſtilentia fameque laborans, plurimis Ducibus ac militibus abſumptis, haud mediocriter deformatur: mox variis agitata procellis, ancipitibuſque Ducum diſtracta conſiliis, quod nondum unius capitis imperio regeretur, cum hoſte potentiſſimo congredi minus expedire judicabat. Sed hæc alii. Nos vero, quibus longius ab inſtituto

dum illorum claſſis varie impeditur.

B digredi minime propoſitū eſt, ad Pontificē redeamus.

261 Labentis ergo rei Chriſtianæ calamitatem Pius ægerrime ferens, hoſtiumque potentiam pariter & ferociam in dies augeſcere perſpiciens, ſimul ac fœdus ſancitum eſt, ut quam celerrime ſociorum claſſes conjungerentur, hoſtemque invaderent ac debellarent, undequaque ſolicitus urgebat. Itaque M. Antonium Columnam, Pontificiæ claſſis Præfectum, cum mille quingentis militibus, qui Honorato Caetano Sermonetæ Duci parebant (præter alios plurimos, quos undique in hanc expeditionem evocabat) & cum duodecim triremibus, quas à Magno Etruriæ Duce Pontificiis ornatas & conductas ſtipendiis acceperat; laceratis iis, quas anno ſuperiore Venetiis Anconam miſſas bene inſtrui nimia celeritas non ſiverat; Meſſanam convenire jubet: ibique Joannem Auſtriacum, ſummum belli Ducem, ex Hiſpania proficiſcentem exſpectare. Meſſanam enim, propter celeberrimi portus ac ſitus ad res omnes opportunitatem, ſocialis belli Duces, ut inibi commeatum commode comparent; ac de ſumma rerum conſilia caperent; convenire fœderatorum Principum juſſu conſtituerant.

Hæc tandem meſſanæ conveniſ:

C

262 Ceterum Joannis tardiorem adventum, quod exacto jam fere menſe Julio nondum in Italiam tranſiiſſet, Pius moleſte ferens; rem ut ille maturaret; ſummum ſtudium adhibuit: ad eumque ſolicitandum, in Hiſpaniam crebras litteras ac nuntios miſit. Ille demum ſub Kalendas Auguſti cum quadraginta triremium claſſe Genuam devectus, dum inde Neapolim properat, Ferdinandum Carrillum, Plegi Comitem, domus ſuæ Præfectum, ad Pontificem legat: qui quod ſibi per tempus facere non liceret, ſacros illius pedes oſculatus, rebuſque feliciter gerendis per eum divinam opem implorans, moræ ſuæ cauſas exponeret. Cauſæ vero potiſſimum erant, quod Alvarus Bazanus, Marchio ſanctæ Crucis, Neapolitanarum triremium Præfectus, ad Pinnonem Mauritaniæ arcem majore præſidio communiendam ab Rege Philippo miſſus, Barcinonem cum triremibus, ut illi præſcriptum erat, citius redire non potuiſſet; & Rodulfo Erneſtoque Maximiliani Cæſaris filiis, Madriti male valentibus, atque in Italiam una cum ipſo Auſtriaco tranſire indeque in Germaniam reverti cogitantibus, præſtolari oportuiſſet. Carrillum benigne Pius audivit, acceptaque tardioris adventus excuſatione, ei graviter edi-

eni Ioannes Auſtriacus excuſata mora acceſſurus,

xit, ut quamprimum ad Joannem reverſus, eum ſuis verbis admoneret, ut quo parente natus eſſet bene memor, neque ſibi neque tempori deeſſet: ſed adverſus hoſtem ire ne cunctaretur, divino fretus auxilio fore ut glorioſam victoriam reportaret. Idem vero Marco Antonio Columnæ, idem aliis belli Ducibus ac militibus, idem ſacris viris in hanc militiam proficiſcentibus, Pius diſertis verbis denuntiabat. PER ANTGABUT.

263 Joannes interea Neapoli ab Antonio Cardinali Granvellano, Neapolitani Regni per id tempus Prorege, honorifice acceptus, ibi in æde S. Claræ, de ipſius Cardinalis manibus, inter ſacrorum ſolennia, ſceptrum vexillumque, dati honoris inſignia, à Pio Pontifice miſſa, ſingulari religione ac ceremonia ſuſcepit. Quo quidem in vexillo Jeſu Chriſti affixi cruci imago, mire auro & argento adumbrata erat: ſub qua locata in medio Pontificis Maximi, à dextera Philippi Regis, à læva Senatus Veneti, atque ex iis quibuſdam annexa catenulis ipſius Joannis pendebant inſignia. Is vero paucis poſt diebus, relicto Neapoli Bazano, qui cum triginta triremibus (nam Granvellanus viginti prioribus decem adjecerat) & novem onerariis navibus milites, arma, commeatumque portaret, ſecundo vento cum viginti quatuor triremium claſſe Meſſanam tenuit: ubi à Marco Antonio Columna, & Sebaſtiano Venerio Venetæ claſſis Præfecto, atque aliis Ducibus ac militibus longo deſiderio exſpectatus, magnaque alacritate & honore acceptus, ingentes Pontifici Maximo Venetoque Senatui gratias egit, à quibus totius belli Princeps electus eſſet; ſeque probo ac fideli animo cuncta adminiſtraturum recepit. Eodem fere tempore Marcus Quirinus & Antonius Canalis, Venetæ claſſis Legati, qui Famaguſtanis opem ferebant (nondum enim de capta Famaguſta triſtis nuntius erat allatus) ex Creta Senatus Veneti juſſu revocati, Kalendis Septembris cum novem triremibus citato curſu Meſſanam appulere.

acceptis Neapoli ſceptro & vexillo,

E

tādem etiam accedit,

uti & Legati Veneti,

264 Adſunt etiam Alvarus Bazanus Neapoli, & Panormo Joannes Cardona, Sicularum triremium Præfectus; & Joannes Andreas Auria cum undecim triremibus & novem onerariis navibus, duo millia militum ſub Sigiſmundo Gonzaga, & tria Germanorum millia ſub Alberico Lodronio ducens, Genua profectus. Adfuere & alii ex omni fere Italia, Gallia, Hiſpania, Germania ſelecti Duces ac milites, qui ſumma voluntate huic bello, quo Chriſtianæ reipublicę ſalus agebatur, Pio cohortante, ut pios Eccleſiæ filios decet, nomen dederunt: quorum plerique genere, ætate, opibuſque florentes, nullam aliam laborum periculorumque mercedem quærebant, niſi ut Chriſtianæ reipublicæ prodeſſent, nomenque ſuum memorabili aliqua victoria nobilitarent. In iis præter memoratos Duces eminebant, Alexander Farneſius, Parmæ Princeps; Franciſcus Maria Ruvereus, Urbini Ducis filius, ambo ſummæ ſpei adoleſcentes; Pompejus Columna, Zagaroli Dux, & Proſper ejus frater; Paulus Jordanus Urſinus, Braciani Dux; Antonius Carafa, Dux Montiſdraconis; Pompejus Lanoja, Sulmonæ Principis frater; Innocentius Cibo, Marchio Carrariæ; Ludovicus Requeſenſius, Major Caſtellæ Præceptor; Sforza Comes Sanctæ-Floræ, & Paulus ejus frater; Vincentius Turavilla, Sarni Comes; Andreas Provana, Linii Comes; Bernardinus Cardenas; Aſcanius Corneus, Caſtrorum Magiſter; Octavius Gonzaga, Franciſcus Ibarra, Horatius & Virginius Urſini, & alii quamplurimi veterani Duces ac milites, generis nobilitate & bellica virtute inſignes, quorum nomina meritaque recenſere longum eſſet.

Epiſt. 24 l. 4 *aliiſque Dioces,*

F

& viri prin. cipes multi.

PERANT. Sed eos infra ſuo loco, prout res tulerit, abſque perGABUT. ſonarum acceptione memorabimus. Interim Ægidius Andrâdæ, Jeroſolymitani ordinis miles egregius, è Corcyra (quo ad res hoſtiles explorandas
Epiſt. 22, 23 lib. 4 cum duabus triremibus, Hiſpana altera, altera Veneta, ab Auſtriaco miſſus fuerat) revertitur, ac magnam Corcyræ vaſtitatem Turcas intuliſſe, atque inde ſe Butrotum tranſtuliſſe nuntiat: habere vero claſſem (ut à Græcis acceperat; nam hoſtem ipſe non viderat, qui ſolum ad S. Angeli Caſtrum applicuit, quod in adverſa Corcyræ parte, quæ Italiam reſpicit, ſitum eſt) numero navium trecentarum, quarum triremes centum & nonaginta, reliquæ biremes ac breviora navigia: quamquam longe major numerus erat: quippe triremes ducentas viginti, biremes triginta quinque, præter alias plurimas minores naves, Turcicam claſſem habere poſtea cognitum eſt.

CAPUT II.

Poſt longam diſceptationem pugnâ decretâ, inſtruitur acies.

B 265 Nter hæc quoniam Pius audierat, inter ipſos belli Duces non ſatis convenire de pugna cum hoſte conſerenda, aliis aliud, pro ſuo quiſque ſenſu, quod è re publica eſſe videretur, objicientibus; Joannem Paulum Odeſcalcum Pinnenſium Antiſtitem, cujus ante meminimus, Meſſanam miſit, qui Auſtriaco ceteriſque omnibus edic ret, pugnam non modo, ſi ferret occaſio, non detrectandam; ſed etiam quam primum exquirendam ac fortiter ineundam: victoriam enim fore Chriſtianorum. Odeſcalcus igitur ad Auſtriacum profectus, eum Pii verbis graviſſime commonet, unam ſalutis ſpem in eo poſitam eſſe, ſi rem acie decerneret: neque occaſionem tamdiu optatam negligeret. Si divinis potius quam humanis opibus fretus, hoſtem fortiter aggrederetur, Deum cauſæ ſuæ non defuturum; eumque læta omnia ac proſpera portendere: neque vero hæc temere aut humano conſilio, ſed nutu inſtinctuque divino ac multis ſignificationibus ductum, hæc Pium denuntiare. Nam de felici rerum ſucceſſu, & in Hiſpania, & Venetiis, & alibi piis viris multa, ut ferebatur, enuntiara eſſe divinitus; idemque olim S. Iſidorum Hiſpalenſem Antiſtitem prævidiſſe, &
C ſcripto traditum reliquiſſe: Pio, ſcripti vaticinii vim ſententiamque ponderanti, & quorſum id pertineret conſideranti (ſi quid fide dignum res haberet) conjecturam iniici, omnia, quæ ea de re prædicta fuerant, in Auſtriaci perſonam cadere. Deum igitur Ducem ſequeretur, magna & proſpera omnia ſperaret: ac memor ſe Carolo V patre natum, bellum ita gereret, ut ſi domeſticas laudes exuperare non poſſet, eas pro viribus æquaret. A Carolo parente ei quidem vitam traditam, ſed regnum nullum relictum eſſe: à Pio cuncta, quæ ad dignitatem & ad commodum pertinerent, in eum profectura: eumdem qui nomen & caritatem parentis ſibi ſumeret, id effecturum, ut opportune & bene cumulatam gratiam referret: id tantummodo ab eo poſtulari, ut ſe regno dignum oſtenderet. Magnam Deo gratiam habendam, quod ei campum aperuiſſet, in quo excurrere ejus virtus cognoſcique poſſet. Ceterum divinam opem ſibi eſſe piis precibus implorandam: eamque affuturam, ſi militum animos ab effuſa licentia ad ſanctiora inſtituta revocaret, militaremque diſciplinam tota claſſe ad Chriſtianæ pietatis formam componeret. Mixtos ex perdita & infima hominum fece ſicarios, exules, latrones, obæratos, ad nomina danda confluere: itaque purgaret ipſe exercitum miſſionibus flagitioſorum: in primis vero D deteſtabiles & maxime Deo inviſas blaſphemias interdiceret; infames ludorum labes & deſidiam, maximas peccandi illecebras, arceret; ſocios ac milites prohiberet injuria; denique prius adverſus peccata, quibus iræ cæleſtes provocantur & acuuntur hoſtium tela, quam adverſus hoſtes ipſos bellum ſibi gerendum putaret. Hæc ſi feciſſet, non ſolum milites obedientiores habiturum, ſed victoriam quoque haud dubiam brevi relaturum.

Pius addicit Ioanni victoriam,

ut divinitus promiſſam:

ſed petit cohiberi licentiam peccandi,

166 Hæc & id genus alia Pontificis monita tantæ fuere apud Auſtriacum auctoritatis ac fidei, ut *Pugnam ultro offerendam diſſuadens aliquis,* has ille voces velut oraculo editas in pectus animumque demitteret, ac rei bene gerendæ majorem in ſpem ingrederetur. Non ignorare ſe dicebat, hac de ſe concitata exſpectatione, magnum ſibi onus imponi; ſed quantum in ſe eſſet eniſurum, ut quæ ſanctus Pontifex præcepiſſet, ſummo ſtudio ac pietate præſtaret. Itaque denuo advocato concilio, cui Pontificius Internuntius, belli Duces, & alii principes viri veteranique præcipui interfuere, ſuam ſinguli ſententiam rogati, eamque ſcripto edere juſſi, hoſtium vires diligentius explorandas prius eſſe, quam ultimum periculum ſubeundum, nonnulli E conſulebant. In iis Ludovicus Requeſenſius, magnæ vir prudentiæ & auctoritatis (qui juveni Auſtriaco Legatus & conſiliorum moderator datus erat) quæ ferro decernerentur, ſummo conſilio adminiſtranda eſſe præcavebat: errori, quo temere conſerto prælio ſumma rerum periclitaretur, haud facile remedium reperiri. Scipionem illum Africanum ſcite quondam admonuiſſe, non niſi magna opportunitate aut urgente neceſſitate, cum hoſte confligendum: importunum videri, pugnam quærere, cum hoſtis intra ſinum Corinthiacum ſe recepiſſet (id enim tenebat fama) neque ulla facultas eum inde eliciendi præberetur.

pars major & generoſior neceſſariam eam eſſe demonſtrat,

267 At enim Auſtriaco, M. Antonio Columnæ, Sebaſtiano Venerio, Auguſtino Barbadico, ſummis belli Ducibus, Alexandro Farneſio, Gabrieli Sorbellono, Aſcanio Corneo, atque aliis, pleriſque magnis viris militarique virtute præcellentibus, longe alia mens erat: & quamprimum fieri poſſet, rem prælio decernendam eſſe firmis rationibus demonſtrabant: nec committendum, ut conſilium, quod animorum magnitudo glorioſum ac fortunatum facere poſſet, pugnæ detrectatio fœdum atque irritum redderet. Ergo jacturam apparatus, F tanto ſumptu ac labore facti, vaſtationem finium, hoſtium inſolentiam, noſtra, inquiunt, augebit ignavia? inulti nos Turcæ toties laceſſent? oſtentabimus ſemper hoſti, neque unquam inferemus arma? repellimus bellum, non inferimus. Tanto igitur promptius alacriuſque prælium ineundum eſt, quanto neceſſitas major arcentis periculum, quam inferentis eſſe debet. Neque vero dubium eſt, quin hoſtis ingenita ſuperbia ac victoriis elatus, occurrentibus nobis, claſſem ſit educturus, ac pugnæ copiam facturus. At ſi nulla alia ratio, dignitas ipſa nos ad prælium impellat. An mediocre diſcrimen exiſtimationis nos ſubituros putatis, ſi inani apparatu contenti, ne levi quidem tentata pugna, ac ne viſo quidem hoſte, cum ſumma noſtra Chriſtianique nominis ignominia domum redeamus? Hoſtes tacitâ hanc ſibiq; optabilem cedentium deliberationem pro expreſſa victoria læti jactabunt: fœderati Principes & alii, qui animos & vires in hanc belli curam intenderant, ſe ſpe ſua fruſtratos, ac nequidquam tot impenſis ac laboribus fatigatos jure conquerentur: populi ſe injuria tributis exhauſtos condolebunt: in proximum annum major validiorque hoſtium claſſis

nobis

PER ANT. GABUT. nobis imminebit, quæ majus nobis belli negotium faceſſat omniaque proſternat: nos vero claſſem aut majorem aut validiorem numquam comparabimus. Quid igitur cunctamur? aut cur non Deo duce, ejuſque in terris Vicario Pio Pontifice fauſta ac proſpera omnia divino inſtinctu pollicente, ſummiſque votis ac viribus una cum ſociis Principibus in id conſpirante, hoc prælium inimus, quod non modo utile, ſed etiam valde neceſſarium videatur?

cui cum accederent ceteri,

268 Hæc & alia in hanc ſententiam ſummi Duces, quæ ceteris quoque & manu promptis & conſilio præſtantibus trierarchis & commilitonibus probabantur: ſed complures, rei militaris alioqui ſcientiſſimi & auctoritate graves, rerum cauſſis & rationibus omiſſis, una Pii auctoritate contenti, prælium haud differendum ſuadebant. Cunctis denique in hanc ſententiam diſcedentibus, tanta ſpes lætitiaque animos inceſſit, ut quidquid intercederet temporis, id victoriam è manibus eripere videretur. Itaque ſtatim indicto tridui jejunio, decernuntur ſupplicationes, quæ in Natalem diem feſtum Beatiſſimæ Virginis Dei Matris inciderunt: omneſque per ſacram confeſſionem elutis peccatorum maculis, cæleſti pane ſe communiunt, nacti ampliſſima Apoſtolicæ indulgentiæ præmia, quibus Pius ornabat eos, qui rite expiati nomen in hanc expeditionem darent. Non pauci inter ſe diſcordes, condonatis injuriis, ex inimicis amici facti, pacatas & ad communem rem bene adminiſtrandam conſpirantes voluntates præ ſe ferre: mira pro cujuſque ingenio toto exercitu, & publice & privatim, religio eſſe: Pontificis judicio ex variis religioſis Ordinibus delecti & in hanc militiam dati Sacerdotes, piis cohortationibus atque aliis caritatis officiis obeundis, omnes in Chriſtiana diſciplina continere. Itaque videres alios ex præſcriptis libellis, alios ex calculis in coronam inſertis, ſacras ad Deum ejuſque Genitricem Virginem Sanctiſſimam preces fundere, opemque divinam ſupplices implorare: omnes piacularibus granis, & cereis Agni Dei imaginibus, quarum rerum ingentem vim Pius eo miſerat, iiſque ſingulos milites donari juſſerat, tamquam firmis tegumentis communiri: pro certo habentes, ſi quid gravius illis incidiſſet, ſe in cæleſtes ſedes exceſſuros: probro erat, tota mente pietatis officiis non ſe dedere: ea fuit apud omnes Pii Pontificis auctoritas & exemplum. Otioſum aut ludo intentum toto exercitu videres neminem: qui Deum Sanctoſve maledictis inceſſeret, haud ferebat impune: nam duo apud Auſtriacum ejus criminis delati laqueo ſuſpenſi pœnas dederunt: idque magnum univerſæ claſſi terrorem injecit.

B *omnibus pio & religioſe præparatis,*

C

educitur è portu claſſis:

269 His rebus ita conſtitutis, eductam è portu claſſem in acies explicare atque ordinare inſtituunt, ac ſi tum cum hoſte congrediendum eſſet: ut antequam certamen inirent, ſuo quiſque loco aſſueti, omnes paratiores & inſtructiores eſſent. Triremes erant ad ducentas & novem, quarum Pontificiæ duodecim, Regiæ octoginta una, Venetæ centum & octo, Sabaudiæ Ducis duæ, Reipublicæ Genuenſis tres, Jeroſolymitani Ordinis tres, præter ſex majores Venetorum trieres, quas vocant Galeatias, quibus Franciſcus Diodus vir intrepidus præerat; & viginti quatuor naves onerarias, quas Cæſar Avalus, genere & bellica virtute clarus, gubernabat. Sed is cum navibus ab Auſtriaco præmiſſus, tempeſtate retardatus, ſociæ claſſis curſum tenere & navali prælio intereſſe non potuit. His accedebant celoces fere ſeptuaginta, armatorum vero militum numerus erat ad viginti millia, præter remiges & operas, & item eos, qui huic militiæ ultro nomen dederant, quorum tria millia & amplius fuiſſe traduntur. Eo igitur, quo mox dicemus, ordine inſtructa acie, Internuntio Odeſcalco Pontificia auctoritate claſſiariis bene precante, XVI Kalend. Octobris ad Orientem Meſſana ſolverunt.

D

CAP. III.

270 Provehebatur Chriſtiana claſſis Corcyram verſus, quo paulo ante magno cum incolarum damno hoſtes appuliſſe ferebantur, quatuor in partes ab Auſtriaco ita diſtributa, ut mediam aciem, cornua duo, & ſubſidia conſtitueret. Medium agmen ſeptuaginta & una triremium ipſe ductabat Auſtriacus: cujus latera cingebant, dextrum Pontificia, lævum Veneta prætoria; illi Marcus Antonius Columna, huic Sebaſtianus Venerius, ſocialis belli Duces, cum poteſtate præerant. Dextrum cornu, quod erat quinquaginta quatuor triremium, ducebat Joannes Andreas Auria, juſſus, ut antequam iniretur pugna, ſemper alios antecedens ad ſex millia paſſuum in altum procederet, ac ſub certamen in locum ſuum æqua fronte pugnaturus reveheretur. Lævum cornu, in quo erant pariter triremes quinquaginta quatuor, regendum dedit Auguſto Barbadico, ſummo Venetæ claſſis Procuratori: cui Sforcia Comes Sanctæ-Floræ, regiis Italicæ nationis copiis Præfectus, adjungebatur. Poſtremam aciem, quæ à tergo navigans è triginta conſtabat triremibus, regebat Alvarus Bazanus Marchio Sanctæ Crucis, agmenque claudebat, huc & illuc opem allaturus, prout caſus & incurſus hoſtium poposciſſet.

atque in ordines diſtributa,

E

271 Modicum intervallum mediam aciem à cornibus dividebat; ſubſidia ſuis quæque locis aſſignantur. Auſtriacum Ludovicus Requeſenſius, ejus Legatus, ſuis triremibus munitus ſequebatur: Genuenſium prætoria, in qua Alexander Farneſius Hectore Spinola Duce vehebatur, Columnam ſuffulciebat: Ducis Allobrogum prætoria, in qua erat Urbini Princeps, Andreæ Provanæ Linii Comitis ductu, poſt Venerium in ſubſidiis conſtituitur: qua media acies à ſiniſtro cornu dirimebatur, Petri Baptiſtæ Lumellini prætoria, quam Paulus Jordanus Urſinus regebat, ſubſidio futura navigabat: poſt cornu dextrum Petrus Juſtinianus, Melitenſium triremium Præfectus, erat conſtitutus: Antonius Canalis & Marcus Quirinus, Venetæ claſſis Legati, lævum ille, hic dextrum cornu ſequebantur: Joanni Cardonæ, decem Sicularum triremium Duci, qui in agmine erat Auriæ cornuque dextrum ad Regiam claudebat, erat imperatum, ut cum ſuis triremibus ad decem millia paſſuum continentur præcederet, & ſimul atque hoſtilem claſſem proſpiceret, ſuum in locum revectus, claſſiarios de rebus omnibus admoneret: ſuaſque triremes ita divideret, ut quaternæ quidem ſingulas utriuſque cornu prætorias, reliquæ vero duæ Imperatoriam præmunirent. Ad cornua porro ſingula, & ad mediam aciem binæ majores triremes remulco trahebantur.

ſuis cuique parti attributis ſubſidiis;

F

& aſſignatis officiis in tempus pugnæ,

272 In diem autem pugnæ condixerant, ut ſimul ac vexillum magnum à Pio Pontifice miſſum ad Regiæ puppim extenſum conſpexiſſent, colligerent ſeſe omnes, atque acies inſtruerent & ordinarent, agminibus ita diſtributis, ut unam frontem omnes objicerent hoſti, tam in acie media quam in utroque cornu; ac majores triremes quiſque ſuas ad milliarium ante navigare juberent, quæ ſingulæ tanto inter ſe intervallo disjungerentur, ut univerſam Chriſtianæ claſſis ad quinque milliaria late patentis frontem æquarent, eique propugnaculo eſſent; & copioſa, quam ſecum devehebant, æneorum tormentorum vi primæ cū hoſte congreſſæ, quanta poſſent maxima in eum inferrent damna, acieſq; illius, uti fecere, disjicerent ac perturbarent. Diſtribuerant præterea quingentenos milites, in illas majores triremes ſingulas, minori-

PER ANTIGABUT. minoribus tormentis inſtructos, qui de operto loco ruti hoſtē glondium procella verberarēt: erant enim ea prælta amplaque navigia, veluti munitiſſima propugnacula. Prætoria vero quæque, diverſa ac diverſis affixa locis vexilla geſtabat; &, quæ prætorias ſequebantur, triremes cum illis ejuſdem pariter coloris ferebant ſigna. Triremes non conſtipatæ, ſed modico intervallo inter ſe diſtantes collocantur; ut ad emittendos tormentorum globos, ubi tempus poſceret, ſpatium relinqueretur. Pontificiæ, Regiæ, Venetæ triremes intermiſcentur; ut æquata omnibus commodi incommodive conditio majorem auxilii mutui curam ſingulis injiceret. Quin etiam inter firmas infirmæ diſtributæ, quæ tamquam alis meliorum protectæ hoſti fortius obſiſterent: ſed & milites ipſi non omnes ſeparatim per nationes, verum ad mutuam concordiam, opemque fovendam, prout opportunius videretur, tota claſſe diſtincti. Et cum nonnullæ Venetæ triremes minori, quam oporteret, militum numero viderentur inſtructæ; iis ſupplendis quatuor Hiſpanorum millia & mille Italici generis Auſtriacus tribuit.

citra diſcrimen nationum,

navigat in hoſtes:

B 273 Per hunc modum inſtructa claſſis, ad aggrediendum hoſtem progrediens, per varios caſus & pericula (quæ, ne longiores ſimus, recenſere prætermittimus) VII Kalend. Octobris in Corcyram, inde in Cephaleniam pervenit. Interea cum Turcicam claſſem in Corinthiacum ſinum ſe recepiſſe conſtaret, inde in Petalam Acarnaniæ portum, Echinadibus inſulis (quæ nunc Curzolares appellantur) objectum, navigationem intendunt, eo conſilio, ut ad fauces Corinthiaci ſinus provecti, hoſtem ad pugnam elicerent. Sed reflantibus ventis iterum tertioque retenti, in Valliſque Alexandriæ portum, qui in Cephaleniæ ora ſitus eſt, revecti, donec mare conquieſceret, ſubſtitere, hinc nondum lenita vi ventorum ad Echinadas moventibus, lugubris de capta Famaguſta, cum id nondum reſciviſſent, nuntius allatus eſt: qui non modo non fregit animos, ſed ira, dolor, indignitas præliabundis tantos ſtimulos adjecit, ut pugnandi cupiditate ac delendæ maculæ ſtudio vehementius exarſerint.

quorum prudentiores pugnam declinandam ſentiunt,

C 274 Eodem tempore Turcæ, poſt famam appulſæ Chriſtianæ claſſis, convocato concilio, quid agendum videretur, varias in ſententias diſtracti conſultant. Mahemetes Syrochus, Alexandriæ Præſes, ætate, rerum uſu, & auctoritate gravis, aliique nonnulli Turcarum primores (ut exinde noſtri captivorum relatione cognoverunt) minime negligendum eſſe hoſtem dicebant, qui ultro laceſſitum veniret: & claſſem, cui Regis Philippi frater cum florentiſſimis totius Chriſtianæ reipublicæ Principibus præeſſet, non niſi optime inſtructam adveniſſe: neque cum ſtipendiariis militibus, ſed cum honorariis Ducibus præliandum eſſe: intra ſinus Corinthiaci clauſtra, in omni rerum copia, ſe tutiſſimos fore: quare ſummam rerum, nulla cogente neceſſitate, martis temeritati committendam non eſſe, cum præſertim claſſem infirmiorem haberent, ſuorum plurimis aut morbo conſumptis, aut longa navigatione debilitatis: Chriſtianorum vero claſſem, aut Ducum diſſenſionibus diſſolvendam, aut aliqua tempeſtate, ſi his locis hoc anni tempore perſtiterit, disjiciendam: igitur ſedendo ſe plane victuros.

275 In hac ſententia erat etiam Portaus, alter ſummus belli Dux, rei terreſtri Præfectus, vir pariter ætate gravis & bellicis artibus inſignis: qui licet pugnæ conſilium privatim abnueret, tamen ut ſe culpæ exortem oſtenderet, neque Selymi decreto repugnare videretur, quod hoſtes pugnæ poteſtatem non facturos exiſtimaret, in contrariam ſententiam pertractus eſt: quæ erat Ali Baſſæ collegæ ſui, totius claſſis Præfecti, & Lucialii archipiratæ, navalium certaminum peritiſſimi: qui turpe ducebant, ſemper alias victorem Turcam intra ſuos fines à Chriſtiano armis provocari, magnamque ignominiæ notam Turcico nomini ex ignavia & metu, ſi pugnam detrectaſſent, inuri. Nec ſe de victoria quidquam dubitare: nam & numero navium, & militum robore, atque ex multis ſecundis præliis comparata experientia, ſe omnino præſtare. Denique ſatis ſuperque compertum habere, quid valeat navali prælio Chriſtianus: quem olim Solimanus Selymi parens, aliique Turcarum Reges ac Duces ſæpe feliciter debellaſſent. Itaque ſecundiſſimorum prælio rum memores, forti & alacri animo in hoſtem incurrerent, quidquid eſſet Chriſtianarum virium uno certamine profligaturi: nam hanc unam victoriam adeptos, perpetuo terra marique victores fore. Sed nulla re magis ad id ſentiendum movebantur, quam quod Tyranni Selymi, omnino præliandum eſſe jubentis, voluntatem exploratam haberent; eamque pro oraculo ducerent, ac meminiſſent, anno ſuperiore Pialim, Turcicæ claſſis Ducem, eo quod Chriſtianam claſſem non profligaſſet, loco motum, Selymi gratiam ac dignitatem amiſiſſe. Pugnandi conſilium adjuvabat Caracoſſa archipirata, vir acerrimus bellorumque navalium ſcientiſſimus: qui ad explorandas Chriſtianorum vires profectus, ſex noſtrorum majores triremes, gravitate fere immobiles, nulli uſui futuras retulerat: reliquas vero, agili & nautico inſtrumento aptas, centum ſexaginta numerum non explere (quod eas bene dinumerare non potuiſſet) per errorem confirmaverat. Hac igitur approbata ſententia, Turcarum Duces triremes novo remigum delectu firmant; eaſque majore militum numero, quos ex proximis Achaiæ, Ætoliæ & Peloponneſi præſidiis collegerant, tumultuoſe ſupplent, ac ſe totis viribus ad pugnam comparant.

D *ſed ſuperat optimo ſtatuum contrario.*

E

CAPUT III.

Navale prælium, & victoria de Turcis reportata.

CAP. IV

276 INterea noſtri de hoſtium apparatu certiores facti, pridie Nonas Octobris, hora tertia noctis, favente cælo ac luna, è Cephalenia movent: ac poſtera die, quæ dies erat Dominica, ad Echinadas inſulas prima luce devecti, Joannem Cardonam cum octo triremibus ad portus naturam perſpiciendum emittunt. Subinde claſſis ad aquandum ſenſim progrediebatur ad amnem Acheloum, qui Ætoliam ab Acarnania dividens, late tortuoſus in mare devolvitur. Præcedebant dextri cornu triremes, quæ prætoriam Auriæ ſequebantur: qui ut primum ex illis inſulis evehi cœpit, ſub alteram lucis horam, Turcicam claſſem circiter quindecim millia paſſuum diſtantem proſpectans, id continuo ſignificavit Auſtriaco: qui etiam ex Regia trireme, albeſcente cælo, adventantem hoſtem proſpexerat. Neque inde triremes admodum accelerandas eſſe ratus, ne qua illis in aciem dirigendis confuſio naſceretur, culparum Indulgentiam, quam univerſis depugnantibus pro poteſtate Pius liberaliſſime conceſſerat, jubet promulgari, pugnæ ſignum extolli, & omnes ſe ad dimicandum comparare. Sacerdotes à Pontifice miſſi, triremes omnes obibant, militum errata brevem per confeſſionem expiantes; Chriſtique de cruce pendentis effigies per naves circumferentes, præclare hortabantur omnes, uti bono eſſent animo; nec dubitarent, Chriſtum Deum, pro cujus ſanctiſſimo nomine dimicaturi eſſent, è cælo ipſis opem allaturum.

VII *Octobris,*

F

Chriſtiani

Indulgentia Pontificia promulgata,

Mox

A 277 Mox Auſtriacus cum in celocem deſcendiſſet, idemque Columnam & Requeſenſium facere mandaviſſet, illum ad ſiniſtrum, hunc ad dextrum cornu circumſpiciendum, claſſiarioſque ad pugnam adhortandos emiſit: ipſe vero mediam aciem circumvectus, ſuum quemque locum tenere juſſit, atque omnium animos ad certamen pie ac fortiter ineundum optimis rationibus acuebat. Nam præclare eum illis agi putandum, ſive ſupereſſent, ſive mortem oppeterent: ſuperſtites quidem, quod ſibi tam felici certamini intereſſe contigiſſet: demortui vero, quod pro Chriſti nomine Chriſtianæque Reipublicæ ſalute fortiter occumbentes, ſe per ampliſſimam peccatorum expiationem cum beatiſſimis mentibus feliciter conſociare potuiſſent. Neque vero eſſe de victoria dubitandum: præſertim tam ſancto Pontifice pro ipſis apud Deum, cujus res ageretur, intercedente. Ad hæc autem reſpondebant milites, ne quidquam de illorum virtute dubitaret, facturos ſe quod fortes viros deceret. Columna quoque & Venerius aliique Duces optime confirmabant ſuos: nec quidquam eorum omittebant, quæ adipiſcendæ victoriæ opportuna fore viderentur: quæ res ingentem Auſtriaco lætitiam attulerunt. Quo ad Imperatoriam ſuam reverſo, tympanis, tubis, & id genus aliis inſtrumentis magis etiam erecti & accenſi ſunt militum animi; altaque voce Deus omnipotens, Trinus & Unus, invocatus eſt; & ipſa quoque ſanctiſſima Virgo Chriſti mater, ut quæ plurimum poſſit apud filium ſuum (quod illis præſcripſerat Pius) reverenter ſalutata.

militibuſque animatis,

B

278 His igitur cum humanis tum divinis munita præſidiis Chriſtiana claſſis procedebat in hoſtem: qui noſtros proſpectans, è veſtigio ſe ipſe quoque ad pugnam accingens, in hunc modum acies inſtruxerat. Medio agmine, quod nonaginta ſex fere cum triremibus tum biremibus conſtabat, Alis & Portaus ſummi Duces procedebant: dextrum cornu, quo ſexaginta ſex triremes vehebantur, regebant Syrochus, Cauraliuſque archipiratæ: ſiniſtrum vero, nonaginta quinque cum triremium tum biremium conſtans numero, ductabat Lucialius: à quo non nihil remotæ duodecim triremes remigabant, biremes vero triginta, quibus præerat Amurates Dragutes: alia minora navigia cogebant agmen: Caracoſſa magno cum leviorum navigiorum numero alios antecedebat. His omnibus archipiratæ plurimi, iidemque fortiſſimi, qui luminum inſignia præferebant, adjutores acceſſerant. Conſtabat Turcica claſſis triremibus ducentis & octo, quadraginta & ſeptem biremibus, præter alia multa minora navigia.

cum hoſte, ultro progrediente ad pugnam

C

Jam vero hoſtes, inflatis animis ac velis propius advecti ſinuoſa fronte in modum ſemiplenæ lunæ acie compoſiti, mare latius occupabant: quippe qui Chriſtianos prius adverſos, mox eos prætervecti, averſos etiam aggredi, atque ita perſtringere cogitarent, ut ne unum quidem eorum effugere navigium poſſet. Nam quoniam Chriſtiana claſſis diverſis erat ſubjecta Principibus, putabant fore ut capta fuga ſibi conſuleret: præteritiſque victoriis elati, nihil minus quam noſtros ſuperiores fore exiſtimabant: minorem enim credebant claſſem Chriſtianorum, quam re vera eſſet.

& Chriſtianos contemnente,

279 Itaque ad pugnam ſeſe expediunt: pollicentur Duces militi gratiam ſui Tyranni ſpoliaque ampliſſima. Mox præliabundi, diſploſo magno tormento, conſerendæ manus ſignum edidere: quibus pari ſigno noſtri reſpondere, pugnam nihil detrectantes: eaque prælii denuntiatio eodem tormentorum ſtrepitu, iterum ac tertio, ultro citroque repetita eſt. Collatis inde ſignis, principio ſex illas majores triremes, quæ noſtram antecedebant claſſem, Turcæ obvias habuerunt; quæ multis ac validis tormentorum ictibus eminus eos percutientes, illos varias in partes fuſos diſpulerunt; eorumque acies ita perturbarunt, ut ingentem ſuorum ſtragem intuentes, timore correpti, ordines ſervare non poſſent. Quæ res Turcis eo magis improviſa fuit ac terribilis, quod nulla tormenta in ejuſmodi triremium lateribus diſpoſita eſſe, ſpeculatores retuliſſent: neque ipſi ſe ad id genus certaminis, antea numquam viſi, præparare potuiſſent: ſed id ut initium calamitatis illis attulit, ita maximo noſtris adjumento ad victoriam fuit. Affulſere hoc loco Chriſtianis nonnulla præſentis auxilii divini, eorumque conatus feliciter provehentis, indicia non obſcura. Primum ventus, qui in eam uſque horam faverat Turcis, reflavit illico, mareque prorſus conquievit; & omnem ſe ad prælium componendi, & in pugna conſiſtendi ſuſtulit difficultatem. Dein ſol, qui noſtris adverſus incurrebat in oculos, proſpectumque impediebat, tranſmiſſa media cæli regione, radiis ſuis hoſtium offendebat obtutum; ſimulque aura quædam ab occaſu leniter ſpirans, fumum, quem tot tormentorum excitabant tonitrua, à noſtris in Turcas deferebat.

PER ANT. GABUT.

favente vento, ſole ac fumo uſi.

E

280 At vero Turcæ, collectis animis ac viribus, pergebant, & magnas illas triremes vi penetrare conabantur. Sed adeo male tum accepti ſunt à noſtris, ut bona pars claſſis eorum disjecta fractaque fluctuaret. Nam quo minus poſſent hoſtes ictus illos celeri curſu devitare, à vento mox non nihil aucto retardabantur: qui etiam fumo omni in illos adacto, fere omnem eis videndi facultatem adimebat. Audiebant tunc noſtri fragores magnos, ruinaſque malorum & triremium, Turcarumque pereuntium ſtridorem inauditum. Videbant non paucas illorum triremes flammis abſumi; alias amiſſis gubernatoribus ſubſiſtere; plurimorum cadavera, remos, antennas, vaſa, diverſi generis arma, ferri ſuper aquas. Et hæc quidem à ſolis illis magnis triremibus perpetrabantur. Sed hoſtes quamvis diſtractam multis locis claſſem ſuam perturbatoſque ordines viderent, tamen furoris quodam œſtro pereiti, majoreſque naves noſtras prætervecti, non deſeruerunt ſeſe. Itaque mox prætoriæ triremeſque fere omnes ita conflixere, ut non jam miſſilibus aut tormentis eminus, ſed gladiis prope collato pede præliarentur. Nam & proræ inter ſe junctæ hærebant, & naves in arcto ſic erant conſtipatæ, vix ut telum ullum in mare vanum intercideret: & cum alii in aliorum triremes inſilirent, ac ferreis malleis, militaribus ſicis, pugionibus, aliiſque varii generis armis inter ſe confligerent, tantus fuſus cruor eſt, ut mare ſanguineum eſſe atque ex frequentibus tormentorum ignibus ardere videretur.

Hæc clade à primis triremibus edita

F

281 Ducibus ac militibus tam atroci prælio dimicantibus, jam totis claſſibus pugna conſerta erat. Siniſtri cornu ſociorum triremes, quæ vergebant ad Acarnaniam, acriter primæ conflixerunt: graveque & longum certamen ſuſtinuerunt. Sed Præfecti Barbadici præſtantia, ac reliquorum præterea Venetorum Ducum ac militum virtus ſic enituit, ut ex ea parte victores primum evaſerint. At Barbadico, non minus egregii militis quam fortiſſimi Ducis partes implenti, ancipitique prælio ſtrenue dimicanti, conjecta ſagitta, lævo effoſſo oculo, caput trajecit; ipſeque præceps cadens, inter manus ablatus eſt: ſed exttahi ſagittam noluit, donec pugnatum eſſet: quod illa extracta, præ dolore ſe illico moriturum cognoſceret, optaretque ſe victoriæ lætitia fruentem emori. Abſoluto certamine cum victores Chriſtianos fuiſſe intelligeret, è capite ſagittam elici paſſus, gaudio plenus, elatis in cælum manibus, immortales Deo gratias agens, vir ſingulari pietate, conſilio,

utraque claſſis miſcetur in pugnam.

Siniſtrum cornu, dum lœſo Venetorum Præfecto

ſigna conferunt & primam aciem tormentis ſuis perturbant,

PER ANT. GABUT. eloquentia, ac militari virtute clarus, æternaque memoria dignus è vita exceſſit. Tanti Ducis caſum ſenſit utraque acies: nam Turcis in turbatam Duce amiſſo prætoriam impigre tranſilientibus, actum de illa foret, ni Federicus Nanius & Silvius Portius citato curſu hoſti ſe fortiter objeciſſent: horum ſubſidio factum, ut ſemicapta triremis reciperetur; & atrociore prælio noſtri in hoſtium triremes irruentes, cæſo Turcarum robore, mixta cum dolore lætitia eas obtinerent. Non aliorum vero magis in hoc cornu pugnantium virtus enituit, quam Joannis Contareni, Sfortiæ Comitis Sanctæ Floræ, Jo. Baptiſtæ Benedicti Cyprii, Marci Quirini, Antonii Canalis, & Marci Ciconiæ: quorum fortiſſimorum Ducum non minus quam & aliorum ſingulari ardore dimicantium robore, fractis hoſtibus, eorumque Ducibus Syrocho, Caracoſſa, & aliis multiplici vulnere confectis, inde Chriſtianis affulgere victoria cœpit; ſicuti mox etiam evenit in acie media, ubi Imperatores noſtri cunctis ſeſe puguæ periculis invictis animis objiciebant; hoſtemque gladio ferire, ac clypeis & thoracibus, quibus inſigniter muniti erant, telorum hoſtilium ictus cominus eminuſque excipere, tanto vitæ contemptu, non formidabant, ut mortem ultro pro communi ſalute appetere viderentur.

fortiter alii Duces ſuccurrunt,

initium victoriæ facit;

B

282 Hoc enim loco inter ſummos utriuſque claſſis Duces atrocius certamen exarſit: hic pars firmior triremium, hic militantium robora conſtiterant. Auſtriacus in Ali Baſſæ regiam inyectus ad proram, ab eo graviſſimi certaminis impetum ſuſtinuit: ceteris Turcarum triremibus paſſim ſuis opem ferentibus, ſeque tam pertinaciter defendentibus, ut Hiſpani vulneribus affecti, gravi cum periculo cædeque mutua identidem repellerentur. Interea Columna, cum triremem, quacum diu admirabili contentione dimicaverat, in poteſtatem redegiſſet; aliaſque vicinas, velut tempeſtas, pari virtute disjeciſſet; quacumque pergeret magnam hoſtium faciebat ſtragem, ac demum in Turcarum regiam ſeſe inſinuavit. Pontificia vero triremis, cui præerat Honoratus Caëtanus, cum inſigni Archipirata Caracoſſa fortiſſime congrediens, eum oppugnavit. Sed is poſtea in Joannis Baptiſtæ Benedicti Cyprii triremem incidens, cum illo prælians interficitur: quem dum Cyprius exanguem armis expoliat, immiſſo ab hoſte eminus ſpiculo & ipſe transfigitur. Ex altera parte Venerius, alioqui ſenex ſeptuaginta ſeptem annis major, eximia virtute cum hoſte congreſſus, victor diſceſſerat: acceptumque vulnus in crure tam diu diſſimulavit, donec hoſtes eſſent deleti: idque ſic ultus eſt, ut prætoriam ſibi infeſtam ceperit atque depreſſerit: animadverſoque periculo, in quo verſabatur Auſtriacus, à puppi Alim aggredi conſtituit, ſi terga cæderet, fore ſperans, ut anticipiti dimicatione diſtractus vinceretur. Prætoriam eo dirigenti, Portaus alter ſummus belli Dux cum triremium globo tam celeriter ſeſe objicit, ut cum in fronte ſe oſtendiſſet, mox in latera pugnam verteret. At Venerius, cujus virtute res Veneta nitebatur, ſuos verbis & factis itidem confirmans, pugnantibuſque ſe immiſcens, optimi Ducis & ſtrenui militis munera non omittit. Pluribus hinc inde peremptis, acrius Turcæ pedem inferunt, Ducibus ac militibus noſtris non animus, non virtus deerat: ſed multitudine preſſi ceſſiſſent loco, ni Joannes Lauretanus & Catharinus Maripetrus, Veneti trierarchæ militari fortitudine conſpicui, periclitantibus ſuccurriſſent: qui dum aliquamdiu procedente pugna, pari certamine ſtrenue dimicando hoſtes profligant, glandibus transfixi cecidere.

ex media acie in Alim Baſſam invectus Auſtriacus,

aliis contra alios fortiter pugnantibus,

C

& ab accurrentibus ad ejus periculum Ducibus Venetis

ſtrenue adjutus,

283 His Ducibus amiſſis, noſtri non dejiciunt animos: ſed majore ira ſuccenſi vehementius in hoſtes irrumpunt, alioſque trucidant, alios vulnerant, alios propellunt. Paulo Jordano Urſino duas triremes fortiter oppugnanti, gravique in diſcrimine verſanti, præſto fuit Comes Sanctæ-Floræ, cui bene dimicanti brachium duplici glande transfigitur: ejuſque ope cæſis hoſtibus, triremes ipſæ fractæ deprimuntur. Urſinus & ipſe in crure ſaucius, Pontificiorum militum robore munitus, in Portaï Baſſæ prætoriam invehitur: triremique potitus eum fuga elapſum non invenit; nam ille, ut in Chriſtianos victoriam inclinare proſpexit, clam è ſua prætoria ſcapha exceptus, abjectis dignitatis inſignibus, evaſerat. Tanti fuga Ducis, ut Turcis adimere, ita noſtris adjicere animos viſa eſt. Tandem Auſtriacus & Columna, aliorum Ducum ac militum viribus ſuffulti, cum Ali per tres fere horas acerrime dimicantes, ſingulari virtute hoſtium Regiam ſuperarunt, Turcis quamplurimis contrucidatis. Ali, diſſiliente ligni fragmento ex adacta pila de triremi Pontificia, cui præerat Alfonſus Appianus, ſummum caput effringitur, duplicique vulnere transfoditur. Exangui detrahi ſpolia, caput abſcindi, idque in haſta ſuffixum extolli Auſtriacus imperavit: Turcarumque vexillis depreſſis, ac ſigno Crucis erecto, captam hoſtium Imperatoriam poſt Regiam ſuam agebat remulco, Victoriam conclamans. Interfecti hoſtium Imperatoris cognitum os, & vincentium Chriſtianorum clamor illico totis claſſibus exauditus, ac præcipue ſalutare Chriſti ſignum in hoſtili prætoria elatum, & noſtros alacriores ad victoriam perficiendam fecit, & Turcarum ardorem adeo reſtinxit, ut capta fuga plerique ſibi conſulerent. Nec fere jam cædendis, ſed colligandis hoſtibus, ſpoliiſque capiendis victores operam dabant. Multi capti, plures cæſi proceres Turcæ militeſque præcipui: non pauci in mare dedere ſe præcipites, ut vel aquis obruerentur, vel ad continentem enatarent. Complures ſubſtitere mortem deprecantes, tum quod evadendi deeſſet facultas, tum quod de Chriſtianorum clementia bene ſperarent. Sed quæ in ſubſidiis erant triremes, acriter & ipſæ dimicantes, egregie ſe quoque præſtiterunt. Nam & Bazanus & Requeſenſius, & Cardona, & Linius, aliique præterea Duces, ut quæque pars premi aut laborare videbatur, pro communi fide, quam omnibus debebant, auxilia impigre ſubmiſere: ipſique ſtrenue dimicantes, ad victoriam non mediocrem opem contulerunt. Eodem tempore, qui ex Chriſtianis in vinculis apud Turcas duriſſimam ſervitutem patiebantur, cum noſtros vincere ſenſiſſent, alii catenas confringere, alii ſoluti vinctos ſolvere, omneſque raptim captis armis ingentem cædem facere.

D

poſt magnam utrimque cædem,

& Alim extinctum

E

prætoria Turcica potitus victoriam conclamat:

quam promoventi magnopere Chriſtiana ruptis vinculis ſuis:

F

284 Dum hoſtes in acie media, ac ſiniſtro cornu ſtrenue cæduntur, in dextro noſtrorum cornu minus feliciter pugnatur. Ibi duo clariſſimi ac veterani Duces ex utraque acie inter ſe adverſi conſtiterant. Joannes Andreas Auria atque Lucialius, ambo ſtrenui & inter ſe notiſſimi, quod eadem littora ſæpius obiiſſent. Sed Auria certaminis initio, decem aut duodecim triremibus inſtructus, in altum ſe ſubduxit; ſive quod triremes, in quibus dignitatis ſuæ ſumma periclitabatur, in diſcrimen non adducere caute ſtatuiſſet; ſeu veritus, ne hoſtis, qui multitudine navigiorum longe erat ſuperior, cornu latius extenderet, Chriſtianamque aciem circumveniret: id enim potiſſimum Lucialius agebat, ut noſtrorum aciem cingeret, Auriamque à latere prætervectus, ad puppim cum illo congrederetur. Sed id conſilii ab Auria fuit anteverſum: licet in mare ſe latius extenderit, ſeriuſque pugnam commiſerit: hinc varias ſubiit reprehenſiones, pleriſque ſuſpicantibus eum in fugam dare ſe voluiſſe. Sed illum alii vindicabant à culpa,

in dextro cornu cunctante Auria,

A à culpa, quod arte cautus artem eludere ſtuduiſſet. Quoquo modo ſe res haberet, graviter hoc loco perculſæ ſunt complures Chriſtianorum triremes, in primiſque prætoria Melitenſis: nam Lucialius noſtrorum triremes, quæ ab Auria ſe disjunxerant, nulloque ordine & incerto imperio mari ferebantur, conſpicatus, eas incredibili celeritate continenti triremium agmine circumſepſit: eaſque aggreſſus, cæſis propugnatoribus, ferociſſime percuſſit. In hac pugna Jeroſolymitani Ordinis milites; quibus eſt quaſi naturale bellum cum Turcis, ad quinquaginta; & S. Stephani equites Florentini complures, Venetique aliquot trierarchæ, atque alii non pauci fortiſſime dimicantes, cecidere.

inclinat ad Turcas victoria captâ prætoriâ Melitenſi,

285 Prætoria Melitenſis acriter cum Lucialio congreſſa, tandem in ejus venit poteſtatem: ſed mox à noſtris recepta eſt; Petro Juſtiniano, ſtrenuo Duce, ſaucio è Turcarum faucibus erepto: gravioremque plagam hoſtes intuliſſent, niſi Auria, mox Auſtriacus, Columna, Venerius, Bazanus, & Cardona; conſpecto periculo, celeriter ſuppetias attuliſſent, hoſtemque profligaſſent. Quos cum Lucialius appropinquantes, & Auriam triremes in ſe obvertentem conſpexiſſet, virtuteque noſtrorum mediam aciem

sed ab alibi victoribus reſtauratur pugna,

B ac dextrum cornu cæſum ſuperatumque fuiſſe cognoviſſet, metu ardorem pugnæ remiſit: ac relictis quas ceperat triremibus, quam citatiſſimo potuit agmine in fugam ſe conjecit. Eum noſtri, cum ſex aut ſeptem navigiis ad promontorium vela facientem, inſectati, reliquas Turcicas triremes, quæ erant ad triginta ad litus allidere compulerunt; eaſque omnes una dempta remulco extractas, ſed inanes, & male multatas receperunt; Lucialio velociſſime, ut diximus, effugiente: qui cum ſemifractis aliquot navigiis, quæ triginta ferme eſſe ferebantur, Methonem verſus, dein Conſtantinopolim properavit, ut ereptum Melitenſibus vexillum captamque triremem, fortitudinis ſuæ ſigna, Selymo præſentaret: eum vero, quod jam adveſperaſſet, remigeſque fractis viribus defatigati eſſent, noſtri perſequi nequiverunt.

& hac quoque parte vincuntur barbari.

Hoſtibus igitur maxima ex parte cæſis, compluribus in vincula, reliquis paucis in fugam conjectis, integra nomini Chriſtiano victoria ſtetit. Qua peracta, noſtri, collectis triremibus ac ſpoliis, in portum ſe receperunt. Mox ſæva exorta tempeſtate, marique vehementer perturbato, ne in portu naufragium facerent, nihilque inde læderentur, qui victoriam dedit, Deus incolumes protexit. Spectaculum viſu fœdum, miſerandum, ac terribile omnino erat, cæſorum hominum corpora, cruentatique maris fœditatem, arma ſimul & confractarum triremium partes undique fluctuantes circumſpicere; ipſaque cadaverum ſupernatantium multitudine remorum pulſum præpediri.

C

286 Erat in Regia Chriſtiana, præter alios, delecta quadringentorum Hiſpanorum militum manus, qui ſub tabulatis, ad longioris pugnæ caſus & ad ultimum diſcrimen, reſervabantur. Ii nutum Auſtriaci ad conſurgendum expectantes; ut primum ex condicto editum ſurgendi ſignum audivere, integri vigenteſque ex improviſo exorti, feſſis noſtris atque extremo in periculo verſantibus ſucceſſerunt: ſublatoque clamore in laſſos hoſtes ſtrictis gladiis impreſſionem fecerunt. Hæc inexpectata acies, improviſaque procella primo confudit, turbavitque barbaros; mox vaſta ſtrage cecidit. Auſtriacum Hiſpani complures proceres viri, conſilio manuque prompti, præliando circumſtabant. In iis Ludovicus Requeſenſius, ejus legatus; Bernardinus Cardenas, qui fortiter dimicans mortem oppetiit; Lupus Figueroa, caſtrorum Magiſter; Michael Moncada, Petrus Padilia, & alii plerique viri ſummo loco nati: qui ſtrenue pugnantes egregiæ virtutis ſpecimen ediderunt. In prætoria vero Pontificia, præter fortiſſimorum militum cohortem, florentem Romanorum procerum globum Columna ſecum habebat: in iis erant Pompejus Columna, Zagaroli Dux, quem illi Pontifex legatum adjunxerat, & Proſper ejus frater; Troilus Sabellus, Vincentius Vitellius, & alii: quorum virtus, conſilium, impigraque opera hoc bello ſpectata inprimis eſt: ex iis vero Horatius & Virginius Urſini, & Horatius Carafa, ſtrenue dimicantes, invictis animis occubuerunt. Sed hoc prælio egregia virtus etiam eluxit Parmæ & Urbini Principum, Linii Sabaudienſis prætoriæ Ducis, Franciſci Diodi majorum triremium præfecti, & Aſcanii Cornei. Nec iis in hoſte cædendo inferiores fuere, Gabriel Sorbellonus, & Pompejus Specianus, Mediolanenſes, & alii genere & bellica virtute inſignes. Paulus vero Giſſerius, Pii Pontificis conſanguineus, in hoſte proterendo nemini ſecundus, ſtrenue dimicans vulnus in faciem accepit, trirememque ſibi infeſtam, cæſis hoſtibus, aliorum ope devictam in poteſtatem redegit. Michael quoque Bonellus, Pontificis ex ſorore nepos, impiger adoleſcens, acriter pugnans hoſtes cædebat. Denique omnes, & Pontificiæ, & Regiæ, & Venetæ claſſis ſive Duces, ſive milites tam egregie ſe geſſerunt, ut ope divina ingens ille Turcarum exercitus totus fuſus, ad internicionem cæſus captuſve fuerit.

magna militum ac Ducum virtute,

quorum præcipui enumerantur;

E

287 Hunc igitur dies ille memorabiliſque conflictus, hora cœptus meridiana, felicè exitum conſecutus eſt: atque tam brevi temporis intervallo, videlicet quatuor circiter horarum ſpatio, placuit Deo, maximam omnium quæ in mari poſt hominum memoriam extiterint, victoriam dare Chriſtianis: quæ res eo fuit admirabilior, quo noſtri & militum & navigiorum numero erant hoſtibus inferiores. Et ſane perſpicere nemo non potuit, id factum eſſe divinitus: nam ut omittamus id, quod de commutatione venti ſupra memoravimus, tam ingentem claſſem, tam longam navigationem, ea anni tempeſtate, ita brevi temporis intervallo conficere potuiſſe; egreſſum fuiſſe hoſtem ad Chriſtianos laceſſendos, cum alioqui domi ſuæ tutus eſſe poſſet; animadverſione plane dignum videtur. Sed piratam, qui ad Chriſtianam claſſem explorandam venerat, falſo retuliſſe, ad LX triremes noſtras retrorſum navigationem intendiſſe; ſicuti Chriſtianis quoque fuerat renuntiatum, è Turcarum claſſe totidem roſtratas naves ad Orientem receſſiſſe; id effecit, ut progredi ſignaque conferre mutuo, ſed noſtris fauſto errore, decepti utrimque non dubitarint. Divino præterea conſilio factum, ut bene mane hoſtem eo loci noſtri proſpectarent: nam & eis fuit otium ſeſe ad pugnam inſtruendi perficiendique victoriam, & natura loci, quantam maximam optare potuiſſent, rei bene gerendæ præbuit facultatem.

& evidentiori Dei favente auxilio

nec ſine aliquo utrimque errore in bonum Chriſtianorum converſo,

F

288 Sinus ille Jonii maris ad Naupactum, ubi res geſta eſt, theatri ſpeciem præbens intuentibus, in circuitu patet amplius ducentis quinquaginta millibus, oris ad viginti quinque millia paſſuum inter ſe diſtantibus. Ab ortu ſolis ora, Peloponneſi & Ætoliæ montibus cingitur; à meridie Zacinthum inſulam, ab occaſu Cephaleniam, & Leucadem reſpicit. Qua in orientem ſpectat, mille fere paſſus procul à continenti, tres eminent ſcopuli, nunc Corzulares inſulæ, Echinadæ olim appellabantur; ſive quod præacuti illi ſcopuli ſpinoſi echini formam referant, ſive quod ibi echinus piſcis (utrumque enim verum eſt) copioſe à piſcatoribus capiatur. Sed nomen antea fere ignotum & obſcurum celebris hæc victoria nobilitavit. Ceterum victores, duces ac milites, ad Petalam portum recepti, inter ſe mirifice gratulantur;

quibus locus quoque ac tempus favet

PER ANT. GABUT. *sed potissimum Pii preces profuere.*

lantur: alter alterius egregia facinora meritis extollunt laudibus, omnesque singulari lætitia supinas manus ad cælum tendentes, Omnipotenti Deo rerum bene gestarum auctori summas laudes, & quam maximas possunt gratias agunt, qui se tantæ victoriæ compotes fecisset, eamque Pii obsecrationibus ac pietati secundum Deum acceptam referentes, quæ liberi parentibus debent, ea se illi debere profitentur. Mox ad eum & ad alios Principes de rebus gestis nuntios cum litteris decernunt. Ad Pontificem Austriacus Ferdinandum Carillum, Plegi Comitem; Columna vero, Prosperum affinem ac gentilem suum, & Maturinum Romagassium Jerosolymitani Ordinis Militem insignem, cum vexillo hostium Ducibus erepto legaverunt. Interea vero nostri curandis sauciis, prædæ dividendæ, reficiendisque viribus intenti, per aliquot dies adversis fluctibus impediti in illis portubus substitere.

CAP. V

289 Cæsa feruntur eo die triginta fere hostium millia. Nobiliores duces & trierarchæ omnes, pars cæsi, pars capti sunt, præter Portaum Bassam ejusque filium, & Lucialium; quibuscum alii pauci, ut diximus, fugam arripuerunt. Recensendis captivis, qui vivi in potestatem nostrorum venerunt, in partitione quidem prædæ tria millia quadringenti & octoginta sex inventi sunt: sed multo plures privatim occultati, qui in communem sortem non venerunt. Inter alios complures primarios duces ac milites, capti sunt duo filii Alis Bassæ, ex Selymi sorore susceptí, Amathes decem & octo, alter tredecim annos natus, Mahemetes appellatus. Ad quindecim millia Christianorum, quos superioribus annis barbari captivos fecerant, sunt in libertatem vindicata. Ex nostris, censu habito, septem millia quingenti sexaginta sex desiderati sunt: & eorum magna pars Veneti: quatuor namque millia & quingenti ex iis pugnantes cecidere: in quibus complures clari viri Ducesque fortissimi; ut, præter Augustinum Barbadicum, & alios quos supra memoravimus, Benedictus Superantius, Vincentius Quirinus, Joannes Lauretanus, Hieronymus & Marinus Contareni, Georgius & Andreas Barbadici, M. Antonius Landus, Antonius Pasqualicus, Franciscus Bonus, Hieronymus Venerius, & alii, quos recensere longum esset.

Cæsis 30 millibus Turcorum capti 3486.

liberati Christiani ad 15 millia,

cæsi 7500 Veneti plerique

& alii illustres viri

B

C

290 Ejusdem vero casus gloriæque participes fuere nonnulli ex sociis civitatibus triremium Præfecti, clari nominis; ut Joannes Baptista Benedictus, Cyprius; Andreas Calergus, Cretensis; Antonius Eudemontius, Cydoniensis; Hieronymus Bysantius, Ascrivienſis; Jacobus Metius, Dalmata; & Jacobus Trissinus, Vicentinus; qui omnes, singulari fortitudine ad extremum usque spiritum dimicantes, è vivis excessere. Sed hos ac ceteros, qui in nostrorum classe mortem obiere, non tam vis hostium perculit, quam ille pro quo pugnabant sibi pigneratus est Christus: credibile namque est, qui prius Catholico ritu expiati, ac culpis omnibus soluti, tunc vero in Deum intuentes, vitam pro illius gloria profudetunt, eos eodem tempore Angelorum agmine stipatos triumphantes in cælum evolasse. Tanta enim belli sacri contra sanctæ Ecclesiæ hostes vis est, ut, quod ex divinis litteris tradunt auctores boni, vel parum probos, Sanctos & Dei Martyres efficiat, ubi vinci salutare, vincere vero glorioſum. Captæ sunt centum circiter & nonaginta hostium, partim triremes, partim biremes: quarum centum & triginta erant integræ; eæque omnes omni commeatus, pretiosæ supellectilis, & armorum genere instructissimæ; octoginta, partim triremes, partim biremes, aut fractæ aut incensæ, aut depressæ perierunt, triginta vero plus minus in fugam dissipatæ. E quadraginta triremibus honorariis, quæ quod nocturni luminis ferant signa, Græco nomine Phanones appellantur, omnes, una dempta, in Christianorum potestatem pervenerunt. Ænea tormenta majoris formæ centum & sexdecim reperta, minora vero ducenta quinquaginta sex: quæ omnia inter fœderatos, ex lege fœderis, pro rata parte divisa sunt.

quos omnes cælo receptos est credibile.

captæ naves 190

cæteris perditis aut fuga elapsis.

D

CAPUT IV.

Victoria divinitus Pio V indicata, qua gratulatione celebrata.

CAP. VI

Ipsa pugnæ hora dum oratur Romæ.

291 HOc ipso pugnæ die nocteque præcedenti, Romæ Pius (quippe qui classes jam prope esse, ut congrederentur, existimaret) multo majores se in preces dedit. Id ipsumque sacrorum hominum in Collegiis ac Cœnobiis, per omnes hosce dies, faciendum curavit: ubi in singulas horas Dei famuli erant distributi, ob id assidue Dominum deprecantes. Neque enim ulla magis eum premebat cura, quam felix & optatus expeditionis hujus eventus: cujus causa tot tantisque vigiliis & jejuniis, ætate alioqui devexa, sese afflictaverat; ac tot lacrymas preceſque profuderat, quibus misericordiam clementiamque divinam in Christianos inclinans, meruit exaudiri. Præterea dignus est habitus, cui Deus, licet tantis locorum intervallis, in Vaticano videlicet, suis in cubiculis agenti, eadem die & hora, qua pugnatum est, victoriam divinitus indicarit. Ubi cum familiaribus suis, præsertim cum Bartholomæo Bussotto, ærarii Pontificii Quæstore, gravibus de rebus agens; illis ex improviso relictis, fenestram aperuit; oculisque in cælum sublatis, paulisper fixus ita perstitit: ac speculam subinde claudens, cogitabundus, Bussottum intuitus: Non est, inquit, nunc tempus negotiandi. Vade ergo, & Deo Domino gratias age: nam classis nostra cum Turcica congressa hac ipsa hora victoriam retulit.

E

Pio divinitus indicatus victoria

prout ex ejus ore notavit Buſſottus

292 Hoc ille audito, statim admirationis plenus abiceſſit: sed eundo respiciens, Pontificem ad parvam aram jam genibus provolutum, junctis manibus Deo grates agentem vidit. Id vero Bussotto licet mirum videretur, tamen præter domesticos ac fidos amicos, cum aliquo rem communicare noluit: veritus, ne, si minus verum foret visum, de Pontificis existimatione quidquam detraheretur. Domum igitur profectus, certo libro ejus rei memoriam, diem, horamque notavit. Cum porro certus de victoria nuntius esset allatus, nullus de visionis ejus dictique veritate dubitandi sibi relictus est locus: idque multis proinde Cardinalibus atque aliis principibus viris ipse Bartholomæus enarravit, Pontifice præsertim vita functo. Cardinalis quoque Cæsius, se ad Pontificem tunc statim introisse, eumque in genua procumbentem & orantem vidisse, testabatur. Neque ita multo post, nempe XII Kal. Novembris, de re bene gesta, Pius per nuntium Venetiis profectum certior factus est: cum Ferdinandus Carillus, & alii ab Austriaco Columnaque ad Pontificem legati, reflantibus ventis præpediti, Romam citius pervenire non potuissent. Ferunt Pium sæpius demiratum, quod sibi res serius, quam tempus poscceret, enuntiaretur: quippe qui de felici rerum eventu nihil dubitaret.

F

visi veritatem comprobante nuntio Venetiis misso.

292 Hoc igitur nuntio intempesta nocte Pius accepto, è lectulo statim exiliens, atque ad domesticum sacellum accurrens, singularis lætitiæ, patrisque pietatis, & gratiarum actionis indices voces supplex obtulit Deo, rerum bene gestarum auctori: ac Palatinos & familiares suos omnes evigilare jussos, ad eamdem gratiarum actionem excitavit. Orta vero luce, cunctis Patribus ad eum gratu-

quo accepto ille supplicationes indicit,

gratulationis cauſa venerabundis pariter ac lætabundis convolantibus, hilariſſimeque exceptis, & communicata utrimque lætitia; iis atque aliis quamplurimis comitatus, inde quantas maximas potuit, in S. Petri Baſilica, ut par erat, Deo gratias egit: publicaſque ac celebres ſupplicationes indixit & obiit: atque per omnes parochias, qui tam præclaro bello mortem oppetierant, rite juſta perſolvi, & eorum egregia facinora virtuteſque publicis orationibus concelebrari curavit. Quin etiam ut tantum divinæ clementiæ beneficium, qua par erat pietate, Chriſtianus populus perpetuo coleret, ad honorem Dei ejuſque ſanctiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ (cujus potiſſimum precibus & auxilio tantam ſe victoriam adeptum eſſe profitebatur) inſtituit, ut deinceps in perpetuum Nonis Octobris, Commemoratio Sanctæ Mariæ de Victoria in Eccleſia Catholica pie recoleretur: ut hoc videlicet eximio divinæ benignitatis monumento poſterorum animi, ad agendas Deo ejuſque parenti gratias excitati, in eam ſpem erigerentur, poſſe noſtræ religionis hoſtes (modo in unum Chriſtianorum ſenſus vireſque conveniant) omnino vinci, profligari, delerique; præſertim ſi non tam in armis, quam in ope divina (uti tunc factum eſt) ſpes reponatur, peccatorumque ſordibus elutis, puræ ad Deum preces effundantur, atque Genitricis ejus Mariæ ſubſidium ſedulis votis imploretur.

victoriam annue commemorari jubet.

294 Sub idem tempus Romanorum Imperator Auguſtus ac ceteri Chriſtiani Principes, tam felicem ac ſingularem rerum eventum Pio per litteras & nuntios gratulati, illi ſecundum Deum tam inſignem victoriam acceptam retulerunt. Mox ubique gentium pervulgatur fama, divino conſilio factum, ut ejus Pontificatus in ea incidiſſet tempora, quibus Eccleſia Dei, Turcarum Chriſtianos divexantium viribus afflicta, hoc opportuno ſubſidio vehementer indigebat: ac Pontificis operam uſque adeo ſummo Deo gratam fuiſſe, ut ea ſatis extitiſſet ad ſacroſanctam Principum ſocietatem conciliandam, & ut talis tantæque victoriæ ipſe princeps eſſet & auctor: qua de re tum ſoluta tum vincta numeris oratione, à cunctis ferme præclari ingenii viris inſcriptiones & elogia paſſim edita, & tribus nobilioribus linguis ad ejus rei memoriam ſempiternam ubique terrarum pervulgata.

CAP. VII

Secuta ingens ubique gratulatio Pio victoriam adſcribentium,

295 Ceterum Selymus, ſua amiſſa claſſe furore percitus, ut qui in regno erant ſuo Chriſtiani omnes interimerentur, edixit: quod tamen Deus avertit, tyranno per Mahometum ejus conſiliarium ex ea mente deducto. Id nempe ſi fieret, fore ut non ſolum Turcæ omnes qui apud Chriſtianos eſſent, eodem modo perimerentur; verum Galliæ quoque Rex, hac immanitate perſpecta, veteri pace nihili penſa, una cum ceteris Chriſtianis Principibus in Turcicum Imperium excidendum conſpiraret. Illud vero ſatis conſtitit, per idem tempus Conſtantinopoli, timore perterritos publice Turcas exceſſiſſe, & in Aſiam confugientes eo res plurimas comportaſſe: omnes porro, qui Chriſtum olim abnegaverant, apud Turcas tranſugę, pari formidine correptos, jam perfidiam ſuam purgaſſe, ſeque [profeſſos] oretenus non ex animo Chriſtum ejeraſſe, itáque abjiciendi Turcicam ſuperſtitionem & ad Chriſtianam diſciplinam redeundi tempus adveniſſe. Quamobrem ipſi Turcæ, terrore perculſi amentibuſque ſimiles, ſeſe Chriſtianis ſubmittentes, dictitabant: Cum in veſtra poteſtate fuerimus, noſtri, quæſumus, vos miſericordia teneat. Is videlicet hoſtium animos pavor invaſerat, eoque exiſtimationis venerant Chriſtianorum arma, propter celebrem hujus victoriæ Pontificiſque virtutis famam, & eam quam de ipſius precationum vi concepérant opinionem ſanctitatis.

nec minor conſternatio apud Turcas

velut ſi jam jam excindendum foret eorum imperium:

PER ANT. GABUT.

296 Timorem Turcis augebant è cælo oſtenſa prodigia, quæ Ottomanici imperii excidium portendere videbantur. Nam Conſtantinopoli ſupra Moſcheam (quod olim S. Sophiæ nomine Deo dicatum inſigne templum fuit) tres lucentiſſimas Cruces, ignea ſpecie, puro claroque æthere apparuiſſe, fama percrebuerat: eaſque à barbaris pluribus ſagittis petitas numquam lædi potuiſſe: verum celeri motu ſeſe in ſublime attollentes, vanos irritoſque ictus reddidiſſe. In ipſo quoque navalis pugnæ conflictu, Chriſtum Redemptorem noſtrum, & Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, Angelorum agmine ſtipatos, ſtrictis gladiis Turcis minitantes, in ſublimi aëre conſtitiſſe. Id vero Turcæ ipſi, ut ajunt, eo prælio capti ſe conſpexiſſe teſtabantur: quod etiam indicat ipſius prælii affabre adumbrata pictura, quæ in Vaticano in aula Regia conſpicitur, ſubjectis hiſce inſcriptionibus; quarum altera id innuere videtur. Claſſes oppoſitæ, Turcarum una, Chriſtianæ ſocietatis altera, inter Pium V Pontificem Maximum Hiſpaniarum Regem, Venetam Rempublicam inito jam fœdere, ingentibus utrimque animis concurrunt. Altera vero ſic legitur. Hoſtes perpetui Chriſtianæ Religionis Turcæ, diuturno victoriarum ſucceſſu exultantes, ſibique temere præfidentes, militibus, Ducibus, tormentis, omni denique bellico apparatu ad terrorem inſtructi, ad Echinadas inſulas, à communi claſſe, prælio poſt hominum memoriam maximo, perſpicua divini Spiritus ope, profligantur. His autem oſtentis Chriſtiani imperii prolationem ac Turcarum exitium portendi, hoſtes quidem formidabant: ſed tamen (ſive Chriſtianorum Principum, diſſidiis ne dicam, an deſidia? ſive noſtris peccatis id emerentibus) neque id factum adhuc videre meruimus, neque barbarorum cæcitas, ad lucem veritatis, vel ſignis è cælo miſſis, amplectendam commovetur.

quod etiam cælitus præmonſtrari videbatur ſignis variis

de quibus aliquid innuit titulus in Vaticano poſitus.

297 At vero, ut ad victricem claſſem redeamus, victores Duces, claſſis viribus inſtauratis, concilium advocant, & quid agendum, conſultant. Alii hoſtilis regni caput Byzantium petendum, alii Naupactum ſinum & oras, alii alias expeditiones aggrediendas, ac dum victoribus caleret animi, hoſteſque timor occuparet, bellum fortiter proſequendum ſuadebant. At cum remigibus fere ſpoliatæ triremes eſſent, militumque bona pars vulnerati, plerique decederent, alii decumberent; & qui pugnare poſſent, vix ſex millia ſupereſſent; & copiarum, quas præſidio relinqui oporteret, & commeatus laborarent inopia; tum vel maxime, quod præcipitaret autumnus, hiemſque procellas minaretur; in hiberna redire conſtituerunt: eo tamen conſilio, ut vere novo, ſtatim in altum prodirent, & conjunctis armis ad infeſtandos intimos hoſtium fines, aperto liberoque mari progrederentur. Interim vero terra Maximilianus Cæſar in Pannonia viginti peditum, equitum vero quatuor millibus, quæ illi fœderati Principes, ut diximus, offerebant, bene ſuffultus, bello Selymum urgeret: & Sarmatæ, Moſchovitæ, Perſæ, Tartari, aliæque Turcis finitimæ gentes, ad proximas provincias bello petendas evocati, concurrerent: ut terra marique undique circumvallatum, quod Pius moliebatur, Ottomanicum everteretur Imperium. His igitur conſtitutis, Auſtriacus cum regia claſſe Meſſanam, inde Neapolim, ſummis honoribus exceptus conceſſit; Venetus intra portus ſuos continuit ſeſe; Columna triumphans Romam contendit.

quia tamen è victoribus vix 6000 ſupererant integri

in vernum tempus differtur bellum terra marique gerendum.

PER ANT. GABUT.

CAP. VIII

Pro triumpho quem reduci Columnæ parabant Romani,

298 Et quoniam virtuti honos & victoriæ triumphus debetur, præsertim cum illud quondam in more & instituto Senatus Populique Romani positum esset, ut Imperatoribus suis, post devictos hostes ad Urbem redeuntibus, triumphum decernerent, illosque honorificentius exciperent; Columnæ Romam appropinquanti, hanc honoris & communis lætitiæ significationem, pro victoriæ magnitudine, Romani dari constituerant. Quod genus spectaculi per multa secula Romæ numquam visi, dum summa pompa eximiisque sumptibus publice curatur; ecce id minus expedire, statim Pio refertur: tum quod id honoris uni Austriaco, summo classis Imperatori, deferri par esse videretur; tum etiam ne Marcus Antonius inde majorem in invidiam apud æmulos suos, ut contigit, adduceretur. At vero Pius, etsi eum unice diligebat, summoque honore dignum existimabat, tamen ne minorem potestatem majori æquare videretur, ut moderata illum pompa cohonestarent, populo permisit: quod si Urbem ingrederetur Austriacus, majores se illi honores habiturum. Romanorum tamen studia quin Columnæ ingressum triumphali honore, & omnium ordinum celeberrimo concursu celebrarent, cohiberi non potuere. Itaque ad XVII Kal. Januarias Capena porta Urbem ineunti, & Pontificis propinqui, & Magistratus, & alii præterea summi viri, Pontificiæque custodiæ equites obviam prodiere, atque honorifice salutatum equo ornatissimo insidentem magnifice deduxere; porta, qua invectus est, sumptuosius exornata.

permissum dumtaxat à Pio ut honorifice excipiatur;

B

299 Ad eam erexerant magna trophæa duo, ad quæ nonnulli captivi religati cernebantur: supra portam vero hoc positum erat elogium. Marco Antonio Columnæ, Pontificiæ classis Præfecto, & de Apostolica Sede, sociorumque salute, ac Populi Romani dignitate optime merito, S.P.Q.R. Complures porro aliæ passim, præsertim ad veteres arcus, eruditæ & honorificæ legebantur inscriptiones; quibus & partæ victoriæ magnitudo, & Pontificis & tanti Ducis laudes paucis memorabantur. Ubi vero duci pompa cœpta est, ducenti circiter captivi composito ordine, Pontificiæ familiæ vestitu præcedebant: alia porro centum septuaginta mancipia proxime disposita sequebantur, hostiumque spolia hinc inde elata pulcherrimum triumphi spectaculum præbebant. Pontificiæ custodiæ equitibus, inde Magistratibus ordine dispositis, graviter incedentibus;

C

socialis fœderis vexillum, aliaque signa militaria præferebantur. Columnæ latera cingebant Hieronymus & Michael fratres Bonelli, Pontificis propinqui. Ad Romanum forum progressis obvia fuit urbana militia, in septemdecim distributa cohortes: quæ decore instructa, post captivos incedens, egregiam spectantibus referebat speciem pompamque perficiebat.

prout factum insigni pompa.

post quam captivos suos Pio obtulit Columna,

300 Hoc ordine ad Capitolium, inde ad Vaticanum processerunt: ibi Pius Pontifex, plurimis Cardinalibus aliisque summis viris inspectantibus, ad deosculandos sacros pedes summittentem se Columnam sustulit, amantissimeque complexus est. Ille de more Ducum, rebus ab se gestis breviter expositis, statim productos captivos in potestatem Pio tradidit. In iis erat Alis minor filius: nam etsi uterque perinde, ac si Principum Christianorum liberi essent, commode ac liberaliter habitus fuerat; tamen major ex ægritudine, quæ eum somno privaverat & inedia confecerat, Neapoli jam excesserat è vivis. Captivos vero Pius, partim in domicilio ad id præparato, partim in Adriani mole sub custodia condi, ac sumptu publico tam humaniter haberi voluit, ut hospitum potius quam hostium loco esse viderentur. Gratum inde Pius Columnæ se præbuit: eumque non modo honorificis extulit verbis, sed copiola quoque pecunia donavit. At Columnæ animus, omni auro præcellentior, id non ad privatum suum, sed ad publicum referens commodum, eam pecuniam in pauperes puellas collocandas erogavit. Ad ceterorum vero indigentium tenuitatem sublevandam, publicæ hujus lætitiæ causa Pius alias pecunias large distribuit.

D

donatam sibi ab eo pecuniam impendit in dotem pauperum puellarum,

301 Curatum deinde est, in Capitolino Aracæli templo, magna ceremonia sacrosanctum Missæ sacrificium, pro gratiis agendis divinæ majestati: cui rei complures sacri Præsules, & Marcus Antonius ipse, & alii quam plurimi Romani Proceres interfuere. Ubi sacris rite peractis, posteaquam de summa Pontificis virtute, de præstantia fortissimorum Ducum & militum, ac de insigni parta victoria, Marcus Antonius Muretus, egregius illius temporis orator, luculenta oratione peroravit; argenteam columellam, rostratarum navium figuris ex argento expressis ornatam, B. Virgini Deiparæ, ejusdem ædis patronæ, Columna singulari pietate dedicavit. His autem habendis celebritatibus, tam benigna favit cæli clementia, ut post hominum memoriam, per autumnum aut hiemem, fere nulla felicior vel augustior unquam fuisse diceretur. Nam sudo & temperato cælo, rosæ flores, novellique fructus de arboribus, non modo in Urbe, sed alibi quoque per Italiam, præter consuetudinem pendebant; ut aspectantibus ubique essent admirationi, ac de tam felici rerum successu cuncta exultare viderentur.

columnamque ex argento rostratam dedicat D. Virgini,

sereno ad miraculum cælo.

E

CAP. IX

Pius de prosequenda victoria solicitus

302 Partam victoriam Pius, ad reprimendos superbos Turcarum animos, eorumque vires imminuendas valde prodesse; ad Ottomanicumque regnum evertendum, magnum inde Christianis aditum aperiri, non ignorabat. Sed cum etiam probe intelligeret, non satis esse vincere, nisi victoria quoque uti victores scirent; ne tam opportuna è manibus laberetur occasio, omnem, ut ajunt, lapidem movendum esse existimavit: nam si Turcis ad suas reparandas vires tempus daretur, eos majori instaurata classe reversuros, & acceptam cladem ardentius vindicaturos. Hoc igitur ne magno Christianæ Reipublicæ damno parique dedecore contingeret, sed potius ut tantæ victoriæ fructus quam uberrimos colligere, sæviissimique Tyranni communis hostis regnum sociis animis & armis excindere ne cunctarentur, non modo fœderatos

non solum Christianos Principes ad sociale bellum

F

atque alios Christiani nominis Principes, sed etiam Ethnicos & extremi prope terrarum orbis Reges, per litteras ac nuntios orabat & obtestabatur. Et vero, quoniam fieri plerumque solet, ut res feliciter gestæ, magnique rerum apparatus, facile multorum animos ad amicitias opesque jungendas alliciant; omni studio curavit, ut partæ victoriæ magnitudine diligentius explicata, sociorumque animis ac viribus ostensis, reliquos Principes in eamdem belli societatem adsciisceret. Itaque ad Mennam Æthiopum Regem, vulgo Pretejannem appellatum, cujus imperium in Africa Turcis finitimum longe lateque patet, quique se Christianam religionem colere profitetur; & ad Sciecum Thomam Persarum Regem & alios Orientales Principes, etsi Ethnicos, opibus tamen ac viribus potentissimos, litteras dedit amplissimis verbis, quibus magna partæ victoriæ momenta, & Christianæ classis apparatus referens; eos tamquam perpetuos Turcici nominis hostes, ac ferme naturales cum illis inimicitias continentiaque bella gerentes, hortabatur, ut fœderatos adjuvarent, admotisque ex diversis locis exercitibus, communem hostem ancipiti contentione per-

Epist. 4, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 15 lib. 5

sed etiam Reges Æthiopiæ ac Persarum invitat,

A percellerent. Id ſi feciſſent, hoſtem, qui ſæpe fines eorum occupaſſet, everſum iri: ſeque multo plura quam amiſiſſent recuperaturos, & univerſo terrarum orbi ſalutem allaturos: idque non modo ad communis ſalutis ſummam, ſed etiam ad gloriam ac felicitatem eorum pertinere, qui ubique ferme gentium regia majeſtate & opibus excellerent. Eas vero litteras Pius per Sebaſtianum Luſitaniæ Regem, qui Pontificis hortatu ſuas etiam illis adjunxit, miſſis peritis viris, ad eos perferendas curavit.

303 Ceterum Pius complures triremes in annum inſequentem diligenter inſtrui ornarique juſſit, atque ingentem colligi pecuniarum vim, Fidei Monte, Fœderis nomine conſtituto: & cum humana, tum etiam divina pro aliorum Pontificum more Apoſtolicæ indulgentiæ præmia conceſſit iis, qui vel in hanc juvandam expeditionem proficiſcerentur, vel ipſi bello facultatibus ſuis opem ferrent. His vero & aliis parem opem præſtantibus, æris alieni ſolutionem differri juſſit, litibuſque ſuperſederi. Demum ita multa ſunt, quæ de hoc ſacro bello feliciter gerendo ſapienter conſtituit; ac firma ſanctaque Hiſpanos inter & Venetos, ei promptiſſimis animis obſequentes, retinenda concordia procuravit; ut

B quamplurimis voluntariis militibus undique ad eum confluentibus, cunctiſque Turcarum hoſtibus ad eos debellandos concitatis, ſi cœptis exitus reſpondiſſet, à Turcica tyrannide liberam Chriſtianam rempublicam videremus; neque magnis, ut ſæpe fit, periculis & damnis, ab hoſte ſæviſſimo nobis illatis, tantopere laboraremus.

& ſumptus ac naves parat in ſequentem annum. Conſt. 146

CAPUT V.

Pii V morbus & pius obitus.

CAP. X 304 SEd ut humana conſilia votaque, licet pia, neſcio quo divino judicio, aliquando fallit eventus; ſpeſque & inanes contentiones noſtræ in medio curſu ſæpe franguntur & corruunt; ita nos juſta divinæ providentiæ ratio, cuncta ſapientiſſime moderantis, Chriſtianæ ſubmiſſionis in officio debet continere. Inter hæc namque conſilia, motuſque rerum humanarum; Chriſtianorum, ut credere fas eſt, tantum Pontificem diutius habere non promerentium, peccatis ſic exigentibus, evenit, ut ex ardore dyſuriæ (quo morbo, ut diximus, laborabat interdum) ſæviente hieme, per menſem Januarium anno MDLXXII gravius cœperit ægrotare. Ex quo cum non

C nihil convaluiſſet, inanes Aſtrologorum divinationes irridebat; qui ſuis ducti conjecturis, de propinquo ejus interitu differebant; ſolitiſque laboribus intentus, parum ſibi parcebat. Ineunte Martio, acerbioribus, quam ſoleret antea, renum doloribus cum angeretur, urinamque faceret putreſcentem; addubitabant medici, ne exulceratos renes haberet atque veſicam, quæ calculos etiam contineret. Ipſe vero nullo alio humano fretus remedio, ætate præſertim admodum ingraveſcente, ſecretas illas corporis partes ab ullo vel aſpici vel tangi pro modeſtia ſua numquam paſſus, medicos ſibi noluit amplius adhiberi; aſinino lacte, veteri ſuo atque uſitato medicamento contentus: & quo graviore premebatur dolore, eo majorem vim ejus lactis exhauſit: hinc factum ut ſtomachus elangueſcens id concoquere non valeret.

Anno 1572 menſe Januario laborat dyſuria,

menſe Martio renum doloribus.

305 Corporis igitur viribus labentibus in dies, doloreque ſummopere invaleſcente, quamvis eum comprimere niteretur, mirificam conſtantiam, patientiam ac moderationem animi præſtans; ſuſpiria quædam occulte in Chriſti de cruce pendentis imaginem effundebat, identidem ſupplex in hæc verba: Domine, adauge dolorem, dum adaugeas & patientiam. Neque tamen adduci potuit, ut per eos ſacros dies de ſtata ciborum abſtinentia quidquam remitteret: quo de genere pietatis plura ſuo loco infra ſcribemus. Die Cœnæ Dominicæ ſacro, Cardinalis Alexandrinus, legationibus ſuis jam perfunctus, ei ſic præcipienti cæleſtem Panem adminiſtravit. Id autem agentem, & ea verba, Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam &c. de more pronuntiantem, Pius juſſit inſiſtere, & ita verba concipere, ut iis tantum fieri ſolet, qui ſanctiſſimo illo Sacramento pro viatico communiuntur, paulo poſt è vivis exceſſuri. In Paraſceve deinde, quæ incidit in diem pridie Nonas Aprilis, domeſticam in ædiculam prope cubiculum ſuum, Dominicam Crucem juſſit afferri, quam excalceatus maximo caritatis affectu pronus adoravit. Sed à publicis rebus audiendis cum ſe ſubduxiſſet, mortuus eſſe vulgo ferebatur. In Urbe tamen ejuſmodi rerum & animorum motus, quales in extremis Pontificum ægrotationibus fieri ſolent, viſi non ſunt: quæ res optimæ ejus adminiſtrationis fuit indicio, rebus omnibus ordinate conſtitutis. Porro ſtatim de illius obitu, licet inanes, per orbem terrarum nuntii E dimiſſi.

PER ANTIGABUT.

in Cœna Domini accipit ſacram Synaxim,

in Paraſceve Crucem adorat.

306 Subinde cum paululum convaluiſſet, ſacroſancto Paſchatis die, in Vaticani podium, qua in S. Petri forum reſpicit, ſalutari ſigno populum uſitato more conſignaturus, pedes proceſſit: ut eadem quoque opera vulgarem illam de obitu ſuo plebis opinionem inanem eſſe doceret. Ubi Pontificali habitu, lætam frontem præ ſe ferens, non ignarus ſe à cunctis deploratum fuiſſe, ſtatam precationem alta & canora voce ſic intonuit, ut qui in area media conſiſtebant, eum exaudierint: ex quo tanta lætitia populos inceſſit, ut mirũ id prorſus eſſe videretur. Verum haud ita multo poſt, recrudeſcente morbo, de rebus quarumdam vacantium Eccleſiarum providendis, aliiſque de negotiis ſermonem cum eo ſerere nonnullis cupientibus; Mihi, inquit, alia longe graviora negotia modo ſunt tranſigenda: ſubjecitque, An vero quibus diſtringor, negotia parva eſſe putaris, cum ad extremum diem, quem appetere jam ſentio, recte obeundum componendus mihi ſit animus? Cereos tamen orbiculos, quos vocant Agnos Dei, ſeptimo nimirum Pontificatus ſui vertente anno, ſolenni ritu conſecrare voluit, idque non ſine magna lacrymarum vi. Mox denuo errata confeſſus, quod illi fuit extremum, Sacerdoti, qui ſibi à ſacris Confeſſionibus erat, ut pro ea, quam illi maximam auctoritatem communicaverat, per ampliſſimam noxarum indulgentiam ipſum expiaret, injunxit.

in Paſchate publice benedicit populo

& Agnos Dei conſecrat,

F

307 Undecimo porro Kal. Majas edicens, velle ſe eorum reliquias in terris poſtremum viſere, quos ſe non multo poſt viſurum ſperaret in cælo: Septem, inquit, Urbis Eccleſias obire volo, ab ſanctis illis locis ad Deum dimittendus: idque præſtitit, ab æde S. Pauli ad S. Sebaſtiani magnam partem pedibus ingrediens; quo in itinere ut moreretur, non pauci verebantur; uſque adeo videlicet afflictus erat viribuſque dejectis. Neque vero fuit, qui eum ab ejuſmodi conſilio revocare poſſet. Inter alios M. Antonio Columnæ ei obviam prodeunti, atque ut ſibi parcens lectica veheretur ſuadenti, juſſit Pius, ut primo quoque tempore Neapolim ad Joannem Auſtriacum, in Orientem inde cum eo atque aliis belli ducibus, Turcas expugnaturus, properaret. Ad Lateranenſem ædem cum perveniſſet, rogatus, vellet reliquum viæ in alium diem differre, parumper hæſit, oculiſque in cælum ſublatis; Qui fecit, inquit, totum, ipſe perficiat opus.

CAP. XI

ſeptem Vrbis Eccleſias obiens.

Columnæ profectionem ſuadet.

Moleſtius ager,

PER ANT. GABUT. Quæ cum Latine pronuntiaſſet, viribus auctus, ac meliore vultus colore cœptum iter inſiſtens; ad gradus, ſacris Chriſti Salvatoris noſtri veſtigiis conſecratos, progreſſus, obortis lacrymis, infimum gradum ſingulari pietate ter oſculatus eſt, quaſi poſtremum auguſto loco honorem habiturus. Commoratus ibi pauliſper eſt, aures præbens Anglis Catholicis, eo regno religionis cauſa profugis, qui ſacro illius pedi oſculum infixerunt: quos ipſe cum humaniter accepiſſet, Cardinali Alexandrino juſſit, eorum nomina percenſeret, ut illorum poſſet neceſſitatibus ſubvenire: oculiſque in cælum converſis, Domine, inquit, ſi fuerit muneris mei, vel proprium ſanguinem pro eorum ſalute libens profundam. Eodem in itinere egentes quoſdam homines, Martinumque Navarrum, virum doctrina & probitate inſignem, de Toletani Archiepiſcopi cauſa, de qua ſupra ſcripſimus, cum eo diſſerentem audivit.

Anglos exules Card. Alexandrino

308 Veſperi domum reverſus, non prius quam duodecim ſupplices libellos perlegiſſet, ſedens quievit. Demum curato corpore, accitoque ad ſe Cardinali Alexandrino, ſacrum ei fœdus commendavit; & ut quantum in ipſo eſſet, novi Pontificis electionem primo quoque tempore maturandam deinceps procuraret, admonuit: quando magnum numerum haberet Cardinalium, quos ipſe in eum ordinem cooptaverat. Qua quidem admonitione proinde motus Alexandrinus perfecit, ut novi creatio Pontificis (is Gregorius Tertiuſdecimus fuit appellatus, & Eccleſiam Dei ſapientiſſime gubernavit) conclavi vix dum clauſo, conficeretur: idque potiſſimum ne fœderis rationes perturbarentur. Cujus quidem fœderis, ac Dei in primis ope fretus, ſubinde dicebat Pius, minori duorum annorum ſpatio poſt victoriam ſperare ſe, fore ut Ottomanicæ gentis imperium nomenque deleretur, vel certe plurimum imminueretur: angebaturque animo non poſſe ſe, vel ſanguinis detrimento ſui, tot provincias, quas perfidus Turcarum tyrannus per vim occuparat, à Chriſtianis receptas intueri, atque inde eam quam cupiebat capere lætitiam: verum ſe res eo loci, tam egregieque compoſitas relinquere, ut ſucceſſori difficile haud quaquam foret, cuncta initæ ſocietatis ope recuperare.

& ſacrum fœdus ac celerem ſucceſſoris creationem commendat.

B

CAP. XII

C

309 His vero peractis, ſeptem Pſalmos, ad ſalutarem pœnitentiam accommodatos, ſibi prælegi mandavit; legenti præcipiens, id faceret alta voce, ad ſingulos verſus paululum ſubſiſtens, quo melius ipſe poſſet divinos illos ſenſus meditando deguſtare. Itidemque ſibi ſæpius Euangelicam Dominicæ Paſſionis legi juſſit hiſtoriam: & ubi ſanctiſſimum Jeſu nomen audiret, ob reverentiam pileolo manum intendebat: quem ſi per corporis imbecillitatem attingere non poſſet, manu pium mentis ſenſum indicabat. Quarto ante obitum die rem divinam facere, atque ita divinis ſeſe præſidiis magis communire, Deoque poſtremum ſe in odorem ſuavitatis hoſtiam offerre cogitabat: ſed viribus deſtitutus, cum id non poſſet, interfuit ſacrificanti, ac cæleſtem Euchariſtiæ cibum ſumma pietate ſuſcepit. Pridie vero quam obiret, per Epiſcopum Signiæ, Pontificio ſacrario præpoſitum, ſacram, quam ſæpius efflagitaverat, poſtremo ſibi juſſit Unctionem adhiberi; quinquaginta dies & amplius acerbiſſimos dolores toleranter paſſus, citraque ullam ſeu vultus ſeu animi perturbationem identidem in genua procumbens, ſupplexque Deum tum pro ſe tum pro ſancta ejus Eccleſia enixe deprecans, ac de morte verba faciens, quam ſub ipſum ægrotationis initium imminere ſibi præſenſerat: ac licet morbo doloribuſque tam diu graviter conflictatus, nullam tamen unquam vocem aut verbum, minus ſe ipſo dignum, emiſit.

Lectis 7 Pſalmis

& Paſſione

extrema ſuſcipit Sacramenta.

D

310 Morienti aderant Michael Bonellus Alexandrinus, Hieronymus Ruſticucius, Felix Perettus cognomento Montaltus, Antonius Caraſa, Julius Aquaviva, aliquando etiam Paulus Aretius Placentiæ Epiſcopus: quos omnes ipſe creaverat Cardinales, ac præterea Seraphinus Caballus, Generalis Dominicanorum Magiſter; omnes, ut quam feliciſſime mortem obiret, procurantes. Paulo vero ante quam efflaret animam, ingenitæ modeſtiæ ſuæ non immemor, intimam laneam ſubuculam, quam, uti dicemus, cuti proximam ſemper induere conſueverat, ad humeros retortam, brachiorumque partem nudam ſe habere comperiens; modicis, quæ ſibi ſupererant, viribus ipſemet eam nitens extendere, corporis nuda contexit. Deinde manus Crucis in modum conformavit, & intermortuis vocibus pronuntians hos verſus: Quæſumus auctor omnium, in hoc Paſchali gaudio, ab omni mortis impetu, tuum defende populum; abſque alio motu, Deo placidiſſime reddidit ſpiritum, Kalend. Maji, ſub veſperum, anno poſt Chriſtum natum MDLXXII, ætatis vero ſuæ octavo & ſexageſimo, cum Pontificatum ſanctiſſime adminiſtraſſet annos ſex, menſes tres, dies quatuor & viginti. Tanti Pontificis jacturam portendere atque deplorare viſa ſunt etiam elementa, & terræmotus certis ditionis Pontificiæ locis, fremitus illuvioneſque fluviorum. Hoc anno IV Idus Februarias Romanæ arcis arborem fulmen excuſſit, Angeli marmorei alam effringens, ipſaque arbor ignem ita concepit ut totam noctem deflagrarit. Sacra turris S. Petri in Vaticano, icta fulmine, magnam partem exciſa eſt. Hæc & id generis alia ſigna, quamvis naturalia ſint, neque certa Pontificum futuræ mortis aut rerum immutandarum indicia; hoc tamen divinæ providentiæ fere ſolenne eſſe obſervant etiam pii & docti viri, ut inſignes rerum humanarum clades, qualis fuit tanti Chriſtianorum parentis amiſſio, formidoloſis antea ſignis denuntiare aliquando ſoleat.

inſerque ad ſanctum

obit 1 Maji an. ætatis 68.

E

prout portenta varia præſignare viſa,

CAP. XIII

311 Mox de illius obitu, ut antea incerti, ita poſtea certi quoquo verſus nuntii dimittuntur: atque inde tum in Urbe tum foris, pii viri bonique omnes, tanti Pontificis ac ſanctiſſimi Paſtoris ſui diſceſſum ferre quam dolentiſſime: ut verum illud eſſe conſtaret, quod nonnullis Pontificatus initio mœrentibus prædixerat, futurum, ut majorem ex obitu ejus, quam ex dignitate ſuſcepta dolorem homines caperent. Collacrymans Joannes Auſtriacus, Joanni Paulo Odeſcalco nec multo poſt ad eum miſſo, mortuo Pio, parentem ſuum mortuum eſſe dicebat; neque ſperare ſe deinceps unquam boni quidpiam effecturum. Demum communis omnium erat ſententia atque vox, multis ab hinc ſeculis Chriſtianam rempublicam cladem majorem nullam accepiſſe, tanti viri facta jactura. Sed ut vere Chriſtiani piique omnes dolere & ingemiſcere; ita contra impiæ ac perfidæ gentes Chriſtianique nominis hoſtes ingentem præ ſe ferre lætitiam; certo credentes, bellicos ejus apparatus omnes perturbatos & irritos fore. Selymus admirabiles dies feſtos egit Conſtantinopoli: Mahometes Baſſa, primus ejus dynaſta, cui per exploratorem Epidaurium clam id erat allatum, Aquenſium Exepiſcopo, cujus ante meminimus, Galliæ Regis apud Turcam Oratori, nullum Ottomanam domum accipere poſſe nuntium hoc ipſo feliciorem teſtabatur: ac Turcas Pii precationes extimuiſſe magis, quam univerſa ſimul arma Chriſtianorum: enimvero preces ejus Deo pergratas videri: neque aliunde claſſis ſuæ jacturam profectam

maxima cum triſtitia Chriſtianorum,

F

& exultatione Turcarum,

A ctam esse. Hæc omnia deinde retulit idem Orator Jacobo Malatestæ, Marchioni Roncofredi, per eos dies Constantinopoli apud ipsum diversanti.

quam retulerunt oculati testes,

312 Hic autem æstate superiore in Turcicam expeditionem missus à Pio, cum à Venetis præfectus esset Epiro, contigit, ut Turcarum veniret in potestatem: itaque ad Selymum in vinculis perductus est, in ejusque redemptionem Pius tria millia, & quingentos nummos aureos contulerat: atque, ut Carolus Gallorum Rex eum dono sibi dari postularet, effecit. E turri porro Euxini ponti, eo tempore, quo Pius decesserat, tandem ille vinculis exemptus, per tres dies sub vesperam Constantinopoli ingentia dari publicæ lætitiæ signa prospexit; ignibus, accensis facibus, æneorum tormentorum bombo atque clamoribus, Turcico de more, cuncta replentibus: iisdemque diebus, præ gaudio tam optati nuntii, pueros procedere supplicantes. Nova res, & apud ipsos, ex quo regnum obtinent, ante numquam visa. Ceterum Pio vita functo, sacri fœderis conatus & consilia in pejus ruere cœperunt: inter

cum quo & sacrum fœdus elanguit.

B fœderatos Principes repente multiplex exorta diffidentia est: mox denique, Venetis cum Turca pacem facientibus, disjuncta societas: ac tantam victoriam reportasse ferme nihil aliud profuit, quam vinci posse Turcam, ostendisse. Verum si susceptum bellum fœderati prosequi voluissent, opes Pontificiæ, nec invalidæ, satis erant in promptu: nam in ærario decies centena millia nummûm aureorum Pius reliquit, ac quingenta præterea millia in nominibus, post tres inde menses exigenda: tredecim vero millia in ejus cubiculo sunt inventa, quæ tenebat ipse manu sua in pauperes eroganda: centena porro millia in manibus habebat Guilielmus Sangalettus, intimus Quæstor ærarius.

CAPUT VI.

Pii sepultura, & translatio.

CAP. XIV *Defuncti forma & statura describitur,*

313 Usta fuit statura, gravi, permodesto, ac pleno sanctitatis aspectu: idque vel oculorum præ se ferebat obtutu. Macie præditus, rubro & albescente colore, oblonga facie, oculis subcæruleis, naso admodum adunco, promissa barba, & in Pontificatu tota jam canescente; calvo capite; calido ac sicco temperamento. Hinc valebat memoria, & quos

C semel de facie jam diu cognovisset, eos facile omnes agnoscebat: atque ditionum suarum omnium rationes & statum regnorumque negotia tam perfecte didicit, ut primo Pontificatus anno ea omnia mente ac cognitione comprehenderit. Defuncti corpus medici exenteraverunt, tresque in vesica nigros calculos planioris formæ, singulos ponderis dimidiæ unciæ, inter seque non absimiles invenerunt. Lotum deinde, novisque vestimentis ad sepulturam decore ornatum, Theodosius Florentius & Justinianus Orsinus, intimi cubicularii, vesperi, lacrymarum pleni,

corpus in ede S. Petri quatriduo prostat venerandum

majorem in ædiculam sacri Palatii detulerunt. Inde vero in S. Petri ædem deportatum, non solum populus Romanus, qui eum diu deploravit, invisit, omnibus cujusvis ordinis osculatum illius pedes certatim confluentibus; sed omnes fere ex circumjectæ regionis finibus per eos quatuor dies, quibus inibi fuit, ad eum venerabundi convenere frequentissimi: aliqui precationum coronis corpus ipsum attingere, alii lacinias illi præcidere, alii de mento pilos evellere, religionis causa sibi asservandos, nitebantur: parumque abfuit, quin carnem ejus quoque convellerent. Quæ quidem caro eorum testimonio qui illam attrectarunt exanimem, mollis erat & flexibilis, vividique coloris, instar corporis viventis: quod nec contemnendum sanctitatis indicium esse solet. PER ANT. GABUT.

314 Jam vero ne corpus ex eo concursu aliquo modo læderetur, necesse fuit militum ei custodiam adhiberi: ob idque in sacello S. Thomæ repositum est, unde pes ejus ex ferrea crate prominens præbebatur ad osculum multitudini, quæ nihilominus calceorum ei soleas excidit. Et sane mirum, vestimenta resque illius omnes piis viris quam magnæ essent venerationi. Laneam subuculam, qua quidem amictus est mortuus, Dominicanorum summus Antistes enixe precatus obtinuit: eamque uti decebat ornatam, ad Sebastianum Lusitaniæ Regem, Pii Pontificis summe studiosum, dono perferendam curavit. Pileolos vero, calceos, & alia ejusdem generis magnis precibus efflagitarunt alii Principes viri; quos rebus ejusmodi donavit Cardinalis Alexandrinus. Quin etiam ab ipsis Christiani nominis hostibus similis fere Pii memoriæ exhibita veneratio est. Cum enim Cauralius Turca, inter alios captivos vir primarius, vinculis esset exolutus; effigiem Pii ad Selymum perferendam ab eodem Cardinali postulavit, ac cum ea voti compos Constantinopolim versus dimissus est. Per eos dies impudicæ quædam mulierculæ, quæ sub hoc Pontifice turpitudinis suæ meritas aliquando pœnas dederant, ad ejus corpus spectandum lætabundæ processerant: ratæ videlicet, effractis timoris quasi repagulis, ad explendas cupiditates suas liberum aditum apertum esse; sed illud conspicatæ, repente consilium immutaverunt; atque ipsæ quoque sacros ejus pedes osculatæ, errata sua lacrymis execrari cœperunt. Mox vero in S. Andreæ sacello, parvo in tumulo ad tempus extructo conditum fuit; ubi elogium affixum erat ejusmodi. Pius V Pontifex, religionis ac pudicitiæ vindex, recti & justi assertor, morum & disciplinæ restitutor, Christianæ rei defensor, salutaribus editis legibus, Gallia conservata, Principibus fœdere junctis, parta de Turcis victoria, ingentibus ausis & factis, pacis bellique gloria, Maximus, Pius, Felix, Optimus Princeps.

vestes Frin capibus petentibus mittuntur,

impudicæ mulierculæ eo viso convertuntur, E

cadaver temporaneæ sepulturæ datum,

315 Anno deinde à partu Virginis MDLXXXVIII, CAP. XV
v Idus Januarii, Sixtus V Pontifex maximus, eximio ac plane pontificia magnificentia digno apparatu, *anno 1588* è B. Petri in Exquilinam S. Mariæ Majoris basilicam, Pii corpus transferendum curavit. Videli-

transfertur ad S. Mariam Majorem,

cet è sacello non insigni admodum structura, in splendidissimum atque ornatissimum, & è lateritio ad tempusque extructo, ad marmoreum ac perpe- F tuum sepulcrum, ab se una cum ipso sacello magnifice exædificatum, præclarisque operibus affabre expolitum: ubi sacratissimum illud ipsum, Salvatoris nostri de virgine nascentis tactu consecratum, Præsepe colitur, ob idque sacellum ad Præsepe nuncupatur. Sunt autem in eo sacello monumenta duo, & ea quidem ampliſſima atque ornatissima. Quod in

ibique in sacello ad Præsepe conditur,

siniſtro latere est, id sibi Sixtus Pontifex; alterum vero ad dextram, Pio V posuit. Hoc in medio cernitur egregia ipsius Pii Pontificis effigies, è lucidissimo marmore, ornatu Pontificio de more sedens, habetque infra pedes elogia duo; unum in hæc verba: Pio V Pontifici Maximo ex ordine Prædicatorum, Sixtus V Pontifex Maximus ex ordine Minorum, grati animi monumentum posuit. Alterum illi sub-

cum hiſce elogiis,

jungitur his verbis: Pius V, gente Gisleria Boschi in Liguria natus, Theologus eximius, à Paulo III in Insubria hæreticæ pravitatis Inquisitor, à Julio III sanctæ Inquisitionis officii Commissarius generalis, à Paulo IV Episcopus Sutrinus, deinde S.R.E Tit. S. Mariæ super Minervam Presbyter Cardinalis, & à Pio IV Ecclesiæ Montis-regalis in Subalpi-

PER ANTIGABUT. nis adminiſtrator factus; eo vita functo, ſummo Cardinalium conſenſu Pontifex Maximus creatur: qui veteres ſanctos Pontifices æmulatus, Catholicam fidem propagavit, Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituit; tandem geſtarum rerum gloria clarus, dum majora molitur, totius Chriſtianæ Reipublicæ damno nobis eripitur, Kalendis Maji, MDLXXII, Pontificatus anno VII, ætatis ſuæ LXVIII.

& aliis ornamentis, actorumque expreſſione,

316 Ornatur præterea Pii ſepulcrum binis grandioris formæ marmoreis ſimulacris; hinc quidem S. Dominici Confeſſoris, inde vero S. Petri Martyris, in ſuo cujuſque hemicyclo collocatis, aliiſque multis undique nitet imaginibus, affabre inciſis in marmore, quæ præcipua quædam acta Pii Pontificis ob oculos ponunt. In primis vero nobilis apparatus, pompaque exprimitur, cum Pontifex creatus ſolemni ritu coronatur: à dextera vero ejus cernitur, cum Marcum Antonium Columnam claſſis Pontificiæ Præfectum conſtituit. Pugnæ item navalis deſignatio, & Chriſtianæ claſſis contra Turcas ad Echinadas bene pugnantis deſcriptio, pulcherrimis pariter expreſſa figuris apparet: quæ brevi hoc narratur elogio: Selymum Turcarum Tyrannum, multis inſolentem victoriis, ingenti parata claſſe Cyproque expugnata Chriſtianis extrema minitantem, Pius V, fœdere cum Philippo II Hiſpaniarum Rege, ac Republica Veneta inito, M. Antonium Columnam Pontificiæ claſſi præficiens, ad Echinadas, hoſtibus trigeſies mille cæſis, decies mille in poteſtatem redactis, triremibus centum octoginta captis, nonaginta demerſis, quindecim mille Chriſtianis à ſervitute liberatis, precibus & armis devicit. Ad ſiniſtram vero figuris item exprimitur, cum Sfortiam Sanctæ-Floræ Comitem, Pontificii auxiliarii exercitus Ducem declarat contra perduelles, Caroli Noni Galliæ Regis Eccleſiæque hoſtes. Ibidemque imago cernitur prælii & victoriæ, quæ, eo ipſo Sfortia Duce, in Gallia de hæreticis reportata eſt; habetque inciſam inſcriptionem hanc: Galliam, Carolo IX Rege, perduellium hæreticorumque nefariis armis vexatam, ut de Regno deque Religione actum videretur, Pius Quintus, Sfortiæ Comitis Sanctæ-Floræ ductu, miſſis equitum peditumque auxiliaribus copiis, periculo exemit: hoſtibuſque deletis, victoriam reportavit: Regi Regnum cum Religione reſtituit: ſigna de hoſtibus capta ad Lateranenſem Baſilicam ſuſpendit.

præſertim victoriæ de Turcis relatæ,

alteriuſque de Hugonotis,

Populus qui ad tranſlationem multus confluxit,

viduo toto locum frequentat:

317 Ceterum hæc Pii corporis tranſlatio, magna celebritate & concurſu, ſummaque omnium pietate & religione habita eſt. Et ſane jucundum æque ac pietatis plenum ſpectaculum erat cernere ſacros ac laicos Proceres, Clerum Urbis fere univerſum, urbanos Magiſtratus atque alios quamplurimos, ſuo quemque loco, atque ordine procedentes: hos quidem orantes ſilentio, alios vero pio concentu ſacros verſus, antiphonas, & pſalmos decantantes. Undique præterea è vicis, ex omni foro, ex officinis domibuſque incredibilem fieri concurſum ſexus utriuſque hominum, tum ſpectantium, tum ſacram proceſſionem comitantium, ſanctique Pontificis memoriam recolentium. Qui, corpore in baſilicam quo deportabatur illato, ferme ad punctum temporis ædem ipſam, alioqui magnam & amplam, compleverunt: qui vix ne ab armatis quidem militibus è feretri lateribus dimoveri poterant; cum pro multa animi erga Pium Pontificem devotione, omnes ipſum feretrum amplecti, oſculari, aut manu ſaltem aut precationum coronis attingere geſtirent. Collucebant in ea tranſlatione accenſæ faces quamplurimæ, quæ manibus geſtabantur. Poſtera luce, quæ dies Dominica fuit, etiamſi corpus in ſepulturam illarum eſſet, tanta ad baſilicam S. Mariæ Majoris hominum effuſio, tantuſque populi concurſus eſt factus; ut Urbs pene tota pie effuſa videretur, ad recolendam Pii V Pontificis memoriam. Plenæ ubique viæ confluentium, plenum baſilicæ atrium, completa ædes ipſa precantium multitudine: nemo autem erat, quin Præſepis in ſacellum ingredi contenderet, ubi ſupplex oraret. Poſtridie vero ejus diei, in eodem templo, magna ceremonia, Miſſa pro anima Pontificis ab Antonio Cardinali Carafa celebrata eſt: cui Sixtus ipſe, una cum Cardinalibus numero quadraginta quatuor, interfuit. Qua re perfecta, Antonius Buccapadulius, vir egregie doctus, gravem orationem habuit, & rei de qua agebatur plane accommodatam.

ubi poſt Miſſam Oratio habita.

318 Statuerat olim Pius, uti dicemus, corpus ſuum poſt obitum ad Boſchenſe cœnobium aſportari. Sed cum annis quindecim & amplius id numquam curatum eſſet; factum plane videtur non ſine divino conſilio, ut tanti Pontificis memoriam & oſſa, non Boſchum oppidum, non Alexandria in Ciſalpinis, non alius denique quamvis celeberrimus in orbe locus exciperet aut conſervaret, niſi una Roma: atque ibi præcipue in baſilica S. Mariæ Majoris, & in ſacello ſacratiſſimis Chriſti Dei ac Domini noſtri Natalitiis incunabulis conſecrato. Ut videlicet inde, velut è frequentiſſimo terrarum orbis theatro, Pontificalium ejus virtutum exempla ſpectatiſſima, tum ad Dei gloriam prædicandam, tum etiam ad præclara quæque edenda facinora poſterorum animos excitarent, atque omnium gentium mentes ad colendam virtutem erudirent: & qui Beatiſſimæ Virginis Dei Matris in omni vita fuit cultor egregius, is non niſi in ejuſdem Virginis æde, urbanarum omnium ei dicatarum longe auguſtiſſima, poſt obitum conquieſceret: & qui pro ſingulari ſua modeſtia qualecumque ſibi ſepulcrum elegerat, ad humile quidem Salvatoris Præſepium, tamquam ad omnis humilitatis fontem, pro ſuo deſiderio, at monumento pro virtutibus ſuis ornatiſſimo, conderetur: ac demum qui pii gratiſſimique animi ſignificatione, Pauli Quarti Pontificis Maximi, de ſe ipſo bene meriti, oſſa honorifice transferri, honeſtiſſimoque loco, uti ſcribemus, reponi curaverat; eum Sixtus Quintus Summus Pontifex, quem Pius primo S. Agathæ Epiſcopum, deinde Cardinalem à ſe creatum perpetuo complexus erat, pari grati animi ſtudio, nec diſſimili pietatis officio, eximia magnificentia tranſlatum in ſepulcrum daret decentiſſimum. Hæc videlicet, præter alias, fuere cauſæ, quæ ad celeberrimam hanc curandam tranſlationem Sixtum Pontificem impulerunt.

Ipſe quidem mandarat ſe ad conventum Boſchenſem tranſferri,

ſed id dilatum annis 15 donec auguſtius Romæ conderetur.

APPENDIX

Ordo Tranſlationis ex Annalium Abrahami Bzovii tomo poſtumo.

Aperto ſepulcro lateritio,

SAnctiſſimi Domini noſtri Sixti V Pontificis auctoritate & juſſu, anno MDLXXXVIII, die VIII Januarii, feria VI, hora I noctis, in Baſilica Vaticana S. Petri, ſepulcrum lateritium Pii Papæ V beatæ memoriæ, prope S. Andreæ aram ad tempus extructum, annis poſt illius obitum quindecim & amplius, dirutum apertumq; eſt; curante imprimis Reverend. D. Guilielmo Sarpallero, utriuſque Pontificis Cubiculario intimo: cui potiſſimum ejus Sanctitas illam curam demandavit. Apertioni demolitionique ſepulcri præſentes, ſingulari pietatis ſignificatione gratiſſimique animi officio, aderant Illuſtriſſimi S.R.E. Cardinales novem: Alexandrinus Pii ſororis filius, Senonenſis, S. Severinæ, Ruſticuccius, & Caraffa: hi quinque ab ipſo Pio, reliqui quatuor à S. D. N. Sixto

A Sixto V in eum ordinem optati; Pinellus, Aſculanenſis, Gallus, & Montaltus, ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri ſororis ex filia nepos: alii præterea complures, olim ipſius Pontificis defuncti familiares, quibus ille benigne fecerat. Dum demolitio fiebat, Baſilicæ Vaticanæ Beneficiati & Clerici Pſalmos pro mortuis recitabant, cum ſua in fine uniuſcujuſque Pſalmi Antiphona, Requiem æternam, & aliis in Officio mortuorum ſtatis Antiphonis. E ſepulcro corpus, quod intus in capſa lignea reconditum erat, accuratiſſime ut fieri potuit ſuſceptum in capſam plumbeam, recens paratam, ſerico velo rubro ſuppoſito, honorifice ineluditur his verbis: Corpus Pii Papæ V. In capſæ autem operculo erat inciſa hæc inſcriptio: Hic reconditum eſt corpus beatæ memoriæ Pii Papæ V, juſſu Sixti V Pontificis maximi, cum illud grati animi ergo è Baſilica S. Petri, ad hanc Baſilicam S. Mariæ ad Præſepe, ſolenniter transferri, & in ſuo hoc ſacello reponi curavit, v Idus Januarii, anno à Nativitate Domini MDLXXXVIII, ab ejus autem obdormitione, quæ fuit kalendis May MDLXXII, anno XV, menſe VII, die XXIX.

corâ 9 Cardinalibus,

transponitur corpus in capſâ plumbeam,

C Tum in promptu fuit capſa altera de cupreſſo, inſtar ſepulcri arcuati, affabre pulchreque opere artificioſo facta: in quam illata eſt illa ipſa plumbea, ferreis clavis firmiter clauſa. Ea autem capſa cupreſſea, [cooperta] pallio ampliſſimo Attalici operis, auro intexti, quod recens S. D. Sixtus V impenſe curaverat, undique longe lateque ducto, laciniis è ſerico gruſapino nigro ſeu villoſo undique dependentibus aurifrigiatiſq;, ejuſdem Pontificis Pii inſigniis ad ſingulos ejus angulos appoſitis, aptè accommodata eſt in feretro. Quod mox à pleriſque Canonicis qui aderant & Clericis ſuperpellicea indutis ad mediam Baſilicam delatum, loco editiori quaſi in ſuggeſtu quodam collocatur: ubi tota nocte permanſit, funalibus accenſis certiſque etiam cuſtodibus adhibitis. Aderant præterea Dominicani Ordinis, cujus olim Pius fuerat, Fratres alii religioſi viri; qui vigilias per viciſſitudines agebant, nocturnaque ſtata pro mortuis recitabant. Apertionis autem ſepulcri, & recognitionis corporis inde extracti, omniſque ejuſmodi actionis tabulas publicas Magiſtri ceremoniarum, eo nomine vocati & rogati, confecerunt. Poſtero autem die, nempe V Idus Januarii: qui dies Sabbatum fuit, hora circiter XVIII, Clerus Urbis tam ſecularium quam regularium fere univerſus, & pia aliquot delecta laicorum collegia, quibus pridie ejus diei ob tranſlationis ſolennitatem jam proceſſio ſolennis indicta erat, in atrio & porticu ejuſdem Baſilicæ S. Petri, unde corpus efferendum erat, præſto tantæ celebritati fuerunt. Et quo frequentior populus adeſſet, ac ſolennitas quæ agenda erat ſignificaretur, atque omnium pietas excitaretur, eo die mane quoad corpus inde elatum eſt, ſignum campanarum, ut cum ſolenniter pro mortuis fit, maxime ſolenne datum eſt. Quæ campanarum ſignificatio ſolenniter etiam facta eſt in Baſilica S. Mariæ majoris, cum corpus è Baſilica S. Petri efferri cœptum eſt.

quæ cupreſſinæ incluſa & pallio pretioſo operta,

in media baſilica tota nocte ſervatur,

B Eo ipſo die, hora demum XIX, puerorum orphanorum familia, Confratrum pia collegia, & quatuor Mendicantium, ac Servitarum item, & Minimorum præterea, aliorumque Ordinum Regulares frequentiſſimi, ſuo quique loco atque ordine, procedere inceperunt, prælata una tantum cruce Baſilicæ S. Mariæ majoris, ad quam corpus efferebatur. Subſequebantur proxime omnes Urbis Parochi regionatim diſtincti: tum omnium item collegiatarum eccleſiarum ac mox Patriarchalium Baſilicarum Canonici, Beneficiati & Clerici. Qui omnes pio concentu ſacros Verſus, Antiphonas, & Pſalmos decantabant. Funalium autem collucentium ardentiumque copia magna feretrũ anteibat: quæ funalia portabãt partim ipſi pueri orphani, partim alii qui in hoſpitali domo S. Spiritus nutriuntur, aliiq; item aliunde evocati. Sed his ferendis funalibus accenſis ordo ſingularis fuit, ut collegii ſocietatiſve ſanctiſſimi Crucifixi Confratres quinquaginta, nigro veſtitu induti, hinc inde à feretro totidem funalibus ardentibus à Baſilica S. Petri incederent uſque ad templum S. Marcelli: inde in eorum locum, novis luminibus accenſis, ſuccederent alii eodem numero è Confratribus ſocietatis Mortis, uſque ad Baſilicam S. Mariæ majoris; ubi pari etiam numero funalia accenderentur, cum corpus illatum eſſet. Id quod factum eſt non ſine rei ſanctioris ſignificatione: eſt enim numerus quinquagenarius plenus myſterii, ut Pſalmus quinquageſimus docet. Neque autem à myſterio vacat centenarius & quinquagenarius numerus, ex quo illa per viciſſitudines diſtincta ſumma omnis conſtat, ut ex pari Pſalmorum ratione cognoſci facile poteſt. Verum funalia omnia, quæ accenſa collucebant, ex ſupputatione numerata ſunt trecenta & amplius, præter alias faces innumeras quæ manibus geſtabantur: quod divine factum eſt, non ſine ſignificatione in Commentario explicata. Proximi feretro Curſores Apoſtolici togati, baculos argenteos manu geſtantes, bini præibant: iique prout opus erat, huc illuc gradiebantur ut rectum proceſſionis ordinem tuerentur.

& pulſatis antea ſolenniter campanis,

è Vaticano effertur II *Ianuarii,*

PER ANT. GABUT.

præluentibus ſucceſſive 150 *funalibus,*

aliiſque ſupra 300,

E

Feretrum autem è Baſilica ipſa B. Petri Apoſtolorum Principis, uſque ad eccleſiam S. Cæciliæ apud montem Jordanum, ſublatum eſt humeris Canonicorum illius Baſilicæ: qui rocchetis ſtatiſque ſuis ornamentis induti, preſeferebant in eo opere pleniſſimam pietatis effigiem. Inde vero Canonici Lateranenſes, ſtato Canonicali ornatu, uſque ad eccleſiam S. Marcelli, quæ in conſpectu eſt viæ rectæ ad portam Flaminiam, ſubierunt onus pari debiti officii ſignificatione. Tertio autem loco pium hoc opus pientiſſime etiam præſtiterunt Canonici S. Mariæ majoris, qui itidem ut illi decoro habitu, ab ea eccleſia in ſuam Baſilicam feretrum corpuſque tanti Pontificis gaudenti animo intulerunt. A feretri porro lateribus procedebant ordine milites Helvetii & Machærophori, ii ſcilicet qui ſunt à cuſtodia Palatii Pontificii: qui tamquam ſtipatores haſtatis armis ſulti ab eo procul dimovebant ingentem hominum multitudinem, quorum fuit concurſatio ad ſolennitatem longe frequentiſſima. Et vero feretrum proxime ſequebatur ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri familia equeſtri inceſſu. Huic Magiſter ceremoniarum præibat, & Clavigeri item duo, qui Claves argenteas manu gerebant. Eorum omnium princeps, Magiſter domus Pontificiæ & Prælati dignitatis ſplendore inſigniores, qui Sanctiſſimo Domino noſtro aſſiſtunt, amplis lacernis induti, pileis Pontificalibus condecorati, mulis Pontificio ritu ornatis advehebantur. Omnes hos ſubſequebantur quamplurimi alii & Epiſcopi & Prælati diverſorum ordinum Curiæ Romanæ, utpote Protonotarii, Referendarii, Auditores Rotæ, Clericique Cameræ. Ea procedendi ratio ad aſpectum pulcherrima extitit.

ſuccollantibus Canonicis trium baſilicarum,

F

ſequente magna Curialium pompa,

Hoc ordine à Baſilica Vaticana S. Petri itum eſt, via quæ Papalis vocatur, ad Palatium uſque S. Marci: inde flexu ad lævam uſque ad eccleſiam S. Marcelli, mox ad montem Quirinalem, tum ad ſiniſtram via Pia, quam olim Altam-ſemitam vocitarunt: demum via Felicia, quam nuper ejus Sanctitas aperuit, ad Baſilicam uſque S. Mariæ Majoris, quo corpus efferebatur. Toto proceſſionis itinere, incredibilis multitudo ac fere tanta quantam urbs Roma capit, proceſſionis ſolennitati præſto fuit. Undique è vicis, ex omni foro, ex officinis, tabernis, domibuſque omnibus

confluente turba innumerabili,

PER ANT. GABUT. *ad S. Mariam majorem,*

omnibus concurſus factus eſt hominum, tum ſpectantium tum pompam comitantium, ſanctique Pontificis memoriam recolentium. Atque in ea tam ingenti concurſione, mirum ſanctumque ſilentium omnium. Denique janua ejuſdem Baſilicæ majori ingreſſa eſt tota proceſſio. Tum vero comitatus equeſtris conſtitit: corpus autem in Baſilicam tam ſolenniter illatum, ante ſacrum locum, quæ Confeſſio nuncupatur, majus altare verſus, depoſitum eſt ſuper ſuggeſto ibi erecto. Tum cum illud ita collocatum eſſet, Canonicus ejuſdem Baſilicæ Sacerdos, pluviali nigro indutus, Officium rite peregit, aquam benedictam circa feretrum aſperſit, thure adolevit, Reſponſoria, Verſus, aliaſque ſtatas preces dixit ad ſolennis ritus præſcriptum.

dimiſſa è templo turba,

His ordine rectèque peractis, cum jam pene adveſperaſceret, omnes quicumque aderant, exceptis iis quorum opera præſentiaque erat neceſſaria, è Baſilica excluſi ſunt. Aderant autem quam frequentiſſime utriuſque ſexus Chriſti fideles, uſque eo ut Baſilica ipſa, quamvis ampla & magna, fere ad punctum temporis completa eſſet. Vix è feretri lateribus ii dimoveri poterant, ne ab armatis quidem militibus: quippe cum præ multa animi devotione erga

B Pium ſanctiſſimum Pontificem, geſtirent omnes ipſum feretrum amplecti, oſculari, aut manu tangere, aut precationum coronis attingere. Demum igitur ſubterraneum ſepulcrum, quod prope illud honorarium humi effoſſum eſt, hora circiter prima noctis aperitur: apertum ſtatis precibus Sacerdos benedixit, miniſtris adjuvantibus. Mox illuc feretrum, multis circumfuſum luminibus allatum eſt ſacra cum prece Sacerdotum. Qua ſane re acta, tandem capſa ipſa cupreſſea, quæ alteram plumbeam continet, ubi Pontificis Pii corpus incluſum eſt, in id ſepulcrum novum apte dimiſſa, rectèque collocata eſt: in quo ſepulcro nemo adhuc humatus eſt, neque in poſterum humabitur, ex decreto Sanctiſſ. Domini noſtri. Sic igitur in ſepulcrum dato Pontificis corpore, tum denique ſepulcrum operculo rotundo marmoreo, undique bene cohærenti, clauſum eſt; cum ex ejuſdem Sanctiſſ. Domini noſtri Juſſu, Rev. D. Guilielmus Sangalletus ita fieri mandavit. Hæc omnia acta ſunt RR. DD. Ludovico Saraſolio, Silvio Druſolinio, ejuſdem Baſilicæ S. Mariæ majoris Canonicis; Valerio Atracino, Capellano ejuſdem ſacelli Sixtiani ad Præſepe; & Franciſco Mucantio ac Paulo Alaleonio, Sanctiſſ. D. N. Papæ ceremoniarum Magiſtris, præſentibus. Atque hi quidem duo

C rogati publicas eorum actorum tabulas confecerunt ad perpetuam rei memoriam.

deponitur in novam ſepulcrum arca.

12 Ian. magnus eo concurſus fit:

Die proxime ſequenti, quæ dies Dominica fuit; nempe IV Idus Januarii, etiamſi corpus in ſepulturam illatum eſſet, tanta ad Baſilicam S. Mariæ majoris effuſio hominum, tantus populi concurſus fuit, ut Urbs pene tota die effuſa videretur, ad recolendam Pii V Pontificis memoriam: plene ubique viæ confluentium, plenum Baſilicæ atrium, completa ipſa Baſilica precantium multitudine. Nemo autem erat quin in ſacellum Sixtianum ingredi contenderet, ubi ſupplex oraret. Tertio autem Idus Januarii, qui dies fuit feria II, juſſu Sanctiſſ. Domini noſtri, ſolio Pontificio in eadem Baſilica collocato, ſeſſionibus Illuſtriſſ. Dominorum Cardinalium & Prælatorum ordine diſpoſitis circum altare, ſupra cujus ciborium ſacræ Reliquiæ aſſervantur, Miſſa ſolennis in eo ipſo altari pro anima defuncti Pontificis ab Illuſtriſſ. Card. Caraffa celebrata eſt: qui Cardinalis ab eo creatus jam fuerat. Huic celebritati S.D. Noſter una cum Cardinalibus numero quadraginta quatuor interfuit. Aderant quoque Oratores Regis Galliæ, Venetorum, & Ducis Sabaudiæ, qui apud ſolium ſtabant: Patriarchæ item aderant & Prælati D aſſiſtentes, ceterique omnes quos adeſſe ſolenne eſt. Cœnotaphium autem, defuncti Pontificis corpus repræſentans, eodem aurei operis pallio, de quo ſupra, undique contectum, eo ipſo loco ubi ſabbato proxime præcedenti feretrum cum corpore collocatum fuerat, præclare poſitum extitit, funalibus quadraginta hinc inde collucentibus.

habetur oratio à Buccapadulio,

Peracto Miſſæ ſolennis officio, Antonius Buccapadulius, vir & omni liberalium diſciplinarum ſcientia & dicendi doctrina egregie eruditus, orationem habuit gravem, expolitam, & rei de qua agebatur plane accommodatam, quam Sanctiſſimus Dominus noſter attente audivit, nec vero ſine lacrymis, id quod etiam pleriſque contigit. Oratione porro habita, cœnotaphium à Clericis miniſtriſque inde ad gradus ſolii Pontificii allatum eſt. Is cum à cantoribus Reſponſorium illud, Libera me Domine &c. cum ſuis Verſiculis recitatum eſt, impoſito in thuribulum thure, ſtans abſque mitra, ut moris eſt, cœnotaphium ipſum aqua benedicta aſperſit thurificavitque, ac demum Abſolutionem rite peregit. Eam vero ob cauſam ad illud altare, de quo dictum eſt, nec vero in ſacello Sixtiano ad Præſepe, celebratum eſt ejuſmodi exequiarum officium, quoniam E Sanctiſſ. Domino noſtro nequaquam decere viſum eſt, ubi Præſepe Domini eſt, Officia funebria agi: cum fas non ſit locum eſſe triſtitiæ, ubi natalis eſt vitæ, inquit, ſanctiſſimus Pontifex Leo magnus.

Ordo totus deſcribitur à Petro Galeſinio.

Hactenus iſta Relatio, quam ſequitur apud Bzovium præmemorata Buccapadulii oratio; ſicut ibidem præceſſerat, ſimiliter ante citatus Commentarius de ſolenni tranſlatione corporis Pii Papæ V, *auctore Petro Galeſinio Protonotario Apoſtolico: qui totus inſumitur in Pii laudes, deſcriptionem Sixtiani ſacelli, & magnifici tumuli ibidem Pio eidem erecti: adeo ut ex jam dicta illius Commentarii tamquam proprii citatione appareat, Relationis à Bzovio deſcriptæ auctorem eſſe eumdem Galeſinium: qui ſuo illi Commentario etiam ſubtexuit verſus, eamdem tranſlationem celebrantes, Fr. Angeli Camertis à Rocca Auguſtiniani Doctoris Theologi, Ioannis Franciſci Bordini Iuriſconſulti & Presbyteri Romani, Silvii Antoniani & Hieronymi Badeſii Romani: quos verſus ſatis eſt apud Bzovium legi poſſe.*

LIBER VI.

Singulares Pii V virtutes enumeratæ.

CAPUT I.

Pietas & religio: item converſio Iudæorum & hæreticorum.

Pietas ejus ſpectata in quotidiana Miſſæ ſacrificio,

319 HActenus Pii Pontificis res domi foriſque geſtas, atque omnem ejus vitæ curſum, CAP I. quoad ejus fieri potuit, ordine commemoravimus: dehinc præcipua quædam de ipſius virtutibus ac moribus, & alia, quæ in hunc locum cadunt, quo magis in promptu ſint, ſingillatim enarrabimus. Ut igitur quæ potiora ſunt, prius etiam exſequamur, de ipſius religione pietatiſque ſtudio prius agendum videtur. Enimvero cum ceterarum virtutum omnium, quæ ſummum decent Hierarcham, tum in primis egregia in Deum pietatis laude Pius excelluit. Rem divinam quotidie, ſi poſſet, facere, vel ſi per valetudinem non poſſet, facientibus intereſſe, numquam intermiſit: ut propterea boni ac prudentes viri dicerent, minime fieri poſſe, ut is quidquam conſilii caperet, niſi utile ac Reipublicæ ſalutare, qui nullum diem fere prætermitteret, quo non hoſpitem

& tam-

A & tamquam ſui conſilii auctorem Deum reciperet. Ejus vero cogitationes ita perpetuo ferebantur in Deum, ut rebus omnibus divinum honorem ejus & gloriam anteferret, cuperetque nihil magis, quam ut ad ſanctiſſimam illius ſe voluntatem prorſus conformaret: cujus quidem rei cum alia multa, eaque longe majora, argumento ſunt, tum quo utebatur, diplomatum ſignum: in quo veluti ſibi proprium inſcribi juſſit pium illud Regii vatis optatum, ita Dominum precantis: Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. Quos vero Chriſtus Dominus noſter acerbiſſimos pro nobis pertulit cruciatus, jugi pene memoria pie recolebat: ob idque ipſius Salvatoris de cruce pendentis effigiem coram habere conſueverat; Apoſtolicis hiſce verbis inſcriptis: Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Atque hinc uſus obtinuit, ut imaginem ejuſmodi ob oculos habens depingi ſoleat.

diplomatum ſigno.

Pſal. 118

præſentia continua Crucifixi.

Gal. 6

320 Erat porro vehementer aſſiduus in ſtudio ſacræ precationis: quod ſane cum ceteris omnibus, tum præcipue Pontificibus ſingulari dicebat eſſe præſidio. Ac propterea ante lucem in ea exercitatione, ſtatis Sacerdotum precibus recitatis, ita defixus immorari conſueverat, ut ad ſe interpellandum accedentes, niſi veſtis tractu ſibi reſtitutus, aliquando vix exaudiret; indeque recedens in divina raptus ſæpenumero videretur eſſe, neque percunctantibus ad rem ſatis reſpondere: quod quidem certo efferveſcentis in Deum caritatis animique divina patientis erat indicio. Dum autem in Turcas faciendi publici fœderis, de quo ſupra dictum eſt, urgeret difficultas, ſingulis noctibus in preces effuſus diu vigilabat. Ac memor, olim Moyſem divinum hominem, contra Amalechitas, non tam depugnando, quam deprecando victorem evaſiſſe, fœderatorum claſſibus contra Turcas bellum gerentibus, in primis vero tum cum debellatum eſt, jejuniis, vigiliis, lacrymis & orationibus ſe ſe continenter afflictans, divinis nempe magis quam humanis fretus opibus, victoriam à Deo depoſcebat; eamque ſibi divinitus enuntiatam, ut ante retulimus, & multis prædixit, & ſummo Chriſtianæ reipublicæ beneficio meruit obtinere: quod una omnium voce comprobatum eſſe meminimus; extantque hujus rei præclara, & illuſtria, & Regum & aliorum graviſſimorum hominum, atque adeo ipſorum Chriſtiani nominis hoſtium teſtimonia. Et quidem Turcarum Tyrannus Solimanus, bellicis victoriis horribilem in modum elatus, cum in Pannonia inferiori Sigetum obſideret, non Chriſtianorum arma, non copias innumerabiles, non bellicoſiſſimos exercitus, ſed Pontificis Pii aſſiduæ precationis tela, quibus ſuperari ſe poſſe ſentiebat, pertimeſcere ſe fatebatur. Nec inanis ejus timor fuit, cum in ipſa obſidione, ut oſtendimus, interierit. Idem porro filium ejus Selymum ſua ad Echinadas amiſſa claſſe, idem alios Turcarum Duces ac milites dicere ſolitos ante memoravimus.

orandi aſſiduitate,

B

etiam Turcis formidata,

C

321 Ceterum hanc ipſam orandi rationem gravioribus in rebus conficiendis perpetuo Pius ſervavit: Litanias præterea ſtataſque preces in Apoſtolico Palatio coram ſe, niſi graviter impediretur, ac tota præſente familia, veſpertinis horis, quotidie pie recitari voluit. Nec interim tamen quidquam de iis, quæ ad officium pertinerent ſuum, prætermittebat. Cogitabat enim Pontificis munus eſſe præcipuum, pro delictis ac neceſſitatibus populi apud Deum intercedere: & propterea familiarem & gratum ſe oportere eſſe ei, apud quem interceſſor eſſet conſtitutus. Itaque ad miſcenda cum Deo colloquia à negotiis recurrebat identidem; exémplo Moyſis, cre-

veſpertinis cum familia precibus,

bro tabernaculum intrantis & exeuntis; ut intus à Deo diſceret, quæ foris populum edoceret; & qui intus contemplatione rapiebatur in Deum, foris hominum onera portans omnium ſaluti conſuleret. Dicere vero ſolebat, ſe ad impoſitum ſibi onus egregie ſuſtinendum, ſanctarum precum ſubſidio vehementer indigere: ac propterea & publice & ſacris in cœnobiis, & item à privatis hominibus, aſſidue pro ſe reque Chriſtiana publica Deo ſupplicandum curabat. Beatiſſimæ Virgini Dei Matri ita ſe devoverat, nullum ut ageret diem, quo, vel dum ſummus eſſet Pontifex tantiſque rebus occupatus, ſacri quod vocant Roſarii precationem non adhiberet: quem quidem precandi ritum aliis præterea multis, ut diximus, Apoſtolicæ indulgentiæ donis cumulavit. Sed pro mortuis etiam, quod ſibi magnis in periculis aliquando præſidio fuiſſe teſtabatur, pie riteque precari quotidie conſueverat.

PER ANT. GABUT.

alienarum precum poſtulatione,

Roſarii recitatione,

322 Sacras autem Reliquias mirifice coluit, eaſque plurimas collegit, & honorifice condi curavit: atque ad ſacroſanctam cum ipſarum Reliquiarum, tum vero etiam ſacrorum locorum venerationem, & cultum pie retinendum, ludorum conſuetudinem ſuſtulit, quæ in ſuburbana regione genialibus diebus, ſub initia Quadrageſimalis jejunii, antea vigebat: nullam enim ibi eſſe vel minimam ſoli partem, quæ ſacro Martyrum ſanguine non eſſet imbuta & conſecrata. Quare ludos ejuſmodi cum, ut cupiebat, ubique gentium omnino tollere non poſſet, eos valde repreſſit; ad viamque Flaminiam rejici juſſit, ubi eos Paulus Secundus Pontifex olim edi permiſerat. Quo quidem tempore, ut alias ſæpius, præcipuas ſeptem Urbis baſilicas, tota ſua comite familia, quotannis de more Pius obibat, majorem itineris partem pedibus incedens. Nam operæpretium eſſe, quibus diebus hominum peccatis mundaniſque corruptelis ira Dei magis ac magis irritaretur, his diebus boni quidquam agere, quo poſſet offenſa Majeſtas divina mortalibus conciliari. Sacro Quadrageſimæ tempore, licet ſenex & imbecillis eſſet, magniſque laboribus fractus, & ſummis rerum curis ſemper occupatus, non ſolum abſtinebat à cibis per eos dies interdictis, ſed quotidiano ſe quoque jejunio macerabat. Quod per Dominicum Adventum quotidie, & aliis etiam ſtatis jejuniorum diebus tam exacte in omni vita ſervavit, ut nulla corporis infirmitate, vel ingraveſcentis ætatis deflexu, ſacris legibus ſolutum ſe eſſe voluerit. Quin etiam in gravioribus Eccleſiæ neceſſitatibus & publicis ærumnis, graviore ſe quoque afflictabat abſtinentia, ut offenſum Deum hominibus placaret. Ceterum aliis temporibus eam ſibi piæ, ſalutariſque temperantiæ legem indixerat, ut ab ea recedere nullo pacto vellet.

Reliquiarum cultu,

E

antecineratium pia,

& jejuniorũ exacta obſervantia,

F

329 Cum tribus tantum hebdomadæ diebus edere carnes, ſeu deguſtare potius ab ineunte ætate conſueviſſet, iis, qui ciborum ejus curam gerebant, mandaverat, ne per alios dies carnium quidquam in cibos unquam admiſcerent. Sub mortem tamen graviter ægrotanti contuſas carnes, contritis amygdalis commixtas, die quodam ex his quibus ita ſe abſtinere ultro conſueverat, ejus adminiſtri clam ipſo ſumendas præbuerunt: ſed nec pietatem neceſſitas vincere, nec palatum fallere pia potuit aſtutia: nam ut ori cibum admovit, benignam miniſtrorum artem odoratus, guſtare noluit; expoſtulans, qui vellent, ob duos breves vitæ dies ipſum ab cuſtodita per annos ſexaginta vivendi lege revocare. Inter hæc Franciſcus Rainoſus, ejus ferculorum magiſter, qui diu poſtea ob eximiam ejus probitatem & merita factus fuit Epiſcopus Cordubenſis, pium dolum aperte confeſſus, veniamque precatus obtinuit;

quatriduana per hebdomadem abſtinentia à carnibus,

etiam à moribundo ſervata.

PER ANT. GABUT. obtinuit; ſuam excuſans fidem, quippe qui ſalutis cauſa, re ipſa potius quam verbis, guſtatum ejus, non mentem fallere voluiſſet; haud ignarus, eum ab omni vel leviſſimo mendacio, uti dicemus, plurimum abhorrere. Sæpe admonitus, caveret ſibi, ne hiſce periculis vitam objiceret ſuam: acceptius namque Deo, meliuſque Eccleſiæ futurum, ſi ſe ad diuturnam ipſius gubernationem, quam maxime poſſet, conſervaret; cum Apoſtolo reſpondere conſueverat: Philip. 4 Omnia poſſum in eo qui me confortat: & qui mihi in hanc uſque diem vires dedit, is in poſterum pro ſua clementia corroborabit.

audiendis concionibus, 324 Ceterum in Apoſtolico palatio per eoſdem Quadrageſimæ & Adventus dies, ſacram ſæpius haberi concionem volebat: cui & ipſemet, & Cardinales, & eorum familiares intererant. Quin etiam præſidiarios milites Helvetios nolebat Germanica concione carere. Atque ut omnium mentes ad Deum rite colendum, ac ſuam quemque ſalutem procurandam excitaret, precatorias coronas, piaculares calculos, æreas tum cruces, tum Sanctorum imagines, ac cereas Agni cæleſtis effigies, res ad augendam piorum religionem in primis accommodatas, plurimas variis temporibus rite conſecravit. *conſecrandis magno numero coronis, cera,* B Quæ res tanta pietate ac veneratione excipiebantur ab omnibus, quantam ex omni memoria recordari nemo poteſt. Nam etſi ſalutarem illam vim, rebus ejuſmodi divinitus adjunctam, à Pontificia poteſtate proficiſci non ignorabant; tamen propter ſingularem hujus Pontificis ſanctitatem, neſcio quo modo ad haſce res, ab ipſo potius quam à ceteris Pontificibus conſecratas, in dies magis ac magis affici, iiſque munitos ſe in periculis tutiores fore exiſtimare, jam per annos ferme quadraginta, cum foris, tum in Urbe, conſpicimus: in quo vel ii, in quos ipſe aliquando animadverterat, admirabile ſtudium pietatis in illum oſtenderunt. Verum neque iis religionis inſtrumentis, ſive etiam Pontificis ſanctitati, divinæ virtutis defuit teſtimonium: nam cum tumeſcentem in Tiberim, ex alveoque ſummo Populi Romani cum terrore parique periculo defluentem, unus ex cereis illis orbiculis, jubente Pio, projectus fuiſſet, confeſtim impetus aquæ reſedit.

CAP. II *numiſmatis aneis,* 325 Sed quoniam ſacrarum ex ære imaginum paulo ante facta mentio eſt, quarum pium uſum ipſe primus vel induxit, vel certe plurimum excitavit, qua id occaſione factum, hoc loco memorandum videtur. C Margarita Auſtriaca, Parmæ Placentiæque Principe, Belgium pro Rege Catholico Philippo, ut ante oſtendimus, gubernante; rebelles quidam hæretici ibi tumultuantes ei ſupplicem libellum, iniqua & impia poſtulata continentem, obtulerunt. Id vero illam ægre ferentem unus ex primariis ejus conſiliariis, vir pius, conſolabatur; nihili hoc eſſe faciendum, *occaſione Geuſiorum in Belgio ſua ſibi per riſum aſſumentiũ,* qui enim libellum obtuliſſent, fere omnes Geux eſſe: quæ vox Gallica Latine mendicos nebuloneſve ſignificans, in vulgus protinus diffuſa, perduellibus illis Geux indidit cognomentum. Appellationis ignominiam illi quidem primum diſſimulare, ſeque non rebelles, ſed Regi ſuo fideles in ſpecie profiteri; atque ejus in gratiam Geuſeos, id eſt abjectos ac mendicos nuncupari, quaſi gloriæ ducere. Mox æreum ſive plumbeum nummiſma ſibi fundi curavere: cujus in altera facie Regis effigies erat expreſſa, ipſorum manibus in fidem junctis, initæ inter ſe conſpirationis argumentum, his verbis Gallice circumfuſis, Regi fideles uſquequaque; ex altera vero parte mendicantis hominis ſpeciem, bulgaſque vel ſacculos à tergo geſtantis expreſſerant, adjectis verbis, Regi fideles uſque ad bulgas. His ergo ſimulacris collo appenſis, veſtibus cinericii coloris induti procedebant.

326 Illarum inde gentium Catholici homines, ut certo religionis ſymbolo ab hæreticis dignoſcerentur; æreas vel argenteas & ipſi imagines de collo pendentes, quarum ex altera facie Chriſti Salvatoris caput, in altera vero Deiparæ Virginis, puerique Jeſu Matris in gremio ſedentis effigies erat impreſſa, publice circumferebant. His de rebus Pius ab ipſa Margarita certior factus, Catholicorum pietatem commendavit, eas effigies rite benedixit & conſecravit: atque illas pie geſtantibus, vel inſpicientibus Deumque precantibus ſacra Apoſtolicæ indulgentiæ præmia conceſſit. Quæ religio proinde ſic increbuit, ut fere omnes Catholicam fidem ubique gentium profitentes, divinis hiſce vel muneribus ornari, vel præſidiis communiri pie contenderint. Itaque cum ab ipſo Pio, tum ab aliis Pontificibus ejus ſucceſſoribus ejuſmodi imagines & cruces, multiplici ſeu materia ſeu forma conflatas, & precationum coronas & piaculares globulos, & alia id genus pietatis monumenta, populis, Principibus, Regibus, & ſacrorum Antiſtitibus efflagitantibus, tam liberali religione conſecrari, tam ampliſque indulgentiæ donis cumulari videbamus, ut ne ſpecie boni quid irreperet mali, quod jam paſſim fieri ſolebat, Clemens VIII Pontifex Maximus, pro ſumma auctoritate ſingularique ſapientia ſua, rem certis legibus coërcendam ac temperandam, edito ſuper id decreto, exiſtimaverit. D *pro quibus Catholici ſumpſerant alia, indulgentiis à Pio ornata.* E

CAP. III 327 Ea porro, de qua dicebamus, tam egregia Pontificis religione, & magna Dei in illo comperta virtute, omnium animi ad omnia ſtudia pietatis mirifice videbantur incendi. Ac mirum erat, quanto eum amore, obſervantia, ac veneratione omnes ordines proſequerentur. Mira quotidie fiebat multorum impuræ vitæ commutatio; neque id tam ſuppliciorum metu, quam ejus exemplo virtutis, & firma quadam opinione ſanctitatis. Hinc quamplurimi Judæi, non urbani modo, ſed provinciales & externi, Jeſu Chriſto nomen dederunt: & in iis ditiſſimus ac doctiſſimus quiſque, ex urbanis autem celebris in primis & inſignis fuit converſio Eliæ Carcoſſii, & doctrina & divitiis inter ſuos facile principis, qui per id temporis ſynagogæ Præpoſitus erat. Hunc Pontifex, cum adhuc eſſet Cardinalis, multis identidem ſtimulis ad Chriſtianam fidem amplectendam incitaverat. Quod ille facere recuſans, per jocum reſpondere ſolebat: Tum Chriſti ſacra ſuſcipiam, cum Fr. Michael ſummum inierit Pontificatum. Id porro cum eveniſſet, Eliaſque de collata dignitate ad Pontificem gratulans adiviſſet, eum denuo Pius eſt aggreſſus; in memoriamque illi revocavit, quod eſſet pollicitus, ſe baptiſmo expiatum iri, ubi ipſe Pontifex Maximus renuntiatus eſſet. En, inquit, ſum Pontifex ſummus, Dei benignitate, quod fortaſſis tu numquam futurum credidiſti: præſta datam fidem: ſimul Deum pro illo ut ante precatus, ſalutem ejus piorum precibus commendandam curavit. Diſceſſit Hebræus; ſed paulo poſt divina gratia permotus, ad Pontificem rediit; & velle ſe, una cum tribus filiis ſuis ac nepote, fieri Chriſtianum profeſſus eſt. Qua re uſque adeo Pontifex lætatus eſt, ut vocatum ad ſe hominem, Deo Domino gratias agens, amiciſſime complecteretur. Mox eos omnes Chriſtiana doctrina imbutos manu ſua baptizavit, mira populi celebritate, atque omnium gratulatione: inde neophytos ipſos multis beneficiis ac donis exornavit. Eliam, qui mutato nomine Michael eſt appellatus, una cum filiis in Giſleriorum gentem retulit. De filiis ejus unum, ſeptimum circiter agentem annum, novo nomine Paulum, in Collegio Germanico pie ac liberaliter educandum curavit. *ejus pietate moti convertuntur multi,* *etiam Iudæi & Archiſynagogus cum familia,* F

328 Neque

A *item hæretici etiam Principes.*

328 Neque vero Judæi ſolum, ſed hæretici quoque, tam ſancti Pontificis pietate exciti, ad ſanitatem redire veramque religionem amplecti, magna cum piorum exultatione, cœperunt. Nam præter ceteros Olicæ Princeps, per idem tempus Romam profectus, ac Pii ſanctitatem ejuſque optimam adminiſtrandæ Reipublicæ rationem demiratus, hæreſes, quibus erat imbutus, ſtatim execratus eſt. Ipſemet enim, poſteaquam in Poloniam eſt reverſus, ſe ad Catholicæ veritatis lucem rectamque ſalutis viam, de qua fuerat malo hæreticorum dolo deductus, duce Pio ſecundum Deum rediiſſe per litteras teſtabatur: ſperareque ſe illud ope divina cito futurum, ut ſua ipſius opera vel exemplo, uxor ſua ad eamdem fidem perduceretur. Porro autem hæreticus quidam ex Anglia, vir primarius, animi gratia Romam venit, ſacroſque ritus ac piorum ceremonias tacitus irridebat: ſed magna, quæ increſcebat in dies, Pii religionis ac ſanctitatis percitus fama, interfuit ſolenni & anniverſariæ ſanctiſſimi Chriſti corporis ſupplicationi: in qua ſingulari humilitate ac reverentia, aperto capite, pedibus incedens, præter morem aliorum Pontificum (qui alioqui recte pro ſua dignita-
B te ſella geſtari conſuevere) ſacroſanctum illud Sacramentum Pius circumferebat. Tantam igitur ille religionem admiratus, ad Deum rite colendum ſe ſe convertit: nec multo poſt ad Pii pedes provolutus, delictorum ſuorum veniam poſtulavit: atque illa demum Catholico ritu confeſſus, in ſanctæ Matris Eccleſiæ gremium revocatus eſt.

CAPUT II.

Pii in egentes beneficentia: in extruendis ædificiis magnificentia.

CAP. IV *Beneficus erga tenuiores Prælatos,*

329 QUanta vero eſſet, & in pauperes, & in viros de Eccleſia Dei benemeritos, caritas ejus ac beneficentia; cum ex iis quæ paſſim ſupra tetigimus, tum etiam ex his quæ infra dicemus, conjici poteſt. Etenim non modo tenuiores Cardinales ære ſuo ſuſtentabat ipſe, neceſſariamque illis comparabat ſupellectilem; ſed inſudantibus quoque Eccleſiæ miniſtris, iis præcipue qui publicis vel judiciis, vel legationibus operam darent, præter conſueta ſtipendia,
C multa largiebatur idemtidem. Egentioribus etiam Epiſcopis, vel è Sedibus ſuis Catholicæ religionis tuendæ cauſa pulſis, pie ſubveniebat: vel qui Apoſtolicarum litterarum ſcripturam ſtato pretio in ſuæ dignitatis adeptione ſolvere non poſſent, debitam pecuniam condonabat. Inſigniora Urbis pauperum hoſpitia ac publica valetudinaria viſebat interdum, ægrotos conſolabatur: & qui cum illis ageretur, an ſatis eorum tum animi tum corporis ſaluti conſultum eſſet, perhumaniter interrogabat: ac præſertim illud, cui à ſancto Spiritu cognomen eſt, *loca pia,* quod omnium eſt maximum, aureorum nummûm viginti millibus donavit. Sacra tum virorum tum mulierum cœnobia piis elemoſynarum auxiliis liberaliter ſuſtentabat. Romano Clericorum Seminario ſex millia tribuit aureorum. Annuntiatæ, ut appellant, Virginis in Urbe ſodalitati, præter mille nummos aureos, quos annuos in dotem puellis in matrimonium collocandis pendebat, alia etiam quatuor *puellas & omnis generis pauperes,* millia ad earum centum nuptui tradendas adjunxit. Egenorum omnium ac miſerabilium hominum tunc Romæ degentium nomina cenſeri, certoque libello ſibi deſcribi, ac quæ præ dotis tenuitate nubere non poterant, puellas recognoſci voluit: atque univerſis pro cujuſque fere neceſſitate providit. Urbanis pauperibus, vel in carcere concluſis, vel litigantibus ſubſidio erat: curabatque ne cauſſidici ac procuratores gratuitam illis operam navare gravarentur. Montium locis ingentem pecuniarum vim in gratiam pauperum aſſignavit. PERANT. GABUT.

330 Catechumenis & neophytis commodas ædes coëmit; quibus non mediocre vectigal attribuit. Cum enim plurimi Judæi, ejus & opera & exemplo, ut oſtendimus, Chriſtianam religionem ſuſcepiſſent; eorum numerus uſque adeo creverat, ut jam domicilium, quod Paulus III apud ædem S. Ioannis de Mercato in Urbe pro excipiendis & in Catholica religione inſtituendis catechumenis ac neophytis erexerat, fere compleretur; parumque inde remotum neophytarum ac Virginum Dominicani ordinis monaſterium Beatæ Mariæ Annuntiatæ, anguſtum nimis redderetur. Itaque tam copioſo Chriſti gregi, in dies ſuccreſcenti, cum ampliora paranda eſſent hoſpitia; templum & vetuſta ædificia S. Baſilii, quæ juris erant hoſpitii S. Joannis Jeroſolymitani, ipſis & neophytis aſſignavit, ac perpetuo jure poſſidenda tribuit, cum annuis reditibus centum aureorum, præter alia eleemoſynarum ſubſidia, quæ paſſim illis benigne ſuppeditabat. E Primo hujus Pontificatus anno, Auguſto menſe, periculoſus morbus magnam partem Romanæ civitatis occupavit, maxime vero eos, qui labore & manu victum quæritarent; totæ ut multis locis familiæ, quæ erant ad quatuor millia, jacerent in lectulis graviter laborantes. Itaque ſingulis ægrotis pecuniam miſit, omnibus decem medicos attribuit, Joannem Franciſcum Gambaram Cardinalem ac duodecim primarios viros præpoſuit, qui, ut recte præſtarentur omnia, curarent diligenter; lanienas etiam & tabernas, cibariis & medicamentis inſtructas, illis aſſignavit; dato negotio cum piis viris, ut adeſſent ſemper ægrotantium adminiſtri; tum Sacerdotibus, ut animarum ſaluti conſulentes, eos viſitarent: quo quidem pietatis in officio cum aliorum piorum hominum, tum egregia religioſorum Patrum Societatis Jeſu caritas in primis enituit. *catechumenos & neophytos,* *ſolicite agit pro ægris contagii tempore.*

331 At vero ut cum pauperibus commodius ageretur, rei frumentariæ ſæpe providit: quæ ut ſuppeteret affluentius, gravi Romanos premente penuria, ex inclementia cæli profecta, tum ex Sicilia nulla portorii ſolutione, tum ex Gallia benigno F Gallorum Regis conceſſu, Sedis Apoſtolicæ ſumptibus, nempe centum aureorum millibus, magnum in Urbem tritici numerum comportari curavit. Quo facto ſtatuit, ut id longe viliori venderetur, quam ementi ſibi conſtitiſſet. Qua de re Quæſtorem ærarium (ut ſunt plerumque Principum miniſtri privatis dominorum ſuorum magis, quam publicis populorum commodis intenti) expoſtulantem, atque hoc detrimentum (quod ſane erat haud mediocre) ægre ferentem, indeque lucrum aliquod affectantem; rejecit Pius, edicens, quod Reipublicæ ſaluti gaudioque eſſet, id non damni ſed lucri loco ponendum: præſtareque populum, rerum ad victum neceſſariarum copia lætantem, quam arcas otioſæ pecuniæ plenas intueri: indignum enim Rege atque eo magis ſummo Pontifice, quæſtum ex omni occaſione odorari, & lucellum in publico negotio quærere. Quin etiam ut rei frumentariæ copia in Urbe non deeſſet, pauperumque neceſſitatibus commodius provideretur, nobilem agriculturæ artem in finibus ipſius Urbis exercentes agricolas, & alios ipſi arti præfectos, magnis & amplis muneribus ac decretis auxit & exornavit. Cumq; ditiores quoſdam ac præpotentes homines proptia frumenta in horreis *providet rei frumentariæ.* *ut copioſior & parabilior ſit,*

PERANT. recondere, concluſaque ſupprimere, & donec pro
GABUT. eorum avaritia pretium adauctum conſpicerent, ab omni venditione abſtinere, aliiſque malis artibus ex pauperum damno lucrum affectare intelligeret; hanc ipſe execrandam cupiditatem vehementer deteſtans, divites ipſos & avaros graviſſimo decreto coërcuit; &
Conſtit. 19 cohortatus eſt, ut Dei largitatem in ſe ipſos agnoſcentes, pauperibus benigniores in poſterum ſe ſe præberent: ab hujuſmodique, ut appellabat ipſe, deteſtabili frumentario quæſtu prorſus abſtinerent, me-
Prov. 11. mores ſcriptum eſſe, Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: Benedictio autem ſuper caput vendentium. Itaque pauperum tenuitas, eo Pontifice, perpetuo fuit ſuſtentata benigne, & optime ſuffulta.

332 Neque vero in urbanos modo, ſed veluti benigniſſimus omnium hominum parens, in exte-
ſuccurrit peregrinis, ros etiam & peregrinos fuit egregie liberalis. Nam iis, de quibus paulo ante dicebamus, viſendis pauperum domiciliis, cum annuos fructus, qui tranſalpinis nationibus Romam olim proficiſcentibus jam attributi debebantur, diſſipatos comperiſſet; mediam quidem illorum partem publicis ædificiis, reliquum
B vero alendis adoleſcentibus, quos ad excolendum virtutibus ingenium ex Germania, Pannonia, Illyrico, atque ex aliis orbis terræ partibus Romam evocabat, attribuit: ut optimis illi moribus ac diſciplinis inſtructi, ſuo quiſque loco, ſacris muneribus obeundis, Eccleſiiſque adminiſtrandis, recte præfici poſſent. Accidit per idem tempus, ut navis longa nobilis archipiratæ à Comite Altemiræ ad Montem Argentarium caperetur: in qua Chriſtiani homines
Chriſtianis captivis, fere centum è Turcarum manibus erepti erant, qui per decem prope annos ſervierant acerbiſſimam ſervitutem. Hos ſeminudos & afflictos Romam miſſos, perbenigne & liberaliter Pius accepit; ac veſtibus, pecuniis, ſacris etiam & ſalutaribus muneribus ornatos dimiſit. Chriſtianos porro captivos à barbarorum poteſtate ſæpius redimebat: quod genus liberalitatis ſummum ac præcipuum eſſe, teſtatur S. Am-
Lib. 2 de off. cap. 15 broſius. Delegit qui ex omnibus, non ſolum Urbis, ſed totius etiam ditionis Pontificiæ tribunalibus, nomina cenſerent eorum, qui ab anno MDXXXV ad id
& reis ad triremes damnatis: uſque temporis ad triremes damnati fuiſſent; eoſque liberos dimitti juſſit, quos ubivis gentium, aut quorumlibet Principum in triremibus ſervitutis tempus exegiſſe conſtaret: ſtatuitque ut qui in poſterum
C Chriſtianis ejuſmodi pœnis addictis uti voluiſſet, is prius in Urbe Roma fide juberet, illos, exacto tempore ſervituti præfinito, priſtinam in libertatem reſtitutum iri.

333 Pecuniarum præterea ſacculos apud ſe retinebat, quas ipſe manu ſua per occaſionem ſumma
In his tam profuſus & à Deipara laudatus. cum alacritate pauperibus elargiebatur. Acceſſit ad illuſtrandam ejus benignitatem haud inane cæleſtis viſionis teſtimonium. Bartholomæus Bolognetus, civis Bononienſis, ad inopiam redactus, quam filiarum augebat multitudo; ne male cum illis ageretur, in tutelam ac fidem ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis eas pie contulerat: quæ mox in quiete ei viſa: Noli, inquit, vereri, nam filias tuas in tempore juvabit Frater Dominicanus. Evenit deinde, ut ille Romam profectus in familiaritatem ſe daret Pii, per eos dies ſacri Quæſitoris munere fungentis: qui de illius & integritate vitæ & rerum anguſtiis cognoſcens, identidem ei pro viribus ſuccurrens; Pontifex dein creatus, ſex ejus filias nuptum honeſtas in familias collocavit; ejuſdemque filio ampla dote præditam dedit uxorem, alterum vero ſibi à cubiculis eſſe voluit: atque ita viſis facta reſponderunt. Jam vero quam longe abeſſet illius animus ab omni avaritia, tum ex his, quæ diximus, tum etiam ex adji-
D ciendis intelligere nemo non poteſt. In ſociali bel-
abominatur artes pecuniæ colligendæ. lo contra Turcas, cum pecuniarum magna premeretur inopia, atque ei complures ſupplices libelli de beneficiorum, quos vocant, regreſſibus offerrentur, ac de ſolvendis legibus atque aliis abunde colligendæ pecuniæ artibus multa referrentur; audiit ille quidem omnia, quaſi oblatam vellet occaſionem arripere: ſed mox; Avertat, inquit, hoc à me Deus, ut pietatis cauſa quidpiam agam aut permittam, quod vel minus pium, vel avaritiæ ſpeciem præ ſe ferre videatur. Inter hæc vero libellos ipſos omnes in ignem conjecit. Sed alia ejuſdem generis exempla, cum de ſacro fœdere ſcriberemus, ſupra memoravimus.

334 Quidam capitis damnatus, quod ſub alio Pontifice cædem feciſſet, nummûm aureorum decem millia, pro ſui redemptione vel ſupplicii commutatione, cum ſe depenſurum offerret, eam pecuniam accipere Pius non ſolum recuſavit, ſed ut lege in eum ageretur, imperavit: atque ita in alios pleroſque reos ſe ſe geſſit. Dicereque ſolebat in pu-
nec crimina ſinit pecunia redimi: niendis ſceleribus non divitias, ſed jura ſpectare oportere: nam ſi pecuniis crimina paſſim redimantur, non divitibus, ſed pauperibus tantum à legibus pœnæ fuerint conſtitutæ, ac forte male parta pecu-
E nia facinoroſos reddet impunes, itáque juverit iniquum inique divitem fuiſſe. Hiſpani viri quidam principes, conjugii cauſa ſolvi ſe legibus poſtulantes, ut voti compotes fierent, ſe nummûm aureorum quindecim millia, Pontifici penſuros obtulerunt. Quod cum ille intelligeret, poſtulatorum momenta diligentius recognoſcens; eaque videns ejuſmodi eſſe ut id fieri liceret, illis indulſit, nulla recepta pecunia. Objicienti Datario, eam ſummam ſalvis le-
aut eam pro diſpenſatio-nibus accipi. gibus accipi poſſe, atque in pios uſus impendi: ſubjecit Pius; Verba Concilii ſunt: Raro, ex cauſa, & gratis. Quemdam, exquiſitis callidiſque artibus inſtructum, conditiones multas atque exigendæ pecuniæ modos, abſque populorum damno, uti dicebat ipſe, proponentem; non modo non audiendum Pius putavit, ſed etiam Roma quamprimum juſſit abſcedere: improbabile videri, poſſe Principem id ſine populorum detrimento præſtare. Verum id illi ſolenne fuit: nec tam quid poſſet ex re qualibet obvenire compendii, quam, quid juſtitia, quid æquitas poſtularet, ſpectare conſueverat. Intelligebat enim nullum vitium eſſe tetrius avaritia, præ-
F ſertim in Principibus ac Rempublicam gubernantibus.

335 Etſi non tam lapidibus quam virtutibus
CAP. V *Multa in Laterano & Vaticano perficit,* Rempublicam à Pontificibus ædificari Pius dicebat oportere: ipſe tamen utrumque ſibi egregie præſtandum putavit. Multa namque, non ad luxum aut ad inanem mundi faſtum, ſed ad cultum divinum ac publicæ commoditatis cauſa, tum in Urbe tum foris, ædificia paſſim extruxit, in quibus piam liberalis Pontificis magnificentiam poſſis agnoſcere. Atque ut de urbanis primum dicamus, inchoata Lateranenſis ædis laquearia mediæ navis perfecit. Ad S. Petri baſilicæ ſtructuram augendam ac perficiendam incubuit: in eamque rem cum alias pecunias, tum varias piorum legatorum dilatas exactiones aſſignavit. Sacro Palatio egregium & commodum adjecit ædificium, trinis & ſacellis & cubiculis, triplici contignatione una ſuper aliam ita diſtinctis, ut ægrotantes Pontifices divinæ rei commodius intereſſe poſſent. Ædem ac domum prope Vaticanum, quo ipſe ad ſanctæ Eccleſiæ familiariter agenda negotia quandoque ſecedebat, exædificavit. Helvetiis, Pontificiæ cuſtodiæ deſtinatis militibus, templum extruxit. In Aventino colle S. Joannis Jero-

A Jeroſolymitani ordinis ædem, quam Cardinali Alexandrino cum Prioris titulo dederat, per eum inſtaurari curavit.

ſanctæ cœnobium S. Sixti,

336 Templum muliebreque cœnobium, Deo ac B. Dominico dicata, in Quirinali clivo à fundamentis excitavit, ut clementioris cæli cauſa eo deducerentur ſacræ Virgines, ad S. Sixti olim habitantes: quæ cum, jam inde ab Innocentii Tertii Pontificis temporibus, monaſticæ vitæ leges & habitum de ejuſdem S. Dominici manibus accepiſſent, in ea diſciplinæ ſeveritate perpetuo ſeſe optime continuerant. Sacrarum Virginum cœnobia, ut integra ſartaque tecta ab omni periculo religioſa diſciplina conſervaretur, ære ſuo, ubi erat opus, bene claudi curavit. Sacræ Inquiſitionis palatium ad Vaticanum, ab alio Pontifice ſuadente ſe deſignatum, extruxit, amplisque decretis & annuis reditibus exornavit. Magnos ſumptus in opus ab anteceſſore inchoatum, ad aquam Virginem ad Trivii fontem deducendum, fecit: & alios præterea publicos aquæductus collapſos inſtauravit. Curavit ut publici gymnaſii ſtructura perficeretur, ejuſque Academię (Sapientiam vocant) annuos proventus, à quibuſdam interverſos, recuperavit; atque

plura ad publicam Urbis commoditatem molitur

B ibi publice docentium numerum & ſtipendium adauxit. Sacræ vero Theologiæ ſtudioſorum in gratiam, Sanctorum Thomæ Aquinatis ac Bonaventuræ opera, luculento charactere bonaque fide rurſus excudi magnis ſuis curavit impenſis. Urbanos carceres inſtauravit: hiſque clauſorum hoſpitium, in quo ægroti diligenter curarentur; & ædes, in quibus incolumes commode haberentur, adjecit. In Hebræorum ſepimentum, ad Marcelli Theatrum, impenſas haud mediocres fecit. Labantia mœnia, ſacras ædes, turres, pontes, aliaque præterea multa ad publicam commoditatem ædificia, tum erexit tum etiam reparavit. Atque hæc quidem in Urbe; foris vero quæ ſequuntur.

Dotat & ornat Boſchi in patria monaſte. rium Pr. dicatorum:

337 Amplum Pontificiaque munificentia dignum, templum ac cœnobium Prædicatorum Ordini, ad Boſchum patriam ſuam, conſtruxit: idque ſanctæ Cruci atque omnibus Sanctis conſecravit; vectigalibus ei in perpetuum attributis, quatenus ad quinquaginta Fratres commode ſuſtentandos ſatis eſſet: quæ proinde vectigalia, ipſorum Fratrum induſtria, duplo fere majora ſunt reddita. Loci ſacrarium, vaſis ad cultum divinum pertinentibus, ex auro argentoque elaboratis, ac ſacrorum ornatu ejuſdem æris, opere vario artificioſiſſime contexto, locupletavit. Pictas inſuper tabulas & imagines, præcellentium artificum opere affabre factas, ac magnam

C vim ſacrarum earumque inſignium Reliquiarum, aureis argenteiſque thecis diſtributarum, & ornantibus gemmis effulgentium, eodem tranſmiſit; in iiſque notabilem partem Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Luculentam præterea egregieque inſtructam bibliothecam, marmoreas columnas, ac ſepulcrum ſuum & effigiem, cum hac inſcriptione à ſemetipſo dictata: Pius Papa Quintus Boſchenſis, ex familia Ghiſleriorum oriundus, Ordinem Prædicatorum profeſſus, diem mortis univerſaliſque reſurrectionis præ oculis habens, à die aſſumptionis ſuæ ad apicem Apoſtolatus, monumentum iſtud erigi mandavit, pro cadavere ſuo reponendo, quando divinæ clementiæ viſum fuerit ipſum ab ſeculo nequam eripere. Atque ita ut corpus ſuum, uti memoravimus, poſt obitum eo deportaretur, conſtituit: quamquam ea de re deinceps nihil unquam commemoravit. Ad ejus denique loci commodum ac dignitatem, amplum ſecularibus de rebus à Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico decretum impetravit.

ibique ſepeliendo ſibi monumentum erigit.

338 Ad patriæ ſuæ commodum & ornamentum, præcipue Giſleriæ gentis in gratiam, in Ticinenſi gymnaſio, amplum & magnificum Collegium, quod Giſleriorum eſſe & appellari voluit, exædificavit: in quo ſaltem quatuor & viginti adoleſcentes, rei familiaris inopia laborantes, pie educarentur, dum bonarum artium ſtudiis operam darent: idque certis vectigalibus annuis inſtruxit, præſcripta lege, qua illud regi & per conſanguineos & gentiles ſuos in perpetuum adminiſtrari vellet: urque nonnullis libertatis & immunitatis beneficiis ab eodem Rege Catholico decoraretur, effecit. Anconam urbem prope arcem ad continentem communivit: quo loco etiam ad mare propugnaculum extruxit. Centumcellarum urbis munitionem abſolvit. Ad arcendos piratas ac Turcas, ad Trajanum portum, ut diximus, & per omnem eam oram turres ædificavit. Alia quoque alibi, quæ commemorare longum eſſet, ad publicam utilitatem, tum excitavit ædificia, tum etiam inſtauravit. Extraordinariorum vero ſumma ſumptuum, quos in commune Chriſtianæ rei bonum vel augendum vel conſervandum fecit toto Pontificatus ſui tempore, ad vicies centena millia nummûm aureorum perveniſſe traditur.

PER ANT. GABUT.

Ticini collegium pro Giſleria gente:

& alia alibi.

CAPUT III.

Pii erga bene de ſe meritos liberalis, erga omnes lenis & clemens animus.

339 MAxima quidem & Chriſtianam in Rempublicam ornandam magnificentia, & in pauperes ſive de Eccleſia Dei benemeritos, Pii benignitas fuit: ſed ſi omnia circumſpicias, neſcias ſane, an major extiterit ejus in referenda gratia liberalitas: quam ipſe tribus in rebus potiſſimum conſiſtere dicebat. Primum quidem accepto beneficio ſingulari memoria retinendo; dein ejus auctore laudibus ornando, eidemque gratiis agendis; denique ipſo opportune remunerando pro cujuſque facultate, idque vel acri ſtudio voluntatis, quando rem ipſam præſtare non poſſis. Quin etiam teſtabatur, nullam quodam modo à ſe virtutem agnoſci majorem hac ipſa grati animi benignitate: qua videlicet efficeretur, ut non modo terrena regna corroborarentur; ſed efferatæ quoque ac barbaræ gentes arctiori amoris vinculo conjungerentur. Hæc igitur virtus, qua nihil eſt aut Deo gratius aut hominibus amabilius, in eo ſic enituit, ut unus omnium maxime acceptorum beneficiorum remunerator gratiſſimus fuiſſe perhibeatur. Neminem enim prætermiſit, qui vel modice in eum benignus extitiſſet, cujus operam præter

F omnem expectationem cumulate non compenſarit: quinimo non paucos pudebat, ſe ob leviora quæque in eum officia, quorum ipſi dudum erant prorſus obliti, ab eo tam large remunerari. Ac vel præſentibus in Urbe, vel ſua ſponte multiplici ſpe ductis, ad eum certatim ut fit confluentibus, liberaliter æque ac prudenter ſatisfeciſſe non contentus; quam plurimos etiam nihil minus cogitantes, è variis orbis regionibus Romam per litteras evocandos curavit, eum uſurus illorum opera, tum vero magna in eos præmia collaturus: quod ſi forte hi migraſſent è vita, beneficia apud ipſorum ſive filios ſive propinquos collocabat.

CAP. VI

Eximius beneficiorum remunerator.

304 At memor quantum Paulo IV Pontifici Maximo deberet, ejus oſſa, quæ in S. Petri baſilica ſatis humili jacebant loco, inde celeberrima ac pia Sacerdotum & omnium urbanorum Magiſtratuum Populique Romani proceſſione, in ædem S. Mariæ ſupra Minervam transferri, ibique magnifico ſepulcro ex perpolito marmore honorificentiſſime condi curavit; erectis inibi ſimulacris ejuſdem Pontificis, & item Fidei ac Religionis, cum hoc elogio:

corpus Pauli IV in æde S. Mariæ ſupra Minervam condi curat.

PER ANT. GABUT. Jeſu Chriſto ſpej ac vitæ fidelium. Paulo IV Caraſę, Pontifici Maximo, eloquentia, doctrina, ſapientia ſingulari; innocentia, liberalitate, animi magnitudine præſtanti; ſcelerum vindici integerrimo; Catholicæ fidei acerrimo propugnatori; Pius V Pontifex Maximus grati & pii animi monumentum poſuit. Vixit annos LXXXIII, menſem unum, dies XX: obiit MDLIX, quintodecimo Kal. Septembris, Pontificatus ſui anno V. Mox Sancti Thomæ Aquinatis ædiculam, in qua idem ſepulcrum eſt, annuis vectigalibus inſtruxit, ſtatuens ut quotannis ipſi Pontifici, uti curatum eſt, ſolenni ritu juſta perſolverentur. In ejuſdem vero Pontificis propinquos, gratum ſe quoque præſtitit. Ab iis enim rogatus, ut cauſam ſuorum, in quos tamquam de Republica male meritos Pius IV animadverterat, ad juris cognitionem revocaret; atque repetito judicio, qui ſuperſtites eſſent, in priſtinum ſtatum reſtitueret; non recuſavit. De his igitur judicio conſtituto, viriſque juriſprudentia & integritate præſtantibus in conſilium adhibitis, rerum omnium momenta, ne falleretur, ipſemet inſpicere, cauſamque in ſacro Senatu referri decernique voluit In quo rebus ſingulis rite circumſpectis, graviſſima Pontificis Patrumque ſententia, Carafæ ſunt in priſtinam dignitatem & locum legitime reſtituti. Non quod eorum, qui male ſe geſſiſſent, acta probare; aut legitimum ſuperioris Pontificis judicium reprobare vel reſcindere cogitaret: ſed quod pro varietate probationum ac temporum, ut ſæpe accidit, varie quandoque judicare, clariſſimæque gentis honori ſalvis legibus conſulere, æquum eſſe arbitraretur.

& Caraffam familiam in priſtinam dignitatem reſtituens,

B

341 Ac licet ex ea gente non deeſſent alii, Paulo Pontifici ſanguine conjuncti, ex omnibus tamen unum delegit Antonium Carafam, Reginaldi filium (utpote virum ſpectatæ virtutis ac multiplicis eruditionis laudibus inſignem) quem primo intimum ſibi cubiculatium, mox in ampliſſimum Cardinalium ordinem adſcivit: quo facto, & ab Hiſpaniarum Rege Philippo, & à ceteris bonis omnibus magnam Pius gratiam inivit. Eum porro nec ita multo poſt ſignandorum ſupplicum libellorum muneri (Gratiæ Signaturam appellant) ſua ſponte præfecit. Quod ille munus etſi pro modeſtia ſua recuſabat, eo tamen ut fungeretur, Pius imperavit. Alfonſum præterea Carafam, ejuſdem Pontificis fratris filium, S.R.E. Cardinalem, Neapolitanum Archiepiſcopum, marmoreo ſepulcro magnifice exornato, in æde maxima Neapolitana poſito, cohoneſtavit, hoc elogio in marmore inciſo: Alfonſo Carafæ, S.R.E. Cardinali, Archiepiſcopo Neapolitano, adoleſcenti non minus ſua virtute quam majorum ſplendore claro, patrui Pauli IV Pontificis Maximi religionem integritatemque referenti: ea ſapientia prædito, ut in ſecundis rebus ſummam ejus temperantiam, in adverſis miram conſtantiam omnes laudaverint; Pius V Pontifex Maximus poſuit. Vixit annos XXV, dies XV, obiit MDLXV, IV Kal. Septembris. Neque vero ſolum in hanc ipſe domum, ſed in ejuſdem quoque Pontificis familiares & adminiſtros grati animi virtutem exercuit: eorum namque alios vectigalibus auxit, alios excipiebat hoſpitio: quibuſdam vero etiam publica mandabat munera: non nullos denique vel à ſacris, vel à cubiculis adeſſe ſibi volebat.

creato ex ea Cardinali Antonio confert Gratiæ ſignaturam,

C

Archiepiſcopo Neapol. monumentū erigit,

familiares Pauli varie promovet.

342 Quos autem in laboribus pro Eccleſia Dei ſuſtinendis, in tuendaque Catholica religione ſocios habuiſſet, in eos, ſive mortuos ſive etiam vivos, grati animi officia ſtudiaque pietatis cumulate conferebat. Nam cum Julium Antonium Sanctorium, Caſertanum, virum ſingulari doctrina & integritate ornatum, acerrimum Catholicæ fidei propugnatorem, contra hæreticos conſortem habuiſſet;

Socios olim laborum remunerans,

Sanctorium Cardinalem creat,

eum, ſimul ac Pontifex creatus eſt, Romam evocavit, mox S. Severinæ Archiepiſcopum legit: ejuſque diligentia ac fideli opera, cum aliis multis Eccleſiaſticis in negotiis tum in primis in ſacroſanctæ Inquiſitionis munere, & in iis qui ad Epiſcopalem vigiliam aſſumebantur, uti dicemus, examinandis, continenter uſus, quinto ſui Pontificatus anno, cum aliis quindecim ſummis viris in ſacrum Cardinalium Collegium adſcivit. Vita vero functos amicos ac ſocios pari grati animi beneficentia proſequebatur. In iis fuit Rodulfus Pius, Carpenſis Cardinalis, quem quod olim ipſe in ſalutari Inquiſitionis officio egregium Catholicę fidei defenſorem eſſet expertus, inſigni ſepulcro in æde ſanctiſſimæ Trinitatis Ordinis Minimorum, in Urbis colle Pinciano, pariter decoravit: ejuſque præclaras virtutes ad perpetuam memoriam hoc elogio teſtatas eſſe voluit: Rodulfo Pio, Cardinali Carpenſi, Principi Senatus, ampliſſimis Eccleſiæ Dei muneribus ſingulari prudentia perfuncto, juris Eccleſiaſtici defenſori; à gratia, terrore, voluptatum illecebris, & adverſis caſibus æque invicto; ad beneficentiam nato; in ſumma gravitate jucundiſſimo; Pius V Pontifex Maximus collegæ, & in cuſtodia Catholicæ veritatis ſalutaris Officii conſorti, perpetuis de Chriſtiana Republica ſenſibus ſtudiiſque conjunctiſſimo, hoc amoris & judicii ſui monumentum fecit.

D

Carpenſi Card. ſepulcrum extruit:

E

343 Miniſtris vero ſuis, & pro cujuſque muneris dignitate conditioneque perſonarum, & pro ratione temporis quo ſibi deſervierant, paſſim in Pontificatus proceſſu tam prudenter benignum liberalemque ſe præbuit, eorumque operas ſic remuneratus eſt, ut ex omni memoria nullus unquam Pontifex illi par fuiſſe diceretur. Quo quidem præſtando liberalitatis officio eos alloquens, ex Euangelio uſurpabat idemtidem illa verba: Vos autem eſtis, qui permaniſtis mecum in tentationibus meis. Ac præter extraordinaria, & quæ quotannis in Natalitiis Domini noſtri Jeſu Chriſti ac S. Joannis Baptiſtæ ſolenniis in ipſos adminiſtros dona conferebat, magnis & aliquando nimiis (ut ferebant) eos vectigalibus exornabat: æquum enim ſibi non videri, ut qui Pontifici Maximo fideliter inſerviſſent, iidem poſtmodum aliis deſervire per inopiam cogerentur. Cumque ſe ex tanta in ſuos adminiſtros beneficentia vulgo reprehendi potius quam laudari comperiſſet; addebat, eos nulla prę̨miorum ſpe aut ambitione ductos operam ſibi navaviſſe: quippe cum eſſet ipſe Cardinalis anguſtis admodum præditus facultatibus, nulloque prope humani favoris præſidio ſuffultus, ac propterea nihil poſſent ab eo ſperare ſubſidii, reliquum eſſe ut amore inducti ſibi præſto fuiſſent. Tum vero cum ad id poteſtatis ipſum Deus extuliſſet; velle ſe vel ea ratione officioſos omnium labores & amorem, pro cujuſque meritis & conditione, remunerari.

liberalis erga miniſtros

Luc. 22

qui ſibi olim Cardinali pauperi amanter ſervierant,

F

344 Eorum igitur alios aliis honorum gradibus decoravit: quintoque ſui Pontificatus anno, Hieronymum Ruſticucium, Fanenſem civem, qui ſibi erat à ſecretis, in Cardinalium collegium cooptavit: in eorum publico conſeſſu palam teſtatus, probatam ejus integritatem atque virtutem, ut ad ejuſmodi gradum dignitatis ille proveheretur, expoſcere. Quod eum judicium minime fefellit: is enim deinde Senogalliæ factus Epiſcopus, quinque ſummorum Pontificum ex ordine ſibi ſuccedentium in Urbe Vicarii egregie perfunctus officio, anno MDCXII, menſe Junio, dum hæc ſcriberemus, exceſſit; relicto præter cetera præclaro piæ liberalitatis ſuæ monumento: inſtaurata videlicet & ſummis impenſis magnifice exornata, tituli ſui æde S. Suſannæ in colle Quirinali, ſacrarumque Sororum ordinis Ciſtercienſis

creat ex iis Cardinales Hieron. Ruſticucium,

A

iis illi adjuncto cœnobio multis aucto beneficiis, & variis ornamentis expolito. Joannem Hieronymum Albanum, Comitem Bergomatem, virum eximia probitate parique juris prudentia ornatum, cujus ante meminimus, Romam pariter accivit, Protonotarium Apostolicum dixit, Picæno provinciæ præfecit, ac demum purpureo galero decoravit, officii memor ab eo Bergomi jam pridem accepti. Sed longum esset singulos, in quos ipse grati animi studium variis temporibus ostendit, commemorare. His tamen duo vel tria ejusdem generis exempla subjiciam, ex quibus cetera queant facilius comperiri.

& Hieron Albanum.

345 Cum ab æde Lateranensi, cujus tum primum usitato more possessionem inierat, amplissimorum virorum comitatu constipatus rediret; Franciscum Bastonum, Boschensem, virum ex illius oppidi primariis, qui ejus accersitu paulo ante Urbem ingressus desilierat equo, Pontificemque adoraturus adstabat, recognovit: & qua vehebatur lectica jussa consistere, ad se hominem accitum perhumaniter salutavit. Hunc autem, quod jam inde ab adolescentia militem egregium, honestum virum & probum, atque in se beneficum cognovisset, Romanę arcis Præfectum statim renuntiavit; ejusque filios Guilielmum & Albertum amplis honoribus decoravit. Guilielmum enim nunc Ticinensium Episcopum, virum spectata virtute, ad utriusque Signaturæ supplices libellos referendos, & ad munus Per concessum appellatum evexit: Albertum vero Equitem Auratum dixit, mox equitum turmæ levis armaturæ Ducem constituit, & post patris obitum Arci S. Angeli præfecit, eique sororis suæ neptem uxorem dedit. In Vaticanum inde regressus, aulamque regiam prætergrediens, ex circumfusa multitudine agrestem quemdam itidem agnovit, qui sexdecim ante annis in tuguriolum suum ipsum receperat hospitio, Bergomo Cremonam versus aviis itineribus diffugientem, quæstione, de qua supra diximus, in Episcopum Superantium expedita. Itaque homini ad se accersito, licet alia omnia tum cogitanti, Ego, inquit, Dominicanus Frater ille sum, quem tu jam dudum hospitio suscepisti. Denique mille nummos aureos ad duas ejus filias collocandas, aliosque præterea quingentos in ipsius usus illi jussit dinumerari. Per eosdem dies Aurelium illum, cujus ante facta mentio

Pridem de se bene meritos, inturba dignoscens jam Pontifex,

amplis honoribus donisq; remunerat.

B

est, Franciscani ordinis Sacerdotem, cui descriptam eamdem quæstionem olim custodiendam commendaverat, pariter agnovit in frequentia sodalium ejus, comitiis suis Romæ habitis, ad sacros ipsius pedes osculandos ordine procedentium; eumque Lectrinensis Ecclesię creavit Episcopum: ratus videlicet, quem deposito curando in pauca fidelem cognovisset, eum de Christi consilio supra multa esse constituendum.

CAP. VII

346 Lenitas vero atque clementia, qua, ut sapiens ille dixit, nihil laudabilius est, nihil magno ac principe viro dignius, in Pio sic etiam eluxit, ut veteribus illis clementiæ laude celebratis jure sit præferendus. Nihil in ejus moribus asperum, nihil in imperio cerneres superbum: sed quod difficillimum est, mansuetudinem ita cum gravitate temperabat, ut neque de auctoritate facilitas, neque severitas quidquam de suavitate detraheret. Facilem quidem ac perbenignum sese omnibus ille præbebat, sed in primis humilibus & egentibus hominibus: omnesque tamdiu patienter auscultabat, quamdiu volebant ipsi, nec loquentem quemquam interpellabat. Erat in respondendo mansuetus: & quoties pro suo cuique desiderio satisfacere non poterat, id ipse ægre ferebat. Eo Pontifice creato, cum permulti memores suarum in eum offensionum, Roma demigrandum sibi putarent esse, confestim audiere id nullo modo committendum: neque videri se nosse, quis esset Pius Quintus: quippe qui injuriarum suarum vindex numquam fuisset, quique offensas omnes non modo facile deponere, sed eaidem etiam beneficiis exæquare paratus esset. Quin etiam illud ferebatur, juvare, Pio nonnunquam offensiones afferre: quoniam officiis eas ipse compensare consuevisset. In quo vix satis ipse sibi facere videbatur: veritus, ne quam offensionis memoriam, vel vindicationis cogitationem ejus in animo delitescere suspicarentur: ac propterea sæpe illis multa concedebat, quæ aliis temporibus ab eo vix impetrari potuissent.

lenis & clemens

PER ANTGABUT.

etiam erga male de se meritos,

347 Ejus Pontificatus initio, nebulo quidam, evulgato maledico & famoso carmine, Pontificem petulanter incessit: is subinde comprehensus & in quæstionem traditus, crimen est confessus. Quamobrem ex legibus, ab aliis Pontificibus olim præscriptis, cum universis quibus abundabat fortunis, tum vero severissimo genere mortis plectendus erat. Sed antequam lege in eum ageretur, jussit Pius illum coram se sisti, & carmen suum recitare, tum exponere, cujus vel consilio vel voluntate id conscripsisset. Dicenti, se non nisi mali dæmonis id instinctu fecisse; Si tu mihi, inquit Pius, uti Summo Pontifici maledixisses, haud quaquam ferres impune: at vero quia in Fratrem Michaelem, in monachum humilem, in Cardinalem Alexandrinum convitia jactasti, abi liber, quo velis. Ego vero humilitatem generis, vitæ & habitus mei semper & animo retinebo, & libens confitebor: eroque vilis & abjectus in oculis meis. Demum illum commonefecit, ne ejusmodi se scelere jam amplius obstringeret: jussitque ut si quid unquam ab ipso minus recte factum ille comperisset, se conveniret, atque id sibi renuntiaret: nam ad se ipsum emendandum bene paratum esse: atque ita reum dimisit impunem.

satyræ mordacis in se scriptæ auctori

E

culpam condonat;

348 Haud dissimile singularis clementię cum alias sæpe, tum vero in re Georgii Costæ, Comitis oppidi cui à Trinitate cognomen est, documentum dedit. Etenim Albensi Dominicani ordinis cœnobio, ut operis initio memoravimus, dum præsideret, ibique sacrarum ejusdem ordinis Virginum curam gereret; Comes ipse sorori suæ, in eum monacharum cœtum cooptatæ, dotem solvere cunctabatur. Ad hunc tum alea adversa forte ludentem, ejusmodi æris alieni qua par erat modestia, licet hora forte minus opportuna, commonefaciendum pius Pater cum accessisset; is petitionem alioqui justam indigne ferens, nisi ab se quam primum abscederet, graviter minatus est. Accidit proinde, ut ipsum jam factum Cardinalem, ac Montis-regalis Episcopum, ad visendam Ecclesiam suam, ut ostendimus, profectum idem Comes exciperet hospitio, perhonorificeque haberet, ignarus eum esse, cui olim interminatus esset: ubi cum à cœna inter se jucunde colloquerentur; Cardinalis ei nihil tale cogitanti, Ego, inquit, Frater ille sum, cui tu, amice Comes, aliquando tam acriter Albæ minitabare: sed acerbum illud responsum mihi promerui, quod eo temporis momento te minime interpellare debuissem. Itaque hominis contumaciam excusans, eum pudore simul & timore suffusum benigne consolatus, bono animo esse jussit: seque illi esse ac perpetuo fore quam amicissimum ostendit; vel ex eo, quod illum à Catholica fide numquam abducere propinqui ejus hæretici potuissent. Illustrem clementis animi significationem Comes admiratus, impensius eum colere instituit: qui postea gratulationis & officii causa, ut fit, Pontificatus initio, à Sabaudiæ Duce Orator missus ad Pium, humanissime ab eo fuit acceptus: quin illum non modo ut carissimi Principis legatum, sed uti singularem ami-

à Costa Comite olim injuria affectus,

F

factum excusat Cardinalis,

& Papa humaniter eum excipit.

PHR ANT. GABUT. amicum, unum ex omnibus Principum Oratoribus, in Apoſtolicum Palatium hoſpitio ſuſcepit: quam acceperat hoſpitalis animi gratiam cumulate referens, ac veteres offenſas recentibus lenitatis officiis egregie compenſans.

ferviditori ingenio ſuo bene utens.

349 At vero ſolebat ſuapte natura Pius de repente commoveri;&,quod fervido eſſet ingenio, ad iracundiam incitari: & ſimul ac moleſti quidquam præſenſiſſet, ſuccenſum animi motum vultu præ ſe ferre. Sed motus ejuſmodi aut cito quieſcebat, aut ſtatim in amorem convertebatur: nec ſatis omnino ſibi factum putabat, niſi quibus ſuccenſuiſſet eos aliquo ſibi mox devinciret officio. Quin turbidos animi motus ita noverat temperare, ut irato animo, ac multo minus odiò in quemquam imbuto, cubitum ſe numquam contuliſſe teſtaretur; ſic ut ſol numquam occiderit ſuper iracundiam ejus. Hanc autem naturæ propenſionem, in Pontificatu adminiſtrando, accommodabat ipſe vel rebus fortiter gerendis, vel juſtitiæ ſplendori à ſceleratorum hominum injuriis vindicando: atque id pro ardenti ſuo ſtudio pietatis,Eccleſiaſtico tuendo jure, ab eo fieri comperiebatur.

CAPUT IV.

Juſtitiæ ſervandæ conſtantia, etiam in honoribus deferendis.

CAP. VIII

Juſtitiam clementia jungens,

350 CLeméntiam porro cum juſtitia, ac manſuetudinem animi cum diſciplinæ ſeveritate, perpetuo ſibi jungendam putavit. Illa fiebat, ut eum boni diligendo,colerent juſtitiam; hac vero, ut mali timendo, ſceleribus temperarent: utrâque autem, ut omnes in officio ac fide continerentur. Dum eſſet Cardinalis, ut operis initio demonſtravi, una erat omnium vox, neminem eſſe, qui majore libertate ſententiam diceret, qui minus ad gratiam loqueretur: & quæ vera rectaque erant,conſtantius aut animoſius tueretur. Lectus vero Pontifex, cum in rebus omnibus, tum præſertim in graviſſimo Signaturæ judicio, tam facienda gratia quam jure dicendo, integerrimum ſe ubique præſtitit. Quo in judicio ſi quis pauper, vidua, pupilluſve, præpotentem aut divitem haberet adverſarium, Pius cauſa cognita pauperis patronum agens, de jure utrique reſpondebat: & cum in numerum eorum, qui rebus in eo judicio referendis præfecti ſunt, nimis multos relatos eſſe perſpiceret,illos ipſe ad pauciores redegit; eoſdemque cum integritate & ſcientia, tum rerum uſu præſtantiores. Sed cum intelligeret,ut nihil uſitatius, ita nihil fere pernicioſius in civitatibus eſſe, quam lites extrahere, pauperumque clientium judicia perfide comperendinare; ad hanc tollendam hominum perfidiam, & ut omnibus omnia factus, omnium, præſertim egenorum,rationibus conſuleret; præterquam quod paſſim cuique benignas præbebat aures, certum diem cujuſque menſis cunctis indixit, quo die toto quorumvis miſerabilium cauſis ac precibus audiendis operam daret. Audienti vero cauſarum, de quibus ageretur, judices & patronos adeſſe volebat: ipſeque omnia patienter audire, ſupplices libellos inſpicere, eoſque ſi minus æqua continerent, coram reſcindere; æqua petentibus illico jus dicere; nullum cavillationibus aut calumniis locum relinquere; in pauperum cauſis non minus benignum advocatum, quam æquum ſe judicem præbere.

pauperumque patronus, Epiſt. 61. 2

C

audientia omnibus dandæ unum in hebdomade diem impendit.

culpas juſtitiam adminiſtrantium plectit,

351 Judices & cauſidicos, quos vel mala fide, vel per negligentiam aut inſcitiam officio defuiſſe conſtaret, acriter inerepare, ſevereque punire; ac ſi quid in his accidiſſet majore conſideratione dignum, id Judici, ad quem negotium ex officio pertineret, definiendum ea lege committebat, ut juris dicendi celeritate perficeret, ne quid amplius ea de re ad ſe referri poſſet; ſecus vero alios pauperum damna præſtare, alios magiſtratu cedere oportebat. Inter hæc vidiſſes Judices non modo coram ipſo, ſed pro tribunali ſuo, vel audito Papæ nomine, clientibus ad eum interdum provocantibus, confeſtim metu contremiſcere. Sed cum ex notariorum ſeu imperitia ſeu fraude, plurima damna vel multarum occaſionem litium oriri comperiſſet; tum ſacri Concilii Tridentini decreto tum,reipſa quoque doctus, urbanos in notarios & cauſarum procuratores omnes, de integritate vitæ ac de ſufficienti rerum civilium notitia juriſque prudentia, per idoneos viros diligenter inquiri & examinari curavit: illiſque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & cauſis exercendi uſum perpetuo aut ad tempus prohibitum eſſe voluit. Civitatum præterea locorumque præfectos & magiſtratus, in reddendo jure delictiſque puniendis, eadem qua ipſe legum ſeveritate uti jubebat: eoſque, ſive urbanos ſive provinciales, officio functos, adminiſtrationis quemque ſuæ fiſco rationem reddere; ac ſi quis eorum de re male geſta delatus eſſet, is in judicio cauſam dicere lege cogebatur. Ceterum ipſe omnia cognoſcere, non tamen omnia ad vivum reſecare: ſed parvis peccatis veniam, majoribus ſeveritatem noverat commodare: nec pœna ſemper, ſed quandoque pœnitentia contentus eſſe; curareque ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniret. Itaque fiebat, ut facilius omnes ſeſe continerent in officio,& lites citius dirimerentur, & ſuus daretur juſtitiæ locus;& omnium,in primiſque tenuium hominum, rationibus bene conſuleretur.

D

in eorumdem capacitatem inquirit,

E

rationem exigit ab officio functis.

Comis ergo omnes ſalva ſemper auctoritate;

352 Quæ quidem omnia ut commodius efficerentur, univerſis, ſive privatim ſive publice, tam promptam benignamque faciebat audientiam, ut neminem, licet humilem & abjectum, ad ſe accedentem prohiberi pateretur. Quin iis quos Pontificiæ majeſtatis reverentia præpediri cognoviſſet, ſeſe dabat ultro; & comiter alloquendi ſuppliceſque libellos porrigendi, non modo poteſtatem, ſed animos quoque faciebat. Nec tamen ei, quod rarum eſt, aut facilitas auctoritatem,aut amorem ſeveritas imminuebat: ſed ut facilitas ad eum bonis aperiebat aditum, ita ſeveritas ab eo improbos arcebat. Hinc mimi, adulatores, ſanniones, atque alia id generis hominum monſtra, quæ ei vehementer diſplicebant, eo Pontifice declarato, propere ab Urbe diſceſſerunt: ac ſi quis eorum ibi remanſiſſet,is inſane hiſcere non audebat: atque ubi Pius adfuiſſet, inde ſeſe proripiebat fuga: nemoque fuit omnino, qui vel ſerio vel joco verba faciens, coram eo auderet adulari. Nec injuria id hominum genus à ſe propulſabat, memor divinitus ſcriptum eſſe: Qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Merito namque ſalubria noſtra ac vera conſilia nihil promovent, ut ait ſanctus ille Martyr, dum blanditiis & palpationibus pernicioſis ſalutaris veritas impeditur. Sed Pio nemo fuit unquam aut mendaciorum inimicior, aut amantior veritatis: quam uſque adeo coluit,ut quemcumque mendacem ſemel deprehendiſſet, is numquam amplius in gratiam ejus redire poſſet: idque re ipſa declaravit in propinquum ſuum: quem, uti dicemus ob id à ſe ita repulit, ut ille priſtino apud eum loco numquam eſſe potuerit.

F

odit adulatores

Iſai. 3

S. Cypr. Epiſt. 28

& mendaces:

353 Datam vero fidem ita præſtitit, ut nemo magis. Dicebat enim, quovis homine vel obſcuro ac vili, ne dum principe viro, indignum & indecorum

A corum esse, quidquam simulate polliceri, quod præstare minime cogites: idque multo minus Christi Vicario convenire; turpeque & iniquum esse, ab eo quemquam recedere, quod rectum semel esse bene judicasset. Dictum vero probavit exemplis. Nam viri principis Oratore, muneris dignitatem, quam Pius demortui hominis, cui id jam antea promiserat, filio dare cogitabat, efflagitante; Omnes, inquit, orbis terrarum Principes una simul, promissis ne starem, haudquaquam efficerent: idque eo minus erga mortuos. Quare illud nullo modo probandum judicabat, quod vulgo dictum circumfertur, Qui nescit simulare, nescit regnare. Atqui summam ipse integritatem & fidem, ut æquum erat, aperte professus, perpetuo cavit, ne aut quemquam falleret, aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habens, aut arcana fidei suæ credita cuiquam enuntiaret. Qualis erat ipse, tales & suos administros, tales & omnes, præsertim quibuscum sibi negotium esset, sese præbere cupiebat. Regibus, atque Principibus denuntiavit, ut ad residendum apud se Oratores mitterent, qui studio religionis & ingenui animi laude præstarent, quique bona fide cuncta peragerent.

simulationis omnis expers & in promissis fidelis

tales quoque volebat esse ministros suos.

354 Difficilem vero se præbuit & iis rebus concedendis, quæ Ecclesiasticis sanctionibus repugnarent, & in facienda gratia legibusque solvendis: ut propterea non auderent homines ab eo quidquam petere, quod minus rectum aut iniquum esse videretur. Ac de Pii quidem virtute tam celebris fama percrebuerat, ut fortunati censerentur, qui ab eo quidpiam impetrare potuissent: nam vel hac ratione non solum suam ipsorum in eum observantiam tuebantur, sed magnam etiam probitatis opinionem sibi apud omnes conciliabant. Cum in Bohemia, sacrosancta Communione sub utraque specie, illis populis olim concessa, perverse complures uti, atque inde ceteris eis finitimis gentibus erroris occasionem dari jam pridem animadvertisset; ad hanc tollendam corruptelam, Pragensi Archiepiscopo atque aliis illius nationis Episcopis interdixerat, ne quemquam ejus participem Communionis sacris Ordinibus initiarent. Itaque Maximilianus Cæsar, ut interdictum ipsum laxaretur, per litteras à Pontifice contendens, multa prætendebat: quibus Pius nihil inflexus, ut eos populos interdicto solveret, aut contra communem Ecclesiæ disciplinam quidquam indulgeret, adduci numquam potuit. Sed longum esset, alia multa ejusdem generis exempla ab eo relicta commemorare. In illud vero diligenter incubuit, ut ad priscum illum religionis splendorem & apud homines venerationem, tum Apostolicæ Sedis dignitatem tum etiam omnem rei Ecclesiasticæ statum revocaret, pacatamque & tranquillam omnes degerent vitam. Quod quidem ad perficiendum disciplinæ severitatem oportuit adhiberi: ac certam improborum hominum partem vindicari, ne tota Respublica periret: sciens, digitum quándoque præcidi oportere, ne brachium corpusque ipsum contabescat.

C *quam esset legum tenax*

Epist. 9 l. 2 *experti Bohemi, ob Communionem sub utraq; specie.*

B

355 Itaque ditio Pontificia, atque adeo Roma ipsa, pro superiorum temporum licentia, cum esset exulibus profligatisque sæpe vexata latronibus; ad hanc exterminandam hominum pestem, Pontificatus initio delegit Pius ministros expeditos, quibus amplam fecit potestatem, pecuniamque dedit ac militem, soluto stipendio. Atque ita quamplurimi depulsi, complures cæsi, ceteri voluntariam in fugam dissipati: ex quo tuta tranquillaque facta sunt omnia. Id tamen summa fide parique integritate præstandum curavit: nil passus per fraudem quemquam circumveniri. Erat per id tempus

purgans ditionem latronibus,

Marianus quidam Asculanus, latronum & exulum ductor insignis, qui ditionem Ecclesiasticam variis latrociniis ac cædibus graviter affligebat. Hunc quidam ab se vinctum dare Pio pollicebatur; sed rogatus à Pontifice rationem ac viam ejus rei conficiendæ, Marianum amicum sibi esse respondit: ac propterea, cum amico fideret, in domum seductum per insidias facile captum iri. Cui Pius; Siccine, inquit, vis tu fidem fallere, prodereque amicum? Nos id haudquaquam fieri patiemur, freti Deo, nobis opportunam in Marianum animadvertendi, atque hanc à latronum manibus provinciam vindicandi occasionem non defuturam. Quod cum Marianus resciviisset, Pontificis magnitudine animi, clementia ac fide vehementer commendata, sponte sua una cum universo comitatu regionis ejus finibus excessit; neque, hoc Pontifice, voluit amplius imperium Ecclesiasticum divexare.

PER ANT. GABUT.

nec inhos quidē fraude vult uti.

356 At enim ut pravos homines, vel potius pravorum improbitatem, quique eam non odissent, ac maleficos veluti pestem detestabatur; ita probos ac virtutibus excultos vehementer diligebat, magnisque à se muneribus & officiis ornatos complectebatur. Quin etiam per litteras ab universis Episcopis, ut supra jam sæpe memoravimus, & ab iis qui adibant ad se quærere consueverat, an per terrarum orbem viros probitate, eruditione, & rerum usu præcellentes cognoscerent, qui Christianæ reipublicæ navare operam possent: ac si quos esse intelligeret, eos vel honestis conditionibus Romam evocabat, ibique vel alibi publicis muneribus præficiebat. Itaque sicut virtute præditorum hominum meritis æstimandis, acerrimi judicii; sic iis etiam ad præclara quæque tum excitandis tum provehendis, promptæ semper & efficacis fuit voluntatis. Hinc vero factum, ut unum & viginti lectissimos viros in sacrum Cardinalium Collegium, tribus creationibus, statis temporibus habitis, prudenter cooptarit. Quibus de singulis hoc loco scribere, non est necesse: pleroque tamen, prout res tulit, suo loco nominavimus. Sed quo pauciores Cardinales, quod satis multos à Pio IV lectos inveniisset; eo plures quam alii Summi Pontifices, pro tempore quo sedit, per diversa loca creavit Episcopos: quos ad trecentos quatuordecim fuisse reperio. Augendi numeri causa triplex esse potuit: quod usitatos ad sacras dignitates regressus sustuliisset; quod nonnullas Episcopales Sedes novas instituisset; quod Antistites omnes ex Tridentini Concilii decreto in sua quemque Sede residere curavisset. Ceterum iis & aliis sacrorum administris legendis, non tam externum splendorem aut Principum gratiam, quam insignem probatæ vitæ integritatem, aliaque animorum ornamenta spectare; nec tam homines dignitatibus & Ecclesiis, quam dignitates & Ecclesias hominibus ornare & juvare consueverat. Quod ut rectiori consilio præstaretur, ipse ex ejusdem Concilii sanctione primus effecit, ut qui ad Episcopalem dignitatem & onus essent promovendi, prius de vitæ integritate, deque necessaria ad tantum ministerium eruditione ac scientia, à peritis probatisque viris ad id ab eo delectis diligenter examinarentur: qui vero minus idonei reperti fuissent, rejicerentur.

CAP. 12

honores dignioribus confert:

E

creatis 21 Cardinalibus

Episcopis 314,

F

Epist. 13 & 14 lib. 1
Epist. 2 l. 2
Epist. 31, 32, 33 lib. 3
Epist. 9 l. 4

præmisso examine congruo.

357 Ac licet personarum acceptio apud ipsum locum non haberet, & modo dignus esset, neminem excluderet; ex omnibus tamen libentius eligebat eos, quos sacris Regularium in familiis ad Christianæ perfectionis formam, quæ potissimum elucere debet in Episcopis, & ad regendas animas multum eruditos diuque exercitatos esse cognosceret: quos præsertim ad id non ambitio, sed caritas adigeret,

Ad Religiosos promovendos propensiorem se exhibet,

PER ANT. GABUT. Epist. 7 l. 2

urgeret obedientia. Ex hoc numero duos inter alios exempli causâ memorabimus; Cardinalem unum, alterum Episcopum. Hieronymus Socherus, Gallus, Monachorum Cistercienſis ordinis generalis Præfectus, ob excellentem vitæ sanctitatem ac doctrinam à Pio lectus Cardinalis, pro singulari sua modestia, tantam dignitatem suscipere constanter abnuit: sed Pontifici semel & iterum in virtute sanctæ obedientiæ præcipienti diutius obsistere non potuit. Alterum (ut è domesticis exemplis non gloriandi causa, sed pii gratique animi studio aliquid proferamus) Alexandrum Saulium, Dominici viri clarissimi patritii Genuensis filium, Theologum eximium, ac summa prudentia parique probitate præstantem, optime novimus: quem Pius ex hoc Clericorum regularium S. Pauli Ordine, tunc Mediolanensis collegii S. Barnabæ Præpositum, licet invitum & magna modestia se indignum esse profitentem, cum lacrymisque diu repugnantem (Carolo Borromæo Cardinale S. Praxedis, Archiepiscopo Mediolanensi, à quo fuit consecratus Episcopus, procurante) ad Episcopalem Sedem Alerienſem in Corsicam pertraxit. Quam Ecclesiam cum ille summis laboribus verbo & exemplo, per annos viginti
B & amplius, ad Christianæ disciplinæ rationem egregie instituisset, & quasi ex inculta silva florentem hortum reddidisset; eum Gregorius XIV Pontifex Maximus ad regendam Ticinensem Ecclesiam transtulit: sed hanc ille dum strenue perlustrat, magno totius gregis sui bonorumque dolore, pastor egregius ac vere pater pauperum appellatus, ad æterna, ut pie credimus, laborum suorum præmia, anno MDXCI I mense Octobri, senex emigravit.

in quibus Socherus & Saulius fuere.

358 Ceterum ut Ecclesia suam obtineret auctoritatem, universis Episcopis atque Præsulibus Pius edixit, ut nullâ cum formidine officia quisque sua fortiter præstantes forum agerent, judicia exercerent; Ecclesiasticamque potestatem tuerentur: ac siquando eos in jure Sacerdotibus dicundo ab laicis Principibus impediri, ut fit, aut oppugnari intellexisset, curam ipse suscipiens, auctoritatem interponebat suam: dabatque operam, ut jus suum Ecclesia retineret: Principesque ipsi magno in beneficio ducerent, si de rebus in sacra jura gestis veniam impetrare potuissent. Episcoporum vero negotiis & causis, quæ sæpe incidunt, audiendis, definiendis ac protegendis certum eruditiorum Cardinalium
C numerum primus ipse præposuit, qui una statis diebus & horis congregati, Apostolica auctoritate, quod rectum esse videretur, decernerent ac responderent; si quid vero gravius incidisset, ad Pontificem referrent: sicuti deinceps præstitum fuit. Aliam porro Cardinalium congregationem instituit, qui libris interdictis aut interdicendis præfecti, in eos inspicerent; ac vel corrigendos, vel damnandos, vel jam in Indice Apostolica censura notatos pari auctoritate cavendos curarent. Ceterum à piorum cœtu segregatos esse voluit Clericos quoslibet, qui deinceps in Ecclesiasticis causis, aut ad secularem Judicem provocassent, aut laicorum Principum gratia se contra Ecclesiam tutari conarentur: eosque infamia notatos, numquam idoneos fore ad sacros Ordines, & ad consequenda beneficia declaravit: eos privans his, quæ jam obtinerent.

Sedulus pro jurisdictione ecclesiastica tuenda,

geminam Congregationem Cardinalium ad id instituit:

acriterque prohibet recursum ad laicos.

D

CAPUT V.

Ejus fortitudo, prudentia, modestia animi, castimonia, frugalitas.

359 Ecclesiasticam ergo ditionem ac jura singulari & perpetua constantia defendens, coërcens improbos, probos vero præmiis ornans, Pontificiam majestatem auxit plurimum. Etenim in unam Christianæ reipublicæ curam intentus, supremam illam dignitatem non humanis consiliis, sed uni divinæ voluntati referens acceptam, ac nullius hominis vel potestatem vel gratiam respiciens, auctoritatem suam fortiter exercebat: illud aperte professus, non solum se nullis aut perturbationibus animi, aut privatis commodis duci vel commoveri; sed etiam in actionibus suis, nihil præter unum religionis bonum, & quidquid cum illa conjunctum esset, prorsus intueri. Propterea que dicebat, apud Christianos hanc vivendi legem perpetuam esse debere: ut ad sacrosanctæ religionis regulam cuncta dirigantur, honorique divino nihil anteferatur. Itaque illos audire non poterat, qui ditionis jus statusve causam, sacris legibus vel Christianis moribus
E præferre conarentur: dicereque solebat, causam ejusmodi, causam esse diabolicam: & tamen ita perfecit, ut eum Principes ac nationes omnes & amarent unice, & vero etiam vererentur. Quippe qui probe nossent dicereque solerent, illius vitam ejusmodi esse, ut in ea cum semper reperirent aliquid boni, quod imitarentur; nihil invenire possent improbi, quod calumniarentur. At vero quemadmodum corpore ad labores omnes perferendos erat assueto, sic tantus inerat illi vigor animi, ut nec secundarum insolentia rerum diffluere et aut inaniter efferretur, neque ullo genere calumitatis unquam frangeretur. Quisquis vero vel auctoritate vel minis eum superare contendisset, hunc statim ipse retundere, irritosque conatus ejus efficere non verebatur: vel illud coram objectans, se martyrii pœnam non modo non extimescere, sed etiam vehementer optare: sicut enim ipsum Deus in eo statu collocaverat, sic eumdem posse contra omnem humanæ potestatis impetum egregie ipsum defendere divinitusque tueri. Itaque de illo vere dici potest, quod scribit quodam loco B. Cyprianus: non animum martyrio, sed martyrium animo defuisse. Ac spe fretus ejusmodi tantopere fidebat Deo, ut maximis ac potentissimis quibusque Principibus causa religionis fortiter obsisteret: & quoniam hominibus placere non studebat, loquebatur in conspectu Regum, & non confundebatur.

CAP. X

In suo munere exercendo respectus omnis humani expers.

profitetur nec mortem à se timeri.

Serm de mort.

F

360 Ea porro sapientia, eaque prudentia, atque in rebus omnibus moderatione præditus erat, ut heroicarum lumina virtutum in eo mirabiliter elucerent. Administros famulosque suos, quos longo tempore bonos esset expertus, nullis calumniis adduci poterat, ut deferendos putaret: ratus insitam jam inveteratamque de eorum probitate opinionem facile immutare, genus quoddam esse levitatis. In quo eo magis sibi constandum esse arbitrabatur, quo sæpius rerum, quarum illi insimulabantur, secreto cauteque veritatem explorando, eas omnino fictas aliquando esse comperiret. Quo in genere quam cautus esset minimeque præceps, cum plurimis in actionibus, tum in primis ex eo quod contigit Joanni Morono Cardinali, aperte licet intelligi. Paulus Maria cognomento Castellanus, Pontificiæ custodiæ militum Præfecti Vicarius, Pio aliquando renuntiavit, homines duos ex oppido Castellatio, non longe à Boscho, retulisse, se

Tardus ad accusationes probatorum sibi mini strorum recipiendas,

se & coram & per litteras, ejusdem Cardinalis nomine, maximis pollicitationibus ad Pontificem interimendum solicitatos fuisse : ejus rei tot afferebantur indicia, quæ Pium ad quæstionem in Moronum exercendam possent impellere. Verum providens ipse, id, quod res erat, dolose confictum esse, cum Morono collocutus, nihil ei molestus esse voluit : sed ejusdem Castellani opera calumniatores illos Romam caute perduci curavit. Ubi ad cognitionem veritatis in quæstionem dati, confessi sunt, se maximorum spe præmiorum adductos, id nequiter excogitavisse : ac propterea non præmiis, sed meritis suppliciis affecti publice fuerunt. Quin Pius Moronum ipsum, utpote virum summa prudentia ac rerum usu præcellentem, semper plurimi fecit : ac prudenti ejus consilio ad res graviores conficiendas libenter utebatur.

quia calumnias sape deprehendebat;

361 Sed enim parum fidebat Cardinalibus, Principum negotia procurantibus ; eos fere omnes suam quemque rem curare intelligens. Quod si quis opera Cardinalium ejusmodi apud ipsum uti voluisset, is nisi prudenter egisset ac moderate, suspectum reddebat sese ; & non modo jacturam existimationis, sed alia quoque subibat detrimenta. Ceterum suspicioso habebatur ingenii, nec alienis vel sermonibus vel consiliis facile credebat : non ignarus quantopere in hominum animis valeant sui cujusque boni cupiditates, & propriorum desideria commodorum. Quæ vero in illius mente cogitatio primum insedisset, ea quidem sibi altius defixa inhærere consueverat. In alienis tamen consiliis audiendis & in rebus consultandis haud pertinax erat : sed ut recti rationisque capacissimus, in alienam sententiam, quando melior esset ac tutior, facile deducebatur. Atque hujus quidem rei, contra vulgarem quamdam opinionem, Principum Oratores & alios summos viros, qui cum eo sæpius agebant, auctores habeo locupletissimos.

minus credit Cardinalibus alteri obnoxiis,

licet facilis ad aliena consilia audienda.

362 Nulla splendidior gemma, in omni præcipue ornatu Pontificis, teste S. Bernardo, est ipsa humilitate : quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior & se ipso. Quare, licet in alto positum non altum sapere difficile sit & omnino inusitatum, & quanto inusitatius tanto glorioSius ; tamen à Pio, in summo alioqui rerum humanarum fastigio collocato, tantum abfuit ut de se ipse alta vel sentiret unquam vel prædicaret, ut in oculis suis nihil se ipso esset abjectius, nihil humilius : quippe qui nosset se gerere personam ejus, qui dixit : Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Itaque Sapientis secutus consilium, quanto major erat, tanto magis se submittebat in omnibus : atque ita summam coram Deo & hominibus gratiam invenit. Qua quidem ille virtute sic excelluit, ut quanta ad dignitatem & honorem, tanta ad Christianam humilitatem in eo fieret accessio. Nam adolescens, cum inter Dominicanos Fratres Bononiæ, ut initio diximus, studiorum causa commoraretur, ibique Gisleriæ gentis nomen haberetur illustre ; inde genus se trahere non modo non ostentavit, sed ne cuiquam innotesceret diligenter procuravit : veritus, ut ipse postea dixit, ne ex honorifico familiæ nomine inanis gloriolæ sibi quidquam adhæresceret ; contra institutum ejus, qui se humanam vanitatem omnem contemnere professus esset. Eo porro magis & Cardinalis & Summus Pontifex, inanem omnem mundi fastum ac pretiosum apparatum, privatim & publice, quatenus per dignitatem posset, evitabat. Ejus enim cubicula vel nuda, vel aulæis minus exquisitis ornata, in iisque non profanę tabulę, non inania signa conspiciebantur : sed, his remotis, Christi de cruce pendentis effigiem sacrasque imagines ipsum habere delectabat.

CAP. XI Lib. 2 de Consid.

Quanto altior tanto humilior,

Matth. 11 Eccli. 13

sicut adolescens nomē familiæ occultavat.

sic Papa fastum omnem fugit :

363 Die cœnæ Dominicæ sacro, de more aliorum Pontificum, tredecim pauperibus, singulari ejus cujus vices agebat in terris exemplo, pedes non modo procumbens lavare, sed etiam exosculari consueverat. Inter hæc aliquando multis eximio virtutis documento fuit, cum fœdo ulceri, quo ex ipsis egenis unus laborabat in pede, in gratiam ejus, qui animarum nostrarum sordes lavit in sanguine suo, sacrum osculum infigere talis ac tantus Princeps non exhorruit. Quæ res inspectantium animos ita permovit, ut pia præ admiratione à lacrymis temperare nequiverint : in iisque vir princeps effusius collacrymans, edixit : Si coram universis hominibus hoc edi posset exemplum, fieri non posse, quin vel pervicaces hæretici ad Catholicæ veritatis cultum converterentur. Qui vero ipsum vel in minimis corriperent, quod magnum est, teste B. Gregorio, Christianæ submissionis indicium, eos valde diligebat : parumque fidebat iis, qui, ut fit, præsertim apud principes viros, ejus dicta factaque omnia dilaudarent. Cum aliquando quispiam de familia sua, uti probus, iisque præditus virtutibus, quæ domino suo quempiam amabilem carumque solent efficere, apud ipsum commendaretur ; Bonus ille quidem, intulit Pius, sed mihi numquam contradicit. Non enim ignorabat, miserum esse Principem, apud quem vera reticentur : ac Regum opes sæpius assentatione, quam hostibus everti. Rerum autem humanarum sive splendorem sive magnitudinem parvi faciebat : neque vero malis artibus, vel ad hominum gratiam vel ad honores, unquam aspiravit. Quin potius nihil minus quam de honoribus cogitantem, ac recto semper itinere gradientem, & de sola virtute solicitum, ipsi eum ultro sunt honores consecuti. Neque enim fumosæ majorum imagines, ut gravis quidam auctor de illo scriptum reliquit, non invidiosa divitiarum magnitudo, non eblanditæ Principum commendationes, viam ei ad Pontificatum munierunt, sed eadem illa virtus, quæ ipsum ab incunabulis susceptum comitata est, in illo summo dignitatis solio suis ipsamet manibus eum collocavit.

PERANT GABUT.

pauperum pedes lavans

fœdum ulcus etiam osculatur :

amat arguentes se :

& solius virtutis merito evectus in solium,

364 Vera igitur narrabat, familiares suos ad cavendam ambitionem adhortans, cum diceret, se pro adipiscendo Pontificatu neque pecuniam, neque favorem hominum, ac ne cogitationem quidem adhibuisse : quin ejusmodi gradum, ad quem alioqui summa contentione pervenire multi conantur, cuiquam haud esse desiderandum : & quæ illum comitantur, molestias sibi graviores videri, quam unquam fuerit vel onus paupertatis in cœnobio sibi degenti, vel quodvis aliud afflictionis genus aut etiam laboris : eamque dignitatem ad æternam salutem sibi quodammodo esse impedimento : itaque commiserandam potius, quam invidendam conditionem suam esse crederent : ab eo enim die, quo in Pontificatum fuerat evectus, nullam se horam sine solicitudine ac molestia transegisse. Quin potius splendorem & magnitudinem, quam in me, inquit, intuemini, nihil aliud, quam spinas pungentissimas, ego semper reputo : quæ animum stimulant meum, quoties subit recordatio, quid ex officio præstare debeam, & qualem rationem commissi mihi muneris Omnipotenti Deo sim redditurus. Quare cœnobiticæ vitæ sibi cum sæpius veniret in mentem, veluti alter Gregorius, ad eam summis votis anhelans, ajebat, se tranquillitate vitæ aut perfecta quiete numquam potitum esse, nisi in provincia sua, dum vitam duceret religiosam : pœnituitque se id oneris subiisse, cui sustinendo se viribus imparem esse sentiret : ac propterea eo sese abdicare aliquando cogitavit. Qua de re ad Petrum Montium,

fatetur eo nec cogitatione quidem aspirasse,

sed neque optabile quidquam in eo reperisse :

PERANT. GABUT. Jeroſolymitanæ militiæ Magiſtrum, quæ extant, ipſe manu ſua litteras dedit: ſed quas in iis litteris legere eſt, rationibus demum acquieſcens, ad divinam ſe voluntatem conformandum putavit. Verum, ut alia non pauca ſingularis ejus modeſtiæ argumenta præteream, illud hoc loco minime ſilendum videtur, quo ipſe iis rebus deſpiciendis, quas demirari mortales ſolent, quanti faciendæ eſſent, aperte declaravit. Cum Romani, ejus integritatem vitæ & optimam Reipublicæ moderandæ rationem admirabiliter extollentes, in Capitolio ſtatuam illi decreviſſent; ipſe, ne id ullo modo facerent, imperavit: nam ſi quid à ſe fieret boni, inde honorem & gloriam eſſe omnem ei tribuendam, qui bonorum omnium ſummus auctor exiſtit. Malebat enim ad gloriam Dei, ſe prudentium ac bonorum virorum pectoribus inſigne virtutis exemplum inſculpi, quam in foro marmoreus aut æreus perpetuo ſtare: haud ignarus, eximiam virtutem ſponte decus conſequi ſuum, nec ullam ſpecioſiorem eſſe ſtatuam, quam præclaram bene actæ vitæ memoriam.

ſtatuam ſibi erigi in Capitolio vetat.

CAP. XII

365 Ea porro continentiæ laude floruit, nihil ut non pudicum & caſtum de illius vita fuerit unquam auditum: quin illud certum eſſe fertur, eum virginitatis florem illibatum perpetuo cuſtodiſſe. Ejus vero integritatis præter alios locupletiſſimus teſtis fuit Archangelus Blanchus Viglebanenſis, vir pietate & doctrina inſignis, quem ipſe ex Dominicana familia aſſumptum, primum Theani Epiſcopum, deinde Cardinalem creavit. Is enim teſtabatur, ſacras illius in omni vita, hoc eſt cœnobitam, Cardinalem, denique Pontificem Maximum agentis ſe confeſſiones audiviſſe, neque tamen unquam leralis culpæ labem in eo deprehendiſſe. Id ipſum inſuper aſſeverabat Balneoregienſium Epiſcopus, qui etiam per multos annos illi à confeſſionibus fuit. Non defuere tamen nebulones, qui per fraudem & calumniam, turpem impudicitiæ notam ei conarentur inurere: ut ſolet proborum virtus improborum ubique ſtudiis exerceri. Neapoli Romam profectus juvenis piſtoris famulus, ſe hoc Pontifice genitum eſſe palam dictitabat. Quare dubitatum, ne is vel ab hæreticis vel ab aliis hominum peſtibus, præclarum Pii nomen obſcurare nitentium, ad id facinoris eſſet impulſus. Ea ſuper re litteras ille contexens identidem, in compedibus demum cauſam dicere cogitur: ubi in quæſtionem traditus, quoties quæſitus eſt, toties ſibi minime conſtans mendaxque deprehenditur. Etenim epiſtolam, quam ſe à Pontifice Cardinalem agente accepiſſe dicebat, ementitam eſſe conſtabat: quippe quæ data eſſet Januario menſe, anno MDLVII, cum ipſe menſe Martio conſequente creatus eſſet Cardinalis. Itaque ab ipſo nebulone dictata fuit: quemadmodum & duorum teſtium, quibus coram ea ſcripta fuerat, & ejus qui octavo die antequam ille vocaretur in judicium eam exararat, conſtanti teſtimonio probatum fuit. Ad extremum confeſſus ille, ut commodis conſuleret ſuis, id pravi ceciſſe conſilii. Judicum decreto per urbem Romam virgis cæſus ad triremes in perpetuum damnatus eſt. Proinde Judex quidam Romanus, nomine Petrus Albicinus, certis de cauſis Pio factus inviſus, ſeceſſit in Galliam: ubi ſæpe rogatus ab Admiralio Colignio atque ab aliis Hugonotorum Ducibus præmiis alliciebatur, uti juvenem illum Pontifice progenitum eſſe mentiretur: ut Pio videlicet, apud eas gentes bene audienti, tam fœdam maculam aſpergerent: verum ejuſmodi calumniam Deus avertit, atque ita mentita eſt iniquitas ſibi.

B *Licet illibata virginitate vixerit*

omnis culpæ mortalis expers,

fuit tamen qui ſe filium ejus fingeret,

C

de calumnia palam convictus.

366 Quemadmodum Pius & in Rempublicam liberalis, & in eos, quos ſpectata probitas, vel præſtitum inſervientis officium, vel alia ratione in eum exercita benignitatis virtus commendaret, mirifice beneficus fuit & gratus; ita erga ſe magnam perpetuo frugalitatem ac parcimoniam exercuit. Nam cum in omni vita ſua, tum in primis in ſummo illo dignitatis gradu collocatus, eam temperantiam retinuit, ut in Pontificatu perexiguos ſumptus in diurnum victum ſuum fieri voluerit. Dicere vero ſolebat, hominem gulæ illecebris addictum, caſtum eſſe non poſſe: proptereaque monebat, cibum tamquam medicamentum eſſe capiendum ad inſtaurandas vires corporis, ut eo ſumpto, actionibus quiſque ſuis operam dare non impediretur: atque hoc quidem in omni vita ſervavit ipſe diligenter. Ut rebus audiendis liberius poſſet operam dare, ut plurimum non prandebat: ſed tempeſtive peracta re divina, breve jentaculum ſumebat, aut ſorbendis binis ovis, aut juſculi parum ebibendo: quandoque vero etiam prandebat ſimulque cœnabat: idque frequentius publice. Ad pellendam vero ſitim, ſive in prandio ſive in cœna, bis terve ad ſummum pocillum bene dilutum exhauriebat. Cibos autem ut plurimum ex oleribus amaris, & magna ſimplicitate, ſale tantum & oleo, præſertim dum jejunaret, nec aromatibus aut ſaporibus guſtatum acuentibus volebat eſſe conditos: ceteroqui uſus paulo commodiore victu, dum eſſet Cardinalis. Accumbenti vero ſibi cum magnam rerum omnium munditiam, tum in primis ſacram perperno voluit lectionem adhiberi: ac precipue S. Bernardi libros de Conſideratione ad Eugenium (quibus videlicet, quæ pro honore Dei ac totius Eccleſiæ bono animarumque ſalute conſideranda ſunt, luculenter edocentur) ſæpius prælegi curabat: ſententiarumque gravitatem attentiſſime ponderans, quæ ſuo tempore & loco exequeretur, ſecum ipſe diligenter conferebat. Quem quidem prælegendi ritum ſane perantiquum, à multis intermiſſum, & Cardinales & alii præterea ſacri Proceres, ejus exemplo, deinceps in uſum revocare cœperunt.

D CAP. XIII

Ad corporis refectionem moderatus & frugalis

lectionem menſæ ſuæ adhibens

367 Neque vero ſibi nova veſtimentorum genera comparavit, contentus veteribus Pauli IV, quoad honeſte indui potuerunt: neque item per annum totum indumenti quidquam innotavit, præter laneam tuniculam, qua loco lineæ ſubuculæ ſemper eſt uſus: increpuitque miniſtrum, qui ei ejuſmodi tunicam ex ſubtiliori panno confici curaverat: quam etiam ob id induere noluit, ſolita, quæ craſſior erat & vilior, omnino contentus. Oblatum panni munus ex lana Conchenſi, quod pretioſius ac delicatius eſſe ſibi videretur quam ſuus ferret uſus, recuſavit. Nihil igitur in veſtibus, nihil in reliqua vitæ ratione, prærer exteriorem habitum, immutavit: ſed eamdem quam privatus tenuitatem, eumdem cultum ac diſciplinæ ſeveritatem præſtitit. Ceterum peracto ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, & eo, quod diximus, jentaculo bene mane ſumpto, negotiis audiendis operam impendebat. Quo in labore, æſtate quidem ad horam uſque nonam, hieme vero ad ſolis occaſum, ſæpe vero etiam ad multam noctem prorſus immobilis perſiſtebat: tanto vero ante lucem exurgebat, ut ad eum conſulendum prælatis facibus accederetur. Medicis ſuis ac familiaribus nimios labores in tam aſſidua diuturnaque auditione illi brevioris vitæ cauſam fore caventibus, principe viro ſane dignam ſententiam reſpondit: Se videlicet à Deo in eo gradu collocatum, non ut ſua, ſed ut aliena commoda procuraret: ac Reipublicæ Præfectum conſcientiæ magis, quam corpori ſuo ſatisfacere oportere. Rarius ac ſerius loqui

E

& vetuſto ac radiori veſtitui aſſuetus,

F

ſe totum negotiis expediendis impendit,

A loqui ſolebat : ſæpe laborans in verborum, quæ propria & ſignificantia eſſe ſibi viderentur, inventione. Ceterum ejus ex ore nullum fere verbum excidiſſe fertur, quod non vel ad Dei honorem, vel ad ſuam aliorumve ſalutem pertineret.

CAPUT VI.

Moderatus erga propinquos & domeſticos affectus.

CAP. XIV 368 NEque vero in ſe tantum, ſed in agnatos etiam ſuos ac propinquos eximiam temperantiam, ac modeſtiam tenuit. Non enim, ut diximus, acquievit carni & ſanguini, nec eum ab recto ſuorum amor inflexit : ſed in eos ita ſe geſſit, ut nec pauperes & humiles contempſiſſe, nec tenues amplis divitiis & honoribus auxiſſe, nec in eos Chriſtianæ pietatis officio defuiſſe videretur. Paulum Giſſerium, ſibi ex fratre pronepotem, quo nemo ſupererat illi ſanguine conjunctior, juvenem à piratis captum & triremibus alligatum, ignaris Turcis eum eſſe Pontificis conſanguineum, modica redimi pecunia, Romamque profectum videre voluit : ſed non alio habitu, quam eo ipſo, quo dum eſſet in vinculis induebatur. Eum porro graviter admonuit,

Paulum pronepotem à Turcis redemptum,

B ut ex ea calamitate ereptus diſceret, ingentes Chriſto Redemptori dum viveret gratias agere, Deique mandata diligentius cuſtodire. Dein equo officioque donatum, unde centenos aureos haberet annuos, humaniter accepit : mox eum, quod miles eſſet egregius, ſuburbanæ regioni cuſtodiæque ſuæ præpoſuit: atq; ei quingentorum aureorum annuam penſionem, ac ſuburbanam villam, in qua ipſe domum extruxerat, cujus ante meminimus, Pii V prædiolum appellatum, dedit. Sed cum ille juvenili lapſus errore præſcriptas Pontificiæ familiæ leges aliquando violaſſet, ac præterea culpam mendacio tegere voluiſſet; eum non ſolum officiis & donatis rebus fere omnibus privavit, ſed ab ſe & ab univerſa Romanæ Eccleſiæ ditione ſtatim ablegavit, ea lege, ne deinceps Romam accederet. Uſque adeo & mendaciorum, ut diximus, inimicus, & domeſticæ diſciplinæ vigilans ac tenax cuſtos, & in conſanguineos ſuos, quos ceteris modeſtiæ & obedientiæ exemplo eſſe volebat, ſeverior fuit quam indulgentior.

& cuſtodia ſua præpoſitû,

ablegat ob mendacium unum.

369 Ex tribus porro Gardinæ ſororis ſuæ nepotibus, Antonio, Hieronymo, & Michaele Bonellis, unum Antonium, qui Dominicano ordini ſe addixerat, mutatoque nomine Frater Michael appellabatur, virum probitate doctrinaque præditum, ſacri Senatus Regiorumque Oratorum hortatu, ad

Antonium nepotem Cardinalem quidem creat,

C eorum retinendam in negotiis tranſigendis fiduciam, vix tandem adduci potuit, quod ante retulimus, ut ſacrum in Collegium cooptaret. Hunc ergo Cardinalem Alexandrinum appellatum, rebus agendis ſibi adiutorem ſic adhibuit, ut ſuam ipſe auctoritatem retinendo, non uni omnia deferret; ſed graviora quæque ipſe cognoſceret, cunctaque ampliſſimorum Patrum conſilio moderaretur. In novi Cardinalis familiam cum initio permulti vellent adſcribi, Pius edixit, nolle ſe quemquam admitti, niſi quos ipſe deſignaſſet: ut non modo probati, ſed etiam pauci ad ejus miniſterium adhiberentur: velle namque ſe eum inter pauperes Cardinales, quales ipſe fuerat, numerari. Ac licet ſummum Camerarii Sedis Apoſtolicæ munus tertio Pontificatus anno vacans ei detuliſſet, tamen ſequenti anno, cum ad ſociale bellum contra Turcas gerendum pecuniis indigeret, quas alioqui poterat aliunde colligere, ſingulari exemplo ei nec invito id muneris abrogavit, &, quod venale ſit ceu & alii nonnulli Urbani magiſtratus, Aloiſio Cardinali Cornelio vendidit ſep-

ſed pauperem volens manere, non invito aufert Camerarii officium.

tuaginta millibus aureorum : quos, ut ante memoravimus, ad augendas Chriſtianorum vires contra Turcas contulit. PER ANT. GABUT.

370 Sed inter hæc cum alter effluxiſſet annus, ex quo ſacræ militiæ Melitenſis Ordo, ſummis votis, pro eximia ſua in hunc Pontificem pietate, Cardinalem Alexandrinum Protectorem ſibi delegerat; Prioris in Urbe titulum ejuſdem Ordinis, ex obitu Bernardi Salviati Cardinalis tunc vacantem, cum annuis reditibus, qui tum erant circiter ſena aureorum millia, ipſi Alexandrino Pius aſſignavit, nonnullis annuis, ut mox dicemus, penſionibus reſervatis. Sed cum ejuſmodi collationem Joannes Valletta illius Ordinis Magiſter, cujus ante meminimus, ægerrime ferens per litteras ad Papam daras ea de re graviter expoſtulaſſet; perlectis litteris Pontifex, ſi res integra fuiſſet, ab ea ſe temperaturum indicavit. Quin etiam, ne quid in ejus viri vel Ordinis, quos ipſe valde diligeret, offenſionem feciſſe videretur, actum reſcidiſſet; niſi Joſephus Cambianus, tunc militiæ Melitenſis apud Sedem Apoſtolicam Orator, privatas & occultas Vallettæ querimonias publicas feciſſet, ejuſque ſecretas ad Pontificem litteras querelarum plenas temere per Urbem, immo per Orbem, evulgaſſet. Quæ res hominibus ſermonem dedit, & Pontificis exiſtimationem animumque graviter offendit : pleriſque, uti fit, ex fama potius, quam ex facto rem perperam judicantibus. Itaque Pius quidquid feciſſet, jure ſe feciſſe oſtendens, Cambianum, ut imprudentem rumoris auctorem, ab Urbe confeſtim juſſit abſcedere, eodem amplius non rediturum.

Eidem facto Ordinis Melitenſis Protectori, cum aliquas penſiones impoſuiſſet,

E

371 Ceterum non eſſe, cur Valletta aut quiſpiam alius, ſe ob id offenſum arbitraretur: nam ſi quid detrimenti in eum Ordinem inde recideret, id non injuria factum, immo plurimis & maximis in eum collatis beneficiis antea ſe cumulate compenſaviſſe; ipſius ſacræ militiæ privilegia, decretaque honorifica, quatenus per Tridentini Concilii ſanctiones licuiſſet, denuo ſe libenter comprobaſſe; & ad eam inſulam ac militiam variis communiendam præſidiis, ſartamque tectam conſervandam, ingentes, ut oſtendimus, ſumptus feciſſe. Ac licet pro ſumma ſua poteſtate poſſet vacantia beneficia cui liberet digno tribuere; tamen templo cœnobioque Boſſchenſi, de quo diximus, ab ſe extructo, ipſius Hoſpitalis Ordinis Præceptoriam S. Joannis, cui ab Urba vicino torrente nomen eſt, à Boſcho parum diſtante, cum attribuere cuperet, ac pro ea amplum, quod Apoſtolica Sedes in Siciliæ diœceſi Mazarienſi habebat ſacerdotium, Abbatiæ nomine ſub titulo S. Mariæ Jumarum, in commutationem ipſi Ordini tradere deſignaſſet; id ſe pro ſua modeſtia, ne quemquam offenderet, facere noluiſſe: niſi prius conſultis ac ſumma voluntate conſentientibus cunctis ſacris illis Militibus Italici nominis, atque adeo totius conſilii Melitenſis. Neque vero hæc ſe exprobrandi, ſed approbandi cauſa commemorare.

oſtendit ordinem ea de re queri non debere,

F

372 Ceterum ſuper ipſius Prioratus fructibus tres penſiones duorum millium aureorum annuûm Pius impoſuit : unam quingentorum, Joannii Paulo Eccleſiæ, civi Derthonenſi juriſconſulto clariſſimo, quem ipſe ex Regio Senatu Mediolanenſi, ob ſingularem ejus integritatem & juriſprudentiam in ampliſſimum Cardinalium ordinem legit; alteram pariter quingentorum, ut diximus, ipſi Paulo Giſſerio; tertiam vero aureorum mille, Philippo, Sebaſtiano, Antonio, Michaeli, & Joanni, bonæ indolis adoleſcentibus, conſanguineis ſuis, Paganini Giſſerii Boſchenſis legitimis ac naturalibus filiis, ſingulis ducentenos aſſignavit. Quibus præterea fratribus ut tenuitatem ſuſtentarent ſuam, Romanæ curiæ officia,

eaſque applicat alendis nepotibus ſuis.

PER ANTIGABUT. unde ſinguli centenos aureos haberent annuos, elargitus eſt: eoſdemque primum in Urbe in Germanico collegio optimis diſciplinis ac moribus inſtitui; deinde Philippum natu majorem Giſleria villa, ex qua, ut dictum eſt, Paulus exciderat, donatum, in Patavino gymnaſio apud Nicolaum Ormanetum, quem ipſe ejus civitatis Epiſcopum conſtituerat, juri civili operam dare curavit. Sebaſtianus vero, ſub Sixto V multis in Eccleſiaſtica ditione Præfecturis honorifice adminiſtratis, ſub Clemente VIII variis in locis Apoſtolici Vicarii officio cum laude perfunctus, propinquitatis jure una cum fratribus ſuis in Ticinenſis Giſleriorum collegii, à Pio, ut retulimus, fundati juſpatronatus, & in alia fideicommiſſi Giſleriæ familiæ ab ipſo inſtituti jura ſucceſſit: ab eodemque Clemente Strongolenſium in Calabria factus Epiſcopus, præclaras Pii virtutes æmulari conatur.

373 Privatum porro & humilem ſtatum Pius in ſuis adamavit. Satis conſtat principem virum, titulis & opibus illuſtrem, ut affinitatem cum Pontifice contraheret, miſiſſe qui filiam ſuam cum ſumma dote Hieronymo Bonello, Cardinalis fratri, uxorem offerret. Cui Pius, magnam ſe illi gratiam habere: verumtamen nec Ducis, nec Marchionis, nec alios illuſtres titulos velle ſe in gentem ſuam inducere, quibus ea numquam antea claruiſſet. Huic ergo non feminam principem (ſicuti nec aliis ſuis) aut ampliſſimis præditam divitiis, ſed tenuem Hieronymi Ruſticucii, nobilis civis Fanenſis, de quo diximus, nondum Cardinalis, qui ſibi erat ab epiſtolis, ſororis filiam, nomine Diamantem, uxorem dedit. Hanc vero ſingulari Chriſtianæ moderationis exemplo, non frequenti Procerum comitatu, non ſplendidis vehiculis aut ullo denique magnifico apparatu, ſed humiliter & privatim clitellario mulo in ciſtis è Piceno Romam deduci voluit, in Urbeque ſubmiſſe & modeſte eam haberi. Inter hæc Emanueli Philiberto, Allobrogum Duci, per Vincentium Parpaleam S. Solutoris Abbatem, Pio ſuggerenti, ut liberalius pro dignitate cum propinquis ageret; reſpondit, ſi virtute cognati ſui præſtitiſſent, non defuturos, qui de illis bene mererentur. Prædictionem eventus comprobavit: nam Pio ex humanis erepto, Rex Catholicus Philippus, pro ſingulari ſua in hunc Pontificem pietate gratiſſimaque memoria, Hieronymum ipſum Caſſani in Inſubria Marchionem dixit; eumque in ditione Mediolanenſi divitiis & honoribus adauxit. Cardinali vero Alexandrino aureorum ſeptena millia annua, & abacum auro argentoque cælato inſtructum, qui duodecim aureorum millibus æſtimabatur & amplius, elargitus eſt, eumque deinceps aliis multis honoribus ac beneficiis ornavit. Michaëlem porro, ipſorum fratrem natu minorem, idem Dux Allobrogum, pro eximia ſua in ipſum Pontificem obſervantia, vectigalibus auxit: inque ſacram Annuntiatæ Virginis militiam adſcriptum ſubalpinæ Provinciæ Præceptorem declaravit. Paulo denique Giſlerio, poſt ab eo præſtitam in illa memorabili victoria navali contra Turcas ſtrenuam operam, Rex ipſe ſexcentos aureos nummos annuos tribuit.

quorum uni oblatas nuptias illuſtres recuſat:

addens ſi boni forent ab alio exaltandos,

374 Ceterum Pius, toto Pontificatus ſui tempore, nihil Hieronymo dedit, nihil Michaeli, præter annuam ſingulis quadringentorum aureorum penſionem; nihil Iſabellæ ipſorum ſorori, quæ deinde Pio vita functo, Cardinalis fratris ope, honeſtiore conditione nupſit Pomponio Torello Parmenſi, Comiti Montiſchirugoli Coëntiique, non minus virtutibus ac liberalibus diſciplinis quam generis nobilitate præcellenti. Puellis vero ſibi ex ſorore propinquis (quod ego ipſe publica auctoritate firmatis documentis teſtatum vidi) erogavit in dotem ſingulis mille aureos: quibus illæ ambæ à ſuis in matrimonium honeſtis viris pari conditione ſunt collocatæ. Non defuere & alii principes viri, qui aliquando ei ſubjicerent, dotes ejuſmodi & alia propinquis data ſubſidia, tenuiora videri quam talis tantique Principis cognatos deceret; poſſeque largiore manu cum illis agi. Quibus ille, Quin etiam, inquit, de his modicis, an ſalva conſcientia dederimus, ſæpe nobis venit in mentem dubitare: hæc enim bona ſunt Eccleſiæ, in ejus tantum ſacros uſus, non ad luxum aut ad ditandos propinquos à ſanctis legibus deſtinata. Cumque vir primarius ejus animum laudaret de conſanguineis modice juvandis, idque maximam bonis omnibus afferre conſolationem diceret, precareturque Deum, ut eam illi mentem quamdiu viveret conſervaret; grato animo id Pius accepit: adjecitque ſe ad ſummum Pontificatum à Deo vocatum fuiſſe, ut Eccleſiæ ſuæ, non ut conſanguineorum aut commodis inſerviret aut cupiditati. Præclara ſane vox, atque ut tanto prorſus digna Pontifice, ſic in omnes ætates poſteris illi ſuccedentibus ad exemplum valde memorabilis.

idque non ſine ſcrupulo.

quod & ſactum ſingulis Pio mortuo,

quis præter modicam ſuſtentationem nihil eis dederat,

375 Dicere vero Pius ſolebat interdum, alios probe regere cupienti neceſſarium eſſe, ſe ipſum in primis domumque ſuam bene moderari: ſecus illi nequaquam obtemperatum iri. Hominibus enim ſuapte natura liberis ita comparatum eſſe, ut alter alteri minus libenter obediant, quam legibus quas à primariis ac principibus viris ſervari viderent. Itaque exemplo ſuo ac ſolicitudine pervigili optimæ diſciplinæ formam in familiam ſuam induci curavit, exiſtimans illud Apoſtoli in ſe maxime convenire, dicentis, Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Videbat enim, tametſi erat à Deo ſibi totius Eccleſiæ moderatio commiſſa, ſingularem tamen domeſticorum ſuorum procurationem eo magis ad ſe pertinere, quo certius ad exemplum ſuorum familiarium reliquas Eccleſiaſticorum familias, non per Urbem ſolum, ſed per orbem etiam terrarum componendas eſſe intelligebat. Quare Pontificatus initio, iis penes quos erat cura rerum domeſticarum edixit, ſibi eſſe in animo, non habere apud ſe niſi homines ſpectatæ integritatis; velleque ut Pontificis domeſtica diſciplina Cardinalibus documento eſſet, atque inde rerum ordinandarum ſumeretur exordium. Porro autem familiares ſuos omnes convenire juſſos gravi concione excepit: in qua æternæ felicitatis ſcopo ob oculos poſito, Dei & Eccleſiæ ſanctæ præcepta, ſi rite conſervarentur, rectam viam eſſe docuit ad felicem illum finem conſequendum. Dein eos ad illorum perfectam cuſtodiam exhortans, quædam rerum capita præcepit ab omnibus, qui domui ſuæ futuri eſſent, accurate ſervari. In iis, ut unus quiſque nomen ſuum, & quibus initiatus eſſet Ordinibus, quæque poſſideret ſacerdotia, declararet. Hæc omnia ſcire ſe velle, quo ſibi ipſe ſatisfaceret: quod eo pertinere videbatur, ne quis beneficia plura quam jure poſſet obtineret, neque ab Eccleſiis, quæ reſidentes Præfectos exigerent, abeſſe ulli permitterentur: cum etiam, ut ſi qua conferenda erant beneficia, cui conferri oporteret, intelligeret.

CAP. XV

A familia recte inſtituenda exorſus Pontificatum,

1 Tim. 3

eamque Cardinalibus volens eſſe exemplo,

quædam univerſim obſervanda præcipit.

376 Statuit præterea, ut domeſtici Sacerdotes omnes, etiam ſi nullo beneficio Eccleſiaſtico eſſent obſtricti, ter ſaltem in hebdomada divina myſteria celebrarent; ne publicæ utilitati cæleſte ſancti ſacrificii beneficium ſubtraherent. Ceteri vero, præſertim Diaconi aut Subdiaconi, ſaltem quinto decimo quoque die ſacroſanctam Euchariſtiæ menſam frequentarent: ut hoc ſalutari cibo recreati, majores ſumerent vires ad ſuperandos hoſtes animarum. Atque ut exterior cultus habituſque corporis bonæ mentis

circa uſum ſacramentorum,

A mentis teſtimonio eſſet, edixit, ut quotquot in aliquo ſacro ordine eſſent conſtituti aut Eccleſiaſticos perciperent fructus, Clericorum habitum induerent (quod ut in ſuis familiis facerent, monuerat etiam Cardinales) atque tonſura capitis & talaribus indumentis à laicorum cultu ſecernerentur. Veſtes vero ex lana tantum ſimplici confici, nec ex holoſerico interius exteriuſve in familiæ ſuæ ornatu quidquam tolerari voluit: ſeculares vero penulas & galeros, præterquam ad arcendam pluviam, omnino interdixit. Ex ſubuculis lineis plicaturas, quæ foris ornatus cauſa prominebant amputari, & turgida femoralia abjici, ſimpliciaque tibialia geſtari mandavit. Et quoniam innumerabilia vitia ex otii radice provenire, & bonam aulicorum partem graviſſima cum jactura temporis otio abundare non ignorabat; ſtatuit ut omnes intereſſent ſacræ lectioni, quam ter in hebdomada in Apoſtolico Palatio haberi volebat. Sacros præterea libros, ad pietatem animos informantes, illis ſuppeditabat; ut iis legendis tempus honeſta occupatione tranſigerent: admonens, ut de auditis lectiſve rebus identidem conferrent: aut alioqui ingenuis & Chriſtianis viris digna ſermonum argumenta inter ſe proponerent. Otioſa colloB quia, & parum pudicos ſermones, & omnem denique vel minimam peccandi occaſionem ab aula ſacra prorſus exterminatam eſſe voluit.

veſtitus mediocritatem,

ſacram lectionem,

377 Adhortatus præterea eos eſt, ut in omnibus actionibus ſeſe non ſeculares, leves aut vanos, ſed pios, prudentes, & vere religioſos exhiberent: ac domi foriſque cum honeſtis & gravibus tantum viris commercium haberent. Quod ut perfectius efficeretur, Nicolao Ormanetto, cujus opera ad rem eccleſiaſticam, uti memoravimus, reſtituendam utebatur, injunxit, ut & notare eos qui ſecus facerent, & admonere, & caſtigare, & expellere contumaces poſſet: ipſumque ab eo die aulæ ſuæ Præpoſitum in hujuſmodi rebus ſpiritualibus conſtituit, cavitque ut illi omnes notarentur, qui ab altera noctis hora vel è ſacro prodirent Palatio, vel id etiam inirent; eamque notationem ipſe aliquamdiu videre quotidie voluit. Eos vero ſumptus, quos ad dignitatis ſuæ ſplendorem Pontifices facere conſueverant, imminui juſſit, tenuique ſumma concludi: id ſe facere profeſſus, ut ſibi ſuppeteret, unde publicam Eccleſiæ tenuitatem liberalius poſſet ſuſtentare. Quocirca famulorum numerum diminuit: quos autem ab C ſe dimiſit, iis certam pecuniæ ſummam dono dedit: quos vero retinuit, duplici ſtipendio auctos eſſe voluit: né videlicet unquam beneficiorum vel penſionum facultatibus inhiarent. Poſtquam autem ordinationum harum cauſas commemoravit, adjecit, ad officium ſuum pertinere, domeſticos omnes recta via ad ſuum finem deducere. Quamquam enim Princeps ſum, inquit, antiquius tamen Paſtoris & dignius, quam Principis officium eſſe agnoſco. Præfecto deinde cuſtodiæ corporis ſui præcepit, ut ex iis quæ audierat ea à militibus ſuis præſtari curaret, quæ eorum ferre conditio poſſet; eoſque cogeret tranquille ac ſine inſolentia vivere; caveretque ante omnia, ne hæ leges ulla perſonarum acceptione violarentur. Poſtremo nihil in ſuorum moribus, habitu, colloquiis, ac tota denique vivendi ratione vitioſum, & quod pravi eſſet exempli, toleravit: nihilque prætermiſit, quod ad optimi Principis ſanctiſſimique Pontificis familiam recte inſtituendam pertineret.

morum gravitatem ſub Præpoſito Ormanetto.

numerum famulorum minuit, & retentis ſtipendium duplicat;

378 Hæc quidem, & id genus alia quamplurima de Pontifice, non minus re quam nomine Pio, vera narrantur: ſed ſingula perſequi, neceſſe non videtur. Solum ad præclaras tanti viri actiones, mores virtuteſque ad gloriam & mortalium utilitatem cognoſcendas, hæc pauca commemoraſſe forte fuerit ſatis: ut nemo non videat, talem omnino ſe Pium præſtitiſſe, ut illius vita imaginem quamdam referat priſcorum illorum Pontificum, quorum ſanctimoniam actioneſque divinas in primis veneramur: & qualem informat Apoſtolus, irreprehenſibilem, ſobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, doctorem, modeſtum, domui ſuæ bene præpoſitum; talem denique, qualem Romanum Pontificem ad Eugenium S. Bernardus deſcribit his verbis; Formam juſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplar, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, doctorem gentium, Chriſtianorum ducem, amicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, Cleri ordinatorem, paſtorem plebium, magiſtrum inſipientium, refugium oppreſſorum, pauperum advocatum, miſerorum ſpem, tutorem pupillorum, judicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, ultorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum pariter & hæreticorum, Regum patrem, legum moderatorum, canonum diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, Sacerdotem Altiſſimi, Vicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremo Deum Pharaonis.

PER ANT, GABUT

1 Tim. 3

& S. Bernardo deſcriptus.

E

CAPUT VII.

Sanctitas vitæ, etiam miraculis confirmata.

CAP. XVI

379 INter hæc demum ornamenta Pontificis, illud etiam ſplendeſcit in Pio, quod Apoſtolus commendans: Oportet illum, inquit, & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt. Nam quemadmodum ſol ſplendore ſuo, etiam qui lucem oderunt, velint nolint, ſæpe colluſtrat, ita Pontificis hujus virtutis lumen clariſſimum ſic omnium incurrebat in oculos, ut vel cæci ſanctæ Romanæ Eccleſiæ hoſtes de illo honorifice loqui cogerentur. Id quod Eliſabetha Anglorum, quæ ſe vocabat, Regina fecit; & Admiralius Colignius in Gallia ſæpius, cum aliis Hugonotis: atque in Germania primarii quidam hæretici dictitabant, dæmonem, ut falleret Papiſtas (ſic enim Catholicos appellant) eis optimum ac vitæ ſanctitate præſtantem dediſſe Pontificem, ut in ſua de religione ſententia pertinacius obfirmarent animos. Idem porro fecit Ioanna Regina Navarræ, quæ in longo, quem illa de Pio ſermonem habuit, in cauſa feminæ Principis Rothomagenſis ad ſacrum Romanæ Rotæ tribunal delata, ipſum eſſe virum F ſumma virtute & ſanctitate præditum, aſſeveravit.

1 Tim. 3

Laudatur à peſſimis hæreticis,

380 In eum autem obloquentium ora Deus retundebat. Et ſane in quodam juriſconſulto, cui nomen Writo, qui Pii famam & veram Catholicamque religionem prave oderat, ultionis divinæ claruit exemplum: is enim Oxonii, quod eſt oppidum in Anglia, cum in ſuggeſtum verba facturus conſcendiſſet; adverſus Pontificem Pium, in ejuſque auctoritatem petulanter oblocutus, explicanſque ſeu verius implicans illa B. Pauli verba; Chriſtus in ædificationem Eccleſiæ quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores: de ſuo ſubjecit hæreticus, Nulla hic Papæ fit mentio. Verum ſub finem ſermonis prope mutus effectus, ac ſubito correptus morbo domumque delatus, octavo poſt die miſer interiit. Ejuſdem Anglorum, quam diximus, Reginæ apud Philippum Regem Catholicum procurator, cum adverſus Pium pro Condenſi Principe loqui non dubitaſſet; ab ipſo Rege fuit expulſus, longeque ab aula relegatus, donec alium ejus in locum Regina ſufficeret: quæ proinde ex illis adminiſtri ſui in Pontificem verbis haud mediocrem ſe moleſtiam accepiſſe

Epheſ. 4

Et obloquens divinitus morte punitur:

Vere Pontifex à S. Paulo Apoſt.

PER ANT. GABUT. accepiſſe renuntiavit. Quæ cum ita ſint, vel ex his, arque adeo ex totô Pontificis hujus vitæ curſu diſcant, quæſo, Catholici nominis hoſtes, non amplius Romanos Antiſtites eiſque obedientes peſſime vel odiſſe, vel maledictis etiam inceſſere: ſed potius quam debent illis obedientiam ac venerationem præſtandam eſſe intelligant & confiteantur; cum principes ſuos vel invitos de Pio honorifice locutos eſſe perſpiciant.

CAP. XVII 381 Ad ea poſtremo, quæ multa paſſim de Pii ſanctimonia, divinaque in eo collucente virtute narravimus, accedunt alia quædam, eaque nec obſcura ejuſdem rei teſtimonia: quæ quoniam auctores boni litteris mandavere, ea nobis hoc loco viſum eſt ſilentio non præterire. Et ſane cæleſtis quædam in eo vis ad nefarios ſpiritus ex humanis corporibus expellendos in primis enituit, ſingulis habendis ſupplicationibus, de quibus ante commemoravimus, ad divinam opem Cæſari contra Turcas implorandam. Primæ namque ſupplicationi cum à malo dæmone obſeſſa mulier interveniſſet, magnoſque & horrificos clamores edere cœpiſſet; ad Pontificem adducta eſt. Hanc ille ſancta Cruce ter pie ſignavit: mox quæ à pluribus teneri non poterat, velut exanimis in terram concidit: nec rumore ſolum, ſed re vera compertum eſt, eamdem ſubinde prorſus convaluiſſe. Quæ res cum diu latere non poſſet, propterea ad alteram ſupplicationem tres aliæ malo ſpiritu correptæ fœminæ perductæ ſunt: quas cum eodem ſalutari ſigno iterum & tertio Pius conſignaſſet, ſingulæ ſanitati ſunt reſtitutæ. Harum unam non prorſus ignobilem fuiſſe narrant: ac licet à diverſis ſæpius curatam exorciſtis, nihilo tamen melius, niſi poſt Sancti Pontificis operam, habere potuiſſe. In eadem ſecunda ſupplicatione aliud etiam admiratione dignum accidit. Mulier quædam magnis clamoribus petebat, ut Pontifex opem ferret. Hanc ille juſſit coram ſe ſiſti, quod eam judicium in adverſarium poſtulaturam eſſe exiſtimaret: at illa de perpetuo ſui capitis dolore conqueri, quo multis jam annis laboraſſet; ac præſens ab eo remedium poſtulare. Hic ſubriſit Pontifex, ſingularem mulierculæ ſimplicitatem inſpiciens; neque tamen recuſavit, quo minus ejus capiti ſtolam ſibi de collo pendentem imponeret, mulieremque ſigno Crucis affi eret: mox compertum eſt, ægrotam illam ad priſtinam ſanitatem rediiſſe.

liberantur ab eo ſigno Crucis energumenæ quatuor,

dolorem capitis patiens,

C 382 Nec multo aliter in tertia proceſſione uſu venit: nam quædam alia à dæmone vexata mulier, Pontifice templum ineunte, horribili omnia ſtrepitu complevit. Tum Pontifex paululum conſiſtens, eodem ſigno miſeram inſignivit. At in ea liberanda plus negotii, quam in reliquis fuit: injecit ejus capiti ſtolam, ac dæmonem juſſit abſcedere, ejuſque digreſſus certam ſignificationem dare. Saliit tum femina, impellente ſic dæmone: qui ad extremum levi flatu facem extinxit, ut diſceſſus ejus extaret teſtimonium: tum illa in terram corruit, ut mortuæ potius quam vivæ ſpeciem haberet. Rediit porro non multo poſt ad reſpirationem, ſeque hoſpite peſſimo liberatam eſſe cognovit. Ad hæc vero accedit aliud ejuſdem generis argumentum. Cum aliquando prope Lateranenſem baſilicam locum religioſiſſimum, Sancta Sanctorum appellatum, inviſeret; rogatus à feminis primariis, ut energumenæ cuidam benediceret; annuit, ſubſtitirque. Cum vero illa exclamaret vehementius, ac ne accederet ad Pontificem ſumma vi niteretur atque reſiſteret, aliquot è Pontificia familia, ne diutius Pontifex detineretur, raptam ad ejus pedum oſcula pertraxerunt: quam Pius cum ſalutari ſigno conſignaſſet, illa velut exanimis concidit: ac paulo poſt, diſcedente Pontifice, ſurrexit incolumis.

aliæ energumenæ duæ,

D

383 Sed non Romæ ſolum, verum & alibi quoque, præſertim in Hiſpania, ubi hujus Pontificis memoria præcipua quadam veneratione colitur, ſanctitatis ejus ſigna plura edita memorantur; ex his nonnulla, quæ à certis ac probatis auctoribus accepimus, hoc loco ſincera fide referemus. Palentiæ in Hiſpania, Dominicani Ordinis cœnobita, veteri gravique in ſecretioribus partibus morbo implicitus, neceſſaria naturæ officia exequi vix poterat, magnoque oppreſſus dolore morti vicinus credebatur. Humanis, quibus nihil levabatur, remediis omiſſis, ad divina confugit. Increbreſcente ergo per eos dies ſanctitatis fama Pii V, nec ita pridem vita functi, coram ejus imagine, quam Franciſcus Reinoſus, cujus ante meminimus, Cordubenſis Epiſcopus, ab Urbe in Hiſpaniam deferri curaverat, in ipſo doloris æſtu ſupplex procubuit: eamdemque imaginem ſingulari pietate arcte complexus, hunc in modum ſibi divinam opem imploravit: Vir Dei ſanctiſſime, ſicuti ego te beata Dei præſentia in cæleſti ſede frui non ambigo, teque Sanctorum ejus cœtui jam in cælis conſociatum eſſe firmiter credo; ita me tua apud Deum, quæſo, juvet interceſſio; ut per te omnino convaleſcam. Hæc vixdum precari deſierat, cum ecce ſe voti compotem factum eſſe perſpexit. Itaque ab omni dolore & morbi impedimento liber ſtatim effectus, nihil ſe talis moleſtiæ deinceps jam per annos multos (ad eum videlicet uſque diem, quo hæc teſtabatur) ſenſiſſe, & huic ſancto Pontifici quotidie ſuppliciter ſe devoventem, magna per eum à Deo beneficia impetraviſſe, lætus profitebatur. Hæc omnia ipſemet, qui talia paſſus divinitus ſanatus eſt, tamquam certiſſima veritatis divinæque virtutis teſtimonia narrabat Antonio à Fonte Majore, probatæ fidei viro, qui hæc ſe Palentiæ diligenter ab eo & inveſtigaſſe, & audiviſſe, & vidiſſe litteris prodidit. In Hiſpania quoque (ſubjicit idem Antonius; licet in his locum, tempus, nominaque perſonarum, & alia factum clarius teſtantia momenta rerum nec ille prodat, & ego perveſtigans reſcire nondum potui) Franciſcanus quidam, à dæmonio diu male vexatus, cum nullis exorciſtarum remediis ſanari poſſet; ſacris illis adminiſtris Pii V, dum (uti fit veriſimile) adhuc eſſet in humanis, ſanctimoniæ opinione ductis energumenum ad Pontificem, ut ab eo curaretur, Romam perducturos ſe comminantibus, edito Pii nomine (quaſi alter eſſet Antonius ille ſanctiſſimus, de quo ſimilia narrantur) mirabile dictu, protinus erumpente dæmone, evaſit in columis.

Dominicanus ab acerbo cruciatu coram ejus imagine ſanatur,

Franciſcanus Pii nomine à dæmone liberatur

E

384 Proinde anno ſalutis humanæ MDLXXXII, Nonis Februarii, Valentiæ in Hiſpania, Gulielmo Raimundo, nobili viro & egregia in Deum & in Sanctos ejus pietate, paulo antequam excederet è vivis, Sanctorum Dominicani Ordinis & aliorum, quos ipſe in omni vita ſingulari religione coluerat, chorus affuit lætiſſimus. In iis vero beatiſſima virgo, Dei Mater, S. Dominicus, S. Vincentius, Pius V, & alii nonnulli ſancti Romani Pontifices, & B. Ludovicus Bertrandus (quem ipſe Gulielmus viventem apprime venerabatur, atque ab eo moriente nec ita multo ante fidem acceperat, pollicente, ſe poſt obitum ſuum ipſius bene memorem futurum) qui omnes lectulo ejus circumfuſi, Litanias pro eo recitantes ſeque ipſi mutuis invocationibus ſingillatim cum aliis Sanctis pie compellantes, pro eo precabantur. Hæc omnia ut viderat, coram multis gravibus utriuſque ſexus hominibus referre juſſus ægrotus, adjiciebat: Pium Quintum in ea viſitatione magno ipſi beneficio fuiſſe. Subinde rogans Hieronymam

qui & cum aliis Sanctis apparet moribundo,

F

A mam Vivem affinem ſuam, ut quoties Dominicanorum ædem adiret, maximas Pio V gratias ageret: ei namque ſe plurimum debere. Hæc porro verane eſſent, an dæmonum ludificationes, ſeu phrænetica ſpectra, iis qui aderant addubitantibus, variiſque modis, ut aſſolet, rem iterum ac ſæpius rite explorare nitentibus; cum ille ſacra quædam verba pronuntiaſſet, remque ita ſe habere ut enarraverat, identidem affirmaſſet; demum, Sat, inquit, ſat explorata res eſt, nec pluribus opus eſt teſtimoniis. Ad extremum poſt multa indagandæ veritatis perite facta pericula, rogantibus an Sanctorum ille chorus diſceſſiſſet; reſpondit, non deceſſiſſe: ſed urgere, ut ipſe una cum illis quam primum in cælum emigraret. Quæ omnia mox in commentarios publice relata fuiſſe perhibentur: ac præter ceteros, qui aderant, Hieronymus Garzia, nobilis doctor phyſicus, in his omnibus ægrotum illum mentis compotem, ſanoque judicio præditum fuiſſe, locuples teſtis aſſeverabat. Quod autem ille à Pio V ſe beneficium accepiſſe dicebat, inde fortaſſe proveniſſe exiſtimatur: quod pietatis cauſa capiti ſuo ipſius Pontificis pileolum non ita pridem impoſuiſſet, quo pileolo Cardinalis Alexandrinus, Hiſpanienſi legatione

pileolo ejus pie uſo.

B fungens, Valentiæ donaverat fratrem Vincentium Juſtinianum Antiſtium, Prædicatorum Ordinis gravem Theologum: eum ipſum, qui ejuſdem beati Ludovici Bertrandi ſocii ſui vitam conſcripſit: in qua hæc omnia, quæ breviter de ipſa viſione retulimus, fuſius enarrantur.

CAP. XVIII 385 Sed Agabræ, quod oppidum eſt in Hiſpania haud longe à Corduba, domeſtico in ſacello clariſſimi viri Antonii Cardonæ & Cordubæ, Ducis Seſſæ, res contigit ad Pii ſanctitatem indicandam valde memorabilis. Nitebat idem ſacellum pulchris aulæis, ac variis qua inſignium Sanctorum qua Romanorum Pontificum tabulis, in tela affabre pictis, undique ornatum pieque inſtructum. Inter alia vero Pii V, quem Dux ipſe, una cum religioſiſſima femina Joanna Aragonia conjuge ſua mirifice colebat, binæ pendebant imagines: altera in tela ad altare; ex charta vero altera ad ſacelli januam appenſa. Accidit quodam die, qui dies ſancto Apoſtolo Thomæ ſacer erat, anno MDLXXXVI, ut ſacro-ſancto Miſſæ ſacrificio, precibuſque rite peractis, extinctis luminibus & univerſis qui aderant egreſſis, ſacellum de more clauſum intus totum conflagrarit: modica videlicet ſcintilla, ut conjectura eſt, ex ardentibus cereis

duæ imagines ejus

C occulte decidente incendiumque ſenſim excitante. Quod cum poſtera die tantum compertum eſſet, re audita, conjuges Principes ad locum comite familia properant: incendii fœditatem dolentes intuentur. Sed illico dolorem vicit admiratio: dum enim & aulæa, & ſigna cuncta, & altaris ornamenta, denique omnia quæ cremari potuerant, igne vel abſumpta vel deformata mœrentes inſpiciunt; ecce ipſas Pii V ambas imagines, mirabile dictu, in mediis flammis non modo non exuſtas, ſed ne minimum quidem læſas demirantur: idque non niſi divina virtute fieri potuiſſe, omnes edicunt. Auxit admirationem intuentibus, vim incendii tantam fuiſſe, ut fornicati lacelli cruſta undique diffracta, geminis amplioris formæ argenteis imaginibus & aliis quæ pariter ex argento erant conflatis, ſacro altaris lapide in pumicem redacto, Pii tamen imagines ſpectare eſſet, alteram quidem, qua ipſa contingebat alterius Pontificis effigiem cum lignea coronice combuſta, ſuper tapete quo altaris ſubſellia ſternebantur cecidiſſe, ibique prorſus illæſam jacere; ipſumque tapete undique ardens concremari cœpiſſe, ſed qua Pii obtegebatur figura nihil offenſum: alteram vero ex charta, periſtromatis & ceteris quibus cingebatur ſignis,

ab incendio omnia consumente illæſa permanent.

ut diximus, exuſtis, loco ſuo integram fumoque tantum leviter offuſcatam remanſiſſe. PER ANT. GABUT.

386 Hanc deinde ſacræ Virgines Dominicani Ordinis, in cœnobio cui à Sancta Maria Dei Matre cognomen eſt, in Hiſpaniæ oppido Vaëna, pro ſua in hunc Pontificem pietate precibus obtentam, ſingulari religione conſervant. Alteram vero ligneis ſuis ut erat inſtructam ornamentis, prorſus immaculatam; tapeteque ipſum, ambuſtum ac refectum, iidem Duces nobis Romæ, dum hæc ſcriberemus, oſtenderunt: remque omnem, quam, ut ipſimet locupletiſſimi & oculati teſtes nobis retulerunt, explicatam eis recognoſcendam tradidimus; ſuo rurſus teſtimonio comprobarunt anno MDCIII. Quo tempore Dux idem, non minus religione quam generis nobilitate inſignis, apud Summum Pontificem Clementem Octavum pro Rege Catholico Philippo III Orator in Urbe reſidebat. Imaginem porro illam tapeteque, uti perpetua tanti Pontificis tam admirabiliſque caſus monumenta, apud ſe, ut vidimus, mirifica pietate retinere, & quocumque locorum iverint veluti divina ſalutis præſidia ſecum deferre, Duces ipſi piè profitentur. Ceterum nullas, quod ſciam, niſi Sanctorum imagines, hoc vel ſimili modo ex incendiis quandoque divina virtute ſervari conſueviſſe, tum alia teſtantur exempla, tum in primis duo, quæ ſuperioribus annis accidiſſe conſtat, Romæ unum, alterum Neapoli: ubi (ut de hoc prius) cum in æde S. Catharinæ de Formello nuncupata, anno ſalutis MDLXXXVII, nocte feſti S. Barnabæ Apoſtoli, lapſo igne eccleſiaſtica ſupellex deflagraſſet, inter aliaque pallium ex albo ſerico totum exarſiſſet; S. Catharinæ Senenſis effigies, in eo medio depicta, prorſus illæſa remanſit, Neapolitana civitate obſtupeſcente. Romæ vero, in templo S. Salvatoris ad Laurum, menſe Septembri anni MDXCI orto incendio, ſanctiſſimæ Virginis Dei Matris imaginem in tela pictam, rebus omnibus circumfuſis, ſæviente undique igne, pariter exuſtis, integram & immaculatam divinitus conſervatam fuiſſe vidimus: tantique, miraculi ſumma cum admiratione teſtis eſt populus Romanus, ejuſdem beatiſſimæ Deiparæ Virginis cultor ſingularis. Hæc videlicet & id genus alia divinæ potentiæ ſuæ miracula, tum ad noſtram firmandam fidem, tum ad Sanctorum ſuorum ſanctitatem magis illuſtrandam, tum denique ad impiorum iconomachorum arguendam perfidiam, interdum edere conſuevit ille ſummus rerum opifex ac moderator Deus; qui ut mirabilis eſt in Sanctis ſuis, ita ſemper & ubique laudabilis.

quantum una apud Dominicanas Vaënæ in honore eſt,

alteram Romæ Scriptor vidit.

Deo Sanctos hac ratione in ſuis imaginibus honorante.

387 Hæc habui quæ de Pio V, Summo Pontifice, ex variis ac probatis auctoribus locupletibuſque teſtibus, ex Apoſtolicis ejus conſtitutionibus & epiſtolis, ex Legatorum & Internuntiorum inſtitutionibus ac rebus geſtis, atque ex aliis ſpectatæ auctoritatis monumentis, bona fide magnoque labore ac ſtudio collecta, poſteris ad imitandum & ad publicam utilitatem litteris proderem. Ex epiſtolis vero ad ſacrorum Antiſtites, ad Reges, & ad alios Principes viros ab eo datis, & reſponſis acceptis (quas ex Romanæ Eccleſiæ tabulariis depromptas inſpexi, & ex primariis exemplaribus deſcriptas accepi, publicaque fide munitas penes me teneo) ad finem, ut ante ſum pollicitus, pleraſq; luculentiores & quæ publicę rei utiliores fore viderentur, tãquam rerũ memoratarum teſtes edendas ſelegeram. Sed cũ, ne opus in aliud fere volumen excreſceret; tum vero etiam magis, ne ſine aliis nobis repromiſſis ejuſdem Pontificis monumentis, quæ habere nondum potuimus, in lucem prodirent; eas vel ſeparatim, vel cũ altera hujus operis (quam, ſi vita ſupererit, forte curabimus) editione vulgandas, differre viſum eſt. Interim vero pium

F

Concluſio auctoris.

PER ANT. GABUT. lectorem rogatum velim, ut si quid animadversione dignum vel offenderit, vel habuerit quod ad opus hoc seu locupletandum, seu melius faciendum (neque enim omnia possumus omnes) pertinere judicaverit; id mihi, pro suo Christianæ caritatis officio, benigne suggerere non gravetur. Ut quod pro ingenii mei ac virium imbecillitate perfici non potuerit, id in altera, si unquam parabitur, editione, ad gloriam Dei & ad communem utilitatem aliena suppleatur industria.

ANALECTA

Ex Relatione Auditorum Rotæ, facta Vrbano VIII *anno* MDCXXIX.

Ad instantiam Conventus Boschensis,

1 CUm Pii Papæ V fama quotidie increbesceret, ejusque virtutum ac miraculorum rumor augeretur, Prior & Fratres conventus Boschensis ordinis Prædicatorum decreverunt à felicis recordationis Paulo Papa V petere, ut processus formaretur. Quare, de licentia Patris Generalis d. Ordinis Prædicatorum, R. P. Fr. Archangelum Caracciant, sacræ Theologiæ Magistum, d. Conventus Boschensis filium, Romam legarunt: qui à summo Pontifice Paulo V fel. record. cui supplicem libellum obtulerat, & famam sanctitatis Pii instanter denuntiaverat.... remissus ad Congregationem sacrorum Rituum, hoc ab eadem reseriptum accepit: Instantes utantur jure suo via ordinaria. Reverendissimus igitur Cardinalis Millinus, facto prius verbo cum eodem fel. record. Paulo V processum fieri jussit informativum, & testes in Curia auctoritate ordinaria examinari; ac propterea deputavit Petrum Mazziottum, Curiæ Cancellarium & secretarium, in Notarium: examinatique fuere in Curia ad sexaginta testes. Pari auctoritate, scilicet ordinaria, extra Curiam Bononiæ, Auximi, Fami, Urbini, Mediolani, Bergomi, Terdonæ & Madriti plures quoque testes examen subierunt.

datur facultas informationes sumendi,

tum commissio ad Processus Remissoriales,

2 His péractis & ad Curiam transmissis; atque ab eodem Reverendissimo Cardinale Millino, per sacram Congregationem deputato, diligenter inspectis factaque relatione, censuit Congregatio, si Sanctitati vestræ placeret, posse ad examinandos testes Apostolica auctoritate tuto deveniri. Obtenta ergo commissione à Sanctitate vestra signata, & sacræ Congregationi cui directa fuerat præsentata, deputati fuerunt ab eadem Congregatione Judices subdelegati, Reverendiss. D. Alphonsus Gonzaga, Archiepiscopus Rhodiensis (quo absente, subrogatus fuit Reverendiss. D. Montorius, Episcopus Neocastrensis) & Reverendiss. D. Sacratus, Episcopus Comaclensis; & Reverendiss. D. Mantica, Episcopus Famagustanus... Decretæ etiam fuerunt litteræ Remissoriales pro examinandis Testibus extra Curiam, expressis locis & civitatibus in quibus erant exequendæ: & vigore hujusmodi litterarum fabricati fuerunt auctoritate Apostolica processus Auximanus, Fanensis, Bononiensis, Terdonensis, Mediolanensis, Toletanus, Bergomensis & Urbinatensis. Productum pariter fuit instrumentum procuræ à Reverendiss. Patre Generali Ordinis Prædicatorum in persona P. Fr. Archangeli Caracciæ: qui produxit articulos per d. Congregationem admissos pro examinandis testibus, tam in Curia quam extra. Produxit etiam testes examinandos in Curia, qui solenni juramento susceptо examini se subjecerunt numero quadraginta tres... Unde cum constet de Apostolica Jurisdictione delegata & subdelegata.... de legitimo mandato comparentis... de relationibus & citationibus solennibus requisitis... de juramento testium.... ac demum pateat testes prius super interrogatoriis, deinde super articulis depositisse.... pronuntiamus processum hunc Romanum, Remissorialem & auctoritate Apostolica factum, rite ac recte fuisse fabricatum, esseque in forma probante..... Alterum vero processum, nempe informativum Romæ confectum auctoritate ordinaria per Petrum Mazziottum, in quo anno MDCXVI & MDCXVII examinati fuere plures testes, censuimus pariter esse admittendum & probationem facere... Et eo facilius in hanc ivimus sententiam, quia fere omnes testes, auctoritate ordinaria in processu Romano informativo examinati, fuerunt deinceps auctoritate Apostolica repetiti, & attestationes eorum, qui morte præoccupati reperi non potuere.

D

censentur Romani processus esse legitimi,

nec non alii octo alibi formati.

3 Quoad alios processus remissoriales, existimavimus de eorum validitate ac legalitate satis constare. Decretæ enim fuerunt à sacra Rituum Congregatione litteræ Remissoriales, deputatique fuerunt, Auximi Reverendiss. D. Cardinalis Ara-cæli, Episcopus Auximanus; & D. Decius Longus, Protonotarius & ejusdem Episcopi Vicarius; & D. Paulus Æmilius Gallus, olim Archipresbyter d. civitatis. Fani, Reverendiss. D. Card. Boncompagnus, Episcopus Fanensis; D. Cæsar Bracius, Vicarius Episcopalis; D. Cæsar Cararius, Archidiaconus Cathedralis Bononiæ; D. Euangelista Carbonesius, Vicarius Archiepiscopalis; D. Præpositus Metropolitanæ; & R. D. Angelus Michael, Canonicus Lateranensis, Abbas S. Joannis in monte Bononiæ. Terdonæ, Reverendiss. D. Episcopus Terdonensis, D. Vicarius ejusdem, & D. Archidiaconus Cathedralis. Mediolani, Reverendiss. D. Card. Borromæus, Archiepiscopus; D. Vicarius Episcopalis ejusdem, & D. Archipresbyter Metropolitanus. Madriti, Reverendiss. D. Nuntius Apostolicus, D. Archiepiscopus Tarantasiæ, & D. Episcopus Bisertinus. Bergomi, Reverendiss. D. Episcopus, D. Vicarius ejusdem, & Archipresbyter Cathedralis. Urbini Reverendiss. D. Card. Gipsius, Episcopus Ariminensis & Præses Status Urbini; D. Decanus, & D. Archidiaconus Metropolitanus.... Et ex inspectione ac revolutione cujuslibet processus deprehendimus... constare de omnium validitate & forma probante.....

E

iisdem accedunt auctores probatissimi de vita Pii.

4 Ceterum non pretermittendum hic censuimus, quod ad ostendendam Pii Papæ V sanctimoniam ac miracula, ultra processus supra examinatos, non modicam etiam corroborationem ad probationes ex processibus resultantes desumpsimus ex Historicorum monumentis & Chronicis; videlicet ex Surio in Commentariis rerum in orbe gestarum; Antonio Cicarella, in additionibus ad Platinam; Ciacconio, in Vitis Pontificum; Henrico Spondano, in auctorio ad Annales Baronii; Antonio à Fonte-majori, in Vita Pii V Hispano idiomate conscripta, aliisque Historicis: quibus fidem adhibendam communi Canonistarum & Legistarum consensu receptum est.... Nosque inter omnes historias potissimum recepimus eam Hieronymi Catenæ & Joannis Antonii Gabutii, qui ex professo vitam & res à Pio V præclare gestas memoriæ prodiderunt: & ex his, si non integram & concludentem probationem, urgentissimum saltem insurgere adminiculum superioribus probationibus judicavimus.... Hæcque quoad validitatem processuum & qualitatem probationum præmonuisse nobis visum fuit satis.

F

5 *Hæc & ad horum suæque sententiæ confirmationem alia plura Auditores Rotæ: qui deinde, explicata breviter vita Pii, ad virtutes ejus exponendas transeunt, agen-*

tes

A *tes ſigillatim de* excellentia fidei, de ſpe, de caritate, de prudentia, de juſtitia, de fortitudine, de temperantia, de aliis indiciis ſanctitatis; *quæ omnia & ex Gabutio ſatis facile colligi, & apud Bzovium jam collecta expenſaque videri poſſunt: quædam tamen quia Gabutio præterita, hic juvat excerpere. Tale eſt quod ad* I *articulum de fide, ad demonſtrandam Pii in ea promovenda diligentiam, tertio loco affertur, ipſum, Generalem Commiſſarium Inquiſitionis conſtitutum, in redeuntibus ad ſanam mentem clementer habendis operæ pretium tuliſſe.* Inter ceteros enim, *inquiunt Relatores*, Sixtum Senenſem, ex ordine Minorum, ob hæreſim ſæpius repetitam flammis damnatum, ad Catholicæ ſenſum religionis revocavit. Prævidenſque ſpiritu plane prophetico, ſua illum doctrina quamplurimis ſaluti futurum, apud Pontificem precibus contendit, ut mortis pœna abſolveretur. Ex quo deinde factum eſt, ut Sixtus Prædicatorum Ordinem ingreſſus, collocutionibus, concionibus, ſcriptis Eccleſiam illuſtraverit; eo præſertim operæ edito, cui Bibliothecæ ſanctæ nomen indidit, gratique animi pignus Pio V dicavit. Et in Epiſtola dedicatoria Sixtus id ipſum teſtatur: ſeque Pii beneficio ab inferis revocatum, ab errorum tenebris erutum, in filium ſancto Spiritu renatum adoptatumque fuiſſe profitetur: ex quibus dictis, tamquam circa factum proprium, ſufficiens reſultat probatio.

ex his probantur ejus virtutes eminentes:

qui & Sixti Senenſis converſionem prædixit,

B

6 *Articulus* 2 de ſpe *ſic concluditur.* Neque vero ſua illum de divino auxilio ſpes fefellit: quod ut alias ſæpe, ſic in eo quod narraturi ſumus egregio ſane facto animadverti potuit. Poſt preces, ante Chriſti crucifixi effigiem fuſas, conſueverat Pius Servatoris ſui pedes deoſculari. Cum ſemel hoc idem moliretur, ecce ſibi Chriſti imago ita pedes attraxit, ut illos oſculo contingere Dei ſervus non potuerit. Enim vero aliquod in ſe ſcelus admiſiſſe ratus, in lacrymas ſolutus veniam poſtulabat: cum à Deo tandem ſignificatum illi fuit, quod hoc contigerit, non ob culpam ab eo contractam, ſed ne venenum, quo pedes Crucifixi erant infecti, hauriret. Teſtati id teſtis VI & X in Proceſſu Romano de auditu ab intimo cubiculario Pii, Marco Antonio Florentio; & XXXI teſtis de auditu à Mattheo Ravario, ipſius Pii pincerna etiam familiari.

venenum in pedibus Crucifixi paratum miraculoſe evaſit,

7 *In articulo* de Temperantia, *ad confirmanda teſtimonia, aſſerentia perpetuam Pii virginitatem*, præcipue *appenditur ex Proceſſu Romano ordinario depoſitio* D. Ludovici Montiali, chirurgi Papæ, teſtis XXIV, qui corpus Pii exenteraverit; & teſtis XXIII, qui præſens fuit. Affirmant enim ambo iſti, quæ generationi deſerviunt corporis partes, ea integritate in Pio repertas fuiſſe, ut infantis munditiam & puritatem referrent. Quæ verendorum integritas certius, quod haberi poſſit, integritatis eſt ſignum; ut latius declarando egregie ſcripſit Hieronymus Mercurialis lib. 6 variarum Lectionum cap. 23 & Capivaccius in Practica lib. 4 cap. de virginitate; ubi aſſerit, perdifficile eſſe in viro virginitatem alio modo probare... Et ſumpta virginitatis nota, quamvis omnino certa atque neceſſario concludens non ſit, ſufficienter tamen probari viſa eſt; junctis præſertim cum aſſertionibus Confeſſariorum & teſtium, innocentia vitæ Pii... innato quodam odio ipſius in vitia carnis... præcipuo ſtudio in corporis munditia & eximio pudore, ſobrietate inſigni quæ comes virginitatis eſt & præſidium... frequenti Euchariſtiæ ſumptione... publica voce & fama.... quodque præcipuo Dei conſilio factum cenſeri poteſt, ne Pius à ceteris diſſideret familiæ Dominicanæ alumnis, quos omnes, quotquot in Sanctorum Album relati ſunt, virgines dedit & edu-

virgo fuit à medicis comprobatus,

C

cavit, ſcilicet Dominicum, Raymundum, Petrum Martyrem, Thomam Aquinatem, Antonium, Vincentium, Hjacynthum, Catharinam Senenſem, & alios: qui licet morum virtutumque præſtantia varii inter ſe ac diſſimiles, omnes tamen in unius virginitatis laude convenerunt. EX PROCC.

8 *In articulo* de Juſtitia, *quatenus hæc virtus Deo rebuſque divinis debitum cultum tribuit, refertur memorandum quid, ac Magni Gregorii tempora referens.* Poloni Regis legatus, Roma propediem diſceſſurus, Pium, à quo ſacras Reliquias ſecum exportandas petierat, conveniens; eum in platea S. Petri obvium habuit, preceſque pro Reliquiis habendis ingeſſit. Tum Pius è lectica deſiliens, acceptum ab eo ſudariolum expanſumque, pugillo pulveris è platea ſumpto implevit, & colligatum tradidit Oratori. Qui ſe illuſum ratus domumque reverſus, aperto ſudariolo pulverem in ſanguinem verſum invenit: quare Pium ſtatim conveniens, timore ac lætitia plenus, rem omnem aperit. Tum Pius, nobis notum omnino erat, Vaticanum pulverem Martyrum ſanguine plenum eſſe, ac propterea ludos publicos ab ea parte ablegandos duximus. Teſtantur hoc in Proceſſu Romano remiſſoriali Teſtes IV, VI, X & XXXI de auditu; & de viſu, teſtis XXXIV.

pulverem Vaticani pro Reliquiis habuit,

E

9 *Inter cetera porro ſanctitatis indicia, de quibus agitur articulo ultimo, notatur* primo prophetia: *quare* Marcus Antonius Columna & Marchio Malateſta, *antequam cum Pio Pontifice negotia tranſigerent, conſcientiam per Confeſſionem expiabant*, alioqui crimina ſua à Pontifice narrari audiebant: uti teſtatus eſt Chryſippus Prentus. Secundo mira quæ circa ejus corpus acciderunt. Caro enim ipſius, quartum poſt mortem diem mollis adeo erat atque flexibilis vividique coloris, ut adhuc ſpirare videretur... deponunt autem de hoc D. Angelus Formentus, D. Abbas Ruſticuccius & Reverendiſſ. Sanctorius.... Ejuſdem Pii oſſa ſuavem emiſiſſe odorem teſtantur Fr. Joannes Antonius Zerbus, D. Nicolaus Berlingerius, & D. Joannes Antonius Gabutius... Tertio viſiones, quæ ejus obitum illuſtrarunt: tempore enim mortis Pii V adoleſcentula quædam Romæ, multis virtutibus ornata, dum animam ageret, ad matrem adſtanteſque convertens ſeſe; Reſpicite, inquit, magnam gloriam, cum qua Pii V anima ab Angelis in cælum deducitur: quo dicto, expiravit. Refert hoc Antonius à Fonte-majori in Vita Pii V, typis Hiſpano idiomate edita anno MDXCV lib. 6. fol. 243. Præterea idem Pontifex triplici corona redimitus, ac duobus Angelis hinc atque hinc comitantibus, apparuit ſorori Mariæ Margaritæ Delfinæ, quæ magna cum opinione ſanctitatis vixit Albæ, in monaſterio S. Mariæ Magdalenæ Ordinis Prædicatorum, ut patet ex ejus vita typis impreſſa à Fr. Joanne Michaele de Bononia, Ordinis Prædicatorum Mediolanenſi Inquiſitore....

novit ſecreta cordium; poſt mortem tractabilis. de ſe dedit ſuavem odorem, in gloria cæleſti viſus fuit,

F

10 Accedit ultimo loco teſtimonium graviſſimorum ſcriptorum, qui vel ex inſtituto vel obiter arrepta occaſione Pii V ſanctimoniam commendarunt. Hi ſunt inter alios Cardinalis Bellarminus in reſponſione ad apologiam pro juramento fidelitatis pag. 647; Genebrardus, Chronologiæ lib. 4; Jacobus Gualterius Societatis Jeſu, in tabula Chronographica pag. 740; Jacobus Gurdonius Societatis Jeſu, in opere Chronologico pag. 429; Franciſcus Roſſerius, ſtemmatum Lotharingiæ tomo 5 pag. 362; Andreas Mauroceenus, Hiſtoriæ Venetæ lib. 8 pag. 334; Severinus Binius, tomo 4 Conciliorum parte 2 pag. 397; Archangelus Gianius, Centur. 4 Annalium Ordinis Servitarum

laudatur paſſim à ſcriptoribus ut ſanctus,

EX PROCC. lib. 4 cap. 2; Michael ab Isselt, in historia sui temporis pag. 29; Laurentius Surius, in Commentario rerum in orbe gestarum ad annum 1566; Joannes Mariana Societatis Jesu, ad historiam Hispaniæ anno 1566; Papirius Massonus, lib. 6 de Vitis Pontificum pag. 412; Paulus Manutius, in epist. ad Marcum; Jacobus Augustinus Thuanus, Historiarum lib. 51; Hieronymus Platus Societatis Jesu, de statu religioso lib. 2 cap. 28; Joannes Tursellinus pariter Societatis Jesu, Epitome historiarum lib. 10; Nicolaus Sanderus, lib. 3 de schismate Anglicano pag. 421; Dominicus Gravina, in libro inscripto Vox turturis parte 2; Henricus Spondanus, in Auctario Chronologico ad Annales Baronii pag. 76; Cardinalis etiam Baronius, Annalium ecclesiasticorum tomo 7 sub anno 533; Antonius Gallonius, in vita S. Philippi pag. 114; Joannes Petrus Guissanus, in Vita S. Caroli cap. 13 lib. 1; Marcus Antonius Muretus, in oratione publica habita in funere Pii V; Cardinalis etiam Sirletus, in Epigrammate impresso apud Antonium de Fonte-majori; Petrus Galesinius, in Translatione Pii V; Antonius Maria Gratianus, de bello Cyprio; Abbas S. Fronti, in Vitis Pontificum; B Ciaconius in Vitis Pontificum; & scriptores ex professo Vitæ Pii abunde pluribus in locis sanctitatem ejus commendant.

quare & vetitum sit de eo fieri Requiem,

11 *Elogia è singulis auctoribus desumpta, quæ citato libro & pagina aut capite hic allegantur, brevitatis causa omisi, satis habens eorum indicasse nomina, quæ in tam solenni & judiciali actu coram summo Pontifice commemoranda putaverunt Relatores: eo quod* illustre & uniforme testimonium magnorum virorum ad Pii sanctitatem probandam magnificiendum est; quemadmodum magni factum fuit in Relatione SS. Caroli, Ignatii, Theresiæ, Raymundi. Claudet autem tertiam hanc partem, *inquiunt iidem Relatores*, attestatio sacræ Congregationis Rituum, quæ Pium hoc honore decoravit, ut defunctorum sacra pro eo celebrari non possent: sed eorum loco; anniversario depositionis die, Sacrum de Sanctissima Trinitate fieri posse concessit: ut patet ex Decreto confecto 1 Februarii MDCXXV.

quippe qui miraculis claruit in vita,

12 *Nunc* miracula primum à Pio ante mortem, mox etiam post mortem facta videamus. 1 Contactu stolæ & benedictione energumena liberatur. 11 Navalis victoria à Pio prædicitur & cognoscitur. C *Quibus expositis, expensis, probatis, transeunt Relatores ad miracula post mortem; in iisque ponant* 1, *quod* Imagines Pii in maximo incendio non comburuntur: *id vero cum jure miraculum censeri probassent, subjiciunt hæc verba:* Simile quid accidit nuper in palatio Augustissimi Ferdinandi 11 Imperatoris, in quo incendium ceteras res omnes quæ in altari sacelli domestici erant, consumpsit; solumque orbem cereum, quem Agnum Dei appellamus, à Pio Vbenedictum, illæsum præteriit; ut eadem Cæsarea Majestas testatur in epistola ad Sanctitatem vestram directa, & exhibita sub data XXIII Julii MDCXXVII: & in aliis recentibus litteris, motu proprio & nemine efflagitante, ad solam Pii sanctitatem confirmandam, eidem Sanctitati vestræ scriptis, sub die XIII Octobris MDC XXVIII, comprobavit.

& post mortem curando pestilentē febrem,

13 Auximi Tiburtia Florentia, annos LXXII nata, peticulari febre eo adducta fuerat, ut intra tres horas expiratura crederetur, medico sic affirmante. Verum cum laneam subuculam Pii V ut deferretur rogasset; illaque delata, sibique imposita, huic Pontifici se enixe commendasset, somno capta fuit: à quo expergefacta omnino febre soluta, è lecto surrexit, maxima omnium admiratione atque lætitia. Factum evidens est ex medici copiosa narratione .... Quod vero miraculum hoc censendum sit, & in tertio ordine collocandum, nemini dubium esse poterit, si ratio habeatur gravitatis morbi ac desperatæ salutis, subitæque curationis in anu, quæ postea etiam ad multos annos vixit .... Nec minus certum est Pio V esse adscribendum, cum & ejus subuculam infirma adhibuerit, & ejus se precibus commendaverit ..... D

immedicabilem dolorem capitis,

14 Julius Nipotellus Perusinus, toto anno intolerabilem capitis dolorem passus fuerat: cui quidem depellendo remedia omnia, etiam violentissima, ut sunt cantarides atque ignis, frustra adhibita fuere. Tandem cranium secare, ut eo detecto os nudum scalpere possent, decreverunt medici, opusque compleverunt: sed irrito conatu. Nulla igitur supererat humanis in remediis fiducia. Quare infirmus, memoria repetens, quod ab Abbate Rusticuccio, cujus ipse domum administrabat, olim didicerat; Dominum scilicet Ravarium, Pii V pincernam, ad contactum ossis ejusdem Pontificis simili morbo fuisse solutum; votum una cum uxore Pio V nuncupavit; suumque Dominum, Abbatem Rusticuccium, enixe rogavit, ut caput reliquiis ejusdem Pii V tangere vellet & signare. Quo peracto, confestim dolore liber è stratu consurgens, Pii V sepulcrum voti E reus petiit, nec simili in posterum molestia fuit vexatus. Veritas facti satis probari videtur depositione ipsius qui sanitatem est consecutus, uxoris ejusdem chirurgi qui remedia adhibuit, & Abbatis Rusticuccii qui Reliquias detulit caputque signavit .....

Priorissam moribundā,

15 Soror Angela Mareri, Priorissa monasterii Humilitatis Romæ, ex magna distillatione, capitis & stomachi dolores maximos lentamque febrem contraxerat: à qua adeo fuerat debilitata, ut mortis discrimine imminente, medicus sibi non fidens socium adjungi postularit impetraveritque in sequentem diem; interim moniales delatas ad se Pii V reliquias religiosa mente cum excepissent, fervidasque ad Pium preces fudissent; easdem capiti imposuerunt: & ad earum contactum dolor abscessit, posteroque die sine febri à medicis inventa est. Rei gestæ veritas habetur in processu Romano ex attestatione infirmæ, medici & Confessarii, qui paratus erat ad ministrandum infirmæ Viaticum.....

puerperam desperatam,

16 Auximi Peregrina, uxor D. Jacobi Rasti, partui proxima, summis & diuturnis cruciabatur doF loribus: quibus remittentibus, per tres totos dies nullum plane motum à fœtu in utero editum sensit: & ita debilis relicta fuit, ut cibum sumere non posset, omninoque frigida & calore destituta jaceret. Quare ab obstetrice ceterisque feminis harum rerum peritis, fœtum in utero mortuum esse, existimatum est; curatumque, sed non adhibitum, remedium ad eum extrahendum. Interim allata fuit lanea Pii V subucula, quam languentis feminæ mater Peregrinæ utero imposuit, invocato prius per preces sancti Pontificis auxilio. Mirum dictu, intra quadrantis horæ spatium fœtus in utero moveri cœpit. Needum hora abierat, cum femina incolumis masculum peperit, qui adhuc vivit duodennis. Rei seriem satis probatam putamus à quatuor oculatis testibus... nec minus clarum est, miraculum in hoc partu interceSSisse ..... *Et hoc miraculum unum est ex duobus quæ Clemens* X *die* XV *Novembris anno* MDCLXXI *approbavit & confirmavit, sicut habet Decretum Congregationis pro Beatificatione ipsius Pii, quandocumque Sanctitati suæ libuisset facienda, editum* VIII *Martii* MDCLXXII, *alterum autem erat de imaginibus ab incendio illæsis: quibus etiam accessit approbatio revelationis de victoria navali, & quartum miraculum de multiplicatione frumenti infra referendum.*

17 Nico-

A *Epiſcopum in extremis agentem.*

17 Nicolaus Brautius Dalmata, Epiſcopus Sarcinenſis, in febrim inciderat acutam atque letalem, ob quam æſtu, doloribus atque ſiti inextinguibili fatigatus per triduum, ad eum ſtatum redactus erat, ut non amplius audiret, aut ſentiret, aut interrogatus ad propoſitum reſponderet : imo poſt vehementem membrorum ac ſpirituum agitationem, jam fixabat oculos, & lecti ſtragulas colligens detegebat ſeſe rei ignarus, cum ſuapte natura pudentiſſimi moris eſſet : ac demum pedibus ceteriſque corporis partibus pallere inceperat admixta nigredine, ut bene ab omnibus, quotquot officii cauſa adibant, ſine dubio moriturus exiſtimaretur ; tam acri febri ſuccumbente natura ſenis annorum ſexaginta, nullis adjuta pharmacis aut medicamentis, de more gentis ſcilicet; cum medicos exoſi Dalmatæ cuncta naturæ beneficio committant. Igitur tertia nocte ſubiit mentem ægrotantis Pii V Pontificis recordatio, quem ſæpius nominatum perceperat, ac de quo collocutus fuerat cum P. Archangelo Caraccia. Hinc ſervo Dei fuſis precibus obdormivit : & ſtatim videbatur ſibi in Vaticani aula eſſe, quam Regiam dicunt : ubi longo ordine procedentes anteibat magnæ ſtaturæ Præſul, Pontificio habitu, Epiſcopali mitra, ac Preſ-

B *poſtquam ei apparuit.*

byteris ſtipatus compluribus, candidas indutis veſtes cereoſque geſtantibus, quos cantantes audire videbatur laudes & encomia Pii V Pontificis. His ut locum daret, dum cedens de via in angulum ſe ſubduceret, evigilavit illico, ſeque ſenſit à febri immunem, nulla vexatum ſiti ; adeo ut nec potu, nec cibo, nec viribus, aut aliis corporis facultatibus impeditis aut imminutis affectionibus, nihil ſibi valetudinis minus adeſſe cognoverit, quam antea fuiſſet nondum ea febre laboranti. Probatur hoc factum ex ipſius Epiſcopi dictis, ex Mutio Baraccino ejus famulo ; ex Cæſare Megantio Sacerdote ; nec non ex Comite Franciſco Cionino. Ipſe quidem ægrotus & morbi gravitatem & viſum & valetudinem fuſe exponit : famulus eadem confirmat cum mortis indiciis, & ad repentinam convaleſcentiam narratum ſibi quod noctu perceperat dominus : alii vero duo teſtes, quod eum amicitiæ cauſa adire conſueverant, die tertio ægritudinis actum de ejus ſalute fuiſſe dictitarunt, alium conteſtem producentes : poſtridie autem ad priſtinum robur reſtitutum inveherunt ; idque miraculi loco habentes, atque rei eventum quærentes, adhibitas Servo Dei preces ac

C noctis præcedentis viſa intellexerunt. Ex his miraculum fuiſſe deprehendimus ex iis quæ in tertio gradu collocantur ex vulgata doctrina S. Thomæ .....

ex quibus concluditur canonizandus.

18 Hactenus, Beatiſſime Pater, retulimus quæ de vita, virtutibus ac miraculis comperta fuere ſervi ſervorum Dei Pii V Pontificis Maximi. Relinquimus modo ſapientiſſimo veſtræ Sanctitatis oraculo, ut quæ olim puriſſima lux lucebat inter homines, Superis nunc demum adſcripta, neſciat occaſum in terris ; imo redivivo ſubinde pietatis obſequio apud poſteros præſit è cælo ſplendidior ; unde certiſſimam ſe præbeat Petri naviculæ Cynoſuram, quemadmodum feliciſſimo curſu & ſummo Eccleſiæ bono diu ſe dedit moderatorem. *Hactenus Relatio illa, cujus exemplum Romæ deſcriptum ea ratione qua ſolent præſentibus Cardinalibus talium exempla deſcripta dari, habuit & ad nos Praga miſit Illuſtriſſimus Ampliſſimuſque D. Henricus Iulius Baro de Blum, Cæſareus in Tribunali appellationum Conſiliarius : nunc vero etiam impreſſam eamdem videmus in poſtumo tomo Bzovii ; quo recurrere poteſt quiſquis plenius cupit rationes & firmamenta judicii de ſingulis articulis ferendi cognoſcere. Idem Bzovius dictæ Relationi addit pro Appendice* Notulam miraculorum, à ſervo Dei Pio V patratorum, in Congregatione ſacrorum Rituum pro ejus Beatificatione propoſitorum ſub Clemente X. EX PROCE.

19 *Priora decem ex Proceſſu Romano referuntur, ut à Pio V patrata in Vita : quæ omnia vel à Cabutio in Vita capite ultimo relata, vel ab Auditoribus Rotæ accepta jam dedimus, excepto ultimo, quod tale eſt* : Quædam puella, nobili ſtirpe oriunda, ſpiritibus immundis obſeſſa, ducta à matre ad Pium V, dum per Aulam regiam tranſiens ad capellam Sixtinam pergeret : ubi prævia oratione, pedem ſupra corpus illius appoſuit dicendo ; Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem ; & facto ſigno Crucis, libera remanſit. *Vltra nihil brevis illa Notula habet : auctor ſeu teſtis petendus ex proceſſu foret : quod pro uno illo facere non eſt operæ pretium. Magis ex re foret, ex dicto Romano proceſſu aliiſque, collecta habere miracula circiter ſeptuaginta, patrata poſt obitum, quorum tenue ſpecimen jam habemus ex Relatione in præmarratis quinque miraculis : ſummariam vero explicationem in Notula : in qua tamen ex Vrbinate & Toletano proceſſu nihil ; ut videantur Proceſſus illi vel ad manum non fuiſſe cum cauſa ſub Clemente X reſumeretur, vel miracula nulla diſtincte explicare. Præterea ex Decreto Congregationis, in favorem Beatificationis faciendæ, cujus ſupra num. 16 facta mentio, diſcimus, quod* ex quatuor miraculis, ad aliam Congregationem delatis anno MDCXXX, & tribus noviter adductis, *(ipſo veroſimiliter anno* MDCLXXI) tertium multiplicationis farinæ in magna quantitate, in monaſterio monialium S. Dominici Prati, tamquam rite probatum Sanctitas ſua *(ſcilicet Clemens X)* admiſit : *quænam vero reliqua ſex fuerint nondum comperimus. Dedimus porro operam ut de omnibus jam indicatis acciperemus pleniorem notitiam, ex juratorum teſtium verbis, eo modo quo in Aprili S. Franciſci Paulani aliorumque Sanctorum miracula collegimus : ſed officioſis promiſſis eorum, quibus præcipuæ curæ deberet eſſe Beati iſtius Pontificis honor, hactenus non reſpondit effectus : quem dum pergimus expectare, vel in Supplemento operis dandæ, Notulam prædictam hic habe.*

Propoſita autem fuerant Congregationi miracula 10 *in vita,*

& 70 poſt obitum:

alia 7 poſt allata.

E

NOTVLA

Miraculorum, poſt mortem ex proceſſibus ſumpta.

EX PROC. ROMANO F

DOn Michael Bonelli, Prior Hoſpitalis S. Mariæ Conſolationis, à quadam ſtruma in gutture cum continuis doloribus, magnitudinis pluſquam unius panis, qua per ſex annos & ampliùs laboraverat, commendatur Servo Dei, ſtatim liberatur.

Nicolaus Brautius, Epiſcopus Sarcinonenſis, ab acuta & periculoſa febri ſanatur in inſtanti, invocato ope prædicti Servi Dei.

Maritus Cleopatræ Storchi Urbinatis, graviſſimo capitis dolore percuſſus, tactu Reliquiæ Pii V ſanatur.

R.P.D. Ravarius ab ingenti dolore capitis, paſſo per plures menſes, tactu Reliquiæ ejuſdem Servi Dei liberatur.

Julius Nipotellus, catarrho & diſtillatione in oculis & auricula, cum gravi dolore capitis detentus & à medicis derelictus, tactu Reliquiæ ejuſdem priſtinam ſanitatem in inſtanti adeptus eſt.

Thomas Treviſanus, Sacerdos Romanus, à gravi laterum dolore & retentione urinæ liberatus, invocata ope dicti Servi Dei.

Gerardinus de Gerardinis, in extremis laborans infirmitate ſcarantiæ, tactu calceamenti prædicti Servi Dei ſanus evaſit.

Gregorius Donatus Sacerdos, duplici febri tertiana in extremis laborans, invocata ope Pii V, ſanatur.

EX PROCC. Odoardus Lopez Medicus, acutiſſima febri cum ſymptomatibus letalibus oppreſſus per viginti dies, commendatus d. Servo Dei ſtatim priſtinam ſanitatem recepit.

Soror Angela Mareri, à catarrho cum diſtillatione, ingenti capitis & ſtomachi dolore, & febri liberatur, appoſita capiti ejus Reliquia pręd. Servi Dei.

Soror Maria Thereſia à copioſo ſputo ſanguineo, cum capitis & ſtomachi dolore, invocata ope d. Servi Dei, confeſtim ſanatur.

Prioriſſa monialium Humilitatis, periculoſa febri laborans, ita ut à medicis pro letali haberetur, commendata eidem Servo Dei, in inſtanti priſtinam ſanitatem recepit.

Tres filiæ Marchioniſſæ Bonellæ à morte præſervatæ ſunt, interceſſione ejuſdem Servi Dei.

Binæ imagines Pii V ab incendio præſervatæ.

Quidam Julius, ab ingenti & continuo dolore capitis liberatus, interceſſione præd. Servi Dei.

Michael Bonellus Presbyter à quadam deformi monſtruoſitate, liberatur ope præd. Servi Dei.

Quidam hæreticus Anglus, Writus nuncupa-
B tus, ſuggeſto conſcenſo adverſus Pium V petulanter oblocutus, mutus effectus fuit; ac ſubito morbo correptus domumque delatus, miſer interiit.

Quidam Frater Ordinis S. Dominici, in civitate Palentina, in regnis Hiſpaniarum, gravi & moleſta infirmitate affectus in ſecretioribus partibus, morti proximus, fuſis precibus coram imagine præd. Servi Dei, priſtinam ſanitatem accepit.

Valentiæ in Hiſpania, Guilielmo Raymundo nobili viro, paulo antequam è vivis excederet, chorus affuit lætiſſimus. In eo erant beatiſſima Virgo Dei Mater, S. Dominicus, S. Vincentius, S. Ludovicus Bertrandus, & Pius V, quem ipſe Guilielmus viventem apprime venerabatur: qui omnes lectulo ejus circumfuſi, letanias recitantes pro eo precabantur. Et prædictum Servum Dei magno ei beneficio fuiſſe referebat, cujus pileolum, à Cardinali Alexandrino in Hiſpaniam delatum, antea capiti ſuo appoſuerat.

Joannes Serpa, à quodam ſicario aggreſſus, qui pugione evaginato ipſum occidere tentabat, oſtenſa illi capſa, in qua erant quidam cerei orbiculares ejuſdem Pii V, liberatur, prolapſo in terram pugione & d. ſicario.

C Tiburtia Florentii, annorum ſeptuaginta duo-
EX PROC. AUXIM. rum, febri petecchiali aliiſque letalibus infirmitatibus oppreſſa, morti proxima & à medicis derelicta, tactu ſubuculæ præd. Servi Dei priſtinam ſanitatem in inſtanti recepit.

Quædam mulier infirma & crure deperdito, tactu calceamenti præd. Servi Dei ſanatur.

Antonius Florentius, Archipresbyter Auximanus, à gravi diſtillatione, vergente à capite ad fauces palati per ſeptem menſes, incaſſum adhibitis remediis humanis, commendatur d. Servo Dei, cum emiſſione voti celebrandi ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, viſitandi illius ſepulcrum, & appendendi votivam tabellam in eccleſia B. Mariæ Auximi, illico liberatur.

Pellegrina Jacobi Bacci, difficultatem partus per tres dies paſſa, febri oppreſſa, non ſine evidenti periculo mortis creaturæ quam in utero geſtabat, tactu ſubuculæ Pii V, ſtatim filium vivum peperit & ſana evaſit.

Maria Biagini, bis prægnans ab immundis ſpiritibus ita vexata fuerat, ut abortiverit: tertia vice prægnans, dum ab iiſdem ſpiritibus plurimum agitaretur, & abortui proxima cerneretur, tactu calcei ejuſdem ſervi Dei ceſſerunt dæmonis vexationes, & debito tempore peperit.

Sulpitia Fiorano, per multos menſes lecto accum- D
bens, variis angoribus oppreſſa, tactu calceamenti præd. Servi Dei ſanatur in inſtanti.

Uxor Petri Angeli Mendolfi liberatur à partu difficili, cum imminenti vitæ diſcrimine, tactu ſubuculæ Pii V.

Eliſabetha Dominici Franciſchini, tribus continuis diebus doloribus partus vexata & morti proxima, tactu calceamenti præd. Servi Dei ſtatim peperit, & ſana ac immunis viſa eſt.

Julia Auguſtini Pontiricii, ingenti capitis dolore affecta, nihil ei juvantibus humanis præſidiis, tactu fruſtuli ſubuculæ præd. Servi Dei, confeſtim ſanatur.

Iſabella Partighelfi à difficili partu ſtatim liberatur, delato ad ipſam Crucifixo eburneo pręd. Servi Dei.

Aurelia, uxor Joannis Crocchini, à doloribus partus, quibus plurimum laborabat, tactu ſubuculę pręd. Servi Dei, ſtatim peperit.

Pandora, uxor Vincentii Vitalini, à ſimilibus doloribus partus liberatur, tactu cochlearis argentei præd. Servi Dei.

Joannes Baptiſta Lucius, doloribus petræ in ex- E
tremis laborans, tactu calceamenti præd. Servi Dei confeſtim ſanatur.

Franciſcus, filius Antonii Calvi, à letali infirmitate coxendicis, qua mori ſeu ſaucius remanere debuerat judicio medicorum, tactu Reliquiæ præd. Servi Dei, ſtatim priſtinam ſanitatem recuperavit.

Filius Joannis Leopardi à periculoſa infirmitate liberatur, tactu calceamenti præd. Servi Dei.

Tiberia Pranzi, gravi apoplexia correpta, tactu calceamenti præd. Servi Dei illico ſana evaſit.

Uxor equitis Gentiluccii Rocchi, tactu ſubuculæ EX PROC. FANEN.
præd. Servi Dei, à difficili partu cum diſcrimine vitæ liberatur.

Vicaria monaſterii S. Philippi Fanenſis, à manuum attractione liberatur, tactu calceamenti præd. Servi Dei.

Gentilis Bartorella de Durantibus, à gravi pleuritide cum febri acuta, dolore pungitivo in latere ſiniſtro, tuſſi, difficultate reſpirandi & pulſu duro, & judicio medicorum in extremis conſtituta, tactu calceamenti præd. Servi Dei, ſtatim & in continenti ſanatur.

Piera Bartorella de Uſſudutiis à dolore capitis
cum febre liberatur, tactu calceamenti præd. Servi F
Dei.

Julia Nulphia de Vignatolis, à doloribus colicis EX PROC.
& nephriticis liberata, tactu calceamenti præd. Servi BONON.
Dei.

Pater Fr. Virgilius Paſeri, Ordinis Servorum B. Mariæ, à diuturno fluxu ſanguinis in extremis laborans, commendatus præd. Servo Dei, illico ſanatur.

Plures liberati à doloribus capitis, tactu Reliquiæ præd. Servi Dei.

Filius Hieronymi Baddii, per quatuor menſes fe- EX PROC.
bri laborans & à medicis derelictus, commendatus à DERTON.
matre d. Servo Dei, ſanatur.

Catharina, uxor Andreæ Maſini, à febri cum letalibus ſymptomatibus liberatur, invocata ope pręd. Servi Dei.

Hieronymus Baddii à periculoſa & diuturna infirmitate ſanatur ope d. Servi Dei.

Magdalena Blanca poſt eſum fungorum graviter infirmans, ita ut tribus continuis diebus abſque loquela & ſenſu remanſerit; implorata ope d. Servi Dei, priſtinam ſanitatem recuperavit, defunctis ceteris qui dictos fungos comederant.

Angelus Thomas Paſſeri, graviſſimis doloribus oppreſſus

A oppreſſus & morti proximus, emiſſo voto præd. Servo Dei,& appoſito ſuper parte offenſa orbe cereo ab eodem benedicto, ſtatim & illico priſtinæ ſanitati reſtituitur.

Idem ab equo in terram projectus, interceſſione præd. Servi Dei liberatur à læſione brachii & humeri.

Joannes Paſſari, hernia inteſtinali laborans, commendatus præd.Servo Dei ſanatur, abſque applicatione præſidiorum.

Michael Annibalis Raddii, febri oppreſſus & in extremis conſtitutus, invocata ope præd.Servi Dei incolumis evaſit.

Julianus Albertini Rizzi à ſtrumis liberatus ope præd.Servi Dei.

Baro Puſterla, febri maligna per menſem laborans, & in agone poſitus abſque motu, ſenſu & loquela per triduum, & pro mortuo habitus, commendatus d.Servo Dei, priſtinam ſanitatem in inſtanti recepit.

Soror Clara Magdalena Verzola,Monialis S.Dominici oppidi Salarum, à gutta arthetica ita opprimebatur, ut nullo modo ſe movere poſſet; emiſſo
B voto præd.Servo Dei, ſtatim incolumis evaſit.

Soror Daria Franciſca Fraſcarola ejuſdem Ordinis, ab ingenti tumore in capite exorto, ita ut nec videre nec comedere valeret, liberatur ope præd. Servi Dei.

Don Cæſar, filius Marchioniſſæ Mariæ Grimaldæ Bonellæ, à febri continua cum dyſenteria diu oppreſſus,ope præd.Servi Dei liberatus.

Soror Maria Catharina, Monialis Ordinis S.Dominici, à continua ſurditate liberata, meritis d. Servi Dei.

Soror Joanna Maria Graſſa à fluxu urinæ, pluribus annis paſſo, liberatur, voto emiſſo præd. Servo Dei.

Nicolaus Buſutius equo incedens, in paludem prolapſus, ab evidenti mortis periculo liberatus, invocata ope præd.Servi Dei.

EX PROC. Michael Creſcentius, Doctor Theologus & Pro-
MEDIOL. tonotarius Apoſtolicus, gravi & continuo dolore in femore laborans, ita ut judicio medicorum nullum eſſet aliud remedium niſi femur abſcindere; paratis à chirurgo omnibus ad id neceſſariis, ipſe commen-
C dans ſe Pio V ſtatim ſanus & incolumis è lecto ſurrexit.

Os extractum ex corpore præd. Servi Dei fra-
EX PROC. grantiam odoris ſuaviſſimi emittens.
BERGOM. Cabrinus Cabrini, quodam caſu dorſo ſibi effracto,ita ut ſe movere minime poſſet,una cum intenſis & continuis doloribus, ope præd.Servi Dei incolumis evaſit in inſtanti.

Fr.Æmilius de Bergomo,Ordinis Prædicatorum, à febri maligna liberatus, interceſſione præd. Servi Dei,qui ipſi infirmo, una cum beatiſſima Virgine & S.Dominico,apparuit.

Franciſcus de Cerri, graviſſima febri cum dolore capitis correptus, deoſculata imagine præd. Servi Dei,confeſtim ſanatur.

Barbara,filia Sebaſtiani Strozzæ, per plures dies cum febri maligna oppreſſa, & pro mortua derelicta, utpote loquela & ſenſibus privata & in agone poſita, commendata præd. Servo Dei confeſtim in- EX PROC.
columis evaſit.

Apollonia Ambroſii Selarii, febri per quatuor menſes laborans & energumena,nihil proficientibus exorciſmis, delata ad ipſam imaginem præd. Servi Dei,cui ſe enixe commendavit, ſtatim liberatur tam à febri quam à ſpiritibus immundis.

Urſula Petri Marcheſi, duplici febri tertiana graviter affecta, cruribus, renibus & facie tumefactis,& in extremis conſtituta, commendata d.Servo Dei, ſtatim incolumis reperta eſt.

Urſulina à Caſali coquinaria in ignem cecidit, unde pars faciei ſiniſtra, cum oculo, naſo & aure combuſta & intolerabili dolore affecta: ad tactum Agnus Dei à Pio V benedicti, cui ſe commendavit, illico doloribus exempta eſt, & ſpatio duodecim dierum abſque aliqua deformitate ſanata.

Antonia, uxor Stephani Trotti, Pio V commendata,à mortali infirmitate liberata.

Hactenus Notula illa. Ne autem reliqua pagina hic vacet, accipe Hieronymi Badeſii Romani Carmen in ſtatuam ac tumulum Pii. E

SAlvete o cineres Pontificis Pii,
Salvete. Exiguo non decet amplius
Vos claudi tumulo, qui decus abdidit
Veſtrum jam nimium diu.
Vos ferri ad celebres exequias jubet
Sixtus, mirifico ſplendidus ordine
Hic vos nobilior ſuſcipiet locus,
Quo nil magnificentius
Hic marmor nivibus candidius nitet
Spirantem referens effigiem Pii.
Hic gemmæ maculis multicoloribus,
Aſtrorum ſuperant patrem.
Hic ſtant de Pariis marmoribus Duces.
Alter ſacrilego milite Galliam
Oppreſſam,rediens victor ab hoſtibus,
Regi reſtituit ſuo.
Claravit trepidas alter Echinadas,
Dum claſſem tumido merſit in æquore,
Et monſtrum Italicis excidium ferens
Longe reppulit urbibus.
Hic ſpectare licet prælia in ultimis
Decertata locis: Hic equites ruunt,
Hic cadens peditum procubuit cohors, F
Hac manat calidus cruor.
At parte ex alia nant ſive remige
Quaſſatæ igniferis undique ab ictibus
Puppes, jam gravidum ſe fluitantibus
Horret corporibus mare.
Salvete o cineres,non iterum,aut quater,
Sed clarum quoties ſol revehit jubar,
Surgens Oceano,dum feret ultimus
Terris exitium dies.
Tunc veſter,ſuperis qui modo mentibus
Immiſtus merito perfruitur Deo,
Vos claros radiis ſpiritus induet
Numquam diſſociabilis.
Quam Sixti meritis magna rependere
Debes Roma? tuo qui gremio abſtrahi
Patris reliquias non tulit illius
Qui te jam tibi reddidit?

SYNAXA.

SYNAXARIVM

Ex Menologio, jussu Basilii Imperatoris collecto, cujus sex postremi menses servantur manuscripti in monasterio Basilianorum Cryptæ-Ferratæ in Latio.

ΜΗΝΙ ΜΑΙΩι Α'

Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΙΕΡΕΜΙΟΥ.

1 Hieremię Proph. Ἱερεμίας ὁ ἐκλεκτὸς Προφήτης τ̃ Θε῀ ὑπ῅ρχεν ἐκ τῆς Ἰουδαίας χώρας· πρ῀οεφήτευσε δὲ κ῀ ἕτερα μ῀ν πολλὰ, ἔτι δὲ κ῀ περὶ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ. Διὸ κ῀ ἔλαβε τ῀ν χιβωτὸν τ῀ νόμου· κ῀ τὰ σὺν αὐτῇ ἅγια πάντα, κ῀ κρύψας εἰς πέτραν, εἶπε τοῖς παρεσ῀σιν, Ἀπεδήμησε Κύριος ἐκ Σινὰ εἰς τὸν οὐρανὸν, κ῀ πάλιν ἐλεύσεται σὺν Σινᾶ σὺν δυνάμει· κ῀ σημεῖον ὑμῖν ἔσται τῆς παρουσίας αὐτ῀, ὅταν ξύλον πρ῀οσκυνήσωσι πάντα τὰ ἔθνη. Ἐγένετο δὲ σὺν τῇ πέτρᾳ, σὺν ᾗ ἔκρυψε τ῀ν χιβωτὸν, ὡς νεφέλη σκιάζουσα τὸν τόπον ἕως τῆς σήμερον. Ἐβασανίσθη δὲ πολλὰ ὑπὸ τ῀ν Ἰουδαίων, διότι ἤλεγχεν αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις αὐτ῀ν. Ἀπελθὼν εἰς Αἴγυπτον, πρ῀οεφήτευσεν ὅτι δεῖ σανδαλῶσαι τὰ εἴδωλα αὐτ῀ν, κ῀ συμπεσεῖν διὰ Σωτῆρος παιδίου ἐκ παρθένου γεννηθησομένου σὺν φάτνῃ. Γενόμενος δὲ σὺν Δάφναις, πόλεως τῆς Αἰγύπτου, κ῀ λίθοις βληθεὶς ὑπὸ τ῀ λαοῦ, ἀπέθανεν, κ῀ ἐτάφη ἐγγὺς τ῀ οἴκου Φαραώ.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΟΣΙΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΒΑΤΑ.

Batæ M. Ὁ ἅγιος Μάρτυς Βατᾶς ἐν μ῀ν ἐκ τῆς χώρας Περσίδος, ἐκ πρ῀ογόνων τ῀ν εἰς Χριστὸν πίστιν μαθών. Τριακονταετὴς δὲ γενόμενος, καταλιπὼν πατέρα, μητέρα, γυναῖκα, τέκνα, κ῀ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἀπελθὼν ἐγένετο μοναχὸς· κ῀ ἀσκήσας καλῶς, C ἐπεθύμησε κ῀ τοῦ διὰ μαρτυρίου τελειωθ῀ναι. Κινηθέντος οὖν διωγμοῦ κατὰ τ῀ν Χριστιανῶν, κ῀ πάντων τ῀ν σὺν αὐτῷ μοναχῶν ἐκ τῆς μονῆς φυγόντων, αὐτὸς μόνος ὑπέμεινεν. Ἔνθα κρατηθεὶς, παρεδόθη τῷ Ἄρχοντι Νισίβεως· κ῀ παρ' ἐκείνου ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι μ῀ν τὸν Χριστὸν, πρ῀οσκυνῆσαι δὲ τῷ ἡλίῳ κ῀ τῷ πυρὶ, σὰκ ἐπείσθη, ἀλλὰ παῤῥησία τὸν Χριστὸν ὡμολόγει. Ἐκλαθεὶς οὖν ὑπὸ δεκα στρατιωτ῀ν ἐκ δεξιῶν τ῀ν χειρῶν, ἀπὸ τῆς πολλῆς βίας ἐξηρθρώθη τοὺς ὤμους. Εἶτα δεθεὶς ἀπὸ τῆς σπερμογόνων μορίων σχοινίοις ἐσύρετο, ῥοπάλοις τυπτόμενος· κ῀ μετὰ ταῦτα τυφθεὶς πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, μαχαίρᾳ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Β'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΕΣΠΕΡΟΥ, ΖΩΗΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΑΥΤΩΝ.

II HESPERI ZOES ET FILIORUM MM. Ἕσπερος κ῀ Ζωὴ μετὰ τ῀ν τέκνων αὐτ῀ν, οἱ ἅγιοι Μάρτυρες, ὑπ῅ρχον μ῀ν ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀδριανοῦ, ἐκ τῆς χώρας Ἰταλίας, δοῦλοι δὲ πλουσίου τινός. Ἀνατραφέντες οὖν χριστιανικῶς Κυριακὸς κ῀ Θεόδουλος ὑπὸ τ῀ν γονέων αὐτῶν, σὺν μιᾷ ἦσαν αὐτοῖς· Διὰ τί δουλεύομεν τοῖς ἀσεβέσι τούτοις, κ῀ οὐ τῷ Χριστῷ; μήποτε σωματολώμεθα αὐτοῖς. Τούτων ἀκούσασα ἡ μητὴρ, εἶπεν· Ἀντίσχετε τῷ ἀγοράσαντι ἡμ῀ν τὰ σώματα, κ῀ μαρτυρήσομεν ὑπὲρ Χριστοῦ. Τότε ἀπελθόντες οἱ παῖδες, εἶπον τῷ κυρίῳ ἑαυτ῀ν· Ἐπεὶ τ῀ν μ῀ν σωμάτων ἡμ῀ν κύριος ὑπάρχεις, τ῀ν δὲ ψυχ῀ν ὁ δεσπότης Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων κύριος ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ σοὶ, ἀλλ' ἐκείνῳ δουλεύσομεν. Ἐκπλαγεὶς οὖν ὁ κύριος αὐτῶν, τότε μ῀ν ἔπεμψεν αὐτοὺς πρὸς Ἑσπερον τὸν πατέρα αὐτῶν, ὄντα σὺν τῇ πόλει Τριπωνίου· ὕστερον δὲ ἀγαγὼν τόν τε παῖδα, κ῀ μητέρα, κ῀ βασανίσας, τέλος φόνον ἐκαύσας, κ῀ ἐμβαλὼν αὐτοὺς, σὺν αὐτῷ ἔκαυσεν. E

ΚΑΙ ΚΟΙΜΗΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.

Athanasii Ep. Ἀθανάσιος, ὁ σὺν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμ῀ν, ὡ῀ν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, κ῀ Κωνσταντίου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ἀλεξανδρείας, παιδόθεν τὸν Θεὸν ἀγαπῶν, κ῀ τῆς ἐκκλησιαστικ῀ς τάξεως ἀντιποιούμενος. Καὶ γὰρ παιδίον ὤν, παραλαβὼν τοὺς συνηλικιώτας, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης παρεγένετο κ῀ ὡς σὺν παιδιᾷ σχηματίσας ἑαυτὸν Ἐπίσκοπον, κ῀ ἐκ τ῀ν συνὼν αὐτῷ πρ῀οχειρισάμενος Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους, ἐβάπτισε τὰ λοιπὰ παιδία τ῀ν Ἑλλήνων κ῀ τ῀ν Ἰουδαίων τῷ τῆς θαλάσσης ὕδατι. Θεωρ῀ν δὲ ταῦτα ἄνωθεν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ἐθαύμαζε· κ῀ γνοὺς τῷ πνεύματι, ὡς μέλλοντα εἰσὶ τὰ πραθ῀σόμενα πρ῀ομολογήματα, τοὺς μ῀ν παῖδας τῷ θείῳ μύρῳ ὁπτρίσας ἐτελείωσεν· Ἀθανάσιος δὲ παρ' αὐτοῦ γραμματισθεὶς πρότερον, κ῀ γενόμενος Ἀναγνώστης, ὕστερον πρ῀οχειρίσθη κ῀ Ἐπίσκοπος· κ῀ πολλὰ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισάμενος, ἐτελειώθη. F

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Γ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΚΑΙ ΜΑΥΡΑΣ.

III Timothei & Mauræ MM. Τιμόθεος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἐν μ῀ν Ἀναγνώστης τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· νόμῳ δὲ γάμου τ῀ν Μαῦραν εἰς γυναῖκα λαβὼν, ἡμερῶν εἴκοσι μὴ παρελθουσῶν, ἐκρατήθη παρὰ τ῀ν εἰδωλολατρῶν· κ῀ δεθεὶς, ἤχθη πρὸς Ἀρριανὸν τὸν Ἡγεμόνα Θηβαΐδος, κ῀ παρεδόθη αὐτῷ. Τότε λέγει αὐτῷ· Φέρε τὰς βίβλους σου, κ῀ καῦσον αὐτὰς ἐμπροσθέν μου. Τοῦ δὲ Ἁγίου μὴ πειθέντος τοῦτο ποιῆσαι, σίδηρα πεπυρωμένα ἐνέβαλεν εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· κ῀ παραυτίκα αἱ τ῀ν ὀφθαλμ῀ν αὐτοῦ κόραι ἐξέπεσον. Εἶτα δεσμᾷ τινι ἐπὶ τροχοῦ τοὺς ἀστραγάλους αὐτοῦ, κ῀ ξύλον ἐμβάλλει εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· κ῀ λίθον τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ προσδήσας, ἐκρέμασε καλὰ κεφαλῆς. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν αὐτὸν, λέγει τῇ συμβίῳ αὐτοῦ· Παραγένου αὐτῷ ἀποστῆναι τοῦ Χριστοῦ. Ἡ δὲ μᾶλλον κ῀ αὐτὴ ἠρετίσατο μαρτυ-

μαρτυρήσαν· ὅθεν ἀνασπῶσι τὰς τρίχας ϛ κεφαλῆς αὐτῆς. Καὶ μετὰ ταῦτα προσηλωθέντες ἀμφότεροι τοίχῳ, ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας καρτερήσαντες ἐτελειώθησαν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ἩΜΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ.

Petri Ep. Πέτρος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, γονέων εὐλαβῶν υἱός, τῷ ὕστερον γεγονότων καὶ μοναχῶν· καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο εἰς ἀρετήν, ὅσον οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ἀ μόνον γὰρ ἀκριβείᾳ καὶ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν πάντας ἐνίκησεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνῃ καὶ τῇ πρὸς τοὺς πένητας Συμπαθείᾳ. Ἐξ οὗ καὶ καταναγκασθεὶς γενέσθαι Κορίνθου Ἀρχιεπίσκοπος οὐκ ἐπείσθη, διὰ ταπείνωσιν καὶ εὐλάβειαν. Καὶ χειροτονηθέντι Παύλῳ, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Συγκατῆλθε· καὶ παρακλήσει τῶν Ἀργείων ἐχειροτονήθη
B Ἄργους Ἐπίσκοπος· καὶ οὕτως ἐσπούδασεν εἰς ἐλεημοσύνην, ὡς μηδὲν καθ' ἑκάστην συγχωρεῖν εὑρίσκεσθαι ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, πλὴν τοῦ χιτῶνος ὃν ἐφόρει, καὶ μὴ δὲ ἐκείνου φείδεσθαι, πολλοὺ προσελθόντος. Ὅθεν πολλὰ θαύματα ποιήσας, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Δ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΙΛΒΑΝΟΥ.

IV Silvani Ep. M. Σιλβανὸς, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς τῶν Γαζαίων χώρας, στρατιώτης δὲ ὑπάρχων πρότερον· ὕστερον διὰ Χριστὸν καταλιπὼν τὸ στρατεύεσθαι τῷ γηίνῳ Βασιλεῖ, ἐστρατεύθη τῷ ἐπουρανίῳ Βασιλεῖ Χριστῷ· διὸ καὶ ἱεροσύνης κατηξίωται, γενόμενος Πρεσβύτερος, εἶτα Ἐπίσκοπος. Ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ δὲ προσκαρτερῶν ἐκκλησίᾳ, καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ἀποστρέφων ἐπὶ τὸν Κύριον, ἐκρατήθη ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν· καὶ ἀχθεὶς εἰς μέσον τοῦ δήμου τῶν Καισαρέων, ἐτύφη ἀφιδῶς. Εἶτα κρεμασθεὶς, ξέσθη
C ἰσχυρῶς· καὶ μελὰ ταῦτα ἐν τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις χαλκεύειν καλεδικάσθη· ἐν οἷς πλεῖσα τιμωρηθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁ μόνον ὁμολογῆν μὴ παυσάμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις, καὶ μάλιστα τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι Θεὸν κύρηττων ἀληθινὸν, μελὰ καὶ ἄλλων τεσσαράκοντα Μαρτύρων τῶν ὑπ' αὐτοῦ διδαχθέντων, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀπέλυθη.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΟΛΒΙΑΝΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΜΑΘΗΤΩΝ ΑΥΤΟΥ.

Olbiani & Discip. MM. Ὀλβιανὸς, ὁ θεῖος Ἱερομάρτυς, Ἐπίσκοπος ἦν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ Βασιλέως, ἡγεμονεύοντος τῆς Ἀσίας Αἰλιανοῦ. Ἀγριπτίνᾳ δέτινος Ἱερέως ὄντος τῶν εἰδώλων, θυσίαν ἐπιτελοῦντος τῇ Ἥρᾳ, κρατηθεὶς ἠναγκάζετο θῦσαι, καὶ λιβανωτὸν ἐπιβαλεῖν τῷ βωμῷ. Ὁ δὲ πολλαῖς ἀντιθέσεσι, καὶ λόγοις εὐσεβέσι, τὴν μὲν καλὰ Χριστὸν πίστιν ἐξυμνῶν καὶ ἐπαινῶν, τὴν δὲ τῶν εἰδώλων θρησκείαν κακίζων καὶ διαβάλλων, πρῶτον μὲν Σιβυλλίοις πεπυρωμένοις τὰ

σπλάγχνα καὶ τὰ ψοα διακαέτας, εἶτα ῥάβδοις ἀφειδῶς τύπτεται, καὶ τῇ φυλακῇ παραδίδοται· ἐκβληθεὶς δὲ μελὰ τοῦτο ϛ φυλακῆς, καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθεὶς, μελὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τὸν διὰ πυρὸς ἀπόφασιν δέχεται· καὶ ἀναφθείσης καμίνου καμπύλης μεγάλης Σφόδρα, μετ' αὐτῶν ἐμβληθεὶς ἐν αὐτῇ, ἐτελειώθη. EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΜΟΝΗΣ ΤΟΥ ΜΗΔΙΚΙΟΥ.

Nicephori Hegum. Conf. Ὅσιος Νικηφόρος ὑπῆρχεν μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν Εἰκονομάχων, ἐκβρέφος δὲ ποθήσας τὸν Χριστὸν, καὶ ὁρῶν τὴν αἵρεσιν αὐξανομένην, καταλιπὼν τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ γενόμενος μοναχὸς, ἀπῆλθεν ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἡσύχαζε, προσευχαῖς καὶ νηστείαις σχολάζων, καὶ Θεῷ ὑπὲρ ϛ οἰκουμενικῆς καθαστάσεως προσευχόμενος. Γαληνησάσης δὲ μικρὸν ϛ αἱρέσεως, πολλῇ παρακλήσει τῶν μοναχῶν προέστη ϛ τοῦ Μηδικίου μονῆς. Αὖθις δὲ κακῶς ἀναῤῥιπισθέντος, καὶ ϛ αἱρέσεως ὑπὸ Λέοντος τοῦ δυσσεβοῦς Βασιλέως αὐξηθείσης, ἐξωσθεὶς ϛ τοίμνης, ὡς προσκυνητὴς τῶν πανσέπτων εἰκόνων, καὶ τῆς τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν ἐντολῆς ἐπόμενος, πικρᾶς ἐξωρίας καθυποβληθεὶς, ἐν σκοτεινοτάτῃ φυλακῇ ἀπεκλείσθη. Ἔνθα καὶ ὡς σεσοβὸς ἀθλητὴς τῷ ψυχολέθρον ἀπάτιον καταβαλὼν, πρὸς Χριστὸν, ὃν ἐπόθησεν, ἐξεδήμησεν. E

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ἩΜΩΝ ΙΛΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ.

Hilarii Thauma. Ἱλάριος, ὁ Θαυμαϊσργὸς, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας μοναχὸς γενόμενος, καὶ τὸν σαυρὸν αὐτοῦ ἐπ' ὤμων ἀράμενος, τῷ σαυρωθέντι δι' ἡμᾶς Δεσπότῃ κατηκολούθησεν· καὶ τὰ πάθη ϛ Σαρκὸς ὑποτάξας διὰ ἐγκρατείας, ἐν πάσαις ἀρεταῖς τοὺς μοναχοὺς πάντας ἐνίκησεν. Ἐν Σκοτεινοτάτῳ γὰρ οἰκίσκῳ ἑαυτὸν ἀποκλείσας, καὶ ἔξω ποδὸς παντὸς γενόμενος, ἐλαμπρύνθη τῇ ἀπαθείᾳ· διὸ καὶ ϛ ἱεροσύνης κατηξιώθη, καὶ τῷ θαύματα ἐπιτελεῖν· ζώοις γὰρ ἐπετίμα καταβλάπτουσι τὰ φυόμενα σπέρματα, καὶ ἀπεδίωκεν αὐτὰ ἐκ τοῦ ἀροῦς, καὶ πηγὴν χαλάζης δὲ εὐχῆς ἀνέσειλε, καὶ γῆν διψῶσαν ὄμβροις ἐπότισε, καὶ ῥᾴδιον πολέμιον, ὡς ὁ Προφήτης Ἐλισσαῖος, διέῤῥιζεν, καὶ ξηρὰν χεῖρα ἀνδρώπου ἴασατο, καὶ τυφλῷ τὸ βλέπειν ἐχαρίσατο, καὶ χωλοῖς τὸ περιπατεῖν ἐδωρήσατο, καὶ ἕτερα θαύματα πλεῖστα ποιήσας, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. F

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ε'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.

V Irenes V.M. Εἰρήνη· ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὢν θυγάτηρ Λικιννίου Βασιλίσκου· εὔμορφος δὲ ὑπάρχουσα, ἀπεκλείσθη παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἐν πύργῳ ὑψηλῷ, ἐξ ἐτῶν οὖσα, μελὰ δουλίδων δέκα καὶ τριῶν· ἐν ᾧ ἐδιδάχθη ὑπὸ θείου Ἀγγέλου τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ. Καὶ μετὰ μικρὸν, ἐλθόντος Τιμοθέου, μαθητοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου, ἐβαπτίσθη ὑπ' ἐκείνου· καὶ σωτρίψασα τὰ εἴδωλα,

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ἃ ἔδωκεν αὐτῇ ὁ πατὴρ αὐτῆς προσκυνεῖν, ἔρριψε κάτω. Τότε ὀργισθέντος τοῦ πατρὸς αὐτῆς, προσεδέθη ἵππῳ ἀχρείῳ ἐπὶ τὸ φονευθῆναι. Καὶ αὐτὴ μὲν οὐδὲν ἠδικήθη· ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἀπέθανε, τοῦ ἵππου δακόντος τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἀποκόψαντος· ἡ δὲ προσευξαμένη, ἀνέκτησεν αὐτόν. Τότε ἐπίστευσε καὶ αὐτὸς τῷ Θεῷ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι ὡσεὶ χιλιάδες τρεῖς. Καὶ πάλιν κρατηθεῖσα ἡ Ἁγία παρὰ Ἀμπελιανοῦ τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ πολλὰ τιμωρηθεῖσα, καὶ μὴ πεισθεῖσα ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, ξίφει τελειωθεῖσα, ἐτάφη.

ΝΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ε'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΥΑΘΛΟΥ ΙΩΒ.

VI Iob.

Ἰὼβ ὁ μακάριος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Αὐσίτιδος χώρας, τῶν ὁρίων Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας, τῶν Ἡσαὺ ἡμῶν υἱός, ὡς εἶναι πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. Προυπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωάμ· καὶ προεφήτευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε, προλαβὼν τὴν Σάρκωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἔτη χίλια ἐνακόσια εἴκοσι πέντε. Τοῦτον μαρτυρηθέντα ὑπὸ Θεοῦ δίκαιον, ἠξιώσατο ὁ διάβολος τιμωρεῖσθαι· καὶ θέλων ὁ Θεὸς ἐπὶ πλεῖον δοξάσαι, παρέδωκεν αὐτὸν τῷ διαβόλῳ. Ὁ δὲ διάβολος οὐ μόνον ἐγύμνωσε τῆς περιουσίας, καὶ τῶν τέκνων· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν πληγαῖς, ἐπὶ τῇ κοσμίᾳ ἡλικωμένον, καὶ τραυματίαν ἔρριψεν. Ἀλλ' ὁ Ἅγιος πάντα πειρασμὸν ὑπομένας, καὶ εἰς πάντα εὐχαριστήσας τῷ Θεῷ, καθήσχυνε τὸν διάβολον. Καὶ πάλιν ἀπολαβὼν ἐπὶ τῆς γῆς διπλοῦν τὸν πλοῦτον, καὶ γυναῖκα λαβὼν, καὶ παιδοποιήσας, καὶ τῷ Θεῷ Σωτῆρος εὐαρεστήσας, ἐτελειώθη.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΠΑΧΩΜΙΟΥ.

Pachomii Monachi.

Παχώμιος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, κρατηθεὶς ἐν τῷ χαρακτῆρι τοῦ διωγμοῦ, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν· ἀτελὴς δὲ ὢν, καὶ μὴ γινώσκων καλῶς τὸ τῆς πίστεως δόγμα, παρεκάλει τὸν Θεὸν διδάξαι αὐτόν· καὶ ἐλθὼν Ἄγγελος Θεοῦ, ἐδίδαξεν αὐτὸν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Παυσαμένου δὲ τοῦ διωγμοῦ, τῆς φυλακῆς ἀπολυθείς, ἀπῆλθεν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ἡσύχαζε· καὶ τοσοῦτον ὑψώθη παρὸς ἀρετήν, ὡς Ἀγγέλου ἀξιοθαύμαστα ὁμιλίας, καὶ παρ' ἐκείνου μαθεῖν τοὺς τύπους καὶ τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν· ἐξ ἐκείνου γὰρ ἐτυπώθη τὸ ἀγγελικὸν ἐπάγγελμα τῆς μοναδικῆς πολιτείας. Μετὰ ταῦτα δὲ πολλὰ μοναστήρια ἀνεγείρας εἰς Θεοῦ δοξολογίαν, καὶ θαύματα ποιήσας, καὶ τὸν Θεὸν μέχρι γήρως θεραπεύσας ἐν πᾶσι, χαίρων πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησεν, ἀπολαβὼν ἐν οὐρανοῖς βασιλείαν ἀφθαρτον, καὶ ζωὴν ἀίδιον καὶ ἀτελεύτητον.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ζ'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΕΝ ΟΥΡΑΝΩι ΦΑΝΕΝΤΟΣ ΣΗΜΕΙΟΥ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ.

VII Crucis apparitio.

Ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ Βασιλέως, τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέρας, ἐφάνη ὁ τύπος τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, λαμπρότερος τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἐκτεινόμενος ἀπὸ τῆς γῆς μέχρι τοῦ οὐρανοῦ, φωτίζων ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀρθοῦντος πάντας τοὺς λαούς, ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ποταμόν, ἕως τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ, ἐκτεινόμενος, ἔνθα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη· καὶ διήκων μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, ὅστις τῇ λαμπρότητι τῶν μαρμαρυγῶν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀπέκρυψεν. Ὅθεν πᾶσα ἡλικία τῶν Χριστιανῶν, νέων τε καὶ γερόντων ὁμοῦ νηπίοις καὶ θηλάζουσιν, εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν καλέλαβε· καὶ ἐν ἀμέτρῳ χαρᾷ δόξαν καὶ εὐχαριστείαν μετὰ θερμῆς καταννύξεως τῷ Θεῷ ἀνέπεμψεν, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι. Περὶ τούτου δὲ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος πρὸς Κωνσάντιον ἔγραψεν, ὑποτιθέμενος αὐτὸν ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΚΑΚΙΟΥ.

Acacii M.

Ἀκάκιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὢν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ Βασιλέως ἐκ τῆς χώρας Καππαδοκίας, στρατευόμενος ἐν τῷ τάγματι τῶν σχολῶν. Διαγνοσθεὶς δὲ ὅτι Χριστιανός ἐστιν, ἐκρατήθη καὶ προσήχθη τῷ τῆς χώρας Ἄρχοντι· καὶ ὁμολογήσας τὸν Χριστὸν, ἐτύφθη σφοδρῶς. Εἶτα παραπεμφθεὶς ἑτέρῳ Ἄρχοντι, καὶ σωσθεὶς καὶ ἄλλοις πολλοῖς δεσμώταις, ἦχθη εἰς τὸ Βυζάντιον· καὶ δειναῖς μάστιξι καὶ στρεβλώσεσι καταξανθεὶς ὅλον τὸ σῶμα, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Ἔνθα ἐπιστάντες θεῖοι Ἄγγελοι, ἀπεκαλέσαντο αὐτὸν ὑγιῆ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ ἐν τῇ φυλακῇ πάντες οὕτω ταχέως ὑγιάναντα, ἐπίστευσαν καὶ αὐτοὶ τῷ Χριστῷ, καὶ ἀπεκεφαλίσθησαν. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, καὶ παραπεμφθεὶς ἑτέρῳ Ἄρχοντι, καὶ πάλιν τιμωρηθεὶς, ἀπεκεφαλίσθη. Καὶ καλετέθη τὸ λείψανον αὐτοῦ ἐν τόπῳ ὑπολεγομένῳ Σταυρίῳ.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Η'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΟΝΕΩΣ.

VIII Manna Ioannis Euang.

Ὁ φιλάνθρωπος καὶ πανάγαθος Θεὸς ἡμῶν, οὐ μόνον τοὺς ὑπὲρ αὐτὸν ἀγωνισαμένους ἁγίους αὐτοῦ Μαθητὰς καὶ Ἀποστόλους, Προφήτας τε, καὶ Μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς εὐαρεστήσαντας αὐτῷ, βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τῶν ἀφθάρτων ἠξίωσεν ἀγαθῶν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἤδη ἔτριψαν ἢ ἐτάφησαν, πλήρεις χαρίτων ἀποδείξας, πολλοῖς ἐλάμπρυνε θαύμασι. Καὶ γὰρ ὁ τάφος, ἐν ᾧ ὁ μέγας Ἀπόστολος καὶ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης μέλλων μεταθεῖναι ἐτάφη, κόνιν ἁγίαν, ἣν οἱ ἐγχώριοι Μάννα προσαγορεύουσιν, ἐνεύσει Πνεύματος ἁγίου, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦ Μαΐου μηνὸς ἑτησίως ἐκ τάφου ἀναβρύει καὶ ἀναδίδωσιν· ἣν οἱ προσερχόμενοι λαμβάνοντες, χρῶνται αὐτῇ εἰς παντοίων παθῶν ἀπολύτρωσιν, εἰς θεραπείαν ψυχῶν, εἰς ῥῶσιν σωμάτων, Θεὸν δοξολογοῦντες, καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Θεολόγον γεραίροντες.

ΚΑΙ

A

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΡΣΕΝΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ.

Arsenii monachi.

ἈΡσένι⊙, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ρώμης, Διάκον⊙ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· διὰ δὲ τὸν γνῶσιν αὐτοῦ καὶ τὸν ἀρετὸν, ἐξελέγει παρὰ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τὸ διδάσκειν τὰ παιδία αὐτοῦ, τόν τε Ἀρκάδιον καὶ τὸν Ὀνώριον, ἃ μόνον γράμματα, ἀλλὰ καὶ ἀρετόν. Οὕτω δὲ ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ Βασιλέως, ὡς καὶ Βασιλεοπάτωρ καλεῖσθαι. Ἀλλ' ἐκεῖν⊙ τοὺς θορύβους μισῶν, καὶ τὸν κατὰ Βασιλέα ἀποστρεφόμεν⊙, τὸν δὲ ἡσυχίαν ἀγαπῶν, καὶ τὸν ἄνω Βασιλέα ποθῶν, παρεκάλει αὐτὸν ὁδηγῆσαι εἰς ὁδὸν, ὅπως δεῖ Σωθῆναι. Ἦλθεν οὖν αὐτῷ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα ἐκ τρίτου· Ἀρσένιε, φεύγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζου. Καὶ παραυτίκα τὰ ἱμάτια ἀλλάξας, καὶ φορέσας πενιχρὰ, ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἡσύχαζε· καὶ ἀγωνισάμεν⊙ ὡς ὀδεὶς ἄλλ⊙, ἐν βάθει γήρα πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

B

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Θ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΗΣΑΙΟΥ.

IX Esaiæ Proph.

Ἡ Σαΐας, ὁ τοῦ Θεοῦ μέγας Προφήτης, ἦν μὲν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, θεῖ⊙ δὲ ὑπῆρχε τοῦ Βασιλέως Μανασσῆ υἱὸς Ἐζεκίου. Ἐλέγχων δὲ αὐτὸν ἐπὶ ταῖς ἀνομίαις αὐτοῦ, ἐσχίσθη εἰς δύο μέλα ξυλίνου πρίον⊙· καὶ τελευτήσας, ἐτάφη πλησίον τῶν ὑδάτων, ἅπερ ἀπώλεσεν Ἐζεκίας ὁ Βασιλεὺς, καταχώσας αὐτὰ διὰ τοὺς πολεμίους· καὶ ὁ Θεὸς τὸ Σημεῖον τοῦ Σιλωὰμ ἐποίησε διὰ τὸν Προφήτην· διὶ ὅτι πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν διψήσας ἠύξατο ποιεῖν ὕδωρ, καὶ εὐθέως ἀπεσάλη αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ ὕδωρ. Διὰ τοῦτο ἐκλήθη Σιλωὰμ, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένον. Καὶ τότε μὲν ἔκειτο τὸ ἱερὸν λείψανον τοῦ Προφήτου πλησίον, ὡς εἴρηται, τῶν ὑδάτων τοῦ Σιλωὰμ, καὶ τοῦ τάφου τῶν Βασιλέων Δαυὶδ καὶ Σολομῶντ⊙. Ὕστερον δὲ μελακομισθὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει καλουμένῃ πλησίον Βλαχερνῶν, ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρτυρ⊙ Λαυρεντίου.

C

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ.

Christophori M.

Περὶ τούτου τοῦ ἁγίου λέγονταί τινα παρά τινων τερατώδη καὶ παράδοξα, ὅτι τε κυνοπρόσωπ⊙ ἦν πρότερον καὶ ἀνθρώπους ἤσθιεν, ὕστερον δὲ μετὰ τὸ πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ μεμορφώθη. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο· ἀλλά τινες αὐτὸν οὕτως ὑπενόησαν, διὰ τὸ ἐθνικὸν εἶναι καὶ ἄγριον καὶ φοβερόν. Ὅμως δὲ ὡς ἐπὶ τῆς Βασιλείας Δεκίου, καὶ κρατηθεὶς ἐν πολέμῳ παρὰ τοῦ Κόμητ⊙, μὴ διωάμεν⊙ λαλῆσαι Γραικιστὶ, ἠύξατο τῷ Θεῷ· καὶ ἀπεσάλη αὐτῷ Ἄγγελ⊙, λέγων· Ἀνδρίζου. Καὶ ἁψάμεν⊙ τῶν χειλέων αὐτοῦ, ἐποίησεν αὐτὸν λαλῆσαι Γραικιστί. Εἰσελθὼν οὖν ἐν τῇ πόλει, ἐκήρυττε τὸν Χριστόν. Ἀποστέλλονται οὖν στρατιῶται κρατῆσαι αὐτόν· καὶ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ βλαστησάσης, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, καὶ Σωὰ αὐτῷ βαπτίζονται ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Βαβύλα, ἔνθα καὶ Χριστόφορ⊙ ὀνομάθη. Εἶτα πρασαχθεὶς τῷ Βασιλεῖ, καὶ πολλὰ βασανισθεὶς πρότερον, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθη. EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΕΠΙΜΑΧΟΥ ΚΑΙ ΓΟΡΔΙΑΝΟΥ.

Ἐπίμαχ⊙ καὶ Γορδιανὸς, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς μεγάλης καὶ παλαιᾶς Ρώμης· διὰ δὲ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν, κρατηθέντες ὑπὸ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθησαν τῷ τῆς χώρας Ἐπάρχῳ· καὶ καταναγκασθέντες ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες, ἐτύφθησαν σφοδρῶς· καὶ κρεμασθέντες, ξέσησαν μέλα σιδηρῶν ὀνύχων. Εἶτα ἀπὸ τῶν ξύλων καταβιβασθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, λαβόντες χαρὸν προθεσμίας· ὅπως μέλαμελητθέντες ζήσωσιν. Οἱ δὲ καὶ ἐν τῇ φυλακῇ ὄντες, οὐκ ἐπαύοντο τοῦ προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι καληξιώθησαν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνίσεσθαι. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας πάλιν ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, καὶ πολλοῖς καὶ διαφόροις βασάνοις ὑποβληθέντες, ξίφει τὰς ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς ἀπέτμηθησαν. EPIMACHI GORDIANI MM. E

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΟΔΡΑΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.

Κοδρᾶτ⊙, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει· διὰ δὲ τὸν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, μετὰ τῆς Συνοδίας αὐτοῦ ἤχθη δέσμι⊙, καὶ παρεδόθη τῷ τῆς πόλεως Ἀνθυπάτῳ· καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησε παῤῥησία τὸν Χριστόν. Ἀπωθεὶς οὖν καὶ γλῶ, ἐτύφθη βουνεύροις ξηροῖς· καὶ αἱμάτων πληρώσας τὸν γλῶ, τῷ δεσμοτηρίῳ παρεδόθη. Εἶτα εἰς Νίκαιαν ἀχθεὶς παρὰ τοῦ Ἀνθυπάτου, πάλιν ἐτιμωρήθη. Τινὰς δὲ φοβηθέντας τὰς κολάσεις καὶ βουλομένους θῦσαι, τὸν φόβον Θεοῦ ὑπομνήσας, ἐστήριξεν· οὓς εἰς πῦρ ἐμβαλὼν ὁ Ἀνθύπατ⊙ ἔκαυσεν. Ὁ δὲ Κοδρᾶτ⊙, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν περιαγόμεν⊙, καὶ πάσας τοῖς αἵμασι καθαγιάζων, τὸν Ἑρμοκόλιν καταλαβὼν, τὸν κεφαλὸν ἀπετμήθη. Codrati & Soc. MM. F

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ι'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΗΣΥΧΙΟΥ.

Ἡ Σύχι⊙, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν μὲν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ Βασιλέως, πρῶτ⊙ τοῦ παλατίου ὑπάρχων, καὶ τὸν ἀξίαν Μάγιστρ⊙· ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ διατρίβων ὁ Μαξιμιανὸς, προσέταξε Χριστιανὸν μὴ στρατεύεσθαι· ἀλλὰ τοὺς βεβομένους Χριστὸν ὁμολογεῖν λῦσαι τὰς ζώνας καὶ ἰδιωτεύειν. Καὶ πολλῶν ἑλομένων τὸν ἄδοξον μάλλον βίον, ἢ τὸν ἐν ἀπολείᾳ τιμὸν, εἷς τούτων γέγονε καὶ ὁ μέγας Ἡσύχι⊙. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ Βασιλεὺς, ἐξέδυσεν αὐτὸν τὰ πολυτελῆ ἱμάτια, καὶ ἐνδύσας κολόβιον τρίχινον, μέλα τῶν γυναικῶν κατέκρινε Σωδιάγειν. Καὶ μέλά τινας ἡμέρας προσκαλεσάμεν⊙ αὐτὸν, ἔφη· Hesychii M.

ex ms. cryptæ ferratæ

ἔφη· Εἶπε μοι, Ἡσύχιε, εἰ ὐκ αἰσχιὼν ἐν ἀτιμίᾳ τοιαύτῃ διάγειν; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἡ παρὰ σοῦ τιμὴ προσκαιρός ἐστι. Τότε λίθον μυλικὸν περιδήσας αὐτῷ τῷ τραχήλῳ ὁ Βασιλεὺς, ἔρριψεν ἐν τῷ Ὀρόντῃ ποταμῷ, ἔνθα καὶ τὸ μακάριον ἐδέξατο τέλος, ἀπολαβὼν Βασιλείαν οὐρανῶν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΗΣΥΧΙΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

Hesychii Confess.

Οὗτος ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἀρμενιακῶν· βληθεὶς δὲ γενέσθαι μοναχὸς καὶ ἡσυχάσας, κατήρχετο ἐπὶ τὰ πρὸς θάλασσαν μέρη. Ἐν ὄρει δή τινι ὑψηλῷ ἀπελθόντι, δαίμονες εἰσελθόντες εἰς δύο ἀνθρώπους Ἰωάννην καὶ Ἱλαρίωνα, παρεσκεύασαν ἀπανθῆσαι, καὶ ἐρωτῆσαι αὐτὸν πού πορεύεται· καὶ μαθόντες, εἶπον, μεῖναι τὸν τόπον θηρίων καὶ λῃστῶν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγὼ θανάτου ἄξια ἔπραξα, καὶ φεύγων τὸν θάνατον ἀπέρχομαι. Καὶ ἀποκριθέντες εἶπον· Τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον φοβῇ; καὶ τῶν θηρίων οὐ φοβῇ; Τότε γνοὺς τὴν τῶν δαιμόνων ἐπίθεσιν, σφραγίσας αὐτούς, ἐδίωξεν ἐκ τῶν ἀνθρώπων. Αὐτὸς δὲ ἀπελθὼν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου
B ἠβουλήθη, καὶ κλίσας εὐκλήριον, ἡσύχαζεν ἐκεῖ, προσευχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ θαυμασὸς γενόμενος εἰς ἀρετὴν· καὶ πολλὰ θαύματα ποιήσας, ἐτελεύτησε. Τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἀνακομισθὲν ἐν Ἀμασίᾳ τῇ πόλει.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΣΙΜΩΝΟΣ ΤΟΥ ΖΗΛΩΤΟΥ.

Simonis Apostoli.

Σίμων, ὁ μέγας Ἀπόστολος τοῦ Χριστοῦ, ὁ ὀνομαζόμενος Ζηλωτὴς· μετὰ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους ὑπάρχων ἐν τῷ ὑπερώῳ, καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν ἐν αὐτῷ περισεσῶς καὶ πυρίνας γλώσσας ὑποδεξάμενος, ὅλος πυρίπνους γέγονεν· καὶ θεία ζήλου πληθείς, τὴν μὲν πολύθεον πλάνην πᾶσαν ὡς χόρτον καταφλεχθεῖσαν τῇ παῤῥησίᾳ· τὴν δὲ γῆν ὅλην σχεδὸν διαδραμών, τῷ διδασκαλικῷ λόγῳ αὐτοῦ καὶ τῷ φέγγει τῆς εὐσεβείας, ἐλαμπρύνετο καὶ καταφώτισεν· ὅθεν καλῶς τε καὶ καταλλήλως τὴν τοῦ Ζηλωτοῦ ἐπίκλησιν
C ἐδέξατο, καὶ διπλοῦν τὸ στέφος τῆς ὁμολογίας ἔλαβε. Μαυριτανίαν γὰρ, καὶ τὴν τῶν Ἄφρων χώραν, καὶ τὴν Λιβύην ἅπασαν διελθὼν, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν Κύριον, ὕστερον ἐν Βρεττανίᾳ γενόμενος, καὶ τῷ σαυρῷ προσπαγεὶς, Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.

Alphei & Soc. MM.

Ἀλφειὸς, Φιλάδελφος καὶ Κυρίνος, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Ἰταλίας, εὐγενεῖς καὶ πλούσιοι, υἱοὶ Βιταλίου Ἄρχοντος τῆς αὐτῆς χώρας. Μαθόντες δὲ τὴν εὐσέβειαν παρὰ Ὀνησίμου τινὸς Χριστιανοῦ καὶ βαπτισθέντες, ἐκήρυττον τὸν Χριστόν. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἀποσταλέντος Ἄρχοντος ἀπὸ Ῥώμης μετὰ γραμμάτων Βασιλικῶν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰταλίας, ἐπὶ τὸ φονεύεσθαι τοὺς Χριστιανούς, διαγνωσθέντες ὄντες καὶ κρατηθέντες, δέσμιοι παρεπέμφθησαν εἰς Ῥώμην, ἅμα Ὀνησίμῳ καὶ Ἐρασμῷ, καὶ ἑτέροις ἀνδράσι δέκα καὶ τέσσαρσι, πρὸς Λικίννιον· καὶ ὑπ' ἐκείνου παραδοθέντες Διομήδει τῷ Ἡγεμόνι, ἐν Ποπόλοις ἀπήχθησαν. Καὶ ὁ μὲν Ὀνήσιμος λίθον μέγιστον καὶ βαρὺ δεσμὸν περιτεθεὶς τῷ λαιμῷ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα· ὁ δὲ Ἐρασμος, μετὰ τῶν λοιπῶν δεκαπέντε, ἀπεκεφαλίσθη· οἱ δὲ τρεῖς ἐν Σικελίᾳ πεμφθέντες, ἀνῃρέθησαν.

D

ΜΗΝΙ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ ΙΑ'

Η ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ ΤΟΥ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Ὅτε τῷ τοῦ Βυζαντος πόλιν ὁ μέγας ἐν Βασι- XI
λεῦσι καὶ Χριστιανικώτατος Κωνσταντῖνος λαβὼν, Natalis
καὶ κλίσας πολλῷ μείζονα, καὶ εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα τῷ CP.
κλήσιν αὐτῆς μεταμείψας, ἀντὶ Βυζαντίου Κωνσταντινούπολιν ὠνόμασε, μετὰ τὸ συμπληρῶσαι τὸ τεῖχος, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ οἰκήσεις, καὶ τὰς ἱερὰς ἐκκλησίας, ἀναθεὶς ταύτῃ τῇ ὑπερενδόξῳ δεσποίνῃ ἡμῶν Θεοτόκῳ καὶ ἀεὶ παρθένῳ Μαρίᾳ καλεξαίρετον, εὐχαριστῶν ἅμα τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ καὶ τῷ κλήρῳ καὶ τῷ λαῷ, περιπεύσας ἀνῆλθεν ἐν τῷ φόρῳ· ἐν ᾧ τῷ αὐτοῦ στήλῃ οἱ πολῖται ἀνέστησαν, φέρουσαν τὸν ἅγιον τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἥλιον ἐν τῇ κεφαλῇ, ὃ κάτωθεν κεῖται οἱ δώδεκα κόφινοι τῶν περισσευσάντων κλασμάτων τῶν πέντε ἄρτων. Ἐκλοτε οὖν παραλαβοῦσα ἡ Σωτήρια, ἐωρτάζῃ ταύτῃ ἕως τοῦ νῦν.

E

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΩΚΙΟΥ.

Μώκιος, ὁ δὲ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, ἦν μὲν ἐκ τῆς Mucii M.
πόλεως Βυζαντίου, υἱὸς Χριστιανῶν Εὐφράτου καὶ Εὐσταθίας, ὁρμωμένων ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Ὑπάρχων δὲ Πρεσβύτερος τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, παρήγγελε πᾶσιν ἀπέχεσθαι μὲν τῶν εἰδώλων, τιμᾶν δὲ τὸν Χριστὸν, καὶ σέβειν αὐτὸν ὡς Θεὸν τῶν ὅλων καὶ Κύριον. Ἐν μιᾷ δὲ θυσίας ὑπτελουμένης παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, καὶ τοῦ λαοῦ θύοντος, θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς δραμὼν, ἀνέτρεψε τὸν βωμὸν, καὶ τὰ θύματα διεσκόρπισε. Κρατηθεὶς οὖν ἐτιμωρήθη, καὶ ἐμβληθεὶς εἰς πῦρ, ὡρᾶ τὸ μέσον τῆς φλογὸς μέλα τριῶν ψαλλόντων, καὶ τοῦ ἑνὸς τὸ πρόσωπον ἔλαμπεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐξῆλθεν ὑγιὴς· ἡ δὲ φλὸξ ἔκαυσε τοὺς παρεστῶτας, καὶ τὸν Ἄρχοντα. Εἶτα πέμπεται εἰς Ἡράκλειαν τῆς Θράκης· ἐνθα τοῦ κεφαλοῦ ἀποτμηθεὶς, ἐτάφη. Ὕστερον δὲ κλίσας ναὸν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ἤγαγε τὸ λείψανον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθετο ἐν αὐτῷ.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥΣ.

F

Διοσκορίδης, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἐκ Dioscoridis M.
τῆς Σμυρναίων πόλεως· Χριστιανὸς δὲ ὢν, ἐκήρυττε παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐδίδασκεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ· καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ὑπερφέρων ἀπὸ τῆς παλαιοπαραδότου πλάνης αὐτῶν, ἐβάπτιζε. Κρατηθεὶς οὖν παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, μὴ φερόντων ἀκούειν παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν κηρυττόμενον, ἐμαστιγώθη. Εἶτα δεθεὶς παρεδόθη τῷ Ἄρχοντι· καὶ ἐρωτηθεὶς ὑπ' ἐκείνου, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὁμολογήσας, βασανισθεὶς παρεπέμφθη φυλακῇ, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας κακουχηθεὶς ἐν αὐτῇ. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, πάλιν ἠναγκάσθη τὸν Χριστὸν ἀρνήσασθαι· καὶ μὴ πεισθεὶς, ξέσει χρεμασθεὶς· καὶ ἐπιμένων τῇ εἰς Χριστὸν ὁμολογίᾳ, προσάξει τοῦ Ἄρχοντος ἀνῃρέθη.

A

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΒ'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ.

Epiphanii Episc. Ἐπιφάνιος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἦν μὲν ἐκ τῆς χώρας Φοινίκης, ὑὸς Ἰουδαίων· ἀλλ' ἐκείνων ἀναπομενάντων τῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ, αὐτὸς πρὸς τὸν Χριστὸν ἔδραμε, καὶ βαπτισθεὶς γέγονε μοναχός. Εἶτα ἐχειροτονήθη καὶ Ἐπίσκοπος Κύπρου· καὶ ὕστερον ἀθεράπευτον τὸν Θεὸν ὡς καὶ θαύματα ποιῆν ἀξιωθῶν. Ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπὸ τῶν κακοδόξων ὑπέστη· καὶ τὸν ἀληθῆ μὲν ἐν τοῖς λόγοις κρατύνας, τοὺς δὲ αἱρετικοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀπελάσας, ἐπεδήμησε καὶ τῇ Κωνσταντινουπόλει. Καὶ καταναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς Εὐδοξίας ὑποχάραξαι εἰς τὸν ἀέρα τοῦ Χρυσοστόμου, οὐκ ἐπείθη. Ἀπειλήσης δὲ αὐτῆς, ὡς εἰ μὴ τοῦτο ποιήσει, τὰ εἴδωλα ἀνοίξειν, πεισθεὶς ὑπέγραψε. Καὶ μαθὼν ὁ Χρυσόστομος τοῦτο, ἔγραψε πρὸς αὐτὸν· Ἐπιφάνιε, ἐπὶ σωήνεσας εἰς τὸν ἀέρα μου, ἃ μὴ καθήσῃς ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Ὁ δὲ ἀντέγραψεν· Ἀθλητὰ Ἰωάννη, Παῖε καὶ νίκα. Εἶτα πλέων εἰς Κύπρον, ἐτελεύτησεν ἐν τῷ πλοίῳ.

B

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Germani Patriar. Γερμανὸς, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Ἡρακλείου, ὑὸς Ἰουστινιανοῦ Παλαικίου· ὃν διὰ φθόνον ὁ Ἡρακλείου ὑὸς φονεύσας, τοῦτον εὐνάχισε, καὶ τῷ κλήρῳ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνέταξεν. Ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἔπιδὺς ἑαυτὸν τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῇ ἀσκήσει καὶ λοιπῇ ἀρετῇ, ὕστερον ἐχειροτονήθη Ἐπίσκοπος τῆς ἐν Κυζίκῳ ἐκκλησίας. Ἀπὸ δὲ τῆς Κυζίκου μεταθεὶς, ἐπὶ τὸν καθέδραν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀνήχθη, Πατριάρχης γενόμενος. Καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ τὸν λαὸν φωτίσας, καὶ τὰ βαθύτερα τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεύων, διήρκεσε μέχρι τῆς Βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου· ὃν ἰδὼν τὰς θείας εἰκόνας ἀποσρεφόμενον, καὶ μήτε λόγοις, μήτε παραινέσεσι δυνηθεὶς πεῖσαι αὐτὸν ἀποστῆναι τῆς αἱρέσεως, θεὶς τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, ἀπελθὼν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἡσύχαζεν· ἐν ᾧ τῷ Θεῷ προσευχόμενος πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησε, χρόνων ἐνενήκοντα.

C

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΓ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΓΛΥΚΕΡΙΑΣ.

XIII Glycerię M. Γλυκερία, ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὣν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀντωνίνου Βασιλέως καὶ Σαβίνα Ἡγεμόνος, ἐν Τραϊανουπόλῃ τῆς Θράκης. Θύοντος οὖν τοῦ Ἡγεμόνος τοῖς εἰδώλοις, ἄνθη ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῆς ἐπιγράψασα τὸν τίμιον σαυρὸν, ἦλθε πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, Χριστιανὴ ἑαυτὴν καὶ δῆλον ἐξ Χριστοῦ ὀνομάσασα. Καὶ τοῦ Ἡγεμόνος παραινοῦντος αὐτῇ θῦσαι, εἰσελθοῦσα ἐν τῷ ναῷ τῶν εἰδώλων, καὶ εὐξαμένη τῷ Χριστῷ, κατέβαλε τὸ ἐξ Διὸς εἴδωλον καὶ συνέτριψε. Διὰ τοῦτο χρεμασθεῖσα ἐκ τριχῶν, ξέσθη σιδήροις· εἶτα ἀποκλεισθεῖσα εἰς φυλακὴν, ἐτρέφετο ὑπ' Ἀγγέλου. Εἶτα ἐκ φυλακῆς ἐκβληθεῖσα, ἐνεβλήθη εἰς κάμινον πυρὸς· καὶ τοῦ πυρὸς ὑπὸ θείας δρόσου σβεσθέντος, ἐξῆλθεν ἀβλαβής. Εἶτα ξεσθῆναι τὴν κεφαλὴν· καὶ ἀποκλεισθεῖσαν εἰς φυλακὴν καὶ ὑγιάνασαν ὑπὸ Ἀγγέλου, παρεσκεύασε τὸν δεσμοφύλακα πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ· ὅστις παραυτίκα ἀπεκεφαλίσθη· ἡ δὲ Ἁγία θηριομαχήσασα, ἐτελειώθη. Καὶ καταθέτη τὸ λείψανον αὐτῆς ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θράκης. EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

Alexandri M. Ἀλέξανδρος, ὁ ἐξ Χριστοῦ Μάρτυς, ὢν μὲν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Μαξιμιανοῦ, στρατευόμενος ὑπὸ Νυμεριανῷ Κόμητι. Θύοντος δὲ τοῖς εἰδώλοις ἐξ Κόμητος μετὰ δύο ἀπ' αὐτὸν τάγματος, μόνος ὁ Ἀλέξανδρος ἠμόνον οὐκ ἐπείθη θῦσαι, ἀλλὰ καὶ τὸν Κόμητα καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πεπλανημένους ἐκάλεσε, καὶ δαιμόνων λατρείας. Κρατηθεὶς οὖν, ἦχθη πρὸς Μαξιμιανὸν· καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, ἐτύφθη σφοδρῶς. Εἶτα πεπέμφθη Τιβεριανῷ Ἐπάρχῳ, τιμωρεῖσθαι κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Βυζαντίου. Καὶ πρῶτον μὲν τὰς πλευρὰς τῷ πυρὶ καθεφλέχθη, ἔπειτα ῥάβδοις ἀκανθίνοις ἐτύφθη, τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἀκολουθούσης καὶ προθυμοποιούσης αὐτόν. Ἀχθεὶς δὲ εἰς Βεροῖαν δέσμιος, καὶ διὰ προσευχῆς ὕδωρ ἐξαγαγὼν, πολλοὺς τοὺς εἰδωλολατρῶν ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ γενόμενος ὁ Δριζιπάρχης πόλει τῆς Θράκης, τὴν διὰ ξίφους ἐδέξατο τελευτήν. E

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΕΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

Sergii Conf. Σέργιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ὁμολογητὴς, ὑπῆρχε μὲν εὐγενῶν καὶ πλουσίων γονέων ὑὸς, ἐν Κωνσταντινουπόλει γεννηθεὶς· προσκυνῶν δὲ τὰς θείας καὶ Σεπτὰς εἰκόνας, ἐκρατήθη παρὰ τῶν Εἰκονομάχων· καὶ παρασὰς τῷ παρανόμῳ Βασιλεῖ Λέοντι, καὶ βιαζόμενος ὅτε μὲν κολακείαις, ποτὲ δὲ ἀπειλαῖς ἀθετῆσαι τὴν προσκύνησιν τῶν ἁγίων εἰκόνων. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλὰ λογισάμενος τὸν τύραννον ὡς βδέλυγμα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὰς ἀπειλὰς ὡς λῆρον ἡγησάμενος, παῤῥησίᾳ ἔλεγε, δεῖν προσκυνεῖν τὰς τιμίας εἰκόνας, καὶ τιμᾶν αὐτὰς πάντα Χριστιανὸν σχεδὸν ὡς τὴν τιμῆς διαβαθμησιν ἐπὶ τὸ πρωτότυπον. Τότε δεθεὶς σχοινίῳ τὸν τράχηλον ἐσύρετο ἐπ' ἀγορᾶς ὡς κακοῦργος. Εἶτα φυλακῇ παρεδόθη· καὶ δημευθεὶς καὶ γυμνωθεὶς τοῦ πάθους αὐτοῦ, μελὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εἰρήνης καὶ τῶν τέκνων, ἐξωρίσθη· ἔνθα πολλὰς θλίψεις, καὶ ποικίλους πειρασμοὺς ὑπομείνας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. F

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΠΑΥΣΙΚΑΚΟΥ.

Pausicaci Episc. Παυσίκακος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀπαμείας, ἐκ γονέων γεννηθεὶς εὐλαβῶν· ἰατρὸς δὲ ὢν τὴν τέχνην, περιήρχετο τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας, θεραπεύων πάντας τοὺς νοσοῦντας ἀναργύρως. Εἶτα μισήσας τὸν κόσμον, καὶ τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ τινὶ, ἐγένετο μοναχὸς· καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο εἰς ἀρετὴν, νηστεύων, ἀγρυπνῶν, καὶ προσευχόμενος, ὡς καὶ χαρισμάτων μεγάλων ἀξιωθῆναι. Τροφὴ δὲ ἦν αὐτῷ ἄρτος μόνος ὀλίγος καὶ ὕδωρ ὁμοίως· διὰ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ὑπὸ Κυριακοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μὴ βουλόμενος, ἐχειροτονήθη Σωάδων

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

Ἐπίσκοπος, ἐπὶ τῆς Βασιλείας Μαυρικίου, ὃν καὶ ἐθεράπευσεν ἀπὸ σφοδροτάτου νοσήματος. Εἶτα καλῶς τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἰδιώων, ἔζησε μέχρι τῆς Βασιλείας Δ΄ δυσεβοῦς Λέοντος Δ΄ Εἰκονομάχου· καὶ ἐν βαθεῖ γήρᾳ γενόμενος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΔ΄

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΣΙΔΩΡΟΥ.

XIV Isidori M.

Ἰσίδωρος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ Βασιλείας Δεκίου, ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς πόλεως· στρατευόμενος δὲ, τὸν τοῦ Ὀπίωνος τάξιν ἐπεπίστευτο. Ἀπελθὼν δὲ εἰς Χίον τὴν νῆσον, μετὰ τῶν στρατιωτικῶν πλοίων, ὧν ἦρχε Νυμέριος, διεβλήθη ὑπὸ Ἰουλίου Κενσυρίωνος ὡς Χριστιανὸς τῷ Νυμερίῳ. Καὶ κρατηθεὶς καὶ πρασθεὶς αὐτῷ, ἠρωτήθη εἰ ὁμολογεῖ τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι καὶ Χριστὸν ὁμολογῶ, ὡς ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πιστεύω εἰς αὐτὸν ὡς ἀληθῶς Θεὸν ὄντα καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν Σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας
B παρθένου Μαρίας· καὶ ἀνθρωπίσαντα ἀσπόρως καὶ ἀφθόρως, καὶ τοῖς τοιούτοις δόγμασι καὶ λόγοις καταπλήξας αὐτὸν, διαφοροις βασάνοις πρώτερον καθυποβληθεὶς, ἐτιμωρεῖτο. Ἔχων δὲ τὸ ἀμετάθετον πρὸς Χριστὸν, καὶ τὰς βασάνους ὑπομένων γενναίως, ὕστερον τῷ κεφαλῷ ξίφει ἀπολυμηθεὶς, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἔλαβεν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΑΞΙΜΟΥ.

Maximi M.

Μάξιμος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ζῆλον θεῖκὸν ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, καὶ ὁρῶν τοὺς εἰδωλολάτρας, οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀνατιθέντας τοῖς εἰδώλοις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους ἀποπλανῶντας καὶ καταναγκάζοντας προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ὡς θεοῖς προσέχειν, ἔσπευδε μὲν καὶ ἐλυπεῖτο καθ' ἑαυτὸν, ἡύχετο δὲ τῷ Θεῷ σῶσαι τὸν διωγμόν. Ὅμως δὲ ποτὲ μὲν κρύφα, ποτὲ δὲ παῤῥησίᾳ ἐκήρυττε τὸν Χριστὸν· καὶ πολλοὺς τῶν προσερχομένων αὐτῷ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπέστρεφεν, ἐβάπτιζε. Ποτὲ δὲ θυσίας ἐπιτελουμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων μετὰ σπουδῆς Σωτηριχόντων ἐπὶ τὰς μυσαρὰς θυσίας, καὶ
C θυόντων οὐ μόνον κτήνη, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπους, μὴ ἐνεγκὼν τὴν ἀτοπίαν, εἰς μέσον σταθεὶς, ἤλεγξεν αὐτοὺς φανερῶς· καὶ τὰ εἴδωλα ἀψύχους λίθους καὶ ξύλα ἀπεκάλεσε, καὶ μὴ δὲ ἑαυτοῖς βοηθῆσαι δυνάμενα. Τότε κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀπίστων, καὶ διαφόρως πρώτερον βασανισθεὶς, ὕστερον ἐλιθοβολήθη· καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΣ΄

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΗΓΙΑΣΜΕΝΟΥ.

Theodori monachi.

Θεόδωρος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν ἁγιότητα καὶ καθαρότητα ἐπικληθεὶς Ἡγιασμένος, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ τῇ ἀσκήσει προελθὼν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἐπιμελῶς μελετήσας, ὅλος καθαρὸς ἐγένετο, καὶ σκεῦος ἐκλογῆς καὶ εὔχρηστον διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐργασίαν, καὶ Θεοῦ ναὸς, καὶ καλοικητήριον ἅγιον. Καὶ ὑπερβὰς πάντα τὰ φαινόμενα καὶ ὁρατὰ καὶ φθαρτὰ, καὶ τὸν νοῦν ἐπαιρείσας τοῖς νοητοῖς καὶ ἀοράτοις καὶ ἀφθάρτοις, ὁμόσκλως τῷ ἁγίῳ Παχωμίῳ καὶ ὁμότροπος, καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον D ἁγίοις ἀνεδείχθη· ὅθεν καὶ τὴν μεγίστης προσηγορίας τῆς κληθώσας Ἡγιασμένου ἄξιος φανεὶς, πολλῶν θαυμάτων ἐπλούτησεν ἐνέργειαν. Καὶ διὰ τοῦτο θαυμαστὸς καὶ περιβόητος τοῖς πᾶσι γενόμενος, καὶ πολλοὺς ὠφελήσας, οὐ μόνον διὰ λόγου, ἀλλὰ καὶ διὰ βίου αὐτοῦ, ἐν βαθυτάτῳ γήρᾳ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν.

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΧΙΛΛΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΑΡΙΣΣΗΣ.

Achillii Episc.

Ἀχίλλιος, ὁ Θαυματουργὸς, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου· Χριστιανῶν δὲ γονέων ὑπάρχων ὑὸς, ἐκ ἐκείνων ἐπαιδεύθη τὸν εὐσεβειαν, μαθὼν καὶ τὰ ἔξω Ἑλλήνων τὰ μαθήματα. Εἶτα καὶ τὸν θείαν γραφὴν ἐπιμελῶς μελετήσας, καὶ λόγῳ καὶ ἀρετῇ ἑαυτὸν ῥυθμίσας, Ἀρχιερεὺς ἐχειροτονήθη Λαρίσσης· καὶ πολλὰ καλορθώματα καὶ θαύματα ἐνδειξάμενος, παρεγένετο καὶ εἰς τὸν καλὰ Νικαίαν συνοδον, μετὰ τῶν θείων Πατέρων, κατὰ Ἀρείου τὸ αἱρετικὸν· ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρθοδοξίας δογμάτων καλῶς ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς καταισχύνας, ἐθαυμάσθη E ὑπὸ πάντων. Ὑποστρέψας δὲ ἀπὸ Νικαίας εἰς τὸν ἴδιον θρόνον, καὶ πολλὰ θαύματα ἐργασάμενος, καὶ ναοὺς διαφόρους καὶ μεγάλους ἀνεγείρας, εἰς Θεοῦ δόξαν καὶ τῶν Ἁγίων αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησε χαίρων.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

Heraclii & Socior. MM.

Οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες Ἡράκλειος, Παυλῖνος, καὶ Βενέδιμος, ἐν Ἀθλώναις τῇ πόλει ὑπάρχοντες, καὶ Χριστιανοὶ ὄντες, ἐκήρυττον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα παῤῥησίᾳ, πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας προτρέπωντες ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων, καὶ βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο κρατηθέντες παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθησαν τῷ τῶν Ἀθλώνων Ἄρχοντι· καὶ ἐρωτηθέντες Σωτήως, ὡμολόγησαν τὸν χριστὸν, διδάξαντες αὐτὸν μὲν Θεὸν ἀληθινὸν ὄντα, καὶ δημιουργὸν τῆς κτίσεως, τὰ δὲ εἴδωλα ψευδῆ ἀναπλάσματα, ἐκ λίθων καὶ ξύλων καλεσκευασμένα, καὶ τέχνης ἔργα. Παροργίσαντες οὖν τὸν Ἄρχοντα ἐν τῷ τὴν ἀλήθειαν λέγειν, ἐτύφθησαν ἰσχυρῶς· καὶ διὰ πάσης ἄλλης τιμωρίας πρότερον διελθόντες, ὕστερον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῶν εἰς κάμινον μεγάλην ἐμβληθέντες πυρὸς, ἐτελειώθησαν. F

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΟΥ.

Petri & Socior. MM.

Πέτρος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὢν ἐκ Λαμψάκου τῆς πόλεως· κρατηθεὶς ὑπὸ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρεδόθη τῷ τῆς Ἀβύδου Ἄρχοντι· καὶ μὴ πεισθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ξύλοις Σωληνωθεὶς τὸ Σῶμα, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Παῦλος δὲ καὶ Ἀνδρέας, στρατεύομενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ τῆς Ἀβύδου Ἄρχοντι, Σωὺ ἐκείνῳ τὰς Ἀθλώνας καλέλαβον, καὶ κρατηθέντας Διονύσιον καὶ Χρισίναν, καὶ φυλακῇ παραπεμφθέντας προσετάχθησαν φυλάττειν. Οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ἁγίας Χρισίνης διδαχθέντες, ἀφῆκαν τὸν πατροπαράδοτον πλάνην τῶν εἰδώλων, καὶ προσῆλθον τῷ Χριστῷ· καὶ γνωσθέντες ὅτι Χριστιανοὶ ἐγένοντο, αὐτοὶ μὲν καὶ Διονύσιος, πρότερον πολλαῖς βασάνοις ὑποβληθέντες, διὰ τὸ μὴ θῦσαι

A θῦσαι τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, ὕστερον ἐλιθοβολήθησαν. Ἡ δὲ ἁγία Χρισίνα, ὑπεσῦσα αὐτοῖς καὶ κλάυσασα, τῷ τιμίαν καὶ ἱερὰν κεφαλὴν ἀπέλιπεν.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΣΥΜΕΩΝ, ΙΣΑΑΚΙΟΥ, ΚΑΙ ΒΑΧΘΙΣΟΟΥ.

Simeonis Isaacii Bactisoi MM.

Συμεὼν, Ἰσαάκιος, καὶ Βαχθισόης, οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐκ τῆς χώρας Περσίδος ἐπὶ Σαβωρίου τοῦ βασιλέως Χριστιανοὶ δὲ ὄντες, ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν μουσολαίρων, καὶ παρεδόθησαν τῷ Σαβωρίῳ, καὶ ἠναγκάζοντο ἀρνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πυρί. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες καὶ εἰπόντες, ὅτι τὸν Χριστὸν μὲν οὐκ ἀρνήμεθα, Θεὸν ἀληθινὸν ὄντα καὶ δημιουργὸν πάντων τῶν κτισμάτων, τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὸ πῦρ ἀποσρεφόμεθα, κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντα, εἰς ὀργὴν ἐκίνησαν τὸν τύραννον. Διὰ τοῦτο δεθέντες ἐκ τεσσάρων χειρὰς καὶ πόδας, ἐτύφθησαν ἰσχυρῶς· εἶτα ἐνεβλήθησαν εἰς φυλακὴν, ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας μὴ μεταλαβόντες τροφῆς. Μετὰ ταῦτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, καὶ διαφόρως βασάνους ὑπομείναντες, τέλος τὰς τιμίας καὶ ἱερὰς αὐτῶν κεφαλὰς πρόθυμως ἀποτμηθέντες, ἐτελειώθησαν.

B

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Ιϛ΄

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΑΒΔΑ, ΚΑΙ ΑΒΔΙΗΣΟΥ, ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩΝ.

xv. Abda & Abdiesu MM.

Ὁ ἅγιος Ἀβδιησοῦς Ἐπίσκοπος ὢν ἐν Περσίδι, καλαμωθεὶς τῷ Βασιλεῖ Περσῶν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀνεψιοῦ, Διακόνου ὄντος, καὶ κρατηθεὶς, μετὰ καὶ ἑτέρων τριάκοντα καὶ ἑνέα Χριστιανῶν, ἤχθη πρὸς αὐτὸν· καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησε τὸν Χριστόν. Ἀπεσάλη οὖν πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοῦ Βασιλέως, ὅπως ὑπ' ἐκείνου τιμωρηθῇ· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον λόγοις θεοσόφοις ἐλέγξας, καλέπληξε. Διὰ τοῦτο δεθεὶς σχοινίοις, καὶ Συσφιγγεὶς εἰς ξύλα μέσον, Σωεξίβη τὰ ὁσά· εἶτα ἐρρίφη ἐν φυλακῇ ὡσεὶ νεκρὸς, μὴ μεταλαβὼν τροφῆς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Καὶ μετὰ ταῦτα κρατηθεὶς καὶ Ἀβδὰς ὁ Ἐπισκοπος, μετὰ ἀνδρῶν εἴκοσι καὶ ὀκτὼ Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων, καὶ Παρθένων ἁγίων γυναικῶν, ἀπεκλείσθη ἐν τῇ αὐτῇ φυλακῇ, ἔνθα ἐδιδάσκοντο ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου Ἀβδιησοῦ. Καὶ μετὰ ὀλίγας ἡμέρας τῆς φυλακῆς ἐκβληθέντες, ἅπαντες ἀπεκεφαλίσθησαν.

C

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΗΣ.

Georgii Episc.

Γεώργιος, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ἐκ βρέφους τὸν Θεὸν ἀγαπήσας, καὶ τὸν κόσμον μισήσας, ἀπελθὼν ἐν μοναστηρίῳ ἐγένετο μοναχὸς, καὶ ταπεινώσεως ὕψος τὰς ἐπάρσεις τῶν δαιμόνων καλέβαλε. Ἐλεήμων δὲ ὑπέρμετρον γενόμενος, δαψιλῶς τοῖς πεινῶσι καθ' ἡμέραν ἐδίδου τὸν ἄρτον αὐτοῦ. Ἐπὶ δὲ σὺν ἔλαβεν ἡ αὐτοῦ ἀρετὴ, Ἐπίσκοπος χειροτονήθη Μιτυλήνης, παρακλήσει πολλῇ τοῦ λαοῦ. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐκκλησίαν, καλῶς διεκυβέρνα αὐτήν· πάσης γὰρ κακοδοξίας ἀντίμαχος ὢν καὶ ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος, ἐρρύετο αὐτὴν ἐκ τῶν αἱρέσεων. Προέγνω δὲ καὶ τὴν μετάστασιν αὐτοῦ· καὶ θανὼν καὶ ταφεὶς, τὴν θήκην αὐτοῦ παρεσκεύασεν βλύζειν ἰάματα, καὶ παντοίων θαυμάτων χάριτας ἐκπέμπειν, θεραπεύσας πάντα τὰ πάθη τῶν προσερχομένων αὐτῷ μετὰ πίστεως.

EX M. S. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩ. ΙΖ΄

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ, ΕΝΟΣ ΤΩΝ Ο΄, ΚΑΙ ΙΟΥΝΙΑΣ.

xvii Andronici & Iuniæ

Ἀνδρόνικος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἀπόστολος, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιελθὼν ὡς ὑπόπτερος, καὶ τὸν Χριστὸν κηρύξας, πᾶσαν μὲν πλάνην ἐκ βάθρων ἀνέσπασε, πᾶσαν δὲ εὐσέβειαν καὶ θεογνωσίαν καλεφύτευσε· Συνεπομένην αὐτῷ ἔχων καὶ Συνεργὸν τοῦ θείου κηρύγματος, τὴν ὑπερθαύμασον Ἰουνίαν, τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σαρκὶ νενεκρωθεῖσαν, καὶ Χριστῷ μόνῳ ζῶσαν καὶ πολιτευομένην. Ὅθεν πολλοὺς τῶν ἀπίστων πρὸς θεογνωσίαν ἑλκύσαντες, καὶ τῷ Χριστῷ προσαγαγόντες, καὶ υἱοὺς φωτὸς καὶ ἡμέρας διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀποτελέσαντες, εἰδωλικοὺς μὲν ναοὺς καθείρεφον, ἐκκλησίας δὲ Χριστοῦ πανταχοῦ ἀνῳκοδόμουν. Τούτων δὲ τῶν Ἁγίων καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ φωνὴν τὴν οἰκουμένην, μεμνηται ἐν ταῖς αὐτοῦ ἐπιστολαῖς· Ἀσπάσασθε, λέγων, Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν. Πνεύματα δὲ ἀκάθαρτα ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀποδιώξαντες, καὶ πάθη ἀνίατα θεραπεύσαντες, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησαν.

E

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΟΛΟΧΩΝΟΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

Solochonis & Socior. MM.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Σολόχων ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Μαξιμιανοῦ, Αἰγύπτιος τὸ γένος, στρατιώτης τὴν τάξιν, τελαγμὸς ὑπὸ τῶν τῆς χώρας Τριβούνῳ μετὰ τρισχιλίων ἑτέρων στρατιωτῶν. Κατά τινα χρείαν προσάξει Βασιλικῇ μετὰ τοῦ Τριβούνου τὸν Χαλκηδόνα κατέλαβεν. Κελεύσαντος τοῦ Βασιλέως τοῖς ταξιάρχοις, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ στρατιωτῶν, θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ἕκαστος μετὰ τοῦ ἰδίου τάγματος, ἐπετέλει τὰς θυσίας καὶ τὸ ἔθος· ὁμοίως καὶ ὁ Τριβοῦνος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Πάντων δὲ θυόντων, τρεῖς μόνοι ἀνέδησαν τῷ θελήματι τοῦ Βασιλέως, Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὁμολογήσαντες, Σολόχων καὶ ἕτεροι δύο. Καὶ τοσοῦτον ἐτύφθησαν, ὡς ὀγκωθῶσι τὰ ψύα αὐτῶν καὶ ὑπερᾶραι τὰς κεφαλάς. Καὶ οἱ μὲν δύο ἐν τῷ μαστιγοῦσθαι ἐτελειώθησαν, ὁ δὲ Σολόχων ἔτι ἔζη. Καὶ λαβὼν κάλαμον ὁ Τριβοῦνος, καὶ εἰς τὸ ὠτίον αὐτοῦ μετὰ θυμοῦ καλαπήξας, ἐθανάτωσεν αὐτόν.

F

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Stephani Patr. CP.

Οὗτος υἱὸς μὲν γέγονε Βασιλείου τοῦ ἀοιδήμου Βασιλέως Ρωμαίων· διὰ δὲ τὸ ἀπλοῦν ἦθος αὐτοῦ, καὶ τὸν λοιπὸν Σωσεσιν καὶ καλάσασιν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ὕψηλον, ἔτι νέος ὢν, ψήφῳ τοῦ Βασιλέως καὶ τῆς ἱερᾶς Συνόδου, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, πλέον δὲ ἁπάντων ὅτι εὐδοκίᾳ καὶ χρίσει Θεοῦ, ἐχειροτονήθη Πατριάρχης Κωνσανλινουπόλεως. Ἐγκαθιδρυθεὶς δὲ τῷ μεγάλῳ καὶ ἱερῷ θρόνῳ, καὶ τὸν μεγάλην ποίμνιον ἐγχειρισθεὶς, καὶ τὸν ὅλον φροντίδα τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ἀναδεξάμενος, ἄγρυπνος ἐφάνη φύλαξ, καὶ ποιμὴν ἀληθινὸς, ἄγων τὰ ἴδια πρόβατα ἐπὶ νομὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ πλουτῶν ἐλεῶν, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐκδικῶν, καὶ ἀδικουμένους χειρῶν ἀδίκων ῥυόμενος, καὶ τὸν Θεὸν θεραπεύων ἐν ἅπασιν. Οὕτω δὲ ποιῶν, καὶ τὸν Σάρκα τήκων τῇ ἐγκρατείᾳ, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας, πρὸς Χριστὸν ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΗ

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

XVIII Theodoti & Socior. MM.

Θεόδοτος, ὁ τῦ Χρισῦ Μάρλυς, μετὰ τῶν ὁπλῶ ἁγίων παρθένων, Τεκύσης, Ἀλεξάνδρας, Κλαυδείας, Φαίνης, Εὐφρασίας, Ματρώνης, Ἰυλίας, καὶ Θεοδότης, ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀγκύρας τῆ Γαλατίας. Τῦ δὲ Ἄρχοντος τῆ πόλεως παρασάξαντος ἐκ τῶν εἰδωλοθύτων τὰ Χρισιανοῖς παρασκευαζόμενα βρώματα ἐπιῤῥάγνεσθαι, ὅπως μιαίνονται οἱ αὐτῶν ἀπογευόμενοι· αὐτὸς ὢν σχήματι ἐμπορίας σῖτον ἀγοράζων, καὶ ἄρτους ποιῶν, ἐδίδου τοῖς δεομένοις Χρισιανοῖς· ἀλλὰ καὶ ὢν ταῖς φυλακαῖς ἐισερχόμενος, τὰς πισὰς ἐσήριζεν· ἦς ὧν ἦσαν καὶ αἱ ἅγιαι ὁπλῶ παρθένοι· ὧν μία ἡ λεγομένη Τεκῦσα, ὑπῆρχεν αὐτῦ θεία. Αἵτινες λίθοις προσδεθεῖσαι, ἐναπερρίφησαν τῇ παρακειμένῃ τῇ πόλει, λίμνῃ· καὶ λαβὼν ὁ Θεόδοτος τὰ λείψανα αὐτῶν, ἔθαψε· καὶ διαγνωσθεὶς, ἐκρατήθη. Καὶ τιμωρηθεὶς πρότερον, ὕσερον ἀπεκεφαλίσθη. B

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΙΘ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΠΡΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

XIX Patricii Ep.M.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πάτηρ ἡμῶν Πατρίκιος, ὑπῆρχεν Ἐπίσκοπος τῆ πόλεως Πρύσης· καὶ διὰ τὸ διδάσκειν τοὺς εἰς Χρισὸν πίσιν τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, κρατηθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, παρέση τῷ τῆ Βυθινίας Ἄρχοντι· καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησε παῤῥησία τὸν Χρισόν. Τῦ δὲ Ἄρχοντος εἰπόντος, ὡς οἱ θεοὶ ὀφείλυσι τιμᾶσθαι, Ζεῦς, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Διονύσιος, καὶ οἱ λοιποὶ, ὧν καὶ τῇ προνοίᾳ τὰ θερμὰ ὕδατα ἀναδίδονται ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων· ἀνέφησεν ὁ Ἅγιος, ὅτι τὰ θερμὰ ὕδατα τῇ δωμάμει Χρισῦ ἀναδίδονται, καὶ ὐχὶ τῶν εἰδώλων, ξύλων ὄνων ἀψύχων καὶ λίθων ἀναισθήτων. Διὰ ταῦτα ἐμβληθεὶς εἰς αὐτὰ τὰ θερμὰ, κοχλάζοντα βίᾳ, ἐξῆλθεν ὑγιὴς, τῶν δημίων καιόντων πάντων· καὶ διαφόρως πρότερον βασανισθεὶς, ὕσερον τῷ διὰ ξίφυς ἐδέξατο τελευτῷ, μετὰ Ἀκακίου, καὶ Μενάνδρου, καὶ Πολυαίνου, τῶν μαθητῶν αὐτῦ. C

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ.

Colluthi M.

Ὁ τῦ Χρισῦ Μάρτυς Κολλῦθος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆ Βασιλείας Μαξιμιανῦ, ἐκ Θηβαίδος πόλεως τῆ Αἰγύπτου· διὰ δὲ τῷ εἰς Χρισὸν ὁμολογίαν κραθεὶς ὑπὸ τῶν προσκυνύντων τὰ εἴδωλα, παρεδόθη τῷ τῆ χώρας Ἡγεμόνι· καὶ μή τε κολακίαις δελεασθεὶς, μή τε ἀπειλαῖς πτοηθεὶς, ὡμολόγει τὸν Χρισὸν παῤῥησία. Διὰ τῦτο πρῶτον μὲν λίθῳ μεγάλῳ τὸν τράχηλον προσδεθεὶς, ἐκρεμάσθη κατὰ κεφαλῆς· καὶ τυπτόμενος ὑπὸ τῶν δημίων, ἔλεγεν· Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλυσαν δόξαν ἀποκαλυπθεσθαι εἰς ἡμᾶς. Ἔπειτα τῦ ξύλυ, ἐν ᾧ ἐκρέματο, καταβιβασθεὶς, ἠναγκάζετο ἀπελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων καὶ θῦσαι. Καὶ μὴ πεισθεὶς, τῷ διὰ τῦ πυρὸς ἀπόφασιν ἐδέξατο· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον ἰσχυρῶς ἐκκαυθεῖσαν, τέλος ἔσχε τῦ προσκαίρυ βίυ.

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι. D

Φιλέταιρος, ὁ τῦ Χρισῦ Μάρλυς, ὑπῆρχε γέννημα καὶ τρέμμα τῆ Νικομηδέων πόλεως, υἱὸς Ταλιανῦ τῦ ἀπὸ Ἐπάρχων, ἀνὴρ εὐμεγέθης καὶ ὡραῖος, λευκὸς ὡσεὶ χιών· καὶ τῷ τρίχα τῆ κεφαλῆς καὶ τῆ γενιάδος ἔχων ὑπολάμπυσαν ὡς χρυσόν. Χρισιανὸς δὲ ὢν, ἐκρατήθη παρὰ τῶν ἀπίσων, καὶ παρέση Διοκλητιανῷ τῷ παρανόμῳ Βασιλεῖ· καὶ ἐλέγξας αὐτὸν ἐφ' οἷς ἔπραττε κακῶν, καὶ μισόχρισον καλέσας, ἐτύφθη ἰσχυρῶς· καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κάμινον πυρὸς, ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς· ὅθεν θαυμάσας ὁ Διοκλητιανὸς, ἀπέλυσεν αὐτόν. Μετὰ δὲ τελευτῶν τῦ Διοκλητιανῦ, τῷ Βασιλείαν παραλαβόντος Μαξιμιανῦ τῦ γαμβρῦ αὐτῦ, πάλιν ἐκρατήθη ὁ Ἅγιος· καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς, ἔπα θαυματυργήσας, ἐποίησε πολλοὺς πισεῦσαι τῷ Χρισῷ· καὶ τελειωθῶσι, τοὺς μὲν διὰ ξίφυς, τοὺς δὲ διὰ πυρός. Ὡμοίως καὶ ἡ Μάρλυς Κυριακὴ πυρὶ ἐτελειώθη, καὶ ὁ φυλάξας αὐτοὺς Κόμης ἔσχαλον μετὰ τῦ Ἁγίου ἀπεκεφαλίσθη. E

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Κ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΑΛΕΛΑΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

XX Thalelæi & Soc. MM.

Θαλέλαος, ὁ τῦ Χρισῦ Μάρτυς, ὢν ἐπὶ Νυμεριανῦ τῦ Βασιλέως, ἰατρὸς τῶν τέχνων. Κραληθεὶς δὲ ἐν Ἀναζάρβῳ πόλει τῆ Κιλικίας, προσήχθη Θεοδώρῳ τῷ Ἄρχοντι· ὅσις ἐκέλευσε τοῖς δημίοις τρυπῆσαι τοὺς ἀσραγάλυς αὐτῦ, καὶ κρεμᾶσαι αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. Καὶ τῦτο διώξαντες οἱ δήμιοι ποιεῖν, διὰ θείας δυνάμεως τὰς φρένας ἀλλιωθέντες, ξύλον τῶν παρακειμένων ἀντὶ τῦ Ἁγίυ τρυπήσαντες ἐκρέμασαν, καὶ νομιζόντες ἐμπαίζειν τῷ Ἄρχοντι, ἐτύφθησαν. Ἐξ ὧν Ἀλέξανδρος καὶ Ἀσέριος, διὰ τὸ θαῦμα πισεύσαντες τῷ Χρισῷ, ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ βληθεὶς ὁ Ἄρχων οἰκείας χερσὶ τρυπῆσαι τὰς ἀσραγάλυς τῦ Ἁγίυ, σὐκ ἠδυνήθη ἐκ τῦ θρόνυ ἐγερθῆναι. Κολληθέντων τῶν ὄπισθεν αὐτῦ τῷ θρόνῳ, καὶ τῶν χειρῶν ξηρανθεισῶν, πάλιν ἐπίσευσαν πολλοὶ ἐπὶ τὸν Κύριον. Εἶτα δὶ εὐχῆς τῦ Ἁγίυ ὑγιάνας ὁ Ἄρχων, καὶ τῦ θρόνυ ἀνασὰς, ἀπεκεφάλισεν αὐτόν. F

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΣΚΑΛΩΝΟΣ.

Ascalonis M.

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆ χώρας Θηβαίδος τῆ Αἰγύπτυ, καὶ διὰ τὸ πισεύειν εἰς Χρισὸν κραθεὶς, ἤχθη δέσμιος πρὸς Ἀρριανὸν τὸν Ἡγεμόνα. Καὶ ἐρωτηθεὶς, καὶ παῤῥησία τὸν Χρισὸν ὁμολογήσας, ἐκρεμάσθη, καὶ σιδήροις ὀξέσιν ἐξέσθη τὰς πλευράς· καὶ μετὰ ταῦτα ἐῤῥίφη ἐν φυλακῇ ὡσεὶ νεκρός. Καὶ παρερχόμενον τὸν Ἄρχοντα μετὰ πολέμυ τὸν πόλεμον ἰδὼν, ἠύξατο μὴ ἐξελθεῖν ἐπὶ τῶν ξηρὰν πρὶν ἂν ἐγγράφως ὁμολογήσῃ τῶν θεότητα τῦ Χρισῦ. Ὅθεν κρατηθέντος ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ μὴ δυναμένου ἐξελθεῖν, ἐμίυσεν ὁ Ἅγιος, Οὐκ ἐξεσίν σοι ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐγγράφως ὁμολογήσῃς τὸν Χρισὸν Θεὸν εἶναι. Καὶ λαβὼν χάρτιον ὁ Ἡγεμὼν, ἔγραψε μέγαν εἶναι τὸν τῶν Χρισιανῶν Θεὸν, καὶ πλὴν αὐτῦ μὴ ὑπάρχειν ἕτερον. Καὶ εὐθὺς ἐξελθὼν, ἤγαγε τὸν Ἅγιον ἔμπροσθεν αὐτῦ· καὶ κρεμάσας, λαμπῆσι πυρὸς τὰς πλευρὰς αὐτῦ κατέ-

A κατέφλεξε· καὶ λίθῳ προσδήσας αὐτὸν, ἐνέβαλεν εἰς τὸν ποταμόν, ἐν ᾧ τὸ διὰ μαρτυρίου τέλος ἐδέξατο.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΑ΄

ΜΝΗΜΗ ΤΩΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΚΑΙ ΕΛΕΝΗΣ.

XXI Constantini & Helenæ Impp.

Κωνσταντῖνος, ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν Χριστιανοῖς Βασιλεὺς, γέγονεν υἱὸς Κώνσταντος τοῦ Ῥωμαίων Καίσαρος, καὶ Ἑλένης, Κώνσταντος τοῦ ἐπονομαζομένου μὲν Χλωροῦ, μόνης δὲ τῶν ἄλλων Βασιλέων τὸν ἄνω πρόνοιαν ἐπικαλουμένης, καὶ τοῖς εἰδώλοις μὴ προσέχοντος· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς Χριστιανοὺς τιμωρουμένους ὁρῶν ἠλέει, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐδίδασκεν, τὴν ἄνω προνοίαις ἐν τοῖς πολέμοις αἰτεῖσθαι τὴν βοήθειαν, καὶ μὴ τὴν τῶν εἰδώλων. Ἐξ οὗ καὶ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐπικαλεσάμενος τὴν ἄνω πρόνοιαν, εἶδε τὸν τίμιον σταυρὸν ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ φωνῆς ἀκούσας, Κωνσταντῖνε ἐν τούτῳ νίκα, ἔτρεψε τὸν ἐχθρόν. Καὶ μετὰ ταῦτα βασιλεύσας, τά τε εἰδωλεῖα κατέστρεψε, καὶ ἐκκλησίας ἀνήγειρε, καὶ πόλεις ἔκτισε, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης ἐφανέρωσε, καὶ πολλὰ κατορθώματα ποιήσας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

B

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΒ΄

ΚΑΙ ΑΟΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΥ.

XXII Basilisci M.

Βασιλίσκος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἦν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Μαξιμιανοῦ, ἐκ τῆς χώρας τῶν Ἀρμενιακῶν, ἀνεψιὸς τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου. Προαγωνισάμενος δὲ μετὰ τῶν ἁγίων Εὐτροπίου καὶ Κλεονίκου, οἵτινες ἦσαν στρατιῶται τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, ἐκείνων ὑπὲρ Χριστοῦ τελειωθέντων, κατελείφθη ἐν τῇ φυλακῇ. Δεόμενος δὲ τοῦ Θεοῦ τὸν τῆς ἀθλήσεως δρόμον τελέσαι, προετράπη παρ' αὐτοῦ Σωταξθαι τοῖς Συγγενέσιν, ὡς μέλλων μαρτυρῆσαι ἐν Κομάνοις. Σωταξάμενος οὖν τοῖς οἰκείοις, ἐκρατήθη παρὰ Ἀγρίππα τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ ἤγετο δέσμιος εἰς τὰ Κόμανα. Καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν θαυματουργήσας πολλοὺς ἔπεισε πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ. Καὶ ἀπελθὼν εἰς τὰ Κόμανα, καὶ προσευξάμενος, κατέλεγχε πῦρ ἐκ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσε τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ εἴδωλον· καὶ διὰ τοῦτο ἀποκεφαλισθεὶς, ἐρρίφη ἐν τῷ ποταμῷ. Εἶτα ἐκβληθὲν αὐτοῦ τὸ λείψανον, κατετέθη ἐν Κομάνοις.

C

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΙΟΥΔΑ.

Iudæ Apost.

Ἰούδας ὁ θεῖος Ἀπόστολος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ζῆλον ἔνθεον ἀναλαβὼν, περιήρχετο πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν, κηρύττων μεγαλοφώνως τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ, καταγγέλων τοῖς πᾶσιν καὶ ἀποδεικνύων αὐτὸν κριτὴν ζώντων καὶ νεκρῶν· ὅπως τε διὰ τὴν ἡμετέραν Σωτηρίαν, λόγος ὢν καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ πατρὸς, κενώσας ἑαυτὸν, κατῆλθεν ἐπὶ γῆς, καὶ Σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας ἐνανθρώπησεν, ὅλον τὸν Ἀδὰμ φορέσας πλὴν ἁμαρτίας καὶ πειραθεὶς, καὶ ὑβριθεὶς, καὶ ὀνειδισθεὶς, καὶ ῥαπισθεὶς ὑπὸ χειρὸς ἣν ἔπλασεν, καὶ ἀποκλεισθεὶς, καὶ τέλος σταυρῷ προσηλωθεὶς, καὶ ταφεὶς, καὶ ἀναστὰς, καὶ τοῖς Ἀποστόλοις ἐμφανισθεὶς, καὶ ἀναληφθεὶς, καὶ καθεσθεὶς ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πάλιν μέλλων ἐλθεῖν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Οὕτω δὲ διδάξας, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων βαπτίσας, ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε. EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΓ΄

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩι ΘΑΥΜΑΣΤΩι ΟΡΕΙ.

Συμεὼν, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, ἐπὶ τῆς Βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ παλαιοῦ. Σωτηλήφθη δὲ ἐκ ἐπαγγελίας τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ, τῇ μητρὶ αὐτοῦ τοῦτο καταμηνύσαντος· καὶ γεννηθεὶς, ἐν τῷ θηλάζειν ἀπείχετο τοῦ ἀριστεροῦ μαστοῦ, τοῦ Θεοῦ δηλοῦντος, ὅτι τὴν δεξιὰν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν ἀγαπήσει. Αὐξηθεὶς δὲ, καὶ τὸν κόσμον ἀφεὶς, τὸ ὄρος κατέλαβε· καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ μονῇ, ἐν ᾗ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἠγωνίσατο, γέγονε μοναχός· καὶ οὕτως διέλαμψεν ἐς ἀρετὴν, ὡς καὶ θαύματα παράδοξα ἐκλελεῖν. Εἶτα ἐκ τοῦ ὄρους κατελθὼν, ἐπὶ σύλον ἀνῆλθεν, καθεὶς ἐπ' αὐτὸν ὀρθιος ἔτη δέκα ὀκτώ. Καὶ ἐν τῷ θαυμασῷ ὄρει γενόμενος, καὶ εἰς πέτραν ἀναβὰς, ἐκαρτέρησεν ἔτη δέκα. Εἶτα εἰς τὸν μικρὸν σύλον ἀνελθὼν, διετέλεσεν ἔτη τεσσαράκοντα πέντε, ὡς εἶναι τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη ὀγδωήκοντα πέντε· ὧν τὰ ἑβδομήκοντα ἐν ἐρήμῳ ἐν ἀσκήσει διατελέσας, πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν. Symeonis in monte mirabili. D E

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΥΤΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΥΝΑΔΩΝ.

Μιχαὴλ, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν καὶ Ὁμολογητὴς τοῦ Χριστοῦ, ὑπῆρχε μοναχὸς εὐλαβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν· καὶ διὰ τὴν ἐν ἀρέτῃ αὐτοῦ πολιτείαν, ἐχειροτονήθη Σιλάδων Ἐπίσκοπος, ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εἰκονομάχου Λέοντος. Ἐπειὴ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀγωνιζόμενος διετέλει, τὸν λαὸν τοῦ Κυρίου τὰ πρὸς Σωτηρίαν διδάσκων, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς τοῖς λόγοις αὐτοῦ ὡς βέλεσι βάλλων, καὶ τοῦ ποιμνίου ἀποδιώκων, εἰς ὀργὴν ἐκίνησεν τὸν παράνομον Βασιλέα. Προσκληθεὶς οὖν ὑπ' ἐκείνου, ἠναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὴν προσκύνησιν τῶν πανσέπτων εἰκόνων· καὶ μὴ πειθεὶς τοῦτο ποιῆσαι, ἐξορίαις πικροτάταις καθυπεβλήθη. Ἔνθα πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ὑπομείνας, καὶ μέχρι τέλους ἀπερίτρεπτος διαμείνας, χάρων τὴν παρούσης ζωῆς τὸ τέλος ἐδέξατο, διπλοῖς στεφάνοις κοσμισθείς, ἀρχιεροσύνης καὶ ὁμολογίας. Michaelis Ep. Conf. F

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΔ΄

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΜΕΛΕΤΙΟΥ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι ΧΙΛΙΩΝ ΔΙΑΚΟΣΙΩΝ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ.

XXIV Meletii & Soc. MM.

Μελέτιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὢν ῥᾳθυμῶν ἐπὶ τῆς Βασιλείας Ἀντωνίνου στρατηλάτης, ἐκ τῆς χώρας

ex MS. CRYPTÆ FERRATÆ

χώρας τῶν κάτω Γαλατῶν· Χριστιανὸς δὲ ὢν, παρεκάλει τὸν Θεὸν καὶ ἀργῆσαι τελέως τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην. Καὶ γνῶντες οἱ δαίμονες τὸν καλαστροφὴν αὐτῶν, εἰσελθόντες εἰς κώμας, ἐθρήνουν τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν, τῶν κωμῶν περιερχομένων, καὶ ὠρυομένων, καὶ τὸν λαὸν ἐκφοβούντων. Οὓς ὁ ἅγιος Μελέτιος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῶν στρατιωτῶν ξίφει ἀνεῖλε· καὶ τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων κατέλυσας, τὰ δὲ αὐτοῖς εἴδωλα Χωνέτριψε. Κρατηθεὶς οὖν διὰ ταῦτα παρὰ Μαξίμου τοῦ Ἡγεμόνος, μετὰ τῶν Χωὶ αὐτῷ Κομήτων, ὑπαγκάσθη θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· καὶ μὴ ἀνασχόμενος τοῦτο ἀκοῦσαι, ἐτύφθη μετὰ Σιδηρῶν σφαιρῶν· ὁμοίως καὶ οἱ Κόμητες. Εἶτα ὁ μὲν ἅγιος Μελέτιος κρεμασθεὶς ἐν ξύλῳ, καθηλωθεὶς, ἐτελειώθη· Στέφανος δὲ καὶ Ἰωάννης οἱ Κόμητες ἀπεκεφαλίσθησαν.

D

ΚΑΙ ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΨΥΧΑΙΤΟΥ.

Ioannis Psychaitæ

Ἰωάννης, ὁ ἐν Ἁγίοις Παλὴρ ἡμῶν, νηπιόθεν τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας, καὶ Ἡλιοῦ καὶ Ἰωάννου τοῦ προδρόμου τοὺς τρόπους μιμησάμενος, ἀφῆκε τὸν κόσμον· καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Ψυχαΐτα, γέγονε μοναχὸς· καὶ τοσαύτη Χληρωγωγία ἐπέδωκεν ἑαυτὸν, ὡς καὶ χάρισμα λαβεῖν παρὰ Θεοῦ, δαίμονας φυγαδεύειν, καὶ θεραπεύειν νοσήματα. Ἀγωνιζόμενος δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν εἰκονομάχων, καὶ τὰ ὀρθόδοξα κρατούντων δόγματα, διεγνώσθη τῷ τυραννοῦντι, καὶ προσκληθεὶς, ἠναγκάσθη ἀρνήσασθαι μὲν τὴν τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκύνησιν, Χωνεύθη δὲ τῇ αἱρέσει καὶ ὑποχάψας εἰς τὸν τόμον τῆς ἀδικίας. Μὴ πεισθεὶς δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέγξας τὸν Βασιλέα, καὶ αἱρετικὸν ἀποκαλέσας, ἐξορίσθη· ἔνθα πολλὰς πειρασμοὺς ὑπομείνας παρὰ τῶν παρανόμων καὶ ἀδίκων εἰκονομάχων, τὸν βίον μετήλλαξε.

E

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΡΑΠΟΝΤΟΣ.

Therapontis M.

Θεράπων, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, Ἱερεὺς ὑπάρχων τῆς ἐν Σάρδει ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ διὰ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ πολλοὺς τῶν ἀπίστων ἐπιστρέφων ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ βαπτίζων, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ Ἀρχοντος Οὐαλεριανοῦ, καὶ δεθεὶς ἀπεκλείσθη. Εἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβληθεὶς, ἦχθη δέσμιος εἰς Σμυρναν, καὶ πλησίον τοῦ πολεμοῦ ἀπολυθεὶς, καὶ δεθεὶς εἰς τέσσαρας πάλους ὑπτίως, ἐπὶ τῆς γῆς ἐτύφθη ἰσχυρῶς. ἕως καὶ ἐξανθήσαν αἱ Σάρκες αὐτοῦ τοῖς ῥάβδοις. Ἐκ τοῦ αἵματος αὐτοῦ πεσὸν ἡ γῆ, φοῖνικα βαλάντου ἀπέδωκεν μέγιστον λίαν. ὅπερ μέχρι τῆς Σήμερον φάνεται ἀείφυλον ὄν, πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν τῶν προσερχομένων ἰώμενον. Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθε εἰς τὸ θέμα τῶν Θρακήσιων, πλησίον τοῦ πολίσματος Ἑρμοῦ, ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων Σαλάλων· καὶ πολλοῖς ὑποβληθεὶς τιμωρίαις καὶ κακώσεσι, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἐκομήσατο.

F

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΠΑΓΧΑΡΙΟΥ.

Panchariі M.

Παγχάριος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ἐγένετο μὲν τῆς παλαιᾶς Ρώμης καὶ γέννημα καὶ θρέμμα, καὶ πιστῶν γονέων βλαστός· τιμώμενος δὲ παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν βασιλέων, καὶ οἰκεῖος ὢν αὐτοῖς, τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐκπλαπεὶς ὑπὸ διαβολικῆς ἐνεργείας, ἠρνήσατο τὸν Χριστὸν, προσελήφθη δὲ τοῖς εἰδώλοις· ὅθεν ἀποδεχθεὶς παρὰ τῶν εἰδωλομανῶν Βασιλέων, ἐν μεγάλῃ διήγε τιμῇ. Καὶ μαθοῦσα τοῦτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ πολλὰ θρηνήσασα, διαγραμμάτων ἐμέμψυσεν αὐτῷ, ἀποστῆναι τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ προσελθεῖν αὖθις τῷ Χριστῷ, ὑπομνήσασα τοῦ κόλασιν καὶ τοῦ γέενναν, καὶ πάντα τὰ κολαστήρια τὰ ἐκδεχόμενα τοὺς

ΚΑΙ ΑΟΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩι.

B Sarapionis & Soc. MM.

Σαραπίων, ὁ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχε μὲν Αἰγύπτιος· καλὰ δὲ τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἠγωνίζετο ὁ ἅγιος Μελέτιος, παραγενόμενος ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἰδὼν αὐτὸν καὶ τοὺς Χωὶ αὐτῷ μαρτυρήσαντας, ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ, καὶ κρατηθεὶς παρεδόθη τῇ φυλακῇ. Ἔνθα ὑπὸ θείου Ἀγγέλου ἐνισχυόμενος Ἐπίσκοπος, ἐπὶ τὸ βαπτίσαι τοὺς ἀφωτίστους μὲν, μέλλοντας δὲ μαρτυρῆσαι ὑπὲρ Χριστοῦ καλὰ τῶν ἡμέραν ἐκείνων. Καὶ γὰρ Χωαχθέντες οἱ Συγγενεῖς τοῦ ἁγίου Μελετίου καὶ τῶν Κομήτων καὶ τῶν στρατιωτῶν, ὁμοίως καὶ αἱ γυναῖκες καὶ τὰ παιδία, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἔλεγον, ὅτι καὶ ἡμεῖς Χριστιανοί ἐσμεν. Ὅθεν εἰς ὀργὴν κινήσαντες τὸν Ἡγεμόνα, ὁ μὲν Ἐπίσκοπος Σαραπίων, Χωὶ Καλλινίκῳ τῷ μάγῳ πιστεύσαντι, ἀπεκεφαλίσθη· ὁ δὲ Θεόδωρος καὶ ὁ Φαύστος, μετὰ τῶν πιστευσάντων ἀνδρῶν, πυρὶ ἐτελειώθησαν· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, ξύλοις καλακοπὲν, ἐτελεύτησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΕ'

C

ΚΑΙ ΑΟΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΡΑΠΟΝΤΟΣ.

xxv Therapontis M.

Θεράπων, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, πόθεν ὥρμηλο, ἢ τίνων γονέων ἐγένετο, ἢ καλὰ ποίους χρόνους, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν, τῶν ὑπομνημάτων αὐτοῦ, ὡς ἔοικε, τῷ χρόνῳ διαφθαρέντων· τοῦτο δὲ μόνον, ὅτι μοναχὸς ἐγένετο καὶ Ἐπίσκοπος Κύπρου· καὶ ὅτι τὸν ἀθλητικὸν ἀγῶνα διήνυσε, καὶ τῷ Χριστῷ προσήχθη διʼ αἵματος, διέγνωμεν· μόνον δὲ ἀγράφως παραδόσεως παρὰ τῶν προγενεστέρων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν εἰκόνων αὐτοῦ πληροφορηθέντες. Καὶ ταῦτα μὲν πρότερον· ὕστερον δὲ τῶν Σαρακηνῶν βληθέντων ἐπελθεῖν τῇ Κύπρῳ, ἐμφανισθεὶς ὁ Ἅγιος τῷ προσμοναρίῳ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· Τὸ τάχος ἀνασὰς, καὶ λαβών μου τὸ λείψανον, ἀπωκόμησον εἰς Κωνσταντινούπολιν· μέλλουσι γὰρ οἱ ἐχθροὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τῇ νήσῳ ταύτῃ ἐπιβαίνειν, καὶ τοὺς τόπους τούτους ἐρημῶσαι. Ἀνακομισθὲν οὖν τὸ λείψανον αὐτοῦ, ἐτέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, βρύον ἰάματα.

τοὺς τὸν Χριστὸν ἀρνησαμένους. Δεξάμενος δὲ τὰ γράμματα, καὶ τῷ ψυχίῳ καλανιγεὶς, ἐπανῆλθεν πρὸς τὸν εὐσέβειαν· καὶ ἀκούσας τοῦτο ὁ Βασιλεὺς, ἀπεκεφάλισεν αὐτόν.

A

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Κϛ'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΚΑΡΠΟΥ, ΕΝΟΣ ΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ.

xxvi Carpi Apoſt.

Οὗτος τοῖς ἑβδομήκοντα Μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ζωγραφηθείς, καὶ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ διακονῶν ἐν τῷ κηρύγματι, καὶ τὰς θείας αὐτοῦ ἐπιστολὰς τοῖς πρὸς ὃς ἐπέμπετο διακομίζων, πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ἐχειραγώγησεν. Καὶ τῇ ἐλάμψει τοῦ Παρακλήτου καταυγασθεὶς τὸν διάνοιαν, ὥσπερ ἄδυτος ἀσὶρ ἐξ ἀνατολῶν ὁρμήσας, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῖς θείαις αὐτοῦ διδασκαλίαις καταφώτησε, θαυμάσια μεγάλα καθεκάστην τελῶν, καὶ ἀποδιώκων πνεύματα πονηρότατα, πόλεις τε καὶ λαοὺς πρὸς τὸν εἰς Χριστὸν πίστιν ὁπισασάμενος, πολλὰς ὑπὸ τῶν ἀπίστων ὑπέστη θλίψεις. Ἀνδρεῖος γὰρ χωρῶν πρὸς τὰ ἐπίπονα τῆς ἀθλήσεως ἀγωνίσματα, τὸν θυμὸν τῶν Ἀρχόντων οὐκ ἐδειλίασεν· ὅθεν, ὡς δοξάσας τὸν Θεὸν ἐν τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ, ὑπ' αὐτοῦ ἐνδόξως ἐδοξάσθη· καὶ τελειωθεὶς ἐν εἰρήνῃ, τὸ πνεῦμα παρέθετο εἰς χεῖρας Θεοῦ.

B

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Κϛ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ.

xxvii Theodoræ & Didymi MM.

Ἡ ἁγία Θεοδώρα ὑπῆρχε κατὰ τοὺς χρόνους Διοκλητιανοῦ, προσαχθεῖσα δὲ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἡγεμόνι, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσασα, ἐν φυλακῇ ἐτέθη, καὶ εὐξαμένη διεφυλάχθη. Δίδυμος γάρ τις Χριστιανὸς, θεόθεν κινούμενος, ἐν στρατιωτικῷ Σχήματι εἰσῆλθε πρὸς αὐτήν. Ἡ δὲ φοβηθεῖσα, τὴν οἰκίας τῆς γωνίας προσέφευγε. Θαρρεῖν δὲ αὐτῇ παρακελευσάμενος, ὡς μηδὲν πασομένη ὧν ὑποπτεύει, τῷ μὴ στρατιωτικῷ σολῷ αὐτὴ περιέθηκε, καὶ ἐξελθεῖν τοῦ δόματος ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ τὸ γυναικεῖαν αὐτῆς σολὴν ἐνδυσάμενος, καὶ κεφαλοδεσμίῳ τῷ κεφαλῇ ἀναδήσας, ἀντ' αὐτῆς ἐκαθέζετο. Εἰσελθόντος δέ τινος ἀκολάστου, καὶ ἐν γυναικείῳ Σχήματι τὸν ἄνδρα κατανοήσαντος, καὶ πάντα φανερὰ τῷ Ἡγεμόνι κατασήσαντος, αὐτίκα Συσχεθεὶς ὁ Ἅγιος ἐτιμήθη τῷ κεφαλῷ. Μετὰ τοῦτο δὲ κρατηθεῖσα καὶ ἡ ἁγία Θεοδώρα, καὶ ξίφει τῷ κεφαλῷ ἐκτμηθεῖσα, ἐρρίφη ἐν τῷ πυρί.

C

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΗ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΛΙΚΟΝΙΔΟΣ.

xxviii Helicoñidis M.

Ἑλικονὶς, ἡ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ Γορδιανοῦ καὶ Φιλίππου τῶν Βασιλέων, ἐκ πόλεως Θεσσαλονίκης. Κρατηθεῖσα δὲ, καὶ πρὸς τὸν Δοῦκα Κορίνθου ἀχθεῖσα, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσασα, πρῶτον μὲν δεσμεῖται τοὺς πόδας ἐν ζυγῷ βοῶν, καὶ τὰς πλευρὰς χαράσσεται, καὶ ξηραῖται τῷ κεφαλῷ, καὶ πῦρ καθ' ὅλου τοῦ σώματος δέχεται· ἀνεθεῖσα δὲ, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῶν εἰδώλων εἰσελθοῦσα, δι' εὐχῆς κατέσρεψεν αὐτά. Εἶτα τέμνεται τοὺς μαστοὺς, καὶ διαδεξαμένου τὸν Δοῦκα Ἰουσίνου τοῦ Ἀνθυπάτου, ἀχθεῖσα πρὸς αὐτὸν ἡ Μάρτυς, ἐν καμίνῳ ῥίπτεται. Τῆς δὲ φλογὸς μὴ ἁψαμένης αὐτῆς, ἀλλ' ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἑβδομήκοντα ἄνδρας λιμναμένης, ἐν χαλκῷ πυρωθέντι ἅπλωται· ὀπτανόμενοι δὲ οἱ Ἀρχάγγελοι Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, ἁβλαβῆ διετήρησαν αὐτόν. Εἶτα θηρίοις ἐκδίδοται· οἱ δὲ θῆρες αὐτῷ μὲν οὐκ ἔβλαψαν, ἀνεῖλον δὲ ἄνδρας ἑκατὸν εἴκοσι· καὶ τότε τῷ διὰ ξίφους ἀπόφασιν δεξαμένη, ἀπεκεφαλίσθη.

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΛΛΑΔΙΟΥ.

Ἑλλάδιος, ὁ τοῦ Χριστοῦ Ἱερομάρτυς, ἐκαθάρας ἑαυτὸν ἀπὸ νεότητος, Ἀρχιερεὺς ψήφῳ Θεοῦ καθίσταται· καὶ τὴν φρονλίδα τῆς ἐκκλησίας πιστευθεὶς, ὡς κυβερνήτης ἄριστος ταύτην ἐποίμανε· καὶ διὰ τὸ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων προσάγειν τῷ Χριστῷ κρατηθεὶς, ἀπεκλείσθη. Καὶ ἐπεὶ δέσμιον τοῦτον οἱ τύραννοι παρεσήσαντο, τότε μᾶλλον ἔλαμψεν καὶ κατήγασε τὰς τῶν πιστῶν διανοίας. Ἀνδρείως γὰρ χωρήσας ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ παῤῥησιασάμενος τὴν εὐσέβειαν, καὶ φανερῶς τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, πλείσας βασάνοις καθυπεβλήθη. Καὶ τοῦ Σώματος σφοδρῶς καταξανθέντος τοῖς μάστιξιν, ὁ Χριστὸς ὤφθη αὐτόν. Μετὰ ταῦτα ὀργῆς πλησθέντες οἱ τύραννοι, τῷ πυρὶ τὸν Ἅγιον ἀναπορρίπτουσιν. Ὁ δὲ ἄφλεκτος διαμένας, πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν πολλοὺς ἐπεσπάσατο· ἔπειτα σφοδρῶς τυφθεὶς, τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ παρέθετο, ἀπολαβὼν βασιλείαν ἀθάνατον.

Helladii Ep. M.

E

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΡΙΣΚΕΝΤΟΣ, ΠΑΥΛΟΥ, ΚΑΙ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥΣ.

Οἱ τοῦ Χριστοῦ Μάρτυρες Κρίσκης, Παῦλος, καὶ Διοσκορίδης ἐν Ῥώμῃ τῇ πόλει διατρίβοντες, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν πολλοὺς τῶν ἀπίστων τῷ Χριστῷ προσαγαγόντες καὶ φωτίζοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διεγνώσθησαν τῷ τῆς Ῥώμης Ἐπάρχῳ· καὶ κρατηθέντες, ἀπεκλείσθησαν εἰς φυλακὴν, παραγγελίαν λαβόντες μηδένα διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ. Ὡς δὲ ἠδὲ ἐν τῇ φυλακῇ ἐπαύσαντο τοῦ διδάσκειν τοὺς Σωδεσμίους, ἐξ ὧν πολλοὶ ἐπίστευσαν, ἐκβληθέντες τῆς φυλακῆς, ἐτύφθησαν σφοδρῶς, καταναγκαζόμενοι ἀρνήσασθαι μὲν ἐπὶ πάντων τὸν Χριστὸν, ἀπελθεῖν δὲ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Διὸς, καὶ θῦσαι τοῖς ἐν αὐτῷ εἰδώλοις. Καὶ μὴ πεισθέντες, ἀλλὰ μᾶλλον μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν τοῖς πᾶσι κηρύττοντες, εἰς κάμινον μεγάλην πυρὸς ἐμβληθέντες, καὶ ἐν αὐτῇ καθάπερ οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες δοξολογοῦντες, ἐτελειώθησαν.

F Crescentis, Pauli Dioscoridis MM.

EX MS. CRYPTÆ FERRATÆ

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΚΘ'

ΜΝΗΜΗ ΤΩΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΟΥ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.

XXIX Patrum Concilii Nicæni.

Μετὰ Πέτρον τὸν ἁγιώταλον Πατριάρχλω Ἀλεξανδρείας, ἐχειροτονήθη ὁ Ἀχιλλᾶς, ϗ μετὰ τοῦτον Ἀλέξανδρ☉. Ἐπὶ τούτ☉ Πρεσβύτερός τις τ῀ ἐκκλησίας, Ἄρει☉ λεγόμν☉, τῶν τῶν θείων γραφῶν πεπισευμμ☉ ἐξήγησιν, ἰδὼν τὸν Ἀλέξανδρον ὅτι πρ☉εκρίθη εἰς Πατριάρχφαν, καθὼς διετάξατο ὁ ἅγι☉ Πέτρ☉, ἐφθόνησε· ϗ καθ' ἐκείνν μὴ δωαάμμν☉ κινῆσαι καληγορίαν, καλὰ τῆς ὀρθῆς πίσεως τῶν γλῶσαν καθώπλησε, βλασφημμῦ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ϗ λέγων αὐτὸν κλῖσμα εἶναι, ϗ οὐχὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρί. Ἐξεβλήθη οὖν διὰ ταῦτα τ῀ ἐκκλησίας, καὶ ποιῶν παρασωαγωγὰς, ἔσχιζε τὸν ἐκκλησίαν. Καὶ μαθὼν ταῦτα ὁ μέγας Κωνσαντῖν☉, καὶ Συγκαλέσας τῶν ἁγίαν Σύνοδον εἰς Νικαίαν· καλαδικάσας αὐτὸν, ἐξώρισε· τοὺς δὲ ἁγίους Ἐπισκόπους φιλοφρονησάμν☉, ἀπέλυσεν ἕκασον εἰς τὰ ἴδια.

B

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΘΕΟΔΟΣΙΑΣ ΤΗΣ ΠΑΡΘΕΝΟΥ.

Theodosiæ V.M.

Θεοδοσία, ἡ τοῦ Χρισοῦ Μάρλυς, ὑπῆρχεν ἐκ τ῀ πόλεως Τύρου· δεκαοκτὼ δὲ ἐτῶν οὖσα, ϗ ὡς Χρισιανὴ διαγνωσθεῖσα ϗ κρατηθεῖσα παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, ἤχθη δέσμι☉ ϗ παρέστη Οὐρβανῷ τῷ Ἄρχοντι, ϗ ἐρωτηθεῖσα, ὡμολόγησε τὸν Χρισὸν. Καὶ ἀναγκασθεῖσα ἀρνήσασθαι αὐτὸν ϗ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, ϗ μὴ πεισθεῖσα, ἐτύφθη λώροις ὡμοῖς κατά τε τῶν μασῶν ϗ τῶν πλευρῶν, ϗ Ξυελρίβη τὰ ὀσὰ, ϗ ἐξέστη ἕως ἐφάνησαν τὰ σπλάγχνα αὐτῆς· ϗ οὕτω μασιζομμὴ, συγῇ τὰς βασάνυς ὑπέφερεν. Ἔτι δὲ ἐμπνέυσα, ἠρωτήθη παρὰ τ῀ Ἄρχοντ☉, εἰ τοῖς θεοῖς θύει· ϗ διανοίξασα τὸ σόμα αὐτῆς, ϗ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενὲς ἐμβλέψασα, μειδιῶντι τῷ πρ☉σώπῳ εἶπε· Πλανᾶ, ἄνθρωπε· σὺ οἶδας ὅτι τ῀ κοινωνίας τῶν τ῀ Χρισοῦ Μαρλύρων ἠξιώθλν; Καὶ τότε ὀργισθεὶς ὁ Ἄρχων, ἔρριψεν αὐτλὺ εἰς τὸν θάλασσαν· ἔνθα τὸ μακάριον τέλ☉ ἐδέξατο.

C

ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΟΛΒΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΕΩΝ.

Olbiani Ep. M.

Ὀλβιανὸς, ὁ τοῦ Χρισοῦ Ἱερομάρλυς, ὑπῆρχεν ἐπὶ τ῀ Βασιλείας Μαξιμιανοῦ, Ἐπίσκοπ☉ τῆς ἐκκλησίας Ἀνέων· ϗ κρατηθεὶς παρὰ Ἰυλίυ Ἡγεμόν☉, παρεδόθη φυλακῇ, παραγγελίαν δεξάμεν☉ μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χρισοῦ. Ὁ δὲ μᾶλλον παῤῥησίᾳ κυρήτων τὸν Χρισὸν, τὰ περὶ αὐτοῦ διήγγελλε, ϗ τοῖς πᾶσιν ἐκήρυτεν ἀφόβως. Διὰ ταῦτα τ῀ φυλακῆς ἐκβληθεὶς, ϗ τὰ ἱμάτια ἐκδυθεὶς, ἐτύφθη Σφοδρῶς, ϗ Ξυβλίοις πεπυρακλομμύοις τῶν κοιλίαν ϗ τὰς πλευρὰς, ϗ τὰ Σπλάγχνα καλεκεντήθη, καὶ πάλιν ἀπερρίφη τῇ φυλακῇ ὡσεὶ νεκρός. Καὶ τῇ τοῦ Χρισοῦ ἐπιφανείᾳ θεραπευθεὶς, αὖθις εἰς δευτέραν παρέσκ τῷ Ἡγεμόνι ἐξέτασινι· ϗ Ἡγεμὼν μεταβαλλομμὸς ϗ παρακαλῶν☉ αὐτὸν θῦσαι τοῖς θεοῖς, αὐτὸς πάλιν ὁμολόγει τὸν Χρισόν. Τότε εἰς κάμινον μεγάλν βληθεὶς, ἐτελειώθη.

D

ΜΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι Λ'

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

Ἰσαάκι☉, ὁ ἐν Ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχεν ἐξ Ἀνατολῶν, ἐλθὼν ϗ εἰς Κωνσαντινόπολιν ἐπὶ τ῀ Βασιλείας Οὐάλεντ☉ τοῦ αἱρελικοῦ, ἡσύχαζεν ἐν μοναστηρίῳ· καὶ κινήσαντι τῷ Βασιλῇ πανσρατιᾷ καλὰ τῶν Γότθων, Συναντήσας εἶπεν· Ὦ Βασιλεῦ, ἄνοιξον τοῖς ὀρθοδόξοις τὰς ἐκκλησίας, εἰ βάλει ἐκ τοῦ πολέμου ζῶν ὑποσρέψαι. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Βασιλεὺς, πρ☉σέταξε τυφθῆναι, ϗ ἀποκλεισθῆναι τὸν Ἅγιον εἰς φυλακὴν, μέχρις οὗ ὑποσρέψῃ· τότε ἔφη ὁ Ἅγι☉· Εἰ σὺ ὑποσρέψῃς, ϗ λελάληκέν μοι ὁ Θεὸς· φεύγων γὰρ ἀπὸ πρ☉σώπυ τῶν ἐχθρῶν συ, διὰ πυρὸς δέξῃ τὸν καλασροφὴν τοῦ βίυ συ· ὃ δὴ ϗ γέγονεν. Τραπεὶς γὰρ, ϗ ἐν ἀχυρῶνι πρ☉σφυγὼν, ἐκάη ἐν αὐτῷ, τῶν Γότθων ἐμπρησάντων αὐτόν. Ἐπὶ οὖν τῇ πρ☉ῤῥήσει ταύτῃ ϗ ἄλλοις πολλοῖς καλορθώμασι μεγαλυνθεὶς ὁ Ἅγι☉, ἐν εἰρλνῇ ἐκοιμήθη.

E

ΝΗΝΙ ΤΩι ΑΥΤΩι ΛΑ'

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΡΜΕΙΟΥ.

XXX Isacii Confess.

XXXI Hermiæ M. F

Ἑρμείας, ὁ τοῦ Χρισοῦ Μάρλυς, ὢν μὲν ἐκ τ῀ πόλεως Κομάνων, σρατιώτης ἦ ἐπὶ τ῀ βασιλείας Ἀντωνίνου, τῶν ἡλικίαν ἤδη πρ☉βεβηκὼς, ϗ λευκὸν ἔχων τὸν τρίχα. Διὰ ἦ τὸν εἰς Χρισὸν ὁμολογίαν, ϗ Σεβασιανῷ τῷ Δυκὶ πρ☉σαχθεὶς, ἐβιάζετο θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· ϗ μὴ πεισθεὶς, Ξυελρίβη λίθοις τὰς Σιαγόνας, ϗ τὸ τοῦ πρ☉σώπου δέρμα ἐξεδάρη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐξερριζώθη. Καὶ εἰς κάμινον ἐμβληθεὶς, ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς· ϗ δηλητήριον πτισθεὶς, ϗ μηδὲν ἀδικηθεὶς, τὸν τοῦτο κεράσαντα μάγον πανσκεύασε πισεῦσαι Χρισῷ, ϗ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποκεφαλισθῆναι. Εἶτα ἐκσπάσας πάντα τὰ νεῦρα τοῦ Σώματ☉, ϗ εἰς λέβητα πυρωθέντα ἐμβληθεὶς, ἐξῆλθε ἀβλαβὴς· εἶτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεντισθεὶς, ϗ χρεμασθεὶς καὶ κεφαλῆς, ἀπεκεφαλίσθη.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ

ΦΙΛΙΠΠΟΝ

Ex MS. Græco Vaticano signato 1798 fol. 234.

Cum incarnatum Dei Verbum

Τῦ Θεῦ Θεὸς Λόγ☉, ἀϊδίως Cων τῷ Πατρὶ, ϗ ἄχρον☉ ὢν, ἔλετο ϗ καθ' ἡμᾶς γενέσθαί ποτε, ϗ ὑπὸ χρόνον ἐλθεῖν, διὰ τὸ τ ἡμετέρας ὀλίσθημα φύσεως· ἐντεῦθεν ϗ Παρθένυ Cαρκὶ περιγράφεται, ϗ θεοῖ τῇ κοινωνίᾳ τὸ προσλημμα. Ἐπεὶ ὃ τῆς μετὰ Cώματ☉ ὑπδημίας αὐτῦ πᾶσι περιποιήσης τὴν σωτηρίαν, θεατὰς τύτων τ ἀῤῥήτυ θείας οἰκονομίας ϗ κοινωνὸς τ μυςηρίων ἔχειν ἐχρῆν, ὡς ἂν ϗ τῷ γένει παντὶ δι' αὐτ῀ ὑπδαψιλεύσητε τὴν ἀνάκλησιν·

B *veniſſet in Galilæam*

μετὰ τὸ διὰ πάσης τ περιόδυ τε ϗ ὁμόρυ τῷ Ἰορδάνῃ χωρῆσαι τὸ Ἰωάννυ κήρυγμα, τὴν χάριν δὲ διαδεθλῶσα τῦ Πνεύματ☉ ϗ πολλὰς ὑπ' ἐκείνυ τὸ βάπτισμα δέξασθαι (λοιπὰ δὴ ϗ ὁ ἐμὸς ἐβαπτίσθη Χριστὸς) τὰς ἐν ἄσει διατριβὰς ὁ αὐτὸς οὗτ☉ ἀπερίληπτ☉ τῦ Θεῦ Λόγ☉ ἀφεὶς (ϗ γὰρ ὧν τοῖς Ἱεροσολύμοις a ὑπδημῦ) ὑπεχωρίαζει τῇ Γαλιλαίᾳ.

a *ubi Philippus erat ſacris litteris inſtructus,*

2 Τῇ δὲ ὁ θυμασὸς ἐνεδήμει Φίλιππ☉, ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ μὲν ὤν, τ πόλεως Ἀνδρέυ ϗ Πέτρυ, τῇ Γαλιλαίᾳ δὲ τότε παρὼν· ὅσις ἐκ παίδων ἔτι ἡλικίας εὐθὺς μαθήμασιν ὑπὸ τῶν γεναμένων διδασκάλοις ἐξεδόθη· δοξιᾶς δὲ τυχὼν τ ἀγωγῆς ϗ πᾶσαν ἐπαινετὴν παιδείαν ἀσκήσας τε ἤδη ϗ παιδευθεὶς, τὰς Μωσαϊκὰς βίβλυς ἐπῆει, ϗ ὅσα περὶ Χριστῦ προηγορεύετο ἐμυεῖτο, ὡς ἐπ' ἐσχάτων ἐλεύσεται ϗ κοινῇ πᾶσιν οἰκονομήσει τὴν Σωτηρίαν· ᾗ γὰρ ἐφεῖτο τοῖς τότε παιδεύυσι πρὸς ἑτέραν μάθησιν τοὺς φοιτητὰς ἐκπονεῖν, ἐ μὴ τὰ Μωσέως πρότερον ὑπελέξοιντο.

3 Ἐπισὰς οὖν ὁ Ἰησῦς τῇ Γαλιλαίᾳ, ϗ τὸν μέγαν τύτον Φίλιππον εὑρηκὼς, ἀκολυθεῖν αὐτῷ προετρέπετο· ϗ ὃς ἀκύσας εἰς μνήμην ἦκεν εὐθὺς ὧν ἐκ παιδὸς περὶ Χριστ῀ ἠσκησέ τε ϗ Cωελέξατο· ϗ τύτον ἐκεῖνον εἶναι διέγνω, ὃν αἱ τῦ Μωσέως βίβλοι ἐλεύσεσθαι ὕσερον διεσάφυν. Ἐντεῦθεν οὗτ☉ τῷ καλέσαντι διδασκάλῳ τὸ ἀπὸ τῦδε Cωλῶ, Cυμπροϊῦσά τε ἔιχε τῷ χρόνῳ τὴν ἀρετὴν, ϗ τοῖς τῶν μαθητῶν κορυφαίοις Cωηριθμῆτο. Μετασχὼν δὲ οὕτω τῦ ἀγαθῦ, κοινωνοὺς παραλαμβάνῃ ϗ ἄλλυς τ μεταλήψεως, ϗ ὐκ ἀποκρύπτεται ταύτην, ἀλλὰ πρῶτον περιτυχὼν τῷ Ναθαναὴλ, ὃς ἐκ πολλῦ φίλ☉ αὐτῦ ϗ Cωήθης ἐτύγχανε, τὴν τῦ ἐρχομένυ παρυσίαν, ὐχ ὡς ἔτι μέλλυσαν, ἀλλ' ὡς ἤδη παρῦσαν, εὐηγγελίσατο· ὐκ ἔτι, λέγων, ἐν ἐλπίσιν ἡ σωτηρία τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὃν αἱ προσημαίνυσαι γλῶσαι τῷ πνεύματι Σωτῆρα προεῖπον ἐπ' ἐσχάτων τῷ Ἰσραὴλ ἀνασήσεσθαι, πάρεσι· τύτον εὑρόντες ἡμᾶς τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ Ἰησῦν, ϗ τῷ τῶν αὐτῦ θαυμάτων ὑπερφυῆ μὴ ἔχοντες ἀπιστεῖν, μακρὰς τοῖς ἄλλοις ἅπασι χαίρειν εἰπόντες, τὴν ἅμα τούτῳ διαγωγὴν προειλώμεθα.

eum ſequi ſe jubet.

Hic Nathanaeli indicat

inventum Meſſiam,

4 Τούτοις κατάκρας ἐλὼν τὸν Ναθαναὴλ, καί τοι δυσαναστχετοῦντα τῷ πράγματι, ϗ μὴ ἂν ἐκ Ναζαρὲτ ἀγαθὸν εἶναί τι διατεινόμενον, τῦ μὲν τὰ Ἰσραὴλ προσέυειν ἀφίσησι, πειθῶιον δὲ τῷ Χριστῷ b προσάγει τὸν ἄνδρα, b ϗ τῦτο πρῶτον εὐοίας ἀπαραμίλλυ παρίσησι γνώρισμα. Ὁ δὲ τῇ ὑγιεῖ αὐτίκα πίστ προσδέμεν☉ παῤῥησιαστικώτερον ἐξεβόησε, Ῥαββεῖ, λέγων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῦ Ἰσραὴλ. Ἐφ' ᾧ ϗ ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἡδέως ὡς ἀπὸ γνώμης ἐνδιαθέτυ λεχθέντι, ἐκαλύπτ αὐτῷ τὸ οἰκεῖον, ὥσε ϗ μείζονων ἔσεσθαι μυςηρίων, ϗ βασιλείας Θεοῦ θεατὴν, τί γὰρ φησί; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, τὸν ὐρανὸν ἀνεωγότα ὄψεσθαι, ϗ τοὺς ἀγγέλυς τῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντάς τε ϗ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν ὑὸν τῦ ἀνθρώπυ. Τὸ ἀπ' ἐκείνυ τοιγαροῦν ὁ Ἱερώτατ☉ Φίλιππ☉ τῆς ἱερᾶς μυσαγωγίας ὑπέχων τὸ οὖς, ὅλ☉ ἐκείνων ἦν τὴν διάνοιαν, μὴ δὲ μιᾶς αὐτὸν ἀντισπώσης φροντίδ☉ πρὸς ἑτέρα, ϗ τῷ τ θειοτέρας γνώσεως φωτὶ τὸν λογισμὸν ἐκαθαίρετο, τήν τε πρότερον ἀποσκευαζόμεν☉ ἁγνοιαν, ϗ τὸν ὐτὸς ἀναχαμιζόμεν☉ ἄνθρωπον. Εἰς ἄνδρας τοίνυν ἦκων, τελεωτέραν μὲν τὴν ἀγάπην τὴν εἰς Χριστὸν προσελάμβανε· τὴν ἴσην δὲ περὶ αὐτῦ ἀντελάμβανεν, ὡς ὐ ἴσῳ ϗ ὑῒ λογισθῆναι τὴν κληρονόμυ τε πλυτῆσαι τάξιν, ϗ τῇ ἐπελεύσῃ τῦ Πνεύματ☉ ἄρχων ἐπὶ πᾶσαν κατασκῆναι τὴν γῆν.

E *cui imprimis carus*

Gentiles Chriſtum videre cupientes

5 Ἐπεὶ δὲ ϗ ὁ τῦ Cωτηριώδυς πάθυς καιρὸς ἐνεισήκῃ, δι' οὗ τῷ παθητῷ γένῳ περιεγένετο ἡ ἀπάθεια, ϗ ἀδιςάκτως οὗτ☉ τῷ διαδασκάλῳ σωκῶν. Ἐδέησε δ' κατ' ἐκῆνο καιρῦ, τῶν Ἑλλήνων πρεσβευόντων τινὰς τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα σείλαθαι κατὰ θέαν τ ἑορτῆς· οὗτοι τοῖς παραδόξοις περὶ Ἰησῦ διαγγελθεῖσι καλαπλαγέντες τὸν νοῦν (μεγάλα γὰρ ἤδη περὶ αὐτῦ ϗ αὐτοῖς πέρα πίστεως διηγγέλλοντο, ὡς ἀνασήσειε μὲν τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν, εὐφήμοις δὲ ὑπὸ τῦ ὄχλυ παντὸς παραπεμφθεὶς φωνᾶις, ἕτερά τε μυρία τελέσειε θαύματα) εἰς ἔρωτα τῆς διὰ λόγων ἐλθεῖν τύτῳ κατέσησαν. Ἧττον τοιγαροῦν τῦ καλῦ τύτυ ἔρωτ☉, ὡς τὸν ἐμόν τε ἤκυσιν Ἰησῦ· ϗ τῷ Φιλίππῳ προσελθόντες, τὴν χρείαν διαγγέλυσι τ ἀφίξεως. Ὁ δὲ τῷ πρωτοκλήτῳ Ἀνδρέᾳ τὰ περὶ αὐτῦ κοινωσάμεν☉ τῷ Ἰησῦ Cὺ αὐτῷ προσαγγέλῃ τὴν ἔλευσιν, ϗ οὗτ☉ τὰ περὶ τῦ πάθυς αὐτοῖς ϗ τ τύτυ δόξης τῷ λόγῳ διασημαίνῃ· Ἐὰν μὴ ὁ κόκκ☉, λέγων, τῦ σίτυ πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόν☉ μένει· ἀποθανὼν δ' πολλὴν φέρει τὸν καρπόν.

F *adeſſe ſignificat.*

poſt ejus autē mortem, reſurrectionem

Ο Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς ἐκείνυς ὁ Χριστὸς διεξῆει. ἰδίᾳ δ' μετὰ τὸ πάθ☉ ϗ τὴν ἀνάσασιν τοῖς μαθηταῖς πολλάκις ἑαυτὸν παρεδήλυ, ϗ θεατὰς καθίσῃ τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν, ϗ αὐτὸς οὗτ☉ ὁ μέγας Φίλιππ☉, οἷα Cυμφοιτητὴς ϗ κοινωνὸς τῶν ἀπῤῥήτων τοῖς παραπομένοις παρῆν· ϗ τύτων εἷς ἐξητάζετο. Ἤδη μὲν οὖν τῦ Δεσπότυ ϗ Σωτῆρ☉ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ τὴν διὰ Cαρκὸς πᾶσαν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν τελέσαντ☉, ϗ τοῖς ἐπυρανίοις παραδόξως c ἐνοποιήσαντ☉ τὰ ἐπίγεια, μετὰ δόξης τε εἰς ὐρανὺς ἀναληφθέντ☉, ϗ ἐν δεξιᾷ τ τῦ Πατρὸς μεγαλωσυνης καθίσαντ☉, ϗ τοῖς ἐπυρανίοις παραδόξως τὸ παράκλητόν τε Πνεῦμα τοῖς αὐτόπταις

c *& aſcenſionem*

EX MS. VATICAN. *repletus Spiritu sancto,*

αὐτῷ ϗ μύσας κατὰ τὼ ἐπαγγελίαν ὃν ἔδει γλωσσῶν πυρίνων ἐξαποσείλαντ⊙ · τούτῳ ϗ Φίλιππ⊙ πληρωθεὶς, πρὸς τὸν τοῦ Εὐαγγελίου δρόμον παρεσκευάζετο.

sortitus Asiam,

7 Ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν αὐτῶν τὰς ἑώας λήξεις, οἱ δὲ τὰς ἑσπερίους λαχόντες ἐπῆσαν, βόρειά τε ϗ νότια περιέθεον κλίματα, τὸ προσεταγμένον αὐτοῖς πληροῦντες διάγγελμα· ϗ ὁ θαυμασὸς οὗτ⊙ Ἀπόστολ⊙ τὼ Ἀσίαν κεκλήρωτο. Ταύτῳ τὲ κύκλῳ περιὼν, ϗ πάσαις μὲν πόλεσιν, ὅλαις δὲ χώραις ἐπιδημῶν, μυρίον τι πλῆθ⊙ ϗ ἀριθμὸν ὑπερβᾶγον Σωθεῖσαν τῇ εὐσεβείᾳ πεποίηκεν· ὃς ϗ καθάπαξ τῷ τ῀ παλιγγενεσίας φωτὶ Σημειούμεν⊙, τῷ ὑρανίῳ προσῆγε Πατρί. Καὶ δὴ ϗ τοὺς πάθεσί τισι ϗ νόσοις πιεζομένους, ὃ μὴν ἀλλὰ ϗ οἷς ᾠοικοῦσί τι δαιμόνιον κακῶς διετίθει, λόγῳ μόνῳ ϗ χειρὸς ἱερᾶς ἐπαφῇ ἐθεράπευε· νοητῶς μὲν τὺς ἐπεμβαίνοντάς τε ϗ ἀντικειμένους τροπούμεν⊙, ἀληθῶς δὲ τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀπαλῃθέντας ἀνασωζόμεν⊙ · ὃς τότε κηρύγματ⊙ μεγαληγορίᾳ, ϗ τῇς παραδόξοις θαυματοποιΐαις, οἷά τισι δικλίδοις ζωγρῶν τ῀ ἀληθείας, ἦγε καὶ ἀ βραχὺ πρὸς ἐπίγνωσιν. Ἱερεῖς δ' ϗ θυσιαστήρια παντ⊙ τῷ ἐκ τόπων ἀπολάξας τε ϗ δειμάμεν⊙, ἀντὶ θυσιῶν τῷ ἐπιβωμίων τὼ ἱερὰν ὃν τούτοις τελεταῖ μυσαγωγίαν ἱερῶς παρεσκεύασεν, ὡς τηρεῖσθαι ϗ ἐπ' αὐτοῖς τὸν τῆ εὐαγγελίῳ δεσμόν. Οὕτω μὲν οὖν πολύ τι πλῆθος τῷ δι' αὐτῆ πιστευσάντων τῷ Χριστῷ προσηγάγε· ἐπεὶ δ' ϗ τῷ ἐνθένδε τέτον ἔδει πάντως μεταποιῆσαι, ἐκδημίαν τε τὼ πρὸς τὸν Κύριον στέλλεσθαι, τοιόνδε τι περὶ τὸ τέλ⊙ αὐτῷ Σωηνέχθη.

venit Hierapolim

8 Πόλις ἐστὶ κατὰ τὼ Φρυγίαν ἐπιφανὴς, Πόλις ἱερὰ καλουμένη, αὕτη πολυανθρωπίᾳ τῷ ἄλλων ἀνθήσασα, ϗ πόλεων ἑτέρων μήτηρ ὀνομασθεῖσα, τὸν ἱερώτατον Φίλιππον μετὰ τὸν μυρίον ἐκεῖνον ὑπὲρ τῆ Εὐαγγελίου δέχεται κάμαλον. Παραβαλὼν οὖν οὗτ⊙ ὁ μέγας Ἀπόστολ⊙, ὥστε κἂν ταύτῃ κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον, ἐπεὶ ξοάνοις εἶδε ταύτῃ, ϗ τῷ δ ἐμπεσιχῶν τοῖς ἰοβόλοις, ἐχίδνῃ τινὶ τεραλώδ῀ τὸ Σέβας, οἴμοι, προσιέμενον, ζήλῳ θείῳ τὼ ψυχὼ καταπίμπραται, ϗ Σωλονώτερον προσκείμεν⊙ ταῖς εὐχαῖς, τῇ τῆ Χριστῆ ἐπικλήσει τὼν ὀλεθρίαν ταύτῃ ϗ πολλοῖς ἀπωλείας γενομένην αἰτίαν, νεκρὰν αὐτίκα δεικνύῃ.

multis ad fidem conversis

9 Ἐπεὶ δὲ οὕτω καλῶς ϗ καλὰ τῆ πικρῆ τούτῳ θηρίου ἔσχεν αὐτῷ πρὸς τὸν Κύριον ἔνλευξις, τὸ ἀπὸ τῆδε πᾶσιν ἐπῃχῶς παρῆνει ϗ Σωεβούλευε, τὸν ἐν τοῖς ὑρανοῖς ἡγῆσθαι ζῶντα Θεὸν, μὴ δὲ τοῖς ὑπὸ γλῶ ἔρπουσι προσανέχειν βοσκήμασιν· ἐπεὶ ϗ Θεὸς, ὃς ὢν ἀεὶ, Θεὸς τελειός τε ϗ ἀπερίληπ⊙, μετὰ τὸ παραγαγεῖν τόνδε τὸν ὁρατόν τε τῆτον κόσμον ϗ μὴ ὁρώμενον, καθ' εἰκόνα τ῀ αὐτῆ μεγαλειότητ⊙ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ϗ τῆτον τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας, τῷ ἐν παραδείσῳ καλῶν μετέχειν πεποίηκεν, ἀπέχεσθαι τούτου μόνου κελεύσας, ὅπερ ἦν τὸ ξύλον τ῀ γνώσεως. Ἐπεὶ δὲ ἠθετηκότα τὼ ἐντολὼ, ϗ τ῀ πρὸς αὐτον οἰκειότητ⊙ ὀλιγωρήσαντα περιΐδεῖν ὡς ὐ Θεοῦ, διὰ νόμου τῆτον πρότερον παιδαγωγήσας ϗ προφητῷ, ἔπ' ἐσχάτων ϗ τὸν ὁμοφυᾶ τῆτῳ Λόγον ἐκ παρθένου ἁγνῆς καθ' ἡμᾶς τεχθῆναι εὐδόκησεν· ὁ δ' ϗ καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπων ἐπιφανεὶς, ϗ πάθεσιν ὁμιλήσας ὁ ἀπαθὴς, διὰ τρίτης τε ἀνάστασις ἐκ νεκρῶν, φιλανθρωπίᾳ ἡμῖν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν, ϗ πρὸς ὐρανὺς ἀπῆρεν, ὅθεν ἐτύγχανε καταβεβηκὼς· τῆτον δὲ ϗ αὖθις ἥξειν πιστεύομεν⊙, ὃς πλάσμα μὲν τὸ ἑαυτῆ ἀνασήσῃ, ἀποδώσῃ δὲ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆ· Εἴσεσθε ϗ ὑμεῖς οἵ, ὅτι ἀξιωθέντες τῆ θείου φωτὸς τ῀ ἀναγεννήσεως, ϗ καθαρέσῃ γὰρ ὑμῖν εὐαγὴς πάθους πανὸς ἡ διάνοια, πρὸς κόρον δὲ, εἰ ϗ μὴ κόρ⊙ ὥρισαν τούτοις, τῷ παρὰ αὐτῆ χαρίτων πλησθήσεσθε, ϗ ἀγαθῶν τῷ ἐπηγγελμένων κληρονομήσετε.

D

10 Ταῦτα ϗ πλείω τούτων ἴδια ϗ κοινῇ σωειρῶ ὁ θεῖ⊙ Ἀπόστολ⊙· ὃς ϗ ἤδη τῷ ἄλλων μᾶλλον δεχομένων τὸν λόγον τ῀ πίστεως, τῷ τ῀ παλιγγενεσίας τούτους προσῆγε φωτὶ, ϗ τῷ τῷ ἀρχιερέων καλέλεγε τάγμαλι, ϗ ναὸς ἐψυχωμένους Χριστῷ ϗ ἁγίους ἀνήγε- ρεν. Οὕτω καὶ εὐθὺ χωρῆσαν ὁρῶν τὼ ἀλήθειαν ὁ ταύτῃ βασκάνων ἐχθρὸς, σὐκ ἀνεκλᾶ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ Σφάλοι τε αὐτὼν, ϗ τῆ πρόσω διακωλύσοι. Ἐντεῦθεν τοὺς τότε χαρῆ τὰς τ῀ πόλεως μελιόντας ἀρχὰς ὑπελθὼν, ϗ οἷα πῦρ ἀναφλέξας αὐτοῖς τὸ ζηλότυπον, Συλληφθῆναι μὲν ὑπ' αὐτῷ παρασκευάζει τὸν Φίλιππον, Συχνὼ ἐκ τῆ ᾳφνιδίου καθ' αὐτῆ χᾶρα κινήσας, ἐπάγῃ δ' τῆτο πᾶν ἔτι λυπηρὸν ϗ ὀλέθριον. Καλατίθενται μὲν γὰρ οἱ Συλλαβόντες αὐτὸν πικρῶς σὐ εἰρκῇ, πικρότερον δὲ μασιγῆσι ϗ παίσσιν, εἶτα σχοινίοις τῷ ἀραγάλων ἁλόφαντες, ἐπὶ μετεώρῳ καὶ κεφαλῆς ἀναρλῶσι.

E

11 Τὸ δὲ ἄρα τὼ ἐπ' εὐθὺ πρὸς τὰ ἄνω τῆ νοῆ πορείαν ὡς τ῀ εἰκὸς ὑπεσήμαινε· κἂν σὐκ εἰς ἔσχαλον ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Κύρι⊙ ἀπαράκλητον· ἀλλ' ἐπεὶ καθ' ἐκεῖνο τῆ χρόνου ϗ Βαρθολομαῖ⊙ ὁ θεῖ⊙ Ἀπόστολ⊙ Σωεπιδημῶν ὧν τούτῳ τῇ Ἱεραπόλ῀, ϗ συγκαλαγγέλων τ῀ Εὐαγγέλιον, ὥσπερ δὴ ἔ κηρύγμαλ⊙, οὕτω ϗ τῆ πάθους αὐτῷ κοινωνεῖ· κακεῖνο τῷ ἀραγάλων, ὡς ἔφημεν, ἀναρληθέν⊙ σαυρὸν αὐτὸς καλαχρίνεται. Καὶ ἡ ἀδελφὴ δὲ Μαριάμνη, ἣ μηδὲν ἧττον μία τὼ φύσιν ἢ τὼ γνώμεν αὐτῷ, ἥ ϗ τὸ Σῶμα παρθέν⊙ ϗ τὼν ψυχὼν, παρὼ μὲν πάσχοντι Φιλίππῳ τῷ ἀδελφῷ, τ῀ δ' πάθ⊙ ὡς οἷόν τε τῇ προαιρέσει Σωεφείλκετο ϗ Σωεμερίζετο. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, γίνεταί τι πρᾶγμα κραυνὸν, σείεται μὲν ἀφνης ἡ γῆ ϗ ἀσωνήθη κλόνον ὑφίσασθαι, φόβ⊙ δὲ τὰς ἐκείνων διανοίας ἐνέσκηψεν, ὅσοι τέρψιν ἐποιοῦντο ϗ θέατρον τὰ ὁρώμενα, ε διαδομεῖται ἅπας ὁ χῶρ⊙ ἐκεῖν⊙, ϗ εἰς βάθ⊙ καλήει ἀσυμφανὲς, Συγκαλεσᾶτο δὲ τῷ ἐδάφει, ϗ πᾶς ὁ λαὸς, ϗ οἰκλισα παραπολέσθαι διεκινδυνεύσεν.

C

c

12 Ἀμηχανία τοίνυν ἐπὶ τῷ κακῷ πάντας εἶχε, ϗ εἰς ἄπορον αὐτοῖς περιέσαλο τὰ βελεύματα· ὀφὲ γ' ὧν ϗ Σὼ χρόνῳ ᾠδόμεθα, ὡς τῆς εἰς Φίλιππον τιμωρίας ϗ ὕβρεως τὼ δίκλω σὐλεῦθεν ὑπέχουσι, περισάντες τῆτον Σωῆρα ἐπεβοῶντο, ϗ δεξιὰν ὑπεπλείνῳ πρὸς ἀνάσωσιν ἤτουν, μηδὲ καλαπροέσθαι ψυχὰς, ἐπὶ μόνῳ Σαλεύσας αὐτῷ. Λέγεται δὲ τούτων ὕτω τῆς δεήσεσι προσκειμένων, ϗ πολλὰ ἐπὶ ἐλεῷ λεγόντων, ϗ ὐκ ἀνιέντων, τὸν Ἰησοῦν, ἄνωθεν ὃς φιλάνθρωπον ὑποκλίναντα ϗ τὸ γινόμενον οἰκληρήσαντα ἐπιφανῶναι ἀθρόον αὐτοῖς, ϗ τῇ ἐπιφανείᾳ λωφῆσαι μὲν εὐθὺς τὰ δεινὰ, σκιρτῶσαι δὲ τὸ τέως κλονούμενον ἔδαφ⊙, ϗ τοῖς σὐλεῦθεν θάναλον ἐλεεινῶς κινδυνεύσι θειολέραν τινὰ ὀφθῶναι τὼν δυνάμιν, κλίμαχ⊙ ἕξιν ἐπέχουσαν, ϗ τὼν ἄνοδον ῥαδίαν παρέχουσαν. Τοῦτο πίστεως πρὸς σωτηρίαν ὁδὸς τοῖς ἀπίστοις ἐγένετο, ϗ μέγα μὲν ἅμα τὸν Φίλιππον, μείζονα δ' ϗ ὃν ἐκεῖν⊙ ἐπρέσβευεν ἐκήρυξε Κύριον.

F

13 Τὸ ἀπὸ τῆδε οὖν ἀφεῖναι μὲν οἱ Σεσωσμένοι τοὺς μαθητὰς τῷ δεσμῷ διὰ πανδήμης ἐποιοῦντο, καθεῖναι δὲ τούτους ξύλα πρὸς τάχος ἐπείγοντο. Καὶ λύσαι μὲν τὸν Βαρθολομαῖον, ὁ Φίλιππ⊙ δ' τούτους ἐπέσχε τ῀ πρὸς αὐτὸν ἐγχειρήσεως· ἤδη γὰρ ὅσον ὅπω ἐκδη-

Et ibi fidem praedicat:

cruciſigitur etiam Bartholomaeus;

pro qua captus ſuſpenditur talis.

facto deinde de terrae motu

inter extremos discipulos

hortationes & preces

mortui corpus,

A ἐκδημήσων πρὸς τὸν πρόδρομον, ὅθεν καὶ τῷ ζήλῳ ἀπηρκολούθει, τοῖς ἀνὰ τὴν πόλιν περὶ τῶν σωτηρίων ὅλης ἡμέρας ὡμίλει καὶ διελέγετο, τῇ πρὸς τὸν Κύριον πεποιθήσει τὰς αὐτῶν κηρίζας ψυχὰς, καὶ ἰκετηρίαν ὑπὲρ τούτων ποιούμενος, τοῖς ἱεροῖς ἱερῶς Σωκρατηλεγομένοις, καὶ πρὸς ὃν ἠγάπα μεμενοίτηκε Κύριον, ἐν χειρὶ τότε τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ πραδιδούς.

14 Τὸ δέ γε τίμιον αὐτοῦ Σῶμα παρὰ Βαρθολομαίου καὶ Μαριάμνης ὁσίως καληνεχθὲν, λαμπρῶς τε τῶν f ἐπὶ ταφῇ νενομισμένων τυχὸν, ὕμνοις ἱεροῖς καὶ τιμαῖς ἐν ὑπερτίμῳ τόπῳ καλεύθη καὶ ἱερῷ, τέσσαρες καὶ δεκάτῳ ἄγοντος τότε τοῦ Νοεμβρίου. Βαρθολομαῖος δὲ ἄρα καὶ Μαριάμνη ἐπὶ βραχὺ τῷ τόπῳ προσμείναντες, καὶ τῷ τιμίῳ τοῦ δὲ λειψάνῳ τὰ τῶν ὕμνων καὶ τιμῆς ἀποδόντες, καὶ αὖθις λαμπρότερον βεβαιοτέρον τε τοὺς παρόντας περὶ τῶν πίστιν ἐδράσαντες, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα εἴχοντο, τὸ δὲ Χριστοῦ κηρύττοντες Εὐαγγέλιον. Ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

f *Bartholomæus Ap. & soror Mariamne sepeliunt.*

ANNOTATA.

a *Latine reddidi*, Videbatur Hierosolymis habitasse, *propter Templum scilicet, cui peculiari modo suam præsentiam indulgebat Dei Verbum, etsi alias per essentiam præsens ubique.*

b *Sequens linea abest à versione antiqua, fortassis & in Ms. Veneto defuit.*

c *Ms.* Κενοπιήσαντος, vacuasset, *quod non habet commodum sensum.*

d Ἐμπηγικὸς, Pestifer, *à latina voce* Pestis.

e Διαδονεῖτο, *corrigo* διαδομεῖτο, *ut sit compositum à* δομέω, *& tandem valeat atque subverto à fundamentis.*

f *Ita corrigo, pro* ἐπιφανῇ: *nam*, ἐπὶ ταφῇ, *legendum suadet sensus, & ita videtur in Ms. Veneto invenisse interpres quo usus Lipomanus.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ

ΙΑΚΩΒΟΝ

ΤΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΟΘΕΟΝ.

a *Ex MS. Regis Christianissimi* a

Utilis ac jucunda memoria Sanctorum,

Οὐχ οὕτως ἡδύ τι τῷ φιλαρέτῳ καὶ κόρῳ μηδενὶ λυμαινόμενον ὡς μνήμη δικαίου· καὶ μᾶλλον εἰ διὰ Χριστὸν παθόντος καλέσηκε. Καὶ γὰρ ἄντη πλείων ἐκείνῳ ἡ χρυσὸς τοῖς φιλοχρήμασι, καὶ ὅσα τοῦ ὥραν ἡδέα τοὺς b φιλοκάλους εἰς εὐφροσύνην παρακαλῇ. Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἡδεῖα μόνον ἡ τοῦ δικαίου μνήμη, ἀλλὰ καὶ λίαν ὠφέλιμος, ζήλου τί κέρδιον ταῖς ψυχαῖς ἐνίσσα, καὶ τὸ ἴσον ἄπασιν διεγείρουσα· φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς τὸν μέγαν τοῦτον Ἰάκωβον εἰς μέσον προθέντες, τὸν ἀληθῶς Δίκαιον ὄντα τε καὶ ὀνομαζόμενον· ὃς καὶ τὸ ἀδελφὸς καλεῖσθαι Χριστοῦ διαφερόντως πεπλούτηκε, κερδῶ ὠφέλειαν τὰ ἐκείνου καὶ ἡδονὴν ποιησόμεθα. Πολλοῖς μὲν γὰρ καὶ ἄλλοις ὑπῆρξε τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστορίαν ἐσπουδακότων περὶ τοῦ Δικαίου τοῦτο διεξελθεῖν, καὶ πρό γε πάντων Ἡγησίππου καὶ Κλήμεντι, ὧν ὁ μὲν ἐν γε τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ ὑπομνήματι, ὃ δὴ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν καθολικῶν ὑποτυπώσεων, ἕνια τοῦ αὐτῷ πεπραγμένων ἀπολαβόντες παρέδοσαν τοῖς εἰς ὕστερον· ἀλλ' ἡδὲς εἰς ἅπαντα καθήκει ἑαυτόν, ἡ δὲ τὰ καλὰ μέρος εἰπεῖν ἐφιλοτιμήσατο. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μὴ δὲ τὸν ἄνδρα σκοπὸν ἔθεντο· ἀλλ' ἑτέρα μὲν τῷ λόγῳ ὑπόθεσις ἦν, οἱ δὲ ἐν τῷ μέρει τοῦ ἀνδρὸς ἐμέμνηντο, καὶ ταῦτα δὴ ἀπὸ τοῦ παρήκοντος.

C *& inter hos S Iacobi,*

2 Ἰακώβῳ τοίνυν τῷ θείῳ πατρὶς Ἰουδαία, πατὴρ Ἰωσὴφ, ὃς διά τε τὸ τῆς ἀρετῆς περιον, καὶ διὰ τὸν τρόπων χρηστότητα, τῇ τὸν Χριστὸν ἡμῶν γεννησαμένῃ παρθένῳ εἰς μνηστῆρα ἐτέλευε. Πρᾶξις τῇ κλησεῖ Συμβάντα· Ὠβλίαν γὰρ αὐτὸν κεκλῆσθαί φασιν, ὅπερ δὴ καὶ δηλοῖ τὸν Δίκαιον βύλεται· ὀφθαλμὸς λίαν βλέπων, καὶ ἐλέους ὄντως τοῦ παρὰ Θεοῦ ἄξιος· ἀκοὴ ῥήμασι θείοις τὸ παράπαν ἀνεωγμένη, σόμα ὥς τι ἐντρύφημα διαπαντὸς ἔχον τὸν νόμον, χεὶρ πρὸς τὸ εὐποιεῖν ἀεὶ κινουμένη, γαστὴρ περιστὰς ἑαυτῆς ὁρμὰς ὅλως καθηγνισμένη. Ἐμψύχων μὲν γὰρ καὶ οἴνου τοσοῦτο παρ' ὅλον τὸν βίον ἀπέσχοιτο, ὡς ὕδωρ μὲν ἡγεῖσθαι πολὺ ποτὸν ἥδιστον, τροφὴν δὲ ἄρτον, καὶ τοῖς τῶν δακρύων σαγόσι τὸ μέτρον ὑπερβάλλειν τῆς πόσεως· ἴσασι τὰ καλεσκληκότα γόνατα τοῦ Δικαίου, καὶ ἡ τούτοις οἷον ἀναπεθανοῦσα δερμὴ καὶ τῆς ψυχῆς παρεστῶσα τὸ πρόθυμον· ῥᾴκτον αὐτῷ φίλον ἔνδυμα, καὶ Σινδὼν μία τοῦ ἱερῶν βαπτίσεων ἔμελλε· νῦξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα διεκρίνετο, ἀλλὰ καὶ νῦξ ἐνεργὸς ἐν τοῖς θεοῦ ἔργοις, καὶ ἡμέρα τῷ νυκτερινῷ ἡσυχίαν τῷ ἀταράχῳ τῆς ζωῆς ὑπεκρίνετο· ποθεινὸς τοῖς οἰκείοις, τοῖς ἀλλοτρίοις ἀδέσμος, τῷ γὰρ φιλοτίμῳ τῆς ἀρετῆς τοσοῦτο μὴ ὅτι φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀμυήτοις ὁ ἀνὴρ ἐτετίμητο, ὡς οἰκείοις αὐτοῦ καὶ τὸ τοῦτο συγγράψαι μαρτύριον, καὶ μὴ μόνον δίκας ἐκλίσαι φάνες, τοὺς ἀνελόντας τὸν Δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πολλῇ τῷ πόλιν χρήσασθαι F Συμφορᾷ, καθ' ὃν τὸ μύσος ἐκεῖνο συμβέβηκε, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ Ἰώσιππος ἔν γε τῷ εἰκοστῷ τῆς ἀρχαιολογίας συγγράμματι, τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα διεξίων.

qui patriâ Iudæus,

Iustus dictus,

insignis moribus,

abstinentiâ precum assiduitate

à Iosepho Iudæo laudatur.

3 Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον· ὅπως δὲ καὶ τἄλλα τοῦ Δικαίου διὰ μνήμης τοῖς φιλαρέτοις ὑμῖν ποιησόμεθα; Ἄρτι μὲν ὁ Κύριος ὑμῖν τοῦ καλὰ σάρκα κεκοινώνηκε μυστηρίου, καὶ ὁ μέγας οὗτος Ἰάκωβος ἐπὶ τὸ διάκων τῆς τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας καθέζετο· δύο δὲ ὄντων τῶν ἀγόντων ἄνθρωπον εἰς τελείωσιν, θεωρίας φημὶ καὶ πράξεως, ἐξ ὧν αἱ ἀρεταὶ τὸ κράτος εἰλήφασιν, ἐξετασέον ἐν ἑκατέρῳ τοῦ ἀνδρὸς τὸ εὐδόκιμον. Ἀλλ' ἐπείπερ διὰ θεωρίας μάλιστα πρὸς Θεὸν ἡ ἀνάβασις, πρῶτον τὸ θεωρητικὸν ἐκείνου καθ' ὅσον οἷόν τε διεξέλθωμεν, εἶτα καὶ τὸ πρακτικὸν εἰς δυνάμιν ἐξεθάσωμεν· χρῶναι γὰρ οἶμαι τὸν ὀπτικὸν ὀφθαλμὸν τῷ θεωρητικῷ εὐμενέσθαι πρὸς τὰ ἄλλων, εἶ καὶ τὸ πρακτικὸν ἐπίβασιν εἶναι τοῦ θεωρητικοῦ τινες ὑπειλήφασιν. Ἐνταῦθα τοίνυν δεδόσθω κατὰ Συγχώρησιν τὸ θεωρητικὸν ἡγεῖσθαι τῆς πράξεως, ἐπείπερ τῷ

delectatur contemplatione

AUCT. METAPHR. τῷ πρακλικῷ τοῦ Δικαίου Σωκράτη καὶ τὸ μαρτύριον.

4 Ἀλλ' ἐπὶ καλανοήτας τρανῶς Ἐπίσκοπον ποιμαίνοντα μετ' ἐπισήμης τὸ ποίμνιον, τὸν τῇ καθολικῇ τοῦ ἀνδρὸς ὀπτολῇ ἐντυγχάνοντα. Καὶ πρῶτόν γε τὸ ἐν τῇ ὀπτραφῇ καλὸν μὴ παροπτέον· δηλοῦται γὰρ εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς τοῦ ἅγιν τὸ μέτριον· ἔχει δὲ οὕτως. Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ Ἀπόστολον καλεῖν ἑαυτόν, ἢ Ἐπίσκοπον, ἢ τό γε μεῖζον εἰπεῖν Ἀδελφὸν ἢ Κύριον, οἷς ὀνόμασιν αὐτὸν καὶ Παῦλος γράφων Γαλάταις ἐδήλωσεν. Ὁ δὲ τοῖς ταπεινοτέροις φαίνεται χαίρων, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ εἶναι γνωρίζει· τὸ ἰδιαίτατον τοῦ διδασκάλου παράσημον τῶν μετριοφροσυνῶν ἔχων, καὶ ταύτῃ σεμνυνόμενος μᾶλλον ἢ τῷ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τῷ τῆς ἀδελφότητος ἀξιώματι.

ejus modestia in inscriptione Epistolæ,

Gal. 1

5 Ἀλλ' ὅπως ἔνια καὶ τῆς τῇ ὀπτολῇ φορομένων κατὰ τὸ ἐγχωροῦν διεξέλθωμεν; δι' ὧν εὐλογοῦσα καὶ τῆς διανοίας ἐκείνου τὸ καθαρὸν καὶ ἡ τῆς διδασκαλίας ἀκρίβεια. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ὀπτολῆς γενόμενος καὶ σκοπήσας τῷ θεωρητικῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, ὅτι πάντα δὴ τὸν τῷ Θεῷ προσερχόμενον ἀκόλουθον πειρασμοῖς περιπίπτειν (ἀρχὴ μὲν γὰρ καὶ ῥίζα τοῦ ἀγαθοῦ ὁ Θεός, ἀγαθὸν δὲ ἡ ἀρετή, ἡ δέ γε πρὸς ἀρετὴν φέρουσα τραχεῖά τε καὶ πρόαντης καὶ πολλὰ τὰ ἀντικείμενα ἔχουσα· καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει πάντως τοῖς πρὸς Θεὸν ἐρχομένοις ἀνομάλοις πράγμασι περιπίπτειν) τοῦτο δὴ σκοπήσας ἀλείφει τοὺς πυγμὰς πρὸς ὑπομονὴν ἀνένδοτον, τοὺς σοφοὺς μιμούμενος παιδοτρίβας, καὶ κατὰ νόμους ἀθλήσεως καλῶς γυμνάζων ὀπαδούς· φησὶ γὰρ· πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅτ' ἂν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις· καὶ ἡ αἰτία, εἰδότες φησὶ ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως ὑπομονὴν κατεργάζεται c. Εἶτα τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀναμφίλογον τε καὶ σατερὸν ὑποτίθησιν· Ἀνὴρ δίψυχος, λέγων, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

qua inculcat patientiam in tentationibus,

c

6 Ὁ δὲ μετὰ ταῦτα λέγει, πόσον ἔχει μετὰ χάριτος καὶ τὸ βάθος; Καυχάσθω γὰρ, ἔφη, ὁ μὲν ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν πλοῦτος ἐπαγωγὸν εἰς ἀλαζονείαν, ἡ πενία δὲ ταπεινὸν καὶ μικρόψυχον· ἐκεῖνος τἀναντίον κελεύει ποιεῖν· ὕψος ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι τὸ μετριάζειν, τὸν πένητα δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀξίωμα νομίζειν ἢ τὸ τυχὸν, τὸ τὴν πενίαν φέρειν μεγαλοψύχως· ὅτω καὶ πενίαν καὶ πλοῦτον, ὄντα τοῖς πολλοῖς πολλάκις εἰς ἁμαρτίαν, ὕλην εἰς Θεοῦ θεραπείαν τίθησι καὶ ἀμφότερα. Ἔπειτα πάλιν εἰδὼς οἵας δόξης, ὅσων ἀγαθῶν πρόξενοι τοῖς καρτεροῦσιν οἱ πειρασμοὶ, ἐπαναλαμβάνων, Μακάριός φησιν ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς· τῷ μακαρισμῷ καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἐλπίδι εὐπαραδέκτους τοὺς πειρασμοὺς τοῖς φιλαρέτοις εἶναι παρασκευάζων, μικρὸν δὲ καὶ ὡς ἔρμαιον αὐτοῖς ἡγεῖσθαι, καὶ μετ' ἡδονῆς ὑποδέχεσθαι.

in divitiis & paupertate,

B

C

7 Οὐ μὴν δὲ τὸ τῶν πολλῶν νόσημα, οἱ καὶ ὅπως ἰδίας ἐκδικοῦντες ὀπθυμίας, ἐκ φύσεως εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν λέγουσι, καὶ δὲ δὲ τὸν Θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν ἐκνέφει νομίζειν, κατέλιπεν ἀθεράπευτον· ἀλλ' ὥσπερ τις ἄριστος ἰατρὸς, τοῖς φυλακτικοῖς χρώμενος βοηθήμασι, πρὸς τὸν νόσον ἴσταται ταύτην, Μηδεὶς λέγων πειραζόμενος λεγέτω ὅτι ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστος ἐστὶ κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα, ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ὀπθυμίας ἑλκόμενος καὶ δελεαζόμενος· εἶτα ἡ ὀπθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. Οὕτως ὁ Δίκαιος δικαίως μέλαξε ἀνθρώπων ἐδίκασε καὶ Θεοῦ, ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀναίτιον τῶν κακῶν μαρτυρήσας καὶ Σιωπᾶν πείσας γλώσσας μεγαλορήμονας, τοῖς ἀνθρώποις δὲ ὑπογνώμονας τῆς ἑαυτοῦ ἀδενείας καὶ τῶν ἁμαρτημάτων εἶναι πείσας, εὐλόγως τε παρασκευάσας, ἑαυτοῖς μᾶλλον καὶ ὑπὲρ Θεῷ τὰ ἐκ πονηρᾶς Σιωπηθείας καὶ ῥαθυμίας ὀπγράφειν σφάλματα, καὶ ὕτω τὸ ταπεινοφρονεῖν μανθάνειν καὶ Συγγνώμην αἰτεῖν.

sed propriæ concupiscentiæ allicienti ad peccatum,

D

8 Ἐκεῖθεν ὅτε τὸν δίκαιον σοφῶς ἀναιροῦντα τὸν ἐπόμενον ἐπὶ τῇ κατορθώσει τοῦ ἀγαθοῦ τύφον, καὶ πείθοντα τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἑαυτοῖς λογίζεσθαι τὸ κατορθωθὲν· Μὴ πλανᾶσθε γάρ φησιν, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἐστὶ παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Ταῦτα καὶ φρονήματος ἀποκενοῖ τύφον, καὶ τὸ θεῖον παρεκτικὸν ἅμα τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἄτρεπτον εἶναι καὶ ἀναλλοίωτον δείκνυσι, καὶ ὅπως ἐξαίρετον ἢ πρὸ τὰ ἄλλα κτίσματα περὶ τὸν ἄνθρωπον φαίνεται τὸ κηδεμονικὸν ἔχον.

omne bonum a Deo procedere.

E

9 Μετὰ ταῦτα καὶ ἡθικωτέρων ἅπτεται παραινέσεων, Ἔστω λέγων πᾶς ἄνθρωπος, ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν· εἰ γὰρ τὸ λέγειν ταχέως φυλακτῆς ἄξιον, τὸ ταχέως ὀργίζεσθαι πόσης μᾶλλον δεῖται τῆς ἀσφαλείας; Ὅρα δὲ καὶ δ' κατὰ ἀλήθειαν Χριστιανὸς, οἷος εἶναι λέγει τοὺς χαρακτῆρας· Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὕτη ἐστὶν, ὀπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. Ἐπίσης κελεύει καὶ τοῦ κόσμου ἀφίσασθαι, καὶ τῷ πλησίον προσίδεσθαι· τῆς γὰρ ἀληθείας, τότε γνησίως τοῖς ἀδελφοῖς συμπαθήσομεν, ὅτε τῆς τοῦ κόσμου προσπαθείας ἑαυτοῖς ἀποῤῥήξομεν. Τῷ δὲ εἰπεῖν· Μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε, ἀδελφοὶ, τὸν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης, τὸ καθ' ἐπίλειξιν γινόμενον ἀναιρεῖ, διδάσκων μὴ πρὸς ἀρέσκειαν βιοῦν ἀνθρωπίνων, μὴ ἢ τῶν ἐξ ἀνθρώπων ὀπτιζητεῖν δόξαν, χαμαιζήλα φρονοῦντας καὶ ταπεινά· ἀλλὰ Θεὸν μόνον φιλεῖν, καὶ ἐπαινέτην ἔχειν τοῦ γινομένου, καὶ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀντίδοσιν ἀπεκδέχεσθαι. Τῷ δὲ καὶ νόμον φᾶναι βασιλικὸν ἐκπληροῦν τὸν ἀγαπῶντα τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, πρὸς τῶν τῆς ἀδελφῶν ἀγάπων διερεθίζει τῷ ἀξιώματι τοῦ νομοθετήσαντος, ἡ σύνολης ταύτης εἰδὼς τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, καὶ ὅτε πλήρωμα νόμου σαφῶς ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, καὶ τοῦτο δὴ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον.

Iac. 3

rectam in Deum intentionem,

F

10 Ὅπως δὲ καὶ πρὸς ἔλεον διεγείρει; μάλα σοφῶς δύσωπῶν τῷ ἀνηλεῆ καὶ ἀπαρακλήτῳ τὸ ἐκεῖθεν κρίσεως. Ἀνέλεον γὰρ ἔφη τὸν κρίσιν τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεον· καὶ καλακαυχᾶσθαι ἔλεον κρίσεως, τούτῳ διδοὺς ἥπερ ἐκείνη τὰ νικητήρια. Ἀλλὰ καὶ τὸν πίστιν ὕτω δεῖσθαί φησι τοῦ πράξεως, ὡς δεῖται τὸ σῶμα τοῦ πνεύματος· ταύτης δὲ χωρὶς, νεκρὰν οἷον ὑπάρχειν αὐτὸν καὶ ἀνόνητον· ἵνα μὴ τὸ πιστεύειν μόνον ὀπταῤῥῶμεν καὶ διὰ κενῆς ἐγκαυχώμεθα. Καὶ πείθει τοῦτο λέγων, εὐθὺς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Ῥαὰβ παράγων εἰς μάρτυρας, τὸν μὲν μετὰ τῆς πίστεως καὶ τὸν Ἰσαὰκ προσενέγκοντα, τὸν δὲ τοῖς κατασκόποις δι' ἑτέρας ὁδοῦ παραπέμψαντα. Καὶ τί με δεῖ τὰ καθ' ἕκαστον ἀριθμεῖσθαι;

docet mores in conversatione,

curam orphanorum & viduarum,

dilectionem proximorum

nec Deo ascribendã tentationem,

A ἀριθμεῖσθαι· σχεδὸν γὰρ ἓν ἢ δύο μίαν ὑπέλιπε τοῖς ἠθικοῖς ἀρετοῖς, πρὸς ἣν σὺκ ἠρέθισε τὸν φιλόθεον, μελὰ πολλῆς τῆς παιδιᾶς καὶ τοῦ χάριτος. Οὕτω τῇ γλώσσῃ δεσμὸν ἐπέθηκε, σιωπᾷν τε κατὰ καιρὸν καὶ λέγειν ἀκριβωσάμενον· ὅτου τὸ μὲν ἀληθείας ἔχεσθαι, τὸ ψεύδους δὲ καὶ λίαν ἀπέχεσθαι πατρικῶς διδάσκει· ὃ μὲν ἀλλὰ καὶ τοῦ φιλοπόνου γλώττης καὶ διαβόλου πλῆθα Iac. 4 & 5 κατηγορεῖ, καὶ τὸ λάθρα δὲ τοῦ πλησίον καταλαλεῖν, ἢ καὶ κρίνειν τοὺς τοῦ ἀνθρώπων διανοίας μακρὰν ἀπωθεῖται.

Iac. 3 præscribit leges linguæ,

divitiarum & paupertatis.

vetat jusjurandum.

B

C

II Σὺν ἔργον, ὦ Δίκαιε, καὶ τὸ πλουσίοις αὖθις καὶ πένησι παραίνεσαι, τοὺς ἐπὶ τῷ πλούτῳ μὴ πεποιθέναι, τοὺς δὲ μακροθύμως φέρειν ὡς ληψομένους μισθὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναφαίρετον· κἀκείνοις μὲν ἔλεγχον τῆς ἀπιστίας τὸν πλοῦτον τιθεῖναι, ἅτε δὴ ἑαυτῷ δαρρήσασι, καὶ μὴ κόλποις τοῖς μὴ δεῖ πόλεως κενουμένοις· τοῖς δὲ οἷα προφήτης εὐαγγελίζεσθαι πρὸ τῶν θυρῶν ἐσάναι τὸν κρίναντα. Τὸ δὲ μὴ τοῦ ὀμνύειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὅρκον ἁπλῶς ἐκλελοιπέναι, τίνος ἄλλης ἢ τῆς δικαίας γλώττης παραίνεσις; Πρὸ πάντων λέγουσις· Ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε ὅλως, μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τοῦ γῆν, μήτε ἄλλον ὅρκον τινά· ἔσω δὲ ὑμῶν τὸ Ναὶ Ναὶ· καὶ τὸ Οὒ Οὔ· ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. Τοὺς εὐθυμοῦντας ἀσφάλειαν ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι τοῦ προσευχῆς διδάσκει, τοὺς νοσοῦντας ἐλαίῳ μέλι προσευχῆς ἱερέως εἰς ἄλαφον χρῆσθαι, καὶ τοῦτο τῆς νόσου ποιεῖν ἴαμα· ὡς τῆς εὐχῆς ἄρα τῆς διὰ τῶν ἔργων βοηθουμένης, ἐνεργεῖν τὰ μέγιστα δυναμένης. Τί δὲ χρὴ τὰ τῆς γλυκείας ταύτης ἐπιστολῆς πάντα διαλαβεῖν, ἐξὸν ἐνεγκάμενον αὐτὴν τῷ βουλομένῳ καὐτόθεν ὡς ἐκ πηγῆς ἀρύεσθαι, καὶ γευσάμενον πιστεῦσαι, καὶ ὅτου ἀξιόχρεων μάρτυρα γίνεσθαι τοῦ Ἰακώβου καλῶν.

In Concilio Hierosolymitano præclare differit:

12 Ἐσὶ δὲ καὶ ἐντεῦθεν τὸ ἀξιόχρεων ἐκεῖνο καὶ δυνατὸν ἐν λόγῳ μαθεῖν. Ζήτησις καλὰ τοῦ Ἀντιόχειαν καλέσῃ πόλει, εἰ δεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσιόντας τῷ λόγῳ τῆς χάριτος καὶ τὸ ἔθους Μωσέως λοιπὸν περιτέμνεσθαι. Οἱ ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου τοίνυν ἀδελφοὶ τοῖς καλὰ τὰ Ἱεροσόλυμα Ἀποστόλοις τοῦ κρίσιν ἐπέτρεψαν, Παύλου καὶ Βαρνάβα διακονουμένων πρὸς τὸ ζητούμενον. Τῆς δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας εἰς τοῦτο Ϛωαθροισθείσης, καὶ Πέτρου τοῦ τῶν Ἀποστόλων πρώτου προεσηκότος τῆς πίστεως, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα καταβάλλοντος· Ἄνδρες ἀδελφοί, φησὶν ὁ Ἰάκωβος, Συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψαλο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τούτῳ Ϛυμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν Προφητῶν. Εἶτα ἐπιθεὶς τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα, τοῖς ζητουμένοις οὕτως ἐπεψηφίζετο· Κρίνω ἐγὼ, λέγων, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, τῆς πορνείας, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ πνικτοῦ. Οὕτως ἔφη, καὶ ὁ λόγος ἔργον ἐγένετο, καὶ τὸ παρὰ τοῦ Ἰακώβου ψηφισθὲν εἰς τύπον τοῖς Ἀποστόλοις ἐγράφετο, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ παρεδίδοτο· οὕτω καὶ παρ' αὐτοῖς εἶχε τοῖς Ἀποστόλοις ὁ ἀνὴρ τὸ αἰδέσιμον.

vetat jusjurandum.

Ac. 15.

æstimatur a S. Paulo,

13 Ἀλλ' ἐσὶν ἀκοῦσαι καὶ Παύλου οἷα περὶ αὐτοῦ Γαλάταις ἐπέσαλκεν· Ἀνῆλθόν, φησὶ, εἰς Ἱεροσόλυμα ἱσορῆσαι Πέτρον, ἕτερον δὲ τῶν Ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, ὡς μεγάλου τινὸς ὄντος καὶ ἀξίου μνήμης διὰ θεάσασθαι τὸν Ἰάκωβον. Οἷος δέ ἐσι καὶ αὐτῷ τῷ Παύλῳ παραινῶν ὁ Ἰάκωβος, ὁ τὰ τῶν πράξεων ὕστερον Ϛαφῶς εἰσεται· Γευομένων γὰρ ἡμῶν, φησὶ ὁ Λουκᾶς, εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀπεδέξαντο ἡμᾶς πάντες οἱ ἀδελφοὶ· τῇ δὲ ὕστερα εἰσῆλθεν ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν οἱ πρεσβύτεροι· καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς διηγήσατο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῖς ἔθνεσιν διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, εἰπόντες τῷ Παύλῳ· Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν ἐν τοῖς Ἰουδαίοις τῶν πεπιστευκότων; καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσιν· κατηχήθησαν δὲ περὶ σου, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, ἀλλὰ τοῦτο ποιῆσον ὃ σοι λέγομεν, ἀγνήσθητι σὺν τοῖς οὖσιν ἀδελφοῖς, καὶ δαπάνησον, καὶ γνώσονται ὅτι περὶ ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν ἐσι. Πάντας δὲ Ἰακώβου δέον ὑπολαμβάνειν εἶναι τὰ ῥήματα, εἶα τῆς ἐκκλησίας καθάρχοντος· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῷ Λουκᾷ προκειται καλεξάρετον, ὅτι Παῦλος εἰσέλθοι σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον. Τοσοῦτον ἐν Ἀποστόλοις Ἰακώβῳ τὸ συγκεχωρηκὸς, καὶ ὅτως ὑπὸ ὑπαφανὴς τε καὶ ἀξιότιμος, τοῦτο μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἔχων, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδελφὸς εἶναι τοῦ Κύριος προσειληφώς. Ἰούδας δὲ, τὴν ἑβδόμην ἐπιστολὴν τῶν καθολικῶν γράφων, ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ πῶς τὴν ὑπογραφὴν τίθησιν; Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ὁ ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ πατρὶ ἡγαπημένοις. Οὐχ ὅτως ἀπὸ τῶν βασιλικῶν τούτων καὶ διακένων ἀξιωμάτων, οἱ καλὰ κόσμον λαμπροὶ τὸ ἐπίσημον ἑαυτοῖς περιποιοῦνται, ὅσον ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀδελφὸς εἶναι καὶ λέγεσθαι Ἰακώβου σεμνύεσθαι ἔγνω. Εἰ δὲ τούτῳ δόξα τὸ ἀδελφὸν Ἰακώβου λέγεσθαι, πόση ἐκείνῳ μᾶλλον ἀπὸ ἀδελφὸν Κύριος καλονομάζεσθαι· αὐτὸς γὰρ καὶ μόνος τῶν προσβείων ἔτυχε τούτων, καὶ ἀδελφὸς Κυρίου μόνος λέγεσθαι κατηξίωται.

& S. Iudæ, se fratrem ejus scribente,

Primus Episc. Hierosol. Sancta ingredi permittitur:

14 Ὁ τοίνυν μέγας οὗτος καὶ θεῖος Ἰάκωβος ἅγιος ὢν, ὡς τὰ ἱερά φασι λόγια, ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, διὸ καὶ, μελὰ Χρισὸν εὐθὺς τὸν πρῶτον ἀρχιερέα, τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται, καὶ μόνος εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων διαπαντὸς εἰσπορεύεται· ὁ δὲ γὰρ ἅπαξ, καθάπερ τοῖς τῷ νόμῳ καὶ τῇ σκιᾷ τῶν ἐπουρανίων λατρεύσασιν, ἐγχωρεῖ ὦν, ἀλλ' ὅτως εἰσῄει ὡς μόνος εἰσιέναι δυναμένος διακαθαρότητα. Εἰσερχόμενος δὲ, κείμενος ἐπὶ τῶν γονάτων εὑρίσκετο, καὶ τῷ λαῷ τῶν ἡμαρτημένων ἄφεσιν, χρεῖτον ἢ καὶ Μωσέα τε ποιούμενος, ὡς ἀπεσκληκέναι αὐτῷ τὰ γόνατα κατὰ τὰς καμήλους, διὰ τὸ ἐπὶ γόνυ τοῦτον διαπαντὸς κάμπτεσθαι· ὅτω γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς, γενόμενος ἄνθρωπος, τὰ τῆς εὐχῆς παραδίδωσι. Διάπυροι δικαιοσύνης ὑπερβολῇ Δικαίου ἐκαλεῖτο καὶ f Ὠβλίας, ὃ καθ' ἑλληνας περιοχὴ δηλοῦται τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη.

16 Ὥσπερ γοῦν οἱ προφῆται πρότερον δεδηλώκασι, τινὲς μῦθοι τῶν ἐπὶ αἱρέσεων, ὧν Ἄνανος ἠγεῖτο (Ἱερεὺς δὲ ἦ τότε ὁ Ἅνανος· ἰώνικα Παῦλος ἐπιβοησάμενος Καίσαρα πρὸς Ῥωμῶν ὑπὸ Πίσου δεσμώτης ἐξέπεμπε παρὰ Νέρωνα) ὅτοι γοῦν οἱ τῶν τοιούτων αἱρέσεων, τὴν ἐλπίδα καὶ ἰῶ Παύλῳ τῷ ἐπιβαλλόμενον ἠρώτουν ἁμαρτάνοντες, ἐπὶ Ἰακώβου τρέπωνται, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κύριος· τοιαῦτα γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐκείνῳ τετόλμητο. Καὶ μέσον ἑαυτῶν ἀπολαβόντες τὸν Δίκαιον, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χρισὸν πίστεως ἐπὶ πάντος τοῦ λαοῦ ἐκζήτουν αὐτὸν, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐπυνθάνοντο· Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ Δίκαιε, λέγοντες· Τίς ἐσὶν ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ· ὁ δὲ πισεύομενος τοῦ ἐκείνων φωνοῦ, καὶ δίκαιος ὥσπερ γοῦν ἐκαλεῖτο φανεῖσα βουλόμενος, δικαίαν καὶ τοῦ φωνοῦ δίδωσιν, Οὗτός ἐσιν λέγων ὁ ὑὸς τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς ὁ Χρισός. Τίνες μοῦ οὖν αὐτῶν τοῖς ὑπὸ Ἰακώβου λεγομένοις πισεύοντες

interceptus à Iudæis,

fidem Christi profitetur

ANCT. METAPHR.

d

e

E

F

AUCT. METAPHR.

ἦσαν· οἱ δὲ ἠπίστουν τε καὶ ἀντέλεγον κατὰ παράδοσιν οὐκ ὀρθῶν καὶ πάνυ· αἱ γὰρ αἱρέσεις αὗται παρὰ Ἰουδαίοις (ὡς τὰ θεία φασὶ λόγια) οὔτε ἀνάστασιν ἐπρέσβευον, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Πολλοὶ μὴν τοι καὶ διὰ τὸν Ἰάκωβον τῷ τὸ πιστεύοντων χορῷ συνετάττοντο, καὶ θορυβὸς πολὺς τοὺς ἄρχοντας εἶχε τῶν Ἰουδαίων ἅτε διὰ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων φασκόντων, ὅτι κινδυνεύσει πᾶς ὁ λαὸς, Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκῶν.

17 Προσελθόντες τοιγαροῦν Ἰακώβῳ· Παρακαλοῦμέν σε, Δίκαιε, μάλα δικαίως ἔλεγον, ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπείπερ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν ὡς αὐτὸν ὄντα Χριστόν· ἀλλ' ὅπως πείσῃς τοὺς κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ τοῦ Ἰησοῦ συνελθόντας, μὴ πλανᾶσθαι περὶ αὐτοῦ· σὺ γὰρ πάντες πειθόμεθα· καὶ μαρτυροῦμέν σοι, ἡμεῖς τε καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτε δίκαιος εἶ, καὶ πρόσωπον οὐ λαμβάνεις· τὴν μαρτυρίαν ταύτην, τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ τὸ πρόσωπον μὴ λαμβάνειν, τούτου χάριν ἐκείνῳ προσενέγκοντες ἵν' ἐκ τοῦ δικαίου κλέψωσι μᾶλλον αὐτὸν, καὶ πρόσωπα ἐκείνων λαβεῖν ἀναπείσωσι τὴν κολακείᾳ διαφθαρέντα. Ἐπὶ τὸ πτερύγιον ἕν, φησὶν, ἀναβὰς στῆθι τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἧς ἐπιφανὴς τῷ λαῷ, καὶ ἀκουστά σου τὰ ῥήματα γένηται· διὰ γὰρ τὸ Πάσχα συνελκύθασιν αἱ φυλαὶ ἅπασαι μετὰ τῶν ἐθνῶν. Ἔστησαν οὖν οἵτε Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· καὶ φωνῇ γεγωνοτέρᾳ, Δίκαιε, ἔφησαν, οἷ πάντες ὀφείλομεν πείθεσθαι· ἐπείπερ ὁ λαὸς ὀπίσω πλανᾶται τοῦ Ἰησοῦ, ὃν πάντες ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρὸν ὑπομεμενηκότα γινώσκομεν· ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ.

18 Ἐπεὶ οὖν ὁ κυρὸς ἐκάλει τὸν ἀριστέα σὺν αὐτῷ κατὰ τὸ ψεύδος, οὐ μέλλων ἰῷ οὐ δὲ δειλίᾳ τοῦ ἀληθεῖαν προδιδοὺς, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ καὶ γλώττῃ ἐλευθερώτατος, καὶ μεγάλῃ εὐθὺς ἀφεὶς τὴν φωνήν· Τί με ἐρωτᾶτε περὶ τοῦ Ἰησοῦ; λέγων, καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐν δεξιᾷ τοῦ δυνάμεως τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἐρχόμενος μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ ταύτῃ τοῦ Ἰακώβου, κραζόντων τε καὶ λεγόντων· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, πολλῇ τοὺς Γραμματεῖς τότε καὶ Φαρισαίοις εἰσῆει μελάνοια τοῦ πραχθέντος· καὶ πρὸς ἀλλήλους, Κακῶς ἐποίησαμεν, ἔλεγον, τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ δεύτε τοιγαροῦν καταλάβωμεν τὸν Ἰάκωβον, ἵν' ὁ λαὸς ὕστερον φόβῳ περισχεθέντες μὴ πιστεύσωσι τῷ Ἰησοῦ. Οὕτως εἰπόντες μέγα τι βεβοήκασιν· Ὦ, ὦ· καὶ ὁ Δίκαιος ἐπλανήθη.

19 Ἀναβάντες οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον εὐθὺς καταβάλλουσι· καὶ μηδὲ ὅλως τὸ μανίας σάντες, ἔλεγον. Λιθάσωμεν τὸν Δίκαιον. Καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπείπερ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς, ὦ ψυχῆς ἁγίας! τίθησι τὰ γόνατα, λέγων· Κύριε Θεὲ πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· τὸν αὐτὸν τῷ Στεφάνῳ φωνὴν ἀφεὶς καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Οὕτως ἕν λιθοβολοῦντων αὐτὸν, εἷς τῶν Ἱερέων, τῶν υἱῶν Ῥηχαὶ υἱοῦ Ῥαχαβὶμ, τῶν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου μαρτυρουμένων, ἔκραξε λέγων· Παύσασθε· τί ποιεῖτε; εὔχεται ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Δίκαιος. Καί τις αὐτῶν, ἀπὸ τῶν κναφέων τὸ ξύλον λαβὼν, ἐν ᾧ ἀπεπίαζον τὰ ἱμάτια, ἐπάγει λίαν καλὰ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ ὕστως ὁ Δίκαιος παραδίδωσι τὸν ψυχήν. Καὶ λαβόντες αὐτὸν θάπτουσι πλησίον τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ.

supra pinnaculum constitutus

profitetur Iesum sedere ad dexteram Patris:

indeque dejectus pro inimicis orat,

D & ligno fullonis occiditur:

20 Ὅσοι δὲ τῶν καλὰ τὴν πόλιν ὑπεικείσατοι, καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβῶς ἐδόκουν, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ· καὶ πέμπουσι κρύφα πρὸς τὸν Ἀγρίππαν (οὗτος γὰρ τὴν Ἡρῴδου τετραρχίας διάδοχος ἦν) ἀξιοῦντες ὑπεξαγαγεῖν Ἄνανον· μὴ τοιαῦτα τολμᾶν, μὴ δὲ γὰρ τὸ κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον Ἰάκωβον ὀρθῶς καὶ παρᾶξαι. Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τῷ Ἀλβίνῳ ὑπαντήσαντες, ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντι (αὐτὸν γὰρ μεῖζον ἐχειροτόνησε Καῖσαρ τῆς Ἰουδαίας Ἐπίτροπον) διδάσκουσι μὴ ἐξεῖναι τῷ Ἀνάνῳ χωρὶς γνώμης αὐτοῦ καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ τοῖς ἐπιοῦσι πειθεὶς, χαλεπῶς μὲν ὀργῆς πρὸς τὸν Ἄνανον, δίκας ἀπειλῶν ὑποσχεῖν αὐτὸν τοῦ τοιοῦδε τολμήματος. Ἀγρίππας μὴν ὁ Βασιλεὺς, ἀφελὼν τῆς ἱεροσύνης τὸν Ἄνανον, ἀρξάντα μηνῶν τριῶν, ἕτερον ἀντ' ἐκείνου κατέστησε. Τὰ μὴν δὴ κακῶν ἔσχατα, μετὰ τὸν Ἰακώβου τελευτὴν, Ἰουδαίους κατείληφε· καὶ μάλιστα τούτων Ἰουδαῖος Ἰώσιππος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποκρυπτόμενος.

Ananus Pontifex deponitur.

E

21 Ταῦτα ὕστερον συνῆλθεν καὶ προσεῖδη τοῖς Ἁγίοις ὁ Ἅγιος, τοῖς Μάρτυσιν ὁ Μάρτυς, τοῖς Δικαίοις ὁ Δίκαιος, καὶ ὧν καὶ ὀνομαζόμενος· ὃν Ἐπισκόποις πρῶτος τὸν μαρτυρικὸν ἀναδησάμενος στέφανον· Ἦν μὲν γὰρ προφθάσας ὃν Διακόνοις ὁ Στέφανος, ὃν Ἀποστόλοις ὁ Ζεβεδαῖος Ἰάκωβος· νῦν δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς τῷ πρώτῳ Ἀρχιερεῖ Χριστῷ ἠκολούθησεν, ὁ Μάρτυς τῷ ὑπὲρ τοῦ κόσμου πάντος τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ὑποσχόντι. Πόσων σοι θείων ἀξιωμάτων, πόσοι χρεωστεῖται σοι στέφανοι, τῷ Μαθητῇ, τῷ Ἀρχιερεῖ, τῷ Δικαίῳ, τῷ Θεαδέλφῳ, τῷ Μάρτυρι, τῷ ὅτι ἄν τις εἴποι τῶν ἀγαθῶν ἐκ περιουσίας ἔχοντι, εἰς δόξαν Πατρὸς Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς καὶ ἀχωρίστου Θεότητος, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

S. Iacobus primus Episcopus Martyr.

ANNOTATA.

a *Idem invenimus in Ms. Reginæ Suecie num.* 13 *quod penes nos habuimus anno* 1654 *&* 1655.

b Φιλοκάλης *videtur legisse interpres quo Lipomanus usus in Ms. Veneto.*

c *Plura aliquanto habentur in Ms. Veneto, quæ vide in versione Latina,* [ ] *uncis inclusa.*

d *Etiam hic locus ex Act.* 21 *magis integre habetur in eadem versione.*

e *Textus habet* εἰς ἡ ει.

f *Vide notata ad versionem Latinam num.* 2. *Hic addo in Ms. græco, primum* Ἰοβλίας, *hic vero etiam* Ἰβλίας *scribi, quæ ex Eusebio censuimus corrigenda.*

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΒΑΤΑ ΤΟΥ ΠΕΡΣΟΥ

Ex MS. Synaxario Petri Franciſci Chiffleti S. I.

Οὗτος ὢν ἐκ Περσίδος, ἐκ προγόνων τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν μεμαθηκὼς· σχεδὸν δὲ περὶ τὰ τριάκοντα ἔτη γενόμενος, ἀκούσας τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ Εὐαγγελίου λέγοντος, Ὅσις οὐ καταλειπάνῃ πατέρα καὶ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀδελφούς, ἢ κτήματα, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· καὶ παθὼν τοῦ Πνεύματος ἁγίου, ὅλος τοῦ θείου πόθου γέγονε· καταλιπὼν πάντα, ἐν μοναστηρίῳ ἀπελάζατο· τὸν σκληρὸν καὶ ἐπίπονον βίον λαβὼν, ὑπερέβαλε πάντας νηστείᾳ καὶ ἀγρυπνίᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ, μηδεμιᾷ τῶν αἰσθήσεων θύραν δεδωκὼς, ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρῶν ἑαυτὸν, ὑπεθυμίαν ἢ εἶχε τοῦ διὰ μαρτυρίαν τελειωθῆναι. Ὅθεν κινηθεὶς τοῦ διωγμοῦ καθὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντων τῶν σωτὸν αὐτῷ, καθὰ κελεύσαν ἐντολῶν μὴ ἀφεσθῆν ἑαυτῷ, ἀναχωρησάντων, αὐτὸς μόνος ὑπέμενεν, τῷ περιόντι τῆς ὑπεθυμίας πόθῳ τὸ μαρτύριον· ἔνθα καλασχεθεὶς ἦχθη, τριακοστὸν ἔτος ἄγων ἐν τῇ ἀσκήσει. Ἄγεται δὲ πρὸς Ἰασδίχ, ἀδελφὸν δὲ Βαρσαβανᾶ, ὄντα τὸν Τσίβιος Ἄρχοντα. Προσκυνῆσαι δὲ τὸν ἥλιον κελευσθεὶς, οὐκ ἐπείθη· ἀλλὰ παῤῥησίᾳ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀνεκήρυξε. Ταθεὶς δὲ αὖ ὑπὸ δέκα στρατιωτῶν ἐκ ἑκατέρων τῶν χειρῶν, τῇ βίᾳ τῆς τάσεως ἐξηρθρώθη τοὺς ὤμους. Εἶτα τύπτεται ῥοπάλοις· καὶ ἐπὶ εἴκοσι στρατιωτῶν ἐπὶ γῆς συρόμενος, ἀπὸ τῶν σπερμογόνων μορίων δεθεὶς, καὶ ὑπομένων τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, ὅπισθεν τεθεὶς καὶ τῆς στρὸς, πολλὴν ὑπεφορὰν λίθων δέχεται. Εἶθ' ὕστερον τὰ μελάφρενα καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς μαζοὺς μέρη τοῦ σώματος μαχαίρᾳ καταπτέμνεται, καὶ τότε ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται.

MARTYRION

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΖΩΗΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΗΣ.

Ex MS. Vaticano num. 866 fol. 377.

11 MAII

Αὕτη ἡ Μακαρία Μάρθα, καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ, καὶ τὰ δύο τέκνα, ὑπεξενωθέντες ὡς Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ τῶν ἰδίων, πόλεως ἐπουρανίου ἐγενήθησαν πολῖται· ἠγοράσθησαν γὰρ ὑπὸ Κάτλου, καὶ τὸ τοῦ γυναικὸς Τερλίας· Κάτλος ἦν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθὼν εἰς Παμφυλίαν, κατῴκησεν ἐν Ἀτταλίᾳ, καὶ ἠγόρασεν δούλους ἀπὸ Φρυγίας. Πίστει οὖν δοκείμενοι πολλῇ, καὶ εἰς Θεὸν ἐλπίδα ἔχοντες, καὶ Χριστιανῶν γένους ὑπάρχοντες, ἦτε μακαρία Ζωὴ καὶ οἱ σὺν αὐτῇ ὄντες, εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύοντα. [Ἐγένετο οὖν ἀγοραζθῆσαν τὴν ἁγίαν Ζωὴν μετὰ τῶν ἰδίων·] οἱ δὲ ὀνησάμενοι αὐτοὺς ὑπῆρχον τῆς μιαρᾶς θρησκείας τῶν εἰδώλων· ἕλληνες γὰρ ὑπῆρχον, καὶ ἔθνος τοῖς δαιμονίοις, λέγοντες αὐτοὺς εἶναι θεούς. Ἡ οὖν ἁγία Μάρτυς Σωὴ, καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ, καὶ τὰ δύο τέκνα οὐκ ἔφερον θεωροῦντες αὐτῷ τὴν ματαίαν λατρείαν· ὅθεν ὁ δὲ ἐκ τοῦ δαπάνης κιβαρίου, οὗ ἐλάμβανον, ἤθιον· ὑποψίαν γὰρ εἶχον διὰ τὰ εἰδωλόθυτα· ἐν τῇ οἰκίᾳ γὰρ ἦσαν τὰ εἴδωλα, ἐν ᾗ ἔμελλον ἐσθῖται.

In ſervitutem idololatris venditi,

idolothyta aſpernantur.

2 Ἡ οὖν ἁγία Μάρθα, λαμβάνουσα τὸ κιβάριον αὐτῆς, εἰσῆλθε πρὸ τοῦ πυλῶνος, λέγουσα τῷ πυλωρῷ· Ἀναπαύου τὴν ἡμέραν, καὶ ἐὰν χρεία γένηται, ἐγώ σε διυπνίζω· ἀρκεῖ γάρ σοι ὁ κάματος, ὃν ἔχεις δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, διὰ τὸ εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι πολλοὺς πρὸς τῷ δεσπότῃ ἡμῶν, χάριν τῆς ματαίας αὐτοῦ λατρείας ὑπάγειν καὶ προσκυνῆν τῇ Τύχῃ. Ὁ οὖν πυλωρὸς ἀκούσας ταῦτα, εἰσῆρχετο καὶ ἀνεπαύετο ἐν τῷ πυλωρίῳ ἔγγισα τοῦ πυλῶνος· ἦσαν δὲ κυνες δεδεμένοι ἔξω τῶν θυρῶν, καὶ εἴ τις ἐὰν ἤρχετο ἔξω τῶν δεομένων ξένων δ' λαβεῖν ἀπολῶ, οἱ κυνες εὐθέως διεσπάραξαν αὐτόν. Θεωρῶσα δὲ ἡ Ἁγία τοὺς πένητας καὶ τοὺς ξένους, ἔβαλεν τοῖς κυσὶν ἐκ τοῦ κιβαρίου ὀλίγον, καὶ ἐσιώπων· ἐδίδου δὲ τὸ ἐπίλοιπον τοῖς πένησιν, παρακαλοῦσα αὐτοὺς καὶ λέγουσα γενέσθαι Χριστιανούς· διὰ τοῦτο γὰρ Σώζεσθέ φησιν ἐρχόμενοι ὧδε· τοῦτο δὲ ἐποίησεν πλειστάκις. Ἦν δὲ διαιρέφουσα καὶ τὰ πετεινὰ τῆς οἰκίας, λαμβάνουσα τὴν μικρὰν αὐτῆς τροφὴν, τοῖς μὲν σίτον, τοῖς δὲ ὄσπρια, καθὼς ἐθίσουσιν καλὰ γένος τὰ πετεινά. Ἐξ αὐτῶν οὖν καὶ αὐτοὶ μετελάμβανον πρὸς δύσιν ἡλίου· καὶ τοῦτο μνησκόμενοι τοῦ θείου λόγου δ' λέγοντος· καλανοήσατε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὔτε σπείρει, οὔτε θερίζει, οὔτε συνάγει εἰς ἀποθήκην, καὶ ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά.

Pauperibus dimenſum ſuum impartitur Zoë.

F

Mat. 6, 26

3 Ἔλεγον δὲ καὶ τὰ τέκνα πρὸς τὴν μητέρα, Ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα συνοικεῖν μετὰ τούτων· οὐχὶ σὺ ἡμᾶς παιδεύεις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς; ὅθεν καὶ ἡμεῖς μνημονεύομεν τῷ λόγῳ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, μὴ γίνεσθε ἑταιροζυγοῦντες ἀπίστοις. Ἐὰν μὴ οὖν τῶν γραφῶν ἀκούωμεν, καὶ φυλάσσωμεν τὰ σπλάγχνα τοῦ Κυρίου, καὶ χωριζόμεθα ἀπ' αὐτῶν, ἐσόμεθα καὶ ἡμεῖς συναριθμούμενοι μετ' αὐτῶν· ἡ δὲ Μάρτυς τοῖς τέκνοις ἔλεγεν· Ποία προφάσει δυνάμεθα χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτῶν τέκνα; δεσπόται γὰρ ἡμῶν εἰσιν τῶν φαινομένων σωμάτων. Τὰ δὲ τέκνα τῇ μητρὶ ἔλεγον· Ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀνόμων Ἰουδαίων, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐτάφη, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν· ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δῶμεν τὰ σώματα ἡμῶν ἐν τῷ ἀνόμῳ Κάτλῳ, καὶ ἐν βασάνοις ἀναλώσῃ ἡμᾶς, γνωσόμεθα ὅτι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ζῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο οὖν σε παρακαλοῦμεν μῆτερ, χαίρουσα καὶ ἀγαλλιῶσα προσάγαγε

consilium ſuum matri explicant,

EX MS. VATIC.

ἡμᾶς τῷ ἀνόμῳ ἡμῶν δεσπότῃ, καὶ εἴ τι δώσῃ Κύριος ἐν τῷ στόματι ἡμῶν λέγομεν πρὸς αὐτόν.

4 Ἐρχομένων δὲ τῶν Κάτλα εἰς τὸ ἄριστον, ἕτοιμοι ἦσαν οἱ νέοι, ὥσπερ γενναῖοι ἀθληταὶ ἐν τῷ ἀγῶνι, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Ἐὰν ὁ Κύριος δώσῃ καὶ ἀποθάνωμεν δι' αὐτόν, καὶ καλαξιωθῶμεν ἰδεῖν αὐτόν, μετ' αὐτοῦ ἐσόμεθα. Ἡ δὲ μήτηρ ἐδειλία μήπως φοβηθῶσιν τὰς βασάνους, καὶ μέλλωσιν θύειν, ἐλθὸν γὰρ ἔδησαν οἱ δεσπόται ὅτι ἦσαν Χριστιανοί. Μὴ βουλομένης οὖν προσενεγκεῖν αὐτοὺς, ἔλεγον πρὸς αὐτὴν τὰ τέκνα αὐτῆς, τί ἔδεισας τὸν ἄνομον τοῦτον; ἢ οὐ μνήσκει ὅτι γέγραπται. Καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μάρτυσιν ἀναιδίον βασιλέων, καὶ οὐκ ἠσχυνόμεν· ἐξελθόντα οὖν τὰ παιδία σωωτησαν τῷ Κάτλᾳ ἔξωθεν τοῦ πυλῶνος, καὶ λέγουσι πρὸς αὐτόν· Καλῶς ἦλθες δέσποτα τῶν θεωρουμένων ἡμῶν σωμάτων· τῶν δὲ ψυχῶν ἡμῶν δεσπότης ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁ δὲ Κάτλος εἶπεν· Μαίνονται τὰ παιδία ταῦτα, ξένον ὄνομα φέρουσί μοι, Θεὸν καὶ Κύριον λεγόμενον Ἰησοῦν Χριστὸν· καλέσατέ μοι τὸν παλέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν.

5 Ἀπελθόντες οὖν οὐχ εὗρον τὸν παλέρα αὐτῶν, ἀλλ' ἤγαγον τὴν μητέρα αὐτῶν Ζωήν. Λέγει ὁ πρὸς αὐτὴν ὁ Κάτλος· Πῦ ἐστὶν ὁ ἀνὴρ σου; Ἡ δὲ εἶπεν πρὸς αὐτόν· Οὐχὶ σὺ ἐκέλευσας οἰκεῖν ἐν τῷ χωρίῳ ἐν τῷ Τριτωνίῳ; ἐκεῖ οὖν ἐστίν. Ὁ δὲ Κάτλος εἶπεν πρὸς αὐτήν, Εἰδὲ καὶ ὑμεῖς ἦτε ἐν τῷ Τριτωνίῳ, καὶ οὐκ ἂν ὕτως ἐταράξατε τὴν καρδίαν μου, λέγοντες ἴδιον ἔχειν Θεὸν, ὃν ὅτε ἐγὼ ἤκουσα ὅτε τίς ἤκουσέν ποτε· ἐπειδὴ δὲ ἔδοξέν μοι διὰ πολλῆς παρακλήσεως, καὶ πολλῶν δώρων, τελοῦντος μου τὴν θυσίαν πρὸς τὴν μεγάλην θεὰν Τυχέαν, ἀναλαβεῖν καὶ τὴν δέσποιναν ὑμῶν Τερτίαν c· ἐβούλομαι ὑμᾶς ἐπερωτῆσαι ἄρτι περὶ τοῦ λόγου, οὗ ἐρήκαλέ μοι· ἀλλ' ὡς ἀποκριθῇ τὸ βρέφος, καὶ ποιήσω τὴν εὐχήν μου πρὸς τὴν μεγάλην θεὰν Τυχέαν, τότε ὑμῶν ἀκούω. Ἐκέλευσεν οὖν αὐτοὺς ἀπενεχθῆναι ἐν τῷ Τριτωνίῳ. Ἀπενεχθέντων δὲ αὐτῶν, ἔχαιρον καὶ ἠγαλλίοντο, ψάλλοντες καὶ λέγοντες· Κύριε ποίμαινέ με, καὶ οὐδὲν ὑστερήσω, εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· καὶ πάλιν· Ὅτι ἐρύσατο ἡμᾶς ἐκ ἄδου, καὶ ἐκ χειρὸς θανάτου ἔσωσεν ἡμᾶς· ὅτως γὰρ ἔλεγον τὴν μνῆμα οἰκίαν εἶναι ἅδου, τὸν δὲ Κάτλον θάνατον, τὰ δὲ εἴδωλα τὸ πῦρ.

6 Ἐγενήθη δὲ τῷ Κάτλῳ υἱὸς, καὶ μιαρᾷ γενέθλεια ἐξέλεσεν, θύοντες τῇ Τύχῃ τῆς πόλεως, καὶ πάντες εὐφραίνοντο ἐπὶ τῇ μιαρᾷ γενέσει τοῦ παιδός· ἡ δὲ ἁγία Ζωὴ ἐχαρίσατο, δεομένη τοῦ Κυρίου, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, μήτε τὸν ἄνδρα, μήτε τὰ τέκνα αὐτῆς. Ὁ δὲ Κάτλος ἐλθὼν μετὰ τὸ ἄριστον τὸ μιαρὸν ἐκεῖνο, εἶπεν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Τερτίᾳ· Πάντες εὐφράνθησαν εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ παιδὸς ἡμῶν· ἡ δὲ εἶπεν· Πάντες εὐφράνθησαν. Καὶ εὐθέως ἔβαλεν εἰς ἀγγίον οἶνον, καὶ εἰς δίσκον χρέα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτῇ. Ἡ δὲ ἁγία Ζωὴ ἰδοῦσα τὸν μιαρὸν διάκονον, καὶ τῶν μιαρῶν δώρων, τὴν ἐπίνοιαν ἐσέναξεν καὶ εἶπεν· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ καρδιογνώστης πάντων ἀνθρώπων ἀπλάνητε, βοηθέ ἡμῖν τοῖς ξένοις· πάλιν γάρ σου, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· στήριζον ἡμᾶς ἐν τῇ σῇ ὁμολογίᾳ. Καὶ προσελθοῦσα ἐμπροσθεν τοῦ ἐνεγκόντος αὐτῇ τὰ κρέα, ἔβαλεν τοῖς κυσὶν, τὸν δὲ οἶνον ἐξέχεεν.

7 Ὁ δὲ ὑπηρέτης ἰδὼν ταῦτα, ἀπελθὼν ἀπήγγειλεν τὸ γεγονὸς τῷ Κάτλῳ. Ὁ δὲ Κάτλος ἀκούσας ταῦτα ἐπλήσθη θυμοῦ καὶ ζήλου τὰ πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι αὐτούς, ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Ἐρχομένων δὲ αὐτῶν, ἐνθέτη ἡ ἁγία Ζωὴ τὰ τέκνα, καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς λέγουσα· Μὴ δειλιάσωμεν τὰς βασάνους τοῦ ἀνόμου Κάτλου, ἀλλ' ὑπομείνωμεν, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς εἰσέλθωμεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὴν πόλιν τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων. Ἀπελθόντες οὖν πρὸς Κάτλον, λέγει αὐτοῖς· Ἐν τίνι πεποιθότες ἐτολμήσατε τοῦτο ποιῆσαι, ἢ οὐ μέλλει μοι περὶ τῆς ἐμῆς ὕβρεως, ἀλλ' ὅτι παρυβρίσατέ μου τὸν μεγάλον θεὸν Τύχην. Ἡ δὲ ἁγία Ζωὴ λέγει πρὸς αὐτόν· Ἡμῶν ἐλπὶς ἐστὶν ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὃς γὰρ σὺ λέγεις θεοὺς, παρ' ἡμῖν δαίμονές εἰσιν. Ὁ δὲ Κάτλος εἶπεν· Κελεύω οὖν βασανίζεσθαι τὰ τέκνα σου, ἵνα ἴδωμεν εἰ βοηθεῖ αὐτοῖς ὃν λέγετε Χριστὸν, εἶναι Θεόν. Κρεμαζένων δὲ τῶν νηπίων, καὶ ξεομένων, ἡ μήτηρ ἐστῶσα ἔλεγεν· Ἀγωνίσεσθε, μὴ δειλιάσητε τὰς βασάνους τοῦ ἀνόμου Κάτλου. Τὰ δὲ τέκνα τῇ μητρὶ ἔλεγον· Οὐδὲν εἰσὶν αἱ βάσανοι αὗται· εἶπον τῷ ἀνόμῳ Κάτλῳ, ἵνα μείζονας βασάνους προσενέγκῃ ὑμῖν· ἵνα δὲ ὑπομονῆς τέλειοι στεφανηφόροι εὑρεθῶμεν. Ἡ δὲ ἁγία Ζωὴ τῷ ἀνόμῳ Κάτλῳ ἔλεγεν, Τί ἐκρέμασας τὰ παιδία, καὶ οὐ προσφέρεις αὐτοῖς τὰς βασάνους, οὐκ ἰσήθησαν γὰρ τῶν ξεόντων αὐτά. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Κάτλος φοῦρνον καῦσαι, καὶ βληθῆναι τοὺς δύλους τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀσφαλισθῆναι πάσῃ ἀσφαλείᾳ. Ἡ δὲ ἁγία Ζωὴ καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ Ἔσπερος, καὶ τὰ δύο τέκνα Θεοδύλος καὶ Κυριακὸς, ἦσαν ἐν τῷ φούρνῳ ὑμνοῦντες, καὶ δοξάζοντες τὸν Θεόν. Ἀκούων δὲ ὁ Κάτλος ὑμνούντων αὐτῶν, ἐσκέπτετο ποῖα μείζονι βασάνῳ ἀναλώσῃ αὐτούς. Ἐλαλήθη δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ φούρνῳ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ἀνδρίζεσθαι, ἐν μείζοσι γὰρ βασάνοις σκέπτεται ἀναλῶσαι ὑμᾶς ὁ Κάτλος. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα προσηύξαντο πρὸς τὸν Θεὸν λέγοντες· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, παράλαβε τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ. Καὶ εὐθέως παρέδωκαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ, μηνὶ Μαΐῳ β'.

9 Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐλθὼν ὁ Κάτλος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, εὗρον τὰ σώματα τῶν ἁγίων Μαρτύρων εἰς ἀναλολὰς βλέποντα ὑγιῆ· ἦσαν γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν χωρεύσασαι μετὰ τῶν ἁγίων Μαρτύρων, Ἀγγέλων τε καὶ Ἀρχαγγέλων· καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσα, Εἰσέλθετε οἱ δίκαιοι ἐν τῷ παραδείσῳ· σὺ δὲ μιαρὲ Κάτλε ἀποβλέψεις εἰς τὸν αἰώνιον χρίσιν, καὶ εἰς τὸν τόπον τῆς γεέννης, ὅπου τὸ πῦρ τὸ σβέννυται, οἱ δὲ δίκαιοι ἐν τρυφῇ παραδείσου εἰς τὸν αἰῶνα χρόνων d ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *Abundant hæc quæ* [ ] *inclusi.*

b *Ms.* δαπάνη. Κιβάδιον *autem a Latino accepta vox est.*

c *Ms. hic & deinceps* Τερδία: *quod ex usu recentioris dialecti scriptum sic arbitror, quæ sæpe* δ *pro* τ *pronuntiatur,* τύπλονδαι *pro* τύπλοντες.

d *Addebatur hic, loco non suo,* ἀμήν, *quod expunxi.*

Christumque palam profebi

cum ea ad patrem in villam ableganter.

missam sportulam Zoë sprevisset,

advocatur illa cum marito & filiis,

Christum confitetur:

filios in tormentis animat:

cum iisdem & viro in fornacem conjecta expirat:

corpora illæsa inveniuntur.

MAR-

MARTYRION TΩN AGIΩN

ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΥΡΑΣ.

Ex Codice Palatino Bibliothecæ Vaticanæ 27 fol. 36.

Adductus ad Præsidem

ΕΝ τῷ χωρῷ τῦ διωγμῦ ἐξητοῦντο οἱ Χρισιανοὶ, ⳋ προσηνέχθη Ἀρειανῷ τῷ Ἡγεμόνι ἀνθρωπ☉ ὀνόματι Τιμόθε☉, Ἀναγνώσης ὤν, ἀπὸ κώμης Περαπέων. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν εἶπεν· Τίς τυγχάνεις; ⳋ ποίας ἀξίας; Τιμόθε☉ εἶπεν, Χρισιανός εἰμι, Ἀναγνώσης ὑπάρχων. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Ἆρα σὺ μόν☉ σὐκ ἤκυσας τὰ προσαχθέντα ὑπὸ Ꝺ Βασιλέως, ὅτι πᾶς ὁ μὴ θύων τοῖς θεοῖς, ἀπολεία ἀπολεῖται κακῶς; Τιμόθε☉ εἶπεν, Ἐν ἐμοὶ πνεῦμα Ἰησῦ Χρισῦ οἰκεῖ, ⳋ διὰ τῦτο ϗ θύω. Ἀρειανὸς ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Οὐχ ὁρᾷς τὰ βασανισήρια κύκλῳ σε κείμενα; Τιμόθε☉ εἶπεν, Οὐχ ὁρᾷς τοὺς Ἀγγέλυς Ꝺ Θεῦ κύκλῳ μυ ἐνδυναμῶντάς με; Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Δός μοι τὰς βίβλυς συ, ὅπως τύτων τῷ δυνάμιν μάθω. Τιμόθε☉ εἶπεν, Ἄφρων Ἡγεμὼν ⳋ πάσης ἀνομίας εὑρεϊὰ, τίς πότε Ꝺ ἀνθρώπων τὰ ἑαυτῦ τέκνα θανάτῳ παραδίδωσιν; ϗ σὐκ ἐπίσασαι ὅτι αἱ βίβλοι τέκνα μυ εἰσὶν; ὅταν γὰρ αὐτᾶς χρήσωμαι, εὐθέως κυκλῦσί με οἱ Ἄγγελοι Ꝺ Θεῦ. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, τῦτο προσβάλυ, ὡς μὴ θέλων θύειν, μὴ δὲ τὰ βιβλία ὑποδεῖξαι· ὅρα ⳋ σκέψαι μήπως ϗ αὐθάδειά σε αὕτη Ꝺ Ϛωοίσῃ Θι. Τιμόθε☉ εἶπεν, Οὐ θύω, Χρισιανὸς γὰρ ὑπάρχω.

B recusat sacrificare aut libros tradere

2 Καὶ θυμωθεὶς ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσεν ⳋ χθῶαι σίδηρα a πεπυρωμένα, ⳋ εἰς τὰ ὦτα αὐτῦ ἐμβληθῆναι· ἐκ δὲ Ꝺ ἀτμίδ☉ τῦ πυρὸς ⳋ Ꝺ Ϛοδρολάτης ἐκκάυσεως σιδήρυ, αἱ δύο κόραι Ꝺ ὀφθαλμῶν αὐτῦ ἐξεπήδησαν. Εἶπον δὲ αὐτῷ οἱ στρατιῶται τῦ Ἡγεμόν☉, Ἐπειδὴ σὐκ ἠβυλήθης θῦσαι, ἰδυ ἀπώλεσάς σε τοὺς ὀφθαλμούς. Τιμόθε☉ εἶπεν, Οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τῦ σώματ☉ τύτυ, πολλὰς ἀδίας ὁρῶνλες, τῦτο ἔπαθον· οἱ δὲ σωλῆρι ὀφθαλμοὶ Ꝺ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χρισῦ φωλίζυσί μυ τὸν ψυχικόν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἡγεμὼν χολέσας, ἐκέλευσεν ἐπὶ τῦ τροχῦ τὺς ἀσραγάλυς αὐτῦ δῆσαι, λέγων αὐτῷ, Θύσον ⳋ ἀπαλλάγηθι Ꝺ βασάνων. Τιμόθε☉ εἶπεν, Οὐ θύω, ἔχω γὰρ τὸν Κύριον ὑπερασπίζοντά μοι. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν εἶπεν, Λύσαλε αὐτὸν ἀπὸ τῦ τροχῦ, ⳋ δήσανλες αὐτῦ τὰς χεῖρας, χάμον b περίθελε αὐτῷ, κρεμάσανλες κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ Ꝺ κίον☉, ⳋ λίθον προσδήσαλε καλὰ τῦ τραχήλυ αὐτῦ.

C alligatur rota,

b in caput suspenditur:

3 Καὶ οἱ στρατιῶται προσεκαρλερήθησαν, αὐτῷ ἀκροώμενοι, εἰ ἄρα ὑπικύψει τῇ αὐτῇ γνώμῃ· δεινὴ γάρ ἐσι ⳋ μεγάλη ἡ βάσαν☉, ἣ δεδώκασι αὐτῷ. Ὁ δὲ μακάρι☉ Τιμόθε☉ ἀναβλέψας εἰς τὸν ὐρανὸν, εἶπεν· Ἔσι Θεὸς ἐν τοῖς ὐρανοῖς, ὅς με ῥύσεται ἐκ Ꝺ ἀναγκῶν τύτων. Οἱ δὲ στρατιῶται ἀνλώεγκαν τῷ Ἡγεμόνι τὰ ῥηθένλα ὑπ' αὐτῦ, ⳋ εἶπον πρὸς αὐτὸν ὅτως· Ἐχθὲς σε μελὰ φιλανθρωπίας αὐτὸν προτρέψαθαι, ⳋ μὴ διὰ τοσούτων βασάνων· ὅτι νυμφί☉ ἐσὶ, ⳋ σὐκ ἔχει πλείυς ἡμέρας εἴκοσι ἐξότε τὸν γάμον ἐξετέλεσε, ⳋ ἐχθὲς τὸν γαμέλιον νέαν ἔτι οὖσαν. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ Ἡγεμὼν ἀχθῶαι αὐτὸν, καὶ σιῶαι ἐνώπιον αὐτῦ. Εἰσαχθείσης ὃ αὐτῆς, Ἀρειανὸς ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Τί σοί ἐσιν ὄνομα; Ἡ δὲ εἶπεν, Μαῦρα, Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Οἰκλείρω σε τὸν δυσχίαν, ὅτι νέα οὖσα, χήρα γέγονας. Διὰ τῦτο τοίνυν ὑπιξέπω σι, κόσμιον σεαυλῷ ποικίλῳ κόσμῳ, ⳋ πλοκάμισόν σε τὰς τρίχας, ⳋ εὐπρεπῆ ἱμάτια ἐνδυσαμένη, ἄπελθε πρὸς τὸν ἄνδρα σε Τιμόθεον, εἴ πως δυνήσῃ αὐτὸν πεῖσαι, ὅπως ἀνασρέψας θύσῃ, ἵνα μὴ τῇ ἀληθείᾳ χήρα ὑπάρξῃς ἔτι νέα ὖσα.

4 Ἡ δὲ ἐποίησε καθὼς προσέταξεν αὐτῷ ὁ Ἡγεμών· ⳋ ἀπελθῦσα ἐκόσμισεν ἑαυτῷ, ⳋ παρεγένελο πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ⳋ ϹΦόδρα αὐτὸν παρεκάλ. Αὐτὸς δὲ ἀποκρίνασθαι σὐκ ἐδυνάτο, διὰ τὸ περιχεῖσθαι αὐτῷ τὸν χάμον. Μαῦρα ὃ ὑποσρέψασα πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, ἐδείκθη αὐτῦ ἵνα περιέλῃ τὸν χάμον ἀπ' αὐτῦ· ⳋ ἐκέλευσεν ὁ Ἡγεμὼν τῦτο γενέσθαι. Ἡ δὲ Μαῦρα ἀπελθῦσα, ἔση πλησίον Ꝺ ἁγίυ Τιμοθέυ. Ὁ δὲ ὠσφράνθη Ꝺ μύρων τῦ κόσμυ Ꝺ ἱματίων αὐτῆς, ⳋ ἀναβοήσας ἔφη· Πῦ ὁ παλήρ μυ ἐσὶ, Ποικίλι☉ ὁ Πρεσβύτερ☉; Ὁ δὲ παρεσὼς λέγῃ αὐτῷ· Τί βούλει μακάριε ὑέ; Ἀποκριθεὶς ὃ ὁ ἅγι☉ Τιμόθε☉, εἶπεν, Δέομά σε, πάτερ, ἐργὸν ἀγαθὸν ἐργάσαι εἰς· ἐμὲ, ⳋ κομίσας c μαφόριον περίβαλέ μυ τὸ πρόσωπον, ἵνα ἐκκλίνω ἀπὸ τῦ θανάτυ Ꝺ ὀσμῆς ταύτης· αὕτη γάρ ἐσιν ἡ ὀσμὴ τῦ θανάτυ, ἡ τὺς ἀνθρώπυς καλασπῶσα εἰς ἀπώλειαν, αὕτη ἡ ὀσμὴ γεέννης προέρχεν☉, ἡ κακῆς ὑπιθυμίας μήτηρ, ἡ διαβόλυ σύνδρομ☉, ἡ ἁγίων ἐχθρὰ, τὸ μῖσ☉ Ꝺ δικαίων.

E obvestium fragrantiam rejecta,

c

5 Καὶ ὡς ἐπαύσαλο λέγων ταῦτα, εἶπε Μαῦρα πρὸς αὐτὸν· Ἀδελφέ μυ Τιμόθεε, διατί μεθ' ὧτω προέδωκας, πρὶν σε ὑπ' ἐμῦ προσδοθῆναι; ὥτω γὰρ ἡμέραι εἴκοσίν εἰσιν, ἀφ' ὗ Ϛωεζεύχθημεν, ⳋ ὥτε πεῖραν ἔσχες Ꝺ ἐμῶν ἡθῶν, εἰσὶ δὲ ⳋ ἐπὶ Ꝺ οἰκίας τόπυι ὃς οὐδέπω ἔγνων, ὥτε μιᾷ ἄλλῳ συνεκοινώνησα λόγῳ, ὥτε κοινῆς μετέσχον τραπέζης· τήκομαι ὃ τῷ κλαυθμῷ ὁρῶσά σε βασανιζόμενον, ⳋ οἰκτείρω σε τοιαῦτα πάσχονλα χωρίς τιν☉ αἰτίας, ὀδυρομένη διὰ τὰς τοιαύτας σε τιμωρίας, ὅτι ἔτι με κόρην οὖσαν, χήραν καλαλείπεις. Μὴ ἐδανείσω τι ἢ ἐσκόρπισας, ⳋ ἀποδοῦναι τῷ δανεισῇ τὸ χρέ☉ συνεχόμεθα☉, εἰς τῦτο καθήκας, ὥσε ἀποθανεῖν ἑαυλὸν ⳋ ἀπωλέσαι τῶν ζωῶν Θυ; Ἀλλ' ἀνάσηθι, ἀδελφὲ, ⳋ πορευσώμεθα εἰς τὸν οἶκον, ⳋ τὰ ἱμάτια ἡμῶν διαπωλήσωμεν, ⳋ ἀποδῶμεν τῷ δανεισῇ τὸ χρέ☉. Εἰ δὲ ⳋ διὰ τὰ Ꝺ γῆς δημόσια καλεσχέθης ὑπὸ δημίων, ⳋ μὴ εὐπορήσας ἀποδῦναι ἑαυλὸν περιέσπειρας ἐν τοιαύταις ὁδυνάις· ἰδυ ἐνώπιόν Θυ πᾶς ὁ τῦ γάμυ μυ κόσμ☉, ὅτε χρυσὸς, ⳋ ἡ νυμφικὴ ἐσθὴς, ταῦτα περιελόμενος ἀπ' ἐμῦ, διαπώλησον ⳋ ἀπόδος τῷ Βασιλῆ τὸν ϵ σῖτον. Καὶ ταῦτα εἰπῦσα, σιωπῇ ἐχρήσατο.

amanter queritur

ë

Maura jussa re comere ut viro defectionem suadeat

6 Ὁ ἅγι☉ Τιμόθε☉ εἶπεν· Ἀδελφή μυ Μαῦρα, ἐθεασάμην σε ἐξερχομένην ἐκ Ꝺ οἰκήματός σε, ⳋ τὸν διάβολον ἐκπορευόμενον ἐκ δεξιῶν σε, ἔχονλα ἐν τῇ χειρὶ αὐτῦ κλειδίον χρεπτὸν, χρέφον τὴν καρδίαν σε εἰς τὸν κόσμον. Μαῦρα εἶπεν, Ἀδελφέ μυ Τιμόθεε, ἐάν σε ὑπζητήσω, πῦ σε τὸ λοιπὸν εὕρω; σπλαγχνίζομαι γὰρ πάνυ ἐπὶ σοί· ⳋ ἐὰν τὸ σάββατον

Timotheus ostendit eam à diabolo decepiam,

ex ms. VATICAN.

ἦλθη οὖν ἡ Κυριακὴ, τίς σε τὰς βίβλους ἀναγνώσεται; Τιμόθεος εἶπεν, Τοῖς δὲ βίᾳ ἀπολαξαμένοις προσκαίροις καὶ ματαίοις, δεῦρο Σωῒ ἐμοὶ, ἀγώνισαι Μαῦρα τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὅπως στέφανον ἄξιον παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κομισώμεθα. Ἐὰν γὰρ ἐκόντες παραγενόμεθα πρὸς αὐτὸν, οὐ λογίσεται ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας. Μαῦρα εἶπεν, Ἡνίκα ἤμελλον βυλομένη σωλυχεῖν σοι, ἀλλα ἐφρόνεον, καὶ ἀδικίας ἡ καρδία μου καὶ δόλος ἐπεπλήρωτο· ὅτε δὲ πρός με διελέχθης, ὡς εἰ πνεῦμά μοι θεῖον ὑπεισῆλθε, καὶ δικαιοσύνη μοι παρηκολούθησεν ἕνεκέν σου, μακαρίωτατε ἀδελφὲ· καὶ γίνωσκε, ὅτι κἀγὼ ταῦτα προχρίνω ἃ καὶ σὺ ἠγάπησας.

& pœnitentem

jubet se Præsidi sistere,

7 Τιμόθεος εἶπεν, Εἰ τῆς ἀληθείας λέγεις ἅπερ φρονεῖς, ἀπελθοῦσα ἔλεγξον τὸν Ἡγεμόνα περὶ τούτων. Μαῦρα εἶπεν, Ἀδελφέ μου Τιμόθεε, μὴ πῶλε θεασαμένη τὸν Ἡγεμόνα κινούμενον, καὶ τὰς μεγίστας βασάνους, καὶ τιμωρίας οὐκ ὑπενέγκω, σφόδρα γὰρ μικρά εἰμι τῇ ἡλικίᾳ, πενλεκαίδεκα ἐτῶν ὄσα. Τιμόθεος εἶπεν, Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἔσονται αἱ βάσανοι καὶ αἱ τιμωρίαι τοῦ Ἡγεμόνος ὡσεὶ ἔλαιον διηχεόμενον ἐν τῷ σώματί σου, καὶ ὡσεὶ πνεῦμα δρόσου ἐν τοῖς ὀστέοις σου, διηνυφίζον καὶ ἀναπαύον σε ἀπὸ πάσης ἀλγηδόνος. Σὺ δὲ ὁ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ βοηθήσας τοῖς τρισὶν παισὶν ἐν τῇ καμίνῳ, ὁ τὸν Δανιὴλ διασώσας ἐκ στόματος λεόντων, καὶ διὰ τοῦ προφήτου προφήτου θρέψας, μισθὸν δικαιοσύνης ἕνεκα τῆς πρός σε, ὁ σηρίξας ἀληθῶς τὸν Ἀμβακοὺμ διὰ τὸ ἀρίστου, ὁ μόνον γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ βοηθὸς, ἀλλὰ καὶ ἐν λάκκῳ λεόντων, καὶ ἐν καμίνῳ πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι πεποιθότας διασώζεις εἰς μαρτύριον τῆς σῆς φιλανθρωπίας, ὅτι αἰχμάλωτον λαβὼν Μάξυρα καὶ προφήτου ἀπειργάσω· καὶ τὰ νῦν, Κύριε, Κύριε, ἐπίδε ἐπὶ τοῦ δούλου σου Μαῦραν. Ὁ πρὸς γάμον ζεύξας ἡμᾶς, σὺ καὶ ἐν τούτῳ τῷ ἀγῶνι μὴ ἀποχωρίσῃς ἡμᾶς τὸ παναγίου χορὸν τῶν μαρτύρων σου· ἀλλὰ παρακλήθητι βραβεῦσαι ἡμῖν ὅπως ἐνέγκωμεν ἐν ὑπομονῇ τὰ ὑπέρ σου παθήματα, καὶ τὸν διά σε θάναλον· ἵνα καταισχυνθῇ ὁ ὑπεναντίος, μὴ ἰσχύσας ἀποχωρῆσαι ἡμᾶς τῆς ὁμονοίας, ἧς ἐκλησάμεθα ἐν τῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοὶ δόξα τῷ Πατρὶ Σωῒ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

B

Deum orans

ut ipsi constantiam largiatur.

C

CAP. II

Illa Christum confessa,

8 Τούτων οὖν τῶν προσευχῶν γενομένων ὑπὸ τοῦ ἁγίου Τιμοθέου, ἀνασάσα Μαῦρα, καὶ ἀναζωπυρήσασα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, πρὸς τὸν Ἡγεμόνα ἀπῆλθ, καὶ ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ, καί φησι πρὸς αὐτὸν, Ὦ τῆς ἀδικίας Ἡγεμὼν, χρυσόν μοι καὶ ἀργύριον ἐτάσω παρέχειν, ἐρεθίζων μου τὴν ψυχὴν εἰς ἀπώλειαν, καὶ τοῦτό σοι πολλῶν σπουδαιότερον γέγονε, δόσις χρυσίου ψυχὰς τιμίας ἀπολέσαι· ἀλλ' οὐκ ἰσχύσεις καθ' ἐμοῦ διὰ ταύτης σου τῆς ἀπάτης· τοῦ γὰρ Σωτῆρος μου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν πανοπλίαν ἐνδυσαμένη παρέσκευάσθην. Ἀρειανὸς ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Οὐ προεῖπον ὑμῖν περὶ Τιμοθέου, ὅτι ἀνὴρ μάγος ἐστίν; ἰδοὺ γὰρ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐμάγευσε Συμμαχίαν αὐτῷ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὴν, Προέκρινας καὶ σὺ Μαῦρα τὸν θάνατον ὑπὲρ τοῦ ζωοῦ; καὶ ἰδοὺ βασάνους καὶ τιμωρίας ὑποσχοῦσα μέλλεις μὴ ἀπολαύσασα δ' ἡδίστου βίου. Ἡ τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός σου προορωμένη, ὅτι γενομένη χήρα οὐκ ἔξεις τὸ λοιπὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀπόλαυσιν, ἕως ἔχεις ἔτι περιόντος τοῦ ἀνδρός σου, προέδου καὶ σὺ μετ' αὐτοῦ ἀποθανεῖν; Μητοίνυν τοῦ καρδίαν ἐκλήκε ἑαυτῆς· οὐ γὰρ γενήσῃ χήρα· ἐγὼ γὰρ ἑνὶ τῶν ἐμοὶ Ἑκατοντάρχων, τῷ πρὸς δέκα δύο f ἀννώνας λαμβανόντων, πρὸς γάμον δίδωμί σε· καὶ τῷ τοῦ βίου ἀγαθῶν ἀπολαύσεις τοιούτῳ ἀνδρὶ σωθεῖσα, καὶ ἐνδοξοτέρα δ' πρώτου ἀνδρός σου γενομένη.

D

& abscissos digitos:

insultat Præsidi

9 Μαῦρα εἶπεν, Τοῖς δὲ βίου πᾶσιν ἀπολαξαμένη, ἑνὶ τῶν Ἑκατοντάρχων εἰς γάμον ἑαυτὴν παραδίδωμι· λέγω δὲ θι τὸ ἀσφαλές, Ἐγὼ νυμφίῳ σωτεταξάμην ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὅθεν θαρρήσασα ἐν αὐτῷ, ἀδιστάκτῳ καρδίᾳ παρέσηκά σι, μὴ φοβηθῇς τὸ ἄδικόν σου δικαστήριον. Θυμωθεὶς δὲ ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐκλαλιῶσαι g, καὶ μετὰ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἡγεμὼν, Ἰδοὺ ἡ κόμη τῆς κεφαλῆς σου ἤδη ἐκλίλιεται, διὸ κερδῆσαι θέλησον τὰς μενύσας σε βασάνους μεγάλας καὶ φοβερὰς. Μαῦρα εἶπεν, Νῦν ἔγνων, Ἡγεμὼν, ὅτι ὄντως με Χριστὸς πρὸς Σεαυτὸν προσελάβετο, μὴ λογισάμενός μοι τὸ παράπτωμα, ὅπερ ἔπραξα ἐν ἀγνοίᾳ, σὺ ὄντος αἰτίου ταύτης μου τῆς ἁμαρτίας· ἐτίλας γάρ μου τὰς τρίχας, ἃς μετὰ δόλου ἐποίησας πολυαμιλλίαν εἰς ἀπάτην δ' μακαρίου μου ἀνδρὸς· νῦν οὖν μέγα μοι ἁμάρτημα περιέλεν ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ καὶ ἕτερος σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοὶ τῶν παρεσηκότων ἐν τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ.

evulsam sibi comam gaudet

E

10 Ἀγανακτήσας οὖν ὁ Ἡγεμὼν ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτῆς, ἐκέλευσε τοὺς δακτύλους αὐτῆς κοπῆναι, καὶ ἀποῤῥιφῆναι. Μαῦρα εἶπεν, Καὶ ἐν τούτῳ θι χάριτας ὁμολογῶ· ἐκέλευσας γὰρ κοπῆναί μου τοὺς δακτύλους, εἰς οὓς περιέθηκα ἐμαυτῇ κόσμον δελεασμοῦ. Γίνωσκε οὖν, μὴ εἰδέναι σε ὃ ποιεῖς ἐπ' ἐμέ· τοῦτο γὰρ δευτερόν μου ἁμάρτημα, καὶ διὰ ταύτης τῆς χολάσεως ἀφεθλῶσα ἐποίησας· διὸ ἀγαλλιῶσα παρέσηκα ὑπαντῶσά θι πρὸς πάσας τὰς μηχανὰς καὶ ὀπτασίας τῶν χολάσεων. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ἡγεμὼν καρτερῶς ὑποφέρουσαν τὰς βασάνους, ἐξεπλήσετο ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ αὐτῆς. Ὁ δὲ Πρεσβύτερος Ποικίλιος βλέπων τὴν ὑπομονὴν αὐτῆς (ἦν γὰρ ἐγγὺς αὐτῆς) ἔφη αὐτῇ, Ὦ Μαῦρα, γεννάια καὶ ἀγαθὴ, πῶς ἤδα, θύγατερ ὅτε ἐξέκοπόν σου τοὺς δακτύλους καὶ ἐῤῥίπτου; Μαῦρα εἶπεν, Ὥσπερ πολάκις ἑώρακας ἄνθρωπον ἐν κήπῳ καθύγρῳ λάχανα ἀνασπόντα ἀπὸ ῥίζης αὐτῶν, ὕτω κἀγὼ ἔβλεπον τὰς δακτύλους μου ἀποκοπομένους, καὶ οὐκ ἠδόμην.

& absciſſos digitos:

11 Ἀρειανὸς προσέταξεν δώδεκα στρατιώτας ὑποκαῦσαι μέγαν λέβητα, καὶ βληθῆναι τοῦ ἁγίαν Μαῦραν ἐν αὐτῷ· ἦν γὰρ ὁ λέβης κοχλάζων καὶ ἀναβρύχων ὡς ἦν βρονταῖς. Καὶ βληθείσης αὐτῆς ἐν τῷ λέβητι, ἐωρᾶτο στήκουσα μέσον αὐτοῦ, μηδὲν παθοῦσα δεινὸν· ὕτω γὰρ ἤρξατο λέγειν πρὸς τὸν Ἡγεμόνα. Καὶ ἐν τούτῳ θι χάριτας ὁμολογῶ, προσέταξας γάρ με λύσασθαι καὶ καθαρισθῆναι τῶν προπεπημμελημένων ἁμαρτημάτων, ὧνπερ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πρώτου ἔδρασα· καθαρᾷ οὖν καρδίᾳ προσελθοῦσα τῷ Θεῷ, λήψομαι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς· ἃ γὰρ ὑπό σου πάσχω, εἰς Σωτηρίαν μοι τοῦ ἐν Χριστῷ γίνεται. Πλὴν ὕπω ζέσαντος τοῦ λέβητος, σπεύσας τάχιόν με ἐποίησας καθελθεῖν· πάνυ γὰρ ψυχρά ἐστι τὰ ὕδατα τοῦ λέβητος, καὶ οὐκ ἠδόμην τὴν θέρμης, ὡς δὲ τῶν πρώτου βασάνων.

F

in lebetem aquæ ferventis miſſa

insultat Præsidi

12 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἡγεμὼν, σφόδρα ἐθυμώθη, καὶ εἰς ὑπόνοιαν ἦλθε, λογισάμενος, μὴ ἄρα οἱ στρατιῶται ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἰργάσαντο, συνεργοῦντες τῇ Μαύρᾳ, καὶ τὸ θερμὸν καὶ ζέον ὕδωρ ἔξέχεαν, ψυχρὸν δὲ εἰς τὸν λέβητα ἐνέβαλον, ἵνα ἐὰν ἀφέσεως τύχῃ, παραλαβόντες αὐτοῦ, αἰσχρὰς ὀπθυμίας τελέσωσιν ἐν αὐτῇ. Ταῦτα ἐννοηθεὶς ὁ Ἡγεμὼν, ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ δρομαῖος, βυλόμενος γνῶναι εἰ τῇ

qui frigidam infuſam exiſtimans,

A τῇ ἀληθείᾳ τὰ ὕδατα τοῦ λέβητος ψυχρά ἐστι· καὶ λέγει τῇ Ἁγίᾳ, Εἰ σὺ δι' ἀναψυχὴν ὑπερβάλλουσαν καλαφρονεῖς αὐτῷ, ἄρασα τοίνυν μικρὸν ὕδωρ, ἐπίβαλε τῇ χειρί μου, ἵνα κἀγὼ γνῶ εἰ ἀληθῶς ψυχρά ἐστι τὰ ὕδατα τοῦ λέβητος. Μαῦρα εἶπεν, Οὕτω ψυχρά ἐστι καὶ καλαφρονῶ αὐτῷ ἀψύχους μου τὰ θέρμης αὐτῷ· διὸ, εἰ μὴ εὐπορεῖς ξύλων πρὸς ἐκκαυσιν τοῦ λέβητος, πέμψον πρὸς τὸν ἐμὸν πατέρα, καὶ δίδωσί σοι φορτίον ξύλων πρὸς ἐκκαυσιν τοῦ λέβητος, πέλιξ γάρ ἐστιν, ἵνα ἐπὶ πλεῖον ἐκκαύσῃς τὸν λέβητα· ἔλεγε δὲ ταῦτα χλευάζουσα τὸν Ἡγεμόνα καὶ τὰς βλασφημίας αὐτοῦ. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Οὕτως εἶ δύσριγος, ὡς μὴ ψύχεσθαί σε τὰ θέρμης τῆς ὕδάτων; εἶπόν σοι ἐπίβαλε τῇ χειρί μου ἐκ τοῦ λέβητος. Ἡ δὲ Ἁγία ἐπέχεε ταῖς χερσὶ τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ εὐθέως αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἀπεδάρησαν ἐκ τῆς πολλῆς ἐκκαύσεως τοῦ λέβητος. Καὶ ἐκπλαγεὶς ὁ Ἡγεμὼν ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἐγκρατείας αὐτῆς, σφόδρα ἐθαύμασεν, ἐπαινῶν αὐτὴν καὶ λέγων· Εὐλόγητος Κύριος, ὁ Θεὸς Μαύρας, καὶ οὐκ ἔστιν πλὴν αὐτοῦ, ἐν ᾧ καυχᾶται Μαῦρα. Καὶ ταῦτα λέγων, ἐκέλευσεν αὐτὴν

B ἀφεθῆναι.

13 Ἀλλ' ἐν τῷ μέλλειν ἐπὶ τῇ ἀνέσει αὐτῆς, πάλιν τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῖς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἔχουσιν ἀγαθὴν σπουδὴν πρὸς τὸν Θεὸν, ἐκάλεσεν αὐτὴν, καὶ εἶπεν, Μαῦρα πέπαυσο τὸ λοιπὸν τοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ Χριστὸν, καὶ θῦσον διὰ τάχους τοῖς θεοῖς. Μαῦρα εἶπεν, Οὐ θύω, ἔχω γὰρ Κύριον τὸν ὑπερασπίζοντά μου. Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν, Τὸ σῶμα σου ἀνθράκων πληρώσας ἀναψω ἐὰν μὴ θελήσῃς θυσιάσαι. Μαῦρα εἶπεν, Ἀφρόνως κινδυνεύεις, ὃ ποιεῖς μὴ h γινώσκεις· ἐκέλευσας γάρ μου ἀνθράκων γεμισθῆναι τὸ σῶμα, ἐπὶ τὸ εἰς τέλος πάσας τὰς ἀνομίας μου καὶ ἁμαρτίας, ἃς διὰ χειλέων καὶ γλώσσης ἐπλημμέλησα, ἐξαλειφθῆναι· καὶ γὰρ ὁ Χριστός μου, ὅτε τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ ἔδειξε τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ ἤκουτισεν αὐτῷ τὴν τῶν οὐρανίων δυνάμεων ὑμνῳδίαν, ἔτι ῥυπῶντα αὐτὸν ἁμαρτίαις εἰπὼν, ἀπέστειλεν αὐτῷ ἕνα τῶν λειτουργούντων αὐτῷ Σεραφὶμ, κατέχοντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἄνθρακα πυρὸς, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ προσῆγκε τὸν ἄνθρακα τοῦ πυρὸς τοῖς χείλεσι τοῦ προφήτου, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ἰδού, ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελῇ πάσας τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαρεῖ. Εἰ δὲ ἑνὸς ἀνθράκου ὁ προφήτης ἁμαρτιῶν καὶ ἀνομιῶν ἀφέσεως καλῆξιώθη, δέομαί σου τοίνυν κἀγώ, ὁ μόνον τὸ σῶμά μου ἀνθράκων πλησθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ προσωπόν μου σὺν παντὶ τῷ σώματι, εἰς ὁσμὴν εὐωδίας Χριστοῦ, ἵνα ὁ ἐν τῷ προφήτῃ Θεὸς καὶ ἐν ἐμοὶ ἔλθῃ, καὶ ῥύσεταί με ἐκ πασῶν μου τῶν ἁμαρτιῶν.

14 Ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ Ἡγεμὼν ἐπὶ τοῖς λόγοις τούτοις, ἅμα δὲ καὶ θυμοῦ πλέων, ἐκέλευσεν λαμπάδα ἐνεχθῆναι θείου πεπληρωμένου μέλανος ξηροπίσσης εἰς ἔκκαυσιν αὐτῆς. Ὁ δὲ ὄχλος, ὁ παρεσὼς εἰς τὴν θεωρίαν ταύτην, ἀναβοήσας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπεν· Μέχρι τίνος ἐπίκεισαι, ὦ Ἡγεμών; μέχρι τίνος βασάνους ἐφευρίσκεις, καὶ ταῦτα κόρην οὖσαν; Παῦσαι τὸ λοιπὸν, πάνυ γὰρ ἐκπλησόμεθα ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ αὐτῆς. Καὶ γραφεῖσα Μαῦρα, ἔφη πρὸς τοὺς ὄχλους, Ἕκαστος ὑμῶν τοῖς ἰδίοις ἔργοις σχολαζέτω, οἱ ἄνδρες τὰ τῶν ἀνδρῶν ἔργα ποιεῖτε, αἱ γυναῖκες τὰ τῶν γυναικῶν εἰς σωφροσύνην καὶ ἁγνείαν· χρεία γάρ

ejus experimentum capit malo suo

prunas ori immittendas

optare se ait,

& lampade ardenti ustulata

rursus sollicitata ad sacrificandum

h

C μοι ὑδρία ἐστὶ τοῦ πατρός μου πρόσασις· ἔστι γὰρ ἐξ ὧν Θεὸς, εἰς ὃν καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχω, ὃς ὑπερασπίζει μου. Ταῦτα αὐτῆς λεγούσης, προσέταξεν ὁ Ἡγεμὼν τοῦ λαμπάδα τοῦ πυρὸς προσάψαι αὐτῆς τῷ σώματι, ὅπως αὐτοῦ καταφλέξῃ τὸ πῦρ. Μαῦρα δὲ θεασαμένη τοῦ λαμπάδα τοῦ πυρὸς, εἶπεν πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, ὡς μὴ ἐσχηκώς μου πεῖραν διὰ τῶν προλέρων κολάσεων, νῦν δοκεῖς ἐκφοβεῖν με διὰ μιᾶς λαμπάδος οἰκίρας; τί γὰρ μεῖζον ὁ λέβης ζέων καὶ ἀναβρύχων, ἐν ᾧ ὅλη ἡμέρα κάτω ὢν κατέπλυσα ὡς ὕδατος, οὐ μάρτυς ἐκείνου τοῦ ζέματος, ὡς αἱ χεῖρές σου ἀπεδάρησαν, ἡ λαμπὰς μία ἐν ἑνὶ τόπῳ τοῦ σώματος ἐφαπομένη; εἰ οὖν δυνατός εἶ, κάμινον ἔκκαυσον σφοδρῶς, κἀκεῖ με βαλών, εὑρήσεις τοῦ ἐνεργοῦντά μου, ὅτι χριστού εἰμι δούλη, καὶ ὃ μή με ἐγκαταλείψῃ ὁ Θεός μου, ὁ καλέσας με διὰ τοῦ μακαρίου μου ἀνδρὸς ὑπομεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον· ἐὰν δὲ νομίζεις λαμπάδα μοι προσάπτειν, ὡσεὶ δρόσος ἐστὶν ἑωθινὴ, ἡ καταερχομένη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιεῖ τὸ δένδρον βλαστάνειν καὶ δίδωσι τοὺς καρπούς.

15 Ἠπορημένος δὲ ὁ Ἡγεμὼν, ἐπεὶ δι' ἔργων ἀποχρίσει αὐτῆς, καὶ μὴ εὑρίσκων ἔτι χείρονας βασάνους αὐτῇ ἐπαγαγεῖν, ἐν πολλῇ ἀπορείᾳ γενόμενος, τότε προσέταξεν αὐτῷ, καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς Τιμόθεον σαυρωθῆναι ἀπέναντι ἀλλήλων. Πορευομένων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ σαυρωθῆναι, κωλυχθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτῆς, καλέσεν αὐτῷ, κράζουσα καὶ λέγουσα· Μαῦρα θύγατερ, ἕως ἔσασας τῷ μητέρα σου ζῶσαν σε; Τίς δέ ἔτι χρήσεται τοῖς θεῖς κοσμίοις, τῷ χρυσίῳ καὶ τῷ ἀργυρίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι; τίς αὐτὰ καταλείψει, μηκέτι ὄντος μου θυγατρὸς; Μαῦρα εἶπεν, Μῆτερ, ὁ μὲν χρυσὸς ἀπόλυται, καὶ τὰ ἱμάτια ἀπὸ ζῆτος βρώσκονται, καὶ κάλλος γηρᾷ καὶ τῷ χρόνῳ μαραίνεται, ὁ δὲ στέφανος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφθαρτός ἐστιν εἰς αἰῶνας. Καὶ σὺ ἐδυνήθη ἀνταποκριθῆναι, ἢ ἀντίστηναι αὐτῇ πρὸς ταῦτα· καὶ ἀπολινάξασα ἑαυτὴν ἐκ τῆς χειρὸς τῆς μητρὸς αὐτῆς, ὀρθία ἔστη ἐπὶ τὸν σαυρὸν εἰπεῖσα τῇ μητρὶ· Τί μὲ παρασύρεις μὴ τάκτον τοῦ Κυρίου ἀπολαῦσαι ἐν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

16 Καὶ σαυροῦσιν αὐτοὺς ἀπέναντι ἀλλήλων i, καὶ ἦσαν ἐν τῷ σαυρῷ ἡμέρας ἐννέα καὶ νύκτας ἐννέα, προτρεπόμενοι ἀλλήλους ἐκ διδαχῆς. Εἶπεν δὲ ἡ ἁγία Μαῦρα πρὸς τὸν μακάριον Τιμόθεον, Μὴ τῷ ὕπνῳ ἑαυτοὺς δῶμεν, μήποτε ὕπνῳ ἡμῖν ὁ Κύριος τῆς οἰκίας ἡμῶν, καὶ εὑρήσῃ ἡμᾶς κοιμωμένους, καὶ ἀγαναλήσῃ καθ' ἡμῶν· καὶ γὰρ λύχνος καιόμενος ἐπὶ οἰκήματος γρηγορούντος τοῦ οἰκοδεσπότου ἀποτρέφεται μέλλοντα εἰσιέναι, ὅταν δὲ σβεσθῇ, εὐχερῶς ὑπερβαίνει πᾶς ὁ θέλων διαρπάζειν· ὥμεν οὖν γρηγοροῦντες καὶ νήφοντες ἐν προσευχαῖς, ὅπως ἡμῶν ὁ Κύριος ἔτι καὶ ἔτι σωληρήσῃ τῇ ὑπομονῇ καὶ καλλιερίᾳ τῇ δι' αὐτὸν, καὶ μὴ πάλιν ὁ ἐχθρὸς λάθρα ἐλθὼν ὑπερχειρήσῃ πολεμῆσαι ἡμᾶς ἐν τῷ σαυρῷ. Καὶ πάλιν εἶπεν πρὸς αὐτὸν· Ἐγέρθητι Ἀδελφέ μου, καὶ ἐκβαλε τὸν ὕπνον ἀπό σου, καὶ ἴσῃ γρηγορῶν· ἑώρακα γὰρ ὡς ἐν ἐκτάσει ἄνθρωπον ἑστῶτα ἐναντίον μου, ἔχοντα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ποτήριον μεσὸν γάλακτος καὶ μέλιτος· καὶ λέγει πρός με, Τοῦτο λαβοῦσα, πίε. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφων, Τίς γὰρ σὺ τυγχάνεις; Ὁ δὲ λέγει μοι, Ἄγγελος εἰμὶ τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον, Ἀνάξα οὖν, καὶ προσευξώμεθα. Λέγει δέ μοι αὐτὸς, Οἰκλείρας σε παρεγενόμην, ὅτι ἐὰν νηστεύσῃς ἕως

F *hæc Timotheum ut vigilet monens*

eidem narrat quomodo bis tentata à damone

Damnatis ad crucem

frustra occurrit mater Maura:

optat.

integram fornacem

CAP. III

E

EX MS. VATICAN.

ἕως ὥρας ἐννάτης, λέγεις ὅτι ἐπείνασα. Ἐγὼ δὲ εἶπον πρὸς αὐτὸν, Τίς σε ταῦτα κινεῖ λέγειν; ἢ πόθεν ἀχθῇ ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ καὶ ἐγκρατείᾳ μου; οὐκ οἶδας ὅτι ἀδιάτατα διὰ προσευχῆς χαρίζεται ὁ Θεὸς; Καὶ ἐν τῷ προεύχεσθαί με, ἐθεασάμην τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀποστρέφοντα ἀπ' ἐμοῦ· καὶ εὐθέως ἔγνων, ὅτι τοῦ ἐχθροῦ ἐστι τὸ ἐπιχείρημα τοῦτο, βλαμμάς ἡμᾶς ἐκβλίψαι καὶ ἐν τῷ σαυρῷ ὄντας· καὶ εὐθέως ἀπέστη ἀφ' ἡμῶν. Καὶ ἰδοὺ ἦλθεν ἕτερος· καὶ ἐξήγαγέ με ὡς ἐπὶ πολαμὸν, ῥέοντα γάλα καὶ μέλι· καὶ λέγει μοι· Πίε. Καὶ λέγω αὐτῷ· Ἤδη εἶπον, μὴ πίειν με ὕδωρ, ἢ ἀπὸ παυλὸς ποτοῦ γεύσασθαί με, ἕως πίω τὸ πολήριον τοῦ Χριστοῦ, τὸ διὰ θανάτου μοι κεκερασμένον εἰς Σωτηρίαν καὶ ἀφθαρσίαν ζωῆς αἰωνίου. Αὐτὸς δὲ ἔπιε· καὶ πιόντος αὐτοῦ, ἠλαπώθη ὁ πολαμὸς, καὶ αὐτὸς ἀπέστη ἀφ' ἡμῶν.

tandem monstrante Angelo

18 Καὶ ἰδοὺ ἀφίσαταί ἕτερος εἰς σχῆμα χαμαιπετὲς, οὗ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔλαμπεν ὡς ὁ ἥλιος· καὶ ἐκράτησέ με τὴ χειρὸς, καὶ ἀνήγαγέ με εἰς θρανὸν, καὶ ἔδειξέ μοι θρόνον ἑρωμένον, ἔχοντα στολὴν λευκὴν, καὶ στέφανον κείμενον ἐπάνω αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἐκπλαγεῖσα, εἶπον, Τίνος ἐστὶ ταῦτα, Κύριε; Καὶ
B λέγει μοι· Ταῦτά ἐστι τὰ νικητήριά σου, καὶ ὁ θρόνος αὐτὸς καὶ ὁ στέφανός σοι ἡτοιμάσθησαν. Καὶ ἀνήγαγέ με ἀνώτερον ὀλίγον, καὶ ὑπέδειξέ μοι θρόνον ἕτερον ἔχοντα στέφανον ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ λευκὴν στολήν. Καὶ λέγω αὐτῷ, Τίνος ἐστὶ ταῦτα, Κύριε; Καὶ λέγει μοι, Ταῦτά ἐστι Τιμοθέου, τοῦ ἀνδρός σου. Ἐδεήθην δὲ αὐτοῦ λέγουσα, Διὰ τί πόρρω ἀπέχουσιν ἀλλήλων οἱ θρόνοι; Καὶ λέγει μοι· Πολὴ διαφορὰ μεταξὺ Θυ καὶ τοῦ ἀνδρός Θυ σὺ οἶδας ὅτι ἕνεκεν αὐτοῦ καὶ τῆ προθυμίας αὐτοῦ ἔλαβες τὸν στέφανον; Ἄπελθε οὖν, ἀνάκαμψον εἰς τὸ Σῶμά Θυ ἕως ὥρας ἕκτης· αὔριον γὰρ ἔρχονται Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὰ πνεύματα ὑμῶν, καὶ φέρουσιν αὐτὰ σὺν αὐτοῖς. Ἀλλὰ γίνεσθε γρηγοροῦντες, μὴ πάλιν ὁ ἐχθρὸς πολεμήσῃ ὑμᾶς.

viderit thronos utrique paratos:

& simul ambo exspirant die decima.

19 Τῇ οὖν δεκάτῃ ἡμέρᾳ, ὄντων αὐτῶν ἐπὶ τοῦ σαυροῦ, ὥρᾳ ἕκτῃ ἦλθεν ὁ Ἄγγελος ἐπὶ τὰ πνεύματα αὐτῶν. Καὶ ἐβόησεν ἡ ἁγία Μαῦρα, λέγουσα πρὸς τὸν λαὸν, Ἀδελφοὶ, μνήσθητε ὅτι ἐποιήσαμεν τὰ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ πάλιν ἐτελέσαμεν τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ λημψόμεθα τὸν ἄφθαρτον στέφανον παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ἐὰν τὰ τοῦ κόσμου ποιήσητε, πάλιν τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήσατε, καὶ λήψεσθε τὸν στέφανον ὃν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὅσοι γὰρ λαμβάνουσι τὸν στέφανον αὐτοῦ, τούτων ἀφεθήσονται αἱ ἁμαρτίαι. Καὶ ταῦτα εἰποῦσης αὐτῆς, ἀπέδωκαν τὰ πνεύματα αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ. Ἐπληρώθη δὲ αὐτῶν ἡ μαρτυρία ἐν ἀγαθῷ καὶ τελείῳ ἀγῶνι, ἐν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν; ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

E

ANNOTATA.

a *In 3 Versu similari ante Canonem festi, ut habetur in Menæis, hæc* ferramenta *vocantur* Ὀβέλισκοι.

b Χαλινὸς *Menea* Κημὸς. *Synaxarium Basilii* Ξύλον. *Ligneum igitur frænum seu lupatum ori insertum & loquelam prohibens intelligitur.*

c Μαφόριον *non tantum muliebris sed etiam virilis, imo & sacri vestitus fuisse genus, ostendit Meursius in Glossario.*

d *Ecgraphum nostrum* καθ' ἡμᾶς ἑαυτὸν.

e Σῖτος *annua pensitatio est ad* σῖτον, *id est victum in frumento aliisve victualibus præberi solita: an aliter alibi pro censu seu tributo usurpatum inveniatur, ignoro.*

f Ἀννόνα, *alias & melius* Ἀννώνα stipendium, *à Latinis sumpta vox quasi* ad nonam, *id est, horam seu tempus prandii præberi solita; à Græcis medii ævi latius accipitur. Sed quid sibi hic vult additum* μετὰ δέκα δύο. *Intelligo militiæ honorem à numero annorum in ea actorum seu meritorum stipendiorum æstimari: quemadmodum etiam hodie solent commendari milites quod quinque, octo, decem* Campanias *(ut cum vulgo loquar) cum honore absolverint.*

g Ἐκλαλῶμαι *nescio an euphoniæ causa pro* ἐκλιλῶμαι.

h *Visa est supplenda negatio, quæ ecgrapho nostro deerat.*

i *Modum crucifixionis à communi diversum indicat Synaxarium Basilii* μετσηλωθέντες ἀμφότεροι τοίχῳ ambo ad parietem clavis confixi.

MARTYRION
ΤΟΥ ΑΓ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΓ. ΑΝΤΩΝΙΝΗΣ.

Ex Codice 655 Bibliothecæ Vaticanæ.

Antonina Virgo

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις γενομένου διωγμοῦ, καὶ πολλῶν ἀδελφῶν προαναιρεθέντων ὑπὲρ τοῦ εἰς Χριστὸν εὐσεβείας, μετὰ πολλὰς ἡμέρας προσήχθη τῷ ἀνελεήμονι Φήσῳ τῷ Ἡγεμόνι Χριστιανὴ παρθένος, ὀνόματι Ἀντωνίνα, κώμης * Βροδάμνων, τὸν βίον σεμνὸν ζήσασα, λοιπὸν καὶ ἀνέδειξεν ὁ Κύριος τελείαν ἐν τοῖς ἄθλοις πρὸς τιμὴν τοῦ ἀντιπάλου καθαίρεσιν. Παραδοθείσης γὰρ αὐτῆς τῷ μιαφόνῳ Ἡγεμόνι Φήσῳ, ἤρξατο συνεδρεύων παρακαλεῖν αὐτὴν καὶ λέγειν, Κυρία Ἀντωνίνα, τοιαύτην σε οὖσαν σεμνὴν παρθένον, δέλω σε ἱερείαν καλασῆσαι τῆς Ἀρτέμιδος, ἀλλὰ μὴν καὶ δῶρά a σοι δοῦναι καὶ τιμὰς, καὶ δεσπόζειν a τοῦ οἴκου μου.

* *al.* Κρωδάμνων.

respuens oblatum à Festo Præf. sacerdotium Dianæ

2 Ἡ δὲ ἐπὶ πολὺ σιωπήσασα, μόλις ἀποκριθεῖσα, εἶπεν αὐτῷ· Τί τοιαύτας δωρεὰς ματαίας χαρίζῃ μοι; εἰ δὲ βάλει καὶ σὺ, Φήσε, μεῖναι τοῦ ἐμοῦ πλούτου, πίστευσον εἰς τὸν Κύριόν μου Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ λήψῃ πλοῦτον αἰώνιον. Φήσος Ἡγεμὼν εἶπε· Μὴ γένοιτό μοι τοιούτῳ Θεῷ πιστεῦσαι, καὶ μάλιστα ἐσταυρωμένῳ. Ἀπεκρίθη Ἀνωνίνα καὶ εἶπεν· Οὐκ ἀρνοῦμαι ὅτι ἐσταύρωται καὶ ἐτάφη, καὶ γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη, καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καθεζόμενος, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ ϙδ' ψαλμῷ, Εἶπεν ὁ Κύριος

Christi divinitatem asserit,

A Κύριος τῷ Κυρίῳ μου κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑπὸ πόδας τῶν ποδῶν σου. Φησὶν Ἡγεμὼν εἶπεν· Αἱ πολλαί σου πολυλεχνίαι τῶν λόγων μάταιαι εἰσὶν, μᾶλλον οὖν πείθητί μοι, καὶ θύσον τοῖς θεοῖς, καὶ ἔσῃ ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ. Ἀπεκρίθη Ἀντωνίνα καὶ εἶπεν· Ἐγὼ τοιούτοις ἀναθήτοις θύω, οἵτινές εἰσι δαιμόνια, ὅτι γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τοῦ Θεοῦ μου, οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια εἰσὶν, ὁ δὲ Κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν. Φησὶν εἶπεν· Τοὺς θεοὺς ἡμῶν δαιμόνια λέγεις; Ἀντωνίνα εἶπεν, Ναί, οἷς γὰρ οὐκ ἔστιν ἰσχύς, οὔτε ὑπόστασις, οὐκ εἰσὶ θεοί, ἀλλὰ δαιμόνια. Φησὶν εἶπεν· Πληρώσατε τὰς σιαγόνας αὐτῆς ῥαπισμάτων, ἵνα ὀλίγον αἰσχυνθῇ· μὰ τοὺς γὰρ ἅπαντας θεούς, ὅτι εἰ μὴ πεισθεὶς Ἀντωνίνα τῷ δόγματι τοῦ Αὐτοκράτορος, κακῶς κακῶς ἀχίσας σε, εἰς πορνεῖον ἐκπέμψω, εἶθ' ὕστερον συρί σε ἀναλώσω· τέως δέ σοι διωρίαν δίδωμι τριῶν ἡμερῶν, ὅπως σκεψαμένη ἡ μελανοήσασα θύσεις τοῖς θεοῖς· τοῦτο γὰρ καὶ πλείονες ἐπεχείρησαν ὃ σὺ τολμᾷς ποιεῖν, καὶ πάλιν μελανοήσαντες, ἔθυσαν. Ἀντωνίνα εἶπεν· Ὃ βούλει, ποίει, ἀνόσιε τύραννε.

& alapis cæsa dimittur ad triduum.

quo inter preces traducto,

de cælo confortata illa

B 3 Καὶ παραδοθεῖσα τέσσαρσι στρατιώταις, ἀπίει χαίρουσα ἐν τῇ φυλακῇ. Λάθρα δὲ καλέσας ὁ Ἡγεμὼν τὸν Καπικλάριον, εἶπεν αὐτῷ· Μηδαμῶς κακόν τι ἐνδείξῃ αὐτῇ, ἀλλὰ μᾶλλον παραίνει αὐτῇ πρὸς τὸ μελανοῆσαι καὶ θύσαι· δυσμελάθετον γάρ ἐστι τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος. Ὁ δὲ Καπικλάριος εἰσενεγκὼν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, ἤρξατο παραινεῖν καὶ λέγειν αὐτῇ· Κυρία Ἀντωνίνα, τί ὅτως ἀπολλύεις τὴν διανοίαν σου; μᾶλλον μελανόησον, καὶ θῦσον, καὶ σώθητι. Ἡ δὲ ὅλως οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ. Ὁ δὲ Καπικλάριος διηπόρει ἐν ἑαυτῷ, λέγων, Τί ἄρα εἴη τοῦτο; Ἡ δὲ μακαρία Ἀντωνίνα θείσας τὰ γόνατα αὐτῆς εἰς τὸ ἔδαφος, ἠύχετο νύκτα καὶ ἡμέραν. Πληρουμένου δὲ τῶν τριῶν ἡμερῶν τῷ καιρῷ, περὶ ὥραν ἑκτὴν ἀφνὼ βροντὴ ἐγένετο, ὥστε τὰ κλεῖθρα τοῦ δεσμωτηρίου διαῤῥαγῆναι, καὶ τὰς θύρας ἀνεῳχθῆναι, καὶ φῶς μέγα λάμψαι ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦλθεν λέγουσα αὐτῇ, Ἀνάστα, Ἀντωνίνα, καὶ μετάλαβε τροφῆς ἄρτου καὶ ὕδατος, καὶ ἐνίσχυσον, καὶ μὴ φοβηθῇς τὸν ἀνόσιον Φῆστον τὸν Ἡγεμόνα, ὅτι ἐγὼ μετά σου εἰμί. Καὶ ἀνέστη εὐχομένη, καὶ πληρώσασα τὸ Ἀμήν, ἤτησε τροφὴν ἄρτου καὶ ὕδατος, καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε, καὶ εἰς ὕπνον ἐτράπη.

reducitur ad tribunal,

C 4 Πρωΐας δὲ γενομένης, ἐκάθισεν ὁ Ἡγεμὼν πρὸ τοῦ βήματος, καὶ εἶπεν· Ἀγάγετε τὴν ἱερόσυλον, ὅπως μάθωμεν τί τὸ δόξαν αὐτῇ. Καὶ ἐπορεύθησαν οἱ στρατιῶται, καὶ ἤγαγον αὐτήν. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκέλευσε παρασῶσαι αὐτήν. Ἀναβλέψασα δὲ ἡ μακαρία Ἀντωνίνα εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι Κυρίε ὁ Θεός μου, ὅτι τὸ θέλημά σου ποιεῖς ἐν ἐμοὶ· μὴ ὧν ἐγκαταλείπῃς με ἕως θανάτου. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα, Πορεύου ἐπὶ τὴν ὁδόν σου, ἐγὼ γάρ εἰμι μετά σου. Ἐγγισάσης δὲ αὐτῆς ἐπὶ τὸν τόπον ἔνθα ὁ Ἡγεμὼν καθέζετο, ἐμειδίασεν ἡ μακαρία Ἀντωνίνα· ὁ δὲ Ἡγεμὼν θεασάμενος, εἶπεν αὐτῇ· Τί ἐγέλασας, Ἀντωνίνα; Ἡ δὲ εἶπεν αὐτῷ, Θέλεις λέγειν σοι, ἀνόσιε, τί ἐγέλασα, εἶδον τὸν θρόνον σου καθαρσόμενον, καὶ διὰ τοῦτο κατεγέλασά σου. Αἰδόμενος δὲ ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσεν αὐτῷ περιζέσθαι. Ἡ δὲ τὸ ὅμμα τῆς καρδίας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνασα, εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι Κύριε ὁ Θεός μου, ὅτι καταξίωσάς με τοῦ ταλαίπωρον καὶ ἀμαρτωλοῦ λαβεῖν κλῆρον μετὰ τοῦ Ἁγίου σου· τὸν δὲ μιαρόν τοῦτον ἐν τάχει παράδος εἰς τὰς χεῖρας τοῦ ᾅδου, ὅπως γνῶ, ὅτι ἐφ' οἷς ἤλπικε θεοῖς, μάταιοι εἰσίν.

& Præsidem ridens conculcatur.

b

5 Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀμοβόρος Ἡγεμὼν, ἐπὶ πολὺ ἐταράχθη, καὶ εἶπε τοῖς στρατιώταις· Ἡ ἀνοσία καὶ ἀκάθαρτος αὕτη ὁ μόνον τοὺς θεοὺς παροργίζει, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ὑβρίζει· διὸ δὴ εἰσαγάγετε αὐτὴν εἰς τὸ πορνεῖον, ὅπως.... c, ἐμπλησθῇ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς. Οἱ δὲ στρατιῶται εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς μικρὸν οἰκημάτιον. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ὤφθη ἐν τῷ στρατιωτῶν, τῇ ἡλικίᾳ ὄντι νέῳ, ὡς ἐτῶν κγ' ᾧ ὠὴ ὄνομα Ἀλέξανδρος, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἀλέξανδρε, λάλησον δὴ τῷ Ἡγεμόνι, καὶ εἴσελθε πρὸς Ἀνιωνίναν, καὶ ἔνδυσον αὐτὴν τὴν χλαμύδα σου, ὅπως ἐξελθοῦσα διαλάθῃ τὸν ἀνόσιον Ἡγεμόνα. Ὁ δὲ τελεώτατος στρατιώτης τῷ Χριστῷ εἶπε τῷ Ἡγεμόνι, Κέλευσόν με εἰσελθεῖν πρὸς Ἀνιωνίναν, καὶ ἐὰν μοὶ πείσῃ αὐτὴν, εἰ δὲ μή γε, ποιεῖ ὃ θέλεις. Ἐπέτρεψε δὲ ὁ Ἡγεμὼν καὶ εἶπε, Ποιεῖ ὃ βούλει. Εἰσελθὼν δὲ ὁ Ἀλέξανδρος εἰς τὸ οἰκημάτιον, ἔνθα ἦν ἡ μακαρία Ἀνιωνίνα, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς καὶ εἶπεν· Δούλη τοῦ Θεοῦ Ἀντωνίνα, ὁ Κύριος ἀπέσταλκέ με πρὸς σὲ, ὅπως ἀναγγείλω σοι ὅσα ἐλάλησέ με, καὶ τὸ πῶς σωθήσῃ· ἡ δὲ ἐκθαμβος γενομένη, ἐφοβήθη σφόδρα· ἐξαίφνης δὲ μέγα φῶς περιήστραψεν αὐτὸν, καὶ φωνὴ αὐτοῖς ἦλθεν λέγουσα· Μὴ φοβοῦ, Ἀνιωνίνα, ὁ γάρ σε καλέσας εἰς τοῦτο ἄφθονος ὤν, ἐκάλεσεν καὶ Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὸ αὐτὸ βραβεῖον· διὸ λάβε τὴν χλανίδα αὐτοῦ, καὶ περιβαλοῦ τὴν κεφαλήν σου ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξελθοῦσα λάλησον διανεύουσα τῷ Ἡγεμόνι, καὶ διαλάθῃς αὐτόν· ἐγὼ γὰρ κρύψω σε ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ λαβοῦσα ἡ μακαρία Ἀντωνίνα τὴν χλανίδα τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐνεδύσατο καὶ περιεβάλετο ἐν αὐτῇ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ προελθοῦσα ἔξω, διενεύσατο τῇ χειρὶ αὐτῆς, καὶ εἶπε τῷ Ἡγεμόνι, ποιεῖ ὃ θέλεις· καὶ ὡς δορκὰς ἐκ βρόχων ῥυσθεῖσα, ἀπίει τὴν ὁδὸν αὐτῆς χαίρουσα.

EX MS. VATIC.

inde raptã ad lupanar

c

Alexander veste commutata emittit:

E

6 Ὁ δὲ Ἡγεμὼν, νομίσας τὸν Ἀλέξανδρον ταῦτα αὐτῷ λέγειν, ἔπεμψε τέσσαρας στρατιώτας, λέγων αὐτοῖς· Ὡς ἂν βούλεσθε, χρήσασθε αὐτῇ, καὶ ἐξαγάγετε αὐτὴν ἔξω, ὅπως ἐν πολλῇ ὕβρει ποιήσω αὐτήν. Οἱ δὲ στρατιῶται εἰσελθόντες τοῦ πρᾶξαί τι ἄτοπον εἰς αὐτὴν, οὐχ εὗρον αὐτὴν εἰ μὴ μόνον τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ ἐθαμβοι ἐγένοντο λέγοντες· Πῶ ἐστὶν ἐκείνη; καὶ πῶς σὺ ὧδε εἶ; Καὶ ὑπολαβόμενοι τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἐξήγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἡγεμόνα, καὶ εἶπον· Τοῦτον ηὕραμεν ἔσω μόνον. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν ἰδὼν αὐτὸν, καλεπλάγη καὶ εἶπεν. Εἰπέ μοι, ἄθλιε καὶ δύσυχε, πῶς τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν; πῶ δέ ἐστιν ἡ ἀνοσία πόρνη; πάλιν ἐκπορνεύσας αὐτὴν ἀπέλυσας, δὺς αὐτῇ καὶ τὴν χλανίδα σου, ζωλαξάμην αὐτὴ εἶναί σε γυναῖκα· ἀλλ' οὐκ ὅτως σοι ἔσαι, ὑγὸρ ἐκφεύξῃ τὰς χεῖράς μου. Καὶ πολλὰ διαπορήσας ἐν ἑαυτῷ ὁ Ἡγεμὼν, ἐκέλευσεν κρεμασθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ d σπαβίσεσθαι.

qui comprehensus

interrogatur & virgis caditur:

F

d

Σπαθιζομένου δὲ αὐτοῦ, ἔλεγεν αὐτῷ ὁ Ἡγεμών· Πῶ ἐστὶν ἡ μιαρόφρων ἐκείνη; Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος οὐδὲν ἀπεκρίνατο αὐτῷ, εἰ μὴ μόνον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβλεπεν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸν Ἡγεμόνα λέγουσα· Ἀνόσιε Φῆστε, τί τὸ ἀναίτιον ὕστερον χολάζεις; Καὶ ταύτης γενομένης τῆς φωνῆς, ἐπαύσατο τοῦ βασανίζειν αὐτὸν, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν καθαρευέντα ἐκ τοῦ ξύλου· ὑπὸ τήρησιν εἶναι, εἰπὼν ὕστερον Διωρίαν δώσω αὐτῷ, ὅπως σκεψάμενος μελετήσῃ τὴν ἀνοσίαν. Διελθουσῶν δὲ ἡμερῶν πέντε μελετήσατο ὁ Ἡγεμὼν τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί ἐσκέψω; Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἶπεν αὐτῷ· Τί εἶχον σκέψασθαι, μιαρέ καὶ ἀμοπότα; Ὁ Ἡγεμὼν εἶπεν· Πῶ ὅτι πρὸς σὲ εἰσῆλθες; Ἀπεκρίθη Ἀλέξανδρος καὶ εἶπεν αὐτῷ, Οὐκ οἶδα. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντων, εἶπεν ὁ Κύριος τῇ Ἀντωνίνᾳ, ἰσχύε

rursumque post dies 7 productus,

cum Antonina, ut ipse fi-stente,

EX MS. VATIC.

Ἀντωνίνα, καὶ πορεύου ἐπὶ τὸν τόπον, ἔνθα ὁ ἀνόσιος Ἡγεμὼν καθίζεται· καὶ πορευθεῖσα, ἔσῃ ἐνώπιον τοῦ Ἡγεμόνος, καὶ εἶπεν· Ἀνόσιε καὶ ἀκάθαρτε Φῆσε, τίνα ζητεῖς, μή τι ἐμὲ; ἰδοὺ πάρειμι, ὅπως καθελῶ τὴν ἰσχύν σου.

& virgis etiam caeditur.

9 Ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὴν διπορήθη, καὶ ἤρξατο ἐπὶ πλεῖον ταράττεσθαι, καὶ πέμψας στρατιώτας, ἐκέλευσεν ἐγγὺς στῆσαι αὐτὴν, καὶ κελεύσας αὐτὴν κρεμασθῆναι, ἐπέτρεψε Σπαθίζεσθαι, ὅπως μάθῃ τὸ ἀκριβὲς, εἰ ἄρα ἐστὶ παρθένος, καὶ σὰρξ ἔφθαρται. Σπαδιζομένης δὲ αὐτῆς, ὑδρία φωνὴ ἐγένετο ἀπ' αὐτῆς. Καλεσαγθείσης δὲ αὐτῆς πάλιν ἐκ τοῦ ξύλου, ἐπυνθάνετο αὐτὴν ὁ Ἡγεμὼν λέγων· Ἀκριβῶς εἰπέ μοι ἐὰν ἡ παρθένος; Ἡ δὲ μακαρία Ἀντωνίνα εἶπεν· Ὦ Ἀνόσιε καὶ αἱμοσώτα, ἡμεῖς τὴν σῆς ὠμότητος οὐκ ἔσμεν, οὐδὲ τὴν ἀσωτίας, καὶ γὰρ ἄφθορόν με ὁ Κύριος ἐφύλαξε τῇ αὐτοῦ εὐσπλαγχνίᾳ. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτῇ, ἐθαύμασε καὶ εἶπεν· Εἰ οὖν παρθένος εἶ, θύσον τοῖς θεοῖς μετὰ Ἀλεξάνδρου καὶ σώθητι. Τότε ἐπάραντες τὴν φωνὴν αὐτῶν ὁμοθυμαδὸν ὡς ἐκ ἑνὸς σώματος, ὅτε Ἀλέξανδρος καὶ ἡ Ἀντωνίνα, εἶπον αὐτῷ· Οὐχ οὕτως αἱ βάσανοί σου καλισχύσουσιν ἡμῶν, ταλαίπωρε Φῆσε, ἵνα δυνηθῇς πεῖσαι ἡμᾶς θῦσαι θεοῖς ματαίοις, οἷς σὺκ ἔστιν ἰσχύς. Ὁ δὲ Ἡγεμὼν εἶπεν· Κόψαι αὐτῶν τὰ ἀκρόχειρα τῶν δύο χειρῶν. Οἱ δὲ προβαλόμενοι τὰς χεῖρας αὐτῶν ὡς γενναῖοι στρατιῶται τοῦ Χριστοῦ, ὅτως εἶπον· Προεπαρθύ σοι ἀνόσιε καὶ μιαρὲ, ὅτι ὑδρία σου ἐπίνοια δυνηθῇ ἄγξαι ἡμῶν τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν, διὸ ὁ βάλῃ ποιῇ.

lampadibus ustulantur

10 Καὶ προσενέγκαντες μαχαίραν οἱ στρατιῶται, ἔκοψαν αὐτῶν τὰ ἀκρόχειρα· οἱ δὲ μὴ ἀθόμβοι τὸ γεγονὸς αὐτοῖς, ἤρξαντο δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ εἶπον τῷ Ἡγεμόνι· Αἰμοπότα καὶ ἀνόσιε, ὑδρία ὅτως ἀθόμεθα τῶν πόνων, ὧν σὺ βούλει ποιεῖν ἡμῖν· σὲ δὲ ὁ Θεὸς σὺν τάχει μελελεύσεται εἰς τὸν ἅδου ἀνιάτοις κολάσεσιν. Καὶ χωλέσας ὁ Ἡγεμὼν ἐπὶ τοῖς ῥήμασιν, οἷς ὕβρισαν αὐτὸν, ἐκέλευσεν ὀργυιῶν βόθρον βαθὺ, εἰπὼν ὅτως· Κρεμάσατε αὐτοὺς καὶ Σπαδιζέσθωσαν ἕως ἀθονίας τῆς κολάσεως. Καὶ ὅτως ἀναγκασθεὶς ἐκ τοῦ παρ' αὐτῶν ὕβρεως, τὸν βόθρον πυρᾶς πλήσας, προσέταξεν ἐμβαλεῖν τοὺς Ὁσίους σὺν αὐτῷ. Τῶν δὲ Ἁγίων Σπαθιζομένων, καὶ μὴ ἀσθανομένων, ἀλλὰ δοξαζόντων τὸν Θεὸν, ἐκέλευσεν ὁ παράνομος Ἡγεμὼν λαμπάδας προσάγεσθαι εἰς τὰς πλευρὰς αὐτῶν· τότε ἀνέκραγον, ὅτε Ἀλέξανδρος καὶ ἡ Ἀντωνίνα φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες, Ἡμεῖς μὴ, ταλαίπωρε, ταῦτα πάσχομεν διὰ τὴν εὐσέβειαν τὴν εἰς Χριστὸν, πιστεύοντες αὐτῷ ὅτι μέλλει θάνατον ἡμῶν ληψόμεθα παρ' αὐτοῦ τὸν μισθόν· σὲ δὲ ὁ Θεὸς σὺν τάχει ἀκολουθεύσει, ὅτι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ὅτως βασανίζεις.

iterum cedantur,

11 Θυμωθεὶς δὲ ὁ Φῆσος εἶπεν· Ἐξάψατε εἰς τὸν λάκκον πυρὰν Σφοδροτάτην, ἵνα ἐμβληθῶσιν σὺν τάχει εἰς αὐτόν. Οἱ δὲ στρατιῶται κατὰ τὸ κελευσθὲν αὐτοῖς παρὰ τοῦ Ἡγεμόνος, ὅτως ἐποίουν. Ἐξαψάντων δὲ αὐτῶν πυρὰν μεγάλην Σφόδρα σὺν τῷ λάκκῳ, ἀνήγγειλαν τῷ Φήσῳ. Εἶπε δὲ ὁ ἀσπλαγχνος Ἡγεμὼν τοῖς στρατιώταις, σὺν Σπυδῇ χρίσαντες αὐτοὺς ὑγροπίσσῃ, ἐμβάλετε σὺν τῇ πυρᾷ. Καὶ οἱ στρατιῶται ἐποίησαν καθὼς ἐκέλευσεν αὐτοῖς ὁ Ἡγεμὼν, καὶ ἐνέβαλον ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν Ἀντωνίναν. Καὶ ἐκέλευσε ξηρὰν πίσσαν καλαπάσσεσθαι σὺν τῇ πυρᾷ, εἰπὼν, Οὕτως ἐκκαήσονται εἰς τέλος, ὥσε καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀθάλλα γενέσθαι, καὶ μέλλει ταῦτα καλαχωσθῆναι ὁ λάκκος, ὅπως μὴ τὰ γυναικάρια θελήσωσι Σωαγαγεῖν ἀπὸ τῶν ὀστέων αὐτῶν, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Χριστιανοῖς. Καὶ ἐμβαλὼν αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ, καὶ καταχώσας τὸν λάκκον, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ σὺκ ἔφαγεν, ὑδὲ ἔπιεν, ἀλλ' ἔμεινεν ἄφωνος. Πνεῦμα γὰρ πονηρὸν ἀποσταλὲν ὑπὸ ἀγγέλων ὀργῆς ἕως ἡμερῶν ἐπὶ ἐβασάνιζεν αὐτὸν, καὶ μέλλει τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, σὺν δειναῖς καὶ Σφοδραῖς κολάσεσιν ἀπέδωκε τῷ ψυχῷ· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν, καὶ ὅτως ἐπαύσατο ὁ διωγμός.

ac denique in fovea exusti obruuntur.

12 Ἐμαρτύρησαν δὲ οἱ ἅγιοι Ἀλέξανδρος καὶ Ἀντωνίνα πρὸς ἕξ f νόννων Μαΐων, ὥρᾳ σὺν ἀτῃ, ἡμέρᾳ Σαββάτῳ, βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Praeses à daemone correptus extinguitur.

ANNOTATA.

a *Ecgraphum noſtrum vitioſe* δῶ μελά σοι.

b *Sirletus habet* flagellis verberari: *aliud igitur ipſe legit in ſuo Cryptæ-Ferratæ Ms.*

c *Videtur deeſſe aliquid ad plenum ſenſum. Sirletus,* ut impleatur libido ejus.

d Σπάθη, *unde hic alibi ignotum verbum* σπαθιζεσθαι, *proprie palmarum eſt: nec propterea opus eſt ut in palmifera aliqua regione rem geſtam concipiamus; quamvis & hoc verum eſſe potuerit, cum palmeæ virgæ ad varios uſus exportarentur.*

e *Fortaſſe legendum* ποινῶν.

f *Sirletus inveniſſe videtur* πρὸς ε' Νόννων, *qui vertit* ad v Nonas.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΡΓΟΥΣ.

Ex Synaxario Ms. Collegii Claromontani S. I. Pariſiis.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου, Ἐπισκόπου Ἄργους, τοῦ Θαυματουργοῦ.

Οὗτος τὴν Κωνσταντινούπολιν πατρίδα ἔσχε, πατέρων δὲ ἔφυ θεοφιλῶν καὶ τὸν μονήρη βίον ἑλομένων πανοικεσία. Καὶ τῶν ἀδελφῶν πρα-

χθέντων Παύλου τε καὶ Διονυσίου· καὶ δὴ ζῆλον ἐκείνων καὶ μίμησιν καὶ αὐτὸς, ἅμα Πλάτωνι τῷ ἀδελφῷ, ὑπέδυ τὸν ἀσκητικὸν ἀγῶνα, καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο, ὅσον σὺκ ἔστιν εἰπεῖν. Οὐ μόνον γὰρ ἀγρυπνίᾳ καὶ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν πάντας ὑπέκυψεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνῃ τῇ πρὸς τοὺς πένητας

ὠένητας καὶ Συμπαθείᾳ. Διὰ δὲ τὸν εἰς ἄκραν ἀρετὴν αὐτῷ καλαναγκαδεὶς γενέδαι Κορίνδυ Ἀρχιεπίσκοπ⊙, οὐκ ἐπείδη διὰ ταπείνωσιν καὶ εὐλάβειαν. Καὶ χειροτονηθέντι Πάυλῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Συγκαλῆλδε, καὶ παρακλήσει τοῦ Ἀργείων καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐχειροτονήθη Ἄργυς Ἐπίσκοπ⊙. Καὶ ὅτως ἐσπούδασεν εἰς ἐλεεμωσυνίω, ὡς μηδὲν καθ' ἑκάσ⊙ εὑρίσκεδαι ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ πλὴν τοῦ χιτῶν⊙ ὃν ἐφόρει, καὶ μηδ' ἐκεῖνα φείδεδαι πάνοχος προσελθόντ⊙· ὡς καί πο͂τε λιμοῦ τὸν Πέλοπ⊙ καλατρυχόντ⊙, πολλὰς διατρέφαι μυριάδας· τῇ δὲ ἀφειδίᾳ τ͂ χειρὸς ὑπολειφθέντ⊙ ἐν πίθῳ ἀλεύρου ὀλίγου, εὑρεθῶαι πλήρη τὸν πίδον, καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἐπαρκέσαι χρόνον τοῖς δεομένοις καὶ αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτόν· ἀχμαλώτους δὲ λύτρῳ ἀναρρύεδαι, καὶ τοὺς ὑπὸ σερεωτέρας ἑλκομένους χειρὸς τ͂ ἐκείνων βίας ἐλευθερῦν, κόρῶντε παρθένων δαιμονῶσαν ἰάσαδαι, καὶ τὸ τ͂ τοῦ Πέλοπ⊙ πάδος προσεπᾶν δι' αἰνίγματ⊙, καὶ αὐτὸ δὲ γνῶναι τὸ πέρας τ͂ ἑαυτοῦ τελεῖς. Ἤδη γὰρ γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα, καὶ μελὰ μυρίους ὑδρῶτας τῆς ἀρετῆς, τῶν μακαρίαν ψυχὴν διαθεὶς, καὶ μελὰ τέλ⊙ διαδήλους δείκνυσι τὰς ἐνεργείας, μύρα προχέων ἐκ τῆς ἁγίας Θρῦ, καὶ δαίμονας ἐλαύνων, καὶ νόσους παντοίας ἰώμεν⊙, καὶ ὑποφαίνων τῶν διὰ μακαριότητα τ͂ ἐκεῖδεν διαδεξαμένων γερῶν ἐκ Θεοῦ.

IDEM BREVIUS

Ex Ms. Synaxario D. Gabrielis Naudæi.

Οὗτ⊙ τοῦ πατρίδα μὲν ἔσχε τὴν Κωνσαντινούπολιν, γονέων δὲ ἐφύη εὐλαβῶν, μοναχῶν γεγονότων πανοικεσίᾳ. Κατὰ ζῆλον δὲ ἐκείνων γίνεται καὶ αὐτὸς μοναχὸς, ἀσκήσει καὶ ἀγρυπνίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θείων μελέτῃ πάντας ὑπερβάλλων· ὅθεν ὑπὸ Νικολάου Πατριάρχου Κ Π. καλαναγκάζεται ὁ Κορίνδυ γενέδαι Ἀρχιερεύς. Τοῦ δὲ μὴ θελήσαντ⊙, Παῦλον ἀνῆ αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν χειροτονεῖ. Καὶ κατῆλδε τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐν Κορίνδῳ. Βίᾳ δὲ τ͂ Ἀργείων καὶ παρακλήσει τοῦ Ναυπλίων χειρολονεῖται καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἄργυς Ἐπίσκοπ⊙· καὶ τοσοῦτον ἔσπευσεν εἰς εὐποιΐαν, ὡς μηδὲν καθ' ἑκάσ⊙ ἐν τῷ κελλίῳ αὐτῷ εὑρίσκεδαι· ὅθεν καὶ ἐπλούτησε καὶ τοῦ τοῦ θαυμάτων ἐνέργειαν. Λιμοῦ δὲ πολε γενομένου, καὶ πολλὰς τρέφοντ⊙ μυριάδας, ἐν ἑνὶ πίθῳ ἀλεύρου ὀλίγου ὑπολειφθέντ⊙, δι' εὐχῆς τοῦτον πλήρη ἀπέδειξεν· ἀχμαλώτους δὲ οὐκ ἔσιν ὅσους ἐπῶεν ἀνερρύσαλο, καὶ κόρην δαιμονῶσαν παρευθὺ ἰάσαλο καὶ τὰ μέλλοντα προῤῥήγε, καὶ τὸ τέλ⊙ προέγνω τὸ ἑαυτοῦ. Ἑβδομήκοντα δὲ γεγονὼς ἐτῶν ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΠΕΛΑΓΙΑΣ,

ΤΗΣ ΕΝ ΤΑΡΣΩι ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ.

Ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice Palatino 27 pag 68.

Persecutionis tempore

Τοῦ πρώτου διωγμοῦ ἀνανεωθέντ⊙ ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως καθ' ὅλης τ͂ οἰκουμένης, πολλοὶ ὡς εἰπεῖν καὶ ἀναρίθμητοι ἀκούσαντες, ἔφυγον ἐν τοῖς ὄρεσι, φοβούμενοι τὸν θυμὸν τοῦ Βασιλέως· οἱ μὲν τοι σεσεοὶ τῇ πίσει, καὶ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἔμειναν ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, εὐχόμενοι τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα νικῆσαι. Ὁ δὲ μακάρι⊙ καὶ ὅσι⊙ Ἐπίσκοπ⊙, ὁ ὀνομαζόμεν⊙ Κλίνων, ὢν βαπίζων, καὶ παραθαρσυνων ἕνα ἕκασον τῶν βουλομένων διώκειν ἐπὶ τὸ βραβεῖον τ͂ ἄνω κλήσεως. Διέδραμε δὴ αὐτοῦ ἡ φήμη ἐν ὅλῃ τῇ Ἀνατολῇ. Ἦλδε καὶ ἐν Ταρσῷ τῇ πόλει τ͂ Κιλικίας ὁ Ἐπίσκοπ⊙, καὶ ἐβάπισεν ὄχλον πολύν. Ἐγένετο δὲ μελὰ τρεῖς ἡμέρας, τοῦ Μακαρίου ὄντ⊙ ἐν τῇ πόλει, ἀκοῦσαι τὸν Βασιλέα τὰ καθ' αὐτὸν, ὅτι πολλοὺς ἀποσρέφει ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτῶν, καὶ προσάγει τῷ ἰδίῳ Θεῷ· καὶ ἐκέλευσεν κλεισθῆναι τὰς πύλας, καὶ Συλληφθῆναι αὐτόν. Ὁ δὲ μακάρι⊙ Ἐπίσκοπ⊙ ἐκκλίνων, δι' ἀποκαλύψεως ἐξῆλδε τ͂ πόλεως, μηδενὸς θεωρήσαντ⊙ αὐτόν. Ζητηθέντ⊙ δὲ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν σρατιωτῶν ἐν ὅλῃ τῇ πόλει, καὶ μὴ εὑρισθέντ⊙, ὀργισθεὶς ὁ Βασιλεὺς, ἐκέλευσεν πάντας τοὺς βαπισθέντας ὑπ' αὐτοῦ ἐγκλεισθῆναι· ἦσαν γὰρ πολλοί, ὅς ὁ Κύρι⊙ κατὰ μέρ⊙ προσελάβετο.

multis Tarsi baptizatis à Clinone Episc.

2 Παρθέν⊙ δέ τις ὀνόματι Πελαγία, διαπρέπουσα καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, ὃς τὸ κάλλ⊙ ἐξειπεῖν ὁ δυνάμεθα, οἰκοῦσα ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ πόλει, ἤκουσεν αὕτη περὶ τ͂ φυγῆς τοῦ μακαρίου Ἐπισκόπου, καὶ ἐπεθύμει ἰδεῖν αὐτόν. Ἀκούσας δὲ ὁ Διοκλητιανοῦ περὶ τοῦ κάλλους αὐτῆς καὶ τῆς πολλῆς εὐπρεπείας, ἀπέσειλε Προτίκλορας καὶ σρατιώτας πολλοὺς, ὀφείλοντας ἐκδυσωπῆσαι αὐτὴν τοῦ ἐπιδῶναι ἑαυτὴν αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν. Ἡ δὲ μακαρία Πελαγία, πασήσασα τὴν ἐν Χριστῷ Σφραγίδα, ἀπώσαλο αὐτοὺς λέγουσα, Μεμνήσευμαι τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀπελθόντες ἀνήγγειλαν τῷ υἱῷ τοῦ Βασιλέως ταῦτα, καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ μεγάλῃ καθ' αὐτῆς. Καὶ παραυτὰ μὲν ἐσιώπησε ταμιευσάμεν⊙ τὸν χρόνον· ἡ δὲ ἁγία Πελαγία εἰσελθοῦσα πρὸς τὴν μήτερα αὐτῆς, εἶπεν, Μῆτερ, θέλω διὰ πολλοῦ χρόνου τὴν τροφόν μου ἰδεῖν. Ἠβούλελο δὲ ἡ ἁγία Πελαγία τῇ ἀφορμῇ τ͂ τροφοῦ ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον, τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ· ἦν γὰρ ἀκούσασα παρά τινων εἰς ποῖον τόπον ἐσίν. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς, δι' ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ, διεκώλυσε, καὶ οὐ συνεχώρησεν αὐτῇ ἀπελ-

Pelagia nuptias recusans

EX MS. VATICAN.

ἀπελθεῖν, λέγουσα, Νῦν ὁ δοὺς, τέκνον· ἀλλὰ ἀπολύσῃ εὐκαίρως.

ipsum in somnis sibi visum,

3 Ὁ δὲ Κύριος διὰ τῆς νυκτὸς ἀπεκάλυψε τῇ Πελαγίᾳ τὴν ἰδέαν τοῦ μακαρίου Ἐπισκόπου Κλίνοντος· καὶ ἐθαύμασε τὴν ὑπερβάλλουσαν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Ὡς δὲ οὐκ ἀφῆκε τέως ἡ μήτηρ αὐτὴν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν τροφὸν, ἀπέστειλε λάθρα τοὺς ἑαυτῆς δούλους εἰς τὴν φυλακὴν πρὸς τοὺς ἐγκεκλεισμένους, οὓς προσέταξεν ὁ Βασιλεὺς ἐγκλεισθῆναι, τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου βαπτισθέντας, ἵνα παρ' αὐτῶν μάθῃ τὴν ἀκρίβειαν, πῶς ἀπὸς ἔστι τῇ ἰδέᾳ ὁ Ἐπίσκοπος, δοκιμάσαι θέλουσα τὴν ὁπασίαν, ἣν εἶδεν διὰ νυκτός. Ἐλθόντων δὲ τῶν παίδων, καὶ ἀναγγειλάντων αὐτῇ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἰδέας αὐτοῦ, ζωῆκε πάντα καλὰ τὴν ἰδέαν τὴν ὀφθεῖσαν αὐτῇ ἐν τῇ ὁράσει, καὶ ἐχάρη ἡ ἁγία Πελαγία χαρὰν μεγάλην, λέγουσα, Κύριε, τῶν ζῶν ἀγαθῶν καλαγγελεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, μή με ἀναξίαν ποιήσῃς τῶν μυστηρίων σου. Καὶ ταῦτα εὐξαμένη, εἰσῆλθεν πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ λέγει πρὸς αὐτήν, Παρακαλῶ σε καὶ νῦν, κυρία μου μῆτερ, τὴν ἐπαγγελίαν σου πλήρωσον, ἵνα ἐπηγγείλω μοι λέγουσα, ὅτι
B εὐκαίρως ἀπελεύσῃ πρὸς τὸν τροφόν σου. Ἰδοὺ νῦν καιρός ἐστι, δεῦρο ἀπόστειλόν με.

prætextu visendæ nutricis adit,

4 Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ τοὺς λόγους τῆς θυγατρὸς, ἐλογίσατο ἐν ἑαυτῇ, μήποτε κωλύσασα αὐτὴν ἀπελθεῖν, ἀπὸ τῆς λύπης ἡ θυγάτηρ αὐτῆς εἰς νόσον ἐμπέσῃ. Καὶ εὐθέως ἀνασᾶσα, μετὰ σπουδῆς ὠῆγκε πορφύραν βασιλικὴν, πεποικιλμένην ἐν λίθοις πολυτελέσι καὶ διαφόροις, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτῆς πάντα,
a ὡς ἄτε ὁρμασθεῖσαν τοῦ ὑὸς Διοκλητιανοῦ, καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὴν πορεύεσθαι μετὰ παρατάξεως παίδων καὶ στρατιωτῶν πολλῶν, εἰποῦσα αὐτῇ, Ἄπελθε, τέκνον, καὶ προσαγόρευσον ἐξ ἐμοῦ τὴν τροφόν σου. Καὶ ἐλθοῦσα δὲ ἡ ἁγία Πελαγία, καὶ εἰσελθοῦσα ἐν τῷ βασιλείῳ αὐτῆς, ἐπορεύετο χαίρουσα, καὶ ἀγαλλιωμένη ἐπὶ τῇ μελλούσῃ προσδοκίᾳ. Προκοψάντων δὲ αὐτῶν ὡσεὶ μίλια δώδεκα, εἷς τῶν πορευομένων στρατιωτῶν, ὀνόματι Λογγῖνος, εἶδέν τινα ἐρχόμενον ὑπὸ τὸ Σωδενδρὸν τοῦ ὄρους, καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ τῆς δόξης τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐγνώρισεν αὐτὸν· καὶ εἶπεν ὁ Λογγῖνος τῷ Σωσίῳ αὐτοῦ,
C στρατιώτῃ, Ἀδελφὲ Ἰουλιανὲ, γνωρίζεις τὸν ἐρχόμενον ἔμπροσθεν ἡμῶν ἄνθρωπον; Οὗτός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Κλίνων, ὁ θαυματουργὸς τῆς ἀνατολῆς ὅλης, οὗ ἡ φήμη καὶ ἕως τοῦ Βασιλέως ἦλθε, δι' ὃν καὶ διωγμὸς ἐγένετο τῶν Χριστιανῶν ὑπὸ τοῦ Βασιλέως. Ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ στρατιῶται Λογγῖνος καὶ Ἰουλιανὸς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ.

ab eoque sibi obviâ facto

5 Ἀκούσαντες δέ τινες τῶν Εὐνούχων λαλουμένων τῶν στρατιωτῶν τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀνήγγειλαν τῇ δεσποίνῃ αὐτῶν. Ἡ δὲ ἀκούσασα, ζωῆκε, καὶ ἐκέλευσε σῶσαι τὸ βασίλειον αὐτῆς, καὶ καλεσθῆναι, ἀπήρχετο πεζῇ εἰς ἀπάντησιν τοῦ ὁσίου ἀνδρός, φήσασα τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς παισὶν ἡσυχίαν ποιῆσαι, καὶ μὴ ταράξαι τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ὑποχωρῆσαι καὶ ἀπελθεῖν ὑπὸ τὴν σκιὰν τῶν δένδρων, ἕως οὗ λαλήσῃ τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ· ἦσαν γὰρ ἐκεῖ τινες πλείονες ἀμύητοι τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εἶα αὐτοὺς ἀκοῦσαι τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ. Πάντων δὲ ὑποχωρησάντων, εἶπεν ἡ ἁγία Πελαγία τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ· Χαῖρε δοῦλε τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ φωνῇ αὐτῆς, εἶπεν· Γενέσθω ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ μου μετά σου νεωτέρας. Ἡ δὲ πάλιν εἶπεν· Εὐλογημένος ὁ ἀποκαλυφθείς μοι ἐν τῇ εἰκόνι σου ταύτῃ D
Θεὸς, ὅτι ἀπέστειλέ σε πρός με, ἵνα σώσῃς τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀπωλείας. Καὶ νῦν παρακαλῶ τὸν Θεὸν, ᾧ λατρεύεις, ἵνα μοι εἴπῃς τὸ ἀληθές, τίς εἶ σύ; καὶ τί τὸ ὄνομά σου; καὶ τί τὰ καλά σου; Ἀποκριθεὶς ὁ μακάριος, εἶπεν αὐτῇ· Τὸ μὲν πρῶτον καὶ ἀξιάγαστον καὶ πάντων τιμιώτερον, Χριστιανός εἰμι, καὶ ποιμαίνω τὰ λογικῶν προβάτων τοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ ὄνομά μου Κλίνων καλοῦμαι. Αὐτὴ δὲ ἐνόμισεν ὅτι ποιμαίνω ὄντα τὰ δυομένων θρεμμάτων· καὶ ἀποκριθεῖσα ἐκ δευτέρου, εἶπεν αὐτῷ· Δέομαί σου, Κύριε, ἀνεξικάκως δέξαι με λέγουσαν, Πρόβατα πολλά ἐστιν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, καὶ εἰ βούλῃ, δεῦρο ποίμαινε αὐτά, κἀγώ σοι δίδωμι μισθὸν πολύν.

6 Εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὴν ὁ Ἐπίσκοπος· Οὐκ εἰμὶ *instrui pe-*
ἐγὼ ποιμαίνω θρεμμάτων, ὡς ὑπενόησας, ἀλλὰ ποι- *it & ba-*
μαίνω τῶν λογικῶν προβάτων τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι *ptizari.*
ἀνθρώπων b.... Ἡ δὲ ἁγία Πελαγία εἶπεν· Τί δί- b
δως τοῖς ἀμνοῖς σου ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχουσιν; Ὁ δὲ μακάριος Κλίνων εἶπεν· Εὐαγγελίζομαι αὐτοῖς ἐπίγνωσιν Πατρός, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Λέγει αὐτῷ ἡ Πελαγία· Κύριε πάτερ, εἰ τί ἐστιν ἀναγκαιότερον ἐν τῷ Θεῷ σου, τοῦτό μοι παράσχου. E
Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων τοῦ Χριστοῦ, εἶπεν πρὸς αὐτήν· Εὐαγγελίζομαί σοι βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, τοῦτο ἀναγκαιότερον ἄλλο οὐδέν ἐστιν. Ἀκούσασα δὲ ἡ Πελαγία, προσέπεσε τοῖς ποσὶ τοῦ μακαρίου Ἐπισκόπου Κλίνοντος, λέγουσα· Ἐλέησόν με Κύριε, καὶ δός μοι τοῦτο τὸ δῶρον· ἀφ' οὗ γὰρ ἐλάλησάς μοι, τὸ φῶς αὐτοῦ ἔλαμψεν ἐν τῇ καρδίᾳ μου, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ καὶ τῇ τέχνῃ αὐτοῦ, ἥτινα ἐστὶν εἴδωλα νεκρά, ἃ ἐγὼ ἕως τοῦ νῦν προσεκυνούμην, ζητοῦσα παρ' αὐτῶν ἔλεος, παρ' ὧν οὐκ ἔστιν ὠφέλεια, ἀλλὰ βλάβη καὶ θάνατος αἰώνιος. Νῦν οὖν παρακαλῶ τὸν Θεὸν ἡ ἀναξία νυμφευθῆναι μᾶλλον τῷ Υἱῷ αὐτοῦ, τῷ φωτίσαντι τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας μου, αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης.

7 Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ μακάριος Κλίνων ὁ Ἐπίσκο- *& excita-*
πος τοὺς παραδόξους λόγους τούτους, ἐθαύμασε, καὶ *to ad ejus*
ἐπῆρε τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ προσεύ- *preces fonte,*
ξατο, λέγων· Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἡμῶν, ὁ καθήμενος F
ἐπάνω τῶν οὐρανῶν, σὺ ἐκάλεσας τὸν παρθένον ταύτην εἰς τὴν σὴν ἐπίγνωσιν, ἐξαπόστειλον αὐτῇ τὸ ἅγιον καὶ φωτεινὸν βάπτισμα, τὸ τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ εὐξαμένου αὐτοῦ, ἰδοὺ ἀνεῴχθη πηγὴ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος, καὶ ἑωρακὼς ὁ Μακάριος ὅτι ταχέως εἰσηκούσθη, ἐδόξασεν τὸν Θεὸν, ὕτω λέγων· Μέγας εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτι ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, βάπτισμα εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ νῦν, Δέσποτα καρδιογνῶστα, σὺ ἐπίσασαι τὴν ταπείνωσιν τοῦ δούλου σου, ὡς εὐλαβοῦμαι τὸν παρθένον ταύτην βαπτίσαι· ἀλλὰ δικαίως ὢν ἐν πᾶσιν, οἰκονόμησον τὸ τί γένηται. Καὶ εὐξαμένου αὐτοῦ, ἡ Πελαγία εἶπεν αὐτῷ· Κύριε πάτερ, εἰσηκούσθη καὶ ἐν τούτῳ ἡ προσευχή σου· ἰδοὺ γὰρ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς φῶς, καθὼς προσηυξάμην· θεωρῶ γὰρ καὶ δύο στρατιώτας ἐπάνω τῆς πηγῆς, ἔχοντας ἐν ταῖς χερσὶ λέντιον c φω- c
τὸς, ὥστε λάμπειν τὰ ὕδατα τῆς πηγῆς ὡς ἥλιος· μὴ οὖν εὐλαβηθῇς ἀπ' ἐμοῦ τοῦ βαπτίσαι με.

8 Ὁ δὲ Μακάριος, ἀκούσας ἀπὸ τῆς Πελαγίας ταῦτα, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, καὶ προσῆλθε τῇ πηγῇ ἁγιά-

baptizata atq; communione refecta,

A σαι θέλων τὰ ὕδατα. Ἐγένετο δὲ, προσευχομένου αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν θεάσασθαι Ἄγγελος, ἑστῶτας ἐπάνω τῆς πηγῆς καὶ τὸν τύπον, ὃν ἑώρακεν ἡ Πελαγία. Ὡς δὲ εἶδε τοὺς Ἀγγέλους, ὕψωσε τῷ φωνῷ αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτω λέγων· Δόξα σοι, Βασιλεῦ βασιλευόντων, ὁ ποιήσας τοὺς Ἀγγέλους σου πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργούς σου πῦρ φλέγον, σὺ καταξίωσόν με προσενεγκεῖν σοι τῷ παρθένον ταύτην, ᾗ αὐτὸς παρέδωκάς μοι προσφορὰν ζῶσαν εἰς μνήμην καὶ ὀσμὴν εὐωδίας· καὶ κατάταξον αὐτὴν ἐν τῇ ποίμνῃ τῶν ἐκλεκτῶν σου, ἵνα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς βασιλείας σου καὶ αὕτη ἀπέλθῃ μετὰ τῶν φρονίμων παρθένων εἰς τὸν νυμφῶνα τοῦ Χριστοῦ σου, ἔχουσα τὴν λαμπάδα αὐτῆς ἄσβεστον. Καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν, ἀγαλλιώμενος τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἐπὶ τοῖς θαυμασίοις οἷς ἑώρακεν, ἐφώτισεν αὐτὴν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἀναχθεῖσαν κοινωνὸν αὐτὴν κατέστησε τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ· καὶ προσελθοῦσα ἡ ἁγία Πελαγία, προσεκύνησε τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ ἀφιλοῦσα τὰ ἴχνη αὐτοῦ, καὶ λέγουσα· Κύριε καὶ πάτερ εὐλογημένε, εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα ἐνδυναμωθῶ ἐν τῷ ἀγῶνι. Λέγει αὐτῇ ὁ μακάριος, Ὁ Θεὸς, ᾧ ἔδωκας τὸν ἀρ-

B ραβῶνα τῆς ψυχῆς σου, αὐτὸς ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου καὶ οἰκητηρίου, καὶ δῴη σοι νικῆσαι τὸν ἀντίπαλον.

pretiosas vestes suas ei donat:

9 Καὶ χαρὰν λαβοῦσα διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐπὶ τῇ προσευχῇ τοῦ ἁγίου Ἐπισκόπου, εἶπεν αὐτῷ· Πάτερ, παρακαλῶ τὸν Θεὸν, τὸν σώσαντά με διά σου, μὴ με παρίδῃς, μὴ δὲ ἀπείπῃς μοι ἐν οἷς σε ἀξιῶ. Καὶ εἶπεν αὐτῇ, Τί θέλεις; εἰπέ. Καὶ ἀποκριθεῖσα εἶπεν αὐτῷ· Ἐπειδὴ ἐδεξάμην ἀπὸ τῶν ἁγίων σου χειρῶν ἐκ τοῦ δεσποτικῆς προφύρας τοῦ ἀγῶνος Βασιλέως, οὐκ ἔξεστί μοι λοιπὸν τῷ φθαρτῷ καὶ γηΐνῳ φορεῖν ἐσθῆτα καὶ τὰ λοιπὰ πάντα· δέξαι οὖν αὐτὰ καὶ ἀπάγαγε εἰς χώραν μακρὰν, ὅπου δυνάνται προχωρῆσαι, καὶ λαβὼν αὐτοῦ τὰς τιμὰς, διοικήσεις αὐτὰ τοῖς δεομένοις· ἐμοὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν ταῦτα βδελύγματά ἐστι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἐπίσκοπος Κλίνων, Οὐκ ὤμην μὴν ἐξὸν μοι τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἵνα μή σε λυπήσω, διότι παρεκάλεσας τὸν Θεὸν δι' ἐμοῦ, λήψομαι αὐτά. Εἶπεν δὲ Πελαγία· Κύριε, ἐγὼ ἠκουσά σου λέγοντος, ὅτι εἶπεν ὁ Κύριος, Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Καὶ θαυμάσας ὁ Μακάριος ἐπὶ τῇ σωφροσύνῃ αὐτῆς, καὶ προσευξάμενος καὶ εὐλογήσας, ἀπέλυσεν αὐτὴν πορευθῆναι

C πρὸς τοὺς ἰδίους λέγων· Πορεύου ἐν εἰρήνῃ· ἦσαν γὰρ οἱ παῖδες ἐκδεχόμενοι αὐτήν.

famulos via comites convertit ad Christum.

10 Ἡ δὲ Ἁγία μετὰ χαρᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ δοξάζουσα τὸν Θεὸν, ὅτι κατηξιώθη τῶν ἐπουρανίων τυχεῖν, ὑπέστρεψεν πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῇ παῖδας, καὶ εὗρεν αὐτοὺς ὑπὸ σκότους καὶ γνόφου καλεχομένους· ὀρασία γὰρ ἐπέπεσεν αὐτοῖς, καὶ βαδίζειν οὐκ ἠδύναντο. Αὐτὴ δὲ ἡ Πελαγία σωθεῖσα, ἐν τῷ αὐτοὺς ἰδεῖν πεπεδημένους, ὅτι καὶ τοῦτο πόλεμός ἐστι διαβολικὸς· καὶ καλεσφράγισεν ἑαυτῇ καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ἀπέστη ὁ πειρασμὸς ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἤρξαντο αὐτοῖς ἐπερωτᾶν, Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ δόσας σοι τὸ φώτισμα, καὶ ἡ εὐπρεπεστάτη γυνὴ, ἣν ἑωράκαμεν σὺν ἡμῖν ἀναβαίνουσαν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ, ἥτις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἶχε διαδήματα δύο, καὶ ἐπάνω τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ; Ἡ δὲ Πελαγία εἶπεν πρὸς αὐτοὺς, Ἡσυχάσατε, δι' ὑμᾶς δὲ προσελθεῖν, ὡς ἐγὼ προσῆλθον τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι, καὶ ἀγωνίᾳ βασιλεία; Οἱ δὲ νέοι ἀπεκρίθησαν, λέγοντες· Διατί, δέσποινα ἡμῶν, δι' δυνάμεθα πιστεῦσαι τῷ δυναμένῳ ῥύσασθαι ἡμᾶς τῆς ἀγωνίας κολάσεως, καὶ δοῦναι ἡμῖν ζωὴν ἐν

τοῖς ὑψίστοις; Ἡ δὲ Πελαγία, ποιήσασα αὐτοὺς ἀρνήσασθαι τὰ εἴδωλα, ἃ ἐσέβοντο ἕως τοῦ παρόντος, παρεσκεύασεν αὐτοὺς κοινωνοὺς γενέσθαι τοῦ ὑγιαίνου μερίδος. EX MS. VATIC.

11 Καὶ καθίσασα ἐν τῷ βασιλείῳ, ἀπῆλθε πρὸς τὴν ἑαυτῆς τροφόν. Ἐξῆλθε δὲ σωθέντος ἡ τροφὸς εἰς συνάντησιν αὐτῆς, καὶ εἶδεν τὴν ἁγίας Πελαγίας τὸ πρόσωπον φαιδρὸν ἐν κάλλει παρὰ τὸ προτέραν ἰδέαν, τὸ δὲ σολοικὸν παρηλλαγμένον· πρὸ τούτου γὰρ τῷ κοσμικῷ πλούτῳ ἐσολίζετο, νυνὶ δὲ ἐν εὐλαβείᾳ ἐκεκόσμητο· τότε μὲν ὑψηλοφρόνως, νυνὶ δὲ ἐν ταπεινοφροσύνῃ· καὶ τότε μὲν ὑπερηφάνως, νυνὶ δὲ ἐν σοβῇ διεπυσμένῃ· καὶ πρὸ τούτου ποικίλοις μὲν βρώμασιν ἐνεζύφα, νυνὶ δὲ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

à nutrice agnita Christiana

11 Ἡ δὲ τροφὸς ἰδοῦσα, σωθεῖσαν αὐτοῦ Χριστιανὴν γεγονέναι· καὶ μηκέτι ἐῶσα τὸν τὸ φρόνημα τοῦτο ἔχοντας κρατεῖν ὁ Διοκλητιανὸς πολυτρόπως αὐτοὺς ἐβασάνιζε, καὶ ἀπαρνήσασθαι αὐτοὺς τὸν Χριστὸν οὐκ ἴσχυε πεῖσαι, ἐλογίσατο ἐν ἑαυτῇ λέγουσα· Ἐὰν συμβουλεύσω αὐτῇ μὴ εἶναι Χριστιανὴν κατὰ τὸν θεσμὸν τοῦ Βασιλέως, οὐκ ἔσται μοι, ἐδέξατο γὰρ τοῦ χάριν, ἵνα οἱ Χριστιανοὶ κηρύττωσι, λέγοντες ἕνα μόνον εἶναι Θεόν. Καὶ ἀνοίξασα τὸ στόμα αὐτῆς ἡ τρόφος, λέγει τῇ Πελαγίᾳ· Τέκνον, καθάπερ ἐθαυμάσθης ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς δυναστείας, καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς μακρὰν Βασιλεῦσιν εἰς τὸ ὑπερβάλλον καὶ εὐπρεπές κάλλος σου· οὕτω καὶ νῦν τύχοις ἐν τῷ ἀληθινῷ σου κάλλει ἐνώπιον τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ᾧ ἐξέδωκας ἑαυτὴν νύμφην ὡς ἀγωνίῳ Βασιλεῖ, καθὼς λέγεις καὶ πιστεύεις, καὶ παράσχοι σοι ἰσχύν, καὶ ὑπομονὴν ἐν τῇ παρούσῃ σου, καὶ νικητήρια ἐν τῷ ἀγῶνί σου. Πορεύου οὖν μετ' εἰρήνης, ὅτι εἰσαγαγεῖν σε ἐν τῷ οἴκῳ μου ὀκνῶ, μήπως ἀκούσῃ ὁ ὁρμητός σου, καὶ παγγενεῖ με ἐξολοθρεύσῃ. Καὶ περὶ μὲν ἑαυτῆς οὐ τοσοῦτόν μοι μέλει, ὅτι ἐὰν ἐμαυτὴν ἐκδώσω, μισθὸν σοὶ σοὶ καρπὸν· ἀληθινὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, εἰς ὃν σὺ ἐπίστευσας.

& remissa ad matrem,

hujus furori se subducens

12 Ἡ δὲ Πελαγία κατωκύψασα, ἐχωρίσθη τῆς ἑαυτῆς τροφοῦ· καὶ ἀπερχομένης αὐτῆς πρὸς τὴν μητέρα, καὶ ἐγγισάσης αὐτῆς, σωπᾷ τήσεν αὐτὴν σωπήσασα ἡ μήτηρ· Ἰδοῦσα δὲ αὐτὴν σκηνάγμενον σχῆμα ἔχουσαν, μὴ ἐρωτήσασα, κραυγῇ μεγάλῃ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ ὀλολυγμοῦ ἀφῆκεν. Ἡ δὲ Πελαγία προσεμειδία, μηδὲν ἀποκρινομένη. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς μανίας ἔπεσεν ἡμιθανής, καὶ ἄφωνος γενομένη ἔμεινεν ἱκανὴν ὥραν· μετὰ δὲ ταῦτα ἀναψύξασα, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἐλθοῦσα, ἀνέκραγεν, καὶ μηδὲν εἰποῦσα τῇ θυγατρὶ αὐτῆς, μὴ δὲ μαθοῦσα παρ' αὐτῆς τὸ συμβὰν, ἐξώρμησεν ἐνεγκεῖν τὸ πλῆθος τοῦ στρατιωτικοῦ ἀπὸ τοῦ Βασιλέως. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ Βασιλεὺς μετ' αὐτῆς πλῆθος στρατιωτικοῦ φερόντων καὶ ἵππων ἐνόπλων, παραγγείλας αὐτοῖς πείθεσθαι τῇ γνώμῃ αὐτῆς, καὶ εἰς ὅπερ ἂν βουληθείη. Καὶ ἐξελθόντες ἐκεῖθεν ἅπαντες περιῆγον τὰς ὁδοὺς καὶ ἀτραπῶν τόπους, ἐρευνῶντες ἕως μιλίων μ' ἀνιχνεύοντες εὑρεῖν τὴν τοιαύτην ὕβριν τῇ θυγατρὶ αὐτῆς πεποιηκότα· ἀκήκοε γὰρ παρὰ τοῦ παίδων ἡ μήτηρ αὐτῆς, ὅτι ἀπῆλθεν πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον· παρήγγελε δὲ τοῖς ἀποσταλεῖσι λέγουσα· Ἐὰν εὕρητε τοῦτον, πεπεδημένον μοι αὐτὸν παράσητε.

frustra queritur.

postea eamdem generose redarguit.

13 Ἀπελθόντες δὲ οἱ στρατιῶται εἰς τοσοῦτον διάστημα ἐξερευνῶντες, οὐδένα εὗρον. Ἡ δὲ ἁγία Πελαγία, σὺν τοῖς παιδαρίοις αὐτῆς τοῖς πιστεύσασιν, ἐκαθέζετο εἰς τὸ πέραν τοῦ πολέμου, καὶ ἔβλεπε τοὺς στρατιώτας, αὐτοὶ

EX MS. VATICAN.

αὐτοὶ δὲ οἱ ζητοῦντες οὐκ ἔβλεπον ὐδένα. Ἠγαλλιάσατο δὲ ἡ ψυχὴ αὐτῆς πρὸς τὸν Κύριον· μεταδιάσασα δὲ εἶπε τοῖς νέοις τοῖς μεθ' αὐτῆς· Ἔγνωτε ὅτι ὁ Κύριος προσλαμβάνεται πάντας τοὺς προσερχομένους αὐτῷ καὶ ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν. Ἐλθόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν διακενῆς πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ ἐρωτώντων αὐτὴν, ὅτι ὅτε τὸν ἄνδρα εὕρομεν, ἓν σὺ ἔφης ὕβριν πεποιηκέναι τῇ θυγατρί σου, ὅτε δὲ αὐτὴν. Ταῦτα ἀκούσασα, ἠθύμησεν. Ἀνασάσα δὲ ἡ Πελαγία μετὰ τῶν ζώων αὐτῆς, ἦλθεν πρὸς τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Τί μαινομένη λυπᾷς, καὶ σὺ σωφρονεῖς; οὐκ ἐντρέπῃ ἀποσείλασα παρασῆσαι ἄνδρα ἅγιον, προσκυνοῦντα τὸν Κύριον πάσης πνοῆς, καὶ πάσης δυνάμεως; οὐκ ἀσχύνῃ ἐπιχειρήσασα πόλεμον συγκροτῆσαι μετὰ Θεοῦ; ἐὰν γὰρ ὁ δοῦλος αὐτοῦ ὁ Ἐπίσκοπος αἰτήσηται αὐτὸν, Ἄγγελον ἀποστελεῖ, καὶ ἐξολοθρεύσει πᾶσαν τὴν στρατιὰν τὴν ὑπό σε πεμφθεῖσαν ἐν ῥοπῇ μιᾷ, ἐπειδὴ αὐτῷ προσκυνεῖ, καὶ εἰσακούει αὐτοῦ. Ἀποκριθεῖσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτῆς λέγει, Καὶ τίς οὗτος, περὶ οὗ λέγεις ταῦτα; Λέγει αὐτῇ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, Βασιλεὺς βασιλευόντων, ᾧ καὶ ἐαυτὴν ἐξέδωκα, ἀποσταλεῖσα τὸν πρότερόν μου ὁρμασόν. Τότε σωπήσεν ἡ μήτηρ αὐτῆς, ὅτι Χριστιανὴ γέγονε· καὶ προσθεῖσα, πάλιν εἶπεν τῇ θυγατρί. Καὶ τίς ἐστιν ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ᾧ σὺ ἐαυτὴν ἐξέδωκας, εἰπέ μοι. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν ἡ θυγάτηρ· Τί πολυπραγμονεῖς περὶ τῆς ἀνεκφράστου θεότητος; Γίνωσκε γὰρ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ δεσπόζων οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ ὀρέων, καὶ βύθων, ὃς καὶ τὸ στερέωμα ἔκλεισεν, καὶ ἀβύσσους ἐσφράγισατο, καὶ ὄρον τῇ θαλάσσῃ ἐπέθηκεν τοῦ μὴ ὑπερβαίνειν αὐτὸν, καὶ τυραννήσας τῶν χέρσου; Ἐρωτᾷς περὶ δὲ Θεοῦ μου; Οὗτός ἐστιν ὁ πύλας χαλκᾶς συντρίψας, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσας, καὶ τοὺς νεκροὺς ζωοποιήσας.

cumque ejus sponsus se interemisset,

14 Ταῦτα ἀκούσασα ἡ μήτηρ αὐτῆς, ἀπέστειλε παραυτὰ πρὸς τὸν υἱὸν Διοκλητιανοῦ λέγουσα, ὅτι ἡ ὁρμασή σου τῷ Θεῷ τῶν Χριστιανῶν ὡρμάσθη. Ὁ δὲ ἀκούσας, συγκε ἀναμνησθείς, ὡς ὁ ἴδιος αὐτοῦ πατὴρ πρὸ τούτου ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν Χριστιανῶν, καὶ πολυτρόπως αὐτοὺς ἐτιμώρει· καὶ λέγει τῷ πατρὶ αὐτοῦ, Ἀνθ' ὧν ἡ νεωτέρα τὸν Θεὸν τῶν Χριστιανῶν ἐπεπόθησεν, δυνάται δὲ λοιπὸν ἐκεῖνον ἔχουσα, καὶ ἐμοὶ εἰς γυναῖκα γενέσθαι· ἐκ τοῦ λοιποῦ οὖν ἀποβλέψω d πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς, τοὺς C ἑαυτοὺς ἐκδιδόντας ὑπὲρ τοῦ ἰδίου αὐτῶν Θεοῦ, μὴ ἀρνουμένους αὐτὸν· καὶ ἵνα μὴ ἴδω αὐτοὺς καὶ ἑαυτὸν βασάνοις ὑποβαλλομένους, δικαίως ἐμαυτὸν φονεῦσαι ὑπὲρ αὐτῆς. Καὶ λαβὼν ξίφος εἰς τὸ ἑαυτὸν ἀνελεῖν, σχεῖν μὴ δυνάμενος τὸν πόθον διὰ τὸ θαυμαστὸν αὐτῆς κάλλος, κλαίων καὶ ἀναβοώμενος ἔλεγεν· Οὐαὶ τῷ κάλλει, οὗ ἐγὼ ἐστερήθην! οὐαὶ τοῖς μαζοῖς, οἷς ἐγὼ οὐκ ἀνεψαυσάμην! οὐαὶ τῷ σώματι, ᾧ οὐκ ἀπέλαυσα ἐγὼ τῆς φιλίας. Καὶ ταῦτα ἀναβοώμενος, μὴ φέρων τὴν μανίαν, ἐπιπεσὼν τῷ ξίφει, ἀπέθανεν.

adducta ad tyrannum

15 Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ αὐτῆς, ὅτι ὁ ὁρμασὸς τῆς θυγατρὸς αὐτῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνεῖλε διὰ τὴν θυγατέρα αὐτῆς, ἐνύμφομος γενομένη, ἐδήλωσε τῷ Διοκλητιανῷ διὰ τὴν θυγατέρα αὐτῆς· καὶ αὐτίκα λαβομένη τῆς παιδὸς, καὶ καταισχύσασα βίᾳ, καὶ κρατήσασα αὐτὴν, ἀπήγαγε πρὸς Διοκλητιανὸν, ἵνα μὴ παγγενεὶ ἐξολοθρεύσῃ αὐτούς. Καὶ εἰσελθοῦσα ἐν τῷ παλατίῳ, ἔστη ἐν μέσῳ· καὶ θεασάμενος ὁ Διοκλητιανὸς τὴν μητέρα Σὺν τῇ θυγατρὶ λέγει, Τί D τοῦτο ἐποίησας; Ἡ δὲ μήτηρ τῆς ἁγίας Πελαγίας ἔφη· Ἰδοὺ ἡ θυγάτηρ μου, ὑπὲρ ἧς ὁ υἱός σου ἑαυτὸν ἀνεῖλε· νῦν οὖν ποίησον ἐκ ταύτης τὴν ἐκδίκησιν ὃν ὑὸν σου. Ὁ δὲ Διοκλητιανὸς ὡς εἶδεν τὴν θυγατέρα αὐτῆς εὐπρεπεστέραν πασῶν τῶν γυναικῶν αὐτοῦ, καὶ τὸν παλαικίδων, οὐκ ἐλογίσατο ἐν ἑαυτῷ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐβουλεύσαλο μᾶλλον ἔχαρνον αὐτὴν ποιῆσαι ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ τότε εἰς γυναῖκα αὐτὴν λαβεῖν. Καὶ εὐθέως κελεύει τοῖς παρεσῶσιν αὐτῷ δορυφόροις ἐνέγκαι ἔμπροσθεν αὐτῆς ἄπειρον ὄγκον χρυσοῦ, βυλόμενος διὰ τῆς ἀπλησίας τοῦ χρυσοῦ δελεάσαι τὴν ἀμνάδα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἁγίαν τοῦ Θεοῦ κόρην, καὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς δοὺς ῥ' τάλαντα χρυσοῦ, ἀπέλυσεν αὐτήν. Ἡ δὲ ἦλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, χωρισθεῖσα τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς, χάρασα τῇ διαβολικῇ χαρᾷ.

16 Ὁ δὲ Διοκλητιανὸς ἐκέλευσε τὴν Πελαγίαν τῇ ἔσθεν παρασῆσαι αὐτῷ, ἐνώπιον τῶν στρατευμάτων αὐτοῦ, ὥσε ἔχαρνον αὐτὴν ποιῆσαι, καὶ εἶθ' ὕστως εἰς γυναῖκα αὐτὴν λαβεῖν. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὴν καλὰ πρόσωπον πάντων, Μίαν αἴτησιν αἰτοῦμαι παρά σου, ἵνα ἔχαρνήσῃ τὸν Χριστὸν, καὶ Σωαφθῇς μοι εἰς γυναῖκα, καὶ κυριεύσεις πάσης μου τῆς βασιλείας, καὶ ὁ γεννόμενός μοι ἐκ σοῦ ὑὸς βασιλεύσῃ μετ' ἐμὲ, καὶ ἐάν μου τὸ θέλημα ποιήσῃς, τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ μου διάδημα ἐν τῇ σῇ κεφαλῇ περιθήσω. Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ Πελαγία, μαινόμενον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ σου λαλεῖς τοιαῦτα, γνῶθι ὅτι οὐ ποιῶ τὸ θέλημά σου, ὅτε χρησιμεύω σοι ἐν οἷς λέγεις, ὅτε τὸ διάδημα τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σου δήσεις ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ κεφαλοῦ· οἶδα γὰρ ὅτι τρία διαδήματα ἐν τοῖς ὑφ' ἑαυτοῖς ἡτοιμασμένα μοι εἰσί, καὶ ἓν ἤδη κεκόσμημαι, τὸ μὲν πρῶτον διάδημα τῆς πίστεως μου, τὸ δὲ δεύτερον ὅτι ἑαυτὴν ἐξέδωκα ὁρμασθεῖσα τῷ Κυρίῳ, τὸ τρίτον τὸ τῆς νῦν ὑπαρχούσης μοι θλίψεως μετὰ τῶν ἀνθρώπων, δι' ὧν παρὰ τοῦ Θεοῦ χάρις οὐράνιος ἐκδέχεταί με· ἔσω οὖν γινώσκων, ὅτι τὸ θέλημά σου οὐ ποιῶ, καὶ τὸν Θεόν μου οὐκ ἀρνοῦμαι. Ὁ δὲ Διοκλητιανὸς ἀκούσας ταῦτα, ἐκέλευσε τοῖς παρεσῶσιν αὐτῷ στρατιώτας κομίσαι βοῦν χαλκοῦν, καὶ ξύλα, καὶ νάφθαν, καὶ σέαρ χοίρειον, καὶ ὑποκαῦσαι τὸν βοῦν. Καὶ ἐκκαύσαντες τὸν χαλκοῦν βοῦν καλὰ τὸ κέλευσμα τοῦ Βασιλέως, ἐποίησαν φάνεσθαι τὴν ἰδέαν αὐτοῦ ἀπὸ διασήματος ὡσεὶ πυρός· ἀπεῖχε δὲ τοῦ βασιλέως ὁ βοῦς πήχεις ν'. Καὶ παρέκησαν τὴν νεᾶνιν εἰς μέσον· ἰδόντες δὲ οἱ Πρεσβύτεροι καὶ οἱ Χριστιανοὶ, ὑπερήχοντο αὐτῆς, ὅπως παράσχῃ αὐτὴ ὁ Κύριος δυνάμιν καὶ ὑπομονήν.

promissa ejus contemnit:

17 Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔφη πρὸς αὐτὴν, ἀπόδυσαι τὰ ἱμάτιά σου, νεωτέρα. Ἡ δὲ Πελαγία ἰδοῦσα ὅτι ἀποδύειν αὐτὴν ἔμελλον, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐβόησε, λέγουσα πρὸς τὸν Βασιλέα· Μνήσθητι ὅτι αἱ γυναῖκες καὶ αἱ παλλακίδες σου ὁμοίως ἐμοὶ σάρκα ἐνδέδυνται. Καὶ μὴ φέρων ὁ Βασιλεὺς τὴν ἐν αὐτῷ οἰκοῦσαν ἐρωτομανίαν, ἐκέλευσε πολὺ πλέον τὸ τάχος ἐκδυθῆναι αὐτήν. Ἡ δὲ κατεσφραγίσατο, καὶ ἀποδυσαμένη ἐκουσίως, ἔρριψεν ἑαυτῆς τὰ ἱμάτια εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Βασιλέως, καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν, Τάχα σὺ εἶ ὁ

ipsa daemonem in tyranno agentem increpans,

δόλιος ὄφις, ὁ περιελθεὶς τῷ δένδρῳ, καὶ ὑπεισελθὼν τῇ Εὔᾳ, καὶ σωαρπάσας αὐτήν, καὶ πάλιν διὰ τῆς Εὔας πλανήσας τὸν Ἀδάμ, ὅθεν ἀμφότεροι ἔξω τοῦ παραδείσου ἐβλήθησαν. Σὺ εἶ ὁ δόλιος ὁ παρεισδύσας ἐν τῇ καρδίᾳ

A χαρδίᾳ ϗ Καΐν, ϗ ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ φθόνον ἐνσπείρας, ἵνα τὸν ϖαρθένον ϗ Cωαΐμονα Ἄβελ φονεύσῃ. Σὺ εἶ ὁ ϖαρασαθεὶς ἐν τῇ ἰδίᾳ σε ϖροαιρέσει ϗ ϖροπελέᾳ ἐνώπιον τοῦ Δεσπότου ἡμῶν, ἐξαιτήσας εἰς ϖειρασμὸν τὸν δίκαιον Ἰὼβ, ϗ ἀποκλέναι τὰ τέκνα αὐτοῦ, ϗ ϖάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ ἀπολέσας· Ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ τοῦ Χριστοῦ ἐκλείψουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, ἐξ ὧν ϗ σὺ τυγχάνεις, ϗ ἀφανισθήσῃ, ϗ ἀφανισθήσῃ εἰς τέλος· ϖροσέκοψας γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ, ᾧ ἐξέδωκα ἐμαυτόν. Ταῦτα εἰπὼν ἡ Ἁγία ϖρὸς τὸν Βασιλέα, ἅμα ϗ τὸν ϖαρεσῶτα αὐτῷ διάβολον διελέγξασα.

ultro in bovem se immittit.

18 Τότε ἀπορηθεὶς ὁ διάβολος ὑπεχώρησε, ϗ ὁ ἀλλότριος τῆς ἀληθείας ἀπὸ μήνυς ἑβόα· Ὢ βία ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν τῶν φονευόντων με! Ἡ δὲ νεᾶνις Πελαγία, ἐνδυναμωθεῖσα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δραμοῦσα, ἐκράτησε τὸν χαλκοῦν βοῦν, ϗ εὐθέως ἐξερρεύσαν ὡς κηρὸς αἱ Cάρκες τῶν χειρῶν αὐτῆς· μὴ δέ ὅλως ἢ ἀδυναμίᾳ, εἰσιλύεγχε τῷ κεφαλῷ αὐτῆς εἰς τὸ Cῶμα τοῦ βοὸς, ϗ ἐχάλασεν ἑαυτῷ ἔσωθεν αὐτοῦ, ϗ εὐθέως ἐῤῥεύσαν αἱ Cάρκες τῆς ὄψεως αὐτῆς, ϗ τῆς κοιλίας ϗ τὰ σπλάδια Cῶ τῶν πλευρῶν, ϗ ἅπαν μέλος τοῦ Cώματος, ἐν τῷ αὐτῷ εἰσελθεῖν ὅλῳ, ὡς ἔλαιον· ϗ ἐγένετο εὐωδία ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ ἐν ὅλῃ τῇ ϖόλει, ὡς ὀσμὴ μύρου· ϗ ἔτι μικρὸν αὐτῆς ἐμπνεύσης, τὸν Κύριον ἐδόξασε φωνῇ μεγάλῃ λέγουσα, Δόξα τῇ ἐλεούσῃ σε, μονογενὲς Υἱὲ τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὅτι ἐν ταῖς χερσί σου ἐπέτρεψαν οἱ πλανηθέντες, ϗ ἐν σοὶ ἐτελειώθησαν, νικήσαντες ϗ καταπατήσαντες τῷ τοῦ ἐχθροῦ δυνάμιν. Καὶ ὕτως ἐτελειώθη ἡ νεᾶνις Πελαγία ἐν Κυρίῳ.

cujus exemplo alii, duo Christum confitentur.

19 Δυσὶ δὲ ϖαρεσῶσι στρατιώταις ἔγγισα ϗ βοὸς λέγει ὁ Βασιλεύς, Ἴδετε εἰ ἔτι ζῇ. Τῶν δὲ στρατιωτῶν τὰ ὀνόματα εἰσὶ ταῦτα, ὁ μὲν εἷς ἐκαλεῖτο Θεόνικος, ὁ δὲ ἕτερος Ἰουλιανὸς· οἱ ϗ θεασάμενοι τῷ ἀληθρόρον τελειωθεῖσαν ἐν Κυρίῳ, εἶπον τῷ Διοκλητιανῷ, αὕτη οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἐμαρτύρησεν ὁμολογήσασα τῷ καλῷ ὁμολογίαν, ϗ τὸν ἑαυτῆς Δεσπότην μὴ ἀρνησαμένη. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἀκούσας τὰ ἀποκρίσεως αὐτῶν, ϗ τῶν τοιούτων ῥημάτων, ἐκέλευσεν αὐτοὺς δεσμίους γενέσθαι, ϗ βληθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ· ἐκέλευσε δὲ ἑτέροις στρατιώταις ἀπελθεῖν ϗ θεάσασθαι, εἰ ἄρα ὄντως ἀπέθανεν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες ϗ ἰδόντες ὅτι ἐτελειώθη, ἀνήγγειλαν τῷ Βασιλεῖ τεθνάναι αὐτόν. Τότε ὁ Διοκλητιανὸς μανεὶς, μεγάλῃ φωνῇ ἔκραξε, ϗ τὰς χεῖρας ἔπιβαλὼν ἐν τῇ στολῇ αὐτοῦ, κατέῤῥηξε τῷ ϖορφύραν αὐτοῦ λέγων· Ὢ ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν! ϖῶς ἐκδιδόασιν ἑαυτοὺς μέχρι θανάτου, τὸν Θεὸν ἑαυτῶν μὴ ἀρνούμενοι, μήτε ἐμοῦ αὐτοῦ τὸ θέλημα ϖοιοῦντες; μὴ ἄρ' ἀξιοπιστότεροί εἰσιν ὑπὲρ τῶν θεῶν μου; ἐγὼ τοίνυν τῶν ἐχθρῶν μου οὐκ ἐμπλήσω; Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐκέλευσεν τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Πελαγίας ταφῆς μὴ ἀξιωθῆναι, ἀλλὰ ἐῤῥίφη εἰς τὸ ὄρος, οὗ τὸ ὄνομα Λινᾶτον. Καὶ κατελθόντες τέσσαρες λέοντες, ἐπεκάθισαν τοῖς ὀπίσω αὐτῆς, φυλάσσοντες αὐτὰ ἀπὸ τῶν θηρίων ϗ τῶν ϖελεινῶν.

Reliquias servant leones

20 Ἐνεφανίσθη δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ μακαρίῳ Ἐπισκόπῳ Κλίνοντι, ὃς ϗ καλήκησεν αὐτῷ, λέγων ϖρὸς αὐτὸν, Εὐαγγελίζομαί σοι, ὅτι Cήμερον ἡ νεᾶνις Πελαγία, ᾗ ἠτήσω ϖαρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ οὐρανοῦ ϗ τῆς γῆς, ἐμαρτύρησε καὶ τὰς δεήσεις τοῦ σώματός σου. Ἀνασὰς οὖν, ϖροσένεγκε αὐτῷ ϖροσφορὰν τῷ Θεῷ, διότι ἀνεξάρνητος ἡ ὁμολογία αὐτῆς ἐγένετο. Ὑπεσήμανε δὲ αὐτῷ ϗ τὸν τόπον ἔνθα ἔκειτο ἡ ἁγία Μάρτυς Πελαγία· ϗ ἀπῆλθεν ὁ μακάριος Ἐπίσκοπος Κλίνων, ϗ θεασάμενος τὸν τόπον τῆς Μακαρίας, ἐώρακε ϗ τοὺς τέσσαρας λέοντας ϖαρεδρεύοντας τὸν τόπον, ἐν ᾧ καλέκειτο· οἵτινες ἰδόντες τὸν μακάριον, ἦλθον εἰς Cωάγησιν αὐτοῦ, ϗ ϖροσεκύνησαν αὐτῷ. Ὁ δὲ μακάριος ἰδὼν, χάρων ϗ ἀγαλλιώμενος, εἶτα λαβὼν τὸ λείψανον τῆς ἁγίας ϖαρθένου Πελαγίας, ἀνέκλινεν εἰς τὸ ὄρος· ϗ ϖροκόψας ὡς ϛαδίους δέκα, ἦλθεν εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ὄρους. Καὶ ἰδὼν τὸ ἄκρον αὐτοῦ, ὅτι ἐλελείωτο ὡς μάρμαρον, ἐμισθώσατο λατόμους, ϗ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον, ϗ κατέθετο τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Πελαγίας, ϗ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ ὄρους, Ὄρος Cωαγωγῆς. Καὶ ἐπέγραψε τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας ὕτως· Ἡ ἁγία Πελαγία, δοῦσα ἑαυτὴν ἀῤῥαβῶνα τῷ Θεῷ, ϗ μέχρι τέλους ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένη, ἐνθάδε ἀναπέπαυται ἐν σώματι, ἧς ἡ ψυχὴ ἐν οὐρανοῖς βασιλεύει μετὰ Ἀγγέλων. Ταῦτα ϗπιλελέσας ὁ Ἐπίσκοπος, ὕτω κατῆλθε χάρων, ϗ ἀγαλλιώμενος ἐν Κυρίῳ. Οὕτως ἐπλήρωσε τὸ μαρτύριον ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ Μάρτυς Πελαγία, δοξάζουσα Πατέρα, ϗ Υἱὸν, ϗ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. E

EX MS. VATIC.

donec condigne feliantur.

ANNOTATA.

a Ὁρμασὴ sponsa, *sicut infra num.* 7 ὁρμασὸς sponsus, *ab* ὁρμάζειν desponderе, *quod occurrit num.* 14. *Voces antiquis Græcis in hoc significatu ignotæ.*

b *Ex alio Ms. supplet Sirletus* qui vitam æternam consequi sperant *hoc enim deesse probat subsequens Pelagiæ interrogatio, quare eam vitam sperent.*

c Λένκον linteum: *cui extra Latinam linguam non est quærenda origo: exempla auctorum medii ævi habes apud Meursium in Glossario: sed quid iis opus, cum habeamus Ioan.* 13 *v.* 4, λαβὼν λένκον διέζωσεν ἑαυτὸν cum accepisset linteum, præcinxit se.

d *Sirletus vel in suo Ms. alium sensum reperit, vel ex ingenio proprio alium reddidit his Latinis verbis:* Num igitur post hac ego Christianos aspicere potere? Num seipsos pro Deo suo tradentes?

Lubet hic etiam exemplum proponere ejus formæ quæ Græci Officium ecclesiasticum quotidie variant, additis ad ea quæ singulis Dominicis ac feriis recitanda præscribuntur in Triodio, Paracletico & Pentecostario, propriis quibusdam de uniuscujusque diei uno aut duobus ut summum Sanctis.

F

PROPRIUM

DE S. PELAGIA V. M.

Ex Menæis excusis.

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ ΗΧΟΣ Δ'.

Βάπτισμα τὸ ϖάνσεπτον ϗ ἱερὸν ϗ Cωτήριον Πελαγία ϖοθήσασα, σπουδῇ ἐπεζήτησας· ϗ εὑροῦσα Μάρτυς τὸν μυσαγωγοῦντα μεθ' εὐφροσύνης ϗ χαρᾶς τῷ ϖοθουμένῳ θάλπος ϖροσέδραμες, ϗ ξενωθῆναι κατηξίωσε θεωρῶν, Ἀξιάγασε, ὡς νεᾶνις· ὀπίσω δὲ τοῦ νυμφίου σου ἔδραμες.

OMOION.

Κόσμον τὸν ἐπίγειον καταλιπροῦσα, ὡς ϖρόσκαιρον ϗ φθαρτὸν ϗ εὐμάραντον, τῷ θείαν εὐπρέπειαν, ὡς ἀεὶ ἐσῶσαν ϗ ὡς κεκλημένῳ διὰ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ϗ θυμηδίαν ϗ καθαρότητα, συνόλως καλεδίωξας· ϗ Παρθένος προσέκλησας τὸ Μαρτύρων τῷ εὔκλειαν, δι' ἀμφοῖν ἀναλάμψασα.

OMOION.

A

ΟΜΟΙΟΝ.

Ἄπειρον τὸ ἄφατον τῶν σῶν θαυμάτων τὸ πέλαγος, Πελαγία πανεύφημε· Χριστὸν γὰρ ποθήσασα καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ τελειοτάτῃ, τὸν ἀκισμῷ καὶ πυρὸς καὶ τῶν βασάνων καταπεφρόνηκας· διὸ σε, Καρτερόψυχε θαλάμη, πόλον οὐράνιον ὁ Νυμφίος ἐργάσατο, ὁ Σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ο ΚΑΝΩΝ ΟΥ Η ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ.

Πελαγία τὸν ἅγνον εἰκότως πλέκω.

ΩΔΗ Α΄ ΗΧΟΣ Δ΄.

Πελάγει τῶν θαυμάτων πλέοντι αὖραν ἔ Πνεύματος νῦν μοι παράσχου, Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Πελαγία πανεύφημε, καὶ πρὸς λιμένα εὔδιον τῶν σῶν ἐπαίνων καθοδήγησον.

Ξηρὸν βρέφος προγνωσικῶς τῷ Κτίσαντί σε ἀνατεθεῖσα, Σεμνή, τῶν φθαρτῶν ἀπέρριψας σοργήν, Πελαγία πανένδοξε, ἀρρενωπῶς· τὰ πάθη δὲ θείᾳ δυνάμει κατεπάτησας.

Ὑετρὸν θεῖον ὀπιθυμοῦσα δέξασθαι ἔ βαπτίσματος, Ἱερουργὸν εὑροῦσα ἔ Χριστοῦ, Πελαγία, προσέδραμες· καὶ μελασχοῦσα γέγονας φωτὸς ἐνθέου, Μάρτυς, ἐμπλεως. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

B Ἁγίων ἁγιωτέρα πέφυκας, Παρθένε ἄχραντε, τὸν τῶν Ἁγίων ἅγιον Χριστὸν ἐν ἀγκάλαις βασάσασα, τὸν θείκαῖς δυνάμεσι πᾶσαν τιμῶν περιέχοντα.

ΩΔΗ Γ΄.

Ἡ ὥσπερ τις ἀγαθὴ, προσωγεγαμμένη λογικὰ Σπέρματα, Μάρτυς Χριστοῦ πάνσοφε, ταῦτα δαψιλῶς ἐγεώργησας.

Πιθανῆς ὡς ἐκλεκτὴ, πρὸς τὸν Δεσπότην καὶ Θεὸν Σπεύδουσα, Μάρτυς Χριστοῦ ἔνδοξε, θείοις ῥωννυμένη διδάγμασιν. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

Ἀνέκησας, ὦ Σεμνὴ, τὸν πεπωκυῖαν μυ μορφὴν, τέξασα τὸν προφανῶς αἴτιον τῆς ὑπερφυοῦς ἀνασάσεως.

Ο ΕΙΡΜΟΣ.

Τῷ πόθῳ τοῦ Χριστοῦ τὴν ψυχὴν πυρωμένη, ὑπῆλθες ἀνδρικῶς ἐκκαέντι χαλκουργήματι, θεόφρον Πελαγία· καὶ γέγονας τῷ Δεσπότῃ σου εὐωδεστάτη θυσία· ὅθεν σήμερον τὴν πανήγυριν σου μνήμῃ φαιδρῶς ἑορτάζομεν.

ΩΔΗ Δ΄.

Ἠλιωμένη τοῦ Δεσπότου πορφύραν ἐνδεδυμένη διὰ λυτροῦ, Παιένδοξε, παλιγγενεσίας, πᾶσαν τὴν τοῦ βίου τερπνὴν πορφύραν ἐκδέδυσαι, Μάρτυς Πελαγία πανέντιμε.

C Ὀπόθεν τῶν ὑπερανίων ὡραιοτήτων τοὺς ἐπὶ γῆς ἡμαύρωσε πόθους, Ἄθλοφόρε· ὅθεν ἐπερώθης Χριστῷ, βοῶσα καὶ λέγουσα, Δόξα τῇ δυνάμει σου Κύριε.

Νενοσωμένην θρησκείαν καταλιποῦσα, τῇ τοῦ Χριστοῦ προσέδραμες θρῴᾳ, Πελαγία Μάρτυς παναοίδιμε, εἰδώλων πατήσασα πᾶσαν τὴν ἀπάτην, Θεόληπτε. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

Ἀνεπιγάμως ἐκύησας, ὦ Παρθένε, καὶ μεθ' τόκον ὤφθης παρθενεύουσα πάλιν· ὅθεν ἀσιγήτοις φωναῖς τὸ Χαῖρέ σοι, Δέσποινα, πίστει ἀδιαλείπτως κραυγάζομεν.

ΩΔΗ Ε΄.

Ἰσχυσας τοῦ ἐχθροῦ καθαλύσαι τὸ φρύαγμα, πανεύφημε Πελαγία, τῷ σαυρῷ τοῦ Δεσπότου σωθεῖσα καὶ χάριτι.

Ζωῆς χάροις ἀληθῶς σωαφθεῖσα Νυμφίου σου, Ὑπέρλαμπρε, μαρτυρίᾳ καὶ τῆς παρθενίας τὰς λαμπάδας καθέχουσα.

ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ. D

Ὁ Κύριος ἐν σοι, Θεομῆτορ, ἐσκίρτησε, τὸν ἀνθρωπον ἀναπλάττων, τὸν φθορᾷ πεπλεγμένον, ἀπάτῃ τῇ τοῦ ὄφεως.

ΩΔΗ ς΄.

Ζομίμως τῷ Χριστῷ νυμφευθεῖσα, προσέδραμες τὸ μαρτύριον τὸν δρόμον, ὑπερβαλλομένη τῷ σῷ Νυμφίῳ, καὶ λιμένι γαληνοτάτῳ τοῦτον προσέδραμες.

Πεπλάκη σῇ κορυφῇ ὡραιότατος στέφανος διχρυσοῦς, θεόφρον Πελαγία, Μάρτυς στεφανηφόρε· τὸν γὰρ πόθον μέχρι τέλους ἐτήρησας ἄτρωτον. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

Ἡν πρὶν μὲν τῆς ἀκοῆς τὸ Εὔας ἐξέχεεν ὁ σκολιώτατος ὄφις· σὺ δὲ μόνη τοῦτον ἐξετινάξω, Θεομῆτορ, τὸν ἀναρίθμητον τοῦτον κυήσασα.

Hic notatur canendus Hirmus, cujus initium, Θωΐσω σοι μελῳδὸν φωνῆς, *& Contacion festi, deinde præscribuntur legenda ex Synaxario, post quæ prosequitur Chorus cæptum Canonem de Sancta.*

ΩΔΗ Ζ΄.

Καμίνον δίκην τὸ κεκαυμένον, Μάρτυς, ὄργανον, θείῳ πυρπολούμενον αἵματι τοῦ Χριστοῦ ὑπομένουσα, ἐκραύγαζες· Εὐλογημένος εἶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν. E

Περιβάλλων τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις, ἔνδοξε Μάρτυς, γυμνωθεῖσαν θείᾳ περιβολῇ κατεφαίδρυνεσε, ψάλλουσαν· Εὐλογημένος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

Ὁ τοῦ Ὑψίστου ἡγιασμένον θεῖον σκήνωμα χαῖρε· διὰ σὲ γὰρ δέδοται ἡ χαρὰ, Θεοτόκε, τοῖς χραυγάζουσιν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν ὑπάρχεις, πανάμωμε Δέσποινα.

ΩΔΗ Η΄.

Ὡς Μάρτυς, ὡς λίαν ἀψευδής, Χριστοῦ πανεύφημε, τοῦτο δυναμιν ἐθεολόγησας, ἅπαντας θεοφρόνως ἐκδιδάσκουσα, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἕλκουσας ψάλλοντας· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα τὸν Κύριον.

Μαφῶς μνηστευθεῖσα τῷ Χριστῷ, τοῦ τυράννου ὁρμὴν πᾶσαν καθέσβεσας, θρίας πέλαγος βρύουσα, Πελαγία πανσεβάσμιε· καὶ διαδήμασι τρισὶ Μάρτυς κεκόσμησαι, Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα, βοῶσα, τὸν Κύριον. ΘΕΟΤΟΚΙΟΝ.

Πατρὸς ἐξ ἀνάρχου τὸν Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁμολογοῦμεν πιστοὶ, ἐκ σοῦ, Πανάμωμε, λέγοντες Σεσαρκωμένον τοῦτον μονογενῆ Λόγον Πατρὶ καὶ θείῳ Πνεύματι, καὶ βοῶμεν· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα τοῦ Κύριον. F

Tum canitur Hirmus, Χεῖρας ἐκπετάσας Δανιήλ.

ΩΔΗ Θ΄.

Λόγος ἐξεπᾶν οὐκ ἰσχύει τοὺς σοὺς ἐπαίνους, Πελαγία· πέλαγος θαυμάτων γὰρ βρύεις, ἔ σῷ Νυμφίῳ ῥώμην καὶ χάριτι· ὅπερ καὶ νῦν δυσώπησον, πάντας Σωθῆναι τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ἧσης τοῦ ἐφέσεως, νυμφηγεφανοφόρε Πελαγία· τῷ τῶν ὀρεκτῶν ἀκροτάτῳ, ἀξιωθεῖσα Μάρτυς, παρίστασθαι, καὶ τῷ τρυφῷ ἀπέλιφας τοῦ ἀγῶνος ἀπολαύσεως.

Κόσμῳ τῷ εἰρῆνῳ βραβεύειν τὸν σὸν Νυμφίον ἐκδυσώπει, Μάρτυς Πελαγία θεόφρον, τῷ ἐκκλησίαν φυλάξαι ἐκ πειρασμῶν, καὶ χάριτι τοὺς σε ὑμνοῦντας καταυγάζουσα. ΘΕΟΤΟΚ.

Ὁράθης παρθένος καὶ μητὴρ ὑπερφυῶς, Θεογεννῆτορ, Λόγον συλλαβοῦσα ἐκ Πατρὸς, Σεσαρκωμένον τοῦτον γεννήσασα· διὸ ὑπερνικῶν Σωζόμενοι σὲ, Θεοτόκε, μεγαλύνομεν.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΟΥ ΑΓ. ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΟΛΒΙΑΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΜΑΘΗΤΩΝ.

Ex Synaxario Ms. Collegii Claromontani S. I. Parisiis.

Οὗτος ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ Βασιλέως, ἡγεμονεύοντος Ἰουλίου Σέξτου Αἰλιανοῦ, Ἀγριππίνα καὶ Κλημεντίνα τῶν νεωκόρων θυσίαν ἐπιτελούντων τῇ Ἥρᾳ, ἐμαγκάζετο καὶ Ὀλβιανὸς ὁ ἅγιος Ἐπίσκοπος θύσαι· ὁ δὲ πολλαῖς ἀντιθέσεσι καὶ λόγοις τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν ἐξυμνῶν καὶ ἀποσεμνύνων, τοῦ δὲ εἰς τὰ εἴδωλα καχίζων καὶ διαβάλλων, πρῶτον μὲν ὀβελίσκοις ἐπυρωμένοις τὸ νῶτον καὶ τὰ σπλάγχνα διακαίεται· ὡς δὲ οὐκ ἐνεδίδου, ὁ δὲ θύσαι τῷ Ἡλίῳ ἐπείθετο, ἀνενεχθέντος περὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀνθυπάτου καὶ προσάξαντος, ῥάβδοις ἀφειδῶς τύπτεται, εἶθ' ὕστως μετὰ * τῶν μαθητῶν διὰ πυρὸς τελευτᾷ. Πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ περιεῖναι τῷ βίῳ ὁ Ἅγιος ἐπετέλεσε θαύματα, ἔτι καὶ μετὰ τὴν ὁσίαν κοίμησιν, ἔνθα κατάκειται τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον, ἐνεργεῖ, ὡς ἡ καθ' αὐτὸν ἱστορία δηλοῖ.

* *Ms. quidem ſolum habet* μετ' αὐτῶν, *cum ipſis, ſcilicet diſcipulis, ſed quia excidit diſcipulorum mentio, integravi ſenſum levi mutatione facta. Interjecto deinde S. Hilarionis Thaumaturgi elogio, quale dedimus* XXVIII *Martii, ſequitur*

DE MARTYRIBUS SCYTHOPOLITANIS

Ex eodem & Chiffletiano Mss.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀφροδισίου *, Μίλδα, Μαχροβίου, Οὐαλεριανοῦ, Λεοντίου, Ἀντωνίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἁγίων τῶν Σὺν αὐτοῖς, ἐν Σκυθοπόλει μαρτυρισάντων. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν Σύναξις ἐν τῷ Σεπτῷ Ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου Ἰακώβου, Ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, τῷ ὄντι ἔνδον τοῦ Σεβασμίου οἴκου τῆς πανάγιας ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐν τοῖς Χαλκοπρατίοις.

* *Ms. Chiffletianum ordinem nominum hunc proponit* Ἀφροδισίου, Λεοντίου, Ἀντωνίνου, Μιλδᾶς Οὐαλλεριανοῦ, Μαχροβίου καὶ τῶν Σὺν αὐτοῖς. *Taurinenſia vero Mss. ſervato nominum ordine, ſub quadam ſcriptionis diverſitate, ea variant: & unum eorum poſt nomina enumerata habet* καὶ τῶν Σκυθοπολιτῶν ἑξήκοντα.



APPENDIX
SIVE ADDENDA AVT EMENDANDA
AD IV PRIMOS DIES MAJI.

D. P.

AD DIEM J.

Fol. 2 *Col.* 2 *poſt nomen* B. Panaceæ *adde*

Ven. Geraldus Canonicus Regul. Anſcæ in Luſitania.

Ibid. col. 1 *ante alios prætermiſſos ponatur*

B. Donr. Garciæ Martinez Ord. Melitenſis in antiquo monaſterio Leſſenſi Portuenſis diœceſis Tranſlatio, *facta hoc die anno* 1598, *refertur à Georgio Cardoſo in Hagiologio; qui de eodem longe prolixius agit: quod poſteri noſtri in ſupplemento facere poterunt, eo quo mortuus eſt die,* 1 Januarii.

Fol. 3 *col.* 1 *lin.* 5 *poſt verba*, *In martyrologio Franciſcano Arturi*, adde, *& Hagiologio Luſitano Cardoſi, tam quam in vicina Luſitaniæ Caſtella natus.*

Ibid. col. 2 *ſub finem, hæc interſere:*

B. Blaſius, Epiſcopus Suanenſis, *hac die inſcribitur Aciei bene ordinatæ plurium Sanctorum ac Beatorum utriuſque ſexus Ordinis Carmelitarum, ex variis Martyrologiis & Kalendariis collecta per R.P. Philippum à Viſitatione, Carmeli Valencenenſis Suppriorem, ſecundùm edita anno* 1679. *Auctor in Notis ad eamdem manuſcriptis (quarum ut rationem haberem ſaltem inter Prætermiſſos rogavit, uti libenter ad alios dies & feci & faciam) ſic ſcribit:* B. Blaſius, ex urbis Senenſis & Carmelitanæ Religionis alumno & vere religioſo, factus Soanenſis Epiſcopus, tanta valuit ſanctimonia, ut nedum ſurdos, claudos, leproſos & alios infirmos mirabiliter curaverit, verum & cuidam mortuo viram feliciter reſtituerit, quam ipſe ad annum 1287 ſancte depoſuit in Carmeli Senenſis templo ſepultus 1 Maji. Exinde miraculis ante & poſt mortem clarus, à populo ſemper excultus fuit. De illo latius agunt Sigiſmundus Titius Parochus Senenſis, Philippus Merius, & Alexander Calloſſus in Vita illius &c. *Optamus auctores hos videre: interim habemus Italiam ſactam Ferdinandi Vghelli, in cujus tom.* 3 *videtur ſatis accurate deduci ſeries Epiſcoporum Suanenſium, nec tamen ullus ibi* Blaſius; *ſed econtra an.* 1285 *morienti cum opinione ſanctitatis Davidi (qui ex Ordine Ciſtercienſi & monaſterio S. Galgani aſſumptus fuerat) ſuffectus dicitur à Martino* V, *poſt Donati, Nicolai & Rufini electiones ſucceſſive fruſtratas, Marcus quidam Aſiſienſis Canonicus, quem conſtat ex publico inſtrumento ibi adducto adhuc viviſſe anno* 1286 *menſe Martio. Habemus etiam Faſtos Senenſes, ubi omnes quotquot in ea civitate vixere aliqua ſanctitatis fama noti, collato ſtudio totius Academiæ Inthronatorum, Kalendatim digeruntur; ſed abſque* Blaſio. *Quin & ipſimet anno* 1661 *eccleſiam Ordinis Senis adivimus, & de talibus accurate interrogavimus Patres illos, qui tamen de eo nec verbum fecerunt. Quare pleniorem & certiorem de illius promotione, ætate, ſanctitate & cultu notitiam expecturi deluiſſe cenſeo, abſque ullo ejus vel auctorum dictorum præjudicio,*

Fol. 4 *col.* 1 *ante* S. Sabam *ponantur*

Elizabeth Evangeliſta, *Ordinis S. Dominici Samorræ in Hiſpania; &* Angelus Boninſegna, *ejuſdem Ordinis, Antiochiæ martyrio affectus à Saracenis: qui ambo cum titulo* Beatitudinis *referuntur in Anno ſancto dicti Ordinis, à Dominico de Herre Belgice vulgato.*

Ibid. Mafalda Regina..... *de ea latius agemus inter Prætermiſſos*. Subſtitue *Vitam dabimus in anniverſario Depoſitionis*, 2 Maji.

DE S. PHILIPPO APOST.

Fol. 11 *num.* 24 adde: *Deinde vero per litteras ſignificavit, quod eidem Capiti, decentius deinceps conſervando, D. Bernardus Ignatius Comes à Martinicz, ſupremus Regni Burggravius, Eques aurei Velleris, S.C.M. Conſiliarius actualis intimus, & in Regno Bohemiæ primarius Locumtenens Regius, curavit ſtatuam pectoralem argenteam inauratam pulchri operis, quam eccleſiæ Metropolitanæ tradidit anno* MDCLXXIV *die* 1 Februarii.

DE S. JACOBO APOST.

Fol. 22 *col.* 1 *Ne quis, ſtabilitæ à nobis ante Aprilem Chronologiæ ignarus, ſoloſque Baronii calculos ſequi doctus, offendatur numero anni juxta æram vulgarem notati, ſic lege primam lineam.*

Annus is erat à morte Chriſti quartus, æra autem vulgaris (cui annos quinque præponendos jam alibi demonſtravimus) annus XXXIII. E

Et rurſus lin. 5.

Annus is erat ex uſu vulgi jam dicendus XLVII, *à vero autem Chriſti natali numerandus* 11.

Fol. 24 *col.* 2 *ad finem* §. 3 *addantur ſequentia:*

Adde hic ſi placet ex Cardoſo, S. Iacobi Minoris cultum uſque in mare Atlanticum à Luſitanis propagatum: civitas enim Funchal, inſulæ Materiæ caput & Epiſcopali Cathedra inſignis, anno MDCVII *petiit à Paulo* V *Pontifice Maximo, atque per Breve* XVII *Decembris expeditum impetravit, ut ſibi liceret agere feſtum ejus, cum proprio Officio atque Octava per modum Duplicis* 1 *Claſſis, idque* 2 *die Maji, ne S. Philippo detrahatur quidpiam. Tam ſingularis autem venerationis cauſam refert Cardoſus ex Doctore Gaſpare Fructuoſo, in ſua Inſularum hiſtoria lib.* 1 *cap.* 26 *ſic ſcribente:* Anno MDXXI ingens mortalitas depopulabatur civitatem, ſicuti etiam annis prioribus continuis aliquot. Ut ergo tanto tamq; diuturno malo remedium inveniretur, placuit Capitaneo Simoni Gonſalvio atque Senatui ſortes jacere, quem Patronum ſuæ civitati legerent; & ſors cecidit ſuper S. Jacobum Minorem. Mox igitur erecta eſt ſumptu publico eccleſia inſignis, ad quam ducta quidem ſupplicatio eſt, non tamen peſtilentia prorſus extincta: ſed annis ſingulis recrudeſcens F ſæviit uſque ad annum MDXXXVIII. Tum vero injecta quibuſdam cogitatio eſt (quam divinam fuiſſe inſpirationem exitus ipſe docuit) ut auferrentur tigilla tam majora quam minora ab ædibus, quæ tali ſigno jubebantur caveri, interdicto cum inquilinis commercio; utque tam ſani quam infirmi promiſcue inter ſe verſarentur ſuæ quique domi, atque inſtituta proceſſione prædicta tigna comportarentur ad altare jam pridem electi Patroni, quemadmodum ibidem adhuc ad perpetuam rei memoriam ſervantur. Redeuntes autem à proceſſione domum, qui illam fuerant comitati ſani, ſuos quique infirmos ſanatos invenere: neque ex ea die peſtis amplius ulla afflixit inſulam, ſolenniſſimo deinceps feſto die 2 Maji beneficium commemorare ſolitam, cultu nihili minori quam adhibeatur ad celebrandum feſtum Corporis Domini. *Hactenus Gaſpar. Addit Cardoſus:* Etiam inſula Capitis-viridis ſolenniſſime feſtum ejuſdem ſancti Apoſtoli agit, quotannis nova excogitans argumenta demonſtrandæ publicæ hilaritatis, eo quod die ejus feſto primum detecta à Luſitanis anno MCCCCLXVIII illac præternavigantibus, nomen illius tunc acceperit.

A *Fol. 26 poſt num.* 30 adde:

Quæ inter Petavium noſtrum & Salmaſium agitata eſt aliquandō quæſtio, ab hoc inconſtantiſſimâ intricatione perplexa, ab iſto ſolidiſſime diſſoluta, Majoribusne *an* Minoribus Apoſtolis *accenſendus ſit* S. Jacobus Hieroſolymorum Epiſcopus, *hîc à nobis non tangitur. Non enim* Minorem Jacobū *dici aſſerimus eo ſenſu, quo homo hæreticus ipſum retrudit ad inferiora ſubſellia, tamquam coadjutorem & miniſtrum Majorum Apoſtolorum, quales fuerunt SS. Clemens, Timotheus, aliique ipſorum diſcipuli, paſſim ſoliti* Apoſtoli *nominari à Græcis: ſed ſolum dicimus, non magis ipſum fuiſſe è numero duodecim, quam fuerit ipſe Paulus, extra ordinem poſt Chriſti mortem adſcitus, & pari cum duodecim poteſtate ad Eccleſiæ totius regimen donatus: quam poteſtatem etiam in Iacobo Fratre Domini agnoſcimus: adeoq; nihil præjudicamus iis, quæ lib.* 1 *de Doctrina temporum cap.* 7 *&* 8 *definiuntur à Petavio.*

Fol. 28 *col.* 1 *num.* 40 *poſt medium ante hæc verba: Habet etiam civitas Ancona, interpone:*

Brouwerus in Annalibus Trevirenſibus ad an. 855 *recitat Inſtrumentum, quo enumerantur donaria & Reliquiæ, à Lothario Iuniore ad cultum monaſterii & eccleſiæ Prumienſis oblatæ, coram Thietgaudo Trevirenſi & Rutgando Arelatenſi Epiſcopis; primoque inter Sanctorum oſſa loco ponit,* manum S. Jacobi Fratris Domini cum

B parte brachii.

Fol. 34 *in Annotatis lit.* b *ſcribitur* Judæ & Simeonis: *iterumque* Judam & Simeonem; *utrobique lege* Simonis, Simonem, *ne forte de ſecundo Hieroſolymorum Epiſcopo Iacobi Adelphothei ſucceſſore, Chriſti (ut fertur) conſanguineo, loqui nos putet aliquis.*

DE S. ANDEOLO.

Fol. 35 *num.* 4 *lin.* 6 *poſt hæc verba* clarere miraculis, *adde:*

Idem auctor pag. 207 *ex inſtrumento Leodegarii Vivarienſis Epiſcopi ſub nota anni* MCVIII *hæc profert verba:* Ego Leodegarius Epiſcopus, cum conſilio Clericorum, eccleſiam S. Andeoli in loco qui Burgias dicitur, ubi ſacratiſſimum corpus ejuſdem Martyris quieſcere videtur, temporalibus bonis quondam locupletem, nunc autem multis modis attritam, committimus atque donamus ſub cura & providentia Leberti Abbatis S. Rufi: *Sub qua novum loco cultum & Sancto venerationem acceſiſſe, nequaquam eſt ambigendum: quo autem nunc loco res ibi ſint neſcimus, ſed veremur ne cum reliquis illorum tractuum ſanctuariis, etiam hoc violatum ſit ſuperioris ſeculi funeſta rabie, quæ hæreſim Calvinianam omnibus poſt futuris ſeculis reddidit execrabiliorem.*

C *Fol.* 39 *Poſt Vitam ſeu Paſſionem S. Andeoli additam voluiſſemus miraculorum vel hiſtoriam, vel mentionem ſaltem, ſi eorum notitiam habuiſſemus. Hanc nunc aliquam accipimus ex tractatu Ioannis Columbi noſtri, lib.* 2 *de Geſtis Epiſcoporum Vivarienſium, ubi hoc eorum proponitur initium:* Cum in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis glorioſiſſimus atque piiſſimus Karolus Rex Burgundiæ ſeu Provinciæ Galliæ, mare uſque terminato, Deo favente potiretur imperio; anno ſiquidem incarnationis Dominicæ DCCCLVIII. *Ea ut haberemus operam dedimus, ſed hactenus irritam: quare rogamus etiam poſt hac ipſa nobiſcum communicari, ut vel in ſupplemento Maji dari aliquando poſſint.*

DE S. FLORINA.

Fol. 47 *poſt num.* 5 *adde:*

P. *Ioannes Columbi; cujus erudita opuſcula omnia in unum collecta volumen nuper prodierunt. libro* 2 *de geſtis Vivarienſium num.* 59 *deſcribit membranam, apud Canonicos Vivarienſes ita continentem:* Inenarrabilis memoriæ Leodegarius, hujus Eccleſiæ Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis legatus, cum multas Sanctorum reliquias ad eccleſiam B. Vincentii contuliſſet, & eam multis & variis ornamentis ornaſſet; volens parietes ipſius, qui jam ruinam minabantur, in melius reformare; cum partem illam, quæ Caput dicitur, diruere; invenit ibi plurimorum Sanctorum reliquias, quas beatiſſimi prædeceſſores ſui, de diverſis partibus mundi ad eccleſiam iſtam contulerunt: quas omnes cum magna devotione poſuit, & eorum ſcripta conſcribi fecit. *Id eſt earum catalogum texi: hic enim ibi ſubſequitur ipſis antiquis verbis: & ſunt ea notorum Sanctorum pleraque, niſi quod ignota nobis miſceantur nomina* S. Veſterii, S. Troci, S. Theofredi, S. Arcontii Brinocenſis, S. Cannati, S. Foræ, S. Tutaël: *de quibus gaudebimus aliunde diſcere. Cujus autem cauſa hæc indicamus, eſt* Caput S. Florinæ Virginis & Martyris, *ante Vrſulanarum reliquias ſub finem nominatum. Quas* omnes, *ait prædictus auctor,* ſancte ſervavit Vivarienſis eccleſia uſque ad Patrum noſtrorum memoriam, cum Calviniſtæ illuſas & injurioſo pede calcatas dederunt ignibus. *Iſte autem adeo laudatus* Leodegarius *anno* MCVI *fuiſſe invenitur Epiſcopus, &* MCXVII *Concilio Trenolchiano interfuiſſe.* E

D *Caput S. Florinæ Vivariis.*

DE S. THEODULPHO.

Fol. 100 *col.* 2 *poſt primam lineam dele ſequentes quatuor & has ſubſtitue:*

Quos ex priori conjuge *genitos, atque* è ſinu Sigeſari Epiſcopi abreptos, *teſtatur Olympiodorus apud Photium in Bibliotheca: idemque Olympiodorus addit, Ataulpho, poſt ſolenniter celebratas cum Galla nuptias Narbonæ Galliæ urbe, natum eſſe ex hac ſecunda conjuge filium,* cui Theodoſio nomen dedit; *extinctum autem poſtea* infantem vehementer luxit: *quidni ſimiliter, ſecundo vel tertio aut etiam quarto ſui conjugii anno; alios etiam filios ex marito barbaro Galla peperit? quibus vel tyrannus Sigericus pepercerit, propter tenellam ætatem nonnullamque matris commiſerationem, vel cura nutritiorum profuerit ad latendum, brevi illo ſeptem dierum ſpatio, quo is regnum tenuit; ſuccedente Walla, moribus diverſiſſimo & Romanæ pacis, quam Ataulfus fuerit meditatus, concludendæ ſtudioſiſſimo, quod mox fecit, reſtituens Imperatori ſororem, cum duobus (ut opinari libet, donec contrarium aliunde doceatur) liberis ex Ataulpho prædicto. Don Ioſeph Pellicer in Appendice ad Apparatum Monarchiæ Hiſpanicæ antiquæ, de duobus Maximo & Marco diſtinguendis, pag.* 14 *agit de* Theodorico, *quem Sigeſarus ſubduxerit filiorum Regalium cædi, natum ex Platidia: ſed nolo Dextrinis figmentis conjecturam meam ſtabilire: ſatis eſt in veteri hiſtoria nihil eſſe quod obſtet, in Olympiodoro vero, ſcriptore coævo, etiam quod faveat. Certe* Theodolphi *ac* Theodorici *nomina &c.*

F

DE S. EVERMARO.

Fol. 121 *col.* 1 *ante num.* 6 *adde ad finem num.* 5

Ioannes Merſæus Cratepolius in Catalogo Electorum Eccleſiaſticorum cap. 4, *quod continet Epiſcoporum Tungrenſium & Leodienſium Annales, cum memoria Sanctorum qui ſub iis floruerunt, etiam* S. Evermarum *nominat, ut qui* ab impiis innocenter occiſus, Chriſti Martyr effectus, crebriſque & inſignibus miraculis declaratus eſt fuiſſe in conſpectu Domini pretioſus.

Fol. 137 *col.* 1 *in Annot. litt.* e, *ad dexteram Moſæ ripam,* lege, *ad lævam.*

DE VENERABILI GERALDO

D.P. *ORDINIS CANONICORVM REGVLARIVM.*

ANSEDÆ IN LVSITANIA.

Olim. Canon. Regul.

DEcem ab urbe Portuenſi leucis, *in ripa Durii fluminis, locus eſt, à trecentis & quinquaginta circiter familiis habitatus, propter irrigui undiq; ſoli commoditatem;* Anſeda *nuncupatus, ex nomine, ut fertur, cujuſdam nobilis Gothi. Huic mons adjacet, aſper atque aridus, in cujus medio conſpiciuntur veteris eccleſiæ parietes adhuc integri, triplici fornice deſuper commiſſi, quam fuiſſe monaſterii, S. Mariæ de Hermello dicti, indubitata traditio eſt. Canonicalem eam eccleſiam fuiſſe eâdem traditione creditur. Hoc certum, quod Æra* MC LXXIX, *id eſt anno Chriſti* MCXLI, *non ibi, ſed Anſedæ, conventus fuerit Canonicorum Regularium, S. Andreæ nuncupatus, quibus eorumque Priori Adenulfo Rex Alphonſus,* VIII *Kal. Maji, latifundia donavit ingentia, cum juriſdictione perquam ampla; quæ cum veniſſent in Commendam D. Emanuelis de Souſa, & hic ad Portuenſem*

B *Cathedram eſſet evectus; D. Catharina, pro ſuo nepote*

nunc Pradicatorum eccleſia *Sebaſtiano regnum adminiſtrans, anno* MCLIX *impetravit ab Apoſtolica Sede licentiam, Canonicam iſtam convertendi in poteſtatem Ordinis S. Dominici, cui tunc Provincialis exiſtens Venerabilis P. Fr. Ludovicus Granatenſis, ibidem conſtituit Vicarium, capitulariter deinceps eligendum à ſex, quos Ordo iſtic habet, Religioſis.*

2 Hoc in loco, *(uti in ſuo Hagiologio ſcribit Georgius Cardoſus, cujus Annotationes jam dictam illius deſcriptionem ſubminiſtrarunt)* hoc, *inquam*, in loco præſenti die honoratur quædam grandis pretii Reliquia, vulgariter nuncupata CAPUT SANCTUM, propter continua miracula quæ per ipſum operatur Altiſſimus: propter quæ etiam aſſervatur magno

habet Caput ſanctum, cum decore in capſa deaurata proprioque ſacrario intra altare venerabilis Sacramenti. Ex traditione (cujus in ſimilibus caſibus magna ſolet eſſe auctoritas) pro certo creditur, ipſum eſſe probi cujuſdam Canonici, nomine D. Giraldi, qui perquam honeſte ac laudabiliter vixerit in monaſterio Hermellenſi Canonicorum quondam Regularium, quales etiam in monaſterio Anſedenſi fuerunt: cujus corpus ad latus aræ majoris tumulatum, pro majori devotorum ipſum invocantium commodo fuerit translatum à Priore quodam ſub altare Dominæ noſtræ,

C Caput vero ad eccleſiam Anſedenſem: ubi hoc die colitur inter manus unius Sacerdotis linteati atque ſtolati, qui ipſum à mane uſque in noctem, ardentibus cereis utrimque facibus, oſculandum præbet, oculiſq; ac capiti accedentium undique devote admovet. Ex hoc autem pio contactu plurimi, à lupis vel rabidis canibus admorſi, miraculoſam recuperant ſanitatem, nec non alii quicumque herpete, ſcabie vel rabie infecti. Uſque adeo autem fides accurrentium ſucceſſibus iſtis roborata eſt, ut panniculos, ſtramenta, fœnum ſacro Capiti admoventes ſecum pro Reliquiis auferant, etiam in remotas partes, eoſdemq; ibi experiantur effectus, quibus heroica defuncti illius ſanctitas comprobatur.

miraculis clarum,

3 *Hactenus in textu Cardoſus, in Annotatis vero addit, quod* Sepulcrum ſaxeum, in veteri Hermellenſi eccleſia, ſic inſertum eſt parieti ſacelli majoris, ut

& in monte ſe. ulcrum venerabilis Geraldi, aforis dumtaxat conſpiciatur; idque pluſquam palmum ſupra terram elatum, ſed injuria temporis aëriſque ſic affectum, ut inſculpti Gothicis litteris epitaphii ſola ſecunda linea legi uteumque poſſit; quę dici queat eo fine conſervata divinitus, ut notitiam nominis ad poſteritatem tranſmitteret. Porro ſupra ipſum lapidem ex parte ſiniſtra pullulat exigua ficus, cujus folia ad facilitandos periculoſos partus plurimum valere experientia compertum eſt: quiſquis autem doloribus lateris cruciatus, ipſum devote applicat eidem lapidi, perfectam ſolet ſanitatem recipere. Atque hæc omnia habentur ex Fr. Joanne Lopez parte 5 Chronicæ Dominicanorum lib. 2 cap. 34: Fr. Ludovico de Souſa in 3 parte hujus Provinciæ lib. 6 cap. 2: Gaſpare Alvaro Lonſada lib. 2 Terrirorii inter Durium & Minium fol. 333: atque ex teſtimoniis variarum perſonarum Eccleſiaſticarum ac ſecularium, Deum timentium ac fide dignarum, juridice exceptis à P. M. Fr. Emanuele de Figueredo, Vicario Anſedenſi, anno MDCLVIII die XIX Junii ad inſtantiam Abbatis de Refojos Michaëlis Brandani de Silva, in ipſo conventu commorantis.

cum ficu miraculoſa.

E

4 *Digna iſthæc viſa ſunt nobis, quorum reſpectu prædictus* Giraldus, *cujus capiti ac ſepulcro is cultus defertur ab immemoralibi, quem ſolis* Sanctis *aut* Beatis *deferendum eſſe Eccleſia definivit, hoc in opere collocaretur, ſaltem cum titulo* Venerabilis: *quouſque concedatur à poteſtate ſublimiori uſus tituli religioſioris: nullius tamen addito anni vel ſeculi charactere; quia nullus uſpiam inveniturexpreſſus. Quod ſi conjectura facienda ſit aliqua, &, ſi Canonicorum Regularium Ordini, qualis ſub Eugenio* III, *& Alexandro item* III, *ac Regula S. Auguſtini, toto orbe refloruit, annumerari* Geraldus *ipſe debeat, poſſet is ſeculo* XII *adſcribi, crediq; fuiſſe unus aut etiã primus præcipuuſq; eorũ quorũ ſtudio decus Canonici inſtituti reſtauratum ſit Anſedæ, & ad novum S. Andreæ conventum deducta colonia: ſic tamen ut ipſe vel in monte manſerit, vel ad eumdem redierit veteris eccleſiæ ædilis atque cuſtos, ſacrorum iſtic faciendorum cauſa. Horum enim conſuetum ordinem cultumque ſeculis adhuc aliquot ibi fuiſſe conſervatum, perſuadet ſuperſtes etiam nunc fabrica: in cujus latere quod ſupereſt epitaphium, utinam diligenti curâ aliquis exprimat mittatque ad nos, pro longo quem habemus dignoſcendorum cujuſvis ætatis characterum uſu, ex ambeſis notarum qualiumcumque reliquiis aliquid forſitan elicituros, quo operæ pretium tuliſſe ea diligentia videatur.*

videtur vixiſſe ſecu. lo 12.

F

AD DIEM II.

Fol. 166 col. 2 ante nomen S. Antonini.

B. Mafalda, Luſitaniæ Regis filia, Ordinis Ciſtercienſis Aroquæ.

Fol. 168 col. 1 circa finem interſere

S. Lucifer Epiſcopus Calaritanus *(ſicuti ad nos ſcripſit qui Vitam Italice à ſe collectam miſit, poſtquam hic Tomus pridem impreſſus erat, Mag. Fr. Ambroſius à Tarento Auguſtinianus) feſtive colitur Calari hoc die: nos ejuſdem Sancti Acta pridem etiam Latine collegimus, & ex Italicis ſuppleta dabimus* XX Maji.

Fol. 182 col. 2 num. 6 lin. 12.

Exiſtimari, quam exiſtimetur, dele, *quam exiſtimetur.*

DE S. ATHANASIO.

Fol. 191 poſt num. 36 adde

Anonymus auctor Orationis de rebus in Nicæna Synodo geſtis, apud Lipomanum & Surium 10 *Iulii, multa fabulatur de acceſſu Patrum ad urbis Conſtantinopolitanæ Dedicationem:*

A *dicationem ; qui cum honoris causa apud S. Metrophanum, regia illius urbis Episcopum, convenissent ; isque in sua Sede successuros sibi Alexandrum & Paulum prædixisset, conversus ad Alexandrum Alexandrinæ Ecclesiæ Antistitem dixerit* ; Et tu, Frater Alexander, egregium relinques successorem : & manu accipiens Archidiacorum Athanasium, *subjunxerit*; Ecce strenuus Christi miles : is te sequetur, qui non solum una cum Alexandro fratre meo decertavit adversus Arii impietatem, sed adhuc cum eo multa & magna suscipiet certamina : non solum autem eum manent secunda, sed etiam cum forti ac strenuo Paulo sustinebit tertia. *Hæc quam tempore non sito dicta scribuntur, cum diu ante Nicænum obierit Metrophanes, & quinquennio post illam celebrata sit urbis Dedicatio (sicut recte observat Baronius) ita aliquo alio tempore vere esse dicta, non potest ex sola ejusmodi auctoris assertione verosimiliter credi : prius enim probandum foret, aliquando vel cum puero Athanasio Constantinopolim excurrisse Alexandrum, Metrophanemque vidisse.*

Fol. 203 *num.* 110 *lin.* 8 *post hæc verba*, prænarratæ fabulæ, *adde*

B *Placuit deinde consulere Annales Christophori Broweri, Trevirensium traditionibus, utcumque excusabilibus, haud facile quidquam detracturi : invenimusque de hoc puteo solicite quærentem, tandem nihil verosimilius judicasse, quam quod in quibusdam de Translatione S. Mathiæ antiquis Mss. legitur*, Puteum hunc neglectæ vetustatis, à Christianis fuisse oppletum ossibus cineribusque Martyrum : *additque* patrum memoria lectos versiculos, quibus in eodem puteo condita fuisse trecentorum Martyrum Thebæorum capita diserte prodebatur. *Atque* hinc *putat*, credulâ inter faciles & incuriosos acceptum famâ, Reliquiarum amore juxta delituisse Athanasium. *Quam hujus latitationem postquam animose & sincere refutavit Browerius, etiam ingenue agnoscit de Symbolo*, vix ullam satis idoneam *sibi* apparere causam ejus Confessionis apud Treviros exhibendæ ; *eoq; se potius trahi, ut credat*, ejus edendæ necessitatem Athanasio Romæ fuisse impositam, quando ejus apud Julium ab Ariano Eusebio clam oppugnata litteris integritas est, *eoque propendere ait, quamvis videat* scriptores passim ab annis amplius quadringentis solis Treviris eam gloriam tribuere, pro Romanis vix quemlibet unum stare. *Alexander Wilhemius &c.*

Ibid. post num. 111 *adde*

Hactenus scripseram ex communi sensu, tribuente Symbolum istud S. Athanasio ipsi, cujus nomen præfert, tamquam auctori : nec enim adhuc legeram aliquem, qui ea de re mihi injiceret scrupulum ; quem alias movere debuisset vel leviter attendenti ad verba, tam distincta Eutychiani & Nestoriani erroris condemnatio, quam continet pars Symboli ejusdem secunda, ubi dicitur Christus, licet Deus sit & homo, non duo tamen sed unum *esse:* unus autem non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum; unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. *Animum ergo, ad alia plurima investiganda distractum, primus mihi (ut quod res est consuetâ ingenuitate profitear) Pasqualis Quesnel revocavit, in Appendice ad S. Leonis Magni Dissertat.* 14, *agens de variis fidei libellis seu formulis descriptis post antiquissimum eumdemque amplissimum Codicem Canonum ecclesiasticorum & Constitutorum Apostolicæ Sedis, qui ab Innocentio* I *usque ad Leonem* I *inclusive in usu Romanæ Ecclesiæ fuit. Etenim cum de singulis istis suo more breviter eruditeque tractasset, nec in iis Athanasianum Symbolum inveniretur, sumit hinc occasionē agendi de ejus ætate atque auctore : sic tamen ut ipsius textus Ecclesiæque eo utentis auctoritati decedere patiatur nihil. Ejus hac de quæstione digressiunculam ad instruendum minus eruditum lectorem, qui*

C *Symbolum* Quicumq; vult,

forte, ut ego, in ejusmodi disputationem hactenus non inciderit, ipsius Paschalis verbis dare malim, ut sit

D

APPENDIX

Ad Caput x de Vita S. Athanasii.

Symbolum, vulgo S. Athanasii dictum, cujus sit ætatis & auctoris?

antiquioribus ignotum

POst *undecim formulas seu* libellos fidei, editos *sub nominibus Apostolorum, Synodi Nicænæ, Synodi Constantinopolitanæ, contra Pelagium, contra Arianos, Faustini, Anonymi ac forte Gregorii Bætici, Augustini, alterius Anonymi, Damasi Papæ, tertiique Anonymi*; Post tot, *inquam* fidei libellos, quos studiose servabat Ecclesia Romana in suo Canonum Decretorumque Codice, mirabitur aliquis inter eos desiderari præclaram illam fidei confessionem, quæ Symbolum S. Athanasii dicitur, & cujus laus in Officio Ecclesiastico per omnes Occidentalis saltem orbis Ecclesias. Quod certe Symbolum numquam prætermissum esset à Romanis, alias longe minoris momenti E formulas in illum suum Codicem conjicientibus; si illud tunc temporis eisdem innotuisset : præsertim vero si, quod contendit Emin. Card. Baronius, eam fidei suæ confessionem Romæ S. Athanasius edidisset Latino sermone, recitassetque coram Pontifice eique assidentibus Episcopis. Augebit admirationem, quod in illo testimoniorum delectu, quem S. Leo cum epistola sua 134 ad Leonem Augustum misit, quique ab eodem vel ab alio insertus est Codici Romano sub Capitulo 41; quod, inquam, Symbolum illud Athanasianum locum non habeat in illo delectu, ubi aliqua è S. Athanasii scriptis excerpta leguntur, quibus illa Confessio & familiarior esse debuisset S. Leoni, & clarius potentiusque Eutychis errorem profligasset, & Ecclesiæ Romanæ privilegiis addidisset roboris plurimum.

etiam S. Leoni Papæ

Hæc mirabuntur aliqui : ego vero miror magis, vel ex hoc unius S. Leonis silentio nondum viris aliquot eruditis fuisse persuasum, non Athnasii esse Opusculum istud, sed alterius auctoris, qui vel Leoni ejusque prædecessoribus ignotus fuit, vel ætate inferior. Utrumque igitur hoc argumentum, ex S. Leonis silentio & Codicis omissione petitum, ceteris accedat, quibus istud scriptum olim Athanasio abjudicarunt scriptores doctissimi. Non est hujus loci vel otii de illius Auctore fusius operosiusque F inquirere : abunde enim jam id præstitum est & erudite à doctissimo viro Gerardo Joanne Vossio, de tribus Symbolis differente. Paucula solummodo vice Appendicis addere hic visum est, occasione libellorum fidei, quos discussimus, & testimoniorum à Leone collectorum contra Eutychen : ut, si quâ lux ex nova conjectura rei hactenus obscuræ affulgere potest, ea lectorem non fraustremus. Certa imprimis ab incertis secernenda sunt, tum suspiciones conjecturæque in medium adducendæ.

jam passim apud eruditos creditur non esse Athanasii Alex.

Primo itaque jam omnium fere eruditorum consensu constat, opusculum istud S. Athanasii Alexandrini fœtum non esse : quod maxime arguit stylus ipse sermonisque contextus, qui nullatenus Græci hominis est, sed Latini : confirmaturque tum ex eo quod Athanasius ipse testatur in epistola ad Antiochenses & alibi, procul se fuisse à condenda nova fidei formula ; & præterea, Nicæniæ Synodi Symbolum suis omnibus numeris absolutissimum esse, semper contenderit : tum ex alto silentio, quo usque ad sextum saltem seculum sepultum fuit hoc Symbolum. Cum enim neque S. Cyrillus Alexandrinus,

AUCTORE D. P.

Athanasii successorum unus, neque alii scriptores Ecclesiastici vel Antistites, qui in Ephesino Calchedonensique Conciliis fidem Catholicam adversus Nestorium & Eutychen propugnaverunt, umquam ex illo quidquam protulerint, nec umquam illius fecerint mentionem; quis sibi persuadeat inter Athanasii opera recensitum tum fuisse illud Symbolum? His plura qui legere voluerit, adeat laudatum Vossium, aliosque, qui hac de re prolixiores Commentarios ediderunt.

2 Ex hac ultima ratione evincitur pariter, quisquis tandem Symboli istius auctor fuerit, eum post exortam damnatamque non solum Nestorii, sed etiam Eutychis hæresim floruisse; imo post Leonis Magni tempora. Detur enim per indulgentiam nonnullam, omissum fuisse Athanasianum hoc Symbolum in Concilio Ephesino & Calchedonensi: certe numquam posteriorem S. Leonis diligentiam fugisset, qui sæpe sæpius post quartam Synodum scribens ad Orientales Episcopos, & propriam Orientalium Ecclesiarum traditionem appellans, numquam tamen Athanasii Symbolum commemorat, in quo tam expresse, tam distincte, utraque illa hæresis confoditur. Sed neque anno Christi CCCCLVIII notum erat, cum illam testimoniorum congeriem ad Leonem Augustum mitteret; quæ post excussa denuo Apostolicæ Sedis scrinia auctior prodiit altera, quam ad Synodum Calchedonensem dudum direxerat: Quin & eorum Pontificum, qui adversus Acephalos Eutychianosque decertarunt, silentium de isto Symbolo, testatur, illud adhuc tum ignotum fuisse.

sed auctoris post an. 458 scribentis,

B

3 Constat hujus Symboli auctorem posteriorem non esse anno Domini sexcentesimo septuagesimo: hoc quippe anno habita est Augustodunensis in Gallia Synodus, sub S. Leodegario Episcopo, cujus hic Canon legitur: Siquis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus Symbolum, quod Sancto inspirante Spiritu Apostoli tradiderunt, & Fidem S. Athanasii Præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab Episcopo condemnetur. Imo & jam ab anno DCXXXIII aliqua ex isto Symbolo descripta mihi videntur in ea Confessione fidei, quæ edita est à Concilio Toletano IV, habeturque capite I ejusdem.

diu tamen ante annum 670

4 Dubium non est quin multis ante Synodum illam Augustodunensem annis compositum sit, & jam olim per totam Ecclesiam celebre evaserit: numquam enim sapientissimi Antistites id commisissent,

C

ut istam fidei formulam, omnium ordinum Clericis amplectendam, & irreprehensibiliter, ut aiunt, custodiendam Synodali edicto sub condemnationis pœna præciperent, imo & illam è regione cum Symbolo Apostolico ponerent, nisi jam longo usu recepta, approbata, & inter germanas magni Athanasii lucubrationes numerata fuisset, quod nisi post plurimorum annorum seriem fieri vix potuit.

circa finem sec. 5 aut 6.

5 Hinc sequitur ejus auctorem non extra centum fere annorum illorum spatium requirendum esse, qui ab Hilari Papæ, Leoni succedentis Pontificatu, usque ad finem sexti seculi vel septimi initium elapsi sunt. Ut LX saltem vel LXX ante Synodum Augustodunensem anni evulgando Symbolo dentur, ejusque auctoritati per omnes Ecclesias stabiliendæ: præsertim cum hujusmodi Canones Augustodunenses, S. Leodegarii dicti, quibus & ille qui de Symbolo agit annumeratur, à solo Leodegario in Diœcesana Synodo pro Ecclesia sua conditi esse videantur, ut vel ille titulus indicat. Existimandum enim non est, unicum Episcopum hoc sibi arrogaturum fuisse, ut novum Symbolum, nec ab universa Ecclesia vel usu receptum, vel à multis approbatum, Clero suo velut fidei tesseram, memoria tenendam, corde credendam, ore confitendam, gravi intentata pœna, præciperet. Quamquam, ne quid dissimulem, vix aliquid certi ex unico illo Canone Augustodunensi statuere auderem, nisi me doctissimorum virorum compelleret auctoritas, Jacobi, inquam, Sirmondi, Petri de la Lande, & Godefridi Hermantii, qui laudatum Canonem ad annum DCLXX referre non dubitarunt; cum tamen nec MSS. collectiones, ex quibus editus est, nec ulli auctores quidquam de illius ætate vel leviter attingant; nec potior videatur esse ratio illum S. Leodegario ejusque Synodo tribuendi, quam posteriori alicui Augustodunensi Episcopo vel Concilio. Eorum tamen sententiæ libenter accedimus, donec lucis amplius aliquid affulgeat. Hujus ergo auctoris, quem inquirimus, ætatem, intra annum circiter CCCCLXXX & DC, statuendam esse putamus, vel etiam intra brevius spatium.

D

6 Certum videtur neque casu neque librariorum incuria nomen Athanasii in hujus scripti titulum irrepsisse, sed potius ex certo consilio ab ipso auctore fuisse S. Athanasio adscriptum: quotquot enim illius exemplaria, seu manu exarata, seu excusa hactenus visa sunt, præ se ferunt Athanasii nomen.

E

scribentis autem sub alieno nomine,

7 Tantum abest ut impostura arguendus sit, quisquis talem fidei professionem sub alieno nobis nomine ingessit; quin potius spiritu Dei istud consilii ab eo ceptum fuisse, evincit ipsius Symboli contextus, in quo mire elucet & fidei docta simplicitas, & divina spiritus unctio, quibus ita Sanctis Ecclesiæ Patribus Athanasii fide dignum apparuit, ut illud singulis Dominicis omnium Clericorum ore celebrari, & inter Officii Ecclesiastici partes censeri voluerint. Enimvero latissimum discrimen est inter ipsum & impostorem illum, qui nobis tot commentitias epistolas, sub Pontificum Romanorum nominibus pessima arte menteque confictas, protulit: in hujusmodi enim epistolis nihil pœne est, quod non aliis turpi furto subreptum fuerit, vel quod iis Pontificibus, quibus ipsæ tribuuntur, indignum non sit, utpote & illorum temporum disciplinæ adversum, & ex consutis pannis male compactum. In hoc vero Athanasiano Symbolo omnia Athanasio digna sunt, omnia fidei sinceritate, quæ exponitur, apprime convenientia. Imo nec titulus ipse potest mendacii omni ex parte argui: non enim, ut in hodiernis codicibus legitur, SYMBOLI nomen præ se tulit, sed FIDEI. Ita in Augustodunensi Canone supra descripto, in Breviario MS. Monasterii Casinensis sexcentorum fere annorum, de quo inferius dicturi sumus, & alibi. Genuinumque esse scripti hujus titulum probant versiones Græcæ, in quibus appellatur Ἔκθεσις, vel ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, vel περὶ πίστεως κατὰ συντομίαν; Hoc postremum habet Symbolum Athanasianum à Græcis interpolatum, à Jacobo Usserio editum: auctores pariter Latini illud; Expositionem fidei, vel, Sermonem de fide, inscribunt: inter quos Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis. Hanc autem esse Athanasii fidem, quæ hoc Symbolo continetur, nemo inficias ierit, qui quidem Athanasium crediderit à Catholica fide non recessisse.

sed citrà impostu-ram.

F

Sed cur, inquies, auctor Catholicus alieno nomine, non suo, opus suum inscripsit? Dum enim Athanasii nominatur Symbolum, quod tamen S. Athanasii non esse convincitur, metuendum est ne inter spuria & apocrypha numeretur; quod Salonius Episcopus Gallus timebat, ne Salviani libro eveniret, quem sub Timothei nomine ad Ecclesiam Catholicam scripserat. Verum quod Salvianus respon-

A

ſicut Silvianus ſub nomine Timothei;

reſpondet in epiſtola ad eumdem Salonium, reſpondeo ſimiliter: ſufficere ad excludendam penitus apocryphi ſtyli ſuſpicionem etiam hoc ſolum poſſe, quod ſatis perſpicuum eſt, libros recentioris disputationis eſſe, & à poſterioris temporis homine divinarum rerum ſtudio atque amore conſcriptos. Carent enim apocryphi ſuſpicione, qui agnoſcuntur nec Athanaſii, nec hominis Athanaſio coævi, nec Græci eſſe auctoris. Quod autem proprium nomen ſubticere voluerit, id metu hæreticorum & adverſariorum fidei, cum quibus auctor vivebat, dum ſcribebat, accidiſſe putandum eſt: de quo & amplius aliquid inferius dicemus.

idque juſta ex cauſa.

Ex his porro, quæ ſupra ſtatuimus, quæque vix in dubium revocari poſſunt, hoc elicimus, quod ad inveniendum auctorem hujus Symboli viam aperit: Auctorem ſcilicet illum imprimis Catholicum intra centum fere illos annos vixiſſe & floruiſſe, qui Leonis vel Hilari Romanorum Pontificum mortem proxime ſecuti ſunt: eumdem metu perſecutionis nomen proprium ſuppreſſiſſe, ac proinde eum in ea regione ſedem habuiſſe, in qua fidei Catholicæ hoſtes, Arianique præſertim rerum potiebantur; & eo tempore, quo Arii, Neſtorii, & Eutychis errores longe lateque ſpargebantur: tres enim iſtas potiſſimum hæreſes hoc Symbolum confodit.

B

Omiſſa porro eorum ſententia, qui illud homini Gallo tribuunt, in quibus eſt Pithœus lib. de Proceſſ. Spiritus ſancti, quam in ſententiam propendere ſe profitetur Voſſius in Appendice ſuæ in hanc rem Diſſertationis: contendo hæc omnia, quæ præmiſimus, maxime convenire Vigilio Tapſitano ſeu Tapſenſi in Africa Epiſcopo, neminemque videri, cui potius hoc Opuſculum tribui queat, quam acerrimum hunc Catholicæ fidei defenſorem. Floruit enim Vigilius iſte ſub finem quinti ſeculi, &, ut veriſimile eſt, ad ſextum uſque pervenit: quippe qui anno CCCCLXXXIV Bizacenorum omnium Epiſcoporum ultimus erat, ut ex Notitia Africanorum Antiſtitum, Regis Hunnerici juſſu pro reddenda fidei ratione convocatorum, feliciter conjicit Petrus Franciſcus Chiffletius in Notis ad eumdem hunc Vigilium. Præterea vivebat Vigilius & Sedem Epiſcopalem tenebat in Africana regione, in qua Wandali Ariana peſte infecti Catholicos omnes dira perſecutione vexabant, ita ut de Catholica fide vel verbum proferre crimini verteretur. Eo etiam vivebat tempore, quo Neſtoriana & Eutychiana hæreſes maximos in dies progreſſus agebant, præſertim per Orientales Eccleſias, ad quas fugere compulſus eſt Vigilius, ab impio Rege extorris factus. Denique quod magnopere penſandum eſt hac in diſquiſitione, admodum familiare fuit Vigilio, ut, ſiqua ſcriberet opuſcula læviente perſecutione, ea non ſuo nomine, ſed ſub antiquorum Patrum vel Auctorum perſona in publicum emitteret. Sic librum contra Marivadum ſcripſit ſub nomine Idacii Clari: alterum compoſuit in perſona S. Auguſtini contra Felicianum Arianum: tertium contra Palladium Ambroſio vel Gregorio Nazianzeno inſcriptum. Sed & ſub nomine S. Athanaſii plures, quam ſub aliorum perſona evulgavit: duodecim enim de Trinitate libros habemus inter opera S. Athanaſii Latine tantum editos, quos Vigilii eſſe clamant eruditi; ſicut & Dialogorum libros inter Athanaſium, Arium, & Probum Judicem. Sed etſi non indubitatâ fide eſſent Athanaſii memorata hæc Opuſcula; ſaltem Dialogus adverſus Arianos, Sabellianos, & Photinianos, vel ipſo Vigilio fatente, ab ipſo ſub nomine Athanaſii, contra Arium, Sabellium & Photinum coram Judice Probo diſputantis, compoſitus eſt; ex quo certe maximum pondus accedit conjecturis noſtris. Ipſe, inquam, Vigilius in præfatione hujus Dialogi hoc profitetur: Utile hoc, ſcribit ille, & valde commodum apparuit, ut uniuſcujuſque hæretici perſonam cum ſui dogmatis profeſſionibus, quaſi præſentes cum præſentibus agerent, introducerem . . . . Sabellium ergo, Photinum, Arium; atque ad noſtras partes Athanaſium introduxi, ut veritas, ſummo confligentium certamine eliquata, ad omnium notitiam perveniret.

AUCTORE D. P.

Videtur is fuiſſe Vigilius Tapſenſis,

in Africa circa an. 500

ſolitus ſua ſic edere

C

contra Arianos & Eutychianos,

Inde etiam confirmatur primo hæc noſtra opinio, quod quos adverſarios fidei præcipuè impugnat Symbolum, Arianos ſcilicet & Eutychianos, eoſdem ſemper ſcriptis ſuis perſecutus eſt Vigilius. Pleraque enim opuſcula ſua contra Arianos, qui Africanas vaſtabant Eccleſias, conſcripſit, & inſigne opus contra Eutychianos emiſit, quo & S. Leonis epiſtolam, & Calchedonenſe decretum ab hæreticorum impugnationibus ſtrenue vendicat.

contra quos ipſum Symbolum eſt;

2 Alias fidei profeſſiones, etiam ſub nomine Athanaſii, edidit Vigilius, quæ eum hujuſmodi Opuſculis conſcribendis aſſuetum produnt: velut ſunt illæ quæ libris de Trinitate inſertæ leguntur. Hanc autem, quæ Symboli nomen obtinet, tunc ab eo conditam fuiſſe exiſtimamus, cum Conſtantinopoli exularet: quo tempore jam multa ediderat Opuſcula contra hæreticos Arianos cum adhuc in Africa moraretur. Audiens autem, cum eſſet in Oriente, quantas ſtrages ageret in Africanis Eccleſiis Ariana hæreſis, & quo in diſcrimine verſaretur popularium ſuorum fides; Paſtoralis officii partes eſſe exiſtimavit, periclitanti populo ſuo ſuppetias ferre, ſimplicioribuſque Chriſtianis eam fidei Profeſſionem ob oculos ponere, quæ, remotis omnibus ſubtilioris & implicatioris Theologiæ ambagibus, Catholicam doctrinam pure, nitide, breviterque exponeret. Qua expoſitione Eccleſiam ſuam, aliaſque Africanas non ſolum adverſus Arianæ ſectæ perfidiam muniendas eſſe exiſtimavit; ſed etiam adverſus Neſtorianam & Eutychianam; quæ cum apud Orientales, inter quos agebat, longe lateque graſſaretur, eam ad Africanas regiones, vel jam eſſe invectam, vel invehi facile poſſe videbat. Athanaſii nomine ornandam eſſe exiſtimavit hujuſmodi profeſſionem, quia & tanti viri auctoritate eos, qui ſola auctoritate ducuntur, retinendos fore putabat; & probe noverat illius ævi eruditos non poſſe in hunc errorem induci, ut Athanaſio illam expoſitionem tribuerent, reclamante novellarum hæreſum, quam diſtincte habet, mentione. Sed & hoc neceſſarium omnino videbatur, ne quiſquam Africanorum, qui tunc vivebant, Epiſcoporum de condita hujus fidei formula in ſuſpicionem apud hæreticos deveniret, ac propterea in certiſſimum vitæ diſcrimen, quæ Arianorum erat lævities, adduceretur: quod merito timendum fuiſſe intelliget, quiſquis Victoris Vitenſis de perſecutione Africana narrationem perlegerit.

E

ad uſum Eccleſiæ Africanæ ſub hæreſi laborantis ſcriptum.

F

in quo etiam Vigilii ſtylus apparet.

3 Etſi in tam brevi & in hujus generis ſcriptiuncula, qualis eſt hæc fidei profeſſio, vix locus eſt conferendo ſtylo cum ceteris Vigilii lucubrationibus (alium enim dicendi breves & exegeticæ fidei formulæ, alium ſcripta prolixiora & polemica exigunt) non levem tamen inter Symbolum & alia Vigilii opera ſtyli affinitatem ſcribendiq; rationem deprehendere mihi videor. Eamdem enim methodum ſectatur in Opere contra Marivadum ſcripto, & præſertim lib. 3, quam & in Symbolo conficiendo tenuit: ita ut prior pars Symboli, quæ Trinitatis unitatem contra Arianos defendit, compendioſa videatur eſſe recapitulatio eorum, quæ centum Capitulis exponuntur in tribus illis contra Marivadum libris. Iſti enim toti ſunt in exponenda probandaque uni-

AUCTORE D. P.

tate Trinitatis, & Trinitate unitatis, quæ eſt prioris partis Symboli propria materies. Sed & hoc diſtinctius apparet in lib. 3. Tria enim hujus priora Capitula totidem has propoſitiones complectuntur cum ſuis probationibus: Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus. Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus. Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus ſanctus: quæ totidem & iiſdem verbis habentur in Symbolo; in quo plures aliæ ejuſdem formæ propoſitiones leguntur; ſicut & in dicto lib. 3 longe plurimæ, videlicet ad centenarium uſque numerum, Scripturæ teſtimoniis probatæ reperiuntur, eumdemque, ni fallor, ſpirant auctorem.

Hactenus Diſſertatio illa: cui in Addendis pag. 913 ſequentia ſuggerit ipſe auctor.

alibi vero ipſe ſcripſiſſe ſub nomine Athanaſii fatetur.

Abſolutâ Diſſertationum noſtrarum editione, inveni Codicem Thuanæum, in quo Dialogus Vigilii Tapſenſis adverſus Arianos, Sabellianos & Photinianos legitur ſub hoc titulo: Incipit Altercatio Athanaſii cum hæreſibus. Poſt hunc Tractatum habentur Symbolum Nicænum, & Formula fidei Ariminenſis Concilii, quam proxime ſequitur Symbolum Athanaſianum cum hac epigraphe: Fides dicta à S. Athanaſio Epiſcopo. Porro conjecturæ
B noſtræ, de auctore hujus Symboli Vigilio, non parum ſuffragatur, quod in antiquiſſimo Codice illigatum reperiatur opuſculo, cui nomen Athanaſii pariter præfixum legitur; ſed quod Vigilii Tapſenſis eſſe, indubitatum habetur ipſius Vigilii teſtimonio. Siquidem libro 5 adverſus Eutychen num. 2 hæc ſcribit: De Conciliorum diverſis ſanctionibus & nominum religioſe additis novitatibus, pleniſſime in iis libris, quos adverſus Sabellium, Photinum & Arium, ſub nomine Athanaſii, tamquam ſi præſentes cum præſentibus agerent (ubi etiam Cognitoris perſona videtur inducta) conſcripſimus, à nobis fuit expreſſum &c. Nec omittam obſervare locum ex ejuſdem Vigilii Tapſenſis libri 5 num. 6, ubi unitas Chriſti, ex Deo & homine conſtantis, confertur cum unitate hominis, ex anima rationali & carne ſubſiſtentis: Sicut credimus unum eſſe hominem, animam rationabilem & carnem; ita credamus unum eſſe Chriſtum, Deum & hominem. Quæ omnino ſimilia ſunt his Symboli Athanaſiani verbis: Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo, ita Deus & homo unus eſt Chriſtus. Alia quoque non minus ſibi invicem convenientia fortaſſe deprehendet, qui attentius & majori otio ceC teras Vigilii lucubrationes evolvere voluerit: nobis hæc modo ſufficiant ex occaſione ſcripta.

Sufficiunt ſane huic noſtro Operi, non tantum ad eum quo nunc ipſis utimur finem, ſed etiam ut exemplo tam nobili eximatur animis piorum quorumdam virorum ſcrupulus, quo metuunt dubitare, utrum Dionyſius, qui ſcripſit divinos illos de Hierarchia cæleſti & eccleſiaſtica libros, ſit Areopagita, ad S. Pauli Apoſtoli prædicationem Athenis converſi, quamvis & Ὁμοούσιον ibi inveniant, & alia multa primo Chriſti ſeculo haud facile adjudicanda, in tam conſtanti quinque ſeculorum de libris iſtis eorumque auctoritate ſilentio. Rideat ad hæc TRIUMPHATOR *aliquis, explodatque argumenta negativa omnia ut ſtramenea atque futilia: nihil aut ipſum aut ſimiles magiſtro diſcipulos moramur, quin putemus non contemnendum antiquitatis venerandæ ſilentium iis in rebus, quæ ſi olim revera notæ certæque fuiſſent, non potuiſſent coævorum ſimul omnium effugere calamos, eorum præſertim qui voluiſſent, & debuiſſent, nec potuiſſent non ſæpius talium meminiſſe.*

Fol. 205 ad finem Capitis 11 adde:

Poſt hæc, cum ſubjectas ſibi diœceſes luſtraret Athanaſius, in ſuperiorem quoque Thebaidem ad ipſam uſque Syenen aſcendere ſtatuit, Dei eccleſias D in recta fide confirmaturus. Cum itaque ad Tabenneſin appuliſſet, cum Fratribus ſuis monachis obviam occurrit Pachomius, non ſine magna lætitia Pſalmos hymnoſque decantans (magna quippe hominum multitudo comitabatur ſanctum Antiſtitem) Deoque ob ejus præſentiam gratias agens.... atque ipſum in navi exiſtentem diligenter intuitus, cognovit eſſe verum Dei famulum, maxime ubi audivit quantas pro Euangelio & recta fide tentationes ſuſtinuiſſet: qua etiam ex cauſa multum adhuc ſuſtinuit ſecutis temporibus. *Hæc in S. Pachomii Vita ad* XIV *Maji hujus illuſtranda num.* 20 *inveniet Lector, & ſimul quomodo ſolicitatus fuerit S. Athanaſius, ut eumdem Pachomium conſecraret Presbyterum, & omnibus Tentyranæ diœceſeos monachis juberet præeſſe: quod tamen ne fieret, caute declinavit humilitas Pachomii.*

Fol. 215 *Caput* 17 *ſic exordieris*

185 *Quo tempore Athanaſii cauſa Sardicæ agitabatur, faventiorque à calo aura eidem incipiebat aſpirare*, erat S. Pachomius (*ſicut in Vita num.* 73 *legetur*) in ſuo quod noviter intra Latorum fines ſuſceperat monaſterio, Pachnum dicto; *ubi à redeuntibus Alexandria Fratribus* ſolicite quæſivit, quo in ſtatu Eccleſia verſaretur: magnopere quippe ejus cauſa affligebatur, quia impiiſſimi Ariani cum Gregorio in eam E violente irruperant; & hanc ob cauſam multis Deum precibus fatigabat, populo Dei compatiens, ſui Epiſcopi, viri vere Deiferi, præſentia deſtituto. Verumtamen, inquit, credimus Deo, qui cuncta hæc in ſuorum fidelium probationem fieri permittit, fore ut cito de inimicis noſtris ſumatur ultio, nec diu differatur vindicta.... Ipſe vero ſanctiſſimus Pontifex, tantas tanto tempore perſecutiones ſuſtinens, vere beatus dicendus eſt; nec adverſus eum quidpiam proficient adverſarii, propterea quod Deum habeat fidei ſuæ defenſorem. Quin & in eo implebitur illud quod ſcriptum eſt; Quicumque contra te voce ſua inſurgent, in judicium illis erit, & univerſis hoſtibus evades ſuperior. Itaque factum eſt. Non enim multum abierat temporis, quando magna cum gloria in eccleſiam ſuam eſt reductus. *Reductionis hujus tempus ut habeas definitum, conſidera, quod anni* CCCXLVIII *Paſcha &c.*

Fol 218 *col.* 1 *lin.* 12 *inſertam parentheſim ſic lege:*

(Nam, ſicuti in prævio ad ejus Acta commentario demonſtrare conabor, erat tunc octogenario major, certè multo ſenior quam vulgo credatur, & diu ante patris Baptiſmum Synodumque Nicænam natus.)

Fol. 219 *in fine Capitis* 18 *adde:*

Interim mortuus erat S. Pachomius, eique Tabenneſiotæ ad regimen totius ſui Ordinis Petronium quemdam ſublegerant: quo infra octavum ſuæ electionis diem defuncto, ſucceſſit Orſieſius: de cujus promotione ut certum facerent S. Athanaſium; cum ea quâ dictum gloria ad ſuam eccleſiam redeuntem, miſerunt Alexandriam Fratrum aliquot. Hi vero uſi occaſione degentis forte in monte exteriori Antonii, ad eum facta exſcenſione, declinaverunt. Qui benigne exceptis, Si, *inquit*, ad Epiſcopum Athanaſium, virum gradu eo digniſſimum, vobis eſt iter, ſic ipſum à me compellabitis: Hæc tibi commendat Antonius; Curam habe de filiis Iſraëlitæ, *Orſieſium intelligens.* Quo dicto ac ſua illis benedictione impertita, non ſine commendatitiis ad magnum Athanaſium litteris, ab ſeſe dimiſit. Qui ut Alexandriam pervenerunt, à ſanctiſſimo Pontifice, præſertim propter B. Antonii commendationem, magna benevolentiæ ſignificatione excepti fuerunt: non enim quantus eſſet Antonius latere poterat Athanaſium. *Ita coævus ſcriptor in Actis Pachomii & Theodori num.* 77.

Fol. 130 *in fine col.* 2 *poſt num.* 284 *adde:*

Interim

A *Interim etiam contigit, quod in Actis Pachomii & Theodori num.* 88 *narratur*, contigit *inquam* ut Artemius quidam Militum Præfectus, quærendi in Athanaſium poteſtatem, *aut potius mandatum*, acciperet. Hic omnia ubique loca nequidquam perſcrutatus, famaque accipiens fieri poſſe forſan ut inter monachos Tabenneſiotas ſanctus Epiſcopus occultum ſe haberet (ſiquidem eos diligebat) ut iſtic eum inveſtigaret, navem conſcendit. Qui cum ſurſum navigaret, caſu factum eſt ut Theodorus (*Orſieſii vice Fraternitatem tunc gubernans*) illac deſcenderet, monaſteria ſibi ſubdita viſitaturus. Hic circa Hermopolim exiſtens, & monaſterio, cui Cajo nomen, appropinquans, vidit aſcendentem Ducem: quodque futurum erat divinitus cognoſcens, Fratribus id ſuis palam fecit. Volentibus igitur Fratribus cœptum iter relegere, ac Ducis prævenire adventum, ne repentinâ ejus præſentiâ, qui monaſterium Pabau incolebant monachi, nimio terrore percellerentur; Theodorus reſtitit, dicens; Is cujus cauſa tantum itineris à nobis eſt confectum, ut Viſitatione noſtra famulos ejus recreemus, potens eſt hoc quidquid imminet tempeſtatis à capitibus noſtris abſque moleſtia ulla avertere. Quo dicto cœptum ad monaſteria ſua viſenda iter proſecutus eſt. Poſteaquam itaque ad B monaſterium Pabau propius acceſſit Artemius, non ſecus atque ſi bellum gereretur, armatis illud militibus omni ex parte obſervari ea nocte præcepit. Hinc ipſemet cum Præpoſitis militiæ monaſterium ſubiens, extra tamen ſynaxeos locum conſtitit, ſagittariis utrimque per ſeries diſpoſitis. Inſolito ſane armorum conſpectu haud parum conterriti fuerunt Fratres. Verſabatur eo loco quidam ſanctitate inſignis monachus, qui Pecuſius dicebatur: is animos Fratribus facere non ceſſabat, ut ne terreri nimium ſe paterentur. Dux itaque interprete uſus; Quo ait loco Pater omnium veſtrûm modo verſatur? Reſpondet Abbas Pecuſius; Monaſteria ſua viſitaturus à nobis diſceſſit. At Dux, Ubi ergo eſt qui ſecundum ab eo locum obtinet? Tum exhibent Duci Abbatem Pſarphium, magnum Oeconomum. Cui Dux ſeorſum; Habeo ego, inquit, Imperatoris mandatum adverſus Athanaſium Epiſcopum, qui inter vos quæſiviſſe ſibi latebras dicitur. Reſpondit Abbas Pſarphius & dixit; Ipſe quidem apud nos Patris nomen & auctoritatem jam dudum habet, attamen ejus ego vultum necdum adſpexi. Ecce iſtic eſt monaſte- C rium. Dux igitur diligenter omnia perſcrutatus, poſteaquam nulla Athanaſii veſtigia deprehendere potuit, ad Fratrum Congregationem progreſſus; Venite, dixit, & orate ſuper me. Qui cum dixiſſent, nefas ſibi fore id agere, propterea quod hoc à Patre ſuo accepiſſent mandatum, ut ne cum aliquo orarent, qui Arianis communicat (in Ducis namque comitatu hominem verſari conſpexerant, qui Epiſcopi ſpeciem præferebat) abeuntibus illis, ſolus Dux oravit. Cumque ad plures dies in eodem loco eſſet moratus, è ſomno aliquando exſurgens, repertus eſt ſanguinem è naribus mittere, & conturbatus. Quid homini acciderit certo haud ſciebamus: ſed magno apparuit terrore perculſus. Auditus quoque eſt cum diceret: Ea ſane mihi oblata eſt viſio, in qua mortem divina miſeratione vix effugi: itaque à monaſterio receſſit. *Artemius hic Ægypto præfectus fuerat circa annum* CCCLIX *loco Sebaſtiani: & quidquid contra Athanaſium in ſua cum Arianis communione peccavit, ſanguine eluit poſtmodum Antiochiæ, inſignis ſub Iuliano Martyr, die* XX *Octobris recolendus.*

Fol. 239 *num.* 345 *circa medium poſt hæc verba*: AUCTORE Nuntiate Didymo, hodie Julianum hac ipſa hora D. P peremptum eſſe, idque ille Athanaſio ſignificet, & ſurgens comedat: *poſt hæc, inquam, verba, ſic proſequere narrationem:*

Fugerat paulo ante Alexandria Athanaſius, ſecuriores in Thebaide ſibi latebras quæſiturus; ſed cognita jam aliunde Iuliani morte illuc erat reverſus, altero hoc Didymi oraculo confirmandus in fide priori revelationi adhibenda. Hanc autem revelationem, ex ipſo S. Athanaſii ore acceptis verbis, ſcribit auritus & præſens teſtis, Ammon Epiſcopus, in epiſtola de Pachomio & Theodoro ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum, qui & ipſe præſens Athanaſium ea narrantem audiverat. Verba hæc ſunt: Cum me perſequeretur Julianus, & aliud nihil in momenta expectarem quam ut ab illo caperer (de hoc ſiquidem ab amicis fideliſſimis eram prænonitus) Theodorus Sanctificatus, Pater Tabenneſſotarum monachorum, & Abbas Pammo, Pater monachorum circa Antinoum, uno die venerunt Antinoum: & ego, ſumpto conſilio ut apud Theodorum laterem, ipſius navigium undique coopertum aſcendi, deducente nos Pammone Abbate. Vento autem minus proſpero afflante, equidem corde anxius ad preces ſum converſus: qui vero E eum Theodoro erant monachi, exſcenſione facta, navim remulco protrahebant. Tunc Abbati Pammoni, anxium me conſolari volenti, dixi: Crede affirmanti mihi, non tam ſecura mente ſum tempore tranquillitatis quam perſecutionis: tunc namque animos mihi facit, quod Chriſti cauſa aliquid patiar, cujus miſericordiâ ad omnes caſus recte comparatus, quamvis in captivitatem abduci me contingeret, magnam tamen ab eo gratiam conſecutum me exiſtimarem. Sermonem necdum finieram, quando fixis oculis Abbatem Pammonem Theodorus intuitus, ſuaviter viſus eſt ſubridere. Qua de cauſa in riſum pœne cum erumperet Abbas Pammo; Quid, inquam ad eos, talia me dicentem riſu excipitis? noſtiſne cauſas quas habeam timendi? Tum Theodorus Abbati Pammoni ait; Riſus noſtri rationem expone. Reſpondit Pammo; Id ut ipſemet dicas longe eſt convenientius. Ac Theodorus; Hac ipſa, inquit, hora in Perſide è vivis aufertur Julianus: ſic namque de illo prædixit Deus, quod ſuperbus & contemptor non proſperabitur in finem. Imperator porro exurget, Chriſtianus quidem & admodum illuſtris, ſed qui exiguum vitæ tempus eſt impleturus. Non itaque te neceſſe eſt cum anxietate in Thebaidem fugere: F ſed clam potius in Comitatum te infer: Imperatori quippe per viam occurres; ab eoque debito cum honore receptus in Eccleſiam reverteris. Quo facto ipſe mox Imperator à Deo ex hac vita auferetur. *Regreſſus ad ſuum ſecretum Alexandriæ hoſpitium Athanaſius, & ibidem altera, ut dictum eſt, Didymi revelatione confirmatus in fide eorum, quæ ex Theodoro audierat*, rurſus honeſto & venerabili habitu indutus, *inquit Palladius*, noctu fuit inventus in eccleſia, *&c.*

Fol. 241 *ad finem cap.* 30 adde:

Ex hinc cœpit Athanaſius ſolita rurſum ſedulitate luſtrare diœceſes ſibi commiſſas, & monaſteria propter ſe afflicta præſenti recreare viſitatione. Cum *ergo* S. Theodorus fama accepiſſet, per Nilum in Thebaidem eum aſcendere; Patrum præcipuis Fratribuſque, ad Dei laudes concinendas valentioribus, ſecum aſſumptis, iter ingreſſus, Athanaſium reperit prius quam is in Nomum Hermopolitem appuliſſet: ut autem eum Fratres aſpexerunt, feſtino ad eum gradu properarunt. Utramque igitur ripam innume-

AUCTORE D. P.

rabilis occupaverat multitudo, Episcopi inter hos non pauci, Clerici, & è locis omnibus monachi permulti. Quos ut à longe videre & cognoscere Athanasius potuit, non se continuit, quin illud de Is. 60, 8. monachis olim dictum pronuntiaret: Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ cum pullis ad me feruntur? Salute dein omnibus exhibita, prius quam sciret quis earum esset Abbas Theodorus (neque enim is primus Pontificem propius accedere & salutare, sed à Patrum senioribus atque insignioribus id officii voluerat exhiberi) simul atque eum agnovit, manum arripuit, & Quomodo, inquit, Fratres? Cui Theodorus: Sanctissimis tuis orationibus valuerunt, Pater. Hinc auditæ voces Fratrum religiose psallentium, qui centum omnino erant, sed præ multitudine nemo proximum sibi agnoscebat. Abbas interim Theodorus, Pontificis asinum manu ducens, procedebat ante eum, & faces ex utroque latere. Pontifex porro videns Theodorum spiritu ferventem, non in promiscua solum multitudine pedibus incedere, sed ab accensis undique facibus prope aduri, tantamque præferre alacritatem & animi robur; ad Episcopos alios conversus: Videte, ait, quanto nos labore præcedat ille, tot
B tantorumque monachorum Pater. Nos Patres non sumus: ecce Patres, humilitati subjectionique propter Deum studentes. Beati profecto & benedictione omni dignissimi, qui numquam non Domini sui Crucem gestant, quorum omnis gloria in solo est contemptu sita, & requies in labore, donec coronentur. Postquam autem paucos ibi egisset dies, ut Antinoo Hermopolique sermonis sacri officium impenderet, ad perustranda denique monasteria ascendit. Cumque egregium prorsus Fratrum conversationem observasset; magnis inceſſit lætitiis, ac debitam Deo gloriam reddidit. Circumiens autem in unoquoque monasterio synaxeos & comestionis loca, ac singularum ædium cellulas ad ipsa usque sedilia; non sine admiratione, dixit: Opus profecto egregium à vobis, Theore, perfectum est, sic curantibus requiem animarum: potissimum autem monasticam vestram Regulam celebrari audivimus: sed pulchra valde apud vos omnia. Deinde; Gratia, inquit, Dei in vobis per Patrem vestrum habitat: te sane cum video, ipsum Christum me videre credo. Dies itaque non multos ibidem commoratus, dixit Theodoro: Quoniam prope est Pascha; Fratres, ut apud vos moris est, accipe: ego autem quod Dominus dederit hoc
C efficiam. Tum salutato Theodoro è monasterio recessit, litteras interim ad Abbatem Orsiesium & Fratres exarans, quibus hæc continebantur. Vidi tuum in administratione socium & Fratrum Abbatem Theodorum, atque in eo Dominum intuitus sum Patris nostri Pachomii, neque id sine summo animi mei gaudio, quod tantæ Fratrum multitudinis conspectus mihi peperit: Dominus autem remunerator eorum est. Cumque ad vos rediturus esset Theodorus; Mei, aiebat, memento. Et ego, Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea; adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Navigium porro una cum Fratribus Pontifici concedens Theodorus, dixit: Quocumque voluerit, itote cum eo: habet enim potestatem etiam in nostra corpora. D

Lubet hic subjungere, quamvis tempore posteriorem epistolam aliam, ex iisdem, unde superiorem hausimus, SS. Pachomii & Theodori Actis acceptam, hoc tenore: Athanasius Abbati Orsiesio Patri monachorum, & universis qui cum ipso sunt solitariæ vitæ cultoribus, in Dei fide stabilitis, Fratribus multum dilectis & desideratis, salutem in Domino. Audita est mihi B. Theodori dormitio (*obierat hic Dominica in Albis anno* CCCLXVIII) ac magnam profecto solicitudinem tristis ille nuntius mihi peperit, cum probe scirem quam vir iste vobis utilis, quam necessarius esset. Si itaque Theodorus non esset qui obiit, longis profecto ad vos solandos opus foret sermonibus, imo & lacrymis, cum de iis institueretur oratio quæ homini post mortem accidunt. Quoniam autem Theodorus è vita migravit, quem vos, quem ego cognitum omnino habuimus atque perspectum, quid me scribentem opus est dicere, quam quod Theodorus sit beatus, qui non abiit in consilio impiorum? Etenim si, qui Dominum timet dicendus est beatus, cur eum modo beatum dicere non audeamus, de quo absque dubitatione E pronuntiare illud possumus, quod securam in stationem delatus, vitam modo agat curæ omnis ac solicitudinis expertem? Utinam unicuique nostrûm hoc contingat? Utinam quicumque in mundi hujus Oceano navigat, unicam suam navim ad portum illum tempestatis omnis immunem deducat, ut in eamdem cum Patribus requiem admissus dicere possit; Hic habitabo, quoniam eligi eam. Nolite igitur, Fratres dilectissimi & desideratissimi, Theodori mortem lacrymis & planctu prosequi. Nemo, cum illius recordatur, plorandum sibi esse existimet: sed ejus potius vitam pro viribus imitari satagat: neque enim par est ut vices illius doleamus, qui ad locum doloris omnis expertem migravit. Atque hæc quidem omnibus communiter scripta sunt: tibi autem singulariter, dilecte & desideratissime Orsiesi; ut, cum Theodorus in pace modo quieverit, omnem in te curam & solicitudinem recipias, ejusque locum in monasteriis Fratribusque moderandis subeas. Etenim cum in vivis ad huc Theodorus ageret, tamquam unus eratis: uno enim absente implebatur duorum ministerium: simul autem existentes uno quasi ore loquebamini dilectis vestris ad salutem. Ita nunc fac, itáque faciens scribe, & de tua ac Fratrum salute certiorem me redde. Hoc vero universim omnes rogo, ut in suis ad Deum F precibus firmiorem Ecclesiis pacem à Domino impetrare contendant. Nunc enim nobis fuit concessum, quod Paschæ & Pentecostes solennitates securo animo celebrare potuerimus: quæ quidem Dei ac Domini nostri beneficia magno nos gaudio perfundunt. Hæc igitur vobis scripsimus. Salutate omnes qui verum Dei timorem habent. Salutant vos qui mecum sunt. Valere vos omnes in Domino jubeo, Fratres dilectissimi & desideratissimi.

Fol. 243 *num.* 370 *lin.* 1 exeunte septem *lege* Septembris.

Fol. 277 *col.* 2 *lin.* 2 *in titulo* Abbate Luxovienſi, *lege* Dervenſi.

Fol. 310 *ante S. Antoninum.*

DE B. MAFALDA REGINA

SANCII LUSITANIÆ REGIS FILIA,

ORDINIS CISTERCIENSIS, AROVÆ.

D. P.

ANNO MCCLII, *Soror SS. Taraſiæ & Sanciæ*

Ancio Luſitaniæ Regi ſecundo, ſed ſui nominis primo, ex Dulcia quinque fuerunt filiæ: quarum prima Taraſia, *& tertia* Sancia, Luſitanis Sanctarum Reginarum *titulo venerabiles, locum in Opere noſtro habebunt* XVII *Iunii (quando prior natu, poſtrema obiit anno* MCCL*) addita utriuſque Vita, quam ante duodecim annos Romæ ſcripſit & prælo mandandam curavit* R. P. *Fr. Franciſcus Macedo Luſitanus, Ordinis Minorum Obſervantium S. Franciſci, libris editis & varia qua jactatus poſterioribus hiſce annis fortuna eſt, Italiæ toti, quin & Europæ univerſæ notiſſimus; germanus frater noſtri* P. *Antonii, ejus qui Pontificius Pœnitentiarius nobis coram Romæ familiariter notus fuit, & deinde in Luſitania, in vario quem geſſit Magiſtratu, ſedulus quam qui maxime adjutor; ad conquirenda Sanctorum Luſitanorum monumenta; idem, cujus notæ prudentiæ tantum aliquando tribuit prudentiſſima Reginarum Chriſtina, ut ei primo inter mortales communicarit illud ſuum Chriſtianæ plenum fortitudinis conſilium, de abdicando paterno Sueciæ regno pro Romano-catholicæ Religionis libertate, mille regnis potiori; eodem etiam adminiſtro atque interprete uſa in negotii omnium difficillimi exordio.*

B

Mafalda, mortua 1 Meji,

2 *Inter* Taraſiam *atque* Sanciam *media fuit* Mafalda, *cujus, ipſis* Maji Kalendis *mortuæ (uti in obituario ſanctæ Crucis Conimbricenſis expreſſe notatur, cum titulo* Illuſt. R. D. *id eſt*, Illuſtris Reginæ & Dominæ) *anniverſarius depoſitionis dies* VI Nonas *colitur, apparatu, non funebri, ſed feſtivo; concurrente ex tota vicinia Clero ac populo, ad dotale ipſius oppidum Monaſteriumq;* S. Mariæ de Arouca *dictum, ubi corpus ejus æra* MCCXC *ſepultum, anno* MDCXVII, *in ordine ad ſolicitandam Romæ canonizationem retectum, repertum eſt integrum. Ex hoc tempore quotidie poſt Completorium, à choro Monialium hæc decantatur* ANTIPHONA: Adſtitit Regina à dexteris tuis, in veſtitu deaurato, circumdata varietate: *cum* ℣. Adducentur Regi virgines poſt eam, *&* ℟. Proximæ ejus afferentur tibi: *ſubjungiturque* OREMUS. Deus, cujus amore beata Regina Mafalda, mundi vanitates & oblectamenta deſpiciens, cæleſtia ſemper tractavit; concede propitius, ut ejus meritis & imitatione terrena pro tuo amore deſpicientes, ad cæleſtia ſemper adſpiremus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. *Locus monaſterii, cui jura oppidi ipſa Beata impetravit ab Alfonſo Rege ac fratre, ſitus eſt in diœceſi Lamecenſi, ad pedes cujuſdam montis* Freitas *dicti, in valle irrigua, ſeſquileucam extenſa, & pari fere octo leucarum intervallo diſſita à Portuenſi, Lamecenſi, Viſeenſi, Aveirenſi, & Amaranthino oppidis ac civitatibus. De hoc in teſtamento patris Sancii, anno* MCCXI *defuncti, ante biennium condito, ſic legebatur*; Reginæ Domnæ Mafaldæ dedi pro hereditate duo monaſteria, Bauzas & Aroucam & hereditatem de Sena, quæ fuit matris ſuæ, quadraginta mille marapetinos & ducentas marchas argenti

colitur 2, C

in monaſterio & oppido Aroquæ,

3 *Monaſterium, favente plurimum fratre, inſtauravit ipſa & ad Ciſtercienſis Regulæ obſervantiam adduxit, poſtquam eo ſe recepiſſet ſegregata ab infauſto Henrici Caſtellæ Regis matrimonio, de quo mirum eſt quam diverſe ſcribant auctores. Nam cum ejus Epitaphium vetus, locique traditio, ſecundum quam compoſita eſt præcitata Col-*

ubi vixit à toro Henrici R. Caſtellæ ſejuncta,

letta, Virginem *appellent, Macedo diſerte ſcribit in Vita ſororum cap.* 3, Mafaldam poſt ſuſceptam ex Henrico ſobolem, auctoritate Romani Pontificis diremptо matrimonio, toro excluſam *fuiſſe. Mariana lib.* 12 *cap.* 5, *tum narraſſet, ab Alvaro tutore Regio*, ut adoleſcentis leniret animum detineretque illecebris voluptatum, *eas nuptias conciliatas, Berengariaque Regis ſorori earumdem irritandarum cauſam fuiſſe, quod* Regis immaturam ætatem voluptatibus debilitari neceſſe eſſe conſiderabat atque corrumpi: Mafalda, *inquit*, mulier quamvis effecta (ſic creditum eſt) in patriam dimiſſa eſt anno MCCXVI. *Angelus Manrique Annal. Ciſterc. tom.* 3 *ad an.* 1211 *num.* 4 Nupta, *inquit*, ſeparataque à viro adhuc impubere, virgo an matrona, potuit dubitari. *Non conſtant hæc cum ea certitudine conſummati matrimonii, quam* ſuſcepta ſoboles *attuliſſet Hiſpanis, iis maxime quorum intererat conſummatum matrimonium credi. Proinde ſuſpicari quis poſſit, ejus rei famam, licet falſam, ab ipſis potius manaviſſe; de qua falſitate ſi non fuiſſet ſæpe proteſtata Mafalda, qua fronte fuiſſent auſi conditores epitaphii, cujus ſtylus ſeculi* XIII *ætatem ipſiſſimam refert, dicere, quod etiam poſt nuptias* Virgo manet munda,

E

& quidem Virgo.

4 *Adde Rodericum Toletanum Archiepiſcopum, Mafaldæ coævum, & ante hanc vita mortali functum, qui tunc cum res ageretur vivens, forte etiam ſcribere exorſus, capite* 2 *libri ſui noni & ultimi de rebus Hiſpaniæ, conſummati anno Domini* MCCXLIII, *Pontificatus ſui* XXXIII *de re tota ſic loquitur:* Reginæ Berengariæ ſolers induſtria omnia ſic ordinavit, ut Comitis Alvari inſolentias refrænaret, & jura ſua Regi parvo conſervaret. Verum cum Rex tenellus intentionem Comitis ſagaci indole jam ſentiret, libenter volebat ad ſororis cuſtodiam ſe transferre: ſed Comes Alvarus per ſuos complices ita cavit, quod Rex puer quod volebat non potuit effectui mancipare. Nam Comes callide cogitavit uxorem ex Portugallia ſibi dare, qua mediante poſſet puerum in ſuo beneplacito retinere. Sed in contrarium res evenit. Nam cum Mafaldam, filiam Regis Portugalliæ, adduxiſſet, & puer non eſſet in ætate nubili; remanſit Domina conjugali commercio defraudata; & quia ſe conſanguinitatis linea attingebant, de mandato Innocentii Papæ III fuit contubernium ſeparatum: & poſt (ut fertur) inter ſe & Dominam voluit Comes Alvarus connubium procurare: ſed ipſa, cum eſſet pudica, verbum reſpuit indignanter.

F

teſte Rodrico coævo.

5 *Ita Rodericus, ex cujus libri* 7 *cap.* 24 *etiam diſcimus, inter Taraſiam Mafaldæ ſororem & Alphonſum Henrici patrem contractas olim nuptias, & liberorum ſuſceptione confirmatas, ſolutas nihilominus fuiſſe, quia invicem ſibi erant* in ſecundo gradu conſanguinei. *Sancii enim Regis ſoror Regina Vrraca, Ferdinando Regi nupta, eidem Alphonſum pepererat. Sciens ergo Mafalda quam infeliciter ceſſiſſet ſorori ſuæ majori, abſque Pontificia diſpenſatione, amitino ſuo nupſiſſe; licet coacta ceſſerit ad conſentiendum ſuis cum ejuſdem amitini filio nuptiis, præſumi debet, utpote non minus prudens quam pudica, & annos tum forte nata viginti quatuor, ita ſe gerere cum puero Rege, ne quid ille contra fas decuſque prius, quam annuiſſet Pontifex, aut poſſet aut vellet, quemadmodum conſuit Cardoſus; ex cujus Hagiologio, nec non*

Vita unde his desur.

EX VARIIS. *ex Anacephalaosi Antonii Vasconcelli, & Chrysostomi Henriquez Liliis Cistercii, hanc, quæ sequitur, Vitam compilamus; addimusque Monasticis fastis Menardi, Bucelini, & Chalemotii* Mafaldam, *ut* Beatam, *adscribi: itemque Gynæceo sacro Arturi du Monstier.*

VITA

Ex Vasconcello, Henriquez, & Cardoso.

Regi fratri semper cara

MAfalda, in Lusitaniæ regno ex regia prosapia, patre Sancio, matre Dulcia, Portugallensium Regibus orta, lineam generosæ propaginis titulo sanctitatis ornavit. Corporis autem pulchritudine singularique prudentia & spiritus vivacitate, ab ipso adolescentiæ suæ tempore, viguisse fertur. Variis enim tum mentis, tum naturæ dotibus inter ceteras totius Hispaniæ emicuit. Argumentum excellentis gratiosæque indolis vel hoc sit: quod Alfonsus Rex & frater ejus, fororibus aliis parente mortuo palam adversarius, propter assignatas eis testamento paterno portiones, atque erga eas ultra modum avarus; hanc suam sororem dilexerit sine
B invidia, dotemque ei legatam nihil imminuerit, sed auxerit potius. Actum deinde est de ea in matrimonium collocanda Henrico Castellæ Regi adhuc impuberi; cui tractatui ut consentiret, vix demum multis suorum suasionibus, publicam utriusque Regni utilitatem allegantibus, acquievit: sic tamen

cavet consummare matrimonium

ut nuptiis Palentiæ, vel (ut aliis placet) Medinæ-Campi celebratis, non statim induci se passa sit ad tentandam matrimonii consummationem, cum

cum sponso consanguineo;

sponso consanguineo & vix per ætatem capaci; sed & hujus incolumitati & conscientiæ suæ cavere studuerit, moram nectendo, donec illi firmior ætas à tempore, & utrique legitimæ conjunctionis facultas à Pontifice obtigisset. Eo etiam fortassis cautior fuit, quod non ignoraret Reginam Berengariam Alvaro Comiti de Lara, sub curatelæ specie tyrannidem exercenti, & nuptiarum harum conciliatori, contrariam, adnitente Procerum plerorumque favore, id agere, ut juvenculum Regem, ab ingrata Alvari potestate, sicuti optabat, liberatum ad se traheret; nec segniter instare apud Pontificem Innocentium III, ut contra Ecclesiæ leges sociatum connubium, vigore Apostolicarum censurarum dissolveretur; sicut & factum est, Tellio Palentino &
C Mauritio Burgensi Episcopis commissam sibi illarum promulgationem curantibus, efficientibusque ut in Lusitaniam remitteretur Mafalda.

& ingressa monasterium olim monachorum,

2 Fuerat aliquando Aroquæ celeberrimum & divitiis & religione monasterium, à Loderigo & Vandilo piis & nobilibus viris inchoatum, ab Ansurio autem & ejus uxore Helena ad finem perductum: qui illud Hermenigildo Abbati anno Domini MXCIX tradiderunt, ut ibidem secundum sanctissimi Patris Benedicti Regulam Domino cum suis monachis militaret, sub quo maxime floruit disciplinæ monasticæ rigor. Decursu vero temporis, ut assolet, tepescentibus monachis, minusque id opere adimplentibus, quod labiis voverant; qui aliquando sancta conversationis suavitate aliis fuerant odor vitæ in vitam, cœperunt suo dissoluto agendi modo odorem mortis in mortem populis administrare. Quare illis propter suos corruptos mores

deinde monacharum S. Benedicti,

inde ejectis, Sanctimoniales ejusdem Instituti introductæ sunt: quæ per aliquod tempus insolitæ sanctitatis opinione, rigidissimaque Regulæ observatione vixerunt. Sed prædecessorum suorum more à primo illo proposito mirum quantum degeneraverant, quando in Lusitaniam Mafalda rediens, decrevit seculo renuntiare, sicuti jam pridem D fecerat soror Tarasia, & reliquam vitam agere in hoc sibi per patris testamentum legato monasterio, Rege fratre consilium impense probante, omnemque favorem & auxilium pollicente ad restaurationem loci, cujus ut diffluxerat disciplina, sic & possessiones distractæ plurimum erant.

eodem Cistercienses inducit,

3 Ergo adhibito consilio Abbatum Alcobatiæ & S. Joannis, consentientibus & approbantibus Rege Alphonso, & Pelagio Lamecensi Episcopo, in cujus diœcesi monasterium constitutum erat, accersitis Cisterciensibus sanctimonialibus, reducta est ad pristinum splendorem Congregatio illa. Mutationem habitus litteris suis approbavit Honorius III, anno x Pontificatus sui: & eam iterum confirmavit Innocentius IV, die VIII Augusti anno III Pontificatus ejusdem. Prima autem loci Abbatissa fuit Eldrada, femina pia & devota, cujus labore & solicitudine breviter & numero & merito sancta illa Con-

& inter eas sancte vivit:

gregatio cœpit augeri. Mafalda interim regalem pompam sponte deponens, habitum Religionis inter eas suscepit; & in summa vitæ austeritate, laboribus, inedia, orationibus, & aliis pietatis operibus incumbens, mirabilem se perfectionis normam exhibuit. Dormiebat ut plurimum vestita supra cor- B ticem quamdam arboream: ter in hebdomada jejunabat, & feriis sextis asperrimo cilicio corpus suum strictissime cingebat, & silentium tota die observabat: flagellabat etiam ipsa se sæpius ad copiosam effusionem sanguinis: & officiis sacris in choro numquam patiebatur deesse præsentiam suam. Dono lacrymarum à primordiis conversionis suæ maxime excelluit, adeo ut nec diebus nec noctibus à fletu desisteret, minimos quosque juventutis suæ defectus crebris suspiriis & lacrymarum imbribus abstergere & diluere curans.

largas eleemosynas facit,

4 Incredibili caritate erga egenos & ægros corporis atque animi flagrabat, multaque opera beneficentiæ in omnes præstabat. In hunc finem, quamvis monacham professa, reditus quosdam suos possessioneque servarat, de quibus aliis faceret bene, ita Sponso suo magis placituram se confidens. Illis ergo prudenter utens, non ut domina, sed dispensatrix fidelis, plurima in Portuensis urbis maximo templo & magnifica extruxit; propterea crediderim quod Mafalda Regina, avi sui Alfonsi conjux, illud à primis erexerat fundamentis, & magnis reditibus locupletaverat, hodieque inter sacras Reliquias asservatur capitis ornatus. Abraganense etiam cœnobium prope Tamagam fluvium construxit: a- F

& pias fundationes,

liud item quod à Sancto Capite, quamquam cujus fuerit non ita liquido constet, miraculis tamen claro, nomen vulgo habet. Hujus quoque Principis feminæ opus fuit pons ille, qui fluvium conjungebat, Per-Deum nuncupatus; nunc ibi scapha præbet gratuitum viatoribus transitum, publico sumptu à Mafalda in tam pium usum legato, & ab ipsa re Scapha de par-Deos ab indigenis dicta: alius item pons ad oppidum Canavenses. Illa Aroquam primùm urbis nomine decoravit, quam ejus intuitu Reges posteriores subdiderunt Parthenoni, per Alfonsum Regem prædictum amplissimis reditibus nobilitato. Annonam, quæ duodecim viduis partiretur, æternis reditibus comparatam, testamento legavit: quod testamentum nunc à Monialibus in summo pretio habitum servatur, dignum magnificentia ejus & pierare sane regia, in pauperum ac piorum locorum subsidium. In monte, eo tempore vasto & inculto, hospitium instituit iis reditibus, ut iter illac instituentibus lectus sterneretur, & cetera omnia gratis apponerentur, atque in eos usus homo conduceretur, qui noctu errantes dato signo viæ admoneret,

inter-

A interdiuquè ad certa loca, quæ à fontibus maxime aberant, propinandam viatoribus gelidam comportaret. Pleraque tamen decurſu temporis aut deſructa prorſus interiere, aut vix obſcuram tantæ Principis memoriam retinent.

5 Temporibus ejus in Luſitaniam advenere inclitæ SS. Dominici & Franciſci familiæ, quibus vehementer favit, primigenios earumdem filios ſæpe ad ſeſe Aroquam accerſens, ut cum iis ageret de rebus ad ſpiritum ſalutemque pertinentibus. Etenim tota mentis virtute ſpernebat gaudia hujus vitæ, & cuncta oblectamenta ſecularium voluptatum, deſiderans omnibus modis conjungi agminibus cœleſtium virtutum: ad eumque intimæ cum Deo familiaritatis gradum pervenerat, ut noctes non raro integras in oratione meditationeque traduceret, cum tanta animi inter ejuſmodi exercitia ſuavitate, ut omne ei tempus videretur breve, deque ipſo ſole conquereretur aliquãdo, quod claritas ejus ipſam abſtraheret à fruitione clarioris lucis, qua ſuam animam perfundebat Deus. Sanctos duodecim Apoſtolos ſibi in ſpeciales Patronos elegerat, eorumque intercеſſioni accepta referebat multa & magna, quæ ſibi divinitus obtigerant, beneficia. Erga ſanctum B Eccleſiæ Doctorem Hieronymum devotiſſime afficiebatur, quia ejus memoriâ renovabat ſibi præſentiam extremæ illius tubæ, quæ univerſos ad judicium convocabit. Venerabatur etiam ardentiſſimi amoris affectu ineffabile ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, nec non ſupremam Angelorum Reginam, viſitando devote atque frequenter antiquam & formoſam imaginem ejus, à Silva nuncupatam, quæ in Cathedrali Portuenſi colitur, quam etiam locupletavit multo veſtium ac monilium pretioſorum ornatu.

Mafalda fervor in exercitiis devotionis.

6 Ab hac ſibi cara peregrinatione redibat aliquando ad ſuum monaſterium, cum in pago, cui Rivus-tinctus nomen, juxta Amaranthum apprehendit eam ardens febris, nec ultra ſivit pergere. Senſit ergo ultimum ſibi diem inſtare: quapropter Aroquam miſit qui Abbatiſſam accerſerent, futuram teſtamenti ſui executricem. Erat hæc quoque de imminenti Mafaldæ morte per viſionem cæleſtem edocta: proinde mox adfuit cum ſenioribus ſui Conventus: unde illa mirifice recreata, cum, ſuſceptis ſanctiſſimis Euchariſtiæ atque Unctionis extremæ ſacramentis, mira quadam vultus hilaritate jubilum cordis ſui oſtenderet, ad eam dixiſſe Abbatiſſa fertur; Quid hoc eſt, dilecta Domina? toto C vitæ tuæ tempore vix mortis nomen audire poteras ſine timore, & jam quando inſtare videtur, exultas? Cui pia femina reſpondit; Prudenter eam, dum vixi, formidavi, ut jam moribunda ejus horrorem contemnerem. Videns interim fuſas circum lectulum, quo decumbebat, Religioſas, præ ſuæ orbitatis jam jam futuræ ſenſu, diffluere lacrymis, & ſuſpiriis cælum implere; rogare cœpit, ut lacrymas atque ſuſpiria commutarent in orationes, pro ſe in hoc extremo articulo fundendas. Volens etiam earum animis alte impreſſam relinquere obligationum ſuarum memoriam, neque ignorans quantum eo valeant extremæ morientium voces, hunc in modum univerſas affata eſt:

Extremo morbo correpta in Rivo-tincto,

evocatas ad ſe Religioſas

7 Vidiſtis, filiæ & ſorores meæ, quo amore dum vixi vos ſim complexa; quantumque laboraverim omni tempore, ut vos ſervarem ſecundum Dei ſpiritum ac voluntatem: nunc vero conſolatiſſima hinc emigro. Offertur nihilominus menti meæ memoria admirabilis vitæ, qua primi fundatores noſtri locum ſuum illuſtrarunt, inter principia ſui fervoris, integerrime adimplentes omnia præcepta: quorum tamen poſteri in tantum ſuæ inſtitutionis neglectum deciderunt, ut neceſſe fuerit adminiſtrationem cœnobii, ne totum peſſumiret, earum ſubtrahere manibus, ipſumque committere Sanctimonialibus nigri habitus, quæ tunc maxima virtutis æſtimatione pollebant. Sed & hæ, lapſu temporis quod commutat omnia, delapſæ etiam paulatim ſunt, ab illo ſanctiſſimæ diſciplinæ faſtigio, in eum ſtatum; quem novimus, & in quo neceſſe fuit mutato iterum habitu novam eis formam vivendi inducere, ad abolendam veteris depravatæque converſationis memoriam. Vos ergo nunc ego intuens reparatrices & inſtauratrices præteritarum ruinarum, duplici moveor affectu, gaudii ſcilicet, ex contemplatione præſentium; & timoris, ex conſideratione eorum quæ accidere poterunt. Hoc eſt quod vobis volui indicatum, non ut animos veſtros dejicerem, ſed ut animarem ad currendum generoſe per viam mandatorum Dei & ſanctæ Regulæ, verſus æternam quo omnes tendere nos oportet beatitatem. Curſum ego meum conſummavi: adeoque prope abeſſe me ſentio ab extrema meta, ut, deficientibus viribus, ægre in hæc verba vocem ſolvam. Commendo vobis animam meam, pro eo quo vos ſemper amavi ſtudio, bene de cunctis meritam. Benedictio Dei atque mea vobiſcum ſit ſemper.

EX VARIIS.

E

Corpus non ſine miraculo delatum Aroquam

8 His dictis ſuper cinerem & cilicium deponi ſe fecit; & repetito Pſalmo cum dixiſſet; In te Domine ſperavi; Crucifixum, quem manibus firmiter tenebat, dulciter amplectens, animam efflavit ſanctiſſimam. Facies ipſius mirabili quodam decore, ultra quam credi poteſt, poſt obitum radiare cœpit, ita ut vix ſignum aliquod mortis in ſacro cadavere appareret. Deinde ad confirmandam, quæ jam alte inſederat omnibus, opinionem eximiæ ſanctitatis ejus, aliud grande ſucceſſit miraculum, quod à priſco illo tempore ad noſtram uſque ætatem Aroquæ & Amaranthi conſtans fama tenet. Cum obitum inſtare ſibi certa foret, dicitur imperaſſe Mafalda, ut defunctum corpus mulæ impoſitum ibi demum tumularetur, ubi brutum animal ducente nullo pergendi finem faceret. Oppidani laudant celebris famæ teſtes arcuatos fornices, è quadrato lapide egregie laboratos, qui inter Aroquam & Amaranthum extant, eaque ſignant loca, in quibus cadaver Reginæ ſanctæ (ita indigenæ Mafaldam appellare conſueverunt) aliquas moras fecit. Aroquam devenit mula, Parthenonem adit, templi intima penetrat, & coram Divi Petri ara flexis genibus ſiſtit tandem: ibique, poſtquam depoſitum fuit corpus, ſubito diſruptam obiiſſe, à majoribus ſuis accepiſſe ſe incolæ conteſtantur.

F

tumulatur cum epitaphio.

9 Erectum in loco ſepulturæ ſuperbum ex lapide mauſoleum eſt, cui pia & ſimplex antiquitas hujuſmodi Epitaphium inſculpendum curavit.

Hic jacet illuſtris Regina Mafalda ſepulta:
Quam ſua concedat bonitas & gratia multa,
Regnans Caſtellæ induatur more puellæ.
Virgo manet munda, fugiens à morte ſecundâ.
Omnibus iſta ſatis exempla dedit bonitatis.
Prandia centenis gratis diſperſit egenis,
Æs dedit & veſtes, cui ſunt ſua munera teſtes.
Hæc humilis, blanda, devitans facta nefanda,
Fulta bonis nituit, crimina nulla luit:
Cunctis diſcreta in factis, verbiſque faceta,
Vera, pudica, pia, docta, modeſta, ſcia,
Grandis, munifica fuit, & ſpecialis amica
Patrum ſanctorum, quos cantat gloria morum.
Hæc loca ditavit, quibus hic ſumus, & reparavit,
Et Monachas fixit, cum queis ſine crimine vixit.
Eſt hæc Regina cum Sanctis abſque ruina.
Et jam lætatur, quia cæli ſede locatur.
Mille ducentorum nonaginta fuit Era,
Quando ad Cæleſtes tranſivit femina mera.

extremis monitis confirmat.

EX VARIIS.

10 Statim atque ex hac vita exceſſit, aliquibus Monialibus apparuit, ſeque in cælo inæſtimabilis gloriæ coronam obtinuiſſe aſſeruit. Aliquando dum Aroqua ignibus conflagraret, viſa eſt à pluribus ſancta Regina Mafalda, habitu Ciſtercienſi induta & baculum gerens in manu, inter globos flammarum apparens: quæ ſigno Crucis muniens domum infirmarum & templum, eadem loca intacta ab igne conſervavit. Ad talem aliquando monaſterium Aroquanum paupertatem devenit, ut vix in eo inveniretur oleum, quod pro duobus diebus Conventui ſufficeret. Gerebat tunc rerum temporalium onus Violantia de Soſa, ejuſdem monaſterii Celleraria, piiſſima femina: quæ pro Sororibus ſuis ſolicita, ante tumulum B. Mafaldæ opem imploraturа procubuit, & ex intimo cordis ejus interceſſionem imploravit. Oravit & exaudita eſt. Ad caveam enim revertens (res mira!) vaſa omnia, quæ vacua reliquerat, oleo plena & redundantia reperit, ita ut ipſum etiam pavimentum oleo perfuſum aſpiceret.

Incendium reſtinguit viſa in aëre.

oleum exhauſtum reſtaurat:

11 Multis claruit miraculis ſepulturæ locus, maxime anno MDCXVII, cum de mandato Philippi II Regis, Illuſtriſſimus Epiſcopus Lamecenſis, Martinus Alphonſus Mexia, ſepulcrum ſanctiſſimæ Reginæ aperuit VII die Auguſti. Multis qui aderant teſtibus inventum eſt cadaver, nudum, ſupra tabulam, cinerem ac cilicium illo eodem modo compoſitum, uti Regina teſtamento mandaverat; velum quoque bombycinum ſubnigrum, quod ſuper impoſitum fuerat à miniſtris. Viſebatur ergo integrum corpus, cum tamen nullo fuiſſet artis unguentariæ præſidio deliburum; facies carne coloreque ſic vivido ac florido, ac ſi eadem ipſa hora vivere deſiiſſet. Aliquot in partibus corporis nihil carnis, ſed oſſium tantummodo quidpiam apparebat. Igitur occluſo iterum loculo, quam maxima fieri potuit fidelium pompa, ſanctiſſimæ Reginæ corpus in commodiorem locum tranſlatum eſt. Denique Epiſcopus forma juris conſueta diligenter inquiſitionem habuit, de multis atque inſignibus miraculis, quæ in ore omnium verſabantur, facta ad ſepulcrum Reginæ aut ipſius Reliquias, exaudientis vota preceſque tum monialium tum laicorum utriuſque ſexus: nam eo loci ad ipſius venerationem ſolet undequaque confluere innumerabilis fidelium multitudo. Neque vero pauca divinæ virtutis, ſanctitatem Reginæ teſtantia facta ſunt miracula, coram ipſo Epiſcopo; qui omnia, ſuâ teſtiumque auctoritate confirmata, ad Regem Catholicum remiſit, ſubſervitura proceſſui in ordine ad Canonizationem ſolennem formando.

B *anno 1616 reperitur incorrupta,*

& miraculis claret tranſlata:

C 12 *Negotium an Romæ cœptum fuerit tractari, neſcio: ipſius Tranſlationis Actum authenticum & totius informationis fidelem copiam ſi valuiſſem nanciſci, in plura veroſimiliter folia vita hæc potuiſſet excreſcere. Sed moram non patiuntur prælа: ſperamus nihilominus fore ut Aroquenſis urbis Magiſtratus aut monaſterii Præſides, accepta operis noſtri cognitione, ſubmittant ea, quæ quomodo ad ſuæ Patronæ gloriam poſſint facere, more noſtro digeſta & ordinata, non uno exemplo tum hoc tum aliis menſibus docuimus.* Porro quo tempore ſepulcri moles reſerabatur, mira odorum ſuavitate fragraſſe templum, quotquot aderant, affirmant conſtantiſſime. Aliquæ præterea è ſacris Virginibus dulciſſimos ſe concentus audiviſſe conteſtantur: cum tamen (ut magna adhibita diligentia compertum poſtea fuit) neque muſica aliquis pulſaverit inſtrumenta neque cecinerit: quare ſibi (nec temere) perſuaſum habent, ſacri corporis manifeſtationem cæleſti harmonia gratulatos fuiſſe Angelos, in quorum ſemper obſequium propenſa fuit. *Hactenus Auctores nominati in titulo, qui cum tam expreſſe nominant teſtamenti tabulas (quarum exemplar nanciſci velim, æque ac alia, Supplemento ſervitura) juſtum nobis præbent fundamentum ſuſpicandi, Beatam hanc Reginam, vita potius & habitu, quam profeſſione & velatione ſolenni Sanctimonialem Ciſtercienſem fuiſſe, retenta ſemper dotalium fundorum atque redituum ſuorum proprietate, de quibus pro arbitratu ſuo vivens morienſque diſpoſuerit, nullo paupertatis voto adſtricta, ſicuti nec adſtringuntur variorum ordinum Donatæ ceu Tertiariæ, etiam intra cœnobia religioſa, ſed abſque obligatione clauſuræ viventes. Idem exiſtimo cum proportione ſentiri poſſe de variis Principibus viris, qui, etiam poſt habitum & nomen monaſticum ſuſceptum, invèniuntur pias multas donationes fundationeſque eodem jure eademque libertate feciſſe faciendaſque curaſſe, qua facerent quivis Principes ſeculares.*

item fragrantia & concentus cæleſti.

D *Analiquando ſolleniter velata fuerit?*

DE S. ANTONINO.

Fol. 310 *in titulo Dedicatoriæ* Clariſſimo, *lege* Illuſtriſſimo.

Fol. 311 *num.* 2 *lin.* 13 poſt *accuratiſſime ederetur*, adde:

Idem deinde nobis ſignificavit, hanc ipſam Vitam, quam nonniſi apud Leandrum Albertum credebamus anno MD XVII *impreſſam inveniri, haberi etiam in ſua bibliotheca forſitan adhuc citius editam, idque (quantum in defectu ultimæ pagellæ intelligitur ex libro, cum litteris* L. A. *fronti præfixo) Venetiis apud Iuntas. Impreſſa eſt autem vita ſub titulo Epiſtola. poſt nonnullos ipſius Antonini aliorumque, in prima libri pagina nominatorum, tractatus; dirigiturque ab auctore Caſtillionæo,* PRIORI Fratribuſque.

E

Fol. 356 *col.* 2 *poſt num.* 27 *hæc ſubjunge:*

Non erat nobis ſatis rem, ſicut dictum, geſtam ex Italica Boninſegnii relatione utcumque didiciſſe: ſuggerebat enim animus, fieri non poſſe quin ejuſdem rei authentica inſtrumenta extarent in archivo vel ſacriſtia S. Marci. Itaque ſolicitavi per litteras Priorem loci, ut ea mihi tranſcribi curaret, ſed ſurdi pulſavi oſtium, ac ne reſponſum quidem elicere potui. Tandem quid quærerem intelligens Illuſtriſſimus Magliabechius, miratuſque tantam in Conventu illo rerum domeſticarum vel ignorantiam vel incuriam, ut ne quidem ſciatur quid de tam proprio Sancto ſcriptum manu vel typis expreſſum haberi poſſit, ſua ipſe excuſſit ſcrinia; & eodem quo res geſta eſt an. MDLXXXIX, *eiſdemque typis Sermartellii, excuſum reperit* Proceſſum & inſtrumenta; vigore Brevis Apoſtolici facta ſuper manifeſtatione & tranſlatione corporis D. Antonini. *Inſtrumentorum primum ſic incipit.* In nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini à ſalutifera Incarnatione milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono, Indictione ſecunda, die vero Sabbati, decima quinta menſis Aprilis, Sixto quinto Pontifice Maximo, in quarto ſui Pontificatus anno ſedente, & ſereniſſimo Ferdinando Magno Hetruriæ Duce tertio dominante. *Sequitur deinde breve elogium vitæ S. Antonini, & epitome rerum circa ejus canonizationem geſtarum, uſque ad promulgationem Bullæ per Clementem* VII *factam: quibus per duas pagellas extenſis, Inſtrumenti tenor in hunc modum procedit.*

F *Inſtrumentum reteſti corporis,*

Cum ſit quod ab immemorabili tempore & citra, in cujus rei contrarium memoria hominum non exiſtit, tentum, exiſtimatum, & ſemper reputatum fuerit, & de præſenti etiam evidenter & clare teneatur & exiſtimetur, dictum ſacrum corpus ejuſdem Beatiſſimi Antonini depoſitum fuiſſe & exiſtere in eccleſia S. Marci Florentiæ dicti Ordinis Prædicatorum; & ſubtus altare, quod eſt ſituatum juxta chorum dictæ eccleſiæ, ſuper quo poſita eſt tabula, in qua depicta exiſtit imago ſanctiſſimi Crucifixi, ad cujus pedes flexis genibus depicta eſt etiam imago dicti S. Antonini, dictum Crucifixum adorantis, cum quibuldam cypreſſis in eadem tabula depictis. Sub quo altari depoſitum ex lateribus conſtructum

eſſe

A esſe apparet, in cujus facie alia imago dicti S. Antonini, modo quaſi jacentis & mortui, reperitur; cum quibuſdam verſibus inferius deſcriptis. Ibique ſemper & omni tempore, etiam immemorabili, veneratum extiterit dictum ſacrum corpus dicti S. Antonini, ſub dicto depoſito & altari (ut tenetur) reconditum, licet numquam viſum fuerit. Et cum de proximo, auxiliante Domino noſtro Jeſu Chriſto, dictum ſacrum corpus dicti S. Antiſtitis Antonini ad eminentiorem & honorabiliorem locum, & in capellam noviter conſtructam, & maximis ſumptibus & impenſis per illuſtres Dominum Averardum & Dominum Antonium, illuſtris quondam Domini Philippi Domini Averardi de Salviatis, Nobiles Patritios Florentinos ornatam & decoratam, in dicta eadem eccleſia S. Marci, cum maxima pompa (ut decet) ac publice tranſlatari & deponi debeat: & ad hoc ut dicta tranſlatio & depoſitio pie, devote ac ſolenniter pluſquam fieri poterit celebretur, & dictum ſanctum ac beatum corpus veneretur, & nemini dubium de exiſtentia dicti Beatiſſimi corporis tranſlatandi unquã eſſe poſſit.

Idcirco Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dom. D. Alexander Medices, Miſeratione Divina tituli San-
B ctorum Quirici & Julittæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis & modernus Archiepiſcopus Florentinus, tanti Sancti (licet non immediate) in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſor, decreverit ſe conferre ad dictam eccleſiam S. Marci, cauſa inveſtigandi, reperiendi, & ornandi dictum ſacrum corpus ejuſdem Beatiſſimi Antonini, & ſe ipſum & alios certiorandi: & ſic dicta ſuprascripta die, circa horam primam noctis, ſecreto ſe contulit ad dictam eccleſiam S. Marci. Ad quam cum perveniſſet, obviam ei ſe fecerunt infraſcripti Fratres dicti conventus & eccleſiæ, & adorato Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & deinde decenti habitu indutus, cum ſtola & mitra acceſſit ad dictum altare & depoſitum ſupra expreſſum, in quo & ſub quo pro certo tenebatur exiſtere dictum ſacrum corpus Beatiſſimi Antonini. Et primo coram me Notario publico ejus Cancellario ac Fratribus dicti conventus & teſtibus infraſcriptis, ſuo medio juramento propterea tacto pectore more Prælatorum actualiter præſtito, recognovit dictum depoſitum, ſub dicto altari ſituatum, nec non dictam imaginem Divi Antonini, ſupra dictum depoſitum jacentem & depictam, ac piegas
C ſeu criſpas veſtis ipſius, juxta regulam & ordinem S. Dominici, ſimiliter inibi depictas. Quod depoſitum, imaginem, veſtem & criſpas idem Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis & Archiepiſcopus Florentinus dixit & confirmavit eſſe & exiſtere idem & eaſdem reſpectivè, quod & quas à teneris unguiculis & in quinquennio conſtitutus, & ſic à quadraginta ſeptem annis proxime elapſis in circa, vidit & videre cœpit in dicta eccleſia S. Marci, & in eodem loco ubi de præſenti exiſtunt. Meminitque dicto tempore, inibi & in facie dicti depoſiti exiſtere infraſcriptos verſus, prout etiam de præſenti reperiuntur, & ſimiliter recognoſcere dixit, videlicet:

Hic eſt ille tuus Paſtor, Florentia, pro quo
Non ceſſas mœſto ſpargere rore genas:
Patribus haud priſcis pietate Antonius impar,
Qui ſcripſit quicquid Littera ſacra docet.

Et propterea à dicto tempore ſuæ memoriæ citra, indubitanter ſcire & pro certo habere & tenere idem Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis iterum confirmavit, dictum depoſitum numquam fuiſſe amotum, deſtructum, ſeu aliquo modo mutatum. Ac etiam Rev. P. Mag. Paulus Signorellus Cortonenſis, Provincialis Romanus ejuſdem Ordinis Prædicatorum, à triginta quatuor annis citra, poſt habitum ſuſceptum dictæ religionis; & Rev. P. Fr. Taddæus de Bartolis, modernus Prior conventus dictæ eccleſiæ S. Marci, à ſexaginta annis citra; Rev. P. Mag. Thomas Boninſegnius de Senis, ab annis quadraginta duobus; Rev. P. Fr. Petrus Landius de Florentia, Supprior dicti conventus S. Marci ab annis quadraginta; Rev. Fr. Marcus de Balduccis, Prior conventus S. Dominici de Prato, ab annis quadraginta; Rev. Fr. Antonius de Lamole de Florentia, ab annis ſexaginta quinque citra in circa, omnes profeſſi dicti Ordinis, medio eorum & cujuſlibet eorum juramento, coram dicto Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Domino Cardinali & Archiepiſcopo Florentino, & me Notario & teſtibus infraſcriptis, tacto pectore, more religioſarum perſonarum, actualiter præſtito, eaſdem recognitionem & teſtificationem, quas ſupra fecit idem Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis, ipſi fecerunt & teſtificati fuerunt, in omnibus & per omnia, prout ſupra continetur & ſcriptum eſt. EX PRO-CESSU.

Subdens idem Reverendus Frater Antonius de Lamole (ut dixit) ætatis annorum ſeptuaginta quatuor, ſuo medio juramento prædicto, B vidiſſe dictum depoſitum S. Antonini conſtructum & depictum, eo modo & forma & ad unguem, prout de præſenti exiſtit, etiam antequam dictus S. Antoninus eſſet canonizatus. Quod hodie recognoſcit in nulla ſua parte mutatum, & meminit depoſuitque idem Fr. Antonius, poſt dictam canonizationem, tempore Pontificatus Adriani Sexti factam, conſtructum fuiſſe altare ſupra dictum depoſitum, in honorem dicti S. Antonini, prout de præſenti reperitur & ſupra ſpecificatum eſt. Et Rev. Fr. Joannes Maria de Ruſtichellis, ætatis annorum ſeptuaginta, ejuſdem Ordinis, idem ſuo medio juramento & ipſe etiam confirmavit, quoad recognitionem dicti depoſiti, ab annis ſexaginta citra in circa: quod & multi alii Fratres dicti conventus, quorum nomina hic brevitatis cauſa omittuntur, teſtificati fuerunt. Quibus teſtificationibus & recognitionibus ut ſupra factis, præfatus Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Dominus Cardinalis & Archiepiſcopus Florentinus, devote procedendo, mandavit deveniri ad deſtructionem dicti depoſiti, ad effectum de quo ſupra. F

Quo depoſito in ipſius calce & in ima ſui parte deſtructo & diruto, ſtatim viſa, & cum maxima lætitia & devotione dicti Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Domini Cardinalis & Archiepiſcopi Florentini, & aliorum Fratrum dicti conventus, & mei Notarii & infraſcriptorum teſtium aſtantium, comperta fuit capſa ex ligno nucis fabricata, & à terra per tertiam partem brachii elevata, ſuper qua crux ceræ flavæ cum ferro confixa erat; quam Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis ex dicto depoſito extrahi reverenter mandavit. Et cum dicta capſa longitudinis brachiorum trium in circa ponderoſa exiſteret, idem Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis, quaſi certioratus, quod inibi Sanctum corpus Antonini Archiepiſcopi reconditum & aſſervatum exiſteret, Deo gratias egit; & demum ipſius juſſu, Reverendus Pater Novitiorum Magiſter, Fr. Dominicus Portiſianus, dicti Ordinis Profeſſus, ſumma cum reverentia, cum inſtrumentis ferreis tabulam ſuperiorem dictæ capſæ refixit, & Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis flexis genibus poſitiſque manibus, dictam tabulam elevavit. Et cum primum vidit ſanctum corpus dicti ſummi Antiſtitis Antonini, facta debita reverentia & oratione, ipſe communi

aſtantium

EX PROCESSU.

astantium assensu & lætitia, & absque ulla dubitatione, ac cum omni maxima qua decuit decentia, illud esse verum corpus & vera ossa S. Antonini Archiepiscopi Florentini censuit, & pro certo tenuit & declaravit. Namque mirabilis devotio & sanctitas, quæ ex illo sancto corpore & sanctis ossibus proveniebant, & omnes respicientes in eum ad bene & caste vivendum alliciebant, testificabantur illius summi & sancti Antistitis virginitatem, & sic ipsius immaculatam animam Creatori redditam fuisse, quod & ipse moriendo prædixit, ista verba sacræ Scripturæ recensendo & sæpius repetendo, videlicet: Servire Deo regnare est. Ac cursus: Sancta & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio. Quibus peractis ejusdem S. Antonini Archiepiscopi effigies ab eodem Illustrissimo & Reverendissimo Domino Domino Cardinali & Archiepiscopo Florentino firmiter etiam recognita fuit, ipso attestante medio juramento (quo supra) eam assimilari propriæ imagini, ut dicitur, effictæ super propria facie dicti S. Antonini, tempore ipsius obitus; quam ipse propriis oculis vidisse, & diligenter inspexisse confirmavit. Postmodum Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Dominus Cardinalis & Archiepiscopus Florentinus, reverenter tangendo dictum sanctum corpus, comperit illud esse indutum tonacella alba (quæ corpus ipsum immediate circumdabat) fere per totum tabefacta, & super eam alia tonacella ejusdem coloris cum scapulari, & superius cum cappa nigra, cum duobus capuciis, uno albo & altero nigro, juxta ritum & ordinem Religionis S. Dominici, omnibus quasi intactis & non consumptis; cum bireto etiam magistrali, quod una cum capuciis in capite suo, super tribus lateribus in dicta capsa existentibus requiescente, positum erat. Et ut Prælatus, Pallio tantummodo ex lana, cruciculis sericeis de more intertexta, confecto, & circumcirca corio & plumbo in ejus extremitate conserto munito & ornato, cum crucicula in medio nigri coloris simpliciter decoratus existebat. Caligis etiam, ex panno laneo albi coloris confectis, juxta ordinem Dominicanum calceatus erat: quæ in summitate pedum tantum dirutæ & consumptæ, & propterea digiti, & ungues digitorum denudati, & penitus intacti videbantur. Quo sancto corpore per dictum Illustrissimum Dominum Cardinalem, & per dictos Rev. P. Mag. Paulum Signorellium Provincialem; Rev. P. Fr. Taddeum de Bartolis Priorem, & Fr. Dominicum Portisianum Novitiorum Magistrum respective dicti conventus & ecclesiæ, maxima cum reverentia per totū denudato & cum setis expolito, compertum fuit corpus prædictum exenteratum & cum filo postea consutum fuisse, totumq; integrum & non labefactatum existere, cujus longitudo in mensura duorum brachiorum & in quinq; sextis partibus alterius integri brachii consistit: cujus etiam caput à parte posteriori incisum, ad extrahendum cerebrum, ut verisimile est, & cum filo eodem modo recluſum & consutum reperitur; super quo aliqui cani capilli adhuc existunt. Auriculas etiam intactas & in ore quinque dentes habere manifeste innotuit; in summitate tantum narium minima pars consumpta erat, quam cum exigua cera Illustrissimus Dominus Cardinalis illico reaptari jussit & fecit.

Demum dictum sanctum corpus caligis ex filaticcio (ut dicunt) albo & sandalibus ex ermisino rubeo, ac calceamentis ex raso rubeo confectis, cum peniculamentis aureis & sericeis ornatis, more Archiepiscoporum calceatus extitit, ac tunica & scapulari, cum manicis ex filaticcio similiter albo, & amictu, & camice ex byssino, ac tonacella ermisini rubei, cum peniculamentis aureis & argenteis etiam circumdata & fulcita, & veste Dalmatica ejusdem speciei & coloris; nec non stola & manipulo ermisini rubei cum cruciculis aureis & frangiis aureis & sericeis, cum omni maxima qua decuit devotione & reverentia indutus, & cingulo sive cordone cinctus fuit; & collo supra pectus aptata Crux aurea, cum imagine Crucifixi, quæ Crux pectoralis appellatur. Ac dictum sanctum corpus planeta ex ermisino rubeo similiter confecta, & peniculamentis aureis cum ricamis canatigliæ aureis & argenteis intertexta, tandem Illustrissimus Dominus Cardinalis vestivit; & chirothecas, ex serico rubeo & aureo confectas, in ejus sanctis manibus immisit; & in digito annulari manus dexteræ gemmam sapphyream cæruleam auro aptatam inseruit; nec non mitram ex lamina aurea floribus intertexta, fimbriis aureis pendentibus, sancto ipsius capiti imposuit. Quibus peractis Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis & Archiepiscopus Florentinus præfatus, Canticum, Te Deum Laudamus &c. decantari jussit. Quo decantato, Fratribus dicti conventus & aliis astantibus solemniter benedixit, & demum processionaliter incedendo, & Hymnum, Iste Confessor &c. canendo, Reverendi Fratres dicti conventus, una cum præfato Illustrissimo Domino Cardinali, dictum sanctum corpus Divi Antonini humiliter ac devote asportaverunt in sacrarium dictæ ecclesiæ Sancti Marci. Quod in armarium ligneum, in parte sinistra dicti sacrarii situatum, præfatus Illustrissimus Dominus Cardinalis recondi & asservari jussit & fecit, usque ad ejus depositionem de proximo celebrandam. Quo armario obserato, clavem penes se retinuit Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis præfatus, qui mandavit; dicti vero Illustres Dominus Averardus & Dominus Antonius, Illustris quondam Domini Philippi Domini Averardi de Salviatis, qui manifestationi dicti sancti corporis & aliis præmissis interfuerunt, rogaverunt per me Notarium publicum supra & infra scriptum, ad perpetuam rei memoriam, de præmissis publicum confici Instrumentum unum vel plura.

Acta fuerunt præmissa omnia & singula Florentiæ, in dicta ecclesia Sancti Marci, præsentibus ibidem Rever. Domino Ludovico de Natis de Bibiena, Clerico Aretinæ Diœcesis, Caudatario; Reverendo Domino Mattheo de Pozzis, Clerico Florentinæ Diœcesis, Crucifero, respective dicti Illustrissimi D. Cardinalis; & Magnifico Benedicto Baccii de Gondis, Nobili Florentino; & Antonio Benedicti de Geminianis; & Sfortia de Falcuccis de Florentia; & Roggerio de Bertolis de Firmo; & Jacobo de Goggis de Prato, testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

Fol. 358 *ad finem totius tractatus subjunge:*

Iuvat hic etiam alterum eorum Instrumentorum addere, quæ impressa haberi dixi, est autem hujusmodi:

Dei nomine invocato:

Hac die nona mensis Maji anno Domini à salutifera Incarnatione millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Sixto Quinto Pontifice maximo in quinto sui Pontificatus anno sedente, & Serenissimo Ferdinando Medice Etruriæ Magno Duce tertio feliciter dominante. Actum Florentiæ in Ecclesia conventus S. Marci Ordinis Prædicatorum, & in capella infra scriptorum Magnificorum Dominorum de Salviatis noviter constructa, inibi præsentibus & assistentibus admodum Magnificis & Clarissimis Domino Antonio Francisco Gon-

A dio, præfatæ ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ Locumtenente, & Domino Equite & Jureconſulto Joanne Baptiſta Concinio ex Comitibus Pennæ, Domino Pancratio Oricebario, & Domino Bernardo Vechietto Reipublicæ Florentinæ Conſiliariis ampliſſimis; Clariſſimo autem Domino Juliano Tornabonio, altero eorum Collega & dictæ Reipublicæ Florentinæ Conſiliario, propter ejus malam valetudinem abſente, teſtibus ad infraſcripta omnia & ſingula vocatis, adhibitis atque rogatis.

Cum ſanctum corpus S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, Virginis & Doctoris celeberrimi, Ordinis Prædicatorum, dictorum Clariſſimorum Dominorum teſtium, dum in humanis ageret concivis, ſub die decima quinta menſis Aprilis proxime præteriti nocturno tempore ab infraſcripto Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Domino Cardinali & Archiepiſcopo Florentino manifeſtatum, & legitime recognitum, ac maxima cum reverentia (toto integro exiſtente) denudatum & expolitum, & deinde indutum & veſtibus ſericeis & aureis ornatum extiterit, ut hæc & alia latius conſtare dicuntur, per publicum Inſtrumentum manu mei Notarii infraſcripti, ſub dicta die rogatum &
B publicatum, ad quod & contenta in eo relatio habeatur. Et cum de proximo in capella, in dicta eccleſia S. Marci noviter conſtructa, & valde ſumptuoſa maximiſque ſumptibus & expenſis per admodum Magnificos & Nobiles viros ac Patricios Florentinos Dominum Averardum & Dominum Antonium, quondam Domini Philippi Domini Averardi de Salviatis, ejuſdem Antonini Archiepiſcopi Florentini dum in humanis agebat etiam concives, ædificata, ornata & decorata, juxta formam & feriem infraſcripti Brevis Apoſtolici transferri, reponi, ac perpetuo honorifice (ut decet) retineri, venerari & conſervari debeat.

Et cum per prius dictum ſanctum corpus & venerabilia oſſa dicti S. Antonini, ſicut ſupra in prælegato Inſtrumento continetur, per dictum Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum Dominum Cardinalem & Archiepiſcopum Florentinum, Pontificiis veſtibus ornatum & ornata, à primis Veſperis præcedentis diei uſque ad hanc diem, & circa horam decimam quintam ejuſdem, in dicta eccleſia S. Marci & in loco eminenti ejuſdem eccleſiæ ſuper feretro aureato, & cum maxima pompa, multis luminibus ac perpulcro apparatu,
C omnibus ſumptibus dictorum Magnificorum Dominorum Salviatorum, publice ac cum non modica totius civitatis Florentiæ ejuſque villarum & caſtrorum & aliorum populorum, undique etiam ex aliis regionibus longinquis propterea confluentium, devotione & lætitia collocata, viſa, & venerata extiterint. Et ex edicto publico hac ſupraſcripta die convocatis & coadunatis omnibus Religioſis, Regularibus & Canonicis, Presbyteris & Clericis, tam Metropolitanæ quam Collegiatarum eccleſiarum dictæ civitatis, nec non etiam ipſius Magiſtratibus & concivibus, in clauſtris dictæ eccleſiæ S. Marci, propterea etiam adhibitis & congregatis; præfatoque Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Domino Cardinali & Archiepiſcopo Florentino in Pontificalibus conſtituto, & inibi in dicta eccleſia S. Marci perſonaliter reſidentibus infraſcriptis Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus & Epiſcopis, & multis aliis Prælatis, dum proceſſionaliter Clerici Regulares & ſeculares, maxima cum devotione & reverentia, per civitatem & per infraſcripta loca incederent, cauſa transferendi dictum ſanctum corpus S. Antonini. Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Hugolinus Martellius, Patricius Florentinus & Epiſcopus Glandatenſis, Pontificalibus indutus, in publico pulpito ſive ſuggeſto, in dicta eccleſia S. Marci, de ſanctitate & doctrina, virtutibus & miraculis dicti Sancti Virginis & Doctoris Archiepiſcopi Antonini, materna lingua, ut ab omnibus aſtantibus veriſimiliter audiri & ejus ſermo comprehendi poſſet, orationem habuit; in qua etiam de Sereniſſimæ familiæ Mediceæ laudibus & ornamentis nonnulla verba fecit, populumq; adſtantem ad bene vivendum, & veſtigia tanti Sancti Antiſtitis ſequendum, ac dictum ſanctum corpus venerandum, pie & maxima cum devotione illexit. Qua oratione perfecta, proceſſionibuſque expletis, è loco ſuperiori, in quo ſpectandum dictum ſanctum corpus, ut ſupra, expoſitum fuerat, reverenter depoſitum extitit, & ſuper humeris Epiſcoporum elatum, umbellam geſtantibus Sereniſſimis Ferdinando Medice Hetruriæ Magno Duce, & Vincentio Gonzaga Mantuæ Duce, & Illuſtriſſimis & Excellentiſſimis Dominis Dominis Petro Medice præfati Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis germano, & Domino Virginio Urſinio Brachiani Duce, & Domino Cæſare Eſtenſi, & aliis Dominis.

EX PROCESSU.

Et ſic ex æde Divi Marci deportatum fuit per majorem portam: & in viam quæ dicitur Cocomeri ingrediens, ad monaſterium Monialium Divi Nicolai in Cafaggio pervenit. Inde egrediens per totam reliquam vjam prædictam, & perveniens ad fundamenta Metropolitanæ Eccleſiæ, ut ad angulum de Paeciis tranſiret, & per viam de Albitiis iter faceret, uſque ad ædem S. Petri Majoris tranſcendens per plateam dictæ eccleſiæ, ut recta in viam Palatii incederet, & uſque ad Abbatiam Florentinam ſequeretur, & inde ad Magiſtratum delle Farine dictum, ad portam Palatii Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis perductum fuit. Quo in loco aliquanti, per qui illud ſanctum corpus geſtabant conquieverunt, ut à Sereniſſima Magna Hetruriæ Ducilla Chriſtiana, Caroli Lotharingiæ Ducis Filia, & reliquis, qui ad feneſtras dicti Palatii conſiſtebant, ſpectari poſſet. Deinde forum novum verſus per portam Roſſam ingreſſus ad ſanctiſſ. Trinitatis ædem acceſſit, unde vertens ad angulum de Tornaquinceis, in viam de Tornabonis introivit, uſque ad angulum de Carneficibus, ſequens ad Oratorium Divi Joannis pervenit; & in dictum Oratorium per portam, à latere Operam verſus ingrediens, è porta media egreſſus eſt, & per plateam tranſiens per mediã portam Metropolitanæ eccleſiæ,
F in eamdem eccleſiam introivit, quæ tota luminaribus refulgebat, & maximo apparatu condecorata erat; & per totam eccleſiam dictum ſanctum corpus humeris admodum Reverendorum Dominorum Dignitatum & Canonicorum dictæ majoris eccleſiæ, viciſſim & ſubalterne geſtatum fuit; & ſic incedens circum chorum, à parte altaris S. Antonii verſus partem altaris ſanctiſſimæ Crucis ingrediens, recta per navim dictæ eccleſiæ, viam Cocomeri verſus, è porta anteriori illius partis exivit; & viam de Martellis ingrediens, ut per viam largam ad ædem S. Marci regrederetur, tandem in dicta æde proceſſionaliter, & in ſacello dictorum Magnificorum, & Nobilium Dominorum Salviatorum, ex ordine dicti Illuſt. & Rev. Domini Domini Cardinalis & Archiepiſcopi Florentini, & ſuper ipſius altare, è feretro delatũ repoſitũ fuit, ſemper proceſſioni & huic actui aſſiſtentibus dictis Clariſſ. Dominis Locumtenente, & Conſiliariis Reipublice Florentinæ, & reliquis totius Urbis Magiſtratibus, nec non etiam Bonis-Hominibus S. Martini, qui eleemoſynis erogandis pauperibus Civitatis ſubveniunt; quorum pium locum S. Antoninus, dum viveret, inſtituit. Et quibus Proceſſio-

nibus in dicta ecclesia S. Marci, præter infrascriptum Illustriss. & Reverend. Dominum Dominum Cardinalem & Archiepiscopum Florentinum infrascripti Illustriss. & Reverend. Domini Domini S. R. E. Cardinales, & Archiepiscopus & Episcopi respective præsentes extiterunt, videlicet

Cardinalis Marcus Antonius Columna Romanus, Episcopus Prænestinus.

Card. Joan. Vincentius Gonzaga, Mantuanus,

Cardinalis Franciscus de Giojoze, Gallus.

Card. Franciscus Maria Borbonius, de Monte.

Carolus Antonius Puteus, Archiepiscopus Pisanus Insularum Corsicæ & Sardiniæ Primas, & in eis Legatus natus.

Caravagial Simoncellus Urbevetanus, Episcopus Suannensis.

Nicolaus Tornabonius Florentinus, Episcopus Burgi S. Sepulchri.

Spirellus Bencius, primus Episcopus Politianus.

Joannes Baptista Milandrius Florentinus, Episcopus olim ecclesiæ Marsicanæ.

Hugolinus Marsellius Floren. Ep. Glandatensis.

Franciscus Cataneus Diaccetius Florentinus, Episcopus Fesulanus.

Annibal Oricellarius Flor. Episcopus olim ecclesiæ Carcassonensis.

Fredericus Raganeus Gallus, Episcopus Massilienſis.

Guido Servidius, Episcopus Volaterranus.

Masseus Bardius Flor. Ord. Minorum Regularium S. Francisci de Observantia, Episc. Clusinus.

Lucas Alamannus Flor. Episc. Mathilconensis.

Antonius de Plano, Ordinis S. Francisci Conventualium, Episcopus Marsicensis.

Ludovicus Martellius Florentinus, Episcopus Joppensis Clusii Coadjutor.

Joan. Antonius de Grassis Bonon. Ep, Faventinus.

Joan. de Albertis Florentinus, Episcop. Cortonensis.

Fulvius Theophilus Romanus, Ep. Forolivienſis.

Achilles de Sergardis Senensis, Ep. Messanensis, &

Petrus Usimbardius Collensis, Episcopus Aretinus.

Quibus sic ut supra peractis Illust. & Rev. Dom. Dominus Alexander Medices, miseratione divina tituli Sanctorum Quirici & Julittæ S. R. E. Presbyter Cardinalis & Archiepiscopus Florentinus, coram & præsentibus supradictis Clarissimis Dominis testibus, & me Notario publico ejus Cancellario infrascripto dixit & confirmavit, hæc omnia peracta fuisse ex Indulto Apostolico, ut per Breve S. D. N. Papæ, quod suis præ manibus habebat, & publice alta & intelligibili voce legi per me eundem Notarium commisit, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis videlicet. *Et primo à tergo.*

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

Intus vero.

SIXTUS PAPA QUINTUS.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Averardus & Antonius Salviati, Nobiles & Cives Florentini, quod ipsi ob singularem, quem erga corpus S. Antonini Archiepiscopi Florentini, eorum dum in humanis ageret concivis, gerunt devotionis affectum, in ecclesia Domus S. Marci Ordinis Fratrum Prædicatorum Florentiæ, in qua ipsum corpus requieſcit, capellam unam valde sumptuosam magnis cum eorum sumptibus & expensis construi & ædificari ac ornari curaverunt, ut ipsum corpus à loco ubi in eadem ecclesia hodie reperitur, de nostra licentia ad ipsam capellam transferatur, & in ea perpetuo honorifice retineatur & conservetur. Cupiunt propterea Exponentes præfati, eis dictum corpus integrum, à loco ubi nunc in dicta ecclesia reperitur, ad dictam capellam, eorum sumptibus & solennitatibus in similibus adhibendis adhibitis, transferri faciendi, & in ea honorifice (ut decet) perpetuo retinendi, per nos licentiam impertiri, ipsamque capellam per nos decorari. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt præfati Exponentes, quatenus pro eorum desiderio hac in parte favorabiliter annuere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur Nos igitur Averardum & Antonium præfatos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, nec non quemlibet eorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præsentes committimus ac mandamus, quatenus sine alicujus præjudicio præfatis Averardo & Antonio & eorum cuilibet, ut dictum corpus S. Antonini Archiepiscopi, à loco ubi in ipsa ecclesia hodie reperitur, ad dictam Capellam, de novo (ut præmittitur) in ipsamet ecclesia constructam, solennitatibus in similibus adhiberi solitis adhibitis, die quo eis bene visum fuerit transferri facere; illud postquam sic, ut præmittitur, translatum fuerit, ibidem etiam perpetuo honorifice (ut decet) retinere libere & licite, ac absque aliquo conscientiæ scrupulo aut censurarum & pœnarum incursu, valeant, licentiam & facultatem auctoritate nostra concedas & impertiaris, eisque pariter indulgeas: nec non omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, vere pœnitentibus & confessis ac sacra Communione refectis, qui Translationi prædictæ seu illius actui quomodocumque devote intervenerint, & deinde annis singulis (quinquennio infrascripto durante) simili die, quo ipsam Translationem fieri contigerit, à primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei, dictam ecclesiam & hujusmodi capellam, in qua ipsum corpus ejusdem S. Antonini Archiepiscopi sic translatum requieſcet, similiter pœnitentes & confessi ac sacra Communione refecti devote visitaverint, ac inibi pro pace inter Principes Christianos conservanda ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione hæresumque extirpatione pias ad Deum preces fuderint, quo die præfato id fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, in forma Ecclesiæ consueta, ad quinquennium tantum, eadem auctoritate concedas & elargiaris. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod si visitantibus ecclesiam seu capellam præfatam aliqua alia Indulgentia per nos alias concessa fuerit, eædem præsentes, quoad Indulgentiam quinquennalem, nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die quinta Aprilis millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Pontificatus Nostri anno quarto. C. Gabriellius. B. Seva.

Cujus Brevis Apostolici per me Notarium publicum infrascriptum toto perlecto tenore, idem Illustriss. & Reverendiss. Dominus Dominus Cardinalis & Archiepiscopus Florentinus coram dictis Clarissimis Dominis Locumtenente & Consiliariis, tamquam testibus omni exceptione majoribus, meque Notario uti publica persona, & aliis astantibus, suo medio juramento, tacto pectore more Prælatorum, confirmavit & testatus fuit, dictum sanctum corpus S. Antonini Archiepi-

chiepiſcopi Florentini, quod inibi adhuc ſuper
A dictum altare modo quo ſupra collocatum videbatur & ab omnibus venerabatur, eſſe & exiſtere idem totum integrum corpus dicti S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, quod ipſe ſub die decima quinta menſis Aprilis proxime præteriti nocturno tempore, ex depoſito in eadem Eccleſia tunc conſtructo & hodie diruto extraxit ſeu extrahi fecit, & coram me Notario publico ejus Cancellario & teſtibus tunc temporis præſentibus manifeſtavit & legitime recognovit. Et demum, juxta feriem & tenorem dicti Brevis Apoſtolici, ſanctum corpus S. Antonini prædicti capellæ dictorum admodum Magnificorum Dominorum Averardi & Antonii de Salviatis, præſentium & acceptantium, perpetuo aſſignavit; & in capſa, ſubtus altare dictæ capellæ fabricata & ornata, ſine tamen præjudicio alicujus, juxta formam dicti Brevis Apoſtolici, reverenter & perpetuo repoſuit & ſolenniter incluſit, & ternis clavibus reſeravit, ad hoc ut in dicta capella dictum ſanctum & venerabile virgineum corpus perpetuo honorifice (ut decet) retineatur, conſervetur, & veneretur, in omnibus & per omnia, prout in dicto Brevi
B Apoſtolico continetur & ſcriptum eſt, & alias omni meliori modo &c. Et etiam Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Dominus Cardinalis & Archiepiſcopus Florentinus præfatus, etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Commiſſarius & Delegatus, Reverendis Priori & Fratribus dicti Conventus & Eccleſiæ, & dictis admodum Magnificis Dominis Averardo & Antonio de Salviatis, dictæ capellæ fundatoribus & patronis, præſentibus & audientibus, præcepit, ac etiam eos paterne hortatus fuit, quatenus de dicto ſancto corpore S. Antonini diligenter curam & cuſtodiam habeant, & illud honorifice aſſervent, juxta tenorem dicti Brevis Apoſtolici: alias eiſdem proteſtatus fuit, quod ſi contrafecerint, Deo optimo maximo de præmiſſis rationem reddent. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis idem Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Dominus Cardinalis & Archiepiſcopus Florentinus mandavit; dicti vero admodum Magnifici Dominus Averardus & Dominus Antonius de Salviatis rogaverunt, per me Notarium publicum infraſcriptum, publicum confici documentum unum vel plura.

C Et ego Jacobus, quondam Sebaſtiani Franciſci de Cantonibus, ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus & civis Florentinus, & in Archivo Romanæ Curiæ deſcriptus, quia de dictis duobus reſpective inſtrumentis ſive proceſſibus manifeſtationis & tranſlationis dicti S. Antiſtitis Antonini rogatus extiti, & præmiſſis omnibus, etiam coram & præſentibus dictis Clariſſimis Dominis Locumtenente & Conſiliariis ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ, & aliis teſtibus modo quo ſupra reſpective interfui; ideo etiam, tamquam Cancellarius præfati Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Domini Cardinalis & Archiepiſcopi Florentini & ejus Archiepiſcopatus, hic publice me ſubſcripſi, meoque ſolito ſigno obſignavi, ad laudem & gloriam D.O.M. ejuſq; Deiparæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ, totiuſque celeſtis Curiæ Paradiſi &c.

Nos Joannes Baptiſta Julianus Notarius publicus & civis Florentinus, ad præſens artis Judicum & Notariorum civitatis Florentiæ Præconſul, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in eo qui eſt noſtra omnium vera ſalus. Notum facimus & in verbo veritatis atteſtamur, ſupraſcriptum Dominum Jacobum Sebaſtiani de Cantonibus, qui de præinſertis Inſtrumentis ſive proceſſibus rogatus extitit tempore dictorum Rogituum & ſatis ante fuiſſe & AUCTORE hodie eſſe Notarium publicum & civem Florentinum, & in arte & matricula noſtra Florentina deſcriptum & matriculatum, ejuſque ſcripturis publicis in judicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe & hodie adhiberi plenam & indubiam fidem ab omnibus indifferenter, in quorum teſtimonium, &c. D.T.

AD DIEM III.

Fol. 359 *col.* 1 *poſt* B. Alexandrum *addantur*

B. Zacharias Ordinis Minorum S. Franciſci, Alanquerii in Luſitania.

Et deleantur quæ de eo habentur inter prætermiſſos col. 1.

B. Alexander Vinciolus, Epiſcopus Nucerinus in Umbria.

Horum porro omnium Vitæ, ſicut hic dabuntur, erunt ponendæ inter folium 434 *&* 435.

B. Staniſlaus Polonus, Canonicus Regularis Lateranenſis, Caſimiriæ ad Cracoviam.

Fol. 360 *col.* 2 *lin.* 5, *qui inquit*, lege, *qui* B. Paſchaſium Arnugum *vocat*, *fatetúrque ejus* Acta *&c.* E

DE S. PHILIPPO PRESB.

Fol. 423 *Acturi de hoc Sancto, diximus Cellam ab eo conſtructam, factam denique eſſe eccleſiam Collegiatam, & fundationum, conſecrationum, indulgentiarum, fraternitatum, ceteraque avitæ venerationis monumenta, Heidelbergæ à noſtro P. Ioanne Gamans tranſcripta, ab eo nobis cœpiſſe ſubmitti; tam ſero tamen, ut non potuerint prius haberi omnia, quin ulterius progrederetur impreſſio, ſi non ſiſteretur, nec tam levi ex cauſa ſiſtendam videri. Itaque ad ſupplendum defectum ſint hæc, poſt Vitam fol.* 426 *addenda.*

APPENDIX.

De Eccleſia & Fraternitate S. Philippi.

1 Cella S. Philippi, *jam inde ab* VIII *ſeculo, quo is vixit & obiit, cœpta celebrari, in opulenta vinique & tritici feraci Naſgovia, in Parochiam cito excreſcere potuit, auctis circum ædificiis. Sed primæ anguſtiæ non potuerunt diu ſufficere accreſcenti populo, nec longam plurium ſeculorum ferre ætatem fabricæ non admodum auguſtæ ac ſolidæ modus, quin tandem opus fuerit novam amplioremque eccleſiam à fundamentis condere. Hoc, ſi non etiam alias ante, ſaltem ſeculo* XIII *factum eſſe, docet ipſum Conſecrationis monumentum hujuſmodi.* Bonitate divina & Apoſtolica gratia Th. Ordinis Fratrum Minorum Vironenſis Epiſcopus, licet indignus. Conſtare cupimus univerſis, præſentem paginam inſpecturis, quod nos auctoritate Venerabilis Patris ac Domini noſtri Archiepiſcopi Maguntinenſis, eccleſiam Cellenſem dedicavimus in honorem B. Philippi Confeſſoris. In cujus rei anniverſario omnibus ibidem venientibus, vere contritis & confeſſis, manum eidem eccleſiæ porrigentibus adjutricem, centum dies & unam Karenam, de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Actum anno Domini MCC XLVIII, proxima Dominica poſt Vincula Petri, Pontificatus noſtri anno II, præſentibus litteris perpetuo duraturis. *Spectatur in plica, inquit Gamans, ſigillum ex flava cera appenſum oblongum & orbe cuneato circumſcriptum, menſura mediocri, in quo repræſentatur Epiſcopus ſtans cum mitra, caſula, pedo, ſiniſtra libum apertum tenens cum clavibus, ac ſupra caput* Nova ac Major eccleſia. F conſecratum an. 1248.

AUCTORE D. P.

Chriſtum habens dimidio corpore, ingeſtu benedicentis. Duplex margo circuibat ſigillum: interior habet inſcriptum aliquid, quod legi non poteſt; exterior ſic legitur, DEI. GRA. FRATER. THEODORICUS. VIRONENSIS. ECCLE. EPIS.

à Vicario Archiep Moguntini Theodorico Epiſcopo.

2 *Archiepiſcopus, cujus vice Theodoricus fungebatur ut Chorepiſcopus,* Sigefridus *erat, III hujus nominis, juxta Serarium in Moguntiacis pag. 839 vita functus ſequenti anno* MCCXLIX, VII *Idus Martii. Dedicatio autem priori anno fuit peracta die* II *Auguſti immediate, ſcilicet poſt Vincula-Petri, tunc in Sabbatum cadente feſto. Ignotior eſt Epiſcopalis titulus, Theodorico ex partibus infidelium datus: nec enim Veronenſis in Italia Sedes in cogitationem hic poteſt alicui venire, hujus magnam dignitatem conſideranti, qua tunc potiebatur Manfredus Scaliger. Omnia igitur circumſpiciens, nullam invenio Eccleſiam, cujus nomen facilius huc trahi poſſit, quam* Berinopolitanam *in Lycaonia vel Galatia, unde* Verinenſis *aut* Verinonenſis, *ac denique corruptius* Vironenſis *ac* Veronenſis *formari potuerit. Interim habent hic Minoritæ nomen, quo augeant infinitum fere ſuorum numerum, quos rarâ virtutis aut doctrinæ merita, primo Ordinis ſui ſeculo, ad infulas Epiſcopales promovit. Præter iſtas autem Indulgentias, quæ in prædicta Conſecratione eccleſiæ eam viſitaturis proponuntur, etiam obtentæ*

B *ſunt ab undecim Epiſcopis aliæ anno* MCCXCV, *quas nobis ſuggerit Gamanſius hoc tenore.*

Indulgentiæ ab II *Epiſcopis*

3 Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis. Nos Rogerius miſeratione divina Archiepiſcopus S. Severinæ: Et nos Renaldus Senenſis, Perronus Larinenſis, Franciſcus Fanenſis, Jacobus Treventanus, Adam Marturanenſis, Petrus Cajacienſis, Frater Paulus Melfitenſis. Andreas Lidenſis, Stephanus Oppidenſis, & Aymardus Lucerinus, eadem miſeratione Epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum ſive malum; oportet nos diem meſſionis extremæ piis maxime operibus prævenire, & æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cælis: quoniam qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cupientes igitur ut eccleſia B. Philippi in Cella Maguntinenſis diœceſis, frequentia fidelium honoretur, omnibus vere pœnitentibus & confeſ-

C ſis, qui ad dictam eccleſiam in duabus feſtivitatibus Dedicationis & ipſius B. Philippi, cujus vocabulo eſt ipſa eccleſia inſignita, nec non in omnibus & ſingulis feſtivitatibus B. Mariæ Virginis gloriosæ, BB. Joannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ, BB. Nicolai & Ægidii Confeſſorum, & S. Catharinæ Virginis, ac etiam in feſtivitatibus Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini ac Pentecoſtes, & per Octavas ipſarum Feſtivitatum, cauſa devotionis vel orationis acceſſerint, vel pro pace univerſalis Eccleſiæ oraverint mente pia, aut pro reparationibus, emendationibus, ſuſtentationibus, ſtructuris, luminaribus, veſtimentis, libris, campanis, ornamentis, vel aliis quibuſcumque dictæ eccleſiæ neceſſariis manus porrexerint adjutrices; vel qui Presbyterum ſeu Capellanum d. eccleſiæ aſſociaverint cum reverentia, quando ſacrum Chriſti corpus portaverit ad infirmos; aut qui in bona ſui corporis ſanitate ſeu etiam in extremis laborantes aliquid de bonis ſibi à Deo collatis legaverint vel reliquerint eccleſiæ ſupradictæ, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ſinguli ſingulas XL dierum Indulgentias de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, dummodo Diœceſani voluntas acceſſerit & conſenſus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione muniri. Datum Anagniæ die XVII menſis Junii Indict. VIII, Pontificatus Domni Bonifacii Papæ VIII anno primo. D

4 *Archiepiſcopus hic nominatus* Rogerius, *hoc eodem anno* 1295 *anno à* Severinenſi *ad Cuſentinam tranſlatus eſt, teſte conceſſa, in Italia ſacra Vghello; apud quem pro eodem anno etiam noti ſunt ſuis quique locis*, Senenſis, Larinenſis, Fanenſis, Marturanenſis, Cajacienſis, Melfittenſis, Lucerinus, *ſed hic perperam ab eo* Aymandus *nominatus.* Oppidenſis *ei notus eſt aliquis, qui anno* MCCCI *vixerit; ſed cujus nomen necdum compererit, quod hinc ſupplere poſſit. Similiter ex hac bulla ſuppleri quadamtenus poteſt annorum ſexaginta hiatus in ſerie* Treventinorum *Epiſcoporum, ab anno ſcilicet* MCCLXVI, *quo* Lucas *à Manfredo pulſus fuit, ad* MCCCXXXV, *quo inſtitutus* Fr. Natimbene, *ſic ut inter utrumque ſederint tum alii, tum hic nominatus* Jacobus: *Epiſcopatus* Li- *anno ſeq.* denſis, *cum nullus in Europa ſit, oportet trans mare approbata ab eum quærere, cujus* Andreas *iſte titulum geſſerit: nec Archiepiſco- alius occurrit aptior* Lyddenſi, *qui &* S. Georgii *dici- po Mogunt. tur ſub Archiepiſcopatu Hieroſolymitano. Erat hoc tempore Archiepiſcopus* Gebhardus *ſive* Gelhardus: *qui quem poſcebatur aſſenſum, hoc modo præſtitit:* G. Dei E gratia Maguntinenſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, univerſis fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in vero ſalutari. Litteras venerabilium Patrum infraſcriptorum, ſignatas ſigillis eorum, omni ſuſpicione carentes vidimus in hæc verba: Univerſis *&c. Verbotenus ut ſupra: ac deinde.* Nos quoque G. Archiepiſcopus ſupradictus cum præfata eccleſia S. Philippi in noſtra ſit diœceſi conſtituta & noſtra beneficentia muniatur, præſcriptarum Indulgentiarum conceſſiones ratas habemus & gratas, & de omnipotentis Dei miſericordia Beatorumque Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, nec non omnium Sanctorum Dei, & B. Martini meritis confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad prædictam eccleſiam devote convenerint, & ſicut præmittitur manum porrexerint adjutricem, XL dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri munimine tradi fecimus communitas. Datum Maguntiæ anno Domini MCCXCVI, III Idus Martii. *Hujus formæ ſunt & aliæ tres Bullæ; una anno* MCCC XVI *à novemdecim Epiſcopis, alia anno* MCCCXXVII *ab* F *Epiſcopis decem, tertia anno* MCCCXLII *à duodecim Præ-* *Aliæ aliis an- ſulibus ſignatæ, & ab Archiepiſcopis Petro, Matthia, Hen- nis data & rico confirmatæ, atque additis* XL *diebus cumulatæ, quas approbatæ. nihil attinet hic ſingulas deſcribere: ſatis eſt animadverti- ſſe, quod in nulla earum quidquam appareat, unde plus quam parochialis eccleſia fuiſſe videatur, cũ iſtæ Bullæ ex- Poſt erectum pediebantur. Prius tamen quam ſeculum* XIV *finem cape- ibidem Col- ret, aut initio ſequentis ſeculi* XV, *oportet auctam ejus legium Ca- dignitatem eſſe inſtitutione Collegii Canonicalis: ſiquidem nonicorum habetur diploma Ioannis Moguntinenſis Archiepiſcopi, anno* MCCCCVII *confirmantis Confraternitatem, ſub invocatione S. Philippi à Decano & Collegis adunatam hoc tenore.*

5 Joannes Dei gratia ſanctæ Maguntinenſis Se- *Ioannes Ar-* dis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam *chiep. anno* Archicancellarius, univerſis & ſingulis ſanctæ Ma- 1407. tris Eccleſiæ filiis, ac præſertim honorabilibus Decano, Capitulo, Vicariis & Perſonis eccleſiæ S. Philippi Cellenſis, noſtræ Maguntinenſis diœceſis, devotis noſtris dilectis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Sanctis devotionum operibus, quibus ſe ſimplex pietas & pia ſimplicitas ſubditorum noſtrorum in divinæ retributionis recompenſam, & hic

A hic & in fine ſolidare conſuevit; illos noſtros favores, quin immo & ſpiritualia munera, tanto libentius & gratioſius addicere nos delectat, quanto ex eis vivis gratiam & defunctis miſericordiam, continuato precamine ſalubri, conſpicimus procurari. Cum igitur vos Decanus, Capitulum, Vicarii & Perſonæ eccleſiæ Cellenſis prædictæ, tamquam divinitus inſpirati, propter vivorum mentium & corporum nec non defunctorum Confratrum animarum ſalutem, & præſertim ut eccleſia veſtra, in honorem pretioſi Chriſti Confeſſoris S. Philippi ab olim fundata & conſecrata, in ſacris ædificiis quaſi deſolata ac diruta, valeat in ſuis ædificiis, ex caritativis veſtris & Confratrum veſtrorum contributionibus, ſalubriter reformari, ſecundum quod aliqualiter incepiſtis & Domino favente intenditis conſummare; Fraternitatem quamdam decreveritis vobis aſſumere, & aſſumptam futuris & perpetuis certiſque anni temporibus cum divinorum Officiorum decantatione obſervare, ſecundum tenorem ſcripti inferius annotati; nobiſque devote ſupplicaveritis, quatenus d. Fraternitatem ratificare, approbare & confirmare, & nihilominus quædam ſpiritualia gratiarum munera, ſecundum menſuram crediti nobis talenti, tam devotis rebus inceptis ſuperaddere, & mentes Confratrum veſtrorum, tam præſentium quam futurorum, ad eam excitare dignaremur.

rogatur approbare Fraternitatem S. Philippi.

B

6 Nos itaque attendentes, quod d. veſtra Fraternitas ex pura veſtra devotione pia ſumat initia, bonis mediis procedit, & ad finem feliciſſimum ordinatur; idcirco, ejus tenore & modo faciendi clare perſpecto, d. veſtram Fraternitatem, tamquam ratam & gratam habentes, ipſam collaudamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio perpetuis affuturis temporibus auctoritate noſtra ordinaria in Domino confirmamus: & ut vos & ceteri Chriſti fideles ad hanc ſanctam Fraternitatem devotius excitari poſſint, Nos de theſauro meritorum crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti, quantum nobis conceditur, & de ejuſdem miſericordia, nec non beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & B. Martini Patroni noſtri precibus & meritis confiſi; omnibus vobis & ſingulis qui hanc Fraternitatem aſſumpſerint, diviniſque Miſſarum ſolenniis, toties quoties illa pro Confratrum memoria, ſecundum Fraternitatis infraſcriptæ continentiam & tenorem [celebrabruntur] devote intereritis aut intererint, aut etiam ad fabricam eccleſiæ veſtræ prædictæ manus porrexerint adjutrices, confeſſis ſaltem & contritis, quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis auctoritate noſtra ordinaria miſericorditer in Domino relaxamus. Tenor autem Confraternitatis prædictæ ſequitur, & eſt talis.

dat ei etiam Indulgentias.

C

7 In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, ad honorem & laudem ac gloriam ejuſdem, nec non glorioſiſſimæ ſanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, & totius cæleſtis Curiæ, & S. Philippi Sacerdotis & Confeſſoris, gemmæ pretioſæ in eccleſia Cellenſi Maguntinenſis diœceſis, Patroni ejus glorioſi; in memoriam reducentes, ac bene digne & merito recolentes illam beatam & ſanctam in feretro reſurrectionem ſeu miraculoſam erectionem, qua idem ſanctus Dei Confeſſor & Sacerdos S. Philippus, corpore tunc mortuus (ad advenæ Francigenæ ſocii ejulatum non modicum, clamantis & dicentis: Heu! heu! Pater ſancte, ſine tua benedictione iter numquam arripere conſuevi, tua namque benedictio mihi clypeus & galea fuit) in capite feretri ſe erigens ac reſurgens & vivus reſidens, ſocio ejulanti & mœſto, facto manu ſua dextra erecta ſigno ſalvificæ Crucis, reſpondens viva ait voce; Vade, ſanus ibis, ſanuſque reverteris, cunctaque opitulante Deo proſpera tibi; ad ultimumque ſubjungens, Tantùm loci hujus dum vixeris memento; quibus factis & dictis, ad feretri caput ſeu locum vir ſanctus ſe repoſuit. Et ut nos, hujus mundi ceu pelagi naufragi exules viatores, præfati loci Cellenſis memores ſumus dum vivimus, jamque per dictum periculoſiſſimum naufragium ceu exilium ire, ac ad æternam patriam unde per creationem exivimus redire, benedictionemque à ſancto Patre obtinere, cunctaque nobis ipſo ſummo Deo opitulante proſpera habere valeamus & poſſimus: conſiderantes etiam & præ oculis habentes, quod nihil in hunc mundum nobiſcum duximus, nihilque inde reportabimus, niſi quantum quiſq; bonis ac piis ſuis operibus ſecum deduxerit, ac bonarum orationum & ad Dominum Deum deprecationum per caros & amicos memoriam obtinuimus: quotidie etiam mortem noſtram expectantes, nihil ea certius, ejuſque hora nihil incertius veriſſime credimus. Nos Decanus & Capitulum ſingulæque Perſonæ eccleſiæ Cellenſis præfatæ, ſub hujus vitæ ſeculi præſentis brevitate ſerere deſiderantes, ut meſſem beatam cum dicitur, Ite, Venite, ac copioſam habere valeamus, cum univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, Deo devotis, qui ad prædictum locum S. Philippi Cellenſis quaſi deſolatum, ac magna reformatione & ejuſdem quorumdam ædificiorum dudum inceptorum, conſummatione bene dignum, & diu quaſi ſine memoria habitum, gratiam habentes, ejuſque loci memoriam agentes, manus adjutrices eidem porrexerint, hanc infraſcriptam in Domino Fraternitatem, ſeu mutuam in nobis metipſis caritatem continuam inivimus ac inimus per præſentes, omniumque noſtrorum & Confratrum, prædictorum hanc ultimam deſideramus ac confirmamus hujuſmodi Fraternitatis voluntatem.

AUCTORE D. P.

ad reſtaurationem loci.

E

8 Ita videlicet quod ſingulæ Perſonæ, in d. eccleſia S. Philippi Cellenſis beneficiatæ, pro univerſis & ſingulis ſuis Confratribus ſeu Sororibus prædictis, memoriam ipſius loci præfati Cellenſis habentibus & manus ei adjutrices porrigentibus, ut præfertur, continue in orationibus ſuis, pro vivis & defunctis Dominum Deum, ac apud eum intercedentem beatam Virginem, cum S. Philippo ac omnibus Sanctis, fideliter & devote deprecentur; & nihilominus omni Feria ſexta Quatuor-temporum perpetue in præfata eccleſia Cellenſi duæ Miſſæ, cum debita ſolennitate ac luminaribus, celebrentur devote; prima quidem Miſſa, pro peccatis vivorum Fratrum ac Sororum prædictorum, poſt Primas; ſecunda vero Miſſa, pro defunctis Fratribus & Sororibus prædictis poſt Sextam ejuſdem diei, devote celebrentur per eoſdem. Frarres etiam Presbyteri, ibidem ſeu in alio loco exiſtentes, ad hanc Fraternitatem pertinenter præfata Feria ſi commode poterint, vel præcedenti vel ſequenti eis convenienti die, Miſſam eodem modo celebrent pro peccatis Fratrum & Sororum ſuorum prædictorum vivorum, Collectam ſeu memoriam adjungentes in eadem pro Fratribus & Sororibus defunctis ſupradictis; vel è converſo, Miſſam videlicet pro defunctis, ac Collectam pro peccatis vivorum adjungant. Quilibet etiam Frater vel Soror, ad hanc Fraternitatem pertinens, in Presbyterio non conſtitutus, eadem Feria ſexta quindecim Pater noſter & Ave Maria in orationibus ſuis, pro prædictis Fratribus & Sororibus vivis & defunctis, compleat devote. Cumque etiam Perſonis præfatæ eccleſiæ Cellenſis de morte cujuſque Fratris vel Sororis prædictorum fuerit notificatum, ſtatim pro eodem defuncto Miſſam pro defunctis celebrabunt, Dominumque Deum ac Beatam Virginem cum S. Philippo pro anima hujuſmodi defuncti

cum obligatione 2 Miſſarum.

in Feriis ſextis quatuor-temporum.

F

aliarumque precum pro vivis ac defunctis.

AUCTORE D.P. functi deprecabuntur fideliter & devote: alii etiam Presbyteri ad hanc Fraternitatem spectantes, cum perceperint, idem faciant; similiter & alii, in Presbyterio non constituti, quindecim Pater noster & Ave Maria pro Fratre vel Sorore defuncta devote compleant, cum hujusmodi perceperint mortem. Omnes etiam Fratres & Sorores, loci præfati Cellensis continuam dum vixerint, ad mandatum S. Philippi in feretro post mortem suam vivi residentis, memoriam habentes, sanique ire & redire, cuncta etiam eis Deo opitulante prospera venire, ac benedictionem ab eodem obtinere ex intimis desiderantes & cupientes, & in horum signum manum porrigentes adjutricem, ut præfertur, hos omnes ad unam matriculam seu libellum inscribere volumus & debemus, ut perpetua eorumdem & omnium nostrorum memoria circa præfatam ecclesiam Cellensem & Dominum nostrum Jesum Christum cum ejus Matre & S. Philippo præfato continue habeatur: cui honor sit & gloria per infinita seculorum secula. Amen.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in oppido nostro Heppinheimi in die S. Udalrici Confessoris, *id est* IV *Iulii*, anno Domini MCCCCVII

B *Inscripti Rupertus Rex Rom. & alii ex ejus familia,* 9 Sequuntur nomina Fratrum & Sororum, ad Fraternitatem supra memoratam pertinentium, cum donatis & legatis per eosdem ad fabricam ecclesiæ S. Philippi Cellensis. *Descripta hæc erant partim Latine partim Germanice: nos hic ex Latine descriptis paucos dumtaxat proferemus: idque ex solo primo quem Gamansius ad nos misit quaterno: integrum ipse dare poterit Syllabum omnium, in suo quod pridem molitur vastissimo opere de Archidiœcesi Moguntina & subjectis ei Episcopatibus. Sint ergo ad specimen aliorum sequentes:*

Serenissimus Dominus Rupertus Romanorum Rex, Dux Bavariæ & Comes Palentinus, ad fabricam nostram, per intercessionem D. Joannis Decani, ordinavit & mandavit per suos homines fieri XXXVIII vecturas lapidum magnorum de loco Weszen.

Illustrissimus D. Ludowicus, filius præfati D. Regis, ad petitionem præfati D. Joannis, concessit eis X vecturas cum lignis magnis de Rheno.

Anno Domini MCCCCVII, feria IV Exaltationis S. Crucis, Illustrissimus Dominus Dux Ludovicus Palentinus, sacri Imperii Archidapifer, filius præfati D. Ludowici, & Illustrissima Domina Margareta de Sabaudia conthoralis ejus, cum suis famulis & famulabus in numero circiter LX vel ultra LX, ex
C causa peregrinationis visitarunt hunc locum, in honorem S. Philippi Confessoris Dei: & fecerunt & mandaverunt fieri quasdam vecturas ad fabricam, & dederunt ad fabricam in promptis & in auro XX florenos: propterea constituti & inscripti sunt ad Fraternitatem S. Philippi Confessoris Dei. Item dedit unam casulam fustein, & unam cappam rubram cum puero deaurato. Item dedit Pastoriam VVassenheim.

Item Illustrissimus Dom. Dux Fredericus Palentinus, frater præfati D. Ludovici, dedit V florenos ad Fraternitatem S. Philippi.

Illustrissimus Dom. Dux Rupertus Palentinus, frater præfatorum Dominorum Ludovici & Friderici, dedit XI florenos ad Fraternitatem S. Philippi.

Illustrissimus Dom. Comes de Katzenelebogen, D. Anna conthoralis, & filius Philippus & collateralis Anna de VVirtenberg, & junior Philippus & *vel ex ejusdem aula;* .... Otilia de Nassauwe, dederunt unam bonam casulam griseam, & dederunt XII florenos ad fabricam, ad faciendam unam testudinem & alia bona.

Item Eberhardus de Eppenstein, Dominus in Kunningstein, & Anna uxor ejus de Nassauwe, & Margareta filia eorum, dederunt duas tunicas, blaveam & viridem, pro ornamentis ecclesiæ, & factæ sunt quatuor tunicæ ministrantium. D

Reverendissimus in Christo Pater & Dominus, Joannes de Nassauwe, Archiepiscopus Maguntinus, hanc suprascriptam Fraternitatem approbavit & confirmavit, nec non Indulgentias XL dierum cuilibet eamdem Fraternitatem intranti seu aliquid ad fabricam ecclesiæ Cellensis donanti vel leganti donavit. *Archiepiscopus Magunt.*

Item Venerabilis Magister Joannes de VVachenheim, Decanus ecclesiæ Nuhihusensis & hujus ecclesiæ Canonicus, præfatam Fraternitatem inchoavit & direxit, ac jam à præfato D. Archiepiscopo confirmari obtinuit, ac Indulgentias præscriptas impetravit. Idem dedit XXX florenos ad murum Septentrionalem in anno Domini MCCCCVII. Idem dedit florenos X ad fenestram magnam Occidentalem, in anno Domini MCCCCVIII. Item cum omnes muri [renovati] fuerunt; dedit omnes magnas trabes, pro tecto & super eosdem muros ponendas, circa XXXVI trabes, quas solvit in valore XXIV florenorum. Item XL florenos pro lignis magnis pro tecto. *Decanus Gellen.*

Item anno Domini MCCCCXCV, in die Exaltationis sanctæ Crucis, causa devotionis & peregrinationis venit ad S. Philippum, nec non ad Reliquias in hac ecclesia visitandas, Serenissima Maria-blanca, Ducis de Mayland filia, & Serenissimi Maximiliani Regis Romanorum uxor, cum magno comitatu Baronum & militarium. Item præfati in altera die post Lucæ fuerunt personaliter hic. Item altera die post Laurentii, in anno XCVI, præfata Regina fuit hic, & ostensæ ei iterum sunt Reliquiæ. Item iterum fuit hic V die mensis Septembris: & quatuor vicibus fuit hic apud S. Philippum. *Maximilianus Rex Rom. cum uxore.* E

10 *Quantum autem ex ea quæ ad manum est parte matriculæ hujus, seu verius Annalis, colligere possum; causa votivæ peregrinationis plerisque fuit proles desiderata vel impetrata. Sic* anno MCCCCVI Godefridus Comes & Dominus in Mansfeldt, & Aleydis Comitissa Aldenburgensis, & Philippus eorum filius, dederunt unum magnum puerum argenteum & XI florenos. Anno MCCCCVI Domicella Fisa ab Alsdorff, & Domicellus Conradus ab Holdersdorff, dederunt puerum argenteum, & cum hoc etiam summam pecuniæ. Anno Domini MCCCCXCI Domicellus VVilhelmus de Leewenstein, & marita sua, puerum argenteum, ipsa die Nativitatis. Anno XCVI Armiger Godifredus de Raneck junior, cum uxore Goda de Leewenstein, dederunt duo lamina, in quibus duo pueri sunt insculpti, in die dedicationis. Anno MDX Illustrissimus Comes Philippus Badensis; per suum certum nuntium, obtulit Sancto puerum argenteum. Anno MDXVIII adfuit nobilis Fridericus Stoltz de Bickelnheim, & uxor ejus Elizabeth de Partenheim, in sabbato post Nativitatem Mariæ, & dederunt puerum argenteum. Item nobilis Domina Susanna Landgravia in Nassauw & Sarbruck, Domina in Hynsberg, dedit puerum argenteum, post festum Paschæ anno LXIX. *Anathemata pro obtinenda vel obtenta prole.* F

11 *Ad extremum exhibetur bulla Indulgentiarum, anno* MCCCCLXIX *ab octo Cardinalibus concessarum, hoc tenore:* Guillermus Episcopus Ostiensis, Bartholomæus tituli S. Clementis, Jacobus tit. S. Chrysogoni, Oliverius tit. SS. Petri & Marcellini, Amicus tit. S. Balbinæ, Presbyteri; Franciscus S. Eustachii, Franciscus S. Mariæ novæ, Theodorus S. Theodori Montisferrati vulgariter nuncupatus, Diaconi, miseratione divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, universis & singulis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. *Nova Indulgentia ab octo Cardinalibus anno 1469.*

Glorioſus & mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium

A fidelium de ipſius clementiſſima majeſtate ſperantium tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur ad inſtantiam honorabilis viri, D. Joannis Sartoris, ut eccleſia Collegiata S. Philippi Confeſſoris in Cellis Maguntinenſis diœceſis, unde oriundus exiſtit, idemque ſcholarum Rector olim illic fuit, congruis à Chriſti fidelibus frequentetur honoribus, fideleſque ipſi eo libentius eo confluant, quo ibidem dono cæleſtis gratiæ uberius ſenſerint ſe refectos; de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vere pœnitentibus & confeſſis, qui dictam eccleſiam in Cœnæ & Aſcenſionis D. N. Jeſu Chriſti, nec non in S. Stephani Protomartyris ac Dedicationis & ejuſdem Dedicationis Octavæ diei feſtivitatibus & celebritatum diebus, à primis Veſperis uſque ad ſecundas, devote viſitaverint annuatim, & ad reparationem & conſervationem ædificiorum, calicum, librorum, & aliorum ornamentorum pro divino cultu inibi neceſſariorum manus porrexerint adjutrices; Nos Cardinales præfati & quilibet noſtrûm, pro qualibet hujuſmodi die
B centum dies Indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium ac ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes litteras fieri fecimus ſigillorumq; noſtrorum juſſimus appenſione communiri. Datum Romæ in Palatiis noſtris ſolitis anno à nativitate Domini MCCCCLXIX pridie Kalendas Aprilis, Pontificatus S. D. N. Pauli divina providentia Papæ II anno V. AUCTORE D. P.

pro eccleſia S. Philippi data.

12 *Qui primus hic ſignat, eſt* Guillielmus de Eſtoutevilla, *ab Archiepiſcopatu, unde eum Eugenius* IV *aſſumpſerat, dictus* Rotomagenſis. *A Pio* II *electi fuerunt*, Franciſcus tit. S. Euſtachii, *ipſius Pii ex ſorore Nepos, prima creatione; ſecundâ* Bartholomæus Roverella, Franciſcus Gonzaga, *&* Jacobus Amanatus. *Ceteros Purpura donavit Paulus* II, *puta* Oliverium Caraffam, Amicum Agnifilum, Theodorum Palæologum: *de quibus omnibus videri poteſt Ciacconii per Oldoinum editio noviſſima. Vtinam nunc de præſenti ſacri corporis ſtatu, ſi nihil læti, certi tamen aliquid poſſem adjungere! Hoc etiamnunc expecto ab aliquo piorum in Palatinatu Catholicorum, qui ſine dubio gaudebunt, inter illas orthodoxæ fidei ſub hæretico Principe oppreſſiones, videre iſtac avita pietatis monumenta, hoc in opere tam fideliter relata; &, ut confido, excitabuntur ad reliquas Sanctorum Indigetum memorias, ubicumque ſuperſtites, nobis ſubmittendas.* E

DE BEATO ZACHARIA
ORDINIS MINORVM S. FRANCISCI.
ALANQUERII IN LUSITANIA.

D. P.

SEC. XIII. *Alanquerii vivens Reg. Sanciæ,*

Liſiponam inter & S. Irenes oppidum, ad Tagum, Luſitaniæ notiſſimum fluvium, aliud eſt oppidum, hinc quinque, ſeptem inde leucis diſſitum, quod à Mauris accepit Alanquerii *nomen*; Jerobricam *Antonini*, *Ptolomæi* Arabricam *ſunt qui fuiſſe ibi olim velint. Hujus oppidi dominium filiæ ſuæ tertio genitæ Sanciæ, earum uni, quas vulgus* ſanctas Reginas *appellat (uti jam diximus ſupra ad præcedentis diei ſupplementum, de B. Maphalda agentes) teſtamento legaverat pater ſuus Rex Sancius; regnum filio Alphonſo relinquens. Hujus aſperam erga ſe indolem experta illa, pertæſa aulæ, tunc Conimbricam inſidentis, in iſtam ſui allodii pro-*
C *prietatem ſeſe recepit; utpote locum* ſemotum à turba, ſalubri cælo, fœcundo ſolo, optimis aquis & copioſis, in edito poſitum & ſatis pro tempore munitum; *uti ſcribit jam in Mafalda laudatus Fr. Franciſcus Macedo, qui caput* 24 *de vita ejuſdem Sanciæ ſic orditur.*

Zachariam à S. Francisco miſſum

2 Vivebat ea ætate S. Franciſcus Aſſiſias, quem Chriſti, quo ſemper flagravit, amor, deſiderio martyrii ardentem, & ſtudio S. Jacobi Apoſtoli corpus viſitandi accenſum, in Hiſpaniam ire compulerat, ſi qua occaſio eſſet inde in Mauritaniam transeundi. Is, nullâ oblatâ, in Italiam Deo ita volente redierat; ſpe tamen retenta, quod per ſe facere non potuerat, filiorum opera perfecturum. Hæc eum dies noctesque cura torquebat, quæ rem longius differre paſſa non eſt. Itaque anno quam reverſus fuerat proximo, Fratres duos ex præcipuis, Zachariam & Gualterum in Hiſpaniam cum ſociis miſit. Luſitaniam ingreſſi ad Regem Alfonſum Conimbricam adierunt: mandata Patris Franciſci, cujus recens erat ac grata memoria, expoſuere Regi. Summa erat, ab eo petere, ut liceret ſuis in eo regno monaſteria ædificare, quæ ſeminaria virorum doctorum eſſent, qui Euangelium barbaris annuntiarent; &, qui Luſitania expellebantur, Mauros in Africam ſequerentur, & divinę fidei præceptis imbuerent. Accepta Regi legatio fuit, ſed multo Reginæ Urracæ acceptior: quæ cum Sanciæ pietatem noſſet, ad eam Zachariam, unum è duobus, cum litteris miſit, monens adeſſe tempus pia, de quibus ſemper cogitabat, opera præſtandi: non poſſe id temporis quidquam excogitari ad animorum ſalutem utilius. Cum his litteris Zacharias Conimbrica Jerobricam venit.

3 Non egebat hortatione Sancia, ad quæ ipſa ſponte currebat. Benevole excepit hoſpitem: & quoniam, ex habitu oris & corporis, quanta ineſſet in animo virtus conjecit, de rebus cum eo cæleſtibus F ſermones ſevit. Cumque ille ardentes loquendo divini amoris faces jacularetur, & ſingularem præ ſe ferret opum & honorum contemptum, eoque ſe germanum S. Franciſci diſcipulum Sanciæ probaſſet; ſtatuit hæc eum apud ſe retinere, tamquam prædem & obſidem reliquorum, quos venturos ſperabat, ut Franciſcanam familiam in Luſitania propagarent. Erat prope oppidulum in declivi ſitu ad profluentem ſacellum, Divæ Catharinæ Martyri dicatum, cum domicilio conjunctum: eo juſſit Zachariam divertere, ſuſcepto conſilio locum amplificandi, & monaſterium pro loco anguſtum, ſed pro tempore idoneum conſtruendi. Nec diſtulit quin admotis operis brevi paucis cellulis excitatis, & ſacelli parietibus commiſſis, juſtum pro ſex ſeptemve ſociis hoſpitium condidiſſet. Hoc primum fuiſſe ferunt noſtri Ordinis in Luſitania monaſterium, Sancia auctore fundatum. Ex hoc fonticulo in Aſiam, Africam & Americam tot Provinciarum facta divortia. Annus is erat MCCXVI. Scio quoſdam nobiles ſcriptores malle primas dare Brigantino cœnobio, quod putent à S. Franciſco ædificatum, de quo ego nolo contendere: ſequatur quiſq; quod volet, ego illud à puero traditione accepi. 4 *Anno*

benevole excipit.

eique hoſpitium ad S. Catharinæ.

AUCTORE D. P.

4 *Anno poſt hæc tertio trajecturi in Africam Sancti Fratres Vitalis, Petrus, Berardus, Accurſius, Adiutus & Otthо, Zachariam videndi deſiderio tracti, illuc excurrerunt, ipſamque Sanciam viſitarunt: cui deinde poſt Martyrium anno* MCCXX, XVII *Ianuarii Marrochii conſummatũ, apparentes per viſum, religioſæ vitæ deſiderium, quod ſororum Taraſiæ atque Mafaldæ exemplum moverat, uſque adeo in ea accenderunt, ut Ciſtercienſis Inſtituti cœnobium aliquod prope Conimbricam extruere, in eoque ſe recondere ſtatuerit.* Antequam diſcederet, de Franciſcanis Patribus, qui ad S. Catharinæ habitabant, ſolicita, certum & juſtum eis pro majori numero monaſterium ædificari voluit; ad idque palatium ſuum, quod relinquebat idonea ſupellectili inſtructum, Fratribus conceſſit: & præfectos operi & ſumptus ad fabricationem novi ædificii aſſignavit: retento tamen arctiori hoſpitio S. Catharinæ, ac edicto, ut ibi Fratres numero quinque deinceps degerent, ad totidem ſanctorum Martyrum, qui eum conſecraverant locum, memoriam ſuſtinendam: quorum illa tam fuit obſervans, ut quo in loco ſibi apparuerant, ibi ſacellum ſtrui juſſerit, quod hodieque ſervatur. Et quidem amplum illud eſt & magnificum monaſterium, in edito ſitum, undique præciſum ab oppido, ſalubre & aſpectu intuentibus gratum, verum habitantibus aliquanto triſtius, idque ipſum ad meditationem cæleſtium juvat.

deinde poſt 5 Fratrum martyrium,

monaſterium in ſuo Palatio fundat.

B

5 *Lucas Waddinghus in Annalibus Ordinis ſcribit, quod anno* MCCXII *Romæ exiſtens Seraphicus Patriarcha, poſtquam* ſemel iterumque in plateis prædicavit, Fr. Zachariam Romanum, ſignis & portentis poſtea mirificum, ſuo habitu donavit. *De ſignis antiquiorem ceteris teſtem habemus S. Antoninum, 3 parte hiſtor. tit. 24 cap. 7 ita ſcribentem,* Inter ceteros Fratres in Hiſpaniam miſſos, deſtinatus fuit quidam Fr. Zacharias Romanus, magnæ vir ſanctitatis: qui deficiente pane Fratribus Guardianus exiſtens, à Domino impetravit Angelum Domini mitti ad eum, qui tot panes candidos & ſapidiſſimos ad oſtium detulit, quot erant Fratres. Et altera vice, cum quidam ad prædicationem ejus compunctus, ſibi confeſſus fuiſſet, inter cetera expreſſit ſe multum dubitare de veritate Sacramenti Euchariſtiæ. Et cum verbis ejus perſuaſivis dubitatio à mente ejus avelli non poſſet, mandavit ſibi, ut die ſequenti veniret ad audiendam Miſſam ejus, & Dominus ſibi provideret. Quod cum feciſſet devote Miſſæ adſtans, vidit manifeſte, quod Hoſtia, quam tenebat manu præfatus Zacharias, poſt Conſecrationem erat converſa in carnem, quouſque voluit Communionem aſſumere, & tunc reverſa eſt in ſpeciem Hoſtiæ ſicut prius: & ex hoc miraculo liberatus eſt à dubitatione illa. Hic Frater Zacharias demum ſpiritum Deo reddens, miraculis effulſit.

Hic ille miraculis clarescens,

ſuis divinitus panem impetrat & veritatem Euchariſtiæ oſtendit,

C

6 *Rudolphus Toſſignianenſis in Hiſtoria Seraphica, ipſoque in fine libri primi, idem quod Antoninus de panibus narrat, additque* D. Sanciam, cum rem audiviſſet, petiiſſe unum ex illis panibus, quem in Reliquiis ſervavit. *Dicit præterea, quod* orationibus, jejuniis & vigiliis Domino ſerviens, tantum inde divinæ conſolationis exceſſum recipiebat, ut ægre ab illo ſepararetur. *Signanter autem etiam aſſerit,* quod eum imago Crucifixi allocuta eſt, ante quam ſemper orabat. *Franciſcus Gonzaga, allegata* vita à Chronicorum Franciſcanorum auctore fuſius diligentiuſque deſcripta, *iſtud de Crucifixo ſic exponit:* Ad quamdam Crucifixi imaginem (quæ in loci Alanquerienſis Capitulo uſque ad annum Dominicæ Incarnationis MCCCCXIV perſeveravit) plura oracula, tum ſui Guardianatus executionem, tum propriæ animæ ſalutem concernentia retulit, vivenſque adhuc divina virtute aliquot mirabilia operatus eſt. *Miramur*

Chriſtum colloquentem habet è Cruce,

quæ Chronica illa ſint, Gonzagæ viſa ſuperiori ſeculo; Waddingho autem, vix annis quadraginta poſteriori, ceteriſque poſt ſcriptoribus, ignorata: quo fit ut de B. Zacharia *aliud nihil jam nobis ſuperſit, quam quod (ſicuti ait Gonzaga)* in conventu *Alanquerienſi*, tamquam ejus auctor atque promotor, maxima in veneratione habitus eſt, ſancteque vixit atque ſanctiſſime vitam finivit. *Annum ac diem mortis nemo antiquorum expreſſerat: quare indicare eũ non valens Waddinghus, oblata occaſione tranſlati à S. Catharina ad Sanciæ palatium conventus anno* MCCXXII, *in unum eum locum contulit quædam argumenta ſanctitatis Zachariæ, quæ, inquit,* opportunius nuſquam referre potero, dum de ejus vita & morte certum nullum eſt tempus. *Narrationem vero de eo concludens:* Mortuus, *inquit,* tandem vir Sanctus, plenus meritis & virtute, ſepultus eſt in pavimento majoris ſacelli: deinde tranſlatus cum alio pio viro ſocio, conditus eſt ſub ipſo altari, in quo præmemorata Chriſti Crucifixi effigies digne colitur, *ſcilicet anno* MCCCCXIV, *nam antea in Capitulo ſteterat: ipſum vero altare immaculatæ Virginis Beatiſſimæ Conceptioni eſt ſacrum.*

D

non ſine altero in ipſa miraculo,

7 *Georgius Cardoſus, in Annotatis ad hunc diem, deſcribit Crucifixum iſtum, qui etiamnum conſpiciatur* ligneus ac ruditer ſculptus, colore fuſco velut infumatus, ſed perquam devotus ac venerabilis. Altus eſt, *inquit*, palmos duos, habetque confoſſum latus, ut appareat ſculptorem expreſſiſſe in eo Chriſtum jam mortuum: & tamen ſpeciem nunc habet viventis ac veluti loquentis, erecto vultu, apertis oculis labiiſque, ſic ut dentes appareant: & hanc figuram creditur miraculo eo accepiſſe, quo per ipſũ Zachariæ locutus eſt Chriſtus. Dignus proinde viſus eſt poſteris, qui ſpeciali religione recluderetur in proprio ſacrario; neque ſpectandus vulgo præberetur reſerato oſtiolo, niſi per Quadrageſimam, Feriis omnibus ſextis, & hac Exaltatæ Crucis die: qua etiam, *inquit idem Cardoſus*, à tempore immemorabili utriuſque feſtum, Crucis ſcilicet & Zachariæ, conſuevit celebrari. *Hoc* immemorabile tempus *protendi ultra annum* MDCXI, *quo facta eſt ſancti corporis noviſſima tranſlatio mox dicenda, difficulter crediderim: ſatis tamen eſt nobis ut ipſum referamus ad hunc diem, nihili facientes, quod Arturus à Monaſteria in ſuo Martyrologio Franciſcano adſcripſerit* Zachariam *diei* XX *Ianuarii*; *utpote jam ſæpe deprehenſus à nobis, ſuis quos appellat Beatis, cum certum diem nullum aſſignatum invenit apud ſcriptores, aliquem pro ſuo arbitrio legere.*

E

& colitur 3 Maji, non 20 Ianuarii.

8 Ex primo ſepulturæ loco, *inquit Cardoſus*, ſolebant fideles pii terram educere, præſens adverſus febres remedium, neque id facere deſierunt ſimili cum affectu atq; etiã effectu. Vidit hoc anno MDCXI, conventum iſtum dum viſitat, Provincialis Fr. Ambroſius Silva de Jeſu: & ſimili pietate motus mandavit Sacriſtæ, ut iſtius terræ etiam ſibi aliquid acciperet pro Reliquiis habendum. Dictum, factum: eodemque tempore placuit Deo, ut infra eamdem terram articulus digiti unius reperiretur. Obſtupuit devotiſſimus Prælatus oſſiculum iſtud, poſt trecentos & quinquaginta circiter annos à morte viri ſancti, adhuc integrum conſpiciens; exiſtimavitque voluntatis divinæ eſſe, ut tam pretioſæ Reliquiæ in loco honorabiliori ac magis conſpicuo reponerentur. Electa ad hoc eſt Vigilia Paſchæ, quando, conſentiente & approbante D. Michaele de Caſtro, Oliſiponenſis Urbis digniſſimo Archiepiſcopo, Provincialis, cum Guardiano loci Fr. Emanuele dos Reis, coram innumerabili qui ad ſpectaculum tam religioſum accurrerat populo, tranſtulit ſacra oſſa ex veteri in novam, & rubro ſericeo panno interius veſtitam arcam, quæ deinde proceſſionaliter circumlata, repoſita fuit ad dexteram partem capellæ majoris,

F

Edulta à ſepulcro terra morbos curat:

corpus anno 1611 transfertur,

A majoris, intra ſacrarium lapideum, cratibus, ferreis quidem, ſed inauratis præmunitum: *in* cujus ſummitate legitur inſcriptio: Sepulcrum B. Zachariæ & duorum ſociorum, erectum XI Aprilis, anno MDCXI. *Annus iſte Cyclo Lunæ* 16, *Solis* 24, *littera Dominicali* B, *celebrabat Paſcha die* III *Aprilis; pro cujus totiuſque Paſchalis hebdomadis reverentiâ apparet ceſſatum fuiſſe uſq; poſt Dominicam in Albis: adeo ut proxima feria* II *fuerit circumducta proceſſio præfata. Hoc die, quoniam abſq; Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia fieri de eo ut* Beato *non poterat, factum eſt ſacrum de Beata Virgine: ſequenti autem die (nam unus non ſufficiebat populari pietati explendæ) factum eſt de S. Franciſco;* totius bidui pompam apparatumq; ſuis impendiis curante Alanquerienſis oppidi Correctore Lupo de Barros, qui etiam prænotatum ſacrarium fabricandum ſuo ære locaverat, omnibusque & ſingulis actibus interfuerat, authenticum de iis inſtrumentum confecturus ſignaturuſque.

11 Aprilis,

cum oſſibus 2 ſociorum,

9 *Quinam duo iſti Socii fuerint, non potuit nos docere Cardoſus: divinando tamen ſuſpicari quis poſſet, eorum unum eſſe de quo ad annum* 1217 *nu.* 24 *ſic loquitur Waddingus.* Prætereundum hic non erat pium & ſingulare cujuſdam cœnobioli S. Catharinæ incolæ & Zachariæ ſocii factum, quo quantum religioſis viris fugiendæ mulierum converſationes, ad oculum monſtravit. Principi Saneiæ familiaris erat Domicella, ob pietatem cara, nomine Maria Garcia; quæ Religioſum, vere quæ Religioſi erant curantem, ſæpius inviſebat, quo nihil ei moleſtius, nec quod magis horreret aut fugeret. Dum ergo ſemel orantem per nuntium interpellaret, rogaretq; ut ſe allocuturus in eccleſiam prodiret; illeq; renueret, & illa denuo pro mulierum conditione magis inſtaret cum lacrymis, ſuamq; cauſaretur mœſtitiam ex denegato ſancti viri alloquio & pia exhortatione; tandem importune rogatus acceſſit, ignem una, altera manu paleas ferens: quas ut igni admovit, cum ſubito ſuccederentur, adjunxit: Domina, ideo tuum quantumvis pium recuſo conſortium & familiare colloquium, quia idipſum quod paleæ ex approximatione ad ignem lucratæ ſunt, lucrantur etiam religioſi qui cum feminis familiarius aut ſæpius colloquuntur; ingentemque illum perdunt fructum, quem ex divino colloquio & ſancta oratione poſſunt acquirere. Quo facto quibuſque verbis, cum rubore pia pediſſequa diſceſſit, nequaquam impoſterum Religioſo importuna. Plures ex noſtris rem hanc referunt, ſed viri nomen non exprimunt; id dumtaxat addunt, ſancte vixiſſe & obiiſſe, idq; per miracula conſtitiſſe, & S. Antonium Oliſiponenſem, dictum de Padua, adhuc Canonicum Regularem in cœnobio Sanctæ Crucis Conimbricenſi, inter Miſſarum ſolennia, cum ingenti claritate vidiſſe ejus animam ad cælos adſcendentem. *Unde intelligitur ante annum* MCCXX, *quo S. Antonius tranſiit ad Ordinem Franciſcanum, obitum iſtum contigiſſe: & prius quam in novum monaſterium migraret Zacharias. Quo non obſtante, potuerunt ſancti viri huc tranſlata fuiſſe oſſa, propter miracula quæ ad invocationem ejus patrabantur.*

AUCTORE D. P.

cum magna ſanctitatis fama

mortuus ante an. 1220.

10 *Porro* in ultima iſta B. Zachariæ Tranſlatione, reſervatæ fuerunt extra arcam Reliquiæ nonnullæ, ad devotorum ſolatium, *inquit Cardoſus:* earumq; una ſervatur intra medii corporis ſtatuam, in oratorio S. Catharinæ; itemq; alia in ſimili ejuſdem Zachariæ ſtatua, quæ Alanquerii feſtivis diebus exponitur ſuper altari, & correſpondet pectorali imagini S. Franciſci, continenti parte habitus in quo hic recepit ſacra ſtigmata. Celebratur autem feſtum B. Zachariæ, ſicut dictum, communi cum ſancta Cruce feſto, & magno cum populi undiq; accurrentis confluxu. *Ita ille partim hac* III *Maji, partim* XI *Aprilis, quando prædicta Tranſlatio facta fuit: cujus ſi annuam memoriam obſervare libuiſſet, credo hanc nulli certo diei affigendam fuiſſe, ſed inter mobilia cum Paſchate feſta recurrere debuiſſe, feria* II *poſt ejus Octavam.*

Reliquiæ ſuperaltari.

B *quorum unus videtur eſſe Anonymus*

E

DE B. ALEXANDRO VINCIOLO

EX ORDINE MINORVM S. FRANCISCI NUCERIÆ IN UMBRIA EPISCOPO.

D. P.

AN. MCCC LXIII. *B. Rainaldi Ep. Nucerini Vita*

C

Acturi de B. Raynaldo Epiſcopo Nucerino, *die nona Februarii, qua obiit anno* MCCXXV; *ſitum fortunamq; urbis ut cumq; deſcripſimus, ut nihil opus ſit ibi dicta hic iterare; ſolumque ſuperſit indicandum, quod Vitam ejus, quam ex Italica interpretatione Latinam denuo coacti fueramus facere, primigenio ſuo longeque prolixiori ſtylo, invenerimus deſcriptã Fulginii apud Ludovicum Iacobillum, optime de Sanctis Vmbriæ ſcribendo meritum. Ejuſdem deinde Vitæ exemplũ aliud, charactere vulgari nec antiquo, exhibuit nobis Codex Vaticanæ Bibliothecæ, ſignatus num.* 5835, *& continens Collectanea Mss. Lucii Cardinalis Sanſeverini, à ſcientiarũ omnium notitia laudatiſſimi, & penultimo Vitæ ſuæ anno, Chriſti* MDCXXI, *ſacra Purpura donati, cum prius Roſſanenſem Archiepiſcopatum, deinde Salernitanum tenuiſſet.*

compilata eſt ſeculo 14.

2 *Titulus Vitæ hic erat:* Incipiunt aliqua memorialia de Vita B. Raynaldi Epiſcopi Nucerini, ſicut ab antiquis relata ſunt, quæ veridica retulit miniſter ejus, qui illi ſervivit pluribus annis, ſicut antiquorum traditio affirmavit. *Apparet autem ex articulo ultimo, in quo finitur Series Epiſcoporum Nucerinorum inſerta iiſdem memorialibus, hæc ſic eſſe compilata ſub Epiſcopatu Lucæ de Camerino, anno* MCCCLXII *conſecrati: quem ſcimus ex epitaphio ſuo in eadem dignitate ſuperfuiſſe uſque ad annum* MCCCLXXXIX. *Qua tam exigua ſequiſeculi intercapedine à morte Sancti uſq; ad ætatem collectoris non obſtante, memorialia iſtæc ejuſmodi ſunt; ut, quæ S. Raynaldum ſpectant, apocryphae eſſe manu ſua adnotaverit dictus Cardinalis, & non pauca ex Actis S. Martini Turonenſis Epiſcopi mutuata videri. Poſteris id noſtris dijudicandum relinquimus: hic dicimus, non adeo mirum videri debere, quod Sancti iſtius geſta ſic fuerint obſcurata, quia ut ibidem dicitur,* Sub Imperatore Frederico Teutonici & Fulginates Nucerinos invaſerunt, & ipſos de terra expulerunt anno Domini MCCXLVIII. . . . & tunc Nucerina Eccleſia Canonicis & Clericis viduata, Teutonicorum ſtipendiariorũ ſpelunca facta eſt . . . & paramenta, libri & vaſa eccleſiæ perdita ſunt.

poſt deperdita eccleſia ſcripta,

F

3 *Sed mortuo Frederico & pace Eccleſiæ reddita, reſtaurata eſt anno* MCCLVIII, *& in deceſſorum ſuorum Sedem rediit, qui fuerat ante quadriennium electus,* Philippus, *titulo* Beati *etiam ipſe honoratus, qua de cauſa commemorandus in ſupplemento operis veniet* XXI *Ianuarii, ſaltem inter Prætermittendos, ſi de ſufficienti ejus cultu interim non conſtet. Poſt Philippum* Fidemundus, *poſt hunc* Joannes, *ac deinde Nucerinæ Eccleſiæ* præfuit Alexander Epiſcopus de Ordine Minorum, natione Peruſinus de Vinciolis, *uti inter prædicta Memorialia legitur; ac rurſum in fine,* Alexander de Ord. Min. anno Domini MCCC XXVIII. *ſubintellige, conſecratus; immediatus deceſſor Lucæ, ultimo loco in iſtis ſcriptis nominati pro anno* MCCCLXII, *uti diximus. Habes hic, quantumcumq; priora de Raynaldo vacillent, indubitabile teſtimonium de tempore quo ſedit* Alexander. *Titulum* Beatitudinis, *quem ei dant recentiores ſcriptores, & cujus cauſa ipſum hic referimus, probat Waddinghus, eo quo ad Epiſcopatum à Ioanne* XXII *nominatus eſt anno* MCCXXVII *num.* 15, *aſſerens, quod* in choro Fratrum Minorum Saxi-ferrati impoſita eſt tumulo ejus imago, circumdata radiis & ſignis ſancti viri, multiſque miraculis ab eo patratis: *quodque* ejus Reliquiæ

interim ſederunt B. Philippus & alii,

tum B. Alexander

AUCTORE D. P.

liquiæ ſtatutis diebus exponuntur populorum venerationi, Nuceriæ in eccleſia Cathedrali, aliiſque in locis prædictæ & Spoletanæ diœceſis.

in Saxo-ferrato ſepultus,

4 *Ipſum* Saxum-ferratum *in Piceno eſt, ad Sentinum amnem cui Nuceria in ſpiritualibus ſubeſt*, XX P. M. *diſtans eundo; Fanum verſus in Boream. Hic fuiſſe conventum jam inde ab anno* MCCXLVIII (*ſi non à tempore ipſius S. Franciſci, quod oppidani traduni*) *probat Waddinghus ad an.* 1290 *num.* 27 *ex bulla Innocentii* IV *anno Pontificatus ejus* IV *data. Deeſt tamen conventus Saxo-ferratenſis Catalogo ſub ann.* MCCLVIII *per S. Bonaventuram conſcripto, primumq; nominatur in eo quem an.* MCCCC *contexuit Bartholomæus Piſanus. Si quid de miraculis ad ſepulcrum patratis haberi ex illo conventu poteſt, rogo Patres iſtos ne ſibi ipſis ſuoque Beato gloriam debitã ſubtrahant, quæ ex eorum diſtinctiori enumeratione poſſet provenire: nam de iis quæ vivens patravit, hoc unum habemus apud Waddinghum quod* meritis ejus & interceſſione S. Raynaldi, Deus Nuceriam liberavit à ſeviſſima peſtis contagione; deinde municipium Saxi-ferrati. In cujus beneficii memoriam accolæ, ex Communitatis conſtituto, Minoritis ſex libras ceræ in menſe Majo quotannis appendunt. *Idem Waddinghus in Bullario poſt tom.* 3 *recitat Ioannis* XXII *Breve*, datum Avenione XV Kal. Decemb. Pontificatus anno XII, *& inſcriptum*, Dilectò filio Alexandro Electo Nucerino, *quod hic ponere placet ad promotionis ipſius ordinem cauſaſque, & inſignes ſimul viri virtutes cognoſcendas. Eſt ergo hujuſmodi.*

ubi peſtem depulit claretque miraculis,

B

à Ioanne P. XXII factus Epiſcopus.

5 Ad exequendum Paſtoralis officii debitum vigilantibus ſtudiis intendentes, circa ſtatum Eccleſiarum vacantium aciẽ attentæ conſiderationis ſolerter extendimus, & de ipſarũ profectibus ſolicite cogitamus; opem & operam, prout utiliùs fore perpendimus, diligentius impendentes, ut per Rectores provideos eædem Eccleſiæ gubernentur, ac per eruditos miniſtros in ſpiritualibus fulgeant, & per diſpenſatores prudentes in temporalibus augeantur. Olim ſiquidẽ ex certis rationabilibus cauſis, quæ ad id animum noſtrũ induxerunt, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium, in terris ad nos & Romanam Eccleſiam ſpectantibus conſiſtentiũ, tunc vacantium & vacaturarũ in antea, ordinationi & diſpoſitioni noſtræ & dictæ Sedis Apoſtolicæ, uſq; ad noſtrum & ipſius Sedis beneplacitum, tunc duximus reſervandas; decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attentari. Poſtmodum vero Nucerina Eccleſia, eidem Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecta & in terra, ſpectante immediate ad dictam Romanã Eccleſiam, conſtituta, per obitum B. M. Joannis Epiſcopi Nucerini, qui in partibus illis diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos ad proviſionem ipſius Nucerinæ Eccleſiæ celerem & fidelem, de qua nullus præter nos ſe intromittere poteſt, reſervatione & decreto prædictis obſtantibus, paternis & ſolicitis ſtudiis intendẽtes; ac cupientes talẽ eidẽ Eccleſiæ præeſſe perſonam, quæ curet & poſſit eamdem præſervare à noxiis & adverſis, ac in ſuis manutenere juribus, & etiam augmentare; poſt deliberationẽ, quam ſuper his cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te, Ord. Fratrum Minorũ Profeſſorem, Pœnitentiarium noſtrum, quem litterarũ ſcientia præditum, converſationis & morũ honeſtate decorum, & diſcretionis & conſilii maturitate dotatum, in ſpiritualibus providum & providentia circumſpectum, aliiſq; virtutum meritis multipliciter novimus inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis: quibus omnibus attenta meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdẽ Fratribus ob hujuſmodi tuorum exigentiã meritorum accepta, præfatæ Nucerinę Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, providemus; teq; illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem; curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Nucerinę tibi tam in ſpiritualibus quã in temporalibus plenarie committendo; firma concepta fiducia, quod dirigente Domino greſſus tuos tuaque ſtudia proſequente, præfata Eccleſia Nucerina, per tuæ providæ circumſpectionis induſtriam & providentiã circumſpectã, in utriſq; feliciter & proſpere dirigetur.

C

D

Commendatam ſibi ab eo eccleſiam ſuſcipit.

& ordinatur 22 *Maji* 1338 *Dom. Pentecoſtes.*

6 Cœperat ſedere Ioannes die VII *Auguſti an.* MCCCXVI; proinde dies XV *kal. Decemb. an.* MCCCXXVII, *convenit in annum Pontificatus* XII *à trimeſtri cœptum: quare cum Vgellus aſſerat conſecratum fuiſſe Alexandrum die* XXII Maji, *debuiſſet eam ordinationem ad ſcripſiſſe, ſicuti is quem dixi auctor coævus fecit, an.* MCCCXXVIII, *non autem præcedenti. Hoc ipſum confirmat litterarum Dominicalium ratio, quæ, non præcedenti, ſed iſto anno biſſextili erat* B, *adeòq; referebat Dominicam die* XXII *Maji. Notũ eſt autẽ quod Epiſcopi conſueverint in Dominica ſacrari. Fuit porro iſta Dominica nõ ſimplex ſed ipsâ Penteocſtali ſolennitate feſtiva, quia Cyclo Lunæ* 18 *Solis* 2, *Paſcha celebratum fuerat* III *Apr. Ludovicus Iacobillus, pauculas de B. Alexandro memorias recolligere ſatagens, dicit, quod an.* MCCCXXVIII, *ipſo quo conſecratus eſt*, facultatem conceſſit D. Andreæ Pauli de Aſſiſio, monacho Benedictino, ædificandi monaſteriũ in oppido Gualdi, ſub appellatione Corporis Chriſti cũ eccleſia & officinis, ibiq; collocandi monachos & Abbatem ſub Congregatione Corporis Chriſti & regula S. Benedicti: *quodq*, eodẽ anno permiſerit Cecco Manciæ de Gualdo, fundare monaſteriũ S. Petri extra oppidum Gualdi, ad introducendas illuc monachas S. Claræ: *deniq; quod* an. MCCCXLIII die XX Januarii, de licentia Clementis Papæ VI, corpus B. Angeli de Gualdo (*cujus nunc duplicem Vitam aliaq; monumenta habemus, danda in ſupplemento ad* XV *Ianuarii*) tranſtulit in lapideam arcam in cappella eccleſiæ S. Benedicti: & anno MCCCXLVIII peſtem, quæ Italię partes nona hominum parte imminuit, à ſua avertit diœceſi, *ſicut ſupra dictum eſt*; *in cujus rei & publicæ gratitudinis eam ſecutæ confirmationem allegantur in margine Hymnus antiquus eccleſiæ Sentini, & Communitatis ſtatutum, quæ libenter videbimus, huic loco annectenda.* Cæſar Alexius, in prima Centuria elogiorum illuſtrium Peruſinorum, elegantiſſime, tametſi brevi elogiò hujus ſanctiſſimi virtutes complexus eſt, *inquit Vghellus in Epiſcopis Nucerinis. Nos Cæſaris iſtius elogia non habemus, credimus tamen nihilominus elegans & forte magis hiſtoricum inveniendum in Perugia Auguſta, quam nuper audio typis datam Romæ à noſtro P. Auguſtino Oldoino.*

transfert corpus B. Angeli de Gualdo:

E

Baldum conſulit, cujus eſt ad eum Conſ. 102.

F

7 *Nonnihil etiam ad Alexandri laudem facit, quod Iuriſconſultorum celeberrimum Bartholum, in oppido ſuo Saxi-ferrati natum, non ſolum nativitate ſubditum, ſed etiã amicitia familiarem habuit; quemadmodum videre eſt in collectione Conſiliorum ejus, Conſilio* CII *dato ad ipſius Alexandri quæſitum, per epiſtolam ſic propoſitum:* Cariſſime Domine. Iſti noſtri Nucerini inquiſiti ſunt à Domino Rectore Ducatus & ejus Curia, quod ipſi fuerunt negligentes & remiſſi in capiendo certos homicidas; ex quo crimine impoſita eſt certa pœna, ſecundum formam conſtitutionum Provincialium; ſupra qua inquiſitione examinati teſtes dicunt, Commune & homines dictæ civitatis fuiſſe negligentes, ut in dicta inquiſitione continetur: nec reddunt cauſam ſui dicti, nec fuerunt interrogati an ex eorum dictis ſit probata inquiſitio; & ſi non eſt probata, quid debuiſſet fieri ad eam probandam. Quia iſta quotidiana ſũt, tam pro præſenti quam pro futuro, rogamus ut plenius ſcribere placeat. *Laudabilem certe pro ſubditorũ ſibi civium quiete ſolicitudinem in Epiſcopo* Alexandro *ea quæſtio indicat: plura de eo nobis invidit ſcriptorum negligentia. Succeſſorem ejus, ut ſupra vidimus, Lucam pro anno* MCCCLXII *notat auctor coævus: interim Iacobillus* anno *dumtaxat* LXIII die III Maji *obiiſſe Alexandrum ſcribit: Iacobillum Vghellus ſequitur, & citato Regiſtro Vaticano aſſerit, quod* Urbanus V evexit Lucam anno MCCCLXIII, XII Kalendas Auguſti.

DE

DE B. STANISLAO POLONO

CANONICO REGVLARI LATERANENSI G.H
CASIMIRIÆ AD CRACOVIAM.

AN. MCCCC LXXXIX. *Fridericus Szembek Cracovienſis, vir in Societate Ieſu eximius, inter alia Societatis miniſteria cum laude tractata, Sanctorum cultum mirifice promovit, tum impetrando multorum ſacra pignora, quæ per diverſa Poloniæ loca diſtribuit, tum colligendo plurium Acta, quorum alia edidit, alia ante mortem, quam obivit anno* MDCXLIV, *ad nos Antverpiam tranſmiſit. Inter hæc fuit* Vita, geſta, & miracula B. Staniſlai Poloni, Canonici Regularis Lateranenſis Ordinis S. Auguſtini, & Vice-Prioris conventus ſacratiſſimi Corporis Caſimiriæ, ex fragmentis manuſcriptorum ejuſdem conventus fideliter collecta: *uti præfatur ante ipſam Vitam. Fuit hæc primo* Cracoviæ anno MDCIX edita à Martino Baronio Jaroſlavienſi Clerico, auctoritate Illuſtriſſimi D. Bernardi Maciejowski, S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi Gneſnenſis, *dedicata* D. Staniſlao Sazlowski Abbati Tinecenſi ac Canonico nato Cracovienſi, à quinque Cenſoribus examinata & approbata, *& poſtea à dicto Friderico Szembek reviſa.*

Vita edita,

B

miracula ex Mss.

2 *Intra primum annum ab obitu B. Staniſlai patrata fuerunt plurima miracula, ex quibus Canonici Regulares Caſimirienſes collegerunt & ſcripto reliquerunt centum ſeptuaginta ſex, quæ dictus Fridericus Szembek curavit deſcribi ex archivo ejuſdem monaſterii: cum Vita jam dicta excuſa ſunt eorum quinquaginta, & nonnulla ornatius reddita, quæ ex originalibus hic* magis exacte & fideliter deſumpta *eſſe, præfatus Szembek monuit, & indicavit inter ea* aliqua valde inſignia miracula inveniri. *Nos relictis excuſis, quæ à curioſo lectore haberi poterunt, omnia damus ut accepimus à jam dicto Frederico: qui præterea* duo obſervanda *notavit, primum*, quoties in his nominetur carnifex, intelligi debere lanionem. *Alterum*, quoties nominetur crinale, intelligi cereum, qui eſt inſtar plicæ ſeu crinium complicatorum, quo paſſim utebantur in illa eccleſia, & huc uſq; utuntur in publicis proceſſionibus illi religioſi, & alii ad eorum parochiam pertinentes: *alii* intortitium *appellant in Italia & Gallia. Quibus tertium monitum jungamus oportet, ſcilicet omnia ſcripta fuiſſe characteres tam imperfecto obſcuroque, ut Polonica nomina paſſim occurrentia impoßibile nobis fuerit tam exacte reddere litteris noſtris, quin ſæpe exerraverimus: quos errores operæ pretium foret ad originalem ſcripturam à Polonicæ linguæ gnaro conferri, & emendandorum ſyllabum huc transmitti. Sub finem addimus Appendices; alteram à Canonico deſcriptore, indicante ſuam in deſcribendo fidelitatem, & addente tria miracula ſeu beneficia ſe ibidem præſente præſtita. In altera referuntur aliquot miracula, recentiora & jam excuſa, quæ ad ſcientiam plenam ſunt adjungenda.*

C

Appendices

obitus 3 Maji Caſimiriæ

3 *Vita functus dicitur* B. Staniſlaus *Caſimiriæ anno* MCCCCLXXXIX: *de quo cum inter omnes conveniat, neceſſe eſt annos ætatis quinquaginta tunc attigiſſe, ſi revera natus eſt anno* MCCCCXXXIX, *uti legitur excuſum in margine ſub initium Vitæ. Diem ejus natalem in cælis fuiſſe* III Maji *indicatur in tabella Kalendarii defunctorum Canonicorum illius eccleſiæ, & aliis Catalogis Confratrum in variis cœnobiis adſervatis, idemq; dies refertur in Encomio vitæ, carmine deſcripto.*

Hic idem Maji, diſtincto flore virentis,
Tertia lux tepidos dum peragravit equos,
Ex mundi ſcena tempeſtatumque theatro
Venit olympiacum ſplendidulumque chorum.

Eodem modo tempus mortis in margine ad miracula adſcriptum legitur anno 1489, 3 Maji: *quod etiam præſcripſit dictus Szembek & infra apud Pennotum confirmatur. Interim in Actis Vitæ excuſæ* animam Deo reddidiſſe 1489 Junii 7 *legebatur, & nos ideo ſepoſueramus ad dictum* VII *Iunii; verum dum ea Acta pro iſto die parare volumus, reperimus ad hunc* III *diem Maji natalem ejus propius pertinere: ideoque illa vel hic damus in Appendice.*

in cœnobio Canonicorum Regularium.

4 *Gabriel Pennotus lib. 2 Hiſtoriæ Clericorum Canonicorum cap. 4 num. 2* Cœnobium, *inquit*, Corporis Chriſti, Caſimiræ prope Cracoviam, fundatum eſt per Caſimirum II Regem Poloniæ anno MCCC XLVII, ex occaſione miraculoſæ inventionis divini Sacramenti Euchariſtiæ, ablati & projecti cum delatorio æreo in paludem Motta juxta Villam Vavel. Quod monaſterium cum præfatus Rex teſtamento Regularibus Canonicis legaſſet; Vladiſlaus II, dictus Jagello Lituanus, fundator Academiæ Pragenſis, ex oppido Glatz diœceſis Pragenſis introduxit anno MCCCCV in craſtino Annuntiationis Beatæ Virginis, cum ſolennitate omnium proceſſionum Cracoviæ, & præſentia multorum Senatorum regni. Floruit in hoc monaſterio B. Staniſlaus dicti loci Canonicus & Subprior: cujus ſanctitatem declaraverunt miracula, quæ poſt illius mortem (quæ contigit anno MCCCCLXXXIX, tertia die Maji) ſunt ſecuta; ex quibus primo ſtatim anno centum ſeptuaginta tria per Presbyteros dicti monaſterii ſunt notata, & in chartophylaciis ſervata: quæ cum aliis, vulgari idiomate Polonico, una cum Vita ejuſdem beati viri, de licentia Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi & S. R. E. Cardinalis, typis ſunt mandata. Ejus virtus in relevandis ægrotis maxime manifeſtatur. Hi Canonici veſte alba & rochetto & almiaco coloris violacei in eccleſia utuntur cum bireto clericali. Porro ex hoc monaſterio multa alia cœnobia originem cœperunt.

E

Habitus Ordinis.

F

VITA

Auctore Martino Baronio, recognita à Friderico Szembek.

Caſimiria

1 BEatus Staniſlaus Polonus, originem ſuam duxit Caſimiriæ, quæ eſt contigua Cracoviæ civitas, honeſtis prognatus parentibus pietateque conſpicuis, patre Matthia Soltys cognominato, textoriæ artis profeſſo ac Conſule Caſimirienſi, matre vero Heduige femina devotiſſima. Natalem ejus illuſtrem effecit ſolennis apud Polonos dies *a* tranſlatione corporis S. Staniſlai Epiſcopi & Martyris ex templo, ſupra martyrium exædificato, ad auguſtiorem Cathedralis arcis ædem. In eo ſtatim à primis incunabulis mira quædam pietatis ac religionis ſemina emicuerunt. Nam quamprimum per ætatem licuit, Academiæ Cracovienſi bonarum artium ac diſciplinarum gratia à ſuis commendatus tantos ibidem tamque ſtupendos progreſſus brevi temporis ſpatio fecit, ut omnes æquales ac coæta-

a 7a

A. MART. BARON. fit Canonicus Regularis,

neos ſuos multis poſt ſe paraſangis, cum admiratione haud modica præceptorum, relinqueret.

2 Pulchram autem à Deo animam nactus, animadvertens haud tuto ſcorpionibus cohabitari, religioſum vitæ genus, ſub Regula S. Auguſtini, apud Canonicos Regulares Lateranenſes, magna animi cum aviditate amplexatus eſt, pauperiem Chriſti vanis ac fluxis mundi pollicitationibus prudenter anteponens. In conſortium itaque ſervorum Dei receptus, tamquam lucerna ſupra candelabrum poſita, vitæ ſanctimonia, abſtinentia victus, multaque reliquarum virtutum luce, ita ſubito ſplendeſcere cœpit, ut Superiores virtutibus ejus impulſi, ſine mora illum primo in ordinarium verbi divini apud Conventualem Eccleſiam ſuam Præconem, paulo poſt quoque ſacræ paginæ ad Fratres ſuos Lectorem publicum, ac deniq; ita urgentibus maximis ejus meritis in Vicepriorem conventus corporis Chriſti, unanimi conſenſu adoptarent.

multos convertit,

3 In quo dignitatis gradu conſtitutus, quam uberem meſſem animarum, tum ignitis ac zeloſis concionibus, tum ſancta & exemplari vita, apud concives ſuos collegerit, dici vix poteſt. Nec enim ita in proclivi poſitum reor exactum inire numerum eorum, qui doctrina ipſius ſanctaque converſatione ex ſcelerum ac flagitiorum lacunis extracti, ad ſalutarem pœnitentiam veramque vitæ emendationem traducti ſunt. Ea quippe præpotentis Dei gratia ſuper illum luculenter irradiabat, ut omnes amabili quadam ac perjucunda morum ipſius ſuavitate illecti, eum tamquam communem parentem, pluſquam filiali affectu proſequerentur. Hinc factum ut quotquot eſſent tum vitæ inſtituto, tum morum conſonantia ipſi perſimiles, minime ſeſe à calore amicitiæ ejus abſcondere valerent, quin ſubito dexteras illi concederent, ſanctaque laborum ac conſiliorum communione, ipſum ad opus Euangelii inſtantius perurgendum fortiter inſtigarent. Inter
b quos ſanctitate præcipui extiterunt, primus *b* B. Simon de Lipnica Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Minorum, qui decem mortuos vitæ reſtituiſſe creditur, Cracoviæ in templo Fratrum ſuorum quieſcens. Alter *c* B. Michael Gedrucius, Canonicus Regularis S. Auguſtini, Ordinis S. Mariæ
c *adiutus ab aliis ejus ævi Beatis.* de Metro de pœnitentia Beatorum Martyrum, multis itidem miraculis clarus, ac quatuor mortuorum reſuſcitator percelebris, ad S. Marcum à Fratribus ſui Ordinis honorifice conditus. Tertius quoque
d *d* B. Joannes Cantius, Academiæ Cracovienſis Profeſſor, ac ſacroſanctæ Theologiæ Doctor, viginti
C ſex mortuorum reſuſcitator magnificus, apud S. Annam Academiæ templum decenter ſatis tumulatus. Quartus denique
e *e* B. Suentoſlaus Manſionarius, executor teſtamentorum, cui, adhuc in vivis agenti in civitate Slawkow, S. Staniſlaus Epiſcopus & Martyr apparuit: cujus reliquiæ ſimiliter Cracoviæ, in æde Divæ Virgini ſacra, ad forum religioſe
f venerantur *f*.

curam agrotum habet:

4 Sed ut unde digreſſa eſt mea revertatur oratio, Beatus hic Staniſlaus noſter, ſupra reliquarum virtutum cumulum, mira inſuper ſolertia & vigilantia præditus fuit; quoque ſe ab humanis laudibus occultaret facilius, noctu ſingulas infirmorum Fratrum cellulas adibat, & benedicens ipſis ſigno ſanctæ Crucis in oſculo pacis, ac ſolatia ſpiritualia ſanctaque monita iiſdem impertiens, ſubinde hæc & ſimilia repetens verba, Fratres cariſſimi, oportet nos per multas tribulationes introire in regnum cælorum; neceſſaria quoque ſi opus erat opportune ipſis miniſtrabat. Eamdem quoque conſuetudinem, in viſitandis ſecularibus ægrotantibus, haud ſegnius uſurpabat: omnibus enim debitorem ſe arbitrabatur, nulli quantum ab ipſo erat ſubtrahens viſcera compaſſionis ac vitæ documenta ſalubria.

D

erga ſeipſum rigidus,

5 Nocte indutus cilicio, nuda humo incubans, ſomnum capiebat, ſuppoſito capiti loco cervicalis ſaxo duriſſimo. Brevi deguſtato ſomno, iterum ſurgebat ad pernoctandum in oratione ſancta, Deique juſtificationibus ſeſe exercendum inſtantius. Diebus quoque ſolenni jejunio ab Eccleſia dicatis, frequenter conſpectus fuit, abjecta tunica ac cucullo, ſacco tantummodo indutus incedere, integram hebdomadam bina ſolummodo refectione in pane hordeaceo & aqua frigida terminare dimenſum ſuum quotidianum, reſiduum pauperibus larga manu interim diſtribuendo. Tam rara vigilantia præditus fuit, ut nocturnas Fratrum vigilias unus omnium ſemper anticiparet; nonnunquam quinquagenos, ſæpe etiam integrum ex ordine pſalterium ante Matutinas expediens. Cibum non niſi flexis genibus ac oratione Dominica pro vivis ac defunctis recitata capiebat. Spiritum ſuum aſſidue ſcopebat meditatione ſancta, ſtatuens ſe in conſpectu Domini & B. Mariæ Virginis, cui ſingulari quadam devotione addictus erat. Hinc cum ali-
viſitatur à Deipara: quando in Eccleſia S Staniſlai, loco ubi Martyr Chriſti pro veritatis & Eccleſiæ Dei defenſione trucidatus fuit (habebat enim hoc in more poſitum, ut ſingulis feriis ſextis quoad viveret, ſepulcrum Chriſti Martyris devote viſitaret) inſolito quodam ſpiritus impetu correptus, preces ſuas ferventius perageret; meruit videre glorioſam Virginem Mariam, puerum Jeſum brachiis ſuis claudentem, ſtipatam glorioſo Epiſcopo & Martyre Staniſlao, Pontificalibus ſolenniter induto, concomitante inſuper innumerabili Sanctorum cohorte, in hæc verba eum compellantem; Gaudeo, fili Staniſlae, de inſigni iſthac devotione tua, qua me una cum S. Staniſlao Patrono tuo, indeſinenter proſequeris. Ideo tibi dico; viriliter age, & eſto robuſtus: te enim una cum Sanctis meis merces copioſa expectat in cœlis: hiſque dictis diſparuit.

E

ſilentium ſervat:

6 Ex qua die ita ſtricte ſilentium obſervare viſus fuit, ut à Completorio uſque mane alterius diei, nonniſi Prima peracta, nullus unquam verbum ex ore ipſius elicere potuerit. Qua abſoluta, cauſarum audientiæ ſe dabat, aut ſi ab his vacare contingeret, uſq; dum Miſſæ tempus appropinquaret eloquiis Davidicis ſolitarius cum Deo confabulabatur. Quotiescumq; ſacroſanctis altaribus aſtitit oblationem peracturus, numquam homini verbum locutus noſcitur. Sacra ſynaxi peracta, aut labori manuum ſe dabat, aut de Scripturis ſacris cum ſibi cariſſimis Fratribus conferebat. Hiſque & ſimilibus ſanctis exercitiis deditus, neutiquam tamen conſuetum prædicandi munus intermittebat, docens, increpans, obſecrans, cum multa humilitate & patientia. Verba autem ad populum faciens, hæc inter alia frequenter iterare ſolebat: Tu, qui Miſſam audis, & à fine recedis, nulla merces datur, quia laus divini officii in fine probatur.

F

ager à Chriſto admonitus

7 Denique multis pro Chriſti nomine exantlatis laboribus, tandem in gravem infirmitatem incidit, qua, ob exhauſtas nimia abſtinentia ac vitæ rigore vires, de die in diem magis invaleſcente; à Domino ſe ad requiem vocari haud obſcure perſentiens, ingenti lacrymarum imbre effuſo, divinæ ſeſe miſericordiæ ac protectioni ferventiſſimis precibus commendare cœpit. Cui ita in oratione poſito, ſubito apparuit Dominus & Salvator noſter, una cum glorioſiſſima virgine Maria ac multis aliis Sanctis, regni præſertim Poloniæ Patronis, blande illum hiſce verbis compellans: Surge & feſtina, fili mi Staniſlae, hodie enim mecum eris in paradiſo. Quo exoptato

A exoptato nuntio percepto, ſubito de lectulo ſeſe proripiens, ſine mora Sacramentis Eccleſiæ præmuniri voluit. Quibus rite & ex ordine ſumma cum devotione perceptis, convocatis Fratribus ſuis in Chriſto cariſſimis paciſque oſculo ſalutatis, erecta manu eiſdem benedicens, manuſque ſingulis imponens, in hæc verba iiſdem vale dixit: Benedicat vos Dominus Deus noſter, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, Amen: & det vobis ſuam ſanctam pacem, caritatem perfectam, converſationem ſanctam, & pios mores inſimul omnibus, in ſecula ſeculorum, amen. Quibus dictis, proſtratis in terram genibus, manibuſque in formam Crucis expanſis, fixis in cælum oculis, caſtiſſimam animam Deo commendavit, *pie obiit.* ultima verba hæc emittens: Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, in manus tuas commendo ſpiritum meum; ſicque animam Domino Deo reddidit, g MCCCCLXXXIX Maji III *g*. Sepultus eſt cum ſummo honore & timore Domini, cum gaudio & lætitia omnium, non ſine miraculis, ibidem Caſimiriæ in Eccleſia h ſacratiſſimi Corporis Chriſti apud ſuos Fratres *h*. Epitaphium in ſepulchro ipſius, ex antiquo & obliterato charactere, ea qua potuimus fide collegimus, & ſuis numeris reddidimus.

B Hoc concluſa latent Divi Patris oſſa ſepulchro:
Epitaphium. Staniſlai hac Caſimiria de gente creati,
i Cujus erunt meriti miranda *i* æterna trophæa.

ANNOTATA.

a Tranſlatio S. Staniſlai *Epiſcopi & Martyris deſcribitur in Vita ipſius, ad diem 7 Maji excuſa, lib. 2 cap. 1, & facta eſt 27 Septembris anno* 1088.

b *Vita* B. Simonis de Lypnica *nobis Miſſa, edenda erit ad diem* 18 *Iulii.*

c *Vita* B. Michaëlis Gedrocii *jam edita eſt ad diem 4 Maji.*

d *Vitam hujus* B. Joannis Cantii *duplicem habemus, illuſtrandam ad diem* 24 *Decembris.*

e *De hoc* Suentoſlao *late actum eſt ad Vitam S. Staniſlai Epiſcopi & Martyris 7 Maji lib. 2 cap. 2 in Annotatis littera c pagina* 255.

f *Subjungebatur* B. Eſaias Cracovienſis, *ſed quæ de eo hic erant relata, delevii Fridericus Szembek. Ejus Acta illuſtravimus ad diem* 8 *Februarii.*

g *Erat poſitum* Junii 7 *forte ob aliquam particularem rationem. At mortuum eſſe hoc* 3 *Maji ex ſupra relatis conſtat.*

C h *Sequebantur nomina Papæ, Imperatoris, Regis Poloniæ, Epiſcopi Cracovienſis, quæ aliaque parce delevit dictus Szembek.*

i *Mallem legere* mirandi.

Porro ſequentium miraculorum erat in MS. hic titulus.

Miracula quæ Deus omnipotens operatus eſt per merita pii & Beati Patri Staniſlai, filii Matthiæ Scholtiſs, textoris & Conſulis de Cazimiria. *Singulis autem miraculis præmittebatur particula conjunctiva* Item, *quam placuit expungere.*

Poſt miracula ſequebatur prolixum encomium elegiaco carmine, ſed frigidum prorſus atque inſulſum, nihilque lucis ad hiſtoriam conferens, indignum proinde quod locum habeat in hoc Opere. Stylum deguſtare ſi lubet, habes ſuperius diſticha duo de die mortis, unde de ceteris judicium formes.

MIRACULA

Primo anno poſt obitum patrata à Regularibus Caſimiritanis deſcripta.

Ex ipſius Monaſterii MSS.

1 REgina, uxor Clementis Nigri, textoris de Caſimiria, fluxum ſanguinis & quamdam aliam infirmitatem femineam paſſa eſt longo tempore: cui in ſua magna infirmitate apparuit pius Pater Staniſlaus, dicens; Quid hic jaces in tua infirmitate? vade ad ſepulcrum meum & ſanaberis: & dic Fratribus meis ut tegant ſepulcrum meum tapete. Quæ pergens ivit ad ſepulcrum beati viri, & flexit genua ſuper ſepulcrum ejus: & in inſtanti ſanata eſt. *Curantur. hæmorrhœa.*

2 Item Fr. Nicolaus Converſus de Swoſchowieze jacuit in gravi infirmitate, & pius P. Staniſlaus apparuit in optima rubea cappa, geſtans pulcherrimum libellum in manibus: qui infirmum ſalutavit & dixit, Noli timere, quia ſanaberis, & adhuc Fratribus tuis ſervies: quod & factum eſt. *gravis &* E

3 Staniſlaus, filius Peczkrawſcz de Caſimiria, ex læſione corporis ſui nimium infirmatus eſt. Et jam agonizando devovit eum mater ſua ad ſepulcrum ſupradicti Patris, cum Miſſa & lumine & ſigno cereo: & ſtatim convaluit. *letalis*

4 Anna, mater ſupradicti Staniſlai, uxor Krawz, in infirmitate graviſſima agens, confeſſa, Euchariſtiâ procurata, & ſacro Oleo inuncta, non ſperans ulteriorem vitam ſuam: ſed cum devota fuit ad ſepulcrum ſuprad. Patris, cum Miſſa, candela, & camiſia pro ſigno ſanitatis, ſtatim convaluit. *morbus;* a

5 Joannes, filius Wenceſlai Vika de Caſimiria, agens in graviſſima ſua infirmitate & quaſi jam agonizans, devotus eſt ad ſepulcrum ſuprad. Patris, cum Miſſa & candela, & quod ad modum Crucis deberet jacere ſupra ſepulcrum pii Patris: ſtatim reverſus ad rationem, convaluit.

6 Agnes, uxor Galhor, erat in quadam graviſſima infirmitate & punctionibus, quæ in medicos & antidota multa expendit, & nil eam juverunt: ſed cum votum fecit ad ſepulcrum pii Patris cum Miſſa & candela, ſtatim cœpit melius habere & convaluit. Sed quia hoc miraculum, quod Deus in ea operatus eſt per merita B. P. Staniſlai tacuit & Sacerdotibus non manifeſtavit, propter ingratitudinem ſuam in priſtinam infirmitatem cecidit. Sed cum votum fecit quod hoc miraculum vellet debite publicare, ubi major populus eſſet in auditione verbi Dei, ſtatim convaluit: quod & fecit publicare ad S. Bernardinum. *beneficio ingrata relabitur,* F *& iterum juvatur;*

7 Eadem femina exiſtens cum viro ſuo in magna perturbatione, propter quoddam notabile debitum, pro quo cum viro ſuo incarcerari debuit; votum vovit ad ſepulcrum pii Patris, cum Miſſa & candela, quod Dominus per merita ſua cauſam hanc ad bonum finem deduceret: & omnia, ſicut ipſa poſtulaverat, facta ſunt.

8 Margareta, uxor Felicis Conſulis, exiſtens in tam magna triſtitia propter virum ſuum, ſic quod amens facta jacuit tamquam mortua: ſed cum devota fuit ad ſepulcrum B. Patris cum ſigno cereo, ſtatim ad ſe reverſa, convaluit. *Curatur item alia bis*

9 Eadem femina exiſtens in dolore & oppilatione pectoris, devovit ſe ad ſepulcrum pii Patris, cum Miſſa & ſigno cereo: ſtatim cœpit melius habere.

10 Catharina, uxor Andreæ Calvi ſartoris de

EX MS. Casimiria, agens in dolore oculorum, votum vovit ad sepulcrum B. Patris, cum *b* crinali & oculis cereis: statim dolor cessavit.

ophtalmia, b

amentia, 11 Catharina uxor Nicolai piscatoris in Pobrzesse erat quodam die in magna turbatione & amentia, sic quod jam spirare non potuit: sed cum devota fuit ad sepulcrum pii Patris cum Missa & candela, statim reversa ad seipsam convaluit.

dolor cruris, pedis, oculorum, brachii. 12 Dorothea, relicta Paczeska pistoris de Casimiria, passa fuit longo tempore maximum dolorem cum tumore in crure & toto pede, similiter & dolorem oculorum; quæ fecit votum ad sepulcrum B. Patris cum signis cereis & convaluit.

13 Eadem femina habuit puellam, filiam parvulam filiæ sororis suæ, quæ maximum dolorem oculorum & fluxum longo tempore passa fuit; sic quod aliud non æstimabant, nisi quod ei oculi jam ex toto fluxissent: vovit eam ad sepulcrum pii Patris cum crinali & oculis cereis; & statim cœpit melius habere, dolor cessavit, & tertia die eis optime respexit.

14 Catharina, relicta Bartossi carnificis de Casimiria, passa est magnum dolorem in uno brachio; votum fecit ad sepulcrum B. Patris cum brachio cereo & dolor cessavit.

B 15 Margareta, vidua de domo Poclaryn de Casimiria, passa est dolorem brachii, votum vovit, & convaluit.

16 Alia femina, de eadem domo, patiens dolorem oculorum, votum vovit cum ligno cereo, & convaluit.

c 17 Chudii, tabernator *c* de Lagiswniky, agens in magna infirmitate, Eucharistia procuratus & inunctus, ad consilium ejusdem Sacerdotis votum vovit cum Missa & candela: statim convaluit: & hic idem Sacerdos testatus est, quod eumdem tabernatorem sequenti die post votum suum visitavit, & eum in campo laborantem invenit.

Sacramentis munitus subito convaluit. §

Curantur oculi, 18 Catharina, uxor Joannis Crorea carnificis, passa est longo tempore magnum defectum in oculis; votum vovit cum Missa & signo cereo; & statim sanata est.

gravis infirmitas, 19 Puer, filius Stanislai Camenez, textoris de Casimiria, agens in magna infirmitate, devotus fuit per matrem ipsius ad sepulcrum cum Missa & candela: statimque convaluit.

d 20 Catharina, uxor Joannis rasoris *d* de Casimiria, Cracoviæ existens in foro, ex quadam sua magna infirmitate cecidit in terram, ita quod tamquam

semimortua, semi-mortua delata est in hospitium: sed cum se devovit cum Missa & candela, statim convaluit.

C

e 21 Barbara, uxor Georgii lanificis *e* de Casimiria, magnum dolorem oculorum suorum passa est: votum fecit ad sepulcrum cum crinali & oculis cereis; & statim dolor cessavit.

dolor oculorum,

diuturnus morbus, 22 Eadem femina habuit puerum valde infirmum, de quo tantam tristitiam habuit, quod etiam mortem ipsius postularet: sed cum nec moreretur, nec convalesceret; votum fecit ad sepulcrum sæpe dicti Patris B. Stanislai cum Missa & lumine; & in instanti convaluit.

costa fracta, 23 Swiantocha, vetula de Casimiria, cecidit latere super quamdam ollam, & in tantum læsa est, quod non solum sibi fregit costas lateris, sed etiam ab hac læsione infirma jacuit: votum vovit ad sepulcrum cum Missa, & convaluit.

f 24 Nicolaus cognomento Lyssy de Casimiria, cum in judicio *f* terrestri aliqui diu contra eum valde verbis insistebant; propter hoc ipse in tanta per-

præturbatione amens, turbatione fuit, quod quasi amens factus nec respondere potuit: sed cum votum fecit ad sepulcrum cum Missa, statim ad se reversus convaluit, & responsionibus suis, omnibus, qui contra eum loquebantur, satisfecit. D

extremis munitus, 25 Jacobus carnifex de Casimiria, qui matrimonialiter copulatus est Heduigi, filiæ Schonmathis, in magna infirmitate sua Eucharistiâ procuratus & inunctus, cum jam quasi agonizabat, devotus est ad sepulcrum pii Patris Stanislai cum Missa & lumine; ac statim cœpit melius habere & convaluit.

26 Huic simile factum est Midas VVlosaty de Casimiria.

dolor capitis, 27 Margareta relicta Joannis VVrolich carnificis de Casimiria, passa fuit longo tempore dolorem oculorum, & excæcata quod etiam viam ante se non videbat: votum vovit ad sepulcrum pii Patris, cum crinali & oculis cereis, & cum quinquaginta Pater noster ante ipsius sepulcrum oratione; & statim cœpit melius habere & illuminata est in oculis suis.

parienti difficultas, 28 Catharina, uxor Petri Bargel, sartoris de Casimiria, prægnans erat, & cum tempus pariendi venit, parere non potuit; & in suis magnis doloribus votum fecit ad sepulcrum pii Patris cum Missa; & statim post votum peperit.

depositus à medicis, 29 Catharina Racowa de Casimiria, in die Pentecostes cecidit in magnam infirmitatem, in qua jacuit usque ad quintam Dominicam, & medicus ejus jam de vita ejus desperaverat, dicens ad filium ipsius: Gratis est jam aliquid in medicinis expendere, quia mater vestra mortalis est & non convalebit. Audiens hæc idem filius, vovit eam cum una Missa & candela ad sepulcrum; & statim cœpit melius habere & convaluit. E

pustulæ manuum curantur. 30 Domina Catharina de Bessenow in tantum pustulas habuit in manibus, quod nil potuit capere in manus suas, quod etiam aliæ mulieres eam cibabant & potabant: sed cum votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum Missa & candela, sanata est.

31 Simile factum est cuidam ancillæ de Cracovia: sed quia subticuit hoc miraculum cecidit in priorem defectum, non solum manuum, sed etiam totius corporis: & cum secundario votum fecit, & dixit hoc revelare Sacerdotibus ad Corpus-Christi, sanata est.

Pellitur febris. 32 Michaël quidam, socius in scholis ad Corpus-Christi in Casimiria, cum valde febribus æstuabat; votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai, & confestim sanatus est.

Cerevisia corrupta restituitur. 33 Heduigis Bycliangyna de Casimiria commisit tempore æstatis cerevisiam braxare, & cum ad hue esset in braxatorio, destructa est à tempestate aëris in tantum quod omnino alba & fœrida effecta F est; cum votum fecit ad sepulcrum pii P Stanislai; & statim meliorata est, in tantum quod eam totam g g epropinavit.

Curantur dolores cruris. 34 Sophia, relicta Matthiæ Polgas pistoris & Consulis de Casimiria, cum magnos dolores & punctiones haberet in crure, quod vix claudicando incedere potuit; videns item quod pius P. Stanislaus multos infirmos, debiles, defectuosos sanabat; votum fecit ad sepulcrum ejus, & veniens applicuit tria lumina ardentia, & dixit tria Pater noster, & tria Ave Maria ad laudem Dei, & flectebat circa sepulcrum pii Patris, & orando & auxilium ipsius implorando, quo usque finita fuit Missa, quæ ibi ad proximum altare lecta fuit pro quodam alio infirmo, qui jam per intercessionem istius Patris convaluerat; & post Benedictionem Sacerdotis surrexit, & invenit se optime sanam.

h *Trium infirmus,* 35 Dorothea, uxor Laurentii *h* muratoris de Casimiria, cum valde infirmata fuit; votum fecit ad sepulcrum pii Patris cum signo cereo & Missa; & convaluit.

36 Dorothea monialis, cognomento Clauda, de

A de Caſimiria, cum valde infirmata erat, votum fecit ad ſepulcrum pii Patris cum una Miſſa & candela, & ſtatim cœpit melius habere & convaluit.

37 Haniſneckel, carnifex de Caſimiria, cum Catharina uxore ſua habuit filium valde infirmum, ita quod etiam nec caput movere potuit: quem mater devovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela; & ſtatim incepit melius habere & convaluit.

angina blaſphemi,

38 Staniſlaus Kaſſych, Conſul de Caſimiria, venit cum filio ſuo Domino Staniſlao ad Dominum noſtrum Præpoſitum; & confeſſus eſt, quo modo multoties publice inter homines locutus fuiſſet, dicens: Ego non credo quod iſte Sacerdos ad Corpus Chriſti aliquem ſanaret, vel aliquod ſignum faceret, niſi hoc experirer in me ipſo. Et ſtatim Deus permiſit ei tantam ſquinantiam, quod etiam & ſalivam ſuam glutire non potuit. Sed cum doluit de præpoſita detractione, & ſe devovit ad ſepulcrum pii B. Staniſlai cum ſigno cereo, & venit ad ſepulcrum ejus, flexis genibus veniam poſtulavit, immediate ſanitatē recēpit.

39 Catharina de Cracovia, filia Margaretæ Felicis de Caſimiria, filiam ſuam valde infirmam devovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum ſigno cereo; & ſtatim cœpit melius habere & convaluit.

B *dolor oculorum,*

40 Catharina de Clopaſs, relicta Auguſtini linificis de Caſimiria, cum valde oculos doluit; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali cereo & oculis cereis: ſed quia pauper non habuit unde emeret illud crinale, permanſit in dolore ſuo aliquot diebus. Cui pius P. Staniſlaus apparuit, & dedit ei crinale cereum, dicens: Pauper es, non habes unde emeres ſignum cereum, quod voviſti mihi: vade ergo & pone hoc crinale ſuper ſepulcrum meum, & manifeſta hoc ſignum quod in te Dominus Deus per merita mea operabitur, ut inde Deus glorificetur. Et cum venit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, & ibi flexis genibus oravit Orationem Dominicam, ſtatim ceſſavit dolor oculorum ejus.

inflatio corporis totius,

4 Jacobus ſervitor Eccleſiæ S. Leonardi extra muros Caſimirienſes, cum totum corpus ejus fuit inflatum, & præcipue crura cum pedibus; ab illa inflatione & interiori defectu corporis in tantum infirmatus, quod cœpit jam quaſi agonizare, quod etiam ei jam lumen porrigebant. Admonitus à Præpoſito Domino ſuo, ut votum faceret ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cœpit modicum deliberare: & cum bonam voluntatem habuit ad ſupradictum votum, confortatus ſurrexit & flexit genua in lectulo ſuo,

C votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa, candela, & pedibus cereis: & ſtatim omnis illa inflatio evanuit, & ipſe optime convaluit, & votum ſuum complevit.

42 Udalricus, mercator de Cracovia cum multum infirmatus fuit, uxor ejus eum dedovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & ſigno cereo; & ſtatim cœpit melius habere & convaluit.

dolor brachii,

43 Staniſlaus Schordyl, civis de Caſimiria, habuit quemdam magnum dolorem in brachio uno, ita ut manum præ dolore & debilitate levare non potuit: quem defectum paſſus eſt à feſto Pentecoſtis uſque ad Dominicam ſextam poſt Trinitatis: qui cum feciſſet votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & manu cerea; ſtatim convaluit.

tacitas unius oculi.

44 Agnes, uxor Galhor carnificis de Caſimiria, cum præ magna triſtitia & fletu oculus unus ejus deſtructus fuit, ſic quod pellicula ſive macula viſum in eo texerat, quod illo oculo nihil videre potuit: perterrita ne ſic ſemper permaneret, votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali & oculis cereis; & ſtatim illa pellicula cœpit evaneſcere & ex toto deperiit.

45 Eadem Agnes cum in magna angaria fuit à quodam creditore pro debito centum florenorum; fecit votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum ſigno cereo, ut ſibi à Domino maritis ſuis impetraret, quod cauſa ſua ſecundum ſuum deſiderium bonum finem ſortiretur: & factum eſt ſicut ipſa poſtulavit. EX MS. *Debitum ſolvitur.*

46 Eadem Agnes cum maximas punctiones in toto corpore ſuo haberet, ſic quod nec jacendo, nec ſedendo, nec etiam deambulando quietem habere poterat; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum imagine cerea: & ſtatim cœpit melius habere, & dolor ejus omnino evanuit. *Convaleſcit laborans punctionibus*

47 Catharina, uxor Nicolai Kanſochleba, civis de Caſimiria, cum maximum dolorem cordis & totius corporis paſſa fuit; votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum corde cereo: ſtatim dolor ceſſavit & votum adimplevit. Sed quia hoc miraculum [ſiluit] quod Deus in ea fecit per merita pii P. Staniſlai, ideo eam idem dolor arripuit: ſed ipſa idem votum repetivit cum Miſſa & lumine, & hoc Sacerdotibus revelare: ſtatim æque convaluit. *& dolore coràm.*

48 Dorothea, uxor Matthiæ cujuſdam hortulani de Caſimiria, habens unam vaccam, quæ ei per tres dies multum infirmabatur, & tota inflata nullum pabulum accipiebat. Mulier illa multum contriſtata ſi eam amitteret, refugium habuit ad pium P. Staniſlaum, & votum vovit ad ſepulcrum ejus cum ſigno cereo, Miſſa, & lumine: ſtatim vacca ſana ſurrexit: & ante ipſam pabulum poſuit; & comedere noluit, ſed fortiter mugiebat. Ipſa mulier intelligens quod vacca ſitiebat, arripiens urceum ad fontem cucurrit pro aqua; ſed trahens phalangam cum urceo ad fontem, phalangam fregit, & urceus cadens ſuper quoddam lignum in fonte totus diſſipatus eſt: quæ anxia pro vacca ne ſiti moreretur, flexit genua circa fontem, invocans auxilium pii P. Staniſlai; ſtatimque phalanga pariter cum urceo redintegrata fuerunt, & hauſit aquam, & vaccam refecit, quæ integraliter ſanata eſt. *Sanatur vacca.* E *Phalanga & urceus fracta redintegrantur.*

Curantur dolor pectoris,

49 Rachael, ſmigmator de Caſimiria, cum magnum dolorem cordis & pectoris paſſus fuit; votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum cereo corde & pectore, & Miſſa: & ſtatim ſanatus eſt.

corpus tumidum,

50 Margareta, vidua de Regali-ponte, habens puerum IV annorum, qui multum infirmabatur & totus intumuit, ſic quod etiam de vita ejus deſperabat; ad monitionem aliarum mulierum vovit puerum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & lumine: & ſtatim puer convaluit.

F *dolor dentium graviſſimus,*

51 Quædam vidua de Cracovia, cum dentes per tres dies valde doluit, ſic quod etiam præ dolore acerbiſſimo in quodam cellario ſola ſedebat, recoluit auxilia, quæ Deus nunc facit hominibus per merita pii P. Staniſlai; fecit votum ad ſepulcrum ejus cum cereo crinali & oculis: & ſtatim poſt emiſſionem voti dolor dentium ejus ceſſavit.

cæcitas.

52 Jacobus Obaio Cmeto de Pychowice, cum dolorem oculorum magnum paſſus fuit; ita quod etiam longo tempore nihil vidit; votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali & oculis cereis, & una Miſſa: ſtatim ceſſavit dolor oculorum ejus & incepit videre.

Ob miraculum non protractum relapſa, denuo curatur.

53 Margareta virgo, filia Nicolai Gauron de Cracovia, cum magnum dolorem paſſa fuit oculorum, ita quod etiam nil jam videre potuit; votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum ſigno cereo, candela, & Miſſa: ſtatim dolor oculorum ceſſavit, & in eis fuit illuminata. Sed quia hoc miraculum tacuit, ideo eam magnus dolor brachii arripuit. Agnoſcens illa peccatum ſuum, ſecundum votum fecit cum Miſſa & candela, & ſtatim dolor ceſſavit: quæ veniens ad Sacerdotem quemdam monaſterii noſtri, omnia quæ ſibi contigerant manifeſtavit, & petivit

petivit ut hoc miraculum in ſermone coram populo publicaretur. EX MS.

Pelluntur dolor pedum, 54 Martha, relicta N. Phrad de Cracovia, cum quemdam dolorem pedum & quaſi totius corporis ſæpius paſſa fuit, & ex illis doloribus ſæpius valde infirmabatur. Et nunc certo tempore circa feſtum Mariæ Magdalenæ etiam eamdem infirmitatem paſſa fuit. Veniens ad eam filius ſuus, vir Religioſus, admonuit ut votum faceret ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela: & cum hoc feciſſet, convaluit, & uſque modo ſana eſt.

febris, 55 Albertus, luti figulus de Caſimiria, cum nimiam febrim paſſus fuit; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum una Miſſa; & ſtatim febris ceſſavit.

infirmitas, 56 Margareta Troperyn de Cracovia, quia valde infirmum puerum habuit, devovit eum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa, candela, & ſigno cereo; & ſtatim puer convaluit.

dolor pectoris, 57 Dominus Jacobus, Proviſor coquinæ monaſterii Corporis-Chriſti in Caſimiria, cum magnum dolorem pectoris & totius anterioris partis corporis ſui paſſus fuit; devovit ſe ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum una Miſſa; & ſanatus eſt.

angina, 58 Matthias coquus ibidem, cum valde ſquinantiam paſſus fuit, ſic quod etiam jam glutire non
B potuit; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai; & infirmitas ceſſavit.

dolor pectoris & capitis, 59 Dorothea, relicta Matthiæ Paczoska ſutoris de Caſimiria, cum magnum dolorem pectoris, capitis, & caliginem oculorum paſſa fuit; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela; & in omnibus convaluit.

& oculorum: 60 Jacobus Clericus de ſchola Corporis-Chriſti in Caſimiria, cum magnum dolorem oculorum paſſus fuit; ex conſilio Dominæ ſuæ K. Wiczilowx, votum fecit apud ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali & oculis cereis, & dolor ceſſavit.

dolor 7 dierum, 61 Domina Catharina, uxor Domini Staniſlai Wicziſlo de Caſimiria, cum magnum dolorem ultra quam per hebdomadam perpeſſa fuit; votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum cereo crinali, & ſtatim dolor ceſſavit.

obſtructio pectoris & tuſsis, 62 Domina Eliſabeth, relicta Domini Clementis, textoris & Conſulis de Caſimiria, cum dolorem & oppilationem pectoris, & tantam raucitatem cum magna tuſſi, ſic quod vix loqui potuit, paſſa fuit: cum votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum Miſſa & pectore cereo, ſtatim convaluit.

C *oculi ſanguine ſtillantes,* 63 Barbara, relicta N. Kokornach de Cracovia, cum ita valide dolorem oculorum paſſa fuit, quod ei ſanguis de eis effluebat; votum vovit per tres vices viſitare ſepulcrum pii P. Staniſlai, & ibi qualibet vice flexis genibus dicere ad laudem Dei duodecim Pater noſter: ſtatim dolor ceſſavit.

dyſenteria, 64 Catharina, ſoror Nowahowa de Cracovia, cum dyſenteriam valde paſſa fuit; vovit votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa, & convaluit.

gravis dolor capitis. 65 Catharina cæca de domo noſtra, in cœmeterio circa ſcholam, cum maximum dolorem paſſa fuit capitis, ſic quod timuit ne rationem amitteret, votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai; & ſtatim dolor ceſſavit.

Votum non ſolvens tertio æger, tertio ſanatur, 66 Nicolaus cognomento Skars, de Caſimiria braxator, cum una dierum braxaret cereviſiam in quodam braxatorio, cecidit ſuper eum maceries & paries argilleus, qui eum ita concuſſit, & multipliciter vulneravit, & præcipue in capite, ſcapulis & brachiis, quod minus qui eum vidit ſperabat de vita ejus longiori. Videns hoc uxor ejus & quædam aliæ mulieres, devoverunt eum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela; & ſtatim ad ſe reverſus cœpit uti ratione, manducare, & bibere, & in brevi fuit ſanatus; ita quod etiam cœpit cereviſiam braxare. Sed quia diſtulit votum ſuum adimplere, ideo eum arripuit tantus dolor & punctiones capitis, quod timuit rationem amittere. Fecit iterum ſecundum votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali cereo; & ſtatim dolor ceſſavit. Et poſt ſanationem adhuc diſtulit adimplere vota ſua, ideo eum arripuit magnus dolor, ab umbilico incipiendo uſque ad pedes. Videns quod eum Dominus ſic plagaret propter ſuam negligentiam, flexis genibus vovit Domino Deo & pio P. Staniſlao, quod quantocius poſſet ambulare, ſua vota vellet adimplere; & ſtatim dolor ceſſavit; & ipſe ſequenti die vota ſua adimplevit. D

Tentatione & phreneſi liberatam ſe reticens relabitur. 67 Barbara, monialis de tertia Regula S. Franciſci, cum magnas tentationes à dæmone in viſione nocturna paſſa fuit, & ipſa dæmoni fortiter reſiſtendo valde fatigata fuit, & ex illo phreneſim capitis incurrit; apparuit ei pius P. Staniſlaus, & dæmonem ab ea repulit, & manum ſuam ſuper caput ejus poſuit, eamque ſanat, admonens & informans, quomodo dæmoni reſiſtere deberet & à ſe repellere. Ex hoc ipſa ad devotionem pii Patris provocata, devovit ſe ad ſepulcrum ejus cum Miſſa & candela, quod ſtatim eadem die explevit. Sed quia hoc miraculum tacuit, propterea in majorem tentationem & dolorem capitis incurrit: & exiſtens in tali tentatione & dolore, devovit ſe ſecundario ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum crinali cereo; & ſtatim rapta in ſpiritu vidit talem viſionem. Videbatur enim ſibi quod erat in quadam eccleſia pulcherrima, in quam vidit intrare ſolennem proceſſionem Laicorum Regularium, inter quos vidit pium P. Staniſlaum cum Fratre Jacobo Zbignei; qui ſcilicet Jacobus acceſſit ad illam matronam, & recipiens eam per pallium, dixit ad eam: Sequere hanc proceſſionem, & ego rogabo pro te iſtum pium P. Staniſlaum, qui pro te intercedet ad Dominum Deum, & ſanabit te. Quæ ſecuta eſt illam proceſſionem Laicorum Regularium, qui intraverunt chorum, & diviſi ſunt in duas partes. Ex quibus omnibus ſoli duo, videlicet P. Staniſlaus & Dominus Jacobus acceſſerunt ad altare, & divina celebraverunt: & infra divina ſenſit illa Monialis ſuavem odorem, qui per illam totam diem à naribus ejus non receſſit. Poſt divina acceſſit ad eam pius P. Staniſlaus, & manibus ſuis leniter compreſſit caput ejus, & dixit ad eam: Ecce jam ſanata es, jam ultra non timeas dæmonem, nec iſtam infirmitatem. Et ſanata eſt. E

& per illuſtrem viſionem iterum liberatur:

ulcus evaneſcit. 68 Dorothea, ſoror Petri & Nicolai Molner, confeſſa eſt quomodo ſe vena una ſub talo pedis dexteri ejus aperuit, & quod in tantum ſanguis de ipſo fluxit per aliquot horas, quod vix ſupervixit: & poſtea in eodem loco ei ulcus magnum factum fuit, quod nullo modo potuit curari: ſed cum votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum Miſſa & candela, ulcus evanuit. F

Concordia componitur; oculi ſanantur. 69 Nicolaus filius ejus cum valde difficilem cauſam habuit propter ſeditionem quamdam, quam habuit in quadam civitate, ſic quod nullibi ſecurus fuit. Similiter idem magnum defectum habuit in oculis ſuis. Mater ipſius fecit votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela; ut Deus per merita ipſius pii P. Staniſlai daret amicabilem concordiam inter filium ſuum & ipſius inimicos, & ut ſanaretur in oculis ſuis: & ſicut poſtulavit, ſic factum eſt.

Curantur ulcus brachii, 70 Felix Conſul de Caſimiria, cum magnum dolorem cum turgente ulcere in uno brachio paſſus fuit, in tantum quod jam nec manum nec digitos movere potuit: fecit votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum cereo brachio, & manu: & ſtatim cœpit melius habere & ſanatus eſt. 71 Mar-

A *& pustulæ faciei:*

71 Margaréta uxor ejus in tantum pustulata fuit in facie, quod quasi leprosa apparuit: devovit se pro sanitate sua ad S. Stanislaum Martyrem & Episcopum, & ad S. Laurentium. Nil juvit. Sed cum votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai, cum aliquibus signis cereis; & veniens ad sepulcrum ejus posuit ibi signa illa cerea, & flexis genibus dixit aliquot Pater noster ad laudem Dei omnipotentis, & invocavit auxilium pii P.Stanislai, statim mundata est facies ejus.

item sterilitas & subita amentia,

72 Anna, uxor Martini Heckel carnificis de Casimiria, cum per aliquot annos prolem non habuisset, votum fecit pio P. Stanislao cum aliquibus luminibus & Missa; & per merita ipsius à Deo prolem impetravit. Et existens prægnans & prope partum, una dierum cum in tempestate magna de ecclesia in domum suam iret, fulmen valide percussit, & in tantum ipsa ab illo ictu est perterrita; quod amens facta in terram cecidit. Ipsa intra se votum vovit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum Missa & candela, ut eam Deus per ejus intercessionem sanaret, & prolem à periculo conservaret: statim confortata surrexit, & puerum vivum in utero suo sensit.

B *varius dolor,*

73 Anna, relicta N. Krettel de Casimiria, cum magnum dolorem capitis, colli, & brachii passa fuit; devovit se ad sepulcrum pii P.Stanislai cum Missa & lumine: & statim sanata est.

infirmitas integri anni.

74 Margareta Lyskowa, cum quamdam gravem infirmitatem femineam, ultra quam per integrum annum, passa fuit; votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum quodam signo cereo: & cum votum suum adimplevit, statim sanata est.

Sæpius sanata se tacens relabitur eadem.

75 Eadem femina cum vulnera in lingua sua habuit, de quibus, quando comedit, magnum dolorem passa est: aliquoties votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai, & aliquoties sanata fuit. Videns ipsa quod semper recidivabat in priorem infirmitatem; cognovit quia hoc ex isto eveniret, quia ipsa ista miracula tacebat & Sacerdotibus non manifestabat. Una dierum veniens ad Sacerdotem quemdam confessa est suam negligentiam; & iterum votum ex consilio illius Sacerdotis fecit, sic quot tribus diebus visitavit sepulcrum pii Patris & semper decem Pater noster & decem Ave Maria dixit flexis genibus, ad laudes Dei & B. Virginis: & jam ex integro sanata est.

C *Abiguntur ulcera crurum & pedum,*

76 Dorothea Bochanska, cum tumorem crurum & pedum cum ulceribus & vulneribus passa fuit, sic quod ab illo magno dolore valde infirmabatur; votum vovit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum Missa, candela, & pede cereo: statim infirmitas abcessit, & de lecto surrexit: sed tumor, ulcera, & vulnera de pedibus & cruribus non recesserunt per unam integram hebdomadam, in qua neglexit votum suum adimplere. Sed statim cum votum suum adimplevit, immediate circa sepulcrum pii Patris, ex integro sanitatem recepit.

difficultas pariendi,

77 Dorothea, uxor Petri piscatoris in Pobrtesse, cum prægnans erat, & tempus pariendi advenit; nullo modo parere potuit. Sed cum votum fecit ad sepulcrum pii P.Stanislai cum Missa & lumine, statim sanum puerum effudit.

tentatio luxuriæ,

78 Agnes, conthoralis Michaëlis Holhor de Casimiria, cum per longum tempus sæpissime & quasi semper quando fuit in ecclesia in orationibus suis, tentationes habuit de luxuria cum magna delectatione; & licet restitit, tamen vincere non potuit, sic etiam quod aliquando præ angustia de ecclesia fugit. Sed cum votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum orationibus, statim eam dimisit illa tentatio, quod ultra cum tranquillo corde oraret, & Deum deprecaretur pro necessitatibus suis. EX MS.

item ulcus ovini

79 Puer Joannis Boner mercatoris de Cracovia, cum magnum ulcus rubeum, ad modum ovi gallinarum, super oculo habuisset; devotus à parentibus suis ad sepulcrum pii P.Stanislai, statim ulcus evanuit.

& pedis,

80 Cum puero Udalrici mercatoris de Cracovia magnum ulcus in talo pedis dexteri crevisset, sic quod timuerunt contractionem ipsius pedis: mater ejus Catharina devovit eum ad sepulcrum pii P.Stanislai cum pede cereo; & statim post id votum ulcus ruptum est, & sanies effluxit, & puer ille sanatus est.

dolor manus & brachii,

81 Stanislaus Hybale de Casimiria, cum magnum dolorem manus & brachii passus fuit, sic quod etiam præ dolore nec dormire potuit: votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai cum manu cerea, & sanatus est.

& pedis.

82 Margareta ipsius uxor, cum magnum dolorem unius pedis sui passa fuit, devovit se ad sepulcrum pii P.Stanislai cum pede cereo; & sanata fuit. Sed quia hoc miraculum tacuit, quod Deus omnipotens per merita pii Patris in ea fecit; ideo recidivavit, & multo majorem dolorem cum ulceribus & vulneribus in eodem pede passa est, quam antea passa fuit. Ipsa considerans ultionem divinam, prius votum repetivit; & voto completo ad Sacerdotem accessit, & omnia quæ secum gesta fuerunt enarravit: postea accessit ad sepulcrum beati P.Stanislai, & oratione fusa, statim sanata est. E

Curantur morbus diuturnus,

83 Domina Heduigis, relicta D. Sebastiani de Cracovia, cum in magna infirmitate jaceret, & in medicos multam pecuniam consumpsisset, nec quidquam eam juvabant, devovit se ad sepulcrum B. P. Stanislai cum imagine cerea, & statim cœpit melius habere & convaluit.

epilepsia,

84 Virgo Catharina, filia Stanislai Mirosschek de Kleparz, cum morbum epilepticum longo tempore passa fuisset, qui eam sæpius projecit de lecto & de mensa; & nullus medicus eam juvare potuit: ex consilio cujusdam Sacerdotis cognati sui devovit se ad sepulcrum B. P. Stanislai cum Missa & candela, & illud adire nudis pedibus, & solum in laneis; & cum votum id adimplesset, Deus omnipotens eam adjuvit per merita pii P.Stanislai, quod eam morbus ille amplius numquam vexavit.

F *febris,*

85 Andreas cognomento Maych. de Casimiria braxator, cum acutissimam febrim pateretur, devovit se ad sepulcrum B.P. Stanislai cum portione cereæ: immediate post emissionem voti eum febris dimisit, & ab illo tempore eam amplius nõ est passus.

dolor brachii

86 Margareta, relicta Ambrosi Zonthag de Casimiria, magnum dolorem patiebatur in brachio uno, ita quod præ dolore nec bene dormire, nec brachiũ levare potuit: sed cum votum fecit ad sepulcrum B. P.Stanislai, cum Missa & brachio cereo; statim dolor cessavit, & in brachio bene sanata est.

& pedum accerrimus,

87 Stanislaus Cassick, Consul de Casimiria, magnum dolorem pedum passus fuit, quod etiam præ dolore nec quiescere potuit, & postulabat sibi eos abscindere: sed cum eum uxor sua devovit ad sepulcrum B. P. Stanislai cum Missa & pedibus cereis; statim ille dolor evanuit, & ipse immediate obdormivit.

punctiones cordis.

88 Heduigis uxor ejus magnas punctiones habuit in toto corpore & præcipue in corde, & cum hoc magnum dolorem capitis: sed cum se devovit ad sepulcrum B. P. Stanislai cum Missa & imagine & cerea; statim cœpit melius habere, & optime sanata est.

EX MS. *febrū.*

89 Catharina, famula ipſius Heduigis, acutiſſimam febrim cum magno dolore paſſa fuit: devota à Domina ſua ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum corde cereo, quinque luminibus, & quindecim Pater noſter; ſtatim convaluit.

punctiones capitis.

90 Dorothea, alia famula ſupradictæ Heduigis, magnas punctiones paſſa fuit in toto corpore, & præcipue in capite: ſed cum devota fuit ad ſepul- B.P.Staniſlai cum crinali cereo, quinque luminibus, & quindecim Pater noſter: ſtatim illæ punctiones & dolores ceſſaverunt.

Conjux honeſtus impetratur.

91 Quædam perſona, quæ non vult nominari, cum fuit in ſtatu malo & fama peſſima inter homines, ſæpe viſitavit ſepulcrum B.P. Staniſlai, petens cum fiducia magna; ut pius Pater ſibi apud Dominum Deum impetraret, quod eam vir aliquis bonus & honeſtus in uxorem duceret, ut ſic ad ſtatum honeſtum veniret. Et propter hoc vovit convenire aliquem Sacerdotem ad celebrandam unam Miſſam ad honorem Dei, coram ſepulcro pii P. Staniſlai, ad quam Miſſam dedit unam ſolennem candelam: & ſicut poſtulavit à pio Patre, ſic factum eſt.

Evaneſcit ulcus brachii.

92 Staniſlaus Sczyrba de Caſimiria, cum ulcus ſi- B ve morbum magnum in brachio habuit, ſic quod multis diebus laborare non potuit, nec præ dolore quieſcere: devovit ſe ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa, candela, & manu cerea; & ſanatus eſt.

Curatur febrū,

93 Joannes Zontag, carnifex de Caſimiria, cum acutiſſimam febrim paſſus fuit, devovit ſe ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & candela; & ſtatim febris eum dimiſit, & ſanatus eſt.

& inflatio colli.

94 Anna, uxor ipſius, cum inflationem colli cum acutiſſimo dolore paſſa fuit, ſic quod nec quieſcere nec manducare potuit; devovit ſe ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa, candela, & inſigni cereo; & ſtatim cœpit melius habere & ſanata eſt.

Extremis munita integram ſanitatem recipit.

95 Anna, uxor Alberti ſartoris de Caſimiria, diverſas infirmitates paſſa fuit, cum acutiſſimis doloribus in omnibus membris corporis ſui. Et cum jam cum Confeſſione & Sacramentis Eccleſiæ ad mortem procurata fuit, ex conſilio Confeſſoris ſui ſe devovit ad ſepulcrum beati viri Staniſlai cum Miſſa, candela, & imagine cerea, & miſit ſe adducere ad ſepulcrum pii Patris; circa quod flectens & appodiata ſepulcro, integram ſanitatem accepit.

Lippitudo abſtergitur: C

96 Puer Matthiæ pictoris de Cracovia, cum in inſtanti nativitatis ſuæ oculos valde lippos habuit, devotus à matre ſua ad ſepulcrum B.P. Staniſlai, cum crinali & oculis cereis; ſtatim ſanatus eſt in oculis ſuis.

Item dolores gingivæ,

97 Alius puer ejuſdem Matthiæ, cum quamdam infirmitatem gingivarum paſſus fuit, devotus ad ſepulcrum B. viri Staniſlai cum mandibula & dentibus cereis; ſanatus eſt.

umbilici per 7 annos,

98 Bartholomæus Bierowſky, carnifex de Caſimiria, per ſeptem annos magnum dolorem in corpore ſuo, & præcipue circa umbilicum paſſus fuit, ita quod ſæpe præ magno dolore nec ambulare potuit, neque manducare auſus fuit; quia quando in illo magno dolore aliquid comedit, ille dolor in eo in tantum augmentatus fuit, quod præ magno dolore vix ſupervixit. Sed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai, cum Miſſa & umbilico cereo; ſtatim dolor ille ceſſavit, & omnimode ſanatus eſt.

dentium,

99 Idem Bartholomæus uno tempore paſſus eſt acerbiſſimum dolorem dentium; ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum una Miſſa, ſtatim dolor evanuit.

inguinis,

100 Veronica N. Odolef de Crozna ita magnum dolorem inguinum paſſa fuit, quod etiam præ dolore nec ambulare nec quieſcere potuit: ſed cum ſe ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum inſignio cereo devovit; ſtatim dolor ceſſavit, & ex integro ſanata eſt. E

pectoris,

101 Blaſius & Margareta de Caſtro Cracovienſi puerum habuerunt, qui magnum dolorem pectoris ſuſtinuit, qui die ac nocte præ magno dolore plorabat & clamabat. Sed cum devotus fuit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum Miſſa & pectore cereo; ſtatim dolor ejus ceſſavit, & ſanus ad ſepulcrum B. P. Staniſlai delatus eſt.

mamillarū.

102 Catharina, uxor Petri Bragel, ſartoris de Caſimiria, cum magnum dolorem in toto corpore ſuo & præcipue in pectore & mamillis ſuis paſſa fuit, quod etiam præ magno dolore infantem ſuum lactare non potuit: ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai, cum inſigni cereo; ſtatim ſanata eſt.

genu,

103 Jacobus mercator de Caſimiria, magnum dolorem paſſus fuit in genu, ſic quod præ vehementi dolore nec laborare nec quieſcere potuit: ſed cum votum fecit ad ſepulcrum B.P. Staniſlai, cum Miſſa & lumine; ſtatim cœpit melius habere, & dolor ille evanuit.

oculorum & dorſi, E

104 Catharina Sofomeryn de Cracovia, cum magnum dolorem oculorum & dorſi paſſa fuit, ex inductione aliquorum hominum devovit ſe ad ſepulcrum B.P. Staniſlai, cum Miſſa & imagine cerea; & ſtatim incepit melius habere & ſanata eſt.

atq; capitis.

105 Margareta, uxor Jacobi Smerſneyder de Cracovia, magnum dolorem capitis paſſa fuit, ſic quod ab illo dolore excæcata fuit; quem defectum per aliquot hebdomadas patiebatur. Sed cum à quadam muliere audivit, quod Deus omnipotens per merita B. P. Staniſlai homines ſanaret: ipſa fecit votum ad ſepulcrum pii Patris cum Miſſa, & crinali, & oculis cereis; & ſtatim ſanata fuit. Sed quia negligens fuit ad voti ſui impletionem & ſanitatis ſuæ manifeſtationem, ideo econtra ceecidit in priſtinam infirmitatem.

Curantur punctiones umbilici,

106 Nicolaus Hechel, carnifex de Caſimiria, magnas corroſiones & punctiones habuit in toto corpore ſuo, & præcipue circa umbilicum corporis ſui, quem defectum multis diebus paſſus fuit, ita quod etiam præ magnis doloribus ſuſpicabatur ſibi mortem imminere: ideo miſit pro Confeſſore ſuo & confeſſus peccata ſua, libentiſſime voluit procurari Corpore Divino: ſed quia ſæpius vomitabat, diſſuaſit hoc Confeſſor ſuus, propter periculum quod potuiſſet ſibi evenire: ſed ſibi ſuaſit ut votum ad ſepulcrum B.P. Staniſlai faceret. Quod & ipſe fecit, cum Miſſa & inſignio cereo: & Deus omnipotens eum adiuvit, quod poſt completionem voti ſui optime ſanatus eſt. F

dolor dentium,

107 Catharina, uxor ejus, cum magnum dolorem dentium paſſa fuit, quod etiam præ magno dolore per aliquot dies nil niſi liquida comedere potuit; fecit votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa: & quam cito illa Miſſa completa fuit, ipſa liberata eſt à dolore ſuo.

cæcitas ex dolore orta.

108 Catharina, uxor Michaëlis ſartoris de Caſimiria, de platea S. Jacobi, per longum tempus magnum dolorem corporis ſui, ab umbilico incipiendo & ſupra uſq; ad caput, paſſa fuit, ſic quod excæcata per tres hebdomadas nihil videre potuit. In ea ipſius infirmitate apparuit ei B.P. Staniſlaus in tali viſione; quod ſtetit erectus in ſepulcro ſuo, & dixit illi mulieri: Veni ad ſepulcrum meum, & ſanaberis. Et ipſa ad ſe reverſa votum fecit ad ſepulcrum pii Patris, cum Miſſa & imagine cerea: & ſtatim illuminata fuit in oculis ſuis, & completo voto ſuo omnimode eſt ſanata in corpore ſuo.

Apparet ægra B. Staniſlaus.

109 Pyechna

A *ex lapſu pæne mortua ſibi reſtituitur,*

109 Pyechna, lotrix Domini Staniſlai Præpoſiti ad S. Leonardum extra muros Caſimirienſis, dum acutiſſimam quartanam paſſa fuiſſet, ita quod aliquando ſemiviva jacuit, & ſemel præ magnis doloribus & æſtuatione febris de fornace cecidit, & i ſemimortua de ſtuba *i* elata fuit: & cum ad ſe rediit, votum fecit ex admonitione Domini ſui ad ſepulcrum B. viri Staniſlai, cum Miſſa & candela; ſtatim ab ea infirmitate liberata fuit.

& conſtipata laxatur.

110 Eadem mulier, cum valde conſtipata fuit, nec eam quiſquam hominum juvare potuit; iterum votum fecit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa; & immediate poſt votum convaluit.

Curantur dolores capitis.

111 Barbara, relicta Nicolai artificis de Caſimiria, cum ita magnum dolorem capitis paſſa fuit ut ſibi videbatur, quod oculi ejus rumpi voluerunt; ex inductione quorumdam hominum fecit votum ad ſepulcrum B. viri Staniſlai, cum Miſſa & crinali cereo; & ſtatim poſt votum dolor capitis & oculorum ejus ceſſavit.

112 Staniſlaus Schordil, cum magnum dolorem capitis & faciei paſſus fuit, ſic quod nec quieſcere potuit; recurſum habuit ad B. virum Staniſlaum, eum ſuis devotis orationibus invocando; & cum votum fecit ad ſepulcrum ipſius cum Miſſa & B inſignio cereo, ſtatim dolor ceſſavit & omnimode ſanatus eſt.

Rupta interiora ſolidantur.

113 Matthias filiaſter ipſius, cum octuale cereviſiæ ſolus de curru levavit, ita læſus, ruptus, & confractus fuit in interioribus ſuis, quod ſanguis per eum fluebat: ſtatim cum votum ad ſepulcrum pii P. Staniſlai fecit cum Miſſa & imagine cerea, ſanatus eſt & convaluit.

Inteſtinorum dolor bus tollitur,

114 Margareta, filia Nicolai Nowak de Woſia, ita acerbum dolorem interiorem paſſa fuit, quod die ac nocte clamabat. Sed cum eam mater ipſius devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum una Miſſa; immediate dolor ipſius ceſſavit. Sed quia hoc miraculum ad laudem Dei Sacerdotibus ad Corpus-Chriſti non manifeſtavit; ideo poſt quatuor hebdomadas illam puellam idem dolor apprehendit. Sed cum mater ipſius ab aliquibus feminis inducta fuit, quod ſecundario voveret, & ut votum, quod prius fecerat, ſine mora impleret & miraculum manifeſtare vellet: ſtatim virgo illa ſecundario ſanata fuit, quam mater ſua optime ſanam ad ſepulcrum pii Patris adduxit.

C k *item cordis & pectoris,*

115 Veronica *k* oleatrix de Caſimiria, cum magnum dolorem in pectore, & præcipue circa cor ſuum paſſa fuit aliquot diebus; votum fecit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum quindecim Pater noſter, quod ea flexis genibus ad ſepulcrum ejus ad laudem Dei dicere vellet; ſtatim ille dolor ceſſavit.

uti & cæcitas,

116 Nicolaus Scholowyck, piſcator de ſuburbio Caſimirienſi, homo ſenex, cum longo tempore cæcus fuiſſet; uxor ipſius eum devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai, cum crinali & oculis cereis; cum quo crinali eum adduxit ad ſepulcrum ejuſdem Patris; & ſtatim illuminatus eſt.

l *& dolor capitis.*

117 Petrus *l* ſerator de Warſhovia, cum ultra quam per medium annum ita doluit oculos, quod omnino nihil laborare potuit; ex inductione quorumdam hominum ſe devovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum Miſſa & crinali cereo. Prima nocte poſt emiſſionem voti apparuit ei ſupradictus Pater in ſpecie Epiſcopi, & benedixit ei, & dixit: Sequere me. Et ſecutus eſt eum uſque ad ſepulcrum præfati Patris, qui dixit ad eum: Flecte genua, & dic tria Pater noſter ad laudem S. Trinitatis. Quod cum feciſſet, ſtatim dolor oculorum ceſſavit, & immediate illuminatus eſt.

118 Catharina, uxor Clementis *m* ferrifori de Cracovia, prægnans, cum tribus diebus graviter laboraret in partu, ſic quod jacuit tertia die ſemiviva, quod etiam aliqui æſtimabant eſſe mortuam; cum ex inductione cujuſdam mulieris devota fuit ad ſepulcrum B. viri Staniſlai, cum Miſſa & candela; ſtatim peperit & convaluit. EX MS. m *Ægre parienti ſuccurritur.*

Punctiones & dolor capitis ceſſant.

119 Margareta, filia Nicolai Hechel carnificis de Caſimiria, ita magnas punctiones & dolorem in capite ſuo ſuſtinuit ultra quam per annum, quod timuit infatuationem; ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa & candela; ſtatim ſanata fuit. Sed quia votum ſuum non ſtatim adimplevit, ecce eam, ut prior, dolor cum punctionibus arripuit: ipſa autem flexis genibus vovit, quod ſtatim ſequenti die votum ſuum adimplere vellet; & ſtatim dolor ipſius ceſſavit.

Curantur dolor pedis,

120 Agnes Ortulana, mater pauperis de Caſimiria, cum magnum dolorem in pede uno ſuſtinuit, devovit ſe ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa, lumine, & pede cereo: ſtatim dolor ipſius ceſſavit.

crurum & capitis,

121 Heduigis, uxor Staniſlai Kaſſiez Conſulis Caſimiriæ, cum magnum dolorem in cruribus & capite paſſa fuit, devovit ſe ad ſepulcrum B. Patris cum Miſſa & inſignio cereo; & ſtatim omnis ille dolor ceſſavit. Sed quia in longum promiſſum ſuum E protraxit, ideo eam idem dolor ejus arripuit & acriter vexavit; ipſa autem ad ſepulcrum pii P. Staniſlai acceſſit, & ibi flexis genibus votum ſuum repetivit, quod idem ſine mora adimplere vellet: & ſtatim ille dolor acerbiſſimus ab ea ceſſavit.

facies inflammata.

122 Catharina, uxor Staniſlai VVyczyſlo Conſulis de Caſimiria, ita magnum dolorem capitis paſſa fuit, quod tota facies ipſius intumuerit. Sed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum inſignio cereo, ſtatim dolor capitis ejus ceſſavit, & tumor faciei evanuit.

cordis angustia,

123 Eadem Domina, cum una dierum erat in eccleſia Corporis-Chriſti in Caſimiria, ubi corpus pii Patris quieſcit; tantus dolor cordis eam invaſit, quod etiam mortem timuerit. Statim quocumque modo potuit acceſſit ad ſepulcrum B. viri Staniſlai, & dixit aliquot Pater noſter ad laudem Dei, & commiſit ſe auxilio præfati Patris: immediate convaluit.

ægritudo capitis,

124 Catharina, uxor Nicolai Hechel in Caſimiria, morbum quemdam intrinſecum in capite habuit; de quo tantum dolorem paſſa fuit, quod nec quieſcere, nec dormire potuit: ſed cum ſe F ad ſepulcrum B. P. Staniſlai devovit cum una Miſſa, ſtatim convaluit.

ulcus in lingua,

125 Margareta apud VVyclo manens, paſſa fuit gravem dolorem in lingua, ita quod nec loqui nec comedere potuit, quia puſtulam magnam habuit in lingua, à qua puſtula etiam graviter patiebatur in dentibus. In quo dolore ivit ad ſepulcrum pii Patris, devovendo ſe cum lingua cerea, & mandibula, & quibuſdam devotis orationibus: & ſtatim orans ante ſepulcrum iſta puſtula ſuper linguâ rupta ſibi fuit; quod illo die bene loquebatur & comedebat; ſed dolor ex dentibus eam non dimiſit, quia diſtulit votum. Poſtquam autem votum, quod promiſerat, complevit cum ſignis, per merita pii Patris liberata eſt.

n *puſtula in facie,*

126 Dorothea, uxor Nicolai *n* coloriſtæ, alias falbierz, de Cracovia, in facie ſua magnas puſtulas habuit, ita ut æſtimabatur leproſa, ex quibus puſtulis gravem patiebatur dolorem, ſic quod nullum medicamen juvit: ex conſilio igitur quarumdam perſonarum votum vovit ad ſepulcrum pii P. Staniſlai, cum Miſſa, & cerea facie, ac candela: poſt votum emiſſum per merita pii Patris ſtatim ſanata eſt, ita quod nec aliqua puſtula manſit in facie ſua.

EX MS. *dolor oculorum & cæcitas,*

127 Joannes Fredel pectinator, alias gizebienicz, de Cracovia, tantum dolorem & cæcitatem oculorum à feſto Margaretæ Virginis uſque ad feſtum Elizabethæ fuit paſſus, quod nihil videre potuit: nec ullus hominum eum juvare potuit. Devovit ſe ad diverſos Sanctos, eorum auxilium implorando; nihil profuit. Sed cum à quodam vicino ſuo ſibi dictum fuit, quomodo Deus omnipotens per merita B.Staniſlai cujuſdam Patris ad Corpus-Chriſti multa miracula, in diverſis defectibus hominum utriuſque ſexus, operatur; devovit ſe ad ſepulcrum illius Patris, cum Miſſa & crinali cereo; & ſtatim dolor ceſſavit, & bene convaluit.

intoxati veneno letali.

128 Paulus Krauws luti figulus de Ponte-Regali, pariter cum uxore ſua Anna intoxicati fuerunt ita forti veneno, quod in toto corpore ita inflati fuerunt, quod mirum fuit, quod non crepuerunt. Et cum eorum urinam Dominus Doctor Regula conſpexiſſet, dixit, quod ita acutiſſimum venenum accepiſſent, quod mirum eſt, quod ſtatim ambo non ſunt mortui. Et ſait: Gratis eſt quidquid impendunt in medicis & antidotis, quia eos nullus hominum ſanare poteſt. Et in illa infirmitate per integram hebdomadam de lecto ſuo non
B ſurrexerunt, quotidie mortem expectantes, & nullo modo ſupervivere ſperantes. Sed cum ex conſilio cujuſdam boni viri, votum ad ſepulcrum B.P. Staniſlai cum una Miſſa & ſignis cereis feciſſent; ſtatim ambo convaluerunt, & ad ſepulcrum pii Patris ad perficiendum votum ſuum properaverunt.

Sanatur mamilla.

129 Catharina, uxor Nicolai VVylh carnificis in Caſimiria, cum magnum dolorem & punctiones in mamilla paſſa fuit, devovit ſe ad ſepulcrum B. Staniſlai cum Miſſa & candela, & ſtatim ſanata fuit. Sed quia votum ſuum diſtulit per aliquot hebdomadas adimplere, ideo eam ejus prior dolor arripuit. Sed cum eam vir ſuus pro negligentia corripuit, ipſa votum prius à ſe emiſſum repetivit, & immediate ſanitatem recuperavit.

Lù obtinetur.

130 Jacobus Niger, carnifex de Caſimiria, cum grave negotium ex parte uxoris ſuæ coram Conſulibus habuit, & Domini Conſules difficiles erga eum erant; refugium habuit ad pium P. Staniſlaum pro auxilio, & vovit unam Miſſam pro gratioſa expeditione cauſæ ſuæ mittere legere; & ſtatim cauſa illa ipſo die bonum finem ſortita eſt.

C *Curatur dolor ſpinæ dorſi,*

131 Barbara virgo, germana Catharinæ uxoris Staniſlai Gybela de Caſimiria, cum magnum dolorem & corroſionem in ſpina dorſi, & infra uſque ad clunes, longo tempore paſſa fuit, devovit ſe ad ſepulcrum B.P. Staniſlai cum una Miſſa; & ſtatim à dolore illo fuit demiſſa.

ægri porcus,

132 Veronica, oleatrix de Caſimiria, habuit porcum, qui ita valde ægrotabat, quod exiſtimabatur eum jam mori: ſed cum eum devovit ad ſepulcrum pii P.Staniſlai, cum quindecim Pater noſter, ſtatim convaluit.

dolor oculorum,

133 Puer Matthiæ pictoris de Cracovia, dolore oculorum in tantum doluit, quod etiam ſanguis de ipſis fluebat; ſed cum devotus fuit ad ſepulcrum B. P.Staniſlai cum crinali & oculis cereis, ſtatim ſanatus eſt.

ventris & cordis,

134 Hedwigis, uxor Staniſlai Kayſchych Conſulis de Caſimiria, cum acerbiſſimum dolorem corporis, & præcipue ventris & cordis paſſa fuiſſet; ita quod non fuit ſpes de vita ipſius: ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa & inſigni cereo, ſtatim dolor ceſſavit & bene convaluit.

135 Simon, piſtor de Caſtro Cracovienſi, cum fere octo annis dolorem perpeſſus fuiſſet oculorum, ita quod vix jam videre potuit: ſed cum votum feciſſet ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum Miſſa, lumine & crinali cereo; in inſtanti viſum recuperavit. D

oculi peſſime affecti,

136 Nicolaus, tabernator de Viuſchyna, habuit puerum valde infirmum, cui etiam morbus oculos de capite extorſit, qui inflati fuerunt tamquam duo ova, & rubedine diſtorta perfuſi, ſic quod nullus, qui eum vidit, ſperabat ipſum viſum umquam recuperare: ſed cum devotus fuiſſet ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum Miſſa & crinali cereo, ſtatim convaluit & integrum viſum recepit.

pedes præ dolore emortui.

137 Anna, uxor Martini carnificis de Caſimiria, ſtatim poſt partum filiæ ſuæ in magnum dolorem pedum ſuorum incidit, ita quod quaſi ſemimortui fuerint, & non potuit in eis per aliquot hebdomadas ambulare: ſed cum devota fuiſſet per aliquot bonas matronas ad ſepulcrum B.P.Staniſlai, cum Miſſa & duobus pedibus cereis, ſtatim convaluit.

Dolor brachii, ob dilatum votum recurrens, bis pellitur.

138 Barbara Swarezſnydery de Cracovia, cum magnum dolorem brachii paſſa fuiſſet, ita quod præ dolore nihil laborare potuit: ſed cum votum feciſſet ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum Miſſa & lumine, immediate dolor ceſſavit. Sed quia votum ſuum per aliquot hebdomadas adimplere diſtulit; & ad laudem E
Dei hoc miraculum, quod Deus omnipotens in ea per merita B. P. Staniſlai fecerat, non manifeſtavit; ideo eam idem dolor brachii ſui è converſo arripuit, ita quod etiam præ ingenti dolore quieſcere non potuit. Intelligens ipſa quod Deus hanc plagam ſuper ipſam propter negligentiam ſuam permiſit: ideo votum ſuum ſine mora adimplere promiſit, & miraculum manifeſtare ſpopondit; & cum hæc feciſſet, miraculoſe ſtatim convaluit.

Surda auditum recipit.

139 Swyantocha, vidua de Caſimiria, cum quinq; ſeptimanas fere nihil audiviſſet; votum fecit ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum aliquot Pater noſter & lumine: & cum veniſſet ad ſepulcrum B.P.Staniſlai, & flexis genibus votum adimpleſſet; ſtatim ei aures apertæ fuerunt.

Dolor capitis vehemens tollitur,

140 Jacobus, carnifex, famulus Laurentii Scholtz carnificis de Caſimiria, ita magnum dolorem capitis perpeſſus fuit, quod quinq; diebus & noctibus nec comedit, neq; dormivit. Sed cum votum feciſſet ad ſepulcrum B.P.Staniſlai, cum Miſſa & inſignio cereo; ſtatim dolor ipſius ceſſavit & bene convaluit.

item alterius,

141 Joannes Scholtis, cerdo, alias Rotsgerber, de ſuburbio Cracoviæ, cum acutiſſimum dolorem & compunctiones capitis, cum ingenti inflatione faciei & colli, perpeſſus fuiſſet, ſic quod nec manducare nec
F quieſcere potuit: ſed cum devotus fuiſſet ad ſepulcrũ pii P.Staniſlai cũ Miſſa, lumine, & inſignio cereo; ſtatim cœpit melius habere, & cito poſt hæc convaluit.

& tertii:

142 Joannes, cognomento Crowa, carnifex de Caſimiria, cum acres compunctiones capitis perpeſſus fuiſſet, ita quod præ dolore quieſcere non potuit: ſed cum votum feciſſet ad ſepulcrum B. P. Saniſlai cum Miſſa & ſigno cereo; ſtatim dolor evanuit, & bene convaluit.

uti & morbus vaccæ,

143 Catharina, hortulana de horto aurifabri Caſimiriæ, habuit vaccam fœtam, quæ per alteram dimidiam hebdomadam ita infirmabatur, quod aliud non æſtimabatur niſi quod jam debuit mori. Sed cum eam cum vitulo, quem deferebat, devovit ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum cerea vacca & vitulo, ſtatim convaluit, comedit, & bibit, & immediate vitulum ſanum peperit.

& dolor pedum.

544 Nicolaus, ſartor de Cracovia de platea S.Floriani, pedes cum cruribus uſque ad cingulum in tantum doluit, quod per duas hebdomadas ambulare non potuit: ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum Miſſa, duabus candelis, & duobus pedibus

A pedibus cereis; immediate dolor ille ceſſavit, & ſanatus eſt.

Vlcus pedis evaneſcit.

145 Nicolaus, ſutor de Caſimiria, grande & diſtortum ulcus longo tempore habuit in pede, de quo magnum dolorem perpeſſus eſt: ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum B.P. Staniſlai cum una Miſſa & lumine; ſtatim illud ulcus cœpit evaneſcere, & ſanatus eſt,

Curantur corroſiones in corpore.

146 Eliſabeth, uxor Nicolai cognomento Nyczko, lanificis de Caſimiria, cum magnum dolorem, corroſionem, & punctiones in corpore ſuo perpeſſa fuit, devovit ſe ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum Miſſa & candela; & immediate poſt emiſſionem voti ſanata eſt.

Animam agens ſibi redditur.

147 Marcus, hortulanus de Rippaviſſe alias de Pobiſsze Caſimiriæ, habuit filium ita infirmum, quod jam præ infirmitate agonizabat: ſed cum à parentibus ſuis devotus fuit ad ſepulcrum B.P.Staniſlai, cum Miſſa & lumine; immediate ſanus ſurrexit.

Curantur punctiones lateris,

148 Barbara, filia Nicolai Szhynel fabri ferrarii de Caſimiria, valde infirmata fuit, & magnas corroſiones & punctiones in uno latere perpeſſa fuit, ita quod etiam illi, qui infirmitatem & dolores ejus conſiderabant, de vita ejus deſperabant. Sed cum ſe ad ſepulcrum pii P.Staniſlai, cum Miſſa & inſignio cereo devovit; ſtatim convaluit, & bene ſanata eſt.

B *dolor pedum,*

149 Stachna, uxor Curczolck Knietonis de Przytkowicza, ſedecim hebdomadis ita pedes doluit, quod nullo modo ambulare potuit: ſed ſtatim cum ſe ad ſepulcrum B. P.Staniſlai cum Miſſa & candela devovit; dilor ille ceſſavit, & bene convaluit.

Læſus ſub gravi onere,

150 Matthias filius ejus, qui tunc ſervivit apud Staniſlaum Czordyl Caſimiriæ, ita offenſus fuit ex elevatione oneris gravis, quod etiam ſanguis per eum fluxit, & ex illa infirmitate nihil laborare potuit: ſed cum ſe ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum uno lumine devovit, immediate ſanatus eſt.

dolor dentium.

151 Magareta Viſhowe, cum magnum dolorem dentium paſſa fuit, in illo dolore magno adiit ſepulcrum B.P.Staniſlai, & flexis genibus dixit aliquot orationes Dominicas, & votum emiſit, ſi eam Deus omnipotens per merita pii P.Staniſlai ab illo dolore liberaret, quod ad honorem Chriſti & Paſſionis ejus vellet convenire aliquem Sacerdotem ad legendum unam Miſſam de Paſſione: & ſtatim poſt votum ſuum ſenſit, quod ille dolor per caput ejus cum calore exivit, & optime ſanata eſt.

Fœtus mortuus revivi-ſcit

152 Anna, uxor Frederici Porcarii, vulgariter Czwiankarzowa ſive Czwakarz de Cracovia, puerum mortuum peperit, qui nec motum, nec ſenſum viſus eſt habere: ſed cum devotus fuit ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum Miſſa & imagine cerea, ſtatim revixit & cœpit oſcitare. Et mater illius pueri cum magnum dolorem capitis perpeſſa fuit, devovit ſe ad ſepulcrum ejuſdem Patris cum crinali cereo; & & immediate dolor quievit.

C *Curantur dolor gutturis,*

153 Andreas Gotphor, carnifex de Caſimiria, cum in gravem infirmitatem totius corporis & præcipue gutturis incidiſſet, ſic quod vix potuit loqui, nec aliquid manducare per quatuor dies, quia glutire non valuit: ſed cum eum uxor ipſius ad ſepulcrum B.Staniſlai cum una Miſſa devoviſſet, ſtatim convaluit.

punctiones laterum,

154 Catharina, uxor Petri Poczanteck de Caſimiria, magnam infirmitatem cum magnis punctionibus laterum per aliquot hebdomadas perpeſſa fuit, ſic quod etiam vir ipſius & multi alii, qui ejus infirmitatem conſiderabant, de vita ipſius deſperabant: ſed cum ſemetipſa quocumque modo potuit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum una Miſſa & candela devoviſſet, ſtatim cœpit melius habere & optime convaluit.

155 Margareta, uxor Joannis Bedelli de Caſimiria, quoddam grande ulcus in facie ſua habuit, de quo magnum dolorem & infirmitatem non ſolum in capite, ſed etiam in aliis membris perpeſſa fuit, ſic quod nec quieſcere, nec alimenta capere potuit: ſed cum eam vir ſuus cum Miſſa & candela ad ſepulcrum pii P.Staniſlai devoviſſet, ſtatim cœpit melius habere & bene convaluit. EX MS. *ulcus faciei.*

156 Jacobus, murator de Caſimiria, magnum dolorem cum acerrimis compunctionibus in medio capite, collo, & brachio perpeſſus fuerat aliquot diebus, ita quod præ magno dolore manducare non potuit: ſed cum ſe devoviſſet ad ſepulcrum pii P.Staniſlai, ſtatim cœpit melius habere & bene convaluit. *punctiones capitis colli, & brachii.*

157 Idem miraculum factum eſt & Staniſlao Soyka, lanifici de Caſimiria, qui etiam eamdem infirmitatem paſſus fuit aliquot diebus.

158 Petrus Thurck, lanifex de Caſimiria, quodam tempore perrexit in curru cum panno ſuo ad annuale forum in Sandecz: & cum ad montes veniſſet, venit ad eum quidam homo, vel potius dæmon in ſpecie hominis, dicens: Equita poſt me, & monſtrabo tibi viam directam ac brevem. Et ſequens eum venit ad montem altum, & ſtatim ductor ejus evanuit. Videns ipſe quod ultra nec procedere nec retroire poſſet, commiſit ſe Deo & B.P. Saniſlao; & ligatis rotis ne poſſent gyrari, juſſit aurigæ paulatim deſcendere: ſed ſtatim cum currus de loco motus fuit, cecidit de illo alto monte pariter cum equis & auriga uſque in vallem, ſine omni læſione, tam currus, quam equorum, & aurigæ. Et cum præfatus Petrus ad eos venit, ex alia parte de monte deſcendens; dixit ad eum auriga: Miraculum magnum hic factum eſt, quod nullam læſionem accepimus neque aliquod damnum; & videbatur mihi quaſi non cadere, ſed leniter volare. Poſt hoc prima nocte apparuit ſupradicto Petro quidam vir canus & honorabilis, & dixit ad eum: Regratiare Domino Deo, qui te ob merita B.Staniſlai, cujus corpus quieſcit in eccleſia Corporis-Chriſti Caſimiriæ, à damno præſervavit. Fac igitur pro honore ipſius ad laudem Dei omnipotentis unam Miſſam celebrare: quod & factum eſt. E *Currus cum equis & auriga præcipitat ab alto monte ſine læſione.*

159 Margareta, uxor Gaſparis Olbrychth piſtoris de Cracovia, magnum dolorem perpeſſa fuit in una manu & brachio per aliquot hebdomadas, ſic quod præ magno dolore & debilitate brachium movere non potuit, nec bene quieſcere. Sed audiens miracula, quæ Dominus per merita B.Staniſlai operatur, venit ad ſepulcrum ipſius, & flexis genibus lumen accenſum ad ſepulcrum ejus applicuit, & aliquot orationes Dominicas devote dixit. Et cum auxilium cernua facie ab eodem pio Patre poſtulaſſet, immediate dolor ille ceſſavit, & in manu & brachio ſuo motum & ſanitatem priſtinam accepit; ſic quod ſana à ſepulcro receſſit. *Curantur dolores manus & brachii,* F

160 Agnes, uxor Barthoſſii doleatoris de Caſimiria, maximum dolorem in corpore ſuo perpeſſa fuit, ſic quod videbatur ſibi, quod ille dolor major fuiſſet dolore parturientium. Sed cum ſe devovit ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa & candela, ſtatim ille dolor ceſſavit, & immediate eruperunt de corpore ipſius puſtuli magni & diſtorti. Sed cum tertia die poſt hoc, auxilium pii P.Staniſlai imploraſſet, & voviſſet prius miraculum in ea factum, ad laudem Dei & ad honorem B.P.Staniſlai, propalare; ſtatim ſanata eſt. *corporis puſtulis infecti,*

161 Sophia, filia Gregorii Zontag, uxor Jacobi carnificis de Caſimiria, cum maximum dolorem unius mamillæ cum dura inflatione aliquot diebus perpeſſa fuiſſet, ita quod nec dormire nec quoquo *mamilla inflammata,*

modo quieſcere poterat. Sed cum ſe devovit ad ſe-
EX MS. pulcrum B.P.Staniſlai cum tribus luminibus & ali-
quot Pater noſter, ſtatim ſanata fuit.

febris, 162 Staniſlaus, filius ejuſdem Sophiæ, cum acutiſſimam febrim aliquoties paſſus fuiſſet; devotus eſt per matrem ſuam ad ſepulcrum pii B. Staniſlai cum aliquot Pater noſter; & ſtatim febris eum dimiſit, & optime ſanum reliquit.

ulcus faciem inflammans, 163 Idem Staniſlaus alio tempore magnum ulcus circa aurem habuit, de quo inflationem magnam in tota facie & collo cum dolore magno perpeſſus fuit: ſed cum eum mater ſua ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum una Miſſa devoviſſet, ſtatim ſanatus eſt.

febris, 164 Adam de Opolie, ſtipendiarius Domini noſtri Regis, febrim acutiſſimam perpeſſus fuit aliquot vicibus: ſed cum ſe devoviſſet ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum Miſſa & candela, ſtatim eum febris reliquit, & optime ſanatus eſt.

oculi inflammati, 165 Urſula, relicta Andreæ pictoris de Cracovia, magnum dolorem oculorem cum groſſa inflatione longo tempore perpeſſa fuit, & timens cæcitatem, devovit ſe ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum quindecim Pater noſter; & ſtatim in oculis ſuis ſanitatem integram accepit.

B *dolor capitis,* 166 Veronica, oleatrix de Caſimiria, cum magnum dolorem capitis & pectoris perpeſſa fuit, iterum devovit ſe ad ſepulcrum B. P.Staniſlai, & rurſus ſtatim dolor ceſſavit, & peroptime ſanata eſt.

& pedum, 167 Wenceſlaus quidam, latomus & famulus Matthiæ Clyſz de Caſimiria, infirmitatem gravem cum inflatione pedum longo tempore paſſus fuit: ſed cum ſe devoviſſet ad ſepulcrum P.Staniſlai, optime convaluit.

morbus ictericus, 168 Agnes, uxor Petri pellificis de Cracovia, infirmitatem, quæ icterica vocatur, alias Szottanyemocz, paſſa fuit: ſed cum ſe cum Miſſa & lumine ad ſepulcrum B. P.Staniſlai devovit, ſtatim ea infirmitas evanuit.

dolor oculorum, 169 Laurentius Szyrba, lanifex de Caſimiria, cum per longum tempus intenſum dolorem oculorum perpeſſus fuit, quod nec laborare, nec bene quieſcere potuit: ſed cum ſe devovit ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum una Miſſa & crinali cereo, ſtatim iſte dolor ceſſavit, & econtra laborare cœpit.

febris. 170 Lituanus coquinarius monaſterii Corporis-Chriſti Canonicorum Regularium in Caſimiria, cum magnis febribus æſtuabat, devovit ſe ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum aliquot Pater noſter: ſtatim illa infirmitas eum reliquit.

C 171 Urbanus, bombardarius, alias Pruſznyk, Domini Regis, de Wielichlia, jacuit in quadam ſua graviſſima infirmitate, quæ ſibi communiter in octo annis ſemel accidebat: & quia ſibi venit aliquando octodecim aut viginti hebdomadis, & aliquando per medium annum in ea decumbebat. In qua infirmitate tantum dolorem, & debilitatem, ac defectum perpeſſus fuit, quod nec manus, nec pedes, neque totum corpus movere potuit, nec manducare neque bibere per ſe ipſum potuit, ſed per illos, qui ſibi ſerviebant, cibatus & potatus fuit: & quando ſibi neceſſarium fuit ſurgere, duo viri fortes in duobus manutergiis eum de lecto ſuo levabant, & ubi neceſſarium ſibi fuit, deportabant; & econtra in lectū ſuum deferebant, in quo tamquam truncus immobilis decumbebat. In qua infirmitate multam pecuniam in medicis & antidotis conſumebat, & tamen nullum auxilium ſenſit. Nunc autem, utinam ultimate! anno Domini MCCCCXC in Quadrageſima eum eadem infirmitas oppreſſit, in qua jam per quatuor hebdomadas jacuerat. Contigit una dierum, quod eum quædam bona & honeſta matrona viſitavit; & conſolans eum, ejus doloribus, & debilitati, ac defectibus condolens, conſuluit ſibi, D ut ſe bona fide ac ſpe recuperandæ ſanitatis, cum una Miſſa & candela longitudinis ſuæ ac imagine cerea, ad ſepulcrum B.P.Staniſlai, qui jacet in eccleſia Corporis-Chriſti in Caſimiria, devoveret: & ſi eum Dominus Deus, per merita & interceſſionem illius pii Patris, ſanaret; quod id miraculum ad gloriam & laudem Dei omnipotentis, & honorem ſupra dicti Patris per prædicatores publicare vellet. Audiens hæc omnia ſupra dictus infirmus, fiducia accepta, cum magna devotione ſe ſecundum *morbo ſpecie fumi viſibiliter abſcedente.* conſilium præfatæ matronæ ad ſepulcrum B.Patris devovit. Et immediate poſt emiſſionem ejus voti, ſenſibiliter illa infirmitas de manibus & pedibus ac toto corpore, & viſibiliter tamquam fumus à quadam nebula exibat: & de ſtuba, in qua jacebat, feſtinanter exire quærebat. Ille ſe ſanum ſentiens, ſtatim ſurrexit, & gratias Deo omnipotenti & præfato Patri agebat: ac feria *o* infra Octavas Paſchæ ad ſepulcrum ſupradicti Patris optime ſanatus venit, & votum ſuum devotiſſime adimplevit.

172 Staniſlaus Tolda vel Todla, doleator de *Ad mortem jam diſpoſitus, infirmitate liberatur.* Myſſumicze, magnam infirmitatem perpeſſus eſt, E quaſi per unum quartale anni in qua infirmitate ſuſpicans mortem ſibi evenire, confeſſus eſt peccata ſua, & ſuſcepit Sacramentum Euchariſtiæ cum ſacra Unctione. Videns ipſius magnam infirmitatem quædam matrona, conſuluit uxori ſupradicti Staniſlai ut eum devoveret ad ſepulcrum Beati P. Staniſlai in eccleſia Corporis-Chriſti cum una Miſſa & imagine cerea. Et cum hoc ipſa cum conſenſu ipſius infirmi feciſſet; ſtatim infirmus ille convaluit, & optime ſanus ad ſepulcrum pii Patris in die S.Staniſlai Epiſcopi & Martyris venit, & votum adimplevit.

Dolor capitis ceſſat. 173 Matthias Szyemianke Cmetho De Krzytanowcze, cum valde infirmabatur, & præcipue in dolore capitis, devovit ſe ad ſepulcrum B. P. Staniſlai cum Miſſa & inſignio cereo; & ſtatim dolor capitis *Periclitanti in partu ſuccurritur.* ipſius ceſſavit & optime convaluit.

174 Georgius, Aurifaber de Cracovia, videns uxorem ſuam periclitantem in partu, devovit eam ad ſepulcrum pii P. Staniſlai cum Miſſa & duobus luminibus; & ſtatim poſt votum emiſſum, puerum ſanum peperit.

175 Nicolaus, inſtitor de Caſimiria, ita magnum & acerbum dolorem in præcordiis ac præcipue circa cor ſuum perpeſſus fuit, quod etiam vix potuit ſpirare: ſed cum votum feciſſet ad ſepulcrum B.P.Staniſlai cum Miſſa & corde cereo ſtatim ille F dolor ceſſavit, & ſanatus eſt.

Duo apoſtemata curata non manifeſtans, 176 Bernardus Kmeto de Lobzow duo apoſtemata habuit, unum in inguinibus, aliud in crure; de quibus tantum dolorem & infirmitatem perpeſſus fuit, quod vix per noctem ſupervixit. Sed cum ſe devoviſſet ad ſepulcrum pii P.Staniſlai cum una Miſſa & pede cereo; ſtatim fuit ſanatus & votum ſuum adimplevit. Sed quia hoc miraculum ad laudem Dei Sacerdotibus in Eccleſia Corporis Chriſti non manifeſtavit; quia à ſuis Sacerdotibus fuit prohibitus, qui ſibi dixerunt; Non credas, quod per illum P.Staniſlaum ſanatus es, ſed tibi hoc caſu *denuo & iiſdem infeſtatur, & reſipiſcens curatur.* evenit, quod apoſtemata tua ſic repente evanuerunt. Sed in anniverſario præciſe eodem die, quo cruciatus fuit, arripuit eum tantus dolor inguinum & cruris cum magna inflatione, quod præ dolore acerbiſſimo neſcivit, quo debuit divertere. Recolens ergo quomodo per illum pium P.Staniſlaum fuit repente curatus, & quod de hoc beneficio Deo & ipſi fuit ingratus, quod hoc miraculum ad laudem Dei non manifeſtavit, quod propter illam ingratitudinem Deus tam magnum dolorem & inflationem

Membrorum uſu deſtitutus ſanatur

A tionem in eum permisisset: doluit ergo negligentiam suam & votum suum repetivit & dixit, Si eum Dominus per merita B.Stanislai sanaret, quod hoc miraculum nullo modo vellet tacere, sed Sacerdotibus Ecclesiæ Corporis-Christi id manifestare. Et cum idem votum emisisset, statim crus apertum est, & sanies effluxit in magna copia;& eadem die optime sanatus est, & venit ad sepulcrum beati viri, & votum suum adimplevit.

ANNOTATA.

a Camisia, *interula linea, frequentem in hujusmodi occasionibus usum habet, sicut alibi* lodices, *ut instrumenta funeris jam jam parandi.*

b Crinale *pro intortitio cerei funicularis accipi, in principio notavimus.*

c Tabernator, *id est*, caupo, *sicut* taberna *dicitur* caupona.

d Rasor *videtur dici*, tonsor, *seu (ut alii loquuntur)* barbitonsor.

e Lanifex *videtur hic distingui à* textore, *quod hic lineos, ille laneos pannos texat: & infra num.* 156 *dicitur lanifex cum panno suo ad forum tendere.*

B f Terrestre judicium, *intelligitur Conventus procerum cujusque territorii seu Satrapiæ, cui qui præsunt.* Judex, subjudex & Notarius terrestris, *designantur à Rege: ex iisdemque Satrapiis Missi ad Comitia generalia Regni, vocantur* Nuntii terrestres.

g Epropinare, *fortasse hic significat*, ad mensuram divendere.

h Murator, *faber murarius seu cæmentarius.*

i Stubas *vocant Germani &c. ea conclavia, quæ in hieme solent accensa fornace (quæ ipsamet proprie* stuba *dicitur) tepefieri: indeque toto anno id nominis retinent.*

k Oleatrix *videtur dici, quæ publice oleum habet venale.*

l Serator, *alias* Serarius, *serarum fabricator.*

m Ferriforus, *an idem quod, Faber ferrarius? Sic infra num.* 127 Pectinator *& num.* 160 Doleator.

n Colorista *est Tinctor, quod autem additur*, alias falbierz, *interpretatio nominis vernacula esse videtur, & quidem voce detorta ex Germanico, cui* farb *color*, farber *tinctor est.*

o *Id est* 16 *Aprilis: nam Pascha anni* 1490 *celebratum est* 11 *ejusdem.*

APPENDIX PRIMA.

C *Transcribentis Conclusio* Hæc omnia miracula quasi in revolutione primi anni ab obitu piissimi P.Stanislai Casimiriæ, Canonici Regularis in ecclesia Corporis-Christi acta, annotata per quemdam Canonicum Religiosum ejusdem ecclesiæ eodem anno, ad ea per Superiorem suum destinatum an.MCCCCLXXXIX, in scriniis ejusdem ecclesiæ fideliter asservantur; ex quibus hæc de verbo ad verbum extracta per me indignum Religiosum ejusdem Canonicæ Christophorum Lonirwsky ad postulata religiosissimi P. Friderici Szembek Societatis Jesu ad ecclesiam S. Barbaræ Cracoviæ an.MDCXVI. Quo similiter eodem inquisitionis meæ tempore, in præsentia mea publice duo solatia miraculosa, per ejusdem pii Patris merita, ad ejus sepulcrum cum insigniis cereis attestata sunt.

duo miraculo ab ipsa visa. Unum videlicet honestæ ac nobilium parentum matronæ,& civis Casimirienſis Margaretæ, relictæ Consulis D.Lucæ Zatorsky, quæ in summa sua ægritudine Quadragesimali tempore, cui medici peritissimi subvenire non poterant,& ex pedum dolore tam tædioso, ut in illo nedum subsannaret medicos, sed etiam vix amens desparatos non subibat casus, ni Deus & sola famularum obstitisset custodia. Memor tandem patrociniorum pii P.Stanislai ad ædes sanctissimi Corporis-Christi, voto facto ad ejus sepulcrum cum insigni pedum-cereo, quod ipsa met fusis faciendo irrigabat lacrymis, ut & nunc testatur; tertia die ab illo opere relevata est,& incolumis nunc in Sancto laudat pietatem Dei atque misericordiam. EX MSS

Alterum famosi Joannis Zmuda, carnificis Casimirienſis, viri simplicis quidem sed recti, & in omni gravitate litteratis etiam gravissimis comparandi. Hic eodem anno feria quarta infra Octavam sacratissimi Corporis-Christi, cum pede cereo ad pii P. Stanislai sepulcrum per ejus merita, statim postquam se ei devovit, restatus est se evasisse unius pedis sui subitaneos dolores interiores vix tolerabiles.

Post hæc septennis puer civis Casimirienſis, dicti Colessa, prope agonizans ab accensa jam sibi valedictoria candela, per merita pii Patris, postquam eum parentes sui ipsi devoverant, relevatus dicitur: de cujus salute, visis ipsius extremis defectibus,& ego metipse desperaveram, nec pro die altera supervicturum credibile fuit.

Sed nec mei instituti est describere ulla alia miracula præter hæc: nec ea, quæ jam alias typis mandata sunt, annis post hæc inferioribus facta, & omnia prorsus neglecta; nec ea, quæ per meum decennium à professione mea à me vel visa, vel nota, vel audita sunt; cum apparitionibus luminum de nocte in tam ampla ecclesia, visa à nonnullis confratribus;& odorem violarum de die, quem sensit tota Congregatio sine floribus violarum; uno præcipue tempore decantando Nonam, per totam ecclesiam diffusum à sepulcro ejus circa meridiem peracto prandio. E *Plurima prætermittuntur.*

Stanislai effigies & epitaphium. In sepulcro lapideo eminentius erecto circa ipsius pii P.Stanislai effigiem, ex eodem lapide sculptam, in Clericali habitu, superpelliceo scilicet & almucia sive mozetta, desuper nigra, rubeo colore subducta, & birreto nigro quadrato in capite, cum facie imberbi, more illorum Clericorum accepto antiquitus, hi versus sunt exsculpti.

Hoc conclusa jacent divi Patris ossa sepulcro
Stanislai, hac Casimiria de gente creati,
Cujus extet meriti, miranda cerne tropæa.

In antiqua tabella Kalendarii defunctorum Canonicorum illius ecclesiæ, habetur dies ejus cum rubro notatus cum anno, III Maji anni MCCCCLXXXIX. Similiter & Catalogi Confratrum in aliis cœnobiis etiam diversarum religionum, ut Claræ-tumbæ Cistercienſis per expressionem; in qua tabella non nisi Domini Præpositi rubro annotati cernuntur: post illos soli sanctitate conspicui: Videlicet D. Augustinus II Januarii; D.Joannes Loebleyn VII Februarii anno MCCCCXXXXII: D. Nicolaus Becz minor XX Februarii; D. Gregorius Molendinator XXVII Februarii anno MCCCCXLIV: Frater Joannes Pictor II Aprilis; D. Joannes de Sandecz I Julii; D. Wenceslaus IX Julii; D. Nicolaus Apothecarius V Septembris; D.Joannes Auxis IX September; D. Derslaus decretorum Doctor & Archidiaconus Cracoviæ XXVI Septembris; D. Salomon Prior VI Novembris; D.Simon Prior primus professus XXVII Novembris. Sed & eamdem diem obitus testari videntur carmina à quodam compatriota, ipsius encomia decantante. F

APPENDIX SECUNDA.

1 ANno Christi MDXXXIII Sacerdos quidam Canonicus Regularis Ordinis D.Augustini, ejusdem monasterii ecclesiæ sacratissimi Corporis-Christi, magna & longa infirmitate gravatus, voto *Curantur infirmitas.*

facto ad B. Staniſlai in eccleſia Corporis-Chriſti tumbã, ad ejus preces priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

dolor dentium,

2 Anno Domini MDXXXIV Presbyter, nomine Joannes Liwocha, ejuſdem Conventus Corporis-Chriſti profeſſus, & pluſquam triginta annis in eadem eccleſia verbi divini prædicator exiſtens, intolerabili dentium morbo longo tempore laborans, nullumque interim doloris levamen ſentiens, contulit ſe ſub voto ad tabernaculum Corporis-Chriſti, ſub patrocinio B.P.Staniſlai, Miſſam faciendi. Noctu interim in ſomnis viſus eſt ſibi idem Beatus faciem illam doloroſam, manu prehenſam veluti linire. Qui expergefactus ſomno, omni prorſus dolore ſeſe liberum comperit.

gravis morbus,

3 Anno Domini MDXXXV quædam matrona, incidit in morbum adeo gravem, ut ad craſtinum ſeſe ſupervicturam minime ſperaret. Verum oblata ab aliis ad B.P. Staniſlai ſepulcrum, illico ex illa vi morbi conſurrexit: & tabellam quæ ibidem ad ejuſdem Beati tumbam adhuc extat, appendi curavit, in laudem & honorem Dei præpotentis.

periculum mortis,

4 Anno Domini MDCV Junii XIV, Thomas infantulus unius anni, filius Staniſlai Koſz civis Caſimirienſis, & matre Anna Zaborska de magna Opatow, Czeſtochoviam ad Divam Mariam à parentibus curru vectus, nimioque ſolis calore conflagratus, gravi infirmitate oppreſſus eſt; ita ut per quinque hebdomadas, abſque ullo cibo, ſaltem pauciſſimo cereviſiæ potu contentus fuit: ſed cum votum ad tumbam hujus pii Patris B. Staniſlai Caſimiritani per parentes factum eſſet, priſtinas vires reſumpſit.

febris & punctura lateris

5 Martinus Baronius Jaroſlavienſis, Clericus Diœceſis Præmiſlienſis, anno Domini MDCVI Junii die VIII, in itinere Sendomiria Cracoviam pergens, graviſſima febri & capitis dolore, tum & lateris dextri acuta punctura ex nimio ſolis æſtu correptus, ita ut iter cœptum perficere nequaquam poſſet; voto ad B. Staniſlaum Caſimiritanum facto viſitandi ſepulcrum ipſius, illico ſanus factus votum complevit.

& dolor capitis curantur,

6 Honeſta Anna, uxor famati Joſephi Szperka, lanionis civis Caſimirienſis, dolorem capitis & pectoris acerbiſſimum paſſa, ex voto cum una Miſſa viſitandi ſepulcrum B.P.Staniſlai, repente ſanatur, anno Domini MDCVII die XVI menſis Julii.

Parturientes adiuta plurimæ.

7 Poſt deceſſum de hac luce B.Staniſlai Caſimiritani, multæ matronæ ſteriles meritis ipſius prolem à Deo impetrarunt, ac aliæ gravidæ puerperæ, difficili partu anxiæ, & nimio dolore afflictæ pœneq; morituræ, invocato nomine divino & beatiſſimæ Mariæ Virginis, interceſſione ejuſdem B. P. Staniſlai, diverſis locis & temporibus, felicem partum ediderunt, laudantes Deum in Sanctis ejus.

AD DIEM IV.

Fol. 436 *Col.* 2 *ſub finem ante* Ethebradum:

Licinianus, Carthaginis Spartariæ Epiſcopus, Conſtantinopoli veneno extinctus ab æmulis, ubi temporibus Mauritii Auguſti claruit, *ut vir doctus & juſtus laudatur à S. Iſidoro lib. de ſcriptor. cap. 29. Hunc prædictus Tamajus eidem ſuo Martyrologio inſcripſit, ut* Sanctum, *Chronica Dextri & Iuliani-Petri ſecutus, nullius apud nos fidei omnia: quemadmodum nec admitti meretur epiſtola, ſub Liciniani iſtius nomine apud eumdem Tamajum legenda, quaſi ſcripta ad Vincentium Ebuſitanum, dubitantem ſitne Iacobi Minoris an Majoris epiſtola ea Canonica, quæ Iacobi dicitur: ubi pro Iacobo Zebedæi, velut ex traditione inter Hiſpanos certiſſimâ, ſententia dicitur, confirmaturque fabula de Iudæis in Hiſpaniam tempore Babylonicæ diſperſionis tranſgreſſis. Confer eam epiſtolam cum altera pridem apud Loyaſam inventa, & ſenties aliter olere catulos.*

Fol. 440 *col.* 2 *poſt num.* 7 *adde:*

Sed quid dico, ab Aurelianenſibus? Indiculus Reliquiarum, apud Senonenſes in Gallia honoratarum, iſtic nobis deſcriptus: inter alia ſic habet. S. Quiriacus Epiſcopus Martyr: illius corpus integrum ſervatur in antiqua capſa nunc Prioratus noſtræ Dominæ ab Offario, in urbis vicinio ad Orientem poſiti, altari ſuperſtanti. *Hinc celebris factus ſit totis Galliis* Cyriacus: *hinc ſuum Caput Aurelianenſes acceperint. Deſiderantur tamen antiqua monumenta, quæ certos nos faciant, corpus illud ex Palæſtina allatum eſſe, nullamque nominis æquivocationem interveniſſe, per quam id quod Senonibus colitur credatur eſſe corpus Epiſcopi Hieroſolymitani, & non alterius alicujus* Cyriaci Martyris; *quemadmodum alterius eſſe credimus dimidii corporis ſacra oſſa, in Cathedrali Wormatienſi hodiedum aſſervata.*

Fol. 452 *col.* 2 *num.* 4 *poſt hæc verba* ſub Daciano Præſide Martyrium paſſi ſunt, *ſic lege ſequentia*

Sed Dacianum *in Italia* Præſidem *nullum novimus: talis aliquis, & quidem truculentiſſimus, ſub Diocletiano & Maximiano in Hiſpania ſæviit. Suſpicor ergo alicui obrepſiſſe, ut pro* Deciana perſecutione, *ſcriberet* Dacianum Præſidem. *Facilius fieri potuit, ut cum prædictis tribus Athletis paſſus etiam ſit* Vitalis, *in Florentinis iſtis Martyrologiis nominatus, & ideo ſolum à Fulginatibus prætermiſſus, quod corpus ejus vel non inventum fuerit, vel &c.*

Fol. 468 *col.* 2 *num.* 4 *in fine adde:*

Hactenus Græci cum Euſebio: quem ſi legiſſet Cardoſus, puduiſſet ipſum ejus vanitatis, qua ſcriptor quidam Luſitanus præſumpſit aſſerere, Silvanos duos, alterum Epiſcopum, alterum Martyrem, fuiſſe origine Luſitanos, ex familia Silvarum: *nec voluiſſet iſta applicare huic Gazæo Sancto, non minus operoſe quam ridicule in hunc finem congerens, quidquid de antiquis* Silviis *ex Romana, fabula dicam an hiſtoria, potuit adducere, ut cum iis connectat Hiſpanorum* Silvas; *eademque opera nomen eorum exponens riſui eruditorum, ſcientium appellationes hujuſmodi, plus ſatis extolli, ſi à quatuor aut quinque ſeculorum antiquitate poſſint citra adulationem derivari.*

5 *Sed patiamur eos, quibus id volupe eſt, fabricare, ut dicitur, caſtella in Hiſpania. Non quia Luſitanus non fuit, ideo minus notus eſt Latinis vetuſtioribus* Silvanus. *In hoc laudando præivit ipſis Ruffinus &c.*

DE S. MONICA.

Fol. 491 *num.* 15 *lin.* 4 *à fine* Eſtratovillæus: *ita ſcilicet ſcripſerat Pancirolius: ſed verum nomen eſt,* de Eſtouteville.

Fol. 492 *Ad finem ultimi Tractatus de Tranſlatione corporis Romam, adde:*

18 *Hactenus ſcripſeram, quando à R.P.Fr. Alberto le Roy, Antverpienſis Conventus antehac Priore (quem Romam iturum rogaveram, ut de Reliquiis & miraculis* S. Monicæ *diſcere conaretur aliquid) ad quædam quæſita mea littera advenerunt, XVIII Iunii anni* MDCLXXVIII *datæ, quibus ſignificabat, in eo quod* S. Monicæ *dicitur argenteo capite, eſſe notabilem partem occipitis, à qua Gregorius* XIII *accipiens fruſtillum, uncias duas cum dimidia longum, latum fere totidem, miſit illud Bononiam, per Breve datum* XIII *Auguſti anno* MDLXXVI, *ad eccleſiam* PP. *Eremitarum S. Iacobo Majori ſacram, uti ſcribit in Bononia perluſtrata Maſinius. Eodem autem anno & die idem Papa Gregorius expedidit Breve in favorem Confraternitatis S. Monicæ, quod incipit* Curandum eſt, *ſervaturque in Archivio Romano S. Auguſtini, ubi teſtatur Pontifex* propterea quod Confratres ad exercenda pietatis opera magis accendantur, eiſdem ... S. Longini ac S. Monicæ

Particula capitis Bononiæ.

A nicæ matris S. Auguſtini capitum particulas, aliasque Sanctorum reliquias .... transferendi licentiam ſe dediſſe, ut in proceſſione, quæ quarta quavis hebdomada in eccleſia S. Auguſtini fieri conſuevit, Reliquias hujuſmodi ſolenniter deferre libere valeant. *Movent me præcitata duo Brevia, ut credam aut illo anno fabricatam dedicatamq; fuiſſe prædictam ſtatuam argenteam, tranſlataſq; Reliquias ex vetuſtiori alia theca in iſtam novam ac pretioſiorem; aut ipſũ ſepulcrum ſive marmoream urnam apertam eſſe, ad ejuſmodi oſſium partes pro majori populi veneratione eximendas. Primum magis placet, quia nulla ejuſmodi apertionis indicia extant uſpiam.* Porro frequentiſſime evenit, *teſte Rev. P. Vicario Apoſtolico, cujus manu id ſcriptum accepi*, quod permulti infirmi, voto S. Monicæ nuncupato, liberentur à morbis, quibus vexantur, præſertim cum eiſdem à P. Cuſtode ſacelli deoſculanda defectur cinctura ejuſdem S. Monicæ, quæ in argentea capſula reſervatur: ſuperiori autem menſe Majo, *inquit idem Vicarius*, duo evenere miracula, quæ actu expenduntur.

& Romæ in argento:

item cinctura.

19 *Ea aliaq; miracula, quæ colligi vehementer expediret, ſi nobis mittantur aliquando, locum invenient in hujus operis Supplemento: nunc quod Ravenna accepi, Notariali inſtrumento authentice conſignatum, lege:*

B In Chriſti Domini noſtri nomine. Amen. Die XVII Maji Indictione XII, D. Urbano VIII Papâ ſedente, anno vero ſalutis MDCXXIX, conſtituta coram me Notario & Teſtibus infraſcriptis D. Gentilis, uxor D. Julii Negri Ravennatis, in eccleſia S. Nicolai hujus civitatis, in capella S. Monicæ, requiſita ad dicendam veritatem, ne occultæ remaneant gratiæ, quas divina Majeſtas concedit ſuis devotis, mediante interceſſione Sanctorum ſuorum, omnibus præſentes litteras lecturis facit hanc atteſtationem & fidem juratam indubitatamque. *Sequuntur verba atteſtantis Italica lingua, quæ Latine fideliter reddita accipe.*

Mulier Ravennas anno 1629 teſtatur,

quod anno 1595

Ego Gentilis Becci, uxor Negri Ravennatis, plene teſtificor, quod anno MDXCV menſe Majo, inveniebar habens parvulum filium, communem cum meo jam dicto marito, tunc anniculũm eoque majorem, quantum ſcilicet intercedit temporis inter diem S. Leonardi & menſem Majum. Hoc autem menſe accidit, ut cum à ſorore quadam D. Franciſci Donati, dictâ Andreâ, animadverſum eſſet neſcio quid intra puteum, qui eſt ad ingreſſum domus præfati D. Donati, in platea Portæ-Titi, qui eſt vicinus domui meę, è regione viæ ab ovis nuncupatæ (eſt autem puteus iſte loco obſcuro, ſubinde coopertus tabula, tunc vero ut plurimum manebat apertus) cumque d. D. Andreæ ſoror d. D. Donati curioſius introſpexiſſet in puteum, non potuit diſtincte cognoſcere quid eſſet, ſed dixit piſcandum in eo eſſe, videri enim canem aliquem intro lapſum. Vocatus eſt ergo Mag. Bartholomæus Bartolini Vergolla ad piſcandum: qui accepto uncino impegit in calceolum infantilem, ſurſumque ad ſe uncinum trahens, vidit ex eo pendentem infantulum, qui priusquam ad os putei adduceretur in eumdem recidit. Immiſſo igitur rurſus uncino iterum calceolum apprehendit, extraxitq; puerum, qui agnitus eſt eſſe meus, quem ſupra dixi, filiolus, nomine Joannes; nec quiſquam ex præſentibus erat qui non certo crederet mortuum eſſe. Id ego intelligens, aſcendi ad cubiculum meum, indeque detuli quamdam meam pelliceam ad involvendum cadaver. Mox autem atq; ingreſſa ſum cubiculum, poſitũ ad plateam Portatitiorum, quod clariſſimum lumen recipit per xiſtum quemdam, unde in ipſam plateam deſpectus eſt; viſa ſum mihi in ipſo illo clariſſimo lumine perquam diſtincte videre S. Monicam, ſtantẽ in habitu nigro, cum linteo ad collum albo, prorſus eo modo quo in hac capella eam repræſentat tabula & palla altaris. Subitoq; ſenſi mihi antea afflictiſſimæ redire animum, meq; in genua conjeci ante apparitionem iſtam, ac prædictum filium meum Joannem devovi S. Monicæ. Tum vero bene animata ſurrexi, deſcendi, & filium meum accepi, quem omnes mortuum credebant; panniſq; ad hoc allatis involvi, in ſolo Deo fiduciam habens. Ille autem intra mediæ horæ ſpatium ad ſe redire cœpit, atq; ad priſtinum ſtatum perfectiſſime rediit, abſq; alio medicamine præſcripto à medicis, quorum præceptis uti nolui, utpote quæ vana ea eſſe credebam, atque in ſolo Deo & S. Monica fiduciam habebam. Vivit ergo, & vivit adhuc Rector parochiæ S. Pantaleonis ad Savium, territorii Ravennatis. Ex inde ſemper habui habeoque maximam conſolationem, credens firmiter quod vitam filii mei impetraverim per votum præfatum & interceſſionem Sanctæ ac bonitatem Dei. Plane enim judico quod humanitus non potuerit vivere poſt primum & ſecundum lapſum in aquam & puteum prædictum; & quando fuit retractus, omnes judicaverunt eum eſſe mortuum. Atque ita dico & affirmo jurata, tactis Scripturis ſacris in Dei præſentia atque in hac eccleſia, ad veſtram delationem.

filiolus ſuus mortuus extractus è puteo,

AUCTORE D. P. *invocata S. Monica apparente revixit.*

Hactenus ſua lingua materna mulier, quam excipiens & inſtrumentum concludens Notarius, Latine ſubjungit. Actum Ravennæ ubi ſupra in d. eccleſia, præſentibus Auguſtino Ruberto de Ravenna & Joanne Baptiſta Corſo Milite, teſtibus vocatis, notis &c. Ita eſt. E

Ego Gabriel Paſcolus d. civitatis & Collegii Romani Notarius de prædictis rogatus ſcripſi & autent.

Et quoniam ego Balthaſar Ghinibaldus, qu. Joannis Bap. Ciccis & publicus auctoritate Apoſtolica ex Collegio Ravennæ Notarius, in archivo Almæ Urbis reſignatus, præſens transſumptum fidei ex quodã originali ex archivo vener. monaſterii S. Nicolai Ravennæ, rogatum per qu. Gabrielem Paſcolum d. civitatis Notarium, aliena, mihi tamen fida manu &c. ideo quidẽ hic me ſubſcripſi & requiſitus ſigno meo ſignavi: hac die XXI Junii MDCLXXVIII. *Sequitur deinde* Laurentius S. R. E. Presbyter Card. Raggius, Provinciæ Romandiolæ ac Exarchatus Ravennæ de latere Legatus, *fidem faciens pro prædicto Notario die* XXIII Junii, *cum adjunctione ſui ſigilli conſueti, ſubſcribente* Franciſco Legha Secret.

C F

DE S. GODEHARDO.

Fol. 517 *col.* 1 *Annotat.* d. *adde:*

Concilium Baſileenſe anno 1441 *Seſſ.* 42 *primam inſtitutionem feſti Viſitationis Bonifacio* IX *adſcribit: ſed quia hæc facta erat tempore ſchiſmatis, ac proinde ab hominibus alterius obedientiæ ipſis Kalendis Iulii initio ſeſſ.* 43 *decretum de ea condidit: quod una cum aliis multis Eccleſiæ univerſalis uſus recepit & approbavit.*

Fol. 528 *col* 2 *Annotat.* a. *adde:*

Audio eſſe qui non ſolum duas diſtinguant Ruſſias, *quarum major*, Alba *dicta, Moſchorum ſit, Minor vulgo* Nigra *Polonorum; ſed etiam tres, ſic ut altera, ipſis* Rubra *dicta, ſit Pruthenorum. Si antiquitus* Pruſſiam *etiam* Ruſſiam *dictam probare quis poſſet, nihil eſſet corrigendum.*

DE S. HELENA VIRG.

Fol. 531 *col.* 1 *num.* 4 *Promittuntur miracula hujus ſanctæ Virginis, danda ex MS. Trecenſi: ita ſcilicet animus erat, eoque fine bis terve ſcripſeram Trecas, pro obtinendo eorumdem genuino contextu; ſin minus, voluntas erat Latina reddere, quæ habebantur Gallica: ſed neutrum factum nunc demum deprehendo, & inobſervantibus nobis accidit, ut immediate ſubjungeretur* Appendix de S. Heleno Anachoreta. *Volui ergo quæ Appendici præponi debuerant* Miracula, *ſaltem ex impreſſis Gallice hic dare.*

MIRA-

EX GAL.

MIRACULA

Ex Gallico N. des Guerrois ad an. 1257.

Violator festi punitur & curatur.

1 HEnricus l'Alemant juratus affirmat,quod feria VI poſt inventionem S. Crucis anno MCC LVII orationis cauſa venit ad eccleſiam S.Petri : domum autem ſuam regreſſus invenit in ſella otioſam ſedere uxorem,ab eaq; rogatus eſt ut à labore conſueto abſtineret eo die,propterea quod eſſet feſtum S.Helenæ. Ille vero ſubſannans, Nihil, inquit, niſi feſta ſomnias;& mox admovit manum operi. Vix id occeperat cum ſe divinitus puniri ſenſit. Os enim ei verſus aurem fœde diſtortum eſt,& oculus in dexterum latus ſeſe horribiliter vertit:maxilla etiam dextra continuo tremore ſubſiliebat,ſic ut metueret miſer totius illius lateris uſu ſe privandum, videreturq; ſibi catenis ferreis toto corpore vinctus teneri. Tum ſcilicet cœpti operis inſtrumenta abjecit è manu,proſtratuſq;in genua,Deo & S.Helenæ vovit,quod hujus feſtum dum viveret quotannis devotiſſime coleret. Deinde gemebundus venit ad ſacrum feretrum atq; ante illud ab omni malo liberatus eſt.Qua de re teſtes auditæ ſunt Maria uxor ejus,ejuſq; hoſpita ſimilis nominis, & Iſabella vicina, jurantes quod ipſum vidiſſent primum in ſua infirmitate, deinde ab ea liberatum.

B

Gradiendi facultas redditur uni

2 Garnerus incola loci, dicti Maiſnil,de morbo ſuo ſub juramento interrogatus,dixit ſe à feſto Purificationis anni præcedentis gradiendi facultate deſtitutum fuiſſe,ſic ut nec adminiculo baculi,nec alio quolibet ire aut redire poſſet. Tenuit id malũ uſq;ad Paſcha proxime elapſum, cum moliri greſſum ſcipione nixus incepit,continuavitq; ad feſtam uſq;S. Helenæ lucem, quæ tum dies *a* Veneris erat:hac die decumbens in noſocomio S.Nicolai, audienſq; frequentes de miraculis intercedente S.Helena patratis ſermones,ſpem ſuam in Deo dictaq;Sancta collocat, ad ædemq;S Petri ſe portari jubet;ubi,fuſis precibus, exauditus à Deo, figere greſſum ſine baculo cœpit. Annus eſt cum primum ad dictum noſocomium venit die octava feſtum S.Joannis Bapt. præcedente, indeq;morbo ſuo afflictatus uſq; ad feſtum S.Helenæ eſt,à quo confirmata jam gaudet valetudine. Teſtes,qui rem ita ſe habere affirmaverunt,ſunt,ſoror Emelina Prioriſſa iſtius domus,ſoror Maria de Villemoyenne,ſoror Martha(Martina) converſa,& Petrus de Meizthiercelin ibidem habitans.

a

C

alterique.

3 Jam dictæ perſonæ jurejurando teſtatæ etiam ſunt,quod quidam,Godefridus nomine, uſu pedum ſuorum à Paſchate uſq; ad diem Veneris,feſtum S. Helenæ, deſtitutus, apportatus fuerit ad lipſanothecam Sanctæ,factaque ferventi oratione valetudinem integram conſecutus ſit.

Membrorum omnium

4 Mulier quædam à quinquennali invaletudine adeo languida debiliſq; ut movere ſe ſine alterius ope nequiret;vehementer inſtitit ut adduceretur ad S. Petri,ubi S.Helena colitur, cujus feſtum perquam ſolenniter agebatur poſtridie inventionis S.Crucis. Adducta igitur poſitaqùe ante lipſanothecam cum ſuſpiriis lacrymiſq; ſanitatem petiit... (*deſunt hic in autographo Latino pagellæ duæ : deinde ſequitur*)

.... Ab illoq; tempore levavit ſe à lecto ſana, oſculataq; reverenter atq; humiliter arcam reliquiarum,nullo ſuſtentata baculo commode gradiens,domum reverſa eſt. Parochus S.Nicetii aſſeruit,inviſiſſe ſe aliquando ad hanc ægram,tamq; debilem comperiſſe,ut allatam ſacram Euchariſtiam ſuſceptũra aliorum manibus levari ſuſtentarique neceſſe haberet. Præterea quotquot ſuburbium S.Jacobi frequentare ſolent, affirmarunt, eamdem ſe vidiſſe infirmam, decumbentem, & mendicantem.

5 Juvenis ex Aubruſſel, ab octo annis ſtare nequibat,niſi uno tantum pede ; trahenſque ſiniſtrum incurvatum per terram, ſolo dextero, ut poterat, ſe promovebat. Hic,famâ miraculorum à S.Helena patratorum late vulgatâ, ſpe plenus ſe viæ dat, ad ipſam perrecturus:quo animadverſo accurrit frater,levatumq; humeris eo portat. Implorat devota prece opem Sanctæ,moxq; erigit ſe in pedem utrumq; bene ſanus,ruſtituente Deo firmitatem ac robur pedi ſiniſtro. Hujuſce rei teſtes fuere ipſa infirmi mater, Matthæus vicinus, & Parochus Aubruſſellenſis, affirmaruntque ita factum eſſe.

D

& alterius pedis uſu deſtituti ſanitatem recuperant.

6 Femina ex *b* Rouſſon totum brachium enormiter tumens,plagiſq; multum fœtoris emittentibus refertum gerens, auditis quæ fiebant patrocinante S. Helena prodigiis, eo ſe,nihil diffidens,contulit;peccata per exomologeſin expiavit; deinde arcam, Sacerdote illius cuſtode permittente,brachio tetigit;& biduum divinam implorando miſericordiam exegit. Verum metuens,ne Dominus, cui famulatum ſuum addixerat,moram tam longam ægre ferret,conſtituit animo reverti domum : atque ecce dum in via eſt, ſentit ſe omni ex parte curatam, virtute & meritis Sanctæ. Recurrit è veſtigio ad ædem ſacram quanta poteſt celeritate; gratias Deo Sanctæque ſoſpitatrici perſolvit,diverſiſque perſonis tum è Clero,tum aliis curatum brachium oſtentat. Res plurium teſtimonio rata eſt.

b

Curatur brachium tumens & fœtens,

E

7 Famâ hujuſce miraculi excita quædam puella, cui manus curvata lateriq; ſic affixa hærebat, ut nec movere nec levare digitos poſſet,venit ex Tonnerere *c* cum domina quadam honeſta femina ad memoratam Sanctam. Triduo ab adventu inter orandum elapſo curata eſt,manu ab latere retracta, motiſq; ut lubebat digitis,ſigno ſe Crucis munivit. Domina,quæ puellam adduxerat,& Sacerdos,cujus cuſtodiæ reliquiarum arca tradita eſt, ita teſtati ſunt.

manus curva & lateri affixa,

c

8 Domina quædam Trecenſis,jam biennio cæca, cum adducta fuiſſet à vicinis ad arcam, invocato S. Virginis nomine,uſum oculorum recepit, & obvia quæq; viſu diſcernens domum ſuam revertit.

cæcitas biennii,

9 Femina quædam ex Sacey,trium filiarum mater, nihil quidquã viſu percipientium, niſi forte perparum claritatis rutilante ſole; certe nihil medio etiam die diſcernentium;duxit illas ad viſendam Sanctam. Poſteaquam iſtic loci preces ſuas fuderant, ſubſtitere aliquot diebus auxilium præſtolantes;nec fruſtra; quippe oculi earum illuminati diſcernebant quaſlibet res inter ſe, quin etiam ſpecies & colores, uti album, nigrum alioſque diſtinguebant.

tres cæcæ ſorores,

F

10 Civis Trecenſis itidem cæca,adeo ut nec ſolem lucidiſſimâ etiam die viſu ſentiret,nec per plateas incedere poſſet ſine duce,tandem adducta ad S.Helenæ,tribus quatuorve diebus pietati datis,viſum recepit,regreſſaque eſt ſine duce.

alia item cæca,

11 Guilbertus Guerrez civis Trecenſis,ventrem, femina,crura, pedes, ipſamque faciem fœda hydrope tumentia habens,ad S.Virginem confugit; precatuſque ſanus abceſſit inde domum ſuam, gratias agens Deo,teſtatumque toti mundo faciens,omni ſe penitus malo liberatum.

& hydropicus,

12 Puella quædam ex Boüilly, quæ ire non poterat niſi incurvata, manibuſque ad genua admotis greſſum firmans ; poſt aliquantum ſpatii temporis obtinuit à S.Helena precibus ſuis incolumitatem, erectaque in pedes ibat quolibet, nullo manuum adminiculo adhibito. Teſtes hujuſce prodigii fuere Pariſia& maritus ejus, apud quos dicta puella diverſabatur,& plures alii incolæ prædicti loci.

Duæ curvate medelam exorant.

13 Alia filia è ſuburbio S.Martini urbis Trecenſis, quæ, niſi manus genibus niterentur, ipſaque toto corpore prona inclinaretur,incedere nequibat;

poſtea-

A posteaquam diebus omnino quatuor aut quinque ferventibus coram S. Helena vacasset precibus, levavit se; sana erectaque stetit, gressa est tam dextere atque expedite, ut nullum umquam malum sensisse videretur; cum tamen triennio & eo amplius miserum, ut dixi, in modum affecta fuisset. Mater & tres alii rem indubitatam testati sunt, præter alios plures, qui puellam non semel mendicantem viderant.

Dæmoniaca liberatur.

14 Domicella quædam ex Barberey furiosa atque dæmoniaca, cum deportata à quibusdam consanguineorum ad S. Helenam esset, incessanter triduo quatriduove precibus opem cælitus poposcit. Deinde correpta à spiritu maligno, horrendum fremens, inconditasque & nefandas voces jactitans, omnem ecclesiam personuit. Tandem per misericordiam Dei & S. Helenæ merita incidit in somnum: qui noctem integram & partem diei non modicam tenens, cum abiisset; incolumem se puella & tortore dæmone liberam mirata est: gratiisque Deo & Sanctæ peractis, remeavit domum exultans, gaudensque toti mundo beneficium sibi præstitum annuntiare. Testes producti sunt soror ipsius, Maria vidua Mauritii Chausson, aliique.

B *Debilitas trium annorum curatur.*

15 Femina ex vico S. Theobaldi prope Isles, ratione infirmitatis, pro cujus curatione S. Eligius *d* invocari consuevit, tam debilis plus tribus annis, ut sine baculo incedere nequiret, aut affecto pede se sustinere; perstitit ad caplam S. Helenæ, quatriduo pietati vacans: quo elapso tempore projiciens ab se baculum, firmiter pedibus stetit, roborataque sine incommodo incessit. Sex homines è vicinia interrogati affirmaverunt, interposito juramento, rem verissime ita eveniisse; quod & ipsa suo confirmavit.

d

Mortis proxima ad se redit.

16 Filia quædam in parœcia S. Aventini Trecis, certo quodam morbo sic subito affecta fuit, ut omnium omnino membrorum usu motuque destituta nihil à mortua discreparet. Oritur lamentatio parentum miserabilis: accurrunt ad planctus vicini, uti & ipse Parochus. Jam putabatur decessisse puella, aut proxime à morte abesse: suadentibus tamen Parocho aliisque, voverunt filiam parentes S. Helenæ, seq; ad sacras ejusdem reliquias novemdiales vigilias acturos. Voto vix emisso, priusquam eo portaretur filia, manum capiti admovit: portata autem, continuo convaluit. Id testimonio vicinorum & Parochi comprobatum;

C *Tumor fauciũ & ventris subsidit.*

17 Juvenis ex Mastolz, terribili faucium, ventris, aliarumque partium tumore infestatus, vires pœne omnes ab anno jam & dimidio desiderabat. Erat ille custos corporis Domini de Mastolz; cujus jussu peregrinatus ad S. Helenæ est. Vix advenerat, cum levatum se sensit; moratus autem tribus quatuorve diebus, misericorditer sibi restitutus est. Et morbi & curationis testis producta mater cum tribus aliis, curationis vero plus quam ducenti & quidem oculati.

Puella

18 Rothomagensis puella lamentabatur, quod annis quatuor superioribus nec stare, nec sedere, nec quidquam operis tractare potuisset. Postridie Pentecostes per quemdam vicinum suum curru vecta ad S. Helenam est, ibique biduum in oratione continuavit: tertio vero die per merita Sanctæ confirmatam se sensit, sedit, ambulavit, cunctis miraculum prædicavit. Spectatum hoc à pluribus Canonicis Trecensibus atque aliis Ecclesiasticis; auditumque à grandi multitudine populi testimonium trium quatuorve, qui ipsam infirmam viderant, id perhibentium.

19 Juvenis quidam gravi languore atque imbecillitate inde ortis, quod spina per dorsum erupisset, emaciatus adeo ut incedendi standique po-

tentiam amisisset, votum S. Helenæ fecit: quod soluturus jussit se Catulauno, ubi diu æger moratus fuerat, eo deportari, comitante matertera, uxore illius à quo portabatur. Medio itinere confecto miser ille petiit deponi in terra, tentaturus si forte per se nixus baculo promovere gradum posset; sentiebat enim aliquantum levaminis. Depositus (ô prodigium!) decurrit reliquum iter solo baculo sustentatus: ubi vero ad caplam Sanctæ perventum est, conjunctis precibus Deum pro salute ipsius obtestati sunt exauditique, obtenta circiter meridiem integra sanitate. Regressi autem, juvenis quidem gaudio, matertera vero, maritus aliique testimonio suo fidem miraculo fecere. *EX GAL. & juvenes duo gradiendi facultatẽ recipiunt.*

20 Eadem die atque hora juvenis ex Chablies diutino incurvatus morbo, & gradi impotens, si quis subtraxisset scipionem, fuit meritis ejusdem Sanctæ sanatus, regressusque baculo relicto. Femina, quæ ducatum præstiterat, aliique huic rei subscripsere.

21 Civis Senonensis gravi morbo afflictatus stare absque sustentaculo nequibat: accidit ut quidam ..... *duæ hic pagellæ in autographo desiderantur.*

22 Quidam ex Monstier Ramey non uno vexatus malo ..... altero captus oculo ..... cum ad Sanctæ arcam accessisset, moramque ibidem fecisset ..... E

Fluxus sanguinis sistitur.

Reliqua hujus paginæ aberant, ex quibusdam sequentis paginæ verbis utcumque conficitur, fuisse hominem, qui sanguinis fluxum aliasque calamitates passus, iisdem medelam per merita S. Helenæ invenit.

Obstipatus venter laxatur.

23 Grandis tumor sic occupaverat infantis bimi è suburbio Trecensi verenda atq; nates, ut necessitati naturæ satisfacere non posset: hinc dolore obrutus ac miserandum in modum ejulans, magnis passibus ad vitæ terminum properabat. Mater non moderatius lamentans præ commiseratione, detulit puerum ad S. Helenæ, unde post productam in octo dies pietatem, incolumem retulit.

Redditur facultas eundi.

24 Femina Molesmensis, quæ (uti ipsa jurata cum quatuor aliis affirmavit) toto triennio variis morbis debilitata, pedem omnino promovere sine scipione nequibat; ad Sanctam, ut potuit, accessit, orationi vacavit, sanitatem recepit, prætermisso baculo exultans recessit.

25 Eodem die restituit S. Helena sanitatem fœminæ alteri ex Conlours, eodem morbo laboranti; quemadmodum tres personæ, quæ ipsam anno integro languentem viderant, testatæ sunt. F

e *loquendi.*

26 Juvenis ex oppido *e* S. Desiderii Clericus, è gravibus infirmitatibus loquendi facultatem amiserat trimestri spatio, sic ut prioribus sex hebdomadis vocem nullam intelligibilem, sex posterioribus omnino nullam jam mutus promeret. Hac sua in calamitate peregrinatus ad S. Helenæ est, quamque ore non poterat, corde imploravit opem, obtinuitque, solutâ tertio post die in voces linguâ, & sanitate recuperata.

item eundi.

27 Femina Senonensis, impotens gressûs nisi fuleris subalaribus sustentata, insuper sex annos cæca, à filio ad S. Helenam peregrinatum ducta, trium non amplius dierum spatio facultatem gradiendi pariter & videndi exoravit.

Curantur hernioſæ.

28 Domina quædam Trecensis infantem suum anniculum, hernia laborantem, tulit ad Sanctam gemens, ploransque obtulit ibidem novemdiales preces, infirmum suum atque seminecem ulnis gestans; & à Deo Sanctâque misericordiam ipsa, filius sanitatem obtinuit.

cocles ex læsione.

29 Quidam Gratiolus nomine, ex pago Chatres, altero oculo ex læsione quadam plus anno solido captus, ad S. Helenæ instituit peregrinationem;

A nem; defunctuſque periculo cæcitatis eſt, recepto cum oculo viſu, poſtquam dies novem pietati dediſſet.

calculoſus, 30 Duodennis puer calculoſus, qui omnem late locum lamentis implebat, cum reddenda urina urgeret, ad Sanctam die lunæ venit, & languidus iſtic hærens biduo, die ſubſequente Mercurii ejecit via naturali una cum lotio calculum, non ſine magno ploratu & clamore: ejectum mox circum adſtantibus & prodigium mirantibus exhibuit, & ſanus manſit.

paralytica, 31 Biernæ femina paralytica ab annis quatuor, crucians ſe, quod inutile rebus agendis traheret corpus, advecta curru ad S. Helenæ eſt. Jacebat hîc in modum trunci anima deſtituti, nihil movens corporis, ſolo corde gemens; ſicque noctem unam tranſegit: poſtera luce per miſericordiam Dei uſum membrorum ſanata recepit.

dæmoniaci duo. 32, 33 Furibundi duo, à maligno ſpiritu inſeſſi, è diverſis locis ad S. Petri, ubi S. Helena Virgo claret miraculis, adducti convenere: in quos Deus per interceſſionem dictæ Virginis ſuam gratiam diſpertitus eſt. Exterminatis quippe dæmonibus incolumitate deinceps gaviſi ſunt: & prodigii hujus cauſa qui aderant, gloriam dedere Deo B & S. Helenæ.

34 Puer exhauſtus viribus gravatuſque immani tumore, femora ventremque inſidente, nec non aliorum morborum non uno genere, qui ipſum continenter cruciabant; allatus ad S. Helenæ Virginis, divinam miſericordiam meritus fuit impetrare: nam octavo ab acceſſu die ſanitati reſtitutus eſt. Sit Deus benedictus per omnia. D

& variis morbis laborans,

ANNOTATA.

a *Annus* 1257 *cyclo Lunæ* 4, *Solis* 6, *litteram Dominicalem habuit* G, *& Paſcha die* VIII *Aprilis, quad notaſſe juvabit ad juſtificanda tempora, hic & deinceps deſignata, cum reſpectu ad feſtum S. Helenæ* 4 *Maji, vel mobilia ejus anni feſta.*

b Roſſon, *intra ſecundam ab urbe Trecenſi leucam, trans Sequanam ſitum. Sed hæc & ſimilia ignobilium villarum nomina non vacat requirere ſcrupuloſius: ſatis erit oppida hic indicata notaſſe, unde fiat conjectura etiam ex remotioribus Campaniæ locis acceſiſſe aliquos.*

c Tonnerre, *in confiniis Burgundiæ,* 8 *leucis ut minimum Trecis diſtat.*

d *Quid hoc morbi ſit doceri cupio. Philippus Doutremannus Tomo* 2 *Pædagogi Chriſtiani parte* 2 *cap.* 3 *enumerans Sanctos tempore peſtilentiæ invocandos, in iis collocat* S. Eligium: *qui in Belgio communiter habetur & colitur auxiliator pro vulneribus aut infirmitatibus equorum.* E

e *Vulgo* San-Dezier, *ad Matronam* 16 *leucis diſtans ab urbe Trecenſi.*

FINIS

Appendicis, imprimi cœptæ 10 *Decembris anno* 1679 *& abſolutæ* 29 *Martii ſequentis: quod juverit lectorem meminiſſe.*



IN-

INDEX HISTORICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I MAII

COntinet hic Index propria fere nomina hominum, non tamen Sanctorum, quorum in hoc Tomo memoriæ aut res geſtæ ex profeſso illuſtrantur, de quibus peculiaris Index ſub initium Tomi præfigitur. Nota † præpoſita aliquibus, indicat Sancti aut Beati titulum illis tribui.

A.

ABbo Ep. Magolonenſis 9 ſec. 151 e
Abdoramus Rex Saracen. irrumpit in Gallias 141 b
Abdias Ep. Babyloniæ ſcripſit Vitas Apoſtolorum 8 a
† Achillas Ep. Alexandrinus 4 ſec. 191 e
Achilles S. Mariæ trans Tiberim Cardinal 16 ſec. 353 b
Achilles de Sergardu Ep. Meſſanenſis 16 ſec. 770 a b
† Adalbertus Archiepiſcopus Pragenſis & Gneſnenſis 573 d e
Adalbertus Marchio Tuſciæ 9 ſec. 391 c d 392 393 b c 417 e f 419 f
† Adelhelmus primus Ab. Montis-Angelorum in Helvetia 309 b c f 310 a
Adeodatus filius cum S. Auguſtino baptizatur 458 d
Adrianus VI Sanctis adſcribit Antoninum Archiep. Florentinus 353 355 d
Adſo Ab. Luxovien. ſcriptor Vitæ S. VValdeberti 273 a
Ægidius Epiſc. Mutinenſis circa 1200 annum 467 a c
Ægidius Ep. Turryburen. 13 ſec. 394 d
Ægidius Andrada Miles Ord. Hieroſolymitani 16 ſec. 682 a
Ægidius de Sarzana ſcriptor Officii S. Athanaſii 251 f
Ælianus Aſiæ Præſes ſub Maximiano 458 c 459 a
Æthiopum Rex Mennas 171 anno 690 f
Aëtius Patricius Dux Romanorum in Gallia 5 ſec. 60 e e f 60
Agilbertus Ep. Biterren. 9 ſec. 147 d e 148 a c e 151 e
Agnes Regina Hungarorum 309 a
Agrippa anno 60 Rex Hieroſolymis 23 c d
Aidgenus Epiſcopus & Abbas Fovarienſis in Hiberniâ 3 e
Agulfus Ab. S. Dionyſii 84 d
Akelinus ſive Ezelinus Epiſcopus Hildesheimenſis 11 ſec. 518 d f
Alaricus ſolitarius in Helvetia 299 c
† Albertus Ep. Vercellis, Patriarcha Hieroſol. 16 e 17 a
Albertus Marchio Brandeburgicus, Pruſsiam Ducatum facit 661 a
Alburnus magiſter VVolfheri, cui Vitam S. Godehardi inſcripſit 501 f 502 d
Aldebrandus Ep. Sutrinus 13 ſec. 394 e 396 b
Alexander III Papa 12 ſec. 482 d 487 a c
Alexander V Papa, ante Minorita 437 c
Alexander VI Papa Minores contra obtrectatores protegit 582
Alexander Farneſius Cardinalis 257 c 626 d 767 768
† Alexander Ep. Alexandrinus 188 e 189 c f 192 a 193 c
† Alexander Rhius Patriarcha Alexandrinus Cardinalis 672 f
Alexander Medices an. 1589 Archiep. Florentinus 355 f
Alexander Ep. Theſſalonic. 4 ſec. 195 d 198 e
Alexander monachus Græce ſcripſit de Inventione ſanctæ Crucis 366
Alexander Princeps Parmenſis 681 f 682 e 684 f
† Algiſus ſive Adalgiſus Hibernus 259 f
Almaricus Rex Hieroſolymis 12 ſec. 16 c
Aloyſius Carnolius Soc. Ieſu 250 e 252 b
Alphonſus Rex Luſitaniæ 13 ſec. 764 d
Alphonſus Ateſtinus Dux Ferrarii 16 ſec. 679 a
Alphonſus Avalus Marchio Vaſtii Præfectus Mediolanenſis 16 ſec. 621 a
Altfridus Ep. Hildesheimenſis 10 ſec. 508 f 509 a
Altmannus Ep. Patavienſis 11 ſec. 462 a
Alvarus Comes de Lara in Hiſpania 13 ſec. 763 a f 764 b
Alvarus ſcriptor Vitæ S. Eulogii Mart. Cordubenſis 436 e
† Alverii Mart. ex legione Thebæa corpus Foſſani 407 b
Aly Baſſa in prælio cum Ioan. Auſtriaco 684 c 685 b 686 b c d 688 a
† Alypius cum S. Auguſtino baptizatur 458 d
† Amatus Ep. exul excipitur a S. Vltano 119 d
† Ambroſius excipit S. Monicam 477 e f 478 a b, baptizat S. Auguſtinum 478 c d
Amelia Virgo Sweniekana juxta Teneramundam 437 c
Amelinus Ep. Vſetienſis 9 ſec. 151 e
† Amor Beliſiæ quieſcens 135 c 137 a
Ananus Pontifex Iudæorum auctor necis S. Iacobi fratris Domini Pontificatu privatur 23 c d 34
† Anaſtaſius Papa contra perverſam tranſlationem Origenis 494 c d e, Reliquiæ Hildesheimii 508 f 509 f
† Andolphius Presb. in Gallias miſſus 35 c 36 b
Andreas Krycius Ep. Præmiſlien. Archiep. Gneſnen. 16 ſec. 592 a
Andreas Oviedus Soc. Ieſu Patriarcha Æthiopiæ 655 c d e
Andreas Provana Comes Linii 16 ſec. 681 f 683 a 686 e 687 d
Angelbertus ſeculo XI Ep. Patavienſis 462
† Angeli de Gualdo corpus tranſfertur 778 e
Angelus Bonnſegna Ordinis Prædicatorum Martyr Antiochiæ 754
Angelus Caſius Dux exercitus Pii V 647
† Anna mater Deiparæ apparens fabricam ordinat 566 b, pes dextra Annonæ 28 c, Confraternitas erecta VVarſaviæ 16 ſec. 598 d e
Anna Corradi mater B. Gregorii Auguſtiniani 535 f
Anna Duciſſa Mazoviæ 15 ſec. 565 f 587 f
Anna mater S. Iuliani Hoſpitatoris 427 a
Anna mater habita S. Iudæ Quiriaci, an cum eo paſſa 450
Anna ſoror Sigiſmundi Regis Poloniæ 16 ſec. 590 d 591 d
Annas Montmorencius Conneſtabilis occiſus 643 b
Annibal Craſſus Ep. Faventinus 672 f
Annabal Oricellarius Epiſc. olim Eccleſiæ Carcaſſonenſis 16 ſec. 770 b
Annibal Sitticus Comes Altempſii 16 ſec. 629 f
Anſegiſus Ab. Luxovii capitularia publicavit 280 b 282
Anſelmus Ep. Lucen. dein Papa Alexander II, 11 ſec. 470 b
Anthemius Imp. Romanus 5 ſec. 497 b
Antima Maximillæ, conjux Ægidæ Pataris 460 e f

† *Antonius petit reditum S. Athanasii* 204 *d*, *illius Vita ab hoc scripta* 245 *b*
Antonius de Alliis, Ep. Vulterranus 15 *sec.* 312 *a* 335 *b*
Antonius Perenottus Granvellanus, Cardin. 668 *d* 682 *d*
Antonius Sanctorius, Archiep. S. Severinæ Card. 702 *c d*
Antonius de Plano, Ep. Maisiensis 16 *sec.* 770 *b*
Antonius Puteus, Archiep. Pisanus 16 *sec.* 770 *a*
Antonius Scarampa, Ep. Laudensis 16 *sec.* 664 *b*
Antonius de Albizis Ab. S. Salvatoris Ordinis Cisterciensis 16 *sec.* 337 *d*
Antonius de Cianca, scriptor Historiæ S. Secundi 169 *f*
Antonius Magliabechius de nostro opere bene meritus 310
Antonius Verlus auxit Catalogum Petri de Natalibus 426 *c e* 427 *d*
Apollinaris Abbas 8 *Divionensis ad S. Benignum* 3 *c*
Apollinarii hæresis 4 *sec.* 247 *b*
Apollinarius junior fautor S. Athanasii 217 *d*
Appianus Alfonsus, sub Ioanne Austriaco 686 *d*
Aquilinus Præses Nerici Ripensis sub Diocletiano 462 *e* 463 464 467 *d*
Archidamus Presb. Legatus Iulii Papæ 213 *f*
† *Arianus Præses Thebaidos, post Christianus Martyr* 375 376
Aribo Archiep. Moguntinus 11 *sec.* 508 *d* 509 *c* 510 *d* 510 *d* 511 *e f* 512 *a b*
Aristarchus Præses Hierapoli 1 *sec.* 15 *b d*
Arius Ep. Petræ Arabicæ 4 *sec.* 214 *e*
Arius a S. Athanasio oppugnatus 190 193, *mors illius* 204 *b c d* 237 *c*
Arnoldus 2 *Ep. Burdegalensis* 12 *sec.* 493 *f*
Arnoldus Vitam S. Godehardi, ut auctor, aliter divisit 501 *f* 503 *d*
Arnolphus Ab. Herveldensis 11 *sec.* 51 *f*
Arnugus eremita in Hispania, an Sanctus? 360 *c d*
† *Arsenius magnus* 424 *a*
Arsenius Episc. fingitur à S. Athanasio occisus 194 *e* 195 *c e* 196 *b e*
Arsenius Ep. vel Hegumenus Pegadum, an scriptor Vitæ S. Syncleticæ? 245 *f*
† *Artemius Dux Ægypti Martyr* 234 *f*
Artoldus Archiep. Remen. transfert corpora SS. Gumberti & Bertha 117 *b*
Asahel Ep. Vseticensis 9 *sec.* 148 *d*
Ascanius Corneus, Castrorum Magister sub Ioanne Austriaco 681 *f* 682 *a* 687 *d*
† *Asterius Ep. Petræ Palæstinæ* 4 *sec.* 214 *e* 336 *a b*
† *Asterius Presb. Mart.* 480 *c d* 485 *a d*
Athanasius junior Ep. Alexandrinus 245 *f*
Athanasius coquus monasterii de Valvaneda in Hispania an Sanctus? 167 *b* 258 *a b*
Athaulphus Rex Gothorum an pater S. Theodulphi Presb. 100 *c*
Athelbertus Ab. Hildesheimensis 11 *sec.* 502 *d*
† *Audoënus transfert corpus S. Marculphi* 79 *b* 81 *f*
† *Avertani corpus ad ecclesiam S. Petri Lucæ relatum* 471 *a b e*
† *Augustinus Vitam & obitum S. Monicæ matris inseruit libris Confessionum p.* 476. *In iis continetur ejus instructio in fide Christiana* 477 *f*. *Lapsus ad Manichæos, & vota lacrymaque S. Monicæ* 478. *Iter hujus Romam, inde à morbo sani Mediolanum, & renuntiatio Manichæismi* 478, *baptismus à S. Ambrosio collatur* 428 *c d*, *colloquium cum matre apud Ostiam de æterna beatitudine* 478 *e f*, *luctus in morte matris, sacrificium Missæ pro ea oblatum* 479 480, *apparens indicat Reliquias matris esse Aroasiæ* 487 *f* 488 *a*
Augustinus Barbadicus Dux belli sub Ioanne Austriaco 682 *a* 683 *d* 685 *f* 688 *b*
† *Avia Virgo Martyr.* 169 *a*
Avitus Ep. Viennen. S. Sigismundum convertit 85 *c*
† *Avitus Abbas Miciacensis* 85 *f*
Aulancus Ab. Luxcvii & Ep. 10 *sec.* 281 *c*
† *Aunarius Ep. Autisiodoren.* 6 *sec.* 50 *b c*
† *Aurea Virgo Abbatissa Parisiis* 7 *sec.* 275
† *Aurea Virgo apud Ostiam Tiberinam* 484 *d f* 490 *d*
Aurelianus Comes utriusque militiæ sub Trajano 369 *f* 371 *d* 373 *e f*
Ausindus Elnensis Ep. 9 *sec.* 148 *c e*
Auxentius Ep. Mediolanen. hæreticus 244 *a b*

B.

† *Babolenus Ab. Fossaten. an discip. S. Waldeberti* 276 *e*
† *Balbina Romana* 272 *e* 373
Baldovinus de Baldouinis Notarius Florentinus scriptor Vitæ S. Antonini 312 *d* 325 *c*
Barbadicus, Andreas, sub Ioan. Austriaco 688 *b*
Barbadicus, Georgius, sub Ioan. Austriaco 688 *b*
Barbanus Episcopus, aliis Presbyter, Hibernus 3 *d*
Barchochebas Dux Iudæorum necat Christianos 2 *sec.* 444 *a b*
Bardo Archiep. Moguntinus 11 *sec.* 512 *b c e*
† *Bartholomæus Apost. suspensus liberatur* 14
Bartholomæus à Lugo Ep. Interamnen. Dominicanus 612
Bartholomæus Caranza Archiep. Toletanus de hæresi accusatur 653 *f* 654
Bartholomæus Consotus, Quæstor ærarii Pii V 688 *e*
Bartholomæus de Salvatoribus Ab. Puppiensis 16 *sec.* 337 *c*
Bartholomæus de Zabarellis Archiep. Florent. 315 *c*
Bartholomæus Ep. Grossetanus 13 *sec.* 394 *d* 396 *a*
Bartholomæus Iustinianus Episcopus Avellinas 17 *sec.* 43 *c d*
Bartholomæus Notwoworsky Eques Melitensis 575 *e*
Bartholus Iurisconsultus consulitur à B. Alexandro Vinciolo Ep. Nucerino 778 *e f*
† *Bartholus Magister B. Vivaldi* 13 *sec.* 161 *f* 163 *b*
Basilides hæreticus 237 *c*
Basiliscus Dux exercitus in Italia 5 *sec.* 497 *c*
† *Basilius amicus S. Athanasii* 242 *e f*
Bastonus, Franciscus, Præfectus Romanæ arcis sub Pio PP. V 703 *a b*
Bazanus, Alvarus, Dux Neapoli 684 *e* 683 *e* 686 *a e* 687 *a*
† *Bedæ genuinum Martyrologium* 367 *d e*
Benedicta filia B. Aufridi, sanctimonialis 429 *c*
Benedictus de Florentia Episcopus Vazionensis 16 *sec.* 337 *c*
Benedictus Ep. Lucen. 12 *sec.* 470 *c d*
† *Benignus Presbyter Martyr Divione* 35 *c e f* 36 *a d*
Benno Ep. Vltrajectinus 11 *sec.* 511 *f*
Berardus Herulus Ep. Spoletanus Cardinalis 15 *sec.* 319 *d* 320 *f*
† *Bercharius Ab. Dervensis & Alta Villarien. discip. S. Waldeberti* 276 *e f*
Berengaria Regina Castellæ 13 *sec.* 763 *e* 764 *b*
Berengarius Ep. Massilien. 9 *sec.* 151 *d*
† *Bernardinus Aquilanus scriptor Vitæ B. Philippi Aquilani* 550 *f*
† *Bernardinus ob mores compositos appellatus B. Pius PP. V* 620 *f*
Bernardinus Sabinen. dein Ostiensis Episcopus Cardinal. 16 *sec.* 352 *e*
Bernardinus Cardenas sub Ioan. Austriaco 684 *f* 687 *c*
10 *sec.* 304 *e*
Bernardus Ep. Hildesheimensis 11 *sec.* 508 *a* 509 *c* 522 *d e f* 523
Bernardus Macieiowski Archiep. Gnesnensis Card. 779 *b*
Bernardus S. Mariæ in Porticu Cardinal. 16 *sec.* 352 *e f* 353 *b*
Bernardus Episcopus Tolosanus 9 *sec.* 143 *b* 149 *f* 148 *d* 151 *e*

Bernardus Guidonis Ep. Lodevenſis collector Vitæ S. Genii Conf. & 30 Militum Martyrum 383 *c* 384
Bernardus Dux Saxonicus 10 *ſec.* 504 *e*
Bertholdus Ab. Montis Angelorum in Helvetia 12 *ſec.* 309 *b*
Bertholdus Ep. Hildesheimenſis 12 *ſec.* 521 *d e* 522 *c*
Bertholdus, aliis Bernardus Ab. Hirſfeldenſis 10 *ſec.* 505 507 *e*
Bertinus junior in monaſterio Sithiuenſi 167 *e*
Bertrandus Ab. Genuæ S. Syri 13 *ſec.* 274 *a*
Blaſius Davila ſcriptor miraculorum S. Secundi 172 *b*
Blaſius an Epiſcopus Suanenſis & Ordinis Carmelitarum 754 *b c*
Bonaventura Raguſinus Ep. 13 *ſec.* 394 *d*
† *Bonaventuræ Reliquiæ diſperſæ* 644 *a*
Boncompagnus Ep. Fanenſis 17 *ſec.* 714 *e*
Bonellus, Michael, nepos ex ſorore Pii V 682 *d*
Bonifacius 9 *Papa confirmat Indulgentias Eccleſiæ Narnienſis* 395 *c d*
Bonus, Franciſcus, ſub Ioan. Auſtriaco 688
Borbonius, Franciſcus, Marca Card. 16 *ſec.* 770 *a*
Boſo Ep. Agathenſis 9 *ſec.* 148 *d* 151 *e*
Boſius Ep. Novarienſis 16 *ſec.* 498 *b d*
Brantheus Ep. Halverſtadenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Brautius, Nicolaus, Ep. Sarcinenſis 17 *ſec.* 717 *a* 719 *f*
Bruno Ep. Auguſtanus 11 *ſec.* 511 *e f* 512 *a*
Bruno Ep. Merſburgenſis 11 *ſec.* 511 *e f* 516 *d*
Buccapadilius, Antonius, habet Orationem in Tranſlatione B. Pii V 696 *d e*
Burchardus Dux Suevorum miſere perit 10 *ſec.* 288 *f* 289 291 *a* 303 *c d*
Byzantius Hieronymus Aſcrivienſis ſub Ioan. Auſtriaco 688

C.

Cæſar Specianus Ep. Novarien. & Cremonen. 672 *f*
Cajetanus, Honoratus, ſub Ioan. Auſtriaco 686 *b*
Calergus, Andreas, Cretenſis ſub Ioan. Auſtriaco 688 *b*
Calixtus 3 *Papa excipit S. Antoninum Legatum* 319 *e f*
Canalis, Antonius, Legatus claſſis Venetæ ſub Ioan. Auſtriaco 681 *a* 683 *e*
Caracoſſa Archipirata Turca in prælio cum Ioan. Auſtriaco 684 *a* 686 *a b*
Caraccia, Archangelus, Generalis Ord. Prædicat. 17 *ſec.* 714 *c*
Caraſa Antonius Cardinalis creatus à Pio V 702 *b*
Carafarum familia in priſtinam dignitatem erecta à Pio V. 702 *a*
Carafa, Antonius, Dux Montiſdraconis 16 *ſec.* 681 *f*
Carafa, Horatius ſub Ioan. Auſtriaco 687 *d*
Cavarajal, Simoncellus, Ep. Suanenſis 16 *ſec.* 770 *a*
Carbreus Ep. Magbilenſis in Hibernia 360
Cardona, Ioannes, Præfectus triremium Panormi 683 *e* 684 *f* 686 *a e* 687 *a*
Carillus, Ferdinandus, Comes Plegi ſub Ioan. Auſtriaco 688 *a f*
Cariulphus Socius S. Marculphi 71 *a* 76 *c*
Carolomanus filius Ludovici Balbi, 142 *e* 143 *f* 148 *e*
† *Carolus Borromæus à ſclopi ictu illæſus* 663. *In conclavi præclare agit* 627. *Transfert corpus S. Venerii* 495
Carolus Borbonius 626 *e*
Carolus Craſſus Cardinalis ſub Pio V 669 *f*
Carolus Lotharingius Cardinalis acer contra Hugonottos 639
Carolus IV Imp. Corpus S. Sigiſmundi attulit Pragam 88 *f* 89
Carolus V Imp. decreta fert contra hæreticos 648 *b c*
Carolus Simplex Rex condit Corbiniacum monaſt. 79 *d*
† *Caſimirus Patronus Poloniæ* 614 *b*
Caſimirus II Rex Poloniæ Caſimiriam condit. 779 *a*
Caſimirus Princeps Poloniæ 11 *ſeculo* 467 *a b c*
Caſimirus Comes Palatinus 16 *ſec.* 642 *e* 649 *f*
† *Caſius Ep. Narnienſis* 386 *f* 392 *c* 393 *f epitaphium* 405 406 *a* 412 *e* 417 *f* 418 *a* 422 *e*
Catalus interficit SS. Heſperũ & Zoen & filios 177 *f*
Catharina Regina Cypri 666 *c*
Catharina Regina mater Franciſci 2 *Regis Francorum* 640 *b* 644 *e*
Cralo ſeu Gralo Ab. S. Galli 10 *ſec.* 293 *c* 294
† *Celſus Presb. apud Lemovicas* 384 *c*
† *Cerbonius Ep. Populonienſis* 486 *e*
Childebertus 1 *Rex Franc. benigne excipit S. Marculphum, donat Nantum* 76 *d & alia donat* 72 *b e* 74 *e f* 78 *f*
Chlodomeres Rex Franc. occidit S. Sigiſmundũ 85 *b* 86 *a*
Chriſtianus Ep. Paſſavienſis 11 *ſec.* 505 *b*
Chriſtophorus Libychovienſis illuſtratu Vitam B. Michaëlis Gedrocii 553 *b c*
Chriſtophorus Rodericius Societatis Ieſu Waldenſes convertit 661 *e f*
† *Chromatius Ep. Aquileienſis* 5 *ſec.* 494 *f*
Ciconia, Marcus, Dux ſub Ioan. Auſtriaco 686 *e*
Cilia incluſa apud S. Gallum & expulſa 298 *b f*
Cibo, Innocentius, Marchio Carrariæ 682 *f*
Clara mater S. Genii Conf. 384 *a c*
† *Cleophas in Euangelio* 21 *a c*
Clemens VII evulgat bullam Canonizationis S. Antonini 354 *c* 355
Clemens VIII approbat Vitam B. Pii V 616 *f*
Clemens Tortus Ep. Foſſani in Pedemontia 17 *ſec.* 408 *b c* 408 *a*
Clarus Ep. in territorio Genuenſi honoratus 438 *c d*
Clino Ep. ſub Diocletiano Tarſi degit 454 *e* 455 456 *a b* 458 *a b*
† *Clotildis Regina* 85 *f* 86 *f*
Colmocus Ep. Bamfiæ in Scotia an Sanctus 487 *b*
† *Columbanus Ab.* 275 *b c* 278 *a*
Columna, Pompejus, Dux Zagaroli 684 *f* 687 *d*
Columna, Proſper, 16 *ſec* 681 *f* 687 *d* 788 *a*
Conclaidus Kildarienſis Epiſcopus 359 *c*
Commendonus Cardinal. Legatus in Polonia 16 *ſec.* 589 *d* 590 *a Legatus ad Cæſarem* 656 *b* 670 *e* 677 *f* 679 *b* 680 *a*
Conradus Archiepiſcopus Coloniæ 13 *ſec.* 499 *c f*
Conradus Salicus Imp. ſucceſſor S. Henrici 511 *c*
Conſtans Imp. in cauſa S. Athanaſii 205 *f* 212 *b c* 221 *b*
† *Conſtantia uxor S. Sigiſmundi* 91 *a*
Conſtantius Imp. in cauſa S. Athanaſii 186 *f* 205 *b* 208 *d* 215 *e f* 216 *a e* 217 *a b* 221 *d* 222 224 228 *e f* 229 232 234 *d*
Conſtantinus junior Imp. in cauſa S. Athanaſii 205 *a f* 207
Conſtantinus Magnus in cauſa Arii 190 *e f* 193 *e f* 194 *a b* 195 *b* 202 *a b c*
† *Conſtantini Magni pietas erga Crucem Chriſti inventam* 361 362 *quædam ei afficta* 363 *b c*
Contarenus, Hieronymus, ſub Ioan. Auſtriaco 688 *b*
Contarenus, Marinus, ſub Ioanne Auſtriaco 688 *b*
† *Coſmæ & Damiani eccleſia CP.* 471 *f* 472
† *Coſmas & Damianus à camelo defenſi* 139 *c*
Coſmus Medices Dux Florentiæ ſubmittit militem contra Hugonottos 646 *d* Magnus *Dux creatur* 664 *d e f* 665 674 679 *a b*
† *Cunigundis Imperatrix uxor S. Henrici* 505 *b*
† *Cyriacus Mart. Romæ* 440 *c d*
† *Cyrillus Ep. Hieroſolymit. ab hæreſi defenſus* 442 *d e f*

D.

Dacianus Præſes non fuit in Italia 452 *f* 792 *d*
Dagobertus Rex pſallentium Agaunenſium præſcribit 84 *d*
Dalmatius Ep. Cyzicenus 4 *ſec.* 191 *d*
† *Damaſus Papa in cauſa S. Athanaſii* 243 *f* 242 *a* 247 *b*

† *Davidi Regi comparatus B.Ladiſlaus Gielnovius* 577 *d e*
† *Delphinus Ep. Burdegalenſis 5 ſec.* 494 *c*
Dianius Ep.Cæſareæ in Cappadocia 4 ſec. 206 *a*
Diculfus de Cluain-Brain in Vltonia 3 *d*
Didacus Gelmirez I Archiep.Compoſtellan. 12 ſec. 27 *e*
Didacus Spinoſa Cardinalis Præſes Conſilii Hiſpanici ſub Philippo II 667 *c*
Didymus philoſophus Alexandriæ 4 ſec. 239 *d*
Dietmarus ex Abbate Hirſaugienſi Ep. Hildesheimen. 437 *a*
Diodorus Ep. Tenedi 4 ſec. 214 *f*
Dionyſius Comes in cauſa S. Athanaſii 198 *f*
† *Dionyſius Ep. Alexandrinus* 234 *a*
† *Dionyſius Ep. Mediolanenſis* 224 *b d* 229 *e*
Dionyſius Pollinaris auctor Vitæ B.Vivaldi 161 *d e*
Domardus ſocius S. Marculphi 72 *a* 76 *c*
Dominica de Cruce Ord.S.Dominici Duaci 360 *f*
† *Dominicus virginitatis amator* 328 *f* 330 *d*
Dominicus Capranica Cardinalis 15 ſec. 315 *f* 316 *e*
Dominicus Zotarellus corpus S. Athanaſii defert Venetias 252
Dominina Augeria mater Pii V 619 *f*
Dominus Wallenus Melroſæ Ab. Ord.Ciſterc. 360 *b*
† *Donatus Presb.Catanæ 3 ſec.* 40 *e*
Drogo Ep.Metenſis Ab.Luxovii 9 ſec. 280 *a* 282 *d*
Ducem Bavariæ foveri cupit Pius V 637 *d*

E.

Ebehardus Ep.Babenbergenſis 11 ſec. 511 *e f*
Ebionitæ hæretici à S.Philippo Apoſt. oppugnati 12 *c*
Ecdicius Præfectus Ægypti ſub Iuliano 238 *b e*
Ekkihardi varii monachi S.Galli, horum unus ſcriptor Vitæ S.VViboradæ 283 *b c* 292 *f* 293 *a* 294 *b*
Elegius Ep.Albienſis 9 ſec. 151 *e*
† *Eleutherius Ep. Æcanenſis in Apulia* 386 *e*
† *Eligius Ep. Veromanden.* 275 *c d*
Eliſabeth Euangeliſta Ordinis Prædicator. Samorræ 754 *c*
Eliſabetha Auſtriaca nupta Caſimiro Regi Poloniæ 565 *d e*
Eliſabetha Regina Angliæ 643 *e* 657 *a excommunicata* 658 659
† *Eloquius Hibernus* 259 *f*
Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ 16 ſec. 664 *c* 679 *a*
Emmanuel Comnenus Imper.CP. 16 *a c*
Emmo Epiſcopus Senonenſis, an Sanctus 167 *c*
† *Engelbertus Archiep.Colonien. 13 ſec.* 533 *e*
Engelbertus Ab. S. Galli 10 ſec. 289 *f* 291 *a*
Eppo Ep.Auguſtanus 11 ſec. 512 *a e*
Eraclius aut Euraclus Ep.Leodienſis 10 ſec. 127 *b* 128
Erchambertus Ab. Altahenſis 10 ſec. 504 *f* 505 *e* 507 *c*
Eremius Ep.Theſſalonicæ 4 ſec. 229 *f*
Erkanbaldus ex Abbate Fuldenſi Archiep.Mogunt. 11 ſec. 509 *c*
Erlebodus Ep.10 ſec.an Bajocenſis 79 *e f*
Ermemirus Pſeudo-Epiſc.Gerundenſis 9 ſec. 151 *a e* 153 *f* 154 *d*
Ermericus Luſignanus Rex Cypri & Hieroſol. circa 1200 annum 16 *c* 18 *a*
† *Eſaias Ordinis Eremit. S.Auguſtini Cracoviæ* 562 *b*
Ethelredus Rex Merciorum 8 ſec.an Sanctus 436 *f* 437
Eudemõtius, Antonius, Cydonenſis ſub Ioan. Auſtriaco 688
Eugenius Bellus Rex Connaciæ 6 ſec pater S.Kellaci 104 *e*
† *Eugenius Ep.Carthagin. & ab eo alius Eugenius miraculis clarus* 270 *f* 271 *a c* 272 *a e*
Eugenius Papa 3 dedicat Eccleſiam S. Iuvenalis Narniæ 393 *e f*
Eugenius IV Papa creat. S.Antoninum Archiep. Florent. 315 *c e f moritur* 319 *b*
Euodius intereſt ſepulturæ S.Monicæ 959 *e*
Euphratas Ep.Coloniæ 4 ſec. 215 *a*
† *Euſebius Ep.Vercellenſis* 224 *b d* 229 *e* 336 *a b*
Euſebius Ep. Nicomedienſis Arianus 190 *d e* 193 *d f* 194 *c* 205 *f Ep. CP.* 206 *a b* 212 *d*
† *Euſtaſius Ab. Luxovien.* 275 *c* 278 *a e f* 281 *c*
Eutherius Neſtorianus 234 *b*
Everhardus de Eppenſtein 15 ſec. 774 *c*

F.

† *Fantinus Dandinus Ep. Patavinus 15 ſec.* 256 *b*
Faara ſeu Burgundofara Abbatiſſa 275 *a*
† *Faro Ep.Meldenſis initio 7 ſec.* 274 *a*
† *Fauſta Virgo Martyr Cyzici in Helleſponto* 420 *f*
† *Fauſta uxor S.Caſſii, poſt Ep.Narnienſis* 392 *c* 393 *c* 405 *f* 406 *a* 412 *e* 417 *f* 418 *a*
† *Felicianus Ep. Fulginas Mart.* 388 *b* 396 *a*
† *Felicis I Papæ an corpus Oſtiæ depoſitum* 490 *c d*
† *Feliciſſima Virgo Martyr Viterbii* 167 *d*
† *Felix Ep. Mediolanenſis 5 ſec.* 494 *b*
Felix Kroſowski Prior Ord. S.Mariæ de Metro 553 *d*
Ferdinandus Auſtriacus 656 *c d e*
Ferdinandus Rebellus ſcriptor, impactam Societati Ieſu calumniam detegit 676 *f* 677
Ferdinandus Toletus Albanus,Dux in Belgio 641 *e* 649 *e* 658 *d* 659 *d e*
Feſtus Præſes anno 313, crudelis 381 *a, miſere perit* 382 *e*
Figueroa Lupus, caſtrorũ Magiſter ſub Ioan. Auſtriaco 687 *c*
Flacillus Ep. Antiochenus 198 *f* 206 *a*
Fletus eremita degit cum S.Marculpho 73 *e* 77 *f*
† *Florentius Presb. Roiæ in Gallia, an frater S.Floriani* 462 *d*
Florentius, Theodoſius, cubicularius Pii V 693 *c*
† *Florianus Mart.in Aquitania* 436 *d*
† *Florianus Patronus Poloniæ* 614 *b*
† *Foillanus Ab. Foſſis Martyr* 118 123 *f*
Fortunatus Ep. Aquileiæ 4 ſec. 229 *e*
† *Frumentius Ep. Æthiopiæ 4 ſec.* 229 *b c*
† *Franciſcus Borgia Soc. Ieſu Generalis* 672 *f*
Franciſcus Gonzaga Cardinalis moribundus prævidet Pontificatum B.Pii V 628 *f*
Franciſcus Paciecus Cardinalis 668 *d*
Franciſcus Tauriſius Archiep. Avenionis & Senarum Cardinalis 672 *f*
Franciſcus de Minerbertiis Archiep. Turettanus 16 ſec. 337 *b*
Franciſcus de Hallewin Ep. Ambian.16 ſec. 260 *d*
Franciſcus Gonzaga Generalis FF. Minorum dein Epiſc. Mantuanus ſcriptor 593 *e*
Franciſcus Ruiz Epiſcopus Abulenſis 16 ſec. 172 *e f*
Franciſcus Rex Francorum 639 *f* 642 *f* 643, *Corpus ab Hugonottis effoſſum* 644 *c* 647 *e*
Franciſcus Fuſcarius Dux Venetiarum 15 ſec. 256 *c*
Franciſcus Diodus Præfectus Venetus Galearum 683 *c* 687 *d*
Franciſcus Ibarra ſub Ioan. Auſtriaco 683 *f*
Franciſcus Caſtilioneus ſcriptor Vitæ S. Antonini 311 *b e* 312 *c d* 326 *b* 335 *b*
Franciſcus Cataneus Diacetius Ep.Feſulanus 16 ſec. 770 *a*
Franciſcus Celaria hæreticus Romæ exuſtus 661 *f* 662
Fredericus Auſtriacus Imp. 15 ſec. 320 *a b*
Fredericus Barbaroſſa Imp.adhæret Antipapæ 482 *d*
Fredericus Raganeus Ep.Maſſilienſis 16 ſec. 770 *b*
Fredericus Nanius ſub Ioan. Auſtriaco 686 *a*
Fredericus Saltzburgenſis Archiep.10 ſec. 504 *c* 505 *b*
Fredericus Shembek Societ. Ieſu 553 *b* 555 *c* 559 *b* 797
Frederonna Regina uxor Caroli ſimplicis 80 *a d*
† *Frigidianus Ep.Lucenſis* 392 *d* 393 *d*
† *Frodobertus Ab.Cellen.diſcipulus S.VValdeberti* 276 *d e*
Frowinus Ab. Montis-Angelorum in Helvetia 12 ſec. 309
Frodonius Ep.Barcinonenſis 9 ſec. 148 *c e* 151 *d e* 153 *f* 154 *d*
Fruteboldus nobilis Belgæ 10 ſec. 430 *a*
Fulbertus Ab. Aroaſienſis 12 ſec. 482 *d* 487 *a*
Fulbertus Ab.Luxovii 9 ſec. 280 *c*
† *Furſæus frater S.Vltani* 118 124 *a*
Fulvius, Theophilus, Ep. Forolivienſis 16 ſec. 770 *b*

G.

Gabriel à Cueva Dux Albuquercius 16 sec. 662 a
Gabriel Sarbellonus sub Ioan. Austriaco 682 e 687 d
Galeottus Malatesta Princeps 13 sec. 536 e 537 c
Galesinius, scriptor historiæ Translationis Pii V 696 e
Galla Placidia an soror Constantii Imp. attulerit Romam corpus S. Cyriaci 44 c d e
† Gallus Abbas 287 a 303 c
† Garcias Martinez Ordinis Melitensis ex Portuensi diœcesi 754 a
Gaspar Colignius Admiralius Franciæ, dux Hugonottorum 642 d e 643 e f 646 d
Gedeon Ep. Cracovienſis 11 sec. 467 b e
Gedrocius Dux Lituanorum 555 d
† Gelasius Papa reprobat scripta de Inventione sanctæ Crucis 362 f
Genesius Lucensis Prior Dominicanus ad Minervam 16 sec. 628 f
Gensericus Wandalorum Rex vastat Italiam 497 b c
Genuenses contribuunt in bellum Turcicum 679 a
Georgius Radzivilius Card. Ep. Cracovien. 16 sec. 593 e
Georgius Ep. Laodiceæ 4 sec. 214 a 231 c
Georgius Cappadox invasor Sedis Alexandrinæ 228 231 e 234 f 235 a b c
Gerbertus Ab. Moguntinus 11 sec. 511 f
Gerhardus seu Gebhardus Archiep. Moguntinus 13 sec. 772 d
† Germanus Ep. Autisiodorensis à S. Amatore instruitur 57 c d 58 f 59 b f an Magister S. Brioci 92 c d in Britannia laborat 262 c d 283 b c
† Germanus Ab. Monast. Grandis-vallis 275 f 276 a
† Gertrudis, ab ea Gertrudis-Berga seu Mons, olim Mons littoris 429 d fovet S. Vltanum 118 f 123 f
Gilbertus Ab. Luxovii 9 sec. 280 c
† Gibrianus Hibernus 260 a
Giraldus Canonicus Regularis Ansedæ in Lusitania an Sanctus? 3 e
Girbertus Ep. Nemausen. 9 sec. 151 e
Giselharius Archiep. Magdeburg. 11 sec 505 c
Gisleria familia Bononiæ olim ampla 619 e
Gislerius, Paulus, consanguineus Pii V 687 d
Gisloranus Ep. Carcassonen. 9 sec. 147 d e 148 a c 151 a
Glorus de Pistorio electus Ep. Fanensis 16 sec, 337 c
Godefridus Hermant Gallice edidit Acta S. Athanasii 186 c
Godomarus Episc. Ausonensis in Catalonia 9 sec. 151 d e f
Goioza, Franciscus, Cardin. 16 sec. 770 a
Gondoaldus Ep. Melden 7 sec. 274 e
Gonzaga, Franciscus, Archiep. Rhodiensis 17 sec. 714
Gonzaga, Ioannes, Vincentinus Card. 16 sec. 770 &
Gonzaga Sigismundus præfectus militum sub Ioan. Austriaco 682
Gosvertus Archidiac. Leodien. 11 sec. 133 b
Gothmarus Ep. Ozomensis nunc Vicensis 9 sec. 183 f
† Grata vidua Bergomensis 4 f
† Gregorius Nazianzenus de S. Athanasio 186 b 218 a 248 a
Gregorius invasor Sedis Alexandrinæ pulso S. Athanasio 207 e f 208 a 209 210 214 a 215 e 218 e
Grimaldus Abbas externus S. Galli 9 sec. 288 e
Gualterus seu Gualterottus Ep. Accon. 12 & 13 sec. 16 e 18 a
Guarinus Ord. Præmonstrat. Ab. Viconii & Lauduni 438 b c
Guarius dynasta in Connacia 6 sec. 105 e f 106 b
Guido Archiep. Rotomag. 10 sec. 79 e 80 a
Guido, Servidius, Ep. Volaterranus 16 sec. 770 b
Guido Ab. Claravallis 13 sec. 534 a b
† Guido Cortonensis Ordinis Minorum 4 c
Guido Vbaldus Dux Vrbinatium 16 sec. 679 a 687 d
Guidus Zanetus hæreticus captus 662 c
Guilielmus Sirletus Cardinalis ad Pontificatum propositus 627 e
Guilielmus Bastonus Ep. Ticinen. 670 f
Guilielmus Ab. Claravallis 13 sec. 10
Guilielmus Gonzaga Dux Mantuæ 16 sec. 679 a
Guilielmus Ioiosa Prorex Galliæ Narbonen. 16 sec. 673 a
Guilielmus Princeps Auriacus 640 f
Guilielmus Cassodor an. 1516 Auditor Rotæ 337 e 352 c 353 a b
† Gumbertus maritus S. Berthæ 112
Gundebadus Rex Burgundionum 5 & 6 sec. 83 c 86 e f
Gundiochus Rex Burgundionum 5 sec. 86 e
† Gunebaldus Martyr, an filius S. Sigismundi 91 a b
Guntherus monachus Altahensis dein eremita 11 sec. 506 507 a
† Gunthramnus Rex 84 c

H.

Hatto occisor S. Evermari 121 c 124 d 125 d e f
Hæretici in Belgio rebellant 648 649 casi 650 a b
Haymarus Ep. Mart. an Tullensis 487 b
Hartmannus scriptor Vitæ S. VViboradæ 9 sec. 283 b e
Hartmannus Abbas externus S. Galli 9 sec. 288 e
Haseco Ep. VVormatiensis 11 sec. 511 f
Hathumuda Abbatissa Gandersheimii filia S. Ottonis Ducis 508 f
Hector Spinula Dux sub Ioan. Austriaco 683 e
† Helanus Hibernus 160 a
† Helena Crucem Christi invenit 361 ecclesiam construit 362
† Helladius Ep Autisiodoren 4 sec. 53 d
Henricus Archiep. Colonienſis 13 sec. 529 a 550 b
Henricus Niger Imp. procurat Canonizationem S. VViboradæ 283 a
Henricus Auceps Rex Germaniæ 303 f
Henricus Rex Castellæ 13 sec. sponsus B. Mafaldæ Reginæ 763 c 764 b
Henricus 2 Valesius Rex Francorum 639 f
Henricus Dux Bavariæ pater S. Henrici Imp. 505 d
Henricus frater S. Cunigundis Dux Baioariæ 11 sec. 511 e 512 e
Henricus 1 Dux Brabantiæ 12 & 13 sec. 532 f 533 d 534 d
Henricus Stuartus Lennosii Comes 658 f
Henricus fundator cœnobii Murensis in Helvetia 11 sec. 309 e
Heraclius Comes adversarius S. Athanasii 227 c d
† Herculanus unicus Perusii 422
Hermenigildus Ab. Aroquæ in Hisp. 10 sec. 764 c
† Hermes Præfectus Vrbis 371 c d e f 372
Hermolaus Barbarus Ep. Veronensis 251 b c d
Heroes à S. Philippo baptizatus creatur Episcopus 15
Herswindis prima Abbatissa Thorensis an colatur 436 c
Hesychius Castrensis in Concil. Sardicensi 212 e f
Hezilo Episcopus Hildesheimensis 11 sec. 517 c 518 f
Hildiwardus Ep. Citizensis 11 sec. 511 e f
Hieronymus Rusticuccius Cardinalis sub Pio V 669 f 694 f 702 f
Hieronymus Manrique Episc. Abulensis 16 sec. 173 d
Hieronymus de Savanarololla Ord. Prædic. 351 f
Hieronymus Catena scriptor Vitæ B. Pii V 616 b c 617 b
† Hieronymo Doctori addicta B. Mafalda Regina 765 b
† Hilarii corpus ab hæreticis dispersum 644 a
Hiltolphus Ep. Mantuanus 11 sec. 511 f 512 e
Hilsundis uxor B. Aufridi, dein sanctimonialis 429 c
Hiltrudæ soror B. Rachildæ apud S. Gallum 292 b
Hippolytus Aldobrandinus Auditor Rotæ postea Clemens VIII 673
Hippolytus Rubeus Ep. Ticinen. Cardinal. 672 f
Hitto frater S. VViboradæ Clericus S. Galli 283 f 296
Holsanus Dux Lituanorum 555 d e
Honoricus Rex VVandalorum in Africa 271 f
Hepidanus monachus S. Galli, scripter Vitæ S. VViboradæ 11 sec.

11 *sec.* 283 *d*
Horatius Vrsinus sub Ioan. Austriaco 684 *f* 687 *d*
† *Hosius in causa S. Athanasii* 212 *e* 213 *a f* 221 *e* 225 *b c d e* 229 *e*
Hubaldus Allucingulus Ep. Ostien. dein Lucius 3 Papa 485 *d*
Hugo Abbas S. Saturnini Tolosæ 9 sec. 147 *d e*
Hugo de Pirrepont Ep. Leodiensis 13 sec. 533 *e f* 534 *e*
Hugolinus Marsellius Ep. Glandatensis 16 sec. 770 *a*
Hugonotti in Gallia insolentes 16 sec. 639 *e f* 640 643 *d e f* 644 *a b c prælio victi* 645 *a*
Humiliati monachi conati S. Carolum Borromæum occidere, 663 *& morte puniti* 664 *b*, *eorum Ordo extinctus* 664 *c*
Hunfridus Archiep. Parthenopoli seu Magdeburg. 11 sec. 511 *f*
Hungari vastant Bavariam, Sueviam, 289 *c d*

I.

Iacobus filius Zebedæi Apostolus 18 *e f*
† *Iacobus Tifernas Ord. Minorum* 4 *f*
Iacobus de Vitriaco Cardinalis 4 *d*
Iacobus Lusinianus ultimus Rex Cypri 666 *c*
Iacobus Simonettus an. 1516 Auditor Rotæ 337 *a* 352 *c* 353 *a b*
Iacobus de Glogovia primus Guardianus VVarsaviæ 566 *a*
Iagello, VVladislaus dictus, primus Rex Poloniæ 554 *a* 555 *d e* 562 *f* 570 *b* 779 *e*
Ignatius Ab. Montis-Angelorum in Helvetia 17 sec. 309 *b*
Ingobertus Ep. Vrgellensis 9 sec. 151 *e*
Ingofredus Ab. Luxovii 7 sec. 279 *c*
† *Innocentii Papæ Reliquiæ Hildesheimii* 508 *f* 509 *f*
Innocentius 2 Papa Leodii dein Remis in Synodo 522 *e f*
Sanctis adscribit S. Godehardum 523 *a b*
Innocentius 6 Papa Beatis adscribit Gregorium Augustinianum 535 *c* 536 *e f*
Innocentius S. Mariæ in Dominica Cardinalis 16 sec. 352 *f* 353 *b*
Innocentius de Pandulfis Ep. Troianus 16 sec. 357 *c*
Ioanna à Cruce Ord. S. Francisci in Hispania 362 *e*
Ioanna Regina Navarræ hæretica 16 sec. 337 *c*
† *Ioannis Bapt. Reliquiæ* 237 *f* 238 *c*
† *Ioannis Chrysost. exulis epistola ad S. Venerium* 495 *b c*
† *Ioannes Capistranus Ord. Minorum* 550 *f* 551 *b*
† *Ioannes Bonus Ord. Eremitarum S. Augustini* 5 *b*
† *Ioannes Cantius Doctor Cracoviæ 15 sec.* 555 *e f* 562 *a* 563 *b e* 790 *c*
Ioannes IX Papa, 11 sec. 511 *d* 512 *d*
Ioannes XXI Papa dat Indulgentias Ecclesiæ Narn. 595 *a b*
Ioannes XXII Papa creat B. Alexandrum Vinciolum Episcopum Nuceriæ 778 *b c*
Ioannes Aldobrandinus Cardinalis sub Pio V 669 *f*
Ioannes de Turre cremata Cardinalis 15 sec. 319 *d* 320 *f*
Ioannes Dominicus Ord. Prædicat. Cardinalis 14 sec. 314 *e* 316 *b c*
Ioan, Franc. Commendonus Cardin. à Pio V. ablegatus in Germaniam 636 *b c*
Ioan. Franc. Sangeorgius Cardin. Ep. Aquensis 672 *f*
Ioan. Ludovicus Malinus Cardin. 15 sec. 332 *c d*
Ioan. Moronus Cardinalis ad Pontificatum propositus 627 *c* 669 *f* 670 *a*
Ioan. Paulus ab Ecclesia Cardin. sub Pio V 669 *f*
Ioann. Petrus Caraffa Cardin. 16 sec. 622 *e f*
Ioan. Bapt. Cassaneus Archiep. Rossani, dein Papa Vrbanus VII, 663 *b*
Ioan. Archiep. Moguntinus 15 sec. 772 *f*
Ioan. Demetrius Solckowski Archiep. Leopol. 16 sec. 591 *e*
Ioan. Albertus Ep. VVarsavien. dein Cracovien. filius Sigismundi 3 Regis 395 *e*
Ioan. de Albertis Ep. Cortonen. 16 sec. 770 *b*
Ioan. Antonius de Grassis Ep. Faventinus 16 sec. 770 *b*
Ioan. Bapt. Milandrius Ep. olim Marsicanus 16 sec. 770 *b*
Ioannes Ep. Genuensis 10 sec. 273 *a*
Ioannes de Cortona Ep. Genuensis 13 sec. 15 *f*
Ioan. Odescalcus Ep. Pinnensium 682 *c*
Ioann. Ep. Florentinus 13 sec. 15 *f*
Ioan. Paulus Bucciarellus Ep. Narnien. curat elevari corpus S. Iuvenalis 398 *a*
Ioannes Albertus Rex Poloniæ 15 sec. 556 *f* 562 *f* 576 *a*
Ioannes Lusinianus Rex Cypri 666 *b*
Ioannes Austriacus Dux belli electus 670 *e* 682 *& seqq.*
dolet ob mortem Pii V 698 *f*
Ioannes Contarenus Dux sub Ioanne Austriaco 686 *a*
Ioannes Medices Cosmi primogenitus 319 *f* 320 *f*
Ioan. Andreas Auria Dux Melphiæ 16 sec. 662 *d* 668 *c* 681 *a* 683 *d* 686 *f* 687 *a*
Ioan. Petrus Gislerius Præsul Romanus sub Pio V 672 *f*
Ioan. à Stunica Orator Philippi 2 ad Pium V 668 *d*
Ioan. Hieronymus Albanus Comes Bergomensis 703 *a*
Ioan. Præpositus Lubischavienses Confessarius B. Michaëlis Gedrocii 553 *e*
Ioan. Houthon Carthusianus sub Henrico VIII in Anglia occisus 437 *e f*
Ioan. Niger Canonicus Fossanensis, scriptor vitæ & miraculorum S. Iuvenalis Fossani quiescentis 406 *f* 407 408,409 *a*
Ioan. Antonius Gabutius scriptor Vitæ Pii V. 616 *e* 617 *a*
Ioan. Trzcianus scriptor 15 sec. 249 *f*
Ioannes de Celliis pater B. Georgii Augustiniani 535 *f*
Ioannes Feltanus Britannus Catholicus 658 *f* 659 *a*
Ioannes caput Meletianæ factionis 194 *f* 195 *d* 204 *e f*
Ioffredus Comes Avenione pater S. Iuliani Hospitatoris 427 *a*
† *Ioseph Barsabas* 21 *b*
Iovianus Imp. in causa S. Athanasii 239 240
Iovinianus Præses Auscii in Vasconia 384 *c e*
† *Irenæus Ep. Lugduni 56 a, corpus dispersum* 644 *c*
Ischyras Presb. in causa Arii 194 *b c* 195 *a* 198
† *Iudas Apostolus habitus frater S. Iacobi fratris Domini* 20 *d e* 33 *d*
† *Iudas Cyriacus, fingitur Crucem Christi revelasse* 363
† *Iuliani Hospitatoris Acta MS. indicata* 426 *f* 427 *a b c*
Iulianus apostata in causa S. Athanasii 234 *e* 235 *d* 238 239 *an palam in Christianos crudelis?* 443 *a b*
Iulius Aquaviva Referendarius Pii V 663 *b*
Iulius Gubernator Galliæ Augustoduni 5 sec. 58 *f* 59 *a*
Iulius I Papa in causa S. Athanasii 206 *b f* 207 *c* 208 *b* 211 *f* 213 *f* 216 *b* 222 *d*
† *Iusti & Pastoris ecclesia Narbonæ* 147 *e* 149 *a* 150 *a c*
† *Iusti Lugdunensis Reliquiæ dispersæ* 644 *a*

K.

† *Kentigernus magister S. Asaphi* 82 *b*
Kerburga recluſa apud S. Gallum 299 *a*
Kieranus Ab. Cluanensis in Hibernia 105 *a c d*
Kobeni famula S. VViboradæ 294 *b c* 298 *f*

L.

Ladislaus Rex Hungariæ 16 sec. 582 *c*
Ladislaus Vngarus Guardianus Cracovienses 593 *e f*
Lantbertus Imp. in Italia 9 sec. 393 *c*
† *Lamberti Mart. corpus Pisauri* 422 *a b*
Lambertus Abbas Aroasiæ 12 sec. 487 *b*
Landus, Antonius, sub Ioan. Austriaco 688 *b*
Lanoius, Pompeius, Principis Sulmonæ frater 682 *f*
† *Lanto Ep. Constantienſis Gal. 6 sec.* 71 *a*
Lauretanus, Ioannes, sub Ioan. Austriaco 686 *c*
Laurentius (aliis Mozenicus) Iustinianus 253 *b* 254 *a e* 255 *d*
† *Lazari à Christo suscitati cultus CP.* 438 *e f*
militiæ approbata 653 *a*

Leo X Florentiæ anno 1516 *agit* 337 *a, promotor Canonizationis S. Antonini* 342 *a*
Leo Imp. evocat S. Valerianum Forolivio 496 *f*
Leo Armenus Imp. iconomachus 501 *b*
Leobarus Dux Gothorum in Italia 5 *sec.* 497 *c*
† *Leolini ecclesia in Hetruria* 140 *e f*
Leonardus Ser-Vberti scriptor Vitæ S. Antonini 311 *c e* 312 *c d* 326 *a* 335 *b*
Leonardus tit. S. Petri ad Vincula Cardinal. 16 *sec.* 352 *e f* 353 *b*
Leontius Ep. Arianus Antiochiæ 4 *sec.* 431 *c*
Liberius Papa in causa S. Athanasii 222 *d e* 223 *c* 224 *f* 225 243 *d e*
Licinianus Ep. Carthaginensis in Hispania 438 *b, an Sanctus?* 792 *a*
Liebzo Archiep. Hamburgensis 11 *sec.* 512 *b*
† *Lini Papæ corpus an Ostiæ depositum* 490 *c d e*
Lodronius, Albericus, præfectus militum Germanorum sub Ioan. Austriaco 681 *e*
Lucas Alamannus Ep. Mathisconen. 16 *sec.* 770 *b*
Lucas de Rydzyna Præses Capituli Cracovienſis Minorum 573 *d*
Lucialius, Calaber apostata, Algerii Præses 674 *c d* 686 *f* 687 *a b* 688 *a*
† *Lucifer Ep. Calaritanus* 123 *e* 224 *b* 229 *e* 230 *f* 233 *d* 236 *b c* 237 *e*
Lucius III Papa mittit Reliquias S. Floriani in Poloniam 467 *a c*
Lucius Ep. Adrianopolis 4 *sec.* 214 *e*
Lucius Ep. Alexandr. Arianus 4 *sec.* 247 *a*
† *Ludolphus Dux Saxoniæ Martyr* 508 *e* 509 *e*
Ludovica de Linange Abbatissa Avennaci 16 *sec.* 112 *c*
Ludovicus de Torres Legatus Pii V ad Reges Hispaniæ 666 *e* 667 *e* 674 *f*
Ludovicus Gonsalvius Camara Soc. Iesu Confessarius suadet nuptias Sebastiano Regi Lusitaniæ, & dissuadet bellum Africanum, injuste calumniam passus 677
Ludovicus Nassovius frater Auriaci 649 *f*
Ludovicus Borbonus Princeps Condæus 643 *b c*
Ludovicus Marcellius Ep. Ioppensis, Clusini Coadjutor 16 *sec.* 770 *b*
Ludovici XI corpus ab Hugonottis effossum 644 *c*
Luizo Ep. Haverbergensis 11 *sec.* 511 *f*
† *Lupus Ep. Trecensis* 263 *b*
Lusiniani Reges Cypri 666 *b c*
Littorius Dux Romanorum in Gallia occisus 5 *sec.* 60 *e* 61

M.

† *Macarius Ep. Hierosolymis Crucem Christi invenit* 361 362
Macedonius Ep. Mopsuestiæ 4 *sec.* 206 *a*
Macedonius hæreticus Ep. CP. 233 *c*
Maclarius Ep. Lutovensis 9 *sec.* 148 *d* 151 *e*
Maghtildis soror B. Alexandri Cisterc. ex prosapia Regem Scotiæ? 434
Magnentius tyrannus in locum Constantis 221 *b*
† *Magni præfectura S. Galli* 295 *a*
Magnus Norwegiæ Rex an Sanctus? 3 *d*
Mahometes Syrochus Præses Alexandriæ, in prælio cum Ioan. Austriaco 684 *b* 686 *a*
Malatestæ familiæ origo 537 *d, Principatus* 537 *c*
† *Mamæ Mart. ecclesia Vapinci* 109 *d*
† *Mamertinus Presbyter Autisiodor.* 453 *c d e*
† *Mammes Martyr à leone defensus* 139 *c*
Manichæus 237 *c*
Mantica Ep. Famagustanus 17 *sec.* 714 *c*
Mapheus Vegius Datarius Martini V scriptor 491 *e f*
† *Marcelli Mart. ecclesia Cabilone* 109 *c*
Marcellus Ep. Ancyræ 4 *sec.* 220
Marcellus Ep. in Campania 4 *sec.* 223 *c*
Marcus Papa 211 *b*
Marcus Antonius Columna Cardinalis Dux Paleani & Taleviotii 16 *sec.* 667 *e* 670 *f* 674 *b c* 681 *b e* 682 *c* 683 *d e* 685 *a* 686 *b* 687 *a d* 690 *a b c*
Marcus de Strozziis Canonicus Florentinus 16 *sec.* 337 *c*
Marcus Presbyter, intimus S. Antonini 314 *f*
Margarita Austriaca Gubernatrix Belgii 648 *c*
Margarita Valesia Henrico IV desponsa 675 *c d* 676 *c*
† *Maria Iacobi seu Maria Cleophæ in Euangelio* 21 *a*
Maria Stuarta Regina Scotiæ 656 *f* 657 *a*
Maria Alphonsa Clarissa Asturicæ in Hispania 168 *a*
† *Mariamne soror S. Philippi Apost.* 14 *a*
Maripatrus, Catharinus, sub Ioan. Austriaco 685 *c*
Maris Ep. Chalcedone 4 *sec.* 206 *a*
Marius Dux equitum Cosini Ducis Etruriæ 646 *d*
Martha sponsa S. Amatori obtrusa & relicta 52 *e f* 53, *fit sanctimonialis* 53 *d*
Martini V Papæ Acta circa translationem S. Monicæ 489 *f* 491 *d*
† *Martinus Turonen. dæmones pellit* 54 *f*
Corpus ab hæreticis dispersum 643 *a*
Martinus Baronius edit Vitam B. Stanislai Canon. Regularis 779 *e f*
Massæus Bardius Ep. Clusinus 16 *sec.* 770 *b*
Matfredus Archiep. Aquensis 9 *sec.* 151 *d*
Matthæus, filius Alphæi, frater S. Iacobi Apost. 19
Matthæus Contrarollus Datarius, dein Cardinalis 672 *f*
Matthæus Pança anno 1519 *invenit sepulcrum S. Secundi* 170 *c*
Mauritius Burgensis in Hispania Ep. 13 *sec.* 764 *b*
Maurus Ep. Amelienſis 13 *sec.* 394 *d* 396 *b*
Maximilianus Imp. à Pio V admonitus 635 *f* 636 *a* 656 661 *b* 665 *c f* 677 *f* 678. *Visitat Ecclesiam S. Philippi Presb.* 774 *c*
† *Maximinus Ep. Treviren.* 203 *c*
† *Maximus Ep. Genevensis* 6 *sec.* 84 *a*
† *Maximus Ep. Hierosolymitanus* 4 *sec.* 202
Maximus Præses Anscii in Vasconia 384 *c e*
Medulacus hæreticus Bergomi carceri inclusus 621 *f*
Meginhardus Ep. Wirceburgensis 11 *sec.* 511 *e f*
† *Meinwercus Ep. Paderbornensis* 11 *sec.* 511 *e f*
Melchior Carnerius Soc. Iesu laborat in Æthiopia 65 *e f*
Meletius Ep. Ægypti schismaticus 190 *a* 192 *b* 193 *a*
Meliton seu Mellitus Episc. Laodicensis, an scriptor Vitæ S. Philippi Apostoli? 7 *f*
Melitensis Ordinis Magister Ioannes Valetta 709 *d*
Mellinus Ab. Luxonien. 8 *sec.* 279 *c d*
Menghardus, cui inscripsit Arnoldus Vitam S. Godehardi 501 *f* 503 *c*
† *Mercurialis Ep. Forolivii* 396 *a* 497 *f*
Metius, Iacobus, Dalmata sub Ioan. Austriaco 688 *c*
Michael Bonellus, pronepos B. Pii V, Cardinalis rebus agendis præficitur 630 *b c* 669 *f* 672 *e f* 709 *b c d*
Michael Turrianus Ep. Cenetensis, Cardinalis in Galliam missus à Pio V 640 *b c*
Michael Antibaren. Ep. 13 *sec.* 394 *c*
Michaël Ep. Taraconensis 12 *sec.* 523 *a e*
Michaël Konarski Palatinus Pomeraniæ 17 *sec.* 611 *a*
Migetius seu Metius Ep. Lingonen. 6 *& 7 sec.* 279 *e f*
Mochoemius de Tyrdaglug Hibernus 5 *e*
Monachus Cancellarius Hierosolymis, Archiep. Cæsarien. Patriarcha Hierosol. 16
Moncada, Michael, cum Ioan. Austriaco 687 *c*
Montorius Episc. Neocastrensis 17 *sec.* 714 *c*
† *Monulphus & Gundulphus Ep. Traject.* 135 *a*
Moschorum Dux in Turcas excitatur à Pio V 660 *b c d, petit Roma fidei Magistros* 679 679 *e f*
Muredacus Hibernus 105 106 107
Musanus Comes in Concil. Sardicensi 212 *e f*

N.

Narcissus Ep. Neroniadis 4 *sec.* 206 *a* 231 *c*
Nectanus de Kill-unctre nepos S. Patricii 167 *d*
Nepotianus

Nepotianus sumpto Imperio occisus 221 *b*
Nestorius Praefectus Ægypti sub Constantio Imp. 217 *b*
† *Nicetius Ep Vesontionen.* 279 *a f*
Nicetas Paphlago scripsit Vitam S. Philippi Apostoli 8 *b*, *Iacobi Apostoli* 19 *e*
† *Nicolaus Myrensis fugit consortia mulierum* 328 *f*
Nicolaus IV Papa dat Indulgentias ecclesiae Narnien si 394 *f*
Nicolaus V Papa aestimat S. Antoninum Archiep. 319 *b c*
Nicolaus Ebroicensis Ep. Suffragan. Ambian. 16 sec. 260 *d*
Nicolaus Abbas Brzestensis in Polonia 553 *d e*
Nicolaus Ormanetus à S. Carolo Borromaeo ad Pium V missus 664 *a*
Nicolaus pater S. Antonini 314 *d* 316 *b*
Nicolaus Tornabonus Ep. Burgi S. Sepulchri 16 sec. 770 *e*
Nigebertus Ep Vrgellitanus 9 sec. 148 *d* 149 *f*
† *Norbertus Ep. Magdeburgensis 12 sec.* 522 *f*
Noikerus medicus monachus S. Galli 291 *d*

O.

Octavius Farnesius Dux Parmen. 16 sec. 661 *f* 679 *a* 687 *d*
Octavius Gonzaga sub Ioan. Austriaco 681 *f*
Odettus Castilionatus Cardinalis depositus 640 *d*
Odescalcus sive Paulus Odescalcus 655 682 *b*
Odilo Dux Bavariae 7 sec. 505 *a*
† *Odinus Fossani in Pedemontio* 409 *a*
Odo Rex Francorum 9 sec. 148 *e* 152 *b*
† *Oliva Virgo Martyr an Ordinis B. Mariae de Mercede* 167 *c*
Olympius Ep. Aenis in Thracia 14 sec. 214 *f*
Orsinus, Iustinianus cubicularius Pii V 693 *c*
† *Orientius & Patientia Martyres Oscae in Hispania, an parentes S. Laurentii Levitae* 4 *e*
Orlandus Ep Narnien sis 13 sec. 394 *d e* 396 *b*
Ormanetus Nicolaus. Episc. Patavinus 710 *a* 711 *b*
Osdagus Ep. Hildesheimensis 10 sec. 509 *a f*
Ottonis 2 Imper. obitus 504 *d* 505 *c*
Otto 3 Imp. bene facit Eccl. Vltrajectinae 430 *b*
Otwinus Ep. Hildesheimensis 510 *c*

P.

Padilia, Petrus, cum Ioanne Austriaco 687 *c*
Palatino Electori obsisti cupit Pius V 637 *c*
Palentini seu Palatini Comites Rupertus Rex Romanorum, Ludovicus filius, Ludovicus Dapifer, Fredericus & Rupertus Ruperti Regis nepotes 15 sec. 774 *b c*
† *Palladius Ep. missus in Scotiam* 259 *d e*
† *Paphnutius Confessor 4 sec.* 201 *a*
Paschasius Broëtus Soc. Iesu fit Sacerdos 260 *e*
Pasqualicus, Antonius sub Ioan. Austriaca 688 *b*
Pasqualis Quesnel de Symbolo Quicumq; vult 757 *c*
† *Patiens Ep Lugdunensis 5 sec.* 67 68
Patricius pater S. Augustini 480 *d*
Paulina soror B Pii V 624 *d*
Paulinus Ep. Antiochiae 237 *e*
† *Paulinus Ep Nolanus 5 sec.* 494 *b c*
† *Paulinus Ep. Trevirensis* 223 *a* 224 *b e* 229 *a*
Pauli IV sepulcrum erectum à Pio V 701 *f*
Paulo V dedicatur Vita Pii V 617 618
Paulus Bigazzium Ord. Silvestrinorum 438 *d*
† *Paulus Ep. Constantinopol. 4 sec.* 205 *b* 206 *a*
† *Paulus Ep. Narbon.* 148 *e* 153 *b c* 154 *f* 155 *b*
† *Paulus Eremita* 424 *a*
Paulus frater Comitis Sanctae-Florae 681 *f* 686 *d*
Paulus Ep Aptensis 9 sec. 151 *d*
Paulus Ep Lucerionensis, dein Vilnensis 16 sec. 555 *e*
Paulus Glerius pater Pii V 619 *f*
Paulus Odescalcus, Nuntius Apostolicus in Siciliae 16 sec. 653 *a*
Paulus nepos Pii V Custodiae Papali Praepositus 709 *a b*
Paulus Praefectus paditum Cosmi Ducis Florentiae 646 *d*
Paulus Sforzia Comes S. Florae Dux exercitus Pii V 646 *d*
Paulus Samosatenus haereticus 237 *c*
Pelagius Lamecensis Episc. 13 sec. 764 *d*
† *Peregrinus Ep. Antissiodoren.* 453 *b c d*
Perronus Ep. Larinensis 13 sec. 394 *d* 396 *a*
Persarum Rex Sciecus Thomas 1671 anno 690 *f*
† *Petrus Ep. Alexandrinus Mart.* 188 *f* 189 *a*
Petrus Barbus Cardinalis 15 sec. 319 *d* 320 *f*
Petrus Donatus Casius Cardinalis sub Pio V 669 *f*
Petrus Assalbitus Ep. Alectensis in Gallia 15 sec. 489 *c e* 490 *a*
Petrus Ep. Alexandr. successor S. Athanasii 246 *f* 247
Petrus Ep. Briocensis 13 sec. 84 *b e*
Petrus Episc. Florent 12 & 13 sec. 16 *d*
Petrus Ep. Stanensis 13 sec. 394
Petrus de VValenburg Suffraganeus Colonien. 18 sec. 81 *c*
Petrus Franc. Laurentii de Medicis 37 *d*
Petrus Gravita Societatis Iesu 401 *f* 402 403 *b d*
Petrus Iustinianus Praefectus Melitensium sub Ioan. Austriaco 683 *e* 687 *a*
Petrus Tarus Praesul Romanus sub Pio V 672 *f*
Petrus Bapt. Lumellinus sub Ioanne Austriaco 683 *a*
Petrus Carnesius Protonotarius haereticus exustus 662 *b*
Philargius Praefectus Ægypti apostata 208 *f* 214 *e* 218 *f*
† *Philippus Diaconus & 4 ejus filiae* 10 *a b*
† *Philippus Ep. Nucerinus 13 sec.* 777 *f*
Philippus II Rex Hispaniarum gaudet in electione Pii V 629 *b*, *suppetias mittit contra Hugonottos* 945 *c*, *agit contra rebelles in Belgio* 676 647, *foedus ut ineat contra Turcas rogatur* 666 *e f* 667 672 673 674
Philippus Princeps Achaiae & Pedemontii 15 sec. 411 *b*
Philoxenus Presb. Legatus Iulii Papae 213 *f*
Pialim Dux classis Turcicae in praelio cum Ioan. Austriaco 684 *d*
Piligrinus Archiep. Colonien sis 11 sec. 511 *f*
Piligrinus Ep. Passavien sis 10 sec. 505 *c*
† *Pirminus extruit Altahense monasterium* 505 *a*
Pippinus Herstallius corpus S. Evermari sepelit 121 *a* 126 *c d*
Pistus Ep. Arianus Alexandriae 4 sec. 206 *a b c* 210 *a*
Pii V nepotes, Philippus, Sebastianus, Antonius, Michaël & Ioannes 789 *b c f* 710 *a b c*
Pius Papa 312 *b*, *excipit S. Antoninum Legatum* 320 *a*, *ejus exequiis interest* 323 *f*
† *Polycarpi nomen intrusum Actis S. Andeoli, inde expungendum* 35 *b*
Polycarpus an auctor Vitae S Syncleticae 245 *e*
Polycrates Episc. Ephesinus scriptor 9 *b c*
Persaus Turca in praelio cum Ioan. Austriaco 684 *c* 685 *b* 686 *d* 688 *a*
† *Possessor Ep Constantien sis Gall. 6 sec.* 71 *e* 75 *f*
Prima, an aliqua Martyr sepulta apud Ostiam Tiberinam 489 *a*
Priscillianus Praeses Bithyniae 460 *c d*
† *Probus Ep. Reatinus* 386 *e*
† *Proiectitius Mart Bergomi* 472 *f*
† *Proterius Ep. Alexandr.* 248 *d e*
† *Pyoterius monachus in Ægypto* 19 *e*

Q.

Quadragesima in Sardinia an Sanctae 436 *e*
† *Quirici & Iulittae corpora per S. Amatorem dicuntur delata in Gallias* 51 *f*
† *Quirinus Tribunus Vrbis* 371 *d* 372 *c e* 373
Quirinus, Marcus, Legatus classis Venetae sub Ioan. Austriaco 681 *a* 683 *e*
Quirinus, Vincentius, sub Ioan. Austriaco 688 *b*

R.

Radulphus Abbas Agaunenſis 12 *ſec.* 482 *e* 484 *a c* 487 *a*
Radzivilius Cardinalis 17 *ſec.* 559 *b c d e f* 560 *a*
Raymundus I Comes & Marchio Toloſanus 8 *ſec.* 64 *b*
Raynerus Prior Eccleſiæ Hieroſolymis 13 *ſec.* 15 *f* 16 *d* 17 *a*
Rambrechtus Ep. Virdunenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Ratharius Ep. Tarviſinus 7 *aut* 8 *ſec.* 270 *c e*
Rathmundus Ab. Altahenſis in Bavaria 11 *ſec.* 507 *a* 515 *a*
Ranaldus Meſſanen. Ep. 13 *ſec.* 394 *c* 395 *f*
† *Raynaldus Epiſc. Nucerinus* 13 *ſec.* 777 *b a*
Razalinus Presb. apud Tungros 10 *ſec.* 127 *b e* 128
Rechabitæ apud Iudæos 34 *f*
Regibertus fundator monaſterii S. Blaſii in Helvetia 10 *ſec.* 309 *e*
Reginboldus Ab. Loresheimenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Reginoldus Ep. Aldenbergenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Reginoldus Presb. Altahenſis in Bavaria 11 *ſec.* 502 *f*
Reinoſus, Franciſcus, Ep. Corduben. 712 *e*
Relingenda Duciſſa Sueviæ 10 *ſec.* 289 *b c*
† *Remaclus fama virtutum clarus* 124 *b*
Requieſenſis, Ludovicus, Major Caſtellæ Præceptor 681 *f* 682 *e* 683 *e* 685 *a* 686 *a e* 867 *c*
† *Reticius Ep. Auguſtodunen.* 4 *ſec.* 58 *d*
Ricardus Dux Aquitaniæ 9 *ſec. quis* 142 *f* 143 *a* 144 *a*
Richardus Ab. Fuldenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Richardus de Merode & de Frentz. 429 *f*
Richelmus ſeu Richelinus Ep. Forolivii 13 *ſec.* 496 *b c*
Riculfus Ep. Elnenſis 9 *ſec.* 151 *e*
Robertus Bungus Ep. Bergomenſis 13 *ſec.* 472 *f*
Rodolphus Ep. Sleſvicenſis 11 *ſec.* 511 *f*
Rodulfus Pius Carpenſis Cardinalis 702 *c d*
† *Romæi corpus Lucæ ad eccleſiam S Petri relatũ* 471 *a b e*
Romagaſius, Matutinus, Miles Ordinis Hieroſolymitani 688 *a*
Romanus Ep. Alyphanus in Samnio 13 *ſec.* 394 *d*
Romanus Ep Crobenſis in Albania 13 *ſec.* 394 *d*
Ronardus ſocius S. Marculphi 73 *d* 77 *f*
Rorico Ep. Ambianenſis 11 *ſec.* 44 *e*
Roſtagnus Archiep. Arelat. 9 *ſec.* 151 *d*
Ruffinianus Ep. an Neapoli 236 *d e f*
Ruverius, Franciſcus Maria, filius Ducis Vrbini 681 *f*

S.

Sabellius hæreticus 237 *c*
Sabellus, Troilus, cum Ioanne Auſtriaco 687 *d*
Sacratus Epiſc. Comaclenſis 17 *ſec.* 714 *c*
† *Salaberga Abbatiſſa à S. Waldeberto adiuta* 276 *b c*
† *Salomea Regina Poloniæ apud Clariſſas* 562 *a*
Salomon 2 *Epiſc. Conſtantiæ in Suevia* 9 *ſec.* 286 *d* 297 *d* 299 *a*
Salomon 3 *Ep. Conſtantiæ in Suevia* 9 *& 10 ſec.* 287 *b*
† *Sancia Regina, Sancii Luſitaniæ Regis filia* 763 *c* 775 776
Sancius Rex Luſitaniæ 13 *ſec. pater BB. Taraſiæ, Maſaldæ & Sanciæ* 763 *a* 764 *a*
Sapientia de Remeja Ord Ciſtercienſis in Belgio 5 *d*
Sarpallerus, Guilielmus, Cubicularius Pii V & Sixti V 694 *f*
Saulius, Alexander, ex Bernabita Ep. Alerienſis dein Ticinenſis 706 *a b*
† *Sebaſtiani Mart. ex legione Thebæa corpus Foſſani* 407 *b* 408 *b*
Sebaſtianus nepos Pii V Ep. Strangelenſis in Calabria 710 *a*
Sebaſtianus Dux Manichæus in Ægypto ſub Conſtantio Imp. 228 *d*
Sebaſtianus Rex Luſitaniæ 667 *f* 668 *a* 674 *f* 675 676 677 693 *d*
Sebaſtianus Venerius Præfectus claſſis Venetæ ſub Ioan. Auſtriaco 661 *e* 682 *e* 683 *d e* 686 *b c* 687 *a*
Secundus Ep. Arianus 4 *ſec.* 206 *a*
† *Secundus Presb Mart. Alexandriæ* 4 *ſec.* 228 *d*
Selva Pſeudo Epiſc, Tarraconen. 9 *ſec.* 149 *f* 151 *c d e* 152 153 154
Serapion Ep. cui ſcripſit S Athanaſius 232 *f*
† *Sergii & Bacchi eccleſia Andegavis* 94 *f*
Sergius II Papa dat Reliquias Ep Hildesheimenſi 508 *b*
† *Servatius Ep. Trajectenſis* 232 *e. Miraculis clarus* 124 *c* 135 *e*
Servus-Dei Ep Gerunden. 9 *ſec.* 131 *e*
Severina uxor Aureliani Comitis Chriſtiana 374 *a b*
† *Severinus Ep. Colonien.* 266 *b*
† *Severus Ep. Treviren.* 4 *ſec.* 266 *b c*
Severus Imp. S. Andeolum curat occidi 38 39
Sforti a Comes Sanctæ Floræ 682 *f* 683 *d* 686
Sigebertus Ep. Mindenſis 11 *ſec.* 511 *e f*
Sigebodus Ep Narbonen. 9 *ſec.* 143 *a b* 151 *c*
Sigefridus Archiep. Moguntinus 15 *ſec.* 772 *a*
Sigericus filius S. Sigiſmundi Regis 85 *d* 87 *b*
Sigifridus Mimigardenſis Ep. 11 *ſec.* 81 *f*
Sigiſmundus Imp. à S. Sigiſmundo appellatus 89 *d f*
Sigiſmundus Rex Poloniæ 16 *ſec.* 556 *f* 557 *f* 562 *f* 660 679 *b c. Societati Ieſu collegia fundat* 590 *d* 661 *b*
Silvius Paſſerinus Cardinalis 16 *ſec.* 337 *b*
Silvius Portius ſub Ioan. Auſtriaco 686 *a*
† *Simeon Chriſtum in ulnis habuit* 27 *c d*
† *Simon de Lipnica Ord. Minorum* 15 *ſec.* 555 *a f* 562 *a* 563 *e* 580 *b*
† *Simplicianus Ep. Mediolanenſis* 4 *ſec.* 494 *b c*
† *Simplicius Ep. Auguſtodunen.* 5 *ſec.* 58 *c*
Simplicius Iudex Tarſi ſub Diocletiano 454 *d*
Sinnarius Comes Vrgellæ 9 *ſec.* 152 *a b* 154 *b e*
Sixtus V Papa approbat Confraternitatem S. Annæ 594 *d e. Monumentum ponit B. Pio V* 693 *f* 694 *f* 695. *Confirmat tranſlationem S. Antonini Florentini* 710 *c*
Socherus, Hieronymus ex Generali Ciſterc. Cardin. 706 *a*
Solimannus Imp. Turcarum obſidet Melitam 637 *e. Occupat Iuliam & Sigetum in Hungaria & moritur* 639 *e*
Solimus II Imp. Turcarum 16 *ſec.* 639 *d* 666 678 *c* 692 *f* 693 *a*
Sophia ſoror Ottonis III Imp. Abbatiſſa Gandersheimii 508 *f* 511 *e f* 516 *f*
Specianus, Pompeius, ſub Ioan. Auſtriaco 689 *d*
Spirellus Bencius Ep. Politianus 16 *ſec.* 770 *a*
† *Staniſlaus Baryczka Presb. Mart. Cracoviæ* 562 *a* 563 *e*
† *Staniſlaus de Caſimiria* 15 *ſec.* 555 *a f*
Staniſlaus Karnkowſki Ep. Cruacenſis & Archiep Gneſnenſis 16 *ſec.* 588 *f* 589 590 592 *c*
Staniſlaus Pudicus Rex Poloniæ 13 *ſec.* 555 *c*
Staniſlaus Salzlowſki Ab. Tinecenſis in Polonia 779 *b*
Staniſlaus Præpoſitus Byſtrycienſis in Lituania 553 *a*
Staniſlaus Intrykowſki Præpoſitus Libiſchovienſis Ordinis S. Mariæ de Metro 553 *d*
Staniſlaus Bidigoſta Polonus Carmelita in Prußia trucidatus 168 *a b*
Staniſlaus de Slapii ſocius datus B. Ladiſlao Gielnovio ſeni 573 *e f*
Stephanus Princeps Walachorum 16 *ſec.* 576 *a b*
Stephanus Africanus Presb. ſcriptor Vitæ S. Amatoris Ep. Autiſſiodoren. 50 *c d*
Stephanus Ep. Vlyxbonenſis 13 *ſec.* 394 *d* 396 *b*
† *Suenteſlaus Cracoviæ* 15 *ſec.* 555 *e f* 557 *b c* 780 *c*
Sultanus Rex Memphcos 666 *b*
Superantius, Benedictus, ſub Ioan. Auſtriaco 688 *b*
Symmachus Præfectus urbis Romanæ 4 *ſec.* 477 *d*
† *Symphoriani cella dedicatur Auguſtoduni* 58 *d*
† *Syncletica Vita num à S. Athanaſio ſcripta* 245 *d e f*
† *Syri eccleſia Genuæ* 273 *c d*
Syrianus Dux Præfectus Ægypti ſub Conſtantio Imp. 226

T.

Tadilo Vicedominus, & Decanus Eccleſiæ Hildesheimenſis 11 ſec. 512 *b c d*
† *Taraſia Regina, Sancii Luſitaniæ Regis filia* 763 *a*
Taurus Præfectus Prætorio 4 ſec. 222 *a*
Tellius Palentinus Ep. 13 ſec. 764 *b*
† *Terentianus Ep. Tuderinus Mart.* 388 *b* 399 *a*
Tendolemus Abbas S. Sequani 276 *e*
Theodaldus Archiep. Narbonen. 9 ſec. 147 *e*
† *Theodoricus Ab. in Or monte Remorum* 94 *f*
Theodoricus Ep. Conſtantien. Cancellarius Henrici Nigri Imp. 11 ſec. 285 *a*
Theodoricus Rex Gothorum in Gallia 5 ſec. 60 *e* 61 *e*
† *Theodora ſoror S. Hermetis Præfecti Vrbis* 373 *f*
Theodorus Ep. Feltrenſis 15 ſec. 250 *a*
Theodorus Ep. Heracleæ 4 ſec. 206 *a*
Theodoſius Kijovienſis, an Sanctus? 360 *c*
Theoduinus Ep. Leodien. 11 ſec. 132 *d* 133 *b*
Theodulus Ep. Tracanopoli in Thracia 4 ſec. 214 *f*
Theognius Ep. Nicænus 4 ſec. 193 *d*
Theophilus Ep. Alexandrinus 4 & 5 ſec. 494 *e f*
Thetmarus Mindenſis Eccleſiæ an Præpoſitus 504 505 *d*
Theutarius Ep. Gerundenſis 9 ſec. 148 *d*
Thiedericus Ep. Miſnenſis 11 ſec. 511 *f*
Thietmarus Ep. Hildesheimenſis 11 ſec. 518 *f*
† *Thomas Aquinas caſtitatis amator* 328 *f* 330 *d*. *Ejus cultus à Pio V promotus* 633 *b*
Thomas Cajetanus Ord. Prædic. Cardinalis 352 *b*
Thomas Ep. Aderarum ſeu Acerrarum in Apuntia 13 ſec. 394 *d*
Thomas Oborski Ep. Laudicenſis Suffraganeus Cracovienſis 560 *d*
Thomas Piolatus anno 1622 Ep. Foſkoni 409 *d*
Thomas Norfolciæ Dux Catholicus 16 ſec. 658 *e* 659 *b c*
Thomas Northumbriæ Comes Catholicus 659 *a*
Thomas Orſinus Viſitator Apoſtolicus Neapoli 651 *c d e*
Thomaſia mater S. Antonini 314 *d*
† *Thyrſus Diaconus in Gallias miſſus* 35 *c* 36 *b*
Timotheus Ep. Alexandrinus Catholicus 4 ſec. 248 *a*
† *Titianus Ep. Brixienſis* 498 *e*
Titianus Ep. Tarviſinus 7 aut 8 ſec. 270 *c e f*
Torellus, Pomponius, Comes Montiſchirugili 710 *c*
Torquatus Comes Præfectus militiæ Pii V 642 *d*
Trabus primus Dux Lituanorum 555 *d*
† *Trado miraculis clarus* 124 *b* 135 *b*
Triſinus, Iacobus, Vincentinus ſub Ioan. Auſtriaco 688 *c*
† *Trophimus Eps Arelaten.* 153 *a* 155 *a*
Tullia corpus S. Andeoli ſepelit 39 *c d*
Turcæ & Tartari anno 1496 vaſtant regiones Poloniæ 576 577

V.

Valdebrunus Ep. Avellonenſis 13 ſec. 394 *d* 396 *a b*
Valens Imp. in cauſa S. Athanaſii 241
Valens hæreticus 237 *c*. *Depoſitus in Sardicenſi Conc.* 214 *a* *Pœnitens* 219 *d*. *Reprobus* 221 *f* 223 *b* 224 *e* 225 *c* 232 *d e* 244 *b*
† *Valentinus Ep. Interamnis Mart.* 388 *b c* 390 *a*
Valeria ſepulturam S. Floriani procurat 465 *e f* 467 *e*
† *Valerianus Ep. Autiſſiodoren. 4 ſec.* 52 *f*
† *Vdalricus Ep. Auguſtanus 10 ſec.* 283 *b c* 287 *b c* 278 *c d* 293 *c*
Vdalricus ſeu Vlricus Ab. S. Galli 11 ſec. 294 *a d*
Venerius, Hieronymus, ſub Ioanne Auſtriaco 688 *b*
† *Verena Virgo* 309 *a*
Vgolinus Verinus ſcriptor Vitæ S. Antonini carmine 311 *f* 312 *a* 335 *b*
Victor Superantius Epiſc. Bergomen. ob hæreſim depoſitus 622 *a b c*
Victor 3 Antipapa 12 ſec. 482 *d*
Vigilius Ep. Tapſenſis an ſcripſerit Symbolum ſub nomine S. Athanaſii 759 760
† *Vincentianus Hiſpanus Mart. in Gallia* 361 *a*
† *Vincentii, Sabinæ, Criſpinæ Officium Abulenſibus conceſſum* 177 *b d*
† *Vincentius Martyr Eboræ in Luſitania* 44 *d e*
Vincentius Porticus Cardinal. Legatus in Polonia 16 ſec. 589 *d* 590
Vincentius Ep. Capuæ 4 ſec. 115 *a* 223 *c e* 229 *e*
Vincentius Herculanus Ep. Sarnen. Forocornel. Peruſin. Dominicanus 672 *f*
Vincentius Laureus Ep. Montis-Regalis in ſubalpinis, Nuntius Pii V 657 *b c d e*
Vincentius Iuſtinianus Generalis Prædicatorum 663 *b*
Vincentius Mainardus ſcriptor Vitæ S. Antonini 312 *e*
Vincentius Moraw/ki ſcriptor Vitæ B. Ladiſlai Gielnovii 560 *f* 561 *c*
Vincentius Tuta-Villa Comes Sarni 681 *f*
Virginius Vrſinus, ſub Ioan. Auſtriaco 681 *f* 687 *d*
Vitellius, Vincentius, ſub Ioan. Auſtriaco 687 *d*
Vladiſlaus Sigiſmundus Rex Poloniæ, in juventute deſperatus ſanatur 612 *e f* 613 *a*
Vlricus Clericus Agaunenſis 12 ſec. 485 *e* 486 *c f*
Vneſanus Archiep. Hamburgenſis 11 ſec. 512 *b*
Vrbanus VII Papa 16 ſec. 663 *b*
Vrbanus VIII Papa curat fieri proceſſum de B. Ladiſlao Gielnovio 562 *c*
Vrbanus Præſes Palæſtinæ ſub Maximino 468 *c f* 469 *d*
Vrraca Regina Galleciæ 12 ſec. 27 *e f*
Vrſacius depoſitus in Sardicenſi Conc. 214 *a*. *Pœnitens* 219 *d*. *Reprobus* 221 *f* 223 224 *e* 225 *e* 232 *d e* 244 *b*
† *Vrſianus Ep. Auſciorum 5 ſec.* 63 *a*
Vrſinus, Paulus, Iordanus, Dux Braziani 981 *f* 683 *e* 686

W.

Walbertus Comes Arquenſis, alius à S. Waleberto Ab. Luxovien. 274 *b f*
Walbertus Ep. Meldenſis alius à S. Waldeberto Ab. Luxovien. 274 *c d e f*
Waldenſes in regno Neapolitano converſi 16 ſec. 661 *e f*
Waldramus monachus S. Galli 10 ſec. 289 *d*
Walterus Canonicus Regul. S. Auguſtini Aroaſiæ, ſcriptor Vitæ S. Monicæ, ex libris Confeſſionum S. Auguſtini edita à pag. 474, & ſcriptor Tranſlationis corporis, quod ipſe Aroaſiam detulit à pag. 481
Warinharius Dux exercitus 8 ſec. 425 *b* 426 *d*
Warinus Dux Burgundiæ 9 ſec. 280 *a* 282 *b*
Wedericus Ab. Ponzetanus Aquiſgrani 11 ſec. 132 *e*
Wendilgarde neptis Henrici Aucupis Regis 304 *a*
Wericus Prior Alnenſis 438 *e*
Wernerus Ep. Argentinenſis 11 ſec. 511 *e f* 512 *a e*
Wifredus Comes Barcinonen. 9 ſec. 185 *f*
† *Wigbertus Abbas Hersfeldenſis* 505 *f* 507 *e*
Wiggerus Ep. Verdenſis 11 ſec. 511 *f*
Wilhelmus Ep. Strazburgenſis 11 ſec. 512 *a*
Willegiſus Archiep. Moguntinus 10 ſec. 504 *a* 509 *c*
Willericus Ep. Bremenſis 9 ſec. 437 *a*
Wolfangus Bipontinus exercitū ducit in Galliam 643 *e*
Wolfherus diſcip. ſcriptor Vitæ S. Godehardi Ep. 501 *f* 502 *d*

Z.

† *Zacharias Ep. Lugdunen.* 36 *f*
† *Zacharias pater S. Ioan. Baptiſtæ* 27 *c d*
† *Zeno unicus Veronæ* 422 *f*
† *Zoerardus Eremita in Hungaria* 4 *d*
† *Zoyli eccleſia in Hiſpania* 27 *e*
Zuentiboldus Rex 429 *d*

INDEX TOPOGRAPHICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I MAII.

A.

ABellinum ur. Hirpinorum. *Corpus S. Hypoliſti & 12 Sanctorum* 41 43
Abraganenſe monaſt. à B. Mafalda in Luſitania conſtructum 764 e
Abula ur. Hiſpaniæ. *S. Secundus Epiſcopus* 169
Adenſtat in Saxonia inferiore. *S. Godehardus ultimo morbo correptus* 515 a
Æſernia ur. Samnii. *S. Benedictus Epiſcopus* 495
Æſium ur. in Piceno. *Corpus S. Floriani Mart.* 467 f
Æthiopia. *Patriarcha Andreas Oviedus & ſocius Melchior Carnerus Soc. Ieſu.* 655 c d e
Africa. *Quintianus, Eleutherius, Gagus, Alexander, Saturninus Mart.* 45. *S. Vindemialis Ep. Mart.* 270. *SS. Marianus, Fortunatus, Saturninus, Rufina, Fortunio, item Fortunatus Mart.* 383 *SS. Cæleſtinus, Felix, Vrbanus, Romanus, Cellicus, Martialis ſeu Marcianus Presbyter, Florianus, Petrus Martyres* 460
Agamium in diœc. Novarienſi. *B. Panacæa Virgo* 164
Agaunum monaſterium conſtructum 83 f 85 d 87 c
Alada ur. Epiſc. Hiberniæ. *S. Kellacus Epiſc.* 105 e
Alanquerium opp. Luſitaniæ. *B. Zacharias Ordinis Minorum S. Franciſci.* 775
Albenſis conventus. *Prior olim B. Pius V* 620 d
Albia ur. Gall. *Eccleſia S. Africani* 64 c
Alexandria. *SS. Saturninus & Neapolus Mart.* 180. *SS. Germanus, Cæleſtinus & Sunina Mart.* 181. *S. Athanaſius Ep ſæpius expulſus & reſtitutus* 186
Algerium Turcis ſubjectum 670 b 674 c
Altaha monaſterium Bavariæ 503 e f 505 a. *S. Godehardus monachus* 504 b. *Abbas* 505 d e 507 b. *Guntherus monachus* 506 d
Altricus mons prope Autiſſiodorum 55 a d
Alypha ur. Samnii 396 b
Ambaſia ur. Galliæ 639 f
Ambianum ur. Galliæ. *SS. Acius & Acheolus Martyres* 44. *S. Germanus Scotus Ep. Mart.* 259 260
Ambra in Arvernia. *Sepulcrũ S. Flaminæ Vir. Mar.* 182 b
Ancona. *Pars capitis S. Iacobi fratris Domini, Reliq. SS. Antonii & Annæ* 28 b. *Reliquiæ & patronatus S. Cyriaci* 440 441 f
Andegavum. *Corpus S. Brioci* 92 e
Andeca monaſt. Bavariæ. *Reliquiæ S. Philippi, an Apoſtoli?* 11 d
Anea urbs Epiſcopalis Aſiæ 459 d. *S. Olbianus Epiſc. Mart.* 458
Anglia. *S. Philippi Presb. patria* 423 f
Anſeda ur. Luſitaniæ. *Geraldus Ordinis Canonicorum Regularium* 756
Antverpia. In eccleſia Soc. Jeſu *Pars capitis S. Iacobi Alphæi* 29. In eccleſia S. Salvatoris *Reliquiæ SS. Gregorii Magni, Luciæ Virg. Mart. & Marculphi* 80 f 81.
Aphrodiſia in Caria. *SS. Diodorus & Rodopianus Diaconus Martyres* 382
Araris fluvius Helveriæ. 293 c 307 c
Arauſio ur. & Arauſienſis ditio 462 e f
Arelate. *Carolus IV Imp. coronatus* 88 f. *Cultus S. Iuliani Hoſpitatoris* 427 d
Argos ſive Argiva ur. Peloponeſi. *S. Petrus Thaumaturgus Epiſcopus* 428
Arida Gamantia, ſilva Arteſiæ 482 d
Aroaſia cœnobium Canonicorum Regularium in Arteſia. *Corpus S. Monicæ, ibidemque cœptum ejus feſtum celebrari* 473 481
Aromonium caſtellum ad Rhodanum 642 b
Aroqua monaſt. Luſitaniæ. *B. Mafalda Regina* 763
Aſia. *S Hermogenes Mart.* 366
Aternum ur. Aprutii 396 a
Atripalda ur. Hirpinorum. *Corpus S. Hypoliſti & ſociorum* 41 c e 42 f
Attalia ur. Pamphyliæ. *SS. Heſperus & Zoe conjuges, Cyriacus & Theodulus filii Mart.* 177
Auda ſive Auca fluv. Normanniæ 269 b
Avenio ur. *ab hæreſi ſervatur* 641 f 642 a 645 f
Avellinum ur. & Principatus 396 a
Auguſtana confeſſio 655 f 056
Auguſta Vindelicorum. *Comitia habita contra Turcas* 635 f 636 a
Aurelii. *Caput S. Quiriaci Ep. Mart.* 440 a
Auſa urbs Cataloniæ excelſa 171 f
Auſciorum urbs Novempopulaniæ 384 c e S. *Orientius Ep.* 60
Autiſſiodorum. *S. Amator Ep* 50. *SS. Euſebius Preſb. & Avitus Diac.* 423. *S. Corcodemus Diac.* 455

B.

BAjoca ur. Normanniæ 268 b c
Bajocaſſina ur. Gall. *Patria S. Marculphi* 71 75 d
Bergoate locus ad Rhodanum 37 c
Bergomum. *Iacobus Diaconus Mart.* 472. *B. Pius V Inquiſitor* 622 f 629 a
Bethſaida *patria S. Philippi Apoſt.* 12 f
Bigorra ur. Novempopulaniæ. *SS. Iuſtinus ſeu Iuſtus, Magnus, Iſicius, Phœus* 47. *Eo fugit S. Orientius* 62 f
Biſtricium in Lituania. *B. Michael Gedrocius Novitius* 554 e f 557 a
Boſchum opp. Liguriæ. *Patria B. Pii V* 619 629 a
Bononia. *Giſleria familia* 619 e. *B Pius V ſtudet dein docet* 620 a. *Reliquiæ S. Cæleſtini Mart.* 179 e. *Particula capitis S. Monicæ* 792 f
Brachbantium ſeu Bratuſbantium. *B. Auſridus Comes* 428 f
Brantolma in Petragorico. *S. Sicharius puer Martyr* 183
Briocum ur. Britanniæ Armoricæ. *S. Briocus Ep.* 91
Burgum S. Andeoli *ab hoc appellatum* 35 d
Burgundiæ antiquæ Sedes, primi Reges. *S. Sigiſmundus Rex* 83
Burdegala. *S. Macarii Ep. Reliquiæ* 492
Bulgari populi 680 c

C.

CHrempſenſe monaſt. Auſtriæ *à S. Godehardo reformatum* 506 b 507 e
Cadurcum. *Reliquiæ S. Sigiſmundi* 91 e
Calepium in Bergomenſi ditione. *Corpus S. Cæleſtini Mart.* 179 f
Callipolis ur. Ep. in agro Hydruntino. *Corpus S. Mauri Libyci* 40 c 41 b
Camerinum ur. Umbriæ. *Porphyrius Presb. Mart.* 451
Capharnaum. *patria SS. Iacobi & Matthæi Apoſt.* 19 b

Caput viride *cultus S.Iacobi minoris Apoſt.* 754 f
Carcaſſi populi 680, urbs Galliæ *S.Lupinus* 532
Curienſis vicaria, nunc oppidum S.Africani 64 b
Carpentoracte urbs Epiſcopalis Galliæ 36 f 37 b 44 f
Carpi urbs Italiæ 389 f 399 d
Caſimiria ad Cracoviam. *B. Staniſlaus Canonicus Regularis* 779
Caſtellana civitas inter Romam & Narniam 484 c 485 c
Caſtiglione varia loca Italiæ 325 c
Caſtrum ur. Occitaniæ 427 b
Catana ur. Siciliæ. *S.Cominius* ſeu *Comitius* 40 *Sedes ibi Præſidialis* 40 e
Cella in Palatinatu Rheni *S. Philippus Presb.* 423
Ceniſius mons Italiæ 487 c 788 d
Cephalenia à *Turcis infeſtata* 680 f, *exercitus Chriſtianorum* 684 b f
Cretia civitas & Cretius mons in Noricis 462 e 464 a 466 f
Citizenſis ur. Saxonicæ *Epiſcopatus Naumburgum tranſlatus* 512 e
Civitas-Vetus ad Centum-cellas 488 c 487 b
Cocheim opp. diœc. Trevirenſis 103 e
Columna *cæde S.Sigiſmundi celebris* 85 b 86 a
Compendium *caſtrum Childeberti I* 78 d
Compoſtella *Caput S.Iacobi fratris Domini* 27 e f
Comum. *Inquiſitor B.Pius V* 621 e
Conſtantia ur. Gal. *S. Marculphus* 70
Conſtantinopolis. *Alexander & Antonina Martyres depoſiti* 379. *Corpus S.Pelagiæ Virg. & Mart.Tarſenſis.* 454 a b. *Corpus & cultus S. Athanaſii* 246 d e 250 d. *Templũ & Reliquiæ S Iacobi fratris Domini* 24 d. *Templum & feſtum S.Zoes* 177 f. *Cultus SS.Timothei & Maurę conjugum* 375 f. *Cultus SS. Aphrodiſii, Meldæ, Macrobii, Valeriani, Leonti, Antonini & aliorum Mart.* 459 c. *SS.Neophyti, Gaii, Gaiaci, Zenonis, Marcii, Macarii Martyrum* 471
Convenarum Lugdunum. *An S. Africanus Ep.* 67 f 68 a. *An S Macarius Ep.* 492 f
Corbiniacum monaſt. in diœc. Remenſi. *Corpus S. Marculphi* 79 d
Corcyra à *Turcis infeſtata* 680 f 684 b, *exercitus Chriſtianorum* 684 b
Corſica inſula. *SS. Florentius & Vindemialis Epiſcopus Conf.* 270
Clavenna *hæreſi infecta* 16 *ſec.* 625 e 661 f
Clepardia ſuburbium Cracoviæ 558 a
Cluania monaſt. Hiberniæ. *S.Kellacus monachus* 105 a
Cracovia. *B.Michaël Gedrocius Canon. Reg. S.Mariæ de Metro* 552. *B.Ladiſlaus Gielnovius ſtudet* 563 b. *Ordo Minorum admiſſus* 565. *Corpus eccleſia & cultus S. Floriani* 467
Crodamnorum vicus *patria S. Antoninæ Mart.* 380 c d
Croia ſeu Croha ur. Albaniæ 396 a
Curia ur. Rhetiæ. *B.Pius V Inquiſitor* 622 e
Cythea à *Turcis infeſtata* 680 f
Cyprus *cœpta à Turcis occupari* 666 e, *à Luſinianis ad Venetos devoluta* 668 c, *occupata à Turcis* 680 e f

D.

Dantiſcum. *Cœnobium Dominicanum reſtitutum* 661 c d
Daphnuſia inſula Archipelagi. *S.Sabas Epiſc.* 282
Davaiacum in Arvernia. *S Flamina Virgo Mart.* 181
Delfini portus in ditione Genuenſi 482 e 483 f
Dombinus Principatus Galliæ 488 d

E.

Echinadæ inſulæ. *Victoria ſub Ioanne Auſtriaco accepta* 687 f
Eiſereach monaſt. Hiberniæ. *S. Kellacus Epiſcopus* 104 107 b
Elna urbs Epiſc. in Ruſcinonenſi Comitatu 149 c
Emerita ur. Hiſpaniæ. *Saturnina* ſeu *Saturninus* 546
Epaone Concilio celebris ubi ſita 84 e
Epheſus. *filia S.Philippi Apoſt. ſepulta* 9 e
Eporedia, aliter Iporea, ur. Pedemontii 511 d 512 d
Eremus Deiparæ in Helvetia. *Reliquiæ S. Sigiſmundi* 91 e
Eſcuriale. *Os S.Secundi Ep. Abula delatum* 176

F.

Famagusta *à Turcis occupata* 681 b 684 b
Fanenſe metallum in Palæſtina. *S.Silvanus Ep. Gazen. & 39 aut 40 Martyres* 468 f
Ferraria *Eccleſia reſtituta ſub Pio V* 634 d
Florentia *S. Antoninus Archiepi* 310. *Brachium S.Philippi Apoſtoli* 11 b 15 16 17
Forolivium ur. Italiæ. *S.Valerianus Martyr* 496. *Mandibula S.Iacobi fratris Domini* 28 b
Forum-Sempronii ur. Italiæ. *S. Aldebrandus Ep.* 158
Friſia *patria S.Evermari* 121 b 122 d
Foſſæ opp. Belgii. *S.Vltanus Abbas* 118
Foſſanum ur. Pedemontii. *S.Iuvenalis Conf corpus & cultus* 406 414
Fulginium ur. Umbriæ. *SS. Heraclius, Iuſtus, Maurus Mart.* 452
Funchal ur. Materiæ inſulæ. *Cultus S.Iacobi minoris Apoſtoli* 734 e
Fuſniacum Abbatia Galliæ. *B. Alexander Converſus Ord. Ciſterc.* 434

G.

Galli opp. Helvetiæ *S.VViborada Mart. & B. Rachilda Virgines incluſæ* 282
Gallinaria inſula Liguriæ 54 f 55 d
Gardersheim monaſt. Saxoniæ inferioris. *Controverſia de præeminentia ejus Epiſcopo Hildesheimenſi contra Moguntinum Archiep.* 508 e f 509 511 c d e f 512 a b
Gaza ur. Palæſtinæ *S.Silvanus Ep. Mart. cum aliis* 39 *aut* 40 468
Gemblacum. *Brachium S.Iacobi Alphæi* 28 c
Genardi-pons opp Normanniæ 268 f
Geneva *ut expugnetur ſuadet Pius V* 641
Genua. *S Valentinus Ep.* 273. *B.Pius V ſit Sacerdos* 620 b
Gielnow in Palatinatu Sendomirienſi. *Patria B. Ladiſlai* 560 c 562 f
Gobilium in Auguſtodunenſi diſtrictu 57 e
Græcia. *S Sabas Mart* 46, *S.Iſidora* 49
Groſſetum ur. Hetruriæ 396 a
Gruona opp. Thuringiæ 508 b 510 d
Gullinga monaſt. Thuringiæ 506 c 507 f. *Prior Guntherus* 506 d

H.

Havelberga urbs Slaviæ 12 ſec. 526 c e
Herlerus vicus in Morinis 279 a e
Hersfelda-Abbatia Haſſiæ 505 f 507, *reformata à S. Godehardo* 505 f 506 a, *à Gunthero dotata* 506 c
Herſtallium *nequit inferri corpus S.Evermari* 156 e f
Hierapolis in Phrygia. *S.Philippus Apoſtolus* 711 a, *filiæ Virgines* 9 c
Hieroſolyma Sedes Theadelphica dicta 21 d. *S.Iacobus*

bus frater Domini primus Epiſcopus 21 e, *ejus ſepulcrum* 27 c d. *Inventio ſanctæ Crucis per S. Helenam & Macarium Ep.* 361. *S. Iudas Suiriacus Ep. Mart.* 439. *Dedicatio Eccleſiæ ſub Conſtantino Magno* 201 b. *Concilium contra S. Athanaſium* 201 d
Hildesheimium ur. Saxoniæ inferioris. *S. Godehardus Ep.* 501
Hiſpalis *S. Felix Diac. Mart.* 185
Hiſpellus ur. Umbriæ. *B. Ventura* 432
Hohorſt monaſt. prope Amersfordiã 430 c d e 432 b
Holthuſen ad Viſurgim 511 d 512
Hujum ur. ad Moſam. *B. Aufridus Comes* 429 b
Huginhuſen curtis Epiſcopi Heidenheimenſis 512 f

I.

IMbripolis, Ratiſpona ad Danubium 511 d 512 d
Imola ur. Italiæ. *Corpus S. Sigiſmundi dicitur ibi eſſe* 90 b, *an uxoris ?* 90 e
Interamna ur. Umbriæ. *Proculus, Peleſtus, Agapitus & milites* 33 *aut* 34. *An etiam Apollonius & Euphemius* 45
Intermontium Abbatia Italiæ. *Reliquiæ S. Monicæ* 486 f
Julia ur. Pannoniæ *à Solimanno capta* 639 c d
Juſtinopolis. *Quales ibi Reliquiæ* 370 d

L.

LActora urbs Vaſconiæ Aquitanicæ, *S. Genius Conf. & 30 milites Martyres* 383
Larinum ur. Ferentinorum 396 a
Laureacum in Norico Ripenſi, ſeu Superiore Auſtria, *S. Florianus Princeps Officii, & ſocii Martyres* 461
Laus-Pompeia ur. Italiæ. *S. Titianus Epiſcopus* 498
Levitania vallis Novem-populaniæ 62 f 63 e
Libya, *patria S. Mauri Libyci* 40 f
Ligenum ad Garumnam, *nunc oppidum S. Macarii ibidem mortui* 493 a
Limenis & Limenopolis ur. Piſidiæ 366 f
Lindaugia ur. Sueviæ 299 a
Logingaha pagus Thuringiæ 510 d
Lovanium. *manus S. Theodulphi Presb. apud Prædicatores* 100 f. *B. Anfridus Comes* 429 a
Luca. *Catena qua vinctus S. Alexander Papa* 370 f. *Corpus S. Iuvenalis Ep. aliquando ſervatum* 392 d. *Corpus S. Syneſii Mart. depoſitum* 469
Lugnia Comitatus Conactiæ 105 d 107 e
Luxovium *S. VValdebertus Ab.* 274

M.

MAzoria in diœceſi Claromontana, *S. Florina Virgo Martyr* 47
Medicium monaſt. in Bithynia. *S. Nicephorus Hegumenus* 500
Mediolanum *S. Venerius Ep.* 494. *Reliquiæ S. Sigiſmundi* 91 d. Eccleſiæ *jura defenſa à Pio V* 663 674 a
Megdunum nunc Monteburg in Normannia 267 e 268 b
Melitene ur. Armeniæ. *Helpidius, Hermogenes, Eupolites Mart.* 180
Meldæ ur, Galliæ. *S. Blandinus* 49
Melitenſis inſula *à Solimanno obſeſſa, adiuta à Pio V* 637 e f 638 a
Meſſana. *claſſis ſub Ioanne Auſtriaca collecta* 682 b
Methone in Peloponeſo 254 c
Mons-Ajone opp. Hetruriæ. *B. Vival 3 Ordinis S. Franciſci* 160
Mons-Angelorum monaſt. Helvetiæ. *B. Conradus Mart.* 309
Mons-Bilardæ opp. Alſatiæ 281 e 282 e
Mons-diaboli in agro Piſano 485 c f
Mons-major opp. Luſitaniæ. *Cranium S. Philippi Apoſtoli* 11 c
Mons-Regalis in Subalpinis. *Epiſcopus Pius V Cardinalis* 625 b c 693 f
Morbinium opp. Vulturenæ vallis 661 f
Morgetenſis eccleſia in diœc. Claromontana 109 b
Morna munitio ad Rhodanum 642 b
Mortuum mare, caſtrum ſeu vicus Galliæ 269 a
Mundus fluv. Conactiæ 106 f 107 e

N.

NAntum monaſt. in diœc. Conſtantienſi à S. Marculpho conſtructum 72 f 73 a 76 e
Nantum in pago Meldenſi *patria S. Waldeberti* 278 c
Narbona *S. Theodardus ſive Audardus Ep.* 141
Narnia ur. Italiæ. *S. Iuvenalis Ep.* 388. *Vrbs deſtructa & in novata* 388 a. *Obſeſſa ab Adalberto Marchione* 391 392
Narnoia mons Galliæ apud Auſcios 61 d
Neapolis. *Res Eccleſiaſtica à Pio V procurata* 651 b c
Nebbium opp. Corſicæ. *Cultus SS. Florentii & Vindemialis Ep.* 271 c
Nemauſus ur. Galliæ 640 c
Nepe. *Ep. Pius V* 624 a
Nicomedia. *S. Antonia Mart.* 460
Niſibis ur. Meſopotamiæ. *S. Bates Perſa* 46
Nuceria ur. Umbriæ. *B Alexander Vinciolus Ord. Minorum Epiſcopus* 777: in diœceſi *S. Peregrinus* 167

O.

OR mons Remorum. *S. Theodulphus Abbas S. Theoderici* 94
Orieps. *Quintinus ſeu Quintianus* 45
Oſtia Tiberina. *Obitus & ſepultura S. Monicæ* 478 479 484
Oſtracina urbs Epiſcopalis, *ubi ſita. S. Iacobus Apoſt. Martyr* 19 f

P.

PArcum monaſterium Brabantiæ. *Ven. Catharina ſanctimonialis* 532
Pariſii. *Caput S. Philippi, an Apoſtoli ?* 11 c
Panzanum in Hetruria. *S. Euphroſynus Ep.* 139
Perapeorum vicus Thebaidos *patria S. Timothei Lectoris* 376 c
Perona opp. Picardiæ. *S. Vltanus Abbas* 118
Phalera Abbatia 12 ſec. 484 e 485 d
Phœnum in Palæſtina, metallis celebre. *S. Silvanus Ep. Gazenſis & 30 aut 40 Martyres* 468 a
Pictavum *pulſis Hugonottis ſolutum* 647 a
Polocia ur. Lithuaniæ. *Minoritas recipit* 570 d e f
Ploſy ſeu Polozko ur Poloniæ. *Caput S. Sigiſmundi* 89 e
Polonia regnum illuſtre deſcriptum 562 d e f
Pons S. Spiritus *munitio in Gallia Narbon.* 642 b
Populonium ſeu Populonia ur. Hetruriæ 486 e 497 c
Porcetum Abbatia Aquiſgrani, *caput S. Evermari* 120 d 132 e
Porreta balnea in Italia 324 b
Portuenſe cœnobium Italiæ 158 d
Pontus-S. Severæ in Hetruria 486 e
Praga. *Brachium S Philippi Apoſtoli* 11 d. *Corpus S Sigiſmundi pretioſis coronis ornatum* 88 e. *Corpus à Carolo IV Agauno allatum* 88 f 89. *Caput Conſtantiæ uxoris* 91 a
Pruſſia *in Ducatum erigitur* 661 a

R.

RAguſium ur. Dalmatiæ 395 f
Ribomons opp. Picardiæ. *Corpus & cultus S. Germani Ep. Mart.* 269 c d
Ripatorium monaſt. Ordinis Ciſtercienſis. *B.Ioanna Recluſa* 534
Ripollenſe monaſt. Cataloniæ. *SS.Simplicius & Ambroſius Mart.* 185
Ritenbach in diœceſi Patavienſi. *patria S.Godehardi* 504 a
Rivus-tinctus pagus Luſitaniæ. *B. Mafalda Regina mortua* 765 b
Roma. *S. Maurus Libycus Martyr* 40. *S. Alexander I Papa SS. Eventius & Theodulus Presb. Mart.* 367. *B. Pius V Pontifex* 616. *Corpora SS. Philippi & Iacobi apud PP. Conventuales* 28 d e. *Corpus S. Iuvenalis Ep. aliquando depoſitum* 392 f. *Eccleſia S. Athanaſii cum ſeminario Græcorum* 246 f
Romaniſium. *Corpus S. Iuvenalis Conf. olim depoſitum* 411 a 412 413 a b
Ruthenſis ſilva Tungrorum. *S. Evermarus occiſus* 120 d e 124 d 129 e

S.

SArdica. *Concilium in cauſa S. Athanaſi* 212 d
Savona limes Imperii & regni *Gallici in Liguria. 12 ſec.* 482 d 483 f
Saxum-ferratum opp. Piceni. *B. Alexander Ordinis Minorum ſepultus* 778 a
Scopulæ in Italia. *Corpus S. Floriani Mart.* 467 f
Scotia. *S. Germanus Ep. Mar. Ambiani* 259 c. *Patria B. Alexandri Ciſtercienſis* 434
Scythia. *S. Philippus Apoſt. prædicat.* 10 c 12 a 17 c
Scythopolis ur. Palæſtinæ. *SS. Aphrodiſius, Meldas, Macrobius, Valerianus, Leontius, Antonius & alii 60 Martyres* 459
Seligenſtadium monaſt. ad Mœnum 511 d 512 d
Senogallia ur. Italiæ. *S. Paulinus Epiſcopus* 499
Senonum ur. Galliæ. *Reliquiæ S. Quiriaci Ep. Martyris, ſed cujus?* 792 d
Serrinium vicus Galliæ in diœc. Turonenſi. *An caput S. Athanaſii* 258
Servii populi 680 c
Sigetum ur. Croatiæ & Pannoniæ, *à Solimanno capta* 639 d
Skape locus Poloniæ, *Cultu & miraculis Deiparæ celebris* 571 a 579 d e
Slavia regio ad Albim & mare Balthicum 526 c e
Smolenſcum ur. Ruſſiæ. *Digitus S. Sigiſmundi* 90 f
Soncinenſis conventus. *Prior olim B. Pius V* 620 d
Stabium ur. Campaniæ 396 b
Stryen Comitatus in Belgio 429 c
Sulmona ur. Italiæ. *B. Philippus Aquilanus* 548
Sutrinus. *B. Pius V Epiſcopus* 624 a 693 f

T.

TAphnes in Ægypto. *S Ieremias Propheta* 5
Tarnada opp. prope Agaunum 84 b
Tarviſium. *Corpora SS. Florentii & Vindemialis Epiſc. Confeſſorum* 270
Tarnenſis pagus in Morinis 279 e
Tarſus ur. Ciliciæ. *S. Pelagia Virgo Mart.* 453
Taurinum. *Capella & feſtum S. Iuvenalis Conf.* 415 c
Tegerenſe monaſt. Bavariæ, *à S. Godehardo reformatum* 506 b 507 c
Terracina *excipit Papam* 484 b 485 c
Teſterbantia Comitatus Belgii 430 a c d
Thebais. *SS. Timotheus Lector & Maura uxor Mart.* 375
Thorenſe monaſt. in Belgio 429 b c
Ticinum. *B. Pius V docet* 620 b
Toloſa. *Reliquia S. Philippi an Apoſt.* 11 c. *S. Iacobi* 28 f *Cultus & venerario S. Orientii Ep. Auſciorum* 60 b f 68 f
Toloſa caſtrum aut opp. Bæticæ 267 c
Treviri. *Depoſitio & oſtenſio prima Tunicæ Chriſti* 2 b. *S. Theodulphus Presb. apud Prædicatores* 99. *S. Athanaſius* 28 *menſibus degit* 202 f
Trecæ. *S. Helena Virg.* 530. *An S. Helenus anachoreta* 531. *Vertex capitis S. Philippi Apoſtoli* 11 b
Tir-Amalgadia ditio Conactiæ 10 b c
Tribinia ur. Dalmatiæ 396 a
Tridentinum Concilium *jubet promulgari & obſervari Pius V* 632 b 636 c
Tripolis. *Turcis ſubjecta* 670 b
Tunetum. *Turcis ſubjectum* 670 b
Tungrenſis ager. *S. Evermarus* 120
Turagium in Luſitania. *S. Columba ejuſque ſoror Martyres* 44
Turonenſis ur. Galliæ. *S. Antonius Abbas* 498
Turricinus pagus Helvetiæ 291 b 299 c
Tyrus. *Concilium contra S. Athanaſium* 196 a

V.

VAda portus in agro Piſano 482 f 488 f
Vaber. opp. Galliæ. *9 ſec. Abbatia, 14 ſec. Epiſcopatu decoratum. Corpus S. Africani Ep.* 64
Vallis Telina hæreſi infecta 16 ſec. 621 c
Vapincum ur. Galliæ. *S. Aregius ſive Aredius Ep* 107
Veneris portus apud Genuenſes 482 f 483 f
Venetiæ. *Corpus S. Athanaſii in æde ſanctæ Crucis* 250 d e f. *Digitus in eccleſia S. Laurentii* 251 a
Verona. *S Viola Virgo Mart.* 383
Veruculum in finibus Urbinatium. *B. Gregorius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini* 135
Vicentia. S. *Vrſius* 426
Viglebanenſis conventus. *Prior B. Pius V.* 620 d 621 a
Vicentia. *Corpus S. Floriani Mart.* 467 f
Vivarium ur. Galliæ. S. *Andeolus ſubdiaconus Martyr* 35. *Caput S. Florinæ* 755 d
Ultrajectum. *B. Aufridus ſive Anfridus Ep.* 428
Vogeria olim Vicus-Iriæ. *B. Pius V habitum Prædicatorum ſumit.* 620 a
Vulturena vallis, *hæreſi infecta* 661 f

W.

WAraſcum pagus Burgundiæ 281 f 282 e
Warſavia ur. Mazoviæ. *B. Ladiſlaus Gielnovius* 860. *Ordini Minorum admiſſus* 860
Weſterlo pagus Brabantiæ 429 e f 430 a
Wilaria monaſt. Ciſtercienſe in Auſtria 466 b f
Wonſtorpenſe monaſterium Weſtphaliæ 525 b 526 d

Z.

ZAcynthus *à Turcis infeſtata* 680 f

INDEX ONOMASTICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I MAII.

A.

ACcordum, *conventio* 64 e
Amphibalum, *pallium* 284 e
Almiaco, *pellis canonicalis* 779 e
Angaria, *anxietas* 783 c
Antianus, *ſenior*, *ſenator* 399 e
Antiſcopus, *Pſeudo-epiſcopus* 149 f 151 e
Apoſtemæ, *apoſtemata*, 539 b
Apodiſſa, *ſcheda de receptione pecuniæ* 397 b
Apparſus, *qui apparuit* 402 f
Appendiciæ, *appendix* 429 d
Appodiare, *adniti* 786 b
Aqualentus, *hydropicus* 294 b
Argilleus, *argillaceus* 784 c
Aſciola, *ſecuris* 290 d
Aſinulus, *Aſellus* 133 f
Attitulare, *ſignare* 56 d
Auctorabilis, *fide dignus* 526 a
Auctoraliter, auctorabiliter, *perite* 285 b 296 e
Augmentari, *augeri*, *creſcere* 278 f

B.

BAcilè, *pollubrum* 400 a
Bajulus, *Prætor* 391 d
Balza, *rupes* 345 e
Bandire, *proclamare* 356 d
Banderia, *vexillum* 269 a
Bannum, *proclamatio* 345 e
Bannus, *interdictum* 508 e 510 d
Barcherolus, *nauta* 345 b
Bava, *ſpuma* 253 f
Baylus, *prætor* 64 e
Beſonds, *Byzantinus*, *genus pecuniæ* 64 e
Biretum, *pileolus quadratus* 340 f 768 b 779 e
Birotum, *plauſtrum* 392 c
Bladum, *frumentum* 63 a
Blaveus, *ceruleus* 774 e
Boia, *manica* 372 f
Bolletta, *cera ſigillaris* 401 f
Bortone, *ſcipio* 396 e
Branchada, *feretrum* 65 c
Brevis, *phylacterium* 750 b
Brigata, *ſocietas*, *turma* 396 e
Buffectus panis, *ſiligineus* 339 a 340 b

C.

CAminata, *cella cum camino* 304 a
Camiſia, *induſium* 781 d
Camix, *induſium* 768 d
Canatiglia 768 d
Canipa 159 e
Capiſterium, *alveolus ligneus* 342 f
Capitanata, *vicus* 541 b
Carnifex, *lanio* 102 f 779 b
Carena, *Quadragena indulgentiæ* 500 a
Caſſa, *capſa* 331 a
Candararius, *Syrma tollens* 768 e
Cautificare, *admonere* 196 c
Celleraria, *proma-conda* 766 a
Cerifex, cerajolus, *cerarius* 347 b 746 f
Cernita, *concilium*, *deliberatio publica* 404 a
Certiorare, *certiorem facere* 767 b
Circulare, *circumdare* 192 d
Clauſula, *parvum clauſtrum* 286 f
Collateralis, *uxor* 774 c
Collationare, *conferre cum ſcriptura originali* 722 f
Coloriſta, *tinctor* 788 f
Commentaria, *Carceres prætoriani* 229 f
Commentarienſis, *Præfectus carceris* 373 c
Concambium, *commutatio* 510 c
Confrontari, *conjungi* 64 e
Conſecretalis, *particeps ſecreti* 124 a
Conſulta, *deliberatio* 616 c
Contentari, *contentum eſſe*, *acquieſcere* 319 a
Conthoralis, *uxor* 774 b
Contrata, *platea* 541 b
Coquinarius, *coquus* 790 b
Cordo, *cingulum* 768 d
Coronix, *limbus* 713 c
Coſmus, *mundus* 114 c
Cotta, *ſuperpelliceum* 399 e
Craſſare, *impinguare* 54 a
Creperum, *multum*, *valde* 305 a
Crinale, *cereus circum volutus baſili* 779 b
Criſpa plica 767 e
Cryptuncula, *parva crypta* 405 c
Cuba, cupa, *vas ligneum* 295 b 307 f
Cugnus, *moneta* 65 c
Cupha, *ſcyphus* 519 d
Curia, *domina* 16 e
Curioſus Imperatoris 200 c
Cuſſinum, *pulvinar* 349 f

D.

DEcretare, *decreto firmare* 722 b
Defenſaculum, *munimen* 77 d
Deliberatio, *delivrance*, *juſſio ſolvendi* 397 b
Depalare, *manifeſtare* 53 d
Depoſitare, *in depoſitum dare* 336 b
Diabolizare, *obſideri à dæmone* 298 a
Dietim, *quotidie* 510 b
Diffidatus, *depoſitus*, *deſperatus* 347 f 746 b
Diſparilitas, *diſparitas* 56 e
Diſtemperantia, *intemperies* 17 d
Doleator, *vietor* 790 d
Domus cellus, *nobilis* 340 e
Drappus, *pannus* 71 c

E.

ELinguitas, *infantia* 71 c
Epromptuare, *divendere* 782 f
Ermeſinus, *ſericus pannus ſubtilis* 768 c
Ethica febris, *hectica* 746 a
Ethicus, *hecticus* 101 f
Exemplare, *tranſcribere* 405 c
Exenium, *munus* 78 f
Experimentare, *experiri* 746 b

F. Fa-

F.

FActurari, *fascinari* 339 d
Fanon; *mappula sacra* 287 f
Fazoletum, *sudarium* 750 a
Feriare, *celebrare* 511 c
Fettuccia, *segmuntum subtile* 401 f
Fiduciatus, *fiduciam habens* 510 d
Filaticcium 768 c
Firmare, *sistere* 345 e
Firmitas, *diploma confirmationis* 275 f
Fixare oculos, *in unum obtutum defigere* 717 a
Foca, *Veneticum littus* 254 d
Foresta, *silva* 159 f 430 d
Fossatum, *fossa* 526 e
Frangiæ, *limbi è serico vel aureo filo texti* 768 d
Fraudatus, *adulterinus* 347 e
Frigoreticus, *febrilis, febriens* 85 b 302 d
Frigoreticus, *rheumaticus* 722 c
Fuca, *sinus Veneti pars* 253 d
Fucina, *officina* 325 b
Fustein, *panni genus* 774 c

G.

GAnta, *anser silvestris* 278 e
Garsiones, *prædones* 148 d
Grappus, *uncus* 399 e
Griseus, *cinereus* 774 c
Grossus, *grandis* 790 a
Guaina, *vagina*. Guainarus, *vaginarum factor* 345 c 347 a
Guanciale, *pulvinar* 349 f
Guerræ, *bella* 395 d
Gurgulio, *gula* 388 d
Gutta, *arthritis* 293 a

H.

HOlographus, *propria manu totus scriptus* 219 e
Hospitale, *diversorium* 735 a
Hymnizare, *hymnos canere* 149 a

I.

IMpensatus, *inopinatus* 404 b
Incallitus, *callo obductus* 539 a
In circa, *circiter* 341 f
Inficiatrix, *accusatrix* 298 a
Inthronizare, *in thronum & possessionem inducere* 97 c
Invulgare, *divulgare* 338 a
Joeale, *res pretiosa* 66 e 64 f

L.

LAborerium, *opus* 397 a
Lamiari, *fascinari* 339 d
Lampificus, *splendidus* 54 a
Ledones, *minores undæ* 96 d
Lepraticus, *leprosus* 58 e
Limare, *limis intueri* 98 d
Logia, *porticus* 338 d 339 f
Lubricamentum, *lubricitas* 55 e
Luctivagus, *mœstus* 59 c
Luchetum, *sera sarcinaria* 400 b

M.

MAlinæ, *majores undæ* 96 d
Manlus, *prædium* 79 f 505 f
Mantementum, *conservatio* 536 a
Manutergium, *mantile* 790 c
Marangon, *naupegus* 255 f
Marapetinus, *vulgo* Marvedis, *nummi Hispanici species* 763 c
Marguellarius, *adituus* 67 b
Matricula, *index, catalogus* 774 a
Mattoni di Mezzanelle, *lateres mediæ magnitudinis* 404 e
Mausolum, *tumba* 392 b
Molendinum, molendinarius, *mola, molitor* 342 c
Molliditas, *mollities* 73 a
Monachari, *monachum fieri* 592 c
Morigerare, *morem gerere* 299 f
Mozetta, *pellis canonicalis* 791 e
Mugulare, *inarticulate loqui* 348 c
Mulettinus, *parvus mulus* 342 b
Multocius, *cito* 73 f
Mumia, *cadaver exuccum* 539 c
Murare, *fabricare* 404 f
Murator, *faber muratius* 782 f
Muron, *genus aurei francici* 64 f 65 b
Muzzetta, *mantellum episcopale* 399 c

N.

NIcromantus, *magus* 339 b

O.

OBlatæ, *hostia sacrificales* 287 f
Obstinacia, *pertinacia* 530 e
Octuale cerevisiæ, *mensura genus* 788 b
Ocularia, *conspicilia* 341 b
Oleatrix, *olei venditrix* 790 b

P.

PAlla grossa, *pila major* 349 b
Palliger, *Archiepiscopus* 508 f
Particum, *deliberatio* 338 e 339 340 b
Pastoria, *Parochia, Pastoratu* 774 c
Pectinator, *faber pectinum* 788 a
Pedagium, *tributi genus* 652 e
Pelliciolum, *pera ex pellibus* 488 c
Pellifex, *pellio* 790 b
Peniculamentum, *corrigia* 341 b
Peota, *navis oneraria* 254 d
Perdonare, *donare* 429 d
Pergulum, *suggestus* 159 d
Perla, *gemma* 88 e
Pestilentiatus, *peste contactus* 342 e
Pestilentiarius, *idem* 343 c
Peticularis febris, Petecchialis, *pestilens febris cum maculis* 716 c 718 c
Phalangæ, *trabs pensilis ad aquam hauriendam* 783 e
Phaleramentum, *ornatus* 276 c
Pharones, *naves noctu lucem ferentes* 688 d
Philargyria, *avaritia* 298 b
Piegas, *plica* 767 c
Pierium, *studium* 307 b
Pittacium, *scheda* 294 c
Planeta, *casula sacerdotalis* 768 d
Plica, *morbi genus* 603 e
Polpacruris, *sura* 332 c
Pompaticus, *splendidus* 71 e
Pontaiolum, *tigillus* 404 e
Posterne, *retro* 397 c
Potestas, *Prætor* 16 f
Postitium, *postica* 483 c
Potestative, *cum potestate* 511 d
Potirium, *potio* 308 a

Precamen, *oratio, precatio* 773 a
Principari, *dominari* 124 f
Procura, *mandatum procuratorium* 714 c
Profluitas, *abundantia* 61 c
Propaginare, *propagare* 17 d
Protocollum, *Regiſtrum publicum* 405 c
Pſallentium, *pſalmodia* 84 d
Pugnizari, *pugnis cædi* 146 e
Puteolana, *arena cæmentaria* 404 a

Q.

QUantoties, *ſæpius* 514 f
Quartale anni, *trimeſtre* 790 d

R.

RArenter, *raro* 73 a
Raſor, *tonſor* 782 b
Ralum, *corium* 768 c
Recidivare, *recidivam pati* 746 a 785 b
Recompenſa *compenſatio* 772 f
Recuperare, *ſe recipere, fugere* 159 d
Regiſtrare, *referre in acta* 345 d
Regratiari, *gratias agere* 789 e
Relicta, *vidua* 790 a
Reliquium, *reliquia* 160 b
Repatriare, *redire in patriam* 295 e
Ricamum, *opus phrygionicum* 768 d
Riga, *ſulcus, linea* 114 d
Rocchetum, *ſuperpelliceum Epiſcopale* 399 e
Rogitus, *inſtrumentum notariale* 171 d 536 f
Ronzenus, *equus ſarcinarius* 396 e
Rumor, *rheuma* 517 a

S.

SAlarium, *ſtipendium* 396 f
Saluts, *genus pecuniæ Gallicæ* 64 e
Sangalla, *telæ genus* 401 b
Scanna, *ſcamella* 750 e
Scaffale, *ſcamellum* 750 e
Scaligradium, *ſcalæ* 344 f
Schaphiſterium, *alveolus ligneus* 342 f
Scarantia, *morbi genus* 717 f
Scarpellinus, *latomus* 538 c
Salivares, *frænum* 447 f
Schena, *lumbi* 539 c
Sciaticus, *Iſchiadem patiens* 347 f
Semiſſecla, *dimidium ſicli* 298 c
Senior, *dominus* 287 e
Sententiare, *ſententiam ferre* 615 a
Sequipedes, *pediſſequi* 385 b
Sero, *veſpera* 343 f
Serator, *ſeratius faber* 788 c
Serra, *rupes* 41 a
Servimen, *ſervitus* 503 f
Situatus, *poſitus, ſitus* 767 b
Smigmator, *confector ſmigmatis* 783 e
Solatiari, *conſolari* 108 f
Soma, *corpus* 156 d
Sotulares, *calcei* 484 b
Spatula, *humerus* 348 b
Specificare, *ſpeciatim notare* 767 c
Spondilia, *colli vertebræ* 526 e
Squinantia, *angina* 338 e 783 a
Stallum, *ſedile* 65 c
Stuba, *conclave* 790 d
Subadjuva, *ſubcenturio* 461 c
Superſtans, *Præfectus* 397 a
Suſpectus, *ſuſpicio* 306 f

T.

TAbernator, *caupo* 782 b
Taffera, *pannus ſericius* 400 a
Talcum, *vitrum foſſile ſeu Moſcoviticum* 400 f
Taſtartz, *genus pecuniæ Gallicæ* 64 e
Taxare, *æſtimare* 114 d
Témperius, *citius* 126 a
Terzen, *macceria* 253 f
Theriſtrum, *peplum tenue* 284 e
Tina, *vas ligneum ſeu dolium* 300 a 526
Tonacella, *tunicella* 768 b
Tonſorare, *Tonſuram clericalem dare* 51 d
Torciæ, *faces* 404 c
Tornare, *vertere* 526 e
Tranſlatare, *transferre* 767 a
Tranſumptare, *tranſcribere* 405 c
Travertinus, *Tiburtinus lapis* 404 e
Typus, *febris* 389 b
Typus quaternus, *quartana febris* 87 f
Verboſari, *garrire* 449 f
Vermina, *vermes* 392 d
Vittatorius, *vittatus* 284 e
Vivarium, *piſcina* 301 f

ONOMASTICVM GRÆCO-BARBARVM.

Ἀνῶνα, *ſtipendium militare* DCCXLII c
Δέξ, *Dux* DCCXXXII f
Ἐμπηςικὸς, *peſtilens* DCCXXXIV b
Κακηνκάκως, *male* DCCXLV a
Καπικλάριος, *cuſtos carceris* DCCXLV b
Κενλυρίων, *Centurio* DCCXXVI
Κιβώριον, *dimenſum* DCCXXXVII c
Κολόβιον, *colobium* DCCXXIII f
Λένλιον, *linteum* DCCLI e
Μαγίςρος, *magiſter* DCCXXIII f
Μαφόριον, *pallium* DCCXLI e
Ὀπτίων, *Præfectus annonæ* DCCXXVI a
Ὁμάζειν, *deſpondere* DCCLI e
Παλάτιον, *palatium* DCCXXIII f
Περνιζεῶτι, *conculcari* DCCXLV c
Σύβλιος, *ſubila* DCCXXI c
Φοῦρνος, *furnus* DCCXX c
Φοῦρνος, *fornax* DCCXLIX

INDEX
MORALIS.

A

ABbatis *munus subire diu detrectat S.Godehardus, & susceptum præclare administrat* 505 e f. Abbates *potissimum Benedictini indicantur ubique suis locis*

Absens *novit S.Wiborada gallum in periculo ne devoretur à vulpe, & curat liberari* 287 d

Abstinentiam *nimiam, quia Deus vult corpus reſici, jubetur mitigare S.Wiborada* 299 d

Abulus *Hispaniæ edictis Pii V coërcentur* 653 d

Acta Sanctorum *scribenda ad amorem virtutis & exemplum sumendum* 561 d e, *& ad bene merendu de Sanctis* 562 b, *ut fama gentis, in qua quisq; vixit, promoveatur* 561 f, *ad imitandum præposita* 503 e. Acta & exempla Sanctorum *utilia ad Christum adducunt* 122. Actis Sanctorum *à nobis editis & edendis summe addicti Ignatius Ab. Montis-Angelorum in Helvetia* 309 b. *Antonius Magliabechi* 310

Acta fabulosa *omissa S.Helenæ Virginis Trecensis* 530 f 591 a b, *S.Commii seu Comitii Mart.*40 b. *S.Iustini Mart. in Novempopulania* 48 d, *S.Orientii Ep. Auscitorum* 61 a. *S.Africani* 67

Acta apocrypha *S.Iudæ Quiriaci Ep.Mart.*445. *Synodi Provincialis in Vita S. Theodardi* 152, 153. *Acta suspecta S.Vrsii* 427. *S.Pelagiæ Virg.Mart.*454, *aliquot capita Actorum S.Theodardi* 141 c d e 144. *Acta S. Flaminæ Virg. Mart.* 182

Accuratus *& solers in negotiis Ordinis peragendis B.Ladislaus Gielnovius* 367 f, 568 a b

Adulteros *compescit Pius V* 704 f

Æger *ad mortem Carolus IV Imp. oblatis S.Sigismundo donis sanatur* 89 f. Ægris *maxime contagiosis benefacit Pius V* 699 e. Ægros *pauperes humeris fratris allatos benigne suscipit, alit, ministrat S.Wiborada* 285 c

Ætatis *anno* 118 *Grandævus obit B. Gregorius Augustinianus* 536 d. *Ætate nonagenarius obit lætus S.Theodulphus* 99 a

Agnos Dei *consecrat ager B.Pius V* 691 e, *& utiliter in milites distribuit* 650 d, *tactu sanatur lapsus in ignem combustis facie, naso, oculo, aure* 719 d

Agriculturæ *insudat annos* 22 *S.Theodulphus dein Abbas* 97 a, *ejus stimulus terræ fixus assurgit in arborem* 97 b. *Hujus excisor fit cæcus* 97 b. *aratrum medetur dentium doloribus* 97 d

Alapis *cæditur S.Antonina* 381 b

Altare *privilegiatum S. Iuvenalis Gregorius* 13 *facit* 395 e f

Amentia *tollitur ope SS.Gumberti & Bertha* 117 c. *S. Antonini* 324 d, 348 b, 349 d e, *invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 608 a b. *B.Stanislao Canon. Regul.*781 f 782 a c, 784 d e.

Amor *Alexandrinorum & Ægyptiorum erga S.Athanasium reducem* 218

Amoris divini *fervorem in aliis excitat B. Ladislaus Gielnovius* 578 b c

Anathematum *multitudo maxima ad sepulcrum S.Antonini* 350 d e 351 c

Angelus *prædicit nascituru S.Briocum* 92 f. Angeli *monitu monasteriu construit S.Mareulphus* 77 b. Angelus *offert duplex sertum S.Amatori & Marthæ sponsæ virginitatē amplectentibus* 53 d *fert panes Fratribus Minoribus orante B Zacharia* 776 b. Angelos *cãtantes initium Psalmi* 21 *audit S.Wiborada* 299 e. Angelorum *choro interesse visus S.Aregius* 110 f. Angelus *deducit S.Helenã vigide jejunantem ad refectionem* 532 a d. Angeli *monitu in Armoricam migrat S.Briocus* 93 f. Angelus *à naufragio liberat S.Aregium* 109 f *ducit S.Alexandrum Papam ad S.Hermetem Præfectum Vrbis* 372 b. Angelos *supra domunculam pauperis viduæ videt S.Antoninus* 33 d e *& ea remissius agente cessisse dæmoni* 336 c

Angelus *post duplicem dæmonis tentationem ostendit S. Mauræ pendenti cum S.Timotheo marito in cruce thronos in cælo paratos* 379 a b e *animas utriusque suscipit* 379 d. Angeli *cantant moriente sorore S.Wiboradæ* 284 c 296 a. Angeli *S.Brioci animam instar columbæ in cælum deferunt* 94 a *monent Sacerdotem, ut corpus S.Evermari elevet, & incredulum* 3 *vice verberibus castigant* 127 *ab* Angelo *confortatur inter tormenta S.Hypolistus* 42 d. Angelico *concentu cohonestatur corpus B.Mafaldæ in Translatione* 766 c

Angina *ob blasphemiam contra B. Stanislaum Canon. Regul. accepta, eo invocato curatur* 783 a

Anima *S.Antonini visa in cælum ferri & alterius in purgatorium* 323 e, 347 c d

Animum *imperturbatum in omnibus negotiis servat S. Antoninus Archiep.* 317 f

Annorũ 81 *S. Eventius generose martyrium subit* 374 e

Anniversarium *diem celebrari placet S.Wiboradæ apparenti* 291 f, 307 b

Anserem *Silvestrem ad se adduci jubet, & unum occisum resuscitat S. Wandelbertus* 278

Apoplexia *sublata tactu calceamenti B.Pii V* 718 e *ope S. Antonini* 324 d

Apostata *Ordinis & fidei fama mortis gloriosæ S.Antonini commotus ad pœnitentiam, Martyr obit Tuneti* 344 e

Apostatis *Regularium propria sancit Pius V* 634 a

Apostemata *curata invocato B.Stanislao Can.Reg.*790 f.

Apostoli *S.Philippus Martyr Hierapoli* 7. *S.Iacobus filius Alphæi, Martyr Ostracinæ* 18. *Quomodo S.Iacobus frater Domini & S.Paulus Apostoli dicantur* 25 e

Apprecatio *mercedis à Deo scripta præponderat pomis multis in lance positis à S Antonino* 341 a

Aprum *mitem reddit S.Aregius* 110 a

Aquæ *bibendæ cupiditatem refrænare edocta S.Monica puella* 475 a

Aquila *servat corpus S.Floriani Mart.*463 c 465 d 467

Arthetica gutta *curata invocato B.Pio V* 719 b

Asino *vectus in triumpho regreditur Alexandriam S.Athanasius* 218 d

Avari *hominis vinum imprecatione exsiccat S. Germanus Ep. Mart.* 267 f

Audientiæ *omnibus dandæ impendit unam in hebdomade diem Pius V* 704 c

Aves *sibi familiares habet S.Philippus Presb.* 424 b

B.

BAptizat *ludo S.Athanasius puer catechumenos, & rite baptizati censentur* 188 d e. Baptizatus *& oleo unctus à S.Amatore energumenus liberatur* 54 f *ut* Baptizetur *S.Pelagia, fons erumpit* 455 e

Baculo *suo submisso sanat B.Rachildam ægram S.Wiborada* 302 f 303 a b. Baculus *subito virescens indicat sanctitatem Peregrini* 157 d e

Bellici *tumultus sedati implorato S.Floriano* 462 b 467 e

Beneficia *quomodo resignanda præscribit Pius V* 633 c *prohibet eorum nundinationes* 635 c *& à laicis & feminis possideri* 641 a

Beneficus *erga tenuiores Prælatos, loca pia, puellas & omnis generis pauperes, catechumenos, neophytos & ægros contagiosos B.Pius V* 699 b c d e

Benignus *in cauſis omnium & erga omnes S. Antoninus Archiep.* 317 d
Bibliothecæ *ab hæreticis combuſtæ* 644 b
Blaſphemus *in Deiparam fit mutus & demens, ac pœnitens ſanatur* 581 a b, *in S. Antoninum cancro perit* 350 f, *alius in morte pœnitens* 351 b *ob* Blaſphemias *in S. Antoninū ferri fundendi fluxus ſiſtitur, ejus benedictione reſtituntur* 324 e
Boves *immobiles avehentes lapides, coguntur eos S. Evermaro relinquere* 135 b c. *in* Bove *æneo accenſo immiſſa S. Pelagia Martyr obit* 457 d e
Brachii *dolor tollitur invocato B Staniſlao Canon. Regul.* 782 a 783 c 785 f 786 a 788 d 789 e. *S. Helena Trecenſi* 794 d. Brachii *cubitus male affectus attactu ferrei cinguli B. Gregorii Veruculenſis ſanatur* 538 a b c, *alterius brachium curatum* 543 c. Brachium *attractum curatur ad corpus S. Antonini* 343 e, *item fractum* 349 b
Bulla *Cœnæ Domini ex antiquo uſu Eccleſiæ* 651 e f, 652

C.

CÆcus *altero oculo ſanatur invocato S. Philippo Apoſt.* 17 e. *S. Theodulpho* 98 c. Cæci *illuminantur ope S. Theodulphi Presb.* 101 e, 103 a. *B. Staniſlai Canon. Regul.* 783 c f, 786 f, 787 c, 788 a, *Helenæ Trecenſis* 794 e f, 795 f, *ope S. Evermari* 132 a. Cæcum *ſigno Crucis illuminat S. Amator* 57 f, 58 a. Cæca *è cruciatu oculorum brevi moritura ſanatur ope S. Evermari* 137 f, 138 a b. Cæca *& paralytica ſanatur à S. Germano Ep. M.* 267 e. Cæci 2 *ad Reliquias S. Wandelberti* 281 d. Cæcus *arrepto pulvere ſanguinolento S. VViboradæ illuminatur* 290 e, 305 d. Cæca 5 *annis nutrix filiæ S. Hermetis illuminatur à S. Alexandro Papa* 372 d, *alii ope S. Genii* 385 f. Cæci 25 *ope S. Philippi Presb.* 424 f. 426 a. Cæcus *fit carnifex præcipitans in flumen S. Florianum* 465 d. Cæci *ad ſepulcrum S. Godehardi illuminantur* 518 a d, 524 a 525 a 527 c d. Cæcam *luto cum ſputo mixto liniens oculos & invocato Ieſu ſanat* S. *Godehardus* 520 d. Cæcutiens *ſanatur ope S. Athanaſii* 256 e, *S. Monicæ* 491 a b
Calculoſi *ſanantur ope B. Ladiſlai Gelnovienſis* 609 f. *S. Helenæ Trecenſis* 596 a. Calculo *laborans, & ſanguinem pro urina reddens ſanatur ope B Gregorii Veruculenſis* 548 b d. Calculoſa *lapidibus 2 magnis emiſſis liberatur ope S. Godehardi* 524 d
Calumnia *illata S. Athanaſio de Arſenio Ep. occiſo* 194 e f, 195 a b, 197 b c d e, *de ſtupro mulieri illato* 196 d, 197 f, *de vi aliis illata* 194 e, *de ordinatione ſubreptitia* 196 f, 197 f, *& abdicatione* 201 e, *de calice apud Iſchyram fracto* 198, *apud Mareoticos* 199, 200, *de cæde ejus cauſa Alexandriæ facta* 205 d, *& frumento ſubtracto* 205 e. Calumniam *paſſus quaſi filium genuiſſet Pius V* 708 b c. Calumniatrix *impudicitiæ accuſans S. VViboradam amens efficitur* 297 d e f
Campanæ *nemine trahente pulſantur moriente S. Aldebrando* 159 f, *furto ablatæ alibi non edunt ſonum* 160 b. Campanæ *ultro ſonant ab Angelis pulſatæ in morte B. Vivaldi* 162 a, *in adventu corporis B. Gregorii Veruculenſis* 536 d
Cancri *morbus curatur ope S. Theodulphi Presb.* 102 e
Candela *tertio cælitus accenditur ad ſepulcrum S. VViboradæ* 306 d
Canis *rabidi morſu vulneratum ſanat S. Marculphus* 74 b c, *S. Briocus* 93 e, *Geraldus* 756 c
In Canonicatu *adeundo impeditus, invocato S. Antonino obtinet* 332 b
Pro canonizatione *S. Antonini fit accuratus Proceſſus teſtium* 48 *ex omni Ordine præcipuorum, coram Cardinalibus, Epiſcopis & aliis à pag.* 335 *ad* 351
Proceſſus Romæ iterato examinati 352, 343. *Indicto jejunio & precibus declaratur Sanctus* 353, 354
Cantilenas *componit, & poſt conciones cantari mandat B. Ladiſlaus Gielnovius* 575 a b c, *item S. Adalbertus Archiep.* 575 d e, *& Bartholomæus Nowodworki procuratis Indulgentiis* 575 e
Capillos *tactu albos efficit S. Theodulphus* 98 b
Capitis *vertigo curatur ope S. Theodulphi Presb.* 101 a *dolor ope S. Athanaſii* 256 a, *invocato B. Staniſlao Canon. Regul.* 782 d, 784 a c, 786 a, 787 a, d e, 788 e f 793 b, *ope S. VViborada* 307 e. *S. Antonini* 344 a c *item contuſio* 349 b, *ope B. Gregorii Veruculenſis* 542 f, 543 a b 547 d. Capitis dolores *cum amiſſo viſu alterius oculi curati invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 601 b, 611 b. Capitis dolor *ſigno Crucis pellitur à Pio V* 712, *eo a morte invocato* 716 d, 719 f, 778 a d e f
Capite *abſciſſo Martyr S. Hypolitus* 42 e. S *Batas Perſa* 46 c. Capite *inverſo ſuſpenditur S. Timotheus Lector* 37 b. Capite *plexi S. Silvanus Ep Gazenſis & 39 aut 40 alii* 468 b e. *Heraclius, Iuſtus, Maurus* 452. SS. *Aphrodoſius, Leontius, Meldus, Valerianus* 459 c f. S. *Quirinus Tribunus*, S. *Hermes Præfectus Vrbis* 373 f. SS. *Eventius & Theodulus* 375 a. *Milites triginta a S. Genio baptizati* 385
Caput S. *Iuvenalis Conf. in proceſſione deferentes, à glandibus ſcloporum intacti* 417 c. Caput S. *Andeoli in Crucis modum ſciſſum* 39 a
Captivi *liberantur aperto carcere ad delationem corporis S. Amatoris* 59 e, *invocato S. Godehardo* 526 a b c, 528 d e, *& B. Michaële Gedrocio* 558 e. Captivis *redimendis ſuos & Eccleſiæ reditus impendit S. Theodardus* 150 f, 151 a. Captivis *Chriſtianis & reis ad triremes damnatis ſuccurrit Pius V* 700 b. Capturi *triginta milites convertuntur & Martyres obeunt* 385
In Carcere *mortui SS. Saturninus & Neapolus* 180 b e
Cardinales *fieri Principum filios diſſuadet B. Pius V Cardinalis* 626 a b, *adhortatur ad Vitam rectè inſtituendam* 630 f, 631 a
Caritas *S. Aregii erga monachos in Angliam deſtinatos* 108 e f, *ob* Caritatem *leproſo ingrato factam, intelligit cordonem ſibi meritis æqualē S. Antoninus* 336 c d
Caſtitatis *amore è familia excludit mulieres & pueros S. Antoninus* 328 d, *exemplo SS. Nicolai, Dominici, Thomæ Aquinatis* 328 f. Caſtitatis *amator & cultor B. Ladiſlaus Gielnovius* 572 a b c
Catechiſmum *ad Parochos vulgat B. Pius V* 632 d
Catechumenis *& neophytis beneficus Pius V* 699 c
Catarrhus *cum diſtillatione in oculis & auricula ſublatus invocato B. Pio V* 717 f, 718 a c
Cathedra *S. Iacobi Hieroſolymis poſtmodum in honore* 27 d
In Cella *arctiſſima ſolitarius vixit S. Antonius Abbas Turonibus* 498 f
Cenſus *pauperum Cardinalium & Iudicum Rotæ auget Pius V* 629 a
Cervi *divinitus ſubmiſſi ferunt corpus S. Kellaci ad ſepulturam & cuſtodiunt* 107 b c
Cervorum *ludus in annua feſtivitate S. Evermari* 138 d e f, 139
Cereviſia *reſtituitur invocato B. Staniſlao Can. Reg.* 782 a
Cervical *tinctum ſanguine B. Ladiſlai Gelnovienſis ægrum ſanat* 595 a
Chriſtus *Redemptor cum SS. Petro & Paulo & Angelis viſus in pugna cum Turcis ſub Ioanne Auſtriaco* 689 d
Chriſti crucifixi *imaginem exoſculans moritur S. Antoninus* 323 d. Chriſti *imaginem ſibi loquentem audit B. Ladiſlaus Gedrocius* 555 b *B. Zacharias Ord. Minorum* 776 c d. Chriſti paſſionem *cum lacrymis recolit S. Monica* 481 a, *expendens patitur exceſſum mentis B. Ladiſlaus Gelnovius* 581 f *die Paraſceves in concione de flagellatione Chriſti apparet pendulus in aëre, inde æger obit* 585 586. Chriſti *Paſſionis Evangelicam*

gelicam historiam curat ante obitum legi B.Pius 693 c. Christi *crucem continue ante se habet* 697. *Crucis pedes veneno infecti, divinitus retrahuntur* 715 b *à* Christo *de morte monitus invitatur ad gloriam B. Stanislaus Canon. Regul.* 780 f

Cibaria *ex farina, oleo & melle confecta tempore famis jussu* S. *Antonini pro hospitibus per 7 annos non deficiunt* 343 a

Cibum *fastidientem ægram pane oblato sanat S.Wiborada inclusa* 286 f. Cibis *vilioribus sic assuetus, ut delicatiores non discerneret*, S. *Antoninus* 328 a, 329 a

Cilicium S. *Wiboradæ pro Reliquiis habitum* 283 e, *in eo vulnerata obit* 290 d

Claudus *custos sepulcri S.Godehardi, eo invocato sanatur* 517 d e f, *alius claudus* 518 a, *liquore S.Iuvenalis unctus sanatur* 394 a b. Claudi *octo sanati ope* S. *Godehardi* 524 a b c, 525 e, 527 b; *ope B. Gregorii Veruchiensis* 542 a b, *B. Michaëlis Gedrocii* 557 d. Claudus *& monoculus sanatur ope S. Philippi Presb.* 425 a. Eundi *facultas reddita ope S. Helenæ Trecensis* 734 b c d, 795 c d e

Clemens *& lenis etiam erga de se male meritos, & injuriam inferentes Pius V* 703 c d e f

Clericos *fide & doctrina excellentes describi jubet B. Pius V* 641 a. Clericorum *mortuorum spolia oblata recusat* 653 a. *in* Clero *reformando fortitudo* S. *Antonini Archiep* 318 b f. Clericorum *juniorum magnam curam gerit* S. *Aregius Ep.* 109 c

Cœnobia 600 *ab Hugenottis direpta & eversa* 644 b

Colici *dolores sublati tactu calceamenti B. Pii V* 717 f

Colli *inflatura, fistulæ, foramina curantur ope* S. *Theodulphi Presb.* 101 c 103 b

Colloquia *de cælesti beatitudine & Dei visione* SS. *Monicæ & Augustini* 478 e f, 479 a b

Columba *nivei candoris alis sanguine plenis apparet* S. *Vltano, inde colligenti martyrium* S. *Follani* 119 a

Cometa *creationem Pii V Pontificis annuntiat in Anglia* 628 f

Comis *erga omnes, salva tamen auctoritate, Pius V* 704 e.

Comitialis *morbus invocata B. Panaceæ tollitur* 165 e, *apparente* S. *Antonino* 351 e f, *invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 601 a, 604 d e

Comitum *utriusque militiæ dignitas sub Traiano* 369 f, 370 a

Concionator *dicta miraculis confirmat* S. *Marculphus* 75 e f, 76 a. Concionans *ab Arianis læsus, & præcipitatus ac fustibus contusus Martyr obit* S. *Iacobus Bergomi* 472 c

Conciones *utiles habet etiam in agris & vicis ad rudes & pueros B. Ladislaus Gielnovius* 583 c d e, *in profligandis vitiis* 583 f. Conciones *incipit à Crucis titulo dotibus ad id præclaris instructus* 584 a b. Concionibus *cujusdam Ordinis Prædic. motus hunc Ordinem ingreditur S. Antoninus* 314 e f

Concubinarios *beneficiis spoliari jubet Pius V* 640 e

Confessarius *diligens B. Pius V* 621 a. Confessus *peccata munitur viatico sumpto S. Theodardus* 155 f

Confraternitas *ad honorem S. Annæ erecta Warsaviæ* 591 d e.

Conjuges SS. *Gumbertus & Bertha mutuo consensu separati* 113 f. Conjugatos *& seculares ad congruã sui status virtutem cupit animari S. Athanasius* 203. Conjugio *inito S. Monica maritum sibi devincit, mores ejus tolerando* 475 d, *socrum sibi devincit, & inter discordes pacifice agit* 475 e. *maritũ ad fidẽ adducit* 476. Conjux *honestus impetratur invocato B. Stanislao Canon.* 786 a.

Consanguineos *non promovet quod esset Cardinalis effectus* 624, d e f *erga* Consanguineos *suos moderatus Pius V* 709, 710, *præter modicam sustentationem nihil concedit* 710 e, *nec sine scrupulo* 710 d

Consiliis *suggerendis præstans S. Antoninus Archiep.* 317 d. Consilii *optimi etiam Regi B. Aufridus* 431 d

Constantia *in tormentis admiranda* S. *Maura Mart. in Thebaide* 377, 378

Contractus *manibus pedibusque sanatur ad sepulcrum S. Orientii* 62 c, *ope* S. *Godehardi* 525 e. *B. Gregorii Veruchini* 544 b c d, 545 b c. *S. Secundi* 172 c, *ope S. Valentini Ep. Genuensis* 273 f, *ad Reliquias S. Wandelberti* 281 d e f 282

Contractio *cruris curatur ope* S. *Theodulphi Presb.* 103 a

Contractæ 2 *& vir toto corpore sanantur ope* S. *Evermari* 131 f, 132 b, *alia ad contactum corporis S. Antonini sanatur* 323 e, *induens tunicam ejus* 330 b, *alii ope* S. *Philippi Presb.* 426 a d

Conversioni *virorum primariorum congaudet Pius V* 662 c d. Conversioni *Indorum monita præscripta à Pio V* 653 d e f, 655

Cordis *syncope inveterata curatur ad brachium* S. *Philippi Apost.* 17 d. Cordis *dolor sublatus ope B. Gregorii Veruculensis* 546 a. *B. Stanislai Canon. Regul.* 783 d, 785 f, 787 e. Cordis *palpitatio sublata invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 599 e

Corona *cum duplici apparet B. Alexander Cisterc. altera in manu ob regnum Scotorum relictum, altera in capite ob regnum cælorum acceptum* 434 c d

Corpus S. *Andeoli lapidi annexum flumini injectum in aridam defertur* 39 b c. S. *Bertha post* 100 *annos incorruptum, sanguinem emittit* 114 f. *Wandelberti præsidiũ est contra Paganos* 279 b f. S. *Antonino ad sepulturam delato omnes ad benedictionem se prosternunt* 325 e. *B. Mafaldæ post annos* 360 *incorruptum claret fragantia & miraculis* 766 b c. S. *Iuvenalis post* 500 *annos imputre se erigit, sanguine fluit* 392 b. Corporis S. *Iuvenalis effigies in fundo arcæ lapideæ impressa* 400 e f 403 a b. Corpus S. *Pelagiæ Martyris servant* 4 *leones* 458 a. S. *Floriani Martyris Aquila* 463 c, 465 d, 467 d. Corpus *castigans dire à dæmonibus caditur B. Ladislaus Gedrocius* 555 c. Corporis *totius motu privatus sanatur ope B. Philippi Aquilani* 551 c d 552 b d. *Corpora mortuorum etiam Regum effossa & cremata ab Hugonottis* 644 c. Corpus *B. Pii V quatriduo prostat venerandum* 693 c 694 *eo viso mulierculæ impudicæ convertuntur* 693 d, *magna cum pietate transfertur ad* S. *Mariã Majorẽ* 694 695 696.

Costa *fracta curatur invocato B. Stanislao Canon. Regul.* 782 c

Coxendicis *letali infirmitate detentus liberatur ope B. Pii V* 718 e

Crines *evulsos sibi gaudet B. Maura Mart.* 377 e

Crus *fractum in nomine Iesu sanat* S. *Godehardus* 502 c *curatur ope* S. *Antonini* 332. Cruris *vulnera sublata ope B. Gregorii Veruculensis* 540 b. *Cruris cruciatus ope B. Philippi Aquilani* 531 e f 552 a b. *B. Stanislai Canon. Regul.* 782 e f 785 c

Crux Christi *à crucibus tarronum discernitur ob moribundam ejus attactu sanatam* 361 f, *ejus respectu Ecclesia Hierosolymis constructa* 362 b. *Inventionis solennitas* 364, 365

Crucis *signo illuminat cæcum* S. *Amator* 57 f 58 a *leprosos curat* S. *Amator* 58 d *dolorem, capitis Pius V* 712 c *vas dissolutum ne aqua effluëret, reparat S. Wiborada* 300 b Crucis *in modum scissum caput* S. *Andeoli* 79 b.

Crucifixi S. *Philippus Apost.* 12 c, 14 a. S. *Iacobus Apost. Ostracinæ* 30 e. SS. *Timotheus & Maura conjuges die x expirant* 378 f, 379 d

Cruciatam *petenti Regi Hispaniarũ negat Pius V* 649 b

Custos *oratorii S. Philippi Presb. ob luminaria negligenter curata triduo concrematur* 424 f, 425 a

Curiæ Romanæ *reformatio à Pio II committitur* S. *Antonino* 320 a

D. Dæ-

D.

Dæmon *compeſcitur cilicio S. Antonini* 310 e, *in energumeno nomen S. Sabarii Mart. indicat* 184 e

A Dæmone *obſidetur machinatus necem S. Amatoris, ab hoc veniam petens, baptizatus & oleo unctus, liberatur* 54

Dæmonem *in feminæ ſpeciem transformatum nomine Ieſu pellit S. Marculphus* 73 77 c *terriculamenta ejus ſigno Crucis fugat S. Wibora* 286 a *inſtar pauperis certi petentem cibum ſigno Crucis fugat S. Wiborada.* 288 b 301 e

Dæmones *orantem S. Marculphum manifeſtant* 72 b 76 c *in virtute Chriſti à S. Amatore effugantur* 54 f 55: *à S. Marculpho* 72 d 76 f 77 a

Dæmonum *infeſtatione montem liberat S. Orientius.* 61 d

Dæmoniaci *liberati ope B. Michaëlis Gedrocii* 55 d *invocato S. Godehardo* 510 d e 520 e f 527 d *S. Aldebrando* 159 f *ſigno Crucis & Ieſu invocato per S. Wiboradam* 287 b *ope S. Philippi Presb.* 425 d 426 a *S. Helenæ Trecenſis* 795 a 796 a *filia Regis Angliæ tactu oſſium S. Iuvenalis Conf.* 413 b c d *item alii* 414 a *nepos Leonis Imp. à S. Valeriano* 496 f *ſex ſigno Crucis liberantur à Pio V* 712 a c, *alius Pii nomine* 712 e

Dalmaticarum *uſum S. Aregio permittit S. Gregorius Magnus* 108 c 110 e

Decoctoribus *leges ſancit Pius V* 635 c

Deformitas *monſtroſa curata ope B. Pii V* 718 a. *Faciei ope S. Theodulphi Presb.* 102 d *S. Athanaſii* 256 f *invocato S. Valentino Genuenſi.* 273 f

Dentium *dolet ſublatus aratro S. Theodulphi* 97 d *ope S. Theodulphi Presb.* 102 f *S. Wiboradæ* 307 f *S. Antonini* 333 e f *B. Staniſlai Canon. Regul.* 783 f 754 f *B. Grégorii Veruculenſis* 540 c

Deorum *effigies ex Vaticano eliminat B. Pius V* 631 c

Deſidi *operario maledicit S. Aregius, & ideo à ſerpente læſum ſanat* 110 b c

Diaconus *S. Corcodemus Autiſſiodori* 453

Diaconi Martyres *S. Iacobus Bergomi* 472 *S. Paulinus Coloniæ* 499. *Diffamantes luxuria S. Amatorem caſtigantur cæcitate, aut obſeſſione dæmonum* 55 e f

Digitus *ſive pollex de junctura emarceſcens, ſanatur invocato S. Godehardo* 551 c

Digitus *S. Aldebrandi ablatus, ultro corpori adjunctus* 160 b

Digitum *abſciſſum reſtituit S. Briocus* 93 e

Digitos *ſibi abſciſſos gaudet S. Maura Mart.* 377 f

Diſuria *ſublata invocato S. Antonino* 347 b 349 c

Divinitatem Spiritus ſancti, & Filii Dei *ſcripto propugnat S. Athanaſius* 233 a b 240 a 244 c

Docilem *reddit, naturâ hebetem S. Godehardus* 521 a

Domeſticos *inſtar religioſorum inſtituit B. Pius V factus Cardinalis* 625 a b *item Papa* 630

Dormit *humi in cilicio & ſaxo capiti ſubdito S. Wiboradæ* 286 a 297 b

Dorſum *effractum ſanatur invocato beato Pio V* 719 c

Draco *venenoſus à S. Philippo Apoſt. exterminatur* 12 b 17 c, *cultu divino honorari ſolitus in Corſica ſigno Crucis eliminatur à SS. Vindemiale & Eugenio* 272 c d *ſepticeps draco ſtolâ S. Germani Ep. M. dicitur ſubmer-* 265 a b c *Dyſenteria curatur ope B. Staniſlai Canon. Regul.* 784 c

E.

Eccleſiæ *Alexandrinæ ab impiis contaminatæ & ornamentis ſpoliatæ* 209 a 227

Eccleſiæ *clauſtra oratione aperit S. Aregius* 109 b

Eccleſias *Vrbis viſitat ager B. Pius V* 691 f *ſolitus quotannis diebus antecineralibus idem facere* 697 e

Eccleſias *& monaſteria & collegia erigit Pius V* 700 f 701 a b c d

Eccleſias *à ſcandalis feminarum impudice ornatarum & juvenum inſolentia purgat S. Antoninus* 338 d, *ob id convitia jaciens male perit.* 338 d e

Eccleſiæ *afflictæ medicus & conſolator S. Athanaſius habitus à S. Baſilio* 242 e f 243 c

Eccleſiaſticos *pecuniam in Italia & Gallia ad hæreticos extirpandos contribuere jubet & permittit Pius V* 646 a b

Elevationem *in oratione patitur S. Antoninus* 335 e

Eleemoſynas *largas & pias fundationes facit B. Mafalda Regina* 764 e f

Epilepſia *curata invocato S. Antonino* 349 d

Epileptici *curati invocato S. Iuvenale Conf.* 414 a *ope S. Godehardi* 522 b. *B. Staniſlai Canon. Regul.* 785 e. *B. Ladiſlai Gelnovien.* 598 c 602 a b 605 b 607 b f

Epiſcopus *deſignatus à Papa S. Antoninus à fuga reductus deprecatur, ne fiat: mandato juſſus parere fuſis lacrymis capeſſit* 315 *pedes urbem ingreditur* 316 a 338 c *per ſe viſitat omnia templa diœceſis* 318 c 319 a

Epiſcopos *vel ad ſuas Eccleſias redire, vel ſe abdicare aut pelli jubet B. Pius V* 632 c 640 e f. *Catholicos in Germania ſubſtitui cupit* 636 f, *& quæ ſint ab iis præſtanda* 637 a b c

Epiſcopi DCLXX *ab Honorico Rege Wandalorum in exilium miſſi* 271 f

Epiſcopatum *admittit, inductus virga ſubito floreſcente S. Orientius* 63 b

Epiſcopatum *Hildesheimenſem à S. Henrico Imp. oblatum diu recuſat S. Godehardus* 508 b c d

Epiſcopales *Sedes Ægypti venduntur indignis Arianis* 228 e

Epiſcopales *virtutes & columen Eccleſiæ S. Athanaſius* 192 d e f

Epiſcopalis *officii partes omnes explet S. Athanaſius* 240 d

Epiſcopales *virtutes S. Godehardi, diſciplinam ſuorum curantis, iuventutem in ſtudiis educantis, fabricas reſtaurantis* 510 a b c. *Xenodochium fundantis* 510 f, *Baſilicas conſtruentis* 511 c

Epulas *Regias admittens liberat machinatione invidorum occidendum S. Orientius* 62 b

Equitans *liberatur in præcipitio ope S. Antonini* 345 e, *item alius* 345 e

Equuleo *torquetur S. Quirinus Tribunus* 373 f *S. Alexander Papa* 374 d

Eremita *S. Helenus anachoreta* 531 *In cava caſtanea vivit B. Vivaldus* 161 f

Euchariſtia *per Hugonottos porcis objecta* 644 b

Euchariſtiæ *Sacramentum in paludem projectum, miraculoſe inventum in Polonia* 779 e

Euchariſtiæ *ſervandæ tabernaculo illæſo evertitur templum Florentiæ* 321 e. *Communionem ſub vtraque ſpecie negat Bohemis Pius V* 705 b. *Hoſtia ſacra poſt Conſecrationem mutata ad veritatem fidei oſtendendam* 776 b

Excommunicatio *à S. Godehardo, mortui è ſepulcris ſurgentes ab eccleſia diſcedunt, abſoluti repetunt ſepulcrum, & vivi emendantur* 521 b c

Exempli *boni ergo Chriſtus incarnatus: ejus virtutes imitati Sancti* 618 d e

Exequiæ *S. Antonini à Pio II Papa honeſtantur* 323 f *datis indulgentiis* 324 a

Extaſim *in contemplatione patitur S. Monica* 481 c

in Extaſim *rapitur contemplationi deditus, abſtractus à corpore, & à terra elevatus B. Ladiſlaus Gelnovius* 584 e

Exul *in ciſterna latet S. Athanaſius* 231 a, *fugiens navi ad perſecutores converſa evadit* 238 c d, *latet apud Virginem* 238 d e f, *in ſepulcro patris* 242 a

F.

FAmis *tempore multa millia hominum farina non deficiente alit S. Petrus Thaumaturgus* 428 c
Familia *recte instituenda exorsus Pontificatum Pius V* 710 e f, *circa usum Sacramentorum* 710 f
Famulorum *numerum diminuit, & retentis stipendium duplicat Pius V* 711 b
ob Fauces *escis inhærentibus occlusas moribundas sanatur ope S. Valentini Ep. Genuensis* 273 f
Febris *curatur ope S. Theodulphi Presb.* 101 d, *S. Athanasii* 256 f, 257 f. *B. Pii V* 717 f, 718 e f 719 a b c. *S. Germani Ep. M.* 269 e. *S. Philippi Presb.* 425 b, *S. Antonini* 324 b, 333 a c d, 344 c 347 e f, 348 a 350 a. *S. Sigismundi Regis* 82 f. *S. Monicæ* 488 c d. *B. Stanislai Canon. Regul.* 782 e, 784 a, 785 f, 786 a *B. Ladislai Gielnovienſi* 598 f, 607 a 608 d 610 a 611 b
Febribus *medetur S. Theodulphus* 98 f
Febris *letalis aut continua ope B. Gregorii Veruculenſis* 539 f, 542 c d, 543 f, 545 f, 546 b c d, 547 a f,
Febres *pellit dato vino à ſe Cruce ſignato S. Godehardus* 519 b c d, *item pomo à ſe benedicto* 519 e, *item jubens in nomine Ieſu ſurgere* 519 c
Febri hectica *conſumpti & pane moribundi ſanantur ope B. Gregorii Veruculenſis* 541 d e
Febris quartana *triennalis curatur ope S. Theodulphi Preſb.* 102 a
Febri *triennali ante obitum laborat, nec vlla medicamenta admittit S. Theodardus* 155 c d
Femur *fractum ſanat S. Briocus* 93 d
Femoris *dolor cum periculo abſciſionis curatur invocato B. Pio V* 719 c
è Ficu *ſuſpenſus S. Sabas M.* 46 a. Ficus *pullulans ad ſepulcrum Ven. Geraldi ſalubris parturientibus & doloribus lateris* 756 d
Fides *Alexandrinorum erga S. Athanaſium laudatur à Iulio Papa* 216 b c
Fidem *ſuam Rom. Pontificibus probat S. Athanaſius* 243
Fidei *magiſterium verbo & opere reſumit S. Athanaſius reverſus* 219 b
Fidei *cauſa infinita certamina S. Athanaſii* 193 *& ſeqq.* 206, *eam ſcriptis defendit* 231, 233
Fidei *Nicænæ formulam commendat S. Athanaſius* 240 b 242 a. *Symbolum an ſub nomine Athanaſii ſcripſerit Vigilius Tapſenſis* 757, 758, 759
Fidei *formulam ſæpius mutant Ariani & Euſebiani hæretici* 208 c, 211 c, 212 a, 214 d, 235 e
Fidelis *in promiſſis Pius V & tales volebat miniſtros ſuos* 705 a
Filium *Auguſtinum in fide Chriſtiana inſtruit S. Monica mater* 473 f, *eum Manichæis adhærere deplorat* 476 b, *filium tot lacrymarum perire non poſſe intelligit, certior facta quod fidem orthodoxam aliquando teneret* 476 b c d e. Filius & mater *B. Gregorius & Anna ſuſcipiunt habitum Auguſtinianum* 536 b. Filia *S. Maura matri diſſuadenti martyrium generoſe reſpondet* 378 f
è Fiſtula *in genu de vita deſperans ſanatur, invocato S. Godehardo* 525 e
Flagellis *dire cæſus S. Silvanus Ep. Gazenſis* 468 b
Fluvii *Arni fluctus comprimit benedictione S. Antoninus* 341 a
Fœdus *contra Turcas inter Germanos Principes curat Pius V* 638 e f, 639 a. Fœdus *contra Turcas inter Pium V, Venetos, Regem Hiſpanum* 668, 669. *Fœderis conditiones* 670, 671, 672, *negant admittere Reges Galliæ & Luſitaniæ* 672 f, 673, 674, *item Cæſar & Rex Poloniæ* 677 f, 678, 579, 680. *Poſt victoriam fœdus novum parat Pius V* 690 e f 692 a b
Fœniculo, *ad ſepulcrum S. Wiboradæ creſcente, morbi cuſtantur* 291 c, 206 e
ad Fodinas *metalli damnatur S. Silvanus Ep. Gazenſis, & 39 aut 40 ſocii* 468
Fons *à S. Euphroſyno ſanctificatus curandis febribus ſalutaris* 140 d. Fons *excitatus ut baptizetur S. Pelagia* 455 e, *erumpit ad reficienda animalia ferentia corpus S. Floriani* 465 e f. Fontem *dirigente S. Petro reperit & poſt ſe ducit S. Bertha* 114 c d
in Fornacem *ardentem conjecti expirant SS. Heſperus, Zoë, Cyriacus & Theodulus corporibus illæſis* 177 f 179 a b. *S. Olbianus ejuſque diſcipuli* 438 f
In Fornace *ardenti illæſi S. Alexander Papa, SS. Eventius & Theodulus Presbyteri* 374 f, 375 a
Fortitudo *S. Athanaſii in conſpiratione Arianorum cum Meletianis* 193, *in calumniis perferendis* 194, 196 *&c. Vide* Calumnia. Fortis *in Senatu Florentino arguendo & immunitate Eccleſiaſtica tuenda S. Antoninus* 320 a b, *Senatui cenſuras minando* 320 d, 338 f 339 a, *in hæreticis & maleficis exterminandis* 339 b. Fortis *S. Alexander Papa in arguendo incredulitatem & crudelitatem Aureliani Comitis* 374 b c, *in ſpernendo minas & tormenta* 374 d. Fortis *in ſuo munere exercendo profitetur, nec mortem à ſe timeri Pius V* 706 d a
Fratres 2 *Epiſcopi ſancti Petrus Argivorum Paulus Corinthi* 428 a
Frumentariæ *rei, ut copioſior & parabilior ſit, providet Pius V* 699 e f
à Fulmine *& grandine immunis villa S. Africani* 65 f
Fungorum *eſu æger liberatur ope B. Pii V* 718 f
Fures *duo inter ſpoliandum ſacellum S. Floriani extinguuntur* 466 c. Furibus *boves conatis abducere, benefacit S. Philippus Presb.* 424 b. Furati *poma in horto ejus puniuntur, alius deglutire nequit, alterius equus crepat* 424 e. Furtivis *lignis onuſtus currus moveri nequit* 425. Furatus *dentem S. Evermari, ut quæſtum faceret, punitur tenebris, inverſione oculorum & capitis, pœnitens facta reſtitutione ſanatur* 129 f 120 Furatus *ornatum Eccleſiæ ſit immobilis, & furatus ſarcinas peregrinorum, nequit fugere. Pœnitentes ſanantur* 134 135 a. Furto *pecuniam ſublatam prædicit recuperandam, & furem abſque moleſtia dimitti præcipit S. Amator* 533 b c
Fuſtibus *cæſus S. Andeolus* 38 a

G.

GLoria *S. Antonino data in cœlis ipſa mortis hora revelatur* 330 c d e. *in* Gloria *cœleſti viſus Pius V* 715 e
Gladius *à Ieremia traditus Iudæ Machabæo contra adverſarios* 7 d, 30, *à* Gladio illæſus *Iuvenalis Epiſc. quo ſemet percuſſor interimit* 388 c. Enſem *& pileum Duci Albano in Belgium mittit Pius V* 650 a
Genitales *partes ſune conſtrictæ S. Sabæ Perſæ* 46 b e
è Genuflexione *callus inſtar cameli obductus genibus S. Iacobi fratris Domini.* 21 f
Gibboſi *duo ſanantur ope S. Godehardi* 524 d
Gingiva *fœtida curatur ope S. Theodulphi Presb.* 102 c
Gradiendi *impotentia ſublata invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 601 d e 604 f
Guttur *exulceratum ſanatur invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 608 d. Gutturis *tumor & faucium dolor ſublatus ope S. Monicæ* 488 b, *B. Staniſlao Canon. Regul.* 789 c. Gutturi *os implicatum ejicitur invocato S. Godehardo* 525 f, *inhærens ſublatum invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 598 f

H.

HÆmorrhoiſſa *ſanatur à B. Michaële Gedrocio* 656 a, *à B. Staniſlao Canon. Regul.* 781 d

Hæ-

Hæreticus *petulanter obloquens adverſus Pium V ſit mutus, miſer perit* 711 f,718 b
Hæretici *crudeliter ſæviunt in Catholicos adhærentes S Athanaſio* 200 f 209 e f 210, 214 e f, 215 a 226 227. Hugonotti *obtenta iniqua pace, novos tumultus parant ad religionis & regni perniciem* 643 d e f, *ſæviunt in ſacra omnia, in vivos & mortuos potiſſimum Sacerdotes* 944, *bello vincuntur* 643 a b c, *iterum* 647 d. Hæretici *moti pietate B. Pii V convertuntur* 699 a. Hæreticos *proſequitur Inquiſitor B Pius V* 622 623. *Converſos benigne excipit* 623 e, *denuntiari & caveri jubet Papa* 637 b, *iis comprimendis intentus*
Hegumenus *Medicii in Bithynia S. Nicephorus Conf.* 500
Hernia *attactu corporis S.Secundi ſublata* 170 e, *ope B. Pii V* 719 a. *S. Helenæ Trecenſis* 795 f. *S. Antonini* 331 f 332 a
Honores *dignioribus confert præmiſſo examine in Epiſcopis conſtituendis, & Cardinalibus creandis Pius V.* 705 d e f
Hoſpitium *iter agentibus erigit B. Mafalda, & curat aberrantes adduci* 766 f
Hoſtes *urbem obſidentes proſligat precibus S. Iuvenalis Ep.* 388 d, *ab* Hoſtibus *perſonatis invaſus neque ſclopis, neque pugionibus læditur invocato B. Gregorio Veruculenſi* 547 b c. *Hoſtiles circa irruptiones Turcarum & Tartarorum in Polonia, omnes ad pietatem excitat, opem Dei implorat, dum hoſtilis exercitus periret B.Ladiſlaus Gielnovius* 576 577
Humanitas *ſumma S. Athanaſii reverſi erga Arianos* 219 a
Humilitas *profunda interno ſenſu & externis obſequiis etiam in ſenectute B.Ladiſlai Gielnovii* 571. Humilis *& mitis S.Antoninus* 328 c d. Humilis *nomen familiæ occultat adoleſcens, faſtum reſpuit Papa Pius V* 707 b c, *amat arguentes ſe* 707 e, *ſtatuam ſibi erigi vetat* 708 a. Humilis *non elatior ob Cardinalatu ſuſceptum* 624 c d
Hydropicus *ſanatur ope S.Godehardi* 526 f. Hydropici *invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 609 b. *S. Antonino* 341 e

I.

Ictericus *morbus ſublatus invocato B. Staniſlao Canon. Reg.* 790 b
Iejunaſſe *à Cœna Domini uſque poſt viſum à Reſurrectione Chriſtum dicitur Iacobus frater Domini* 22 b, *vino ſemper abſtinuit* 31 c. Iejunia *Quadrageſimalia ſenex & imbecillis obſervat Pius V* 697 e f, *imo & quatriduanã per hebdomadam abſtinentiam à carnibus etiam moribundus* 697 f. Iejunio *dedita à carne & vino abſtinet ſexennio in ſeculo S.Wiborada* 285 e f
Ieſu *nomine dæmonem in feminæ ſpeciem transformatum pellit S.Marculphus* 73, 77 c, *in* Ieſu *nomine jubens ſurgere, febres pellit S.Godehardus* 619 e, *crus fractum ſanat* 520 c
Ignem *ſinu illæſo geſtat S. Aſaphus* 83 a, *veſte gerit S.Helenus anachoreta* 531 f, *in* Ignem *à diabolo protruſa & miſere aduſta cilicio & baculo S. Wiboradæ ſanatur* 303, *in* Ignem *piceum injecti martyrio coronantur SS. Alexander & Antonina* 38. Ignitis *ſtylis immiſſis per aures excæcatur S.Timotheus Lector* 376 d
Imago *S. Floriani contra furem ſpoliaturum ſe convertit* 466 b. Imagines *B.Pii V ab incendio illæſæ* 713 b c d, 720 a, *coram imagine morbus gravis tollitur* 712 d
Immobile *fit corpus S. Evermari, inferendum Herſtallio* 136 e f
Immunitatem *Eccleſiaſticam tuetur S.Antoninus* 320 c, 321 b, 338 c, 340 a
Incendium *ſiſtitur allato corpore S.Bertha* 117 d, *extinguitur objecto capite S.Iuvenalis Conf* 416 d e, *apparente B.Ladiſlao Gelnovienſi* 599 f, 600 a. Incendium *urbis S. Amator ſe in medium conjiciens ſiſtit imbris fluxu* 57 a. Incendia *repreſſa meritis S. Floriani* 462 b c, *B. Mafaldæ Reginæ viſa in aëre* 766 a, *precibus B.Michaelis Gedrotii* 566 f
Incluſæ *apud S.Gallum S.Wiborada Virgo Martyr, & B. Richalda Virgo* 282
Incurva *toto corpore erigitur ope S. Antonini* 345 f
Indulgentiæ *ab Epiſcopis quindecim, item à Nicolao IV, Ioanne VI, & Bonifacio IX conceſſæ Eccleſiæ Narnienſi* 394, 305. Indulgentia *Pontificia ante prælium ſub Ioanne Auſtriaco promulgatur* 634 f. Indulgentias *pecuniarias abrogat B.Pius V* 632 e
Infamiam *quaſi furti facti paſſum liberat precibus S. Antoninus* 336 a b
Igniaria *lues repreſſa invocato S. Theodulpho Abb.* 95 f, *Theodulpho Preſb.* 102 a
Injurium *ſibi læſum ſanat S Marculphus* 74 e 78 e
Innocentiæ *ſuæ contra omnes calumnias ſyllogum facit S. Athanaſius* 220 f, 221 e
Inquiſitor *adverſus hæreſes B. Pius V* 621, *Cardinalis factus & Inquiſitor ſummus* 624 b. *Papa* Inquiſitionis *officium amplificat* 632 f, 693 f
Inteſtinorum *cruciatus curatur ope S. Theodulphi Presb.* 102 d, *B.Staniſlai Canon. Reg.* 787 b
Inviſibilis *redditur miles ab hoſte circumventus invocato S.Iuvenale Conf.* 410 b c
Iſchias *curatur ope B. Gregorii Veruculenſis* 540 a, *invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi* 598 c, 600 b
Itinera *difficilia etiam ſenex ex amore paupertatis pedes peragit B.Ladiſlaus Gielnovius* 572 f, 573 b
Jubilæum *ferentibus ſuppetias Melitenſibus concedit Pius V* 638 a, *contra Turcas pro Hungaria* 639 c d
Judæi *non poſſunt eſſ Iudices Chriſtianorum* 145 f, 146. Judæis *Romæ leges præſcribit Pius V* 635 d, *multi ejus pietate commoti convertuntur* 698 f
Judicibus *æquitatem commendat B.Pius V* 631 a
Judicia *Dei incomprehenſibilia, quod Sancti à morte diu latitant* 126 f, 127 a
Juriſdictionem *Eccleſiaſticam ſedulus tuetur Pius V* 706 b
Iuſtitiæ *ſervandæ conſtantiam ſeruat Pius V* 705 b, *culpas adminiſtrantium* iuſtitiam *plectit* 704 c, *rationem exigit ab officio functis* 70 a
Juvenis *omni virtutum genere clarus, alios viam ſalutis docet S.Marculphus* 75 e f

L.

Ad Laicos *recurri in cauſis Eccleſiaſticis acriter prohibet Pius V* 706 c
Lampade *ardente uſtulata, integram fornacem petit S. Maura M.* 378 d e. Lampadibus *uſtulati* Ss. *Alexander & Antonina* 382 d
Lapidibus *obruti S.Ieremias Propheta* 6 a e, *S.Philippus Apoſt. crucifixus* 12 c, S.*Iacobus è pinnaculo templi dejectus* 23 a
Lapſus *aliqualis Liberii & Hoſii reparatus* 225 e f
Lapſu *contritus infans ope B. Ladiſlai Gelnovienſis ſanatur* 607 a, *ex* Lapſu *gravi moribundi ope S. Antonini* 324 c, 344 f, 349 a. Lapſum *in fluvium ſiccis veſtibus emergere facit S Antoninus* 341 f. Lapſum *in puteum porcum oratione recipit S. Theodulphus* 98 a
Laterum *dolor ſublatus invocato B.Pio V* 719 f
à Latronibus *ſicariis & piratis purgat ditiones ſuas Pius V* 634 d e f
Lector *ordinatus S.Timotheus Mart.in Thebaide* 376 c
Lectione *ſacra ad menſam ſe paſcit S. Antoninus Archiep.* 317 c

Lectus *S. Antonini abſque culcitra & linteis* 329 a
Legatus *Florentinorum ad Caliſtum III, & Pium II Pontifices S. Antoninus Archiep.* 319 e f, *ad Imperatorem mittendus ſe excuſat* 320 a
Legum *tenax Pius V* 705 e
Leones 4 *ſervant corpus B Pelagiæ* 458 b
Leproſi *ſanantur ope S. Athanaſii* 457 e f, *S. Antonini* 348 b, *S. Monicæ* 491 a, *S. Godehardi viventis* 512 f, 513 a. Leprolos 3 *aqua Iordanis illinens ſanat S. Amator* 58 d. *alios* 5 *mundat S. Aregius* 110 f. Leproſum *à ſe lotum in lecto ſuo collocat, & novis veſtibus induit B. Anfridus* 432 d
Lepus *effugiens venatores latitat ſub cappa S. Marculphi* 74 d, 78 d. Lepores *ſibi familiares habet S. Philippus Presb.* 424 b
Libertas *conſtans SS. Luciferi, Euſebii, & Dionyſii, arguentium Conſtantium Imp. reſiſtentem S. Athanaſio* 224 b c d, *& damnantem eos exilio* 224 e, *B. Pii V Cardinalis in ſententia proferenda* 625 e f
Liberalis *erga bene meritos Pius V* 701 c d e, *erga miniſtros* 702 e, 703
Librorum *hæreticorum ſarcinas intercipit, reſiſtentes excommunicat cum magno vitæ periculo Pius V* 621 f, 622 a b. Libri *à S. Antonino conſcripti* 322 b c d, 323 b
Lienteria *curata invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 604 b
Linguam *maſticans expirat tyrannus Aurelianus Comes, poſt occiſos S. Alexandrum Papam, alioſque* 375 b. Linguæ *ulcus ſanatum invocato B. Staniſlao Canon. Reg.* 787 f
Liquor *ſalutaris emanat è ſepulcro S. Iuvenalis Epiſc.* 389 c, *eo claudus unctus ſanatur* 340 a b
Litanias *viſi apud moribundum recitare Maria Deipara aliique Sancti* 718 b
Ludi *ad annulum in feſto S. Iuvenalis ordinati* 96 d Ludos *noxios tollit S. Antoninus* 920 c, *pecuniam eis acquiſitam in pauperes erogat* 920 d. Luſum *aleæ perdens blaſphemus, ore & vultu terribiliter torto caſtigatur, & ope S. Iuvenalis Conf. ſanatur* 415 f 426 a
Luce *cæleſti inter tormenta circumfuſus S. Hypoliſtus* 24 c. Luce *mira collucent oſſa S. Iuvenalis Epiſcopi* 400 f
pro Lumine *Eccleſiæ S. Philippi Presb deſtinatam aruinam guſtantes, miſere cruciantur* 425 f
Ad Lupanar *ducta S. Antonina à S. Alexandro commutata veſte dimittitur* 381 d e
Lupi *morſu vulneratum ſanat S. Marculphus* 78 c
Luxum *omnem à re familiari proſcribit S. Antoninus* 317 e

M.

MAgicos *libros exurit S. Antoninus* 339 c d
Mamillarum *dolores ſublati ope B. Staniſlai Can. Reg.* 786 d, 788 b
Mancipia *Chriſtiana ruptis vinculis promovent victoriam ſub Ioanne Auſtriaco* 686 e f, *liberata ad quindecim millia* 688 b. Mancipiis *Chriſtianis opitulatur Pius V* 64 f
Manus *arida curatur invocato S. Godehardo* 524 b. Manus *immobilis aut tumida ſanatur ope B Gregorii Veruculenſis* 541 e, 545 e. Manus *uſus amiſſus recuperatur invocato B Ladiſlao Gelnovienſi* 609 e. Manuum *ſummitates præſcindantur SS. Antoninæ & Alexandræ* 3 2 b. Manus *& pedes abſcinduntur S. Quirino Tribuno* 373 f. Manus *manet in aere ſuſpenſa, volentes vi dirripere oblata S. Wandelberto* 280 f
Maris *inundatione liberati Hollandi, invocato S. Godehardo* 127 e
Maria Virgo Deipara *apparens excæcatum præ dolore & languore jubet adire ſepulchrum B. Ladiſlai Gelnovienſis & ſanatur* 604 b c, *ejus ope per B. Ladiſlaum Gelnovienſem petita ſanatur ſurdus* 613 Maria *Deipara & SS. Dominicus, Vincentius, Pius V, aliique Litanias viſi apud moribundum recitare* 718 b, *à* Maria Deipara *viſitatur B. Staniſlaus Canonon. Regularis* 780 b. Mariæ Deiparæ *juſſu puellas in monaſterio collocandas colligit S. Bertha* 114 a. Mariæ *cultor eximius S. Antoninus* 317 c. Mariæ *honorem protecturus acceptat Epiſcoparum B. Anfridus* 431 e. Mariæ *Eccleſia de Salice ſeu de Campis in Pedemontio, ubi corpus S. Iuvenalis manſit immobile* 413 a, 414 b. Mariæ *feſtum Præſentationis cœptum* 517 a. Mariæ *addicta Catharina, filia Iudæi quinquennis* 523 a, *ab eadem monetur ut fugiat* 523 c, *facta Sanctimonialis eam loco parentum habet, & in imagine colit* 534 d Mariæ *veneratio & miracula Skapæ in Polonia* 571 a. Mariæ *coronam recitat B. Ladiſlaus Gielnovius novo modo, dein à Fratribus Minoribus & multis ſeculariabus obſervato* 578 d e, *& à* Deipara *apparente probato* 478 f g. Maria *indicat ſe locum Kapæ habere earum, ibique miraculis claret* 579 e f, 580 a, *Energumeni ibi liberantur* 580 a. Mariæ *votū faciens ſanatur, propter blaſphemiā punitus* 580 a d e. *Alius in* Deiparam *blaſphemus fit mutus & demens, pœnitens ſanatur* 581 a b. Mariæ *Virg. Roſarium promovet Pius V* 633 a, *præſcribit quomodo de Conceptione loquendum* 633 a. Mariæ *addicta imaginem veſtibus & monilibus ornat B. Mafalda* 765 b. Mariæ *victoria de Turcis ſub Ioanne Auſtriaco adſcripta, & annue recolitur* 689 a
Matrimonium *cavet conſummare cum ſponſo conſanguineo Henrico Rege Caſtellæ B. Mafalda* 764 b
Ad Matutinum *officium prævertit Clerum S. Antoninus Archiep.* 317 c: *præſentia ſua excitat ad illud* 718 c: *etiam ſenex* 318 d
Memoriæ *mandat librum decretalem brevi tempore, ut in Ordinem Prædicatorum ingrederetur S. Antoninus* 335 d e
Mendaces *odit Pius V* 704 f, *ſimulationis omnis expers* 705 a *Paulum nepotem cuſtodiæ ſuæ Præpoſitum ob mendacium ablegat* 790 a b
Mendici *cæci collegerunt* 550 *aureos, eos in puellarum dotem expendi jubet S. Antoninus* 340 f. *Religioſis Mendicantibus ſancit propria Pius V* 633 f
Menſa *frugali uſus adhibita lectione Pius V* 708 d e: *quod etiam præſcribit domeſticis* 744 a
Meretrices *curat expelli, aut in angulo urbis concludi B. Pius V* 631 c d
Milites *triginta à S. Genio baptizati Martyres* 385. Militum *animis corporibuſque proſpicit Pius V* 646 e f: *animantur ad fortiter agendum pro religione adverſus Deo & Regi rebelles* 647 a 2 c d. Militaribus *præſcripta à Pio V* 634 a
Miracula *exhibentur ad fidem adſtruendam, & ad Sanctorum probitatem oſtendendam* 594 d e f
Miſericors *erga egenos, afflictos, & captivos S. Theodardus* 150 d e f
Miſſa *in honore S. Sigiſmundi oblata morbos pellit* 85 b Miſſam *quotidie cum magna pietate celebrat Pius V* 696 f: *ſub* Miſſa *ſanatur viribus corporis deſtituta ope Floriani* 466 c d
Mitem *reddit blando alloquio legatum ira commotum S. Theodulphus* 98 d e
Moderatus *in reprehendendo B. Ladiſlaus Gieln.* 572 a
Molendinum *pauperis fiduciam in Deo præcipientes S. Antonino divinitus inſtauratur* 342 c
Monachis *cum laude præeſt, eos verbo & exemplo ſuadet aſſiduitatem ad officia divina & amorem cellæ B. Pius V* 620 d e f. Monachorum *obſervationes laudat S. Athanaſius* 203 b c, *inter illos in eremo 6 annis degit* 230 b c. Monaſteria *indiſciplinata reformat induſtrie & ſuaviter S. Godehardus* 501 f, 506 a b
Morbos *patienter tolerat S. Antoninus* 315 b. Morbo *longo tabeſcentes ope S. Wiboradæ ſanantur* 291 e, 292 b, 307 c

Mores

Mores *pii* S. *Henrici juvenis & Ducis* 505 d: *ob* Mores *compoſitos S. Bernardinus appellatur B. Pius V* 620 f
Mors *miſera Arii in latrina crepantis medii* 204 c d. Mortis *diem & horam S. Gertrudi prædicit S. Vltanus* 119 b. *à* Morte *ſe erigens lacrymanti proſpera prædicit S. Philippus Presb.* 424 d, *à* Morte *præſervata invocato B. Pio V* 717 a. Mori *parati monachi pro S. Athanaſio* 230 c. Moritur *Crucifixum exoſculans S. Antoninus* 323 d, *Godehardus Clero cantante*, Dirige pedes noſtros in viam pacis 516 b. Moriturus *extremum confitetur & viatico munitur B. Michael Gedrocius* 557 a b. Moribundus *à Chriſto inviſitur S. Orientius* 63 d. *Moribundus è vulnere apparente B. Vivalio ſanatur* 162 c d, *implorans patrocinium B. Ladiſlai Gielnovii necdum mortui ſanatur* 587 d e. Moribundus *Reliquiis B. Pii V ſanatur* 716 e, *apparente B. Pio V* 717 b. Moribunda *S. Monica deſiderat memoriam ſui ad altare* 480 c, *eam & patrem, ac fratres commendat S. Auguſtinus precibus Lectorum* 480 d Moribundi *ſanantur ope S. Godehardi* 518 a b, 529 d *B. Michaelis Gedrocii* 558 d, *S. Athanaſii* 256 f, 257 a, *invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 595 e f, 600 d, 603 d 604 a 605 f, 606 f, 608 e, 610 f, *etiam Vladiſlaus Sigiſmundus poſtea Rex Poloniæ* 612 e f, 613 a, *ope S. Antonini* 347 c d, 349 c, *B. Pii V* 718 b, 719 a, *B. Staniſlai Canon Regul.* 781 e, 782 b d, 786 b 787 a, 789 a, 790 d, 792 e, *S. Helenæ Trecenſis* 795 b,
Mortuus *reſuſcitatus ope S. Floriani* 462 b, *filius S. Hermetis a S. Alexandro Papa* 372 e, *invocato B. Michaele Gedrocio* 557 d e, *item abortivus* 558 b. *puer ex puteo extractus revixit invocata S. Monica* 792 c d, *ſepeliendus precibus S. Amatoris reſuſcitatur* 56 f, 57 a, *S. Germani Ep. M.* 268 a, Mortuum *vaigenitum patri vivum reddit S. Antoninus* 341 d. Mortuum *ſe ſimulans vere moritur, & ſuſcitatur ope S. Iuvenalis Conf.* 415 e f. Mortuum *equum ſiſtit anum S. Theodulphus* 98 d. Mortui *fœtus reviviſcit invocato B. Staniſlao Canon. Regul.* 789 b. Mortui 3 *à S. Philippo Apoſt. reſuſcitati* 12 b, 17 c, *etiam iuvenis ad ſepeliendum delatus* 15 c, *alii invocato B. Ladiſlao Gelnovienſi* 595 c, 596 d, 599. 605 c d e. Mortua *triduo quaſi habita a S. Wiborada apparente ſanatur B. Richilda* 291 c d, *pro* Mortua *S. Monica funduntur preces, offertur ſacrificium* 479 e f
Munera *acceptare abhorret S. Antoninus Archiep.* 318 a
Murum *pede ſubruit, & captivos liberat S. Germanus Ep. Mart.* 268 a b
Muti *ſanantur ope S. Theodulphi Presb.* 102 b, *S. Helenæ Trecenſis* 595 f, *S. Antonini* 348 c d, *S. Secundi* 171 f. *B. Ladiſlai Gelnovien.* 605 c, 607 d e, *S. Godehardi* 524 a c

N.

Ante Nativitatem *cælitus prædictus S. Genius* 348 e
Navem *ſatiſcentem ejecto dæmone fervat S. Germanus Ep. M.* 267 d. Navi *ultro accedente defertur ultra Matronam corpus S. Wandelberti* 280 e. Navigat *rota plauſtri inſidens S. Germanus Ep M.* 364 c, *id magia tribuens Iudex interioribus defluentibus perit* 264 f, 265 a
Naufragi *adjuti ope S Godehardi* 527 f. Naufragi *è navi ejecti ſalvantur invocato S. Athanaſio* 257 b. Naufragis *opitulatur Pius V* 634 f. Naufragium *evitatur invocato S. Iuvenale Ep* 389 a b. Naufragio *liberatur nauclerus invocato S Antonino, cui id prædixerat* 345 b, *item navis cum ingreſſis* 345 c, *item alia* 345 d
è Nauſea *faſtidi ns panem, ſanatur à S. Evermaro* 137 b c d
Noverca B. *Panaceam Virginem, quod oraret nimium, occidit* 165 c
Numiſmatum *æneorum uſum aut induxit, aut promovit Pius V pro Indulgentiis* 698 c d
Nuptias *novas oblatas generoſe ſpernit S. Maura Mart.* 377 5 e. Nuptias *nobiles recuſat S. Pelagia, mox ad fidem complectendam excitata* 454 f, 455

O.

EX Obedientiæ *merito omnia agere cupit & ad mortem uſque obedire B. Ladiſlaus Gielnovius* 573 c d e f
Obganniantes *S. Theodulpho Presb. puniuntur alius inſania, alius calvitie* 101 e f, *contemnens S. Evermarum punitur manu læſa & jactura vellerum* 131 d
Obſeſſus *à* 5000 *armatis in Eccleſia Athanaſius, ſalvus evadit* 226 b c, *alii occiduntur* 226 e Obſidionis *metus ſublatus patrocinio S. Iuvenalis Conf.* 417 a
Obtrectantes *S. Athanaſio Ariani & Gentiles repelluntur à Iovviniano Imp.* 241
Occiſus *loquitur S. Germanus Ep. M.* 268 f
Oculus *cruciatu fere clauſus ad ſepulcrum S. Antonini reſeratur* 333 b c. Oculorum *dolor graviſſimus ſublatus a S. Godehardo* 513 b c, *B. Gregorio Auguſtiniano* 537 f, 538 a, *invocato B. Staniſlao Canon. Regul.* 783 a b c, 784 f, 785 d, 786 b, 788 c, 790. Oculorum *curandorum gratia S Flaminæ* 182 a, 183 a
Odor *ſuavis è corpore S. Athanaſii* 256 c, *in elevatione corporis S. Philippi Presb.* 425 d, *ex corpore mortui Pii V* 715 e, 719 c, *è corpore S. Secundi* 170 e. Odor *divinus & refocillans dulcedine ſpirituali adſtantes ex corpore S. Godehardi* 523 d. Odoris *fragantia cælitus effuſa dum S. Amator & Martha eligunt virginitatem* 53 b c
Oleum *lampadis S. Aldebrandi furatus ſit cæcus, dein ſanatur* 260 b. Oleum *manans ex tumba S. Petri Thaumaturgi dæmones abigit, morbos ſanat* 428 d. Oleum *exhauſtum reſtauratur invocata B. Maſalda Regina* 756 a. Oleo *ſacro inungitur moribundus S. Godehardus* 515 f
In Ollam *aquæ ferventis miſſa inſultat Præſidi S. Maura Mart.* 378 a b
Orationi *addicta B. Panacea ideo à noverca occiſa* 65 c d. Orationem *pia devotione perficit B. Ladiſlaus Gielnovius* 578 a b, *quo modo faciat efficacem* 579 b c. Orandi *aſſiduitas B. Pii V etiam Turcis formidanda* 697 a b, *veſpertinis precibus cum tota familia intereſt.*
Ordo Canonicorum Regularium *Mendicantium B. Mariæ de Metro ſub Regula S. Auguſtini, ſeu de Pœnitentia beatorum Martyrum in Polonia, B. Michael Gedrocius* 552 555 c. Ordinis Canonicorum Regularium *Lateranenſium in Polonia, B. Staniſlaus Subprior* 779 *Ordinis habitus* 779 e, *introductus in Caſimiriam* 779 e. Ordinis Canonicorum Regularium *Ven. Geraldus* 576. Ordo Humiliatorum *ob ſcelera à Pio V extinctus* 663, 664. Ordinis Benedictini *Sancti ſuis locis indicati. Habitū in Epiſcopatu ſuſcipit B. Anfridus* 432 b. Ordinis Crucigerorum *B. Ventura* 432. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini *B. Gregorius Veruculenſis* 535. Ordinis Ciſtercienſis *B. Mafalda Regina* 763, *eum inducit in monaſterium Aroquæ* 764 d, *Converſus B. Alexander* 434. *Ven. Catharina ſanctimonialis Parci in Brabantia* 522. Ordinis Prædicatorum *Pius V Pontifex* 220 a, *S. Antoninus Archiep. Florentinus* 310, *habitum ſervat* 219 e, *ut plures ingrediantur, impetrat apud Deum S. Antoninus* 334 c d e, *& alii eo invocato* 344 d, Ordinis S. Franciſci *de Obſervantia B. Philippus Aquilanus* 548, *B Zacharias* 775, *B. Ladiſlaus Gielnovius* 560, *Adventus in Poloniam* 563 f, 564, 565. *Tertii Ordinis B. Vivaldus* 160, *Epiſcopus ex dicto Ordine, B. Alexander Vinciolus Nuceriæ* 777
Ori *prunas immittendas ſibi eſſe optabiles oſtendit S. Maura Mart.* 378 c

Oſculo *inter ſimulatos amplexus occiditur B.Conradus in Helvetia* 310 d. Oſculati *caput S.Iuvenalis Conf. in feſto ad* 25000 *homines* 425 c
Otium *fugit, laboribus orationi & vilibus ſervitiis intentus B.Ladiſlaus Gielnovius* 582 c d e. Otii *oſor tempus orationi & libris ſcribendis impendit vacuum S.Antoninus Archiep.* 317 e

P.

PAnem *ab Angelo ſuis adferri impetrat B. Zacharias Ord.Minorum* 776 b. Panem *à S.Wiborada benedictum contemnens Presbyter, febri corripitur* 287 e, 301 d
Papa *ſolius virtutis merito factus, quo nec cogitatione quidem aſpirarat Pius V* 707 e, *nihil in eo munere optabile reperit* 707 f. Papa *non via ſcrutinii aut acceſſus, ſed adorationis electus B.Pius V* 618 b c, *noctu ſequenti undecim horis continuis ſopitus quieſcit* 628 e. *Eius creatio prævisa à Card. Gonzaga moribundo* 628 f, *annuntiata per Cometem in Anglia* 628 f. *Domeſticis & familiaribus rectam vivendi normam præſcribit* 630 d
Paralyſis *variorum curata invocato S.Antonino* 341 e f, 346 b c d, *S. Helena Trecenſi* 59 b a, *B. Ladiſlao Gelnovienſi* 600 b e, 611 e. Paralyticus 30 *annis ſanatur ope S.Amatoris* 59 e. Paralyticus *incredulus ab Epiſcopo miſſus, ope S.Evermari in teſtimonium ſanctitatis ſanatur* 133 c d e, *alius ſanatur* 128 c. Paralytici *plures ſanantur ope S.Secundi* 171 d e f, 172 *a, S.Theodulphi Presb.* 101 c, 102 *b, S. Athanaſii* 256 d f, 257 b c, *S.Godehardi* 525 c
Parturientes *adjutæ ope B.Gregorii Veruculenſis* 541 f, *B.Pii V* 718 c d e, *S.Antonini* 349 a d. Pariendi *difficultas ſublata invocato B.Staniſlao Canon. Regul.* 782 d, 785, 787 e, 790 e, 792 b. Parturientes *à mortis periculo liberatæ invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi* 601 a, 602 d, 608 f, 609 c, *precibus S.Godehardi adjutæ* 520 b, *B.Michaeli Gedrocii* 558 c d. *In* Partu *periculoſe laborans Imperatrix apportato capite S.Sigiſmundi peperit filium, Sigiſmundum ideo dictum, dein Imperatorem* 89 f
Patienter *fert cæcitatem inflictam B. Anfridus Epiſc.* 432 a
Pauperes *petentes numquam vacuos dimittit S. Antoninus* 340 c, *pro donata cappa aliam divinitus accipit* 340 d, *tres reſiduos panes erogans, capſam plenam invenit* 340 e, *hoſpitale inſtituit* 340 b. Pauperibus *benevolus S. Wandelbertus* 278 b. Pauperibus *omnis generis benefícus Pius V* 699 c, *ideo à Deipara laudatus* 700 c. Pauperum *in juſtitia patronus* 704 b, *eorum pedes lavat, ulcus fœdum oſculatur* 707 d, *in* Pauperes *& hoſpites diſtribuit ſibi oblata S.Wiborada incluſa* 286 e, 299 e, *in* Pauperes *liberalis S. Godehardus* 511 b, *in* Pauperes *diſtribuit pecuniam in conſecratione ſpargi ſolitam, & convivio impendendam Pius V* 629 d. Paupertas *viro nobili pro familia ſuſtendanda ſublevatur invocato S. Antonino* 344 b. Paupertatis *religioſæ ſtudioſus, pedes iter etiam difficillimum agit, cibo minimo contentus; B.Ladiſlaus Gielnovius* 572 e f, 573 a b
Pectoris *vena rupta ſanatur ope S.Antonini* 346 c. Pectoris *dolor ſublatus ope B. Staniſlai Canon. Regul.* 788 e, 784 a b, 785 f, 786 d, 787 c
Pecten *S.Wiboradæ in aëre pendet* 306 f
Pecuniæ *colligendæ artes abominatur Pius V* 700 d, *illa non ſinit crimina redimi, neque pro diſpenſatione eam accipi* 700 d e
Pedis *dolor greſſum impediens ſublatus ope B. Gregorii Veruculenſis* 540 d e f, *ope B. Philippi Aquilani* 551 f, *invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi* 599 b, 609 b, *B. Staniſlao Canon. Regul.* 783 a, 784 *a*, 785 c d, 787 d, 789 a b, 791 c d, *B. Helena Trecenſi* 794. Pedibus *nudis Archiepiſcopus ingreditur Cathedralem S. Antoninus* 316 a f, 338 e
Pejerans *in aliorum damnum & S.Godehardo obſtrepens miſere perit* 513 d e f, 514 a b
Perdicem *coctam vitæ reſtituit* S. *Aldebrandus* 159 f
Peregrinis *ſuccurrit Pius V* 700 a. Peregrinos *cum diſcretione excipit S.Godehardus* 511 a. Peregrinatur *martyrii deſiderio Compoſtellam ad S.Iacobum S.Evermarus* 123 d. Peregrinatus *Romam & in reditu ſancte mortuus S. Peregrinus* 147 c d. Peregrinatur *Romam & loca martyrum inviſit cum fratre S. Wiborada* 285 d
Perfectione *magna vixit bene in ſeculo, melius in religione, optime Archiepiſcopus S. Antoninus* 343 c
Cum Periculo *Inquiſitor B. Pius V* 621 f, 622 a b, *libros, invehendos in Hiſpaniam, curat examniari* 655 e
Perſecutio *contra recuſantes Arianam communionem* 233 e
Peſtis *tollitur invocato B. Vivaldo* 162 e. *S. Athanaſio* 256 d, *S.Iacobo minore Apoſt.* 754 e, *per cilicii S.Antonini partem* 350 a. Peſtilentia *curatur invocato S. IuvenaleConf.* 416 f. *Varſaviæ invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi, poſt viſionem in cælo apparentem & cæleſtem vocem ſublata* 596 e f, 597 a b, *variorum* 598 a, 602 a, 602 b c, 607 d, 608 e, 610 a b c. *Nuceriæ depulſa meritis B. Alexandri Vincioli & interceſſione B. Rainaldi* 778 a. Peſtem *pellit S.Briocus* 93 f. Peſte *infectis ſeruit S. Antoninus* 342 e
Phtiſis *curatur à S. Godehardo apparente* 529 c, *ope S. Antonini* 346 f
Piſcationem *copioſam præbet S. Antoninus* 342 d
Pleuritis *ſublata tactu calceamenti B.Pii V* 718 e, *ope S. Antonini* 346 e
Pluvia *ſiſtitur ope S. Philippi Presb.* 425 d. Pluvia *in ſumma ſiccitate invocato S. Evermaro impetratur* 135 d e f, 136 a
Podagra *ſublata invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi* 611 d
Pœnitentiam *agit S.Sigiſmundus ob filium perſuaſu novercæ occiſum* 85 e, 87 b. Pœnitentes *hæretici recipiendi exceptis hæreſiarchis* 236 a. Pœnitentes *manſuete excipit S.Godehardus* 511 b. *Cingulo ferreo & cilicio utitur & flagris S. Antoninus* 336 f. Pœnitenti *lorica ferrea excutitur ad ſepulcrum S. Godehardi* 524
Pontes *ſupra fluvios in publicum uſum erigit B.Mafaldæ* 766 f
Pontifex Romanus *Pius V ex Ordine Prædicatorum* 620 a, *olim de ſummo Pontifice propugnarat theſes* 620 b
Præcordiorum *dolor in filio Sigiſmundi III Regis Poloniæ ſublatus invocato B.Ladiſlao Gelnovienſi* 597 e
Prædicit *victoriam & animat ad pugnam S. Marculphus* 73 f, 74 a, 77 f 78 a. Prædicit *feſtivitatem Paganorum ex voce corvi Cras impediendam S. Athanaſius* 222 c. Prædicit S.*Wiborada Epiſcopatum S. Vdalrico juveni* 287 c, 301, *Burchardo Duci mortem* 289 a, *adventum Hungarorum & martyrium ſuum* 289 c d, 290, 304, 305, *mortem ſuam S.Antoninus* 322 a. *quorumdam mortem intra annum, item duas futuras religioſas, item tres filios viduæ afflictæ fore magnos: & facti ſunt Archiepiſcopus, Doctor, mercator inſignis* 343 a b. Prædicit *futura etiam tria incendia B. Michael Gedrocius* 556 c f, *obitum Tadiloni Decani* 514 c d, *& diem obitus ſui S.Godehardus* 514 d e, 515 b, *& Sophiæ Abbatiſſæ* 515 f, *& cubicularii ſui* 515 d, 516 a
Prioris *Altahenſis S.Godehardi virtutes eximiæ* 504 f
Princeps *officii S.Florianus* 461 c
Proles *maſcula impetratur poſt* 8 *puellas invocato S. Antonino* 344 b. Prolis *obtinendæ cauſa invocatur S. Philippus Presb.* 774 b

Propheta *S. Ieremias*
Prudens *accusationes de probatis sibi ministris non facile admittit Pius V* 706 f, 707 a. *Facilis ad aliena consilia audienda* 707 b
Psalmos à *fratre edocta S. Wiborada eo celebrante Missam psallit* 284 f, 285 e, 296 d e, *in visione Missam celebrante S. Gallo audit alios psallere* 300 d. Psalmos *7 Pœnitentiales ante obitum recitat B. Pius V* 692 c. Psallentia *continua apud Agaunenses monachos* 85 a, 87 c, 88 b. Psalterium *in festis solemnioribus integrum recitat S. Antoninus Archiep.* 317 f, *totum ante obitum a 4 scholaribus coram se recitari curat S. Godehardus* 516 c
Puella *S. Wiborada levitates iuveniles evitat* 384, *nudipes mane adit ecclesiam, dein operatur* 284 c d, 296 a b, *ornamenta capitis jussu parentum assumpta deponit* 284 e, *correpta dolore capitis abjicit* 296 c, *equo renuit vehi* 284 e, *renuit nubere* 296 d, *pia erga parentes* 285 c, 296 b. Puellæ *nubili S. Antonino commendata vir inventus* 331 c d e. Puellis *beneficus Pius V* 699 c
Puer *Martyr S. Sicharius, an à Iudæis occisus* 183 f. *speciosus, benignus, vigilans, Christum prædicat S. Germanus Ep. M.* 263 e f. Puer *studio precandi tenetur moribus supra puerilis annos præditus S. Antoninus* 314 d e
Puerpera *sanatur allata subucula Pii V* 716 f
Ad Pugnam *contra Turcas sub Ioanne Austriaco omnia præparantur* 683, 684, 685
Punctim *per membra transfigitur S. Alexander Papa* 375 a
Pustulæ *ulcerosæ sublatæ invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 600 c. Pustulæ *curantur ope B. Stanislai Canon. Regul.* 782 e, 785 a, 787 f, 789 f

Q.

Quadragesimam *in insula peragit pane hordeaceo & crudis herbis S. Marculphus* 77 d

R.

Rabidi *lupi morsus sanatur ope S. Antonini* 335 a
Raptores *bonorum S. Wandelberti puniuntur dextera in aere suspensa, aut interfectione aut dysenteria* 280 f, 281 a b
Recluſa *annis 20 B. Ioanna, Ripatorium translata* 534
Recollectionem *internam in occupationibus & difficultatibus detinet B. Ladislaus Gielnovius* 583 b
Reges *primi Burgundionum: ex his S. Sigismundus* 83. Regno *Conactiæ relicto, fit monachus, dein Episcopus S. Kellacus* 105
Regula *monachis Agaunenſibus præscripta* 84 b, *assumpta à S. Gunthramno pro monasterio S. Marcelli* 84 c a. *à Dagoberto pro monasterio S. Dionysii* 84 d.
Religionis *causa laicis non committenda* 636 c, *in ejus causa nihil dissimulandum* 648 e f. Religiosos, *ut aptiores, mavult ad dignitates Ecclesiasticas promoueri Pius V* 705 f
Reliquiæ S. *Sigismundi auro & gemmis pretiosis Pragæ ornatæ* 88 e, 89 c. Reliquias *Sanctorum mirifice colit B. Pius V* 697 d, *etiam pulverem Vaticani* 715 d. *In* Reliquiarum *S. Wandelberti adventu fit vehemens de calo sonus* 281 d, *pro* Reliquiis *S. Antonini habentur & miraculis fulgent birretum* 348 f, 349, *vestes* 349 e, *pulvinar* 349 f, *sudariolum* 350 a, *rasura imaginis* 350 a, *scriptura* 350 e, *cilicium* 350 a b, *pro* Reliquiis *S. Godehardi abutens osse profano, perit subita morte* 528 b
Revelatione *divina mors Iuliani apostatæ innotescit Didymo* 239 d
Ritus *sacros ordinat Pius V* 632 d. Ritui *Ecclesiæ Mediolanensis se accommodat S. Monica* 477 f
Rosarium *B. Mariæ Virg. quotidie recitat B. Pius V* 697 d, *distribuit Rosarii calculos inter suos* 698
Rotæ *alligatur talis S. Timotheus Lector.* 376 e
Ruptura *è lapsu procreata sanatur ope S. Floriani* 466 d

S.

Sacerdos, *columna ignea apparente, consecratur S. Briocus* 93 c. Sacerdotes *supra quinquies mille ab Hugonottis occisi* 644 c d. Sacerdotum *mores emendari præcipit Pius V* 662 e. Sacerdotibus *matrimonium fieri dissuadet B. Pius V Cardinalis* 626 c d
Sacra *omnia ab Hugonottis eversa, dissipata, profanata* 644 a b
Sacrificii *vasa non debite purgata, à famula pridem mortua docetur S. Wiborada* 287 f, 301 d
Sancti *in paradiso habitare, nos autem peccatores in terra, S. Antoninus objicit sanctitatem laudantibus* 319 e. Sanctificatus *ab utero matris S. Iacobus frater Domini* 21 f
Sanctimonialibus *propria sancit Pius V* 634 a
Sanguinis *fluxus continuus sublatus invocato B. Pio V* 718 f, *S. Helena Trecensi* 595 e
Sauciatus *letbaliter sanatur invocato S. Godehardo* 521 e f
Scarantia *sublata tactu calceamenti B. Pii V* 717 f
Scholas *pias commendat Pius V* 732 f
Sclopi *ictu petitus, permanet illæsus S. Carolus Borromæus* 663 e
Scripturæ sacræ *scientia imbutus S. Athanasius* 189 e. Scripta *à Iacobo fratre Domini Epistola Canonica* 22 *Liturgia* 27 a. Scripta *seniorum refingentes culpantur* 293 e. Scripturæ sacræ *lectione proficit in omni virtute S. Theodardus* 155 b
Secreta *cordium & occulta novit S. Antoninus* 335 f
Sedis *Apostolicæ auctoritate Imperium in Occidentem translatum, & septemviri in Germania, & magnus Dux Etruriæ creati* 664 c f
Sepulcrum *S. Wiboradæ de nocte clara luce illustratur* 291 b, 306 d. Sepulcri *B. Ladislai Gelnovienſis tumulus elevari visus* 599 e, *ad* Sepulturam *à corvis divinitus submissis defertur corpus S. Kellaci* 107 b c
Serpentem *venenosum conterit S. Aregius* 110 a
Sicarii *è manu liberatus ope B. Pii V* 718 b
Sigillum *urbs Gelnovienſis assumit B. Ladislaum Gelnovienſem* 594 a, 612 b
Silentium *indicit avibus obstrepentibus S. Aldebrandus* 195 f. Silentium *arctum à Completorio usque post Primam sequentis diei arcte servat B. Stanislaus Canon. Regul.* 780 e
Simoniaca *labes à S. Gregorio Magno & S. Aregio oppugnata* 208 d e
Somnus *conciliatur adhibito pulvinari S. Antonini* 349 e f. Somni *brevis erat S. Antoninus* 328 b. Somno *triduano punitur injurius S. Philippo Presb.* 425 c
Spectacula *cruenta prohibet Pius V* 635 b
Spinâ *læsum pedem sanat S. Briocus* 93 c
Sponsa S. *Amatori obtrusa, & oh recitatas pro nuptialibus preces Ordinationi Leviticæ relicta* 52 e f, 53 a
Sterilitas *in cõiugio sublata ope S. Antonini* 324 f, 332 e f
Stomachi *dolor vehemens sublatus ope B. Gregorii Veruculenſis* 541 b c, 542 b
Struma *S. Balbinæ curata attactu boiæ S. Alexandri Papæ* 373 b. Strumarum *curandarum privilegium Regibus Francorum concessum, an à S. Marculpho* 80 d e
Studia *juvenum promovet S. Godehardus* 510 b
Sulram *se simulans in magna austeritate & contemptu vivit S. Isidora* 49 c e
Subdiaconus S. Andeolus Martyr 3 *sec.* 35
Submersionis *periculum invocato S. Philippo Apost. evitatur* 17 d e, *ope S. Africani* 69 a, *S. Iuvenalis Conf.* 416 a,

416 a. Submersus *precibus S Godehardi resuscitatus, post accepta Sacramenta iterum mortuus* 519 f, 520 a, *alii eo invocato* 523 f, 527 b f, 528 c, *ope B. Michaelis Cadrocii* 558 c, *invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 596 b. Submerguntur *ligatis ad colla lapidibus Martyres in carcere a S. Alexandro Papa baptizati* 373 f. Submergitur *in flumen præcipitatus* S. *Florianus Martyr* 463 c, 465 d
Sudat *circa festum corpus S. Hippolyti* 42 e, 43 b
Suffocatus *a dracone suscitatur à S. Germano Ep. Mart.* 265 a b
Surdi *sanati ope S. Theodulphi Presb.* 103 a. *ope B. Gregorii Veruculenſis* 540 f, *item surdus & mutus* 546 e f, *ope B. Pii V* 719 b, *B Stanislai Canon. Reg.* 788 a, *B. Ladislai Gelnovienſis* 607 d e, 613 b c d
Suspensi *etiam rei invocato S. Godehardo liberantur* 524 e f

T.

TAbe *confectus & membris attractus sanatur ad tumulum B Gregorii Veruculenſis* 538 d e f, 539
Tempestate *erepti invocato S. Godehardo* 527 e
Tentationes pelluntur *facto voto B. Ladislao Gelnovien.* 595 b. Tentatis *aliis subvenit S. Antoninus* 329 f, 330 a Tentatæ *graviter mulieri apparens S. Antoninus, serenitatem mentis restituit* 329
Terra *educta è sepulchro B. Zachariæ Ord. Minorum morbos pellit* 776 f
Testamenta *quomodo sint à Clericis condenda præscribit Pius V* 633
Thaumaturgus *ob miracula S. Petrus Ep. Argivorũ* 428
Tibiæ *dolor sublatus ope S. Athanasii* 257 e
Translatio *solemnis Reliquiarum S. Athanasii Venetiis sedata subito tempestate* 255 d e f, *corporis S. Antonini solennissime peracta* 355, 356, 357, 767, 768, 769
Triumphus *moderatus concessus Columnæ post victoriam de Turcis ad Echinadas insulas anno* 1571 *obtentã* 690

V.

VAccas *mulget & caseos conficit B. Alexander ex progenie eorum regia* 434 b
Venationem *& equitandi exercitium, ut dæmonum tentationes repellit S. Evermarus* 122 f, 123 a. Ex *dexteritate in* Venatione *noscitur genus nobile B. Alexandri Conversi Cisterc.* 434 d
Veneficam *à dæmone obsessam, dein resipiscentem sanat S. Godehardus* 520 e f. Veneficio *extenuatum misso sudario liberat S Antoninus* 339 d e
Veneno *intoxicati ope B Stanislai Canon. Regul.* 788 a
Verbera *ad scapularum lacerationem læto vultu excipit S. Florianus* 463 b 465 b
Vestes *B. Pii V mortui Principibus mittuntur* 693 d. Vestitu *vetusto & rudiore usus Papa Pius V* 708, *moderatum præscribit domesticis* 611 a
Viatico *sumpto obit S. Aregius* 111 b c. Viatico *sacro post confessionem peccatorum munitur S. Theodardus* 155 f
Victoria *de Turcis sub Ioanne Austriaco à Pio V addicta* 682 b, *& impetratur* 685 c, 687, *cæsis* 30000 *Turcarum* 688 a, *& 7300 Christianorum* 686 b, *captæ naves* 688 c
Victum *ad leges paupertatis accommodat S. Antoninus Archiep.* 317 b
Vinum *meritis S. Aldebrandi augetur* 160 a, *in cella S. Philippi Presb.* 425 b. Vini *bibendi cupiditatem refrænare edocta S. Monica exemplo invitatæ ancillæ meribibulæ* 475 b c. Vini *adusti flammis ustulata femina, voto à marito facto B. Ladislao Gelnovienſi, sanatur* 606 a b c
Virgis *cæduntur S Alexander* 381, *S. Antonina* 382 a, *iterum ambo* 382 d
Virgines vixerunt 3 *filiæ S. Philippi Apost.* 9 b c d 12 d Virgines *sacræ Alexandriæ ab impiis raptæ violataque* 208 f, 209 a, 227 e. Virgines CXXXIX *simul velatæ in Monte Angelorum præsente Agnete Regina Hungarorum* 309 a. Virginibus *sacris ut sponsis Christi adhortationem scribit S Athanasius* 203 f, *an etiam librum de Virginitate præclarum* 214 e. Virginibus *pecuniam dotis nomine suppeditat B. Pius V* 629 e. Virginitatem *volentes servare S Amator & Martha sponsa, effusa cælitus fragantia firmantur, item visione Angeli duplex sertum offerentis* 53. Virginitatis *donum petit à Deo & impetrat, & in morte gratias de eo agit S. Antoninus* 327 d. Virginitate *illibata vixit omnis mortalis culpæ expers Pius V* 708 b, 714 b c
Virtutibus *præcellens variis in Ordine Præfecturas obit S. Antoninus* 325 a, *excellit in Archiepiscopali munere* 317, 318
Viscerum *dolor sublatus ope S. Antonini* 330
Visio *triplex, corporalis, spiritualis, & intellectualis explicatur* 300 e f, *his omnibus usi Sancti* 301 a b
Vitæ Sanctorum *in exemplum proponuntur* 113 e. Vita *Pii V utilis Pontificibus & Episcopis, scripta sincero judicio & optima fide* 619 a b c. Vitæ *communis & pauperis amans B Pius V* 621 a. Vitas Sanctorum *edentes collaborant eorum donis* 96 c. Vitam *S. Wiboradæ è voto scribit Eggihardus ab arthritide sanatus* 242 f, 293 a
Vitalium *torsio & alia passio sublata ope S. Monicæ* 488 a
Vlcera *in cruce curantur ope B. Gregorii Veruculenſis* 640 b. Vlcera *curata invocato B. Ladislao Gelnovienſi* 600 c, 602 e f. Vlcerosam *faniem annis* 21 *testâ radit B. Richilda, longum martyrium passa* 283 f
Vmbilici *dolores per septem annos curati ope B. Stanislai Canon.* 786 e
Vrbs *obsessa Passavienſis liberatur implorato S. Godehardo* 529 d e. Vrbium, *ubi coluntur, sunt Sancti præsidium* 390 f, 391 a
Vrinæ *detentio sublata invocato B. Pio V* 717 f, *fluxus* 719 b
Vsuras *tollit S. Antoninus Archiep.* 318 b
Vulneribus *tribus in capite acceptis obit Martyr S. Wiborada* 305 a, *sed absque vulneribus postea inventum corpus* 305 c

Z.

ZElus *adversus hæreses B. Pii V* 621 c. Zelo *placendi Deo quærit salutem hominum concionibus habendis & scribendis & cantilenis componendis B. Ladislaus Gelnovius, imitatus S. Adalbertum* 574, 575. Zelo *S. Athanasii reversi respondet fructus multiplex animarum* 219 b c

FINIS.

SYNOPSIS SANCTORUM PERTINENTIVM AD TRES PRIORES TOMOS MAII

SECVNDVM TRIPLICEM VITÆ STATVM, MONASTICVM, ECCLESIASTICVM, ET SECULAREM.

TRes Priores Tomi *cõtinent* dies ſedecim, *ſuntque in his* SANCTI propriis deſignati nominibus *circiter* DCCCXXX; certo numero expreſſi *ultra* VII *millia, præter alios abſque numero notatos. Horum præcipui in triplicem Statum diſtributi, hac Synopſi indicantur. Aſteriſcus,* * *nomini additus, ſignificat ejus* Sancti *Vitam vel Commentarium de ipſo aptiorem eſſe moribus informandis, ornandis concionibus, colloquiis piis & religioſæ ſuper menſam lectioni parandæ.*

IN STATU ECCLESIASTICO.

Prophetæ *Hagiographi veteris Teſtamenti,* * Job & * Jeremias, *utriuſque memoriæ, Reliquiæ, cultus.*

Apoſtoli. * Philippus, *Acta Latina & Græca, filiæ, Reliquiæ;* * Jacobus Alphæi *Martyr Oſtracinæ;* * Jacobus Frater Domini, *cujus Mater Maria Cleophæ, Epiſcopus Ieruſalem, & ibi paſſus, ſupernumerarius uti Paulus; utriuſque diſtincta Acta, Reliquiæ,* cultus apud *antiquos. Ab utroque diſtinguendus* Jacobus Zebedæi, *Frater Ioannis.*

Pontifices Romani. * Alexander I, *Acta ſincera & antiqua ex Mss.* Benedictus II, Paſchalis I, * Pius V, *Vita* auct. Gabutio, *relatio Romana, miracula, à pag.* 617 *ad* 714.

Patriarchæ Orientales. *Ex his* Alexandriæ, * Athanaſius. *Vita, Tranſlatio Venetias, Miracula, ex ipſiusmet & antiquorum ſcriptis, digeſta capitibus* 39, *à pag.* 186 *ad* 258. *& Appendix de Symbolo, ejus nomen præferente.* Conſtantinopoli * Gregorius Nazianzenus. *Vita collecta à Cæſare Baronio, cum prolixis & neceſſariis ad eamdem Notis. Carmen de vitâ propriâ, proſâ redditum. Tranſlatio triplex ex Mss. Latinis & Græcis, à pag.* 369 *ad* 459. * Germanus. *Vita ex variis, Tranſlatio in Appendice. Denique* Nicolaus Myſticus.

Antiochiæ, Eugdius Martyr. Hieroſolymis, * Judas Quiriacus: *controverſa ætas & Martyrium: ejus & inventa Crucis Hiſtoria apocrypha.* Maximus, *ab Arianis depoſitus. Omnium denique hujus Sedis Præſulum* * Hiſtoria chronologica, *poſita ante Tomum* 3 *cum* 13 *Parergis, conducentibus ad notitiam Hiſtoriæ Orientalis & ſolutionem objectarum à Carmelitanis Scriptoribus difficultatum. Eodem faciunt ante Tomum* 2 Hodœporica *ſacra* Joannis Phocæ & Antonini Placentini, *veritatis diſcernendæ & Terræ ſanctæ certius ac diſtinctius cognoſcendæ cauſâ, comparata & oppoſita inter ſe.*

Epiſcopi *alii in* Orientæ. Athanaſius *Corinthi,* Petrus *Argis,* Hermes *Philippis,* Achillius *Lariſſæ,* Sabas *Daphnuſiæ,* Olbianus *Anei,*

Pauſicacus *Synnadæ*, * Epiphanius *in Cypro. Acta collecta ex variis, rejecta apocrypha Ioannis & Polybii.* Theodotus *Cyriniæ*, Silvanus *Gazæ*, Eulogius *Edeſſæ*, * Joannes Silentiarius *in Paleſtina*, *Acta Græcolat. per Cyrillum. Huc ſpectant*, Mocius *ſeu* Mucius *Presb. Conſtantinopoli. Acta ex Mss.* Euthymius & Petrus *Alexandriæ*, Rhodopianus *Diaconus Martyr Aphrodiſiæ*, Abdieſus & Abdas *cum aliis Presbyteris & Diaconibus in Perſide.*

Epiſcopi & Clerici *in* Italia. * Nicolaus Albergatus, *S. R. E. Card. Bononiæ. Vita duplex per Iacobum zenum & Carolum Sigonium.* Theodorus, * Maurelius *Ferrariæ*, *Legenda apocrypha.* Maurelius *Imolæ*, Villanus *Eugubij*, * Aldebrandus *Foro-ſempronij*, * Gerontius *Callij*, Chryſpolitus *Bettonæ*, Paulinus *Senogalliæ*, Urſus *Fani*, * Juvenalis *Epiſcopus* Narniæ: *alterque* Juvenalis *Confeſſor Foſſani. Acta vitæ confuſa, diſtinctæ hiſtoriæ Tranſlationum; elevationum recentius utrobique factarum monumenta authentica, à pag.* 386. *ad* 423. * Gregorius Oſtienſis *Legatus Apoſtolicus in Hiſpania*, Alexander Vinciolus *Nuceriæ*, * Antoninus *Florentiæ*, *Vita duplex*, *Analecta ex Proceſſibus*, *Tranſlatio.* Florentius *Campiliæ*, Bonifacius *Ferenti*, Valentinus *Genuæ*, Hildebertus *Dertonæ*, Petrus *Papiæ*, Venerius & Gerontius *Mediolani*, Pomponius *Neapoli*, Bonoſius *Salerni*, Laborator *Beneventi*, Benedictus *Æſerniæ*, Cataldus *Tarenti*, Priſcus *Nuceriæ*. *Tum ex* Africa *adducti*, Innocentius *Cajetam*, Florentius & Vindemialis *Tarviſium*, Euphroſynus *Panzanum*, Roſſius *Sueſſam.* Presbyteri, * Colepodius *Martyr Romæ* & Eutitius *Suriani. Alii item variis locis*, Dannius, Chryſanthus, Fortunatus, Philippus Argyrienſis, Nepotianus, Hypoliſtus, Mettius, Anthimus. *Item* Diaconi, Siſinnius, Primus, Marcus, Euentius, Theodulus, Jacobus, Dominicus.

In Hiſpania Epiſcopus * *Abulæ* S. Secundus: *Inventio & Tranſlatio, ejuſdem & ſociorum miſſio ab Apoſtolis.* Felix *Diaconus Martyr Hiſpali.*

In Gallia Epiſcopi. * Petrus *Tarentaſiæ*; *Acta Vitæ*, *miracula*, *canonizatio*, * Hilarius *Arelate*, *Vita*, *Vindiciæ. ſocius Proſper.* Theodardus *Narbonæ*, *Vita diſcuſſa.* Arigius *Vapinci*, * Africanus *Vabri. Vita diſcuſſa.* Juſtus, Dionyſius, Nectarius, Nicetius & Mamertus *Viennæ*; Orientius *Auſcii*, * Macarius *Burdegalæ*, *Lemovici* Aurelianus & * Sacerdos, *Vita ex Ms. Toloſæ* Erembertus, *Biturigibus* Palladii duo & Deſideratus; *Veſontione* Silveſter & Fronimius; *Autiſſiodori* * Peregrinus Martyr *Vita ex Mss.* Marcellianus, Valerius, Valerianus, Helladius, & * Amator. *Vita ex Mss. Claromonte* Aprunculus, *Sueſſione* Oneſimus, *Ambianis* Honoratus. *Cenomannis* * Domnolus, *vita duplex*; *Bajocis* Ragnobertus *cum* Zenone *Diacono*; *Sagii* Alnobertus, *in Armoricis* Briocus, *Metis* Godo & Agathymber. *Item* Presbyteri, Gibrianus *Remis* (*de cujus miraculis tres prolixi libri ſerius allati differuntur ad ultimũ tomum Maii*) Euſebius *Autiſſiodori*, Placidus *Auguſtodani*, Emarus *Carnuti.* Diaconi *&c.* Avitus, Carcodemus, Aventinus, Ceremius, Andeolus *Martyr*, Jovinianus *Martyr.*

In Anglia & Hibernia. * Joannes Beverlacenſis *Eboraci Archiepiſcopus. Vita & miracula per quatuor auctores ex Mss.* Eadbertus *Lindisfarnenſis*, Aſaphus *in Wallia*: Kellacus, Carentocus, Moeldodus, *Hiberni.*

In Belgio Aufridus *Ultrajecti.* * Wiro *Ruremundæ*, *Commentarius Ioannis Bollandi. Trajecti ad moſam* Domitianus & * Servatius, *Acta & miracula ex variis, à pag.* 209 *ad* 231. *Hujus occaſione parata erat nova Diatriba de Epiſcopatu & Epiſcopis Tungrenſibus & Trajectenſibus: ſed ob cauſas dilata eſt, præfigenda ultimo Tomo Mart.* Gerbernus *Presbyter Gelæ, in Actis S. Dympnæ.*

In Germania * Modoaldus *Archiepiſcopus Trevirenſis, Vita. Tranſlatio*, Britonus. *Ibidem* * Theodulphus *Presbyter miracula.* * Godehardus *Epiſcopus Hildeshemenſis, Vita, miracula, canonizatio.* Philippus *Presbyter Cellæ in Palatinatu, de cultu plura in Appendice.* * Staniſlaus Martyr *Epiſcopus Cracovienſis in Polonia. Vita & miracula per Ioannem Dlugloſſum, à pag.* 202 *ad* 280.* Joannes Nepomucenus *Canonicus Pragenſis propter ſecretum Confeſſionis ſubmerſus.*

IN STATU MONASTICO.

Eccleſiam Orientalem *illuſtrarunt* Pachomius & Theodorus Abbates. *Acta pulcherrima & prolixiſſima Græcolatina per fere coævos, de iiſdem Ammonis Epiſcopi Epiſtola, à pag.* 287 *ad* 363. *Appendix de* Iunioris Pachomii *ſeu* Poſtumii *vita apocrypha.* * Joannes Damaſcenus, *Acta Græcolatina cum encomio ejus per Conſtantinũ Logothetam in Appendice.* Nicephorus *Confeſſor Hegumenus Medicienſis.* * Germanus *Hegumenus fundator Cozinitres.* XLIV Monachi Sabaitæ *in Palæſtina Martyres. Plures* Monachi & Virgines *in Perſide.*

In Occidente antiquiores *ac fere* Benedictini, * Petronax *inſtaurator Caſini*, Hilarius *Abbas Galeatenſis*, Adamus *Firmi*, * Marculphus *in Gallia*, *Vita duplex.* * Theodulphus *Remis*, Antonius *Turonibus*, Tudinus *Coriſopiti*, Vltanus *Foſſis.* Maurontus *Duci*, * Waldebertus *Luxovii*, * Fidolus *Trecis*, Britunus *in Anglia*, Brandanus *in Hibernia. Item* Abbatiſſæ. *In Belgio* * Rictrudis, *Acta, miracula, favores prolixiſſime deducta ex Mss. à pag.* 79 *ad* 154. Bertha *Avennaci*; Waldrada *Metis*, Agnes *Pictavii.* Benedicta *Romæ*, * Beatrix *Patavii*, *Vita duplex, miracula.*

Cluniacenſes.* Majolus *Abbas, Vita triplex & miracula, à pag.* 657 *ad* 700, * Conradus *Fundator Montis-Angelorum in Helvetia.*

Camaldulenſis Angelus *Martyr Maſſacii.*

Ciſtercienſes (*præter* Petrum *Archiepiſcopum Tarentaſiæ*, & Mafaldam *Reginam*) Alexander *Converſus Fuſniaci*, Catharina *Parcii in Brabantia.*

Canonici Regulares (*præter* Vbaldum, *Epiſcopum Eugubinum*) Gualterius *in Gallia*, Geral-

Geraldus *in Luſitania*, Staniſlaus Caſimirienſis & Michaël Gedrocius *in Polonia*.

Baſilianus, Leo *in Calabria*.

Ord. Cruciferorum, Ventura *in Vmbria*.

Carthuſianus, Nicolaus Albergarus *Cardinalis Archiepiſcopus Bononienſis, de quo ſupra*.

Ordinis Prædicatorum (*præter* Pium V, & Antoninum *Archiepiſcopum Florentinum*) * Ægidius *in Luſitania, à pag.* 411 *ad* 438. * Bernardus cum 2 parvulis *ibidem*. * Eliſabetha *Filia Regis* Hungariæ *in Helvetia*.

Ordinis Minorum (*præter* Alexandrum *Epiſcopum Nucerinum*) Philippus Aquilanus *in Italia*, * Zacharias *in Luſitania*, * Ladiſlaus *in Polonia, à pag.* 560 *ad* 616. Tertiarii *vero in Italia*, * Vivaldus, * Gerardus, Illuminatus.

Carmelitæ, * Angelus Martyr *in Sicilia. Cultus, Tranſlatio, miracula ex proceſſibus & inſtrumentis authenticis, à pag.* 56 *ad* 91. *Vita triplex, ſub nomine Enoch Patriarchæ Ieruſalem, ut ſocii & teſtis oculati, ſcripta ab homine, loca, perſonas, tempora confundente, ritus etiam Græcos & publicæ ac privatæ rei ſtatum in Terra ſancta atque Carmelo ignorante, ideoque ſuo loco præterita; ad importunam expoſtulationem, ſpeculo Carmelitano præfixam, datur in Appendice, à pag.* 798 *ad* 843. * Aloyſius Rabatà *in Sicilia ex Proceſſibus Mss, cum Apologia prævia ad querelas de Martio & Aprili*. * Simon Stock, VI *Generalis, nunc pauca de cultu & ætate, plura quando nobis Burdegala mitteretur Vita, à Ioanne Swaninghtono coævo, ut præteditur, ſcripta*.

Eremitæ Auguſtiniani, * Gregorius Veruculenſis, * Magdalena Albritia, & Prudentia Comenſis, *in Italia omnes*.

Ordinis Servorum B. MARIÆ * Franciſcus Senenſis *ex Proceſſibus Mss*.

Solitarii, *nulli Ordini adſtricti*. Reginaldus & Francus *in Calabria*, Nicolaus *Neapoli*, Fortis *in Vmbria*, Benignus *Peruſiæ*, Dorotheus *Lucæ*, * Ampelius *Genuæ*, * Mirus *Surici*, Primael *in Armorica*, Joannes Monaſterienſis *Cainone*, Gentius *Carpentoracte*, * Dominicus Calceatenſis *in Hiſpania, Miracula prolixa*.

Virgines MM. * Dympna *in Belgio*, Florina & Flamina *in Arvernia*, Liceria *Senonibus*, Solangia *Biturigibus*, Quirilla & Sophia *Romæ*, Viola *Veronæ*, * Glyceria & Pelagia *in Oriente, quarum Acta Græcolatina*. *Aliæ* Sacræ Virgines: Irene *Conſtantinopoli culta*, Teuteria & Tuſca *Veronæ*, Lupuria *Cajetæ*, Panacæa *Agamii*, Dominica *ad Larium lacum*, * Imelda *Bononiæ*, * Herina & Cæſaria *in Calabria*, Rolendis *in Belgio*, * Helena & * Maſtidia *Trecis*. * Maxima *in Provincia*. Recluſæ *in Italia*, Joanna & Gemma: *in Helvetia* * Wiborada & Rachilda, *quarum duplex Vita ex Mss*.

IN STATU SECULARI.

Reges, * *Sigiſmundus Burgundionum*, & Fremundus *in Anglia*. Regum filiæ, * Mafalda *Luſitaniæ*, * Eliſabetha *Hungariæ*. * Domitilla *filia Flavii Clementis Coſ. cum* Nereo & Achilleo, Euphroſyna & Theodora: *Tranſlatio cu-*

rata à Cardinale Baronio. * Palmatius *Conſul Martyr*. Faltonus Pinianus *Proconſul Romæ*. * Pontius *Martyr, Philipporum Imperatorum intimus*, * Gordianus *Martyr, Iuliani Vicarius*. * Florianus, *Princeps Officij*. * Acacius *Centurio*. *Alij* Martyres *illuſtriores*, * Bonifacius *Tarſi*, Alexander *Druziparæ*, Valerianus *Forolivii*, Peregrinus *Anconæ*, Alphius, Philadelphus & Cyrinus, *valde prolixa Acta Græcolatina; ſed apocrypha*. * Iſidorus *in Chio*, * Victor & Corona *Alexandriæ*; *& ex Militia Romana plurimi. Ex Perſiæ* * Simeon, Iſaacius, Bachtiſoës, Batas. *Alibi vero & poſteriori tempore Martyres*, Witiſindus, Eudaldus, & Sixtus *in Hiſpania*: * Gengulfus & * Evermarus *in Belgio*; * Halwardus *in Norvegia*.

Conjuges ſancti. *In Thebaide* * Timotheus & Maura *Martyres Attaliæ*, * Heſperus & Zoë *cum filiis Martyres, utrorumque Acta Græcolatina*. * Walbertus & Bertha, *Parentes Ss. Waldetrudis & Aldegundis*. * Iſidorus *Agricola* & Maria *illius uxor: Vita utriuſque & miracula, ex Proceſſibus & Hiſpanico Beda*.

Viduæ: * Monica, *Mater S. Auguſtini. Tranſlatio corporis, Aroaſiam an Romam?* * Bertha *cum filio* Ruperto *Duce Bingenſi, Vita ſcripta à S. Hildegarde*. * Itta *vel* Iduberga, *Mater S. Gertrudis, Miracula*. Mundana, *Mater S. Sacerdotis*.

Agricolæ, Albertus *Bergomi*, * Iſidorus *Madriti*.

Prætermiſſi *vero ad dies Singulos, quorum obiter memoria illuſtratur, ſimul omnes ſunt ſupra quadringentos; præter longe plures, qui cum illis indicantur, veluti de quibus vel in prægreſſis quatuor menſibus actum eſt, vel in ſecuturis agetur*.

Singulis Tomis ſubjunguntur Acta Græca, ad quemque ſpectantia; primo etiam Synaxarium Maji ex Menologio Baſilii Imperatoris. Eidem 1 *Tomo præmittuntur* Ephemerides Græcorum & Moſcorum; *horum* Figuratæ & 12 *grandibus æneis tabulis expreſſæ, illorum* Metricæ *cum Præfatione de converſione & ſchiſmate Moſcorum, & Appendice de Sanctorum tabellis, diptychis ac triptychis, atque obſervationibus ad ſingula feſta & Sanctorum nomina, indicantibus quæ monumenta, præſertim Græca, habemus aut adhuc deſideremus: exploratur etiam Lectoris judicium de ſuſpectis quorumdam Actis. Quod enim in principio Operis timidius, id creſcente paulatim ipſo uſu diſcernendi facultate minus diſſimulanter nunc facimus, nullo non die aliqua ſ elegantes ut apocrypha & fabuloſa; quædam etiam, ad evidentiorem convictionem inſulſæ fictionis, integre exhibentur, cum cenſura convenienti eis addita*.

Ornatur hoc Opus, præter Tabulas 12 *Ephemeridum, folium expanſum implentes, aliis* 8 *ad libri menſuram factis, & minoribus* 12, *ac denique ſextuplici* Indice, 1 Sanctorum, *quorum in unoquoque tomo Acta vel memoriæ illuſtrantur*, 2 Chronologico, 3 Hiſtorico, 4 Topographico, 5 Onomaſtico *vocum Barbararum*, 6 Morali *ad uſum Concionatorum, Catechiſtarum &c.*

SUMMA PRIVILEGII

REGIS

CATHOLICI.

CAROLUS, Dei gratia Hiſpaniarum, Indiarumque, &c. Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps, diplomate ſuo ſanxit, ne quis Acta Sanctorum menſis Maii, auctoribus Godefrido Henſchenio, & Daniele Papebrochio Societatis IESU Sacerdotibus edita, præter voluntatem Michaëlis Knobbari proximis novem annis ullo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſa in has noſtræ Germaniæ Inferioris ditiones importet, venaliave habeat: qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & alia gravi pœna multabitur, uti latius patet in litteris datis Bruxellæ XXIII Iunii MDCLXXIII.

Signat

LOYENS.